dmg-

PROVINCIALE,

(seu CONSTITVTIONES *ANGLIÆ*,)

CONTINENS

Constitutiones Provinciales quatuordecim Archiepiscoporum CANTUARIENSIUM, viz. à *Stephano Langtono* ad *Henricum Chichleium*; cum Summariis atque eruditis Annotationibus, summâ accuratione denuo revisum atque impressum.

Auctore *GULIELMO LYNDWOOD*, J.U.D. Officiali Curiæ *Cantuariæ*, dein Privati Sigilli Custode, demùm Episcopo *Menevensi*.

Cui adjiciuntur

Constitutiones Legatinæ D. OTHONIS, ET D. OTHOBONI,

CARDINALIUM,

& Sedis Apostolicæ in *Anglia* Legatorum,

Cum Profundissimis Annotationibus JOHANNIS *de* ATHONA, Canonici *Lincolniensis*.

Huic Editioni nunc primùm accesserunt *Constitutiones Provinciales* antedictorum Archiepiscoporum, & aliorum, sine Glossematis in ordinem digestæ.

Omnia ab innumeris, quibus undique scatebant, erroribus atque mendis purgata ac restituta.

——*Ut monitus caveas, ne forte negoti*
*Incutiat tibi quid Sanctorum insciti*a *Legum.*
Hor. Serm. lib. 2. Sat. 1.

OXONIÆ,

Excudebat *H. Hall* Academiæ Typographus, Impensis *Ric. Davis*,

Anno Domini CIↃ DC LXXIX.

Case fC 7745.52

Imprimatur

Opus Gulielmi Lyndwood *super Constitutiones Provinciales* Angliæ, *&c.*

HEN. CLERKE *Procancellarius* OXON.

Martii 23. 167⅞.

211825

CANDIDO LECTORI PRÆFATIO.

ECce tibi, Lector Amiciſſime, appoſuimus *Provinciale* GULIELMI LYNDWOOD, Literatiſſimi viri, & de Patria ſua optimè meriti, unà cum Commentariis *Johannis de Athona*, Juris conſultiſſimi, in *Conſtitutiones Legatinas* editis, cultu decenti apparatuq; tempeſtati noſtræ morigero legendum. Conſummatiſſimum quaquà ſpectes Opus; Scriptorúmque tantorum animis non indignum: de quo non inconcinnè dici poterit, quod ad aliud olim prolatum audivimus, *Si non eſſet Jus Canonicum, eſſet Provinciale.* Totam enim Juris Canonici medullam, caſuſque notatu digniores, multo Labore juxta ac judicio compilatos, amplectitur. Cujus Encomio deeſt tantùm frequens & minùs præjudicata relectio; adeò idem in hoc Opere ſonat *Legere* & *Laudare.* Quòd ſi hic quicquam inſulsè ſcriptum, aut virili noſtræ ætatis Genio minus captioſorum aliquis offenderit, advertat, quòd ſi tanti ſudoris ſit variis præſentis Sæculi animis placere, quàm penè Divinum erit futuro non diſplicuiſſe: neque ſi temporis iſtius Ornamenta nobis, quaſi alterius Mundi inquilinis, inelegantiora fortaſſe videantur, id prorſus Auctori animadvertendum; cujus ſi Apparatum intuearis, iſtius tantùm temporis erit, ſi utilitatem, horarum omnium. Quid igitur in hoc Opere utilitatis ſit, teſtium ſat eſt; quid autem novi, aut expectationis tantæ dignum acceſſit, ſciſcitantibus hæc occurrit Reſponſio; Quòd non ſolùm lectioni aptius, ſed & intellectui perſpicacius reddidimus, Abbreviaturas extendendo, loca corrupta ſenſui ſuo reſtituendo, citationes quamplurimas corrigendo, & uſitatæ citandi formæ diſſonas explanando, trium Editionum totidémque Manuſcriptorum factâ Collatione diligenti. Cui acceſſerunt Conſtitutiones cum Præfationibus Gloſſarum expertes, olim incompletæ & ſurſum prorſum poſitæ, nunc ad methodum meliorem redactæ, & Complemento ſuo inſignes: additis Annis, Regibus *Anglicanis*, Pontificibúſque, quorum auſpiciis promulgatæ ſunt; à quibus ad Gloſſam Paginámque in qua tractantur, attentis figuris Marginalibus, te remiſſum intelliges. Fruere igitur *Lyndwoodo* nunc demum ab innumeris vitiis & longâ captivitate redempto, & quem olim vidiſti Exoticis Typis excuſum, & non tantùm à ſuis, ſed etiam à ſenſu in multis alienum, aſpice nunc iterum *Anglum*, nunc Tuum. Cui expediendo quantum laboris temporiſque impenſum ſit, credere faciliùs potes, ſed experiri fructuoſiùs Si tandem aliquæ ſint mendæ, quæ curam noſtram aut Typographi manus effugerint, illas humanitati potiùs quàm incuriæ adjudicare candidi erit animi, & Tui. Nullas enim momenti majoris, aut adeò craſſas, ut ſtomachum legenti faciant, uti ſperamus, invenies. Neminem igitur, nec Te quidem Lector, de officio rogamus, ſed ut labores noſtros utilitati publicæ veſtræq; devotos æqui boníque conſulas. Quòd ſi in eis aliquid invenies quod lectu & laude dignum duxeris, tuum Tibi Candorem, noſtrámque nobis applaudimus Fortunam, quæ Tibi mite judicium dedit, nobíſque experimentum datura eſt, quantum Nominum Magnorum Inſigniúmque invocationi præponderat inſperatum & minus ſolenne Patrocinium. *Vale.*

Domini GULIELMI LINDWOOD *in Opus ſequens Præfatio, in qua cauſas Operis compilandi, tempus, intentionem, Titulumque, cum benevola Nuncupatione & humili ſubmiſſione complectitur.*

Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino, DOMINO HENRICO,

Dei gratia *Cantuarienſi* Archiepiſcopo, totius *ANGLIÆ* Primati, & *Apoſtolicæ* Sedis Legato, Veſtræ Reverendiſſimæ Paternitatis Capellanus Devotiſſimus, *GULIELMUS LINDWOOD*, inter utriuſque Juris Doctores minimus, Curiæ Veſtræ *Cantuariæ* Officialis, ſuiipſius recommendationem humillimam, & cum Reformatione debita ſuſcipe præſens Opus.

Cauſa componendi Operis hujus.

VEſtra Paternitatis Reverendiſſimæ hortamentis inſtigatus, jamdudum ea quæ Sanctorum Patrum Cantuarienſis *Eccleſiæ Archiepiſcoporum Prædeceſſorum veſtrorum temporibus, veſtriſque ſub annis in Conciliis Provincialibus* Cantuarienſis *Provinciæ edita ſunt Statuta, ſedula mentis intentione & frequentis lectionis ſtudio revolvens, cùm in ipſis plura nimia ſub multitudine edita, quædam ſcribentium vitio corrupta, nonnulla etiam propter Proœmiorum prolixitatem confuſionem inducentia, aliaq; ipſorum vaga & ab incerto Authore prodeuntia, multa inſuper eorum temporalia ſeu omnino ſuperflua fuiſſe conſpexerim: ea quæ de ipſis utiliora fore cenſui, reſectatis ſuperfluis, & quibuſdam ex eis abbreviatis, correctè in unum Opus collegi, & ſub congruentibus Titulis ad inſtar Libri Decretalium ſerioſius collocavi. Demumque poſt* Hiſpanici *Littoris ſulcata maria, & à Regno* Portugalliæ *reditum (piiſſimæ memoriæ* Henrico *Rege* Angliæ *Quinto, in cujus Legatione tunc eram, ultimo die Auguſti, Anno Domini* 1422. *apud* Boſcum Vicennarum *in* Francia *vitâ functo) reaſſumpto Officialitatis officio, anno tunc ſequenti eadem Statuta glooſare propoſui. Ad cujus propoſiti executionem eò fortiùs impellebar, ut ſaltem ſtudio tali in Legum & Canonum, aliarumque Scripturarum fundamentis magis mihi ipſi proficerem, cauſarumque & negotiorum imminentium diſcuſſioni arduarumque & dubitabilium Quæſtionum materiis, ſuper quibus crebrò interrogatus & conſultus fueram, aptior & paratior decidendis redderer. Conſideravi equidem quod quanquam Conſtitutiones ipſæ ex interioribus medullis Scripturarum & ſacrorum Canonum, indubitatiſque tam Theologorum quàm Juris Canonici & Civilis Authenticorum Doctorum ſententiis ad utilitatem memoratæ Provinciæ* Cantuarienſis *ſubditorum extractæ, à compluribus dictæ Provinciæ tam Patribus aliiſque Prælatis & Judicibus quàm ipſorum ſubditis neglectui quodammodo habeantur, adeò quòd temporibus his perpauci ſunt, qui ipſarum obſervationi (ut ratio exigit) invigilent. In ipſis tamen, ut ſatis liquet, plurima ad fidei fortificationem, morum reformationem, ac Simplicium directionem, animarumque ſalutem neceſſaria conſtituuntur; quas reverà eò citiùs priſtino ſtudio revocandas, & tam ipſorum Prælatorum & Judicum quàm ſubditorum animis eò acceptiores & tenaciùs imprimendas fore arbitratus ſum, quò magis Conſtitutionum ipſarum clarior & ad inveſtigandum apertior intellectus extiterit, quantòque iiſdem uſuri ex ipſis fructum uberiorem noverint provenire.*

Aliæ ejuſdem Operis cauſæ.

Ut igitur tantorum Patrum laboris induſtria luculentiùs in Atrio Militantis Eccleſiæ refulgeat, Conſtitutiones ipſas ex ſcriptis Doctorum approbatorum ſecundùm continentiam verarum concluſionum eorundem, in quantum ingenii mei modulus eas comprehendere potuit, apparatas, cum muliere pauperculâ offerre ſtudui in Gazophylacium Eccleſiæ Anglicanæ. *In quo quidem Opuſculo plura fateor occaſione & prætextu multiplicium ingruentium negotiorum, quibus ſæpiſſimè præditus fueram, eſſe omiſſa; quæ aliàs huic Operi diligentiori ſtudio inſcripſiſſem.*

Intentio Authoris.

Cùm itaq;, Pater Reverendiſſime, teſtante legali eloquio, in actibus humanis nihil adeò ſtabile neq; perfectum reperiri valet, quin multiplici noſcatur ſubjacere defectui; hoc Opus quod ad Dei honorem, communem utilitatem, animæ meæ ſalutem, & maximè virorum Eccleſiaſticorum ſimplicium profectum, non ex appetitu conſequendæ laudis, ſed ex charitate ſeminandæ veritatis grandis ſollicitudinis ſtudio, compilare decrevi; & quod (eò quòd de Statutis in Conciliis Provincialibus editis principaliter tractet) PROVINCIALE *nuncupandum cenſui, Veſtræ Paternitati Reverendiſſimæ (quam verè Juris lucernam in Eccleſia* Anglicana *novi radiantem) cum Operantis & Operis ſubmiſſione in omnibus (ſicut decet) offero corrigendum. In quo, ſi quid veritatis inveneritis, quæſo ut id Veſtræ prudentiæ diſcretio ſoli principio veritatis aſcribat, à quo (ut ait Apoſtolus) & non ex nobis noſtra ſufficientia procedit, mea autem inſufficientia aſcribatur quicquid in hoc Opere reprehenſione dignum exiſtat. Cæterùm cùm hoc Opuſculum ſuſtinentes melioribus rationibus roborantes, & merito reprehendentes amplectar, ac velut agnus coram tondente obmutescens detrahentibus non reſiſtam; proteſtor, quòd ſi me in hoc Opere talia forſan ſcripſiſſe contigerit, quæ (quod abſit) ſint, ſeu ſapiant contra veritatem Legis Divinæ, Canonicæ, vel Civilis, ea exnunc revoco, & habeo pro non ſcriptis. Sicque in fidei firmitate ſummo lapide angulari Domino noſtro Jeſu Chriſto indiſſolubiliter inmixus, in ipſius nomine & ad Chriſtianæ fidei corroborationem hoc Opus inchoare decrevi à Titulo ſeu Rubrica ſequenti.*

Titulus Operis.

Submittit Opus cenſuræ Eccleſiæ.

Longè

LONGE REVERENDO IN CHRISTO PATRI Dno GVLIELMO WARHAM,

Cantuarienſi *Archiepiſcopo*, *totius* Anglicanæ *Eccleſiæ Primati digniſſimo*, & *Magno totius Regni Cancellario*, *quàm optimè merito*, JODOCUS BADIUS ASCENSIUS *cum omni obſervantia fælicitatem.*

CElſitudo Sublimitatis tuæ, Archipræſulum Digniſſime, omnibus modeſtiæ frænis temperantiæque numeris moderata, fecit mihi hanc ejuſdem in hoc Albo nuncupandæ fiduciam. Siquidem cùm cæteri ferè mortales, ad ſublimiora evecti, illic ſimul cum faſcibus ac infulis etiam faſtus animóſque turgidiores efferre ſoleant, tua unius modeſtia, Dominico conſilio (ut in cæteris) audiens (cùm ſis primarius, atq; in *Britannia* majore Epiſcoporum maximus) planè facit ut inter tuos verſeris perinde atque minimus; quocirca vel humillimo cuique ſit plena Reverentiæ tuæ adeundæ facultas. Accedit tamen ad hanc noſtram, ſeu fiduciam ſeu audentiam dixero, juſtiſſimæ ſupplicationis ratio. Nam poſteaquam Conſtitutiones *Angliæ* tam eas, quæ à Legatis à latere ſummorum Pontificum (quibus condendæ Legis & jus & poteſtas eſt) latæ ſunt (alii *Legitimas*, alii *Legatinas* vocant) quàm eas, quæ quòd in Provincialibus Conciliis à Majoribus tuis, Egregie Præſul, conſtitutæ ſunt, *Provinciales* inſcribuntur, recognoviſſemus; & Legitimas etiam Epitomatis ſeu Summariis pro ſupellectilis noſtræ brevitate decorâſſemus; diligentiſſimíque Bibliopolæ *Wolfgangus Hopil* & *Johannes Confluentinus* (quorum ære Opus excuſum eſt) etiam peritiſſimo Juris utriuſque viro, Magiſtro *Johanni Chappuſo*, redintegrandas & annotandas commiſiſſent, noſque illis triplicem Indicem ſeu Tabellam addidiſſemus, Opúſque jam belliſſimum proceſſiſſet, ſolummodo deſiderabaris, Pater Optime, tanti muneris emittendi & Dux & Auſpex. Neque verò erat mihi tantillo & ignoto præſertim, tantæ Sublimitatis adhuc compellandæ ſatis ampla fiducia, donec ad celeberrimam Nominis tui gloriam longè latéque etiam in has regiones tum per negotiatores tum per literatos viros diſperſam, vir nobis amiciſſimus, & ob virtutum, morum, atque literarum elegantiam plurimùm obſervandus, Dominus *Robertus Ayſcheeum*, Natione *Anglicus*, excellentiſſimæ humanitatis atque beneficentiæ tuæ certiſſimum exhiberet teſtimonium; diceréque nihil in iſthoc Primatu tuâ Dignitate aut modeſtius, aut clementius, aut præſenti munere dignius: decere etenim ut Archiepiſcoporum *Cantuarienſium* Statuta ad excellentiſſimum Archipræſulem redirent; ad hoc ut morum honeſtorum ſanctæque vitæ præcepta, ad omnis Sanctitatis atque Honeſtatis columen dirigerentur; denique ut doctiſſimi Domini *Johannis de Athona* in Legitimas Conſtitutiones argutiſſimæ lucubrationes, ad totius Juris, præſertim Pontificii, Æquitatiſq; deſtinarentur præſidium. Quibus equidem tam juſtis rationibus parui non invitus, cum præſertim fauſtiſſimè actum iri cum Bibliopolis optimis putarem, ſi operæ & impenſæ ipſorum tam dexterrimo protegerentur auſpicio. Proinde, Pater cum primis obſervande, hanc Operis hujus Dedicationem, tuique fæliciſſimi Nominis Nuncupationem, in partem accipias bonam rogamus, ſinásque ſub tuo præſidio tam nitidum exultúmque Opus per magnæ *Britanniæ* (quæ præclariſſima Inſularum nunc *Anglia* vulgò dicitur) locupletiſſima circumvectari Emporia, diſertiſſimáq; Gymnaſia. Atque utinam Sacræ tuæ occupationes Te iſtuc aliquando reſpicere ſinerent, quo Provinciales Conſtitutiones nondum (quantum video) ſatis digeſtæ, in legitimam redigantur Codicem. Tantum eſt quod noſtrâ liceat Te voce precari, Vale, *O & præſidium, & dulce decus meum!*

Ex Officina noſtra Literaria in Pariſiorum *Academia, ad Idus Septembris, Anni hujus Salutis noſtræ Milleſimi Quingenteſimi Sexti.*

Jodocus

JODOCUS BADIUS ASCENSIUS

Studioſiſſimo & probiſſimo majoris *Britanniæ* ſeu Eccleſiæ *Anglicanæ* Clero Salutem.

LEgimus atque relegimus hâce diebus, Cœtus Celeberrime, Conſtitutiones, *quas, quòd Provinciæ veſtræ peculiares ſunt,* PROVINCIALES *vocatis, à Domino* Gulielmo Lyndwood *tum doctè tum dilucidè explanatas, captique ſumus mirum in modum & doctrinæ integritate, atque cum Sanctorum Patrum Decretis conformitate, & morum veſtrorum venuſtate; admirantes videlicet magnæ, ſecundùm Deum, Patentiæ (quam Priſci* Naturam *vocabant) præſagam in ſejungendis Terris ſolertiam, quâ penitus toto diviſit ab Orbe* Britannos, *perinde ac ſi egregios & non vulgares viros illic jam tum à primordio rerum orituros præſagierit: quod & Principes Poetarum,* Homerum *dico &* Maronem, *obſervâſſe conſtat. Nam, ut* Homeri *teſtimonium propter Characterum penuriam omittam,* Maronis *illud in promptu eſt:*

——Relliquias *Danaum* atque immitis *Achillis.*

Siquidem antehac omnium ore laudatam audivimus & Soli veſtri fœcunditatem, quâ vel laudibus Italiæ *certet, & virorum etiam in bellicis rebus præſantiam, quâ mortalibus ferè excelluiſſe in conceſſo eſt. Enimverò vix tandem ultimi mortalium (neque id quidem multò tempore) Majores veſtri* Romanis *audientes erant; ſæpe autem à quibus illi victi erant, & tum & poſtea vicerunt. Neque verò minus Divina in excogitandis Scientiis ingenia demirati ſumus. Iſtinc ſiquidem excellens illud Monachorum decus, &* Pariſienſis *Gymnaſii, ut magni atteſtantur viri, author & Princeps Venerabilis* Beda *cum ſuis proceſſit. Iſthinc & Dialecticorum argutiorum, quos* Nominales *appellitant, Inceptor ingenioſiſſimus* Gulielmus Occam *ad* Pariſios *venit. Sed quid paucos enumero, cùm ſexcenti agminatim occurrant? Verùm nunc quoque* Anglicanæ *Eccleſiæ totiuſque Cleri in morum honeſtate inſtitutorúmque pulchritudine ſpecimen ex hoc uno Codice luce clarius perſpeximus; ratique ſumus, quibus multò antehac* Anglicos *vultus ſumma addixit Authoritas, etiam* Anglicos *ineſſe animos. Quocirca quia pro veteri more theſauro recondito, ſiquando conſpicari permittitur, nonnihil pro conſpicantium modulo adjiciendum eſt; voluimus & nos, tametſi earum rerum pauperrimi, quippiam opis noſtræ adjectum, adjiciemúſque Alphabeticum de Rubricis omnibus Indicem; nè videlicet, quia in majori Indice ſeu Tabula per eas annotatio ſit, longus ſit indagantibus Labor. Adjecimúſque, quoties opus viſum eſt, Epitomata ſeu Summaria. Acceſſit præterea exactiſſima* Wolfgangi Hopylii *Impreſſoris in expungendis innumeris fermè vitiis; in annotandis notatu dignis; in literarum ſuperiorum diſtinctionibus; in nitidiſſimis Characteribus; interſiſſima Impreſſione; in Titulis in fronte ponendis; in Chartis ſeu Foliis numero diſtinguendis; in Rubro diſcernendo; inque aliis multis diligentia. Quamobrem optimorum Bibliopolarum veſtrorum, qui hoc Opus ſuo impendio, ſuâque ſollicitudine ad Archetypum, i. e. primarium exemplar corrigendum curaverunt; noſtróque nomine, veneranda Literarum columina, Vos ſupplices rogamus, ut memores gratique hos tantos conatus in partem accipiatis bonam.* Hæc ſunt quæ noſtro liceat vos ore precari. *Valete.*

Ex Officina noſtra Pariſienſi, *ad Idus Maias Anni hujus Milleſimi Quingenteſimi Sexti.*

Gulielmus

Gulielmus Lindwood, Legum Doctor *Oxonienſis*, (qui tamen in Aula *Gonvilenſi Cantabrigiæ* ad tempus victitavit) Archiepiſcopi *Cantuarienſis* primùm fuit Cancellarius, tum Privati Sigilli Regii Cuſtos, poſtquam Legationibus fuiſſet perfunctus ad *Hiſpanum*, *Luſitanum*, alióſq; Principes non paucos. Inter multa quæ ſcripſit, Opus præcipuè celebratur, cui Titulum fecit, *PROVINCIALE, ſeu Conſtitutiones Angliæ*; in quo redegit in ordinem omnium Synodorum Canones à *Stephano Langton* ad *Henricum Chichleium*, *Cantuarienſem* Archiepiſcopum. Obiit A. D. 1446. *Henrici VI.* 25. & in Eccleſia Collegiata Sancti *Stephani Weſtmonaſterii* jacet tumulatus.

Ita *Fr. Godwinus, in Comment. de Præſulibus Angliæ.*

Gulielmus Lindwood, imperante *Henrico* Quinto, *Menevenſi* Sede potitus eſt. Fuit ille quidem vir *Cæſarei* & Pontificii Juris conſultiſſimus, qui Pontificias *Cantuarienſium* Sanctiones temerè disjectas & diſperſas, & in aptum ordinem digeſſit, & Commentariis etiam illuſtravit. Quo Legato uſus eſt *Henricus V.* in rebus maximi momenti ad *Hiſpanum*, & *Luſitanum*; cui Regi fuit à Secreto Sigillo: qui à loco ubi natus eſt in Diœceſi *Lincolnienſi*, *Lindwood*, ni fallor, dictus eſt.

Sic *Nic. Harpsfeldius, in Hiſt. Anglic. Eccleſiaſtica.*

Poſt Jus Canonicum ſunt Conſtitutiones Archiepiſcoporum *Cantuarienſium* in Conciliis Provincialibus editæ: è quibus eas, quæ à *Stephano Langtono* ad *Henricum Chichley* ſunt latæ, eruditis Commentariis illuſtravit *Gulielmus Lindwood*, Legum Doctor, Officialis Curiæ *Cantuarienſis* conſtitutus à *Chichleio* Archiepiſcopo; (qui etiam Legum fuit peritiſſimus) & ſingulariter eſt commemorandus, cùm ſit primarius inter paucos *Anglos*, qui Juris *Romani* ſcientiam in Scriptis prodiderunt. Ille verò cùm eſſet Officialis *Cantuarienſis*, à Rege *Henrico V.* Legatus miſſus eſt ad Reges *Hiſpaniæ* & *Luſitaniæ*; quibus Legationibus defunctus poſt *Henrici* Regis mortem redit ad munus Officialis, & deinceps Cuſtos Privati Sigilli, & Epiſcopus *Menevenſis* factus eſt.

Hæc *Duck de Authoritate J. Civ. Rom. lib. 2. cap. 8.*

Authores in hoc Opere citati.

Abbas Monacenſis, Ordinis S. *Benedicti*, *Panormitanus* Archiepiſcopus, ſive *Nicolaus Siculus de Tudeſchis*, Cardinalis & J. C. celeberrimus, docuit in Schola *Senenſi* Jus Canonicum, A.C. 1425.

Accurſius, *Florentinus*, in utroque Jure peritiſſimus, *Azonis* Auditor, floruit A. C. 1227. ſub *Friderico II.*

Ægidius de Fuſcaris, Civis *Bononienſis*, Juris Canonici peritiſſimus, moritur A.C. 289.

Ægidius de Bellamera, ſcripſit in Decretal. &c. Claruit A. D. 1374.

Alanus, Anglicus J. C.

Albericus Roſatus Bergomenſis, in uſu forenſi exercitatiſſimus, ſcripſit ſuper *ff.* & *C.* Claruit A. C. 1340.

Albertus Galeotti, *Parmenſis*, Canonum & Legum profeſſor inſignis, claruit eodem tempore cum *Johanne de Deo.*

Alexander, Theologus Anglicus.

Anitius Manlius Severinus Boethius, Conſul *Romanus*, Theologus & Philoſophus, ſcripſit de Trinitate &c. Claruit A.C. 510.

Angelus de Perugio J.C. Claruit circa A.C. 1450.

Antonius de Butrio, *Bononienſis*, coætaneus *Anchorani*, Doctor omni veneratione dignus. Docuit *Bononiæ* & *Ferrariæ.*

Archidiaconus, *Bononienſis*, dictus *Guido de Baiſipho*, vel *Baiſio*, vel *Baiſo*, *Regienſis*, ſcripſit Comment. ad Decretum *Gratiani.* Floruit A.C. 1300.

Ariſtoteles floruit A.M. 3605. ante Chriſtum 343.

Aſtexanus de Civitate *Aſtenſi* Ordinis Fratrum Minorum. Floruit A.C. 1317.

Aymo Cravetta à Saviliano, peritiſſimus J. C. vel forſitan *Haymo.*

Azo, *Bononienſis*, Auditor *Ja. Baſiani*, florere cœpit A.C. 1200. *Baldus* vocat eum *Fontem Legum & Vas Electionis.*

Baldus de Ubaldis, *Peruſinus*, Auditor *Bartoli*, ſubtiliſſimus Juris Interpres, A.C. 1344. docuit *Bononiæ*, dein *Ticini*, ubi diem obiit A.C. 1420. Scripſit ſuper totum Jus Civile &c.

Bartolus de Saxoferrato, Eminentiſſimus J.C. Anno ætatis 14. audivit *Cynum* &c. Anno 25. docuit *Piſis*, dein *Perufii*. Demum Imperatoris *Caroli IV.* Conſiliarius factus eſt. Scripſit ſuper totum propè Jus Civile. Mortuus eſt 1355.

Bartholomæus Brixienſis vixit tempore *Guilelmi Durandi.* Scripſit in Decret. & Decretal.

Beda Venerabilis floruit A. C. 696. hoc eſt anno ætatis 30.

B. *Bernardus*, Abbas *Clarevallenſis* primus, *Burgundus*, Ordinis *Ciſtercienſis*, Doctor melliſluus, claruit A.C. 1130.

Bernardus Compoſtellanus, *Innocentii IV.* Capellanus, caſus Decretalium & Librum ſuper Decretalibus confecit A.C. 1245.

Bernardus, *Papienſis*, Præpoſitus, primam compilationem Decretalium Epiſtolarum compoſuit, dein *Gilbertus* ſuam effecit. Aliam etiam *Alanus*; dein *Bern. Compoſt.*

Bertrandus montis *Feurerini*, vir eminentiſſimæ ſcientiæ. Floruit tempore *Alberici.*

Cardinalis, ſc. *Franciſcus de Zabarellis.*

C. Criſpus Saluſtius Senatu movetur A. M. 3900. Ante Chriſtum 48.

Cynus, *Piſtorienſis*, Auditor *Dyni*, ſcripſit ſuper *ff.* & *C.* In ſcribendo brevis eſt & accuratus. Floruit *Bononiæ* A.C. 1335.

Dionyſius Areopagita, pro Religione Chriſtiana Martyrio coronatus eſt, A. C. 96.

D. Cæcilius Cyprianus, *Carthaginenſis* Epiſcopus & Martyr, paſſus eſt ſub *Valeriano* & *Gallieno* Principibus. A.C. 259.

D. Athanaſius, Epiſcopus *Alexandrinus*, *Magni* cognomen apud *Græcos* adeptus, *Arriana* perfidiæ hoſtis, floruit A.C. 360.

D. Aurelius Auguſtinus, *Hipponenſis* Epiſcopus, fit Presbyter *Hipponenſis* A.C. 391.

D. Euſebius Hieronymus, *Stridonenſis*, ſcripſit libros infinitos, fit Presbyter anno 20 ætatis, viz. circa A. C. 353.

Dominorum de Rota Concluſiones.

Dominicus de Sancto Geminiano claruit præcipuè in Juris Pontificii interpretatione, circa A.C. 1438.

Dynus, *Mugellanus*, à *Bonifacio IIX. Bononiâ*, ubi docuit, evocatus, Sextum Decretalium una cum *Richardo de Petronibus* conſcribit, Opere confecto reverſus eſt *Bononiæ* ſine Cardinalatu, ubi moritur, Anno Chriſti 1303.

Flavius Joſephus, ex *Hieroſolymis* Sacerdos, claruit circa A.C. 90. ſub *Domitiano* Imperatore.

Flavius Vegetius Renatus, *Conſtantinopolitanus*, claruit ſub *Valentiniano Auguſto.* Scripſit de re militari.

Franciſcus de Senis.

Franciſcus de Zabarellis, *Patavinus*, *Cardinalis* dictus, claruit circa A.C. 1410.

Fredericus de Senis, vel *Fredericus Petrucius Senenſis*, floruit circa A. C. 1340.

Garſias, *Hiſpanus*, J. U. D. ſcripſit in Legibus plura. Claruit circa A.C. 1290.

Gaſpar Calderinus, Decretorum Doctor, claruit 1380.

Geſcelinus vel *Genſelinus*, J. C.

Goffredus citatur quandoque ſine Prænomine, quandoque ſic, *Jacobus Goffredus.* J. C.

Gulielmus de Cumo, *Gallus*, ſcripſit ſuper *ff.* & *C.* Docuit *Aurelii* A. C. 1330.

Gulielmus Durandus, Epiſcopus *Mimatenſis*, ſcripſit Rationale &c. Claruit A. C. 1236.

Gulielmus de monte Lauduno, Abbas Monaſterii *Pictavienſis*, Ordinis S. *Benedicti*, Philoſophus & Juris Canonici peritiſſimus, claruit A.C. 1330.

Henricus Bohic, ſive *de Bowyco*, ſive *Boych*, J. U. D. *Brito*, ex Diœceſi *Leonenſi.*

Horatius poeta floruit A. M. 3912. id eſt, ante Chriſtum 36. ſub *Auguſto* Imperatore.

Hoſtienſis, Cardinalis, ſive *Henricus de Segusia*, dictus *Lumen Juris à Speculatore*, vir præſtantiſſimæ in utroq; Jure ſcientiæ. Floruit A.C. 1255. *Innocentii* duras opiniones reprobat.

Hugo de Sancto Victore, Monachus S. *Victoris Pariſienſis*, *Saxo*, floruit circa A. C. 1130.

Hugo, Epiſcopus *Ferrarienſis*, Juris Canonici peritus, floruit tempore *Innocentii III.*

Jacobus de Arena, *Parmenſis*, floruit circa A.C. 1320. Laudatur in eo ſingularis Judicii dexteritas.

Jacobus de Bello Viſu, *Bononienſis*, in Feudorum Interpretatione claruit circa A.C. 1270.

Jacobus de Butrigariis ſcripſit ſuper *ff.* & *C.* Floruit A. C. 1320. Celebritatem maximam ex Diſcipulo *Bartolo* conſecutus eſt.

Jacobus de Ravani, ſive *Ravenna*, *Lotharingus*, A.C. 1305. clarescere cœpit. Omnium hic primus ad Dialecticum

lecticum modum docendi & disputandi discipulos deduxit.

Innocentius Papa III. Natione *Campanus*, *Lotharius* antea vocatus, floruit A.C. 1200.

Innocentius Papa IIII. *Sinibaldus* antea vocatus, *Genuensis*, primus Annotationes ad Jus Pontificium scripsit. *Pater Juris & Organum Veritatis* a plurimis Jurisconsultis appellatur. Claruit A.C. 1250.

Johannes Andreas, quem *Baldus*, *Juris Canonici Fontem & Tubam* appellat, annos 20. pelle Ursinâ tectus, citra lecti delicias noctu cubuit, & tandem *Bononiæ* diem obiit A.C. 1348.

Johannes de Athona, Author Comment. in Constitutiones Legatinas, claruit circa A.D. 1290.

Johannes de Burgo scripsit Pupillam Oculi.

Johannes Calderinus, *Bononiensis*, *Magnæ Scientiæ & Vitæ sanctæ Doctor* dictus, mortuus est *Bononiæ* A.C. 1386.

Johannes Cassianus, Natione *Scytha*, *Constantinopolitanus*, obiit *Theodosio II.* & *Valentiniano* regnantibus.

Johannes Damascenus, Monachus, Presbyter *Syrus*, *Chrysoorras* dictus, item *Manzurim* & *Saracenicus*, Claruit circa A.C. 730.

Johannes de Deo, *Hispanus*, docuit *Bononiæ* circa A.C. 1260.

Johannes Faventinus, Scriptor Juris Canonici.

Johannes Hugo, *Seletstadiensis*, scripsit Quadrivium Ecclesiæ.

Johannes de Janua, Ordinis Fratrum Prædicatorum, scripsit Summam, quæ vocatur *Catholicon*.

Johannes de Imola, Juris primarius Interpres, *Baldum* Senem audivit. Obiit A.D. 1485.

Johannes de Lignano, *Mediolanensis*, quem *Andreas Siculus* Canonum, Legum, & Philosophiæ illustrem Capitaneum vocavit. Claruit *Bononiæ* A.D. 1303.

Johannes Monachus, Cardinalis, scripsit Glossas ad Sextum Decretalium. Claruit A.C. 1338.

Lapus Abbas, sc. *Lapus de Castellione*, Abbas S. *Minarii*, *Florentinus*, scripsit super *Clementinis* &c. Floruit 1340.

Laurentius, vetus Juris Canonici Interpres.

Lincolniensis nomen competit tribus, viz. *Gulielmo de Montibus*, *Johanni de Athona*, & *Roberto Capitoni*; sed in hoc Opere huic ultimo præcipuè competere credimus, qui scripsit Dicta Theologica &c. Obiit A.C. 1253. Regnante in *Anglia Henrico III.*

Lucius Annæus Seneca, *Cordubensis*, Philosophus *Stoicus*, occisus à *Nerone* A.C. 64.

Marcus Tullius Cicero floruit A.M. 3870. id est, ante *Christum* 78.

Marcus Fabius Quintilianus claruit A.D. 85. sub *Domitiano*.

Marianus Socinus, *Senensis*, claruit A.D. 1470.

Matthæus Matthesilanus, *Bononiensis*, eodem tempore cum *Dominico de S. Gem.* Jus Civile docuit.

Naso J.C. Hic *Nazo* & *Naazon* vocatur.

Nicolaus Gorhamus vel *Gorran*, *Anglus*, è Comit. *Hartfordiensi*, quo eis temporibus vix Doctiorem *Anglia* vidit aut *Gallia*. *Parisiis* obiit sub initio Regni *Henrici* Quarti.

Nicolaus de Lyra, *Anglicus*, Ordinis Fratrum Minorum, scripsit in V. & N. Testamentum. Claruit A.1320.

Nicolaus de Maturellis, *Mutinensis*, *Jo. And.* fuit cotemporaneus. Docuit *Bononiæ* & *Pisis*.

Odofredus, *Beneventanus*, docuit *Bononiæ*, ibique mortuus est, A.C. 1265.

Oldradus de Ponte, Patria *Laudensis*, floruit An. D. 1320. Fuit primùm Advocatus Consistorialis *Romæ*, dein Auditor.

Origenes Adamantius, eximius Scriptorum Interpres, Discipulus *Clementis*, anno 18. ætatis suæ ludum aperit. A.C. 204.

Ovidius Poeta, moritur in Exilio sub *Tiberio* Imperatore, A.D. 16.

Papias, *Lombardus*, Grammaticus, floruit tempore *Azonis*, J.C.

Paulus de Eleazaris, *Andreæ* auditor, scripsit super *Clem.* &c. Floruit 1340.

Paulus de Castro, de quo vulgò fertur dictum, *Si Bartolus non esset*, *esset Paulus*. Obiit *Patavii* A.C. 1438.

Petrus de Anchorano, *Bononiensis*, & *Baldi* auditor, vir utriusque Juris peritissimus, docuit *Patav.* deinde in Patria, multa in utroque Jure edidit. Floruit A.D. 1408.

Petrus de Bella Pertica, *Burgundus*, ab Interpretibus *Subtilis* vocatus, docuit *Aurelliis* circa Annum Christi 1300. Plurimas scripsit Repetitiones.

Petrus Lombardus, (qui *Magister Sententiarum* appellatur) Episcopus *Parisiensis* ex Scholastico. Floruit A.C. 1160.

Petrus de Samsona scripsit super Libris Decretalium &c.

Philippus de Pergamo, Ordinis Sancti *Benedicti*, scripsit super Ethica *Catonis*. A.C. 435.

Placentinus, ex Schola *Irnerii* prodiens primus, Professionem Juris in *Galliam* propagavit. Claruit in Academia *Montispessulana*, A.C. 1196.

Priscianus, Grammaticus, *Cæsariensis*, claruit circa A.C. 530. sub *Heraclio* Imp. & *Cosdra* R. *Persæ*.

Raymundus Barcinonensis, sive *de Pennaforti*, de quo in Proœm. Decretal. Floruit A.C. 1227.

Remigius.

Richardus Malumbra, *Cremonensis*, suæ ætatis Doctissimus J.C. Usus est Præceptore *Jac. de Arena*. Docuit *Patavii*. Tandem de Hæresi condemnatus obiit A.D. 1334.

Richardus de Hampolo, Theologus insignis *Anglus*, ex Com. *Eboracensi*, obiit 1349. Regnante *Edward. III.*

Richardus Notingham, *Anglus*, Theologiæ Professor *Oxon*, & ibidem Cancellarius, scripsit super 4 Evangelistas. Vixit A.C. 1329. tempore *Edwardi II.*

Richardus de S. Victore, *Scotus*, Monachus Sancti *Victoris*, *Parisiis* claruit circa A.C. 1155.

Richardus Adagomista, *Anglicus*, magnus J.C. scripsit in Decret. Claruit circa A.C. 1210. sub *Johanne* R.

Roffredus Beneventanus, J.C. claruit A.C. 1200. Scripsit de Libellis, & eundem cum *Odofredo* aliqui putant.

S. *Ambrosius*, *Mediolanensis* Episcopus, Patriâ *Romanus*, claruit A.C. 381.

S. *Bonaventura*, Cardinalis, obiit 1226.

S. *Gregorius Magnus*, Papa hujus nominis primus, claruit A.C. 590.

S. *Johannes Chrysostomus*, Episcopus *Constantinopolitanus*, claruit A.C. 382.

S. *Isidorus* sit *Hispalensis* Episcopus A.C. 599. Discipulus *Gregorii* Magni. Obiit A.C. 636.

Speculator, sive *Gulielmus Durandus*, ita vocitatus, quòd A.C. 1261. scripsit ad *Othobonum*, Cardinalem S. *Adriani*, postea Summum Pontificem *Adrianum V.* Egregium Opus, viz. Speculum Juris. Fuit Vir Exercitationis forensis peritissimus, & ideo *Pater Practicæ* vocatur. Mortuus est Juvenis, annum trigesimum non ita multum egressus.

Tancredus, Juris Canonici Doctor.

Thomas de Aquino, Doctor Angelicus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, *Alberti Magni* Auditor, obiit A.C. 1274.

Valerius Maximus scripsit ad *Tiberium* Cæsarem memorabilia.

Ubertus de Bobio J.C.

Vincentius.

Zanchinus Ugolinus, *Arimensis*, J.C. scripsit de Hæreticis.

Leges

Leges allegandi methodus in Jure Canonico.

PArtes Juris Canonici ſunt *Decretum. Decretales. Sextus* Liber *Decretalium. Clementinæ*, ſc. Conſtitutiones. *Extravagantes Johannis*, & *Communes. Septimus* Liber *Decretalium*. In omnibus his partibus difficultas latet, vel in extendendo quod abbreviatur, vel in ſubintelligendo quod deficit. Notæ, *d. diſt.* vel *d.* ſignificat *diſtinctionem. q. quæſtionem. pœn. pœnitentiam. Con. conſecrationem.* quæ ſunt Notæ Characteriſticæ trium partium *Decreti*. Sed quia in qualibet parte *Decreti* ſunt Diſtinctiones, nota quod *d.* de. vel *diſt.* per ſe poſitum, eſt ſemper in Parte prima. *d. di. diſt.* cum *pœn.* in Parte ſecunda. *d. di. diſt.* cum *Conſ.* in Parte tertia.

Prima pars *Decreti* ſic citatur.] *diſt.* 8. *quo jure.* hoc eſt, in prima parte *Decreti*, in diſtinctione 8. illius primæ partis, in Canone vel Capitulo, quod incipit *quo jure*. Aliquando ſic, 76. *diſt. c.* 1. & 2. id eſt, diſtinctione 76. Canone vel cap. primo & ſecundo. Si *v.* vel §. addatur, notat Verſiculum vel Paragraphum iſtius Canonis.

Secunda pars *Decreti* ſic.] 26. *q.* 5. *non liceat. et c. nec mirum. in v. vel* §. *Magi.* id eſt, in ſecunda parte Decreti, in Cauſa 26. in quæſtione quinta ejuſdem Cauſæ, in Canonibus qui incipiunt, *non liceat.* & *nec mirum.* in Verſiculo ſeu Paragrapho quæ incipit, *Magi*. Item ſic, *de pœn. diſ.* 1. *homicidiorum. et c. homicidium.* id eſt, in parte ſecunda Decreti, in Cauſa 33. in quæſtione 3. in Diſtinctione prima, in Canonibus qui incipiunt, *homicidiorum & homicidium.*

Tertia pars *Decreti* ſic.] *de Con. diſt.* 1. *c. Eccleſia.* id eſt, in tertia parte Decreti quæ intitulatur *de Conſecratione*, in prima diſtinctione, in Canone qui incipit, *Eccleſia.*

Regula. Principium Canonis ſeu Capituli nunquam abbreviatur.

Liber *Decretales* vocatus dividitur in quinque Libros, & eorum quilibet in Titulos, & Tituli in Capitula, & hæc in Paragraphos ſeu Verſiculos.

Modus Allegandi.] *de ſum. Trin. & fi. Cat. damnamus.* id eſt, in Libro Decretalium, ſub Titulo *de ſumma Trinitate & fide Catholica*, Capitulo *damnamus.* Item ſic, *Extra. de ſum. Tri. & fi. Cat. c. damnamus.* Decretales enim *Greg. IX.* citantur apud *Lyndwood* per hoc vocabulum *Extra*, id eſt, extra Decretum *Gratiani*.

Eodem etiam modo allegatur *Sextus Decretalium*, tantùm adhibendo *lib.* 6. Exempli gratia, *de Prab. & Dig. c. quamvis.* §. *quanquam. lib.* 6. id eſt, in Sexto Decretalium, ſub Titulo *de Prabendis & Dignitatibus*, cap. *quamvis*, Paragrapho *quanquam*. Eodem etiam modo *Septimus Decretalium* allegatur, tantùm addendo *lib.* 7. Similiter etiam in *Clementinis*, tantùm præfigendo *Clemen.* vel ſuffigendo *in Clemen.*

Extravagantes ſic.] *de Prab. & Dig. Extra. Joan.* 22. item *de major. & obed. Extra. Com.* id eſt, de Majoritate & Obedientia in Extravagantibus communibus.

In Jure Civili.

JUriſconſulti veteres pro *Pandectis* poſuerunt literam *Græcam* π, quam ex incuria vel ignorantia ſuccedanei Scriptores mutarunt in ff. & tandem in *ff.* & ſic allegantur *Digeſta* ſeu *Pandectæ.*] *ff. de damno infecto. l. ſi finita.* id eſt, in libro Digeſtorum, ſub Titulo *de damno infecto*, in Legè quæ incipit, *ſiſinita.*

Inſtitutiones ſic.] *Inſtit. de Nuptiis.* §. *duorum.* id eſt, Inſtitutionum lib. 1. Tit. *de Nuptiis*, Paragrapho quæ 1 incipit, *duorum*, viz. quarta.

Codex ſic.] *Cod. de Feriis. l. omnes Judices.* id eſt, lib. 3. Titulo 12. Lege 3 Codicis. Item ſic, *C. de Epiſ. & Cle. Authen. generaliter.* Id eſt, in Codice ſub Titulo *de Epiſcopis & Clericis*, in Authentica ibi incorporata, quæ incipit, *generaliter.*

Authenticum ſic.] *Authent. de nuptiis. cap. ſed etiam. coll.* 4. Id eſt, Novellâ 22. cap. 7.

Liber *Feudorum* ſic.] *in Feud. quid ſit Inveſt.* §. *ſi vero.* vel ſic, *Feud.* 2. *Tit.* 2. §. *ſi vero.* id eſt, libro ſecundo Feudorum, Titulo 2. qui incipit, *quid ſit inveſtitura*, Paragrapho *ſi vero.*

Tabula Rubricarum Alphabetica.

De A.

Appellationibus. 114
Accusationibus, Inquisitionibus, & Denunciationibus. 277
Apostatis 305

De B.

Baptismo, & ejus effectu. 241

De C.

Constitutionibus. 10
Consuetudine. 19
Clericis peregrinis. 47
Cohabitatione Cle. & Mul. 125
Clericis conjugatis. 128
Clericis non Residentibus. 130
Concessione Prebendæ. 141
Censibus & Procurationibus. 219
Celebratione Missarum. 226
Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & Olei Sancti. 247
Clerico Venatore. 308
Clandestina Desponsatione. 273

De D.

Donationibus. 161
Decimis & Oblationibus. 185
Desponsatione Impuberum. 271

De E.

Ecclesiis Ædificandis. 250
eo qui furtive Ordines recepit. 309
Excessibus Prælatorum. 310

De F.

Filiis Presbyterorum. 43
Foro competenti. 92
Feriis. 99
Furtis. 308

De H.

Hæreticis & Schismaticis. 288
His qui Filios occiderunt. 307
Homicidio. 307

De I.

Judiciis. 79
Jure jurando. 108
Institutionibus & Commendis. 137
Jure Patronatûs. 215
Immunitate Ecclesiarum. 255

De L.

Locato & Conducto. 151

De M.

Majoritate & Obedientia. 269
Magistris, & potestate docendi. 282

N.

Nè Clerici vel Monachi Secularibus Negotiis se immisceant. 268
Nè Prælati vices suas sub annuo Censu concedant. 281

De O.

Officio Archidiaconi. 49
Officio Archipresbyteri. 54
Officio Vicarii. 64
Officio Judicis Ordinarii. 67

De P.

Postulando. 74
Procuratoribus. 76
Præsumptionibus. 107
Prebendis. 134
Pignoribus. 160
Peculio Clericorum. 165
Parochiis & alienis Parochianis. 184
Privilegiis. 311
Purgatione Canonica. 312
Pœnis. 314
Pœnitentiis & Remissionibus. 326

De R.

Rebus Ecclesiæ non alienandis. 148
Regularibus, & transeuntibus ad Religionem. 201
Religiosis Domibus. 213
Reliquiis, & Veneratione Sanctorum. 248

De S.

Summa Trinitate, & Fide Catholica. 1
Scrutinio in Ordine faciendo. 33
Sacra Unctione. 33
Sacramentis iterandis. 40
Sequestratione Possessionis & Fructuum. 104
Sepulturis. 183
Statu Regularium. 204
Sponsalibus & Matrimonialibus. 270
Simonia. 278
Sententia Excommunicationis, Suspensionis, & Interdictis. 345

De T.

Temporibus Ordinandorum. 26
Trenga & Pace. 71
Transactionibus. 72
Testamentis. 166

De V.

Vita & Honestate Clericorum. 117
Voto & Voti Redemptione. 203
Verborum significatione. 356

Tabulæ, Indices, seu Repertoria in Constitutionibus Provincialibus *Anglicanæ* Ecclesiæ, earúmque Aureis Explanationibus Notatu Dignissimorum.

TABULA Alphabetica annotatu dignissimorum.

A. Hæc Monosyllaba *A.* quandoq; stat inclusivè, quandoq; exclusivè. *de consue. c. nullus. ver. à quo dic.*

Abbas, quare dicitur, & quis. *de tempo. or. c. cum quanta. ver. Abbas.*

Abbas cum Conventu facit Statutum Juramento firmatum, qd singuli Monachi habeant certam pecuniam pro vestibus; nunquid Abbas possit illud Statutum revocare. *de statu Regul. c. quia nonnunquam. ver. denarii tribuantur.*

Abbas quomodo singulis annis mutabit suos Capellanos. *eo. ti. c. ut secundum. in Textu.*

Abbas an causâ hospitum supervenientium possit comedere carnes. *eo. ti. c. omnem. ver. viderit expedire.*

Abbas in quibus casibus non potest dispensare cum Monacho. *eo. cap. ver. dispensare.*

Abjurare Regnum non tenetur Clericus fugiens ad Ecclesiam. *de immu. Eccl. c. 1. ver. abjurationem.*

Abjurans Regnum gaudebit immunitate, dum est in via publica, nec debet violenter extrahi, & quid si voluntarie exeat, *no. eo. c. ver. extrahentes.* Et quid si via publica rupta sit, vel aquis operta, an aliunde transiens gaudebit immunitate, ibi nota.

Abjurationis Regni consuetudo, etiam in Laico, an sit dicenda rationabilis, *eo. ti. c. sciatis. ver. non compellitur.*

Abjurare Hæresin recusans, quando est suspectus de Hæresi, est damnandus ut Hæreticus. *de hæreticis. c. 1. §. qd si hujusmodi. ver. abjuraverint.*

Abjurationis hujusmodi forma qualis erit. *eo. §. ver. in forma Ecclesiæ.*

Abjurans unam speciem Hæreseos, postea incidens in aliam, an censebitur relapsus. *eo. ti. c. 2. ver. simpliciter.*

Absens in cujus personam dirigitur effectus pacti vel promissionis, an ex tali contractu obligetur. *de cele. Miss. c. sacerdotes. ver. nullus insuper. ver. socios sacerdotes. ad fi. glo.*

Absens in causa Hæreseos potest condemnari, *de hæreticis. c. finaliter. §. ad hæc. ver. absentem.*

Absolutio an sit necessaria, quando censura fertur contra aliquem, donec fuerit satisfactione factâ. *de fo. compe. c. 1. §. quia verò. ver. satisfecerit.*

Absolutio an erit una vel plures, quando pluries incurritur pœna. *de vi. et ho. Cle. c. quamvis. ver. quotiescunque.*

Absolutio Suspensi reservatur Episcopo. *eo. ti. c. exterior. §. si quis autem. ver. reservamus.* Et quid operatur talis reservatio, ibi nota.

Absolutio à pœna Statuti Provincialis ad quem spectat, nota *ea. glo.*

Absolutio in mortis articulo per quem fieri potest. *de dona. c. unico. §. donantes. ver. absolutionem.* Et ibi nota, an possit pertinere ad non Sacerdotem.

Absolutio ad cautelam, an habeat locum in sententia Juris, nota *ea. glo.*

Absolutio à Sententia Excommunicationis latæ à Jure, an possit fieri, nulla satisfactione præmissâ. *no. ea. glossa. ver. sed nunquid.* Et ibi subsequenter nota, an ad talem Absolutionem fiendam opus sit vocatione eorum quorum interest.

Absolutio à Sententia Excommunicationis an possit fieri post mortem, & per quem. *ea. glo. prope finem.*

Absolutio à Sententia Excommunicationis in mortis articulo quomodo fiat. *ea. glo. in fi.*

Absolvere Subditum Suffraganei à Sententia lata à Canone, an possit Archiepiscopus, vel ejus Officialis, maxi nè quando Absolutio est reservata Episcopo. *de cele. Miss. c. effrænata. 2. ver. Diœcesanum loci. de immu. Eccl. c. accidit. §. nos igitur. ver. reservamus.*

Absolutionē à Sententia Excommunicationis an præcedere debet Satisfactio. *mali sæculi principes. §. sed contingit. ver. nec possunt.*

Absolutio quibus casibus reservatur Episcopo in Foro Conscientiæ. *de pœ. & re. c. in confessione. §. sunt autem. ver. homicidia. & glo. sequentibus.*

Absolutio in quibus casibus reservatur soli Papæ. *eo. c. §. sunt autem. 2. ver. solus Papa.*

Absolvere non potest in Foro Conscientiæ is, qui non habet Curam animæ ejus, cujus confessionem audit. *eo. ti. c. cum sæpe. ver. nullam.*

Absolutio Sacerdotis in Foro Pœnitentiali quid operetur. *eo. ti. c. Sacramentum. ver. ea et fructu.*

Absolutio an requirat manûs impositionem. *eo. ti. c. Sacramentum. §. omnibus. ver. absolutionis signaculum.*

Absolvere à Sententia Excommunicationis latæ à Canone quis poterit, nota *eo. §. verbo, non tenere.*

Absolutio delinquentium solis Episcopis reservatur per has Constitutiones in multis casibus notatis in *c. præterea. eo. ti. ver. solis Episcopis.* Sacerdotes an in Foro Pœnitentiæ possint sine licentia Superioris se adinvicem mutuò absolvere. *eo. ti. c. licet. §. ex hoc. ver. constet.*

Absolutio ab Excommunicatione in mortis articulo debet moderari cum cautela. *de sen. Excom. c. superno. ver. mortis articulo.* Et ibi nota, an mulier prægnans possit absolvi tanquam posita in mortis articulo.

Accidia quid est. *de offi. Archipres. c. ignorantia. §. septem verò. ver. accidia. in textu & in glo. ver. boni spiritualis.* Et ibi nota, quando tædium boni Spiritualis est Accidia, & quando non.

Accidiæ multæ sunt species. *eo. ver. ver. similia.*

Acquietantia si concedatur Executoribus, non audito pleno Computo, quid prodest. *de test. c. ad. §. in ipsa. ver. Acquietantiarum.* Et nunquid per Acquitantiam generalem videatur remitti dolus, ibi nota.

Actus legitimi qui sunt, & à quibus est exclusus, qui excluditur ab actibus legitimis. *de procura. c. exhorrenda. §. procurator autem. ver. actu legitimo.*

Administrationis commissio in bona Defuncti an sit necessaria. *de testa. c. Item quia locum. ver. administrationis.* Ut Executor administret bona Defuncti quæ requiruntur. *eo. ti. c. Totutum. §. Inhibemus. ver. prius.* Et ibi nota, quomodo Administrans suâ propriâ auctoritate tenetur respondere Creditoribus. Et quid si Administret non confecto inventario, ibi nota.

Administratio bonorum Defuncti infra quod tempus debet compleri. *de testa. c. addo. §. in ipsa. ver. fideliter. in fi.*

Administrationis verbum quid importet, & qui dicuntur habere Administrationes in Monasteriis. *de statu Reg. c. 1. ver. administratio.*

Adoratio Imaginum quomodo potest licitè fieri, & an Christi Humanitas sit adoranda cultu Latriæ. *de Eccl. ædi. c. 2. vers. imagines.* Et quid de Imagine Christi, ibi nota.

Adulatio reprobatur. *de pœnitentiis. c. Sacramentum. ver. sub cujus.*

Adulterium quid est. *de offi. Archipres. c. 1. §. sextum mandatum. ver. adulterium.*

Adulterium an sit peccatum gravius Fornicatione. *de purg. Can. c. Item licet. ver. adulterio.*

Advocatus in causa sanguinis quomodo est irregularis. *de tempo. ord. c. in primis. ver. causa sanguinis.*

Advocati mali multa mala agunt. *de postulan. c. 1. ver. advocatos.*

Advocatus quis est, & an Procurator sit Advocatus, & quæ requiruntur in Advocato. *eo. c. ver. advocatus.*

Advocatus stans contra sententiam latam pro Matrimonio, privatus est Advocatione eo ipso per annum. *eo. c. in Textu.*

Advocatus suspensus ab Advocatione ad tempus, an possit interim consilium præbere, vel amici negotia promovere extrajudicialiter. *eo. c. ver. privatus exi stat. in fi.*

Advocato quantum tempus studendi sufficit an equam admittatur. *ea. ti. c. veloces. in Textu & in Glo.* & in qua facultate studere debeat; nota ibi.

Advocati Juramentum quale erit. *ea. c. glo. ul.*

Advocati officium quale est. *de procura. c. exhorrenda. §. quicunque. ver. Advocatus.*

Advocatus Ecclesiæ quis dicitur. *de foro competen. cap. cùm speciali. ver. Advocatus.*

Affines qui sunt. *de statu Regu. c. sanctimoniales. ver. affines.*

Agnus quis esse dicitur. *de decimis. c. quoniam propter. ver. de agnis.* & ibi, & in glossis sequentibus, nota qualiter fiet Agnorum Decimatio.

Agricultura quomodo potest vel non potest fieri diebus Festivis. *de feriis. c. 1. ver. agriculturam.*

Alienatio rei privatæ facta per infirmum de animalibus suis, ex quibus in casu mortis ejusdem debetur Mortuarium, an teneat. *de conjugat. c. statutum. ver. post obitum.*

Alienatio bonorum privatorum qualis est prohibita habenti Creditores. *de dona. c. unico. ver. alienare.*

Alienatio omnium bonorum quomodo præsumitur fraudulenta sex de causis. *eo. c. ver. Rex.* Et ibi nota, quando Alienatio præsumitur fictitia & non vera, & quæ requiruntur ut non dicatur fictitia.

Alienatio necessaria quomodo potest fieri per habentem Creditores. *ea. glo. ver. quandoque donatio talis. & ver. sequenti.*

Alienationis verbum quid importat quoad Alienationem rei Ecclesiasticæ. *de re. Eccl. non alie. c. 1. ver. alienare.* In alienatione rerum Ecclesiæ quas Solennitas est servanda. *eo. c. ver. forma Canonis.* In Alienatione rei Ecclesiasticæ an debeat intervenire tractatus. *eo. c. ver. viribus caret.*

Alienantis malè bona Ecclesiæ qualis erit pœna. *ea. c. ver. spolietur.* Res Ecclesiæ malè alienata quomodo debent restitui. *eo. c. ver. sine damno.* Et nunquid Ecclesia teneatur restituere pretium, nota ibi *ver. suis sumptibus.*

Alienatio rei Ecclesiasticæ quomodo debet revocari, & per quem. *eo. c. verbo, revocandum.*

Alienari non debent bona Ecclesiæ mobilia pretiosa. *eo. c. §. is quoque. ver. bona.* Recipiens bona Ecclesiæ malè alienata quomodo punitur. *eo. §. ver. detinere. & glo. sequenti.*

Alimentorum nomine quid continetur. *de immu. Eccl. c. 1. ver. alimenta.*

Alioquin: de hujus dictionis significatione nota *de Cle. peregri. c. 2. vers. alioquin. de jurejur. c. Presbyteri. ver. alioquin.*

Alioquin quid importat. *de jurejur. c. præsenti. ver. aliquid.*

Almus quid importat. *de hæreticis c. finaliter. ver. alma.*

Alius, an per alium quis possit facere quod potest facere per seipsum. *de consti. c. quia Incontinentiæ. verbo, Officiales.* Hæc dictio [alii] quos includit. *de treuga & pace. c. unico. verbo alii.* Ad idem vide *de dona. c. unico. ver. alii creditores. de testa. c. statutum. §. Cæterum. verb. aliorum. de censi. c. cum. ver. aliorum.*

Altare an possit consecrari sine Reliquiis. *de reli. & vene. sanct. c. 1. ver. loco reliquiarum.* Et ibi nota, nunquid in consecratione Altaris debeat apponi corpus Dominicum loco Reliquiarum.

Altare magnum sive summum quod esse dicatur. *de Eccl. ædi. c. 2. ver. magnum Altare.* In Altari quot erunt Tuelli, nota *eo. c. ver. tribus tuellis.*

Ambitio quid est. *de jure patronatus. c. per provinciam. ver. ambitiosum.* Et ibi nota, quòd est peccatum mortale.

Ambiguitas contingit diversis modis. *de Eccl. ædi. c. 2. ver. ambiguitas.*

Amicus. Amicitia quid est, & quomodo differt ab Amore. *de treu. et pa. c. unico. vers. amicitias.*

In copulatione Amicitiæ quæ debent intervenire. *eo. c. vers. copulantes.* Inter Amicos qui numerandi sunt, & an Concubina sit numeranda inter Amicos. *de sepul. c. 1. vers. amicis.*

TABVLA.

Amotio à Beneficio, quo quis privatus eſt, quomodo debet fieri. *de filiis Presbyterorum. c. cum in jure. §. præcipimus. verſ. Juris exigentiam.*

Amoveri debet de facto incumbens Beneficio vacanti de Jure, antequam alius admittatur ad illud. *de conceſſ. Præben. c. eſurientis. in Textu & in Glo.*

Amovere incumbentem Beneficio de facto, cùm tamen vacet de Jure, an poſſit Officialis Epiſcopi? *eo. c. ver. competentes.* In amovendo aliquem ab incumbentia facti in aliquo Beneficio, qualis erit Proceſſus. *eo. c. ver. Canonicè.*

Amotio hujuſmodi quali auctoritate fieri debet. *eo. c. §. Si verò. ver. ſufficientis auctoritate.*

Anachoriticam vitam ducere volens, qualis eſſe debeat, & quæ ſunt circa eum & ejus locum conſideranda. *de relig. dom. c. quoniam Religionum. §. ad hæc. ver. loci. & verb. moritus. & glo. ſequenti.*

Anathema quid eſt, & quid importat hæc Clauſula, [ſub pœna Anathematis]. *de teſt. c. Religioſa. ver. Anathematis.* Et ibi nota, quomodo Anathema differt ab Excommunicatione, & an hæc verba [ſub pœna Anathematis] ſint ſententiæ latæ vel non? De hac materia etiam vide *de Simo. c. 1. glo. penul.* Hæc verba [ſub interminatione Anathematis] quid important. *de furtis. cap. unico. glo. 1.*

Anima Chriſti per triduum mortis ſuæ cum Sanctis Patribus in limbo fuit. *de ſumma Tri. & fi. Ca. c. 1. §. item. ver. quartus. ver. in anima.*

Animæ ſalus in quo conſiſtit. *de conſue. c. ſtatutum. ver. animæ ſuæ.*

Animæ ſalus & medicina ſunt Sacramenta Eccleſiæ. *de ſacra. ite. c. ignorantiæ. ver. ſalute.*

Anima pueri eſt ſicut Tabula nuda, in qua nihil depingitur. *de magiſtris. c. 1. ver. nova teſta.*

Animal quomodo intelligitur. *de conſuetu. c. ſtatutum. ver. animalia.*

Animus quomodo præſumitur bonus ſive malus. *de immu. Eccl. c. accidit. §. alii verò. ver. injuriosè.*

Annulus cui competit, & in quo digito portabitur. *de vi. & ho. Cleri. c. exterior. §. ſi qui autem. ver. dignitatis.* Et quòd Clerici non debent uti Annulis, nota ibi in Textu.

Annalia quæ ſunt. *de cele. Miſſ. c. Sacerdotes. §. nec præſumant. ver. annalia.*

Annalia plura an aliquis poſſit in ſe recipere. *eo. §. ver. ſocios ſacerdotes.* & ibi notatur, an Annalis celebratio pro aliquo Salario recipiendo poſſit deduci in pactum, & nunquid poſſit acquiri abſenti.

Anniverſarium quid eſt. *de cele. Miſſ. c. Sacerdotes. §. illos autem. ver. Anniverſariis.*

Officialis Epiſcopi an poſſit amovere incumbentem Beneficio de facto, cùm tamen vacet de Jure. *de conceſ. Præben. c. eſurientis. ver. competentes.* Pœna quæ habet locum in offendentes nuncios Epiſcopi, an habeat locum in offendentes nuncios ſui Officialis. *de immu. Eccl. c. accidit.* §. *alii verò. ver. mandata hujuſmodi.*

Officialis Archiepiſcopi Legati nati an habeat Juriſdictionem virtute Officii ſui in his quæ concernunt Jus Legationis ipſius Archiepiſcopi. *de accuſa. c. 1. ver. vel ejus officialis.*

Officii Eccleſiaſtici executio quomodo & qualis interdicitur Excommunicato, Suſpenſo, vel Interdicto. *de temp. or. c. in primis. ver. executione.*

Officii executio multis interdicitur, de quibus cavetur *eo. c. in textu & in glo. finali.*

Officium Divinum in quibus conſiſtit. *de offi. Archid. c. ſint Eccleſiarum.* §. *& ut bonor. ver. officiis.*

Officiis Divinis intereſſe debent Presbyteri in Eccleſiis celebrantes: *de ma. & obe. c. Presbyteri. per totum.* & quomodo debent intereſſe, ibi nota *ver. pſalmodizantes.*

Officiis Divinis intereſſe debens, an excuſetur, ſi ad mandatum ipſum ſtipendiantis tempore Divini officii ſit abſens. *eo. c. ver. parebunt. ver. ſed quæro.*

Officiis Divinis non intereſſe cum aliis, an excuſet pactum ſpeciale. *ea. glo. ver. ſed quid ſi Capellanus.* Suſpenſio ab Officio de quo Officio debet intelligi. *de foro compe. c. excuſſi.* §. *citationes. ver. ab offi.*

Officium Divinum, ſecundùm cujus Eccleſiæ uſum eſt dicendum. *de feriis. c. ulti. ver. Sarum Eccleſia.*

Officium in Eccleſia quomodo cognoſcitur à Dignitate & Perſonatu. *de conceſ. Præben. c. eſurientis. ver. officia. cum glo. precedente.*

Officium Divinum omiſſum per negligentiam, an debeat iterari. *de cele. Miſ. c. 1. ver. negligenter.* Et ibi nota, an peccet Clericus, cujus cogitationes verſantur circa mundalia tempore Divini officii.

Officium nocturnum in quibus ſtat: *eo. c. ver. nocturnum.* & in quibus diurnum, nota ibi in *glo. ſeq.*

Officium Matutinale quid eſt. *eo. ti. c. linteamina.* §. *nullus inſuper. ver. matutinale.*

Officium Divinum omiſſum an ſit redicendum. *eo. ti. c. ſacerdotes.* §. *illos autem. ver. ſuppleant.*

In officiis Divinis dicendis quæ ſit hora competens, & an liceat prævenire horam. *eo. ti. c. Presbyteri. ver. debitis horis.*

Officia publica & privata quomodo differunt. *eo. ti. c. effrenatis. 1. ver. peculiaribus.*

Officium an poſſit vendi pro pretio annuo. *nè Prala. vices ſuas. c. 1. ver. ad firmam.*

Oleum ſanctum debet quolibet anno innovari, ſicut & Chriſma. *de ſacra unct. c. cum ſacri.* §. *quod id ipſum. in Textu.* Et ibi de hoc Oleo nota *ver. oleo. & ver. credimus.* & an ungens Baptizandum hoc Oleo teneatur intra annum ſit puniendus, ibi nota

Oleum Infirmorum differt ab Oleo Sancto. *eo. ti. c. cum magna. ver. oleum infirmorum.*

TABVLA.

Omnes. De hac dictione nota *de consti. c. quia incontinentia.* §. 1. *ver. & singulis.* Item *de temp. ord, c. in primis. ver. omnes. de dona. c. 1. ver. singulos.* nota bene.

Hæc dictio [omnis] quandoque non stat universaliter, sed limitative, *de sententia Excom. c. cum malum. §. ulti. ver. omnibus Episcopis.*

[Omnino] quid importat. *de Jureju. c. Presbyteri. §. quod si. ver. adveantur omnino. de testa. c. adeò quorundam. ver. omnibus.*

Onera Ecclesiæ quis supportabit, ubi est dare Rectorem & Vicarium. *de offi. Vica. c. quoniam. §. provideat. ver. facultate. & eo. c. §. 2. ver. conferre.*

Onera Ecclesiastica quæ sunt. *eo. §. ver. onera Ecclesiastica.*

Onerum quædam sunt ordinaria, quædam extraordinaria: *ea. glo. ver. sed hic adverte.* & ibi nota, quæ onera subeat Ecclesia, & quæ non.

Onera ordinaria & extraordinaria quomodo differunt: *ea. glo. ver. sed cete.* & ibi subsequenter nota, an reparatio Cancelli sit opus ordinarium vel extraordinarium.

Onus reale quod esse dicatur. *de Simo. c. præterea. 2. ver. legare.*

Opera quæ sunt illa, à quibus cessandum est diebus Dominicis. *de offi. Archi. c. 1. §. in tertio. ver. Canonici, instituta.* Et ibi nota, quæ sunt opera servilia, quæ liberalia; & circa hæc vide *de feriis. c. ex scripturis. ver. nullibus.* sed latius *eo. c. ver. regulariter.*

Opus Dei in quibus consistit. *de cele. Miss. c. 1. ver. opus Dei.*

Operas suas an Sacerdos possit locare. *de Simo. c. præterea. 2. ver. sub certa & pretio.*

Opinio nova quæ dicitur. *de Cle. peregri. c. 1. ver. novis opinionibus.*

Oportet. Hæc dictio quid significat. *de decimis. c. erroris. §. alii præterea. ver. oportet.*

Oratio quid est, unde dicatur, quæ sit ejus divisio, ad quem sit porrigenda, per quem, ad quid, qualiter, ubi, & quis sit ejus effectus. *de feriis. c. 1. ver. oratione.* Et ibi nota de aliis tangentibus materiam Orationis.

Orarium quid est, & quod diversis modis sumitur. *de relli. & vene. sanc. c. dignissimum. ver. Orarium.*

Oratorium multis modis dicitur. *de cele. Miss. c. quamquam sit. vers. oratoriis.* Et ibi nota, quomodo differt ab Ecclesia. & alia ibi videas de materia Oratoriorum sive Capellarum, & quomodo in eis liceat celebrare Divina vel non, nota ibi *in textu* & in *glo.*

Ordinarii qui dicuntur, & quis contineatur appellatione Ordinarii. *de consti. c. exterior. ver. ordinarii. & in ti. de foro compe. c. contingit. §. quia verò. ver. ordinariorum. & ver. locorum ordinarios.*

Ordinarii perpetui & naturales sunt Episcopi. *de concess. Præben. c. cùm in ecclesiis. §. ulti. ver. ordinariorum.*

Ordinari à quo debent Religiosi exempti. *de temp. ordi. c. cum quanta. ver. Diœcesano.*

Ordinari an possunt illegitimi. *eo. ti. c. eos qui. glo. 1.*

Ordinans illegitimum an eoipso videatur cum eo dispensare. *eo. c. glo. 2.*

Ordines sacri qui dicuntur. *eo. c. ver. sacros ordines.* Et ibi nota, an in pœnalibus appellatione Ordinum sacrorum contineantur minores Ordines.

Ordinis executio in quibus consistit. *eo. c. vers. executione.*

Ordines suscipiens ab alieno Episcopo, an sit ipso facto Suspensus ab Executione Ordinis. *eo. c. ver. suspendimus.*

In Ordinibus suscepris vel suscipiendis ministrare an impediat peccatum mortale. *eo. c. ver. peccati mortalis. cum glo. seq.*

Ordinis assumptio propter lucrum temporale tantùm, quomodo impedit ipsius Ordinis executionem. *eo. c. ver. temporale tantum.*

Ordinum executionem non habet Irregularis ante dispensationem. *eo. ti. c. in primis. ver. executione.*

Ordinati ab Hæreticis an habeant executionem Ordinis. *eo. c. ver. ab hæreticis.*

Ordinatus à nominatim Excommunicato an habeat executionem Ordinis, & quis potest cum tali dispensare. *eo. c. ver. nominatim excommunicatis.*

Ordinari non debent Bigami, & si sint Ordinati, non habent Ordinum executionem. *eo. c. ver. bigamos.*

Ordines furtivè recipere dicitur quis multis modis, & sic suscipiens Suspensus est ab executione Ordinis sic susceptis, & quis dispensabit cum tali. *eo. c. ver. furtivè.*

Ordines sive majores sive minores non debent celebrari sine examinatione præcedenti: *de scruti. in ordi. fac. cum quanta. ver. ordines.* & ibi in vers. *examinatus.* nota quando, per quos, & de quibus debet fieri examinatio.

Ordinum gradus qui sunt. *eo. c. ver. gradus.*

Ordinandorum examinatio quando fieri debet, & quomodo examinati præsentabuntur Ordinatori. *eo. c. ver præsentatores.*

Ordinatio criminosi vel alterius prohibiti accedere ad Ordines an teneat? *eo. c. glo. ulti.*

Ordinis Sacramentum quid est, & quibus convenit, & quod est voluntarium, & à quibus confertur, & de ipsius dignitate. *de sacra. ite. vel non. c. ignorantia. §. sunt duo. ver. ordo.*

Ordinandus debet esse masculus non fœmina. *eo. ti. c. sacerdotes. ver. masculi.*

Ordinatio alicujus quomodo probatur? *de Cle. pereg. c. cum quanta. ver. constiterit.* & quæ sit Ordinatio legitima vide ibi, *ver. legitima ordinatione.*

Ordinis Sacerdotalis Literas solùm ostendens, an sit admittendus ad celebrandum Divina. *eo. c. ver. non constat.*

Ordo quid est, & quot sunt Ordines in Ecclesia, & quòd Ordo sumitur multipliciter. *de vi. & hone. Cle. c. 1. ver. ordinis.*

Ordinum Literæ in personis notis non debent examinari nisi semel, nec pro earum inspectione debet aliquid recipi. *de cens. c. item licet. ver. primis admissionibus.* Inter Ordines Ecclesiæ an numerentur Episcopatus & prima Tonsura. *de eo qui fur. ordi. recepit. c. 1. ver. ordinibus.*

Ordinandus debet prius Baptizari ex necessitate, sed non confirmari. *ea. c. ver. characteribus.* Et ibi nota, quomodo Ordinatis imprimitur character, & an sit necesse instrumenta quæ traduntur tangi, & quis imponet manus Ordinandis.

Ordinatus coactè an recipiat Ordines. *eo. c. ver. sibi.*

Ordines plures an possunt simul uno & eodem die uni personæ & eidem conferri. *eo. §. quis igitur. ver. Canonicas sanctiones.* Et ibi nota, an cum minoribus Ordinibus possit conferri eodem die Ordo Subdiaconatûs.

Ornamenta Ecclesiarum non debent verti in profanos usus, & si sint vetustate corrupta, debent comburi. *de sacra unct. c. panni. ver. deputentur.*

Ornamenta quare dicuntur. *de offi. Archipres. cap. ut Archidiaconi. §. habeant. ver. ornamenta.*

Ornamenta Ecclesiarum qualia esse debent. *eo. ti. c. sint Ecclesiarum. in textu & in glo.*

Osculum pacis quare datur in Missa: *de cele. Miss. in celebratione. ver. pacem.* & quo ordine dabitur, ibi nota.

Oscula, Basia, Suavia, quomodo differunt. *de hæreti. c. nullus. ver. deosculationibus.*

Ostensorio est species Superbiæ, & quomodo. *de offi. Archipres. c. 1. §. septem verò. ver. ostentatio.*

Ovis habet quatuor conditiones. *de Regu. c. sanctimoniales. glo. ulti.*

PActio sive Transactio quomodo potest vel non potest cadere in rebus spiritualibus. *de transac. c. cæterum. ver. compositionem admittat. ver. in causis verò spiritualibus. de præsum. c. nè Lepra. ver. passionem.*

Pactio an & quomodo potest intervenire pro Missis celebrandis, vel Sacramentis, aut Sacramentalibus ministrandis. *de cele. Miss. c. sacerdotes. §. nec præsumant. ver. socios sacerdotes. eo. ti. c. effrænata. ver. salariis.* nota bene.

Pallæ Altaris quæ sunt. *de cele. Miss. c. linteamina. ver. pallæ. de Ec. ædi. c. 2. ver. frontale.*

Panis reperitur multiplex. *de Cle. non resi. c. cum hostiæ. ver. panis Dominicus.* de hoc *ver. Eucharistia.*

Paradisi vocabulo intelligitur Dei fruitio. *de sum. Trini. c. 1. §. item. ver. quartus. ver. in anima.*

Parasceves, quid est. *de feriis. c. animarum. ver. Parasceves.*

Parentum nomine qui contineatur: *de sacra unc. c. sacerdotes. §. frequenter. ver. parentes.* & præsertim quando statuitur, quòd Parentes aliquid faciant concernens salutem Spiritualem filiorum.

Parentibus, quorum facto iteratur Sacramentum Baptismi vel Confirmationis, qualis pœna sit imponenda. *de sacra. ite. vel non. c. sacerdotes. §. ultimo. ver. Canones. & glo. seq.*

Parvuli multis modis dicuntur. *de sacra unc. c. sacerdotes. §. frequenter. ver. parvulos.*

Parochia quandoque ponitur pro Diœcesi. *de ti. ordi. c. quidam. ver. Parochianum.*

Parochialis Ecclesia quæ est. *de Paroch. c. 1. ver. Parochialis Ecclesia.*

In ampla Parochia plures debent esse Presbyteri, & quales. *eo. c. ver. duo sint. & glo. seq.*

Parochiani quibus diebus tenentur interesse Divinis Officiis. *eo. c. ver. volentibus.*

Parochiano an credendum est, dicenti se habere licentiam ut recipiat Eucharistiæ Sacramentum à non suo Curato. *de Paroch. c. 2. ver. licentia.*

Parochianus cujus Ecclesiæ est viator. *eo. c. ver. peregrinantes.*

Parochiani qui intelliguntur, ad effectum petendi Decimas. *de decim. cap. sancta Ecclesia. ver. Parochianos.*

Parochiale Jus in quibus consistit. *de clandest. desponsa. cap. 1. ver. Parochialibus.*

Paschæ Solennitas quando incipit, & quantum durat. *de sacra unc. cap. cum sacri. ver. Paschæ solennitatem.*

Paschæ tempus an sit de necessitate Præcepti quoad Confessionem, & quoad Sacramentum Eucharistiæ. *de pœni. c. confessionem. 2. §. quicunque. ver. in anno.*

Passio Christi fuit secundùm Humanitatem, non secundùm Divinitatem *de sum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. item. ver. tertius. ver. vera Christi passio.*

Pro quibus passus est Christus. *eo. vers. ver. in Cruce.*

Pastor quis censetur. *de Cle. non resi. c. 2. ver. pastoribus.*

Pastura, & Pascua, quomodo differunt. *de decimis. c. quoniam. §. de pasturis. ver. pascuis.*

Pater unde dicitur, & quòd Deus dicitur multipliciter. *de sum. Tri. & fi. Ca. §. sciendum. ver. secundus. ver. patrem.*

Paternitas quomodo probatur. *de fil. Presby. c. cum in jure. §. præcipimus. ver. inquirant. in fi.*

Pater alius carnalis, alius Spiritualis. *de offi. Archipres. c. 1. §. primum secundæ. ver. patrem.*

Patri & Matri quomodo & quare debetur Reverentia, nota ibi *ver. temporaliter. & glo. seq.*

Pater multis modis dicitur. *ibid. ver. gradus merito.*

Patronatûs Jus ex quibus consistit. *de jure compe. c. circumspecti. ver. pars bonorum.*

Patronatûs Jus an sit res Spiritualis. *de Jureju. c. præsenti. ver. patronum.*

Patronus in Ecclesia non potest deputare inferiores Ministros. *de concess. Præben. c. à nostris. ver. studeant.*

Patronus Laicus quomodo potest variare, & quare. *de jure Patro. c. 1. ver. præsentati.*

TABVLA.

Patronus Laicus ſcienter præſentans indignum, an ſit privatus ea vice poteſtate Præſentandi. *eo. c. ver. devolvatur.*

Jus Patronatûs quid eſt. *eo. c. §. ſed ſi. verſ. Jus Patronatus.*

Inter Patronos ſi ſit diſcordia, quid erit Epiſcopo faciendum. *eo. §. ver. venit.*

Patronus poſt devolutionem factam Epiſcopo per temporis lapſum erigens jus Patronatûs, an poſſit Eccleſiam præſentare, cùm de ea nondum ſit proviſum per Epiſcopum. *eo. ti. c. ſi aliquo. ver. injuria. & glo. ulti.*

Patronus Laicus an poſſit donare alteri Jus Patronatûs quod habet in Eccleſia, & an poſſit dare ipſam Eccleſiam, vel aliquod jus quod in ea habet. *de Simonia. c. nulli. verſ. donalitatis.*

Patronus & Advocatus an differant inter ſe. *de homi. cap. 2. ver. Patroni. & glo. ſe.*

Patronatûs Jus quomodo amittitur. *de homici. c. 2. in textu & in glo.*

Pauperibus eſt danda audientia. *de offi. ordi. c. ſtatuimus. §. & ut boris. in textu.* Et quis dicitur Pauper, ibi nota *verſi. audiendos.* & quomodo differt ab inope, ibi etiam nota quomodo eſt eis providendum de conſilio. Item quis dicitur Pauper, vide *de feriis. c. 2. ver. pauperibus.*

Pauperibus quibus danda eſt Eleemoſyna. *de Cle. non reſi. c. in decimis. ver. pauperibus.*

Pauperes Clerici qui dicuntur. *de conceſ. Præben. c. à noſtris. ver. pauperibus.* Item quis dicatur pauper, habes *de teſta. c. item quia. §. ſtatuimus. ver. pauperes. & eo. ti. c. ſtatutum. §. teſtamentis. ver. Laicis.* ibi nota.

Pax quid eſt, & unde dicitur. *de treug. & pace. c. unico. ver. pacem.*

Pacem cum omnibus habere eſt difficile. *eo. c. ver. cum omnibus.*

Ad pacis bonum laborare debent Judices. *de tranſact. c. ceterum. ver. bono pacis.*

Pacis oſculum quare datur in Miſſa. *de cele. Miſ. cap. in celebratione. ver. pacem.*

Pacis judicium pertinet ad Eccleſiam. *de ſen. Excommuni. cap. 1. §. item omnes illos. verſ. pacem.* Et ibi nota VI. cauſas, quare pax non ſervatur in terra.

Peccata mortalia, quæ ſunt VII. figurantur per VII. populos. *de offi. Archipreſ. c. 1. §. ſeptem verò. glo. 1.*

Peccata Capitalia quæ ſunt, & quòd quandoque dicuntur Criminalia, quandoque Mortalia. *eo. §. ver. capitalia.*

Ad peccata de facili labitur Humana Natura. *de judi. cap. excuſſis. ver. peccata.*

Peccatum Mortale quid eſt, & quæ ſunt peccata Mortalia. *de cele. Miſ. ea. Inneamina. §. prohibemus. ver. mortale peccatum.*

Peccata Venialia quibus modis delentur. *dicto §. prohibemus. ver. confeſſionem generalem.*

Peccatum unum quomodo ſit gravius alio. *de purga. Ca. c. item licet. ver. fornicatione.*

Peccata majora quæ ſunt: *eo. c. ver. majori.* & ibi nota, quomodo unum peccatum ſit gravius alio.

Peccata VII. Mortalia quæ ſunt. *de pœni. c. in confeſſione. ver. uſitata.*

Bona facta per eum, qui eſt in Mortali peccato, quid operantur. *eo. ti. cap. Sacerdos. §. & hoc. ver. non poterit.*

Peccatum quomodo ſequitur ex peccato. *eo. ti. cap. confeſſiones. ver. ponderoſus.*

Pecorum appellatione quæ continentur. *de deci. c. quoniam ut audivimus. ver. pecorum.*

Pecuniæ appellatione quid continetur. *de teſta. c. item quia. ver. pecuniam. de cenſibus. c. quamvis. ver. pecunia. de Simo. c. 2. ver. pecuniam.*

Pelagianorum Hæreſis qualis fuit. *de ſum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. ſciendum. ver. ſextus. ver. gratiæ ſacramenta.*

Pœna ſive Damnatio æterna fundatur ex Scripturis. *de ſum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. primo. ver. ſeptimus. ver. gloriam æternam. & ver. æterna damnatio.*

Pœna duplex in Inferno. *ibidem. §. item. ver. quartus. ver. in anima.* Et ibi nota de pœna Purgatorii, & ejus qui eſt in Limbo.

Pœna Sententiæ latæ non debet mandari executioni, niſi priùs lata Sententia declaratoria. *de conſti. c. quia incontinentiæ. ver. ferimus.* Et ibi nota, quando pœna inflicta à Jure incurritur ipſo facto, monitione non præmiſſâ, & quando eſt opus monitione: & vide notata in *eod. cap. ver. executionem.*

Pœnæ Canonicæ quæ ſunt: *de offi. Archid. ei eiſdem. ver. pœna Canonica.* Et ibi nota, an pœna pecuniaria poſſit infligi per Archidiaconum.

Pœna non reparantium Eccleſiam qualis erit, & per quem infligetur: *eo. ti. c. Archidiacoui. ver. ſub pœna:* & pœna hujuſmodi commiſſa cui applicabitur. *ea. glo. ver. ſed cum Archidiaconi.*

Pœna quæ infligitur ipſo facto, requirit actum conſummatum, non inchoatum tantùm. *de poſtu. c. 1. ver. fecerit.*

In pœna lata ipſo Jure opus eſt ſententiâ declaratoriâ in caſu dubio. *eo. c. ver. hoc ipſo.*

Pœna Juris, quæ privat Advocatum facultate Advocandi, an indiſtinctè extendatur ad quaſcunque Curias. *eo. c. ver. privatus exiſtat.*

Pœna à Jure inflicta aliquid facienti, an inturratur ſi fiat per alium. *de procur. c. exhortenda. ver. contrarium fecerit.*

Pœna ſimpliciter alicui impoſita, an ſit perpetua. *eo. c. §. procurator autem. ver. perpetuo. de foro compe. c. excuſſis. ver. ſuſpenſos.*

Pœna à Jure inflicta quomodo demandabitur executioni. *de fo. compe. c. contingit. §. quia verò. ver. nuncientur.*

Pœna an ſit diverſificanda in perſona Liberi & Servi: *eo. ti. c. circumſpecte. ver. liber homo.* & ibi notatur, quomodo in pœnis infligendis mitiùs agitur cum Nobili quàm Ignobili;

Pœnæ duplici quando quis poteſt puniri. *eo. ti. c. excuſſis. ver. ingreſſu Eccleſiæ. de ve. & bone. Cle. c. quamvis. ver. pœnis altis.* A pœna minori eſt regulariter inchoandum. *de ſureju. c. evenit. ver. Excommunicationis.*

Pœna an multiplicabitur ſecundum iterationem delicti. *de ui. & bo. Cle. c. quamvis. ver. quotieſcunque.*

Pœnale Statutum non excedit limitationem in eo poſitam. *eo. ti. c. exterior. §. ſi qui autem. ver. penalibus.*

Pœnæ duæ impoſitæ pro uno delicto, habentur pro una. *de Inſti. c. ulti. prope fi. ver. ingreſſu.*

Pœnale Statutum an recipiat extenſionem, & qualem, *de conceſ. Præben. c. eſuriens. ver. procuramus.*

Pœna inflicta trahenti aliquem ad judicium vetitum, quomodo committitur. *eo. c. ver. proſequantur.*

Pœna appoſita contractui invalido an teneat. *de loca. & conduc. c. licet. ver. pœna pacti.*

Pœna exacta pro contractu intro contra prohibitionem Juris, an ſtabit contractus in ſe validus. *eo. glo. ver. ſed hic quæro.*

Pœna duplex, quando ſtatuitur pro uno delicto, quæ ipſarum debet infligi. *de ſtatu Regu. c. omnem. ver. ſatisfactionem.*

Pœnale quando quid eſt dicendum, quando non. *de jure Patro. c. per provinciam. ver. non tenere. ver. ſed ut melius.*

Pœna impoſita pro non reparatione Eccleſiæ, ad quem uſum debet converti. *de cenſ. c. quamvis. §. ulti. cum glo. penulti.*

Pœnæ plures quomodo poſſunt infligi pro uno delicto. *de immu. Eccl. c. 1. ver. minimè conſumente.*

Pœnas pecuniarias an Judex poſſit convertere in uſum proprium. *eo. ti. c. accidit. §. præterea. ver. pecuniarias.*

Pœnas pecuniarias an poſſunt infligere viri Eccleſiaſtici. *eo. §. ver. licet.*

Pœna debet commenſurari delicto. *eo. §. ver. exceſſuum.*

Pœna corporalis an mutari poſſit in pecuniarias. *eo. §. ver. juſſit poterunt.*

Pœna Legis antiquæ non tollitur per pœnam à Conſtitutione nova ordinatam. *de clandeſt. deſponſ. c. humana. §. & quia quater. ver. nihilominus arcentur.*

Pœna limitata quando non deſervit caſui occurrenti, quid fiet. *de hæreti. c. 2. §. pœnitentiam. ver. ipſius loci.*

Pœna quando poteſt exerceri in alium quàm in eum qui deliquit. *de homici. c. 2. ver. poſſeritas.* Et ibi nota, quando unus punitur pro alio.

Pœna quare infligitur aliquibus per Deum in hac vita, nota in *ea. glo.*

Pœna corporalis non poteſt infligi pro debito. *de Cle. vena. c. unico. ver. in perſona.*

Punitur quandoque Communitas pro delicto ſingularis perſonæ. *de pœni. c. 1. §. idem fiat. ver. loca.*

Pœnæ Eccleſiaſticæ corporales quæ ſunt. *eo. ti. c. evenit. ver. corporales.*

Pœna pecuniaria an & quomodo poteſt mutari in corporalem. *eo. cap. ver. compellantur.*

Puniri debet quis in eo in quo deliquit. *eo. ti. c. quoniam reus. ver. ab officio.*

Minima pœna corporalis major eſt quavis pœnâ pecuniariâ. *eo. cap. §. in commutationibus. ver. corporalium.*

Pœnarum commutatio ex quibus cauſis fieri debeat. *eo. §. in textu & in gloſſa.*

Pœnitentia qualis dicitur Sacramentum, & quæ non. *de temp. ordi. cap. eos qui. ver. Sacramentum pœnitentiæ.* Et ibi nota, quæ ſunt partes integrales pœnitentiæ, & an opus ſit quòd peragatur pœnitentia injuncta in eo qui recepit Ordines in peccato mortali ante executionem Ordinum.

Pœnitentia eſt Sacramentum redeuntium, & quomodo eſt de neceſſitate ſalutis. *de ſacra. ite. vel non. c. ignorantia. ver. pœnitentia.* In Pœnitentiis injungendis quæ ſunt conſideranda. *de offi. ordi. c. 1. §. ulti. glo. ult.*

Pœnitentia quando opus eſt ut compleatur, vel ſufficit eam eſſe inceptam. *De ſta. Regu. c. inhibemus. §. hoc quoque. ver. pœnituerit.*

Pœnitentiæ Sacramentum ſolum convenit Sacerdotibus quoad miniſtrationem. *de Bapti. & ejus effec. c. 1. §. de baptiſmate. ver. pœnitentia.*

Pœnitentiæ corporales quæ ſunt. *de immu Ecc. c. accidit. §. præterea. ver. pœnitentiis corporalibus.*

Pœnitentia quot annorum debetur pro quolibet peccato mortali. *de purga. Ca. c. item licet. ver. adulterio.* In Pœnitentiæ Sacramento quod eſt Sacramentum, quæ materia, quæ forma. *de pœni. c. cum ſacramentum. ver. pœnitentiæ.* De Pœnitentiæ nave quomodo eſt finale refugium. *eo. cap. ver. finale refugium.*

Pœnitentia qualis debet injungi confitenti. *eo. ti. c. Sacerdos. ver. vel uxoreni.*

Pœnitentiam ſolennem quis poteſt injungere. *eo. ti. c. cum ſæpe. ver. pœnitentias injungendas.*

Pœnitentia ut ſit fructifera, tria requiruntur. *eo. ti. c. ſacramentum. ver. debito caret fructu.*

Pœnitentia ſolennis quibus eſt injungenda, & pro quali peccato. *eo. ti. c. præterea. ver. vulgatiſſima.*

Pœnitentiæ tres ſunt ſpecies, viz. ſolennis, publica, & privata, & quibus imponi debet. *eo. c. ver. ſolenni pœnitentia.*

Pœnitentia ſolennis per quos poterit injungi, & ex quibus cauſis. *eo. c. §. quocirca. ver. imponatur.* Et ibi nota, an inferior Epiſcopo poſſit explere Solennitatem requiſitam circa ſolenniter pœnitentes: & ad idem vide notata *eo. c. verſ. Canonicas ſanctiones.*

Nolens ſubire hujuſmodi Pœnitentiam an poſſit ad hoc compelli, & nunquid ſolennis Pœnitentia poſſit iterari. *ea. glo. ver. & nota. & ver. ſeq.*

Penitentia significatur per mare fusile. *eo. c. licet. ver. mare fusile.*

[Penitus] quid significat. *de appel. c. 2. ver. reprobamus, de testa. c. adeò quorundam. ver. penitus.*

Pensio quomodo potest imponi alicui Ecclesiæ. *de foro compe. c. circumspectè. ver. pensionem.*

Pensionem an possit Rector alicui concedere de Ecclesia sua, & quomodo. *de concess. Præben. c. nè Lepra. §. item statuimus. ver. beneficii.*

Pensionem qualem potest Dominus Religiosa concedere. *de re. Ec. non alie. c. 2. ver. gratis concedant. & ver. necessitas.*

Peplum quid est. *de sta. Regu. c. ad hæc. ver. peplum.*

Per. De hac dictione vide *de sum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. item. vers. primus. ver. per Spiritum sanctum. de consue. c. Statutum. §. quod si duo. ver. per annum.*

Peregrini, & Ignoti, quomodo differunt. *de Cle. peregri. c. cum quanta. §. 2. ver. ignoti.*

Peregrinus dicitur duobus modis. *de offi. Archipres. c. 1. §. sex autem. ver. peregrinum. de cele. Misi. c. altissimus. §. ulti. ver. peregrinantes.*

Peregrinationes ad loca Sanctorum non sunt contemnendæ. *de hære. cap. nullus. ver. peregrinationes.*

Percellere, & Percutere, quomodo differunt. *de cohabi. Cleri. & mulie. c. ut Clericalis. §. & si nec. ver. percellantur.*

Perfectus quis dicitur, & quod multis considerationibus homo dicitur perfectus, & quod multiplex est Perfectio. *de sacra. ec. vel non. c. ignorantia. ver. perfectio.*

Perjurii convictus quomodo est infamis, & an sit Irregularis. *de Jureju. c. Presbyteri. §. quod si. ver. dispensatum.*

Perjurus pronunciatus an iterum sit admittendus ad Juramentum. *ea. glo.*

Perjurium tripliciter incurritur. *de of. Archipres. c. 1. §. in tertio. ver. perjurio.* Super perjurio an possit cognoscere Judex secularis. *de pœ. cap. 1. ver. perjurio.*

Perendinare quid est. *de sta. Reg. c. sanctimoniales. ver. perendina e.*

Permittere, sumitur multis modis. *de postu. c. veloces. ver. permittatur.*

Permissio an debeat esse expressa, vel sufficiat tacita. *de judi. c. item omnes. ver. permissionem.*

Permissio Ordinarii an excuset illum qui toleratur à vinculo Canonis sive Legis. *de Præben. c. audistis. ver. permittimus.*

Permittere quis videatur. *de hære. ca. 1. §. præterea. ver. permittentes.*

Permutatio in quibus rebus non cadat. *de transact. ecæterum. ver. compositionem admittat. vers. in causis verò Spiritualibus.* Et ibi nota, nunquid in permutationibus intervenire possit pactio, & an possit fieri de re Spirituali & Temporali.

Permutatio Beneficiorum cujus auctoritate fiat. *de cohabi. Cle. & mu. c. ut Clericalis. ver. Beneficiati. ver. præterea ità naturam.*

[Perpetuum] quid importat. *de jure Patro. cap. per provinciam. in fi. ver. perpetuo.*

Personæ tres in Divinis. *de sum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. sciendum. ver. trium personarum.*

Persona variis modis sumitur. *de of. Archi. c. ut Archidiaconi. §. habeant. ver. personarum.*

Persona, prout ponitur pro Rectore Ecclesiæ, an habeat Dignitatem. *de vi. & hone. Cle. c. 1. ver. personatibus.*

Personarum acceptio non erit in Judiciis. *eo. ti. c. quamvis. in fi. ver. excellentiæ.*

Personæ certæ & incertæ quæ sunt: *de loca. & conduc. cap. 1. glo. 2.* & ibi nota quid est Persona.

Personatus quid est, & quomodo cognoscitur. *de præsump. c. nè Lepra. §. quod si. ver. personatu.*

Personatum quis intelligitur habere. *de vi. & honestate Cle. cap. 1. ver. personatibus.*

Personatus & Dignitas an inter se differunt. *eo. c. vers. dignitatibus.* Et ibi nota, quomodo Personatus pluribus generibus Beneficiorum æquiparatur.

Personatus quomodo cognoscitur. *de concess. Præben. cap. esurientis. ver. personatus.*

Persuadere & Mandare, quomodo differunt. *de dona. c. unico. ver. suasionibus.* Et nunquid persuadens aliquid, quod persuasus nihilominus erat facturus, teneatur ex persuasione, notatur *ea. glo.*

Pertinax quid est, & quomodo Pertinacia differt à Perseverantia. *de immu. Ecc. c. 2. ver. pertinacia.*

[Pertinere] quid importat. *de judi. c. item omnes. ver. pertinentibus.*

Petere qui debet aliquid, hoc facere tenetur cum effectu. *de sacrâ unct. c. cum sacri. ver. petere.*

Pietas quomodo differt à Misericordia. *de feriis. c. 1. ver. pietatis.*

Piæ causæ, & pia loca, quæ sunt. *de testa. c. sia quorundam. ver. piæ causæ.*

Pignus in quibus rebus locum habet, & quæ sit differentia inter Pignus & Hypothecam. *de re. Eccle. non alie. c. 1. ver. impignorare. de pigno. c. unico. glo. 1.*

In re pignorata quomodo fructus computari debent in sortem: *eo. c. in textu & in glo.* & nunquid fructus, quos percipere potuit, computabuntur in sortem, nota ibi *ver. percepit.* Res impignorata, si consistat in fructu, an tunc fructus debeant computari in sortem, nota ibi *ver. expensis.* & nunquid usus rei debeat computari, ibi videas.

Pilati Historia. *de summa Tri. & fi. Ca. c. 1. §. item. vers. tertius. ver. tyrannum Pilato.*

Placitum quid est. *de fo. compe. c. circumspectè. ver. placitum.*

Planetæ quot sunt, & quomodo dicuntur Sydera Errantia. *de Apostas. c. 1. ver. sydera errantia.*

Plebs, Populus, & Vulgus quomodo differunt. *de hære. cap. 1. §. præterea. ver. populus.*

Pluralis locutio quandoque ponitur pro singulari. *de immuni. Eccl. cap. sæculi principes. §. suggestio. ver. partium.*

Pluralitatis Beneficiorum materiam habes *de Præben. c. audistis. in tex. & in glo.* Super pluralitate Beneficiorum an possit Episcopus dispensare. *eo. cap. ver. dispensatione.*

Pollutio, alia voluntaria, alia involuntaria. *de offi. Archipres. c. 1. §. tertium mandatum. ver. voluntaria pollutio.*

Pollutio nocturna involuntaria an debeat impedire Missæ celebrationem. *de cele. Mis. c. altissimus. ver. Canonica necessitas.*

Populus quos comprehendit. *de sacra unct. c. cum magna. §. moneant. ver. populum. de offi. Archipres. c. ignorantia. §. 1. ver. populo.* & circa hoc vide notata *de hæreti. c. 1. §. præterea. ver. populus.*

Portio Vicarii perpetui qualis esse debet. *de offi. Vica. cap. quoniam. ver. quinque Marcarum. & vers. ad Firmam.* Et quòd debet assignari secundùm facultates Ecclesiæ, & secundùm morem Patriæ, nota ibi *ver. tenuitatem.*

Vicarius instituitur in modica Vicaria, sciens ipsius exilitatem, an possit agere ad augmentum suæ portionis: *eo. c. vers. sunt contenti.* & nunquid assignatio portionis debeat præcedere admissionem, vel subsequi, ibi nota? & quid potest assignari ex officio Judicis, Vicario non petente, nota ibi in *fi. glo.*

Portio Vicarii an possit assignari vel augmentari per inferiorem Epi copo. *eo. c. §. provideat. ver. Diœcesanus.*

Portio Ecclesiæ debita in quo consistit. *de decimis. cap. quanquam. ver. portione.*

Possessio variis modis sumitur in Jure. *de offi. Archid. c. ut Archidiaconi. §. item prohibeant. ver. possessionibus Ecclesiarum.*

Possessiones Infidelium an licite possint ab eis auferri. *de offi. Archipres. c. 1. §. sextum mandatum. ver. Catholici.*

Possessio ponitur quandoque pro re ipsa, quandoque pro dominio & proprietate, *eo. c. §. septimum. ver. possessionis aliena.*

Possessione suâ ut priùs utitur qui appellat. *de appel. c. 1. glo. penul.*

Possessionem Beneficii an possit institutus vel confirmatus obtinere auctoritate propriâ. *de Insti. c. item quia. ver. certificatorias literas.*

Possessio colorata quæ sit, & quæ non colorata. *de concess. Præben. c. esurientis. ver. amoveri. ver. sed ecce.*

Possessiones Ecclesiæ quæ sunt, & quare sic dicuntur. *de re. Eccl. non alie. c. 1. ver. possessiones.*

Possessio continuata facit præsumi pro Titulo, licèt non constet de Præscriptione. *de decimis. c. quoniam. §. in petitione. ver. possessione.*

Possessiones Temporales quare datæ sunt Ecclesiæ, & quòd eas licitè tenet Ecclesia. *de immu. Eccl. c. 2. §. & si qui. ver. honori. & glo. seq.*

Potentia sumitur in malo. *de foro compe. coninxit. ver. potentiam.*

Potestas sumitur pro Jurisdictione vel mero Imperio. *de immu. Eccl. cap. sæculi principes. ver. potestatis.* Item Potestas, id est, Facultas. *eo. ti. c. quia in Divinis. ver. potestatis.*

Præbendas quomodo confert Rex *Angliæ. de cohabi. Cle. & mul. cap. ut Clericalis. ver. Beneficiati. ver. finaliter hanc partem.*

Præbenda quomodo differt à Canonia. *de concess. Præben. c. esurientis. ver. Præbendas.*

Præceptum Superioris quando ligat, quando non. *de consti. c. quia inconsistentiæ. §. 1. verb. præcipimus.* Et ibi nota de effectu hujus dictionis [præcipimus.

Præceptum Legis sive Canonis an ligat sub pœna peccati mortalis. *eo. c. ver. observari.*

An à præcepto Legis vel Canonis excusetur quis per non usum. *eo. c. ver. mandamus.* Faciens scienter contra præceptum Legis vel Canonis an peccet mortaliter. *de sacra unct. c. cum sacri. ver. damnabiliter.*

Præcepta Decalogi figurative colliguntur in corpore humano tripliciter, & quomodo ipsorum numerus sumitur, & ad quæ nos ordinant. *de offi. Archipres. c. ignorantia. §. 2. ver. decem enim.*

Præceptorum hujusmodi duæ sunt Tabulæ. *eo. §. ver. primæ tabulæ.*

Præceptum de observatione Sabbati quale fuit. *eo. c. §. in tertio. ver. cæremoniis.*

Pretium justum alicujus rei vel quid esse dicitur: *de magistris. c. 1. ver. justo pretio.* & ibi nota, quando tanti valet res, quanti vendi possit.

Prædecessor, Præcessor, & Antecessor quomodo differunt, nota per Remissiones *de testa. c. statutum. ver. Prædecessoris.*

Prædestinatio quid est, & quòd sumitur tantùm in bono, & quomodo differt à Præscientia, & de aliis hanc materiam concernentibus, nota *de sacra. ec. vel non. c. ignorantia. ver. prædestinationis.*

Prædicator Verbi Dei recipiendus est ad hospitalitatem, & quibus licet prædicare Verbum Dei. *de Cleri. non resid. c. præterea. ver. prædicant verbum Dei.*

Prædicator Verbi Dei qualem sustentationem habebit ab iis quibus prædicat. *eo. c. ver. alimenta. & ver. cibo suo.*

Prædicandi officium ad quem pertiner, & nunquid Diaconus possit prædicare. *de hære. c. 1. ver. seculares.*

Prædicatio est multiplex. *eo. c. §. 1. ver. quovis modo prædicet.*

Prædicatio ubi fieri debet. *eo. §. ver. in Ecclesia. & glo. sequen.*

Prædicandi licentiam quis dare possit. *eo. §. ver. Diœcesano.*

Prædicator qualis esse debet. *eo. §. ver. moribus. & glo. seq.*

Prædicare qui poſſunt ſine licentia: *eo. §. ver. auctoritatis.* & ibi etiam nota, qui poſſunt dare licentiam prædicandi.

Prædicator Verbi Dei in quo loco poteſt prædicare. *eo. §. ver limitata.*

In miſſione prædicaturi quæ debent obſervari. *eo. c. §. ſi quis autem. ver. formam. & glo. ſeq.*

Prædicatoris honeſtas in quibus ſtat: *eo. c. §. inſuper. verſ. honeſtè habeat.* ibi nota, in quibus ſtabit doctrina Prædicatoris.

Prædicator ſimilatur Sagittario. *eo. §. verſ. auditorii.*

Prædicare non debent Quæſtiones, quando colligunt Eleemoſynas. *de pœnit. c. cum ſalubriter. ver. ſuis prædicationibus.*

Prælati multi muti ſunt in executione Jurium Eccleſiaſticorum. *de conſt. c. hujus autem. ve ſ. præmiſſa remedia.*

Prælati dicuntur non ſolum Superiores, ſed Inferiores. *de ſacra. ite. vel non. ignorantia. ver. Prælati Eccleſiæ. de fil. Presby. c. cum in Jure. §. præcipimus. ver. Prælati.*

Prælatus malus pluribus rebus comparatur. *de offi. Archipreſ. c. Presbyteri. ver. canes muti.*

Prælatus in doctrina mutus comparatur Idolo. *eo. c. ver. latratu.*

Prælati appellatione continetur Rector Eccleſiæ Parochialis. *de ſo. compe. c. circumſpecte. ver. Prælatus.*

Presbyter unde dicitur, & quòd ſumitur multis modis. *de ſacra unct. c. cum ſacri. ver. Presbyter.*

Presbyteri Stipendiarii quomodo tenentur obedire Curatis in quorum Eccleſiis celebrant, & Officiis Divinis intereſſe, & an teneantur intereſſe Antiphonæ Beatæ *Mariæ*, quæ ſolet cantari prope noctem. *de majo. & obe. cap. Presbyteri. per totum.* & ibi in *glo. ver. alia horæ.*

Presbyteri non Beneficiati, ſervientes in Curiis Dominorum, an poſſint compelli, ut omiſſis obſequiis hujuſmodi, deſerviant Curæ Animarum: *de cele. & if. c. effrænata. 1. verſ. quorumcunque.* & quid de Collegiatis, ibi nota.

Præſens dicitur Deus multipliciter. *de ſum. Tri. & fi. Ca. c. 2. ver. totus.*

Præſens dicitur aliquis multipliciter. *de offi. ordi. c. penul. ver. præſentium.*

Præſentia licentiandi quando requiritur. *de hæreti. c. 1. §. 1. ver. præſentent.*

Præſentatio ad quem pertiner, & quomodo differt ab Electione, Collatione, Proviſione, Inſtitutione, Inveſtitura, & Inductione. *de Jureju. c. præſenti. ver. præſentatus.*

Pro Præſentatione habenda aliquid ſolvere ſive dare an ſit licitum. *eo. c. ver. præſentationem. & ver. aliquid.*

Præſentatio an ſit quid ſpirituale. *eo. c. ver. pactionem.*

Præſentatio Canonica quæ eſt. *de Inſti. c. 2. ver. Canonicè.*

Præſentatus ad Beneficium Eccleſiaſticum, etiam Canonicè & idoneus, an debeat ſtatim admitti. *eo. c. ver. duos menſes.*

Per Præſentationem acquiritur jus ad rem, & quomodo. *eo. c. ver. poſt factam.*

Præſentatio facta ad Eccleſiam, cui aliquis incumbit de facto, eo priùs non amoto, an teneat. *de conſec. Præben. c. eſurientis. ver. amoveri. in fi. glo.*

Si duo ſint Præſentati ad unum Beneficium, quis eorum debet præferri. *de jure Patro. c. 1. verſ. præſentati.* Et ibi nota, quòd Patronus Laicus poteſt præſentare duo ſimul ad unum Beneficium.

Præſentatio an vitietur ex hoc, quòd præſentatus tempore Præſentationis ſigillaræ fuit Laicus, dum tamen ante quam præſentet ſe coram Epiſcopo, ſit Clericus. *eo. c. ver. Clericum ſuum.* In Præſentationis negotio qualis vocatio ſive proceſſus fieri debet ante Inſtitutionem præſentari: *eo. ti. c. per provinciam. ver. non tenere.* nota optimè. Ea quæ ſunt requiſita in negotio confirmationis Electi, an requirantur in Inſtitutione Præſentati. *ea. glo. ver. ſed ut melius.* Et ibi nota, an verbum Electionis extendatur ad Præſentationem: & vide citta hoc notata *ea. glo. verſ. hic tamen adverte.* de hoc *ver. Patronus. & ver. devolutio.*

Præſcribere non poſſunt Decani Rurales, ut habeant Juriſdictionem in cauſis Matrimonialibus. *de judi. c. 1. ver. audire præſumant.* Et quid de Decanis Juriſdictionis immediatæ Eccleſiæ *Cantuarienſis*, notatur *eo. c. §. 2. ver. committatur.*

Præſcriptio non currit, ubi is, cui Jus competit, agere non poteſt. *de decimis. c. ſancta. §. omnibus. ver. arborum.*

Præſcriptio temporis, cujus contrarii non eſt memoria, quomodo probabitur, & cujus ætatis debent eſſe Teſtes. *de Præben. c. 1. glo. ſi.*

Præſumere ſumitur in bono & in malo. *de judi. c. item omnes. ver. præſumpſerint. de præſump. c. nè Lepra. §. quod ſi. ver. præſumptum fuerit.*

Præſumptio multiplex reperitur. *dict. c. nè Lepra. ver. præſumi.* Et ibi nota, quid operatur Præſumptio.

Præſumitur in deteriorem partem quandoque, & quare. *eo. c. ver. pactionem.*

Præſumptio Juris, & Præſumptio Juris, & de Jure, quomodo differunt. *eo. c. glo. ulti.*

Præſumptio bonitatis alicujus unde inſurgit, & nunquid quis præſumendus ſit potiùs bonus quàm malus. *de loca. & conduc. c. 1. ver. præſumi debent. de cele. Miſ. c. effrænata. ver. idonei.*

Præſumere, temeritatem ſignificat. *de donatio. c. unico. ver. præſumpſerit.*

In maleficiis an præſumatur animum præceſſiſſe: *ea. c. ver. Rex. verſ. quinto præſumitur.* & ibi per totam illam *gloſam* nota, quomodo multis modis præſumitur fraus.

Præſumptio importat audaciam contra Jus. *de ſenten. Excom. cap. 1. ver. privare præſumunt.*

Præter. hæc dictio multis modis ſumitur, & quando ponitur incluſivè, quando excluſivè. *de judi. c. item omnes. ver. præter voluntatem.* Item ſuper *ea. glo.* nota, quod aliud eſt facere præter voluntatem, & aliud contra voluntatem.

Privatus eſt ipſo Jure admiſſus ad Vicariam, ſi non ſit ordinatus in Presbyterum in proximis Ordinibus. *de offi. Vica. c. cum boſtien. glo. ulti.*

Privatus eſt quis Beneficio ipſo Jure in caſu *c. cum à Jure. de fil. Presby.* item in caſu *c. exterior. §. ſi qui autem. de vi. & bone. Cle.*

Privatur ſpe, qui non poteſt privari re. *eo. ti. & eo. c. §. non Beneficiati. ver. obtinendum.*

Privatus eſt quis Beneficio Eccleſiaſtico diverſimodè, ut legitur *de Præben. c. audiſtis.* & ibi nota in *ver. nec ultimo.*

Privatus Beneficio utrum poſſit iterum admitti ad idem Beneficium. *eo. c. ver. perpetuo.*

Privatus eſt Beneficio Curato priùs obtento, qui violenter intruditur in Beneficium Curatum poſtea obtentum: *de pœnis. cap. ad hæc. ver. ipſo facto. & ver. ſubtrahantur.* & quid ſi primum Beneficium non fuerit Curatum, ibi nota.

Prior, alius Clauſtralis, alius Conventualis. *de temp. ord. c. cum quanta. ver. Prior.*

Prior Clauſtralis & Conventualis quomodo differunt. *de ſtatu Regu. cap. inhibemus. §. hoc quoque. ver. non habens Abbatem.*

Privilegium Clericale in quibus conſiſtit. *de offi. ordi. cap. 2. ver. Clericali privilegio.*

Privilegio Clericali quomodo privatur Clericus diverſis modis. *eod. cap. ver. deferant.*

Privilegii generalis obtentu non poteſt privilegiatus audire Confeſſionem Subditi alterius. *de privileg. c. unico. in textu & in glo.*

Privilegiis quomodo aliqui aburuntur, nota per Remiſſiones *eo. c. glo. ulti.*

Privilegia in corpore Juris clauſa caſus ſuos non excedunt. *de pœnis. cap. ad hæc. §. ſautores. ver. interdicto.*

Pro. Hæc dictio ſumi poteſt diverſimodè, ut notatur *de Simo. c. præterea. 2. ver. tricennalibus.*

Probare debet tria Sacerdos, qui de novo vult miniſtrare in Eccleſia: *de Cleri. peregri. c. cum quanta. ver. conſtiterit.* & qualis debet eſſe hujuſmodi probatio. *eo. c. glo. ulti.*

Probationum multæ ſunt ſpecies, & an hæ omnes faciant plenam fidem, & an violatio Juramenti poſſit probari per Inſtrumentum. *de Jureju. c. Presbyteri. §. quod ſi. ver. probationes legitimas.*

Probare debet fraudem vel dolum, qui fraudem vel dolum allegat. *de donat. c. unico. §. cæterum. ver. difficultas.* Et quomodo præſumptive probatur fraus in Donatione vel Alienatione bonorum alicujus. *eo. c. glo. ulti.*

Probatio Teſtamenti quomodo fiet. *de teſta. c. ſtatutum. §. teſtamentis. ver. probatis.*

Probatio qualis ſufficit in cauſa Hæreſeos. *de hæreti. c. finaliter. §. ad hæc. ver. probationes Canonicas.*

Proceſſus Judicialis quid continet. *de judi. c. excuſſis. §. ſi verò. ver. proceſſus.*

Proceſſus contra Citatum non tenet. *de ſo. compe. c. dictum. ver. reprobentur.*

Proceſſus qualis fiet contra Incumbentem Beneficio de facto, cum tamen vacet de Jure. *de conſec. Præben. c. eſurientis. ver. Canonicè.*

Procurationes quomodo debentur viſitanti. *de offi. Archid. c. ut Archidiaconi. §. habeant. verſ. videant.*

Procurationes an ſolvi debeant in victualibus vel in pecunia. *de offi. Vica. c. quoniam. §. ulti. ver. procurari.*

Procuratio una tantùm ſolvi debet in Eccleſia ubi eſt Rector & Vicarius. *eo. c. §. ſi. in textu & in glo. ver. una tantùm.*

Procurationes à quibus & quando licet recipere. *de ſo. compe. c. excuſſis. ver. aliibus.*

Procuratio debita ratione Viſitationis an poſſit negari propter ſuperfluum numerum. *de cenſibus. c. 1. ver. excedant.*

Procuratio debita quæ eſſe dicitur. *eo. c. ver. debitam.*

Procuratio debita in Victualibus an poſſit redimi. *eo. c. §. ad hæc. ver. pro viſitatione.*

Procuratio eſt multiplex. *eo. ti. c. quamvis. ver. ratione viſitationis.*

Procuratio ut ſolvatur in pecunia vel victualibus, cujus erit electio. *eo. c. ver. vel pecunia.*

Procuratio ſolùm una competit viſitanti plures Eccleſias in die. *eo. c. in text. & in glo. ver. Canone.*

Procuratio ratione Viſitationis ſolvenda in pecunia limitatur quandoque ad certum. *e. ca. ver. ſolet ſolvi.*

Procuratio ſolùm una debet ſolvi pro Eccleſia matrici, & Capella ab ea dependente viſitatis. *eo. c. ver. una Eccleſia.* Et quid ſi Capella & Eccleſia hujuſmodi ſint diverſarum Diœceſium, nota ibi in *glo. ſe. ver. Eccleſia.*

Procuratum vel actum per falſum Procuratorem vel factum an teneat. *de procura. c. exhorrenda. §. & id quod. ver. actum. & glo. ſeq.*

Procuratoris falſi factum an validetur per ratihabitionem ejus, cujus nomine actum eſt: *eo. §. ver. reputetur.* & quid per taciturnitatem ejus, cujus nomine agitur, ibi nota.

Procuratorium quomodo debet ſigillari. *de procura. cap. exhorrenda. in textu.*

Procuratorium factum & Falſum quomodo differunt. *eo. c. ver. falſum.*

Profeſſio Regularis quando poteſt fieri in locis inſularibus. *de Regu. c. 1. in textu & in glo.*

Profeſſio intrantis Religionem ſtatim facta ad quid obligat. *de Apoſta. c. 1. verſ. facti evidentiam.*

Profeſſio tacita quæ eſſe cenſetur. *eo. ti. c. ſanctimoniales. in tex. & in glo. ver. permittantur.*

Prohibitioni Legis factum in contrarium an teneat. *de conſue. c. nullus: ver. non præſumat.*

Prohibitio Regia locum non habet in certis caſibus notatis. *de fo. compe. c. circumſpectè. in textu.*

Promiſſio fit multis modis. *de Jureju. ca. præſenti. ver. promiſerit.*

Promiſſio alicui facta ut habeat omnia bona promittentis poſt mortem ſuam, an teneat. *de dona. c unico. ver. voluntàe teſtandi.*

Promiſſio ſimplex an ſit obligatoria. *de cele. Miſſ. c. Sacerdotes. ver. obligent.*

Promiſſio, cujus effectus tendit in abſentem, nunquid teneat. *eo. cap. ver. nullus inſuper. ver. ſecundo quæro.*

Proprium quid eſt. *de teſta. c. 2. ver. proprium.*

Proprium habere poſſunt Clerici Sæculares. *de immu. Eccle. c. ſciatis. ver. perquiſitis.*

Proprium habere non poſſunt Religioſi. *nè Cle. vel Mo. c. cum viris. in textu & in glo.*

Proxeneta qui dicuntur. *de temp. ordi. c. in primis ver. interventores.*

Protectionis Eccleſiaſticæ beneficio quando privatur Clericus, immiſcens ſe negotiis Sæcularibus. *nè Cle. vel Mo. c. 2. glo. alti.*

Protervia quid eſt. *de vi. & ho. Cle. c. quamvis. ver. protervia.*

Proteſtatio quid eſt, & quod quatuor ſunt ſpecies Proteſtationum, & alia de hac materia nota *de magiſtris. c. præterea. ver. proteſtatione præmiſſa.*

Proventus nomine quid continetur. *de loca. & conduc. cap. licet. ver. proventus. & ver. proventuum.*

Provinciæ appellatione continetur Diœceſis, Civitas, & Eccleſia Metropolitana. *de conſue. c. ſtatutum. §. hac autem. ver. provincia.*

Provinciæ appellatione ſignificatur quandoque Parochia vel Diœceſis. *de decimis. c. quoniam. §. inſpectione. ver. provincia.*

Proximus dicitur multis modis. *de offi. Archipreſ. c. 1. §. quintum mandatum. ver. proximum.*

Pſalmorum lectio quid operatur. *de ſepul. c. 1. ver. Pſalteria.*

Puberras quare citiùs incipit in fœmina quàm in maſculo. *de deſponſ. impube. c. 1. §. hujus ergo. ver. ætatem.*

Publicatio Conſtitutionis infra quod tempus, & quando debet fieri, & quomodo. *de conſti. c. hujus autem. ver. publicent.*

Publicè fieri quomodo dicitur. *de poſtul. c. veloces. ver. publicè.*

Publicè aliquid facere prohibitus ſub pœna, an incurrat pœnam ſi in privato hoc faciat. *de vi. & ho. Cle. c. quamvis. ver. publicè.*

Publicè prohibitus aliquid facere, an poſſit illud facere in occulto. *de coha. Cle. & mulie. c. ut Clericalis. ver. publicè.*

Puer quis dicitur. *de ſacra unct. c. Sacerdotes. §. frequenter. ver. pueros. & eo. c. §. item ad confirmationem. ver. puer.*

Puella quanto plus creſcit, tanto majores ſumptus exigit. *de deſponſ. impube. c. 1. verſ. puellas.*

Purgatione deficiens cenſetur Juris fictione eſſe convictus. *de Jureju. c. Presbyteri. §. quod ſi. ver. nequiverint.*

Purgatio ex quibus cauſis dicitur. *de pecul. Cle. c. unico. ver. purgaverit.*

Purgatio Hæretici qualis erit, & quòd multiplex eſt Purgatio. *de hæreti. cap. 1. ver. purgaverit.* Et quid ſi deficiat in purgatione, nota ibi *ver. ſciat tamen.*

Purgatio Canonica quid ſit. *de purga. Ca. c. 1. ver purgationem.*

Purgatio quando eſt indicenda, quando non; *eo. c. ver. compellant.* & ibi nota, qualis Suſpicio ſufficit ad indicendam Purgationem.

In Purgatione recipiends qualis Solennitas ſit obſervanda. *eo. ti. c. Clerici. ver. ſolennitate.*

Purgatio ubi fieri debet. *eo. ti. c. item licet. ver. in alium.*

Compurgatorum numerus quotus erit. *eo. c. ver. ſexta manus. & ver. majori.* Compurgatorum Juramentum quale erit, & quid ſi purgandus non poſſit habere Compurgatores, & cum quibus perſonis poteſt fieri Purgatio. *eo. c. ver. compurgatorum.*

Purgatio non debet indici ad electionem purgandi, ſed Judicis. *de ſententia Excommuni. c. 1. §. item excommunicamus. ver. indicatur.*

Purgatorii locus ubi eſt. *de ſum. Tri. & fi. Catho. c. 1. §. item. verſ. quarus. c. in animâ.*

Puſillanimitas quid eſt. *de vi. & ho. Cle. cap. quamvis. ver. puſillanimitatis.*

QUaſi. Hæc dictio diverſimodè ſumitur. *de conceſ. Præben. c. nè Lepra. §. item ſtatuimus. ver. quaſi hoc. de immu. Eccl. c. quia Divinis. ver. quaſi quotidie.*

Quicquam. *de judi. c. item omnes. ver. quicquam.*

Quin. Hæc dictio diverſimodè ſumitur. *de ſum. Tri. & fi. Ca. c. 1. §. 1. ver. quin.*

Quis, eſt dictio indefinita, & omnes comprehendit. *de ſum. Tri. c. 1. ver. nè quis.*

Quomodolibet. Hæc dictio cujus ſit naturæ. *de Cle. conjug. cap. 2. ver. quomodolibet.*

RApтus & Rapina quomodo differunt. *de pœni. c. Sacerdos. §. item in furto. verſ. rapina.* Et ibi nota, an rapina ſit gravius furto.

Rata temporis quomodo computabitur. *de decimis. c. quoniam ut. §. quod ſi. ver. Rata temporis.*

Ratihabitio quando comparatur mandato, quando non. *de judi. cap. item omnes. verſ. ſuo nomine. & glo. ſequenti.*

Receptare, quid importat. *de ſepul. c. 1. ver. receptatores.*

Receptatores Hæreticorum qui ſunt. *de hæret. c. 1. §. quod ſi hujuſmodi. ver. receptatores.*

Recipere, & Accipere, quomodo differunt. *de donat. cap. unico. ver. recipientes.*

Rectorum appellatio ad quos extenditur. *de conſue. c. nullus. ver. ipſorum Rectorum.* Et ibi nota, an appellatione Rectorum contineantur Vicarii perpetui.

Rectoris officium in Eccleſia qualis eſſe debet. *de ma. & obe. c. Presbyteri. ver. pareſcunt.*

Recreatione indiget homo. *de ſtatu Regu. c. ſanctimoniales. ver. Recreationis.*

Reditus, & Fructus, quomodo differunt. *de conſue. c. nullus. ver. fructus. verſ. fructus verò.*

Reditûs appellatione quid continetur. *de offi. Vica. cap. quoniam autem. ver. reditus. de Cleri. non reſi. c. 2. ver. reditibus. de re. Ecc. non alie. c. 1. ver. reditus. de Ecc. ædi. c. licet. ver. reditus.*

Reditus annuus an numeretur inter bona mobilia vel immobilia. *de re. Ecc. non alie. c. 1. §. ut quoque. ver. bona. in fi. glo.*

Regina an dicatur uxor Regis, Rege mortuo. *de celebra. Miſſ. c. quam ſit. §. ſacerdotes. ver. Reginarum.*

Regulæ ſunt tres, ſub quibus militant omnes Religioſi. *de reli. do. c. 1. ver. Auguſtini.*

Relapſus an cenſeri poteſt, ut puniatur pœnâ relapſorum, ille, qui abjuravit unam ſpeciem Hæreticos, & poſt incidit in aliam. *de hæret. c. 2. ver. ſimpliciter.*

Relapſus quis eſſe dicitur. *eo. c. §. quod ſi. ver. relapſus.*

Relapſus dicitur aliquis quandoque vere, quandoque fictè. *eo. §. ver. relapſo.*

Cap. 3. *Religioſa ſinceritas.* Religioſus non permittatur fieri Executor Teſtamenti, niſi cum debita cautione Superioris, ſine qua nec diſtributor Legatorum erit, aut Anathema ſit. 167

Cap. 4. *Item quia.* Pro publicatione Teſtamenti pauperis citra centum ſolidos Sterlingorum poſſidentis nihil penitus exigatur. 170

Cap. 5. *Statutum bonæ memoriæ.* Qui impediunt, aut impediri procurant cujuſvis etiam ſervilis conditionis Teſtamentorum executionem, excommunicentur. Probato autem coram Ordinariis Teſtamento, nihil amplius exigant Laici, niſi ratione Laicalis Feodi. Nec quiſquam diſtribuat ante Inventarium factum, Ordinariis examinandum datum; à quibus non niſi fidis, & qui ſolvendo ſint, manderur executio. Executores autem nihil ſibi pro executione vendicent ultra teſtantis voluntatem, aut ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendantur. 171

Cap. 6. *Ita quorundam.* Teſtamenta Clericorum de his de quibus teſtari poſſint, non impediantur per Eccleſiaſticos Prælatos à commiſſis exequi. Ab inteſtato verò decedentium bona in pios convertant uſus, nihil ſibi præter laboris mercedem vendicantes. 179

Cap. 7. *Adeo quorundam.* Pro approbatione & inſinuatione Teſtamenti nihil uſurpet Superior, pro labore autem Scriba juſtam duntaxat mercedem, quæ ſi ſupra triginta & citra centum Solidorum ſit bonorum ſumma, non excedat XII. Denarios ſed pro ratione iſtic aſſignata computetur. Similiter ultra centum librarum ſummam erit hîc aſſignata mercedis ratio, quam excedens ad dupli reſtitutionem cogatur. 181

TIT. 14. *De Sepulturis.*

Cap. 1. *Quia ſæpè.* Nullus Eccleſiaſticus pernoctetur apud defunctum, niſi ſit conſanguineus vel Pſalterium dicturus, ſub majoris Excommunicationis pœna. 183

Cap. 2. *Quia inter Rectores.* Si decedens tria aut plura reliquerit animalia, cum optimum alteri ſit debitum, ſit proximi valoris ipſius Eccleſiæ. 184

TIT. De Parochiis, & alienis Parochianis.

Cap, 1. *Ad inſtar.* In ſingulis Parochiis magnis duo vel plures ſint Presbyteri juxta Parochianorum numerum & & Eccleſiæ facultatem, ut ritè miniſtrent Sacramenti. 184

Cap. 2. *Altiſſimus de terrâ.* Nemo Sacramentum Euchariſtiæ Diœceſano alterius Sacerdotis præbeat. 184

TIT. 16. *De Decimis.*

Cap. 1. *Quia quidam.* Quicunque populi devotionem ac debitum in Oblationibus faciendis aut Decimis perſolvendis impediunt, aut in ſuum uſum injuſtè convertunt, Excommunicationis vinculo teneantur; nec abſolvantur, Priuſquam populum ab errore reduxerint, & Eccleſiæ ſatisfecerint, idque à ſolo Diœceſano fiat, excepto mortis articulo. 185

Cap. 2. *Erroris Damnabilis.* Quicunque Decimi cujuſque fructus collectionem denegant aut impediunt, colligenteſque moleſtant, majori Excommunicatione innodentur, non abſolvendi extra mortis articulum præterquam à Diœceſano ſuo. 187

Cap. 3. *Quanquam exſolventibus.* Decimæ de Sylvis cæduis, ut de frumento perſolvantur. 189

Cap. 4. *Immoderata.* Quicunque Oblationes intuitu Divino quovis loco factas, præter Eccleſiaſticarum perſonarum, quarum ſunt, aſſenſum, aut Epiſcopi ſui approbationem, ſibi uſurpant, majori Excommunicatione involvantur. 191

Cap. 5. *Quoniam propter diverſas.* Decimæ uniformiter in tota Diœceſi Cantuarienſi, nullo deducto, de omnibus frugibus perſolvantur. Similiter de fructibus arborum, de ſeminibus omnibus, de herbis hortenſibus, & de fœno ubicunque naſcente. De agnis verò, & lacte juxta moderamen hic annotatum. Similiter de proventibus molendinorum, & paſcuarum. Item Decimæ Perſonales perſolvantur de lucro ex opere Mechanico, & Mercatu. In petitione autem Legati principalis obſervetur cum Dei timore Conſuetudo. Negantes autem perſolvere, poſt tertiam admonitionem, Excommunicentur. 191

Cap. 6. *Quoniam, ut audivimus.* Decimæ ovium pertinent ad eum in cujus territorio à tempore Tonſionis uſque ad XI. Novembris paſcuntur & cubant; pro toto, ſi toto tempore, & pro rata ſi pro parte temporis. Si verò alibi paſcantur & alibi cubent, condividantur. Cæterorum quoque animalium aut eorum fructuum Decimæ pro

pro loco & tempore ubi nata atque nutrita ſunt, venditentur. Occidentes autem animalia poſt feſtum Martini, aut ſi moriantur oves, Decimam tamen legitimam ſolvere non recuſent. De Lana autem fiat Decima ubi tondentur, niſi alibi probetur facta. 197

p. 7. Sancta Eccleſia. Admonendi ſunt Parochiani fideliter perſolvere Decimas lactis à tempore innovationis. Item cæterorum rerum hic annotatarum ſub Excommunicationis pœna. 199

TIT. 17. *De Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*

p. 1. Quia verò. Nemo ante XVIII. annum Monachatum ſine neceſſitate, aut evidenti utilitate profiteatur. 201

p. 2. Sanctimoniales. Quicunque in habitu, & cœnobio, ſeu conventu Religioſorum ultra annum probationis vixerit, licèt ſolenniter profeſſus non ſit, ipſo facto cenſeatur profeſſus, & in Religione permanere cogatur. 202

TIT. 18. *De Voto, & Voti redemptione.*

p. 1. Quia juxta Scripturæ. Formam profeſſionis, ut melius obſervetur à profitentibus, Epiſcopi bis in anno faciant pronunciari. 203

p. 2. Præcipimus. Admoneatur populus non facere vota ſine matura deliberatione, nec mulieres ſine maritorum conſenſu & Sacerdotum conſilio. 203

TIT. 19. *De ſtatu Regularium.*

p. 1. Ut rectius. Tam Obedientiales quàm Prælati faciant de rebus Monaſterii quater aut ſaltem bis quotannis coram ſpis rationem, ad quam de propriis, ſiqua habent, non tenentur Prælati. 204

p. 2. Quia nonnunquam. Cœnobitæ in uno dormitorio dormiant, & in uno refectorio reficiantur, ex communi veſtiantur, neque pro veſtitu pecuniam recipiant, ſed in pios convertatur uſus vetus amictus, dum novum recipiunt. 204

p. 3. Ad hæc quoniam. Mulieres & virginesDeo dedicatæ utantur veſtibus pro magnitudine corporis decentibus, non ſericis, nec auro, aut argento ornatis; uno annulo, quo conſecratæ ſunt, contentæ. Quæ lex Monachis quoque, & Canonicis Regularibus indicitur. 205

p. 4. Ut ſecundum Canonicas. Abbates Capellanum aut Capellanos ſuos ſingulis annis, ſi fieri poteſt, mutent. 206

p. 5. Inhibemus. Moniales non recipiant præter Epiſcopi ſui aſſenſum cohabitatrices. Nulli autem Religioſo ſit loquendi nimia libertas; aut egrediendi commeatus, niſi approbatæ vitæ, & id cum conſocio certo die rediturо. Superiori autem ſit eorum in aliam domum tranſmittendi poteſtas, ubi conſuetæ ſubjaceant diſciplinæ. Onuſque recipientium per alium ejus loco miſſum, aut per veſtitus aſſignationem ſublevetur. 206

p. 6. Omnem autem. Victus, niſi valetudo ſit diſſimilis, ſit cofreligioſis unus, totúſque apponatur: fragmenta autem quæ ſupererant, tota in Eleemoſynam erogentur, nec ſit cuiquam contradicendi jus. Contradicens autem ab officio celebrandi, aut à Communione ſuſpendatur. Moniales non veſcantur contra morem in refectorio carnibus, nec quiſquam in aliam domum recipiatur ſine Epiſcopi aut Superioris approbatione per literas facta. Nec fiet approbatio ultra debitum numerum in onus domus recipientis. Confiteantur autem Moniales Sacerdotibus ab Epiſcopo deputatis. Nec alteri pateat ſine rationabili cauſa ad Clauſtrum acceſſus. 208

Cap. 7. Quoniam inter alia. Religioſi & Regulares non indulgeant commeſſationi & compotationi, ſed ſolum ſtatutis horis reficiantur, niſi obtenta venia, aut infirmi ſint, aut in Prælatorum obſequio. Qui verò ex juſta cauſa ſeorſum commorantur, habeant ſecum pro teſtimonio ad minus duos Seniores. 211

Cap. 8. Sanctimoniales. Monialis quæ non cogitur mendicare, non ſit ultra tres dies naturales etiam cum ſocia, quantumcunque ſit bonæ famæ, apud parentes aut notos ſuos, niſi urgente neceſſitate, aut cauſa legitima cum Epiſcopi aſſenſu interveniente. 212

TIT. 20. *De Religioſis Domibus.*

Cap. 1. Plures invenimus. Domus quæ per Cæremonias ab Ordine Sancti Auguſtini alienatæ ſunt, cogantur nihilominus ſalvis Cæremoniis Capitulo generali intereſſe, aut inter ſe novum conſtituere. 213

Cap. 2. Quoniam Religionum. Religioſi novi qui ſibi Domum, Hoſpitale, aut Xenodochium conſtruunt, à loci Ordinario regulam vivendi accipiant. Anachoritæ non fiant ſine ſpeciali Epiſcopi approbatione; nec facti Sæcularibus hoſpitia ſine Honeſta cauſa præbeant. 214

TIT. 21. *De Jure Patronatus.*

Cap. 1. Cum ſecundùm Apoſtolum. Si duo ad eandem Eccleſiam præſententur, nutri pendente lite committatur cuſtodia. Si verò Patroni præſentatorum contenderint, neutrum cum alterius injuria recipiat in poſſeſſionem Epiſcopus. 215

Cap. 2. Sit aliquo evincente. Cui jus Patronatus in foro Regio addictum eſt, ſi non apparet legitimum impedimentum, & Beneficium vacat, recipiatur ab Epiſcopo aut Prælato: quod ſi non vacat, Regi occupatum nuncietur, conceſſa Patrono præſentandi iterum poſſidentem auctoritate. 217

Cap. 3. Per noſtram. Nullus Prælatus excepto Epiſcopo inquirat de præſentatione, niſi in pleno loci Capitulo; conceſſo prius proſpiciendi ſpatio. Contra quod Statutum quæ de cætero fient irrita ſint, reſtituto læſis damno. 217

TIT. 22. *De Cenſibus & Procurationibus.*

Cap. 1. Ut ſingula. Ut Viſitationes Eccleſiarum fiant ab Archidiaconis ſine ipſarum gravamine, nullum invitent niſi fuerit à Rectore Eccleſiarum invitatus, nec die viſitationis Capitulum celebrent; niſi in Burgo vel Civitate; nec Procurationem recipiant ſine cauſa rationabili, nec pro Viſitatione redemptionem extorqueant. 219

Cap. 2. Ut Archidiaconi. Prælati nihil à ſubditis extorqueant. 221

Cap. 3. Item contra gravamina. Apparitores ad cujuſcunque Clerici hoſpitium miſſi, nihil ratione procurationis aut alterius ſervitii exigant, contenti quòd gratis & libenter dabitur. Neque per Subbedellos, aut nuncios, ſed per ſe exequantur commiſſa. Bedelli autem contra hæc facientes puniantur, & gravatis duplum reſtituant. 221

Cap. 4. Sæva & miſerabilis. Pro Scriptura literarum Inquiſitionum, Inſtitutionum, vel Collationum, & Commiſſionum non exigentur ultra XII. Denarios. Pro literis cujuſlibet ſacri Ordinis non ultra ſex Denarios. In cæteris verò Ordinarii miniſtris ſuis ſatisfaciant. Pro Sigillatione autem literarum nihil à Clericis extorquebitur. Extorquens duplum reddere cogatur. 222

Cap. 5. Quamvis lex naturæ. Viſitationis officium diligenter & perſonaliter pretio rationabili à Canonibus inſtituto fiat; numeruſque uno die viſitandarum pro earum commodo deligatur; immoderatus autem exactor pœna ſuſpenſionis ab Officio mulctetur. 223

Cap. 6. Item licet quis. Pro Sacerdorum celebratur rum regiſtratione unicus exigatur Denarius, plures autem

exigens ab Officio aut ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendatur, donec duplum rependerit. 225

Cap. 7. Cum apparitorum. Suffraganei duntaxat unum Apparitorem equitem habeant. Archidiaconi verò pro ſingulis Decanatibus Apparitorem unum non equitem, ſed peditem. Nec in Capitulis collectas exigant, ſed gratis datas pecunias gratanter accipiant. Tranſgreſſores autem ab Officio ſuſpendantur, tam deputans quàm deputatus. 225

TIT. 23. De celebratione Miſſarum.

Cap. 1. Ad excitandos. Officium Divinum diligenter & ſolerter peragatur, Sacramenta rite conſecrentur, & adminiſtrentur; nec jejunium frangat iterum celebraturus. Iterum autem nemo celebrabit, niſi in Natali Dominico & Paſchate & in exequiis mortuorum, urgente diei & defuncti Officio. 226

Cap. 2. Sacerdotes caveant. Obnoxius Canonico Officio non aſſumat aliud. Nec quiſquam Annalia ſuſcipiat, niſi quotidie pro defuncto celebret: nec plura ſuſcipiat, quàm ſocios celebraturos habeat; nec pro una celebratione duplex recipiat pretium, aut unam tantum prodeſſe defunctis, quantum multas putet. 228

Cap. 3. Sanctum & Salubre. Cognito Cantuarienſis Epiſcopi obitu ſinguli confratres Coepiſcopi ſuperſtites ſolenne faciant Officium defunctorum & privatè & communiter. Cognito autem obitu Diœceſani ſinguli Sacerdotes ſingulas Miſſas pro eo celebrent; non exempti ex mandato, exempti verò de gratia & liberalitate ſua. 230

Cap. 4. Altiſſimus, & infra. In elevatione corporis Chriſti pulſentur Campanæ, ut Officio intereſſe nequeuntes ſaltem genua flectant. Nec miniſtretur corpus Domini, niſi eis quos conſtat confeſſos eſſe, & Parochianos ejus, in qua recipiant, Eccleſiæ, niſi permiſſionē habeant, aut peregrini ſint, aut neceſſitas urgeat. 231

Cap. 5. Quàm ſit inhoneſtum. Celebrans in loco non conſecrato ſine Diœceſani permiſſione, menſe uno de facto ſuſpenſus ſit à celebrandi Officio; nec Diœceſanus permittat, niſi Magnatibus à conſecrato latè diſtantibus. Prælatis tamen & Regiis Capellanis hic Canon non præjudicat. 233

Cap. 6. Præcipimus. Ne conſecretur Euchariſtia, niſi Calice aureo vel argenteo. 234

Cap. 7. In Celebratione. Sacerdos hoſtiam ſacram ante perceptionem ore ſuo non tangat: & ſi eam de patina ſumit, etiam patinam perfundi aqua faciat, alioquin ſolum Calicem. Habeat præterea pannum, quo ſe mundet, aptum. 234

Cap. 8. Linteamina. Sacerdos curet, ut omnia Euchariſtiæ deſervientia ſint integra & munda, utque verba Conſecrationis debitè pronunciet; nec celebret antequam Matutinas Primam & Tertiam perlegerit, nec ſine Clerico ſuperpellicio induto, nec ſine lumine, nec in peccato mortali. 235

Cap. 9. Presbyteri ſtipendiarii. Sacerdos ſtipendiarius, aut de ſuo vivens non uſurpet in diſtributionibus jus Rectoris ſub Excommunicationis pœna. Interſit autem intra cancellos Divinis Officiis ſuperpellicio indutus, & coadjuvans; nec celebret diebus feſtivis, aut præſente defuncto, niſi poſt Evangelium majoris Miſſæ. 237

Cap. 10. Effranata, & infra. Non Beneficiati & ad curam animarum idonei, ſi ad eam per Diœceſanum requiruntur, non detractent officiare ultra xx. dies ſine legitimo impedimento, aut ſuſpendantur ab Officio. 238

Cap. 11. Effrenata, & infra. Annalia defunctorum celebrantes, nec curam animarum habentes, ſint ſeptem Marcis, aut tribus cum cibariis, contenti: habentes autem curam octo, aut quatuor cum victu; niſi Diœceſanus aliter ſtatuerit. Tranſgreſſor autem excommunicetur. 240

TIT. 24. De Baptiſmo & ejus effectu.

Cap. 1. Baptiſterium. Baptiſterium ex competenti materia factum, & decenter coopertum, non alii uſui mancipetur. Aqua poſt Baptiſmum non ultra VII. dies in eo ſervetur, & in qua Laicus Baptizavit, in ignem projiciatur, aut cum vaſe Eccleſiæ uſui deputando ad Eccleſiam deferatur. Modus Baptiſmi à Laico factus diligenter inquiratur. Levantes infantem tantùm tres ſint, nec quiſquam extra neceſſitatis caſum baptizet, aut pœnitentiam injungat. 241

Cap. 2. Circa Sacramentum. Sacerdos à Laicis Baptizatum non rebaptizet, ſed Exorciſmum & Catechiſmum ſuper eum dicat. Verba enim Baptiſmi etiam vulgariter dici poſſunt; in dubiis autem Baptizet ſub conditione, nec Nomina laſciva aut ludicra imponi ſinat. 244

Cap 3. Quod in Conſtitutione. Pueri octo diebus ante Paſcha aut Pentecoſten nati, ſi abſque periculo reſervari uſque ad generale Baptiſmum poſſunt, reſerventur; receptis Exorciſmo & Catechiſmo: reliquis temporibus nati baptizentur pro conſuetudine & utilitate. 246

TIT. 25. De cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & Olei ſancti.

Cap. 1. Fontes. Aqua Baptiſmatis & Chriſma diligenter clauſa cuſtodiantur, in qua re negligens tribus menſibus ab Officio ſuſpendatur. Et ſi per hoc nefas contigerit, gravius puniatur. 247

Cap. 2. Digniſſimum. Euchariſtia in tabernaculo clauſo, idque in pyxide decenti, ne atteratur, cuſtodiatur, & ſingulis Dominicis innovetur. 247

TIT. 26. De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

Cap. 1. Ad exemplum. Calix ſit argenteus cum aliis vaſis decentibus, & ſindone munda; quæ attrita, aut pro reliquiis cuſtodiatur, aut coram Archidiacono comburatur. 248

Cap. 2. Digniſſimum. Euchariſtia ad ægrotos decenter cum Luce & Campana à Sacerdote ſuperpellicio induto deferatur, & à populo ſe in via proſternente adoretur, negligentes autem rigidè corrigantur. 249

TIT. 27. De Eccleſiis ædificandis.

Cap. 1. Si Rector Eccleſiæ. Rectoris decedentis bonis Eccleſiaſticis reparetur domus Eccleſiæ, quam dereliquerit ruinoſam; quod & Vicarius faciet, ſi multum commodum perceperit, habita tamen rationabili conſideratione. 250

Cap. 2. Ut Parochiani. In Eccleſiis Parochialibus omnis ſupellex rei Divinæ aut Parochiali opportuna, hic annotata reperiatur. 251

Cap. 3. Statuimus. Inquiſitio de rebus Eccleſiaſticis non niſi ad juratos fide dignos pertinet. 253

Cap. 4. Licet Parochiani. De poſſeſſionibus ad Eccleſias reficiendas non pertinentibus, earum poſſeſſores pro legitima conſuetudine conferant. 254

TIT. 28. De Immunitate Eccleſiæ.

Cap. 1. Porro, & infra. Confugientibus ad immunitatem Eccleſiæ non ſunt alimenta neganda, neque cuſtodia adhibenda, ſed non niſi per Canones eſt immunitas concedenda. 255

Cap. 2. Ut invadentibus. Bona Eccleſiaſtica invadentes, aut Jura infringentes Excommunicatione feriantur; pertinacium loca Interdicto puniantur, nec abſolvantur ante damni reparationem: attachiantes autem, aut diſtringentes

ſtringentes ad hoc Judices aut Prælatos pœna Attachiatorum mulctentur. 257

Cap. 3. Contingit aliquando. Ballivi & cæteri Officiarii Regii, ſi quicquam injuſtè ab Eccleſia occupaverint, aut exegerint, excommunicentur, niſi admoniti deſiſtant. Et ſi Dominus Rex admonitus damnum non reſarcierit, procedatur contra eum Jure in talibus ſolito. Quod autem de Regiis Officiariis dictum eſt, de aliis quoque intelligendum eſt. 259

Cap. 4. Accidit novitate. Quicunque Judices Eccleſiaſticos infrà dicendo modo gravant, Excommunicationis ſententia innodentur, & publicè denuncientur, non niſi à Diœceſanis abſolvendi. 360

Cap. 5. Sæculi Principes. Eccleſiaſticam ſententiam contemnentes à Regia poteſtate in carcere detineantur, nec detenti per Breve Regium liberentur; liberati autem contra jus & favorem Eccleſiæ publicè excommunicati denuncientur, & ſocietate hominum interdicantur, cum omnibus cum eis communicantibus. 264

Cap. 6. Quia Divinis. Herbarum, arborum, aut fructuum in Cœmeteriis naſcentium uſurpatores violenti, majoris Excommunicationis ſententia mulctati, à communione fidelium, donec ſatisfecerint, repellantur. 267

Cap. 7. Sciatis quod cum dudum. Nec in feudo Eccleſiæ, nec in via Regia, nec in fundis, quibus olim Eccleſiæ ſunt dotatæ, fiant à Laicis diſtrictiones. Nec Clericus ad Eccleſiam confugiens Regnum abjurare cogatur, nec appellans repellatur. 268

TIT. 29. Ne Clerici vel Monachi ſæcularia negotia ſuſcipiant.

Cap. 1. Cum viris Religioſis. Nec Monachus, nec Regularis quicquam Eccleſiæ ſuæ ad firmam retineat, nec cuſtodiam prædii aut manerii ad longum tempus ſuſcipiat, nec Eccleſiam, in qua ſibi aliquid Juris vendicat, ad firmam capiat. 168

Cap. 2. Præſenti decreto. Clerici Beneficiati, aut in ſacris Conſtituti, non ſint procuratores, aut ſeneſcalli locorum Sæcularium, nec Judices in cauſa ſanguinis, nec ſcriptores aut dictatores literarum ad pœnam ſanguinis ſpectantium. 269

LIBER QUARTUS.

TIT. 1. De Sponſalibus.

Cap. 1. Matrimonium. Matrimonium cum reverentia contrahatur, ante habitis tribus Edictis ritè denunciatis, neque contracturi in ſecreto fidem dent. 270

TIT. 2. De deſponſatione Impuberum.

Cap. 1. Ubi non eſt conſenſus. Ante tempus legitimum non contrahatur Matrimonium ſine diſpenſatione pro loco pacis. 271

TIT. 3. De clandeſtina deſponſatione.

Cap. 1. Quia ex contractibus. Denuncietur frequenter in frequenti populo à Suffraganeis, omnes Sacerdotes Matrimoniis, non prahabitis tribus Edictis ſeu Bannis, intereſſe aut præeſſe præſumentes, triennio ab Officio ſuſpendendos. Item extra Eccleſiam Parochialem ſine Diœceſani venia ſolennizantes, anno ab Officio ſuſpendendos. 273

Cap. 2. Humana concupiſcentia. Quicunque Matrimonia prohibita non ritè ſolennizant, de facto excommunicentur, & quater ſingulis annis publicentur; non ritè ſolennizant etiam hi, quicunque extra locum legitimum id faciant. 274

LIBER QUINTUS

TIT. 1. De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & Denunciationibus.

Cap. 1. Sint in quolibet. Quod exceſſus Clericorum per viros ad hoc deputatos ad Archiepiſcopum renunciari debeant. 277

TIT. 2. De Simonia.

Cap. 1. Firmiter inhibemus. Jus Sepulturæ & Sacramenta Eccleſiaſtica nulli denegentur ob defectum pecuniæ, nec pro Chriſmate quicquam petendum: petens autem Anathema ſit. 278

Cap. 2. Præterea ſtatuimus. Nihil pro receptione Religioſi expectetur, & ſi ob paupertatem domus habitum ſolvere teneatur intrans, nihil ultra recipiatur. 279

Cap. 3. Præterea venalitatem. Ne Miſſæ venales habeantur, non conſtituatur pro eis in Teſtamento pecunia; nec pactio fiat, nec plura Annalia, aut Tricennalia quis, ut alteri vendat aut tradat, ſuſcipiat ſub pœna Suſpenſionis. 279

Cap. 4. Nulli liceat. Ne quis Eccleſiam nomine dotalitatis transferat, vel pro præſentatione aliquid accipiat. 281

TIT. 3. Ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant.

Cap. 1. Ut omnis cupiditatis. Officium, quod in merè Spiritualibus conſiſtit, nulli detur ad firmam, ſed licet reditum annexum ſic dare; tranſgreſſor autem convictus per annum ſuſpendatur ab Officio. 281

TIT. 4. De Magiſtris & poteſtate docendi.

Cap. 1. Reverendiſſimæ Synodo. Ludimagiſtri doceant fidei Catholicæ conſona, nec ſinant Scholaſticos contra eam ſentire, aut diſputando tenere; nec altiora quàm ſapere poſſunt tractare: contrarium autem facientes puniantur. 282

Cap. 2. Quia inſuper. Johannis Wickliff, aut alterius liber novus non interpretabitur, donec à XII. Univerſitatis delectis ſuppoſitis approbatus fuerit, aut tranſgreſſor fautor Hereſeos cenſeatur. 284

Cap. 3. Periculoſa res. Scriptura Sacra non transferatur in linguam vulgarem, nec tranſlata interpretetur, donec ritè fuerit examinata, ſub pœna Excommunicationis, & notâ hæreſeos. 286

Cap. 4. Præterea cum. Nemo propoſitiones Hæreſin ſapientes, quamvis per extorſionem verborum, aut inſuetam interpretationem ad Catholicum ſenſum trahi poſſint, ponat, aut aſſerat, ſub Excommunicationis pœna, niſi revocet. 286

TIT. 5. De Hæreticis.

Cap. 1. Reverendiſſimæ Synodo. Nullus, niſi legitimè examinatus & approbatus, verbi Divini prædicationem aſſumat. Curatus autem omnis perpetuus à Jure commiſſus reputabitur; nec admiſſus, ſi ſuſpendatur, ultra ſe ingerat. Vicarii autem Curatorum, aut temporales Curati prædicent ſolummodo cum precibus conſuetis, quæ in Conſtitutione *Ignorantia* habentur; examinatio autem gratis fiat. Tranſgreſſores & fautores pro hæreticis habeantur & excommunicentur. 288

Cap. 2. Item quia turpis. Prædicator de Sacramentis nihil aut præter aut contra Eccleſiæ determinationem prædicet, nec ab Eccleſia definita in dubium revocet: contrafaciens excommunicetur; non abſolvendus, donec

Hæresin abjuraverit; & si in eandem relabatur, bona ejus Fisco deputentur, & pœnitentia Jure statutâ puniatur. 295

Cap. 3. Nullus quoque. De Ecclesia, aut Conciliis tam Universalibus quam Provincialibus nemo quicquam in dubium revocet, nec disputet, nisi ad habendum verum intellectum. Nec quisquam Juramenta præstari solita, aut Crucis, seu Imaginum sanctorum veneraciones sacra intentione factas damnet: pertinaciter autem contrarium faciens pro Hæretico habeatur. 297

Cap. 4. Finaliter quia. Guardiani, Præpositi, Custodes, vel Principales Collegii, Aulæ, vel Introitus cujuscunque Universitatis singulis mensibus ad minimum semel inquirant, an quisquam propositionem non Catholicam, aut doctrinam non sanam proposuerit, aut sustinuerit, inventos admoneant desistere & revocare, recusantes & jure & loco mulctent, sicut & ipsi pertinaciter negligentes mulctandi sunt. Et sicut contra suspectum de crimine læsæ Majestatis largè multisque modis procedi potest, ita contra suspectum de Hæresi omni libertate hîc inferius notata procedi fas est. 299

TIT. 6. De Apostatis.

Cap. 1. Præterea sunt nonnulli. Locorum Ordinarii diligenter inquirant, an sub eis vivant qui Religionem, quam professi sunt, deseruerunt; inventosque omni Beneficio, aut Officio, si habeant, privantes, ad pristinum Religionis statum, aut saltem laxiorem, redire compellant, nisi à summo Pontifice fuerint dispensati. 305

TIT. 7. De his qui Filios occiderunt.

Cap. 1. Fœminæ commoneantur. Ne Fœminæ tenellos nocte opprimant, aliive periculo exponant. 307

TIT. 8. De Homicidis.

Cap. 1. Si mulier mortua. Parente in partu mortuâ partus exsecetur. 307

Cap. 2. Sacri provisione. Quicunque Rectorem, aut ejus Vicarium aut occiderit, aut occidi fecerit, omni Beneficio ac Officio spolietur; ejusque posteritas ad quartam usque generationem ad Beneficia inhabilis habeatur. 307

TIT. 9. De Furtis.

Cap. 1. Prohibemus. Ne quis latrones apud se retineat. 308

TIT. 10. De Clerico Venatore.

Cap. 1. Statuimus. Forestæ, aut Parci, i. e. Leporarii, aut Omichonis transgressor seu invasor Clericus puniatur aut in rebus, aut in corpore pro Satisfactione. 308

TIT. 11. De eo qui furtivè Ordines recepit.

Cap. 1. Cum secundùm. Ordines ritè suscipiantur, minores non cum majoribus, & ii quidem gradatim cum discrerione Ordinum, Officiorum, & Characterum, ac gratiarum suscipientibus patefacta. 309

TIT. 12. De excessibus Prælatorum.

Cap. 1. Monemus. Capellani annui bonæ famæ sine rationabili causa non delonantur; verùm si Parochialis Sacerdos, aut Vicarius de infamia, & præcipuè de incontinentia notoriè diffamatus fuerit, amoveatur; aut puniatur acriter per Rectores, nisi & ipsi acriter puniri velint. 310

TIT. 13. De Privilegiis.

Cap. 1. Sacramentum pœnitentiæ. Nemo sub pœnâ Excommunicationis absque Episcopi licentia expressa, vel probabiliter præsumpta Confessiones audiat, nisi à Jurisdictione Ordinaria, & Diœcesanâ, & Metropolitanâ tenore sui privilegii sit exemptus. 311

TIT. 14. De Purgatione Canonica.

Cap. 1. Cæterum, & infra. Ne quis ad purgationem compellatur, qui non est apud bonos & graves infamatus: & ne quis sit Judex in propria causa. 312

Cap. 2. Statuimus, & infra. Ne Laica potestas Clericorum bona retineat, postquam se purgaverint. 312

Cap. 3. Clerici pro suis criminibus. Ne perfunctorie ad purgationem admittantur Clerici pro convictis Ecclesiæ restituti. 313

Cap. 4. Item licet, & infra. Purgatio peccati Sacerdotalis non cogatur fieri extra Decanatum, ubi commissum est; nec cum pluribus quàm gravitas criminis & definitio hic præscripta exigit, cogens autem suspendatur ab Officio. 313

TIT. 15. De Pœnis.

Cap. 1. Æterna Sanctio. De causis merè Spiritualibus Prælati etiam à Rege in Jus vocati non compareant, sed ob reverentiam Regiam, Regem adeant verbis aut literis significaturi, quod sine Ordinis periculo in ea re parere non possint. Demonstraturi etiam per se aut per Coepiscopos & Comprælatos causam ad Regem non pertinere; & si nihilominus à pluribus admonitus Rex non destiterit, procedant contra ejus Vicecomites & cæteros Officiarios Jure Ecclesiastico eis Communionem interdicentes. 314

Cap. 2. Ad hæc, & infra. Clericus per se aut per Laicam potestatem intrusus excommunicetur, & denuncietur, & illo Beneficio in perpetuum careat; & si persistiterit per annum, ad quodlibet inhabilis fiat. Si verò per procuratorem Clericum fuerit intrusus, procedatur contra procuratorem simili pœna, & contra fautores more infra scripto. 318

Cap. 3. Si aliqui. Punientes Clericos tonsuram gerentes Censuræ Ecclesiasticæ subjiciantur. 321

Cap. 4. Evenit. Laici ad exsolvendum pœnas Canonicas per Excommunicationis sententiam compellantur. Impedientes & Districtiones Prælatorum procurantes eadem innodentur. 321

Cap. 5. Item statuimus. De Carceribus Episcoporum, & coercendis Clericorum flagitiis. 321

Cap. 6. Tantum invaluit. Cum Monialibus incestum committentes excommunicantur, absolvendi nisi in mortis articulo à solo Episcopo, cui etiam confiteantur, si mortis periculum evaserint. 322

Cap. 7. Quoniam reus, & infra. Pro peccato notorio, aut recidivò continuato, non recipiatur pecunia sub pœna duplicis restitutionis, nec gravior pœnitentia corporalis quàm par est imponatur, ut pœnitens pecunia redimere cogatur, quam si redimet, non gravetur. 323

TIT. 16. De Pœnitentiis & Remissionibus.

Cap. 1. Quoniam nonnunquam. In singulis Archidiaconatibus substituantur ab Episcopo viri prudentes, qui Decanorum ruralium, Personarum, & Presbyterorum Confessiones audiant. In Cathedralibus autem confiteantur Canonici Episcopo, Decano, vel Substituto. 326

Cap. 2. Cum Sacramentum. Sacramentum & tempus pœnitentiæ nulli, ne incarcerato quidem, si dari potest, denegetur sub Excommunicationis pœna. 327

Cap. 3. In Confessione habeat. In peccatis audiendis servet Confessor decentiam & formam hîc prænotandam. 328

Cap. 4. De pœnitentia. Quando Diaconus potest dare pœnitentias. 330

Cap. 5. Cum anima. Sub pœna Anathematis Medicus nil suadeat ægroto pro salute corporis contra salutem animæ,

animæ, quam primum intendat & ſollicitet. 330
Cap. 6. Presbyteri ſtipendiarii. Quod Presbyteri ſtipendiarii niſi in certis caſibus non audiant Confeſſiones. 330
Cap. 7. Sacerdos. Confeſſor pro conditionibus peccati diligenter notatis pœnitentiam injungat. Audiat autem, niſi neceſſitas evocaverit, in Eccleſia publicè; nec alios quàm ſuos. Nec uxoſi pœnitentiam injungat, per quam marito pateat ejus peccatum; de malè ablatis non abſolvat ſine reſtitutione, quatenus fieri poteſt. In reſervatis aut dubiis conſulat Epiſcopum, nec alterius quàm confitentis ſtudeat peccata noſſe. 331
Cap. 8. Prohibemus. Nullus in peccato mortali non confeſſos celebret, nec quovis pacto peccata detegat, quæ per confeſſionem ſcit; aut degradetur. 334
Cap. 9. Cum ſæpe. Rectores Eccleſiarum confiteantur prudentibus Sacerdotibus, ad hoc rite ordinatis. 335
Cap. 10. Cum ſalubriter ſit. Cavendum eſt, ne per multiplicatas Indulgentias Prælatis fiat dedecus, & vilipenſio. 336
Cap. 11. Sacramentum pœnitentiæ. Nullus abſolvet Excommunicatum, nec plura Beneficia ſacrilegè poſſidentem, niſi ſatisfactione prævia & auctoritate obtenta, aut ſimili Excommunicatione innodetur. 337
Cap. 12. Præterea. Inceſtus, & cætera peccata graviora ſolenni pœnitentia deleantur, Homicidii autem voluntarii remiſſio per ſolum Epiſcopum fiat, niſi occurrat neceſſitatis articulus. 339
Cap. 13. Licet à Sanctis. In quolibet Decanatu ſit unus Rector, vel Vicarius, gratia & doctrina illuſtratus, qui Rectorum & aliorum Sacerdotum audiat confeſſionem; quam tamen & aliis pœnitentiariis, ubi ſanior eſt intentio, facere poſſunt. 340
Cap. 14. Confeſſiones. Quomodo confeſſiones mulierum audiendæ? de Quadrageſimalibus, & ne Miſſæ celebratio pro pœna injungatur. 342
Cap. 15. In confeſſionibus. Ut Sacerdos denunciet omnem commixtionem extra Matrimonium eſſe mortale peccatum. 343
Cap. 16. Confeſſiones ter. Confeſſiones, & Euchariſtiæ Sacramentum ter in anno celebrentur. Et de pœna illius qui ſemel in anno non fuerit confeſſus, nec ad Paſcha Euchariſtiam perceperit. 343

TIT. 17. *De ſententia Excommunicationis.*

Cap. 1. Auctoritate. Omnes Eccleſias ſuo jure malitioſè privantes, omnes pacem Eccleſiæ aut Regni perturbantes aut Jura Regia injuſtè detinentes, omnes qui falſum teſtimonium faciunt aut procurant, omnes qui alium inique infamant, omnes qui malitioſè Matrimonia per exceptiones oppugnant, omnes qui veros patronos à collationibus faciendis impediunt injuſtè, & omnes qui gratia lucri, favoris, odii, aut aliter mandatum Regium contra excommunicatos exequi contemnunt, excommunicantur. 345
Cap. 2. Ut Archidiaconi. Nemo Excommunicationem promulget, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi monitione Canonica præcedente. 348
Cap. 3. Præterea contingit. Excommunicati capti, & ſine ſatisfactione liberati auctoritate Regia, non Eccleſiaſtica, ad majorem deteſtationem eorum & liberantium, publice & ſolenniter pulſatis Campanis, & Candelis accenſis & extinctis excommunicentur, & denuncientur Excommunicati locis congruis, cum eorum liberatoribus; & qui literas ad capiendos Excommunicatos dare pertinaciter recuſaverit, fiat ejus terræ interdictum. Contra communicantes cum Excommunicatis rite quoque procedatur. 349
Cap. 4. Item contra gravamina. Apparitores & bedelli non ferant ſententias Excommunicationis aut Interdicti ſine ſpecialibus literis dominorum ſuorum quorum intereſt, latæ autem ſecus ſententiæ non ligent, ferentes autem gravatis duplum rependant, & dominis juſtam pœnam dent. 352
Cap. 5. Cum ſæpius. Delatores qui prælatos Eccleſiaſticos de occupatione juris regii falſo accuſant, niſi damnum & gravamen repataverint, Excommunicati denuncientur publice, tanquam Eccleſiaſticæ libertatis impugnatores, donec ſatisfecerint. 353
Cap. 6. Cum malum, & infra. Cantuarienſis Provinciæ Sacerdotes omni dominica ſequente immediate celebrationem ruralis Capituli exponant populo Excommunicationis ſententias hac Conſtitutione contentas. 353
Cap. 7. Superno Dei munere. Omnes pacis Eccleſiæ aut Regni perturbatores, malefactores, violatores, felones, & eorum manutentores, conſpiratores, perjuri in aſſiſis & juratis coram juſtitiariis domini Regis ſcienter pejerantes, falſarum querelarum aſſumptores, manutentores, aut fautores, in ſingulis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis prima dominica Quadrageſimæ, & in feſto Corporis Chriſti, aliiſque ſolennitatibus nuncientur publicè Excommunicati cum intimatione abſolutionis reſervatæ. 354
Cap. 8. Præcipimus quod. Majores Excommunicationes quatuor Dominicis hic annotatis promulgentur. 355

TIT. 18. *De verborum ſignificatione.*

Cap. 1. Quanquam exſolventibus. Sylva Cædua cenſeatur quæcunque inciſa repullulat: de ea autem ut de fœno & frugibus Decima perſolvatur. 356

TITULORUM, CAPITUM, ET SUMMARIORUM,

Ad Conſtitutiones Legatinas ſpectantium, Syllabus.

OTHONIS.

Præfationis Summarium.

Cap. Quoniam decet. Quoniam domum miniſtroſque Dei ſanctitudo decet, quam Humani generis hoſtis polluere conatur; ut ejus conatibus obviaret, has Legatinas Conſtitutiones Dominus OTHO Legatus Sedis Romanæ Anglicanæ tulit Eccleſiæ. 3

TIT. 1. De conſecratione & reformatione ſtatus Eccleſiæ.

Cap. Baſilicarum. Baſilicarum ſeu majorum Eccleſiarum conſecratio in Veteri Teſtamento inſtituta & in Novo ſtudioſius obſervata, licèt in quibuſdam partibus Angliæ fuerit neglecta, ſic eſt per Diœceſanos, aut eorum vicarios Epiſcopos diligenter facienda, ut nulla maneat biennio, poſtquam parietes ejus perfecti fuerint, conſecranda: alioquin ſolennibus Miſſarum Officiis noſcatur interdicta, niſi tamen legitimè fuerit excuſata. Conſecratæ verò non diruentur, ſine maturo Diœceſani conſenſu, quæ dirutæ mox reparentur: quod autem de perfectis dictum eſt, de cœptis etiam dictum cenſeatur. Capellarum autem ſeu Sacellorum conſecrationes, Legatus nihil novi ſtatuens, ad Canonicas refert definitiones. 5

TIT. 2. De ſeptem Sacramentis, ut gratis conferantur.

Cap. Sacramenta. Sacramenta Eccleſiæ ſunt gratis & ſine difficultate purè & devotè exhibenda: quamobrem quot & quæ ſint, qui ordinati volent, præcipuè interrogabuntur: & jam Ordinati, in conventibus Decanatuum ſunt ab Archidiaconis ſuis diligentius erudiendi, ut quæ ab ipſo adminiſtranda ſunt, decentius adminiſtrent. 8

TIT. 3. De Baptiſmo, & forma Baptizandi.

Cap. Ad Baptiſmum. Ad Baptiſmum ſolenniter celebrandum licet duo deputata ſunt Sabbata, nihil tamen prohibet etiam illis, ſi opus fuerit, pueros baptizare. Idque ut faciant, admonendi per prædicationem publicam ſunt, qui per errorem ſecus ſenſerint. Ut verò periculo occurratur, & Baptizatio rite etiam, ſi neceſſe fuerit, à Laicis fiat, exponenda eſt illis à Sacerdotibus Parochialibus Baptizandi forma & verba, quæ an ritè fuerint ſervata ab eiſdem, ſunt poſtmodum indaganda. 10

TIT. 4. Ne aliquid exigatur pro Sacramentis.

Cap. Auditu horribili. Auditu horribili certior factus quoſdam Sacerdotes neminem, niſi ſumpto pro Sacramentis pretio, ad pœnitentiam admittere, quod maximè deteſtabile eſt, Statuit de illis exactiſſimam fieri inquiſitionem, repertoſque à Beneficio, ſi quod habeant, removeri, & ab Officio perperam geſto in perpetuum ſuſpendi. 12

TIT. 5. De confeſſionibus Perſonarum & Clericorum.

Cap. Quod in. Conſtituendi ſunt per Epiſcopos viri prudentes; qui Perſonarum & minorum Clericorum Decanis fortè confiteri erubeſcentium confeſſiones audiant. In Eccleſiis verò Cathedralibus Pœnitentiarii ſeu auditores confeſſionum generales. 13

TIT. 6. De ſcrutinio Ordinandorum.

Cap. Sacer Ordo. Ut ſacer Ordo tantum idoneis conferatur, ſummus habendus eſt delectus; & ne reprobati approbatis immiſceantur, conſervandus eſt eorum numerus, & nomina ſcribenda, ſubque Epiſcopo derelinquenda. 16

TIT. 7. Ne Dignitates tradantur ad firmam.

Cap. Eccleſias dari. Cùm Eccleſias dari ad firmam non placeat, id tamen inhibere propter multitudinem tranſgreſſorum vix audeat, diſtrictè inhibet, ne Dignitates, vel Officia Decanatus, vel Archidiaconatus, ſive proventus ex Eccleſia, vel Juriſdictionis Spiritualis exercitio, aut ex Sacramentis ad firmam de cætero concedantur. 18

TIT. 8. Ne Eccleſia ultra quinquennium detur ad firmam.

Cap. Cum Laicis. Laicis nunquam licet Eccleſiam habere ad firmam, & Clero ſine innovatione duntaxat ad quinquennium. Nec innovatio fiet continua ab eiſdem. Conventio autem pluribus literis ſcribenda fiat coram Epiſcopo vel Archidiacono, ſub quo unum inſtrumentorum reſervetur. 20

TIT. 9. Ne Eccleſia aliqua perpetuò ad firmam alicui detur.

Cap. Alicubi audivimus. Nullum Beneficium nullúſque reditus Eccleſiaſticus conferatur, aut pro toto, aut pro parte, cuivis ad firmam perpetuò ſub quovis colore, & contrafaciens ſe inaniter attentaſſe noſcat. 22

TIT. 10. De Inſtitutione Vicariorum.

Cap. Ad Vicariam. Vicariam nullus ſuſcipiat, niſi ſit Presbyter, aut Diaconus, proximis quatuor temporibus ritè in Presbyterum ordinandus, ſuſcipienſque renunciet cæteris Beneficiis curam animarum habentibus, & juret ſe in Vicariatu corporalem reſidentiam continuè facturam; alioquin ejus inſtitutio erit nulla. §. Si quis autem non Sacerdos jam inſtitutus eſt, ſuſcipiat Sacerdotium intra annum; aut ſi per eum ſteterit quo minus ſuſceperit, privetur Vicaria: ſuſcipiens verò renunciet & juret ut jam inſtituendus. 24

TIT. 11. Ne Eccleſia abſentis alicui conferatur.

Cap. Ad eliden dum. Nemo in abſentis Eccleſiam recipiatur, nec inveſtiatur, donec de abſentis morte pleniſſimè conſtiterit, nec præſentis locum per vim occuper, alioquin læſo ad omnis damni recompenſationem tenebitur, & ab Officio Beneficióque omni ſuſpendetur. 29

TIT. 12. Ne Eccleſia una de cætero in plures Perſonatus vel Vicarias dividatur.

Cap. Cum ſit. Nunquam deinceps in plures Perſonatus vel

vel. Vicarias una dividetur Eccleſia, & ſiqua ſine auctoritate Epiſcopi fuerit nuper diviſa, ut primum commode fieri poterit, in unam redintegrabitur. Quæ verò commode diviſa fuerit, juſtis portionibus per Diœceſanum condividetur, per quem providebitur, ut in ſingulis reſideat debitam animarum curam gerens. Veruntamen de reſidentia & pluralitate Beneficiorum conſultius ad Romanorum Pontificum Conſtitutiones, quàm ut novas condat, cenſet remittendum. 33

TIT. 13. *De Habitu Clericorum, & de Ornamentis eorundem.*

Cap. Quoniam de. Clerici, præſertim curam habentes, ac Presbyteri ad formam in generali Concilio editam habeant veſtes & equorum ornamenta, ita ut capis clauſis, ſuis locis, utantur, & decenti tonſura, ſub pœna ſubtractionis Beneficiorum ab Epiſcopis faciendæ, qui ut ad id alios facilius compellant, à ſuis incipiant. 36

TIT. 14. *De Uxoratis à Beneficiis amovendis.*

Cap. Innotuit nobis. Quicunque aut clam aut palam Matrimonium contraxerunt, ab Eccleſia & Eccleſiaſtico Beneficio ſunt omnino removendi, & bona quæ ſic acquiſiverunt Eccleſiæ reapplicanda, nec eorum filii ſine ſummi Pontificis diſpenſatione ad Beneficium aut Sacerdotium admittendi. 38

TIT. 15. *De Concubinis Clericorum removendis.*

Cap. Licet ad. Clerici, præcipue in ſacris Ordinibus conſtituti, ſicubi Concubinas publicè detinent, eas intra menſem à ſe removeant penitus, eas vel alias non recepturi; aut ab Officio & Beneficio uſq; ad ſatisfactionem condignam ſuſpendantur: de qua Archiepiſcopi & Epiſcopi diligenter inquirant. 41

TIT. 16. *Ne ſuccedat in Eccleſia Filius Patri.*

Cap. Licèt adeò. Filii nequaquam ſunt in Beneficium à Patre quomodocunque poſſeſſum admittendi: admiſſi autem præſenti Statuto decernuntur eo privati. 46

TIT. 17. *De Latronum receptoribus*

Cap. Contra Latronum. Quicunque protexerit, defenderit, aut hoſpitatus fuerit, quem norit, aut manifeſtum ſit eſſe latronem, & tertio etiam publica & generali admonitione admonitus non ejecerit, Excommunicationis ſententiam incurrat. 48

TIT. 18. *Ut Monachi ab eſu Carnium ſe abſtineant.*

Cap. Audivimus &. Monachi ſtatim, ut profeſſi ſunt, ab eſu Carnium abſtineant, niſi ægrotantes ad Infirmitorium deſtinati: Nec quiſquam Abbas aut Prior ſit, niſi Ordinem profeſſus: Profeſſio autem ſtatuto fiat tempore, tam in Ordine Sancti Benedicti quàm Monachorum Regularium & Monialium; de cæteris autem ad eorundem ſcribet Capitula. 51

TIT. 19. *De Archidiaconis.*

Cap. De Archidiaconis. Archidiaconi diligenter & fideliter Eccleſias ſuas, ſine earum indecenti gravamine, viſitent, nihil ex correctione aut punitione recipientes, aut quenquam ob avaritiam ſententiis innodantes. Contra quod facientes præter Canonicam pœnam ad duplam exactorum reſtitutionem, ad pios uſus applicandorum, arbitrio Epiſcopi compellantur; ſintque diligentes in Capitulis frequentandis & decenter inſtruendis. 52

TIT. 20. *De Pace & Concordia reformanda.*

Cap. Caterum duximus. Prælati & Judices neminem à Concordia & Pace propter lucrum litis & contentionis dehortentur, ſed magis cohortentur ad compoſitionem licitam, idque gratis faciant. 55

TIT. 21. *De Officio Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.*

Cap. Quid ad. Archiepiſcopi & Epiſcopi, ut juxta nominis Officii impoſitionem Officio fungantur, Vigiliæ gregis ſuæ ſuperintendant, ſeſe exemplar ſanctitatis exhibeant in Cathedralibus ſuo tempore celebrando, Diœceſes viſitando, & prædicatione reformando: atque ut id diligentius efficiant, profeſſionis ſuæ regulam, quotannis ad minimum bis, ſibi pronunciandum curent. 55

TIT. 22. *Ne cauſa Matrimoniales Judicibus imperitis committantur.*

Cap. Cum non. Judex imperitus nequaquam eſt deputandus, præſertim in cauſis Matrimonialibus. Prælati verò, quorum intereſt tales cognoſcere, diligenter eas ordinare procurent, ne ipſi aut Delegati per eos ad definitivam ſententiam procedant abſque Diœceſani Conſilio, niſi fortè ſint ſpeciali privilegio exempti. 58

TIT. 23. *Juſjurandum calumniæ.*

Cap. Juſjurandum. Quod Juramentum calumniæ de veritate dicendâ in cauſis præſtari debeat. 60

TIT. 24. *De Officio Procuratorum.*

Cap. Uſum Procuratorum. Procurator, ne qua dilatio aut fraus per eum fiat, conſtituatur deinceps ſimpliciter, non in unum diem, ſed in quot opus fuerit. Idque per ſcripturam authenticam (niſi ſigillum authenticum nequiverit facile inveniſi) probetur mandatum. 61

TIT. 25. *De Citationibus faciendis.*

Cap. Tanto Calliditatis. Literæ Citatoriæ in cauſis Eccleſiaſticis non mittantur amplius in Anglia per nuncios impetrantis, ſed per fidelem nuncium à Judice delegatum; qui ſi vocandum reperire nequit, literas in Officio ſolenni publicè recitari, aut ad Decanum perferendas fideliter dirigi procuret, iſque quid fecerit reſcribat. 63

TIT. 26. *Quæ litera falſa dicuntur, & pœna eorum qui eis uti præſumunt.*

Cap. Quanto ſcripturarum. Qui literas falſas, in alterius præſertim præjudicium, ſciens uſurpaverit, pœnam Falſariis debitam incurret. 65

TIT. 27. *De Sigillis Authenticis, & de cuſtodia eorum.*

Cap. Quoniam. Omnes Prælati tam ſuperiores quam inferiores, omniaque Collegia cum ſuis Officialibus habeant Sigillum authenticum ſuis notis & characteribus inſculptum, nomine Dignitatis aut Officii; ſed Officiarii perfuncto Officio Sigillum ſtatim reſignent. Omnes autem Sigillum fideliter cuſtodiant, aut cuſtodiri recepto juramento procurent. Cuſtodes autem ſine Domini juſſu nihil ſignent, quo jubente fiat fideliter & providè Sigilli copia, inque literis diligens datæ ſubſcriptio. 67

TIT. 28. *De miſſo in Poſſeſſionem, & de Officio Advocatorum & Judicum.*

Cap. Clamorem. Quicunque in Advocati officium voluerit generaliter promoveri, præſtet Diœceſano ſuo de fidelitate Juramentum, præcipue in cauſis matrimonialibus; in nullis autem ſine Juramento coram Eccleſiaſtico Judice ultra tres terminos admittatur, niſi pro Eccleſia, Domino, amico, aut in cauſa pia. Caveant autem, ne falſos teſtes ſubornent, alioquin ab Officio ſint ipſo facto ſuſpenſi, donec ſuper hoc puniti competenter ſatisfecerint. Judices verò imperitiores expenſis partium advocent in dubiis conſilium Sapientis, &, quantum poſſunt, conſtitutionem generalis Concilii obſervantes acta omnia cuſtodiant, eorum copiam partibus facturi. In contumacis autem locum mittendus cautionem det de reſtituendo, ſi ille infra annum redierit, & reverſo, vero poſſeſſori cedat. 70

CONSTITUTIONUM

OTHOBONI Summaria.

Præfat. *Pio zelo excitatus, & juſtâ authoritate fretus* D. OTHOBONUS *ſequentes Conſtitutiones* Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Walliæ *Conſtitutus eſt.*

TIT. 1. De Baptiſmo.

Cap. Ingredientibus. Conſtitutionem Othonis circa Baptiſmum comprobans, addit, ut quod ille de Presbyteris Parochialibus expreſſit, ad perpetuos Eccleſiarum Vicarios extendatur: injungens Archidiaconis diligentem, an ita fiat, inquiſitionem. 75

TIT. 2. Ne pro Sacramentis Eccleſiaſticis aliquid exigatur.

Cap. Quoniam cæca. Epiſcopi & Archidiaconi diligenter inquirant, & inventos Simoniacos puniant, qui contra Conſtitutionem Othonis pro Sacramentis Eccleſiaſticis quicquam exigunt: negligentes autem Epiſcopi à Pontificalibus, & Archidiaconi ab Officio ſuo, uſquequo rem congruè emendarint, ſuſpendantur. Audientes autem Confeſſiones diſcant hic præſcriptam formam abſolvendi, & confitentes inducant ad contritionem & humiliationem cum reverentia Sacerdotis. Nemo verò cuiquam, ne captivo quidem, confitendi gratiam demat; dementes autem, niſi ſatiſfecerint in vita, careant Eccleſiaſticâ Sepulturâ. 80

TIT. 3. De Conſecratione & Reformatione ſtatus Eccleſiæ.

Cap. Domus Dei. Quicunque contra Conſtitutionem Domini Othoboni Eccleſiæ nondum conſecratæ Rector, ſeu gubernator, aut Vicarius ejus extiterit, infra annum conſtructionis Epiſcopum ſuper Conſecratione requirat, ſaltem per Archidiaconum; quod ſi Rector aut Vicarius neglexerit, aut Archidiaconus poſtpoſuerit, ab Officio ſuſpendatur. Epiſcopus verò, ſi requiſitus Eccleſiam detractaverit per ſe vel alium conſecrare, cùm legitimum non habeat impedimentum, à Dalmaticæ, Tunicæ, & Sandaliorum uſu ſe noverit ſuſpenſum, donec ad Conſecrationem (quam gratis faciet) accingatur. 81

TIT. 4. De Clericis Arma portantibus.

Cap. Cum in. Quicunque in Clericali Ordine conſtitutus Arma detulerit, aut deferenti illicitè ſeſe immiſcuerit, ipſo facto excommunicetur, &, niſi admonitus à Prælato ſuo tempeſtive ſatisfecerit, omni Eccleſiaſtico Beneficio in toto Regno privetur, cum Ordinis ſui amittendi periculo: non Beneficiatus autem fiat in quinquennium inhabilis ad habendum, nec à ſententia Excommunicationis à Diœceſano abſolvatur, donec ad arbitrium ejus de præmiſſis ſatisfecerit. 83

TIT. 5. De Habitu Clericorum.

Cap. Cum Sancti. Clerici univerſi gerant Veſtes non brevitate nimiâ ridiculoſas & notandas, Aures patentes, Coronas latitudine decentes, nec niſi in itinere Infulas ſeu Coyfas portent. Sacerdotes autem & in Dignitate conſtituti Capas clauſas deferant, niſi honeſta cauſa aliam veſtem interdum conceſſerit. Siqui autem in Dignitate conſtituti, aut curam Animarum habentes contra hæc in Veſtibus, Infulis, Corona, vel Tonſura deliquerint, nec admoniti ſe emendarint, ab Officio ſuſpendantur: & ſi per tres menſes in Suſpenſione Officii fuerint, à Beneficio ſuſpendantur, nec prius abſolvantur quàm ſextam redituum ſuorum pauperibus erogandam perſolverint, & Prælatis pro arbitrio eorum pœnas dederint. Quod Statutum, niſi Archiepiſcopi & cæteri Prælati diligenti executioni mandent, Archiepiſcopi quidem à Dalmaticæ & Sandaliorum uſu, Prælati verò reliqui ab Eccleſiæ ingreſſu uſque ad emendationem ſuſpendantur. Epiſcopi præterea Habitum gerant ſuæ Dignitati congruentem, & qui prius Religioſi fuerant, Habitum Religionis non dimittant, ſed Statutum generalis Concilii ſervent. 85

TIT. 6. Ne Clerici Juriſdictionem Secularem exerceant.

Cap. Cum honeſtatis. Clerici, præcipue Sacerdotes, Juriſdictionem Sæcularem à nullo ſuſcipiant, nec exerceant; ſuſceptam autem intra duos menſes proximos dimittant, eandem nunquam reſumpturi. Contravenientes autem ab Officio & Beneficio ſint ipſo facto ſuſpenſi; qui verò ſuſpenſi ſeſe ingeſſerint, Canonicam ultionem ad Diœceſani arbitrium infligendam, ſalvis Domini Regis privilegiis, incurrant. 87

TIT. 7. Ne Clerici Advocati ſint in cauſis Sæcularibus, nec Judices, nec Aſſeſſores.

Cap. Juxta ſacrorum. Clerici qui in cauſis Sæcularibus, præcipuè ſanguinis, fuerint Advocati actorum, aut Judices, aut Aſſeſſores, ſint ipſo facto ab ipſo ſuſpenſi, nec abſolvantur à Diœceſanis, donec competenter ſatisfecerint: rerum autem in talibus defenſores ad arbitrium Diœceſani puniantur. 89

TIT. 8. De Concubinariis.

Cap. Quam indecorum. Statutum contra Clericos Concubinarios ab Othone conſtitutum approbans, adjicit, ut Archidiaconi locorum ſingulis annis diligentem inquiſitionem de illis faciant, inventoſque juxta Statutum puniant, & nihilominus Epiſcopis indicent in eoſdem pro Officio animadverſuris. Quam rem Archidiaconus indicare negligens, ab ingreſſu Eccleſiæ, & Epiſcopus admonitus non exequens, à Dalmaticæ & Sandaliorum uſu, uſque ad emendationem, ſuſpendatur. Qui verò Concubinariis auxiliatores fuerint, aut ipſis vel Concubinis eorum domus locaverint, ſi Clerici ſunt, conſimili plectantur pœna, ſin Laici, ad arbitrium Epiſcopi. Concubinæ verò notoriæ ab ingreſſu Eccleſiæ, dum divina fient, arceantur, nec ad corpus Dominicum admittantur. Deprehenſi autem in adulterio aut alio peccato notorio, ſi ob impunitatem ad alia loca profugerint, à Diœceſanis illorum locorum in Excommunicatione teneantur uſque ad ſalutarem pœnitentiam. 91

TIT. 9. De reſidentia Vicariorum.

Cap. Sacrorum Canonum. Quicunque contra Statutum Othonis aut non Sacerdos, aut non reſidens in loco Vicariæ fructus collegerit, reſtituat eorum medietatem Eccleſiæ illi, & reliquæ medietatis partem unam pauperibus dictæ Eccleſiæ, & reliquam Archidiacono loci, qui diligenter ſuper hoc quotannis faciat inquiſitionem, & Vicariam contrafacientis vacare ſtatim denunciet, Prælato de eodem Officio ſuo ſub pœna ſuſpenſionis à Collatione functuro. Contra prædicta autem rebellans per menſem ſit aliis Beneficiis (ſiqua habet) privatus, & ad eandem Vicariam perpetuò, & ad cætera Beneficia per triennium inhabilis. Quæ omnia tam de præteritis quàm de futuris intelligentur. Et ſi Archidiaconus injuncta ſibi in hac re neglexerit, uſque ad ſatisfactionem ab ipſa parte privetur, & ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus. 93

TIT.

TIT. 10. *De Intruſis.*

Cap. Amoris proprii. Nullus habens jus Patronatus quemquam audeat ad Eccleſiam præſentare, niſi probabilem de ipſius vacatione habuerit notitiam, nec ſi præſentare ſic liceat Patrono, Prælatus tamen præſentatum non Inſtituat, priuſquam de morte aut ceſſione alterius per præſentiam ejus, aut literas authentico ſigillo ſignatas, aut idoneos teſtes ſuper hoc juratos certior factus ſit: alioquin Inſtitutus vel Intruſus ſit eodem Beneficio privatus, & ad ipſum obtinendum perpetuò inhabilis; & ubi de prioris vita apertè conſtiterit, tam Inſtituens quàm Inſtitutus teneatur extruſo ad omnium damnorum & expenſarum integram reſtitutionem, nec alter alterius ſolutione liberetur, ſitque ſic Inſtituens ab omni collatione ſuſpenſus, donec extruſo ſatisfecerit: Intruſus verò, ſi rebellaverit, omni Beneficio, quòd in Regno Angliæ obtinet, privetur: & ſi nullum habet, ad obtinendum ſit inhabilis. Quæ pœna in jam Intruſos, niſi dimiſerint, extendatur. Si verò Epiſcopi nondũ certi quem admiſerint, poſſeſſionem tamen corporalem eidem non concedant; alioquin ſic admittentes & admiſſi prædictis pœnis ſubjaceant. 96

TIT. 11. *Ne una Eccleſia in plures dividatur.*

Cap. Unitatem in. Quæcunque Eccleſiæ unius diviſio in plures portiones ante Conſtitutionem *OTHONIS*, aut poſt, contra eandem facta, niſi antiquitatis jure defendatur, per Diœceſanos penitus revocetur; & quæ poſthac fiat, irrita cenſeatur. Qui verò contra hæc attentans aliquem præſentare præſumpſerit, jus præſentandi ad proximum devolvendum amittat. Si verò Prælatus eo pacto quemvis admiſerit, aut præſentaverit, ut portionem ſibi retineat, ejus retentio ſeu aſſignatio erit irrita, & ipſe, quouſque talem præſentationem, ſeu aſſignationem, & retentionem penitus revocaverit, erit à quorumlibet Beneficiorum Collatione, Inſtitutione, aut Præſentatione ipſo facto ſuſpenſus. 100

TIT. 12. *De abſtrahentibus confugientes ad Eccleſiam vel Cœmeteria, ſeu res ibidem depoſitas: & de auferentibus aliquid præter voluntatem Eccleſiaſticorum Dominorum de domibus, maneriis, ſeu grangiis eorundem.*

Cap. Ad tutelam. Si quis auctoritate vel facto, per ſe vel per alium, aliquem ab Eccleſia aut Cœmeterio ejus, vel bona illic depoſita abſtraxerit, aut abſtrahentes defenderit, & abſtractionem ratam habuerit, ſit ipſo facto excommunicatus; nec abſolvatur, donec Eccleſiæ violatæ & damnum paſſo competenter ſatisfecerit. Et ſi Excommunicatus & à Diœceſano admonitus intra præfixum tempus non ſatisfecerit, ejus terra Eccleſiaſtico ſubjiciatur Interdicto ante ſatisfactionem non relaxando: quod ſi terram non habuerit, niſi dominus terræ admonitus eum expulerit, ejus terra Interdicto, & ipſe conſimili Excommunicationi ſubjaceat. Si verò Clericus ſic excommunicetur, nec ſtatim admonitus ſatisfecerit, omni Beneficio in toto Regno privetur, & ſi nullum obtinet, ad obtinendum ſit proximo quinquennio inhabilis. Similis autem ſententia in Eccleſiarum incendiarios & effractores feratur. Præterea qui ex locis ad Eccleſias vel Eccleſiaſticos pertinentibus quicquam contra conſenſum eorum abſtulerit aut abſumpſerit, ipſo facto ſit Excommunicatione, donec ſatisfecerit, innodatus. Quod Statutum ne negligatur, diebus Dominicis in ſingulis Eccleſiis, aſtantibus Parochianis, continuè per annum proximum publicetur. 101

TIT. 13. *Ne quis impediat Matrimonium celebrari in facie Eccleſiæ.*

Cap. Conjugale fœdus. Nemo Matrimonia legitimè contracta in facie Eccleſiæ celebrari impediat: Epiſcopi verò impedientem condignè puniant. 106

TIT. 14. *De Executione Teſtamentorum.*

Cap. Libertatem extremi. Executor Teſtamenti cujuſlibet nullatenus admittatur ad executionem, neque Teſtamentum coram Ordinario ritè præſentetur, nec approbetur, niſi prius quoad hunc actum ſui Fori privilegio coram eo expreſsè renunciet Executor. Et priuſquam Executores adminiſtrationem bonorum attingant, Inventarium bonorum defuncti coram dignis & peritis factum Prælato oſtendant, alioquin ad Epiſcopi ſui arbitrium puniantur. Vult enim approbationem Epiſcopi, in cujus Diœceſi Teſtator, qui in diverſis Beneficia obtinuit, deceſſit, adhiberi. 107

TIT. 15. *Ne Prælati fructus Eccleſiarum vacantium percipiant.*

Cap. Eccleſiarum. Prælati non percipiant, nec perceptos ſuos faciant Eccleſiarum vacantium fructus, ſed de ipſis faciant juxta Canonicam Inſtitutionem, niſi de ipſis percipiendis jus ſpeciale obtineant, alioquin ab Officio ſuſpendantur. Sed neque ſequeſtrationes fructuum & proventuum Beneficiorum Eccleſiaſticorum faciant, niſi caſus ſpeciales emergant, in quibus à Jure aut legitima Conſuetudine permittantur: aliter ſequeſtrationes etiam ſub pœna Excommunicationis & Interdicti latæ, ſint irritæ; & Prælatus, donec revocaverit, à Dalmaticæ, Tunicæ, & Sandaliorum uſu ſit ſuſpenſus. 110

TIT. 16. *De Oblationibus Capellarum reſtituendis Eccleſiæ Matrici.*

Cap. Gratia quæ. Capellani miniſtrantes in Capellis, quæ ſalvo jure Matricis Eccleſiæ ſunt conceſſæ, univerſas Oblationes, & cætera quæ Matrici provenire deberent, reſtituant Matricis Rectori ſub vinculo Suſpenſionis, donec reſtituerint. 111

TIT. 17. *De Domibus Eccleſiarum reficiendis.*

Cap. Improbum. Domus & Ædificia Beneficiorum à Beneficiatis eorum expenſis reparentur & conſerventur, & ad id ab Epiſcopis moneantur: Qui ſi admoniti ad duos menſes ceſſaverint, Epiſcopi ex fructibus Beneficiorum eaſdem reparationes faciendas curent. Cancellos autem hi qui reficere tenentur, ut Rectores, ſic quoque reficiant. Epiſcopalia verò Ædificia ſarta tecta & in ſuo ſtatu conſervata, ab Epiſcopis ipſis ſub Divini Judicii atteſtatione præcepit. 112

TIT. 18. *De Procurationibus, quæ ratione Viſitationis debentur, non excipiendis ab Archidiaconis, vel aliis inferioribus, niſi eum viſitent.*

Cap. Naturalis. Nullus Prælatorum ratione Viſitationis Procurationem exigat, niſi viſitet, aliter, donec reſtituerit, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendatur. Nec viſitantes ſubditos ſuos ultra conſtitutum ab *INNOCENTIO* Quarto expoſtulent: & ſi contra recuſantes Excommunicationis ſententiam tulerint, nullius ſit efficaciæ. Sed neque oneroſam ducant ſecum multitudinem, quæ turbationem pariat, ſed moderatam, juxta Lateranenſis Concilii decretum. 114

TIT. 19. *Ne pecunia recipiatur à ſubditis pro Crimine vel Delicto notorio.*

Cap. Deus Omnipotens. Prælati juxta conſuetudinem *OTHONIS* Eccleſias utiliter & fideliter viſitantes, nec eas expenſarum onere gravantes, ſed earum Rectores & Vicarios decenter in his quæ ſcire debent erudientes, caveant ſummoperè, ne pro aliquo mortali & notorio Crimine, vel de quo ſcandalum oriri poſſit, pecuniam

à de-

à delinquente recipiant, ſed ipſum condigna animadverſione puniant, idque Epiſcopi obſervandum curent. 115

TIT. 20. Ne Beneficia Spiritualia tradantur ad firmam.

Cap. Indignum eſt. Datio Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſtici Beneficii Laico ad quodvis tempus, & Clerico ultra quinquennium facta nullius ſit efficaciæ, nec ex ea naſcatur inter contrahentes juſta actio, etiamſi alter omni privilegio renuntiet, atque inſuper tertia pars proventuum ejus rei quam de facto ad firmam dediſſe conati ſint, fabricæ majoris Eccleſiæ applicetur, quocirca caveant Eccleſiarum patroni. 116

TIT. 21. De reſidentia Archiepiſcoporum & Epiſcoporum.

Cap. Paſtor bonus. Archiepiſcopi & Epiſcopi, ut præcipuè diebus ſolennibus, Quadrageſimalibus, & Adventus præſentiam ſuam Eccleſiis ſuis exhibeant, admonentur ſub virtute ſanctæ obedientiæ & Divini judicii atteſtatione. In quibus quidem Eccleſiis ſanctum Chriſma & Oleum Sacrum atque infirmorum in cœna Domini quotannis conficiant, niſi à ſuis ſuperioribus, aut majoribus negotiis alio vocati abſentiæ ſuæ legitimam prætendant excuſationem. Sicque juxta nominis impoſitionem gregi ſuo ſuperintendentes Officio ſuo ſatisfaciant. 118

TIT. 22. De Appropriationibus Eccleſiarum.

Cap. Quoniam alienationes. Nullus Epiſcopus Eccleſiam ſibi ſubjectam alteri Appropriationis jure aſſignet niſi legitimè, pietatis intuitu, alioquin Appropriatio ipſa ſit invalida, & Eccleſia revocetur. Præterea quicunq; tam exempti quàm non exempti, qui Eccleſias in proprios uſus habent, ſi Vicarii non ſunt poſiti in eiſdem, intra ſex menſes Vicarios Diœceſano ob eo inſtituendos præſentent, eiſdem ſufficientem portionem tribuentes, quod ſi neglexerint, Diœceſanus faciat. Ipſi autem qui Eccleſias in proprios uſus habent, in ipſarum Parochiis domos conſtruant, aut conſtructas reparent, ut in eas viſitantes honeſtè ſe recipiant, quæ omnia obſervari præcepit etiam ab Epiſcopis. 119

TIT. 23. De Bonis Inteſtatorum.

Cap. Cum mortis. Inteſtatorum bona per proviſionem à Prælatis Angliæ cum Regis & Baronum approbatione ordinatam in pios uſus convertenda, Prælati contra dictam proviſionem recipere vel occupare nequaquam præſumant. 121

TIT. 24. De Delegatione Cauſarum.

Cap. Judicii robur. Cauſæ nullatenus delegentur, nec committantur ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, vel aliis Ordinariis, niſi perſonis in Dignitate vel Officio conſtitutis, aut Cathedralium, vel aliarum Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis. 122

TIT. 25. De forma Citationis.

Cap. Ita mortalium. Approbata Conſtitutione *OTHONIS* adjiciendo Statuit, ut cum Judex quemvis citandum edicit, Citationem faciendam loci Decano vel certæ perſonæ demandet, unde niſi edoctus ſit Citationem juxta Statuti formam expletam eſſe, ipſa nullius ſit efficaciæ. 123

TIT. 26. De Juramentis Advocatorum.

Cap. Laudabile. Juxta Statutum *OTHONIS* de Advocatis, nullus Advocatus, niſi literas Diœceſani, coram quo jurare præcipitur, prius oſtendat, fidem de Juramento debitè exhibito facientes, vel de novo Juramentum exhibeat, ad ullius Cauſæ patrocinium admittatur. 123

TIT. 27. Ne Judex Pacem vel Concordiam partium impediat.

Cap. Cum partes. Judex quicunque pro Concordia litigantium impedienda quicquam receperit, Excommunicationi ſubjaceat, donec illud reſtituerit, & tantundem pauperibus erogârit. 124

TIT. 28. De publica Abſolutione.

Cap. Sicut Eccleſiaſtica. Abſolutio, ſeu relaxatio à ſententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, fiat publicè locis & temporibus opportunis. 125

TIT. 29. De Inſtitutionibus, ſeu Collationibus.

Cap. Chriſtianæ Religionis. Prælati diligenter inquirant de his qui ante hanc Conſtitutionem aut plura Beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione ſuſceperint, aut in Beneficiis ſuis non reſederint, aut ſacros ordines non ſuſceperint, & in illis Statutum generalis Concilii obſervari faciant. Archidiaconi quoque in provincialibus Conciliis eoſdem inquirant, & inventos diligenter corrigant. Poſthac verò præſentatos inſtituturi de vita & converſatione eorum, & de Beneficiis, an plura habuerint, diligenter inquirant; & ſi incompatibilia ſine legitima diſpenſatione habere offenderint, cætera Beneficia inter ſtatutum terminum in manus Prælatorum referre jurent, alioquin non admittantur: & ſi temerè inſtituti fuerint, Inſtitutio ſit nulla. In his verò qui diſpenſationem habent, diligenter conſideretur, an ea talis ſit, ut etiam plura ſuſcipere diſpenſetur; quod ſi non, juret cætera dimittere, aut ad petitum non admittatur: quæ ſi non dimiſerit, præter perjurii notam quam incurrit, & habitis & habendis ipſo jure noverit ſe privatum. Prælati verò denuncient Patronis & Collatoribus Beneficiorum dimiſſorum nomina, ut de illis diſponant, & in proximo Concilio qualiter de ipſis diſpoſitum ſit, ne apud eoſdem maneant, diligentius inquirant. Quod ſi Prælati ſecus inſtituerint, Inſtitutionem factam intra menſem revocent, alioquin à Collatione ſeu Inſtitutione quacunque, donec revocaverint, ſint ſuſpenſi. Caveant autem Prælati aliquem propter dicta aut defectum ordinum ad vacantem Eccleſiam inſtituere recuſantes, alium qui conſimilem defectum patiatur inſtituere; ne ſic potius perſonam acceptaſſe videantur, quam Juſtitiam dilexiſſe. Aliter Inſtitutio talis penitus cenſeatur invalida. 126

TIT. 30. De Commendis Eccleſiarum.

Cap. Miſerabilis humanæ. Univerſas Eccleſiarum Commendationes hactenus quibuſcunque factas, niſi ex evidenti utilitate unius tantum Eccleſiæ Commendatio facta ſit, penitus revocat, & ipſas exnunc vacare decernit, Collatoribus earum diſtinctè mandans, ut eas infra duos Menſes aliis conferant, aliter Collatio ad Sedem Apoſtolicam devolvatur. Deinceps autem nulla cuiquam commendetur, niſi cauſa juſta & legitima id expoſcat. Nec commendetur habenti ultra unum Beneficium cum cura Animarum, neque plures Eccleſiæ uni perſonæ. Quod autem ſecus fieri contigerit, invalidum ſit. Epiſcopus verò contra dicta commendans, donec Commendationem revocaverit, à Collatione ſeu Præſentatione Beneficiorum quorumlibet ſit ſuſpenſus. 130

TIT. 31. De Confirmatione Epiſcoporum.

Cap. Paſtoralis Sedis. In virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè ſtatuit, & præcipit, ne quiſquam Epiſcoporum confirmetur, donec præter cætera Canonicè inquirenda etiam diligenter inquiratur, an confirmandus plura Beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione obtinuerit, quo comperto nullatenus confirmetur. 133

TIT.

TIT. 32. De his qui tempore Electionis admittunt Beneficia, & poſtea reaſſumunt eadem, ſi eos eligi contingat.

Cap. Ambitionis vitium. Beneficia ab eo qui ſe in Epiſcopum eligi ſperat, reſignata, eidem, ſi non eligatur, nequaquam reddantur, nec etiam quaſi de novo concedantur, ſed ſtatim ut vacantia aliis perſonis conferantur; Alioquin conceſſio & redditio talis fuerit invalida. Concedens autem vel reddens contra præmiſſa, ſi ſit Epiſcopus, ſuſpendatur à Pontificalium uſu; ſin inferior, Officio, donec revocaverit. 134

TIT. 33. De his qui Pactionem faciunt cum præſentatis.

Cap. Quia plerumque. Pactiones factas cum præſentatis aut præſentandis penitus revocat, & ne poſthac fiant, diſtrictius prohibet, invalidáſque fore cenſet. Penſiones quoque Eccleſiis Parochialibus impoſitas omnes revocat, niſi qui eas obtinent, ſint præſcriptione legitima, aut Privilegio ſpeciali, aut certo jure ab initio muniti. 135

TIT. 34. Quod negotiationes non fiant in Eccleſiis.

Cap. Omnipotens. Cùm Eccleſia ſit domus Dei, Orationi, & non negotiationi dedicata, nemo in tota Anglia, Scotia, & Hibernia, in Templis Deo dicatis mercatum teneat, nec ullam prorſus negotiationem exercere præſumat; quod Statutum Eccleſiarum Prælati diligentiſſimè per cenſuram Eccleſiaſticam curent obſervandum. 136

TIT. 35. Quod fiat Proceſſio pro pace Regni.

Cap. Juſtus &. In toto Regno Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ fiat quotannis Proceſſio publica & ſelennis ab omnibus Chriſti fidelibus in Craſtino Octavæ Pentecoſtes pro pace jam obtenta ſemper conſervanda, & terra ſancta recuperanda. 137

TIT. 36. De legendis Conſtitutionibus.

Cap. Honoris Eccleſiaſtici. Archiepiſcopi, & Epiſcopi cuſtodiæ gregis ſui vigilanter ſuperintendentes, & circa reformationem ejus ſoliciti, Conſtitutiones Sanctorum Patrum contra pravos mores latas faciant obſervari, & hujus Concilii Conſtitutiones ſinguli Prælati in ſcriptis habentes quotannis in Synodis ſuis faciant perlegi. 140

TIT. 37. De Monachis, & Canonicis Regularibus, & Monialibus.

Cap. Regnum Cœlorum. Monachorum, præcipuè ordinis ſancti Benedicti, quibus primatum dat, reformationem, proximis inſtituet Statutis. 141

TIT. 38. De profeſſione Novitiorum facienda.

Cap. Sanè bona. Omnis utriuſque ſexus, cujus intereſt novitiorum ſuſcipere profeſſionem, niſi eam juxta Conſtitutionem Legati *Othonis* Portuenſis, ſtatim elapſo anno probationis, ſuſceperit; aut novitium ſeu novitiam recuſantem exire coëgerit infra menſem poſt elapſum annũ, nec Canonicum habuerit impedimentum, omnibus ſextis feriis in pane & aqua jejunet, donec illum aut illam profiteri coëgerit. Nec cuiquam novitio ante profeſſionem committatur officium aut miniſterium. 142

TIT. 39. Ut Conſtitutiones ſanctorum Pontificum legantur.

Cap. Porro cum. Juxta conſtitutionem dicti Legati jubentis, ut Prælati continuò poſt regulam ſcribi faciant Conſtitutiones ſummorum Pontificum ad morem præcipuè pertinentes, ut ſunt in hoc Statuto memoratæ, ſtatuit, ut eas ſic ſcriptas magiſter Novitiorum ita diligenter ipſos Novitios eas doceat, ut ferè ediſcant. Et ut prædictæ Conſtitutiones quotannis bis, ſcil. in principio Adventus & in Quadrageſima convocatis Monachis in ſingulis Capitulis perlegantur. 143

TIT. 40. De Monachis Proprietariis, & aliis Religioſis.

Cap. Quia verò. Quia ex Conſtitutione prædicti Legati Monacho proprium habere non licet, præcipit omnibus Abbatibus ſuperiorem præcipuè non habentibus, bis in anno inquiſitionem diligentem ſuper proprietariis facere, & inventos canonicè, & ſecundum Regularia ſtatuta, punire; quod ſi neglexerint, ab adminiſtratione ſint ſuſpenſi. 145

TIT. 41. Quod non detur pecunia pro veſtibus.

Cap. Et quidem. Religioſam paupertatem profeſſis ne detur pecunia pro veſtibus, ſed veſtes decentes pro Religione; qui verò poſthac dederit, ab Officio privetur. 146

TIT. 42. Quod Monachi ſoli non ſtent in Maneriis vel Eccleſiis.

Cap. Monachos ſive. Monachos & cæteros Religioſos, qui ſoli ſtant in Eccleſiis quas tenent, aut in earum Maneriis, revocent Prælati in conventum, aut ſocium cogant recipere; aut ſi pauperiores ſint Eccleſiæ quàm ut duos alant, cogant ſæculari Clerico derelinquere; aliter ipſi Prælati ſuſpendantur ab Officio. 146

TIT. 43. Quod Monachi non dent aliis Monachis Maneria ad firmam.

Cap. Ad firmam. Quicunque Monacho Eccleſiæ, aut Maneria, aut aliud ad firmam dederit, luat pœnas à Legato conſtitutas, & ſextis feriis in pane tantum & aqua per anni ſpatium jejunet. 147

TIT. 44. De Eſu Carnium.

Cap. Ad hæc. Prælati Monachorum & Monialium ſuperiorem non habentes, ſolicitè & diligenter inquirant, qui contra regulam ſuam carnes ederint, & inventos ritè puniant. Epiſcopi quoque, dum Monaſteria ſubjecta viſitant, de eiſdem idem facturi inquirant; aut tam Prælati quàm Epiſcopi id negligentes præter æternæ damnationis acerbitatem, ſint, donec id fecerint, ab Officio ſuſpenſi. 147

TIT. 45. Ne aliqui Religioſi utantur in Refectorio pretioſioribus vaſis aliis fratribus.

Cap. Illud quoque. Nemo Religioſorum utatur, tanquam propriis, in refectorio aut alibi pretioſioribus poculis aut vaſis eſcariis quàm alii; nec in dormitorio majori apparatu lecti vel ſupellectilis. 148

TIT. 46. De Infirmis.

Cap. De Infirmis. Prior vel ſuperior per viſitationem vigilantem infirmis fratribus proſpiciat, ut ab Infirmario ritè tractentur. In quo ſi defectum invenerit, Superiori denuntiet ab eodem ſupplendum; alioquin tam Abbas negligens quàm Prior ſuſpendantur ab Officio, donec ſuo fungantur munere. 149

TIT. 47. Quod ſemper in Refectorio duæ partes Conventus remaneant.

Cap. Statuimus inſuper. Abbates aut Priores non ſic vocent è Refectorio fratres reficiendos ad locum privatum, ut non remaneant illic duæ partes eorum, & in vocandis rationabilem faciant delectum. 149

TIT. 48. Quod nulli Religioſi vendant vel aſſignent aliis Liberationes.

Cap. Volentes etiam. Prælati Monaſteriorum nemini poſthac in gravamen Domus ſuæ vendant Liberationes, ſeu Corrodia; & ſi cui ad perpetuum vendiderint, aut aſſignaverint, poſt illius vitam non reaſſignent hæredi ſub Anathematis pœna. 150

TIT. 49. *Quod ſervetur antiquus numerus Religioſorum.*

Cap. Cæterùm cùm. In antiquis Monaſteriis & Eccleſiis Cathedralibus ſervetur antiquus Deo ibidem deſervire ſolitorum numerus. 151

TIT. 50. *De ratione Adminiſtrationis reddendâ.*

Cap. De Prælatis. Prælati Superiores non habentes, reddant quotannis ſaltem ſemel rationem Adminiſtrationis ſuæ coram Conventu, aut deputatis ab eo, aliter ab Adminiſtratione ſuſpendantur. 151

TIT. 51. *Quod Religioſi non emant vel vendant.*

Cap. Venalium rerum. Nemo Religionem profeſſus implicet ſe venditione aut revenditione quarumcunque rerum nundinis, aut alibi; alioquin tam mercantes quam permittentes ab Officio ſint ſuſpenſi, non relaxandi à Superiore, donec ſatisfecerint pro offenſa. Quæcunque autem de Monachis, aut eorum Prælatis præcepta ſunt, etiam de Monialibus, & earum Superioribus intelligantur præcepta. 152

TIT. 52. *Quod Moniales à certis locis non exeant.*

Cap. Moniales Deo. Monialis deo conſecrata virtuti ſtudeat, carnem refrænet, cœleſtia contempletur, terrena deſpiciat, Sæculares & ſæcularia negotia devitet, peccata obrepentia in Capitulo purget, nunquam niſi in publico cum quovis loquatur, præſertim niſi adſit altera Monialis, quæ totum præter Confeſſionem audiat, nuſquam niſi de Superioris commiſſione cum aliquo comedat, nec permiſſa niſi cum eo quicum malam famam non incurrat. Quæcunque loca ſuſpecta etiam in Clauſtro deviter, & & ad non ſuſpecta non ſine commeatu adeat, atque Sæculares niſi ex juſta cauſa & perquam raro accedant. Sed nec illæ quibus ex Officio cõperit viſitare, ſolæ incedant. Abbatiſſæ autem, & quæcunque aliæ Monialium Præſides non exeant Clauſtra, niſi utilitas Clauſtrorum aut neceſſitas exigat; nec tunc ſolæ, ſed probatis Monialibus ſociatæ, ſine quibus inferiores nequaquam exeant, nec ſine venia Superiorum. Sed nec in Proceſſionibus quidem exeant deinceps, ſed domi eas faciant. Quæ omnia Prælati, quorum eſt Monaſteria viſitare, ſub obteſtatione Divini Judicii curent obſervanda. 152

TIT. 53. *Ut Religioſi frequenter confiteantur, & frequenter celebrent.*

Cap. Adhæc. Religioſi frequenter & completè confiteantur, ut ſic frequenter & dignè celebrent qui Sacerdotes ſunt, quocirca Prælati eorum inquirant ſingulis menſibus à deputatis ad audiendas Confeſſiones, An ſint qui non fuerint confeſſi, & non celebraverint, & tales graviter arguant, & ad confitendum ac celebrandum inducant. Nemini verò (quod etiam prius dictum eſt) Confeſſionis beneficium denegetur, ne in carcere quidem ob quodcunque crimen conſtituto, quod qui fecerit, niſi ad mandatum Prælati ſatisfecerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura. 155.

Diviſio.

Gnorantia Sacerdotum. Iſtud Capitulum dividitur in duas partes principales. In quarum prima Author per modum exordii petitur tollere à miniſtris Eccleſiaſticis ignorantiam, præſertim circa articulos fidei. In ſecunda ibi (*Sciendum*) declarat uſque in finem Capituli, quòd quatuordecim ſunt articuli fidei, quorum ſeptem pertinent ad Deitatem, ſeptem ad Humanitatem: & ſic ſecunda pars ſubdividitur in duas partes, ſecunda ibi, *Item alii*, & eſt pars hujus capituli *infra de offi. Archiepiſ. cap. 1. de ſacra. itè. c. 2.* Et eſt ſciendum, quòd ignorantia quædam eſt bona, quædam mala, quædam indifferens. Bona eſt ignorantia eorum, quæ dant occaſionem ad peccandum, quæ neſcire melius eſt quàm ſcire, 38 *di. c. quamvis.* Mala eſt ignorantia, quando ea quæ Dei ſunt, Ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur. *c. di. qui ea.* Ignorantia indifferens eſt in his, in quibus nihil intereſt ad regnum Dei, utrum ſciantur, an non. 22. q. 2. *in quibus.* De ignorantia primo modo ſumptâ vel tertio modo hìc non agitur, ſed de ignorantia ſecundo modo ſumptâ, viz. in quantum aliquis ignorat ea quæ Dei ſunt, vel quæ ſcire tenetur; nam talis ignorantia eſt inexcuſabilis, ſecundùm ea quæ notantur per *Jo. An. in regula juris præſumitur. li. 6.* hujuſmodi ignorantia mala eſt & periculoſa, quia mater eſt cunctorum errorum, 38 *di. c. 1.* &, ut ibi dicitur, in Sacerdotibus Dei maximè eſt vitanda; & facit ad idem 37 *di. in fi.* In ipſis namque qui docendi officium in populo ſuſceperunt, neceſſaria eſt ſcientia eorum, viz. ad minus quæ leguntur in Canone, *quæ ipſis di.* 38. & ad prædicta faciunt notata per *Paulum in Cle. 1. de ætate & qualitate. ver. ſcientia.* Juxta prædicta quæro numquid ignorantia ſit peccatum? Guil. *in dicta Cle. 1. de ætá. & qualita.* diſtinguit. Nam ſi ſit ignorantia circa ſcientiam juris naturalis, tunc eſt peccatum; & hoc verum in adultis, 1. q. 4. *Notandum.* Si ſit circa legem humanam poſitivam, tunc in his quæ tenetur quis ex officio ſcire, eſt peccatum, ut in dicto *c. quæ ipſis præall.* In aliis verò quæ non ſunt neceſſaria ad ſalutem, & in his quibus non competit ſcire ratione officii, ubi quis ex malitia vel contemptu non vult ſcire, etiam eſt peccatum, 38 *di. ſi juxta. cum ſimilibus.* alioquin, ſi hujuſmodi ignorantia non veniat ex malitia nec ex contemptu, tunc non eſt peccatum, ſed potiùs eſt pœna ſive defectus, 15. q. 1. *ubi de hoc in ſumma per Jo. cum dicta di. Guil. per modum recitationis concor. Jo. de Ligniano in cod. c. de hac materia. viz. ignorantiæ cum ſuis membris & diſtinctionibus. legitur* 1. q. 4. *dicto* §. *notandum. & ibi per Jo.* et notatur etiã in regula juris *Ignorantia. lib. 6 per. Jo. An. tam in gloſſa ordinaria quàm novella. & ibi multum bene per Dian. tangitur etiam in l. qui contra. C. de inceſt. nup. per Cynum. & in l. ſi adulterium. §. fluprum. ff. ad l. Jul. de adul. per Bart.* Sed quia materia capituli præſentis loquitur de ignorantia eorum, quæ homo ſcire tenetur, & ſcire poſſet, ſi vellet; juxta quæſtionem prætactam poſſet quæri de alia quæſtione, viz. numquid ignorantia excuſet à peccato in toto vel in tanto? & hæc quæſtio moveri poteſt propter eos qui ſub colore ignorantiæ nituntur errorem ſuum palliare, contra illud quod legitur & notatur in conſtitutione Othoboni (*honoris Eccleſiaſtici*) & ibi per *Jo. de Athona* ſuper verbo (*avertere.*) & propter illud quod dicitur in regula Juris prælegatâ, v.z. quòd ignorantia Juris non excuſat. In hac quæſtione *Philippus de Pergamo* ſuper librum *Catonis, ſecunda parte metrica. c. 24.* ſic dicit. "Quædam eſt ignorantia Juris, verbi gratiâ, neſcire quòd de jure furtum vel homicidium, vel aliquid hujuſmodi, ſit peccatum; & hæc ignorantia aut eſt invincibilis, & involuntaria, aut vincibilis & voluntaria. Primo caſu quando eſt invincibilis & involuntaria, puta quia furioſus ignorans jura committit furtum, vel homicidium, vel aliud hujuſmodi, tunc ſi ſine culpa ſua defectus ille ſibi acciderat, quia forſan à nativitate fuit demens, ita quòd nunquam potuit habere notitiam illius juris, excuſatur à peccato in toto per talem ignorantiam. Et idem dicendum eſt de eo, qui in aliquo caſu dubitans, conſuluit eos quos reputavit peritos, à quibus tamen aliter informatus eſt quàm habeat in ſe veritas; excuſatur enim à peccato, ſi fecit quod in ſe fuit, & quantum potuit, ut ſciret. Si verò in hanc ignorantiã inexcuſabilem & invincibilem cecideric culpâ ſuâ, tunc ſi illud ſibi acciderit dando operam rei licitæ, verbi gratiâ, per vigilias, vel abſtinentiam, vel hujuſmodi, tunc etiam ignorantia talis excuſat eum à peccato. Si verò ad hoc devenerit per opus illicitum, tunc ſecundùm quoſdam excuſatur in parte, ſed non in toto. *ar. ad hoc. 1. di. ſupe.* Quidam tamen dicunt, quòd peccatum ſequens excuſetur à toto, ſi nullum habet judicium rationis; & hoc probabilius & verius videtur *ar. ad hoc 15. q. 1. aliqui. & c. ſequenti.* Secundo caſu, quando ignorantia eſt vincibilis & voluntaria, tunc ſi fuerit affectata, non excuſat; imò eſt peccatum ſpeciale, & dicitur ignorantia affectata, viz. quando aliquis poteſt ſcire illud ad quod tenetur, & non vult; unde talis dicitur

De Summa Trinitate,

Quatuordecim fidei Catholicæ articulos (quorum ſeptem ad ſacroſanctæ Trinitatis myſterium, & totidem ad Chriſti humanitatem pertinent) omnes miniſtri Eccleſiæ & ſcire & credere

Articuli fidei ſunt 14.

De tripartito genere ignorantiæ.

An ignorantia ſit peccatum?

An ignorantia excuſet in toto vel in tanto?

Ignorantia Juris.

Ignorantia affectata.

potiùs contemptor quàm ignorans. Unde beatus *Bernardus* contra tales ſic ait: *Quod ſcire debes, & non vis, non pro ignorantia ſed pro contemptu judicabitur.* & notatur *d. c. ignorantia. per. Jo. in no. li. 6. parum poſt principium.* Si verò ignorantia non ſit affectata, ſed ſolùm quia neglexit diſcere, tunc excuſat à tanto, & non à toto, *ar. ad hoc. 32. q. 7. Quemadmodum.* Alia eſt ignorantia facti, ut ſi quis rem, quam accipit, neſcit eſſe alienam, ſed putat eſſe ſuam; vel in alio caſu, ubi quis ignorat ipſam veritatem facti. Et hic diſtingue; nam aut ipſe agens ignoranter, ſi ſciret circumſtantiam peccati, nihilominus illud faceret, tunc non excuſatur in aliquo. Et præmiſſis concordat *Tho. de Aquino ſecunda ſecundæ q. 76.*

Ignorantia facti.

b *Ne quis.* Supplé de Sacerdotibus, vel etiam de his qui in plebe conſtituti ſunt. Hæc enim dictio *quis*, eſt indefinita, unde omnes comprehendit, *ut in l. ſi ita relictum. ff. de le. 2.* & non ſolùm maſculi, ſed etiam fœminam comprehendit, ſi tem quoad intentionem condentis hanc conſtitutionem. Nam & fœminæ tenentur ſcire articulos fidei, ſicut & maſculi; & ſic ſub dictione generis maſculini continentur & fœminæ. Pro cujus materiæ pleniore declaratione vide *notata. 17. q. 4. Si quis ſuadente. in magna gl. ſer Arth* De hac etiam materia *nota. in c. Raynald. extra de teſta. ver. maſcu. per Hoſtienſ. & in c. generali. de elec. lib. 6. gl. 2. per Jo. An. & Card. & tit. de diſputa. & allegat.* §. *poſthæc per Specu. & d. c. Raynaldus. in princi. per Johan. in Collectario. not. & in l. quicunque. C. de ſer. fugi. per Cy. & in l. 1. ff. de verbo. ſig. per Bart.* quam materiam hìc tractare omitto, ſed aliàs dicam Deo dante.

Igorantia Sacerdotũ, & infra.

Ne quis per ignorantiã ſe excuſet, quin ſciat articulos fi-

Johannes Peccham.

dere, tenentur, ut hac Conſtitutione recitantur.

c *Per ignorantiam.* Quæ ut dixi ſuprà *in gl. 1.* in his quæ tenetur homo ſcire, eſt valdè periculoſa, ſed maximè in articulis fidei, quos quilibet ſcire tenetur, *ſecundùm nota. per Jo. 24. q 1. c. ſchiſma. ſuper ver. ignoranti*, ubi dicit, quòd ignorantia Juris non excuſat in articulis fidei, quos omnes ſcire tenentur. *ad quod alleg. 37. di. c. ult. Et concor. Bern. Compoſt. poſt Innocen. extra eod. tit. c. firmiter. ſalem in adultis.* Et idem puto de ignorantia facti, ubi factum eſt omnibus publicum; unde & Judæos non excuſat ignorantia, ſi dicant ſe ignorare Chriſtum adhuc veniſſe. *ar. ad hoc. 16 di quod dicitis. 22. q. 2. qui divinis. 20. di. ſi decreta.* cum ſimilibus. Sed tamen nota, quòd ad æqualem ſcientiam articulorum fidei non obligantur omnes tam Sacerdotes quàm cæteri de plebe, quod dic ut dicam *inf. a. ver ſciat.*

Ignorantia facti.

Quilibet tenetur ſcire articulos fidei.

Ignorantia Judæos non excuſat.

d *Se excuſet.* Palliando viz. errorem ſuum prætextu ignorantiæ, contra id quod dixi *ſupr. in gloſſa prima. ver. ſed quia in princi.*

e *Quin.* Id eſt, quod non, & ſic ponitur negativè; quandoq; verò ſumitur affirmativè pro *quod*: de quo habes notatum *l. ubi. §. 1. ff. de Tutori. & Cura'o. datis ab his. ubi de hoc per Accurſ. & notatur in ſimili. Luas dubium. ff. de leg. 3. per Bart.*

f *Sciat.* Ex quo dictum eſt ſuprà, quòd unuſquiſque tenetur ſcire articulos fidei, *ut in gl. ſuper. ver per ignorantiam.* Hìc poſſet quæri numquid in modo ſciendi debeat inter omnes eſſe æqualitas ſive paritas? dic quòd non; quia hi, qui habent curam animarum, & debent alios docere, debent ſcire fidei articulos explicitè & diſtinctè; ut ſcil. ſciant eos explicare & defendere, 38 *di. c. 1. &* 2. & ſic intelligitur hoc dictum, quòd ignorantia non excuſat eos qui præſunt curæ animarum, quin ſciant articulos fidei. Epiſcopi verò de ipſis debent reddere rationem omni poſcenti, 36 *di.* §. *ecce* 38. *di. omnes.* non tamen tenentur reſpondere ſine deliberatione. Aliis verò qui ſunt ſimplices vel laici, ſufficit quòd credant eos implicitè, i. ſicut credit & docet Eccleſia Catholica. Et idem dicendũ eſt, ſi tales Clerici ſint, & non habent unde ſtudio intendere poſſint ſecundùm quoſdam; pro quibus facit 21. q. 1. *Clericus. in fi.* Si enim habeant expenſas, & magiſtrot, peccant, niſi plus ſciant quàm Laici. Sed quid de Laicis literatis, numquid magis diſtinctè tenentur ſcire & credere articulos fidei quàm alii ſimplices Laici? dic ſecundùm *Bern. Compoſt.* quòd rationabile eſt ut ſciant magis explicitè; non tamen peccant mortaliter, ſi diſtinctius non ſciant, vel non ſint ſolliciti de his ſciendis, quòd eorum profeſſio ad hoc non eſt, *ſecundùm eum.* Et hoc verum puto, ſi non contemnant ſcire, cùm poſſent ſcire, *ar. eorum quæ ſcripſi ſuprà. gloſſa 1. prope fi.* Clerici verò ſalvâ diſtinctione inter Curatos & non Curatos tenentur eos ſcire & credere, ſicut ſuprà dictum eſt; alioquin peccant mortaliter, niſi ex cauſa legitima cum minus ſcientibus, ut præſint curæ animarum, fuerit diſpenſatum; ſecundùm quod hæc notantur *in c. firmiter. de ſumma Trinitate & fide Catholica per Inno. & Bern. Compoſt. poſt eum.*

An in modo ſciendi requiratur paritas?

g *Articulos.* Sic dictos, quia arctant nos ad credendum. Nam ut dicit

Articulus.

cit *Richo de facto victore*, Articulus est individualis veritas de Deo supra rationem nos arctans ad credendum. Quandoq; articulus est pars intentionis, continens id quod actor probare intendit, *de testibus c. præsentium. li. 6. & ibi sic notatur per Jo. Card. et Archid.* Quandoq; articulus est idem quod membrum, sic dictum ab *artu*, i. membro, *secundum Archid. in c. accusatus. de hæreticis. li. 6.* Quandoque ponitur pro capitulo, *ut l. non possunt. ff. de legi.* Quandoq; ponitur pro dictione, *ut d. hoc articulo. ff. de hære. instit.* Quandoq; ponitur pro tempore vel termino, *ut c. in quadam extr. de celebrat. miss. ibi in articulo mortis &c.*

[a] fidei, quos omnes Ecclesiæ [b] ministri [c] scire tenentur: eos summaria, ut sequitur, perstringimus brevitate. [d] Sciendum enim est, [e] septem esse fidei articulos pertinentes ad [f] ministerium Trinitatis, quorum quatuor pertinent ad [h] Divinitatis intrinseca: tres verò pertinent ad [i] effectus. [k] Primus est [l] unitas Divinæ [m] essentiæ in [n] trium personarum [o] individuabili Trinitate [p] juxta illud, [q] *credo*

a *Fidei.* Hîc posset tractari illa materia, quid sit fides, et quot modis sumitur cum aliis: pro quorum declaratione te remitto ad *Hostien. in summa eod. tit. & per eundem in lectura. eod. tit. super rub. et per Johan. in not. post eum.*

b *Ministri.* Hoc intelligas de eis quibus regimen plebis est commissum, quibus ratione sui ipsius vel ad docendum alios incumbit scire ea quæ ad fidem pertinent, secundùm ea quæ dixi suprà *in g. ver. sciat.* Minister namque generaliter dicitur, qui, quod mandat superior, exequitur. 15. q. 1. *nec is.* 23. q. 5. *non solùm.* Et propriè refertur ad eos, qui officia Ecclesiastica administrant, *ar. 81. di. oportet.* cum similibus. ut scilicet Minister sumatur pro Rectore vel gubernatore Ecclesiæ, *juxta notata per Archi. in c. præsenti. ver. ministris. de offi. ordi. li. 6. & c. licet canon. de electione. ver. gregis. eod. lib. per eundem.* — *Minister.*

c *Scire tenentur.* Secundùm distinctionem quam dixi *suprà ver. sciat.*

d *Sciendum.* Secunda pars hujus Capituli.

e *Septem.* Vide quod dicam infrà super *ver. alii septem.*

f *Mysterium.* i. Secretam sive absconditam dispensationem, 1. q. 1. *multi. circa medium.* vel mysterium, i. e. secretum. Dicitur enim mysterium à mystis, quod est secretum, quasi occultum secretum; vel quia in se continet per significationem vel intelligentiam rem secretam et latentem. Pro hoc vide quod notat *Archid. in dicto c. multi. statim post principium.* qui dicit, quòd Sacramentum et Mysterium idem sunt: Sacramentum tamen propriè dicitur illud quod videtur, Mysterium verò quod per id significatur. Dicitur ergo Mysterium, Trinitatis, quia de Trinitate notitiam non habemus per sensus exteriores et corporeos, sed per intellectum interiorem, qui secretò consistit in anima. — *Sacramentum et Mysterium differunt.*

g *Trinitatis.* Hîc nota, quòd multiplex invenitur Trinitas in Scripturis. Est enim Trinitas increata, de qua hîc et C. *de sum. Tri. & fide Catho. & extra eod. tit. in antiquis. & li. 6. & in const. Clo.* de qua, quare vocatur *summa*, et quare *Trinitas*, nota *eod. tit. §. 1. & 2. per Hostien. in summa.* Sunt etiam Trinitates creatæ, inter quas una est quæ cecidit, sc. rationalis, concupiscibilis, et iracibilis. Alia est per quam homo cecidit, scil. suggestio Diaboli, delectatio sensualitatis, et consensus rationis; quæ tria significata sunt per serpentem, mulierem, et virum in Paradiso. 6. di. §. *sed pensandum. in princi.* Tertia est in qua cecidit homo, viz. ignorantia veri, impotentia boni, concupiscentia mali. Quarta est per quam resurget, sc. fides, spes, et charitas; de quibus habetur *de con. di. 2. quia passus.* Quinta est per quam reparamur ad gratiam, sc. triplex substantia quæ est in Christo, viz. Deitas, anima, et caro. *extra eod. tit. c. firmiter.* Est et alia, secundùm quam reparamur, viz. Spiritus, aqua, et sanguis; spiritus (inquam) sanctificationis, aqua ablutionis, sanguis redemptionis, de qua habetur in Canonica *Johan. 1. c. 5.* Estque Trinitas alia, per quam ad gratiam reformamur; ut sunt tres dotes animæ, sc. cognitio, dilectio, et comprehensio. Est præterea multiplex Trinitas in creaturis, quæ est vestigium beatissimæ et increatæ Trinitatis: et de hoc vide *infra super. ver. trinitate.* — *Trinitas multiplex.*

h *Divinitatis intrinseca.* i. Ad Divinitatem in seipsa.

i *Effectus.* i. Operationem Divinam. *& huic. Joh. An. concor. extra eod. tit. c. firmiter. ver. confitemur, in addit.*

k *Primus.* Scilicet articulus, pertinens ad mysterium Trinitatis, & ad Divinitatis intrinseca.

l *Unitas.* Hæc unitas excludit numerum Deorum, ut sc. non sint Dii plures, sed solùm unus Deus: nec unitas ponit in Deo quantitatem, quia nec numerus nec quantitas in Deo est, ut *not. per Joh. An. in c. fidei. ver. unus. eod. tit. in Clo.* De hac unitate scribitur *Joh.* 17. ubi dicit Christus, *ut cognoscant te solum Deum*, &c. Et *Leviti.* 6. *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est*: per quod excluditur error Gentilium, ponentium plures Deos. Est itaque in Deo una Unitas propter simplicitatem & immutabilitatem, & propter Unitatis creatæ similitudinem, quia sicut Unitas à nullo descendit, & omnis pluralitas ab eo defluit, sic Deus à nullo, & omnia ab ipso. Item sicut Unitas de se gignit Unitatem, ita Deus Pater de se gignit alterum sc. Filium, ut dicit *Augustinus*, vel alterum sibi similem, vel alterum à se. *Adde hîc quod dicam. infrà. ver. unum Deum.* — *Unitas in Divinis.*

m *Essentia.* Essentia, substantia, & natura in Divinis dant idem intelligere; *secundùm quod notat. in c. damnamus. parum post princi. extra. eod. tit. per Joh. An. in addi. pro quo facit quod legitur eod. tit. c. firmiter. in prin.* Et nota quòd in Divinis hæc tria repetimus ad majorem expressionem; si enim ad divinam essentiam habeatur respectus quasi mathematicè, id est, abstractè, non reductâ consideratione ad personas, sic est essentia. Si consideretur concretè, habito respectu ad personas, i. e. in quibus consistit, sic est substantia; quia in qualibet persona substat, & est tota, *ut in d. c. damnamus. ver. nos autem.* Sed utroque modo, quasi consideratione universali, sic est natura; quia naturale est divinæ essentiæ quòd sit una, & quòd in ea sint personæ: simplex tamen est, & impartialis, & indivisibilis, prout ista notantur *eod. tit. in Clo. fidei Cath. ver. omnibus. per Jo. An.* Et nota quòd in hoc quòd dicit, *unitas Divinæ Essentiæ in trium personarum* &c. tollitur error sive hæresis *Arrii*, qui posuit, quòd Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sicut sunt diversa nomina, ita sunt diversæ substantiæ, 24. q. 3. *c. quidam. ver. Ariani.* — *Arrii error.*

n *Trium personarum.* Sc. Patris, & Filii, & Spiritus sancti, *de quibus habes extra. eod. tit. c. firmiter. in prin.* De quibus etiam dicitur, *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, 1 Joh. 5. & eod. tit. c damnamus. & c. in quadam. de cele. Miss.* & in hoc destruitur error *Sabellii*, qui posuit unam essentiam, sed negavit Trinitatem personarum, dicens, quòd una persona quandoque dicitur Pater, quandoque dicitur Filius, quandoque dicitur Spiritus sanctus. 24. q. 3. *quidam. ver. Sabelliani.* Contra cujus hæresim, vesam ponens fidem Beatus *Bern. li. 5. de consideratione.* sic ait. *Dicimus*, inquit, *Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum sanctum; non tamen tres Deos, sed unum; substantia una est, personæ tres sunt; una substantia, tres personæ; una substantia sunt, una natura, una essentia, una Deitas: & ita dicamus itaque*, tres personæ, *sed non ad præjudicium unitatis; dicamus unum, sed non ad confusionem Trinitatis. Non quærat quis quomodo hoc poterit esse? sed sufficiat tenere sic esse; non hoc rationi perspicuum, sed fidei persuasum; Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum, non scrutandum; nam scrutari hoc temeritas est, credere pietas, nosse vita æterna.* Hæc *Bern.* — *Error Sabellii.*

Individuabili Trinitate. *Individuabili* dicit, quia opera Trinitatis inseparabilia sunt, *de con. di. 2. salvator.* Et hîc nota, quòd beata Trinitas tribus modis nobis innotescit: nam patet in Scripturis, ostenditur in figuris, & relucet in creaturis. Legitur *Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: si enim non essent plures Personæ, non diceretur *faciamus*, sed *faciam.* Item si tres personæ essent, & non una substantia, non diceretur, *ad imaginem*, sed *imagines.* Consimiliter patet *Isa. 61.* ubi dicitur ter *sanctus* in laudem Trinitatis; & subjungitur, *Dominus Deus Sabaoth*, propter confessionem Divinæ Unitatis. Sic etiam in *Psalmo, Deus misereatur nostri*, dicitur ter *Deus*, viz. hic, *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*; & tamen semel ponitur hoc pronomen, *eum*, dum subjungitur, *metuant eum omnes fines terræ.* Item Apostolus sic ait, *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in sæcula; ad Rom. 11.* ubi nota, quòd hæc Præpositio (*ex*) autoritatem dicit, & esse à nullo; hoc autem Patri convenit, qui est principium sine principio: sed hæc Præpositio (*per*) notat operationem, sive medium, & esse ab alio; unde per hoc intelligitur Filius, qui est principium de principio; hæc autem præpositio (*in*) notat conservationem, & esse ab aliis, & propterea competit Spiritui sancto, qui est continentia omnis boni. Ostenditur quoque beata Trinitas in figuris; nam figuratur per tres amicos, *Job. c. 2.* Item per tres digitos, quibus appenditur moles terræ, *Isa. 40. 12.* Item per tres civitates refugii, *Deutero. 4. 41.* Relucet etiam in creaturis; nam in magnitudine creaturarum, cognoscitur potentia Patris; in dispositione, sapientia Filii; in ornatu, bonitas Spiritus sancti. In quolibet etiam individuo invenies unitatem, speciem, & utilitatem; quorum primum Patri, secundum Filio, tertium Spiritui sancto convenit. In Sole quoque vides essentiam, splendorem, & calorem, in quibus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum cognosces. Item in anima secundùm memoriam, intellectum, & voluntatem considerare potes Personarum Trinitatem. Item in Hierarchia cœlesti superiori, Deus est in Thronis, ut Majestas; in Cherubin, ut veritas; in Seraphin, ut charitas. Ex prædictis patet, quòd tam in creatura corporali quàm spirituali, quàm etiam ex his composita, beata Trinitas cognoscitur; tamen diversimodè, prout unum dicitur Creatoris vestigium, aliud dicitur ejus similitudo, & aliud imago, *secundùm Tho. de veri. l. 1.* — *Opera Trinitatis inseparabilia.* — *Trinitatis figura.*

p *Juxta illud.* sc. Symboli *Nicæni*, quod cantatur in Missa, & de quo habetur mentio *extra eod. tit. super Rubrica. per Bern. Hostien. & alios. vide infra. eod. ver. unum Deum.*

q *Credo in Deũ.* Hîc nota, quòd aliud est credere Deũ, et aliud credere Deo, et aliud credere in Deũ. Nam credere Deũ, est credere ipsũ esse,

eſſe, credere Deo eſt credere verbum ejus, credere in Deum eſt credendo amare Deum, & credendo in eum ire ac membris ejus incorporari: primum & ſecundum bonorum & malorum eſt, ſed tertium eſt bonorum tantùm; quia credere Deum, & credere Deo, bonis & malis commune eſt, ſed in Deum credere, bonorum ſpecialiter eſt. De hoc ſolent poni verſus, *Crede Deo, credaſq; Deum, plus crede valere, Quod credas in eũ, quàm vel ei, vel eum.*

a *unum Deum.* Hæc dictio *unum* non habetur in Symbolo Apoſtolorum, ſed ponitur in Miſſa. De eo autem quod *unus* eſt, *Ber. li. 5. de conſideratione.* ſic ait. "Multa dicuntur eſſe in Deo, & quidem Catholicè, ſed multa unum: verbi gratiâ, dicimus magnum, bonum, juſtum, & hujuſmodi multa alia; ſed non niſi unum omnia in Deo, & cum Deo; unum quippe eſt, ſed non unicum: non enim partibus conſtat ut corpus, non affectibus diſtat ut anima, nec formis ſubſtat ut omne quod factum eſt; ipſe eſt namque ſibi forma, ipſe ſibi eſſentia eſt, non eſt formatus Deus ſed forma eſt, non eſt effectus Deus ſed effectio, non eſt compoſitus Deus ſed merè ſimplex eſt. Simplex utique idem quod unum, nam tam ſimplex eſt quàm unus eſt, & ſi dici poſſit, uniſſimus eſt. Hinc de eo *Boetius*: *Hoc verè unum eſt, in quo nullus eſt numerus, nullum in eo aliud præter id quod eſt*: & ſequitur, *Compara huic uni omne quod unum dici poteſt, & unum non erit.* Eſt namque, ut ait idem *Boëtius*, Unitas multiplex, viz. collectiva, qua multi lapides faciunt acervum unum; & eſt unitas conſtitutiva, qua multa membra unum corpus conſtituunt. Eſt unitas conjugativa, qua ſit, ut duo corpora in anima una efficiantur una caro. Eſt etiam unitas nativa, qua ex anima & carne naſcitur unus homo. Eſt quoque unitas poteſtativa, qua homo virtute non inſtabilis non diviſibilis alios metiri nititur. Eſt & unitas conſentanea, qua per charitatem multorũ hominum eſt cor unũ, & anima una. Eſt & votiva, qua anima votis omnibus adhærens Deo, unus ſpiritus eſt. Eſt inſuper dignitativa, qua Dominus noſter Dei verbo in unam aſſumptùs eſt perſonam: ſed hæc omnia modicum aut nihil ſunt ad illud ſummum, & ut ita dicam, unicè unum, ubi unitaté conſubſtantialitas facit; nam huic uni quodvis illorum ſi aſſimiles, erit quodammodo unum, ſi compares nullo. Et concludit; dicens: "Ergo inter omnia, quæ unum reſtè dicuntur, arcem tenet unitas Trinitatis, qua tres perſonæ una ſubſtãtia ſunt. Hæc *Bern.*

Deus non eſt formatus ſed forma.

Unitas multiplex

b *Secundus.* Supple articulus pertinens ad myſterium Trinitatis, & ad Divinitatis intrinſeca; & ſicut præcedens articulus ſe habet circa unitatem divinæ eſſentiæ, ſic iſte articulus & duo ſequentes ſe habent circa diſtinctionẽ perſonarũ, ſc. & patris, & filii, & ſpiritus ſancti.

Deus multipliciter dicitur pater.

c *Credere.* i. Cum aſſenſu cogitare, ſecundùm *Auguſtinum*, & *notatur per Archid. de con. di. 2. credere. in principio.*

d *Patrem.* Pater nomen Græcum eſt, i. genitor, vel dicitur, Panthather, i. omnia ſervans. Et nota, quòd Deus dicitur pater multipliciter. Primò dicitur pater æternâ generatione, *Iſa. 53. Generationem ejus quis enarrabit?* Secundò prædeſtinatione, *ad Eph. 3. Gratia vobis, & pax à Deo patre* &c. Tertiò creatione, *Deut. 39. Numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te?* Te fecit ſecundùm corpus, creavit ſecundùm animam, poſſedit ſecundùm utrumq; Quartò redemptione, *Iſa. 63. 16. Tu Domine pater noſter, & redemptor noſter.* Quintò ſacramentali regeneratione, *1 Pet. 1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti* &c. *12. q. 2. qui abſtulit.* Sextò fidei inſtructione, *Jo. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Septimò gratiæ adoptione, *ad Rom. 8. Accepiſtis ſpiritum Adoptionis.* &c. *30 q. 3. per adoptionem.* Octavò gloriæ collatione, ad *Gala. 4. 3. Itaque jam non eſt ſervus ſed filius.* Primo modo ſumitur pater perſonaliter, & ille modus ſoli patri convenit. Quarto modo non effectivè ſolùm, ſed etiam per miniſterii exhibitionem ſumitur perſonaliter; & ille modus ſoli filio convenit, ſecundùm quod modus redemptionis fuit per mortem filii. Omnes alii modi tribus ſimul perſonis conveniunt, quia indiviſa ſunt opera Trinitatis, niſi fortè aliquis iſtorum modorum conveniat alicui perſonæ per appropriationem. Et hîc adde *quod notat. 22. q. 2. c. quæritur. ver. diabolus per Ar.*

Nota de generatione in divinis.

Ingenitum. Sic dictum, eò quòd ab alio non ſit. Unde *Auguſtinus li. 15. de trinitate. Pater*, inquit, *ſolus non eſt de alio, ideo ſolus appellatur ingenitus, non quidem in Scripturis, ſed in conſuetudine diſputantium, et de re tanta ſermonem, qualem voluerunt, proferentium.*

e *Eſſe Deum.* Hoc enim ſc. Deum eſſe, ſic patet. Omne namq; creatum indiget aliquo ut ſit, & iterum illud alio ut ſit, & ita erit in infinitum procedere, vel erit ibi circulus, vel pervenietur ad aliquid quod ſit increatum. Circulus autem non erit in rebus ſingularibus, quoniam aliquid oporteret eſſe prius & poſterius ſeipſo, nec erit proceſſus in infinitum; quia univerſitas cauſatorum tota cauſata eſt, ſive ſit finita ſive infinita, ergo indiget aliquo ut ſit; quod aliquid erit extra univerſitatem cauſatorum, & hoc Deus eſt, à quo fluunt omnia ſecundùm *Tho. de veritate. l. 1. c. 1. in fi.* Et ille articulus continetur in Symbolo, dum dicitur, *patrem omnipotentem.*

g *Tertius.* Sc. articulus, pertinens ad divinitatis intrinſeca, &c.

h *Filium.* Sc ſecundam perſonam in deitate. Et hîc nota, quòd inter omnes emanationes perfectiſſima eſt generatio, quia penitus aſſimilat genitum ſuo genitori, quod emanationes aliæ non faciunt: cùm ergo copioſiſſimo fonti bonitatis competat emanatio perfectiſſima, conſtat quòd pater, qui eſt fons bonitatis, generat filium æqualẽ ſibi, cui communicat plenitudinem ſuæ majeſtatis, *ubi ſuprà. c. 5.*

i *Unigenitum. Concor. extra. de verbo ſig. c. nam & ego.* Et dicitur unigenitus, quia in unitate perſonæ à Deo patre eſt genitus. Deus enim pater non poteſt alium filium generare, non quidem propter impotentiam Dei patris, ſed quia hoc non perfittit ordo originis in divinis. Si enim poſſet alium filium generare, poſſent eſſe in divinis plures quàm tres perſonæ, quod eſt inconveniens: unde de neceſſitate fuit quòd eſſet unigenitus, non quidem neceſſitate coactionis, ſed neceſſitate naturalis communicationis, qua Deus pater communicat neceſſariò eſſentiam ſuam filio per operationem intellectualem; quomodo aliqualiter patet in igne, qui de ſe gignit ſplendorem; & ſi ignis ab æterno fuiſſet, ſplendor ab ipſo genitus fuiſſet ab æterno, ut dicit *Auguſtinus 6. de trinitate.* Præterea inconveniens & impoſſibile videretur Deum genuiſſe alium filium, quia ſic eſſent duo filii; quare autem hoc non poteſt eſſe, eſt ratio, quia principium productionis habens terminum productum ad æqualitatem ſuam, virtutem productivam non poteſt in alium terminum producibilem, ſtante priore termino, extendere, quia jam primus terminus non eſſet adæquatus ſuæ virtuti: ſed Deus pater per operationem intellectualem produxit filium æqualem, quia communicat ſibi ſuam eſſentiam; ideò producto uno filio qui eſt Deus perpetuus, non poteſt alium filium producere; poteſt tamen perſonam Spiritus ſancti producere per actum voluntatis, non per actum intellectûs, & tamen unum Spiritum ſanctum per rationem eandem. Hæc notat *Paulus. eod. tit. c. unico. in Cle. ver. unigenitum.*

Neceſſitas duplex.

k *Eſſe Deum. Concor. Cle. fidei eod. tit.* Unde in eſſentia ſubſtantiâ, & naturâ filius eſt unum cum patre, & in hoc damnantur *Boëtiani*, qui dicebant diſſimilem patri filium, *24. q. 3. quidam. ver. Boëtiani.* & iſte articulus ſumitur ex Symbolo, cùm dicitur, *Et in Jeſum Chriſtum filium ejus unicum Dominum noſtrum.*

Error Boëtianorũ.

l *Quartus.* Sc. articulus, pertinens ad divinitatis intrinſeca;

m *Spiritum ſanctum.* Et iſte articulus ſumitur ex ſymbolo, dum dicitur, *Credo in ſpiritum ſanctum.* Et hîc adverte, quòd Spiritus ſanctus multis modis ſumitur. Dicitur enim Spiritus ſanctus activè, eò quòd ſpiret, *Joh. 3. Spiritus, ubi vult, ſpirat.* Et ſecundùm hunc modum hoc nomen *ſpiritus* commune eſt omnibus tribus perſonis, ſed Spiritus ſancto convenit per appropriationem. Alio modo dicitur Spiritus à ſpirando, paſſivè, eò quòd ſpiretur: & hoc modo proprium eſt Spiritui ſancto, qui procedit per modum ſpirationis. Non ſolùm autem dicitur *ſpiritus*, ſed additur *ſanctus*; quia ſanctus idem eſt quòd mundus vel firmus, vel ſine terra, quæ non ſolùm conveniunt ei quoad ſe, ſed etiam in comparatione quoad nos. Nam per gratiam Spiritus ſancti à peccatis mundamur, in bono firmamur, à terrenis ſeparamur: ſanctus ergo eſt non ſolùm in ſe, ſed quia nos ſanctos facit eâ ſanctitate, de qua ait *Dionyſius*, *Sanctificatus eſt ab omni immunditia* &c. hæc *Tho. ubi ſupra. l. 1. c. 9.* Unde, ut ait *Bern.* in ſermone de Pentecoſte, qui incipit, *quam libenter*, "Pater ſpiritus eſt, Filius ſpiritus eſt, Spiritus ſanctus eſt ſpiritus, ipſe tamen Spiritus ſanctus quaſi ſpecialiter dicitur Spiritus, quia ab utroque procedit firmiſſimum & indiſſolubile vinculum Trinitatis. Hic enim Spiritus ſanctus dicitur donum Dei altiſſimi, & hoc prout comparatur ad nos: Item fons vivus, quia ſeptemplici rivo donorum nobis fluit. Item dicitur ignis, quia affectum accendit: item charitas, non ſolùm quia eſt amor patris & filii, ſed quia nos amantes facit. Item ſpiritualis unctio, quia omnes tribulationes mundanas ſuaves facit & jucundas. Item dextræ Dei digitus, quia ſicut res corporales digito demonſtrantur, ita per Spiritum ſanctum res oſtenduntur ſpirituales oculo ſpirituali. Item dicitur Paracletus, quia conſolationes cœleſtes mentibus inſtillat. Item dicitur magiſtrorum optimus, quia intellectum ad cognitionem Dei & ſui ipſius illuminat. Et hic adde quod notatur in *c. fideli. ver. ſpiritus. per Arch. l. 6.*

Nomina diverſa ſpiritui ſancto attributa.

n *Nec genitum.* Hic nota, quòd hæc dictio *genitus* importat tria: viz. diſtinctionẽ, generationẽ, & eſſe ab alio; quorũ tantùm duo ſunt in Spiritu ſancto, ſc. diſtinctio, & eſſe ab alio; ſed non tertiũ, ſc. generatio, quæ tamen cũ cæteris duobus ad filiũ pertinent, qui dicitur eſſe genitus per æternã generationẽ, ut in *c. damnamus. extra. eod. tit.* & habet eſſe ab alio, quia à patre; & diſtinguitur in perſona, quia alia eſt perſona patris, alia filii, alia ſpiritus ſancti, ut legitur in *eod. c.*

Dictio genitus.

o *Nec ingenitum.* Huic *concor. Auguſt. ad Oroſium*, prout eum recitat *magiſter in ſententiis. li. 1. c. 4. di. 13.* ubi ſic ait; *Spiritum ſanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat, quia ſi dixerimus ingenitum, duos patres affirmare videbimur; ſi autem genitum, duos filios credere culpamur: ſicut enim ſolus filius dicitur genitus, ſic ſolus pater dicitur ingenitus. eò quòd ab alio non ſit*: hæc ibi. Sed contra hoc opponitur de eo quod dicit *Hiero. v. z.* Spiritum ſanctum fore *ingenitum*, ſicut ſtatim ſequitur in *di.* prædicta, ubi etiam datur ſolutio talis, videlicet quòd *Auguſtinus* accepit *ingenitum*, pro eo qui vel quod ab alio non eſt, & ſic ſolus pater dicitur ingenitus, non autem Spiritus ſanctus. Sed

Præpoſitio in.

Hiero. accepit ingenitum, i. e. non genitum, & ſecundùm hoc Spiritus ſanctus poteſt dici ingenitus. Ad cujus declarationem nota quòd hæc Præpoſitio *in* poteſt ſumi privativè, & poteſt ſumi negativè: ſi ſumatur privativè, tunc privat principalem ſignificationem termini in quo ponitur, unde in hoc termino *ingenitus*, *In* ſumptum privativè privat generationem tantùm, aliis manentibus quæ importat hæc dictio *genitus*, de quibus dixi *ſuprà glo. prox.* unde dicendo hoc modo *ingenitum* eſt ſenſus, i. res diſtincta, & habens eſſe ab alio ſed non generata, & ſic convenit Spiritui ſancto, ſc. eſſe ingenitum, ut dixit *Hiero.* Si verò præpoſitio *in* valeat negationem, hoc eſt, ponatur negativè, tunc ſi ſit negatio extra genus, i. omnino nihil ponens, & ſic negat omnia illa tria per hunc terminum *genitum* importata; tunc ſecundùm hoc non dicitur de eſſentia divina. Si verò ſit negatio in genere, i. negans aliquid in termino & aliquid relinquens, tunc ſecundùm hoc negatio poteſt negare hoc quod dico ab alio & generationem relicto tertio, ſc. perſonali diſtinctione, & ſic tantùm valet quantum *innaſcibilis*, & ſic tantùm de Patre dicitur, & ſic ſumitur ſecundùm *Aug.* & etiam in hoc loco.

Macedonii error.

a *Eſſe Deum.* Ex hoc confunditur error *Macedonii*, qui dicebat Spiritum ſanctum non eſſe Deum. 15. *di.* c. 1.

b *A Patre & Filio.* Conſimile habes in *c. damnamus. ultra medium. extra. eod. tit. de conſe. di. v. ſalvator.*

c *Pariter.* Simile habes in *c. firmiter. extra. eod. tit.* & hoc dicit ad oſtendendum, quod Spiritus ſanctus procedit à Patre & Filio, non ut à duobus principiis ſed ab uno principio, non duabus ſpirationibus ſed una ſpiratione, ſuper quo habes textum *extra eod. tit. c. fideli li. 6.*

d *Procedentem.* Supple æternaliter: ut in *c. fideli præall.* Et idem intelligendum eſt de ejus proceſſione temporali, quia procedit ad ſanctificandum creaturam ſecundùm *Aug. l. 15. de trinitate.* & habetur per *magiſtrum in ſententiis, li. 1. di. 14.* Et pro intellectu clariori omnium præcedentium & ſequentium, et præſertim nominum ad Trinitatem pertinentium, & terminorũ quibus utuntur auctores circa materiam ipſam Trinitatem concernentem: & ut meliùs intelligas ea quæ in hoc *c.* ponuntur, Nota, quòd omne nomen quod de Deo dicitur, aut eſt eſſentiale, aut perſonale, aut notionale. Eſſentialia ſunt quæ eſſentiam ſignificant, & ſignificant quid, & prædicantur in quid. Perſonalia dicuntur, quæ perſonam ſignificant, & ſignificant quem, & prædicantur in quem, vel in quos. Notionalia ſunt, quæ perſonas notificant, & ſignificant quam, & prædicantur in quam, vel in quæ. Et nota quòd nominum eſſentialium qualiter ſunt Deus, deitas, eſſentia, natura, quædam ſunt ſubſtantiva, quædam adjectiva: ſubſtantiva ſunt, ut Divinitas, Deus, Creator, & ſimilia: & horum quædam ſunt abſtracta, quædam concreta, quædam media. Abſtracta ſunt, quæ abſolutè ſignificant divinam eſſentiam, ut eſſentia, deitas, bonitas, & hujuſmodi; & de his datur hæc regula, quòd ſemper ſupponunt & ſignificant eſſentiam, nec poſſunt trahi per aliquid conjunctum ad ſupponendum pro perſona, unde talia nomina conjuncta cum præpoſitionibus, vel nominibus, vel verbis, vel participiis notionalibus reddunt propoſitiones falſas in quibus ponuntur; unde omnes tales propoſitiones ſunt falſæ: Eſſentia generat vel generatur: eſſentia eſt de eſſentia, vel eſſentia eſt apud eſſentiam, & hujuſmodi. Et eſt tenendum, quod iſta nomina abſtracta, pura eſſentialia prædicantur de qualibet perſona per ſe, & de omnibus ſimilibus ſingulariter, ſed non pluraliter: verbi gratia, Pater eſt Deitas, Filius eſt Deitas, Spiritus ſanctus eſt Deitas, & hi ſimul ſunt una Deitas, & non tres Deitates. Concreta dicuntur, quæ ſignificant quaſi formam in ſubjecto, ut Deus, Creator, & ſimilia; & de his hæc datur regula, quòd generaliter ſignificant eſſentiam ubicunque ponantur, licèt quandoque ſupponant pro eſſentia, quandoque pro perſona. Media ſunt quæ habent modum & formam & ſignificationem abſtractorum, ſed uſum & officium concretorum, ut lumen, ſapientiam, principium, & hujuſmodi. Iſta enim ſicut abſtracta prædicantur de qualibet perſona per ſe, & de omnibus ſimul ſingulariter, ſed non pluraliter, ut ſuprà dixi. Item ſupponunt pro perſonis ſicut concreta, ut cùm dicitur lumen de lumine, ſapientia de ſapientia, principium de principio, & hujuſmodi. Adjectivorum nominum alia ſignificant purè eſſentiam nihil connotando, ut Ens, Bonus, & hujuſmodi: alia aliquid connotando. De his itaque quæ nihil connotant, eadem datur regula ſicut de ſubſtantivis concretis. Eorum verò quæ aliquid connotant, quædam connotant privativè, quædam poſitivè; privativè, ut æternus & immenſus. Æternus enim principaliter ſignificat divinam eſſentiam, & ſecundariò connotat carentiam finis & principii: unde cùm dicitur, Deus eſt æternus; ſenſus eſt, Deus eſt, ſive divina eſſentia, & caret principio & fine. Item immenſus principaliter ſignificat divinam eſſentiam, ſecundariò privat circa menſuram localem, & ſic de ſimilibus: & de his datur eadem regula quæ de præmiſſis, ſcil. quòd prædicatur de omnibus perſonis inſimul & diviſim ſingulariter & non pluraliter, ut Pater eſt æternus, Filius eſt æternus, Spiritus ſanctus eſt æternus; non tamen tres æterni, ſed unus æternus. Item nominum quæ aliquid connotant poſitivè, quædam connotant effectum in creatura, quædam reſpectum ad creaturam. Eorum quæ connotant effectum, quædam connotant in habitu, quædam in actu: in habitu, ut juſtus, miſericors; & iſta prædicantur de Deo ab æterno, quia ab æterno fuit juſtus & miſericors in actu, ut juſtificans, & miſerator, & hujuſmodi. Et iſta prædicantur de Deo ex tempore, unde hæc propoſitio eſt vera; Deus incipit eſſe miſerator, quando incipit miſereri. Eorum autem quæ connotant reſpectum, quædam connotant reſpectum creatoris ad creaturas, ut Deus eſt refugium, & ſimilia: quædam reſpectum perſonæ ad perſonam, ut ſimilis, æqualis: ſimilis enim principaliter ſignificat divinam eſſentiam, ſecundariò autem connotat diſtinctionem perſonalem; unde licèt hæc nomina eſſentiam ſignificent, tamen ratione connotationis prædicantur de perſonis ſimul ſumptis pluraliter & non ſingulariter: unde non dicitur, Pater & Filius ſunt ſimilis, ſed ſimiles. Item adjectivorum quædam ſunt partitiva, ut aliquis, alius, & hujuſmodi: quædam numeralia, ut unus, duo, tres; & omnium illorum una eſt doctrina. Nam in neutro genere ſubſtantivato ſunt eſſentialia, & prædicantur de perſonis omnibus ſingulariter & non pluraliter; unde bene dicitur, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt unum genere. Item in maſculino & fœmineo ſubſtantivata ſunt perſonalia, unde hæc eſt vera propoſitio, Pater & Filius ſunt duo, ſi *duo* ſit maſculini generis; ſi ſit neutrius, eſt falſa. Item hujuſmodi nomina adjectivè retenta ſequuntur naturam ſuorum ſubſtantivorum; ut quando ſubſtantiva ſunt eſſentialia, ſunt & ipſa adjectiva ſimiliter. Si verò ſint perſonalia, ſimiliter & ipſa Adjectiva ſunt perſonalia: unde hæc propoſitio eſt falſa, Pater & Filius ſunt unus; ſed hæc eſt vera, Sunt unus Deus. Perſonalium nominum quædam prædicantur de una perſona tantùm, ut Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus: quædam de duabus, ita quod de utraque, ut, Pater et Filius ſunt unum principium Spiritus ſancti. Sed notandum, quòd eùm Pater et Filius ſunt unum principium Spiritus ſancti, hæc dictio *unum* recipit unum ſubſtantivum pro forma, et non pro ſuppoſito. Principium enim ſupponit ibi pro pluribus perſonis, et ſignificat unam notionem, ſc. communem ſpirationem: Pater igitur et filius una et eâdem ſpiratione ſunt principium ſpiritus ſancti, ut hîc. Item quædam prædicantur de duabus perſonis, ita quòd de neutra, ut Pater et Filius ſunt duo; ſic quòd *ly duo* ſit maſculini generis et non neutrius. Item quædam prædicantur de tribus perſonis, ita quòd de nulla ſeorſim, ut *Trinitas*. Quædam de ſingulis, ita quòd non de omnibus ſimul, ut *Hypoſtaſis*, vel *perſona*, et hoc in ſingulari, ſed in plurali benè dicitur, Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus ſunt tres Hypoſtaſes, ſeu perſonæ. Notionalium nominum, quæ perſonas notificant, talis eſt modus: quia aliquando dicuntur diſtinctiones, eò quòd diſtinguunt perſonas. Aliquando relationes, quia per ipſas perſonæ ad ſe invicem referantur. Aliquando proprietates, quia propriè inſunt perſonis. Et nota, quòd nulla notio propriè ineſt divinæ eſſentiæ, ſed tantùm perſonæ; quia eſſentia non diſtinguit, neque diſtinguitur. Et ſunt quinque nomina notionalia, videlicet, Paternitas, Filiatio, Proceſſio, Innaſcibilitas, et Communis ſpiratio: quorum tria competunt Patri, ſc. innaſcibilitas, paternitas, et communis ſpiratio: duo Filio, ſcil. filiatio, et communis ſpiratio: unum Spiritui ſancto, ſcil. proceſſio, ut hîc. Et inſuper nota, quòd iſtorum notionalium nominum quædam ſunt abſtracta et ſubſtantiva, ut paternitas, et innaſcibilitas, et hæc prædicantur de eſſentia; unde et hæc eſt propoſitio vera, Eſſentia eſt paternitas, et è contra, et ſic de aliis. Quædam ſunt concreta et adjectiva, ut innaſcibilis, generans, naſcens, ſpirans, et procedens; et iſta nunquam de eſſentia prædicantur, ſive ſint nomina, ſive verba, ſive participia: unde tales propoſitiones ſunt falſæ, Eſſentia generat vel generatur, vel Eſſentia eſt generans vel generata; quia notant diſtinctionem in divina eſſentia, contra id quod habetur in *c. damnamus. & c. firmiter. extra eod. tit.*

Abſtracta.

Concreta.

Media.

Nomina adjectiva.

Perſonalia tantùm.

Notionalia nomina ſunt quinque.

e *Quintus.* Scilicet articulus pertinens ad effectus, ſcilicet operationes divinas, ubi agitur conſequenter de tribus articulis, quorum primus eſt ille quintus in ordine circa operationem divinam in collatione naturæ. Secundus, videlicet ſextus in ordine in collatione gratiæ. Tertius, videlicet ſeptimus in ordine, in collatione gloriæ.

f *Creatio.* Nota ſecundùm *Thomam*, quòd ſummæ bonitatis triplex eſt effluxio, ſcilicet per generationem, per ſpirationem, et per creationem. Duæ primæ emanationes ſunt ab æterno, tertia eſt ex tempore. Et ſciendum eſt, quòd inter generare, creare, et facere eſt differentia; quia per creationem res exit in eſſe de nihilo, per generationem exit in eſſe de aliquo faciente aliquid de propria ſubſtantia, facere verò eſt operari de materia aliena.

Emanatio triplex.

Generare, creare, & facere differunt.

a *Cali*

Errores quatuor circa mundi creationem.

a *Cæli & terræ.* Juxta illud *Gen. 1. In principio creavit Deus cælum & terram.* Hic nota ſecundùm *Tho.* quòd circa mundi creationem quatuor erant errores. Quidam enim dicebant mundum æternum. Alii dicebant mundum factum, et habuiſſe materiale principium, et non eſſe de nihilo. Alii dicebant Deum ſuperiores creaturas per ſe produxiſſe, ſed inferiores per miniſterium Angelorum. Alii ponebant duo principia, ſicut *Manichæi* unum ſummè bonũ, et aliud ſummè malum; dicentes incorruptibilia eſſe à bono principio, ſed corruptibilia à malo principio. Hos errores omnes excludit *Moyſes* in prædicta auctoritate: primùm cùm dicit *in principio*; ſecundùm cùm dicit *creavit*; tertiùm cùm dicit *Deus*; quartum cùm dicit *cælum & terram.* Iſte articulus ſumitur hîc ex Symbolo Apoſtolorum in principio, ibi *Creatorem cæli & terræ.*

Error Manichæorũ,

b *Omnia viſibilia & inviſibilia creatura.* Hoc dicit ad tollendum errorem ſive hæreſim *Manichæorum*, de qua in *glo. praxi. ſuprà.* qui dicebant inviſibiles et ſpirituales creaturas creatas à principio ſummè bono; viſibiles verò et corporales à principio ſummè malo: de quibus habetur mentio C. *de hæret. l. Manicheos* 24. q. 3. §. *quidam. ver. manichæi.* contra ques ponitur quod hîc dicitur, *omnis viſibilis* etc. quibus concordat dictum *Pauli* Apoſtoli, *Actor.* 17. ubi ait, *Qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit Dominus* etc. Et ad *Hebr.* 11. *Fide credimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, ut ex inviſibilibus viſibilia fierent.* Et nota quòd hæc clauſula ſumitur non ex Symbolo Apoſtolorum, ſed ex Symbolo quod cantatur in Miſſa, et confirmatur ſive fundatur in *c. firmiter. extra. eod. tit. parum poſt principium.*

Inſeparabiles ſunt opera Trinitatis ad extra.

c *A tota & indiviſibili.* Opera enim Trinitatis inſeparabilia ſunt, 28 *q.* 1. *ſic enim. ſtatim poſt principium.* ubi dicit *Jo.* hoc eſſe verum quoad opera operantis, licèt non quoad opera operata. Alii intelligunt quoad inſeparabilitatem voluntatum, ut patet *de conſe. di. 1. ſalvator.* unde et unigenitus Dei filius, *Jeſus* à tota Trinitate legitur et firmiter creditur incarnatus, ut in *c. firmiter. §. hæc ſancta. extra. eod. tit.*

d *Sextus.* Sc. articulus, et ſupple ſecundus, pertinens ad effectus, videlicet operationem divinæ virtutis, ubi agitur de effectu ſive collatione gratiæ.

Nota de multiplici errore.

e *Sanctificatio Eccleſiæ.* ſc. catholicæ, ſive univerſalis: de qua loquitur *c. firmiter. §. una. extra. eod. tit.* Et in quibus conſiſtit hujuſmodi ſanctificatio, ſtatim patet in textu, dum dicit *per Spiritum ſanctum* &c. unde in hoc articulo informamur, ut credamus unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, et remiſſionem peccatorum: nam his qui ſunt in Eccleſia virtute divinitatis fit omnium peccatorum remiſſio, quæ eſt animæ vivificatio et corporis reſuſcitatio; et ſub hoc articulo comprehenduntur omnia Sacramenta Eccleſiæ, ſicut patet in textu, et quæcunque pertinentia ad Eccleſiæ unitatem, et dona et juſtitiam hominum. Circa hunc articulum fuerunt multi errores. Erant enim Donatiſtæ, qui poſuerunt gratiam Chriſti ſolùm in *Africa* remanſiſſe, quia totus alius mundus communicabat *Cæciliano Carthagen.* Epiſcopo, quem ipſi damnaverant, et in hoc negabant Eccleſiæ unitatem, contra quos dicitur in Symbolo, *Credo unam ſanctam Eccleſiam Catholicam*, quæ hîc intelligitur per hoc quòd dicit Textus, *ſanctificatio Eccleſiæ*, id eſt, firmitas; nam ſanctum idem eſt quòd firmum, ut *no. in c. decet. ver. ſanctitudo. de reli. & vene. ſanctis per Archid. li. 6.* Erat etiam error *Cathafrigiorum*: de quibus 24. *q.* 3. *c. quidam. ver. Cathafrigii.* Hi dixerunt Prophetas quaſi arreptitios fuiſſe, & quòd non prophetizârunt per Spiritum ſanctum, & quòd Spiritus ſanctus non deſcendit ad perfectionem ſuper Apoſtolos; contra quos dicit hîc litera, quòd *ſanctificatio Eccleſiæ eſt per Spiritum ſanctum*: nam 2. *Pet.* 1. *ult.* dicitur, *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt homines*: & extra Eccleſiam Spiritus ſanctus nil operatur, nec abſque Spiritu ſancto peccatum dimittitur vel tenetur, 14. *q.* 1. *audivimus.* ubi omnino videas. Alii fuerunt qui dixerunt, gratiam Chriſti non ſufficere ad ſalutem, niſi quis circumciſionem & alia legis mandata obſervet; contra quos ſubditur, & gratiæ ſacramenta. *de quibus habeas 1. de ſacra. iterat. vel non. c. 2.* Vel hoc dicitur propter errorem *Pelagianorum*, qui dixerunt liberum arbitrium anteponendum gratiæ divinæ, & quòd ſufficeret homo de ſe ad implendũ juſſa divina: contra quos optimè facit quod legitur *de conſe. di. 3. c. ulti.* Et nota quòd bene dicuntur Gratiæ ſacramenta, quia virtute divina ſanctificant, & gratiam conferunt ſecundùm *Thomam.*

f *Quibus communicat.* Multa enim ſunt in quibus eſt communicatio licita inter fideles, non tamen cum infidelibus: quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio. 3. *q.* 4. *alieni.* Non enim communicant infideles cum infidelibus in accuſatione & teſtificatione, 2. *q.* 7. *pagani.* Item in matrimonii confœderatione, 28. *q.* 1. *Jam nunc.* Item in ciborum perceptione, 28. *q.* 1. *nullus.* Item in mutua cohabitatione, 28. *q.* 1. *Jud. ei. & ei ſæpe.* Item in jejuniorum obſervatione, *de conſe. di. 3. jejunium.* Item in tempore præſcriptionis, 16. *q.* 3. *porro.* In talibus tamen fidelibus inter ſe licita eſt communicatio, qui etiam in bonis ſpiritualibus licitè communicant adinvicem, quamdiu ſub Chriſto cum aliis unum corpus fuerint: nam latronibus & furibus, niſi ad eorum emendationem, Eccleſia non communicat, 14. *q. ul. c. penul.* Item nec ſeipſos interficientibus; 23. *q.* 5. *placuit. & c. ex parte. extra de ſepul.* Item nec quibuſcunque peccatoribus ſine pœnitentia decedentibus, 13. *q.* 2. *non aſtimemus.* Item nec poſt mortem de hæreſi damnatus, 24 *q.* 2. *ſane.* Item nec torneamenta exercentibus, *extra de tornea. c. felicis.* Item nec cum hæreticis, 24. *q.* 1. *c. quæ digaior.* Item nec excommunicatis, 11. *q.* 2. *omnes & c. quicunq;* niſi in caſibus permiſſis à jure, 11. *q.* 3. *quoniam multos.*

Diſcretio fidelium & infidelium

g. *Eccleſia Chriſtiana.* Quæ aliter appellatur Catholica, & dicitur fidelium multitudo fide & caritate unita, 14. *diſt. legimus circa medium* 14. *q.* 1. *loquimur.*

h *In quo.* Declarat quod prius dixit.

i *Cum ſuis ſacramentis.* Nam Eccleſia Catholica veraciter in ſe habet dominica Sacramenta, 1. *q.* 1. *catholica*, 24. *q.* 1. *quia ex ſola.*

k *Et legibus.* Hoc dicit ad tollendum errores eorum qui aſſerunt, quòd ea quæ ab Eccleſia Dei univerſaliter ſtatuuntur, non ſunt obſervanda, ſicut aliqui dicunt lunâ 14 paſcha celebrandum, quocunq; die ſeptimanæ occurrerit: de his habentur 24. *q.* 3. *c. quidam. ver. teſſareſæ.* & hæc opinio eſt contra determinationem Eccleſiæ. *de conſe. di.* 3. *celebritatem. cum c. ibi ſequente.* Nam eadem ratione poſſent ſimiliter dicere contra quæcunq; alia per Eccleſiam inſtituta, contra quos benè facit 11. *di. nolite. et* 12. *di. præceptis.* Tales cenſendi ſunt hæretici, 22. *di. omnes. infra de hæret. c. nullus quoque.* ſed melius *c.* 12. §. *quod ſi hujuſmodi.* (*ana.*

l *Extra Eccleſiam.* ſc. Catholicã: de qua *ſupra ver. Eccleſia Chriſti.*

m *Non eſt ſalus. concor.* 24. *q.* 1. *alienus. & c. quia ex ſola. de pe. di. 6. c. 1. circa medium.* Salus namq; fidelium conſervatur per Eccleſiæ ſacramenta, in quibus virtus paſſionis Chriſti operatur.

n *Septimus.* Et ſupple, ultimus, pertinens ad divinitatem, ubi agitur de effectu operationis divinæ quoad collationem gloriæ.

o *Conſummatio.* i. finis, ſic ponitur *in l. ſi in aliqua m. D. ſi. ff. de offi. proconſul.* quandoq; conſummare ponitur pro coacervare, C. *de uſuris rei ju. l. ſi. circa med.* Hîc enim dicitur conſũmatio, i. finis, hoc eſt ceſſatio temporis gratiæ, cujus tempus ſtat quamdiu manet Eccleſia militans in hoc ſæculo, & hoc eſt quod ſequitur.

Differũt Eccleſia militans et triumphans

p *Eccleſiæ.* Supple militantis, quæ ſic dicitur ad differentiã Eccleſiæ triumphantis, de quibus plenius videre poteris *in c. fundamenta. ſuper ver. militantis Eccleſiæ per Card. de ele. li. 6.* Sed hæc Eccleſia ſc. militans finem habebit, dum advenerit tempus reſurrectionis cujuſcunque in corpore & in anima, poſtquam unuſquiſque percipiet, prout hîc in corpore geſſit, ſive præmium ſive pœnam; & ſic ille articulus pertinet ad reſurrectionem mortuorum, juxta illud quod ponitur in Symbolo, *carnis reſurrectionem & vitam æternam*, quam quidem vitam hîc appellat gloriam per hoc quod dicit.

Reſurrectio generalis.

q *Gloriam æternam.* Hic igitur præſupponit præmiũ, quod debetur bonis, non tamen ſic quinetiam debeatur ſupplicium malis: & hoc eſt quod *infra* ſequitur, *et per oppoſitum* &c. & huic convenit illud quod dicitur in Symbolo *Athanaſii*, —*& qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.* Et Chriſtus ait in Evangelio, *Ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam, Math.* 25. De hac reſurrectione ad gloriam, quæ eſt vita æterna, ſic ait Apoſtolus 1 *Corinth.* 15. *Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione; ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria:* ſed quia hæc Scriptura poteſt intelligi de reſurrectione corporali tantùm, ſciendum eſt, quòd reſurrectio generalis non erit tantùm in corpore, ſed etiam in anima; nam ſicut homo meruit vel demeruit in corpore & anima ſimul, ſic punietur vel præmiabitur ſimul in utroque. Et ſic nota quòd duplici morti, ſcil. animæ per culpam, & corporis per pœnam correſpondet duplex reſurrectio, ſc. animæ per gratiam, & corporis per gloriam, ſecundùm *Thom. de veritate. li. 8. c. 15.* Et hinc eſt quòd Textus dicit.

r *In carne et anima.* Iſte articulus tangitur *in c. firmiter. extra. eod. tit.* & in hoc articulo confunditur error multorum, qui negabant reſurrectionem generalem, & præcipuè eorum qui dicebant, quòd animæ reſur-

Error Eutychii. resumerent alia corpora, contra quos dicit Apostolus, *oportet corruptibile hoc induere immortalitatem, 1 ad Corinth.15.* Et ad tollendum errorem *Eutychii* Constantinopolitani Patriarchæ, qui dixit, quòd corpora nostra in resurrectione erunt aërea, vel vento similia, ut *Grego.* narrat *in lib.4. moralium.* subditur in textu—

a *Veraciter resuscitandæ.* Et hoc confirmatur in resurrectione Christi, qui veraciter surrexit juxta illud *Luc.ult. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere:* & dicit Apostolus; *Confirmabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: ad Philip. 3.*

a veraciter resuscitandæ, & b per oppositum intelligitur c damnatio æterna reproborum. Item d alii septem articuli pertinent ad Christi humanitatem. e Primus est f incarnatio, seu g vera carnis assumptio h ex sola i per Spiritum sanctum k virgine gloriosâ. l Secundus est verè m incarnati Dei n nativitas o ex virgine p incorrupta. q Tertius est r vera Christi passio,

b *Per oppositum.* Sc. præmiationis bonorum per gloriam æternam.

c *Æterna damnatio. Vide pro hoc supr.ver. gloriam æternam.* Et adverte, quòd de hac pœna æterna non fit mentio nec in Symbolo Apostolorum, nec in Symbolo Ecclesiæ saltem per expressum; sed in Symbolo *Athanasii* viz. (*Quicunq; vult*) bene fit mentio, & probatur per dictum Christi, *ut supr. dixi.* & dicitur in *Psal. Tu reddes unicuique secundùm opera sua;* & in hoc articulo tolluntur multi errores infidelium, quos recitare omitto. Hîc posset quæri ad quid nobis utilis est fides, sive spes resurrectionis? dic quòd ad quatuor. Primo ad tollendas tristitias quas ex mortuis concipimus: juxta illud *ad Thess.1.4.13. Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut ceteri qui spem non habent. Et pro hoc 13.q. 2.quam per posterum. & c. qui divitiæ.* Secundo, quia solicitos nos reddit & studiosos ad bene operandum, & hoc ob desiderium præmii. Tertio, quia retrahit nos à malo, & hoc ob timorem pœnæ, juxta illud, *Oderunt peccare boni virtutis amore: Oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Quarto aufert timorem mortis, in quantum speramus aliam vitam post mortem. Circa hanc materiam potes videre *not. per Joan collectario, c. firmiter extra. eod. tit. ver. hic expedit aliqua videre cum versi. sequen.*

Resurrectionis spes.

d *Alii septem.* Prius dixit de septem articulis pertinentibus ad divinitatem, nunc dicit quòd sunt alii septem pertinentes ad Christi humanitatem, & sic sunt articuli fidei xiv. Et in hoc communiter concordant Theologi, & idem Canon iste, ut *Hosti. & Joh. An. extra. eod. super rub.* Sunt tamen quidam qui ponunt tantùm xii. articulos fidei, ut recitant Doctores *in loco præall.* Sed *Bern.* ibi dicit, quòd tantùm sunt septem articuli veri, quæ Glossa salvari potest loquendo de articulis pertinentibus ad Christi humanitatem; aliàs sequeretur, quòd ante adventum Christi non esset fides, secundùm *Jo. An. ibi in addic.* De ista divisione articulorum habes plura *notat. eod. tit. §. quot & qui articu'i. per Hostien. in summa.* ubi habes, quòd habendo respectum ad eos qui Symbolum ediderunt, tunc articuli sunt xii. ad numerum xii Apostolorum; habendo verò respectum ad ea quæ sunt radicaliter credenda, tunc articuli sunt xiv. ut hîc, de quibus *Hostiensis* recitat figuras quas videre poteris, eò quòd liber habetur communis.

e *Primus.* Scil. articulus pertinens ad Christi humanitatem.

f *Incarnatio.* Istud exponitur per hoc, quod sequitur, *vera carnis assumptio.* Et nota quòd iste articulus pertinet ad Christi conceptionem in utero matris, in qua conceptione secundùm *Tho.* in instanti fuit ibi separatio, sanguis, consolidatio, figuratio, animatio, & deificatio. Et quòd ista fuerunt non successiva, patet ex scriptura, quæ dicit, *fœmina circundabit virum, Jer.14.* patet etiam virtute agentis Spiritus sancti, cujus est subitò operari. Sed est sciendum secundùm *August.* quòd quamvis Christi membra corporis fuerunt in conceptione completa & perfecta usque ad animæ susceptionem, ipsorum tamen distinctio tam parva fuit & tenuis, quòd humano visui vix posset subjici; quia in tanto fuit minus corpus illud quàm alius conceptus cùm formatur, quantum infra 46 dies augeri posset in utero: unde miraculosum fuit quòd in tam parvo corpore recepta fuit anima; sed hoc factum fuit ideo, ut conceptio Christi, quantum ad tempus manendi in utero, non esset nostræ redemptioni dissimilis: & prædicta quæ dixi probantur in *Cle. fidei catholicæ. eod. tit. ubi de hoc per Joh. An. & Gosf. ver. unitas & concor. Wil. & Pau. eod. ver.*

g *Vera carnis.* Hoc exponit quod prius dixit, *incarnatio:* & hoc dicit propter *Manichæos*, qui dixerunt Christum non veram carnem accepisse sed fantasticam: & huic literæ concordat illud quod habes *ext. eod. tit. c. firmiter.* dum dicit, *verus homo factus.* Sed hîc posset quæri, quare opus assumptionis nostræ naturæ nominatur incarnatio, & non animatio, cùm tamen à digniori res consueverunt nominari. Dic secundùm *Tho.* quòd hæc est propter multas rationes. Primò ut expressior esset nominatio. Secundo, ut profundior explicetur dignatio miserantis. Tertio, quia magis est nobis nota pars carnis. Quarto, ut major humiliatio exprimatur, eò quòd magis distat à Deo caro quàm anima, et quòd caro est à parentibus propagata, anima verò à Deo creata et infusa.

Error Manichæorum.

Quæstio.

Error Carpocratianorum.

h *Ex sola.* Supple, virgine gloriosa, ut sequitur: et hoc verum saltem quoad carnem, ut dixi *supra ver. incarnatio.* et hoc dicit ut tollat errorem *Carpocratianorum, de quo habes 24.q.3.c. quidam. ver. Carpocratiani.* qui dixerunt Christum esse conceptum et progenitum de utroque parente, et ad illud tollendum subdit

i *Per Spiritum sanctum.* i. Spiritus sancti cooperatione. *extr. eod. c. firmiter.* Et sic habes hîc illum articulum, de quo legitur in Symbolo Apostolorum, *qui conceptus est de Spiritu sancto.* Et nota quòd hæc præpositio *de*, quandoq; denotat causam efficientem, ut ibi *conceptus de Spiritu sancto:* quandoq; denotat materiam, ut cùm dicitur, *Christus natus est de virgine:* quandoque denotat identitatem essentiæ, ut cùm dicitur, *filius natus est de Patre:* quandoque denotat transubstantiationem, ut cùm dicitur, corpus Christi sit de pane: quandoque ordinem, ut cùm dicitur, creatura sit de nihilo; secundùm *Tho. li. quo. supra. parte. 1. c. 5.* Quod autem hîc in litera dicit *per Spiritum sanctum*, scias quòd (*ly per*) dicit rationem principii respectu personæ de qua fit locutio, et etiam respectu operis, ut dicit *Tho. li. quo supra. c. 7.*

De præpositio, plura ubi.

k *Virgine gloriosa.* Supple *Maria*, quæ gloriosa dicitur propter quatuor, in quibus nulla creatura puerit sibi comparari. Primo propter puritatem sanctificationis in utero, per quam in ea fuit originalis culpæ expiatio, gratiæ infusio, et fomitis restrictio. Secundò propter puritatem innocentiæ in vita in qua vixit sine omni peccato, et hoc oportuit maximè esse gratiæ, quæ non solùm naturam ipsius perficeret, sed eam supra legem corruptæ naturæ extolleret. Tertiò propter puritatem virginæ castitatis, in qua excellit Angelos et homines; Angelos autem, quia secundùm *Hiero.* hoc retinuit per virtutem castitatis, quod in Angelis est necessitatis naturæ; homines verò, quia exemplar primum fuit integritatis juxta illud *Psal. Adducentur regi virgines post eam.* Quartò propter puritatem sanctificationis ex superventione Spiritus sancti et præsentiæ Dei. Cùm enim esse matrem Dei sit dignitas superior, quæ puræ creaturæ communicari potest, necesse est gratiam ad hoc disponentem esse majorem omni gratia puræ creaturæ: oportet itaque sanctificationem sive privilegium sanctificationis matris Dei omnem in hac parte sanctificationem aliorum excedere.

Mariæ go propter quatuor gloriosa dicitur.

l *Secundus.* Sc. articulus, pertinens ad Christi humanitatem.

m *Incarnati Dei.* Per hoc intelligitur error *Nestorii, de quo habes 24.q.3. quidam. ver. Nestorii.* qui dixit, quòd beata *Maria* non fuit mater Dei, sed hominis; contra quem errorem loquitur Canon, *16. di. c. sexta. ver. tertia. in Epheso.*

Nestorii error.

n *Nativitas.* Supple ex utero, quæ est, quando puer enixus innotescit; de qua nativitate habes *de consec. di. 4. c. qui in maternis.* Alia est in utero, de qua nativitate habes *supra. in proxi. arti. & de consec. di. 4. firmissime.* Tertia est nativitas gratiæ, quando quis nascitur per Baptismum, de qua habes *in. d. c. qui in maternis.* Quarta est nativitas gloriæ, quando videlicet depositâ vetustate penè homo nascitur ad gloriam, *de consec. di. 4. post baptismum.* et sic mors Sanctorum natalis dicitur, *24.q.2. sanè.* De duobus primis loquitur *Arch. d. c. firmissime. in glossa.* adde ut hoc melius intelligas, sed quoad alias nativitates magis plenè habes per eundem *eod. d. c. si baptizata. ver. regenerationis.* et præsertim de tertia et de quarta habes *glossam ac ff. de annuis leg. l. cum quidam.*

Nativitas multiplex.

o *Ex virgine.* Supple *Maria*, quæ ante partum, et in partu, et post partum fuit virgo, *27.q.1. nuptiarum.* Quare autem Christus nasci voluit ex virgine multiplex causa sive ratio assignatur. Prima est, ut sicut mulier adhuc virgo, viz. *Eva*, fuit causa peccati, sic mulier virgo esset causa salutis. Secunda, quia partus corruptæ cùm esset peccati particeps, non esset conveniens remedium ut tollere posset peccatum. Tertia est, quia decuit ut ille, qui in cœlis erat sine matre, esset in terris sine patre, ne duos patres videretur habere secundùm *Origenem*, et etiam beat. *Augustin.* in quadam Homilia super illud *Lucæ 2, Postquam consummati sunt dies Mariæ* etc. Quarta est, quia sicut primus homo factus est de terra virginea, sic congruum erat quòd Christus esset de carne virginea natus. Quinta est, ut virginem; quæ vocum virginitatis emiserat, ut dicit *Ber.* et habetur in *Canone 27.q.2. §.1. post medium.* extolleret et exaltaret. Sexta est, ut vivificaretur Prophetia *Isa.7. Ecce virgo concipiet* etc. Sed quare potius de *Maria* virgine quàm de alia voluit nasci, habes notatum *per Jo. An. in c. fidei ver. virginali-extra. eod. in Cle.* qui dicit, quòd ratio est, quia sicut ex superbissima natus est morbus, sic ex humillima inchoari debuit medicina: unde verso nomine *Eva*, ipsi virgini dictum est *Ave.* Alia ratio est, quia sicut ad summam humilitatem Dei filius voluit incarnari, sic summè humilem eligere debuit, in qua et à qua tanta humilitas deberet inchoari: alia ibi videas.

Sex de causis Christus nasci voluit ex virgine.

Quæstio.

p *Incorrupta.* Supple semper non solùm ante partum, sed in partu, et post partum; et propterea dicitur *in c. firmiter. præall. §. hæc sancta trinitas; Maria semper virgine.* in qua tollitur error *Eludii*, qui dixit *Mariam* virginem concepisse et peperisse, sed ex *Joseph* alios postmodum filios genuisse.

Elodii error.

q *Tertius.* Sc. Articulus, concernens Christi humanitatem.

r *Vera (christi passio.* Supple secundùm humanitatem, quæ erat passib. lis,

paſſibilis, non tamen ſecundùm Deitatem, quæ fuit impaſſibilis, *ut in d.c.firmiter.§.hæc ſancta Trinitas.* ubi per modum figuræ *Bet. ſuper ver.impaſſibilis.* ponit hos duos verſus compendioſos: *Nil Iſaac patitur, aries ſit victima Chriſto. Nec Deitas patitur, cùm moriatur homo.* Et nota quòd ad tollendum errorem *Manichæorum*, de quo habetur 24. q. 3. *quidam. verſi. Manichæi.* qui ſicut poſuerunt Chriſti corpus fuiſſe phantaſticum, & non verum, ita paſſionem Chriſti non in veritate ſed in phantaſia eſſe arbitrantur,

[a] & mors [b] in cruce [c] ſub Tyranno Pilato. [d] Quartus eſt [e] deſcenſio Chriſti [f] ad inferos [g] in anima, quieſcente corpore in Sepulchro, [h] ad ſpoliationem Tartari.

[i] Quintus eſt [k] vera Chriſti [l] Reſurrectio. [m] Sextus eſt [n] vera ipſius [o] ad cœlos [p] Aſcenſio. [q] Septimus eſt ipſius venturi [r] ad judicium certiſſima

ponitur in Textu hæc dictio, *vera*, juxta illud *Iſa.53. Verè languores noſtros ipſe tulit* &c.

a *Et mors.* Hoc dicitur ad tollendum errorem *Galani*, qui in Chriſto unam vitam poſuit, ſed incorporalem & immortalem: contra quem errorem dicitur 1 *Petri* 3. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt.*

Galani error.

b *In cruce. Concor.decre.in c.firmiter.& in Cle.fidei præall.* Quare autem Chriſtus mortem crucis elegit, multiplex aſſignatur ratio, de quibus *notata d.Cle.fidei.ver.cruci. per Jo.An. Geſſel. & Paulum.* in quibus locis quatuor rationes ponuntur, quare voluit mori in Cruce. Prima eſt, ut in aëre pendens ad oculum oſtenderet ſe mediatorem Dei & hominum: pro quo habes Scripturam 1 *ad Tim.* 2. *et di.10.quoniam.* Secunda eſt, ut damna, quæ per lignum pervenerant, per lignum tollerentur. Tertia, ut Diabolus, qui ligno vincebat, per lignum vinceretur, ut habetur in *præfatione de ſancta cruce*, de quo legitur *de conſe.di.1.invenimus.* Quarta, ut oſtenderet pro quibus patiebatur: patiebatur enim pro choro Angelorum reparando, & hoc ſignificat ſuperior pars crucis; patiebatur etiam pro exiſtentibus in limbo ſalvandis, & hoc ſignificatur per partem inferiorem crucis; patiebatur quoque pro amicis redimendis, & hoc ſignificatur per dexteram partem crucis; & pro inimicis reconciliandis, & hoc ſignificatur per ſiniſtram partem: unde & quatuor fuiſſe partes crucis Chriſti deſcribuntur, ut dicit Magiſter in hiſtoriis, viz. Cedrus in inferiori parte, ſc. pede; pars elevata, Cypreſſus; tranſverſalis, Palma; ſuperius elevata, ſive tabula, Oliva. Ubi notandum ultra Doctores prædictos, quòd dicta quatuor brachia Crucis ſignificant quatuor virtutes, quibus extendi debet homo noſter interior. Significat enim pars ſuperior Charitatem, inferior Humilitatem, à dextris Obedientiam, à ſiniſtris patientiam: vel in quatuor brachiis Crucis quatuor beneficia Crucis deſignantur; ſignat enim pars ſuperior januæ cœleſtis apertionem, pars inferior Inferni deſtructionem, pars dextera gratiæ collationem, ſiniſtra verò peccatorum remiſſionem. Et per dicta quatuor ligna Crucis etiam quatuor alia deſignantur: ſignat enim Cedrus altitudinem Contemplationis, Cypreſſus famam bonæ opinionis, Palma fructum juſtitiæ, Oliva lenitatem miſericordiæ. *hæc Tho.ubi ſupr.lib.4.c.20.*

Quare Chriſtus in cruce mori voluit.

Pariet Crucis gestatur.

c *Sub tyranno Pilato.* Hic nota ſecundùm *Jo. An.* qui ſic notat in *Cle.unica.de baptiſmo magna gloſſa.* quòd Tyrannus propriè eſt, qui in republica non jure principatur. Unde dicit Philoſophus, quòd ſicut Regnum eſt rectus principatus, ita Tyrannides eſt perverſum dominium; de quo habetur 4.& 5. *Politicorum.* Quomodo autem *Pilatus*, ſub quo Chriſtus paſſus eſt, tyrannizavit, hîc nimis longum foret ſcribere; ſed, ut videas, te remitto ad *legendam Auream*, ubi agitur de paſſione Domini, *ultra medium.ver. fuit quidam.* Et advertè, quòd prædictis convenit id quod habes in Symbolo, *paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.*

d *Quartus.* ſc. Articulus, pertinens ad Chriſti humanitatem.

e *Deſcenſio Chriſti Dei.* Hoc dicit, quia Homo non deſcendit. Nam ſecundùm *Thomam de veritate.li.4.c.21.* cùm unio animæ cum corpore faciat hominem, Chriſtus eo tempore quo corpus ejus fuit in ſepulchro, non fuit homo, licèt anima & caro tunc eſſent unum cum Verbo ſive Divinitate.

f *Ad inferos.* Inferi ſecundùm *Iſidor.l.Etbi.14.c.10.* ſic dicti ſunt, quia animæ ab hinc uſque ibi deferantur; & idem eſt Inferus quòd Infernus, qui ſecundùm eundem *Iſid.* perhibetur eſſe in umbilico terræ. Et nota, quòd una cauſa quare Chriſtus voluit deſcendere ad Inferos ſecundùm *Tho.li.1.et c.proxi.præall.* eſt, ut tantus eſſet deſcenſus, quantus fuit liberandorum caſus. Primus enim homo ſic in ſtatera liberi arbitrii poſitus erat, ut poſſet ad vitam aſcendere, vel ad mortẽ deſcendere prout vellet; ſed peccato peracto ſic brachium alterum ſtateræ per onus culpæ depreſſum eſt, ut eſſet in imo Inferni, alterum verò in ſummo Cœli. Non autem aſcenderet brachium depreſſum, niſi deſcenderet alterum brachium; deſcendit itaq; Dominus ad Infernũ, ut hominem captivum elevaret uſque ad cœlum. Alia ratio eſt ſecundùm eundem, viz. ut ſicut vivus, fuit lumen mundi per præſentiam corporalem, ita mortuus, eſſet lumen Inferni per Divinitatis majeſtatem: & vide quod dicam *infra gloſſa ſequenti.*

g *In anima.* Per mortem namq; Chriſti anima ſeparata eſt à corpore, ſed Divinitas indiviſibilis utrique, ſc. carni & animæ manſit unita: & ut dicit *Tho.loco proximo. ubi ſuprà.* anima Chriſti per triduum mortis ſuæ cum ſacris Patribus in limbo fuit; ibidem etiam fuit latro, cui Dominus dixit, *hodie mecum eris in paradiſo* & dicit, quòd nomine *paradiſi* notatur Dei fruitio, quia peracta Paſſione tam ipſe latro quàm alii, qui erant in limbo, viderunt Deum per eſſentiam. Et pro meliori intellectu præmiſſorum, nota, quòd nomen Inferni ſumitur dupliciter, ſc. pro pœna, & loco pœnæ: ſecundùm primum modum dicitur, quòd Dæmones ſemper portant ſecum Infernum; ſecundùm alium modum, quo viz. Infernus ſumitur pro loco pœnæ, Nota, quòd eſt Infernus quadruplex. Unus ſc. damnatorum, in quo eſt pœna ſenſus & damni, ac tenebræ exteriores & interiores, i. privatio luminis delectantis, & abſentia gratiæ; & iſte Infernus ſemper habet luctum. Et ſupra hunc locum eſt Purgatorius, in quo eſt pœna ſenſus & damni ad tempus; ibi tenebræ exteriores, ſed non tenebræ privationis gratiæ: ad hunc autem locum Chriſtus deſcendit, ac ſuos inde liberavit, & ſic Infernum momordit, quia partem abſtulit, partem reliquit; mortem verò quoad electos penitus deſtruxit, juxta illud *Oſe.13. Ero mors tua, ô mors; ero morſus tuus, Inferne.* Et hîc nota, quòd per tenebras exteriores intelligitur privatio luminis delectantis ſecundùm *Origenem*, ut ſuprà dixi; per interiores verò carentia gratiæ, ſive cæcitas cordis, & ſunt ibi tenebræ exteriores & non interiores, quia gratiam habent. Et ſupra hunc locum eſt Limbus Puerorum, ubi eſt pœna damni, & non ſenſus; & ſunt ibi tenebræ exteriores & interiores. Supremus locus inter hæc eſt Limbus ſanctorum Patrum, ubi fuit pœna damni & non ſenſus, & fuerunt debitores pœnæ æternæ.

Quadruplex Infernus.

h *Spoliationem Tartari.* i. Inferni. Et dicitur Tartarus, eò quòd omnia illuc turbata ſunt, vel à tremore, frigore, quod eſt algere & frigere, ſc. quia luce & Sole caret; quia illic nec vapores ſunt, qui ex Solis luce gignuntur; neque ſtatus, qui ejus motibus incitatur, ſed perpetuus ſtupor ſecundùm *Iſid. loco ubi ſupr.* Et intelligas quòd dicit *ſpoliationem Tartari* ſecundùm ea quæ dixi in gloſſa prædicta. Anima namq; Chriſti poſt mortem deſcendit ad Infernum ſive ad Limbum, ad liberationem eorum qui Chriſti membra exiſtentes de hoc ſæculo tranſierunt. Diabolus enim, dum manus in eum extendit, in quo nihil juris habuit, meritò in aliis poteſtatem amiſit, ſecundùm *Tho.d.c.21. in prin.*

Tartarus.

i *Quintus.* viz. articulus, pertinens ad humanitatem Chriſti.

k *Vera.* Hæc veritas probata fuit per Angelos, ut patet *Matth.* 28. Item per ipſius Chriſti inimicos, ut patet *eod.c.* ubi habetur, quòd *quidam de cuſtodibus reverſi* &c. Item per comeſtionem, *Joh. ult.* ad oſtendendum quòd non fiebant arte Magicâ. Item per contactum, ad oſtendendum corpus ſuum non fore phantaſticum. Item per oſtenſionem cicatricum, ad oſtendendum reſurrectionem ipſam factam in eodem corpore quo paſſus eſt. Item per ingreſſum ad diſcipulos, januis clauſis, ut ſic oſtenderet ſe reſurrexiſſe in corpore glorificato. *Joh.*20. Probata etiam fuit hæc veritas per multiplicem ſuam apparitionem, ſicut patet ex diverſis locis Evangelii.

l *Reſurrectio.* Supple in carne, *ut c. firmiter.extra.eod.§.hæc ſancta Trinitas.* quia ſecundùm Divinitatem, quæ eſt immortalis, per ſe ſolùm reſurgere eſſet inconveniens; ſed animâ redeunte ad carnem ſurrexit in carne, ſecundùm *Jo.An. in addit.d.§ hæc ſancta.*

m *Sextus.* ſc. articulus, pertinens ad Chriſti humanitatem.

n *Vera ipſius.* Scilicet Chriſti.

o *Ad cœlos.* Pluraliter loquitur, quia eſt cœlum æthereum, cœlum Æthereum, cœlum Chryſtallinum, & cœlum Empyreum, & iſtud in *Pſal.* dicitur *Cœlum cœlorum*, ad quod aſcendit Chriſtus, juxta illud in Symbolo Apoſtolorum, *aſcendit ad cœlos.*

Cœli multiplex.

p *Aſcenſio.* ſc. in corpore & anima, ut *c.firmiter.§.hæc ſancta.extra eod.tit.* Et nota, quòd Aſcenſio Chriſti propriè dicitur de Chriſto, qui virtute propriâ aſcendit. Sed Aſſumptio dicitur de matre Chriſti, quæ virtute Chriſti aſſumpta fuit. Evolatio verò ad ſanctos alios pertinet, & ſit Angelorum miniſterio ſecundùm *Tho.* qui dicit, quòd locus evolantium eſt diſtinctio cœlorum. Locus aſſumptæ Virginis eſt ſuper choros Angelorum, locus verò Chriſti aſcendentis eſt ultra cœlum aſſumptæ Virginis.

Aſcenſio. Aſſumptio Evolatio.

q *Septimus.* Supple & ultimus articulus, concernens Chriſti humanitatem.

r *Ad Judicium.* ſc. finale & ultimum, ubi judicaturus eſt vivos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundùm opera ſua, prout hæc & alia leguntur. *di.c.firmiter.§. hæc ſancta. prope fi.* Et hîc nota ſecundùm *Richar.* quòd triplex eſt Judicium. Primum eſt uniforme, hoc eſt judicium præſentis Eccleſiæ, quæ non judicat, niſi ſolùm de qualitate retributionum in genere, ſc. quòd bonis bona, mala malis reddantur, 2.q.1. *Lotharius.* ſed numerum & quantitatem retributionum neſcit. 11.q.1. *ſacerdotibus.* Secundum dicitur multiforme, ſc. illud quod quilibet experitur in morte, accipiendo ſententiam de omnibus bonis vel malis quæ geſſit, ſed non omnia bona vel mala ſtatim recipit, quia recipit in anima tantùm, & non in corpore, & in anima. Tertium eſt conforme, ſc. ultimum judicium, quando ſecundùm numerum & quantitatem recipiet quiſque bona & mala in corpore & anima; & hoc ultimum Judicium erit horribile ex omni parte, quia ſuprà erit Judex auſterus, ſubtus patens Infernus, intus conſcientia remordens, extra nuncius ardens, à dextris peccata accuſantia,

Judicium triplex.

Nota de Judicio extremo.

ſantia, à ſiniſtris Dæmonia terrentia, circa illos boni Angeli in infernum propellentes, ibidem omnes Sancti ſententiam Judicis approbantes, & omnes mali cum bonis peccata damnandorum cognoſcentes.

a *Expectatio.* De his habes in Evangelio *Lucæ* 21. ſecundùm quoſdam; vel ſi velis iſtud intelligere de expectatione Antichriſti, potes de hac expectatione loqui ſecundùm Apoſtolum *ad Hebræos* 10. *cum ſimilibus*. Circa hanc materiam ſc. finalis judicii, vide (ſi placet) ea quæ notantur *extra eod. tit. c. firmiter. ver. circa finale judicium cum verſi. ſequen. per Johannem in coll.*

a expectatio.

Corporis Dominici adminiſtratores doceant quibus miniſtrant, ſub ſpecie bus panis eſſe verum Chriſtum, ipſumq; decenter ſumendum: ſub ſpecie autem vini, quod non conſecratum datur, eſſe ſolum vinum.

Johannes Peccham.

Diviſio. a ALtiſſimus. Hæc conſtitutio fuit *Johannis Peccham* Cantuarien. Archiepiſcopi, ſicut & præcedens; & in hoc capite facit tria. Primo ponit quæ ſit vel debeat eſſe fides vera circa Sacramentum Euchariſtiæ miniſtratum ſimplicibus in Paſchate vel aliis temporibus. Secundo ibi, *docceant*, tradit doctrinam circa illud quod eiſdem temporibus propinatur in calice. Tertio ibi, *inſtruant*, tradit doctrinam circa modum ſumendi ipſum Euchariſtiæ Sacramentum: & ita hîc decidiuntur primò præfatio Authoris, deinde illud quod habetur *infrà. de pæ. & remiſ. c. altiſſimus. & de cele. Miſſa. eod. cap.*

c *Sacerdotes.* Supple curam animarum habentes, ſive ſint Plebani, ſive Rectores, ſeu Vicarii perpetui. Nam ad tales qui præſunt curæ animarum, ex officio pertinet populum ſibi ſubjectum informare, juxta ea quæ notantur *ſupra eod. c. 1. gloſſa 1. & ver. miniſtri. eod. c.* Sed numquid idem eſt dicendum de Sacerdotibus Parochialibus, qui ſunt Vicarii, non tamen perpetui ſed temporales, & habent exercitium & regimen curæ animarum, ſecundùm ea quæ notantur in *Clemen. unica de officio Vicarii in magna gloſſa per Wil.* videtur quòd non; nam talibus permittitur illa ſola docere quæ continentur in conſtitutione *Johannis Peccham*, quæ incipit, *ignorantia Sacerdotum* &c. ut legitur *infra de hæreti. cap. 1. §. Sacerdotes verò*. Sed iſtud, de quo hîc fit mentio, non continetur in dicta conſtitutione, *ignorantia. Ergo* &c. Puto contrarium, videlicèt quòd poſſint docere ea quæ hîc dicuntur: nam in dicta conſtitutione &c. permittitur eis informare populum de ſeptem Sacramentis, ut patet *infra. de offi. Archipreſby. c. 1. in princi.* quorum unum eſt Sacramentum Euchariſtiæ, *infra. de Sacramen. iteran. vel non. c. 2. de conſecra. di. 1. omnis Chriſtianus.* ergo licèt eis docere illud ſine quo, circa informationem veram illius Sacramenti non poſſit haberi clara notitia ejuſdem, *ar. l. cui juriſdictio. ff. de juriſdi. omni. judi. extra de offi. deleg. præterea. ubi de hoc cum ſimilibus.* maximè cùm concernit fidem, ſine qua impoſſibile eſt placere, ut dixi *ſuprà. c. proximo. ver. ſciat.* Unde licèt iſta doctrina non contineatur per expreſſum in dicta conſtitutione, *ignorantia*, continetur tamen ſub ea implicitè, & per modum cohærentiæ; aliàs enim ſequeretur abſurditas, videlicèt quòd talis Sacerdos non poſſet informare ſimplices circa venerationem Euchariſtiæ, contra id quod ordinatum eſt *infra de reli. & vene. ſan. c. 2.* ſic nec circa formam baptizandi in caſu neceſſitatis, contra id quod habetur *infra de baptiſmo. c. 1.* Nec eſt præſumendum, quòd author illius conſtitutionis *infra de hæreti. c. 1.* voluerat uno flatu per illas dictiones (*illa ſola*) alias conſtitutiones rationabiliter editas tollere. *ut l. ſi quando. in prin. C. de inoffi. teſt. & c. Eccleſia. le. 2. extra. de elec.*

d *Communionem.* Simile habes 26. q. 6. *qui recedunt. & c. de his.* Et hîc ponitur Communio pro communione illa, ſcil. qua Chriſtiani adulti communicant & participant de Sacramento Euchariſtiæ, pro quo benè facit *de conſe. diſ. 2. quotidie. in principio eod. di. c. omnis homo. & c. ſæculares.* Quandoque Communio ponitur pro communi obſervantia ſive ſocietate, *in c. ex literis. extra de reſcrip. l. di. continentes in prin. 2. q. 1. multi.* *Communio.*

e *Sacramenti.* Scil. Altaris, *de quo habes eod. tit. c. firmiter. §. una.* quod etiam vocatur Sacramentum Euchariſtiæ, *ut in c. omnis utriuſque. extra. de pæ. & re.* Et in quantum dicit *Sacramenti* ſimpliciter, non ſpecificando Sacramentum, poteſt intelligi ut dicatur Sacramentum per excellentiam & anthonomaticè, ſicut habes in ſimili *Inſt. de jure naturali. §. ſed quoties. & ubi per Accurſium.* Excellit enim iſtud Sacramentum alia Sacramenta, *de conſe. di. 2. nihil. 1. q. 1. multi.* & hoc verum ratione ſubjecti & ſanctitatis. 95. *diſ. ecce. ubi de hoc per Jo. & Archid. ver. Chriſto.*

f *Simplicibus.* Id eſt, non inſtructis ſive ignaris myſteriorū quæ concernunt Sacramentū. Sic aliàs Simplex dicitur ignarus forenſium negotiorum, *l. cum de indebito. §. ſin autem ff. de proba.* & talis ſimplicitas non eſt præciſè vituperanda, imò ut in pluribus eſt tali ſimplicitati parcendum, *ut l. ulti. C. de teſti & l. ſancimus in fi. C. de jure delibe.* Quandoque tamen reprobatur, *ut 39. diſ. c. Petrus. & in conſtitutione Othonis. cùm non ſolum.* Et nota, quòd Simplex dicitur, i. e. ſine plica duplicitatis. Unde & Deus dicitur Simplex ex hoc, quòd in eo nulla diverſitas partium exiſtat, nec pluralitas proprietatū, ſecundùm quod *no. Jo. in no. extra eod. tit. c. firmiter. in gloſſa quæ incipit, ſubſtantia ergo divina.* ubi ponit quòd propter ſimplicitatem prædictā quæ eſt in Deo, eſt dare ſimplicitatem alio modo, & hoc dupliciter. Eſt enim ſimplicitas quæ ſignificat carentiam doli, & hæc dicitur ſimplicitas columbina, & eſt commendabilis. *16. q. 1. ſi cupis.* Alia eſt ſimplicitas quæ ſignificat carentiam diſcretionis, & hæc eſt vituperabilis, 36. *diſt. in prin. & de hoc no. 39. di. d. c. Petrus: per Jo. et eod. c. per Arch.* qui dicit, quòd aliquando ſimplicitas eſt contraria duplicitati, *l. ult. C. de furtis. Inſt. de fidecommiſ. hære. §. quia.* Quandoq; etiam ſimplex idem eſt quòd purus, *extra. de purga. can. c. ulti.* Aliquando ponitur pro claritate, 3. *q. 9. pura & ſimplex. 23. diſt. qui Epiſcopus.* *Deus dicitur ſimplex.* *Simplicitas duplex.*

g *Paſchali tempore.* Quo tam maſculi quàm fœminæ poſt adultam ætatē tenentur Euchariſtiæ Sacramentū recipere, niſi ad tempus de conſilio ſui Sacerdotis duxerint abſtinendum, *ut patet in c. omnis utriuſq; ſexus. extra de pæ. & re. & facit ad idem de conſe. di. 2. & ſi non frequentius. ubi additur de feſto Pentecoſt. et nati. Domini. vide inf. gloſſ. proxi.*

h *Alio.* Sc. in Pentecoſte, & natali Domini: nam & his feſtis Sæculares tenentur communicare, aliàs inter Catholicos non habebuntur, *de conſe. di. 2. ſæculares.* quòd de Clericis ſæcularibus ſatis poſſet concedi, quorum vita debet eſſe religioſior quàm Laicorum, *di. 4. denig;*. Nam quoad Laicos puto eos non arctari, niſi ſemel in anno, viz. in Paſchali tempore, *ut in c. omnis præall.* Vel quod hîc dicit *vel alio* poteſt intelligi de his, qui in infirmitate communicant, vel de his qui ob devotionē alio tempore communicare volunt, nam talibus non debet denegari, dum tamē ſint diſpoſiti ad illud ſumendū, etiamſi ad furcas vel ad patibulū quis ducetetur. *26. q. 6. ſiquis. 13. q. 2. quæſitū.*

i *Panis ſpecie.* Simile habes *de conſe. di. 2. ſpecies.* Et nota quòd dicit *ſub panis ſpecie* ad excludendū errorē eorum qui dixerunt, quòd in ſacramento Altaris ſimul contineatur ſubſtantia panis & ſubſtantia corporis Chriſti, quod eſt contra verbū Chriſti dicentis, *hoc eſt corpus meum.* Ad oſtendendum itaq; quòd in hoc Sacramento non remaneat ſubſtantia panis ſed ſolū ſpecies, viz. accidentia ſine ſubjecto, dicit *ſub panis ſpecie.* Et ſciendum eſt, quòd de corpore Chriſti tres ſunt opiniones, quas recitat *Ber. extra. de ce Miſ. c. cum Matthæ. ſuper ver. veritatem. et ponuntur in 4. lib. ſententiarū. diſ. 11. c. 2. et ſequen. et recitantur per Hoſti. in d. c. cum Matthæ.* Et harum ſecunda approbatur in *c. firmiter. §. una. ext. eod. tit.* viz. quòd ſubſtantia panis & vini definit eſſe poſt conſecrationē, & tantūm accidentia remanent, ſc. ſapor, color, & pondus, & ſub illis accidentibus eſt corpus Chriſti; & huic concort quod hîc dicit *ſub panis ſpecie.* Quare autem ſub ſpecie panis & vini ſumatur corpus Chriſti, multiplex eſt ratio. Una eſt propter vitandum horrorem, ſi ſumeretur in ſpecie carnis vel ſanguinis. *de conſe. di. 2. panis. circa medium. et c. forte.* Alia eſt ad vitandum Paganorū deriſionem, qui nos derident bibendo cruorem hominis occiſi, *de conſe. di. 2. verum. prope fi.* Tertia propter meriti ex fide acquiſitionē, *de conſe. di. 2. quid ſit. prope fi. prædictis concor. Tho. de veritate. l. 6. c. 14.* qui dicit, quòd corpus Chriſti ſumitur velatū accidentibus; primò propter meritū quantum ad bonos, quia ſecundùm *Gre.* fides non habet meritum, ubi humana ratio probet experimentū. Secundò propter dignitatem quoad malos; exemplum de *Bethſamitibus*, qui percuſſi ſunt, eò quòd Arcam Domini viderunt. 1 *Sam. 6. 19.* Tertiò propter imbecillitatem quantū ad omnes; non enim poſſumus videre claritatē corporis Chriſti glorificati: *& pro hac materia vide not. per Jo. de conſe. di. 2. c.* *Poſt cōſecrationē deſinit eſſe ſubſtantia panis & vini. Quæſtio.*

k *Eis.* Scilicet ſimplicibus ſive ſumentibus. *(ſovè præall.*

l *Simul dari.* Sc. corpus & ſanguinem, ut ſequitur; nam ſub utraq; ſpecie Chriſtus totus, integer, & indiviſus eſt, ſc. corpus, & anima, & Deus; aut hoc utrobiq; eſt unum & ſimpliciſſimum Sacramentum, ſub ſpecie namq; panis eſt corpus Chriſti per converſionem, & ſanguis per connexionem, & anima per conjunctionem, & Deitas per unionem. Iſta enim quatuor non poſſunt dividi nec ſeparari abinvicem. Et eodem modo dicendum eſt de ſanguine, *ſecundùm Tho ubi ſuprà c. 11. et tangitur per Hoſti. in c. cum Matthæ. extra. de ce. miſ. §. quæſiviſti. in prin. et per Jo. An. poſt eum. ſed melius de conſe. di. 2. com.* *perimus per Jo.* Sed cùm quæritur, quare ſanguis diviſim à corpore conſecratur? dic quòd ratio poteſt ſumi ex uſu ad quem eſt Sacramentum ordinatum, quia manducatio ex cibo et potu conſiſtit. Alia ratio poteſt ſumi ex eo, quòd per Sacramentum repræſentatur, quia in paſſione ſanguis Chriſti à corpore diviſus fuit.

m *Chriſtum integrum. Concor. de conſe. di. 2. ſinguli. & c. quid ſit ſanguis. dic ut infra. verſi. totus.*

a *Vivum,*

a *Vivum et verum. De conſe.di.2.omnia.et c.ſorte.et c.ſicut verus.* Et nota,quòd dicit *verum*,ad tollendum errorẽ eorum,qui ponunt in hoc Sacramento non eſſe corpus Chriſti ſecundùm veritatem, ſed ſolùm ſecundùm figuram; quam opinionem recitat *Hoſtien.in d.c.cum Matthæ.§.1.ver.veritatem.* & dicit eam omnino eſſe erroneã & hæreticã: vel ideo dicit *verum*,ad excludendũ opiniones quæ ponunt ibi ſolum eſſe corpus Chriſti myſticum, prout tangitur *de conſe.diſ.2.per Jo.*

b *Totus. De conſe.di.2.qui manducat.* Ut hoc melius intelligas,conſiderare debes,quòd cùm Divinitas verbi replet totum mundum,& ſit ubiq;,ut in *c.quid ſit ſanguis.de conſe.di.2.* facillimũ eſt ſibi ſubſtantiã panis ſuo verbo in corpus ſuum convertere, ſic quòd ſuum corpus augmentũ ſive diminutionem non ſumat ex hoc:nam ſic Deus pepigit cum verbis & elementis, quòd verbo appoſito ad elementũ fieret Sacramentum.1.q.1.*detrahe.* Voluit enim quòd quando Presbyter dicit hæc verba,*pane in materia debita præſente,hoc eſt corpus meum*, cum intentione debitã, & in ea parte requiſita,quòd panis convertatur in corpus Chriſti,*de conſe.di.2.panis*,hoc itaq; fit virtute verborũ Chriſti,non ipſius proferentis,ut ibi dicitur. Et ad uberiorem intellectum præmiſſorũ ſcire debes,quòd Deus dicitur eſſe præſens multipliciter. Uno modo potentialiter,& ſic eſt ubiq;,ut ſuprà dictũ eſt. Alio modo gratioſè,& ſic eſt in prædeſtinatis,ita quòd non in præſcitis. Tertio modo corporaliter,& hoc duobus modis:uno modo quando ſubeſt ſub propriis ſuis dimenſionibus & menſuris,& hoc modo eſt in cœlo talis viz.& tantus,quantus fuit in cruce,in corpore tamen glorificato.Alio modo prout ejus dimenſiones ſubſunt mediante ſubſtantiã,& hoc modo eſt in qualibet Hoſtia integer & totus;nam in hoſtia eſt ſubſtantia ejus tota,non mediantibus dimenſionibus propriis,i.propriã quantitate, ſed ipſa quantitas & illa accidentia ex naturali communicantia ſubſunt mediante ſubſtantiã, ſic quòd ſubſtantia dominatur ibi, & accidentia omnino accedunt,& per omnia:unde cùm ſubſtantia ſit indiviſibilis,& inviſibilis, per conſequens & accidentia, quæ per omnia ipſam in hoc caſu habent ſequi. Secus tamen eſt in aliis rebus,in quibus ſubſtantia regulat ſe ſecundùm ſua accidentia; quia mediante quantitate dividitur,& mediante qualitate videtur, ſecundùm *Wil.* qui hic notat in *c.ſi Dominũ ſuper verbo forma, de reli. et veneratione ſanctorũ.in Cle.et facit ad præmiſſa quod nota.in c.cum Matthæ.extra.de ce. Miſſ.ver.veritatem.ver.ſed nunquid ſecundùm Tho.per Jo.in col.* Dicit etiam *Tho.in d.c.11.præall.* quòd Chriſtus totus ſic eſt in tota ſpecie, quòd in qualibet ejus parte,ſive ſpecies illa ſit integra, ſive diviſa; & per hoc non eſt ibi ut circumſcriptus,vel occupans locum,vel habens ſitum,vel perceptibilis per aliquem ſenſum corporeum. Exemplum de ſermone militis prælato,quia quilibet auditorum recipit illud totum, unde quamvis ſermo ſit unicus in proferente, totus tamen eſt in quolibet audiente. Circa hanc materiam viz. de mirabilibus circa iſtud Sacramentum & aliis dubiis videre poteris per *Jo.et Wil. in dicta Cle. ſi dominum.et dict. c.cum Matthæ. ver. permutare. per Jo. in no.*

c *Specie Sacramenti.* i. Specie panis. Unde hìc ſcias,quòd circa Euchariſtiã,quoddam eſt Sacramentũ tantùm & non res,ut ſpecies panis & vini,& ſic ſumitur hìc. Quoddã eſt res & Sacramentum,ut corpus Chriſti verum, quod traxit de virgine: quoddam eſt res tantùm & non Sacramentum, ut corpus Chriſti myſticum: pro quo plenius vide in *c.cum Matthæ. ext. de cenſuſ. §. ex ea. ver. diſtingendum.*

d *Docent.* Secunda pars.

e *In calice.* Qui debet eſſe ex auro vel argento,*de conſe.di.1. et calix.* non autem de ligno propter poroſitatem,nec de vitro propter fragilitatem, nec de cupro quia provocat vomitum, nec de auricalco quia contrahit rubiginem. *de conſe di.1.vaſa.et c.ſeq.per Jo.et c.ſi. de ce. Miſſ.ver. ligneo.per Bern.et etiam per Hoſtien.* Sed nunquid licèt conficere incalice ſtanneo? Dic ſecundùm Canones,quòd ſic,ſaltem propter paupertatem, ſicu legitur *in d. c. et calix.* De hoc tamen reperitur conſtitutio *Rich.* interdicens,ne Epiſcopus benedicat ſtannetum calicem,*infra.de ce.Miſ.c.præcipimus.* ſed illam intellige ſecundùm illum Canonem,*et calix*, viz.niſi propter paupertatem.

f *Propinatur.* i. porrigitur ſive miniſtratur.

g *Non eſt Sacramentum.* Quia ante conſecrationem, nec panis nec vinum,etiam in altari poſitum,eſt Sacramentũ,nec ſacræ rei ſignum. *de conſe. di. 2. panis eſt in altari, et ibi per Jo. ver. ſacramentum.* ſed demum poſt conſecrationem tunc eſt Sacramentũ. *c.d.ante benedictionem.* Propterea dicitur Sacrificium viſibile, ſed eſt inviſibile Sacramentum,i.ſacræ rei ſignum,*c.di.ſacrificium.* unde,ut ibidem ſequitur, Sacramentum eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma.

h *Vinum purum.* Sed quæ eſt ratio,quare Laicis non datur Euchariſtia ſub duplici ſpecie? Dic una ratio eſt, quia ſic poſſent credere quòd totus Chriſtus non eſſet ſub eadem ſpecie,contra illud quod dixi ſuprà *ſuper ver. ſimul dari.* Alia ratio eſt propter periculum,quia de facili poſſet effundi ſanguis. Tertia eſt ut veritas reſpondeat umbræ, quia in lege non habebant offerentes de libamine,ſecundùm *Tho.ubi ſupra c.14.in ſi.* Alia poteſt eſſe ratio,quia non eſſet decens nec ſecurũ,ut tantum conficeretur de ſanguine,quantũ ſufficeret uni magnæ Parochiæ, in qua ſunt quandoq; multa millia perſonarũ, nec poſſet

tegrum,vivum,& verum,qui b totus eſt ſub c ſpecie Sacramenti d docent etiam eoſdem, quòd id quod eiſdem temporibus in e calice f propinatur, g non eſt Sacramentum, ſed h vinum purum, eis

Altare tale vas,in quo conficeretur recipereturad quod faciunt *nota.per Anth;de Butrio.extra.de cele. Miſ. c.ex parte. et huic gloſſæ adde quod not.de conſe.di.2.comperimus.in addi.dic ad hujus declarationẽ per Archi.*

i *Glutiant.* i. In ventrem trajiciant,vel recipiant.Hìc poſſet quæri, nunquid poſtquam ſit Euchariſtia in ventrem recepta,definit ibi eſſe Sacramentũ? *Jo de Deo. de conſe.di.2.c. non iſte.* videtur ſentire, quòd poſtquam ingrediatur ventrem non ſit Sacramentũ; quia licèt tunc Sacramentum non ſit, tamẽ ſi evomuerit,cum veneratione eſt ſervandum,quia fuit Sacramentũ. Alii dicunt,quamdiu ſit Sacramentũ,& tamdiu corpus Chriſti ſit in ſumente,donec ſpecies eſt in ore;ſed quã citò ſaper non ſentitur, ſtatim definit eſſe Sacramentum, & corpus Chriſti definit eſſe in ſumente. *& nota per Jo.eod. c.di.c.tribus ſuper. ver.commiſcere.* Sed *Hugo de Santto victore* dicit,quòd quamdiu manent illæ ſpecies,tamdiu ſub illis eſt Chriſtus integer;unde ſi intrant ventrem,ſub illis manet,quamdiu ſunt ibi.*et no. c.di.c.non iſte,præall. per Archi. et conſe.Tho.ubi ſuprà.c.12.* qui dicit,quòd dum definunt formæ, tunc definit ibi eſſe corpus & ſanguis Chriſti: & ad idem vide *not.per Archi.de conſe.di.2.c.ſi quis per ebrietatem.* Sed hìc poſſet quæri ulterius,an Euchariſtia ſic recepta nutriat, an non? *Jo. de Deo. de conſe.di.2.c.tribus præall.* Videtur ſentire quòd non. & idem *Bern.in c.et ſi Judæos.extra.de Judæis.ver.offendere.* Unde dicit *Petrus*,quòd non vadit in corpus ut illud nutriat, ſicut cæteri cibi; intrat tamen, & eſt ibi ſub ſpecie Sacramentali, quamdiu illa durat, & ſic tenent Theologi ſecundùm *Archi.* qui ſic notat in *d c.non iſte.* qui textus eſt *Ambroſii*,qui dicit,quòd "Non eſt cibus corporalis ſed ſpiritualis, & hoc intelligi poteſt quoad rem contentam ſub Sacramento: nam illa res contenta ſub Sacramento non mutatur in manducantẽ,licèt ſubſtantia & veritas intrent ſub ſpeciebus in corpus; ſed ſpecies in corpus comedentis convertuntur,& ſic in aliud corpus converti poſſunt,ipſaq; accidentia in ſuo eſſe accidentali non nutriunt,ſed eo modo quo in aliud convertuntur vel aliud ſub eis creatur vel redit, bene nutrire poſſunt,ſecundùm quod *not.in c.cum Matthæ præal.ſuper.ver.miraculo. ver.ſed nunquid nutrire.per Jo.in col.et in ver.præcedens. per eundem*, ubi ſuper hoc ponit certas rationes ad hoc moventes,ſecundùm *Tho.* Qui etiam *Tho. in li.de veritate.præall.d.c.* 12. dicit,quòd licèt in Sacramento Altaris non ſit ſubſtantia panis & vini ſed accidentia, ipſa tamen accidentia eundem habent effectum ut prius, viz ſatiare, inebriare,& hujuſmodi.

k *Solis celebrantibus.* i.Sacerdotibus hoc Sacramentum conficientibus: nam per alium quàm Sacerdotem ritè ordinatum non poteſt hoc Sacramentũ confici,ut patet *in c.firmiter.§.una extra.eod. tit.* & ex hoc quod dicit,*ſolis celebrantibus*,licet percipere Euchariſtiam ſub duplici ſpecie, vel recipere ſanguinem ſub ſpecie vini,potes colligere, quòd aliis, qui eriã ſunt Diaconi & Subdiaconi, non eſt porrigendum iſtud Sacramentũ, niſi ſub ſpecie panis tantùm,præſertim in Eccleſiis minoribus ut ſequitur: & vide quod dicam *infra.ver.minoribus Eccleſiis.* Sed contra hoc opponitur de eo quod *not. Inno.in c.ex parte.de ce. Miſ.* qui dicit,quòd celebrans Miſſam poteſt aliquid de ſanguine dimittere in calice,ut cum vino appoſito miniſtretur aliis communicantibus, qui pro hoc allegat conſuetudinem *Ciſtercienſium* et quorundam aliorum.Et idem *notat.de conſe.di.2.comperimus.per Archi.*Solummodò ſoli celebrantes recipiunt ſanguinem per ſe ſub ſpecie vini conſecrati ut hìc,& hoc abſq; commixtione alterius liquoris:ſed in caſu poſito per *Inno.*ſic communicantes non recipiunt ſanguinẽ per ſe,ſed unà cum ſanguine recipiunt vinum purũ, quia illud vinum impoſitũ non vertitur in ſanguinem; nec propter adjectionem vini definit ibi eſſe ſanguis, quamdiu remanent accidentia quæ prius erant, prout *not.Hoſti.et Jo. An.in d.c.cum Matthæ.verbo.circumfuſũ.et eſt textus ibi in §.quæſiſti.*

l *Minoribus Eccleſiis.* Hìc vocat minores Eccleſias ſive Capellas rurales,vel etiam in urbe quæ ſunt Parochiales; & dicuntur *minores reſpectu* Eccleſiarum Cathedraliũ quæ ſunt majores Eccleſiæ,*17.q.3. ſicut antiquitus.* ad quas diebus Rogationum ire debent Sacerdotes ad Letanias faciendas,*38.di.quando Presbyteri.ubi de hoc per Jo.et Archi.* Sed nunquid in iſtis Eccleſiis Cathedralibus & aliis majoribus liceat non celebrantibus,dum communicant,recipere ſanguinem Chriſti in ſpecie vini? Videtur ex hac littera quòd ſic: arg. ſumpto à contrario ſenſu quod eſt in Jure fortiſſimũ,*ut in Le.1.ff.de officio ejus cui mandata juriſdi.*& hoc bene putarem verum ſaltẽ quoad miniſtrantes Sacerdoti celebranti,qui ſecundùm conſuetudinem diverſarũ Eccleſiarum ipſi Sacerdoti communicant recipiendo etiam corpus et ſanguinem,& ſic ſolet obſervari dum Papa ſolenniter celebrat;nam poſtquam Papa per calamũ partẽ ſanguinis hauſerit, reſiduũ tradit Diacono hauriendũ & quòd teneat talis conſuetudo,faciunt *not.per Inno.in c.ex parte extra de ce.Miſ.ſed melius per Hoſt.in c.cum Matthæ.§.quæſiviſti.ver.circumfuſum.*ubi ponit exemplũ de *Ciſtercienſibus*, ſic inquiens: *Fratres*, inquit,*communicant in conventu,Sacerdos qui tenet calicem cum ſanguine,videns quòd quantitas ſanguinis non ſufficeret omnibus fratribus,ponit ibi modicum de vino* &c.Per hoc enim quod dicit,*videns quòd quantitas ſanguinis non ſufficeret*,&c.videtur apertè innuere, quòd ſi ſufficeret,*liceret* Sacerdoti ipſis communicantibus ipſũ ſanguinem miniſtra-

Multipliciter dicitur Deus eſſe præſens.

Nota de Euchariſtia.

Quæſtio.

Definitio Sacramenti.

Quare Laicis non datur Euchariſtia ſub duplici ſpecie.

Quæſtio.

An Euchariſtia recepta nutriat,vel non?

Minores Eccleſiæ.

Quæſtio.

ret & facit ad præmissa *de conse. di. 2. peralla. & di. 1. c. Episcopus Deo. & optimè di. 2. c. dum frangitur. ibi, dum sanguis de Calice in ora fidelium funditur &c.*

a *Est concessum.* De hac concessione in specie non memini me alicubi legisse, sed quòd celebrantes tam in Ecclesiis minoribus quàm in majoribus debeant sumere non tantùm corpus sub specie panis, sed sanguinem sub specie vini, est non tantùm concessum sed præceptum, ut patet *de conse. di. 2. comperimus.* & facit ad idem quod habetur *in c. ex parte. extra. de cele. Miss. ibi totum.* &c.

b *Instruant:* tertia pars *c.*

c *Dentibus comminuere.* Hic posset aliquis quærere, ex quo in Sacramento est idem corpus quod natum erat de virgine, quod pendebat in Cruce, *de conse. di. 2. omnia.* nunquid ore sumptum dentibus teratur & comminuatur? Dic quòd licèt in Sacramento sit idem corpus, ut suprà allegatur, non tamen est in Sacramento eodem modo, quia non sub propriis dimensionibus seu quantitatibus: unde tritio, fractio, sive comminutio non fit in corpore Christi sed in speciebus, quibus mediantibus est ibi substantia & veritas corporis Christi secundùm *Jo. in col. d. c. cum Marthæ. ver. veritatem. versi. sed nunquid frangitur.*

Quæstio.

d *Tritum modicè.* Vide quod dixi in glos. præcedenti, ratio autem hujus doctrinæ habetur *infrà. c. nec particula.* &c.

e *Sorbere perfectè.* i. Plenariè deglutire, ad quod prodest sorbitio vini cum Eucharistia ministrati; non enim debet in ore vel alibi per sumentem reservari, prout recitatur de quadam fœmina, quæ Sacramento retento in ore osculabatur maritum suum, credens sic plus ab eo diligi; & quomodo in ore ipsius mulieris conversum fuit in carnem, & non potuit extrahi, prout plenius videre poteris, *extra. de ce. Miss. super vu. per Jo. in no.*

f *Ne particulæ.* Hic ponit rationem, quare non debet nisi modicùm terere; unde nota, quòd quamdiu remanet species sub qualibet particula hostiæ, continetur verùm & totùm corpus Christi, *de conse. di. 2 dum frangitur.* ubi *Jo.* ponit exemplum de speculo in plures partes fracto vel diviso; sed secundùm *Tho.* illud exemplùm non est conveniens, quia in speculo non est forma absolutè quiescens in subjecto, imò generatur ex reverberatione, per quam in una superficie speculi fit una reverberatio, & per consequens una imago resultat; fracto autem speculo fiunt multæ superficies, & per consequens multæ reflectiones, & sic multæ imagines resultantes. Dic ergo quòd forma accidentalis continens quantitatem, sicut albedo, quæ fundatur in superficie, de necessitate est tota in toto & pars in parte: sed substantialis est in toto & tota in qualibet parte, quod apparet facta ejus divisione, quia totalitas formæ substantialis non respicit totalitatem quantitatis, sicut est in formis accidentalibus. Corpus autem Christi continetur absolutè sub speciebus, & hoc non convenit substantiæ mediante quantitate, ut dixi *suprà ver. totus.* sed ratione substantiæ, in quantum species panis est conversa, & ideo ante fractionem sive tritionem est totum in toto & totum in partibus; quia sicut ubicunq; tota esset natura panis si non fuisset facta conversio, sic factâ conversione sub qualibet parte speciei eum est tota natura corporis Christi secundùm totam suam quantitatem, ut dixi *suprà. di. ver. totus. et de hoc habes notatum. d. c. cum Marthæ. ver. veritatem. ver. sed nunquid est totus. per Jo. Andr. in col.*

g *Interstitiis.* i. Inter dentes, vel juxta radices dentium.

h *Vel alibi.* i. In foraminibus dentium forsan, vel in gingivis.

i *Remanere.* Et sic ibi remaneret corpus Christi, quamdiu species ibi manerent, ut dixi *supra. ver. glutiant. ibi videas.*

Divisio.

Quia incontinentiæ. Hæc constitutio fuit *Johannis Peccham* apud *Reading*, & supplet ad constitutionẽ *Othoboni*, quæ incipit, *Quàm indecorum*; & habet quatuor partes principales. In prima præcipit constitutionem illam prius editã firmiter observari. In secunda ibi *omnibusq;*, mandat eam certis temporibus sub certa pœna publicè recitari. In tertia ibi, *si quis autem*, imponit pœnam impedientibus ipsius recitationem. In quarta ibi *Si quis verò*, adjicit pœnam his, qui eam neglexerint recitare.

Incontinentia triplex.

k *Et infra.* Sub isto *infra* continebatur in antiqua quomodo vitium incontinentiæ Clerum maculat, & in scandalum plurimorũ lamentabiliter dehonestat; quam materiam eò quòd est tractata sufficienter per *Jo. de Athona* in constitutione *Othonis, Licet ad prefagandum*, hìc recitare omitto, nam Liber communis est. Sed quia occurrit materia loquendi de incontinentia, quæ quandoq; potest dici vitium, quandoq; non. Nota quòd Incontinentia potest attendi circa aliquid tripliciter. Uno modo propriè & simpliciter, alio modo propriè sed non simpliciter, tertio modo nec propriè nec simpliciter, sed secundùm similitudinem. Primo modo loquitur hæc litera de incontinentia, prout attenditur circa concupiscentias, delectationes, tactus, quæ luxuria nuncupari potest, & in Clericis maximè est vitanda, ut *in tit. de vita et hone. Cle. per totum.* & hoc modo Incontinentia bene dicitur vitiũ duplici modo. Primus est in quantũ sic incontinens recedit ab eo quod est secundùm rationem; nam talis modus concupiscentiæ procedit totaliter secundùm sensum sive sensualitatẽ, & non secundùm rationẽ. Alio modo hoc fit, eò quòd talis se injungit quibusdam turpibus delectationibus, 32. q. 7. *non solum.* Hinc est quòd Philos. in 7 *Eth.* dicit, quòd "Incontinentia nuncupatur non solùm sicut peccatum, quod sc. est per recessũ à ratione, sed sicut malitia quædã, in quantum se. pravas concupiscentias sequitur. Secundo modo Incontinentia, ut dixi, ponitur propriè, viz. in quantũ homo recedit ab eo quod est secundùm rationem, sed non simpliciter, viz. quando aliquis non servat modum rationis in concupiscentia bonorum, divitiarum, & aliorum hujusmodi, quæ secundùm se videntur esse bona, circa quæ non est Incontinentia simpliciter, sed secundùm quid; & sic Incontinentia est vitium sive peccatũ, non ex eo quod aliquis se immisceat ipsis concupiscentiis, sed ex eo quòd non servat debitum modum rationis, viz. in concupiscentia rerum per se appetendarum. Tertio modo Incontinentia dicitur esse circa aliquid non propriè, sed secundùm similitudinem, puta circa concupiscentias eorum, quibus non potest aliquis malè uti, ut circa concupiscentias virtutum, circa quas potest aliquis dici incontinens secundùm similitudinem; quia sicut ille qui est incontinens, totaliter ducitur per concupiscentias malas, ita aliquis ducitur per concupiscentiam bonam, quæ est secundùm rationem, & talis Incontinentia non est vitium sive peccatum, sed pertinet ad perfectionem virtutis. Hanc materiam habes tractatam per *Philippum de Pergamo super Catonem præcepto primæ partis quartæ metricæ. ubi agitur de* 8° *Cœli signo ad fi.*

De Constitutionibus.

Constitutionem contra Concubinarios duplici modo.

vios latam inviolabiliter observari, & quatuor principalibus vitalibus Capitulis per Officiales publicari sub pœna Excommunicationis indicit.

Johannes Peccham.

Quia incontinentiæ vitium, k *& infra.* l Constitutionem Domini m Othoboni contra n Concubinarios

l *Constitutionem.* Sc. de qua suprà fit mentio in principio Capituli; & ex hoc verbo facit ad titulum istum.

m *Othoboni.* Tunc Sancti *Adriani* Diaconi Cardinalis, & Apostolicæ sedis Legati, qui in Ecclesia cathedrali Sancti *Pauli London.* 12 Cal. Maii, Anno Domini 1268. Pontificatûs Domini *Clementis* Papæ 3. Anno quarto celebravit Concilium, præsentibus tunc ibidem *Bonifacio* Cantuariensi, & *Waltero* Eborum Archiepiscopis, ac aliis Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & aliis de Clero regni Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Walliæ. Anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johan.* 53, prout in libris quos vidi satis clarè reperitur.

n *Concubinarios:* Illos viz. qui suas tenent & habent Concubinas. Et pro hujus materiæ pleniori indagatione, nota quòd Concubina in Scripturis diversimodè sumitur. Quandoque Concubina ponitur sive sumitur pro uxore legitima, sicut patet in libro *Judicum*, ubi sæpe legitima uxor dicitur Concubina secundùm *Hugo. & notatur per Ar. di. 34. §. Concubina. in fi.* super hoc est historia satis clara *Judicum c. 19.* Quandoque Concubina dicitur illa, quæ non est uxor solenniter ducta, sed unica est, & habetur loco uxoris, 34. *di. si quis. non habet. & c. sequen.* quæ tamen in effectu dicitur uxor, & talis est quam non licet dimittere secundùm quosdam, *ff. de concubinis. l. in concubinatu.* maximè cùm hoc vir non fuerit protestatus, *ubi in glossa. & l. in liberis. ff. de vitu uxp. per Accur.* Quandoque Concubina dicitur talis, quæ non assumitur affectu uxorio, sed potiùs fornicario, talis videlicet quam velit & valeat dimittere, 34. *di. c. audite.* & hæc verè & propriè dicitur Concubina, juxta *nota. per Jo. 33. di. in summa.* Secundùm hunc tertium modum tam Laicus quàm Clericus potest dici Concubinarius. Sed primo vel secundo modo potest tantùm dici de Laicis, & his quibus licet ducere uxorem, quales sunt Clerici non infra Subdiaconatum constituti, 38. *di. c. de bis. & 32. di. c. si quis eorum. et c. lectores.* Nam his qui in sacris ordinibus constituti sunt, uxorem ducere non licet, ut patet *in Cle. unica de conjug. & affi.* Unde si quæras in talibus, qui uxorem habent, vel fortè Concubinas, quomodo Concubina dignoscetur ab uxore, quæ materia utilis est ut sciatur quoad eos quibus licita est conjunctio, sive copula conjugalis, qui quandoque sub specie uxoris detinent Concubinas. *vide not. per Hostien. & Jo. And. in novel. in c. illud. extra. de præsumptio.* Nam secundùm eos ubi mulier cum viro comedit in eadem mensa, & in eodem disco, & vir eam honestè induit, ad Ecclesiam mittit, & in lecto suo recipit, tunc præsumitur, quòd ipsam uxorem habeat; sin autem eam mittat ad aquam, & induat vestibus vilibus, & habeat lectum separatum, ad eam tamen accedit quando sibi placet, tunc præsumitur Concubina; cum hoc tamen ut dicit *Hostien.* ibidem fama principaliter attenditur. Sed quia prædicta in Clericis in sacris ordinibus constitutis locum non habent, quibus tam uxoris quàm quælibet alia carnalis cõmixtio in Ecclesia Occidentali est prohibita. 28. *di. c. decernimus. et quasi per totum. Ideo per Jo. de Athona in constitu. Othonis, Licet ad profugandũ. ver. concubinas.* Hoc quod dicit *Hostien.* in Clericis non procedit, & hoc verũ est; nec puto *Hosti.* de Clericis talibus intelligit qui uxores ducere non possunt, & si fecerint, excommunicati sunt

Concubina tripliciter.

ſunt, ut *in Cle. unica de conſang. et affi. præall.* In talibus itaque Clericis ſecundùm *Jo. de Athо.* in loco prælle: ipſorum Concubinæ diſcern. poſſunt per modes incompoſitos; quia *fornicatio mulieris ia extollentia oculorum & in palpebris eius cognoſcetur. Eccl.* 26. 9. Item cùm non valet *ſuis conſiſtere pedibus in domo, ſed nunc in foris, nunc intus, nunc in platea, nunc eſt juxta angulos inſidians: Prov.* 7. 11, 12. Et prædicta, quæ dicit *Jo. de Athо.* vera eſſe puto ad præſumendum pro incontinentia mulieris, non tamen ad præſumendum pro concubinatu: unde pro concubina præſumendum exiſtimo, quando Clericus ſimiliter in una domo forſan alicui mulieri familiariter cohabitat, vel ad eam vel cum ea ſuſpiciosè acceſſum vel inceſſum ſæpiùs habet; ita quòd propter hujuſmodi cohabitationem, vel frequentem acceſſum vel inceſſum oriatur contra eos ſcandalum ſive infamia, pro quibus bene facit 34. *di. quorundam. et c. literis. extra de præſump. & de coha. Cleri. & mulie. per totum.* Per prædicta tamen non ſit plenaria probatio, niſi publicè eam detineat; pro quo vide *nota. per eundem. Jo. in conſti. præall. ver. publice. & c. tua de coha. Cler. & muli. ver. evidentia, per Bern.*

a *Præcipimus.* Ex hoc apparet quòd contrafaciens peccat, ſaltem ille qui eſt ſubditus præcipientis; nam, ut ait *Greg.* in Epiſtola ad *Jovianum*, & ponitur in *Cano.* 14. *q.* 1. *quod præcipitur.* "Quod(inquit) præcipitur, imperatur; quod imperatur, neceſſe eſt fieri; ſi non fiat, pœnam habet; & ſequitur ubi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt; ubi præceptum, neceſſitas obſequentis, ut viz. obediat. Et huic *concor.* 19. *di. c. nulli.* Unde ſolet dici, quòd hoc verbum (*præcipimus*) habet vim ſententiæ definitivæ, ut in *c. quanto. extra. de tranſa latione Epiſcoporum.* & facit ad hoc *c. in his. extra. de verbo. ſig. & not. per Inno. & Hoſtien. dicto c. quanto. ver. Præcipimus. & c. cum ab uno de re judi. per Archi. lib.* 6. Dicit etiam idem *Archi. in Roſario. de conſe. di.* 1. *c. præcepta. in prin.* quòd à (præcipio) id dicitur præceptum, quaſi præcedentis ſive præcellentis cœptum, i. captum; quia à ſolo præcedente ſive præcellente per ſubditum capitur: ad quod facit 32. *q.* 1. *integritas.* Unde præceptum obligat ſemper & ad ſemper, prout recitat ibi *Archi.* & hoc verum ſecundùm eundem *Archi.* in præceptis negativis, ſecus tamen in affirmativis, qui ſic doctrinam tradit, *de pœ. di.* 5. *in prin.* Quandoque tamen hoc verbum *præcipimus* ponitur admonitivè ſive ſuaſivè, 22. *q.* 1. *ſatagendum. & ibi per Archi. ver. præcipiunt.* Quandoq; importat permiſſionem ſive perſuaſionem. *l. di. ſtudeat. ver. præcipimus. per eundem Archi. &* 31. *di. tenere. per eundem. ubi recitat multas concor. in ver. præcipiebatur.* Licèt itaque, ut ex prædictis patet, hæc dictio (præcipimus) diverſimodè ſumatur ſecundùm diverſitatem materiæ ſubjectæ, ut aliàs evitetur contradictio ſive legum correctio; In propria tamen ſignificatione hæc dictio *præcipitur* importat aliquid de voluntate & auctoritate ſuperioris faciendum vel non faciendum, ut *no. in d. c. præcepta. in princi.* Unde ſic intelligendo, ille cui præcipitur, tenetur præceptum adimplere, niſi juſtam habeat excuſationem, quare hoc non debeat, vel non poſſit, vel nolit facere, ut patet in *c. ſi quando. extra. de reſcriptis.* & ſuper hoc vide quod notatur 23. *q.* 1. *militare, circa medium. per Archidi. & vide quod dicam infra. ver. obſervari.*

Præcepti.

Verbum præcipimus quid importat?

b *Inviolabiliter.* i. Abſque ulla violatione, ita ſc. quòd ipſa conſtitutio in omni ſui parte integraliter obſervetur juxta ordinationem et voluntatem ipſam ſic ſtatuentis. Eſt enim violare idem quod infringere, 25. *q.* 1. *violatores.* quandoq; ponitur pro corrumpere, 47. *di. vnus.*

c *Obſervari.* Sed cùm dict: conſtitut: *Othoboni* per ipſum qui erat majoris authoritatis, quia per Legatum à latere erat edita, & debitè publicata, viz, 9. Calend. Maii. Anno Domini 1268, ut patet in floribus hiſtoriarum ſub hoc anno, & *no. in Prœmio conſtitu. Othoboni. §. nos igitur. ver. dignum duximus. per Jo de Athona. & dixi ſupra. ver. Othoboni.* Ad quid præcipitur hìc dictam conſtitutionem obſervari, cùm per prius ſufficienter ligabat? Dic quòd iſtud eſt præceptum potius executivum illius, quod primò ſtatutum eſt, quàm auctoritativum, viz. cùm iſtud præceptum eſt ad excitandum negligentes obſervare conſtitutionem ipſam; quia quandoque magis tenetur, quod ſpecialiter imperatur; & quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur eſſe neglecta. *l. Item apud Labeonem. §. hoc edicto. ff. de injuriis.* Cùm itaque in hoc, iſtud quod hìc dicitur, ſit conſtitutionis præcedentis executivum, quæro, nunquid contraveniens peccet mortaliter? Quòd ſic facit *c. primum ad fi. de ata. & quali. in Cle. & facit ad idem* 64. *di. quia per ambitiones.* 61. *di. ſtatuimus* & ſic videtur tenere *Wil. dicto c.* 1. *de ata. & qualita. & de offi. or. c.* 1. *in Cle. ver. injungimus.* qui ad hoc allegat 4. *di. denique.* Et ad idem faciunt notata per *Archid. de ſepulturis. c.* 1. *ver. obedientiæ. lib.* 6. *et eod. lib. c. quia plerique, de offi. Ordi. glo. fi. per eundem. & clarius ibidem per Jo. An.* Et hoc verum puto de his qui voluntariè, ſive contemptibiliter, & ſine rationabili cauſa tranſgrediuntur præceptum legis, ſive conſtitutionis, aut canonis: facit ad hoc quod legitur & notatur per Doctores *de treu. & pace. c.* 1. *de cele. Miſſ. c. dolentes. de cenſ. c. graviu. de elect. generali. ver. inhibemus. per Jo. An. lib.* 6. nam tales impediunt finem quem legiſlator intendit; ubi tamen non voluntariè, nec contemptibiliter, ſed ex cauſa rationabili aliquis tranſgreditur canonem vel conſtitutionem præcepti, non peccat mortaliter ſecundùm *Thom. m*, & recitatur per *Archi.* 76. *di. utinam. & no. per Paulum in dicta Cle. prima de ata. & qualit. ver. offenſam. & vide quod dicam infra. ver. mandamus.*

Quæſtio.

Obedientia prinvat quem Beneficio.

Obedientia.

Suſpenſio multiplex.

neis noſtris in virtute h obedientiæ, & i ſub pœna k ſuſpenſionis ab Officio & Beneficio quam

d *Omnibuſq;.* Secunda pars *cap* ad differentiam ejus quod ſequitur.

e *Et ſingulis.* Nota ſecundùm *Jo. de Athо.* qui ſic ſcribit ſuper conſtitutione *Othonis*, quæ ſic incipit, *Sacramenta verò in ſingulis*, quòd hæc dictio *omnes* ſumit ſuam ſignificationem conjunctim ab univerſo, ut patet in *lege, ſi in qui ducenta. §. utrum. ff. de re. dubiis:* Hæc autem dictio *ſinguli* diviſim univerſalitatem ſignat, ut *extra. de ſtatu mo. c. in ſingulis. & l. ſingulis. ff. de excep. rei judi.* Unde quod hìc dicitur *omnibus*, univerſaliter & collectivè ponitur; quod autem ſequitur *& ſingulis*, ponitur ad ſignificandum univerſos, diſtributivè tamen.

f *Coepiſcopis.* Licèt enim ordo Epiſcoporum diſtinguatur in Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitanos, & Epiſcopos, ſicut legitur 21. *di. Cleros. in prin.* Omnes tamen hi uno eodemq; vocabulo Epiſcopi nominantur, ut patet *in eod. c. ſubſequenter. ver. omnis autem.*

g *Suffraganis.* Sic dictis, quia Archiepiſcopo ſuffragari & aſſiſtere tenentur. Vocati enim ſunt in partem ſolicitudinis Archiepiſcopi, non in plenitudinem poteſtatis. 9. *q.* 3. *c.* 1. *& c. ſequenti.*

h *Obedientiæ.* Simile habes ex eo quod legitur in *c. dolentes ad finem. extra. de cele. Miſſ.* ubi notat *Bern.* quòd propter inobedientiam poſſunt ſubditi eorum Beneficiis privari: pro quo allegat *extra. de majo. & obe. c. illud. ſed melius facit eod. tit. c.* 2. *ubi de hoc in gloſſa.* Et quòd ſubditus tenetur obedire ſuo ſuperiori; & quomodo & in quibus notatur *in c. ad aures. de tempo. ord. per Bern. & alios viz. per Hoſtien. & Jo. in novella.* Graviter enim peccat, qui obedientiam infringit, ut *no. per Archi. de ſepult. c.* 1. *ver. obedientiæ. lib.* 6. *ubi de hoc ſunt multæ concor.* & præſertim ſi veniat contra leges, ſive conſtitutiones per ſuperiorem ritè & rationabiliter editas & promulgatas, maximè cùm conſtitutiones ipſæ ſint præceptoriæ, ſecundùm *Hoſtienſem*, qui ſic notat *dicto c.* 2. *de majo. & obe. & c. inter cætera. ver. Præcipimus. de offi. Or. per eundem.* Et hoc verum, ſi ſponte & ſine cauſa hoc fiat, ſecundùm *Inno.* qui ſic notat *de conſue. ſuper vu. in fi. & notatur in ſimili.* 25. *q.* 1. *violatores. ver. damnatur. per Archi. & dixi ver. præcipimus. ad fi. & vide quod dicam infra. ver. mandamus.* Et nota circa hanc materiam obedientiæ, quòd obedientia, quæ debetur homini ab homine, eſt debita minoris ad majorem reverentia: unde ſi mandatur id quod juſtum eſt, obediendum eſt; ſi injuſtum, nequaquam; ſi dubium, tunc illud propter bonum obedientiæ eſt explendum. 33. *q.* 1. *quod culpatur. de ſenten. Excommuni. c. cæterum. §. poteſt. lib.* 6. De hac materia plura videre poteris, & notabiliter *de majo. & obe. ſuper rub. per Car. lib.* 6. ubi circa hoc videre poteris quaſdam auctoritates Beati *Bern.* & *Ric. de ſancto victore.*

i *Sub Pœna.* Et ſic iſta conſtitutio pœnalis eſt, videlicet pœnæ jam latæ; quod patet ex hoc quod dicit textus infra, *ferimus &c. vide quod ibi dicam.* Et nota, quòd utiliter adjicitur pœna, quia aliàs conſtitutio, niſi ſit pœnalis, modicam utilitatem affert, ut *no. in Cle. de ata. & quali. glo.* 1. *per Jo. An.* Unde impenſecta dicitur conſtitutio, quæ pœnam contrafacientibus non imponit, ut legitur & notatur *de cenſi. c.* 2. *in prin. lib.* 6. *et ibi notatur per Card. Jo. et Archi.*

k *Suſpenſionis.* Ab Officio & Beneficio. Circa effectum & naturam iſtorum terminorum, & ea quæ circa hanc materiam notantur, per Doctores meliùs intelligas. Eſt ſciendum, quòd in Jure multiplex invenitur ſuſpenſio, ſive multæ ſunt ſpecies ſuſpenſionis, quas videre poteris recitatas per *Jo. An. de præb. c. cupientes. in ſua magna gloſſa in Cle.* qui ibidem recitat circiter xxiv ſpecies, inter quas continetur illa de qua hìc fit mentio, videlicet ab Officio & Beneficio. Et hæc ſit quandoque ſimpliciter, ut hìc, & in *c. tam literis. extra. de teſti. c.* 1. *de ſecund. nup. & c. tuarum, de privile.* Quandoque hujuſmodi ſuſpenſio eſt determinata in tempus ſatisfactionis vel reſtitutionis, ut in *c. quia ſæpe de elec. & c. exigit. de cenſi. lib.* 6. Quandoque ſit ſuſpenſio ab officio tantùm, & hoc quandoque ſimpliciter; ut in *c. quia in omnibus extra. de uſuris. & in Cle.* 1. *de rebus Eccle. non alie.* Quandoq; ſuſpenditur ab officio per annum, *in c. ult. §. ut autem. de offi. delt. lt.* 6. *et c. cum æterni. de re. ju. eod. lib.* quandoq; per triennium, *c. ſi. ad finem. de clande. deſpon. et in Cle.* 1. *de hæreti. ad finem.* Eſt etiam ſuſpenſio à Beneficio tantùm, & hæc quandoq; ſit à Beneficio habito ſimpliciter, ut in *c. nihil. extra. de elec.* quandoq; eſt determinata uſq; ad ſex menſes, ut in *Cle. 2. de vi. et hone. Cleri.* quandoq; ad trienium, ut in *c. 2. de re. Eccl. non alie. lib.* 6. cum ſimilibus. Hæc etiam ſuſpen-

so quandoq; sit à Beneficio obtinendo, ut *in prædicta Clc. 2. de vi. & ho. Clc. & c.ne in agro.* §. *si quis. de sta. mo. eod. lib.* unde circa suspensum ab officio tantùm, est animadvertendum, quòd sic suspensi officium, versari potest circa plura, viz. circa officium divinum, circa officium temporale, et circa officium eodem modo sumptum quo aliquis exercet ea quæ pertinent ad executionem ordinis vel potestatis sibi cõmissæ. Unde dubitari potest à quo vel à quibus actibus suspensus sit talis, qui tantum ab officio suspensus est. *Jo. de Deo. 24. q. 1. audivimus. glossa prima.* dicit, quòd talis non potest facere ea quæ sunt officii, puta celebrare Divina, et similia; per hoc tamen non impeditur facere ea quæ sunt Jurisdictionis. *Hosti. in summa de offi. ordi.* §. *quid si religios. ver. qualiter impeditur.* dicit, quòd suspensus ab officio est suspensus ab ordinaria potestate. *Innocen.* et *Ber.* et *Compost.* post eum *in c. cum dilectus. extra de consue.* ad specialiora progredientes dicunt, quòd suspensus ab officio tantùm non potest eligere nec eligi, *in dicto cum dilectus cum concor.* nec potest postulare, ut patet in *c. 1. de pos. Præla. in fi.* nec investire, nec Præbendam dare, ut in *c. quoniam. alias incipit, quia diversitatem. extra de concess. præben.* nec etiam excommunicare potest secundùm Doctores prædictos; et hoc verum in eo qui est suspensus ab homine, vel etiam à Canone, si sit publicè denuntiatus; aliòquin in suspenso à Canone non denuntiato, quamdiu toleratur, in suo statu valet quod per eum agitur: prout sic notat ibidem *Bern. Compost di. c. cum dilectus. prope fi. pro quo faciunt jura. 8. q. 4. nonne. et l barbarius. ff. de offi. Præt. et c. ad probandum. extra de re judi.* pro quo dic ut dicam *infra. ead. gloss. ver. fallit tamen.* Sed nota, quòd huic quod dixi, viz. quòd suspensus ab officio tantùm, non possit dare Præbendam, contradicunt aliqui; ut *Jo. in d. c. cum dilectus.* pro quo dicit *Vincentius*, quòd Episcopus suspensus ab officio benè confert Præbendas, sed Canonicus non: et ratio est diversa, quia in Episcopo alia sunt ordinis, alia jurisdictionis; unde licèt suspendatur in uno, viz. in ordine, in alio tamen non est suspensus, viz. in jurisdictione, *ar. l. si domus. ff. de servitu. urb. præ.* Sed Canonici nullam habentes jurisdictionem, non habent conferre beneficia, nisi ex eo quòd sunt Canonici. Cùm ergo Canonicatus insurgat ex Clericali officio et receptione in fratrem, patet quòd quando Canonicus suspenditur ab officio, nihil officii sibi retinet; et ita ex officio quod non habet, nihil agere poterit: et de hoc notatur *c. audivimus. 24. q. 1. in gloss. scio. per Archid.* qui etiam dicit, quòd suspensus ab officio tantùm, licèt non possit excommunicare, eligere tamen potest et alia facere quæ sunt jurisdictionis. Et illud dictum *Archid.* intelligo verum secundùm ea quæ dixi suprà, viz. distinguendo inter suspensum ab homine, et suspensum à Canone: pro quo etiam faciunt notata *per Hostien. in summa extr. de elect.* §. *et quia nullo. ver. Item jure. circa medium.* fallit tamen in electione sive postulatione, ubi sive sit suspensus ab homine vel à Canone, et suspensio etiam sit occulta, non tamen valet electio, vel postulatio per talem facta, ut planè notatur in *c. gratum. de postula. Prælato. per Innocen.* Dum tamen postea de hujusmodi suspensione constet ut ibi dicitur, talis etiam suspensus ab officio tantùm, ab homine vel etiam à Canone, et pro sic suspenso publicè denuntiatus, si interim scienter immisceat se Divinis secundùm sententiam Doctorum, efficitur irregularis: cui concordat quod notat *Wil. in Clc. ut hi. de ætate et quali. ver. vocem prope fi. glo. et nota. in simili. 11. q. 3. in c. si quis Episcopus in consilio. super ver. prius. per Archi. & idem Archi. c. si quis Episcopus damnatur. ver. Diaconus.* Eadem quæstione notat quòd talis etiam deponendus est, et allegat ad hoc *c. Latores. extra. de Clc. excommuni. mini.* Istud tamen dictum in suspenso ab homine vel à Canone ad tempus fallit in suspenso propter crimen, quod post pœnitentiam non impedit ordinis executionem: pro qua materia vide quod legitur et notatur *extra. de renun. c. nisi cum pridem.* §. *propter conscientiam.* Fallit etiam in suspenso propter defectum, ut est illegitimus, et corpore vitiatus. Item fallit in suspenso à Confessore, prout hæc notantur *de Clc. excommuni. mini. c. fi. per Hosti. & Jo. in no.* Sed quæro, ubi in una persona plura concurrunt officia diversa, et talis sit simpliciter suspensus ab officio; à quo officio dicitur esse suspensus? Dic quòd ab eo, in quo est sibi minus gravamen, quia in pœnis benignior interpretatio est facienda, ut in *regu. ju. li. 6. & pro hoc facit quod notatur in c. 1. de decimis. ver. officiis. per Paulum in Clc.* nec obstat huic dicto quod legitur et notatur in *c. cum æterni de re judi. lib. 6.* ubi de hoc per Doctos: in *ver. officii*, qui dicunt, quòd debet intelligi de officio Divino: nam illud verum est, quando ex mente legem condentis oportet hic intelligi, ut ibi patet in textu; ubi subdit, quòd si sic suspensus durante suspensione immisceat se Divinis, sit irregularis. Ex hoc enim quod dicit, *si se immiscat divinis*, satis ostenditur fuisse de mente statuentis quòd esset suspensus ab officio ordinis; aliàs autem si de statuentis mente non appareat, tene quod prius dixi: et ad hoc faciunt notata per *Jo. An. in dicto c. 1. ver. officiis. lib. 6.* Sed modò videamus aliqua circa suspensos à Beneficio tantùm: ubi nota, quòd licèt suspensus ab officio tantùm, non possit eligere nec eligi secundùm ea quæ suprà dixi; suspensus tamen à Beneficio tantùm, eligere potest, ut in *c. cum Winton. extra de elec.* eligi tamen non potest ad illa Beneficia à quibus suspensus est, vel ad Beneficia in illa Ecclesia in qua suspensus est, ut in *c. si compromissarius. de elec. lib. 6.* Talis etiam qui à Beneficio tantùm suspensus est, celebrans non efficitur irregularis, quia ibi non est contemptus clavium, nec propterea amittit ipso jure Beneficium à quo est suspensus, nisi hoc expressè in Canone caveatur; nam tunc amittit suo casu, et non alio, ut in *c. cupientes.* §. *cæterum. de elect. lib. 6.* nec de talibus cavetur in Jure, quòd sint irregulares; et hoc sufficit, ut *not. Inno. extra de renun. c. nisi cum pridem.* §. *persona.* et videtur textus *de sen. excommuni. c. is qui. lib. 6.* Sed nunquid talis à Beneficio tantùm suspensus possit ministrare in suo Beneficio sicut prius? *Archid.* in dicto *c. cupientes.* §. *cæterum.* dicit quòd sic: et non tantùm in Officio suo potest ministrare, sed etiam ob causam necessariam potest ad hoc compelli, secundùm *Archid.* ibidem in verbo *Beneficiis*, et hoc per totalem privationem ipsius Beneficii, nisi aliam causam rationabilem allegaverit: *allegat ad hoc de Cler. non resi. inter quatuor. & c. pervenit. 2. de Appella. Et cum Archi. concor. Card. & Jo. An. in cod. c. super cod. ver.* alioquin, si subsit alia causa rationabilis quare non debeat compelli, tunc superior per alium faciet deservire Ecclesiæ de fructibus ipsius Beneficii. *Ar. prædictorum jurium. & facit ad hoc c. penul. extra. de Cler. non resi.* Ipse quoque suspensus interim habebit necessaria ad vivendum de eodem Beneficio secundùm *Bern.* qui sic notat *d. c. cum Winton. glossa. nota.* et sic notatur in simili *dicto c. si compromissarius. ver. beneficiis. per Archi. lib. 6.* Sed nunquid suspensus à Beneficio tantùm, interim ingerens se Beneficio sicut prius, sit hujusmodi Beneficio privatus? Dic quòd non; sed aliunde veniet puniendus, secundùm *Jo. dicto c. punientes.* §. *cæterum. ver. privetur. & concor. Archi. eod. ver. & idem notat Jo. An. in Cler. 2. de vita & hone. Cler. ver. suspensus.* Dicit tamen, quòd talis tenetur ad restitutionem, pro quo dic ut ibi; & hoc verum, nisi contrarium expressè statuatur: exemplum habes in constitutione Othonis, *Licet ad profugandum*, ubi de hoc per *Jo. de Athona super ver. ipsis.* Sed cùm hic loquamur de suspensione ab Officio & Beneficio conjunctim, posset per aliquem forsan bene prudentem dici, quòd hoc quod dicit à *Beneficio* superfluit; nam suspensus ab Officio per consequens suspensus est à Beneficio, ut volunt aliqui Doctores, pro quibus facit quod legitur & notatur 81. *distin. si quis Sacerdotum. & c. sequen. & notatur in c. latores. extra. de Clc. excom. minist. per Bern. super verbo Officio. & in c. cum dilectus. extra de consue. ver. suspensus. circa medium. per eundem.* & sic videtur sentire *Hostien.* prout eum recitat *Joh. An. in c. cum æterni. ver. officii. de re. judi. lib. 6.* distinguendo tamen inter suspensionem factam ab homine & factam à Canone: ut in primo casu, qui suspensus est ab Officio, sit suspensus à Beneficio. Sed secundo casu non, hujus tamen dicti expressè contrarium ponit *Jo. 32. di. §. præter hæc. in prin.* Archidiaconus tamen residere videtur in id quod prius dictum est, distinguendo tamen inter suspensum ex levi causa, viz. propter infamiam, vel propter scandalum; & suspensum ex causa magna, ut scil. in primo casu suspenso ab Officio non subtraharur Beneficium, quod non nisi ex magna causa subtrahi debet, *16. q. 7. inventum.* secundo casu sic, ut *c. cum inter. extra de Purg. Can.* & idem est, si suspensus contemnat suspensionem: ut in *c. cum bona. extra de ætate & quali.* & hanc distinctionem posuit *Goff. in c. pastoralis. extra de appella. Tanc.* & *Vinc.* dixerunt, quòd suspenso ab Officio subtrahi debet Beneficium, quando sic suspensus est in mora petendi absolutionem, aliàs non: *2. q. 5. super causa.* ad quod facit *ut sed. vacan. c. unico.* §. *cum vero. lib. 6.* Has etiam opiniones recitat *Jo. An. in Clc. cupientes. de pœnis. ad finem magnæ glo. ver. videas.* & vide, si placet, quod notatur *dicto c. cum æterni. ver. officio. per Archid. lib. 6.* Unde circa hanc materiam si quæratur, an suspensus ab Officio sit eo ipso suspensus à Beneficio? distingue, aut hujusmodi suspensio est perpetua, aut temporalis; si perpetua, tunc suspensus ab Officio etiam suspenditur à Beneficio, cùm Beneficium detur propter Officium, ut in *c. quia per ambitiosam de rescri. lib. 6. & Juribus suprà allegatis.* Beneficium enim est sequela ad Officium; unde si causa propter quam sit extincta, ergo & ejus sequela, ut *in regu. juris Accessorium.* Si verò suspensio sit temporalis, tunc aut infligitur ab homine, vel à Jure; si ab homine, tunc aut pro gravi causa, aut levi; si pro gravi, tunc suspensus ab Officio videtur suspensus à Beneficio, ut in *c. cum bona. extra de ætate & quali. & c. pastoralis de appe. & c. Apostolicæ. de excep.* cum similibus. Si pro levi causa, tunc aut suspensus contemnit suspensionem, & est in mora petendi absolutionem, aut non; si contemnat, vel sit in mora, suspenditur ab utroque, ut suprà dixi: si non, tunc remanet suspensus ab Officio tantùm, nisi exprimatur de Beneficio, ut hic & *c. quia sape. de elec. lib. 6. & c. exigit de Cens. eod. lib. cum concor.* Si autem pro magna causa sit suspensus, tunc etiam à Beneficio videtur suspensus, ut prædixi: ubi verò aliquis est suspensus ab Officio à Jure, si suspensio sit perpetua, dic idem sicut suprà dixi: & si sit temporalis, tunc cùm sit pœnalis inflicta una, non videtur inflicta alia, nisi exprimatur secundùm *Archid. in c. cum æterni. præallegatum.*

Suspensus ab Officio

Episcopus suspensus confert Benefici. sum, Canonicus non.

Quæstio.

Suspensus à Beneficio.

Quæstio.

Quæstio.

Distinctio circa suspensum.

Quæstio.

a *In ipſos.* Sc. Suffraganeos, qui, cùm de eis fiat mentio ut hanc incidant pœnam, ratione ipſâ ligantur; aliàs autem per pœnam hujuſmodi latam in genere, non factâ de eis mentione in ſpecie non ligarentur, ut legitur in *c. quia periculoſum. de ſen. Excom. lib. 6.* Et hîc adverte, quòd hæc conſtitutio quoad hanc pœnam ligat ſolùm Epiſcopos ipſius ſtatuentis ſuffraganeos, non autem Epiſcoporũ ſubditos, ut ſatis apparet ex litera. Sed quid ſi ipſe Metropolitanus in Diœceſi ſua non fecerit dictam conſtitutionem *Othoboni* obſervari, ſecundùm quod mandat fieri per ſuos ſuffraganeos, an ipſemet ligetur hac pœna? Quòd ſic, faciunt omnia illa Jura per quæ arguitur, quòd faciens conſtitutionem pœnalem ligatur eadem conſtitutione, ſi contrà fecerit; de qua materia plenius tractatur in *c. 2. de conſtitu. ver. promulgentur. verſ. idem etiam credo ſi ipſe, per Archi. lib. 6.* In contrarium faciunt Jura ibi allegata pro parte altera, unà cum ſuis remiſſionibus, quas ibi videre poteris; *& eod lib. de ſen. Excom. c. ſtatuimus per eandem Archid. ver. conſtitutionibus.* ubi habes argumenta pro & contra: & vide pro hoc quod notatur *extra. de ſen. excom. §. & quæ ſit. ver. quid ſi Epiſcopus. per Hoſti. in ſumma.* Sed dic breviter in hoc caſu, quòd Metropolitanus in ſua Diœceſi non obſervans vel obſervari faciens illud quod hîc mandatur, non incurrit pœnam hîc latam, quia hæc pœna concernit ejus ſuffraganeos ut in ſpecie, quod patet ex hoc quod dicit, *in ipſos* &c. Secus forſan eſſet, ſi hæc pœna fuiſſet lata in quoſcunque contrafacientes in genere; nam tunc & ipſe Metropolitanus ea ligari poſſet, ſecundùm *not. per Archid. & alios Doctores in locis prænal.* Non tamen diffiteor, quin Metropolitanus in ea parte negligens, pœnam in conſtitutione ipſius Domini *Othoboni* latam eo ipſo incurrat, viz. quòd ſuſpenſus ſit ab uſu Dalmaticæ tunicæ & Sandaliorum, donec à ſe negligentiam excuſierit, ea quæ ibi ſtatuta ſunt duxerit exequenda.

Quæſtio.

b *Ferimus.* Et ſic hæc eſt pœna ſententiæ latæ, quam incurrit inobediens ipſo jure. Executio tamen hujus pœnæ fieri non debet, niſi prius per ipſum, ad quem pertinet ſententia declaratoria, ſuper hoc fuerit promulgata, ut legitur *in c. cum ſecundùm leges. de hæret. lib. 6.* Sed nunquid hanc pœnam incurrit Epiſcopus ſic negligens, nullâ monitione prævia? Videtur quòd ſic, ratione ſumptâ ex regula magiſtrali, quia dicitur, quòd pœna in ſtatuto appoſita verbis affirmativis, incurritur pœna ipſo jure ſine admonitione, ut in *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. de Præben. de multa. C. de ſecun. nup. l. 1. et 2. & notatur hæc regula in c. extirpanda. de Præben. per Hoſtiat Jo. An. in not. ſuper gl. ult. et notatur etiam ver. q. 1. c. quidam. gl. adde de iſta &c. per Archi. et notatur per eundem in c. licet Canon. ver. monitione. de elec. lib. 6.* E contrà videtur quòd non: nam juxta eandem regulam magiſtralem, ubi pœna in ſtatuto apponitur verbis negativis vel æquipollentibus, tunc non incurritur pœna ſine monitione præcedenti, ſed hîc imponitur pœna contra negligentes procurare ſeu facere ut reciteretur conſtitutio *Othoboni*, de qua præfertur ſub verbis in vim negativæ conceptis; quia ſi circa hoc fuerint negligentes, quæ quidem negligentia æquipollet uni negativæ, ſcil. non facere id quod mandatur, ergo ſecundùm regulam prædictam abſq; monitione non incurritur pœna. Et hoc verum putarem, ſi hujus conſtitutioni pœnali conceptæ ſub terminis uni negativæ æquipollentibus in ipſa conſtitutione non apponeretur tempus; nam ſi tempus apponitur, ipſum tempus interpellat abſque monitione alia, & ſic ſtat *c. licèt Canon. præallc. et c. cum in cunctis. extra. de elec.* cum ſimilibus: & ſic dictam regulam intelligit *Jo. An. ubi ſuprà.* unde cùm hîc ſit tempus ad faciendam dictam conſtitutionem recitari limitatum, puto quòd Epiſcopi, de quibus hic loquitur, non obſervantes hanc conſtitutionem, abſque monitione aliqua incidant in hanc pœnam. *argu. præmiſſorum.*

Quæſtio.

c *Si ſponte.* Hoc ideo dicit, quia ſi abſens fuerit à Diœceſi, vel infirmus, vel aliâ rationabili de cauſa impediatus, non incurrit hanc pœnam: ad quod bene faciunt *not. in c. ſi Clericus. de Præben. ver. negligenter. per Jo. An. lib. 6.* Non enim poteſt dici ſponte negligere, qui poteſtatem faciendi quod incumbit non habet, in *c. quia extra. de conſt. Præben. & c. ulti. de elect.*

d *Circa hoc.* Sc. quod infra ſtatuitur & fieri præcipitur.

e *Negligenter.* Hæc enim negligentia eo ipſo probatur, quòd Epiſcopis, vel eorum Officialibus, aut Decanis, vel eorum vicem gerentibus non rationabiliter impeditis non ſit executio ejus quod hîc mandatur fieri: pro quo faciunt *not. per Archi. in c. Romana. de ceſſ. ver. negligentia. lib. 6.*

f *Injungendo mandamus.* Et ſic præceptum importat, cui obediendum eſt, ut dixi *ſuprà ver. obedien. et ver. præcipimus. et ver. obſervari.* Sed quid ſi iſtud, quod hîc mandatur, non fuerit moribus utentium obſervatum, imò quodammodo abiit in diſſuetudinem, nunquid ex hoc excuſentur non ſervantes hanc conſtitutionem, vel aliàs peccent, & ſint tanquam conſtitutionis ſeu Caſonis tranſgreſſores puniendi? Videtur quòd ſint excuſabiles: nam ubi lex moribus utentium non approbatur, non facit reũ ejus tranſgreſſorẽ ſicut legitur *in 4. di. leges.* & ſic videtur ſentire *Ber. in c. 1. de treu. et pa. gl. 2. et Inno. extra. de conſue. ſuper rubri. in fi.* Contra tamen videtur: nam cùm hæc conſtitutio contineat præceptum, ergo eam non ſervans peccat, & ut tranſgreſſor puniendus eſt, *Ar. eorum quæ ſcripſ. ſuprà ver. obſervari. Ar. eorum quæ notantur in c. dolentes. extra. de etate. Miſ. glo. ulti. per Bar.* Unde nec conſuetudo nec diſſuetudo excuſare poteſt in hoc caſu à peccato. *Arg. eorum quæ leguntur & notantur de conſue. c. ſi. per Ber. Inno. & Hoſti. & Jo. An.* præſertim cùm hæc conſtitutio ab initio ligabat, nec tempus eſt modus tollendæ obligationis. *Lab. ligationum. ff. de act. et obli. 2. §. placet.* & ſic ſentire videtur *Hoſtien. d. c. 1. de treu. et pa. ver. Paſcha. ver. ſed quæritur.* pro cujus opinione facit *12. di. c. 1. in princi. 82. di. c. propoſuiſti. in fi. nec obſtat. 4. di. leges. cum ſuis concor.* quia illa jura intelligenda ſunt in illis ſtatutis ſeu legibus, quæ præceptoria non ſunt: ponit exemplum de *c. ſtatuimus. extra. de majo & obe.* Circa hanc materiam aliqui diſtinguunt inter conſtitutiones, quibus imponitur pœna ipſo facto, ut patet hîc; & in talibus diſſuetudo non excuſat, quia eo ipſo quòd aliquis tali conſtitutioni contra facit, incidit in factum damnatum. *Ar. ad hoc. 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.* In conſtitutionibus, quibus non eſt pœna impoſita ſed infligenda, benè excuſat diſſuetudo, & ſic ſtat dictum decretum *leges, cum concor.* Alii ſic diſtinguunt, ut *Inno. & Compoſt.* quòd ſi tale ſit præceptum, contra quod non liceat legem ſtatuere ſine peccato, tunc nec per contrariam diſſuetudinem vel conſuetudinem licet tali contravenire, ut *d. c. ſi de conſue.* aliàs autem ſi liceat legem contrariam facere, ſic etiam poteſt per conſuetudinem tali ſtatuto derogari, præſertim ſi introducatur per eum vel ejus authoritate, qui poſſet dictum ſtatutum prius editum tollere: de hoc *no. extra. de conſue. ſuper rubri. per Inno. & Jo. in no. ad fi.* & vide ſi placet quod notatur *d. §. leges. 4. di. per Archi.* Si velis hanc materiam ulteriùs dilatare, videas *Henricum de Bonico in c. dudum. 2. de elec. extra.* & adde quod dicam infra *de ſacra uncti. c. 1. ver. relaxatur.*

Diſtinctio.

Et nihilominus ut inſtruaris in hac materia, ſi quæratur an faciens contra legem peccat mortaliter? Scire debes, quòd in quantum lex ſive conſtitutio eſt permiſſoria ſive conſultoria, contraveniio non illaqueat ad peccatum; ubi autem lex vel conſtitutio vetat ſive prohibet, tunc ſi lex illa contineat præceptum, illaqueat ad peccatum. *de majo. & obe. c. 14. q. 1. quod præcipitur.* Et hoc eſt verum, quando conſtat de mente legem condentis, quòd vult illaqueare contrafacientem ad peccatum. Si verò ſit dubium de ipſius mente, tunc, ſi materia ſit ſimpliciter præceptoria, per quæcunque verba loquatur ſive dicat, *rogo*, vel *hortor*, cenſetur facere illo animo, ut præceptum ſeu vetum: in quo caſu ſi verba ſonent aliàs in præceptum, quia verba ſunt Imperativi modi, inducunt laqueum, aliàs non; ex quo verba ſunt omnino hortatoria vel conſultoria, & ſic ſtant dicta *Arch. 16. q. 1. revertimini. ver. hortor. ubi exponit, hortor. in principio. 12. q. 1. dilectiſſimus. 11. q. 3. Rogo. de verb. ſig. c. exivi. §. item quia præterea. in Cle.* Albi autem materia eſt ſimpliciter conſultoria, quibuſcunque verbis loquatur, ſive per verbum *Præcipimus*, ſive per alia verba Imperativi modi, vel aliter, non illaqueat ad peccatum. *29. q. 1. ſi quis ingenuus. per Jo. 31. q. 1. hoc ratione.* Nam Imperativum debet dici præceptorium, vel non, ſecundùm naturam materiæ, ut dicit *Jo. 28. q. 1. non ſolum.* & eſt bonus textus in *d. c. exivi. §. Item quia præterea. & facit l. cum pater. §. mando. cum glo. ff. de leg. 2.* Quandoque lex emanat in materia indifferenti, quia nec eſt conſilii, nec præcepti, ſed pariter ſe habet ad utrumque; & tunc ponderanda ſunt verba, ſi ſint conſultoria, vel hortatoria, vel ſimplicia, ut *ſtatuimus, volumus*, &c. & non inducunt præceptum, nec contrafacientem illaqueant ad peccatum. Si autem verba ſonent in præceptum, ut *præcipimus, mandamus, jubemus*, & ſimilia, vel *vitamus* in materia negativa, quia omnis prohibitio habet in ſe præceptum, ut dicit *Archi. 6. di. in ſumma. 32. di. interdixit.* tunc illaqueant ad peccatum, ut dicit textus in *dicta Cle. exivi.* & hoc verum, niſi mandatum ſit principaliter fundatum ſuper utilitate ejus cui mandatur, ut dicit textus in *d. §. mando.* Si autem verba non ſunt expreſsè præcepiva, nec verba imperativa, tunc ſi conſuetudo habeat quòd ſint præcepti in aliqua materia, illaqueant ad peccatum, ut *dicta Cle. exivi. §. præterea. ad fi.* Et idem erit ſi verba dirigantur ad perſonam, ut dicit *Bart. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo.* Si verò conſuetudo non diſponit aliquid de intellectu verborum, & tunc aut materia in qua proferuntur attentis circumſtantiis, eſt gravis, & ponderoſa, & verìſimiliter notata, tunc in dubio præſumitur præcepti, quia imperativum eſt præcepti, *12. q. 1. ſi peccatum.* & ſic intelligitur dictum *Archidia. 4. diſt. & ſi legibus.* Si autem materia eſt levis, & non verìſimiliter ponderata, tunc non eſt præcepti ſed exhortationis, ut *dicto §. Item quia præterea.* maximè quando concernit favorem ejus cui imperatur, ut *dicto §. mando. cum gloſſa. etiamſi verba dirigantur ad perſonam.* qui textus multùm facit contra *Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* Hæc Gloſſa ſumpta eſt ex dictis *Antbonii de Butrio. extra de conſtitu. c. nam concupiſcentiam. in fi.*

Quæſtio.

g *Faciant.* Iſtud factum concernit diligentiam, quam adhibere tenentur Epiſcopi, ut reciteretur dicta conſtitutio *Othoboni*. Non enim tenentur Epiſcopus, nec ejus Officialis eam recitare, ſed tenetur eſſe vigilans, ut per ſe vel Officialem ſuum videat quod reciterur temporibus & locis hîc ſtatutis.

Capitulo

Capitulum.

a *Capitulis ruralibus.* Hîc ſciendum, quòd Capitulum quandoque ponitur pro loco in quo fiunt communes tractatus Collegiatorum, ut in *Cle.1.de regu.* Quandoque ponitur pro loco, in quo fiunt diſciplinæ delinquentium, ut in *c.reprehenſibilis.in fi. extra de appel.* Quandoque ponitur pro decretali, vel aliâ certâ diſtinctione ſacræ Scripturæ, ut in *c. cum ſuper, extra.de ſepul. prout hæc notantur per Wil.dicta Cle.1.ver. in capitulo. Jo.An. extra.de reſcrip. c. capitulum ſanctæ Crucis.* De variis ſignificationibus hujus dictionis *Capitulum* ponit hunc verſum: *Diſtinguit, minuit, locat, & colligit ſeptum.* Secundùm primum modum, viz. ad notandum diſtinctionem ponuntur Capitula Decretalium & aliorum librorum, ut in *c. quod in dubiis. extra de ſen. Excom.* Juxta modum ſecundum ſignificat diminutivum hujus nominis caput. Secundùm tertium modum ſignificat locum, in quo fiunt communes tractatus, ut *ſuprà dixi. & facit quod legitur in c. in cauſis de elec. ultra medium. ibi, ſores capituli &c.* Quarto modo ſumitur pro collectione perſonarum adinvicem de his, quæ eis incumbunt in locis ad hoc aſſignatis tractantium, *ut d.c. capitulum.* & hoc modo ſumptum ſupponit quandoque pro perſonis congregatis in Eccleſia Metropolitana vel Cathedrali: quandoque pro perſonis congregatis in Eccleſia Conventuali, Regulari, vel Collegiatâ. Exempla patent de Metropolitana in *Decretali poſt electionem, de Inſtitu.* De Cathedrali patet in *c. cum vos.* De his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, *de elec.c.Maſſana. & c. ſeq.* De Conventuali Regulari patet in *c. quamvis. de offi. ordi. lib. 6.*

Eccleſia Collegiata

Et harum quælibet poteſt dici Eccleſia Collegiata, latè ſumpto vocabulo ſecundùm illud quod dicitur. Eccleſia Collegiata eſt collectio hominum ſimul viventium; *de elec. c.quia ſæpe.in princ. lib. 6. per Archi.* Propriè tamen loquendo Capitulum dicitur reſpectu Eccleſiæ Cathedralis, Conventus reſpectu Eccleſiæ Regularis, Collegium reſpectu Eccleſiæ inferioris ubi eſt collectio viventium in communi: pro quo faciunt notata *per Archi. de offi. ordi. c. quamvis. ver. capitulum. cum duabus gloſſis. ſeq. lib. 6.* Quandoque verò Capitulum ponitur pro collectione plurium, & non communiter viventium, ſed ob tractatus communes inter ſe habendos ad aliquem locum confluentium: exemplum patet in Capitulis generalibus Monachorum & aliorum Regularium, *de quibus legitur in c. in ſingulis. extra.de ſta.Mona.* Secundùm quem modum collectio Rectorum, Vicariorum, & aliorum Virorum Eccleſiaſticorum ob hujuſmodi tractatus communes inter ſe habendos etiam dicitur Capitulum, ut hîc. Et quia ut communiter hujuſmodi Capitula celebrantur in locis minus inſignibus, viz. in rure conſtitutis, hinc eſt quòd Capitula ruralia dicuntur, ut hîc apparet: & hæc Capitula quandoque appellantur Conventus in conſtitutione *Othonis, c. ſacrоſancta. ad finem.ubi de hoc per Jo. de Athona. ver. conventibus.* Et horum Capitulorum quædam tenentur de tribus hebdomadis in tres, quædam ſemel in Quarta anni; & hæc dicuntur Capitula principalia, propter majorem confluentiam Cleri, & quia in his de negotiis arduioribus tractari conſuevit; de quibus, quia magis nituntur conſuetudini patriæ quàm juri communi, hîc de eis ulteriùs ſcribere omitto.

Capitulum Conventus et Collegium differunt.

b *Per ſe.* Si forſan præſentes ſint: aliàs autem ſufficiet, ut per ſuas literas fieri præcipiant, vel per nuntium, ut *in regula juris. qui ſic facit per alium. lib. 6.* præſertim cùm non deceat ſtatum Pontificalem in ſingulis Capitulis hujuſmodi perſonaliter interеſſe. *& ſic concor. ea quæ notantur per Jo.An.in addi. extra. de dolo & contu.c. venerabilis. ver. vel alios.quod dic ut infr gloſa proxima.*

c *Vel eorum Officiales.* Hi enim quandoq; miſſi Dominici nuncupantur, *in c.2.extra.de regula. & c.1.de frigi.& male.* Quandoque tamen dicitur Officialis is, cui Epiſcopus vices ſuas committit, ut notat *Ber.in c.3.extra.de Inſtitu.gloſſa 1.ubi tractatur de Officialibus et eorum poteſtate per Hoſtien.& Joh.in.no.* Hîc verò ſumitur Officialis pro eo cui generaliter committitur cauſarum cognitio per Epiſcopum, & talis Officialis habet idem auditorium cum Epiſcopo ipſum deputante. *de appella. c. Romana.in princi. lib. 6.* Unde à tali Officiali non appellatur ad ipſum Epiſcopum, ſed ad eum ad quem appellari debet ab ipſo Epiſcopo, prout legitur *in eod.c.* Talis etiam Officialis dignitate fungitur ad effectum, quòd ſibi valeant cauſæ committi à ſede Apoſtolicâ, *ut in c.& ſi principalis. de reſcrip.in Clem.* Unde meritò tali injungitur executio eorum, quæ ratione juriſdictionis pertinent ad Epiſcopum, ut hîc. Sed nunquid Epiſcopus omiſſo ſuo Officiali, vel etiam ipſe Officialis in caſu hujuſmodi conſtitutionis poſſit per alium facere, ut dicta conſtitutio *Othoboni* recitetur, non incurrendo pœnam hîc limitatam? Videtur quòd ſic. *arg. regulæ juris qui per alium.lib.6.cum concor.ibi alleg.per Doctores.* Et ad idem facit alia regula poſita *in eod.tit.* quæ dicit, Poteſt quis per alium, quod poteſt per ſeipſum. *et huic bene concor. quod legitur et notatur in c. mulieres. extra. de ſenten. Excommuni. ubi de hoc per Bern.* E contrà videtur, nam hîc videtur induſtria perſonæ eſſe electa ad munus ipſius Officialis, ergo factum per ſe explicandum, per alium explicare non poteſt. *Ar. l. inter artifices. ff. de ſolu. et c. ulti. extra. de offi. dele.* cum ſimilibus. Magis namque timeri ſoleat quod per ipſum poteſtatem habentem imperatur, quàm ſi illud fiat nuntio mediante vel literis. Circa hunc articulum poteſt dici, quòd cùm ſecundùm hanc conſtitutionem puniatur ſola ſpontanea negligentia Epiſcopi, non poteſt intelligi ſponte negligens, ſi per literas vel per nuntium mandet dictam conſtitutionem recitari: unde ſi recepto mandato Epiſcopi De-

Officialis.

Quæſtio.

ciant in quatuor anni principalibus [a] Capitulis ruralibus, [b] per ſe vel [c] eorum Officiales, vel [d] ſaltem per [e] Decanos rurales, vel gerentes canus, vel ejus vicem gerens, cui ipſum mandatum dirigitur, non pareat, præter pœnam inobedientiæ & contemptûs, incurrit pœnam contra non recitantes inferius limitatam. Sed quia Officialis in hoc caſu ſpecialiter ad hoc explicandum eſt electus, maximè cùm de conſuetudine ſoleat ſeu ſaltem debeat dictis quatuor principalibus Capitulis præſidere, puto quòd ſi ipſe Officialis fuerit negligens, quòd ex hujuſmodi negligentia Epiſcopus, qui erat diligens Officialem ad hoc dirigendo, non incurrit hanc pœnam: nam cùm per ipſum non ſteterit, ſibi non eſt imputandum, *ut in regula.jus imputari. lib. 6.* nec negligentia Officialis debet Epiſcopo nocere, *l.ſi quis in ſuo. C. de inoffi. & l. ſancimus, de pœnis.* cum ſimilibus. Si verò contingat Officialem impediri legitimè, quo minus poſſit actum perſonaliter per ſe explicandum perficere, tunc puto quòd per alium illud quod incumbit poterit explicare; non ut hoc alteri deleget, ſed ut miniſterio alterius interveniente ipſemet hoc feciſſe videatur. *pro quo facit C.de cod. tollen.l.unica. §.ne autem. in fine.& ff.de adminiſtratio. tuto. l.ita tamen. §. geſſiſſe.* cum ſimilibus. *& bene facit ff. de conſti. pecu. l. & licet. cui etiam concor. notata in dicto c. venerabilis. extra de dolo. & contu. ver. vel in alios. per Johan.An. in addi.* Unde pro clariori præmiſſorum intellectu eſt notandum, quòd quædam ſunt facta quæ non poſſunt expediri per inſtrumentum, ſeu miniſtrum ſeparatum ab ipſo corpore, ut adulterium; & tunc qui facit per alium, non videtur verè id feciſſe, ſed interpretativè feciſſe dici poteſt. Quædam ſunt facta quæ poſſunt explicari per inſtrumentum, ſeu miniſtrum ſeparatum à corpore, ut perculſio, homicidium, & ſimilia, quæ poſſunt perpetrari ſagittâ, vel lapide emiſſo. Et hîc adverte; nam quandoque illud inſtrumentum, quo mediante talis actus perpetratur, agit de neceſſitate, nec poteſt non agere; & tunc qui facit, mediante tali inſtrumento ſeu miniſtro, verè facit, & ſic ſtat lex. *Item Mela in principio. ff. ad l. Aquil.* Quandoque inſtrumentum ſeu miniſter, quo mediante perpetratur actus, agit in virtute ſuæ propriæ libertatis; ut ſi mando homini, habenti intellectum, percutere vel occidere; tunc ille percutiens vel occidens hoc facit ex libero arbitrio, unde ipſe verè facit: ego autem tantùm videor præbere cauſam, quia mandatum meum non eſt neceſſaria cauſa actus ſui: & ita intelligitur *l. Item ſi obſtetrix. ff. ad l. Aquil.* cum ſimilibus. Modò ad propoſitum, ubi mandatur aliquid alteri, quod poſt ſuſceptum mandatum ipſe ſuſcipiens neceſſe habet facere, ſaltem neceſſitate juris, quia de jure obligatur ad illud perficiendum; tunc ille qui mandat, verè facit id quod fieri mandatur: pro quo facit quod legitur *in l. pater. in fi. ff. de ma. vindict. & ff. quod quiſque juris &c. l. 3. §. ſi procurator. ſecundùm Bart. qui hanc theoricam ponit in l. ſed & ſi unus. §. ſervus. ff. de injuriis.* qui etiam prædicta intelligit eſſe vera, ubicunque mandat alteri id quod licitum eſt vel honeſtum; nam poſt ſuſceptum mandatum ille, cui aliquid hujuſmodi mandatur, hoc facit neceſſitate juris ſecundùm eum. Secus tamen eſt in mandato illicito vel inhoneſto, quod non obligat recipientem mandatum ex neceſſitate legali; unde in hoc caſu mandans verè non facit, ſed interpretativè: & ita loquitur *lex 1. §. dejeciſſe. ff. de vi & vi ar. & l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. credi.* Concludo ergo juxta præmiſſa, quòd Epiſcopus vel ejus Officialis in caſu noſtro mandans ſuo ſubdito, qui ſibi obedire tenetur, ut dictam conſtitutionem *Othoboni* authoritate & nomine ſuis faciat recitari, ſi fiat id quod mandatur, verè id facere videtur, & ſic non incurrit pœnam hîc impoſitam. *Ar. rationum & jurium præalle.*

Negligentia Officialis non nocet Epiſcopo.

Mandatum inhoneſtum non obligat.

d *Saltem.* De hac dictione notat *Archi. de reſcrip. c. ſtatutum. ver. ſaltem. lib. 6.* ubi dicit, quòd quandóque hæc dictio *ſaltem* eſt Conjunctio adverſativa, quandoque Conjunctio disjunctiva; *quod dic ut ibi nota.* In hoc enim loco, ut mihi videtur, hæc dictio *ſaltem* eſt Conjunctio diminutiva, ſecundùm intellectum quem ponit *Bart. in l. 1. ver. ſed quid ſi dixit. ff. de jure codi.* Eſt enim ſenſus, quòd Epiſcopus, vel ejus Officialis poſſit & per quemcunque ejus ſubditum iſtud negotium facere explicari, ſed ad minus quòd faciat ut explicetur per Decanum, vel ejus vicem gerentem, *et ad hoc facit quod legitur. C. de emend. propin. l.1.*

e *Decanos rurales.* De quibus loquitur Decretalis ad hæc *extra. de offi. Archi.* Et ſunt hi Decani temporales ad aliquid miniſterium ſub Epiſcopo vel Archiepiſcopo exercendum conſtituti, *ut no. in eod. c. ſuper ver. ab omnibus. per Inno. & Hoſtien. concor. in eod. c. & hos vocat Jo. An. in addi. teſtes ſynodales. de quibus fit mentio extra de teſti. cogen. c. præterea.* nec habent inſtitutionem Canonicam tanquam in Beneficio, ſecundùm Doctores prædictos;

Decani temporales

&

& de hujuſmodi Decanis etiam habetur *de cenſ. c. cum Apoſtolis. in conſtitutione Othonis, Quod in quodam. et in conſtitutione, Quoniam tabellionum.* Et dicuntur Decani, eò quòd decem Clericis ſive Parochiis præſint, ſecundùm *Papiam. et no l. di. in capite poſt principium. per Archi. in Roſario. et facit ad idem C. de Deca. lib. 12. ubi de hoc ſuper rubr.*

a *Eorum vices.* Contra hoc opponitur: nam cùm hujuſmodi Decani ſint Vicarii Epiſcoporum & Archiepiſcoporum, *ut no. per Ioan. in c. ad hæc. extra. de offi. Archi.* videtur quòd ipſi alium Vicarium conſtituere non poſſint. *in c. Clericos. extra. de offi. vicar.* Sol: ibi loquitur de Vicario conſtituto ad curam animarum, vel ad divina, cui regulariter non licet Vicarium ſubſtituere. Hîc loquitur de Vicario gerente aliquod officium vel adminiſtrationem exteriorem, qui bene poteſt alium ſubſtituere loco ſuo. *Ar. l. procuratorem. §. ſi mandaverit. ff. mandati. & l. neque tutores. C. de procu.* Sed huic ſolutioni obſtare videtur *l. à judice. C. de judiciis. per quam. l. dicit Goffre.* quòd nec talis Vicarius poſſit alium ſibi ſubſtituere; unde ſecundùm alios dici poteſt, quòd hîc loquitur ſecundùm conſuetudinem, per quam hujuſmodi Vicarii alios loco ſuo ſubſtituunt, ſecus tamen eſſet de jure communi: & huic ſolutioni conſonare videtur gloſſa Cardinalis *de offi. vica. c. 1. lib. 6. ſuper ver. vices. Hoſtien. & Jo. An. in d. c. Clericos.* dicunt, quòd Vicarius infirmus, vel aliter rationabiliter & legitimè impeditus, licèt non perpetuò, ad tempus tamen poteſt aliis committere vices ſuas, *pro quo al. l. primo reſponſo. ff. de officio ejus cui man. eſt juriſdictio.* non tamen ſic, quòd ipſi localiter exonerentur. *& huic dicto concor. notata per Wil. in c. unica de offi. vica. gloſſa ſua magna. ver. 6. in Cle. & concor. Paulus eod. c. vicaris. Conſimile etiam notatur in c. cum ex eo. de elect. ver. deſerviatur. per Archid. lib. 6. & ibi de hoc per Jo. in no. & per eundem in c. 3. de offi. Archipresby. ſuper ver. cum omnibus.*

b *Diſtinctè.* Ut ſc. non fiat cum tali celeritate quod ab audientibus non poſſit intelligi, ſed ſingulas clauſulas cum congrua punctuatione proferendo.

c *Apertè.* i. palàm & altâ voce, ut poſſit recitans ab omnibus audiri.

d *Coram toto Capitulo.* i. In præſentia totius Capituli. *Cui concor. quod legitur in l. 1. §. 1. ff. de procura.* Et in hoc caſu requiritur, quòd illi de Capitulo id, quod coram eis recitatur, audiant & intelligant; aliàs autem non dicitur fieri coram eis. *Ar. ad hoc. l. cum Titio. ff. de verbor. ſig. cum concor. ibidem.*

e *Excluſis Laicis.* Sic dictis à λαὸς Græcè, quod eſt *Populus* Latinè. 12. q. 1. *duo ſunt.* Qui, quia Clericis oppidò ſunt infeſti, *c. Clericis. de immuni. Eccle. lib. 6.* meritò ab hoc actu viz. recitationis dictæ conſtitutionis excluduntur, ne audientes recitationem ejuſdem, forſan contra eos ex ipſorum malitiâ ſolitâ ampliùs debaccharentur.

f *Pro monitione.* Regulare enim eſt, quòd gravem pœnam, qualis eſt privatio Beneficii vel alia hujuſmodi, præcedere debet monitio. 12. q. 1. *indigne. ubi de hoc. Pro quo etiam faciunt quæ leguntur & notantur in c. 1. de vi. & ho. cler. in Cle. Conſimile habes de ſen. Excommuni. c. conſtitutionem. lib. 6.* Ex quibus, unà cum ſententia Doctorum in eiſdem locis colligitur, quòd hujuſmodi monitio fieri debet nominatim, & non ſufficit quòd fiat in genere; cujus tamen contrarium hîc innuitur, videlicet quòd hæc recitatio facta in genere ſufficit, ut habeatur pro monitione. Sed die hoc ideo hîc fieri, quia in caſu dictæ conſtitutionis, *Quam indecorum*, de cujus recitatione hîc loquitur, non requiritur monitio hominis, quia lex ipſa ſive conſtitutio limitat tempus, *infra. quod debet deſiſtere.* & illud tempus ſatis interpellat, *ut no. Jo. de Athona in conſtitutione Othonis, Licet ad profugandum. ver. infra menſem. & facit ad hoc 12. q. 1. quidam. & extra de locato et conducto. c. ſi. ad ſi.* Sed ad tollendum omne dubium, ex ſuperabundanti vult conditor hujus conſtitutionis, quòd hujuſmodi rubrica & recitatio habeatur pro monitione, ne poſſint hi, de quibus loquitur dicta conſtitutio, ſe excuſare per ignorantiam dictæ conſtitutionis; vel aliàs allegare quòd tantam punitionem debeat monitio præcedere, ut eſt præactum: nam qui ſemel certus eſt, iterum ſuper eodem facto certiorari non debet. *ff. de act. empti. l. 1. in fine.*

Ignorantia non excuſat.

g *Volumus.* Unde & alii etiam hoc velle debent, nam talis voluntas legis habet vigorem. *Inſt. de jure naturali. §. ſed et quod. princi.* Et hæc voluntas eſt ſatis conſona rationi, ut ſi vitioſus hujuſmodi vellet prætendere ignorantiam conſtitutionis prædictæ, quod non debet auditi. *et huic concor. in ſimili quod no. in c. 1. de ſenten. Excommunica. lib. 6. ver. volumus. per Archid. et conſtitutione Othonis, uſum procuratoris. ver. volumus per Jo. de Athona.*

h *Liberè.* Scilicet non obſtante allegatione ſive expreſſione, quòd non præceſſit monitio.

i *Vitioſos hujuſmodi.* Scilicet Clericos, publicè ſuas detinentes Concubinas, & ſic loquitur hic de vitio prout inficit animam, & quod procedit ex animo. *pro quo facit quod legitur & notatur ff. de Ædil. edicto. l. 1. §. interdum. cum 9. ſequen. de hoc vide plene prout not. per Jo. de Athona in conſtitutione Othonis, Licet ad profugendum. &c.*

k *Cauſari.* i. Conqueri.

l *Executionem.* Factâ priùs declaratione ipſos Beneficiis ſuis hujuſmodi fuiſſe & eſſe privatos: licèt enim ipſo jure privati ſint, neceſſaria tamen eſt ſententia declaratoria, *ut no. Jo. de Athona ad illa conſtitutione Othonis, Licet ad profugendum, ubi habes ſuper hoc remiſſiones ad Archi. de homicid. c. 1. in ſi. lib. 6. & eod. lib. 5. felicis. de pœnis in gloſſa. ver. infamis per eundem.*

ne prædictâ proceſſum fuerit, ſe monitos non fuiſſe, n Siqui autem prædictæ conſtitutionis recitationem o malitiosè impedierint, Excommunicationi ſubjaceant p ipſo facto. q Siquis verò r neglexerit eam recitare, vel r Decanus, vel gerens t vicem ejus omni v ſextâ feriâ in x pane & aqua jejunare

m *Conſtitutione prædicta.* Sc. *Othob.* quæ incipit, *Quàm indecorum.*

n *Siqui.* Tertia pars.

o *Malitiosè.* Quomodo autem probabitur aliquem malitiosè facere, notatur in conſtitutione *Othonis* alicubi, *Audivimus. ver. callidè, per Jo. de Athona. & pro iſto vide quod no. in c. cum plures. de offi. deleg. ver. malitiosè. per Archid. lib. 6. & de ſimili modo loquendi habes in c. nobis extra. de ſymonia.* ubi habes concor: quòd malitiis hominum non eſt indulgendum. *nota ibi per Bera. ver. malitiosè. pro quo etiam vide notata per Jo. An. in c. ad circa. ver. malitiis. & gloſſa ſequen. de elect. lib. 6.*

p *Ipſo facto.* Et ſic eſt conſtitutio latæ ſententiæ. *Cui concor. quod no. per Jo. An. in c. quam ſit. ver. eo ipſo. de elect. lib. 6. & per Archi. eod. ver.* Requiritur tamen ſententia declaratoria, ſecundùm Doctores prædictos. *Pro quo etiam notat Archi. de homicid. c. 1. glo. ult. lib. 6. & optimè in c. felicis. ver. infamis. de pœnis eod. lib. per eundem.*

q *Siquis verò.* Quarta pars.

r *Neglexerit.* De materia negligentiæ dixi *ſupra. ver. negligentes.* Et dicitur negligens ille, qui eſt deſidioſus vel inconſideratus eſt ad ea quæ agere debet, cùm non ſubſit rationabile impedimentum, ut notat *Jo. An. in. c. ſi Clericus. de Præben. lib. 6. in ver. negligenter.* Et in hoc caſu videtur, quòd negligentia modicum differat à contemptu, prout aliàs notatur *per Jo. An. in c. ſapientes. de elect. ver. contemſerit. lib. 6. de quo etiam nota. per Jo. de Athona in conſtitutione Othonis. c. Baſilicarum. ver. negligi.* qui dicit, quòd ubi negligentia capit ortum à culpa propria, tunc negligens modicum differt à contemptore; cùm itaque mandatum fuerit Decano, vel ejus vices gerenti per Epiſcopum vel ejus Officialem, ut reciter vel recitari faciat dictam conſtitutionem, & hoc non facit ſcienter & voluntariè, verum eſt quod contemnere videtur, quod idem eſt quòd aſpernari, vel non curare: & hoc verum eſt, quando non ſubeſt cauſa, *ut no. c. 1. de appel. lib. 6. ver. contemſerit. per Archi.* Si autem non voluntariè aut ſcienter, ſed potius ex quadam deſidia & inconſideratione, quod erat agendũ, omiſerit, tunc non videtur propriè contemnere, ſed potiùs negligere; modicum tamen diſtant in hoc contemnere & negligere, ut prædixi.

Negligens.

Contemptus et negligentia quomodo differunt.

s *Vel Decanus.* Ex hoc patet, quòd actus recitationis tantùm concernit Decanum, vel ejus vicem gerentem quoad pœnam quæ ſequitur; ſed actus diligentiæ ut recitetur, pertinet ad Epiſcopum, vel ejus Officialem, ut ſuprà patet. Quid igitur ſi in Capitulo ſint plures Decani, per quem eorum fiet hujuſmodi recitatio? Die quòd ille, per quem Epiſcopus vel ejus Officialis id fieri mandaverit, recitabit: nam unuſquiſq; eorum tenetur in hoc caſu obedire, cùm mandatum ſit ſatis licitum & Canonicum. *2. q. 7. ſacerdotes de tempo. ord. ad aures. ubi de hoc.* aliàs autem, ſi non mandetur uni in ſpecie, puto Decanum loci, in quo celebratur Capitulum, ad hoc teneri.

Quæſtio.

t *Vel ejus vicem gerens.* v.z. Decano legitimè impedito, vel quando ex conſuetudine poteſt alium loco ſuo ponere, ut dixi *ſuprà eod. ver. vices eorundem.*

v *Sexta feria.* i. Die Veneris. Et nota quòd *feria* ponitur hîc pro die Hebdomadæ, & dicitur Feria à *fando* ſecundùm *iſid.* eò quòd in ea ſit tempus dictionis, i. fandi in Divino officio vel humano. *& not. de conſe. di. 3. præcuntiendum. in princi. per Archi. in Roſario. & quod ſimile habes in c. 1. de vel. & vene. ſanctio. §. intelligimus. ver. quintam feriam per Joh. in Cle.* Alio modo dicuntur feriæ, prout *no. in tit. de feriis per Hoſtien. in ſumma.*

Feriæ.

x *Pane & aqua.* Hîc igitur habes unam pœnam quæ punitur negligentia, aliam habes *ſupra in princi. v.z.* ſuſpenſionem ab Officio & Beneficio; quandoque eſt pœna negligentis depoſitio, *11. q. 1. placuit. ubi de hoc per Archi. in Roſario.* Quandoque eſt pœna Excommunicationis duorum menſium, *1. q. 1. quicquid.* Quandoque eſt pœna amotionis à Beneficiis, *extra. de offi. Cuſtodis. c. 1. & circa hoc vide quod no. tit. de ſuppleu. negli. Prælato. §. qua pœna. per Hoſtien. in ſumma.* Sed hîc quæro, nunquid iſte qui tenetur jejunare in pane & aqua, ſervat pœnam injunctam, ſi eo die quo debet jejunare, prorſus nihil comedat neque bibat? Omiſſis argumentis dico quòd non: quia in Jejunio indicto à jure ſive per hominem iſte eſt ultimatus abſtinendi modus, ſc. abſtinere ab aliis cibis & potibus quàm à pane

Pœna iuſtitia ob negligentiam.

Quæſtio.

pane & aqua: unde rationabiliter intendendo non poteſt cadere ſub intentione mandantis jejunare, ut ſcilicet jejunaturus nihil comedat neque bibat; præſertim cùm dicat Beatus *Hieronymus* cuilibet jejunare debenti, *Sint* (inquit) *tibi jejunia pura & moderata*, i. e. quotidie eſurire, & quotidie prandere. *de conſe. di. 3. ſint tibi. ubi no. per Jo.* quòd non debet quis per totum diem abſtinere. Forma igitur mandati eſt diligenter ſervanda *ff. man. dati. l. diligenter. de veſcrip. cum dilecta.* Sed in caſu noſtro nihil comedens aut bibens non ſervat mandatum: igitur &c.

[a] teneatur, niſi [b] infirmitas impedierit, [c] donec in [d] ſequenti Capitulo ipſam [e] recitaverit, ſeu [f] fecerit [g] recitari.

De conſuetudine habituum Clericos decentium obſervationem ſub pœna

qua conſtituta eſt præcipit.

Johannes Stratford. *Anno* 1343.

[h] EXterior habitus, *et infra.* [i] Authoritate Concilii [k] præcipimus, ut locorum [l] Ordinarii, quibus de ſubditorum exceſſibus

a *Teneatur.* Hæc enim dictio (*teneatur*) neceſſitatem importat: ſic alibi probatur in *c. duobus de reſcrip. li. 6. ubi de hoc per Archi. in ver. teneantur. & ibi vide concor. ſi placet.* Quandoque tamen hæc dictio non importat neceſſitatem, ut notat idem *Archi. in c. quam ſit. ver. teneantur. de ele. li. 6.* Et verum eſt, quòd ibi non importat neceſſitatem abſolutam, ſed cauſativam ſic; nam ſi velit conſentire ex neceſſitate, tenetur hoc facere infra menſem, alioquin privatus eſt *jure ſibi competenti*, ut ibi dicitur. Sed nunquid ipſo jure virtute hujus ſtatuti teneatur ſic negligens jejunare, vel requiritur ad hoc ſententia hominis? Videtur quòd ſic per ſententiam. *Ar. notatorum. in c. ſi diligenti. ver. cauſam perdat. extra de judi. per Bern.* Nam ubi conſtitutio pœnalis loquitur per verba præſentis temporis vel futuri, ut puta *cadat, privetur, amittat*, & hujuſmodi, debet intelligi per ſententiam, ut in *glo. præall. cui concor. Hoſtien. & Jo. An. in no.* Et hoc verum, niſi adjiceretur aliqua dictio privativa, ut *ſtatim, mox*, vel *eoipſo omnino*, vel aliqua conſimilis; nam tunc intelligitur ipſo jure, ut in *Authent. de inceſt. nupt. §. 1.* Et idem eſt, ut ſcil. requiratur ſententia, ſi lex utatur verbo præteriti temporis, ut puta *ſit privatus*, & hujuſmodi, *pro quo facit l. jubemus. § jane. C. de ſacroſan. Eccle. ubi de hoc. & l. in criminali. C. de juriſdi. om. judi. ubi de hoc per Cyn. ver. ſecundo quæritur. & concor. cum prædictis. Bart. in. l. imperator. ff. de jure fiſ.* Nam cùm intellectus verborum ſit dubius, debet fieri interpretatio in benigniorem partem, ut *no. Jo. An. in c. 2. de hære. ver. innodetur. li. 6.* Præmiſſa verò ſecundùm *Baldum*, qui de hoc notat *in l. jubemus præall.* vera ſunt, ſive pœna ſit afflictiva, ut in *d. c. ſi diligenti.* ſive actionis excluſiva, ut *extra. de jura. calum. c. fi.* Ubi tamen eſt pœna juriſdictionis prohibitiva, ut ſi lex dicat, *non reddatur jus*, tunc intelligitur ipſo jure; pro quo facit C. *de his qui ad Eccl. confugi. l. ſi ſervus. ibi, conſedatur* &c. ubi ſecundùm dictum præcedens non requiritur ſententia diſpoſitoria. Hîc tamen ſcias, quòd in pœna lata à jure, ſi ſuper facto oritur dubium, neceſſaria eſt ſententia declaratoria; pro quo notabiliter facit textus in *l. eius qui delatorem. ff. de jure fiſ. & facit quod notatur Authen. de tabel. §. penul.* ubi dicit glo. quòd ſi tabellio per ſententiam legis eſt privatus tabellionatu, hoc tamen non eſt declaratum per ſententiam Judicis ſed eſt occultum, ille tabellio eſt in quaſi poſſeſſione Officii, & valent ſua inſtrumenta, quod eſt notabile: & pro hoc vide quod ſcripſi *ſupra. eod. ver. ipſo facto.* Unde ex præmiſſis patet, quòd Decanus, vel ejus vicem gerens debet compelli jejunare, ut hîc dicitur, per decretum ſuperioris; nec ad hoc præcisè aſtringitur ipſo jure. Et hîc vide quòd ſcripſi *infra. de claudeſt. deſponſa. capitu. quia ex contractibus. §. quivis. ver. ſit ſuſpenſus.*

Quæſtio.

Debilitas et infirmitas differunt.

b *Niſi infirmitas.* Nota, non dicit, *debilitas*, quia debilitas non præſtat tantam excuſationem ſicut infirmitas. Nam Infirmitas eſt, quæ morbo interveniente vites corporales enervat, & cuique rei agendæ impedimentum eſt, *ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis judicio.* Debilitas verò, licèt corpus attædiet, non tamen ab agendis impedimento eſt: ſed quoad executionem à jejunio puto quòd non ſolùm infirmitas ſed etiam magna debilitas ſufficiet, *Ar. eius quod legitur in conſtitutione Othonis, Audivimus.* ubi debilitas, ſicut & infirmitas dat excuſationem Monachis ab eſu piſcium, & ut poſſent comedere carnes. Infirmitas itaque excuſat à Jejuniis, & ut comedantur carnes tempore Quadrageſimali, ſicut legitur in *c. 2. in fi. de obſer. jeiu. ubi etiam in §. præcid.* Patet quòd infirmitas & debilitas quoad Jejunium paria reputantur; unde dicit Canon, quòd infirmis non eſt pœnitentia imponenda, ſed amicorum orationibus & Eleemoſynis ſublevanda. *26. q. 7. ab infirmis.* Et nota quòd duplex eſt infirmitas: una eſt animæ, & alia corporis. *15. q. 1. §. 2. & §. itaque. 49. di.* Hinc etenim infirmitas animæ virium dicitur, qua infirmitate à Deo ſeparatur; hæc tamen infirmitas non eſt peccatum, ſed pœna peccati, ut patet in loco prælegato *15. q. 1.* Infirmitas corporis eſt duplex, uno modo languor naturæ, quæ eſt concupiſcentia carnis, ut legitur *diſta. q. 1. §. ut itaque.* Alio modo ut ibidem dicitur, infirmitas corporis eſt qua elementorum ſeu humorum concordiâ turbatâ eâdo ipſa afficitur, & tandem ipſa diſſolvitur. Sed quæro, quomodo probabitur infirmus? Dic quòd per medicos, *ut l. ſi ſemel. C. de re militari.* Item poteſt probari per proprium juramentum ipſius infirmi, cum aliis indiciis quæ poſſent apparere per aſpectum. *Ar. l. minor. 25. annis ex aſpectu. ff. de minori.* Poteſt etiam probari per teſtes ſecundùm *Bart.* qui hoc notat *in l. quæſitum. ff. de re judica. ad finem.*

Duplex eſt infirmitas.

Quæſtio.

c *Donec.* Sume quod eſt *infra. ver. recitaverit.* Et ſic ſtatim ut recitaverit, relaxatur ſibi dictum Jejunium etiam abſque facto hominis. *cui concor. quod notatur extra de ætate & qualita. ut hi quit ver. donec. per Jo. An. in Cle. & conſimile habes in c. quia ſæpe. de elect. lib. 6.* ſic etiam in conſimili notatur de ſuſpenſo donec &c. in conſtitutione *Othoboni, Domus Dei. ver. donec. per Jo. de Athona.* qui dicit, quòd idem eſt etiam de ſententia interdicti lata *donec* &c. pro quo allegat *c. non eſt extra. de ſponſa.* Sed quid de Excommunicato donec recitaverit, vel donec ſatisfecerit, an ſtatim poſt recitationem vel ſatisfactionem ſit abſolutus? Quod non, facit, quia in abſolutione ab Excommunicatione requiritur certa forma cum juramento, & aliis quæ habentur *extra. de ſententia Excommunica. cum deſideres.* Unde *Jo. in no. in c. fi. de matrimo. contrac. contra interdictum Eccle. ad finem.* dicit, quòd in hoc de neceſſitate requiritur abſolutio; & idem ipſe tenet *in c. 1. de decimis. ver. donec. in Cle. circa hoc vide quod dicam infra. de ſuro compe. c. 1. §. quia vero. ver. ſatisfecerit.*

Quæſtio.

d *In ſequenti Capitulo.* Intelligendum eſt de proximo, ut *l. eum qui Calendis. ff. de verbo. oblig.* Sed quid ſi in ſequenti Capitulo etiam neglexerit recitare? In hoc caſu puto, quòd negligentia incidit in contemptum, & quòd arbitrariè poſſit puniri aliâ pœnâ quàm hîc poſita eſt. *ff. de jure deli. l. 1. de offi. deleg. c. de cauſis.*

e *Recitaverit.* Si non fuerit impeditus.

f *Seu.* Sic ſcilicet diſtinctè & apertè coram toto Capitulo.

g *Fecerit recitari.* Per alium, ſc. ipſo legitimè impedito, ut ſuprà dixi.

h *Exterior habitus, & infra.* Hîc deciditur quoddam Proœmium ipſius Authoris ad dicenda, & eſt pars hujus *infra. de vita. & bone. Cle. c. exterior habitus.*

Concilium triplex.

i *Authoritate Concilii.* ſc. Provincialis. Nam eſt Concilium generale, quod ſolus Papa convocare ſolet. *2. q. 4. alias. ver. mandaſtis. & 17. di. quaſi per totum.* Eſt & Provinciale, quod fit authoritate Metropolitani in ſua Provincia. *18. di. propter Eccleſiaſticas. extra. de accu. ſicut olim.* Eſt etiam Concilium Epiſcopale. *38. di. c. quando.*

k *Præcipimus.* Videtur itaque quòd contrafacientes peccent, *pro quo dic ut ſupra. c. proximo. ver. præcipimus.*

Quæſtio.

l *Ordinarii.* Nota quòd hæc dictio *Ordinarius* principaliter habet locum de Epiſcopo & aliis ſuperioribus, qui ſoli ſunt univerſales in ſuis Juriſdictionibus, *11. q. 1. de perſona. ubi de hoc.* Et de Jure communi ſolus Epiſcopus eſt Ordinarius ſuper omnes ſubditos ſuos, ut *not. per Hoſtien. in c. ulti. extra. de offi. Archipreſ. ſuper ver. renuntiet.* Sed ſunt ſub eo alii Ordinarii, hi videlicet quibus competit Juriſdictio ordinaria de Jure, Privilegio, vel Conſuetudine, prout legitur & notatur *in c. quæ in Eccleſiarum. extra. de officio Ordi. & ſic not. eod. tit. c. paſtoralis. per Goffre. & Bart. Brixien. 26. di. per literas ſuper verbo jurgia. ubi de hoc no. per Archi. in Roſario. & de hoc no. etiam, in c. Ordinarii locorum. de offi. ordi. li. 6. gloſſa 1. per eundem.* Et vide pro hoc quod notatur per *Archid. in c. ut animarum. gloſſa 3. de conſti. lib. 6.* Cùm ergo hæc dictio *Ordinarius* ſit generalis ad quoſcunque habentes Juriſdictionem Ordinariam, ut patet ex prædictis, Quæro, de quo Ordinario ſit hîc intelligendum? Videtur quòd de Epiſcopo, juxta Theoricam illam, qua dicitur, quòd nomine Ordinarii ſimpliciter ſumpti debet intelligi ſolus Epiſcopus, prout *not. in c. licèt Canon de elect. ver. Ordinarius. li. 6. per Archi. ubi habes remiſſiones. & ad idem faciunt no. per Card. in c. Ordinarii locorum. de offi. ordi. li. 6. ver. locorum. & ibi per Jo. An. eod. ver.* E contra facit illa clauſula generalis quæ ſequitur, *quibus de ſubditorum exceſſibus ſpectat inquirere* &c. quæ clauſula poteſt referri ad quemcunque Judicem qui præeſt Juriſdictioni ordinariæ: pro qua ſententia faciunt *nota. per Joh. An. de vit. & bone. Cle. c. 1. ver. moniti. li. 6.* Circa hunc articulum ſolet dici, quòd in his quæ ſunt ordinis vel ſpecialia diſpenſationis appellatione Ordinarii, continetur ſolus Epiſcopus. *extra. de elect. cum ex eo. li. 6.* & ſic intelligi poſſunt *nota. per Archi. in d. c. licet Canon. li. 6. & huic concor. nota. per Wil. de teſta. c. unico. ver. locorum Ordinariis. in Cle. & c. fi. ver. Ordinarios. de ſtatu Mona. in Cle. per eundem.* Sed tamen *Paulus* in illis duobus locis intelligit ibi dicta poſſe habere locum in quolibet habente Juriſdictionem

Appellatione Ordinarii quid contineatur.

risdictionem ordinariam, sub cujus jurisdictione potest factum cadere de quo agitur. Nam in jurisdictionalibus, quilibet habens jurisdictionem ordinariam dicitur Ordinarius, ut suprà dixi, & patet *per Paul. in locis præall. & huic convenit quod notatur in constitutione Othonis, Contra latrones. ver. loci Ordinarium. per Jo. de Atho.* Sed quicquid sit in aliis casibus puto quòd in casu hujus constitutionis illi sunt dicendi Ordinarii, ad quos de jure vel consuetudine aut privilegio pertinet institutio & destitutio; præsertim cùm pœna tendat in privationem Beneficiorum delinquentium contra statutum de quo hîc fit mentio, quod continet in se diversas pœnas, ut patet *infra. de vita & honestate Clericorum. c. exterior habitus. & pro isla sententia facit quod notatur in dicto ca. Ordinarii. per Cardinal. li. 6. ver. locorum. & eod. ver. per Jo.* In aliis verò pœnis levioribus quæ possunt infligi per quemcunque, qui præest Jurisdictioni ordinariæ, puto quòd omnis talis in ea parte possit dici Ordinarius argumento præmissorum.

Quæstio.

a *Inquirere.* Quæro, qui sunt hi Ordinarii, ad quos spectat inquirere de excessibus subditorum? Videtur quòd ad solos Episcopos vel eorum superiores hoc spectat. Nam Officialis Episcopi non inquirit de hujusmodi excessibus, nisi ad hoc habeat commissionem in specie ab Episcopo, *ut legitur in c. licet de offi. Vicarii. li. 6.* Videtur igitur quòd inferior Officiali in Jurisdictione non possit inquirere saltem ad finem, quòd ipse idem qui inquirit peccatum, corrigat vel informet. *cui satis convenit quod no. per Hostien. in summa. extra. de accus. super Rubri. de inquisit.* §. *quis possit inquirere.* Ubi dicit, quòd inquirere possunt hi, qui possunt corrigere, ut Episcopi & eorum superiores, sc. Archiepiscopi, & Patriarchæ, per hoc (ut videtur) innuendo, quòd inferiores de hujusmodi inquirere non possunt. Dicit tamen, quòd quandoq; is qui non potest corrigere, inquirit ad hoc, ut superiori denuntiet; non tamen authoritate propria, sed superioris sui: *pro quo alle. c. sicut olim. extra. de accu. de test. cogen. præterea.* C. *de accu. l. ea quidem. et ad præmissa concor. notata per Speculatorem. tit. de inquisitione.* §. 1. *ver. Item opponitur.* E contra videtur, quòd inferiores Episcopo possint inquirere, saltem hi qui habent ordinariam jurisdictionem de consuetudine, privilegio, vel de jure: nam, ut notat *Specul. in loco præall.* illi qui possunt corrigere crimen subditi, possunt super ejus excessu inquirere. Sed multi sunt inferiores Episcopis qui possunt corrigere; nam Capitulum potest corrigere crimen Canonici de Capitulo, *ut in c. irrefragabili. extra. de offi. ordi.* & per consequens inquirit de criminibus Canonicorũ, sed illud obtinet de consuetudine; secus tamen est de jure communi, secundùm quod solus Episcopus tanquam Ordinarius cognoscit de causa criminali, ut notatur *per Bern. in dicto c. irrefragabili. ver. per capitulum ipsum.* Sic etiam ea quæ de consuetudine pertinent ad Arch. non sunt eis auferenda. *de excess. præla. ad hæc.* Sic quoq; Abbates & Priores in suos subditos jurisdictionem exercent, ut ipsorum excessus corrigant & reforment. *de majo. et obedien. c. cum in Ecclesiis. sed melius de præscrip. cum olim.* Decani etiam Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum excessus subditorum quandoq; corrigunt & reformant. *de appella. dilecto.* Sic etiam & alii inferiores de consuetudine vel privilegio, *ut in c. cum ab Ecclesiarum. extra. de offi. ordi.* Circa hunc articulum dic quòd inferiores Episcopis de consuetudine præscripta possunt corrigere correctione plana & simplici, sc. quando pœna non est talis quæ inducit depositionem vel perpetuam suspensionem; quia talis correctio sive punitio est impræscriptibilis ab inferiore Episcopo. *Ar. ad hoc extra. de cons. quanto. pro quo etiam facit quod notatur de conse. Ecclesiæ vel Alta. c. aqua. et sic stat. c. cum contingat. extra. de foro compe. secundum Hostien. et Jo. An. qui sic notant in d. c. irrefragabili. pro quorum dicto bene facit quod legitur in d. c. cum olim. de præscrip. ibi, In levioribus culpis &c.* Unde Archiep: qui non solo nomine Episcoporum, sed nomine suo proprio visitant, inquirunt, & corrigunt, prout legitur in constitutione *Othonis. de Archidiaconis.* in arduis tamen tenentur referre Episcopo. *extra. de offi. Archid. c. ad hæc. & sententia præmissa convenit quod notatur in c. 1. de offi. ordi. in Cle. ver. Episcopis. per Jo. An. et eod. c. ver. ad quod. per Paulum. et pro hac materia etiam vide notata per Jo. in coll. d. c. Cum contingat. extra. de foro compe. multum bene in dicto c. irrefragabili. in principio. per eundem.*

An inferiores Episcopis possint corrigere?

b *Jurisdictioni subjectis.* Quia extra territorium sibi non est parendum. *ff. de jurisdictio. om. judi. l. fi.*

c *Vel alios.* Per hoc videtur quòd loquitur de Episcopis, qui per suos Archidiaconos vel eorum Officiales faciunt inquiri de excessibus subditorum. *de offi. Archid. c. ad hæc. de offi. Vicar. c. licet. li. 6.* Vel potest loqui de inferioribus, qui etiam per eorum Officiales possunt hanc inquisitionem facere, cùm sit actus delegabilis; ubi ad inquirendum non eligitur persona industria. *extra. eo t. c. venera. & sic notatur in c. statuimus. de officio deleg. per Archid. li. 6. ver. inquisitio.* Sed contra hoc opponitur *de c. fi. extra. de offi. deleg.* ubi legitur, quòd inquisitio alicui commissa non potest subdelegari. Solutio. Illud verum erat secundùm illa jura, quando mandabatur inquiri de idoneitate personæ promovendæ; in quo casu videtur electa industria inquirere debentis: hodie tamen videtur hoc expeditum *in c. miss. de officio deleg. in Cle.* Hîc tamen nota, quòd si in commissione vel mandato posita fuerit hæc clausula, *Per se vel per alium*, tunc bene potest subdelegari. *textus est in c. ii cui. de offi. dele. li. 6.* Unde cùm hîc dicatur, *per se vel per alios*, non obstat dictum *c. fi.* Sed adhuc opponitur: nam cognitio criminalis, & inquisitio super crimen concernit merum imperium, sed causæ meri imperii non sunt delegabiles. *ff. de officio ejus cui man. est jurisdictio. l. 1. in principio.* Nec ea quæ sunt meri imperii possunt per libellum expediri. *ff. de offi. proconsul. l. nec quicquam.* & huic sententiæ videtur concordare *Vincen. extra. de frig. & malef. c. fi.* Solutio. Causæ meri imperii non delegantur de Jure Civili regulariter, *ut is concord. præalleg.* Fallit tamen in casu absentiæ ipsius Judicis cognituri, *ut legitur & notatur d. l. 1. & ibi per Bart.* Vel dic, quòd de æquitate Canonica etiam ea quæ meri imperii sunt, possunt committi, secundùm quam omnia committi possunt, & præsertim ea quæ concernunt ultimum supplicium & membri mutilationem, *pro quo vide quod legitur & notatur in c. in Archiepiscopatu. extra. de raptu. ubi de hoc per Inno. & alios. & non tatur in simili per Hostiensem. de offi. ord. quod ad sedem. ubi de hoc etiam habes glossam Bern. in fi. prima glossa.* & hoc videtur sonare textus in *d. c. licet. li. 6. ubi de hoc per Archid. in ver. committatur.* & *vide quod dicam infra. ver. inquirant.*

Nota de mero imperio.

Inquisitio potest delegari.

d *Annuatim.* i. Singulis annis. *sic habes in simili*, C. *quando dies legat. cedit. l. 1.*

e *Inquirant.* Per modum inquisitionis generalis, ut satis colligitur ex litera sequenti. *ibi super ver. observatione &c.* Unde nota, *secundùm Jo. An. in add. qui sic notat in c. qualiter. & quando l. 2. extra. de accu. super ver. provenit.* quòd est inquisitio generalissima, quæ fit mero Judicis officio in generali, vel provinciali Concilio: de qua fit mentio *in c. sicut olim. extra. de accu.* Alia est generalis, quæ fit de statu Ecclesiæ, civitatis, castri vel loci, præsertim dum Prælatus visitat: *extra. de offi. ordi. c. 1. & c. irrefragabili.* & hoc etiam fit mero Judicis officio, & quandoque aliquo impetrante, ut ibi notatur. Alia est specialis & singularis, cujus exempla videre poteris in loco præallegato, & ut vult *Specu. ti. de inquisitione.* §. *quando autem. ver. ut autem compendiosam.* Inquisitionis sive fit generalissima generalis, sive specialis, alias singularis, duæ sunt species; una videlicet præparatoria, alia solennis. Præparatoria regulariter fit in genere, & sine exactione juramenti: *de cens. Romana.* §. *sane. li. 6.* Solennis verò fit cum juramento. *extra. de accu. qualiter et quando. 1. & c. sequen.* Quod autem hic dicitur, *inquirant super observatione*, &c. intelligitur de inquisitione quæ est præparatoria ad solennem: nam si per hanc inquisitionem inveniatur aliquem non servare dictam constitutionem, bene potest ex hoc ulterius procedi ad ejus punitionem per inquisitionem solennem, vel aliter prout de jure fuerit procedendum. Et nota quòd hæc inquisitio generalis potest fieri tribus modis. Primo modo quoad personas, & quoad delicta: Verbi gratia, inquirit Ordinarius, si sit in loco suæ Jurisdictionis aliquis Clericus vel Laicus qui sit vitiosus, aut malæ conversationis. Secundo modo est generalis quoad personas, sed quoad delictum singularis: utputa si inquiratur, an aliquis sit infra Jurisdictionem ipsius inquirentis, qui commisit tale certum crimen, & sic stat lex. 1. C. *de prævari. & l. 4.* §. 1. *ff. ad l. Jul. pecul.* Tertio modo potest esse generalis quoad delicta, sed specialis quoad personas, v'z. quando inquiritur contra certam personam, crimine non expresso; & sic intelligi potest *c. fi. extra. de Pur. Canonica.* Puto enim hanc inquisitionem, de qua dicitur, *inquirant* &c. sortiri naturam secundi modi, juxta quem hujusmodi inquisitio est generalis quoad personas Clericorum delinquentium, sed est specialis quoad non observationem constitutionis de qua hîc loquitur, & fit hæc inquisitio principaliter ad crimen vel defectum inveniendum. Unde satis potest fieri per alium, cui is qui potestatem habet corrigendi & puniendi, hanc potestatem inquirendi commiserit: *ut in c. sicut olim. extra. de accu. & C. de accu. l. ea quidem. & sic non obstant jura alle. supra, in glo. super ver. vel alios.* Nam ad inveniendum crimen potest fieri inquisitio etiam per non habentem jurisdictionem, ut in dictis concor: sed punitio fieri debet per ipsum qui præest hujusmodi jurisdictioni; & sic intelligi potest quod infrà sequitur *contra reos &c. & præmissis concor. nota. ff. ad l. Jul. de adul. l. 2.* §. *si publico. ver. pro declaranda. per Bart.*

Inquisitio triplex.

f *Super observatione.* Et sic materia, super qua inquiritur, est specialis, sed quoad personas est generalis, ut dixi *suprà in glo. præced.*

g *Per nos.* Sc. per *Johannem Stratford.*

h *Editæ.* Secundùm quotationem quam ego vidi Anno Dom. 1343

i *Contra reos.* i. culpabiles. Et sic hîc intelligitur *reus* à *reatu*, licèt communiter dicatur *reus* à re quæ petitur. *extra. de verbo. sig. c. forus.* §. *reus. & huic concor. quod legitur & notatur de re judi. c. cum actum. ver. reum. per Jo. An. li. 6.*

Reus à reatu dicitur,

a *Conſtitutionem ipſam.* Hæc conſtitutio habetur *infra. hoc ti. de vita. & hon. cle. c. exterior habitus.*

b *Pœnas in eadem limitatas.* Bene dicit, *pœnas*, in plurali. Nam primo infligitur pœna ſuſpenſionis ab Officio, monitione tamen præmiſſâ. Secundò per viam aggravationis pœna ſuſpenſionis à Beneficio, nullâ monitione præmiſſa. Tertiò puniũtur in erogatione quintæ partis Beneficiorum facienda pauperibus Parochiæ, Beneficiorum ſuorum ante ipſorum abſolutionem. Quarto puniuntur pœnâ privationis, ſi immiſcuerint ſe Divinis, vel adminiſtraverint in ſuis Beneficiis, ſicut prius. Et hæc vera de Beneficiatis. Pœnas verò non Beneficiatorum videre poteris in *d. c. exterior habitus. §. non beneficiati. infra. de vi. & bone. Clerici.*

in hac parte a conſtitutionem ipſam de bpœnas in eadem limitatas c diligenti cautelâ d faciant obſervari. &c.

Conſtitutiones hujuſmodi diligenter obſervanda, & fideliter publicande ſunt.

Johannes Stratford;

c *Diligenti cautela.* Quæ nihil aliud eſt quàm Diſcretio, per quam provideatur eventibus contrariis, ſecundùm *Johan. de Athona*, qui ſic notat in conſtitutione *Othonis, Quoniam tabellionum. ver. cautela.*

d *Faciant obſervari.* id eſt, compellant ad ejus obſervationem.

Hujus autem Concilii. Iſtud capitulum ſumptum eſt ex clauſula finali Statutorum *Jo. Stratford.* Et nota, quòd *Concilium* dicitur à *con* & *cilium: cilere* enim idem eſt quod *convenire.* Dicitur itaq; Concilium, quia in eo homines congregantur & conveniunt, ſicut cilia oculorum claudendo conveniunt. Vel dicitur Concilium à *conſcio, ſcis*, quia in eo plures conſciuntur & convocantur, ſecundùm *Hug.* qui hoc notat 15. *di. 1. & ibi per Arch. ſuper ver. concilium.* Vel dicitur Concilium, quaſi *concidium*, d. mutata in *l.* cò quòd in unum dirigit omnem mentis intuitum. 15. *di. canones. ver. ſynodus. & notatur per Wil. in. proœm. Cle. ver. concilio.* & in hoc loco & ſimilibus ſcribitur per *c.* Sed *conſilium* prout ſumitur pro deliberatione ſive reſponſione viri prudentis & conſulti, 63. *di. obeuntibus. ubi de hoc per Archi. ver. conſilio.* ſic debet ſcribi per *ſ*, nam in caſu hoc deſcendit à *conſulo, lis.*

Unde dicitur Concilium?

e *Conſtitutiones.* Quæ ſunt plures, ut infrà patet ſuis locis, & editæ ſunt ſub anno Domini 1343.

f *Proviſa remedia.* Hæc enim conſiſtunt in executione pœnarum in ipſis conſtitutionibus comprehenſarum, quæ licèt bene & ſanctè proviſa ſint, à paucis tamen executioni mandantur; & poteſt eſſe ratio, quia

Prælati muti de Jure ſuo, malè tuti;
Licèt cornuti, non audent cornibus uti.

g *Provincia.* Illi enim qui non ſunt de Provincia ſtatuentis, non arctantur ut extra eam obſervent conſtitutiones per eum editas. *ff. de ju. om. Jud. l. ulti.* Hi tamen qui ſunt de ejus provincia arctantur per conſtitutiones ipſas, ut *p'enè not. de ſen. Excom. c. Romana. ver. ſententiæ. per Archi. & eo ver. per Card.* Sed quid ſi exiſtens de provincia non obſervet has conſtitutiones, vel eis contraveniat exiſtens extra provinciam, an incurrat pœnas in eis limitatas, & nunquid poſſit contra eum procedi ſecundùm remedia in his conſtitutionibus proviſa? Videtur quòd non, quia extra territorium Jus dicentis impunè non patetur, *ut in d. l. ul. & ad idem facit c. ut animarum de conſtitutionibus. lib. 6. in fi. ubi videtur textus in terminis.* In hac quæſtione diverſi diverſa ſentiunt, quorum opiniones recitantur *in d. l. ul. ubi de hoc per Bart. & plenè per Cyaum in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate & fide Catho.* Sed quicquid ſcribatur ſecundùm varietatem opinionum, dic quòd ſubditus delinquens extra territorium ſtatuentis, ex ipſo ſtatuto non ligatur pœna ſtatuti: & hanc concluſionem videtur ſequi *Jo. in no. de conſtitutionibus. d. c. ut animarum. ſuper ver. furtum. & concor. Petrus de Ancho. in c. poſtulaſti. de ſo. compe. ver. 6. opponitur.* Et hoc verum ſecundùm eum, niſi ſtatutum expreſſè diſponeret de ſubdito alibi delinquente, quod bene poſſet. *ut l. ſi ff. de decre. ab ordi. fa. & huic dicto concor. Bar. C. de ſumma trinitate l. 1.* Si tamen delinquat hujuſmodi ſubditus contra Jus commune etiam extra territorium ſui judicis, pro eo quòd Jus commune arctat ubiq; & debet ab omnibus obſervari, *ut in c. 1. extra. eod. tit:* Bene poteſt puniri pœna Juris communis, ſed non pœna Statuti ſecundùm *Petrum* in loco præalle. Sed quid erit in caſu converſo, ſi homo de aliena Provincia contraveniat alicui harum conſtitutionum exiſtens intra Provinciam ſtatuentis, an teneatur ex ipſis ſtatutis? Dic ſi extraneus ignoraverit ſtatuta hujuſmodi, & ipſius ignorantia non fuerit craſſa & ſupina, tunc non ligatur: *textus eſt d. c. ut animarum.* Et hoc verum, quando hujuſmodi tranſgreſſio non eſt delictum, niſi ratione ſtatuti ſic fieri prohibentis, nec reſpicit publicam utilitatem: ſin autem reſpiciat publicam utilitatem, bene ligat extraneos, *ut l. 1. §. cura carnu. ff. de offi Præfecti urbis. cui concor. ſententia Ja. de Ra. in d. l. cunctos populos. ubi de hoc per Cynum. ver. quæro ergo. ad fi.* Sicque ſi hujuſmodi tranſgreſſio aliàs eſt delictum, etiamſi non eſſet tale ſtatutum, tunc ligatur extraneus, & poteſt puniri in loco delicti, *ut in Auth. Qua in provincia. C. ubi de crimine agi oporteat. etiam pœna ſtatuta ſecundum Cy. ibidem.* Et poteſt eſſe ratio, quia ubi circa eandem rem vel perſonam plus delinquo quàm putarem, punitur delictum ad limites delicti, & non ad limites intentionis. *ff. de furtis. l. vulgaris. §. ſed et ſi quis. ff. de injuriis. l. eum qui nocentem. §. penul.* Antonius tamen *in c. 2. extra. eod. ver. ex his.* dicit indiſtinctè ſe putare, quòd non debet puniri pœnâ ſtatuti, ſed ſolùm pœnâ Juris communis pro quo facit, quia pœnâ nova addita, antiquè non punitur ignorans. Et quia hoc delictum committitur circa diverſas juriſdictiones & authoritates, ſc. contra authoritatem Papæ & alterius ſtatuentis particulariter: unde cùm in delictis circa diverſas res aut perſonas non extenditur delictum ultra propoſitum ad diverſam rem aut perſonam ignoratam. *ut d. l. eum qui. §. penul. & d. l. vulgaris. §. ſed & ſi quis.* ſatis videtur quòd extraneus ignorans pœnam ſtatuti, eâ non ligatur. Fatetur tamen, quòd ſi tanto tempore traxerit moram in loco, quòd veriſimiliter potuit informari de conditionibus ſtatuti, & in ipſo forex ſupina ignorantia hoc ignorare, quòd tunc puniretur pœnâ ſtatuti, præſumitur namque ſcire mores eorum, inter quos eſt converſatus. *de elec. ſi poſtquam, & c. innotuit.* Et idem ſi eſſet propinquus loco, & aſſiduam ibi faceret converſationem; vel ſi communiter tale factum ſit per loca alia propinqua damnatum, ſecundùm ea quæ *no. Jo. An. eod. tit. ſuper rubri. in add. ad Specu. & ad hoc faciunt no. per Archi. 12. di. illa. ver. venerit. & C. de ſumma tri. l. 1. per Bart.*

An extraneus teneatur pœnâ ſtatuti?

h *Futuris temporibus.* Huic convenit quòd legitur & notatur *in c. fi. extra. eod. tit. ubi de hoc. C. de legibus. l. leges.* Cùm enim conſtitutio eſt novi Juris promulgativa, regulariter reſpicit tantùm futura & non præterita, ut notatur *per Jo. An. in c. deteſtanda. ver. de cætero. de conſuet. præben. li. 6.* Secus tamen, ubi eſt antiqui juris declaratoria, ut ibi *not. per eundem.* Sed pro tanto, quòd poſſet aliquis dubitare de diverſis conſtitutionibus bonæ memoriæ *Johannis Stratford*, de quibus habet locum hæc clauſula, "An ſint Juris novi promulgativæ, vel Juris antiqui declarativæ? & eâ occaſione vel aliâ dubitari poſſet an reſpicerent præterita vel præſentia, ad omne dubium tollendum Statuit, quòd futura tantùm reſpicerent, & ſic non reſpiciunt præterita nec præſentia, cujus rei dubia videre poteris in locis convenientibus per conſtitutiones ejuſdem, *infra. iſto eod. ti. ſub ſuis titulis* collocatas.

Hujus autem Concilii c conſtitutiones & f proviſa remedia præcipimus in noſtra g provincia Cantuarienſi h futuris temporibus inviolabiliter i obſervari, mandantes noſtris Coepiſcopis & Suffraganeis univerſis, ut ipſas conſtitutiones per ſe vel per k alios (ut l jus exigit) publicent, & faciant m publicari, ac in publicam n notionem deduci ad

Quæſtio.

i *Obſervari.* Sed quid ſi earum obſervantia fuerit tam per ſubditos prætermiſſa, quàm per Judices & Prælatos ſuperiores quoad pœnas infligendas neglecta, prout probabiliter de hujuſmodi omiſſione & negligentia eſt timendum? Dic quòd in quantum hujuſmodi conſtitutione ſunt præceptoriæ, ſive prohibitoriæ, contrafaciens peccat mortaliter ſi hoc ſcienter fecerit: *pro qua ſententia facit 19. di. nulli. ubi de hoc per Hug. & ad idem notantur plures concor. in c. deteſtanda. ver. damnabitur. de conſuet. præben. per Archi. li. 6.* Et hæc vera puto, poſtquam inter ſubditos hujuſmodi conſtitutiones fuerint debitè publicatæ: *pro quo vide quod dicam infra. ver. publicent.* nec ad non obſervantiam earundem aliqua rationabilis cauſa urget: *pro quo dic ut dixi ſuprà eod. tit. c. 1. ver. præcipimus. & ver. obſervari.* Et an tales excuſantur per non uſum, *vide eod. c. ſuper ver. mandamus.*

k *Vel per alios.* Sic ergo induſtria perſonæ non eſt electa: *pro quo vide quod ſcripſi ſuprà eod. c. præſi. eod. ver.*

l *Vt jus exigit publicent.* Videlicet infra ſex mentium ſpatium ad minus poſt Concilium Provinciale finitum. 18. *di. decernimus.* Convocatis ad hoc (ut ibi dicitur) univerſo Clero & populo ſuæ Diœceſeos, & debet fieri hæc publicatio in Epiſcoporum Synodis, *ut in c. ſicut olim. extra. de accu.* Si tamen infra tempus prædictum Metropolitanus conſtitutiones per ipſum editas mandet publicari, tunc hæc publicatio fieri debet ſecundùm formam mandati cui parendum eſt, ut dixi *ſuprà eod. c. 1. ver. obedientiæ.*

m *Faciant publicari.* Per ſuos ſc. Officiales, Archidiacones, & alios Judices eis inferiores & ſubditos.

n *Publicam notionem.* i. notitiam: nam conſtitutio neminem regulariter ligat, antequam ad eum pervenerit. 82. *di. propoſuiſtis. in fi. ubi de hoc. de conſti. c. 2. ubi etiam de hoc.* Et hoc verum puto de conſtit: Ordinariorum, quorum conſtitutiones non ligant ignorantes, niſi ignorantia hujuſmodi fuerit craſſa & ſupina. *de conſti. c. ut animarum. li. 6.* In conſtitutionibus verò Principis ſolet

dici

Principis conſtitutio ligat ignorantes, Ordinarii autem non

dici quòd ligant elapſis duobus menſibus poſt earum publicationem, antea verò ignorantes non ligant, ut *not. per Ber. de conſti. d. c. 2. & per Jo. An. in d. li. 6. ver. quæro autem. 16. di. quod dicitis. per Archi. 32. di. propoſuiſti. verſus finem. per eundem. & c. 1. de conſeſ. Præben. ver. debuiſſent. per eundem.* Nec obſtat, quòd quandoq; præcipitur conſtitutiones Principis per Epiſcopos publicari, *de pœ. et remiſſ. cum infirmitas. §. penul de accu. ſicut olim. 1. reſp. de Simo. quoniã. Simoniaca. § ſi.* cum ſimilibus, quia hoc fit propter mulieres & ruſticos milites, & alios ſimplices, qui poſſunt Juris ignorantiam allegare. *ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. & tractatur. 1. q. 4. §. ulti. ſecundùm Hoſtien. qui ſic notat extra. eod. tit. §. quando conſtitutio. in ſumma ſtatim poſt principium.* Circa hanc materiam dico aliter, videlicet quod conſtitutio ſtatim quæ eſt edita ligat ſcientes. *ut l. ſi. ff. de decre. ab ord. faci.* De ignorantibus verò diſtingue: nam ſi conſtitutiones ſint præjudicium afferentes, & ſint generales, tunc ligant poſt duos menſes, ut prædictum eſt; & hoc verum, niſi prolixius vel reciſius tempus fuerit appoſitum. *Ar. ad hoc de Præben. cum ſingula. li. 6. Auth. at in privatis do. & c. circa fi. coll. 5.* Leges verò ſive conſtitutiones municipales aut circa certam provinciam vel Diœceſim ordinatæ ut hîc, habent ligare poſt modicum tempus arbitrio ſtatuentis ordinandum, ita quòd quis poſſit dici in ſupina ignorantia, ut legitur *in d. c. ut animarum de conſti. li. 6.* Si verò conſtitutio ſit afferens commodum, ſtatim ſuum operatur effectum. *Ar. C. de decur. l. penul. in fi. li. 10. & notatur per Bart. in l. omnes populi. ver. quinto quæro. ff. de juſti. & jure.* Vel dic quòd conſtitutio Juris antiqui declaratoria ſtatim ligat, & ejus in genere præſumitur ſcientia, ut dicit *glo. Jo. An. in proœmio Cle. ver. de cætero.* & idem in extravagantibus reductis ad corpus Juris, ut *no. Paulus in proœmio Cle. ver. de cætero.* & hoc verum, quando prius fuerunt publicatæ. Si verò conſtitutio ſit novi Juris editoria, & conſtitutio ipſa ſit generalis, tunc ſi diſponat quando ligabit, ſtatur diſpoſitioni. *de Præben. cum ſingula. li. 6.* Si non diſponit quando ligabit, tene quod notat *Paulus in dict. glo. ver. de cætero.* Si autem conſtitutio ſit particularis, dic ut notat *Jo. An. in proœm. Cle. dict. ver. de cætero.* Si verò ſit Provincialis, tunc dic ut notatur per *Hoſtien. in ſumma. eod. tit. §. quando incipit conſtitutio.* & pro ampliatione materiæ *vide not. per Henricum. extra. eod. tit. c. 2.*

a *Utilitatem communem.* Talis enim debet eſſe lex ſive conſtitutio. *4. di. erit autem. cum ibi notatis.*

q *Laudem.* id eſt, exaltationem. *Laudare* enim idem eſt quod *extollere. 6. q. 1. ſunt plurimi. per Archi. in princi.*

c *Et gloriam.* Id eſt, ſummum honorem.

d *Jeſu Chriſti.* JESUS interpretatur *Salvator; Chriſtus* idem eſt quòd *unctus*, à quo dicimur *Chriſtiani*, ut notatur *in c. decet. de immuni. Eccl. ver. Jeſu Chriſti. per Jo. li. 6. & c. ver. per Archi.* Ratio autem quare à Chriſto dicimur *Chriſtiani*, & non à Jeſu *Jeſuani*, eſt, ut notat ibi *Archi.* quia rem ſignatam hoc nomine *Chriſtus*, ſc. Unctionem nobis communicavit: *nam*, ut ait Apoſtolus, *omnes nos de plenitudine ejus accepimus, & unctio ejus docet nos de omnibus. c. cum veniſſent. extra. de ſacra unctione.* Sed rem ſignificatam hoc nomine *Jeſus* non communicavit nobis; interpretatur enim *ſalvator*, cujus effectus, videlicet ſalvare, ipſi ſoli convenit, *Ipſe enim*, ut dicitur in Evangelio, *ſalvum faciet populum ſuum* &c. ac ſi diceret, Ipſe ſolus & non alius. *ad hoc facit de conſe. di. 4. nemo. & c. aliud.* cum ſimilibus.

Quare à Chriſto dicimur Chriſtiani?

e *Statutum, & infra.* Iſta conſtitutio, ut æſtimo, non fuit Provincialis, ſed potiùs Synodalis, & facit tria. Primo ſit declaratio ſive interpretatio conſtitutionis priùs editæ. Secundo ibi, *hac autem*, reſtringitur præſens declaratio, ne noceat conſuetudini prius obtentæ. Tertiò ibi, *abſolutionem*, ſtatuit remedium contra non obſervantes hîc ordinata & declarata.

Diviſio.

f *Et infra.* Hîc decidit ur, quomodo *Robertus Winchelſea* Cantuarienſis Archiepiſcopus edidit ſtatutum de Mortuariis ſolvendis, motus forſan ex hoc, quòd Laici quandoque per ignorantiam, quandoque per negligentiam & injuſtam detentionem Decimarum & Oblationum delinquunt; unde quia non remittitur peccatum niſi reſtitutione factâ, ideo ſtatuit, quòd pro compenſatione ſic ſubtractorum, ſecundum melius animal defuncti Eccleſiæ damnum paſſæ debuit applicari, ſic concinetur in integra.

g *Statuti.* Sc. editi per bonæ memoriæ *Robertum Winchelſea*, cujus tenorem habes *infra. eod. li. de ſepulturis. c. ſi.*

h *Rectores Eccleſiarum.* Idem puto etiam quoad Vicarios, in quantum de ordinatione Vicariorum, compoſitionr vel conſuetudine canonicè præſcriptâ, jus percipiendi mortuarium ad ipſos pertineat: nam pro his quæ pertinent ad portionem ſuam poſſunt Vicarii agere & convenire jure proprio, *ut no. per Hoſtien. ſem in c. ſi perpetuus. extra. de ſi. inſtru.* Et hoc verum, quando eſt lis inter Rectorem & Vicarium, ut ibi patet: & ſic intelligere videtur *Jo. de Athona* in conſtitutione *Othonis, Ad Vicariam. glo. 1. ver. quæro primo.* Unde in hoc *Jo. de Athona* videtur ſequi opinionem illam, quæ vult, quòd Vicarius non poſſidet jure proprio ſed alieno; quã opinionem etiam ſequi videtur *Will. in Cle. unica de offi. Vica. in magna glo. in ver. 6.* Et hæc fuit opinio *Goſ. poſita in c. 1. extra. de offi. Vica. & c. poſtulaſti. extra. de reſcrip.* *Paulus* tamen intelligit opinionem prædictam cum ſuis alleg: veram eſſe in Vicario temporali, non in perpetuo: nam Vicarius perpetuus ſecundùm eum proprio nomine poſſidet. *ff. ſi ag. vellig. petatur. l. fi. & cum Paulo concor. Stephanus in eod. c.* cum quibus ego aſſentio, dum tamen habeat portionem ſibi ordinatam, ſeu aliàs limitatam.

præſtationem cenſebitur.

Simon Langham.

e STatutum, f *et infra.* Quia verò hujus occaſione g Statuti inter h Rectores Eccleſiarum & Parochianos ſuos lites, quas extinguere cupimus, frequentius oriuntur, i illud duximus k Synodali l interpretatione m declarandum, ut viz. ſi n decedens ꝛria vel plura °cujuſcunque generis in p bonis ſuis habuerit

Synodus

i *Illud.* ſc. Statutum.

k *Synodali.* Videtur quòd hæc interpretatio non debeat ultra Diœceſim extendi, cùm non ſit facta in Concilio Provinciali ſed Synodali. Synodus enim ſoler dici Concilium factum ſive congregatum per Epiſcopum in ſua Diœceſi. *de acc. cum olim.* Sed dic, quòd *Synodus* eſt dictio generalis, ſignificans tam Concilium generale, quod convocat Papa, *16. di. 6. ſynodus.* quàm etiam concilium Provinciale, quod vocat Archiepiſcopus. *18. di. non oportet.* Unde potes dicere *Synodali*, i. Provinciali Concilio: de hoc tamen Concilio non conſtat per libros quos vidi, nec puto hanc proceſſiſſe de decreto Provincialis, quia in pluribus (ut mihi videtur) eſt contra fundamenta legum & jurium, ut infra patebit.

l *Interpretatione.* Vide quod dicam *infra. ver. hac autem. ver. interpretatione.*

m *Declarandum.* Hæc ergo conſtitutio non eſt novæ conſtitutionis introductiva, ſed potius antiquæ declarativa; ſuper quo vide quod ſcripſi *ſupra tit. proxi. c. ulti. ver. futuris temporibus.*

n *Decedens.* i. De hac luce ad mortem cedens, & ſupple infirmitate detentus. Unde poſtea moritur infra Parochiam, vel extra in alia Parochia, ut infra colligitur ex litera ibi, *Eccleſiæ ſuæ* &c.

o *Cujuſcunque generis.* Sive ſint de equis, tauris, bobus, vaccis, ovibus, porcis, vel aliàs huiuſmodi. Sic ergo ad effectum quòd debeatur mortuarium, ſufficit quòd ſint tria animalia unius & ejuſdem generis, puta tres equi, vel tres vaccæ; vel etiam quòd ſint duo ejuſdem generis, ut duo equi, & tertium alterius generis quia una vacca. Et idem erit, ſi illa tria animalia fuerunt trium diverſorum generum, viz. unus equus, unus bos, & una ovis. Unde quod hîc dicitur *cujuſcunque generis*, idem eſt ac ſi diciſſet, *cujuſcunq; ſpeciei*: nam ſi tres boves habuerit, non eſt ibi dare triplex genus quia unius generis ſunt, ſed ſunt triplicis ſpeciei. Genus enim in Jure tripliciter ſumitur. Uno modo pro his quæ conſiſtunt in numero, pondere, vel menſura, quæ in genere ſuo recipiunt functionem. *ff. ſi cer. pe. l. 2. in prin. ubi de hoc per Accur. ver. pondere.* Alio modo accipitur genus pro quantitate picta, ſi mihi debeatur tertia, quarta, vel dimidia pars alicujus rei pro indiviſo, debetur mihi genus. *ff. ſi pars hæredi. peta. l. 1. §. 1. & ibi no. ff. ad Trebel. l. deductã. §. nuntiat. in fi. magnæ glo.* Tertio modo dicitur Genus, quod apud Dialeticam dicitur Species. *& ſic ſtat. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. ubi de hoc. & notatur per Bart. in l. Mævius. §. duobus. ff. de leg. 2*

Genus capitur tripliciter.

p *In bonis ſuis.* ſc. ipſius decedentis. Et intelligo *ſuum* dici illud quoad propoſitum noſtrum, cujus vendicationem habere potuit ſi vixiſſet, *ut Laintus l. 2. §. argen ff. de auro & argen. legato.* unde præſupponit dominium & proprietatem. Si ergo habuit uſumfructum vel uſum animalium, non habebit locum in eis id quod hîc dicitur, nec ſi ea pignorata habuerit. *ff. de le. 3 l. ſervos autem ſuos.* Sed quid ſi poſſideat animal bonâ fide, nunquid computabitur in bonis ſuis quos ad effectum iſtum? Puto quòd ſic; maximè ſi animal hujuſmodi ita habuerit, ut inter ſua animalia connumeraretur. & animal ſuum in opinione aliorum reputaretur, *ut d. l. ſervos.* Sed quid ſi habuerit animalia communia cum alio, nunquid in eis habebit locum hæc conſtitutio? Videtur quòd ſic: nam appellatione ſervorum ſuorũ continentur etiam communes, *ut in l. ſi quis ſervos. ff. de leg. 3.* Pro quo etiam facit illud quod ex pluribus legibus fundatur, viz. Quod commune eſt, meum eſt. *ff. de rita nau. Lillud. ff. de leg. 1. l. ſervi electione. §. Labeo.* ubi *de hoc ſunt conc.* Pro qua parte etiam facit favor debitus Eccleſiæ, præſertim concernens ſalutem animæ defuncti, ut viz. poſſit animal quod

Quæſtio.

Quæſtio.

erat Defuncto cum alio commune, totum, & integrum, vendicare nomine Mortuarii, ſaltem ſatisfaciendo ei qui habet communionem in dicto animali pro parte ſua, ad inſtar fiſci qui poteſt rem quam habet communem cum alio, totam vendere ex prærogativa ſua; ſatisfaciendo tamen ei cum quo habet ipſam rem communem ſecundùm æſtimationem ſuæ partis. C. *de vendi. re. fiſca. l. forma. li.* 10. E contra videtur: nam ſi mandetur per aliquem alicui provideri de Beneficio vacaturo pertinente ad collationem ſuam, ſi Beneficium vacans pertineat ad collationem illius cui mandatur, & etiam alterius communiter, non arctat eum cui dirigitur hujuſmodi mandatum: textus eſt *in c. cum in illis in fi. de Præben. li.* 6. nam tale quod eſt mihi & alii commune, propriè non eſt meum, ut *no. in l. id quod noſtrum, ff. de re. in. ubi de hoc per Accurſ.* Præterea injuſtum eſſet, quòd Eccleſia locupletaretur cum aliena jactura. *l. nam natura. ff. de condi. inde.* Sed ſi Eccleſia haberet nomine mortuarii animal, quod erat defuncto & alteri commune, ſic fieret alteri jactura in parte ſua; maximè cùm animal hujuſmodi ſit indiviſibile, & neceſſariò oporteret integrum animal remanere penes eorum alterum, & ſic penes Eccleſiam, quæ juxta iſtud ſtatutum petere poteſt animal ſecundò melius, ergo &c. Et ad effectum, quòd res propriè ſua dicatur, neceſſe eſt quòd pleno jure ipſius ſit, ut in *l. ſervos autem ſuos. ff. de leg.* 3. Et puto verum quòd in hoc caſu non debet reſervari animal, quod erat defuncto & alteri commune, nomine mortuarii juxta effectum conſtitutionis hujus; nec obſtat favor de quo prædixi, quia talis favor non debet extendi in præjudicium alterius. *ff. ne quid in loco publico. l.* 2. §. *merito. & §. ſi quis à principe. extra. de offi. ordi. licet. & ad hoc facit quod not.* 16. *q.* 1. *ſuper gloſſ. adde.* Videtur quòd debeant per *Archi.* & vide hìc ſi placet *no. per Jo. in no. de verb. ſig. c. ul. ver. tuorum. li.* 6. *& per Card. eod. c. gloſſa.* 1.

Quod commune eſt, meum non eſt.

☞

Definitio animalis.

a *Animalia.* Animal dicitur illud quod per ſe movetur, & uno ſpiritu continetur. *ff. de verbo. ſig. l. moventium. ff. de uſuc. l. rerum mixtura. in princi.* Et propriè intelligitur de bruto, quod ſenſu intellectus caret. *ff. ſi quadru. pau. fe. dicatur. l.* 1. Et hotum animalium quædam ſunt majora, ut equi, boves, & hujuſmodi; minora verò, ut porcus, capra, vervex, & conſimilia. *ff. de abige. l.* 1. Cùm itaque omne per ſe movens animal dici poſſit, ut ſuprà patet, quæro, nunquid illud quod hìc dicitur, locum habeat de quibuſcunque animalibus, ſive domeſticis, ſive feris? Videtur quòd ſic: ſaltem de his quorum dominium noſtrum eſſe poterit. Hoc igitur dico, quia quædam ſunt animalia fera extra noſtram cuſtodiam vel uſum noſtrum exiſtentia, & nullius boni ſunt: quædam verò ſunt per nos occupata, & ſic non ſolùm ſunt ſub noſtro uſu, ſed etiam proprietate et dominio conſtituta, ut patet *Inſti. de rerum divi. §. fera igitur.* ubi innuitur, quòd ſub animalium nomine non ſolùm continentur beſtiæ, ſed et volucres, et piſces, dum dicit animalia quæ in cœlo, terra, et mari naſcuntur. Videtur ergo quòd ſi defunctus habuerit tria vel plura animalia, ſive hujuſmodi animalia conſiſtant in natura beſtiarum quadrupedum, ſive pecorum, aut volucrum, aut piſcium, quòd locum habebit quod hìc dicitur, dummodo hujuſmodi animalia in bonis ipſius defuncti fuerint: ad quod facit textus præcedens, dum dicit, *cuiuſcunq; generis animalia*; loquitur enim generaliter, unde generaliter debet intelligi. *ff. de Aleato. l.* 1. §. *penul. extra de conin. lepro. c.* 2. *ubi de hoc per Bern. gloſſa. antepenul.* Loquendò ſecundùm proprietatem et vim termini *animalia*, puto quòd prædicta ſunt vera; ita quòd de Juris rigore tertium animal exeuns in bonis defuncti, et ad ejus uſum ſeu commodum deputatum quodcunq; fuerit, faceret ſecundum animal debere reſervari pro mortuario. Hæc tamen generalitas reſtringitur quandoque ex mente loquentis, quia de talibus non cogitavit, *ff de tranſac. l. cum Aquiliana.* quandoq; ex non verisimilitudine, *de deci. c.* 2. §. 1. *li.* 6. *de offi. vica. c. cum in generali. eod. lib.* quando. que reſtringitur ſive arctatur ad ſolita & conſueta tantùm, *ff. de dam. infect. l. ſi finita. in pria.* Item arctatur ad id quod eſt verisimilius, *ff. de condi. & demon. l. quæ conditio. §. quibus. & l. cum vir uxori.* item ad civilem modum intelligendi. *ff. de ſervi. l. ſi cui.* Item arctatur ex conſuetudine loquentis. *ff. de uſufruc. l. Sempronius.* De his reſtrictionibus & aliis *no. in c. in generali. de reg. Ju. li.* 6. *per Card.* Ex quibus satis videtur dicendum, quòd hæc generalitas (*animalia*) reſtringi debet ad id quod conſuetum eſt fieri; unde debet intelligi de animalibus quadrupedibus quæ ſunt ad veſcendum apta, ut porci, & oves, et conſimilia, aut de his quæ ſunt uſibus hominum commoda, ut equi, boves, aſini, et hujuſmodi, quæ aliàs ſecundùm *Iſido. li.* 12. *Etymologiarum. c.* 1. pecora appellantur. Sic enim obſervat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. *ff. de legi. l. ſi de interpretatione.*

Generalitas reſtringi debet.

☞

b *Optimo.* ſc. animali.

c *Cui de Jure.* Si intelligas *ſcripto*, tunc ei debetur cui forſan per ipſum teſtatorem diſpoſitum fuerit in ſpecie. Si autem in ſpecie de eo non diſpoſuerit ſed in genere forſan, tunc cadit ſub adminiſtratione eorum quos ſibi executores deputaverit, ex vi clauſulæ *de reſiduo bonorum*, vel alterius clauſulæ generalis. Sin autem nullos fecerit executores, ſed forſan inteſtatus deceſſerit, tunc cadit ſub adminiſtratione eorum quibus Ordinarius id duxerit committendum, ſecundùm ea quæ leguntur *infra eod. li. de teſta. c. ita quorundam.* Poteſt etiam iſta litera intelligi de jure conſuetudinario, et ſic ſequenda eſt conſuetudo quæ pro jure habetur. *ff. de leg. l. de quibus. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. ſi.* Poteris ponere exemplum in Herietis ſolvendis, in quibus quandoq; aliis præferuntur Eccleſiæ: & in caſibus ſimilibus.

d *Reſervato.* Supple per ipſum morientem, ſic, quòd inde non diſponat in præjudicium illius cui de jure vel conſuetudine debebitur in eventum mortis ſuæ ſuæ, à qua f Sacramenta recepit, dum viveret, g ſine dolo, h fraude, pervenientis: et hoc innuunt illa verba quæ ſequuntur, *ſine dolo, fraude*, &c. Et hanc reſervationem ſic fieri debere puto, ſi ipſe decedens ſit mentis compos et intelligens; alioquin, ſi ſit alienatus à mente vel aliàs diſtractus, debet hæc reſervatio fieri per adminiſtratores bonorum ſuorum.

c *Eccleſia ſuæ.* Hoc ſtatim determinatur ex eo quod ſequitur, à *qua* &c. Et ſic vigore hujus conſtitutionis non debetur mortuarium illi Eccleſiæ cujus non fuit Parochianus, licèt infra ejus Parochiam deceſſerit. Ex conſuetudine tamen, de qua loquitur in *fi.* bene poſſet illi Eccleſiæ ubi moritur deberi mortuarium, licèt ibi non fuerit Parochianus, ut videlicet Eccleſia illa de rebus, quas ibi habuerit, primam forſan vel ſecundam meliorem habeat nomine mortuarii, et quòd præferatur Eccleſiæ ubi fuit Parochianus in optione illius rei. Et nihilominus Eccleſia, ubi fuit Parochianus, poſſet etiam de aliis rebus habere mortuarium, prout ſe habuerit conſuetudo in hac parte. Eſt tamen verum à parte Juris, quòd cùm talia non debeantur niſi ratione juris Parochialis, ex eo videlicet quòd decedens fuit Parochianus, et ut Parochianus Eccleſiæ ubi habuit domicilium, et in qua ſolebat audire Divina et recipere Eccleſiæ Sacramenta, prout legitur et notatur *in c.* 2. *de ſepul.* §. *cum ab eo. li.* 6. licèt ex cauſa aliqua limitata, per quam non transferatur domicilium, talis ſe transferat ad locum alium, et ibi moriatur, non tamen debetur Eccleſiæ, infra cujus Parochiam moritur, aliquid mortuarium; ſaltem in præjudicium Eccleſiæ Parochialis ipſius defuncti ubi habuit domicilium: facit optimè ad hoc *c. is qui. de ſepul. li.* 6. *ubi de hoc per Doſi.* Sed quid ſi erat domiciliatus in diverſis Parochiis, & in utraque vivens conſuevit percipere Sacramenta, nunquid utraque Eccleſia habebit mortuarium, vel earum altera; præſertim cùm hæc conſtitutio non ſtatuat niſi de uno animali, videlicet de ſecundo meliori? Omiſſis argumentis dico, quòd æſtimatio hujus animalis debet dividi inter ipſas Eccleſias, dum tamen in ipſarum Parochia ſua domicilia æqualiter collocaverit. *Textus eſt in ſimili. extra. de ſepul. c.* 2. *li.* 6. *cui concor. in ſimili. l. Titia textores. ff. de leg.* 1. *& notabiliter. c. relatum. in fi. extra. de teſta.* Secus tamen eſſet, ſi in uno loco inſtructus eſſet, nam à majori facienda eſt denominatio. *Ar. ad hoc ff. de ſta. ho. l. quæritur. ſecundùm Card. in dicto c.* 2. Et idem quòd dictum eſt de duabus Eccleſiis poteſt intelligi de pluribus, *ſecundùm Jo. in no. ver. duo. dicto. c.* 2. *li.* 6.

v. ſtatut. Anno 11. *Hen.* 8. *c.* 6

Queſtio.

Queſtio.

f *Sacramenta recepit.* Hæc conſtitutio tantùm conſiderat receptionem Sacramentorum, non autem auditionem Divinorum; unde ſi in una Eccleſia vel Capella audiret Divina, in alia perciperet Sacramenta, illa præferri debet in qua percepit Sacramenta, ut hìc patet; & hæc puto eſſe vera, niſi conſuetudo patriæ aliud exegerit.

Delict.

g *Sine dolo.* i. Calliditate, fallacia, vel machinatione ad circumveniendum vel decipiendum Eccleſiam in ea parte adhibenda. Sic enim ſumitur dolus *ff. de dolo. l.* 1. Et dolus hujuſmodi probari poteſt ex perſpicuis conjecturis, ut legitur *in c.* 2. *de renun. li.* 6. Eſt namque vitium animi, quod ex qualitate facti cognoſcitur. *ff. de excep. doli. l.* 1. *in fi. C. de reſcin. ven. l. dolus.* Et hujuſmodi dolus quandoq; præſumitur, viz. quando facti qualitas ad perſonæ, de cujus dolo agitur, circumſtantias relata, ex Juris interpretatione dolum continet. Verbi gratiâ. Aliquis infirmitate prævenius & languens, in extremis habens tria animalia vel plura, nullâ neceſſitate ductus alienat omnia animalia ſua, hìc præſumitur dolus; nam ſolvere mortuarium ſtante conſtitutione iſtâ, eſt debitum, cujus quidem debiti ſolutio eſt neceſſitatis. *ff. de minoribus. l. quod ſi minor. §. reſtitutio.* Ergo alienando rem illam, cujus venditio non poteſt ſe compati cum eo quod ſibi de neceſſitate incumbit, ſc. ſolvere ſive reddere mortuarium, facit dolum præſumi. *ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lutius. & dicto c.* 2. *de renun. præall.* Sic quoq; & dolus quandoq; probatur, quandoque æſtimatur, quandoq; conjecturatur, quandoque judicatur vel demonſtratur. Pone exempla per ea quæ *no. in c. ſcienti. de re judi. per Card. li.* 6.

h *Fraude.* Hanc qui allegat ipſam probare debet, ſicut & qui dolum allegat: *ff. de probat. l. quotties. §. qui dolum.* & quamdiu conſiſtit in animo abſque evidentia exteriori, poteſt purgari proprio juramento. *extra. de Excommunica. paſtoralis. ſecundùm Jo. de Athona. qui ſic notat in conſtitutione Othonis, Alicubi audivimus. ver. callide. in princi.* Si verò progrediatur ad executionem actus qui conſequenter ſequitur ex dolo, tunc probatur ex perſpicuis indiciis & veriſimilibus conjecturis. C. *de dolo. l. dolo.* Hujus autem probatio ſive inveſtigatio multiplex eſt, ut patet *in loco prælle. per Jo. de Athona.* ad cujus declarationem etiam faciunt *no. & alleg. in gloſſa præcedenti.* Et ſecundùm *Papiniu:* fraus conſiderari debet non ſolùm ex eventu, ſed ex conſilio,

Dolus & fraus differunt.

lio. *ff. de regu. ju. l. fraudis.* Ex quo videtur, quòd fraus non est sine dolo, & sic ibi sentit *glo.* Differunt tamen Dolus & Fraus, super quo *glo in l. Juris gentium.* §. *dolo. ff. de pac.* ponit tres opiniones, secundùm quarum primam, dolus est genus, fraus est species, & sic inest dolo, & fraus sicut species inest generi. Secundùm alias duas, dolus est species, fraus est genus; & sic etiam inest dolo fraus, sicut genus speciei. Sed primam opinionem approbat ibi *Bart.* quoad solutionem contrarii, de quo ibi loquitur glossa, qui etiam concludit quòd dolus & fraus idem important in effectu.

seu [a] contradictione qualiber, [b] pro recompensatione [c] subtractionis [d] Decimarum personalium, necnon & [e] oblationum, [f] secundum melius animal [g] reservetur, [h] post obitum, pro [i] salute animæ suæ, [k] Ecclesiæ suæ, hujusmodi liberandum. [l] Quod si duo tantùm in bonis decedentis extiterint animalia, [m] de mansuetudine Ecclesiæ [n] exactio quælibet nomine [o] mortuarii remittatur. Quodq; si [p] mulier viro superstite obierit, ad solutionem mortuarii [q] minimè

f *Secundum melius Animal.* Hìc vide quod scripsi *supra. ver. animalia.*

g *Reservetur.* Supple per ipsum decedentem; vel aliàs ut dixi *supra. ver. reservato.*

h *Post obitum.* Quid ergo si Paterfamilias adhuc vivens, infirmitate tamen de qua moritur detentus, propter necessitatem & ad relevamen paupertatis suæ vel indigentiæ vendat aliqua animalia sua, sic quòd post obitum suum nulla remanent de quibus solvi possit mortuarium; quid erit Ecclesiæ faciendum? Dicendum puto, quòd si dolo vel fraude cessantibus fiat talis alienatio, tunc Ecclesia nihil habebit; præsertim cùm liceat unicuique de re propria pro libito ad suam utilitatem disponere. *l. 12 re mandata. C. man. & ad hoc optimè facit* §. *si quis in l. unq; solum. ff. de alien. iudi. mut. caus fac.* Nec debet Ecclesia esse sollicita in vita alicujus sui Parochiani de bonis suis. *Ar. ad hoc. ff. de acqui. hare. l. qui superstitis.* Si autem dolo vel fraude facta sit hujusmodi alienatio, tunc puto alienationem hujusmodi, in quantum tendit in præjudicium Ecclesiæ, fore revocandam; maximè ubi emptor erat particeps fraudis, & hoc per officium Judicis, vel conditione ex hac constitutione adinstar alienationis factæ in fraudem patroni. *Ar. ff. si quis in frau pat. l. 1. & 2. & ff. quæ in frau. cre. per totum.* Si autem emptor sit bonæ fidei, tunc dicerem quòd illud secundum melius animal restitueretur Ecclesiæ, & de aliis bonis defuncti redderetur emptori pretium, si tamen ipsum animal habuerit ex titulo lucrativo: tunc cùm sibi damnum non inferatur, bene possit hujusmodi alienatio revocari totaliter. *Ar.* §. *simili modo. in l. qui autem. ff. quæ in frau. cre.* Si verò facta sit alienatio omnium bonorum, tunc eo ipso præsumitur fraus, & habet locum constitutio bonæ memoriæ *Joh. Stratford*, quam habes *infra. de donatio. c. cordis dolore. ibi videas.*

i *Pro salute animæ suæ.* Quæ consistit in peccati remissione, & quod non remittitur nisi subtractum restituatur. *extra. de usur. cum. tu.*

k *Ecclesiæ suæ huiusmodi.* Scilicet à qua Sacramenta recepit.

l *Quod si duo.* Secunda pars.

m *De mansuetudine Ecclesiæ.* Mansuetus secundùm *Papiam* est, qui nullam injuriam irrogat. *& no. 16. q. 1. nos autem. ver. mansuetos. per Archid. & 12. q. 2. fraternitat. ver. mansuetudine.* Hæc itaq; virtus in Personis Ecclesiasticis commendabilis est, sic tamen quòd mansuetudo ocet rigorem, & rigor regat mansuetudinem; sic quòd alterum commendetur ab altero ne rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. 45. *di. sunt nanq;.* Esset enim valdè rigorosum, ubi tantùm duo sunt animalia, & unum debetur forsan Domino tenuræ, vel alteri de jure vel consuetudine, quòd Ecclesia reciperet secundum melius animal, nullo relicto uxori vel liberis defuncti; præsertim ubi sunt inopes & egentes.

Mansuetus.

n *Exactio quælibet.* Si ergo absque exactione gratis offeratur, videtur quod illud oblatum Ecclesia recipere non prohibetur, ut sic sumatur exactio pro conventione judiciaria, qua invitus quis solvere compellitur. *ff. de leg. 3. l. fidei commissa.* §. *si rem.* In isto tamen casu videtur contrarium, scil. quòd etiam à volente non recipiatur: pro quo facit textus hic, dum dicit, *exactio quælibet remittatur.* Impropriè enim dicitur *exactio*, prout sonat in petitionem, *remitti*; sed prout sonat in solutionem, propriè dicitur *remitti*. Dicere ergo, *quælibet exactio remittatur*, perinde est ac si diceret, quòd *solutio remittatur*: & concordat in simili, videlicet quòd etiam à volente non recipiatur, C. *de salga. hospi. non Prab. & ibi. li. 12. & faciunt not. per Arch. de rescrip. c. statutum. ver. exigat. li. 6.* Sed quod prius dixi puto verius; nam exactio remitti dicitur, quando jus ad mortuarium hujusmodi competens relaxatur, seu aliàs remittitur. *faciunt ad hoc nota. per Jo. 8. q. 3. c. talia.* Et sic licèt in hoc etiam casu secundum melius animal sit in obligatione, & debeatur Ecclesiæ, non tamen erit in petitione, ut scil. exigatur in effectu.

o *Mortuarii.* Sic dicti, eò quòd relinquitur Ecclesiæ pro anima defuncti, ut *no. de offi. ordi. conquerente. ver. mortuariorum. per Ber.* & quia cum mortuo tempore sepulturæ consuevit ad Ecclesiam deferri: cui conveniunt *no. per Jo. An. de sepul. c. 1. ver. cui quibus. in Cle.*

p *Mulier.* i. Uxor. Quandoque tamen ponitur pro impubere, quandoque pro virgine, quandoque pro corrupta, *quæ dic ut no. 32. q. 2. mulier. per Jo.*

Mulier.

q *Minime coerceatur.* Hujus rationem de jure non bene video, præsertim cùm causa movens condemnatum, quæ est subtractio

Quæstio.

a *Contradictione.* Prius enim removet quamcunque evasionem occultam quæ posset fieri ex cordis imaginatione, dum dicit, *sine dolo aut fraude.* Jam removet evasionem apertam, & inobedientiam sive rebellionem manifestam, dum dicit, *sine contradictione qualibet:* & simile habes *de conces. Præb. constitutus.* Sed quæro, quo jure tenentur subditi suffraganeorum obedire huic ordinationi, maximè cùm constitutio liget tantùm subditos constituentis. C. *de sum. Trini. & fi. Catho. l. 1. in prin.* cum similibus? Dici potest, quòd authoritate Provincialis Concilii, in quo si hæc constitutio per Archiepiscopum fuerit edita, ligat omnes de Provincia. 18. *di. c. alii. de accu. sicut olim de Præb. grave. de sen. Excomm. à nobis. l. 1. & ibi. no. per Inno. & de loca. c. 1. per. Hostien. pro quo bene facit* 8. *di. quæ contra. ubi de hoc per Arch. pro quo vide quod no. de sen. Excomm. c. Romana. ver. sententiæ. per Card. & Archi. li. 6.* Sed verisimile est hanc constitutionem non fuisse editam in constitutione Provinciali, ut dixi *supra. ver. Synodali. ad fi.*

b *Pro recompensatione.* Hìc sume illud quod sequitur, videlicet, *secundum melius animal post obitum reservetur.*

c *Subtractionis.* Supple, ignorantèr factæ. Nam si scienter & voluntariè subtraxerit Decimas personales seu Oblationes debitas Ecclesiæ, & Decimæ illæ vel Oblationes extenderent se ad magnam quantitatem, videlicet ultra æstimationem animalis secundo melioris, non esset justa recompensatio, ut forsan pro Decimis vel Oblationibus extendentibus se ad valorem 20 sol: solveret unum animal 5 sol. Et iste intellectus satis colligitur ex integra.

Quæstio. Sed quid si nullus Decimas vel Oblationes hujusmodi subtraxerit, an tenetur reservare animal secundo melius de quo hic dicitur? Puto quòd in hoc respiciendum est ad consuetudinem diutius usitatam, ut patet *infra. eod. c.* §. *hac autem.*

Decimæ personales

d Decimarum personalium. Quæ debentur ex negotiatione; artificio, militia, & hujusmodi, quæ potiùs respiciunt personam quàm rem ipsam; & tales solvi debentur Ecclesiæ ubi quis audit Divina, & Ecclesiastica percipit Sacramenta, ut *in c. ad Apostolicæ. extra. de deci. & 16. q. 1. quæsti.* Judæi tamen has Decimas personales solvere non tenentur, quia eorum personæ non sunt de corpore Ecclesiæ, prout *no. in c. de terris. extra. de deci. glo. 1. per Bern.* nec debet Ecclesia hujusmodi Decimas ab eis recipere, ne videatur ipsorum personas approbare, juxta *nota. per Johan. 16. q. 1. c. decimæ. super ver. negotio.* Tu dic quòd si Judæi inhabitent loca, ubi Christiani solebant habitare, & faciebant Oblationes, & solvebant Decimas personales, ipsi Judæi facient Oblationes, & simili modo solvent Decimas personales; ne Ecclesiis, quæ ab inhabitantibus loca hujusmodi solebant recipere Oblationes & Decimas personales, fiat præjudicium per ipsos Judæos: *& sic no. Docto. de usuris. c. quanto.* & circa hoc vide quod dicam *infra. de deci. c. saulla Ecclesia. ver. negotiationum.*

Oblatio multiplex

e *Oblationum.* Quarum appellatione generaliter intelligendo continentur omnia quæ quocunque titulo ad Ecclesiam perveniunt, *in c. cum inter extra. de verb. sig.* sive sint mobilia sive immobilia. Est tamen differencia inter Oblationes quæ fiunt Altari, & aliæ Oblationes, *ut ibi no. Inno.* Specialiter verò loquendo dicitur Oblatio id quod in Missa offertur Sacerdoti, quæ in præcipuis festivitatibus debita & necessaria est, ut in *c. ut Dominicis. extra. de Parochi. secundum Hostien. qui sic notat in c. causa. extra. de verb. sig. & sumitur hìc.* Pro cujus materiæ declaratione scire debes, quòd est oblatio quæ fit Ecclesiæ, sive de bonis mobilibus sive immobilibus per modum donationis inter vivos. Alia est Oblatio, quæ fit ad instar donationis ex causa mortis; & tales donationes ab initio sunt gratuitæ, nec possunt aliqui compelli ad eas faciendas. In aliis verò secundùm Hug. quilibet potest cogi per Excommunicationem, *ut in c. omnis Christianus. de conse di. 1.* Alii tamen intelligunt illud *c.* de Oblatione interiori, vel bonorum operum, inter quos est *Ray. Hostiensis* dicit, quòd in præcipuis festivitatibus tenetur quis offerre, & cogi potest, maximè cùm sit quasi generalis consuetudo ubique terrarum: & sic intelligit *Hostiensis* illud *c. omnis Christianus.* Et intelligit festivitates præcipuas, dies Dominicos, & alios dies festivos, prout sic notatur per eundem *de Paroch.* §. *in quibus. in summa sua.* Ego autem puto consuetudinem super hoc fore attendendam, cui satis convenit quod legitur *c. ad Apostolicam. extra. de sym. & ibi notatur per Inno. & de Paroch. super Rub. per eundem. sed melius ibidem per Jo. in no. & concor. no. per Archid. in dicto c. omnis Christianus. & de decimis. c. quamvis. per Jo. in no.*

tractio Decimarum personalium & Oblationum, ut suprà patet in parte decisa, æquè potest concernere personam mulieris, sicut & viri. Sed forsan condens attendebat modum solvendi Heretas, ubi à viro moriente tanquam principali & capite domus à Dominis temporalibus & aliis Capitalibus exiguntur, & non ab uxore moriente, vivente viro; sed non est par ratio, ut patet ex prædictis.

a *In domo.* Intellige non tantùm secundùm proprietatem, sed ut in domicilio. Unde sive in propria domo, sive in conducta, vel gratis inhabitet locum, habebit quod hic dicitur. *Ar. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de injuriis.* Sic tamen quòd familiam teneat, & hoc est quod sequitur.

b *Cum familiæ regimine.* Et nota quòd *familiæ* appellatione contineri possunt omnes qui in servitio alicujus sunt, sive liberi, sive servi. *ff. de ædil. edict. l. edites. §. familiæ, & ff. de vi. & vi ar. l. 1. §. familiæ. & de publica. & vecti. l. 1. §. familia.* & hoc modo intellige quod hîc dicitur. Quomodo autem *familiæ* vocabulum variè sumitur, habes *ff. de verb sig. l. pronuntiatio per totum.* & de triplici genere familiæ notat *Archid. de privile. c. licet. ver. familiaribus. lib. 6.* Sed quid si mulier post mortem mariti soles habeat filios, vel solas filias, vel filios & filias, vel forsan nepotes & neptes simul in domo, & non alios famulos, neque liberos, neque servos, an tales contineantur appellatione Familiæ? In casu isto videtur quòd non; quia fœminarum liberi in ejus familia non sunt, sicut legitur *ff. de verb. sig. l. familiæ.* puto tamen quòd sic, illa consideratione: quia Familia censetur collectio personarum, sub regimine alicujus existentium. *ut dicta. l. pronuntiatio. §. familiæ appellatio. in princi.* Nec obstat *l. alleg.* in contrarium, quia ibi ponitur Familia pro potestate, *ut ibi notatur in glo.* Unde licèt fœmina non habeat liberos in potestate post mortem mariti, eos tamen bene potest habere sub regimine, ut sic dicantur de ejus familia, ut prædixi. Sed aliter dici potest, quòd hæc litera non dicit *familiæ suæ*, sed *familiæ* simpliciter; & sic potest intelligi de his omnibus qui sub unius potestate fuerunt, qui rectè ejusdem familiæ, sive una familia appellantur, *dicta. l. pronuntiatio. ver. Communi jure.* ut potius respiciatur natura quàm jus. Sed quid si unum vel duos servientes habeat, & non plures, an dicetur habere familiam? Videtur quòd sic: *ff. de vi. & vi ar. l. 1. §. familiæ.* ubi familia dicitur feciſſe quod per unum factum est. E contra tamen facit quod legitur in *l. detestatio. ff. de verborum significatione. §. unicus.* ubi dicitur, quòd nec unicus, nec duo famuli faciunt familiam. Circa hoc æstimo verum, quòd etiam duo non faciunt familiam, imò tres ad minus, *ut l. Neratius. eod. tit. ubi de hoc.* sed per unum bene retinetur jus familiæ. *Ar. l. sicut. §. fi. ff. quod cujusq; universitatis nomine. et no. d. l. per Accursium.* Si tamen hæc mulier secum habeat duos sibi ministrantes, ipsâ existente tertiâ, dico illos tres constituere familiam; nam & dominus sive caput domus numeratur & continetur in familia. *ut d. l. pronuntiatio. ver. pater autem familias. & l. familiæ, in princi. Et no. de concess. Præb. c. post electionem. glo. 3.* Nec obstat *l. 1. §. familiæ. ff. de vi. & vi ar.* quia speciale est in illo interdicto in odium violenti, ut patet in *dicta l. detestatio. per Accursium.*

c *Vidua.* i. Non maritata. Et dicitur *Vidua* quasi à *viro idua*, id est, separata; ab *iduo*, quod idem est quod separo, vel divido, *ut no. Jo. de Athona. in constitutione Othoboni, Eccle. siarum. ver. viduarum.* Et propriè dicitur Vidua quæ desiit esse nupta: quandoque tamen dicitur Vidua etiam, quæ nunquam fuit nupta. *ut C. de indic. vi. toll. per totum. & est textus. in l. malum. §. vidua. ff. de verborum significatione. de hoc. etiam no. C. quando impera. inter pu. & vi. l. unica. ver. modo quæro. per Cyn.*

d *Per annum.* Hæc præpositio, *per*, significat continuationem temporis, ut videlicet totus annus continuetur in viduitate. *& huic concor. not. per Archid. in c. contumacia. de hæreti. li. 6. ver. per annum. ubi de hoc sunt concor.* Significat namque perfectionem seu completionem, *ut l. urbana. §. pernoctare. ff. de verborum significatione. & no. in Cle. causam. de elect. ver. perfecto. per Jo.* Quandoque *per* denotat causam, *46. di. hoc privilium. ibi per 1. proster. & l. di. ut constituerentur. eod. ver. per Arch.* Quandoque significat temporis concomitantiam. *35. di. sexto die. ver. per quas. per Arch.* Ex hac litera patet, quòd si mulier manens vidua infra annum decesserit, quòd non deberur mortuarium: cujus rationem non video, nisi dicatur, quia per tantum tempus retinet domicilium viri præmortui. *Ar. l. filii. §. vidua. ff. ad munici. & C. de bo. mat. l. 5. ubi de hoc per Cy. C. de privile. scho. l. 1. li. 10.* Sed per rationem illorum Jurium non solùm hoc retineret per annum, sed etiam quamdiu vidua permaneret; quæ ergo sit ratio, dicat *Apollo.*

coerceatur. Sed si post obitum mariti [a] in domo [b] cum familiæ regimine [c] vidua [d] per annum [e] supervixerit, juxta [f] formam superiùs scriptam ad mortuarium obligetur. [g] Hac autem [h] interpretatione [i] consuetudini laudabili super [k] mortuariis in [l] nostra provincia [m] aliter observata nolumus [n] præjudicium generari, quin si decedens numerum hujusmodi animalium habuerit, seu non habuerit virve aut uxor prius aut post decesserit, super præstatione mortuarii [o] consuetudo Ecclesiastica observetur. [p] Ad solutionem autem debiti de jure vel consuetudine mortuarii renuentes Volumus per locorum [q] Ordinarios [r] censura Ecclesiastica coarctari.

Rector Ecclesiæ decimas nondum perceptas ante nununtiationem Divæ Virginis non vendet.

Edmundus.

e *Supervixerit.* Supple, & in eadem viduitate decesserit. Nam si nupta fuerit alteri, tunc si decederet vivente secundo marito, non esset compellenda ad mortuarium solvendū, ut patet hîc in textu.

f *Formam superius scriptam.* viz. de reservando Secundum melius animal, ubi sunt tria animalia.

g *Hac autem.* Secunda pars, in qua præcedentia restringuntur, ne noceant consuetudini laudabili aliter observatæ.

h *Interpretatione.* Videlicet super dicto statuto *Roberti Winchelsea.* Hæc namque constitutio, quam ascripsi *Simoni Langham* (licèt in quibusdam libris, & malè, ascribatur *Stephano Langton*, qui longo tempore præcessit *Robertum Winchelsea*) interpretando declarat dictam constitutionem *Roberti*, quæ est *infra. de sepul. c. fi.* Et hoc bene licet sucessori, qui consideratâ jurisdictione & dignitate reputatur eadem persona cum condente. *Ar. l. proponebatur. ff. de judi.* Hoc namque non facit ut privatus, sed ut Archiepiscopus. *cui dicto concor. quod no. per Bar. ff. de appella. l. ab executore. c. ver. quæro utrum unus iudex.* ubi videre poteris multa notabiliter posita super materia interpretationis, quasi per totam legem: & optimè *de justi. & ju. l. omnes. ver. 6. principaliter. cum ver. sequen. per eundem.* & de hac materia *no. de postula. pra. c. 1. ver. interpretatus. per Bet. & alios. & 11. q. 1. c. sicut. per Jo. & Archid.*

i *Consuetudini laudabili.* Ad quam servandam possunt compelli contra facere volentes, *prout legitur extra. de simo. ad Apostolicam.* ubi *Hostiensis* ponit exemplum de consuetudine *Venetiis*, ubi post mortem alicujus solvitur Ecclesiæ decima omnium bonorum mobilium. Item in Britannia solvitur tertia pars. Et potest dici consuetudo laudabilis omnis illa, quæ non est contra fidem vel contra bonos mores, & quæ est pia erga Deum & Ecclesiam. *11. di. consuetudinem.* Unde in aliquibus locis consuetudo est, quòd Ecclesia habeat lectum defuncti, vel ejus vestes, *ut no. Host. d. c. ad Apostolicam.*

Consuetudo laudabilis.

k *Super mortuariis.* Scilicet solvendis vel non solvendis.

l *In nostra provincia.* Ex hac litera videtur, quòd supradicta Ordinatio potius concernebat Diœcesim quàm Provinciam, *ut dixi supra. eod. ver. Synodali.* quasi intendere velit, ut per ordinationem factam in Diœcesi non præjudicetur consuetudini alibi exeunti infra Provinciam.

m *Aliter observata.* Sc. quam suprà dictum est de solvendo Secundum melius animal ex tribus.

n *Præjudicium generari.* Constitutio namque consuetudini speciali non derogat, nisi de ea fiat mentio expressa. *de consti. c. 1. li. 6.*

o *Consuetudo Ecclesiastica.* Sive sit universalis, sive particularis: pro qua materia latiùs videre poteris *extra. eod. tit. super Rubri. per Jo. in no. & per Cy. C. quæ sit long. consuetu. l. consuetudinis.* & *per Bart. in repetitione ejusdem legis.*

p *Ad solutionem.* Tertia pars.

q *Ordinarios.* Eos v.z. qui præsunt Jurisdictioni ordinariæ, & possunt uti censura Ecclesiastica. *pro quo vide infra glo proxima.*

r *Censura Ecclesiastica.* i. Per Suspensionem, Excommunicationem, & Interdictum. *extra. de verbo. sig. c. quæreuti.* Et nota quòd censura Ecclesiastica, & animadversio Ecclesiastica dicuntur. Est enim Censura circa pœnam spiritualem, Animadversio circa pœnam temporalem, *ut no. Archi. de homici. c. 1. ver. animadversio. li. 6. & de exceptionibus. c. fi. in fi. per eundem.* Hanc autem censuram fulminare possunt Ecclesiarum Prælati quibus ab homine, lege, vel Canone, aut consuetudine tribuitur Jurisdictio Ordinaria. *de offi. ordi. c. cum ab Ecclesiarum. & c. quanto. per Inno. Host. & Jo. An. in no. & de offi. Archi. cum satis. ubi de hoc per Host.* Et sic Archidiac: potest hanc censuram fulminare, ut patet in locis prædict: *& no. 24. q. 3. tam sacerdotes. per Archi.* Simplices tamen Curati hoc non possunt hodie, quia præscriptum est contra eos, *ut no. Doct. in d. c. cum ab Ecclesiarum.* Et potest hoc verum intelligi, quòd non excommunicant personam certam, sed generaliter &c. *de offi. Ordi. c. 2. & pro hac materia vide no. per Host. in summa. de sentes. Excommuni. §. quis potest excommunicare. ver. nedum autem ius, usq; in fi.* An autem consuetudo possit hanc potestatem dare privatæ personæ, vide *vide no. per Doct. de fo. compe. c. cum contingit,*

Censura Ecclesiastica & Animadversio differunt.

Nullus

a NUllus Rector b Decimas c Eccleſiæ ſuæ d nondũ per-
ceptas e vendere præſumat f ante Annuntiationem Beatæ *Mariæ*

a *Nullus Rector.* Supple vel Vicarius, ubi eſt perpetuus, & de ordinatione Vicariæ ſuæ habet percipere Decimas, de quibus hîc loquitur, pro quo & quid importet hæc dictio *Rector. vide infra. ver. rectorum. & etiam nota ea quæ ſcripſi ſuprà. c. proxi. ver. rectoret Eccleſiarum.*

b *Decimas.* De quibus ſive loquamur de prædialibus, ſive perſonalibus, ſive mixtis, in caſu hujus conſtitutionis recurrendum eſt ad conſuetudinem, *ut infra patebit. verſ. conſuetudine.*

c *Eccleſiæ ſuæ.* Supple, pertinentes.

d *Nondum perceptas.* De perceptis ſatis liceret ſibi diſponere, ut ſibi & ſuis de eis fidelem & debitam faciat diſpenſationem. *31. di. omnino. & l. di. c. ſtudeat.* Eſt namq; talium fructuum perceptorum dominus, & eorum habet proprietatem quantum ad diſpenſationem prædictam, *ut no. Arch. de reſcrip. c. ſtatutum. ver. ſuo proprio. verſus finem glo. li. 6. & videtur eſſe textus in c. conſuetudinem. de cleri. non reſi. eod. li. pro quo vide quod infra dicam ſuper ver. legata.*

e *Vendere præſumat.* Potes intelligere incommutabiliter, ut viz. per illam vendirionem non transferat jus Decimarum per viam alienationis perpetuæ; ſed hoc non fuit de mente condentis hanc conſtitutionem, quia non liceret de jure communi, *ut legitur & not. de re. permuta. c. ulti.* Sed intellige, *vendere* &c. ſc. commutabiliter: ut viz. ante Annuntiationem Beatæ *Mariæ* Virginis non vendat perceptionem fructuum nondum perceptorum, quod tamen aliàs potuiſſet ad modicum tempus adinſtar uſufructuarii. *ff. de uſufruc. l. arboribus. § uſufructuarius. & de loca. & conduc. c. veſtra. & ne Prælati vices ſuas c. querelam.* Perceptio namque fructuum futurorum rectè emitur. *ff. de contraben. emp. l. nec emptio.* Sed quid ſi de facto vendat, an teneat venditio facta ante iſtud tempus hîc limitatum? Videtur quòd non: quia iſta venditio facta eſt contra prohibitionem hujus conſtitutionis, ergo non tenet. *Ar. l. non dubium. C. de legibus. præſertim in contractibus. ut ibi ſolet notari. & facit ad idem regula juris. quæ contra. li. 6. cum ibi ad hanc partem alleg. per Jo. An. & Di.* In quibus etiam locis videre poteris multa argumenta in contrarium, ad quæ ſufficiat remittere, & verſuntur argumenta prædicta pro & contra. Super hoc, quòd id quod contra leges factum eſt, haberi debet pro infecto; ad cujus contrarium faciunt omnia illa jura quæ dicunt, quòd licèt aliquid fieri non debeat, factum tamen tenet. Secundùm quæ videtur, quòd licèt hîc prohibeatur venditio, facta tamen tenet. Sed puto contrarium eſſe verius, videlicet quòd in hoc caſu non teneat venditio facta contra prohibitionem hanc. Pro cujus materiæ declaratione, & pro concordantia opinionum ſive diſtinctionum ſuper hoc poſitarum, dic, aut lex ſive conſtitutio aliquid fieri prohibens habet cauſam prohibitionis rationabilem annexam, aut non. Si habet cauſam rationabilem annexam, aut illa cauſa eſt perpetua, aut temporalis. Si perpetua, tunc non tenet factum contra prohibitionem legis; & ſic ſtant notata per *Ber. & Hoſti. in c. tua. de ſpon. duo. & 10. di. vides, ubi de hoc per Jo. & Archi. & per Accurſ. dicta l. non dubium.* Ubi verò cauſa prohibitionis eſt temporalis, tunc aut illi prohibitioni apponitur decretum, ne quid fiat in contrarium, & tunc factum contra prohibitionem non tenet: ad quod optimè facit quod notatur *in Clc. prima de jure patron. ver. inhibentes. per Jo. & eod. c. ver. diſtrictius. per Paulum.* Si verò non ſit decretum appoſitum, tunc bene tenet factum in contrarium, ut ibi notatur. Si verò legi ſeu conſtitutioni aliquid fieri prohibenti non ſit cauſa annexa, tunc ſubdiſtingue: aut lex, vel conſtitutio ipſa ſtat in nudis finibus prohibitionis, ut hîc; aut procedit ultra. Primo caſu contra factum non tenet, quia ſufficit quòd lex hoc prohibeat, *ut in l. non dubium præalle.* & ſic intelligi poteſt opinio quam recitat *Jo. An. dicta regula Juris. quæ contra. prope fi. & opinio quam ponit Di. in eadem regula. verſum fi. li. 6.* quod verum intelligo, niſi aliâ lege caveatur quod teneat. *& ſic ſtat dictum Archi. de reſcrip. c. ſi eo tempore. ver. provideri. li. 6. & Jo. An. de regularibus. ad Apoſtolicam. ver. obtinet.* Secundo caſu, quando lex prohibitoria procedit ultra; tunc ſecundum modum, ad quem ultra procedit, tenet aut non tenet, *ut no. Doct. prædict. in locis proxi. alleg. & concor. Cardi. de religi. do. ti. unico. ver. prohibitionem. li. 6. & notatur per Cyn. dicta. l. non dubium. ver. 7. opponitur.* Prædicta intelligo vera in contractibus, & in his quæ (ſi non obſtaret prohibitio) eſſent licita. Si autem delictum contineant, & aliàs eſſent illicita; tunc contra factum uno reſpectu tenet, & alio reſpectu non tenet: tenet enim in contrafacientis incommodum, ut ex illo facto ſive delicto puniatur; ſed non tenet ad ejus commodum, ut ex eo aliquid commodius ſequatur. *& ſic ſtat dictum Cy. dicta l. non dubium. ver. 4. opponitur. cui etiam dicto concor. Jo. An. & Dy. in regula Juris prædic. quæ contra li. 6.*

Quæſtio.

An facta contra prohibitionem legis teneant?

f *Ante Annuntiationem* i. Diem quo celebratur feſtum Annuntiationis Beatæ *Mariæ* Virginis, & ſupple, diem finitum. *Ar. l. qui ante Calendas. ff. de verb. obli. quam legem ſic intelligit ibi Bart.* Nam ut dicit idem Doctor *in l. 2. ff. ſi cer. peta. § creditum. ver. advertè.* pro hujus declaratione, quandoque hæc dictio *ante*, reſpicit terminum inſtantaneum, id eſt, qui finitur in inſtanti; ut ſi dicat, *ante mortem*, quia mors in uno inſtanti eſt, tunc namque (*ante*) ſignificat tempus quod præcedit. Quandoque hæc dictio reſpicit terminum, qui habet tractum & durationem aliquam uſque ad perfectionem ejuſdem, ut in hoc exemplo, *ante Calendas*, quæ incipiunt de mane, & terminantur in ſero: & in caſu noſtro, *ante annuntiationem*, id eſt, Annuntiationis diem, quod (quoad ipſius feſti celebrationem) ſecundùm conſuetudinem regionis prius incipit, & tardius terminatur, *ut in c. quoniam. extra. de feriis.* unde in talibus iſtæ dictiones, *ante Calendas, ante Annuntiationem*, & hujuſmodi, debent intelligi, *ante Calendas finitas*, vel *ante feſtum* ſive *diem finitum. all. ad hoc. l. ſtipulationes dividuntur. § penul. ff. de verb. oblig. ubi de hoc in textu & in gloſſa. & l. qui ante Caland. præall. & l. eum qui ita. § qui ita. eod. tit. & ſic ſtat decretum. 76. di. §. non autem. ibi. non ante diem Pentecoſtes.* &c. *Et pro hoc facit optime, Authen. hic ſimiliter lex. ver. ſi vaſallus. ibi, ante Calendas Martii & poſt Cal.* &c. Quandoque iſta dictio adjicitur termino qui habet tractum & durationem poſt ſuam perfectionem; ut ſi dicatur, *ante nuptias*: nam poſtquam ſunt nuptiæ perfectæ, nuptiæ durant donec alter moriatur vel divertat, & tunc intelligitur, *ante nuptias*, ſc. contractas. *ut l. ſancimus. C. de nuptiis.* Unde ſecundùm prædicta videtur, quòd ante feſtum Annuntiationis finitum non poſſit fieri iſta venditio, de qua hîc loquitur. Sed contra hoc opponitur: nam ubi tempus ſive dies apponitur favore alicujus, debet intelligi eo modo quo poſſit magis tendere ad favorem ejus cujus cauſa apponitur. *ut l. ſi ita fuerit libertas. ff. de manu. teſta. & l. eum qui Cal. in fi. & l. qui Romæ. ff. de verb. oblig.* Sed hîc, ut videtur, tempus iſtud apponitur favore Rectoris, qui aliàs non poſſet diſponere de hujuſmodi fructibus, cùm ante eorum perceptionem à parte Juris communis non ſint ſui adinſtar uſufructuarii, ſicut patet *Inſtitu. de re. divi. §. ſi vero.* Ergo licèt ante diem non poſſit eos vendere, ipſo tamen die hoc poterit. Nam & debitor, qui certo die promiſit ſolvere, licèt ante finem diei non poſſit debitum ab eo exigi, cùm in ejus favorem dies appoſitus ſit; poteſt tamen illud ante ſolvere ſi velit, quia totus dies eſt in poteſtate promittentis. *ut d. l. eum qui Cal. in fi. & Inſti. de verb. oblig. §. in diem.* Unde pari ratione videtur, quòd in caſu noſtro totus dies cedit ad commodum & diſpoſitionem Rectoris, in cujus favorem (ut videtur) appoſitus eſt. *pro quo etiam bene facit. l. quod quis. ff. de alli. & oblig. & de ſolutio. l. quod in diem.* Solet namque dici, quòd in favorabilibus ſufficit initium temporis veniſſe, *ut no. per Accurſ. in l. 3. § minorem. ff. de mino. & c. cum in cunctis extra. de cleſt. ver. exegerit. per Ber.* & pro hac parte optimè facit *l. Anniculus. §. 1. ff. de verb. ſig.* ubi videtur caſus in effectu ſecundùm unam literam. Quid dicemus? Mihi videtur prima pars tenere, ſc. quòd debet intelligi illo modo, quòd ante diem Annuntiationis finitum non poſſit vendere fructus hujuſmodi; nec obſtant allegata in contrarium, quæ concludunt de favore ob alicujus gratiam introducto, videlicet quòd ad ejus majus commodum facienda eſt interpretatio, quia hoc fateor, ubi favor vertitur reſpectu unius tantùm, ut patet in legibus pro illa parte allegatis. Aliud tamen eſt, ubi favor vertitur reſpectu duorum ad diverſos fines tendentium: Verbi gratia, ubi tempus apponitur gratiâ ſtipulatoris, vel gratiâ creditoris, ejuſve cui aliquid debetur tantùm, tunc ad ejus commodum debet inſpici principium temporis, *ut d. l. ſi ita fuerit. ff. de manu. teſta.* cum ſimilibus. Pro hoc facit *l. ſi ita. §. Pegaſus. ff. de leg. 2.* Ubi verò tempus apponitur gratiâ rei, vel gratiâ debitoris tantùm, tunc debemus inſpicere finem temporis, quia aliàs forſan eſſet contra ejus commodum, *ut in l. qui ante Cal. cum ſimilibus ad hoc ſuperius allega. & facit bene ad hoc l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig.* Ubi tamen tempus apponitur gratiâ utriuſque, tunc debet expectari tempus finitum, ut ſolet notari *dicta. l. qui Romæ. ubi de hoc. & ibi notatur per Bart. parum poſt. princi.* Modo ad propoſitum, in caſu noſtro (ut mihi videtur) tempus iſtud Annuntiationis apponitur gratia duorum, videlicet gratia Rectoris incumbentis Beneficio, qui forſan tota hyeme deſervivit Eccleſiæ, & nulla vel pauca emolumenta, cùm nulla vel modica interim provenerint, de ipſa Eccleſia percepterit nec percipere potuit. Et qui niſi eſſet iſta conſuetudo, Missas ad debita ſua perſolvenda obſtante Jure communi non poſſet diſponere de fructibus non perceptis, ut prædixi. Item apponitur gratiâ ejus qui ſibi ſucceſſurus eſt, ſi forſan Rector ipſe moriatur ante perceptionem fructuum, & ante Annuntiationem, ut videlicet tunc fructus reſerventur futuro ſucceſſori. Unde cùm gratiâ utriuſque hoc tempus appoſitum ſit, videtur quòd finis diei inſpiciendus eſt, & favor magis debebitur ſucceſſori, pro quo facit jus commune, quàm morienti, qui nititur contra jus commune, licèt conſuetudine

Dictio ante variè ſumitur.

ſuetudine juvetur, *ut in c. præſenti. extra. de offi. ordi. li. 6.* Et ad iſtud facit id quod ſequitur in textu ibi, *à quo die* &c. ac ſi excluderet diem Annuntiationis, & non includeret: pro quo vide quod dicam *infra. g'o. proxi.* Nec obſtat *l. anniculus. ff. de verb. ſig.* quæ tamen fecit me muſare; quia ut apparet ibi per gloſſam, litera in textu illius

legis eſt diverſa ſecundùm diverſos libros, & ideo minus

credendum eſt literæ, quæ dicit, *ante duodecimum diem* &c. cùm ab illâ litera plures libri diſcordent, & dicant, *ante decimum diem:* & ubi una litera habet *utroq;*, alia litera habet *neutroq;*: Aliter dic, quòd ſtante literâ (*ante duodecimum diem*) adhuc non obſtat, quia ſic ibi cavebatur expreſſè ut dicit gloſſa, dum addit, *inchoatum;* vel loquitur ubi tempus eſt adjectum gratiâ creditoris tantùm, ut prædixi, aliàs viderentur alia Jura, videl: *l. qui ante Cal.* & conſimilia ſuperiùs allegata eſſe correcta, cùm tamen legum correctio ſit vitanda. C. *de inoff. do. l. 1. & c. cum expediat. de elec. li. 6.* Item niſi intelligatur de die futuro, aliàs reſultaret malus intellectus; ſc. quòd in tanta ſolennitate vacandum eſſet emptioni & venditioni & negotiis ſæcularibus, contra illud quod legitur *in c. 1. de feriis.* maximè cùm talia vix fieri poſſint ſine peccato. *de pœ. di. 5. qualitas. & c. negotium.* Sed quæro, quando dicemus in caſu noſtro diem Annuntiationis incipere, & quando finiri? Dic quòd circa hoc poſſumus habere triplicem reſpectum: unum quoad feſtivitatem ſive celebrationem Divini officii, & tunc incipit in primis veſperis, & finitur poſt ſecundas; ſed ut prius vel tardius inchoetur & finiatur, relinquitur conſuetudini. *extra. de feriis. c. 2.* Alium reſpectum habere poſſumus ad diem naturalem, qui continet XXIV horas, & ſic incipit media nocte, & terminatur media nocte: *ff. de feriis. l. more Romano.* licèt ſecundùm aliquos incipiat in ortu Solis, & finiatur in occaſu; vel ſecundùm quoſdam incipiat in meridie, & finiatur in meridie, *prout no. Jo. in no. in c. conſuluit. de offi. deleg.* Tertium reſpectum habere poſſumus ad diem artificialem, qui incipit in Solis ortu, & terminatur in occaſu; vel incipit de mane, & terminatur ante noctis tenebras. *ut in dicto c. conſuluit. & Auth. de Judicibus. §. ſedebunt. colla. 6. & no. in l. urbis. §. cujuſcunq; dici. ff. de verb. ſig. ubi de hoc.* Unde in caſu noſtro puto hunc diem incipere in media nocte, & terminari in media nocte; talis namque dies aptus eſt contractibus. *ut dicta. l. more Romano. ubi de hoc. & dicto. c. conſuluit. & de feriis. c. 2. ver. prius incipere. per Ber. & Hoſtien.* Et ſic juxta ſuperiùs dicta neceſſe eſt hunc diem perfectè & integraliter labi, ut ſic fiat computatio ad ultimum momentum, *juxta no. per Accur. d. l. 3. ff. de mino. §. minorem. ver. in momentum. & per Ber. dicto. c. cum in cunctis. ver. exegerit.* præſertim cùm in caſu noſtro ſit dare tam favorem quàm odium, ut ibi patet. Sed cùm à parte Juris communis Prælatus Eccleſiæ poteſt ad tempus modicum, utputa biennium, vel triennium, fructus ad Eccleſiam ſuam ſpectantes locare & vendere, ſicut legitur *in c. veſtra. de loc. & conduc. & in c. 1. in fi. de re. Eccle. non alien. in Cle.* Mirum eſt quòd hæc conſtitutio hîc prohibeat venditionem Decimarum, maximè cùm locare fructus, arrendare, ad firmam tradere, & vendere, idem ſint, *ut no. in dicta. Cle. 1. ver. venditiones. per Wil.* Dic quòd illa duo *capp.* loquuntur in Rectore prælato alicujus Monaſterii, qui ſi vendiderit, vel locaverit hujuſmodi fructus, & forſan interim moriatur, nihil ex hoc acquiritur alteri quàm ipſi Monaſterio, vel aliàs ſucceſſori ſuo ad utilitatem Monaſterii. Sed hîc loquitur de Rectore Eccleſiæ Parochialis vel alterius Eccleſiæ, talis viz. cujus jure vendendo fructus, vel locando, ſi interim moreretur, eos vel eorum pretium forſan tranſmitteret ad ſuos hæredes vel executores prætextu conſuetudinis, de qua infra loquitur. Et ideo voluit Author hujus conſtitutionis, quòd antequam conſuetudo ipſa poſſet habere locum, non haberet libertatem locandi vel vendendi hujuſmodi fructus: & ſic etiam obſtat *c. querelam. extra. ne Prælat. vi. ſuas.* ubi loquitur de Rectore Eccleſiæ Parochialis, qui dimiſit fructus Eccleſiæ luæ ad firmam pro tempore ſeptennii, qui, niſi effectus locationis illius tenderet in utilitatem Eccleſiæ, non obligaret ſucceſſorem, ut ibi patet in glòſſa; & ſic utilitas, quæ poterit accreſcere ſuis executoribus, ibi non ponderatur; ſecus tamen in caſu noſtro.

virginis, [a] à quo die [b] fructus

Legum correctio vitanda eſt.

Quæſtio.

Dies ſecundum diverſos reſpectus diverſimodè ſumitur.

a *A quo die.* ſc. Annuntiationis non incluſo, ut patet ex prædictis. Et ſic hæc Monoſyllaba (à) in hoc caſu ſtat excluſivè, prout aliàs ſtat excluſivè in multis aliis locis, & nihilominus quandoque incluſivè, ſuper quo Doctores ſunt varii in ſuis opinionibus. *de hac materia tractat Archi. 31. di. aliter. ver. à ſubdiacono de Præben. c. ſtatutum. ver. à die. li. 6. & ibi per Jo. An. & notabiliter tangit etiam Archi de elec. c. 1. ver. à die. eod. li. & ibi etiam per Jo. An. per Specul. tit. de citatione. §. viſo. in fi. no. etiam de appel. c. ſicut. in Cle. ver. à die. per Geſſ. & Pan. & per Jo. in collec. de appel. c. ſuper ea. 2.* Super hoc non inveni doctrinam claram, ſed tamen tibi trado talem qualem. Dic igitur quòd hæc Monoſyllaba (à) profertur à Jure, vel ab homine: ſi à Jure, aut in ipſo Jure, cautum eſt expreſſè quòd includat, vel aliàs quòd excludat, & tunc illud ſervari debet, quod jure circa hoc cautum eſt, ut patet *in c. pia. de excep. li. 6. & de reſt. ſpo. c. frequens. eod. li. cum ſimilibus.* Aut de hoc nihil cavetur expreſsè; & tunc ubi hæc Monoſyllaba (à) proponitur in Jure, & excluſivè ſumpta repugnaret alteri Juri vel legi, tunc propter contrarietatem vitandam ſtat incluſivè. Et idem erit, ſi concluſio foret alteri juri contraria, quia tunc excluſivè intelligitur. Quandoque verò proponitur ab homine; tunc ſi certum ſit ſive expreſsè ſive per conjecturas de voluntate hominis, illa ſervari debet, ſi dubium ſit; tunc ſi excluſio contineat odium, & incluſio favorem, vel è contra, ſemper conſiderato favore includit vel excludit: & hc ſentit *Cyn. C. de nup. l. à caligato. & Gaſ. in Cle. ſicut. præall.* Si autem materia in qua profertur ſit indifferens, quia non habet plus odii quàm favoris, nec poteſt conſtare de intentione proferentis; tunc, ſi referatur ad ipſum proferentem, aſſumi debet intellectus, qui facit contra illum, *ut in re. ju. præal. contra eum. & huic diſtinctioni concor. no. per Dominicum de ſancto Geminiano. d. c. ſtatutum. de Præb. li. 6. ver. nota gloſſam. qui tamen magis latè tangit hanc materiam.*

A aliquando excludit, & aliquando includit.

b *Fructus.* Supple, etiam non percepti, *ut infra patet.* Et poſſunt intelligi fructus dupliciter. Uno modo ut appellatione fructus comprehendantur omnia illa quæ concernunt Decimas, quæ quidem Decimæ conſiſtunt in perceptione fructuum. Alio modo ut appellatione fructuum comprehendantur etiam illa quæ concernunt glebam Eccleſiæ; & hoc, ſive fructus hujuſmodi ſint induſtriales, ſive naturales, *de quibus plenè tractatur in l. certum. C. de rei vendi. per Cyn.* Poteſt namque conſuetudo, de qua hîc loquitur, habere locum tam de fructibus ſive Decimis majoribus, quàm etiam minoribus: *quod dic ut infra. glo. proxi.* Et nota, quòd Fructûs nomine continentur vindemiæ, meſſes, fœnum, herba, & hujuſmodi quæ de fundo proveniunt. Item lana ovium, & fœtus pecorum, operæ ſervorum & animalium, penſiones ædium & prædiorum, arbores cæduæ & germinales, lapidicina renaſcens: ſimiliter terræ, cretifodinæ, argentifodinæ, & aurifodinæ, vel cujuſcunque alterius materiæ fuerint, vel arenæ, *prout iſta leguntur in l. dit ortio. ff. ſol. ma.* Aucupiorum quoque, & venationum, ac piſcationum reditus in fructu ſunt. *ff. de uſufruc. l. item ſi fundi. §. aucupiorum.* Sed quæro nunquid appellatione fructuum veniunt Decimæ perſonales quæ proveniunt de negotiatione, militia, & hujuſmodi? Videtur quòd non: quia in negotiatione nullus eſt fructus, *ut no. Hoſti. poſt Inno. in 6. paſtoralis. glo. 1. ver. ſed quid movit. extra. de decimis.* ubi facit differentiam inter fructus & lucrum, dicens, quòd de fructibus ſolvuntur Decimæ, non deductis expenſis; ſecus tamen ſit de lucro, ſuper quo loco *Jo. An. in no.* Sed *in addit.* clariùs dicit, quòd Lucrum eſt id quod venit ex induſtria & labore hominis abſque virtute generativa vel germinativa: & hoc lucrum provenit quandoque ex negotiatione, ut ſi emo rem pro x. & vendo pro xv. Interdum ex quaſi negotiatione; puta id quod datur Doctori pro doctrina, vel Advocato pro advocatione. Interdum fit extra omnem negotiationem; ut in eo quod alicui donatur, vel ad eum venit uſu gratuito, ut inveniendo theſaurum abſconditum, de quo habetur *Inſti. de re. di. §. theſauros.* nam theſaurus in lucro computatur, ſed non in fructu. *ff. ſol. ma. l. divortio. §. ſed & vi.* Fructus verò, ut ait Doctor prædictus, conſideratur variis modis; Uno modo, prout loquitur *c. gravis. de reſti. ſpo. cum ſuis concor.* alio modo, ut in perceptione Decimarum vel jurium Eccleſiæ ſaltem ad finem, ut ante omnia deducantur expenſæ; ubi diſtinguit inter fructus, et reditus: nam Fructus propriè dicuntur, qui principaliter proveniunt de manu Dei, licèt ſecundariò proveniant interveniente operâ hominis; ſicut patet in his quæ obveniunt ex virtute generativa, ut in fœtu animalium, piſcibus, et hujuſmodi; item germinativâ, ut ſunt frumentum, hordeum, avenæ, faba, piſa, et hujuſmodi; licèt in his operetur manus hominis, tamen non poteſt homo talia producere ſine virtute Dei operante ad generationem vel germinationem. Reditus autem dicitur, qui principaliter provenit ex induſtria hominum, licèt in eo operetur etiam manus Dei, puta ex molendino, penſione domus, et ſimilibus. Hæc tamen quæ ipſe comprehendit ſub appellatione *Reditus*, largè dicuntur etiam *Fructus*, ut ſuprà dixi: omnis namque Fructus eſt Reditus, ſed non è contra, *ut no. Jo. An. in c. generali. ver. fructus. de elec. li. 6. & eod. c. ver. reditus. per Archi.* Apparet itaque ex prædictis, quòd id quòd provenit ex negotiatione, & aliis hujuſmodi, non debet dici *fructus* ſed *Lucrum*; et hoc puto verum reſpectu rei de qua procedit, ſecus tamen dicerem reſpectu Eccleſiæ cui debetur: nam Decima illius lucri bene poteſt dici Fructus reſpectu Eccleſiæ, et idem dico in oblationibus, pro quo apertè facit litera *in extravagante Johannis, Suſcepti regiminis*, ubi appellatione *fructus* continetur omnis utilitas ad Eccleſiam pertinens, et hoc patet ibi ex litera, *In totum*, et ex litera *Nihil inde percipiunt &c. & huic ſententiæ concor. quòd no. Inno. de verborum ſignificatione. Cum inter. ver. unctio.* maximè ſi fiat contemplatione Eccleſiæ, ut ibi dicitur. *pro quo etiam facit textus in c. cauſa. eod. tit. & ſic ſentire videtur Wil. in gloſſa dictæ Extravag. Suſcepti regiminis. ver. conſuevit.* ubi inter fructus non decimales numerat oblationes, etiam quotidianas diſtributiones. Et facit ad hoc, quòd Decimæ et Oblationes ad paria reputantur, *de deci. c. quamvis.* et in pleriſq; locis omnis utilitas et proventus Eccleſiæ ſtat in Decimis perſonalibus et oblationibus, *et ad præmiſſa facit*

Quæ veniunt appellatione fructus.

Nota.

Quæſtio.

Fructus & Lucrum differunt.

Fructus multis modis capitur

Fructus & Reditus differunt.

c.

c.ſtatutum.de elect.in Cle.ibi, indetuata,,&c. Fateor tamen,quòd ubi fructus hujuſmodi eſt, generaliter omnes obventiones Eccleſiæ pertinent ad defunctum, tunc providebitur ſucceſſori de tali portione, unde poterit honeſtè ſuſtinere ſeipſum,& onera Eccleſiæ uſq; ad receptionem novorum fructuum ſupportare, *ſicut legitur et not. de offi. ordi.c. præſenti. § porro. li.6.de reſcrip.c. ſi propter.per Jo.An. et Archi. eod.lib.ubi de hoc.*

[a] de conſuetudine [b] cedere debent ad [c] ipſorum Rectorum, [d] ante fructuum hujuſmodi [e] perceptionem deceſſerint, ad hoc benè facit *l. defuncta. ff. de uſufruc.* ſed melius *l. poſt duos. C. de advoca. diver. judi.* Sic etiam aliàs dominium rei legatæ, licèt ipſa res non apprehendatur, rectâ viâ tranſit in legatarium. *ff. de furtis. l. à Titio.* Unde iſtud jus ſibi quæſitum amittere non debet ſine facto ſuo: *ut in regula Juris, Id quod noſtrum. ff. eod. tit.* Hoc autem factum per quod amitteretur iſtud jus, non poteſt eſſe mors, quæ non poteſt dici eſſe factum ſuum, ſed potius eſſe factum Dei. Prædictæ etiam ſententiæ conſonare videtur *gl. Cardi. de offi. or. c. præſenti, in ver. reſervari. li. 6.* Sed ſi ipſe vivus poſt Annuntiationem ante perceptionem fructuum renuntiat Beneficio, vel aliàs facto ſuo intervenient vacaret, tunc crederem illud jus eſſe extinctum, ſic quòd fructus pertinerent ad Epiſcopum ſi contigerint tempore vacationis, quia iſta conſuetudo non providet ſibi in caſu mortis, ut dicam *infra. ver. deceſſerint.* Sed juxta prædicta quæro, cùm fructus pertineant ad defunctum, quomodo providebitur illi qui ſuccedit in Beneficio, & nihil vel modicum percipit? Non enim poteſt vivere vento, nec cogendus eſt propriis ſtipendiis militare. *de præſcrip. c. cum ex officii.* Et æquum eſt, quòd qui ſervit Altari, etiam vivat de Altari. *de Præben.cùm ſecundùm Apoſtolum.* Dic quòd in hoc caſu qualitas conſuetudinis attendenda eſt. Nam ſi conſuetudo fuerit, ut executores defuncti recipiant omnia obvenientia ad Beneficium per annum poſt mortem defuncti, tunc habebit locum proviſio illius *Extravagantis Jo. 22. ſuſcepti regiminis.* Si verò conſuetudo ſit, ut executores percipiant duntaxat fructus autumnales, vel aliquam certam portionem obventionum, tunc reſiduum cedit ad commodum ſucceſſoris pro ſuſtentatione ſua & oneribus ſupportandis. In illo namque reſiduo habet Jus commune ſuum locum, quod vult fructus pertinere ad ſucceſſorem, *ut ſuprà dixi.* Sed quid ſi illud reſiduum non ſufficiat ad victum ipſius ſucceſſoris, & ad onera ſupportanda? Die tunc illud quod minus eſt debere ſuppleri ex fructibus, qui intelligi debent deductis his quæ neceſſaria ſunt miniſtris, & ſervitoribus, & incumbentibus oneribus, uſque ad novos reditus ſupportandis: ut in *c.præſenti. §.porro. de offi. ordi. li. 6. & hîc vide quod dicam infrà. ver. deceſſerint.*

Quæſtio. Qualitas conſuetudinis eſt attendenda. Quæſtio.

[a] *De conſuetudine.* Secus tamen eſſet de Jure communi, ſecundùm quod fructus nondum percepti per defunctum pertinent ad ſucceſſorem, vel aliàs expendi debent in utilitatem Eccleſiæ. *de offi. ordi. cz cum vos.et eod tit.c.præſenti.li.6.de elect.c.quia ſæpe. eod.lib.* Et quod hîc dicit de conſuetudine, intellige de præſcriptâ. *ut c. 3. de conſue. li.6.de offi.ordi.c.præſenti.eod.lib.* Nam verbum Conſuetudinis ſimpliciter prolatum intelligitur de præſcripta, *ut probatur de elect. c. Cumana.* maximè cùm ſit contra Jus commune, ut ſit in caſu noſtro: *cui concor.notata per Archi.de conſuetudine.c.ſi. ver.de conſuetudine li.6.* quæ nihilominus multò fortior eſſet, ſi tanto tempore ſervaretur, quòd ipſius contrarii non eſſet memoria. *de verb. ſign. ſuper quibuſdam. & de præſcrip.c.2.li.6.* Et nota quòd iſta conſuetudo fortificari poteſt ex hoc, quòd aliàs legitur in ſimili de Vaſallo, qui ſi moriatur ante Calendas Martii, nullo filio relicto, fructus quæruntur Domino; ſi moriatur poſt Calendas, tunc pertinebunt ad hæredes vel executores vaſalli. *Authentica, hîc ſuitur lex. §. ſi vaſallus. col. decima.* Et optimè facit *c.ſi propter.de reſcrip.li.6.* ubi patet, quòd de conſuetudine fructus primi anni poſſunt deberi etiam ſingulari perſonæ, & ſic mortuo, vel ipſius hæredi, & videtur expeditum in textu *Extravagantis, ſuſcepti regiminis.præalle.* In hoc namque caſu conſuetudini ſtandum eſt, ſi de ipſa appareat. *Ar. c. relatum. 2. §. licet de teſta.* Nec poteſt iſta conſuetudo impugnari, tanquam Eccleſiæ onerosa, quia per eam principaliter non præjudicatur Eccleſiæ ſed ſucceſſori, & ſibi imputet qui tale Beneficium aſſumpſit. Et quòd iſta conſuetudo ſit toleranda, viz. quòd defunctus habeat diſpoſitionem fructuum etiam nondum perceptorum, notaverunt *Hugo.& Lan. 12. q.2.alienationes. Innocen. & Hoſtien. c.cum in officiis. de teſta. in prin. magnæ gloſſæ.* Ad quod etiam accedunt notata *in c. ſignificatum. de Præben.ver. anniverſarium. per Jo.in no.* ſed melius *per eundem in reg. jur. Nemo poteſt plus.* ubi recitat plura argumenta pro & contra: finaliter tamen concludit pro valore conſuetudinis: *ibi videas. Archi.* tamen, ut ibi patet, tenuit contrarium per magnas & fortes rationes, quæ ibi allegantur. Hanc inſuper materiam videre poteris *per Cardi. de rebus Eccle. non alie. c. hoc conſultiſſimo. ver. immobili.* Hæc materia etiam tractatur per *Hoſtienſem in c. ſaæ. de pecul. Cleri. & per Archi. 12. q. 1. teſtamenta.* ubi recitat ſuper hoc multas opiniones, tandem diſtinguens inter fructus percepros & percipiendos: ſed de hoc dic ut ſuprà, & ut dicam *infra, ver. legata.* Sed hîc quæro: Superiùs dixi, quòd valet conſuetudo, ut fructus futuri non ſolùm percepti ſed percipiendi pertineant ad diſpoſitionem defuncti; & quòd ſi vivat ultra feſtum Annuntiationis Beatæ *Mariæ* Virginis, & tunc decedat, fructus ipſos tranſmittat ad ſuos Executores; pono jam quòd ſit alia etiam conſuetudo, ut videlicet Epiſcopus pro tempore vacationis Eccleſiæ percipiet integros fructus Eccleſiæ, converſurus eos ad utilitatem ſuam, vel ut de eis diſponat pro libito; quæ quidem conſuetudo bene valet, ut in *dicto c. præſenti. de offi. ordi. li. 6. cum concor.* modò ſi mortuo Rectore poſt Annuntiationem, Eccleſia vacaverit forſan uſque menſem Octobris, ita quòd interim veniant fructus Autumnales, & fortaſſis tali tempore moritur, quòd tam fructus majores quàm minores interim obveniunt, Quæritur, quis jam debet præferri in habendo fructus, nunquid Epiſcopus, vel Executores defuncti? Omiſſis argumentis, dico, quòd fructus pertinebunt ad executores defuncti, ſaltem ad tantum, quantum tribuit conſuetudo. Hoc ideo dico, quia ſi conſuetudo tribuat defuncto omnia obvenientia ad Eccleſiam, forſan per annum poſt ejus mortem, vel uſque ad certum tempus, tunc tempore vacationis Epiſcopus nihil habebit de obventionibus uſque ad illud tempus completum: ſin autem conſuetudo tribuat defuncto certos fructus, forſan majores duntaxat tunc reſiduos, qui non cadunt ſub conſuetudine, prout contingunt habebit Epiſcopus tempore vacationis: & quòd Executores debeant præferri, oſtenditur ſic. Nam majoris efficaciæ in caſu iſto eſt conſuetudo, quæ vult fructus verti in commodum defuncti, quàm illa quæ vult eos verti in commodum Epiſcopi. Probatur ſic: Per conſuetudinem, quæ dat eos Epiſcopo, nihil ſibi quæritur nec re, nec ſpe, antequam vacet Eccleſia; nec tunc poteſt aliquos fructus facere ſuos, niſi prout eos percipi contigerit, quia in percipiendis ſtatim non habet jus; ſed tunc demum, cùm durante vacatione collecti fuerint adinſtar uſufructuarii, qui tunc demum facit fructus ſuos, cùm fuerint percepti. *ff. de uſufruc. l. arboribus. §. Julianus. & Quibus modis uſufruc. amitt. l. ſi fructuarius. in fi. & de uſur. l. qui ſit. §. in alieno.* Sed in caſu hujus conſtitutionis, ſecundùm quam hîc loquimur, Rector vivens poſt Annuntiationem ſtatim habet jus ad fructus, non ſolùm quos tunc vivens percepit, ſed etiam ad eos, qui poſtea illo anno (etſi antè moriatur) percipiendi ſunt, quia ſtatim ſibi debentur, ut hîc patet; unde & illud jus ſibi quæſitum per conſuetudinem bene tranſmittit à tempore mortis ad executores, licèt rem de facto non habuerit, nec ſit diſpoſita ut adhuc habeatur. Simile patet in vaſallo, *ut ſupra dixi.* &

Quæſtio.

[b] *Cedere.* i. Incipere deberi: *ff. de verb. ſig. l. cedere diem.* Statim namque debentur fructus, licèt eorum receptio differatur.

[c] *Ad ipſorum Rectorum.* Communiter loquendo intelligas de Rectoribus Eccleſiarum Parochialium. *ut in c. dilectus. de ſequeſtra. poſſ.* Poteſt etiam intelligi de omni Prælato Eccleſiæ, juxta notata per *Archi. in c. præſenti. ver. rectoribus. de offi. ordi. li. 6.* Pro quo facit *c. de rectoribus. extra. de Cle. agro. 45. di. licet. & concor. no. per Cardi. de ſententia Excommunicationis. c. 1. ver. quiſquis. verſ. & dico. li. 6.* Et quoad conſuetudinem, de quâ hîc loquimur, puto, quòd conſuetudo poteſt eſſe tam de Rectoribus majorum adminiſtrationum quàm minorum, ut ſic appellatione Rectorum comprehendat Vicarios perpetuos, ut innuit gloſſa *Archi. in dicto. ver. Rectoribus.* Quod verum eſſe intelligo, ut viz. talis conſuetudo poſſit concernere Vicarios perpetuos, ſicut & Rectores; non tamen ſic, quòd conſuetudo quæ concernit Rectores, extendatur ad Vicarios: talis namque conſuetudo, cùm onerosa ſit, ſtrictè debet intelligi, ſicut & privilegium. *de privil. c. porro.* pro quo vide notata per *Inno. & Jo. in no. de offi. Archi. c. ubi.* Et id quod dixi, (Talem conſuetudinem locum poſſe habere in Vicariis) verum intelligo, ubi eſt eis portio limitata, cujus commoda & proventus etiam poſt mortem contingentes ad eos pertinere poſſent, ſi conſuetudo ita interpretata fuerit, & pertinebit ad defunctum id quod ſupereſt, deductis oneribus aliis. *de quibus dixi ſupra.ver. conſuetudine. in fine.* (patet.

Appellatione Rectorum veniunt Vicarii perpetui.

[d] *Si ante fructum.* Supple etiam, poſt Annuntiationem: *ut ſuprà*

Quæſtio.

[e] *Deceſſerint.* Sed nunquid idem erit, ſi alio modo vacaverit Eccleſia? Puto quòd non: quia conſuetudo providens in caſu mortis, non extenditur ad alios caſus. *Arg.c.ſuſceptum.de reſcrip. li. 6. & facit l. commodiſſime. ff.de libe.& poſtu.* Unde ſi ante receptionem fructuum Beneficio expreſsè renuntiaverit, vel aliud Beneficium cum pacifica poſſeſſione ejuſdem aſſecutus fuerit, de fructibus prioris Beneficii non perceptis nihil habebit, ſaltem de his quæ obveniunt Eccleſiæ ratione Decimarum. Et idem puto de his quæ obveniunt de gleba Eccleſiæ. Talis namque renuntians Beneficio expreſsè, ſaltem ubi tenet renuntiatio, ſtatim perdit jus quod habet in illa Eccleſia cui renuntiavit. *de renuntiat. c. ex tranſmiſſa.* Talis namque eſt adinſtar fructuarii, qui licèt fundum, in quo habet uſumfructum, ſeminaverit, & alios circa culturam ſumptus fecerit; ſi tamen ante perceptionem fructuum deceſſerit, vel aliàs uſumfructum amiſerit, nihil de ipſis fructibus habebit, ſed pertinebunt ad eum cujus eſt ſolum. *ff.*

de uſur. l. qui ſcit. §. *in alieno. &* §. *ſequen. & l. ſi fructuarius. ff. quib. mod. uſufruc. amit. & Inſti. de uſufr.* §. *item finitur. & Inſti. de rerum divi.* §. *bis verò.* Prædicta intelligo vera, niſi quando fructus Eccleſiæ de novo aſſecutæ debentur alteri; in quo caſu licèt primum Beneficium vacet quoad titulum ut prædixi, non tamen cenſetur vacare quoad fructus. *de Præben. c. ſi tibi conceſſo. li. 6. ubi de hoc per Doctores.*

An Beneficiatus teſtari poſſit de fructibus Eccleſiæ?

[a] *Legata.* Ex hoc apparet, quòd Beneficiatus teſtari poteſt de fructibus Eccleſiæ, et hoc verum de conſuetudine, etiam de fructibus nondum perceptis ut hìc, et dixi *ſuprà eod. ver. conſuetudine.* Unde à fortiori valet conſuetudo, ut poſſit teſtari de perceptis; ſecus tamen eſt de Jure communi, *de teſta. c. 1. & c. relatum.* Verùm quia eſt conſuetudo per Angliam quodammodo generalis, ut videlicet Beneficiatus teſtetur de mobilibus acquiſitis ex fructibus Eccleſiæ ſaltem perceptis, et quandoque non perceptis ut hìc, nullà habitâ diſtinctione utrum Beneficiatus ipſe habuerit adminiſtrationem, ſive non: Omitto hìc illam materiam, ſcil. an Beneficiatus poſſit licitè teſtari de rebus acquiſitis intuitu Eccleſiæ, tractare tanquam ſuperfluam; quam tamen ſi videre volueris, recurre ad notata per *Hoſtien. de pecu. cleri. c. ſane. & de reb. Eccle. non alie. hoc conſultiſſimo. per Cardi. & c. præſenti. de offi. ordi. li. 6. per Jo. An. ſed melius de teſta. c. 1. per Jo. in coll.* ubi tractat, an valeat ſuper hoc conſuetudo? et recitat in effectu ea quæ tetigi *ſuprà. ver. conſuetudine.* Et circa hoc videre poteris ſatis notabiliter ea quæ notantur *in dicto. c. ſane. de pecu. Clerico. per Henricum de Bowyco.* Unum tamen advertе, quòd cùm Doct. prædicti ſequantur diſtinctionem illam, viz. De habente adminiſtrationem vel non habente, mihi videtur quòd quoad conſuetudinem habitam in Anglia, de qua *ſuprà dixi*, unà cum Jure communi & opinionibus Doctorum (ad quas *ſuprà* remiſi) oportet conſiderare qualitatem habentium adminiſtrationem. Nam aliqui ſunt, qui adminiſtrant in Beneficiis majoribus, ut Epiſcopi, & eorum ſuperiores, qui in quantum habent bona ſuæ adminiſtrationi & diſpoſitioni ſeparatim limitata, poſſunt virtute conſuetudinis (ſi ſit talis) de fructibus ſuæ adminiſtrationis perceptis & etiam non perceptis, ad aliquod tamen rationabile tempus percipiendis, teſtari, ut ex ſupradictis patet. Et idem intelligo de quibuſcunque inferioribus Beneficiatis ſæcularem adminiſtrationem habentibus, quorum portio eſt ad ipſorum ſolam diſpoſitionem limitata & aſſignata. Secus ſi ſit cum aliis communis, quia tunc intelligo bona ipſa de adminiſtratione hujuſmodi quæſita non poſſe per ipſum adminiſtratorem diſponi in præjudicium communitatis, utputa Collegii, vel alterius corporis Eccleſiaſtici: pro quo faciunt quæ leguntur & notantur *de religioſ. domi. c. quia contingit. & de teſta. c. relatum. 2.* §. *nomine.* In hoc tamen caſu puto, quòd talis adminiſtrator poſſit, dum vivit & ſanus eſt, moderatè donare, *de dona. c. cæterum.* & etiam infirmus vel moriturus Eleemoſynam facere. *de teſta. c. ad hæc.* Sed quæro, quid ſi Rector vel hujuſmodi Beneficiatus decedat inteſtatus, & non diſponat de fructibus? Dic quòd de jure communi Eccleſia in eis ſuccedet. *de teſta. c. relatum. 2.* §. *nomine. & proiſto bene facit c. 2. de pœnit.* De conſuetudine tamen poſſet eſſe, quòd per Epiſcopum vel alium, ad quem pertineret bona teſtatorum tueri, deberent diſtribui ad decedentis debita ſolvenda; præſertim in caſu hujus conſuetudinis, quæ viventi poſt Annuntiationem dat non ſolùm diſpoſitionem fructuum, ſed ipſos fructus: dicit námque hìc litera, quòd *fructus à die Annuntiationis cedunt Rectori ad legata vel debita ſolvenda.* Cùm ergo loquamur disjunctivè, ſufficit alterum eſſe verum, *Inſt. de hære. inſti.* §. *penul. & ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis ſtipuletur. de reſcrip. inter cæteras. cum ibi notatis.* & ſic ſufficit debita eſſe ſolvenda, licèt nulla ſint legata. Sed quid ſi nulla legata reliquit, nec teſtatus eſt, nec ſunt ejus debita aliqua, an fructus hujuſmodi pertinebunt ad diſpoſitionem illorum, qui de aliis ejus bonis adminiſtrando diſponunt, vel pertinebunt ad Eccleſiam? Videtur quòd ad Eccleſiam: quia hìc exprimitur cauſa finalis habendi iſtos fructus, dum dicit, *ad legata &c. perſolvenda.* Hæc enim cauſa finalis eſt (ut videtur) introductionis & ſubſiſtentiæ hujuſmodi conſuetudinis, qua ceſſante ceſſare debet effectus, C. *de Epiſcopis & Cle. l. generaliter. de appel. c. cum ceſſante. ff. de leg. 2. l. Titia Seio.* §. *uſuras.* maximè cùm, prædictis omnino ceſſantibus, nullæ aliæ remanent reliquiæ. *Ar. c. ſi pauper. de Præben. l. 6. ff. de actio. & obli. l. qui cum hærede. cum ſimilibus. de quibus notatur in c. decet. de Reg. jur. li. 6. per Dynum.* Præterea, quòd ſit cauſa finalis probatur: nam ubi cauſa, vel ejus impletio continet quid favorabile, & non tantùm concernit intereſſe ejus qui debet cauſam implere, ſed alterius, cauſa talis finalis intelligitur. *ff. de lega. 3 l. ſi tibi legatum. & eod. tit. l. pater filium.* §. *Tuſculanus. & notatur* C. *de dona. l. ſi quis pro redemptione. per Cynum, &*

Quæſtio.

In diſjunctivis ſufficit alteram eſſe verã.

[a] legata vel debita perſolvenda.

De temporibus Ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Illegitimi non diſpenſati, & à non

per eundem dicta. l. generaliter. C. *de Epiſcopis & Cle. & reſtatur per Jo. An. de regu. c. poſt tranſlationem. ſuper gl. Ar. eſt ibi. verſi. quid ſi dubitatur. & de jureju. Et ſi Chriſtus. ver. ſed ſi dubitatur, per Henricum de Bowyco.* Sed in caſu noſtro cauſa iſtius conſuetudinis eſt cauſa favorabilis, ut ſcil. ſolvantur legata vel debita; & non tantùm concernit intereſſe ejus qui cauſam implere debet, viz. debitoris, ſed etiam creditoris, & ſic alterius; ergo hæc cauſa eſt finalis cauſa. Sed hoc puto eſſe verum, viz. quòd ſit cauſa finalis hujus conſtitutionis ſive conſuetudinis; non tamen puto eſſe verum, quòd ceſſante hac cauſâ ceſſabit conſuetudo vel ejus effectus, & hoc, ſive cauſa ipſa dicatur perpetua, ſive temporalis. Nam ſi cauſa dicatur eſſe perpetua, tunc etiam obſervantia conſuetudinis erit perpetua: ſi verò temporalis, tunc quia hìc non exprimitur conſuetudinem ſive conſtitutionem ceſſare per ceſſationem cauſæ, non ceſſat ipſius effectus, juxta notata per *Henricum de Bowyco, in c. prædicto. Et ſi Chriſtus. parum ante finem. pro quo allegat* 32. *q. 1. dixit dominus. & ſumitur ex dictis Archid. in c. Neophitus. 61. diſt. & nota. per Bern. d. c. poſt tranſlationem. de regu. ver. ceſſante. in fi. & ibi per Jo. in no.* qui dicit, quòd cauſæ ceſſatio non eſt modus revocandi conſtitutionem: ibi videas, & latiùs ſi volueris in locis prælegatis, *& ff. de dona. l. 2.* §. *Titio. per Bart.* Vel dic, quòd cùm quæritur, Nunquid, ceſſante cauſâ legis, ceſſat lex? hoc poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ſic, ſcil. an in caſu in quem cauſa legis ſe non extendit, ceſſet lex, vel ejus diſpoſitio? Et verum eſt quòd ſic: quia ubi cauſa eſt ſeparata, ſeparatum debet eſſe jus; & hoc verum in cauſa finali, ſecus in impulſiva. *ff. de poſtu. l. 1.* §. *ſexum.* Alio modo poteſt intelligi ſic, An ſcilicet ceſſante cauſâ ceſſet lex, in eo quòd principaliter diſponit? Et verum eſt, quòd in cauſa impulſiva non ceſſat diſpoſitio, *ut dicto* §. *ſexum.* Si verò cauſa ſit finalis, tunc ſi lex ſit diſpoſitiva, & in fiendo, ſic quòd lex nondum eſt in perfecto eſſe, tunc ceſſante cauſâ ceſſare debet diſpoſitio. Et hoc verum, quando ceſſat cauſa ſpecifica: ſi autem lex ſit in ſuo perfecto eſſe, & cauſa eſt generalis, tunc ceſſante cauſâ generali, non ceſſat lex, ſed revocari debet. *de deci. c. ſuggeſtum.* Si verò lex ſit communis, vel jus commune, & cauſa ſit perpetua, tunc non eſt dubium quin legis obſervantia ſit perpetua. Si verò cauſa ſit temporalis, *dic ut dixi ſupra. verſi. & hoc puto.* Fallit tamen hoc dictum, ſi interveniat neceſſitas, 55. *di. priſcis.* Item ſi utilitas, 61. *di. Neophitus.* Item ſi pietas, 9. *q. 2. Lugdunen.* Item ſi conſuetudo. 10. *di. leges.* Et prædicta intellige, quando cauſa funditus ceſſat, ut notat *Dynus in regula Juris, Decet. præall. & præmiſſa notantur de regun. c. poſt tranſlationem. verſi. venio ad verſi. per Authenium de Butrio. & hic vide quod dicam infra. de judiciis. c. excuſſis. ver. per rectores.* Unum tamen ſcias ſecundum *Authenium* prædictum, quòd cauſa finalis dicitur illa, quæ ex toto & funditus animum movet diſponentis, aliàs veriſimiliter non facturum; impulſiva eſt, quæ impellit ſtatuentem, qua ceſſante ſtatuens nihilominus ſic erat ſtaturus: quid autem in dubio ſit dicendum, remittit ad notata per *Bart. ff. de donatio. li. 2.* §. *Titio decem.* Ex prædictis patet, quòd licèt nulla ſint decedentis legata ſive debita, & ſic ceſſet cauſa conſuetudinis, non tamen ceſſabit ejus effectus; ſed quòd fructus ipſi aliunde diſponantur pro ſalute animæ ſuæ, per eos qui alia bona ſua adminiſtrabunt, & non pertinebunt ad Eccleſiam, vel ad ejus ſucceſſorem; nec Eccleſia vel ſucceſſor poterit ipſos fructus (ſtante tali conſuetudine) vendicare, niſi forſan conſideratione alicujus debiti. Nam rectè conſiderando, ut mihi videtur, vix erit modum invenire, quin erit dare debitum quoad perſonam defuncti, ſive pro reparatione facienda, ſive pro oneribus ſupportandis, vel aliis occurrentibus, quæ potiùs declarari poſſunt ex veritate facti quàm ex certâ poſitione Juris

Ad id ſanctæ cauſâ legis ceſſet ipſa lex?

Nota de cauſa finali et impulſiva.

Edmundus.

[b] EOs qui de [c] non legitimo matrimonio nati ſunt, & abſq; *ſuis Epiſcopis, aut in peccato mortali Ordinati, ab executione Officii uſq; ad ſatisfactionem ſuſpendantur.*

[b] *Eos qui.* Hoc Capitulum attribuitur *Edmundo* Archiepiſcopo, & habet principaliter duo dicta. Secundum ibi, *Item decernimus.* *Diviſio.*

[c] *Non legitimo.* Ut quia matrimonium de facto eſt contractum in gradu prohibito, vel potes exponere *non legitimo* matrimonio, id eſt, extra matrimonium legitimum, utputa de adulterio, ſtupro, inceſtu, fornicatione, & hujuſmodi: Tales namque ordinari non debent, *ſicut legitur & notatur de filiis Preſby. c. 1. & alti. de ſervis non ordinan. c. conſuluit.* Dicitur enim communiter per Doctores, *d. c. 1. de filiis Presbyte.* quòd illegitimè nati non poſſunt ordinari ad ſacros Ordines ſine diſpenſatione Papæ, niſi ingrediantur religionem, quo caſu poſſunt ad omnes ſacros ordines promoveri etiam ſine diſpenſatione, ut ibi notant *Ian. et Hoſt. et Jo. An. & alii.* Poſſunt tamen illegitimè nati promoveri ad ordines minores ex diſpenſatione Epiſcopi, prout legitur *de filiis Presbyte. c. 1. li. 6.* *An illegitimè natus poſſit ad ordines promoveri?*

a

a *Dispensatione sufficienti.* Viz. Papæ in majoribus Ordinibus, licèt sufficiat Episcopi in minoribus, ut dixi in glossa præcedenti: & in religioso jus cõmune dispensat, ut ibi etiam dixi. Sed quæro, nunquid eo ipso quòd Papa vel Episcopus Ordinat vel mandat ordinari illegitimè natum, videtur cum eo dispensare super executione Ordinis sic susceptus? Dic in Papa, quòd si ignoranter hoc faciat, non intelligitur dispensare. *de elect. dudum in fi. & de Præbend. c. non potest. li. 6. cum ibi notatis.* Secus si sciat ipsum, quem ordinat vel mandat ordinari, esse illegitimè natum, & super hoc indigere dispensatione; & super hoc dirigat intentionem suam, nam tunc intelligitur cum eo dispensare: ad quod facit ratio legis civilis, Quia dignitas collata per Principem facit infamiam aboleri: *C. de nup. l. imperialis. §. similes.* & instar. Sacrilegii est dubitare, an sit dignus quem Princeps elegerit, saltem ex certa scientiâ, *C. de crim. sacril. l. 2.* Et concessio uno omnia videntur esse concessa, sine quibus illud concessum explicari non potest. *ff. de jurisdi. om. jud. l. cui jurisdictio. extra. de offi. deleg. prudentia. §. fi.* cum similibus. Nec obstat Decretalis, *Si summus Pontifex. de sen. Excom. in Clem.* ubi loquitur, quando Papa per factum suum non intendit eum absolvere cui communicat, nec cætera, quæ ibi ponuntur, approbare: secus esset, si intentio Papæ super hoc verteretur, ut *in c. Literis. de probatio. in Clem.* Unde cùm in hoc casu actus iste aliàs esset illegitimè factus, intelligitur sic fieri, ut valeat secundùm intentionem facientis, vel fieri mandantis. Secus tamen esset in actu, qui aliàs valeret citra dispensationem, & diceretur legitimè factus; nam tunc non intelligitur dispensare, nisi hoc exprimat, ut in *c. non potest. §. fi. de Præben. li. 6.* Ubi autem inferior Papa, utputa Episcopus, talem illegitimè natum ordinat, vel facit Ordinari, & scienter non videtur cum eo dispensare, nisi præcedat summaria cognitio super causa dispensationis, puta an sit necessitas, vel utilitas, seu alia justa causa, & quòd super hoc Episcopus interponat suum decretum secundùm opinionem quam ponunt *Vincen. Goffre. Ber et Hosti. de schisma. c. 2. & Ber. & Hosti. de concess. Præben. literas. secundùm Lau. Bart. Brixien. & Archi. 44. di. in summa. et idem Archi. no. l. 2. di. qui in aliquo l. 4. di. si servus absente. de elect. licet Canon. ver. cavere. li. 6. Et de hoc vide not. Hen. de Bowyco in c. venient. de fil. Presby.* Mihi tamen videtur, quòd si Episcopus præmissâ cognitione summariâ super dispensatione faciendâ talem ordinavit, vel mandavit ordinari, intendens cum eo dispensare, licèt verba dispensationis non exprimat, intelligi debet cum eo dispensâsse. *& sic notat Jo. An. d. c. 2. de schisma.* cui consentio.

b *Ordinati fuerint.* Sive ad minores sive ad majores Ordines, cùm indistinctè dicat. *Ar. l. de pretio. de publi. acc. cum similibus.*

c *Eos etiam.* Iste est secundus casus, in quo Ordinatus suspenditur ab executione Ordinum.

Quis dicatur suus Episcopus?

d *Non suis Episcopis.* Suus enim Episcopus esse dicitur quoad Ordines dandos is, in cujus Diœcesi oriundus est, vel in cujus Diœcesi est Beneficiatus, vel in cujus Diœcesi habet domicilium, *sicut legitur in c. cum nullus. in prin. de temp. ordi. li. 6.* Quilibet enim istorum potest talem ordinare, & sibi licentiam, de qua hic dicitur, concedere, ut patet ibi.

e *Seu Prælatorum.* Hoc dicit, quia etiam Episcopus potest concedere Dimissorias ex speciali privilegio indulto sibi super hoc facto, vel consuetudine præscriptâ, ut dixi *supra, c. proxi. ver. Diœcesano. in fi.*

Sacri Ordines quæ sint.

f *Sacros Ordines.* Qui strictè loquendo sunt quatuor tantùm, scil. Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus, in quibus Continentia requiritur. 32. *di. c.* 1. 28. *di. decernimus.* Largè tamen loquendo omnes Ordines, etiam minores, dicuntur Sacri, *ut no. Jo. dicta. dis.* 32. *in summa. & Archi. de temp. ordi. c.* 1. *ver. ordines. lib.* 6. Unde & aliàs de Jure communi verum est, scil. quòd Ordinatus à non suo Episcopo, non solùm ad Ordines majores, sed etiam minores incurrat hanc pœnam, *sicut legitur & not. de temp. ordi. in c. eos qui. ver. is qui jura. li. 6.* Et sic hic appellatione *sacrorum ordinum*, quoad hoc continentur etiam minores Ordines, quia sic aliàs de Jure communi est ordinatum: aliàs autem hæc clausula tanquam pœnalis non deberet extendi ad minores Ordines, ut in regula Juris, *Odia. li. 6. cum concor.*

g *Executione ordinis.* In quibus consistat executio cujusque Ordinis habes in Canone *Cleros.* 21. *dis. haquè à medio. c. usq; ad fi. ibi videas.*

h *Suspendimus.* Et sic videtur quòd illegitimus, & etiam suscipiens Ordines ab alieno Episcopo per hanc constitutionem, non est ipso facto suspensus, sed per sententiam hominis suspendendus ab executione Ordinis sic suscepti. Sed quòd ordinatus à non suo Episcopo sit ipso jure suspensus, notat *Cardi. et Jo. An. de temp. ordi. c. eos. lib. 6. ubi de hoc per Jo. An. ver. statuunt. per Cardi. ver. jura. et idem Archi. super eod. ver.* qui omnes dicunt, quòd talis quoad executionem est ipso jure suspensus. Dic igitur, quòd Ordinati à non suo Episcopo quoad se sunt ipso jure suspensi; 9. q. 2. *Lugdunen.* non tamen quoad alios, sed sunt per homines suspendendi: unde licèt talis exequatur officium suum, antequam interdicatur sibi per hominem, non tamen efficitur irregularis exequendo. *pro quo facit extra. de cle. excom. mi. c. si celebret.* Secus tamen, si exequitur officium post interdictum hominis, utputa sui Episcopi, ut notat *Hosti. de eo qui Ordi. furtivè susc. cepit. c.* 1. *glossa. quia non fuit. et Jo. An. d. c. eos. & notatur per Henricum de Bowyco. extra. de temp. ord. c. quod translationē* ubi videre poteris remissiones ad Doctores alios. Unde ex hoc quòd litera dicit, *suspendimus*, non autem, *suspensum denunciamus*, videtur quòd potiùs gerat vicem sententiæ hominis quàm Juris, ut accedant notata *per Archi. 77. di. s. placuit. glo.* 2. qui sic intelligit Decretum, *vel non est compos. extra. eod. tit. ibi, Suspendimus* &c. Unde sic intelligendo, talis Ordinem susceptum exequens efficitur irregularis juxta sententiam prædictam; & hoc verum puto quoad Ordinatos ante hanc sententiam. Tamen in quantum hæc sententia quovismodo respicere potest futura, benignius est dicere, quòd ista sit sententia legis mortuæ, quia constitutionis perpetuæ, non autem vivæ legis temporalis: & sic non incurrit irregularitatem, nisi per hominem interdicatur, ut dicunt Doctores prædicti; in pœnalibus namque benignior interpretatio facienda est. *ff. de pœnis. l. interpretatione.*

i *Donec dispensationis.* Et sic videtur, quòd quàm citò fuerit cum eo dispensatum, potest exequi Ordines susceptos; & ad hoc accedunt notata per *Jo. An. de offi. ordi. c. præsenti. ver. quousq;. lib. 6. sed melius per eundem in Clem. 1. de decimis super ver. donec.* Sed puto in hoc casu esse expediens, ut per Judicem pronuntietur pro sufficienti dispensatione, quia de ea potest dispensari, ut notatur in simili per *Jo. An. in glossa. Clem. pradicta.* maximè ubi talis fuerit etiam suspensus ab homine, ut prædixi. *& vide quod scripsi supra de consti. c. quia incontinentiæ. super ver. donec.* Sed quæro per quem fiet dispensatio? Dic per illum, cujus authoritas sufficeret à principio; unde in illegitimè nato quoad minores Ordines sufficiet dispensatio sui Episcopi, in majoribus verò requiritur dispensatio Papæ, juxta ea quæ scripsi *supra, eod. glo.* 1. In eo verò qui sine licentia Ordinatus est à non suo Episcopo, sufficiet dispensatio facta per suum Episcopum, qui potest illam ordinationem habere ratam. 9. q. 2. *Lugdunensis.* & sic sentire videtur *Archi. de temp. ordi. c. eos qui. ver. jura. li. 6. &c.*

Quæstio.

k *Gratiam.* Simile habes *de elect. licet Canon. li. 6. ubi de hoc per Archidi. in ver. gratiam.* qui notat, quòd multis modis dicitur dispensatio, & super hoc dat remissiones; ibi videas.

l *Item decernimus.* Secunda pars.

m *Conscientia.* Id est, cognitione suiipsius cordis, secundùm *Paludam. & sic notatur per Archi. 28. q. 1. omnes.*

n *Peccati mortalis.* Non distinguit hic de quantitate, nec de qualitate peccati, tamen distinguere poteris ut notatur *extra. eod. tit. ex tenore. per Ber. Innocen. Hostien. & Jo. An.* Unde quoad hujusmodi materiæ intellectum est advertendum, quòd olim erant diversæ opiniones super hoc, viz. an peccatum mortale impediat aliquem in susceptis Ordinibus vel suscipiendis administrare? Quam materiam satis diffusè tractant Doctores *in d. c. ex tenore.* quæ quidem opiniones satis expeditæ sunt per Decretalem ultimam ejusdem tituli, quæ dicit, "Quòd peccatum occultum, non enorme, post peractam pœnitentiam non impedit in susceptis Ordinibus exequendis, nec in suscipiendis ministrare, secundùm *Hostien. Jo. An. in addi.* super dicta Decretali (*Ex tenore*) dicit, quòd *Bonagy.* & moderni dicunt, non esse curandum de distinctione quam ponunt Doctores in dicto *c. Ex tenore*, quia hodie quantumcunque quis est criminosus occultus, præter homicidam, post peractam pœnitentiam in susceptis administrat, & ad superiores ascendit, sed ante pœnitentiam monendus est, ut in susceptis non ministret. *extra. eod. c. ulti.* Tamen id quod de homicida dictum est, intellige de quocunque criminoso, cujus crimen post peractam pœnitentiam impedit Ordinis executionem: de quo habes multa exempla posita per Doctores *extra. de renun. c. nisi cum pridem. §. pro conscientia criminis.* Regula enim est, Quòd recipiens Ordines sacros in peccato mortali, suspensus est quoad se ab executione hujusmodi Ordinum quousque egerit pœnitentiam: ut notatur per Doctores in *d. c. ex tenore. & c. fi. extra. de temporibus Ordinat.* Et ad hunc finem operatur constitutio ista, quæ vult, quòd non ministret in Ordine suscepto, dum erat in peccato mortali occulto, antequam per Sacramentum pœnitentiæ fuerit expiatus. De criminoso non occulto vide notata *eod. tit. §. præterea. ver. cum queritur. per Hosti. in summa.* ubi distinguit inter enorme & mediocre.

An peccatum mortale impediat in susceptis Ordinibus ministrare?

o *Prius perpetrati.* Supple, & sic existens in peccato mortali fuit Ordinatus, & sic recipiens Ordines cumulavit peccatū peccato; quia licèt existens in peccato occulto non possit prohiberi ne ordinetur: *extra. de Symo. c. ex tuæ.* peccat tamen hic recipiens Ordines, 1. q. 1 *ergà Simon.*

ga Simoniacos, & propterea merito debet abſtinere ab executione ordinis uſque quo per pœnitentiam fuerit expiatus. Sed quid de peccante poſt ordinem ſuſceptum? Dic quòd recepta pœnitentiâ poteſt ſtatim exequi officium ſuum licet melius faceret, ſi prius pœnitentiam ageret in toto vel in parte, *ut no. per Innocen. d.c. ex tenore.* Et hoc verum niſi ſit tale crimen quod poſt peractam pœnitentiam impedit executionem, de qua materia, ut dixi, notatur per Doctores, *extra de renun. c. niſi cum pridem.* §. *pro conſcientia criminis.*

Quæſtio.

a vel propter b quæſtum c temporalem tantum, d Sacrum ordinem ſuſceperint, officium ſuum e non exequantur: niſi prius à peccato hujuſmodi f per Sacramentum pœnitentiæ fuerint g expiati.

Irregulares omnes uſque ad legitimam diſpenſationem ab officii executione ſuſpendantur.

Idem.

IN h primis, & *infra*, i Omnes qui k irregularitatem, l in ordine ſuſcepto, vel m ante, vel n poſt ordines ſuſceptos, o conſtat contraxiſſe, niſi p cum eis diſpenſatum fuerit q expreſſe per eos qui cum eis r diſpenſare poterint, ab

Irregularitas.

k *Irregularitatem.* Quæ nomen accepit à *regula*, quam ſtatuit Apoſtolus ſervandam in ordinatione clericorum, cujus contrarium dicitur irregularitas. *i.e. contra regulam: & no. 48. di. c. quoniam multa. ver. ex quacunque, per Arch. 63. di. Valentinianus in fi.* Et nota quòd irregularitas eſt quoddam impedimentum proveniens ex conſtitutione Canonica, & non extenditur, niſi quatenus invenitur jure inflicta. *de ſent. excom. c. his qui. li. 6.* ubi de hoc not. *per Archi. c. li. de temp. ord. c. ſ. ver. irregulares, ſed melius de ſen. & re judi. c. 1. ver. irregularitatem, per eundem*; qui remittit ad notata per *Hoſti. extra de cle. excom. mi. c. 2. Et notabiliter vide de hoc, de Homici. c. 1. ver. irregularitatem per Willi. in Cle.* Et nota quòd irregularitas perſonæ quandóque provenit ex defectu ſivè peccato, ut patet in illegitimè nato, in bigamo & corruptæ marito, & aliis defectibus de quibus legitur & notatur, *l. di. non confidat. & 54. di. per totum.* Quandóque irregularitas perſonæ provenit ex inobedientia: quia *viz.* non obédit præceptis Eccleſiæ, nec cenſuras obſervat, pro quo Dic ut notatur, *infra e. c. ver. diſpenſare poterit.* Et tales dicuntur irregulares, non quia ſecundum regulam Apoſtoli ordinari prohibentur, ſed quia extra regulam aliorum ſunt. Quandoque irregularitas contrahitur ex peccato ſive crimine tali, videlicet quod impedit ne ordinatus remaneat in ordinibus ſuſceptis quoad executionem nec promoveatur ad majores, etiam poſt peractam pœnitentiam, abſque diſpenſatione Papæ, vel inferiorum Prælatorum, de quibus notatur *de temp. ordi. cap. dilectus, per Innocentium. Hoſtien. & Johan. An.* Et de his omnibus videre poteris exempla infra per proceſſum *hujus cap.* et vide quod dicam infra *ver. diſpenſare poterit, verſ. circa hunc. & quæ circa hoc notat Innocen. de renun. c. niſi cum pridem. ver. irregularitas.*

l *In ordine ſuſcepto, id eſt.* In tempore ſuſcipiendi ordines, pone exemplum in ſcienter ordinato ab Hæretico vel Schiſmatico, & hujuſmodi infra patebit.

m *Vel ante.* Pone exemplum in homicida voluntario, ut *infra* patebit.

n *Vel poſt.* Pone exemplum etiam in homicida, & in eo qui ſuſpenſus ab executione officii nihilominus miniſtrat in officio ſicut prius, *de re Judi. c. 1. in fi. li. 6. cum ſimilibus.*

o *Conſtat.* Scil. per rei notorietatem, facti evidentiam, vel per confeſſionem in judicio emiſſam. *Ar. eorum quæ leguntur, de cohabit. cler. & mul. c. ſi.* Et idem intelligo ſi conſtat per alias probationes legitimas, quæ probationes habebunt locum ex conſideratione legum, & jurium quibus cavetur aliquem eſſe irregularem, nam nemo cenſeri debet irregularis niſi caveatur de hoc expreſſe in jure, *ut in c. is qui, de ſen. excom. li. 6.* Unde ubi jura decernunt aliquem eſſe irregularem, ſufficit quòd conſtet de facto tali propter quod incurritur irregularitas de jure, ſic tamen quod pars ſit præſens, vel per contumaciam abſens.

p *Cum eis.* Scil. Qui contraxerunt hujuſmodi irregularitates.

q *Expreſſe.* Non igitur ſufficit diſpenſatio tacita, quæ videretur forſan fieri, ſi ille qui poteſt diſpenſare cum irregulari facto aliquid fecerit circa talem, ex quo facto videretur tollere hujuſmodi irregularitatem, ut puta ſi ſciens eum irregularem mandaret ſibi ut adminiſtraret in ordine ſuſcepto, vel eum promoveret, ad ordines nondum ſuſceptos. Et huic dicto *concord. notata per Doctores extra. de filiis Presb. c. veniens. de ſchiſma. c. 2. & c. ſic Romanus pontifex. de ſen. excom. in Cle. per Doctores, ubi de hoc & ti. de leg. §. qualiter autem. ver. dicunt autem, per Spec.* Et hoc verum puto in alio quam in Papa. Secus tamen dicerem in Papa: & eſt ratio, quia Papa eſt ſupra jura. *C. de legi. l. digna. ff. de legibus l. Princeps.* Et in eo ſufficit pro ratione voluntas. *Inſti. de jure. natu.* §. *ſed et quod principi.* Inferior vero Papa tenetur obſervare formam juris communis, & ad minus ut præcedat cauſæ cognitio, pro quibus videas quod ſcripſi, *ſuprà. eo. ti. c. eos. verſ. diſpenſatione ſufficienti.*

Papa & Princeps ſoluti ſunt legibus.

r *Diſpenſare poterint.* Solet enim dici communiter per Doctores quod ſuper irregularitate ſolus Papa diſpenſat, *ut not. per Bern. & Hoſtien. i. c. clerici. de cle. excom. mi. & de offi. lega. c. quod tranſlationem. idem notatur ti. de lega.* §. *juxta verſ. Item nota quod ſuſpenſus. per Spec. &* §. *nunc de Epiſcoporum. verſ. ſed nunquid poteſt Epiſc. notatur etiam l. diſ. miror. per Jo. & Archi. 11. q. 3. ſi quis Epiſ. damnatus. per Jo. & Archi. ſuper verſ. Diaconus, & 9. q. 2. Lugdunen. glo. antepenul. per Jo. & 2. q. 7. quæ de cauſa. ver. committimus per Arch. & eſt textus de re judi. c. cum æterni in §. et de ſen. excom. cum medicinalis. li. 6. ubi hoc idem tenent Innocen. Hoſti. & Jo. An. de cenſibus in. c. exigit. ver. ſuſpenſos li. 6.*

Et

---

h *IN primis.* Hæc conſtitutio non eſt novi juris ordinativa, ſed juriumi prius habitorum executiva ſive declarativa: & intitulatur *Edmundo* in quibuſdam libris. Et ſciendum eſt quòd ſub parte iſta deciſa, continetur in integra quod miniſtri Eccleſiæ, maximè ſacerdotes, habent diligenter diſcutere conſcientias ſuas, quales ad ordines acceſſerint, & quo fine. Et eſt pars hujus, *ſuprà, eo c. eos.* Et habet duas partes. Secunda ibi, *irregulares.* In prima denuntiat omnes irregulares fore ſuſpenſos ab executione ordinum, quouſque fuerit cum eis diſpenſatum. In ſecunda parte recitat diverſos caſus quibus irregularitas incurritur, quoad hoc, ut ordinatus ſit ſuſpenſus ab executione.

Diviſio.

i *Omnes.* Hæc dictio de ſui natura & propria ſignificatione ſtat *collectivè*, prout notat *Accurſ. ff. de lega. 2. l. ſi pluribus.* quandoque tamen ponitur, *diſtributivè*, pro quo vide notata per *Bart. in l hoc. ff. de Hæreti. ſed nota ad idem. ff. de nov. ope. nuntiat. l. 1.* §. *nuntiatio per eund.*

Et ſic notatur per *Wil. & Geſc. de conſan. & effin. amico in Cle. verſ. contrahentes, & per Henricum de Bowyco in d. c. clerici, de cleri. excom. miniſtr.* Circa hunc paſſum eſt advertendum, quòd irregularitas contrahitur multis modis. Quandóque ex crimine, quandóque ex defectu quandóque ex inobedientia, ſeu violatione cenſuræ Eccleſiaſticæ, ut puta ſi excommunicatus ſuſpenſus, vel interdictus ſcienter ingerat ſe Divinis, & in hoc caſu verum eſt quod ſolus Papa diſpenſat. Et ſic ſtant omnia jura ſuperius alleg. cum dictis Doct. ſupra recitatorum. Sed ubi irregularitas contrahitur ex crimine commiſſo, tunc ſi tale ſit crimen quod poſt pœnitentiam peractam impedit executionem ordinis, etiam ſolus Papa diſpenſat, ut *no. ti. de legato. §. nunc de Epiſcoporum. verſi. item in his. per Spec.* Et qui ſunt caſus illi notant *Doctores extra de renun. c. niſi cum pridem. 9. propter conſcientiam. & ponuntur ti. de legato. §. juxta. ver. ſunt quoque. per Spec.* Hoc tamen fallit ubi expreſſe cavetur quòd Epiſcopus poterit diſpenſare, & quando diſpenſatio non eſt reſervata Papæ. Exemplum patet *l. diſ. Presbiteros, cum ſua glo.* Si vero ſit crimen quod poſt pœnitentiam, non impedit ordinis executionem, nec aliquem ad ordines aſcendere, tunc in adulterio & in minoribus criminibus poſſunt Epiſcopi diſpenſare niſi expreſſe prohibeantur in jure: ut legitur & *not. in. c. at ſi Clerici. extra de Jud. patet exemplum in c. fi. & c. ex tenore. extra. de temp. or. & de furtis c. ulti. cum ſua gloſſa.* Ubi vero irregularitas contrahitur ex defectu, ſi defectus ille ſit à natura; ut puta in defectu natalium: tunc ad minores ordines diſpenſat Epiſcopus: ſed ad majores ſolus Papa *de fil. Presb. c. 1. li. 6.* Et idem eſt, ut viz. ſolus Papa diſpenſet ſi aliquis cum defectu corporis naſcatur, quia viz. ſit corpore vitiatus in membro notabili: quod Dic, ut *extra de corpore vitiatis. per totum*, & idem eſt, ubi irregularitas provenit ex eventu, ſive ob defectum Sacramenti, ut in bigamia & marito corruptæ, ubi etiam ſolus Papa diſpenſat ſicut in aliis caſibus, niſi in aliquo caſu circa præmiſſa inveniatur Epiſcopo conceſſum ut diſpenſet, & ſic breviter Dic quòd irregulare eſt, quod ſolus Papa diſpenſat cum irregulari. Fallit tamen aliquoties in caſibus quibus permittitur Epiſcopis diſpenſare: de quibus multa videre poteris per *Spec. ti. de legato. §. nunc de Epiſcoporum. per totum: & c. §. ſpecialiter videas ibi, verſi: verum ut pro fundamento diſtinctionis præmiſſa, & ſuper hoc videas notata per Hoſti. in ſumma. ti. de diſpenſatione. qui ponitur do pœnit. & remiſ. ad fi. §. quis poteſt diſpenſare.*

Multis modis irregularitas contrahitur.

Irregularis privatus eſt officio Eccleſiaſtico.

a *Officii executione.* Intelligas de ſolenni executione: tali videlicet quæ pertinet ad ordinem quem obtinet & ſub ratione ipſius ordinis. Quæ autem ſint illa quæ ad unumquemque ordinem pertinent, habes 25. di. per. *Clerum.* Unde talis irregularis de quo hic loquitur, ſe immiſcere non poteſt officio Eccleſiaſtico, ut videlicet publice & ſolemniter miniſtret in ordine ſuo tempore quo dicuntur veſperæ, matutinæ, miſſæ, vel aliæ horæ Canonicæ: prout notatur *de ſenten. & re judi. c. cum æterni. ver. damnabiliter: et ver. ingeſſerit. per Archidia. li. 6.* Privatim tamen & per modum ſuffragii poteſt dicere horas ſuas ad quas tenetur ratione ordinis aſſumpti, ut *no. ibidem per eundem:* & hoc puto verum ſi extra Eccleſiam hoc faciat: ſecus ſi in Eccleſia quæ ad talia deputatur; & ſic ſentit *Inno. de exceſſi. Præla. c. tanta.* Poteſt talis tamen audire Divina in Eccleſia, ut notat ibidem *Archi. de ſen. excom. c. cum medicinalis. ver. irregularitatem, & ver. divinis:* hoc verum ſi hoc non faciat ex contemptu, ſed ex devotione, *ut ibi not. in hoc concor. Hoſtien. extra. de exceſſi. Præla. d. c. tanta. Anthonius de Butrio ibi dicit*, quòd intereſſens cum aliis tempore divini officii, habens præeminentiam ibidem vel auctoritatem eſt irregularis. Secus ſi ſimpliciter abſque præeminentia vel auctoritate interſit: nam in primo caſu videtur participare officio divino: in ſecundo non, *alle. ad hoc c. 1. & ſi. de clerico excom. min. & co. ti. c. illud.* Si tamen aliquis præter irregularitatem, de qua hic loquitur, excommunicatus ſit, vel ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus, non poteſt etiam audire divina exiſtens in Eccleſia, prout notat *Archidi. de ſen. excom. c. is qui. glo. 1. li. 6. ubi ſuper hoc alle. Ray. Et ad prædicta concor. notata per Bern. & Hoſtien. de clerico excom. mi. c. ſi quis Epiſcopus. & per Ber. e. ti. c. illud. et 28. diſt. Presbyterum. per Jo. et Archiepiſ. et notatur per Archi. 3. q. 7. §. tria. verſi. item teſtatur ſuper. ver. quare. et per Cardi. d. c. cum medicinalis. verſi. ab ingreſſu Eccleſiæ. li. 6. et per Geſc. de regula. c. ut profeſſores. ver. locorum. in Cle. et per Wil. et Geſc. de ecle. miſſ. c. gravi. ver. puritate. in Cle.* Et hoc quod hic dicitur, videlicet quòd irregularis debet abſtinere ab executione officii donec fuerit cum eo diſpenſatum, non ſolum habet locum in ordinato ad majores ordines, ſed etiam ad minores: hoc notat *Hoſtien. de Clerico excom. mi. c. illud in fi. et Jo. An. de exceſſi. præla. c. fi. et Archi. d. c. cum æterni. ver. ingeſſerit. li. 6. et 11. q. 3. ſi quis Epiſcopus damnatur. ver. reſtitutionis: per eundem: et ti. de lega §. juxta. ver. quid de ſimplici clerico per Spec.* Et notabiliter de hoc videas *de Cle. excom. mi. c. ſi quis Epiſcopus. per Henricum de Bowyco in ult. diſt. ſua.* Sed quæro, nunquid beneficiatus incidens in irregularitatem: & ſic per conſequens ſuſpenſus ab executione officii ut hic: ſit etiam eo ipſo ſuſpenſus à beneficio? Dic quòd non: nam cum iſta ſit pœna juris non debet extendi, ſecundum Hoſtienſem qui hoc notat *de ſen. et re judi. c. cum æterni. ver. officii. li. 6.* Secus eſſet ſi eſſet inflicta ab homine ſecundum eum: & idem poſt multa argumenta notat *Archidi eo. c. cum æterni. ſuper. verſ. officii. li. 6.* Et pro hoc vide quod ſcripſi *ſupra de conſti. c. quia incontinentiæ. ver. ab officio et beneficio ad finem. glo.*

Quæſtio.

à officii executione denuntiamus eſſe ſuſpenſos, donec cum eis c ſuper hoc d legitime fuerit diſpenſatum. e Irregulares vero quoad f præmiſſa intelligimus g homicidas, h advocatos in cauſam ſanguinis,

b *Eſſe ſuſpenſos, ſcil.* A jure prius ordinato, non per hanc conſtitutionem.

c *Super hoc, ſcil.* Ut poſſint exequi officium ſuum.

d *Legitime diſpenſatum.* Videlicet ex juſta cauſa & certa, ac cum cauſæ cognitione, habita ſcilicet conſideratione ad neceſſitatem & utilitatem, et alia de quibus videre poteris *ti. de lega. §. genera. et §. qualiter autem. in prin. per Spec.*

e *Irregulares.* Secunda pars.

f *Præmiſſa.* Videlicet ut ſint ſuſpenſi ab executione officii, uſque quo cum eis diſpenſetur.

g *Homicidas.* Intellige de voluntariis: *extra de Homi. c. lator.* et non ſolum de eis qui facto hominem occiderunt: ſed etiam ſi eorum præcepto ſive conſilio hoc factum ſit: *extra. de Homi. c. ſicut dignum.* Ubi de hoc per *Innocen. et Hoſtien. de pœnis. c. felicis. ver. conſilium, li. 6. per Archi. l. diſ. ſi quis viduam:* etiam ſi occiſus ſit Judæus, Paganus, vel Sarracenus: *l. di. c. de his, et c. clericum.* Et idem intellige de his qui ratum habent homicidium nomine ſuo commiſſum: *extra de Simo. ſicut tuis. ff. de vi et vi arma. l. 1. §. quoties: et 1. q. 4. quia prælatus: et notatur per Jo. et Archidi. d. c. ſi quis viduam: 17. q. 4. c. omnes. in glo. Adde tamen ſecundum Lau. per Archidia.* Et idem eſt, ſi homicidium committatur ex neceſſitate evitabili: *l. di. de his Clericis. ver. de hoc.* Secus ſi fuit omnino inevitabilis: nam tunc nec quoad peccatum nec quo ad irregularitatem imputatur: *l. di. quia te. ubi de hoc per Archi. in glo. penulti. et videtur textus de Homi. c. unico. in Cle. pro quo vide gloſſam Jo. An. ibi, ſuper ver. nullam.* Conſimiliter irregularis eſt qui caſu occidit, ubi etiam dando operam rei licitæ non adhibuit omnem diligentiam quam potuit et debuit: *ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. penul. l. di. ſæpe.* et notatur *per Hoſtien. extra de teſti. c. ſicut nobis. l. di. clerico:* quod ſi dederit operam rei illicitæ, ſive adhibuit diligentiam, ſive non, eſt irregularis tam quoad ordines ſuſcipiendos quàm ſuſceptos: *l. di. clerico. et c. ſi quis voluntate: et extra. de Homi. c. continebatur. et c. dilectus. et notatur per Bern. et Hoſti. in. d. c. ſicut nobis: et 17. q. 1. qui bona. per Archidi. in magnâ gloſſa. et de Homi. §. qua pœna. verſi. ſi vero facto. per Hoſtien. in ſumma confeſſ. eo. ti. q. 19. et per Aſtexen. li. 6. ti. de modeſtia ordinandorum. articulo. 6.* Et nota quòd cum homicidâ voluntario ſolus Papa diſpenſat; quod poteſt, licet cum difficultate hoc faciat: pro quo vide quæ legitur et notatur *extra de conceſſ. preben. c. propoſuit. et notatur per Hoſtien. extra de Cle. pugn. in du. c. 1. et 24. q. 8. occidit, per Archi.* Item cum homicida ex neceſſitate evitabili ſolus Papa diſpenſat: *l. di. de his.* In homicidio etiam caſuali, ubi non adhibuit diligentiam, ſive dederit operam rei licitæ, ſive illicitæ ſolus Papa diſpenſat *l. di. clerico. et de homici. tua nos.* et hoc verum quoad ordines Sacros, ut ad eos promoveatur, vel in eis valeat miniſtrare: *extra. de Cle. pug. in du. c. 2.* Et idem quoad beneficium cum cura, *ut ibi no. Hoſtien.* Sed quoad beneficium ſimplex, vel minores ordines, Epiſcopus poteſt diſpenſare ſecundum Hoſtien. *ibi.* et idem notat *de Homici. c. continebatur. et c. ad audientiam. etiam Jo. An. ibi poſt eum. plura de hac materia videre poteris de homici. c. ſicut dignum. per Henricum de Bowyco. di. 8.*

Nota de Homicidio.

Caſus quibus ſolus Papa diſpenſat.

h *Advocatos in cauſa ſanguinis.* Sive pro actore ſive pro reo, *l. diſt. aliquantos. ubi de hoc per Jo. et Archi. et per Spec. ti. de leg. §. juxta. ver. ſi enim criminalis. et ti. de advocato. §. 1. ver. in cauſa autem criminali.* Et hoc verum, ubi ex advocatione hujuſmodi ſequitur mors, et Advocatus in mortem intendit, *ut patet in locis prælle.* Et notatur per *Innocen. extra ne clerici vel monachi. c. ſententiam. ubi etiam Hoſtienſis* dicit, Quòd ſola advocatio in cauſa ſanguinis non facit quem irregularem, niſi ſequatur mors: et pro hâc materia plenius vide per *Hoſtien. de Homicidio. c. ad audientiam:* qui dicit, Quòd Advocatus in cauſa ſanguinis poteſt defendere reum et non incurrere irregularitatem, maxime ubi non ſequitur mors, nec mutilatio membri. Et idem ſecundum eum, ubi mors ſecuta eſt, vel mutilatio, quando mors ipſa, vel mutilatio non ſequitur ex verbo, vel facto ipſius Advocati: & ponit ibi quatuor concilia, quibus Advocatus in cauſa ſanguinis poteſt evadere irregularitatem. Et eandem materiam tractat *Jo. An. de poſtulando. c. 1. & Henricus de*

de Boxyco. d. c. ad audientiam. Sed quicquid dicatur tutius est quod Clericus non postulet ullo modo in causa sanguinis: pro quo vide si placeat ea quæ leguntur & notantur in *constitutione Othobo ni. c. juxta Sacrorum: & per Jo. de Athona in secunda parte. prima glossa.* Et nota quòd id quod hic dicitur de *Advocato in causa sanguinis* habet locū in Judice,

Nota pulcramma-teriam de Simonia, et qualiter quis per Simoniam efficiatur irregularis?

Assessore, Notario, Dictatore & Teste, prout *no. Spe. ti. de lega. d. §. juxta. versi, si eum criminali.*

a *Simoniacos.* Sive in ordine sive in beneficio, ut infra dicam: in ordine namque susceptо sive crimen sit occultum, sive manifestum, sine præfinitione temporis suspensus est ipso jure quoad se & quoad alios ab executione omnium ordinum etiam suscipiendorum: *extra de Simonia. c. tanta. et c. penul. in fi. 1. q. 1. reperiuntur. et c. quibusdam, et sic notatur per Jo. d. c. reperiuntur. et per Innocen. de Simo. c. per tuas. 2. ver. ministret. et ibi per Ber. et Hosti. et Jo. An. et per Archi. 1. q. 1. ordinationes.* Si vero aliquis sit Simoniacus in beneficio recepto: tunc si crimen est notorium vel manifestum est suspensus quoad se, et omnes alios, ut *d. c. reperiuntur: et ita intelligit Vincen. c. accusatum, extra, de Simo.* Et hoc verum etiam si beneficium sit simplex: argumento eorum quæ leguntur & notantur *de statu monacho. c. monachi. ubi notat Petrus de Sampsona. Abbas: et Jo. An* Quòd per Simoniam commissam, etiam in beneficio simplici, efficitur quis irregularis, etiam quoad ordines. Si vero crimen sit occultum, tunc suspensus est quoad se, sed non quoad alios qui ejus officium licitè audiunt, sicut de alio quolibet criminoso. *1. q. 1. Sacerdotes*: tales namque licite exequuntur officium post pœnitentiam, sed beneficium retinere non possunt *extra. de Simo. c. de regularibus*: *Secundum Inno. et Hosti. qui ita distinguunt d. c. tanta. et huic dist. consentiunt Lan. Vinc. et Jo. An. d. c. accusatum. et Archi. l. dis. c. de his vero. in glo. adde idem notat: et notatur in dicto. c. accusatum*: *et per Henricum de Boxyco.*

Quis dicitur Simoniacus Ordine vel Beneficio?

Sed quæro quis dici debeat Simoniacus ordine vel beneficio? Dic quòd is qui pecuniam, vel aliud temporale, per se vel per alium dedit alteri quam Ordinatori, ubi aliter non fuisset ordinatus, vel beneficiatus. *1. q. 1. quam pio. et c. quæsitum. q. 3. si quis objecerit. et c. si. et. q. 6. c. 1.* Secus si aliter fuisset ordinatus, vel ad id beneficium promotus: nam tunc non est Simoniacus, ut notat *Astex. li. 6. ti. de Simonia. ar. 9. q. posè quòd aliquis dignus* &c. Si vero sic dederit ipsi Ordinatori vel Promotori, sive alias esset ordinatus, aut promotus, sive non, Simoniacus est: secundum *Innocen. et Hosti. extra de Simo c. tanta. et idem notat Archi. 1. q. 6. §. si. glo. si.* Secus tamen est, si alius ab ipso ordinato, tale quid dederit ipso ignorante, secundum Doctores prædict. in locis prælle. Sed ecce, dicitur in textu quòd Simoniacus, & alii hic enumerati sunt ab executione Ordinum

Quæstio.

suspensi donec fuerit cum eis legitime dispensatum: Quæro ergo quis potest cum tali Simoniaco in Ordinibus dispensare? Dic quòd Papa licitè potest cum omni tali dispensare non solum ut in Ordine susceptо possit ministrare, sed etiam ad superiores ascendere, et in eis licitè ministrare. *1. q. 1. si qui à Simoniacis. et c. erga. et c. si quis. cum similibus. et est expressum de Simonia. c. penult. ubi de hoc.* Quandoque tamen cum talibus Papa non consuevit dispensare ob certas causas, quas recitat *Hosti. et Jo. An. de Aposta. c. fi. & notatur per Jo. de Deo. 9. q. 1. in summa. et per Astex. li. 6. ti. de collatione ordinum. in fi. et tit. de dispensatione. articulo.* 3. In inferiori autem Papa, quantum est ad dispensationem super Simonia in ordinibus vel circa eos, Dic quòd ubi ex pacto sive ex conventione intervenit Simonia per ipsum Ordinatum, vel ipso sciente à principio, & tacite consentiente: vel ipso sciente & post ratificante expresse vel tacite, commissa, tunc nullus nisi solus Papa poterit cum eo dispensare: ut *extra. de Simo. c. nobis. et. c. penul. et notatur ibi per Ber. et per Jo. 1. q 3. ex multis. in fi. et 1. q. 5. præsentium.* Quòd verum est etiam super ordine illo vel alio prius susceptо, vel suscipiendo, quorum omnium executionem amittit, ut notat *Inno. de Simo. per tuas. 2. et. c. penul. et Archi. 1. q. 1. ordinationes. glossa.* 3. Si vero talis Simonia sit commissa ipso ignorante, vel sciente et contradicente, & in aliquo non ratificante, tunc si sit commissa ab inimicis vel in fraudem aut præjudicium ipsius Ordinandi, non nocet, nec est necessaria dispensatio: *extra, de Simo. c. nobis. et. c. sicut tuis.* Sin autem ab amicis facta sit, & non in fraudem seu præjudicium Ordinandi, tunc in ordine Simoniacè susceptо, dicit *Innocen. extra de Simon. c. de Simoniacè*, quod Episcopus in hoc casu poterit cum tali dispensare: ut in *c. præsentium. 1. q. 5.* Et hoc verum, dum tamen prius renuntiaverit executioni ordinis, secundum *Jo. in summa confess. tit. de Simonia. q. 25. in prin. et. q. 47. Dicunt etiam Lan. Tan. Hosti. et Jo. An. in. c. præsul. de Simoniace*, prædicta fore vera ubi

De Simonia manifesta solus Papa dispensat.

Simonia est occulta: secus si sit manifesta; nam tunc solus Papa dispensat. *extra. de Simon. c. de regularibus. et. c. nobis. in fi.* In aliis vero ordinibus non Simoniacè receptis, potest ipsos Recipiens ministrare sine dispensatione: non tamen potest promoveri ad novos ordines absque hoc quod dispensetur cum eo in illo ordine Simoniacè obtento. Secundum *Innocen. Hostien.*

a Simoniacos, b Interventores c Simoniacarum pactionum: & qui à d labe illa e infecti f scienter Ordines susceperint; ab g hæreticis,

& Jo. An. in dicto. c. de Simoniace. consimiliter ubi quis adeptus est dignitatem & Ecclesiam curatam vel aliud beneficium Simoniacè, ipso sciente, consentiente, vel ratum habente, tunc si retineat beneficium non potest Episcopus cum eo dispensare super executione Ordinum: quia non potest esse vere pœnitens nisi dimittat beneficium sic obtentum. *de accu. c. inquisitionis*: quòd si beneficium dimiserit, & peregerit pœnitentiam, tunc potest Episcopus cum eo dispensare super executione Ordinum, sive ante sive post receptorum, secundum *Ray.* et hoc credit *Wil. super Ray.* fore verum, sive loquamur de Ordinibus quos non recepit ad titulum beneficii sic recepti: sive de illis quos recepit ad titulum dicti beneficii. Et sic notare videtur *Archi. 1. q. 5. præsentium. glo. penul.* non tamen potest Episcopus dispensare cum tali ut habeat beneficium in eadem Ecclesia respectu ejusdem beneficii sic adepti, sed respectu alterius sic. Sed tunc debet tantum in minoribus Ordinibus ministrare, & ad superiores non ascendet. *1. q. 5 c. 1.* Unde in hoc casu Episcopus non potest dispensare cum tali ut promoveatur ad Ordines non susceptos: secundum *Innocen. d. c. de Simoniace.* Ut tamen obtineat beneficium in alia Ecclesia, potest Episcopus cum eo dispensare, & etiam ut ministret in Ordinibus susceptis. Secundum *Anthonium de Butrio in dicto. c. de Simoniace.* ubi vero committitur Simonia in dignitate vel beneficio curato, ipso beneficiato ignorante, vel sciente & contradicente, et in aliquo non ratificante, tunc si ab inimicis, & in fraudem commissa sit, hujusmodi Simonia non nocet: *extra. de Simo. c. nobis.* si ab amicis, tunc, si Promotus statim ut novit dimisit beneficium, & illud beneficium sit Dignitas, *Bern. extra. de renun. c. post translationem*, videtur velle, quòd Episcopus eo casu non posset dispensare: & movetur ex hoc quòd ibi dicitur, quod potest dispensare cum *adepto beneficium* quasi secus sit in *adepto dignitatem. Hostiensis* tamen dicit quòd ex evidenti utilitate poterit dispensare: aliàs opus est persona media. *1. q. 7. & si illa. & sic sentit ibi Jo. Caldrin.* Potest tamen Episcopus cum eo dispensare super Ordinibus suscipiendis, & absque dispensatione potest talis in susceptis Ordinibus ministrare, secundum *Archi. 1. q. 5. c. 1. vers. renovemus.* Si vero in hoc casu, scil. ignorantiæ, talis expectet sententiam, tunc in tota illa vacatione Ecclesiam vel Dignitatem habere non poterit. *extra. de elect. c. si aliquis.* Et hoc verum ubi necessitas vel utilitas Ecclesiæ aliud suadeat. *1. q. 7. §. nisi vigore.* In alia tamen vacatione poterit Episcopus cum eo dispensare. *Ar: dicti. c. si aliquis.* Si vero beneficium Simoniace adeptum sit simplex, tunc si renuntiat sponte, potest Episc. etiam quo ad illud dispensare, si ignoranter beneficium habuerit per Simoniam. Si autem scienter, tunc ex evidenti utilitate beneficii, poterit cum eo dispensare: alias non. Si vero non renuntiet sed expectet sententiam, non fiet dispensatio respectu ejusdem vacationis, nisi utilitate vel necessitate suadente. *ar. dicti. c. si. aliquis*: sed respectu alterius potest fieri dispensatio; Et præmissa intellige vera, ubi non est commissa Simonia cum Episcopo dispensante; nam si cum eo esset commissa in nullo casu dispensaret prout notatur. *1. q. 5. præsentium. in glossa.*

b *Interventores.* Qui aliter dicuntur *mediatores. de test. c. 1. li. 6.* et secundum legem vocantur *Proxenetæ. ff. de Proxenetis l. 1. & 2.* & talis, si in spiritualibus recipiat salarium vel aliquam promissionem commodi temporalis, Simoniacus est, *de Simo. cum esset.* & infamis est. *1. q. 1. c. si quis Episcopus. et q. 3. c. si quis Præbendas. et notatur dicto c. 1. vers. Mediatores. per Jo. et Archidia. li. 6.*

c *Simoniacarum pactionum.* Sive circa ordines sive beneficia, ut patet ex his quæ notantur supra, in *vers. Simoniacos.* Quid ergo dicam de his qui his diebus sunt Mediatores in permutationibus beneficiorum fiendis? Dic quòd tales si sint Mediatores in tractatu permutationis beneficiorum, qui quidem tractatus transit in conventionem vel pactum inhonestum, seu alias illicitum, vel aliter inter personas permutare volentes, occasione commodi temporalis in conventionem vel pactum ea occasione deductis: tunc tales Simoniaci sunt censendi, ut hic: & faciunt ad hoc notata per *Doctores extra. de transac. c. super eo.* maxime ubi non intervenit authoritas superioris: pro quo faciunt notata *per Inno. c. ti c. statuimus. glo. 2. versi. sed si aliquis. et de hoc etiam vide notata per Doctores in c. quæsitum. de reb. permu. ubi per Hosti. et Jo. An. in addi. et in Novel.* *Quæstio.*

d *Labe*, i. e. Putredine, macula, pernicie, ruina, sive miseria.

e *Infecti.* Viz. à Simoniacis, vel Simoniacè scienter promotis, vel ordinatis: talis namque Simoniacus vel Simoniacè ordinatus, cum executionem Ordinum non habeat, non potest eam dare alteri. *1. q. 7. Dalbertum: et notat. per Hosti. in summa de Simo. §. qua pœna. in prin. vers. si hoc intellige. et per Jo. An. de Simo. c. per tuas. 2.*

f *Scienter.* Secus si ignoranter, ut patet *dicto. c. per tuas.*

g *Ab hæreticis.* Supple Ordinatos, quod est infra: si enim aliquis receperit Ordinem Episcopalem in Ecclesia, & postmodum lapsus fuerit in hæresim, vel schisma, seu aliter in hæresi vel scismate fuerit Ordinatus, tamen in forma Ecclesiæ talis confert characterem, *32. di. §. verum. & c. ad hæc, et sic notatur per Jo. 1. q. 1. in summa. et per Inno. de hæret.*

de hæreticis. c. fraternitatis. & Hoſti. poſt eum in eod. c. & extra. de tempo. ord. §. Et à quo. ver. dicas ergo per eund. Hoſtien. in ſumma ſua. Unde licèt ordinati à talibus recipiant executionem ordinis in habitu, ut notat *Inno. de ſchiſmaticis. c. 1. in gloſſa. quoad executionem. ver. nos dicimus.* actu tamen non habebunt executionem, antequam cum ipſis ordinatis fuerit diſpenſatum; & hoc, ſive ſcienter ſive ignoranter fuerint ordinati, ſecundùm *Bern. & Hoſtien. dicto c. de ſchiſmaticis. ſuper ver. irregularitas. & notatur per Hoſtienſem dicto §. Et à quo. ver. dicas ergo.* Sed tamen quæro, quis cum talibus poteſt diſpenſare? Dic quòd in Epiſcopatu habendo ſolus Papa, ut notat *Hoſtien. de ſchiſmaticis. c. 2. gl. fi. & in ſumma. eod. tit. §. quid juris. ver. ego diſtinguo. & idem Jo. An. dicto. c. 2.* Et idem dicendum in Abbate Monaſterii exempti ſecundùm eos, *Ar. extra. de conſuetudine. c. cum venerabilis. & de renun. c. penul. & fi.* In alio verò Beneficio ſive ordine dicendum eſt, quòd hæreticus vel ſchiſmaticus aliquos Ordinans, demùm converſus ad unitatem Eccleſiæ, & receptus in ſuo ordine ſive honore, cum ordinatis à ſeipſo diſpenſare non poteſt. *1. q. 1. preſentium. & notatur per Bern. Inno. Hoſtien. & Jo. An. dicto. c. 2. de ſchiſmaticis.* Sed ſi loquamur de diſpenſatione alterius quàm ipſius hæretici vel ſchiſmatici Ordinantis, tunc ſi ſcienter quis reciperet ordines ab hæretico, vel ſchiſmatico, vel etiam excommunicato, ſolus Papa diſpenſare poteſt: ſi verò ignoranter à tali recepit ordines, & ignorantia illa fuerit craſſa & ſupina, & tunc etiam ſolus Papa diſpenſabit. Sin autem fuerit ignorantia probabilis, proprius Epiſcopus, qui non deliquit, poterit diſpenſare: *extra. de ordinatis ab Epiſcopo &c. c. 1. 9. 5. & c. 2.* delinquens verò non poterit, ut dictum eſt: & ad præmiſſa vide notata per *Archid. 9. q. 1. in ſumma, ſuper. ver. rata haberi. & per Henricum de Bowyco. extra. de ſchiſma. c. 1.*

Quæſtio.

a *Schiſmaticis.* Super hoc die in gloſſa præcedenti.

b *Nominatim Excommunicatis.* Hoc ſumptum fuit ex dictis *Inno. de ſchiſmaticis. c. 1. in glo. penul. in fi.* ubi videre poteris per eum plura circa hoc ſcripta. Sed circa hoc tu die ut legitur *in c. fi. de ordi. ab Epiſcopo qui renuntiavit Epiſcopatui.* ubi patet, quòd ordinatus ab Excommunicato recipit characterem, non tamen executionem; & hoc verum, ſive ſciens eum talem, vel ignorans, ordinatus ſit; nam utrobique neceſſaria eſt diſpenſatio, ut notat *Jo. 9. q. 1. in ſumma. & concor. Jo. An. de ſchiſmati. c. 1. ſuper glo. 2. ad finem magnæ ſuppletionis. & de ordi. ab Epiſcopo. c. 1. ſuper glo. fi.* Tamen cum ſic ordinato ignoranter ex ignorantia probabili diſpenſat Epiſcopus; ſi verò ſcienter, ſolus Papa. *ut d. c. 1. & 2. de ordi. ab Epiſco. po &c.* Si autem ordinatus quis fuerit à nominatim præciſo & ſchiſmatico, ſic quòd duo vitia concurrunt, tunc ſolus Papa diſpenſat, *ſic ſtat c. ab excommunicatis. 9. q. 1. cum ibi notatis.*

c *Scienter.* Idem ſi ignoranter, ut dixi in duabus gloſſis præcedentibus.

Bigami ordinari non debent

d *Bigamos.* Hi enim ordinari non debent. *de bigamis. c. 1.* Et ſi ordinati fuerint, executionem ordinis non habent. *eod. tit. c. 2. ubi de hoc.* Et intellige *bigamos* ſive interpretativè, ſive verè: *de quibus no. di. c. 2. per Ber. ſuper ver. bigamis. ſed latius eſt eod. tit. §. 2. & 3. per Hoſti. in ſumma.* Hîc tamen nota, quòd licèt bigamus ordinatus ipſo jure ſit ſuſpenſus ab executione ordinum, ut dictum eſt, etiam prohibetur ordinari, poteſt tamen Papa cum tali diſpenſare, ut promoveatur ſaltem ad minores ordines, & quòd exequi valeat in ſuſceptis. *& ſic no. Inno. & Hoſtien. in c. ſuper eo. extra. de bigamis.* In ſacris verò ordinibus priùs per bigamum receptis quoad executionem etiam Papa diſpenſat. *l. diſ. c. quicunq; pœnitens. ubi ſic no. per Archi.* Quoad bigamum ad ordines promovendum etiam poteſt Papa diſpenſare ex plenitudine poteſtatis, ut *no. Hoſtienſis & Jo. An. d. c. ſuper eo. & no. per Archi. 34. di. ſi ſubdiaconus. ſed melius in c. lector.* Papa tamen de poteſtate ſua rectè regulatâ non poteſt diſpenſare, ut bigamus promoveatur ad Diaconatum & Preſbyteratum, *ut no. Hoſtienſis & Jo. An. dicto. c. ſuper eo.* ſed ſuper ordine Subdiaconatus poteſt diſpenſare. *ut d. c. lector. ſecundùm Inno. et Hoſtienſem eod. c.* Epiſcopus verò ſuper ſacris ordinibus cum bigamo nullo modo diſpenſare poteſt, quoad minores verò bene poteſt propter neceſſitatem, ut notat *Hoſtienſis in ſumma ſua. tit. de bigamis. §. fi. in fi. et idem Archi. dicto c. lector. Jo.* tamen *An. dicto c. ſuper eo.* tenet contrarium *per decretal. unicam. de bigamis. li. 6.* Sed opinio *Jo. An.* vera eſt in Clericis, qui per bigamiam perdiderunt ſtatum ſive privilegium Clericale: Sed opinio *Hoſtienſis & Archid.* locum habet in Laicis bigamiam contrahentibus, qui nunquam habuerunt ſtatum Clericalem, nec Clericale privilegium: & hanc concordantiam ponit *Henricus de Bowyco dicto c. ſuper eo. 3. di. ſua. prope finem.*

Nota quis dicatur bigamus.

e *Corruptarum maritos.* Supple, ſi eas carnaliter cognoverunt; aliàs autem contrahens cum corruptâ, eam non cognoſcens, non incurrit bigamiam. *Ray in ſumma ſua. ver. item quid ſi aliquis. et notatur per Hoſtienſem in ſumma de bigamis. §. penul. ver. 8. quæritur.* Et intellige hoc, quod hîc dicitur, de corruptâ, non mente, vel aliàs ſine viro, ſed ex actuali commixtione viri, ut plenius notatur *de bigamis. c. ſuper eo per Henricum.* Unde ſi dicens ſic corruptam ab alio viro eam cognoſcat, efficitur bigamus; ſecus ſi fuerit prius corrupta à ſeipſo, & non ab alio viro, ut notat *Ja. 30. q. 5. qualis. & Bet. de bigamis. c. debitum. in fi. et de Clericis conjugatis. c. fund. et Tan. et Bart. Brixien. in quæſtione Dominicali, An aliquis cognovit virginem. et Goffr. in ſumma de bigamis. §. item quæritur quid ſi quis, per Archi. et 32. di. nemo. et Jo. An. de Clericis conjugatis. c. unico. li. 6.* Et hoc tenet *Henricus de Bowyco. dicto. c. ſuper eo. di. 1.* ubi allegat multos Doctores in idem concordare, viz. *Ray in ſumma de bigamis. §. Item quæritur quid ſi quis. et Tho. in ſcriptis. et Aſtex li. 6. tit. de monogamo. Quæſt. utrum ille. Hugo* verò & *Jo. Fa. in d. c. qualis. et Hoſtienſis in ſumma. eod tit. de bigamis. §. penul. ver. 6. quæritur.* & in pluribus aliis locis tenent contrarium, quorum ſententiæ videtur concordare *Bart. Brixien. 32. di. nemo. et Archi. de clericis conjugatis. c. unico. li. 6. et Petrus de Ancho. dicto c. fund. et Jo. in col. de bigamis. c. debitum.* Sed primam opinionem tenet ibi *Jo. de Lig. et Fannen. in ſuo catholico. c. bigamus.* & maximè per iſtam rationem, quia in hoc caſu nec vir nec mulier dividit carnem ſuam in plures, quod videtur ſufficere. *de Bigamis. c. debitum. in fi. 26. diſ. acutius.* Et de hac materia notatur *in c. tanta. Qui filii ſint legitimi.* ubi *Jo. An.* reſpondet ad motiva *Hoſtien. pro opinione contraria, ibi videas.*

f *Sacratarum virginum. de quibus legitur 32. q. 1. per totum.*

g *Violatores.* Hi enim ſunt ipſo facto excommunicati in conſtitutione *Johannis Peccham*, quæ ponitur *infra. de pœnit. c. tantum invaluit.* & tales, ſi Clerici ſint, deponendi ſunt, *27. q. 1. ſi quis Epiſcopus.* & per conſequens irregulares; quia omne crimen quod exigit pœnam depoſitionis, efficit ipſum criminoſum irregularem, ut notatur *tit. de legato. §. juxta ver. generaliter quicunq;. per Spec.* tales enim ſacrilegi ſunt, *ut 27. q. 1. Sciendum.* poteſt tamen cum talibus per Epiſcopum diſpenſari. *27. q. 1. c. virginem. et ad hoc bene faciunt notata per Doctores in Clem. unica. prope fi. de conſangui. et affi.* Et in quantum tales ſunt excommunicati, vide quod dicam *infra. gloſſa proxima.*

h *Excommunicatos.* Hi enim ſuſpenſi ſunt ab executione ordinum, ut patet *de ſen. Excommuni. c. cum illorum.* Et per quem poſſit cum talibus diſpenſari, vide ibi in textu; & de aliis occurrentibus ad materiam vide ibi per Doctores, *et vide quod dicam infra. gloſſa proxima.*

i *Furtivè.* Utputa ſi circa conſcientiam ſui Epiſcopi ordinatus ſit ſine examinatione. *24. di. quando Epiſcopus. 64. di. extra. conſcientiam. et no. per Bern. et Hoſtien. de eo qui furtivè ordines recepit. c. 1. glo. 1.* Sed plenius de hac materia vide per *Hoſtien. in ſumma, eod. tit. §. 1. et per totum.* qui dicit, quòd etiam ordinem furtivè recipit, qui cum quatuor minoribus una die recipit Subdiaconatum. *eod. tit. c. cum his.* Et hoc verum puto, ſi ſine conſcientia Epiſcopi hoc faciat, ut prædictum eſt. Item furtivè dicitur recipere ordines, ſi duos ordines ſimul recipiat: *eod. tit. c. innotuit.* Item ſi uno ordine omiſſo ſaltum fecerit: *de Cleri. per ſal. promo. c. unico.* Et omnes tales ſunt ſuſpenſi ab executione ordinum, quouſque diſpenſetur cum eis. *eod. tit. c. innotuit.* Ubi ſciendum eſt, quòd ſi furtivè recipiens ordines ſit etiam excommunicatus minori Excommunicatione, Epiſcopus cum eo poteſt diſpenſare, cùm non inveniatur prohibitum, ſecundùm *Jo. in ſumma confeſſi. tit. de lapſ. et diſpenſ. q. 9.* Si verò ſit excommunicatus cum majori, tunc Epiſcopus non diſpenſat, etiamſi velit ingredi religionem, ſed ſolus Papa, ſive de minoribus, ſive de majoribus loquamur ordinibus. *per Hen. de Bowyco. eod. tit. c. 1. in fi.* Ut intelligatur: poteris miſericorditer providere, ſcil. de licentia Papæ. *et ſic no. per Ber. eod. tit. cum his. ver. permittas.* De hoc tamen quod dixi de minoribus, vel majoribus, ſunt opiniones; viz. ſuper minoribus poſſit in caſu prædicto Epiſcopus diſpenſare: hoc ſentit *Hoſt. in d. c. cum his. et in ſumma. eod tit. §. à quo.* Alii tamen dicunt, quòd ex quo excommunicatus majori Excommunicatione recipiens ordines minores, eſt irregularis, *ut legitur et notatur de ſen. Excom. c. cum illorum. et ſic notatur per Hoſtien. de Clerico. Excommi. c. Clerici.* Apparet evidenter, quòd ſolus Papa cum talibus diſpenſat; *ut dicto c. cum illorum.* nam cum irregularibus ſolus Papa diſpenſat ſecundùm *Henricum*, qui ad hoc allegat *Inno extra. de tempor. ord. c. dilectum. et Archi. li. di. non confidat. et Tan. et Viacen. et Jo. An. dicto c. cum his.* Hoc notat *Henricus de tempo. ordi. c. conſultationi. ver. ſi quinto modo.* ubi dicit, quòd ſi ordinatus furtivè non eſt excommunicatus, nec aliquâ maculâ damnabili reſperſus, tunc cum eo poteſt Epiſcopus diſpenſare tam ſuper ſuſceptis quàm ſuſcipiendis. *ut dicto c. 1. de eo qui or. fur. ve. et faciunt ad hoc notata per Jo. An dicto c. cum his.* Ubi verò furtivè aliquis recipit plures ordines uno die, videl: ſacrum cum non ſacro, vel duos ſacros, tunc eo remanente in ſæculo Epiſcopus diſpenſat ſuper executione in minoribus, non tamen in majoribus, *ut notatur in dicto c. cum his.* Si verò tranſeat ad religionem, tunc Abbas ſuus cum eo diſpenſat, ut ibi patet.

Quis habeat diſpenſare cũ furtivè ordinato.

Cum irregularibus ſolus Papa diſpenſat.

Sortilegos,

a *Sortilegos.* Tales, ſi Clerici ſint, debent deponi. 26.q. 5. non oportet. & c. ſi quis Epiſcopus. Quod intellige ut notatur *de ſortileg.* §. qua pœna. per Hoſtien. in ſumma. & de his plenius vide 26.q.3. & q.5. per totum.

b *Eccleſiarum incendiarios.* Tales namque ſunt ipſo jure Excommunicati. *extra. de vapt.* & *incen. c. in literis.* & *c. conqueſti. de ſen. Excommuni. ubi de hoc.* Et tales poſtquam ſunt denuntiati, non poſſunt abſolvi, niſi per Papam in dicto *c. conqueſti.* & *eod. tit. c. tua nos.* niſi in mortis articulo, ut dicto *c. in literis.* Nec refert, an taliſ denuntiatio fiat in genere vel in ſpecie, dum tamen fiat per eum, qui habet poteſtarem ad hoc: pro quo videre poteris plenius ea quæ notat ſuper hoc *Henricus dict. c. conqueſti. ibi videas.*

a ſortilegos, & b Eccleſiarum incendiarios, & ſiqui c alii hujuſmodi exiſtant,

Nullus extra ſuam Diœceſim à non ſuo ſcienter Ordinetur Epiſcopo.

Richardus,

d Quia quidam, & *infra.* e Epiſcopus f noſtræ Juriſdictioni ſubjectus, qui g ſcienter h Clericum vel i Parochianum alterius Epiſcopi k ordinaverit ſine ipſius l Epiſcopi licentia ſpeciali, ab m illius Ordinis collatione, ad quem talem

c *Alii hujuſmodi.* Sc. ſuſpenſi ab executione officii. Potes ponere exemplum in Promoto per ſaltum, *extra. de cle. per ſaltum promoto. per totum. quod dic ut ibi per Hoſtien. in ſumma.* Item in illegitimo, & in Ordinato ab alio Epiſcopo. *quod dic ut ſupra. eod. tit. c. cos.* Item de corpore vitiato, *extra. de corpore vitia. per totum.* Item de Ordinato ab Epiſcopo qui renuntiavit Epiſcopatui. *extra. de ord. ab Epiſcopo. & c.* (per totum.

d *Quia quidam, & infra.* Hæc Conſtitutio, in libro quem vidi, attribuitur *Richardo* Archiepiſcopo Cantuarienſi, & eſt ſolùm Juris communis executiva ſeu declarativa, ut ex eadem apparet.

e *Epiſcopus.* Ἐπισκοπῆς, quod eſt *intendere* vel *ſpeculari*, componitur cum ἐπὶ, quod eſt *ſupra*; & dicitur Epiſcopus quaſi *ſuper-ſpeculator*, & *ſuperintendens*, curam ſubditorum gerens: vel dicitur ab ἐπὶ & κόπος, quod eſt *labor*, quaſi *ſuperlaborans*, i. ſuper gregem ſuum, & eſt nomen Oneris, non Honoris, ut vult *Papias.* Et de primo modo loquitur Canon 21. *di. c. cleros.* de ſecundo 8.q.1. *qui Epiſcopatum.*

Epiſcopus nomen eſt oneris & non honoris.

f *Noſtræ Juriſdictioni.* Planè intelligendo loquitur de Suffraganeis, qui immediatè ſubſunt juriſdictioni Archiepiſcopi. *extra. de offi. ord. c. paſtoralis. de appel. cum ſit Romana. li. 6. cum ſententia Doctorum ibidem.* His enim poteſt Archiepiſcopus legem ſtatuere, & eos ſuis conſtitutionibus ligare. Sed nunquid iſtud habet locum in Epiſcopo extraneo, qui forſan moratur infra Provinciam Archiepiſcopi? Dic quòd ſi talis ſit infra Diœceſim Archiepiſcopi domiciliatus, tunc ligat eum, cùm ex hoc quòd moratur infra ſuam Diœceſim ſit ejus obedientiarius & ſubjectus. *extra. de offi. ord. c. quoniam.* Secus tamen ſi moretur in aliena Diœceſi, videlicet Suffraganei ipſius Archiepiſcopi, tunc non eſt ſubjectus Archiepiſcopi, *ut legitur & not. d. c. paſtoralis. de offi. ord. & no. d. c. quoniam. per Ber. ver. vicarium.* Bene ergo dicit, *noſtræ juriſdictioni ſubjectus*, quia per conſtitutionem ipſam non poteſt ligare non ſibi ſubditum: *de conſtitu. c. 2. li. 6. cum ibi notatis.* Sed aliter ligatur à parte Juris communis ad idem ſtatuentis, *ut infra per alleg. patebit.*

Quæſtio.

g *Scienter.* Præſumitur enim ſciens, niſi probet ignorantiam, & ſufficit ignorantiam probare per proprium juramentum, *ut no. eod. tit. c. cos. ver. ſcienter. per Jo. An. & Archi. li. 6.* Et hoc verum ſecundùm *Paulum* ibi, quando Jus non præſumit contra hujuſmodi ignorantiam, nec aliquid ſuper illa determinat, & quando non agitur de præjudicio alterius. *de Procura. c. ex inſinuatione.* Si autem jus præſumat contra talem ignorantiam, & ultra hoc aliquid determinat ſuper illa, tunc non ſufficiet ſolû juramentum. *extra. de regu. c. vidua.*

h *Clericum.* i. priùs ordinatum, ſive in Ordinibus majoribus, ſive in minoribus; nam & tales Clerici appellantur. 32. *di. ſeriatim. & no. extra. de Præben. c. 2. glo. 1. per Bar.* Unde poſtquam aliquis in ſortem Domini aſſumptus eſt, Clericus efficitur, 12.q.1. *clericus.* etiamſi primam tonſuram tantùm habeat. *de ætat. & qualit. Ord. c. cum contingat.*

☞

i *Parochianum.* Supple, Laicum priùs non ordinatum, ut differat ab hoc quod priùs dixit *Clericum.* Parochia enim ſæpe ponitur pro Diœceſi, *ſicut no. 24. di. Presbyteri. ver. Parochia. per Archi.* Unde & Parochianus intelligitur quilibet habitans infra Diœceſim: & ſimile habes *eod. tit. c. cos. & c. alti. li 6.*

Parochianus.

k *Ordinaverit.* Cùm dicat generaliter, intelligi debet de quocunq; Ordine, & etiam de prima tonſura. *et eſt textus in ſimili eod. tit. c. fi. li. 6.*

l *Epiſcopi.* Vel alterius, poteſtatè ad hoc habentis. *quod dic ut dixi ſupra. eod. tit. cos qui ſuper ver. ſeu Prælatorû et c. 1. ver. vicarii generalis*

m *Illius ordinis.* Et ſic non alioru Ordinû, *pro quo faciunt not. eod. tit. c. cos. ver. ordinum. per Car. li. 6. & concor. textus eod. tit. c. fi. li. 6.*

n *Condignam ſatisfactionem.* Hæc ſatisfactio ſive pœna limitatur ad unum annum. *eod. tit. c. cos. & c. fi. li. 6.*

o *Noverit eſſe ſuſpenſum.* Supple, non authoritate hujus Statuti, ſed authoritate Jurium ſuperiùs allegatorum: & ſic hæc conſtitutio ſolummodo eſt Juris præcedentis declarativa, ut dixi in principio.

ſuſceperit vel ordinaverit, uſque ad n condignam ſatisfactionem ſe o noverit eſſe ſuſpenſum.

Prælatus ſubditos ſuos à non ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſoriis ordinari non faciet.

Walterus.

p Cum quanta, & *infra.* Prohibemus, ne quivis q Abbas vel r Prior Monachos ſ vel Canonicos ſuos ab alio Epiſcopo, quàm t loci Diœceſano, faciat ordinari, niſi cum u literis dimiſſoriis ipſius Epiſcopi, vel in ejus

p *Cum quanta, & infra.* Hæc conſtitutio, cum cæteris ejuſdem Datæ ſive temporis, in quibuſdam libris intitulatur *Simoni Mepham* Archiepiſcopo Cantuarienſi: & forſan movit ſic ſcribentes, quia hæc conſtitutio cum aliis ejuſdem temporis, facta eſt juxta quotationem communem Anno Do: 1322. & intitulatur *Concilio Oxon. 2.* Sed verû eſt ſecundùm Cronicos, quòd anno prædicto ſedit in Eccleſia Cantuar. Archiepiſcopus *Walterus*, cognomento *Rayneldus*, cui ſucceſſit *Simon Mephã*, Anno Domini 1323. & ſic potiùs ſecundùm quotationẽ illius temporis debet attribui *Waltero* Archiepiſcopo, prædeceſſori prædicti *Simonis Mepham*: nam *Simon Mepham* edidit conſtitutiones illas quæ incipiunt, *Zelari oportet*, de quibus patebit infrà hoc libro loco ſuo. et eſt pars hujus *infra. de ſcruti. in ord. ſa. c. unica. & de cleri. peregri. c. 1.* Et nota quòd ſub iſta parte deciſa continebatur, quomodo cum magna reverentia & devotione ad Sacramentum Ordinis eſt accedendum. Primò, quia à nullo confertur, niſi ab Epiſcopo; ſecundò, quia niſi certis temporibus; tertiò, quia præmiſſo jejunio non ſolùm ab Ordinando, ſed ab univerſa plebe.

q *Abbas.* Sic dictus ab ABBA, *Pater*, quia eſt Pater Monachorum, ſecundùm *Jannen. in ſuo Catholicon. & concor glo. Jo. An. de reſcrip. c. 1. ver. Abbates. in Cle.* Et propriè habet locum hæc dictio de his qui præſunt Religioſis: ſed quandoq; perſona Sæcularis, qui præeſt curæ animarum, vocatur Abbas, *ſicut no. de conſuetudine, c. 1. ver. officio. in ſi. per Archi. li. 6.*

r *Prior.* ſc. Conventualis, quia eſt loco Abbatis; & ſic intelligi poteſt, ubi Eccleſia non habet Abbatem, ſed ſolet regi ſolummodo per Priorem: ad Clauſtralem namq; qui habet Abbatẽ ſupra ſe, hoc quod hic dicitur non pertineret, niſi de mandato Abbatis. *de ſtatu. mona. c. monachi. in ſi. et eod. tit. c. cum ad monaſterium. §. tales. cum ſimilibus.*

ſ *Vel Canonicos.* ſc. Regulares: qui etiam quandoque regũntur per Abbatem, quandoque per Priorem.

t *Loci Diœceſano.* In non exemptis hoc planè procedit, ſecus tamen videtur in exemptis; nam tales non ſolùm poſſunt ſuis Monachis primam tonſuram conferre, ſed etiam alienis, ubi ad hoc fuerint invitati, dum tamen ſic Ordinati etiam ſint exempti, *ſic notat Archi. de privi. c. Abbates. ver. nec eos. li. 6.* Cùm ergo poſſunt tales ordinare, multo magis videtur quòd poſſunt eos ab alio Epiſcopo quàm Diœceſano facere ordinari; tales namque Abbates exempti gerunt vices Epiſcopi, prout *no. in Cle. 1. de reb. Ec. non alien. ver. proprii. per Jo.* Sed huic dicto videtur contradicere *Card. de privile. c. 1. ver. caſibus aliis li. 6.* ubi dicit, quòd in Chriſmate, oleo ſancto, conſecrationibus Baſilicarum, & Ordinationibus Clericorum ſubeſſe debent exempti Epiſcopo Diœceſano, & prædicta ab eo petere debent: *de præſcription. c. 1. verſus. §. chriſma. 16.q.1. interdicimus. cum ſimilibus.* & iſtud verius eſt, niſi in contrarium privilegiati exiſtant, *ut in c. cum nullus. de tempo. ord. li. 6.* vel niſi hoc habeant ex conſuetudine præſcripta, cui ſtandum eſt. *ut no. ibi. Jo. An. ver. Epiſcopo. & Archi. ver. indultum.* Quandoque enim perſonæ Religioſorum exemptæ ſunt, in quas nihil per Ordinarium jure ſuo attentari poteſt: 16.q. 1. *ſuper.* unde nec ipſas ordinare poterit, niſi de licentia vel privilegio Papali. *& ad hoc bene facit de privil. c. authoritate. li. 6.* Et poſſunt hujuſmodi exempti dare literas commendatitias ſuis Monachis ad Ordines, quando ſunt ita exempti, & Diœceſani non habent in Clericis ſuis Ordinationem. *ut Inno. not. in Decretali. 1. de Cleri. peregri. aliàs eſt glo. ſuper Rub. & not. d. c. cum nullus. ver. in non exemptis per Jo. in not.*

u *Literis dimiſſoriis.* Hæ enim (*commendatitiæ* vocari ſolent, *ut no. Jo. An. de tempo. ord. c. cum nullus. in prin. li. 6.* Et dicuntur *Dimiſſoriæ*, quia per eas Epiſcopus dimittit ſubditum ſuum, & licentiat, ut alibi poſſit promoveri, & quòd alius Epiſcopus poſſit eum ordinare.

Literæ dimiſſoriæ.

x *Ipſius Epiſcopi.* Sc. Diœceſani: nam alius inferior Epiſcopo hanc licentiam non concedit. *ut in c. cum nullus. de tempo. ord. li. 6.* Quid autem ſit dicendum de Abbatibus, vel aliis Prælatis exemptis, *dic ut ſupra. ver. Diœceſana.* Ex hoc patet, quòd etiam Archiepiſcopus jure Metropolitico non poteſt has literas dimiſſorias concedere. *cui concordant notata per Jo. in no. d. c. cum nullus. ver. Diœceſ. & per Archi. 9. q. 3. c. per ſingulas. ibi vide.* Et hoc puto verum extra tempus viſitationis Metropoliticæ, nam durante viſitatione bene concedit Dimiſſorias, & poteſt ordinare Clericos

Clericos Diœceſios per ipſum viſitatæ. Et ſic ex conſuetudine obſervatur.

a *Abſentia.* ſc. Extra Diœceſim ſuam. pro quo vide *nota. per Fo. An. & Archi. d. c. cum nullus. ver. remoti.*

b *Vicarii generalis.* Qui non ſolum hanc licentiam concedit, ſed etiam Capitulum ſede vacante, & etiam is, ad quem tunc adminiſtratio hujuſmodi pertinet in ſpiritualibus. *Vt d. c. cũ nullus.* Unde & Archiepiſcopus *Cantuarienſis* hanc licentiam concedere poteſt, maximè ubi ad eum in ſolidum adminiſtratio hujuſmodi ſpectat ex conſuetudine præſcripta.

Quæſtio. Sed quid ſi ex vi compoſitionis adminiſtratio non pertineat liberè ad Capitulum, nec liberè ad Archiepiſcopũ: ſed per nominationẽ Capituli aliquis per Archiepiſcopum aſſumitur ad adminiſtrationes hujuſmodi pro tẽpore vacationis, nunquid tunc poteſt Capitulum per ſe, vel Archiepiſcopus per ſe, dare hanc licentiam? dico quòd non, niſi in compoſitione aliqua clauſula ſpecialis hanc poteſtatem reſervet ipſorum altori. Sed hæc poteſtas pertinet ad ipſum qui nomine tam Capituli quam Archiepiſcopi ibidem deputatur, ut in ſpiritualibus adminiſtret.

a abſentia *b* Vicarii ſui generalis.

De Scrutinio in Ordine faciendo.

Nullus ſine diligenti Scrutinio ad quemvis ſacrorum Ordinum accedat: nec accedens, niſi idoneus admittatur.

Walterus.

CUm quanta, *& infrà.* Nullus ad *c* Ordines *d* accedat, vel *e* admittatur, niſi *f* Canonicè fuerit examinatus. *g* Minores Clerici ad *h* Inferiores gradus non *i* admittantur, niſi *k* idoneos habeant Præſentatores, & per Teſtimonium eorum admittantur. *m* Nullus etiam *n* Simoniacus, Homicida, Excommunicatus, Vſurarius, Sacrilegus, Incendiarius, vel Falſarius, vel alius habens *o* Canonicum impedimentum, ad *p* quoſcunque Ordines *q* præſumat accedere, vel ad eoſdem *r* preſentetur, aut quomodolibet *s* admittatur.

De ſacra Unctione.

Archidiaconus, ne res ſacra in prophanum uſum cedat, obſervet caveat.

Edmundus.

t PAnni *v* Chriſmales non niſi in uſum *u* Ornamentorum Eccleſiæ convertantur: *x* Simi liter alia *y* Ornamenta Eccleſiæ, quæ Pontificalem accipiunt *z* benedictionem, quiſitè, ſicut ſunt examinandi Sæculares.

CUm quanta, *& infrà.* Hæc Conſtitutio eſt una earum quæ intitulantur *Concilio Oxon.* 2. De quo dixi *ſupra. c. proxi. quanta. in prin.* Et eſt pars hujus *Supra. c. proxi. quanta. & infrà de cleri. peregri. c. c.* Et habet duas partes principales. Secunda ibi, *Nullus etiam.* In prima ſtatuit, quòd ſine debita examinatione nullus ordinetur. In ſecunda, quòd criminoſi & habentes canonicum impedimentum non ordinentur. Diviſio.

c *Ordines.* ſc. Majores, ut differat à ver. ſequenti *ibi minores &c.* Sed quantum eſt ad examinationem, idem eſt in minoribus & majoribus: quia utrobique non debet fieri Ordinatio ſine examinatione præcedenti. *Vt 24. di. c. ulti.*

d *Accedat.* ſc. Propriâ auctoritate ſe ingerendo.

e *Admittatur.* ſc. Auctoritate Ordinantis, vel aliter per examinatorem.

f *Canonice examinatus.* De hac examinatione quando, per quos, & de quibus fieri debet, habes 24. *di. c. quando.* debet enim examinator inquirere de vita, genere, patria, ætate, inſtitutione ſive titulo ordinandi. Item de loco ubi converſatus eſt, de conſcientia, fide & hujuſmodi, quæ leguntur *d. c. quando.* Item de his quæ concernunt regulam Apoſtolicam, de qua fit mentio *per Hoſtien. in ſumma. de tempore ord. §. & cui.* & ponuntur. 1. *ad Timoth. c.* 3. Et de his tractatur per ordinem *in Decretis di.* 26. *paucis interpoſitis. uſque ad di.* 49. Nã licet prima regula ſpecialiter loquatur in Epiſcopo Ordinando; habet nihilominus locum in quolibet ad ſacros Ordines promovendo: *ut no. Hoſtien. d. §. & cui. in fi.* Et nota quòd de jure communi hæc examinatio pertinet ad Archidiac. *de offi. Archi.* Ad hæc aliàs, ſi ſit abſens Epiſcopus, poteſt per ſe examinare ſi velit, vel aliis idoneis circa latus ſuum id committere, *ſecundũ Hoſti. in ſumma. e. ti. §. quando. ver. ſi dicis.* De forma autem examinationis notat ibi *Hoſtien. §. quæ ſit forma. in prin.* Sed quæro, nunquid indictinctè quilibet ordinandus debet prius examinari? dic in penitus ignoto quòd ſic. 24. *di. c. ult.* ſecus in noto & digno. *e di. c. nullus. & ſic no. per Archi. d. c. ultimo. & iſto. c. ti. §. quid jurũ. in princi. per Hoſtien. in ſumma.* Et circa hanc materiam vide *no. per Jo. de Athona in conſtitutione Othonis. Sacer ordo. ver. illiterator. & glo. ſeq.*

Ms. de

g *Minores.* ſc. Citra ſubdiaconatum.

h *Inferiores gradus.* ſc. Lectoriatum, hoſtiariatũ, exorciſtatũ & acoluthatũ. & dicuntur *gradus*, quia gradatim ordines ſunt ſumẽdi, *ſicut patet ex natura ti. de cle. per ſaltũ promoto. & legi. & no.* 77. *di. c.* 1. & 2.

i *Admittantur.* Supple ad ordines illos.

k *Idoneos.* Videlicet Archidiaconos, vel alios ad hoc per ordinatorem deputatos; ut dixi *ſuprà glo. de hac.*

l *Præſentatores.* Hic nota, quòd in Ordinibus celebrandis primò fit examinatio, ſc. per tres dies ante diem Ordinum celebrandorũ. 24. *di. quando.* Et tunc in die Ordinum celebrandorum Archidiaconus, vel examinator alius ad hoc deputatus, in actu celebrationis ordinum præſentabit Epiſcopo ordinanti ipſos Ordinandos, ut legitur *extra. e. ti. c. unico.* Quod quidem capitulum licèt loquatur in ſacris ordinibus tantum: tamen ex mente hujus conſtitutionis vult ſtatuens idem fieri in ordinandis ad inferiores Ordines, licet non ſub eadem ſolemnitate. nam & in eis debet fieri examinatio ſicut in majoribus; *ut dixi ſupra. ver. ordines.* Tales etiam præſentari debent Epiſcopo, licet non ſecundùm ſolennitatem illius *cap. unici. extra. eo.* tamen ad minus ſecundùm formam conſtitutionis *Othonis quæ incipit. Sacer ordo.* Et ſic ſentit ibi *Jo. de Athona in. ver. ordinari.* Et poſſunt hic etiam intelligi præſentatores idonei, hi qui præſentant Monachos, Canonicos Regulares, vel fratres, qui de conſuetudine admittuntur ad ordines ſine aliqua examinatione. Et hoc ſaris concedi poſſet in minoribus ordinibus, ut hic: cùm tales ſint ut cõmuniter in his, quæ pertinent ad eorũ officia, exercitati & ſatis noti: & idgreſſus religionis in eis tollit irregularitatem, ſi quæ præceſſerit. *De fili. Preſbyter. c.* 1. & *ult.* Ubi de hoc *per Ber. & Hoſtien. & Joh. in no.* Et propterea minor in eis requiritur examinatio. In majoribus verò ordinibus puto ipſos de jure fore examinandos, licet non adeo ex-

m *Nullus etiam.* Secunda pars.

n *Simoniacus.* Hic videas quod ſcripſi *ſupra. ti. proxi. c. in primis. ver. ſimoniacos.* Et tam pro iſto, quam pro aliis hic ſequentibus vide *no. per Hoſtien. in ſumma. de tempo. ord. §. & cui.* ſub explanatiõe primæ Regulæ, quæ ponit criminoſos nõ eſſe ordinãdos, ſed debere eſſe irreprehenſibiles: & vide, quæ dixi. *Supra ti. proxi. c. eos qui ver. peccati mortalis.* Et ſi velis vide ſeriatim quæ ſcripſi *Supra. ti. proxi. c. in primis. ver. homicidas. Vſque in finem.* Ubi tales denuntiantur ſuſpenſi ab executione Ordinum ſuſceptorum: hic verò prohibentur ordinari.

o *Canonicum impedimentum.* Puta bigamiæ vel aliud, quod potius proveniat ex defectu, quàm ex crimine.

p *Quoſcunque ordines.* Sic non ſolum majores, ſed etiam minores. & hoc intellige ſine diſpenſatione. Pro quo vide ea quæ ſcripſi. *Supra ti. proxi. c. in primis. ver. diſpenſare poterint. & ſubſequenti quæſtione per totum.*

q *Præſumat accedere.* ſc. Seipſum ingerendo.

r *Præſentetur.* ſc. Per examinatorem, videlicet Archidiaconum vel alium ad hoc deputatum.

s *Admittatur.* ſc. Per examinatorem, vel melius per ordinatorẽ. Quæſtio. Sed quid ſi aliquis iſtorum fuerit de facto ordinatus, nunquid teneat Ordinatio? Et an talis recipiat characterem? Dic, quòd ſi ex parte ordinantis non fuit defectus, immò ipſe ordinans eſt ritè conſecratus in Epiſcopum ſecundùm formam Eccleſiæ: tunc quoad characterem bene tenet Ordinatio; non tamen quoad executionem: dum tamen & ipſe ſecundùm formam Eccleſiæ ordines conferat. *Sic no. per Hoſtien. de tempo. ord. §. & à quo. ver. dicas ergo.* Et bene facit ad hoc. 1. *q.* 1. *ſi quis à ſimoniacis.* Et ſic in iſta materia *no. per Ino. de ſchiſmati. c.* 1. *glo. quoad executionem. in prin. & concordant no. per Card. de temp. ord. ſuper rubri. li.* 6.

t PAnni. Hoc Capitulum habet tria dicta. In primo, mandat quòd panni Chriſmales ſolum vertantur in uſum ornamentorum Eccleſiæ. in ſecundo ibi, *Similiter*, mandat quòd ornamenta per Epiſcopum benedicta non vertantur in prophanos uſus. In tertio ibi, *Et Archidiacanus*, hortatur Archidiaconum, ut ſit diligens circa obſervationem præmiſſorum. Diviſio.

v *Chriſmales.* i. e. Quibus indultur baptizatus poſt Chriſmationem in vertice: & eſt veſtis candida, de qua habetur, & quid ſignificet *de conſe. di.* 4. *poſt Baptiſmum. et c. ſequenti.*

u *Ornamentorum Eccleſiæ.* Non dicit miniſtrorum Eccleſiæ. & dic *ornamentorum*, videlicet ſuperpelliciorũ, vel aliter ad involvendum calices, ad cooperiendum cruces, ad faciendum amictus, ad reparandum albas, & hujuſmodi. Unde male faciunt qui de eis pannos lineos faciunt, vel veſtes alias aduſum proprium, & puniendi ſunt.

x *Similite r.* Secunda pars.

y *Ornamenta Eccleſiæ.* Sic dicta, quia eorum cultu viri Eccleſiaſtici ornantur, & Eccleſia decoratur.

z *Benedictionem.* Veſtimenta namque & alia ornamenta, quibus Domino miniſtratur, non ſolum debent eſſe honeſta, ſed etiam ſacrata, ſive bene dicta, *de conſe. di.* 1. *veſtimenta.* Et debet hæc benedictio fieri ab Epiſcopis: non autem à ſimplici ſacerdote. *de conſe. di* 1. *c. ex inconſulto.* *A quo debet fieri benedictio ornamentorum Eccleſiæ.*

Prophanos

a *Prophanos usus.* i. e. Non sacros.

b *Deputentur.* Sic nec ligna Ecclesiæ dedicatæ debent ad aliud opus converti, nisi ad aliam Ecclesiam, vel ad profectum Clericorū in loco aliquo honesto, sic quòd ad opus laicorum verti non debent. *de consec. dist. 1. ligna.* Consimile statuitur de palliis altaris, Cathedris, Candelabris, velis, & aliis vestibus sacris vetustate consumptis, ut non vertantur in prophanos usus, sed incendio dentur, ita quòd cineres in Baptisterio, vel in pariete aut in fossis pavimentorum jactentur, nè introeuntium pedibus conculcentur vel coinquinentur. *e. di. c. altaris.*

c *Et Archidiaconus.* xertia pars.

d *Visitatione.* De qua *no. infrà de offi. Archi. c. 1. & de cen. c. 1.* Et hæc visitatio potest fieri singulis annis. *Extra. de offi. Archi. c. mandamus.*

e *Hoc.* Sc. quod suprà dictum est, viz. quòd non convertantur Chrismalia in alios usus quàm circa ornamenta Ecclesiæ. Et quòd cætera ornamenta sacrata non deputentur in usus prophanos.

f *Diligenter.* i. e. Sedulò sive Studiosè secundùm *Fanuens.*

g *Inquirat.* Sc. de plano & sine rigore, per viam inquisitionis generalis, quæ potest fieri etiam famâ, non præcedente, maximè cum fiat tantum ad corrigendū: ut *no. Extra. de accus. c. qualiter & quando. 2. ver. pervenerit. per Jo. An.* & est textus *in c. Romana. de cens. §. sane. in prin. li. 6.* Et hic vide quæ scripsi *supra. de const. c. exterior habitus. vers. inquirant.*

nullo modo in *a* prophanos usus *b* deputentur, *c* Et Archidiaconus in sua *d* Visitatione, an *e* hoc observetur, *f* diligenter *g* inquirat.

Confirmationis Sacramentum citò decenterque administrandum est, non intervenientibus parentibus, aut vitrico, vel novercâ.

Walterus. *in Concilio Oxon. 2.*

Divisio.

h SAcerdotis, *i & infrà.* k Adultus cõfirmandus per *l* Sacerdotem loci, ut priùs *m* confiteatur, *n* admonendus est; & sic posteà confirmetur; & ad confirmationem veniat jejunus ob reverentiam Sacramenti. *o* Frequenter etiam *p* moneantur *q* Parentes per Sacerdotes, ut *r* parvulos *s* Baptizatos ad Confirmationem *t* ducant, nec *u* diù expectent adventum Episcopi: sed pro confirmatione *u* pueros ad eum ducant, ubi eum *x* propè adesse audierint, post Baptismum, *y* quam citius poterint, secumque *z* fascias

h *Acerdotes.* Ista Constitutio intitulatur *in Concilio Oxon. 2.* Et habet quinq; partes. In prima ponitur Doctrina observāda circa adultos confirmandos. In secunda ibi, *Frequenter*, ponitur exhortatio observanda circa confirmationem parvulorum. In tertia ibi, *Parvuli*, instruit quid fieri debeat post confirmationem susceptam. in quarta ibi, *Item ad Confirmationē*, prohibet certas personas nē teneant pueros in confirmatione. In quinta ibi, *Visciant*, docet quòd in confirmatione contrahitur Cognatio spiritualis sicut in Baptismo.

i *Et infrà.* Hic deciditur præceptum, quòd sacerdotes frequentèr moneant populum, ut post Baptismum, quàm citiùs fieri poterit, faciant pueros suos confirmari.

Ætates hominis sex.

k *Adultus.* i. e. Major 14. annis; pro cujus intellectu nota, quòd sex sunt ætates hominis. Prima infantia, & terminatur in septimo anno. secunda dicitur pueritia, & terminatur in 14. anno. Tertia dicitur adulta ætas sive adolescentia, & terminatur in 28. anno, vel 25. anno secundùm jura. *ff. de minor. l. 4. in fi.* Quarta dicitur juventus: & terminatur in quinquagesimo anno. Quinta est ætas senilis. i. e. gravitas: & terminatur in 70. anno. Sexta est senectus, quæ nullo annorum termino finitur. Senium vero est ultima pars senectutis: & terminatur in morte secundùm *Isid.* Et *no. in proœmio. li. 6. vers. perfectus. per Jo. An.* Licèt non eodem modo, sed melius *de cle. ægrot. c. unico. vers. senio. per Archi. e. li.*

l *Sacerdotem loci.* Sive sacerdos ille sit Rector, Vicarius, aut sacerdos parochialis, sub alio habens curā animarū. Nam utrobiq; appellatione *Sacerdotis* in casu isto debet intelligi de habente curam animarū. Et nota quòd illum quē *infrà c. cū sacri*, vocat Presbyterū: hic vocat sacerdotē. Et dicitur *sacerdos* quasi sacra dans. *21. di. cleros. ante medium.* Et sic hæ dictiones, *Presbyter & Sacerdos*, synonima sunt. *81. di. si quis amodò. & c. sequenti.*

m *Confiteatur.* Illud sumptum fuit *ex Decreto, ut jejuni. de consec. di. 5.* Et dic *Confiteatur.* i. e. peccata sua declaret corā sacerdote in foro pœnitētiæ: in sacramento enim isto, sc. confirmationis datur gratia. *Extra. e. ti. c. unico. §. quia vero Christus.* Quod verum est, si dignè & à digno suscipiatur: tales namq; sunt effectus sacramētorum ipsa accipientibus, quali corde & conscientia accipiuntur. *1. q. 1. §. ecce.* Et ideo sunt malis ad judicium. *de consec. di. 2. c. & sancta.* Et ideo non pœnitentibus Sacramenta dari non debent. *15. di. illud.* quod dic, ut in glossa proxima.

n *Admonendus est.* Et intellige quòd admonitio fieri potest, tam in genere, quàm specie. In genere etiam ubi confirmandus non est suspectus de aliquo crimine; ut viz. sacerdos dicat in genere, *Moneo omnes sub excommunicationis existentes, quòd nemo eorum, qui adultus est, accedat ad confirmationem, nisi prius confiteatur peccata sua*: in specie etiam potest fieri admonitio talis: & si confirmandus de peccato suspectus non sit, sed si non confiteatur, tamen propter peccatum occultū non potest à Sacramento repelli. alioquin si peccatum ejus sit manifestū, potest à Sacramento repelli, donec confessus fuerit, & de ejus pœnitentia constiterit. Ad quæ bene facit, *de consec. di. 2. non prohibeat.* Ubi patet ex textu, & secundùm Docto. Quod propter occultum peccatū non debet aliquis prohiberi à receptione Sacramenti: licet ut admoneat sit admonendus, & honestius, quo fieri poterit, inducendus. Pro qua etiam materia vide *no. per Hosti. in summa de ætat. & qualit. ord. §. ordo. vers. quòd si Clericus jejunus.* Sic loquitur *decretū ut jejuni. de consec. di. 5.* Hoc tamen non est de substantia Sacramenti, sed de bene esse secundùm *Tho.*

An propter peccatū quis repellatur a receptione Sacramentum.

o *Frequenter.* Secunda pars. Et dic *frequenter.* i. e. assiduè. Et sic non solū bina vice, ut solet notari *de vir. & hu. cle. c. monasteri. vers. frequentare. per Ber.* Sed quoties opus erit, & sic *frequenter* idē est, quòd studiosè, ita qd sollicite & continuè sacerdos, de quo hic loquitur, sit intentus his quæ hic demandantur. Et ad hoc faciunt *no. per Jo. de Athon. in constitutione Otho. ad Baptismum. ver. frequenter.*

p *Moneantur.* Tam in specie, quàm in genere.

q *Parentes.* i. e. Pater & Mater. Sed hic habes scire, quòd nomine, *Parentum*, intelliguntur largè loquendo Pater, avus, & proavus, & deinceps omnes superiores, ac etiam Mater, & avia, & proavia. *ff. de verbo. sig. l. appellatione parentis. ff. de in jus vocan. l. quiq; §. parentes.* Rectā tamen significatione *Parentes* usq; ad tritavum continentur, & superiores dicuntur majores. *ff. de gradibus. l. jurisconsultus. §. parentes.* Unde licèt juxta communē intellectū nomine *Parentum* intelligantur Pater & Mater quoad diligentiam faciendam in præmissis: His tamen deficientibus, vel forsan negligentibus, puto quòd usq; ad tritavū eis hoc onus pertinere debeat; maxime cùm ad eos cura liberorum pertineat, dum remanserint in eorū potestate. Ut in *d. l. quiq; §. Parentes, præalle & ar. ff. de his qui sunt sui vel alie. ju. l. nam civium. & l. seq.* Nec solū naturales & legitimos in hoc casu Parentes intelligo, sed etiam naturales tantùm. Ut colligitur, *d. l. quique cum seq.* Sed nunquid id, quod hic dicitur, habeat locum de Parente spirituali, qualis est Baptizans, & levans in Baptismo? Videtur quòd sic: nam & hi tenentur procurare ea quæ pertinēt ad salutem animæ ipsius Baptizati. *de consec. di. 4. vos autem.* Unde & Pater adoptivus etiam Parentū nomine continetur. *ff. de in jus vocā. l. adoptivum.* Sed ex mente hujus constitutionis non puto eos ad hoc teneri; ut sc. eos ducant ad confirmationem: sed ad hoc procurandum benè puto eos teneri, ut dictum est.

Appellatione parentum qui continentur.

Quæstio.

r *Parvulos.* i. e. Infantes, qui dicuntur Parvuli ætate juxta illud *Matth. 16. sinite Parvulos venire ad me.* Vel dic *Parvulos* fidei novitate. *1. ad Corinth. 3. Tanquam Parvulis in Christo lac potum vobis dedi.* dicuntur tamen quandoq; *Parvuli* in sensu. *1. ad Corinth. 14. Nolite fieri Parvuli sensibus, sed malitiâ Parvuli estote.* Item dicuntur *Parvuli* affectu. *1. Corinth. 13. Cum essem Parvulus, loquebar ut Parvulus.* Item dicuntur *Parvuli* Humilitate. *Matth. 21. Abscondisti hæc à sapientibus & revelasti ea Parvulis.* Item *Parvuli.* i. e. malæ cogitationes & illiciti motus; juxta illud *Psalmistæ. Parvulos suos allidet ad petram. de pœ. di. 3. in salicibus. Ubi de hoc per Archid.*

Parvulus variè sumitur.

s *Baptizatos.* Nam ante Baptismum non debent confirmari sed post. *de consec. di. 5. novissime.*

t *Ducant.* Loquitur de non adultis, qui perendi confirmationem discretionem non habent.

u *Diu.* Sc. post Baptismum. Et dicitur *Diu* quandoq; per 10. annos. *ff. qui & à quibus. l. si cum fideicommissa. §. Aristo.* quandoque *Diu* dicitur per spatium unius āni. *ff. de successor. edic. l. 1. § largius.* Aliquando intelligitur de biēnio. *ff. locati. l. cum diu. C. de omni agro deser. l. quicunque.* quandoq; de quadriennio. *ff. de usuca. l. quamvis.* Quandoque dicitur *diu*, i. e. ultra sex menses. *de concess. præb. c. 2. de fidejus. c. fi.* Et sic potest intelligi hic; ut sc. infra sex menses, vel quam citius fieri poterit, ita quòd parentes non sint circa hoc negligentes. De hac dictione *Diu*, notant Accursius *in d. §. Aristo. & Archi. 3. q. 2. si Episcopus. in fi.*

Nota de dictione Diu.

u *Pueros* quos prius dixit parvulos hic dicit pueros. Et propriè intelligitur *Puer* qui est major septennio: sed minor 14. annis. *de ætat. & quali. c. 2. glo. 1. & in proœmio. li. 6. ad fi. in prin. magnæ glo. per Jo.* potest enim contingere, quod dū Baptizatus infans est, non fit confirmatus. Unde in pueritia tunc poterit confirmari, quia confirmationis sacramentū, si possit haberi, non debet omitti, nec est omittendum; quia est Sacramentum necessitatis, sic quod contemni non debet, prout *no. 1. q. 1. §. sed notandum. ad fi. per Archi.*

x *Propè.* Ad septem milliaria, ut habet communis usus.

y *Quā citiùs poterint.* Istud determinat id qd suprà dixit, *nec diu. &c.*

z *Fascias. Fascis* secundum *Fanuen.* dicitur vestis quā puer involvitur: quia in modum fasciculi corpus ligat, & idem dicitur fasciale latum cingulum, quo Puer circumligatur in fasciis. Patet ergo quòd quantum est ad propositum in casu nostro Dictator erravit in hoc vocabulo

vocabulo *Fascia*, potuit enim dixisse fasciolas, quæ parvæ fasciæ dicuntur, quibus vulnera ligantur. Nam de intentione istius Constitutionis est, ut parentes secum adducant ligaturas de panno lineo vel aliâ materiâ decenti & honestâ, quibus circumligari debeat & possit caput confirmandi. Et hæc ligatura secundùm *Thomam* vocatur *vitta*, qui dicit, quòd quædam sunt circa confirmationem, quæ non sunt de esse Sacramenti, sed de benè esse. Quorum unum est, ut jejunis & à jejuno detur. Secundum, quòd per aliquem Episcopo præsentetur. Tertium est, quòd vitta Capiti circumligetur, prout hæc ipse notat. *li. 6. de Veritate. c. 10. prope fi.*

a *Ligaturas.* Declarat, immò corrigit id quod prius dixit, *fascias.* Et nota quòd ista ligatura ordinatur, ut per eam locus Unctionis deficcetur, & in quibusdam locis talis confirmatus servatur sub quadam disciplina, custodiendo Chrisma, ne usque ad septé dies, per quos repræsentantur septem dona Spiritûs Sancti, caput lavetur, prout ista *no. de cõse. di. 5. novissime. per Hugo. & Arch.* Sed hodiè apud nos tu dic ut ordinatur *infrà. §. proximo. parvuli quoq;.*

b *Deferant.* i.e. de loco, unde veniunt, secum ferant.

c *Competentes.* Hæc competentia considerabitur respectu longitudinis & latitudinis pannorum ad ligaturas, de quibus præfertur, Ordinatorû. Sufficit enim quòd eam longitudinem habeant, ut caput confirmandi cum spatio id circumligandi circuire valeant. In latitudine verò ut locum Chrismationis cooperire possint, ut dixi *suprà verſ. ligaturas.* Errant enim, qui ligaturas adeo breves & strictas deferunt, ut potius circa collum, quàm caput, eas ligari oporteat. Sed licèt in Adulto modus ligaturæ, & observandi Chrisma servari possit, ut prædictum est; in Parvulo tamen, cum ligaturæ ipso non possunt quandoq; ob diversa agenda circa custodiâ ipsius parvuli imminentia per tres dies servari in capite, puto esse sufficiens, quòd post desiccationem Chrismatis in fronte removeantur à capite, & usque ad illum diem tertium maneant circa collum confirmati.

Nota de competentia pannorũ in Sacramento Confirmationis.

d *Parvuli quoque.* Tertia pars.

e *Tertia die. Hugo* recitat de 7. die ut dixi *suprà. ver. ligaturas.* Hic verò statuitur de die tertia, ob memoriâ Trinitatis, vel ob memoriâ Dõini nostri Jesu Christi, qui tertiâ die resurrexit. Et potest dici *tertia dies*, unâ die intermediâ: sic quod dies, qua fit confirmatio, computetur pro una, ad qd facit litera quæ sequitur. *Post confirmationem.* Non dicit post diem confirmationis; sed contra hoc opponitur, *de appel. c. super eo. 2. in fi. cum suis concor. ff. de verb. sig. l. annniculus. 2. q. 6. §. biduum. ver. si adversus. de excep. pia. §. si quis. li. 6. de resti. spol. frequens. e. li.* In quibus omnibus pater, qd dies, quo fit Citatio, vel quo recipiuntur Literæ, non includitur; & istud credo probabilius, ut viz. tertia dies dicatur duobus diebus intermediis, maximè quando dies, qno fit confirmatio, ante ipsâ confirmationem quasi totaliter lapsus est. Ita quòd modicû vel nihil de ipsa die supereſt. Alioquin si major pars diei post confirmationem supereſt, satis consonû est, ut computetur pro una die: & sic concordat opinio *Jo. & Uberti.* Quam recitat *Speculator ti. de appel. §. reſtat. verſ. ſed nunquid.*

f *Deportentur.* Patet quòd loquitur de Infantibus parvulis, qui per se ire non possunt.

Quæſtio.

g *Ad Eccleſiâ.* Non ergo ad domû vel camerâ Sacerdotis. Sed quid si Ecclesia multû distat, & capella prope est; an sufficit quòd deferantur ad illam Capellam omissâ Ecclesiâ? puto quòd sic; dum tamen in ipsa Capella sit Baptisterium, de quo hic loquitur Textus: & quòd parentes illuc adducentes parvulum sint ibi parochiani quoad Sacramentum Baptismi.

h *Frontes.* Istud est unum de substantialibus hujus Sacramenti, ut Chrismatio fiat in fronte. Et quare, dicam *infrà. e. c. confirmationis. verſ. confirmatus.*

i *Per manus ſacerdotum.* Non per manus Parentum, nec aliorum ministrorum Ecclesiæ: tamen de mandato Sacerdotis, vel eo diutius abfuturo, poterit ista lavatio fieri per Diaconû: nam & Baptismus in tali necessitate fit per Diaconum. *de conſe. di. 4. conſtat.*

k *Baptiſterio.* i.e. Loco in Ecclesia, ubi fit Baptismus. Nõ enim debes intelligere quòd ista lavatio fiat in fonte Baptismali, nec de aqua fontis, sed debet fieri in loco ubi scituatur fons, viz. juxta ipsû fontẽ.

l *Ibidem.* Scilicet in Baptisterio juxta fontem.

m *Ligatur. e.* Quibus capita ad conservationẽ Chrismatis ligabãtur.

n *Tunc.* i. e. Illo tempore quo frontes abluuntur: ita quòd fiat incontinenti: nec debent ligaturæ ulterius servari ut quidã faciunt, & malè. Et hæc dictio, *tunc*, est Adverbium temporis, & hic est futuri temporis. Quandoq; est præteriti temporis. Ut si dicã, *tunc*, cum suscepta dabas, &c. & significat aliquando extremitatẽ temporis. *ff. de cundi. & demon. l. 4.* Et quandoq; refertur ad conditionis existentiam, non ad tempus implicitum in cõditione. *ff. de teſta. 3. l. penul.* Quandoque hæc dictio, *tunc*, sequitur duas conditiones, quarum una est expressa, alia tacita. Et in hoc casu dictio, *tunc*, refertur ad expressũ, & non ad tacitum. *ff. de vulg. ſub. l. in ſubſtitutione.* Et de hac dictione *no. de conſe. di. 4. c. tunc valere. in prin. per Archi. & per Jo. de Atho. in conſtitutione Otho. quanto. verſ. tunc.*

Dictio tũc.

o *Inſimul.* Præsupponit plures esse ligaturas; quòd si solum una fuerit, debet etiam tunc absq; ulteriori conservatione comburi.

p *Concrementur.* i.e. Comburãtur. Ratio est, ne ad opera illicita deveniant, utputa, ad sortilegia, vel alia illicita exercenda. Possunt tamen ad eundem usum in aliis confirmandis fiendum servari. Et similiter fieri potest de pãnis Chrismalibus. *de conſe. di. 4. c. ſi quis voluerit.*

q *Item ad confirmationem.* Quarta pars.

r *Puer.* Supple nec Infans, nec adultus. Et proprie dicitur *Puer*, qui major est septennio: minor tamen 14. annis. Et dicitur *Puer*, quasi à puritate, sive pavitate pilorum, & aliarum rerum, quibus magis abundant excedentes Pueritiam. Et nota, quòd Puer dicitur quandoq; ex nativitate; ut ibi. *Puer natus eſt nobis.* Quandoq; ex ætate; ut quia est infrà 14. annos, sicut prædixi. Item obsequio & fidei puritate; juxta illud Domini ad *Jeremiã. Puer meus es tu, noli timere, ſecundùm Fanu. in verſ. Puer. & no. per Arch. 22. q. 2. ſi qualibet. ad fi.*

Puer multis modis ſumitur.

s *Tenetur.* Quare ab alio tenetur Confirmandus ratio est, quia ante Confirmationẽ se robur standi spiritualiter habere non debet præsumere; & ideo conveniens est, ut ab altero teneatur, ad significãdum quòd per se stare non possit. *de conſe. di. 4. in Catechiſmo. & c. non plures. & c. in Baptiſmate. ſecũdùm Tho. Et no. de conſe. di. 4. ſpiritus, in prin. per Arch.* Nec refert an tenens sit Vir vel Mulier, secundùm *Thomã.* licet conveniẽtius sit ut Vir teneat masculum, & quòd Mulier teneat fœminam.

t *Patre.* Intelligas de patre naturali, & hoc sive sit Pater naturalis & legitimus, sive naturalis tantum.

u *Matre.* Idem intelligas, qd dixi in præcedenti glossa, de *Patre.*

v *Vitrico.* Ille qui duxit aliquam Mulierem in Uxorem, quæ prius habuit filios vel Filias ex alio marito, dicitur illis Filiis vel Filiabus prius genitis *Vitricus*, & est eis *vice Patrũ. ff. de gradibus. l. non facile. §. Matris.* Vel aliter est. *verſ. 3. §. gradus autem.* Unde tales de uxore sua prius genitos non debet tenere ad confirmationem, ut hic.

w *Noverca.* i.e. Uxor Patris superinducta, quæ liberis prius ex ipso viro de alia muliere genitis dicitur *Noverca. Inſtitu. de nup. §. affinitatis. ff. de ritu. nup. l. adoptivus. §. nunc videamus.*

x *Hæc prohibitio.* Sc. ne Pater, Mater, Vitricus vel Noverca, teneat Filium suum, vel uxoris suæ, aut e converso, in Confirmatione. ratio hujus prohibitionis est, quia sicut per Baptismum, sic per confirmationẽ, contrahitur Cognatio spiritualis: ut *infrà dicit.* Unde si vir levet Filium suum, vel uxoris suæ in Baptismo, vel teneat ad confirmationem, facit uxorem sibi commatrem, & est inter eos cognatio spiritualis. Unde olim statutum fuit, quòd tales deberent separari. *30. q. 1. c. 1. & 2.* Hodiè tamen ordinatum est contrarium, viz. quòd sive scienter, sive ignoranter, hoc fecerint, non tamen debent propter hoc separari. *Extra. de cogna. ſpiritua. c. ſi vir.* Et sic cognatio spiritualis superveniens post Matrimonium contractum non dirimit Matrimonium; ut ibi patet. Et sic stat *textus de cogna. ſpiritua. c. 1. li. 6.* ibi dum dicit, *poſt contractum.*

y *Sæpe.* i. e. Multoties, sive frequenter. Pro quo vide quod scripsi *suprà. c. verſ. frequenter.* Alias quando tamen *sæpe* intelligitur de duabus vel tribus vicibus, ut *no. Archi. de elect. c. quia sæpe. glo. infrà. li. 6.*

z *In Eccleſiis.* Sc. cum populus affuerit causa audiendi Divina.

a *Ut sciant.* Quinta pars.

b *Parentes.* Scilicet Pater, Mater, Vitricus, & noverca, de quibus dictum est *in §. proximo.*

c *Alii.* Scilicet, qui non sunt parentes.

d *Qui Pueros.* Supple, vel etiam adultos.

e *Ad confirmandum.* Id est ad recipiendum Sacramentum Confirmationis.

f *Spirituale vinculum.* Id est Cognatio spiritualis.

g *Hoc Sacramento.* Scilicet Confirmationis.

h *Ita.* Id est eisdem modis.

i *In Baptiſmo.* De hoc est *textus de cognatione ſpirituali. c. 1. li. 6.* Et nota, quòd hæc Cognatio Spiritualis contrahitur in hoc casu inter confirmantem & confirmatum; Item inter Filios tenentis & confirmatum; Item inter uxorem

Caſus in quibus cõtrahitur cognatio ſpiritualis.

Ad Sacramentum Extremæ Unctionis decenter ſuo tempore ſuſcipiendum, cohortandi ſunt Chriſtiani 14. annorum, aut provectiores.

Idem.

pè per Sacerdotes in z Ecclesiis publicetur, ut *a* sciant *b* Parentes, ac *c* Alii, *d* qui Pueros tenẽt ad *e* confirmandum, quòd *f* Spirituale vinculũ in hoc *g* Sacramento *h* ità contrahitur, ut *i* in Baptismo.

rem tenentis prius cognitam & confirmatum; Item inter tenentes & confirmatum; Item inter tenentem & parentes confirmati, ſicut plenius videre poteris, *in d. c. 1. in textu, & etiam per doctores.*

Diviſio. a *Cum magna.* Hæc Conſtitutio habet tres partes. In prima ſtatuit, ut ſacramentũ Extremæ Unctionis reverenter & devotè miniſtretur. In ſecunda ibi, *Moneant*, dicit quibus debet hoc ſacramentum miniſtrari. In tertia ibi, *Effectus*, recitat quis ſit effectus hujus ſacramenti.

b *Reverentia.* ſc. cum ſuperpellicio & Stola; tamen ſine lumine, & ſine Campanæ pulſatione; quæ duo debent duntaxat haberi in deportatione ſacramẽti Euchariſtiæ ad infirmũ, vel aliũ extra Eccleſiã cõmunicandum.

c *Oleum infirmorum.* Hoc eſt Oleum ab Epiſcopo benedictum, de quo legitur *de ſacra unctio. c. unico. §. ad exhibendũ. Et 95. di. illud.* De quo videre poteris in his quæ ſequuntur. Et licèt ex eis quæ leguntur *in d. §. ad exhibendum*, videatur innui, quòd Oleum Catechumenorum, & Oleum infirmorum, idem ſint; veritas tamen eſt, quòd diverſa ſunt, & diverſã habent Benedictionem; ſicut in Pontificali pleniùs continetur.

d *Ad infirmos.* Ex hoc patet, & ex ſubſequentibus, quòd ad habendum hoc ſacramentũ non debet illud volens recipere, venire vel portari ad ſacerdotẽ, ſed ſacerdos debet accedere ad infirmum. Et nota qd *Infirmus* dicitur, i. e. ſine forma & ſine † calore, ſecundùm *Fanuen.*

† *al.* colore

e *Sacerdotes.* Pluraliter loquitur, & ſic videtur, quòd duo ad minus debeant id facere. *ff. de teſt. l. ubi numeriu. & concor.* ſed tu dic, quod unus ſacerdos præſente Clerico, vel etiam ſolus ſine Clerico, poteſt infirmum inungere, *Extra. de verb. ſig. c. quæſivit. in prin.* Et hoc intelligatur de neceſſitate, quæ legẽ non habet, ſecundùm *Bern.* ibidem. viz. ubi non eſt niſi unus ſacerdos miniſtrans in Eccleſia, qui nec habet Sacerdotem ſocium, nec Clericum, qui valeat ſibi aſſiſtere. Nam ſi commode poteſt haberi unus Clericus, tunc debet adeſſe Clericus ipſe ad minus. *ar. de vi. & bone. cle. c. ut quiſque.* Alioquin poteſt ſecum habere unum laicum literatum; quẽ ſi habere nequeat, neq; Clericum, tunc poteſt ipſe ſacerdos ſolus totum, quod collationi dicti Sacramenti pertinet, complere, & ſibi ipſi reſpondere. *ut dicto. c. quæſivit.*

Neceſſitas non habet legem.

f *Magna devotione.* Sc. ſub timore Dei, & obſervatione diligenti eorum quæ pertinent ad iſtud Sacramentum: ut viz. diligenter intendant his, quæ facere, & verbis proferre habent circa miniſtrationẽ Sacramenti. Ad quod potes applicare notata per *Arch. 17. q. 4. quiſquis. verſ. perſonis Eccleſiaſticis.*

g *Orationum.* In hoc enim Sacramento forma verborum eſt deprecativa, quia iſtud Sacramentum videtur valere quaſi per modum ſuffragii. Datur enim ad effectũ, quem homo per opera propria poſſet conſequi, niſi infirmitas impediret: & Forma, quam inſtituit *Gregorius*, eſt talis: *Per iſtã Unctionẽ & ſuam piiſſimã miſericordiã indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquiſti per viſum vel tactum &c.* Alia autem forma, quam inſtituiſſe dicitur *Ambroſius*, eſt indicativa. Ut ſic dicatur; *Ungo iſtos oculos Oleo ſanctificato In Nomine Patris & Filii &c.* Sed hæc forma eſt de bene eſſe, non de neceſſitate Sacramenti. Unde nec uſus ejus eſt generalis, ſed tantum apud quaſdam Eccleſias ſervatur, & præmittitur ante formam deprecativã, ut *no. Fo. in ſumma confeſ. li. 3. ti. 24. q. 141.* Et nota, quòd in aliquo Sacramento forma verborum eſt in ſola oratione, ut hic: in quibuſdam Sacramentis conſiſtit in ſola enunciatione, ſicut patet in Baptiſmo. In aliquo Sacramento ſtat Forma verborum tam in oratione, quàm enunciatione; ut in Sacramento pœnitentiæ ſecundùm *Thomam.*

Forma ſacramenti Extremæ Unctionis.

h *Celebritate.* i. e. Solennitate.

i *Moneant.* Secunda pars.

Populus. k *Populum.* Sc. ſub ejus cura & regimine exiſtentem. Et dicitur, *Populus*, collectio tam nobilium quàm ignobilium ejuſdem Villæ, ſive Civitatis. *Inſti. de jure natu. §. plebiſcitum.*

Saltẽ conjunctio adverſativa.

l *Saltem.* Conjunctio adverſativa eſt cum diminutione per ſyncopen, tracta ab hac dictione *ſalutem.* Et eſt tractum à captivis, qui quando capti erant, ex timore non valentes loqui integrè, dicebant *Saltem: Saltem: Saltem*: ac ſi dicerent, quòd capientes ipſos reciperent omnia eorum bona dimittendo eis ſalutem. i. e. vitam, ſecundùm *Fanuenſ.* Unde dic, *ſaltem.* i. e. ad minus.

m 14. *Annorum.* In hac ætate dicuntur adulti, ut dixi *ſuprà. c. ti. c. ſacerdotes. ver. adu tu.* Et iſtud Sacramentum non dabitur niſi adultis qui peccata venialia videntur habere, contra quæ inſtitutum eſt ſecundùm *Thomam*, ad quod faciunt notata per *Fo. 95. di. c. Preſbyteros. §. ſed iſtud. ver. ſanctificato.*

n *Extremæ unctionis.* Dicitur Unctio extrema, quia non debet fieri niſi laborantibus in extremis, & in periculo mortis conſtitutis, quandò ſcilicet deficit auxilium humanum, & non poteſt ſuccurrere niſi virtus Divina. Sanis autem non datur hoc Sacramentum, quia habent aliud remedium, ſcilicet pœnitentiam, ſecundùm *Thomam.* Et ad idem notat *Arch. 95. diſti. c. Preſbyteros.*

o *Opus conjugale.* Supple, ſi convaluerit,

p *Effectus.* Tertia pars.

q *Apoſtoli Jacobi.* 5. c.

r *Infirmatur.* Hoc dicit ad innuendum, quòd non debet dari niſi infirmis; illis videlicèt qui ſunt in periculo mortis: & intelligo naturalis, quando mors imminet ex defectu Naturæ. Nam latronibus, qui occidũntur, non dabitur, nec præliaturis in prælio vel duello: quia tales ſecundùm fortunam ſunt in periculo mortis, non ſecundùm naturam.

Sacrum Chriſma quotannis novum ab Epiſcopo ſuo ejuſdem miniſtratores petentes ritè id ipſum adminiſtrent.

Johannes Peecham.

Cum e ſacri f Chriſmatis g cõfectio de h anno in annũ per Locorũ i Epiſcopos ſit a-

quis ex vobis, ſ inducat t Preſbyteros Eccleſiæ, & u orent ſuper illum, x ungentes eum Oleo ſancto in y Nomine Domini, & z Oratio Fidei a ſalvabit infirmum, & b alleviabit eum Dominus: & ſi in c peccatis ſit, d dimittentur ei.

Quid ſit morio.

s *Inducat.* Hic includitur poſtulatio vel deſiderium infirmi; ubi innuitur, quòd non debet dari niſi petentibus verbo, vel ſigno manifeſto, & habentibus uſum liberi arbitrii, qui ſoli petere poſſunt: unde conſuevit dici, non eſt ungendus Furioſus, Morio, Pæruus. Et dicitur, *Morio*, à morte, eò quòd in eo non viget intellectus: & hoc intelligas verum, niſi furioſus haberet dilucida intervalla, in quibus Sacramenta recognoſceret: quia ſic ei in ſtatu illo conferri poſſet in † periculo mortis.

† *al.* articulo.

t *Preſbyteros Eccleſiæ.* Ex hoc patet, quòd non debet dari niſi per Sacerdotes, & ſic non à Laicis, nec à Diaconis: & in neceſſitate poteſt dari per unum Presbyterum, ut dixi *ſuprà. c. verſ. ſacerdotes.*

u *Orent ſuper illum.* Hic ponitur modus. Et vide quod dixi *ſuprà. eo. verſ. orationum.*

x *Ungentes eum Oleo.* Hic ponitur qualis debet eſſe materia, viz. Oleum Olivæ conſecratum ab Epiſcopo. in omnibus namque Sacramentis, quæ indigent materiã ſanctificatã, prius Sanctificatio materiæ fit per Epiſcopum, & uſus quandoq; per Sacerdotem: ut oſtendatur Sacerdotalis poteſtas ab Epiſcopali derivata. Nec debet balſamum poni in materia hujus Sacramẽti: quia balſamum propter odorem pertinet ad boniratem famæ, quã de cætero non indigent propter ſe exeuntes, ſed indigent nitore cõſcientiæ, qui per Oleũ ſignificatur.

y *In Nomine Domini* Iſtud dicit formã cõſecrationis Olei ſecundùm aliquos, vel dicit formã iſtius Sacraméti. qd fit in Nomine Domini.

z *Et oratio fidei.* i. e. Fidelis Presbyteri, vel ſecundùm fidem facta.

a *Salvabit infirmum.* Sc. ab infirmitate ſpirituali, quæ contrahitur per venialia, quibus etiam anima debilis efficitur ad exequendum actum gratiæ & gloriæ. Item ab infirmitate corporali, maximè quando ſanitas corporalis expedit ſanitati ſpirituali. interdum namq; ſanitas corporalis utilis eſt ad meritum gloriæ † cumulandum. Item ad devotionem excitandam ſecundùm *Thomam*, cujus ſunt quaſi omnia dicta præcedentia. Et ſuper his videre poteris notata *de Sacra Unctione c. unico. per Fo. in coll.*

† *al.* cum laude.

b *Alleviabit eum Dominus.* Sc. ab infirmitate duplici, de qua dixi in *glo. proxi.*

c *In peccatis.* Sc. venialibus, ut dixi *ſuprà. verſ. 14. annorum.*

d *Dimittentur ei.* Sc. ex vi ipſius ſacramenti.

Diviſio. e *Cum ſacri.* Iſta Conſtitutio eſt *Fo. Peecham*: & habet tres partes. In prima recitat quid fieri debet circa confectionem Chriſmatis, ejus petitionem, & uſum. In ſecunda ibi, *Quod ne fiat*, ponit quandam prohibitionem. In tertia ibi, *Quod ad ipſum*, innuit prius ordinata circa Chriſma fore extendenda ad Oleum Catechumenorũ.

f *Chriſmatis.* Chriſma Græcè dicitur, Unctio Latinè. Unctiõ ſcilicet facta de Oleo ſanctificato, ut *no. Arch. 95. di. illud. ver. Chriſmate.* Et quandoque dicitur Sacramentum, in quantum viz. adjungitur corpori puta in confirmatione Et *no. per Arch. 1. q. 1. multi. ver. Chriſma.* Et nota, quòd Chriſma fit de Oleo & balſamo. *extra. c. Ai. c. unico. in prin.* ubi videre poteris, quid importet † myſterii.

† *al.* miniſterii.

g *Confectio.* i. e. Conſecratio.

h *Anno in annum.* i. e. Quolibet anno; & intelligas in Cœna Domini. *de. conſe. di. 3. literis.* Et in *conſti. Othob. Paſtor bonus & ibi. in verſ. conficiant. per Fo. de Atho.* & legitur & *no. de reli. & vene. ſanctorum. c. unico. §. in die.* & poteſt confici etiam tempore Interdicti, *de ſenten. excom. c. quoniam. li. 6.*

i *Epiſcopos.* Ad quos ſolos pertinet Chriſmatis confectio. 95.

di.

genda, juxta *a* sacrorũ Canonũ Sanctiones, & ipsum Chrisma *b* per eosdem cõfectum *c* ãnuatim *d* fidelibus sit *e* trãdẽdum: & *f* vetus, seu quod supereſt de veteri Chrismate, sit in sacris Eccleſiis *g* cõcremandũ: *h* Preſbyteri quoq; qui *i* præſũt Eccleſiis, aut per *k* se, aut per *l* Diaconos, aut *m* Subdiaconos, à *n* locorum Epiſcopis annis ſingulis *o* ante Paſchæ ſolennitatem, vel *p* quanto citiùs fieri poterit, ſacrũ Chrisma ſingulis *q* Eccleſiis

di. illud. 26. q. 6. ſi jubet.

a *Sacrorum Canonũ*. Viz. allegatorum *ſupra, duabus præcinis glo.*

b *Per eosdem. Sc.* locorum Epiſcopos ſupple vel alios de mandato ſuo & ipſorum auctoritate, ſi rationabiliter fuerint impediti.

c *Annuatim* Id eſt, quolibet anno.

Fidelis. d *Fidelibus*. i. credẽtibus quod credendum eſt. Et ſic *fidelis* dicitur, qui ſervat fidem, quam promiſit Deo. *no. in ſimili. per Arch. de ſumma trꝛ. & ſi. c. 1. in prin. li. 6.* Unde idem eſt dicere fidelibus & Chriſticolis.

e *Tradendum*. Supple petentibus, ut *infra patet in textu ibi, petere teneantur.* & intellige tradendũ gratis, ſine pretio, vel re aliqua loco pretii. *1. q. 1. Statuimus, de ſimo. ea quæ.* Aliàs dicetur ſimonia. *1. q. 3. ſi quis Præbendas. de ſimo. c non ſatis. & in Conſtitutione Othonis. Sacramenta.*

Vetus dicitur quod annum excedit. f *Vetus*. Sic ergo *Vetus* dicitur, quod annum excedit. Simile habes *35. q. 8. c. 1. ff. de publ. & vect. l. ulti. §. quoties.* Sic & vetus vinum dicitur, quod annum excedit. *ff. de vino, tri. Oleo vel leg. l. vetus.* & vide circa hoc *no. per Card. de elect. c. generali. verſ. novo. li. 6.*

g *Concremandum. de conſe. di. 3. literis*. Sic & Pallæ altaris, & ea, quæ in Sacrario ſunt vetuſtate corrupta, incendi debent. *de conſe. di. 1. altaris.* Et ratio eſt, quia talia malè tractari non debent, nec ad uſus prophanos converti, ut ibi patet. Et ex loco apparet, quòd non licet novum Chriſma miſcere cum veteri: quod tamen apud multos malè obſervatur.

Presbyter. h *Presbyteri*. Hic ponit, quomodo Chriſma peti debet; & nota quòd Presbyter dicitur, quaſi præbens iter; & ſic eſt nomen latinum. Vel Presbyter Græcè, Senior Latinè, ſecundùm *Famen.* & ſic ſtat. *2. q. 7. Criminationes. verſ. natu.* Ubi de hoc per *Arch. & 59. di. officia. verſ. impleat. per eundem.* Et quandoque hæc dictio, *Presbyter*, denotat Ordinem: quandoq; ſapientiam: quandoq; ætatem: *& no. 21. di. cleros. in fi. glo. tantum.* per *Arch.* Hæc autem tria pertinent ad eos qui præeſſe debent curæ animarum in Eccleſiis parochialibus. Debent namque eſſe Presbyteri ordine, *de elec. c. licet Canon. li. 6.* Debent eſſe ſapientes in docendo, *43. di. ſit rector.* debent etiã eſſe ætate diſcreti, ad minus 25. annorum. *de elec. c. cum in cunctis. §. inferiora.*

Conditiones in Presbyteris requiſite. i *Præſunt Eccleſiis. Sc.* ut earum Rectores, vel Vicarii, vel Preſbyteri Parochiales. Et ſic dic *præſunt*, per modum Tituli, vel alio modo Canonico: & in quantum dicit, *Eccleſiis*, ſimpliciter debet intelligi de quibuſcunq; Eccleſiis etiam Cathedralibus inferioribus, ſive Collegiatis, ſive Parochialibus, dùm tamen in eis Chriſmatis uſu opus ſit. *ar. ad hoc. 95. di. Presbyteri.* Sed quid dices de Eccleſiis Regularibus non Cathedralibus, ubi ad uſum ſacramentorum indigent Chriſmate? dic, quòd ab Epiſcopo loci petere debent, etiamſi ſint exemptæ, niſi ex Privilegio eis competat ab alio per eos eligendo id petere, ſecundùm *Fo. d. c. Presbyteri. 95. di.* & eſt textus *de præſcrip. c. veniens. § Chriſma.* Et hic vide quod ſcripſi *ſupra, de temp. or. c. ſi. verſ. loci diœceſano.*

Quæſtio.

k *Per ſe. Sc.* ubi ſunt propinqui Eccleſiæ Cathedrali infra octo vel decem milliaria, ut *no. Fo. de conſe. di. 4. c. omni tempore. verſ. Diaconus.* Et ſecundùm *Archi. 95. di. Presbyteri.*

l *Diaconos*. Contra hoc opponitur *de conſe. di. 4. Presbyteri.* Ubi dicit, quòd debet hoc fieri per ipſum qui eſt ejuſdem Ordinis. Sed dic illud correctum per *c. omni tempore. ibi ſequens.* Ubi *Fo.* ſolvit, ut dixi *glo. proximâ.*

m *Subdiaconos*. Contra *95. di. Presbyteri.* Ubi dicit, *vel per illum qui Sacrarium tenet.* Sed Subdiaconus non poteſt tenere vel ingredi Sacrarium. *23. di. non oportet ergo &c.* Dic illud loqui ſecundùm antiqua tempora, quando Subdiaconatus non erat facer Ordo, ſecundum *Arch. ibi.* Sed quid ſi non ſit Diaconus nec Subdiaconus? dic in hoc caſu, vel ubi ſedes Epiſcopalis multum diſtat, quòd tunc unus eligetur ab Archidiacono, qui omni anno ſibi & ſociis afferat Chriſma. Et debet quicunq; tranſiens ſecum habere tres ampullas: Unam ad Chriſma: alteram ad Oleum Catechumenorum: aliam ad Oleum infirmorum: ut *Arch. d. c Presbyteri. 95. di.*

Quæſtio. n *Locorum Epiſcopis. Sc.* infrà quorum Diœceſes Eccleſiæ ipſæ ſitæ ſunt. Non ergo ab alienis Epiſcopis Chriſma petendum eſt, niſi ratione Privilegii id ipſis petentibus competat, *ut ſupra dictum eſt. verſ. præſunt Eccleſiis.* Sed quid ſi Epiſcopus loci nec per ſe, nec per alium de mandato ſuo conficiat Chriſma infrà Diœceſim, nunquid tunc liceat petere ab alieno Epiſcopo? Puto quòd ſic, maximè ſi Epiſcopo proprio rationabile ſubſiſtat impedimentum abſq; culpa ſua. Et tunc de licentia ſui Epiſcopi poteſt peti Chriſma ab Epiſcopo alterius Diœceſios, ſicut & in tali caſu poſſunt Ordinandi de ipſius licentia recipere Ordinem ab alieno Epiſcopo: *de temp. ordinan. c. cum nullus. li. 6* Si autem Epiſcopus loci non poſſit Chriſma conficere, quia forſan ſuſpenſus eſt à Pontificalibus, vel aliter per culpam ſuam eſt impeditus; tunc credo quòd ſine licentia ſua hoc idem poſſint *ar. eorum quæ legitur de tẽp. ordi. c. eos. in fi. li. 6.* Et idem puto ſi Epiſcopus ipſe in officio ſuo circa hoc fuerit negligens & remiſſus. *ar. ad hoc. 65. di. ſi forte.* Sed nunquid Epiſcopus alterius Diœceſios tenetur Chriſma tradere Presbyteris alterius Epiſcopi? dic quòd, ſi ceſſante cauſa rationabili non dederit, peccat: quia Epiſcopi tenentur ad invicem ſibi auxilium præbere. *11. q. 1. præcipimus. & 7. q. 1. pontifices.* Sed ne per hoc generetur aliquid præjudicium Epiſcopo loci, æſtimo, quòd cautius facient ſubditi, ſi per Metropolitanum poſtulent ſibi provideri: qui poteſt ſupplere negligentiam Epiſcopi Suffraganei ſui. *de ſuppleu. neg. prala. per totum.* Ad quem ſi de facili non poteſt haberi recurſus, ut citò provideatur, tunc fiat in caſu neceſſitatis, ut prius dixi.

Quæſtio.

o *Ante Paſchæ ſolennitatem*. Sic ſcribitur in *Decreto. Presbyteri. 95. di.* Et hæc ſolennitas incipit in Sabbato ſancto; viz. in vigilia Paſchæ. Miſſa namq; illius diei trahitur ad diem ſequentem. *de conſe. di. 3. Sabbato. per Arch.* Et patet expreſſè *de conſe. di. 4. c. de Catechumenis. & c. venerabilis.* In quibus dicitur, quòd Catechumeni Baptizari debẽt in ſolẽnitate Paſchæ. Et eſt intellectus poſt benedictionẽ fontium; à quo tempore præparata eſt materia aquæ ad Baptiſmum. Et poteſt dici, quòd hæc ſolennitas durat à tempore benedictionis fontium uſq; ad octavum diem. Quod patet, quia toties in Eccleſia proceditur ad fontem baptiſmalem, ad oſtendendum, quòd Eccleſia parata eſt interim quòſcunq; prius Catechizatos recipere ad Baptiſmum: & hoc æſtimo ſatis concordare Canonibus, licet generalis Baptiſmus debeat fieri in Sabbato ſancto ſtatim explerâ benedictione fontium. *de conſe. di. 4. nam ratione. & c. ſeq.* Unde ſic intelligendo remanet dubium de eo quod hic dicitur. ſc. An Presbyteri, de quibus hic loquitur, teneantur petere Chriſma ante ſolennitatem Paſchæ inceptam: vel ſufficit quòd hoc fiat ante eandem finitam? & pro meliori intellectu hujus Quæſtionis vide quod ſcripſi *ſupra, de conſue. c. nullus rector. ſuper verſ. ante Annuncia.* Ubi in caſu ſimili dixi, quòd debet intelligi ante ſolennitatem finitam, per rationes quas ibi videre poteris. Et ſic puto hic intelligendum; dum tamen ex mora petitionis periculoſæ non differatur Baptiſmus in tali ſolennitate imminens: quia de mente hujus Conſtitutionis eſt, quòd in ſolennitate Paſchali Presbyteri, qui habent Baptizare & ungere Baptizandos, hoc faciant cum novo Chriſmate. Unde ſi in Sabbato ſancto vel Paſchali ſolennitate durante immineat Baptiſmus fiendus ante illam diem, Chriſma novum debet peti & haberi; dum tamen diſtantia loci, ubi conficitur, hoc patiatur. Et hoc eſt quod ſequitur in textu.

p *Vel quanto citiùs fieri poterit*. Ubi enim conficitur Chriſma in Eccleſia Cathedrali, quæ diſtat à loco Baptiſmi forſan per centum milliaria vel amplius, (ut eſt ponere exemplum in Diœceſi *Lincolnienſi*) non eſt imputandum Presbytero ſive Curato, ſi in ipſo Sabbato ſancto non habeat novum Chriſma, cum eſſet impoſſibile; & ad impoſſibile nemo obligatur. *ff. de reg. ju. l. nemo. & c. nemo. c. ti. li. 6.* Sufficit itaque, quòd Curatus faciat quod in ſe eſt: & iſtud tempus erit arbitrarium, cum lege vel Canone non ſit limitatum. *ff. de ju. deli. l. 1. & de offi. deleg. c. de cauſis.* Sicut aliàs in conſimili *no. per Fo. An. & Card. de elect. c. quam ſit. verſ. quamcitiùs. li. 6. Et per Arch. c. verſ.* Debet enim ſtatim præparare ſe ad tranſeundum, vel ut mittat alium. Imputandum tamen eſt ſibi, ſi minus idoneum nuncium ad hoc petendum miſerit, ut *no. Arch. d. c. Presbyteri 95. di.* Et pro hoc faciunt notata per *Fo. 3. q. 7. in gravibus. glo. 1.* Sed quid ſi ante novum Chriſma habitum immineat Puer Baptizandus, quem Parentes petunt ſtatim abſq; mora Baptizari, præſertim ubi tantum temporis elapſum eſt, quod potuit habuiſſe novum Chriſma, & non habet? Dic quod in caſu mortis imminentis poteſt Baptizare cum veteri Chriſmate, ut *ſupra* dictum eſt. Sed extra caſum mortis conſulo, quod differat Baptiſmum, quouſq; habuerit novum Chriſma. Quod ſi hoc differri non poſſit, nec expediat forſan propter aliquid periculũ imminens, tunc poteſt puerum Baptizare, & differre Chriſmationem, quæ habet ſequi Baptiſmum, uſq; quò habeat novum Chriſma. Nam Chriſmatio in vertice poteſt poſtea ſupplerî, ſi ob aliquam neceſſitatem fuerit omiſſa. *de conſe. di. 4. c. nullus.* Et facit ad hoc *in ar. 1. q. 1. §. ecce quomodo ab hæreticis. in fine.*

q *Singulis Eccleſiis*. Non ergò ſufficit quòd unus petat pro multis aliis Eccleſiis forſan Eccleſiæ ſuæ convicinis: ſed requiritur, quòd quilibet petat pro Eccleſia ſua. Sed ubi eſt magna diſtantia locorum iſtud eſſet nimis durum, & propterea ſatis rationabile eſt & cõveniens honeſtati, ut Archidiaconus per ſe, vel per alium nuncium idoneum, petat pro ſuo Archidiaconatu, vel Decanus pro ſuo Decanatu, ſicut dictum eſt *ſupra, c. ti. verſ. ſubdiaconos.* In quo caſu puto, quòd abſq; ſimonia nuncio ipſum Chriſma deferenti poteſt per ſingulas Eccleſias pro ſuis ſumptibus & labore aliqua remuneratio fieri; dum tamen eo prætextu Epiſcopo vel ipſius miniſtris pro Chriſmate habendo nihil ſolvatur. Nam hoc ſimoniacum eſſet, ut dixi *ſupra, c. verſ. tradendum* Non enim eſt abſurdum, ut ille qui vice omnium effundit ſumptus & ſuos impendit labores, ab ónibus aut in cõmuni ſingulariter mercedem accipiat, cum nõ teneatur propriis ſtipendiis milita-

re

Nemo propriis stipendiis tenetur militare.

re. *de præscrip. c. cum ex officii. prope fi.* Et unusquisq; per se Chrisma petiturus sumptus foret aliquos facturus, sine quibus non posset ipsemet ad Episcopum accedere, vel alium suo loco transmittere.

a *Petere.* Intellige cum effectu, ut sc. adhibeant diligentiã, ut habeant id quod petunt. Requiritur enim diligentia ex parte petentis. Et convenit hanc petitionem exaudiri ex parte Episcopi, qui non potest petita negare, quia tenetur tradere. quod patet *suprà. in prin.* dum dicit, *annuatim fidelibus sit tradendum.* Verbum itaque, *petere*, est intelligendum cum effectu, sicut alias legitur & *no. de elec. quam sit. li. 6.* ubi electus, qui consentit electioni de se factæ, tenetur petere confirmationem. Et ibi *Fo. An. & Cardi. super verſ. petere.* dicunt, sufficit sibi petere, licèt non obtineat, ita quod non stat per ipsum.

Verbũ petere intelligitur cũ effectu.

b *Teneatur.* Ex necessitate. Pro quo vide ea quæ scripsi *suprà de consti. c. quia incontinentia. verſ. tenentur.*

c *Adeò*, Id est, in tantum.

d *De alio Chrismate.* Istud sumptum est ex *Decreto. de conſe. di. 4. ſi quis de alio.*

e *Oratio de isto novo.* Et sic non licet vetus & novum simul miscere; quod patet, quia vetus debet concremari, ut *suprà dictum est*; & hoc verum puto post annum elapsum: sed infra annum hoc bene liceret, si incipiat deficere Oleum benedictum: quia tunc potest misceri Oleum non Sacrum, & illud quod prius sacratum est trahit ad se non sacratum. *Extra. de con. eccl, vel altar. c. quod in dubiis.*

Sacrũ trahit ad se non sacrũ.

f *Largitione.* Hic excludit pretium quodcunque. Et dic propria largitione, quando Episcopus tradit per seipsum.

g *Concessione.* Ubi mandat tradi per alium.

h *Baptizare.* i. e. In Baptismo inungere. Vel dic melius, *Baptizare*, sc. in aqua ad Baptismum benedicta, in qua infundi debet Chrisma, sicut patet *de conſe. di. 4. in Sabbato.*

i *Vertice.* i. e, Suprema parte capitis. Ibi enim debet Baptizatus per Presbyterum ungi Chrismate, sicut patet, *de Sacra Unctione. c. unico. §. ſed etiam.* Ubi habes, quid illa unctio significet.

Necessitas facit licitum quod aliàs est illicitum.

k *Præoccupante morte.* Idem habes *de conſe. di. 4. ſi quis de alio.* In tali enim casu necessitatis lex ponenda non est. *de conſue. c. quanto.* Et sic necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitum. Sed sic concessa non debent aliàs trahi in consequentiam. *de reg. ju. c. in argumentum.*

l *Tentaverit.* i. e. Præsumserit.

m *Damnationis.* i. e. Propter quod damnari debet.

n *Protuliſſe ſententiam.* i e. Hoc feciſſe, propter quod sententia in eum ferri debet, *24. q. 3 ſi quis non recto. Sed melius. 11. q. 3. placuit univerſo. & c. de illis.* Presbyter namq; ungens Baptizatum de veteri Chrismate, nisi in articulo mortis, deponendus est. ut *no. Fo. An. de ſen. excom. c. quoniam. verbo non exiſtit. li. 6.* Allegat ad hoc, *c. ſi quis de alio. de conſe. di. 4.* sed illud capitulum hoc non dicit, sed quod sit deponendus. Unde *Arch. in c. c. quoniam. de ſen. excõmuni. glo. ulti.* dicit eũ propter hoc puniendum. Et auctor hujus constitutionis limitat hanc pœnam ad suspensionem ipso facto: *ut infrà patet in fi. ibi ſuſpenſionis &c.* dic ut ibi. Sed in quantum talis violator Canonũ est, nec eos observat, acrius puniendus est. Quod dic *ut no. infrà. ver. reluctantes.*

o *Quidam tamen. verſ.* Ubi ponitur inobedientia Presbyterorum contra præmissa.

Ignorantia crassa.

p *Ignorantia crassa.* Hæc est, quando aliquis ignorat id quod publice factum est in civitate. Vel quando aliquis ignorat id quod apud ões alios vicinos est satis notum, ut *no. Arch. de conſti. c. ut animarũ. ver. craſſa. li. 6.* Ubi dat multas remissiones super hoc. & talis ignorantia non excusat; ut patet *d. c. ut animarum*: sed in sacerdotibus vituperabilis est. *38. di. c. 1.* ad quod vide quod scripsi *suprà, de ſum. tri. & fi. ca. c. ignorantia. in prin.* Unde cum illud, quod hic dicitur, prius fuit apud omnes Presbyteros notum & publicatum, ignorãs hoc dicitur habere ignorantiã crassam, quæ non excusat, ut patet ex præmissis.

q *Dolo.* Sc. præsumpto ex qualitate facti: qui dolus præsumitur, ubicunq; quis facit quod scit, vel scire debet, se facere non debere. *C. de injur. l. ſi non convitii. & ad l. Cor. de ſic. l. 1.* in quo casu juris ignorãtia non excusat. Et ratio est, quia talis prætendit ignorantiã ejus quod est publice notum, & sic in lata culpa est. *ff. de verb. obli. l. cedere die. §. ul.* & talis culpa dólo comparatur, ut ibi, & *no.* per *Dynum in regula juris. ignorantia. li. 6.*

Ignorantia crassa & lata culpa idem sunt.

r *Esse vicina.* Hoc dicit, quia ignorantia crassa non est verus dolus, sed incidit in dolum præsumptum, sicut aliàs solet dici de lata culpa. *ff. de verb. ſig. l. late.* Unde lata culpa & ignorantia crassa pari passu ambulant. Est enim lata culpa non intelligere quod alii intelligunt, qui sunt ejusdem conditionis; & propterea in sacerdotibus ignorantia juris communis pertinentis ad officiũ suum est lata culpa, quæ vicina est dolo; eò quòd est dolus præsumptus; pro cujus materiæ declaratiõe ampliori videre poteris *no. per Bart. ff. depoſiti. l. qd Nerva.* Ubi diffuse tractat de lata culpa, & quomodo æquiparatur dolo, & quomodo nõ.

s *Contumaci.* Viz. quia bene intelligit Canones præcipientes contrarium, & tamen non vult eis obedire, sed scienter contra facit. Unde contumax idem est quod superbus, injuriosus, repugnans, contemnens, sive inobediens. secundùm *Fanuenſem.* *Cõtumax.*

t *Canonibus.* Qui ab omnibus debent custodiri, & omnes ligant. *de conſti. c. 1.* ubi de hoc.

u *Reluctantes.* i. e. Inobedientes, sive resistentes. Tales nãq; transgressores Canonũ graviter sunt puniendi: maxime ubi Canon ipse habetur in usu, & nõ est sublatus per consuetudinem rationabiliter introductam in contrarium. Nam si auctoritate consuetudinis faceret quis contrarium, ubi Canon non importat præceptum vel prohibitionem, non esset puniendus: & sic potest intelligi id quod *no. Archi. 25. q. 1. violatores.* Idem dico ubi non est talis consuetudo, sed stante Canone in suo robore aliquis facit contrarium urgente necessitate, quæ non habet legem. *de conſuetudine. c. quanto. de conſe. di. 5. diſcipulos.* Habes exemplum in hoc capitulo, *præoccupante morte &c.* Et videtur expressum. *d. c. violatores*, ibi, *voluntarie &c.* & *no.* ibi *per Archid.* Ubi verò Canon continet præceptum vel prohibitionem, tunc cessante casu necessitatis, vel alia causa rationabili, punitur transgressor ipsius Canonis. *ar. 1. q. 7. ſi quis odium. & d. c. violatores.* & *19. di. nulli.* Ubi de hoc per *Fo.* & idem sentire videtur *Card. & Fo. An. de elec. c. generali. li. 6. & no. per Wil. in extravag. Fo. 22. execrabilis. in fi.* Si autem ex causa rationabili contraveniat aliquis, tali viz. causa, quam si legislator sciret, non decerneret in eo casu Canonem servandum, tunc non debet puniri ut transgressor. *de obſerva. jeju. c. conſilium. & no. 76. di. c. poſt paſcha. per Arch. glo. ad hujus intelligentiam.* Et idem dicunt aliqui, ubi Canon non est consensu utentium approbatus, sed potius corruptela contraria obfuscatus. Et sic *no. Vincen. Ber. & Inno. de treug. & pa. c. 1.* Quia talis corruptela, licèt non excuset à toto, excusat tamen à tanto. *ar. de ſponſa duo. c. fi.* Sed circa hoc vide quæ dixi *suprà, de conſti. c. 1. verſ. mandamus. & c. c. verſ. obſervari.* ibi videas. Si verò Canon non contineat præceptum, neq; prohibitionem, continet tamen definitionem; sed talis Canon non est moribus utentium approbatus: tunc non punitur transgressor ipsius Canonis. Et sic stat dictum *Archi. 4. di. leges. & §. hæc & ſi legibus.* Secus tamen esset, si Canon talis sit moribus utentium approbatus. *11. di. in his.* Ubi verò Canon continet consilium vel exhortationem tantum, tunc contravenientes non puniuntur, nisi consilium tale sit consilium reverentiæ, quod omnino sequendum est. *6. di. teſtam. & no. per Bern. de ætа. & quali. c. ad aures.* Sed tunc quæro, quæ erit pœna transgressoris Canonis? Dic, quod si in Canone ponatur certa pœna, ipsa debet infligi; ut *no. per Card. de elect. c. cupientes. §. ſi verò in diſcordia. verſ. priventur. li. 6.* Aliàs autem erit pœna depositionis. *4. di. §. ulti. & d. c. nulli. 19. di. & d. c. violatores.* Et sic potest intelligi, quod *no. Fo. An. in. c. quoniam. de ſen. Excommuni.* Cujus dictum posui *suprà verſ. ſententiam.* Dico tamen quòd pro prima offensa non debet deponi, ut patet *24. q. 3. de illicita. 9. q. ulti. c. penul. & no.* per *Archi. 19. di. in ſumma. in fi. & de hoc per Fo. An. de appel. c. ulti. glo. ulti. circa medium. li. 6. in no.* Potest tamen esse, quòd aliquis violet Canones, credens quòd Ecclesia Romana non habet potestatem Canones condendi: & talis punitur ut hæreticus. *19. di. nulli fas. ubi de hoc per Fo. An. & notatur de elect. c. generali. per Card. & Fo. An. glo. not.* Ergo in hoc passu dicit *Dominicus de Sancto Geminiano. d. c. generali*, quòd veniens contra Canonem contemnendo potestatem auctoris, & illam negando, punitur ut hæreticus, *ut ſuprà dixi. & concor. Paulus in Cle. 1. de æta. et qua.* Et etiam talis est infamis, ut notat *glo. 6. q. 1. infames.* Si verò non contemnat auctoris potestatem, sed observationem Canonis: tunc si Canon sit consilii, & illud consilium sit perfectionis; veniens contra non peccat mortaliter, nec venialiter. Et sic stat *glo. Fo. An. in d. c. generali.* Si verò sit consilium reverentiæ; tunc veniens contra talem legem peccat venialiter, ut *no. Archid. 6. di. teſtium. allegans glo. ſi. in c. ad aures. de æta. et qua. et idem no. 25. di. §. alias. ſuper glo. ſed nonne. et 25. q. violatores.* et dicitur *conſilium perfectionis*, quando licitè quis potest resistere actui, & ipse volens servare consilium, ut ex eo magis placeat, non resistit. Sic intelligitur *glo. verſ. propter Deum. de majo. & obe. c. ſolitæ.* consilium verò reverentiæ est, quando superior consulit in materia, quam aliquis deberet servare, non tamen vult omnino præcipere, ut notabiliter sentit *glo ſi. in c. ad aures præal.* Ubi verò Canon est præcepti; tunc, si non sit receptus per subditos, contravenientes non puniuntur, juxta *notata per glo. et Doctores de treu. et pa. c. 1. 4. di. §. leges. Si* autem sit receptus per subditos, tunc si in eo apposita est pœna, illa est contrafacienti imponenda, *de offi. dele. c. de cauſis. Si* vero pœna non sit apposita, tunc si veniens contra Canonem præcepti non venit omnino contra finem ca-

Transgreſſor Canonis venit puniendus.

Cõſilium.

nonis, licèt veniat contra ipſum Canonem, non peccat mortaliter. Exemplum patet in Jejunii præcepto, quod ſi quis cauſa rationabili non ſervat, maximè tali, quam ſi legiſlator ſciviſſet, non præcepiſſet; talis non peccat mortaliter, quia non repugnat omnino fini & intentioni legis ſive Canonis. Concluſio eſt *Archi. 76. di. utinam.*

Si autem veniat contra Canonē & ejus finem ſemel tantum, non eſt deponendus: ut *no. Paul. d. Cle. 1.* Si pluries contraveniat, eſt deponendus: & ſic procedit *glo. Jo. An. dicto. c. generali. li. 6.*

al. abhorret.

a *Quod.* Sc. reluctari & non obedire ſacris Canonibus.

b *Idololatriæ.* Iſtud ſumitur ex *Decreto, ſciendum. in fi. 8. q. 1.* ubi dicitur, *quaſi ariolandi eſt peccatum repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere.* Et ad idem facit 16. q. 8. c. *ſi quis deinceps.* & 81. *di. ſi qui ſunt. in fi.* & 1. q. 4. §. *item peccato.* Et vide quod dicam *infrà glo. proxi.* Et hic nota, quòd Idololatria non ſolum conſideratur circa culturam idolorum, ſed etiam aliis modis, viz. per rebellem inobedientiam, ut hic. Item per Euchariſtiæ ſuſceptionem indignam. 32. *di.* §. *porro.* Item per æſtuantem avaritiam. 6. *q.* 1. *quæro. in prin.* Item per ſottilegiorum obſervantiam. 26. *q.* 2. *ſors.* & *q.* 5. *in prin.*

Idololatria.

c *Peccato ariolandi.* Iſtud quod hic dicitur de peccato ariolandi, de ſcelere Idololatriæ, ſumitur originaliter. 1. *Reg.* 15. *c.* Ex verbis *Samuelis* ad *Saulem* Regem Iſraelis præcepto Domini inobedientem. Et nota, quod *ariolor. aris.* verbum deponens, idem eſt quod divinare: & derivatur ab *hic Ariolus. li.* id eſt, divinator, qui circa aras idolorum nefarias preces facit & funeſta ſacrificia, ſecundùm *Fanuenſem.* Unde peccatum ariolandi dicitur inobedientia; quia ſicut ariolus dicitur, qui ſequitur voluntatem ſuam in ſacrificiis, & non obedit Deo ſive præceptis miniſtrorum Dei; ſic in caſu noſtro eſt de illo, qui non eſt obediens ſacris Canonibus: & in effectu tantum eſt dicere quòd ille peccatum Paganitatis incurrit, qui ſe Chriſtianum aſſerit, & ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit.

Ariolus.

d *Oberrat.* Id eſt, deviat.

e *Baptiſmate.* Id eſt, Sacramento Baptiſmi.

f *Aliis ſacrificiis.* Si iſtud, quod hic dicitur in hac conſtitutione, viz. de Chriſmatione in Baptiſmate facienda (quæ Chriſmatio per Presbyteros communiter Baptizantes fit, quandoque per infuſionem Chriſmatis in fontē Baptiſmalē in ipſius benedictione, ut dixi *ſuprà. æ. verſ. Baptizare.* quandoq; fit poſt Baptiſmum in vertice Baptizati, ut hic dicitur) intelligatur tantum de Chriſmatione facienda per ſimplices presbyteros, & non de ea quæ fieri debet per ſolos Epiſcopos, qui etiam nuncupantur; neſcio quid importare debeat hæc clauſula, quæ loquitur de *aliis ſacrificiis.* Non enim occurrunt menti meæ alia ſacrificia Deō debita, in quibus utendum ſit Chriſmate per ſimplices presbyteros niſi in Baptiſmate duntaxat. Chriſmatio namq; in fronte eis non creditur, ut patet *infrà. c. proxi.* Et legitur & notatur *de conſuetudine. c. quanto.* Nec Chriſmatio, quæ fit in perſona regum; nec Chriſmatio, quæ fit in perſonis Epiſcoporum conſecrandorum; nec Chriſmatio, quæ fit in perſonis ſacerdotum ordinandorum, de quibus legitur *de ſacra unctio. c. unico.* Nec Chriſmatio, quæ fit in benedictione calicis & patinæ: imò talia pertinēt ad ſolos Epiſcopos, ut ibi patet. Videtur ergo quòd iſtud, quod hic dicitur, *aliis ſacrificiis &c.* ſonet in malum & in veritum, non autem in permiſſum: ut viz. ſicum Chriſmate veteri per presbyteros, de quibus hic loquitur, quicquam fiat illi ritū ad deceptionem plebis in ſuis ſacrificiis profanis & plebium deceptoriis; & hoc ſonat dictio, *abutuntur*, quæ ſtatim ſequitur. Sed quia id idem poſſet fieri de novo Chriſmate, neſcio quid à parte juris hæc clauſula importet. Et hic nota, quòd ſacrificium, ſacramētum, & myſterium differunt. Nam ſacrificium eſt quòd prece myſtica ſacrum factum eſt. 1. *q.* 1. *multi.* Et eſt viſibile. Sacramentum eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma. *de conſe. di.* 2. *ſacrificium.* Myſterium eſt actus viſibilis ſacramento applicatus ſecretam in ſe continens diſpenſationem. 1. *q.* 1. *multi.*

Sacrificiū. ſacramentum & myſterium differunt.

g *Damnabiliter.* Innuit quòd in hoc peccat mortaliter. Sic legitur diſtinctio. *in fi. de exceſ. præla. tanta. in fi. de conceſ. præben. deteſtanda. li. 6.* Nam qui ſcienter facit contra præceptum vel prohibitionem Canonis, peccat mortaliter. 19. *di. nulli.* Ubi de hoc per *Hug.* & *no. per Archi. d. c. deteſtanda. ver. damnabiliter. li. 6.*

h *Abutuntur.* i. e. malē utuntur, vel perverſe.

i *Novum.* Scilicet Chriſma.

k *Accipientes.* Ubi forſan ab aliis deferrur, & eis offertur.

l *Nec petentes.* Sc. ſub forma prædicta

m *Quod.* ſecunda pars. Et dic *quod*, ſc. ut Baptiſmus fiat cum veteri Chriſmate.

n *De cætero.* Per hoc non approbat id quod prius factum eſt, ſed prius factum reprobando ſub pœna præcipit ne fiat de cætero. Et conſimile habes *in Cle. abuſionibus. de pœ.* & *re. verſ. de cætero. per Wil.* Qui illud, quod ibi dicitur, allegat contra dictum *Hoſtis. in c. ſi. de ſpon. duo. ſuper verſ. de cætero.* Sed ſi velis ulterius ſcire de ſignificatione horum verborum, *de cætero*, ubi ponuntur in conſtitutione de novo edita, vide *no. per Jo. Geſc.* & *Paulum in prœmio Cle. verſ. de cætero.* & *per Cardi.* & *Archi. de elec. c. provida. ver. de cætero. li. 6.*

o *Præcipimus.* Unde contrafaciens peccat mortaliter. Pro quo vide quæ ſcripſi *ſuprà. iſto. c. c. verſ. reluctantes.* Sed melius *ſuprà de conſti. c.* 1. *verſ. præcipimus.*

(*a* qd à crimine *b* idololatriæ ſeu *c* peccato ariolandi nō multum* *d* oberrat:) vetus Chriſma alicubi per bienniū; alicubi per triennium, & eo amplius reſervātes, eodem in *e* Baptiſmate & aliis ſacrificiis *g* Damnabiliter *h* abutuntur, inovū ab Epiſcopis *k* accipientes nec *l* petentes. *m* Quod ne fiat *n* de cætero, diſtrictè *o* præcipimus ſub pœna ꝓſuſpenſionis, quā *q* ferimus in *r* cōtumaces *ſ* contrarium ſacientes. Quod *t* id ipſum de ſacro *u* catechumenorum *x* oleo ſano ac-

p *Suſpenſionis.* Generaliter dicit. Unde cum multiplex ſit ſuſpenſio ſive multæ ſint ſpecies ſuſpenſionum, de quibus circiter 24. recitat *Jo. An. in Cle. cupientes. de pœnis in magna ſua Gloſſa.* quæro de qua ſuſpenſione debet intelligi, quod hic dicitur? poteſt dici, quòd intelligatur de ſuſpenſione ab Officio & Beneficio, ſecundùm *Innocen.* qui in conſimili ſic notat, *de æta.* & *qua. c. cum bonæ. glo. 1. in prin.* Et ſic ſentit *Henri. de Bowic. de conſue. c. cum olim. in prin.* Sed pro hujus materiæ majori declaratione nota, quòd ubi pœna ſuſpenſionis ſimpliciter & indeterminate infligitur, nulla ſpecie ſuſpenſionis adjecta, ut hic; & poteſt ponere exemplum. 21. *q.* 4. *c. nullus*, tunc ſi quæras de qua ſpecie ſuſpenſionis debet intelligi: dic quòd ſive talis ſuſpenſio proferatur à jure, vel ab homine cùm non poſſit proferri niſi per viam ſententiæ aut definitivæ, aut interlocutoriæ, vel æquivalentis conſiderata perſona contra quam profertur, vel in quam cadere habet, conſiderato viz. an ſit Epiſcopus, inferior, vel prælatus; clericus ſæcularis, religioſus, aut forſan laicus, ubi aliàs de mente vel intentione infligentis hanc pœnam non conſtat; debet intelligi de tali ſuſpenſione, quæ ſit minoris pœnalitatis. *ff. de pœnis. l. ſi. præſes.* & *l. interpretatione. de pœ. di.* 1. *pœnæ.* & *de re. ju. c. in pœnis. li.* 6. Propterea dixi, *ubi aliàs de mente vel intentione infligentis non conſtat*: quia ubi profertur ab homine, ſi de ejus intentione forſan per acta præcedentia vel aliter conſtaret de qua ſuſpenſione intelligebat; illa deberet infligi. *Ar. ff. de his qui no. infa. l.* 2. §. *ignominiæ. verſ. ſed ſi bene. de ſuſpec. tu. l. hic enim.* Et forſan in hoc caſu Judex, qui ſic tulit ſententiam, poteſt ſuam intentionem declarare, de qua ſpecie ſuſpenſionis intellexit, maximè ſi ſit Ordinarius. Quod dic ut *no. Doc. C. de appel. l. ab executore.* & *ff. de re judi. l. Paulus.* Aliàs autem ubi talis ſententia fertur à Jure, dic ut prædixi *ſuprà*, quòd debet intelligi de minus pœnali. Et pro fortificatione præmiſſorum bene faciunt *n. per Doc. de jurejur. c. quanto. ubi no. Goſſ.* & *Hoſti.* Quod ubi pœnæ capitales ſunt multæ, prout *no. ff. de pub. judi. l.* 2. & *l.* 1. *C. de fal. mo.* quæ imponit pœnam capitis illi, qui falſat monetam civitatis, debet intelligi de minori, ſc. de pœna exilii ſeu deportationis, quæ ſunt pœnæ capitales; ut *d. l.* 2. & horum ſententiam recitando approbat *Jo. An. d. c. quanto. ſuper glo.* 1. Ex quibus videtur quòd ſententia ſuſpenſionis hic lata debet intelligi de minus pœnali, ſc. ab ingreſſu Eccleſiæ. Et hoc puto verum non obſtante quòd talis, de quali hic dicitur, deponendus eſſet ſecundùm Canones, ut prædixi. Et ſic ſentire videtur *Jo. de Atho. in conſtitutione Othonis. ſancta. verſ. ſuſpendatur.*

Suſpenſionis multæ ſunt ſpecies.

Quæſtio.

q *Ferimus.* Et ſic eſt ſententia lata, non ferenda. Pro quo vide quod dixi *ſuprà de conſti. c.* 1. *verſ. ferimus.*

r *Contumaces.* i. e. Scienter & voluntariè contrafacientes. Et vide pro hoc, *ſuprà. e. ſuper verſ. contumaci.*

ſ *Contrarium facientes.* Sc. Baptizantes vel ungentes in vertice de veteri Chriſmate. Sed nunquid iſta pœna habeat locum in Epiſcopis, qui forſan in Chriſmationibus per eos faciendis utuntur veteri Chriſmate? dic quod non: quia de his in hac pœna infligenda non fit mentio ſpecialis. *de ſen. excom. c. quia periculoſum. li.* 6.

t *Quod id ipſum.* Tertia pars. Et dic id ipſum, ſc. quod ordinatur *ſuprà de Chriſmate.* Ut ſc. conficiatur de anno in annum: & quod ante paſcham, vel quàm citius fieri poterit, peratur in ſingulis Eccleſiis; Et quod vetus comburatur; & quod de veteri non fiat unctio, ſed de novo.

u *Catechumenorum.* i. e. De novo inſtructorum, ſive informatorum in fide, nondum tamen Baptizatorum, ſecundùm *Fanuenſem.* Et dicitur *Catechumenus*, quaſi minus Catholicus. 25. *di. perlectis. c. verſ. per Archi. de conſe. di.* 4. *Catechumenum. in prin. per eundem.*

Catechumenus.

x *Oleo.* Sc. per Epiſcopum benedicto. Et vocatur Oleum ſanctum de quo habetur *de ſacra unctione. c. unico.* §. *ad exhibendum.* & §. *quia vero Chriſtus.* Et cum hoc Oleo ungitur Baptizandus bis ante Baptiſmum, ſc. ſemel in pectore, & ſemel inter ſcapulas, ut legitur *d. c unico.* §. *præal. quia vero.* ubi videre poteris quid ſignificent hæ unctiones: & de hoc Oleo legitur *de conſe. di.* 4. *c. deinde.* Ubi de hoc per *Archi.*

y *Credimus.* Nota, non dicit decernimus, nec ſtatuimus, nec aliquid tale, quod ſonat in legis ſuper hoc Ordinatione: ſed rantum opinative dicit, *credimus.* Cujus opinio fundari paret ex paritate rationis. *ff. ad. l. Aquil.* ; *illud.* videtur enī par ratio quod Oleum ſanctum quolibet

quolibet anno renovetur, ſicut & Chriſma, & quòd in Catechiſmo fiant unctiones non de veteri Oleo benedicto, ſed de novo. Unde Benedictio Olei & confectio Chriſmatis pariter recitantur in *d. §. ad exhibendum. Extra. de ſacra unctio. c. unico.* Ad innuendum forſan quòd eadem die debeat Oleum benedici, & Chriſma confici. Et hoc verum puto. Sed quoad uſum veteris Olei forſan reſervati ultra annum, non intelligo id quod dictum eſt de uſu Chriſmatis ſaltem ex neceſſitate. Quia Jura loquentia de Chriſmate nullam faciunt mentionem de uſu Olei ſancti. Quòd ſi Canonum Conditores voluiſſent, hoc expreſſiſſent. *de decur. c. ad audientiam.* Fateor tamen quòd ex honeſtate debet idem ſervari in uno, ſicut & in alio. Si tamen quoad Oleum Catechumenorum, de quo hic loquitur, non obſervetur, prout eſt ſtatutũ in Chriſmate, puto qd ungens baptizandum Oleo vetteri etiam ſcienter, ceſſante etiã caſu neceſſitatis, non ſit puniendus nec pœnã Canonis, de qua *ſuprà* dixi; nec pœnã hujus conſtitutionis. Quia pœnalia hujuſmodi potius ſunt reſtringenda, quam amplianda. *de re. jur. c. odia. li. 6.* In pœnis namque non eſt arguendum ad ſimilia. *de pœ. di. §. pœnæ.* Pro quo bene faciunt notata per *Cardi. verſ. ſacramentorum de temp. ordi. c. 1. li. 6. & per Archid. ibi in ver. ordines.*

Pœnæ ſunt reſtringendæ.

C *Onfirmationis.* Iſtud Capitulum eſt *Johannis Peccham*, ſicut & præcedens.

a *Et infra.* Sub iſta parte deciſa continetur in integra, quomodo multi & quaſi innumeri Baptizati, forſan ob non vigilantiam Curatorum, licèt hujuſmodi Baptizati eſſent dierum malorum inveterati, non tamen recipiunt confirmationis Sacramentum.

b *Negligentes.* Loquitur de adultis ut *infrà* patebit. Nam in carentibus diſcretione, ut ſunt pueri & infantes, non poteſt propriè cadere negligentia; ſed in adulto, ex eo apparet negligentia, quòd poteſt habere Epiſcopũ qui eũ confirmet, & non curat accedere ut confirmetur: aliàs ſi non potuit habere præſentiã epiſcopi, non poteſt dici negligẽs. *ar. de elec. c. ult. de conſeſ. præben. quia diverſitate.* Sed ubi poteſt Cõfirmari & non vult, talis negligẽtia incidit in contemptum. Nam negligere & contemnere quodammodo paria ſunt. Licet enim de ſui natura ſint diverſa, ut colligitur 20. *di. ſi de certa.* quandoq; tamen Jura promiſcuè utuntur his terminis. Ut *no. Cardi. & Archi. de elect. c. cupientes. ver. contemſerit. li. 6.* Et hic nota, quod ubi negligentia capit ortum à culpa propria, utputa quia monitus & inductus per Curatum ſuum accedere ad confirmationem non vult ſed negligit confirmari, dum habet copiã Epiſcopi, qui poſſit & velit eum confirmare; tunc talis negligentia comparatur non ſolum contemptui; ſed etiam dolo. *ar. c. unici. in ſi. de conſeſ. præben. in Cle. &* faciunt *no. per Jo. An. glo. ſi. de appel. c. ab eo. li. 6.* Sed quando negligentia ortum habet ex non diligentia vel culpa alterius, utputa Curati, tunc eſt excuſabilis. *ff. de ventre inſpi. l. 1. denunciare. ff. de adul. l. denunciaſſe, cum ſimilibus. &* no. *per Johan. de Athona. in Conſti. Othonis. Baſilicarum. verſ. negligi.*

Negligentia & contemptus paria ſunt.

c *Confirmationis.* i.e. Chriſmationis in fronte: & fit per ſolos Epiſcopos. *de conſuc. c. quanto.* Et eſt omnibus fidelibus neceſſaria. *de conſe. di. 5. ca. 1.* Et in hoc Sacramento ſpiritus ſancti gratia augmentatur, ut confirmemur ad pugnam ſpiritualem. *c. di. c. ſpiritus ſanctus. & c. noviſſime* Et ideo in fronte, ut à recipiente fides Chriſti ſine erubeſcentia prædicetur, ut legitur *d. c. noviſſime.*

d *Sacramentũ.* Hoc ſacramentũ nunciatũ fuit per Chriſtum, quando manus parvulis impoſuit. *Marc. 10.* & eſt ſacramentum pugnantiũ, & datur ad robur, ut dixi *ſuprà glo. proxi.* Et nota, quòd ſex ſunt de ſubſtãtia hujus Sacramẽti, quorũ duo ſunt ex parte ipſius ſacramenti, viz. materia Chriſmatis, & forma verborum. *de conſe. di. 5. noviſſime.* Ubi de hoc per *Arch.* qui recitat opinionẽ *Hug.* viz. quòd poſſet hoc ſacramentũ cõferri ſine verbis, dũmodo fiat Chriſmatio in fronte. Sed prius dictum tenent Theologi. Eſt enim forma verborũ. *Signo te ſigno Crucis: confirmo te Chriſmate ſalutis: In Nomine patris &c.* Et debet fieri cum ſigno Crucis, ut probatur *de cõſe. di. 5 nunquid* Alia duo ſunt ex parte confirmantis, viz. dignitas Pontificalis. *de conſe. di. 5. manus.* Et intentio debita. Nã ſi Epiſcopus nullo modo intendat confirmare nihil agit, ſicut nec in baptiſmo ſecundùm *Hug.* Qui de hoc notat *de conſe. di. 4. ſolet quæri. Hoſti.* tamen dicit quòd ſufficit, ſi contraria intentio nõ adſit; prout ipſe hoc notat *de bap. §. quis ſit effectus. verſ. ſit ergo. & §. quæ ſit ejus forma. verſ. quid ſi Baptizans.* hanc materiã non proſequor hic, ſed reſervo eam donec per Dei voluntatẽ veniã ad *ti. de Baptiſmo & ejus effectu infra. hoc. li.* Potes tamẽ, ſi placet, plenius videre *Extra. de bapti. & ejus effec. c. non ut apponeres. verſi. ſi eſt defectus ex parte intentionis. per Henricum.* Duo alia requiruntur ex parte confirmandi, ſc. frons in quo debet fieri Chriſmatio. *de conſe. di. 5. noviſſime.* Item quod Confirmandus ſit Baptizatus *c. diſ. c. 1. & dicto. c. noviſſimè.* Ubi de hoc per *Archi.*

Sex ſunt de ſubſtantia ſacramenti confirmatiõis.

e *Statuimus.* Perpetuitatem ſignificat, *de conſti. c. 1. & 2. li. 6.*

f *Nullus.* Intellige de adultis.

g *Corporis & ſanguinis.* De hoc ſacramento dixi *ſuprà de ſumma tri. & fi. ca. c. altiſſimus.* Et hoc Sacramẽtũ tenetur quilibet adultus ſemel in anno ad minus in Paſchate recipere. *de pœ. & re. c. omnis.*

mortis, niſi fuerit *k* **confirmatus, vel niſi à receptione confirmationis rationabiliter fuerit** *l* **impeditus.**

Nullus extra articulum mortis ad Euchariſtiam ſuſcipiatur, niſi fuerit Confirmatus aut legitimè impeditus.

Idem.

C *Onfirmationis,* a *& infrà.* Contra *b* negligẽtes *c* confirmationis ſuſcipere *d* ſacramentum *e* ſtatuimus, quòd *f* nullus ad ſacramentum *g* corporis & ſanguinis Domini *b* admittatur extra *i* articulum mortis, niſi fuerit *k* confirmatus, vel niſi à receptione confirmationis rationabiliter fuerit *l* impeditus.

h *Admittatur.* Sic ergo talis non confirmatus ſe forſan cum aliis ingerens poteſt repelli à cõmunione, ut hic videtur. Sed contra opponitur *de. c. ſi ſacerdos. Extra. de offi. ordi.* Ubi apparet quòd etiam criminoſus ingerens ſe cõmunioni non eſt repellendus, ſed potius privatim inducendus & admonendus nè communionem recipiat.] Solutio. dic quòd illud habet locum, ubi crimen eſt occultum, & ſacerdoti tanquàm Deo in foro pœnitentiali notum: in quo caſu etiam idem dicendum crederem de non confirmato, ſi viz. alii id ignorant; id tamen notum eſſet Sacerdoti: quia in hoc caſu propter ſcandalum vitandum æſtimo, quòd Sacerdos talem, quem ſciret non eſſe confirmatum, ſe ingerentem cum aliis ad communionem potius admitteret, quàm publicè rejiceret. Alioquin ſi nullum exinde ſcandalum contra ipſum non confirmatum oriretur; bene puto quòd poſſit eum non admittere, ut hic. Nam de præcepto vel conſilio ſui Sacerdotis poteſt & debet etiam adultus à communione abſtinere: ut legitur *de pœ. & re. c. omnis utriuſque.*

De ſacramentis iterandis, vel non.

Caveant Parentes, nè liberos iterum confirmari patiantur, cum per hoc maſculi Irregularitatem, & ipſi parentes grave incurrant damnum.

Walterus.

S *Acerdotes,* & *infra.* m Caveant n diligenter o parentes, dic quòd illud habet locum, ubi crimen eſt occultum, & ſacerdoti tanquàm Deo in foro pœnitentiali notum: in quo caſu etiam idem dicendum crederem de non confirmato, ſi viz. alii id ignorant; id tamen notum eſſet Sacerdoti: quia in hoc caſu propter ſcandalum vitandum æſtimo, quòd Sacerdos talem, quem ſciret non eſſe confirmatum, ſe ingerentem cum aliis ad communionem potius admitteret, quàm publicè rejiceret. Alioquin ſi nullum exinde ſcandalum contra ipſum non confirmatum oriretur; bene puto quòd poſſit eum non admittere, ut hic. Nam de præcepto vel conſilio ſui Sacerdotis poteſt & debet etiam adultus à communione abſtinere: ut legitur *de pœ. & re. c. omnis utriuſque.*

Articulus

i *Articulum mortis.* Nota ſecundùm *Fanuen.* quòd *articulus* idem eſt quòd primus artus, i.e. digitus. Item eſt pars Orationis ſolam relationem ſignificans. Item *Articulus.* i. e. finis. Item eſt quidam color Rhetoricus. Item ponitur pro momento ſive hora, ut hic. Item idem eſt quòd preſſura, vel artitudo. Item prima ſpecies numeri: & hic adde quod dixi *ſuprà de ſum. tri. & fi. ca. c. 1. verſ. articulos.* Unde hic ponitur *Articulus* pro tempore vel hora. Et ſcire debes, quòd poteſtas alicui reſtricta in pœnã, ſive ſui ipſius, ſive alterius, laxatur in pluribus, & eſt libera in articulo mortis. Patet exemplum hic, ubi licet non confirmatio denegetur Euchariſtia dum ſanus eſt, tamen ubi eſt in articulo mortis conceditur. Conſimile habes *de pœ. & re. c. quòd in te. in prin. & e. ti. c. Deus qui. in fi.* Non enim decet, ut Chriſtianus abſq; viatico decedat de hoc ſæculo: dum tamen pœnitens ſit. 50. *di. pœnitentes in ſi.* Conſimile habes de excommunicato à Delegato Papæ, quem nullus alius quàm ipſe, vel Papa, poteſt abſolvere. Fallit tamen in mortis articulo, ubi ſimplex ſacerdos hoc poteſt. *de offi. ordi. c. paſtoralis, §. præterea.* Sic etiã percutiens Clericum, cujus abſolutio reſervatur Sedi Apoſtolicæ, poteſt in mortis Articulo abſolvi per aliũ. 17. q. 4. *ſi quis ſuadente.* Et ſimile habes *de ſen. excom. c. quòd de bis.*

k *Confirmatus.* Ratio poteſt eſſe, quia licet per baptiſmũ effectus ſit plenè Chriſtianus plenitudine ſufficientiæ: plenius tamen poteſt fieri Chriſtianus Deo ſibi ad pugnam ſpiritualẽ cooperante: *de conſe. di. 5. c. 1.* Confirmat namq; hoc Sacramentum gratiã datã in Baptiſmate; & præparat ad militiã ſpiritualem, & ad confeſſionẽ conſtantem nominis Chriſti animat. Nam primo, ut confiteamur Chriſtum Deum, Patri, & Spiritui Sancto coæqualem, in verborum forma fit expreſſio Trinitatis. Ut confiteamur eo humanã naturã, & ipſum Crucis ſupplicium pertuliſſe, fit Crucis ſignatio. In fronte vero ideo fit ad ſignãdum audaciam confeſſionis, cujus impedimentum eſt timor & verecundia, quæ ſpecialiter manifeſtatur in pallore & rubore frontis ex propinquitate cellulæ imaginalis ſecundùm *Theo.* & hæc Crucis ſignatio fit cum Chriſmate, quod conficitur ex Oleo & Balſamo, ut habeamus interius conſcientiæ puritatem, quæ intelligitur per Oleum: Et exterius bonæ famæ odorem, qui intelligitur per Balſamum. *Extra. de ſacra unctio. c. unico, §. ad exhibendum.*

Effectu ſacramẽti confirmationis.

l *Impeditus.* Quia non potuit habere copiam Epiſcopi, qui eum confirmaret: vel quia infirmus erat, nec potuit accedere ad locum ubi ẽrat Epiſcopus: & ſic patet, quòd Baptizato non confirmato miniſtrari poteſt ſacramentum Euchariſtiæ, quando non ſtetit per eum, quòd non fuit confirmatus; ſed vellet confirmari, ſi non eſſet rationabile impedimentum. Itẽ in mortis articulo, ut prædictum eſt.

S *Acerdotes.* Pars hujus Conſtitutionis eſt *ſuprà ti. proxi. c. ſacerdotes.* Et habet tres partes. In prima ponit prohibitionem nè iteretur confirmatio parvulorũ. In ſecunda ibi, *Cum & ipſi.* declarat in ſpeciali pœnam quam incurrit reconfirmatus. In tertia ibi, *Et ipſi,* oſtendit etiam parentes ad hoc operantes fore puniendos.

Divijo.

m *Caveant.* i. e. Obſervent, videant, proſpiciant, vitent vel cauſa aliquid vitandi cautelam adhibeant, ſecundùm *Fanuenſem.*

n *Diligenter.* i. e. ſtudioſe.

o *Parentes.* i. e. Pater, Mater, vel alii, de quibus dixi *ſuprà ti. proxi. c.* ſacer-

cerdotes. parentes. Hic tamen videtur strictè intelligendum de Patre, re propter dictionem, *suos*, quæ sequitur; dicit enim parvulos sed in dicto. c. *sacerdotes. supra ti. proxi.* dicit solum parvulos, id dictione *suos*.

Sacramenta non iteranda.

a *Ite confirmandos.* Tria enim sunt Sacramenta, quæ iterari non debent, sc. Baptismus, Confirmatio, & Ordo. De Baptismo ordine habetur 1. q. 1. c. *inventa.* & c. *manus.* De Confirmatione habes *de consec. d. dictum est.* & c. *de homine. de bis.* Si tamen dubitas de confirmatione, dic dixi *supra. c. 1. de Baptismate*, quod possit reconfirmari hoc modo. *Si est confirmatus, te non reconfirmo: sed non es confirmatus, signo signo te Signo Crucis, Confirmo te Chrismate salutis. In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.*

b *Cum & ipsi parvuli.* Secunda pars.

c *Efficiantur Irregulares.* sc. quoad promotionem ad ordines vel beneficia. 51. *di. qui aliquo. 1. q. 7. qui in qualibet.* Qd dicit ut scripsi *infra e. c. quod in constitutione. ver. iterare.* Ubi hoc notatur de rebaptizato. Nec mirabitur, quod potest talibus in toto, licèt in tanto, subvenire, ut viz. facilius cum eis dispensetur. *ar. Extra. de Apostatis. c. ex literarum.* Et punitur talis confirmatus sine culpa: non tamen sine causa. ad quæ videre potes *concor. in c. sine culpa, de re. jur. per Cardi. Jo. An. & Ali. 6.* Sed propinquius ad propositum, *de consec. di. 4. c. qui bis. per. ubi per Archi.* super hoc ponuntur opiniones: declinat tamen in am opinionem, tanquam tutiorem, quòd etiam ignoranter rebaptizatus, ut contingere potest in dormiente, & quotidie potest contingere in parvulis, non possit promoveri absque dispensatione Episcopi. Allegat ad hoc 1. q. 4. *placuit.* Et facit quod legitur *de consec. di. 4. eos. in fi. & no. ibi Archi.* Quòd illud, quod dicitur de Rebaptizato, sc. quòd non possit ordinari absq; dispensatione, habet locum in redinato & reconfirmato. *ar. 68. di. c. 1. & de consec. di. 5. dictum. cui similibus.*

Ignoranter Rebaptizatus non potest promoveri absq; dispensatione.

d *Masculi.* Est enim de substantia Sacramenti ordinis inter cætera, quòd ordinandus sit masculus, non fœmina. Pro qua materia plenius videre poteris *de temp. ordi. §. sed & præter. in prin. per Hosti. in summa.*

e *Et ipsi parentes.* Tertia pars.

f *Secundum Canones.* De canonibus loquentibus de iteratione Baptismatis pate aliqualiter per ea quæ scripsi *infra e. c. quod in constitutione. ver. iterare.* Et quod idem sit censendum de iteratione Cõfirmationis sint de iteratiõe Baptismatis scripsi *supra ista eo. c. ter. irregulares. ad finem.* Et probatur per Canonem *de consec. dis. 5. dictum. & c. seq.* quam tamen pœnam limitatam infligant Canones parentibus, qui parvulos suos faciunt reconfirmari in specie non inveni. Unde in hoc casu puto fore recurrendum ad distinctionem quã posui circa Baptismum. *infra eod. c. quod in constitutione. ver. iterare.*

g *Ultioni.* Nam si scienter hoc fecerint, possunt excommunicati ad instar scienter Rebaptizantis; ut dixi *supra dicto vers. iterare. infra. e. c. quod in constitutione.* Immo potius juxta hanc literam, quæ loquitur in casu negligentiæ, videretur pœnam arbitrariam fore imponendam; ut ibi dixi.

h *Sacramentum.* Non dividitur.

Anno elapso. Iste annus computari debet non de momento in momentum; sed de die in diem. *ff. de verb. sig. l. annuculus non statim.* Et habet annus dies 365, & sex horas. *ff. de statu libe. l. cum hares. §. Stichus. juncta. l. 3. §. minorem. cum glo. ff. de mino.* Et si sit annus bissextilis, numerantur pro anno 366. dies, ut *no. per Cardi. extra. de re judi. cum æterni. ver. annum. & ver. durante. per Cardi. li. 6.*

Quatuor Sacramenta iterabilia.

i *Iterari.* Quatuor enim Sacramenta sunt iterabilia, viz. Eucharistia: de qua patet *de consec. di. 2. quotidie.* Item Matrimonium; de quo patet 30. *q. 1. aperiant. Extra. de secundis nup. per totum.* Item Pœnitentia non solennis. *Extra. de pœ. & re. c. omnis.* Solennis verò non iteratur, ut volunt aliqui. *& no. per Jo. 50. di. quamvis. 28. dist. Presbyter. 81. di. si quis Episcopus. 30. dist. si quis Presbyter. de pœni. di. 3. reperiuntur.* Et hoc verum, nisi consuetudo sit in contrarium propter iterationem delicti, sicut in multis locis de consuetudine observatur. Ut dicitur *de pœni. di. 3. ex persona.* Et pro hoc facit *de pœnis. c. 1. & no. per Archidi. d. c. quamvis. glossa. fi.* Item Extrema Unctio iteratur elapso anno, ut hic, istud enim Sacramentum, cum sit medicina corporis & animæ, adveniente morte apponi potest. 95. *di. illud. extra. de offi. Archipresby. c. 2.* Alia verò tria Sacramenta non iterantur. Unde versus. *Ens, ordo, Chrisma, non cætera sunt iteranda.* Et ratio est quare illa tria non possunt iterari, quia in prima collatione cujuslibet eorum imprimitur Character animæ: qui etiam in morte non separatur ab ea. Unde si aliquis suscitaretur, non esset Rebaptizandus vel ordinandus, vel reconfirmandus. Sed secus ut alibi de aliis quatuor sacramentis. Et probatur hæc diversitas ab *Aug. 32. q. 7. licita. & 1. q. 1. quod quidam. & no. per Archi. 95. di. ecce.*

k *Quolibet anno semel.* Hunc concordat quod dicit *Tho. de veritatibus. l. 6. c. 33.* quòd si sæpe quis ad mortem infirmatur, sæpe potest inungi. Sed in una infirmitate non debet bis inungi, nisi eadem infirmitas ultra annum protraheretur, ita quòd in uno anno propter unam infirmitatem nequaquam bis inungatur. Et super hoc notatur per *Jo. in summa confes. de Sacra Unctione. q. ulti. & vide infrà glossa proxima.*

l *Gravi infirmitate.* Dicit enim *Thomas*, prout eum recitat *Jo. ubi supra*, quod quædam sunt infirmitates quæ non sunt diuturnæ. Unde si in eis datur hoc Sacramentum, tunc cum homo ad statum illum pervenit, quòd est in periculo mortis, non recedit à statu illo nisi infirmitate curatâ, & ita iterum non debet inungi: sed si recidivum patiatur, erit alia infirmitas & poterit fieri alia inunctio. Et hoc verum; dum tamen non fiat nisi semel in anno, ut hic. Quædam verò sunt ægritudines diuturnæ, ut Ethica Hydropisis, & hujusmodi: & in talibus non deberet fieri inunctio, nisi quando viderentur perducere ad periculum mortis. Et si homo idem periculum evadat eadem infirmitate durante, & iterum ad similem statum per illam infirmitatem reducatur; potest † inungi: quia jam est quasi alius status infirmitatis, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter. Et ideo iteratur hoc Sacramentum, quia imprimit effectum non perpetuum, sed delebilem: & cum prædictis *concor. Petrus.* Sed *Albertus* dicit, quòd si ultra annum durat morbus post acceptam unctionem, iterari potest unctio: & causa hujus est; quia non judicatur idem morbus numero, qui est secundùm perfectam mutationem superiorum: & hæc sententia recidit in hoc quod hic dicitur & de hac materia videre poteris *Aflex. li. 6. ti. ulti. de extrema Unctione. in fine.*

An infirmitas impediat Sacramentũ extremæ Unctionis.

† M.S. iterum.

Quod in constitutione. Pars hujus est *infrà de Baptismo. quod in constitutione.* Ubi habes illud quod dicitur sub dictione *infra* hic posita.

m *Forte.* Eventum significat hic, quandoque est nota assertionis. *de testa. c. ingrédientibus. vers. forte. per Ber.* Quandoque est temperamentum Physicum. *ff. de le. 3. l. si mulier. §. si vero. ver. forte.*

Dictio forte plura significat.

n *Puero.* Idem intellige, si sint adulti, vel alterius ætatis.

o *Mortis periculum.* In quo casu satis licet Laico vel Patri proprium Filium Baptizare: & Baptismus in hoc casu per Laicum factus, alias tamen rite, *ut infrà dicam. vers. legitime*, bene tenet, & sufficit ad salvationem. *de consec. dist. 4. in necessitate. & c. sanctum.* Sic etiam in mortis periculo licet aliquid facere, quod aliàs non liceret. Patet exemplum. *e. di. c. de Catechumenis. & tribus capitulis sequentibus.* Et ad hoc vide quod scripsi *supra. ti. proxi. c. confirmationis. vers. articulum mortis.*

p *A Laicis.* i. e. His qui nullum ordinem receperunt in Ecclesia. Et dicitur *Laicus, ca, cum.* i. e. populares. Unde Λαὸς Græcè, idem est quòd populus Latinè. 12. *q. 1. duo sunt.* Unde etiam vir literatus, dum tamen nullum ordinem habeat in Ecclesia Laicus appellatur. Et nota, qd id quod hic dicitur de Laico, sc. quòd potest in casu necessitatis Baptizare, locum habet à fortiori à quocũque etiã Clerico citra Ordinẽ Presbyteratũs. Unde pro vero teneas, quòd extra casum necessitatis, solus Sacerdos est debitus Minister ad Sacramentum Baptismi. *no. per Hostien. in summa de Baptismo. §. quis possit. & concor. Doct. Theologi*; pro quorum dictis facit *de pœ. di. 1. quem pœnitet. de consec. di. 4. constat. & c. mulier.* Et peccaret mortaliter aliquis non sacerdos Baptizans, præterquam in articulo mortis. Si tamen de facto Baptizaret aliquis non sacerdos extra articulum necessitatis, cum tamen debita intentione, & in forma Ecclesiæ, tenet Baptismus ad effectum quòd sic Baptizatus non debet Rebaptizari. Et idem dico de non Baptizato Baptizante: quia bonitas sive Sanctitas Ministri non est de necessitate Baptismi, sed de congruentia. *de consec. dist. 4. c. Baptismus.* Unde & si Baptizans non credit Sacramentum Baptismi, nec aliquid ibi fieri spirituale, dummodo in genere intendat facere quod facit Ecclesia, valet Baptismus, secundùm *Ray. in summa. e. ti. §. 7. vers. item solus. & c.* Et probatur *d. c. Mulier. et 30 q. 3. super quibus.* Et melius *de consec. di. 4. Romanus. cum tribus c. sequen. et no. de Baptismo. c. de quibus. per Henricum.* Ubi plenius videre poteris.

Extrema unctio non nisi elapso anno, & evidenti periculo, iterum conferatur.

Idem.

h SAcramentum Extremæ Unctionis anno elapso potest licitè i iterari, ut viz. k quolibet anno semel conferatur in l gravi infirmitate, de qua metus mortis imminet ægroto.

Baptismus, etiam à laicis rite ministratus, non est à sacerdote iterandus.

Johannes Peccham.

QUod in cõstitutiõe, *& infrà.* Si m forte contingat n Pueros propter o mortis periculũ à p laicis Baptizari, ca-

veant [a] ſacerdotes [b] ne Baptiſmum [c] legitimè factũ [d] audeant [e] iterare.

Septem gratiæ Sacramentorũ quinq; ab omnibus Chriſtianis ritè ſuſcipienda ſunt: Baptiſmus; Confirmatio; Pœnitentia; Euchariſtia ſuo tempore; & Extrema Unctio in mortis articulo ab iis qui adhuc ſanæ ſunt mentis, aut dum ſanæ mentis erant deſiderârunt. Sextum autem viz. Ordo à perfectis; ſeptimum verò utpote Matrimonium à minus perfectis.

Idem.

---

a *Sacerdotes.* Ad quos extra caſum neceſſitatis pertinet Baptizare, ut dixi in *gloſſa præcedenti.*

b *Ne Baptiſmum.* Sive per Laicum, ſive per Clericum, etiam per Paganum in caſu neceſſitatis.

c *Legitimè factum.* Intellige de Baptiſmo fluminis, ad cujus eſſentiam, ut legitime fiat, duo ſunt neceſſaria, ſc. verbum, & Elementum aquæ. Forma verborum eſt ut dicatur ſic. *Ego Baptizo te In nomine Patrũ & Filii & Spiritũs Sancti, Amen. extra. de Baptiſmo. c. 1.* Sed licet hoc pronomen (*ego*) omittatur; & etiam hæc dictio (*Amen*) nihilominus valet Baptiſmus; licet tutius ſit quòd hæ dictiones exprimãtur, ſecundùm *Tho. in ulti. parte ſummæ. q. 66. artic. 5.* Et nota, quòd ſi Baptizans in Baptizando nulla verba profert, non eſt Baptizatio legitima; quia alterum eſſentialium deficit, ſc. verbum: ut *d. c. 1. & de conſe. di. 4. propriè. & 1. q. 1. detrahe.* quòd ſi proferat verba, impertinentia tamen ad Baptiſmum, tunc idem eſt: quia paria reputantur nulla verba proferre, & proferre aliqua ſed impertinentia. *ff. de ver. ob. l. 1. § ſi quis ita. & l. inter ſtipulantem. § ſi ſtipulantem. cum ſimilibus.* Aut profert verba pertinentia, ſed mutando formam; & hæc mutatio ſit circa formam intelligibilem, & circa ſignificationẽ ſeu modũ ſignificationis, ut ſi diceret, *Ego Baptizo te In Nomine Genitoris & Geniti et Flaminis almi*, non tenebit Baptiſmus: quia Genitor & Genitus non ſignificant perſonas modo principali, ſed actus notionales potius, ſecundùm *Petrum. & no. per Inno. de Baptiſmo. c. 1. glo. 2. in prin. et ibi per Hoſti. et Fo. An. poſt eum. et de conſe. diſ. 4. multi. per Archi. in glo. pe.* dicit etiam Beatus *Tho. ſuper 4. ſen.* quòd ſi dicatur, *Baptizo te in Nomine Trinitatis*, non valet Baptiſmus: & hoc verum intelligo, ſi ſolum fiat implicitè & non explicitè. Baptiſmus namque fieri debet in Nomine Trinitatis, ſic ut perſonæ explicentur. *de conſe. di. 4. multi. et c. in ſynodo.* Et licet in primitiva Eccleſia inſpirante Spiritu Sancto Apoſtoli Baptizabant in nomine Chriſti ad ampliationem laudis nominis Chriſti; hodiè tamẽ talis Baptiſmus non valet, ut *no. per Hug. et Archi. de conſe. di. 4. à quodã. et per Hoſti. in ſumma de Baptiſmo. § quæ ſit ejus forma. ver. qd ſi dicat. et his concor. Fo. in ſumma confeſ. ſub. de bap. q. 12. et Aſtex. li. 4. e. ti. ar. 5. q. 3.* Et breviter dico, quòd ſi dimittatur, aliàs omittatur aliqua dictio de ſubſtantia verborum ad Baptiſmum per Chriſtum inſtitutorum, non valet Baptiſmus. Idem intelligo ſi addatur aliqua dictiõ quæ non ſit de forma Baptiſmi; vel ſi verba dicantur ordine præpoſtero ſecundùm *Tho. et no. de Baptiſmo. §. quæ ſit ejus forma. ver. quid ſi aliquod verbum: cum ſequentibus per Hoſti. in ſũma.* Formæ namque verborum nihil addendum, vel detrahendum eſt. *de conſe. di. 4. firmiſſimè. et c. de Arrianis.* ſecundùm *Hoſti. in loco præal. et concor. Inno. et Fo. An. de Baptiſmo. c. 1. glo. 2.* Ubi tamen verba ſubſtantialia formæ Baptiſmi mutantur in aliud idioma, ita tamen quòd ſit idem modus ſignificandi & eadem ſignificatio: talis mutatio non obeſt. Nã forma realis potius attendenda eſt, quàm verbalis. *de conſe. di. 3. retulerunt. et in hoc concor. Hoſti. in ſumma. dicto §. quæ ſit ejus forma. ad ſi. et Fo. An. de Baptiſmo. c. 1.* & idem eſt ubi talis eſt mutatio verborum, ex qua non mutatur vera ſignificatio formæ. *Ut patet in d. c. retulerunt.* Quòd ſi in prolatione verborum fiat aliqua diſcontinuatio, ſive interpoſitio modica; ut puta ratione tuſſis vel reſpirationis, aut alterius impedimenti hujuſmodi, non nocet. *arg. C. de teſta. cum antiquitas.* Secus ſi ſit magna, talis ſc. quæ actum evidenter diſcontinuat. Nam tunc nocet ſecundùm *Hoſti. §. præal. verſ. quid ſi in prolatione.* Ex parte Elementi requiritur aqua naturalis. Unde in ſaliva, vel in vino, aut alio liquore non tenet Baptiſmus: & idẽ ſecundùm *Hoſti.* ſi liquor alius aquæ ſit admixtus, prout ipſe *Hoſti.* notat, *dicto §. quæ ſit ejus forma. verſ. quid ſi alius liquor.* Aliqui tamen diſtinguunt, an major pars ſit de aqua, ut tunc ſit Baptizatus; ſecus ſi minor pars ſit de aqua. *no. per Fo. de conſe. di. 4. c. Baptiſmi vicem. verſ. neceſſitatis. et per Goffre. in ſumma de Baptiſ. § item quid ſi aquæ. Sanctus Tho.* dicit, quòd ſi ex mixtura definit ſpecies aquæ, tũc in tali liquore factus Baptiſmus nõ tenet; ſecus ſi maneat ſpecies aquæ. Unde in aqua maris, itẽ lixivio, & in aquis ſulphureis, & in aliis aquis, quæ ex terra, per quas tranſeunt, immutantur, poteſt fieri Baptiſmus: non tamen in aqua quæ ratione luti admixti deſinit habere puritatẽ ſuam. Sic nec in brodio pinguium carniũ, cervisia, vel urina, aut aqua quam faciunt Alchymiſtæ ad miſcenda metalla, nec in aqua roſacea, aut alia artificiali quacunque poteſt fieri Baptiſmus ſecundùm *Thomam* & alios Theologos, prout *no. Fo. in ſumma con. ti. de Sacramentis iterandis vel non. Rub. de Baptiſmo. q. 23.* Ego verò, ſi Puerum in tali aqua permixta contingeret forſan Baptizari, conſulerem, ut Rebaptizaretur, ſicut fieret, ubi dubium eſt de Baptiſmo, viz. hoc modo *Si es Baptizatus, ego te non Rebaptizo: ſed ſi nondum es Baptizatus, ego Baptizo te in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Iſte modus in caſu dubii probatur *extra. de Baptiſmo. c. 2.* Scire etiam debes, quòd ſi unus proferat verba, alius verò Baptizat, non tenet Baptiſmus ſecundùm *Inno. & de Baptiſmo. c. debitum.* Requiritur itaq; quòd ille qui profeba ipſum Baptizandum immergat, vel aliud faciat æquivalens, ſ. cum aqua aſpergat; & videtur caſus in *c. 1. ex. de Baptiſmo.* Ideſt unus ſimul plures Baptizare, ſicut patet *de conſe. di. 4. c. propyca medium. §. hoc autẽ* hoc verum, dummodo dent omnes Baptizare. tamen fieri non debet magna neceſſitate ſecundùm *Tho. in ult. parte ſupra. 67. ar. 6.* Ex prædictis ligere potes in quibus, quando Baptiſmus legitime factus, quando, quantum eſt ad materi præſentis tutus ſuper ꝫ dicam Deo dante *infrà e Baptiſmo & ejus effectu.*

Unus ſimul poteſt plures Baptizare.

d *Audeant.* Hæc dictio innuit arrogantiam ſive tæritatem. *concor. in ſimili C. unde vi. ſi quis in tantùm. de ſul. vi. l. pergit audacia. de cenſibus. c. exigit. li. 6.* dicitur itaq; *Audacia* i malo, quando ſit aliquid contra Jus, ut notatur *8. q. 1. audax. g. o. 1. per Archi. & de his qui vi metuſve. cauſ. ſi. c. unico. ver. audacii.* ꝺ per eundem. Sed melius *di. c. exigit. verſ. audaciam. per eundem.* ꝛ in locis prædictis videre poteris quomodo ſumitur quandoque in ſo.

Audacia et in bono et in malo ſumitur.

e *Iterare.* Semel enim Baptizatus non debet baptizari. Quòd ſi fiat, Rebaptizans graviter punietur, & eſt pœna undùm leges ultimum ſupplicium. *C. ne ſanctum Baptiſma itere. l.* 2. & hoc verum ubi conſtat de Baptiſmo præcedenti perfecte ctꝰ, viz. tam Baptizante quàm Baptizato. Secundùm Canones ys ſi talis Clericus ſit, deponi debet. *de conſe. di. 4. cos. & c. qui bis.* icus verò excõmunicari debet, & nec talis poterit ordinari. *51. diſt. in aliquo. 1. q. 7. qui in qualibet.* niſi diſpenſatione præhabita. Et ꝛc verum, ſi factum ſit publicum; ſecus ſi ſit occultũ: nam tunc pera pœnitentiã poteſt promoveri ſine diſpenſatione, ut *no. per Ber. et iſti. de Apoſtatis. c. ex Literarũ.* Et ſciendũ, quòd ubi ſcienter ſit itetio Baptiſmi prius legitimè facti, tam Rebaptizãs quàm Rebaptizatus ſifficitur Irregularis, ut *no. d. c. ex Literarum. et in præal. Canone. ci in aliquo per Archi. verſ. Rebaptizari*, Et idem notatur *de conſe. 04. qui bis. glo. 1. Si* verò non conſtat utriq; ſed alteri tantum, tunc ens punitur, ut *ſuprà dixi*, ignorans verò probabiliter excuſari deb. *C. de tẽpo. bul. l. generali. li. 10.* Sed ſi ejus ignorantia fuit craſſa, ſupina, debet puniri arbitrariè. *ar. extra. de offi. delegu. c. de cauſis ſ.* Ubi vero utrique dubium eſt, debet Baptizari ſub conditione ſecundum formam poſitam *extra. de Baptiſmo. c.* 2. de qua dix *ſupra e. verſ. legitimè factum. verſ. ego vero.* Sed tunc quæro quæ Baptiſmus legitime factus non debet reiterari? dic quòd ſex poſſunt aſſignari cauſæ. Una eſt, quia character, qui imprimitur, inſelebilis eſt, ſicut in confirmatione & in ordine, & cum quadam conſecratione datur: & ideo ſicut aliæ conſecrationes non reiterantur in Eccleſia; ſic nec Baptiſmus. Secunda cauſa eſt, quia originale peccatum, contra quod principaliter datur, non iteratur. Tertia eſt, quia Baptiſmus morti Chriſti aſſimilatur: nam in mortem Chriſti Baptizamur, per quam morimur peccato, & reſurgimus in novitate vitæ. Chriſtus autem ſemel tantum mortuus eſt, & ideo nec Baptiſmus debet iterari. Quarta eſt, quia per Baptiſmum fit univerſalis purgatio peccatorum. Unde ſi iterari poſſet, daretur hominibus itcentivum peccandi. Has quatuor rationes aſſignat *Tho. in ulti. parte ſummæ. q. 46. arti. 9.* Quinta ratio eſt, quia Baptiſmus eſt quædam ſpiritualis generatio. Unde ſicut generatio in utero non poteſt reiterari, ſic nec Baptiſmus, ut dicit *Aug. ſuper Fo. c. 3.* pro quo facit; quia ars imitatur naturam, in quantum poteſt. *Inſt. de adop. §. minorem.* Iſta enim generatio ſpiritualis carnali æquiparatur. *30. q. 3. ita diligere. C. de nup. l. ſi quis aluumam.* Sexta eſt, quia Baptizatus per Baptiſmum acquiritur Deo; & tranſit in dominium ejus. *de conſe. di. 4. poſtquam.* Unde ſi iterum Baptizaretur, ſequeretur nova & iterata ac multiplicata acquiſitio dominii, quod eſſe non poteſt: quia quod ſemel meum eſt, amplius ex eadem cauſa meum fieri non poteſt. *ff. de acqui. poſſ. l. 3. § ſi ex plurimis. de fide inſtru. c. inter dilectos. in fi.* Maxime tamen character, per quem acquiritur, ſit indelebilis. Unum tamen ſcias ſecundùm *Hoſtien. & Fo. An. de Baptiſmo. c. 1.* quòd ea quæ non fuerunt facta vel dicta per Laicum, vel alium non Presbyterum, qui in neceſſitate Baptizavit; per Presbyterum ſunt ſupplenda. ſicut ſunt cathezizatio, appoſitio ſalis, inunctio, cereus, ac omnia alia excepta immerſione. cum prolatione verborum: & hoc verum ubi tenet Baptiſmus, aliàs in dubio, dic ut in *cap. 2. extra. de Baptiſmo*, et ut ſuprà dixi.

Sex de cauſis Baptiſmus iterari nõ debet.

f *Ignorantia ſacerdotum & infrà.* Pars hujus eſt *ſuprà. de ſumma tri. & fi. catho. c. 4. & infrà. de offi. Archipresby. c.* 1. & dividitur in duas partes. In prima de ſacramentis Eccleſiæ recitat ea quæ ſunt neceſſitatis cum determinatione ſuper Sacramento Extremæ Unctionis. In ſecunda ibi, *ſunt & duo*, recitat Sacramenta quæ non ſunt neceſſitatis.

Diviſio.

g *Septem.* Quæ figurantur per ſeptem ſignacula, quibus fuit veteris

Teſtamenti

Testamenti Pagina sigillata. *Apoc.* 5. Item per 7 Tubas, quibus Angeli cecinerunt. *Apoc.* 8. Et per septem stellas, quas habuit similis filio hominis in dextera sua. *Apoc.* 1. Item per septem panes, quibus Dominus turbas satiavit. *Matth.* 15. Item per septem oculos super unum lapidem, *Zach.* 3. & per septem lucernas Tabernaculi superpositas candelabro. *Zach.* 4. Item per 7 circuitiones *Fericbuntii. Josue.* 6. Item per septem lotiones *Naaman* in *Jordane.* 4 *Reg.* 5. Hæc autem Sacramenta septē sunt, quæ disponunt ad septem virtutes habendas: nam Baptismus est Sacramentum fidei, Confirmatio spei, Eucharistia charitatis, Pœnitentia justitiæ, Extrema Unctio perseverantiæ, quæ est fortitudinis complementum, Ordo prudentiæ, Matrimonium temperantiæ. Unde & hæc septem Sacramenta ordinantur contra triplicem culpam, & contra quadruplicē pœnā. Baptismus enim ordinatur contra peccatū originale, Pœnitentia contra mortale, Extrema Unctio contra venialia, Ordo contra ignorantiam, Eucharistia contra malitiam, Confirmatio contra impotentiam, Matrimonium contra concupiscentiam, quam temperat & excusat secundùm *Tho. de veritate. li. 6. c. 4.*

a *Gratiæ.* Sic dicta, non quia in eis gratia substantialiter continetur, vel †casualiter efficiatur; cùm in sola anima habeat collocari, & à solo Deo infundi: sed quia in illis & per illa gratiam curationis à summo medico Christo oportet haurire, licèt non sit obligaverit potentiam suam Sacramentis, quinetiam per alias res gratiam suam conferre valeat secundùm *Tho.* Et nota, quòd Sacramenta habent semper significationem veritatis, sed non semper habent efficaciam curationis; quod non est per defectum ex parte ipsius Sacramenti, sed ex parte suscipientis, quia gratia nulli datur repugnanti & impugnanti fontem gratiæ. Unde Sacramenta non sanctificant, nisi accidentes digne, & absque omni fictione, secundùm *Tho. li. quo supra. c.* 3. dicit tamen, quòd nonnunquam virtute Sacramentorum fit aliquis de attrito contritus; ita quòd defectus dignitatis vel præparationis ex parte suscipientis suppletur virtute divinâ in Sacramentis, dummodo non accedat sciens in mortali peccato, vel in proposito peccandi: & hic vide quod dicam *infrà. prope finem. ver. gratiam.*

†*MS.* Causaliter.

b *Sacramenta.* Sic dicta secundùm *August.* quia sunt sacræ rei signa; sed hoc potiùs dicitur secundùm Etymologiam nominis vocabuli, quam juxta Definitionem, licèt *Petrus in scriptū super 4. sen. dist.* 1. videatur sic definire, dicens, quòd Sacramentum est sacræ rei signum. Sed *Aug. in li. de Doctrina Christiana*, dicit, quòd Sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma; vel aliter sic, secundùm eundem, Sacramentum est illud, in quo sub tegumento rerum visibilium divina virtus secretiùs operatur salutem. *Hugo de Sancto Victore* dicit, quòd Sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum ex institutione significans, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione aliqua invisibilem gratiam conferens; prout ista notat *Jo. in summa con. tit. de Sacramentis non iterandis. q.* 1. & hanc ultimam recitat *Astex. li.* 4. *tit.* 1. *in prin. Jo. in ma. extra. eod. tit. super Rubricam.* ponit duas Definitiones, viz. unam secundùm *Grego.* & *Aug.* quam tamen impugnat; aliam ponit secundùm *Abbatem*, & est ejusdem effectûs cum definitione, quam posuit *Hugo de Sancto Victore.* Et scias, secundùm *Jo. An. in loco præalle. ad finem.* quòd Sacramenta sunt institutra propter tria: Primum propter humiliationem; ut dum homo rebus sensibilibus & inferioribus se subjicit, reverenter ex hoc apud Deum ampliùs mereatur; ad quod facit 12. *q.* 3. *quid ergo.* Secundò propter eruditionem; ut per illud quod foris in specie visibili cernitur, ad cognoscendum invisibilem Sacramentorum virtutem erudiamur. *Extra. de Sacra Unctione. c. unico. in prin.* Tertiò propter exercitationem, ut vitetur otium. Ad hoc *extra. de renun. c. nisi cum pridem.* §. *verum.* & ista sumuntur *de Magistro. 4 sen. in prin.*

Definitio seu Etymologia Sacramenti.

Nota triplicem effectum Sacramentorum.

c *Dispensatores.* i. e. Distributores, sive Ministratores.

d *Prælati Ecclesiæ.* Hic vocantur Prælati nedum superiores, ut Episcopi; sed etiam inferiores, ut Archidiaconi, Presbyteri plebani, & Rectores Ecclesiarum: ad quod facit *de offi. ordi. c. cùm ab Ecclesiarum. de offi. deleg. c. si quando.* & notatur *de jure compe. c.* 1. *ver. latos. per Cardi. li.* 6. Unde quoad hanc Dispensationem †quilibet, qui præest curæ animarum, dicitur esse Prælatus, dummodo habeat potestatem Sacramenta dispensandi. Unde hic nota, quòd circa dispensationem Sacramentorum quædam respiciunt excellentiam dignitatis, ut Sacramentum Confirmationis & Ordinis, quæ duo conferuntur & dispensantur solùm per Episcopos. Unde in istis duobus quod dicit hic, *Prælati &c.* debet intelligi de Prælatis majoribus. Quædam sunt Sacramenta quæ respiciunt indigentiam necessitatis, ut Baptismus & Matrimonium, quorum unum regenerat, alterum verò generat; & horum dispensatio personis inferioribus conceditur, & maximè in articulo necessitatis: quod dico ratione Baptismi, ubi etiam Laicus potest conferre Sacramentum, ut patet *supra. eod. c.* 1. Quædam sunt Sacramenta quasi media, ut Eucharistia, Pœnitentia, & Extrema Unctio; & istorum dispensatio ad solos Sacerdotes pertinet, qui sunt quasi in medio inter Episcopos & minores personas constituti, secundùm *Tho. li.* 6. *de veritate. c. unico.* Scias tamen, quòd non omnis Sacerdos est idoneus dispensator horum Sacramentorum; nam Sacramentum Extremæ Unctionis vel Eucharistiæ Clericis aut Laicis ministrare, vel matrimonium solemnizare non debent Sacerdotes Religiosi absque Sacerdotis Parochialis licentia speciali; quòd si fecerint, ipso facto sunt excommunicati. *de privil. c.* 1. *in Cle.* De aliis etiam Presbyteris, qui non habent executionem Officii Sacerdotalis, intelligo, quod quamdiu remanet potestas eorum ligata, non sunt idonei ministri ad Sacramenta hujusmodi, quæ ad solos Presbyteros pertinent, administranda. Si tamen tales Sacraméta ministraverint, bene tenet collatio Sacramēti; quia Excommunicati, Simoniaci, Schismatici, †Depositi, Suspensi, vel Interdicti, vera conferunt Sacramenta, dummodo hoc faciant in forma Ecclesiæ, secundùm *Hosti.* qui hoc notat *de temp. ordi.* §. & *à quo. ver. hæc igitur.* Et dicit Beatus *Tho.* quòd Sacramenta ministrari possunt à bonis & à malis, & à fidelibus & infidelibus, infra Ecclesiam & extrà; quia si dispensari possent tantùm à bonis, nullus esset certus de susceptione Sacramenti, cùm nullus sit certus de bonitate Ministri, sicut nec de propria; & ita oporteret semper iterari, & malitia unius præjudicaret alienæ saluti.

†*MS.* Potestas.

e *Quorum.* sc. Septem Sacramentorum.

f *Quinque.* sc. Quæ immediatè sequuntur.

g *Debent recipi.* Ex necessitate, ut apparet ex illa dictione, *debent. Ar. de cele. Miss. c. ex parte.* Et sic hæc clausula innuit, quòd hæc quinq; Sacramenta sunt Sacramenta necessitatis: quod dic *ut no* importūt. *Archi.* 1. *q.* 1. *nondū.* qui dicit, quòd Sacramentorū quædam sunt generalia sive necessaria, alia sunt specialia sive voluntaria: Generalia dicuntur, quæ omnes contingunt, & omnibus conveniunt; & dicuntur necessaria, quia sine eis vix aut nunquā salus haberi potest, & sunt hæc quinq;, quæ hic in Textu recitantur. Scias tamen, quòd horum Baptismus proprièdicitur Sacramentū necessitatis, quia in quibuslibet, ut in pueris, nulla salus sine illo esse potest. *de conse. di.* 4. *sed nulla.* Sed pueris sine aliis potest esse salus. In adultis verò & discretis potest esse salus sine aliquo horum quinq; Sacramentorum; non dico spreto, sed non recepto: nam in adultis requiritur Baptismus interior vel exterior; item Confirmatio interior vel exterior; item perceptio Eucharistiæ corde vel ore; sic etiam adultis sine pœnitentia interiori vel exteriori; item sine Extrema Unctione interiùs vel exteriùs factā, salus esse non potest. Unde si in aliquo istorum Sacramentorum non posset adultus in forma Ecclesiæ recipere Sacramentum quoad actum extrinsecus ostendendum, sufficit si illud interiùs recipiat per veram fidem, quam habet in eodem Sacramento, ut patet ex præmissis: & his quæ dicta sunt concordant notata per *Bern. & Hosti. de transac. c. veniens. glo. prima.*

Debet, necessitatem importāt.

Sacramenta generalia.

h *Baptismus.* Istud Sacramentum est introeuntium, & dicitur Janua omnium Sacramentorum. 32. *di.* §. *verum. & c. ad hoc.* Et in necessitate potest à quocunque conferri, dummodo conferatur in forma Ecclesiæ. *de conse. di.* 4. *c. constat. & c. mulier. & c. in necessitate.* & notatur *de transac. c. veniens. per Ber. & alios.* & dixi *supra eo. c.* 1. *ver. legitimè factum.*

Baptismus omnium Sacramentorum Janua dicitur.

i *Confirmatio.* Istud est Sacramentum pugnantium, & datur ad robur. *de conse. dist.* 5. *c.* 1. & 2. & dixi *supra. ti. proxi. c. confirmationis. ver. confirmatur.*

k *Pœnitentia.* Istud est Sacramentum redeuntium. *de pœ. di.* 1. *c.* 2. & est de necessitate salutis omnibus peccato subjacentibus. In hoc enim Sacramento operatur virtus Passionis Christi per absolutionem Sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur ad destructionem peccati. Unde dicit *Aug. super Jo. Qui creavit te sine te, non justificabit te sine te.* Unde istud Sacramentum post peccatū est necessarium ad salutem, sicut medicatio corporalis, postquā homo in morbum periculosū inciderit, secundùm *Astex. li.* 5. *ti.* 2. *arti.* 4. Dico tamen, quòd licèt Laico posset quis confiteri in necessitate, ut per hoc appareat Ecclesiæ de sua contritione; non potest tamen Laicus absolvere vel ligare, cùm non habeat claves Ecclesiæ. *de offi. ordi. c. Pastoralis. glossa. quo casu. in fi. per Ber. & eo. c. per Hosti. & concor. Gess. de sepul. c. super Cathedram. ver. confessiones. in Cle.*

l *Eucharistia.* Istud est Sacramentū progredientiū, unde & Viaticū dicitur: 26. *q.* 6. *qui recedunt. & c. si quis de corpore.* & dicitur *Eucharistia*, ab εὖ quod est *bonum*, & χάρις quod est *gratia*, unde *Eucharistia*, i. e. bona gratia, vel gratiarum actio. Quid est enim melius, quid gratiosius, quam corpus & sanguis Christi, secundùm *Fanuensem*? Et istud Sacramentum, licèt non possit confici nisi per Sacerdotem, *de summa tri. c.* 1. §. *una.* potest tamen ministrari in necessitate per Diaconum. 93. *di. Diaconos.* ubi de hoc.

†*Al. addunt* Sacramentorum.

m *Suo tempore.* In quolibet viz. adulto ad minus semel in Pascha. *Extra. de pœ. & re. c. omnis utriusque.* Item secundùm aliquos Canones in Pentecoste, & in Natali Domini. *de conse. di.* 2. *seculares.* In infirmitate verò quoties de morte timetur: pro quo vide quod scripsi *supra. ti. proxi. c. confirmationis. ver. articulo mortis.* & vide etiā quod scripsi *supra. de summa Tri. & fi. Cathe. c. Altissimus. ver. Paschali tempore. & glo. sequen.*

n *Extrema Unctio.* De qua dixi *eo. tit. proxi. cum magna per totū.* & de tempore conferendi istud Sacramentū, & de ejus effectu patet *infrà in Textu.* Et istud Sacramentū dicitur exeuntium, quia cantùm exeuntibus de hac vita confertur, ut *infrà dicam.*

a *Quæ.* Scilicet Unctio Extrema.

b *Gravis infirmitatis.* Hic vide quod dixi *suprà ti. proxi. c. cum magna. ver. infirmatur.* Illud enim Sacramentum, eò quòd est medicina corporis & animæ adveniente morte conferri potest, & debet, si petatur. 95. *di. illud. & Extra. de offi. Archiepiſc. c. 2.* & vide quod dicam *infrà c. c. ſacrificium. ver. gravi infirmitate.*

c *Indiciis.* i. e. ſignis.

d *Appropinquare.* Sit apparet, quòd ſi ſit veriſimilis ſpes de convaleſcentia, non debet miniſtrari hoc Sacramentum: ubi tamen timetur de morte, non debet collatio ejus nimium differri; ut *infrà* patet ex textu.

e *Quibus.* Scil. *infirmis.*

f *Si fieri poteſt.* Hæc potentia conſiderari poteſt uno modo à parte juris; viz. ſi perſona ungenda ſit Catholicè diſpoſita ad Sacramentũ recipiendũ: pro quo vide quod dixi *ſuprà. ver. gratiæ.* vel poteſt conſiderari à parte facti, ut viz. ſi de facto nullũ rationabile impedimentũ occurrat; aut ex parte Sacerdotis hoc Sacramentũ miniſtraturi, vel aliàs ex parte infirmi illud recepturi.

g *Detur.* Sc. gratis; non vendatur, nec etiam præter eam Conſuetudinis, juxta quam forſan miniſtranti hoc Sacramentũ aliquid ſolebat dari, miniſtratio Sacramenti differatur. Sed poſtquam Sacramentum miniſtraverit, licitè poteſt exigi id quod conſuevit ſolvi à parte Conſuetudinis in eâ parte laudabilis. *de Sim. c. ad Apoſtolicam. cum ibi notatis.* & vide *in conſtitutione Othonis. Sacramenta. & ibi in ver. labe. per Joh. de Athо.*

M.S. addit ſecundùm Fanuenſem.

h *Compotes.* i.e. Senſu ſeu voto potentes; vel dic compotes mentis, i.e. ſanæ mentis: ſic aliàs dicitur in ſimili. *Extrà. de temp. ordi. c. vel non eſt compos.*

i *Et ſi contingat.* verſi.

k *Phreneſi.* i.e. rabie vel impedimento mentis, ſecundùm *Fanuenſ.*

l *Alienatione mentis.* Utputa inſaniâ, ſive furiâ; vel intellige de quacunque ſenſuum diſtractione ſeu turbatione, per quam impeditur rectus intellectus, ſive ſenſus ipſius infirmi.

m *Ante alienationem.* Scil. dum erat ſanæ mentis.

n *Salute.* Intelligas de ſalute animæ, quam præ omnibus debet inquirere homo; juxta illud *Matth. 6. Primò quærite regnum Dei, &c.* Eſt enim infirmitas animæ periculoſiſſima; quia tunc anima nullam habet potentiam reſiſtendi peccato: unde ad auxilium gratiæ eſt recurrendum, viz. ad Eccleſiæ Sacramenta, quæ inſtituta ſunt in medicinam humanæ generis: hæ autem medicinæ inventæ ſunt ad ſanandas infirmitates animæ, & ad adjuvandum virtutes. Omnis autem infirmitas Spiritualis, aut eſt culpæ, aut eſt pœnæ: Infirmitas culpæ eſt triplex, ſc. Originalis, contra quam eſt Baptiſmus; actualis mortalis, contra quam eſt Pœnitentia; actualis venialis, contra quam eſt Extrema Unctio. Infirmitas pœnæ eſt quadruplex, ſc. ignorantia, contra quam eſt Ordo; impotentia, contra quam eſt Confirmatio; malitia, contra quam eſt Euchariſtia; concupiſcentia, contra quam eſt Matrimonium. Et ad adjuvandum virtutes hæ medicinæ operantur, ut dixi *ſupra. eod. ver. ſeptem.* meritò itaq; recurrendum eſt animæ infirmæ ad has medicinas: & hoc eſt quod intendit hic Textus, dum dicit, *de ſalute ſuâ ſolliciti*, viz. quia primò recurrebat infirmus ad ſacramentum Pœnitentiæ, quia confeſſus eſt, vel cum contritione prævia voluit confiteri; ſed alienatione mentis præpeditus hoc facere non potuit.

Infirmitas animæ periculoſa.

Infirmitas Spiritualis duplex.

o *Conſulimus.* Non ponit hoc per modum præcepti, ſed conſilii: unde hoc facere vel non facere remanebit in arbitrio & diſcretione Sacerdotis. 14. *q. 1. c. quiſquis. & c. quod præcipitur.* Expedit tamen quòd quis conſilio ſapientũ ſe conformet. 84. *di. c. 1.* Et licèt conſilii perfectionis non teneatur quis ſequi, tamen conſilium reverentiæ ſequi tenetur. *nota per Ber. de ætа. & qualі. c. ad aures. gloſſa. ſi.*

p *Nihilominus.* i.e. non obſtante phreneſi vel mentis alienatione.

q *Hoc Sacramentum.* Sc. Extremæ Unctionis.

r *Fiducialiter.* i. e. confidenter, & ſine timore.

s *Credimus enim.* verſi. & dic *credimus*, i. e. in mente conſideramus, vel ad hoc animum inclinamus; vel *credimus*, i. e. opinamur, ſive præſumimus. *Extra. de præſumpt. c. quoſdam.*

t *Experimentis.* i.e. probationibus; expertis enim credendum eſt, quia rem certiùs noverunt. *ff. de leg. 2. Legatis ſervis. § ornatricibus.* & facit C. *de judiciis. l. certi juris.* Et circa hoc vide notata per *Cardi. in c. quamſit. ver. experientia. de elect. li. 6.*

u *Prædeſtinationis.* Eſt enim Prædeſtinatio, præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, ſecundùm *Fanuenſem.* Et nota, quòd Prædeſtinatio tantùm in bono ſumitur, ſcil. de bonis ſalvandis; ſed Præſcientia communiter de bonis & malis. Eſt etiam Prædeſtinatio, ſecundùm *Aug.* gratiæ præparatio, quâ ab æterno Deus homini bono & cunctis bonis, quos præſcivit conformes fieri imaginis filii ſui, bona ſine meritis præparavit; & intelligas bona, i.e. gratiam, non autè vitam æternam: quia illa ex labore & meritis acquiritur. 32. *q. 4. obtineri. & no. de pæ. diſ. 4. ſi ex bono. per Archi.* Idem tamen *Archidiac. in dicto c. obtineri.* dicit, quòd licèt Prædeſtinatio ſit propriè tantùm de bonis prædictis, tamen quandoq; extenditur ad bona aliâ quæcunque, & ſic ſumitur pro diſpoſitione: aliquandò etiam extenditur ad mala, ſecundùm *Ambroſium*, qui dicit, Quos præſcivit Deus aliter miniſtrari. f Credimus enim, & t experimentis didicimus quantumcunque Phrenetico (ſi tamẽ ſit u Prædeſtinationis filius) ipſius ſuſceptionẽ vel ad habendũ x dilucidũ intervallũ, vel ſaltem ad y ſpirituale commodum, z utpote ad a augmentum gratiæ, profuturam. b Sunt &c c alia duo Sacramenta, ſcil. d Ordo, & e Matrimoniũ; f quorũ g primũ h perfectis convenit, hanc vitam in peccato terminaturos, prædeſtinavit ſupplicio indeterminabili puniendos. Aliquando plus extenditur, ut ſumatur pro ſcientia: unde dicit *Aug.* Quæcunq; ſcit Deus, prædeſtinavit; & ſecundùm hoc mali dicuntur prædeſtinati, impropriè tamen; quia, ut dixi, propriè & per ſe dicitur tantùm de bonis, ſed ex aliquo adjecto extenditur: unde ſoli electi dicuntur Prædeſtinati; & in malis ſola Præſcientia Dei intelligenda eſt, & ſoli reprobi dicuntur præſciti ſecundùm eum; ibi videas. Et pro hac materia videas ea quæ leguntur 23. *q. 4. vaſis iræ. et ibi ver. prædeſtinatio. per Archi.* & ſi vis plura videre circa hanc materiam Prædeſtinationis, vide notata per *Fo. in coll. de ſumа Trini. & fide Catho. c. 1 ver. eſt etiam ſciendum.* ibi vide quaſi per duo folia.

Prædeſtinatio & Præſcientia differunt.

x *Dilucidum intervallum.* i.e. clarum ſpatium temporum, Grammaticaliter loquendo. Eſt enim *dilucidum* idem quod clarum: *intervallum* dicitur idem quod temporis ſpatium, ſecundùm *Fanuenſem.* Unde *dilucidum intervallum* dicitur, illud ſpatium temporis quo furioſus amens & inſaniens, ſive mente captus, ſeu aliàs phreneticus, de quo hic loquitur, clarum ſenſum habet ad rationabiliter loquendũ & intelligendũ. C. *qui teſtamenta facere poſſunt. l. furioſi.* *Dilucidi intervalli.*

y *Spirituale commodũ.* De hoc commodo ſtatim exemplificat *ibi.*

z *Utpote.* Secundùm *Fanuenſem*, *utpote* idem eſt quod *antequàm*: ſed iſte ſenſus non convenit huic literæ, ſed melius dixiſſet † *puta*, quod idem eſt quod, *verbi gratiâ*, *vel ſicut*, ſecundùm eundem: vel dic quòd *utpote* hic eſt Conjunctio expoſitiva, & ſic idem ſignificat quod *utputa.* *M.S. Ut puta.*

a *Augmentum gratiæ.* ſc. Precibus receptæ in collatione aliorum Sacramentorum neceſſariorum ad ſalutem, viz. Baptiſmi, Confirmationis, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ; poſt quæ Sacramenta iſtud tanquam ultimum conferri debet, ut *ſuprà dixi. ver. extrema Unctio.* & vide quòd dicam *infrà. ver. proxi. ver. gratiam.*

b *Sunt & duo.* Secunda pars.

c *Alia duo Sacramenta.* ſc. à quinque prædictis.

d *Ordo.* Iſtud eſt unum de duobus ſequentibus, & ſextum in numero, aliàs connumeratis præcedentibus: & nota quòd Ordo, prout eſt Sacramentum Eccleſiæ ut hic, eſt ſignaculum quoddam per quod *Spiritualis* poteſtas traditur Ordinato, ſecundùm *Fanuenſem.* Secundùm *Thomam* iſtud Sacramentum pertinet ad generationẽ Spiritualem. Matrimonium verò, de quo ſequitur, pertinet ad generationem carnalem: & iſtud Sacramentum non convenit omnibus, ſicut nec Matrimonium, de quo ſequitur: & hæc duo Sacramenta dicuntur voluntaria, quia cum eis, & ſine eis ſalus eſſe poteſt: & iſtud Sacramentum, ſc. Ordinis, dicitur Sacramentum dignitatis, quia à dignioribus, id eſt, ſolis Epiſcopis confertur, vel quia non niſi dignis conferri debet. *de ætа. & qualі. c. cum ſit ars.* & per iſtud Sacramentum Eccleſia regitur, & per iſtud habentur alia Sacramenta. *Ordo.*

e *Matrimonium.* Iſtud eſt ſeptimũ de Sacramentis prædictis, & non convenit omnibus ſicut nec Ordo, & ideo dicitur voluntarium, quia iſtud Sacramentum ſubitè ſimpliciter nemo compellitur invitus, ſicut nec recipere Sacramentum Ordinis, ſecundùm *Hoſtі. extra. eod. tit. §. quot ſunt ſpecies. ad fi. in ſumma.*

f *Quorum.* ſc. Sacramentorum. g. *Primum.* Scilicet Ordo.

h *Perfectis.* i.e. his qui omiſſis temporalibus rebus, divinis inſiſtere cupiunt. Et nota, quòd *perfectus* dicitur quandoq; ex ſecuritate ſummæ virtutis & conſcientiæ, quando nullius ſc. peccati venialis vel mortalis ſibi conſcius eſt; imò ita ſecurus eſt, quòd ſi ſtatim moreretur, evolaret; & talis habet vitam in patientiâ, & mortem in deſiderio. Dicitur etiam *perfectus* habitu, & abrenunciatione propriі, ut Religioſi; & hæc perfectio eſt conſilii, non præcepti; quandoq; quis dicitur perfectus ratione ſufficientiæ, ſecundùm quod omnis bonus eſt perfectus. Item comparationis, ſecundùm quod omnes Clerici debent eſſe perfecti comparatione Laicorum, & ſic loquitur hic. Et nota quòd eſt perfectio Prælatorum, cujus ſignum eſt ponere animam pro ovibus. *de pæ. diſt. 5. ſtatuit nonnunquam.* Item contemplativorum, cujus ſignum eſt relinquere omnia, & continenter vivere. 12. *q. 1. duo perfectі ſunt.* & de tali perfectione loquitur hic; nam ad Clericos tanquam perfectos pertinet temporalia contemnere, nihil præter Chriſtum quærere. *ead. q. c. Clericus.* Item contraliter orationi & contemplationi intendere. *dicto c. duo ſunt.* Debent etiam injurias patienter tolerare. 14. *q. 1. quod debet.* & de hoc videas *no. per Archi. 14. q. 1. c. 1 in prin.* Tales namque qui totum ſuum ſtudium deputant ad vacandum Deo & rebus divinis, prætermiſſis aliis, niſi quantum neceſſitas præſentis vitæ *Perfectus.* *Nota de effectibus perfectionis.* *Perfectі, & qui non dicantur perfectі.*

vitæ requirit, perfecti dicuntur perfectione charitatis, quæ est possibilis in hac vitâ, sed hæc perfectio non est communis omnibus; unde respectu talium, hi qui sunt conjugati & possessionibus vacant, terras colunt, & temporalibus sese immiscent, quales sunt Laici, ut legitur dicto *c. duo sunt*, dici possunt imperfecti, ut *infrà* dicitur.

a *Secundum.* Sc. de dictis duobus Sacramentis.

b *Novi Testamenti.* i. e. Promissionis æternorum, quæ promissio facta est per Christum; & dicitur *Novum* ad differentiam Veteris, in quo promittebátur transitoria & terrena. *de cele. Miss. c. cum Marthæ. §. cæterum.*

c *Imperfectis.* sc. Laicis, qui respectu Clericorum dicuntur imperfecti, ut notavi *supra ver. perfectis.* vel dic *imperfectis*, i.e. hi qui contemplationi & orationi cum proposito castitatis vacare non cupiunt, sed potiùs rerum temporalium sollicitudini, & prolis generationi insistere concupiscunt; talibus namque solis Novi Testamenti tempore convenit Sacramentum Matrimonii.

Et nota, quòd hoc ideo dicit, quia in novo Testamento Clericis, saltem in Ordinibus sacris existentibus, non convenit Sacramentum matrimonii: imò si matrimonium contraxerint, de facto non tenet, sed ex hoc ipso jure sunt excommunicati. *de consang. & affi. c. unico. in Cle.* Imò nec tales conjugati possunt ordinari, sic ut post sacrum Ordinem susceptum uxoribus sicut priùs adhæreant. *Extra. de Cle. conjuga. c. 2.* & hoc verum est apud Latinos in Ecclesia Occidentali; secus tamen est apud Græcos in Orientali, qui licèt in sacris Ordinibus constituti non contrahunt, utuntur tamen matrimonio prius in minoribus Ordinibus contracto. *de Cleri. conjug. c. cum olim.* Et hic colligere potes ex hoc quod dicit, *Sacramentum convenire solis imperfectis*, quòd constituti in minoribus Ordinibus numerantur inter imperfectos: nam & hi matrimonium contrahere possunt. 32. *di. si quis eorum. et d. c. cum olim.* Et hoc verum intelligo statim quando propositum perfectionis assumptæ dereliquerunt, alias verò manente eodem proposito, inter perfectos numerari poterunt.

d *Ipsum.* sc. Sacramentum Matrimonii.

e *Vi Sacramenti.* De cujus naturâ est, ut gratiam conferat, ut dicam *infra. ver. gratiam.*

f *Credimus.* Opinando dicit, non definiendo: animum tamen suum magis ad illam partem applicando sive inclinando. Et consimile habes *supra cod. ver. credimus enim.*

g *Gratiam.* De natura enim Sacramenti est ut conferat gratiam, 75. *dist. §. 1. & c. 1. & c. quod à pluribus. 1. q. 1. multi.* & dixi *supra. ver. gratiæ.* In sacramento tamen Matrimonii volunt aliqui, quòd non conferatur grátia, tũ quia pecuniâ mediante contrahitur, 30. *q. 5. alii ter.* tum quia infidelibus convenit, *de Divortiis, quanto*, quibus certũ est gratiam non dari. *1. q. 1. multi. & c. si quis inquit.* Theologi tamen dicunt, quòd si fideles vacent orationibus, & eâ intentione, quâ debent contrahunt, & aliàs ad recipiendum gratiam sic habilitent, aliqua datur gratia in Sacramento Matrimonii nam citiùs Deus eis dat prolem, fortiores redduntur ad fidem invicem servandi, magis abundant in temporalibus, & diutiùs & consolatiùs vivunt: pro quorum opinione facit Historia *Tobiæ 6. & 7.* Et eorũ opinioni consentit *Jo. An. extra. de sacrâ Unct. c. unico §. 1. vers. sacramentis*, qui dicit, quòd in Matrimonio confertur gratia contra triplicé inordinationé concupiscentiæ. Concupiscentia enim inclinat ad multas mulieres; sed per gratiam Sacramenti homo adhæret uni soli & conjugi, & inde oritur bonum fidei. Concupiscentia etiam inclinat ad solã delectationé, sed gratia Sacramenti inclinat ad prolis procreationé, & inde oritur bonum prolis. Concupiscentia etiã post impletionem generis fastidium, quia luxuriosus post libidinem explerã quærit aliã: sed in Matrimonio datur gratia, quòd semper velit esse cum una, sic ut non separentur, & sic oritur bonum Sacramenti. Nec obstat secundum eum quòd Matrimonium contrahitur pecuniâ mediante, quia illud toleratur propter onera Matrimonii. *ar. in ea quæ legitur. & no. de usuris. c. salubriter.* & quia potiùs ordinatur ad carnalitatem, sc. prolis procreationé, quàm ad spiritualitatem: si autem pro Benedictione reciperetur pretium, esset Simonia. *de Simo. c. cùm in Ecclesia.* Ad id quod dicitur de infidelibus, quibus illud Sacramentũ est commune, quòd eis non datur gratia; dicit quòd id non est ex defectu Sacramenti, sed ex inhabilitate ipsorum; ac si existens in mortali peccato reciperet Eucharistiam, vel fictus vel conditionaliter coactus recipiat Baptismum. *hæc Jo. An. in lo. præallt.*

h *Sincero animo.* sc. Propter ipsa bona Matrimonii, de quibus dixi *in glossa proxi.* non causâ lucri temporalis tantũ, vel libidinis explendæ tantùm: dic *sincero*, i.e. puro animo sive mundo, secundum *Innocentem.* Unde si Vir & Mulier contrahant adinvicem sub ea conditione, quòd non habeant prolem ex tali contractu, non fit Matrimonium, quia totaliter deficit bonum prolis. Item si contrahant eo animo ut non servent sibi fidem mutuæ servitutis, i. e. ut non commisceantur, impeditur Matrimonium, quia in hoc deficit bonum fidei. Item si contrahant eo animo ut quandocunque in vita eorum, viz. post aliquod tempus ab invicem separentur, impeditur Matrimonium, quia deficit Sacramentum secundùm *Hug.* quem sic recitat *Archi. 27. q. 2. omne bonum.* & facit ad præmissa id quod legitur & *no. extra de condi. appo. c. fi. in fi.*

De filiis Presbyterorum.

Rectorũ & Presbyterorũ filii, quia paternorũ Beneficiorum per immediatam successionem capaces non sunt, ab illis, si occupaverint, repellantur.

Johannes Peccham.

i CUM à jure k sit inhibitum, nè absque l dispensatione Apostolicâ præficiantur filii m Rectorum aut Presbyterorum in Ecclesiis, in quibus patres eorũ n immediatè seu o proximò p ministrárũt; q ministrent, & ipsi ad ea r admittantur, ut ipsa Beneficia s quasi hæreditariè possessa, ad filios non transeant, nec ipsi filii t Beneficia, quæ patres eorum immediatè obtinuerunt, valeant obtinere, nisi u aliàs habiles & idonei fuerint, & ad ea per Ordinarium loci x canonicè assumpti, Nos volentes hujusmodi abusum y radicitus amputare, ac z Ecclesias à tali servitute, quantùm cum Deo possumus, liberare, præsenti Constitutione sancimus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, vel alius Ordinarius Beneficia Ecclesiastica, quæ per Rectores vel Presbyteros Ecclesiarum, in quibus ipsi Beneficia obtinent, immediatè vacant, filiis eorundem Rectorum vel Presbyterorum, qui tempore vacationis hujusmodi in Ecclesiis, in quibus Beneficia vacant, Rectores vel Presbyteri fuerunt, conferre, seu de eis providere, aut ea per electionem, præsentationem, seu quamcunque aliam viam, quæ ad collationem, seu provisionem Ordinarii pertinet, assignare præsumat, nisi aliàs habiles & idonei fuerint, & ad ea per Ordinarium loci canonicè assumpti. Quod si contra hujusmodi Constitutionem nostram à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorantiâ crassâ, aut supinâ, vel affectatâ, quod absit, præsumptum fuerit, irritum & inane decernimus, & nullius firmitatis existere, nec ullum jus Beneficiis hujusmodi acquirere, sed ea vacare, & ad collationem, seu provisionem Ordinarii pertinere, ac si hujusmodi filii ad ea nullatenus assumpti fuissent.

a *Secundum verò.* Hic incipit secunda pars principalis, in qua Rector ordinat circa filios Presbyterorum non promovendos ad Beneficia, in quibus patres eorum immediatè ministraverunt: in secunda mandat sive præcipit tria, & quarto subnectit rationem mandati sive præcepti. Primo præcipit per Prælatos super priùs ordinatis diligentem inquisitionem fieri. Secundo ibi, *Et juxta*, mandat quòd juxta comperta in inquisitione fiat super ipsis compertis Ordinatio secundùm Juris exigentiam. Tertio ibi, *Cautius*, hortatur ad bonam cautelam in futurum. Quarto ibi, *Ne contra*, subjicit rationem priùs dictorum.

b *Novi Testamenti tempore solis convenit.* Quæstio. Cùm à jure. Dividitur in duas partes principales: secunda ibi, *Præcipimus.* In prima recitat id quod priùs ordinatum est circa filios Presbyterorum non promovendos ad Beneficia, in quibus patres eorum immediatè ministraverunt: in secunda mandat sive præcipit tria, & quarto subnectit rationem mandati sive præcepti. Primo præcipit per Prælatos super priùs ordinatis diligentem inquisitionem fieri. Secundo ibi, *Et juxta*, mandat quòd juxta comperta in inquisitione fiat super ipsis compertis Ordinatio secundùm Juris exigentiam. Tertio ibi, *Cautius*, hortatur ad bonam cautelam in futurum. Quarto ibi, *Ne contra*, subjicit rationem priùs dictorum.

c *Imperfectis.* Quæstio.

d *Ipsum.* Quæstio.

e *Vi Sacramenti.* Quæstio.

f *Credimus.* Quæstio.

g *Gratiam.* Quæstio.

Nota de bonis Sacramento Matrimonii collatis.

h *Sincero animo.* Quæstio.

i CUM à jure. Quæstio.

k *Sit inhibitum.* sc. Prout sequitur in Textu, & de hac inhibitione habes *extra. eo. tit. c. 2. et c. 3. et 4. & quasi per totum.*

l *Dispensatione Apostolicâ. extra. eo. tit. c. penul. & ult.* pro isto tamen vide quod dicam *infra. ver. ministrárũt.*

m *Rectorum.* Etiamsi Rectores ipsi non sint Presbyteri, ut differat ab hoc quod sequitur, *Presbyterorum.* & ad hoc facit *extra. eod tit. c. ex tua. ibi Sacerdotum vel Clericorum.*

n *Immediatè.* i. e. Nulli personæ intermedia ibi ministrante, nam persona media purgaret vitium. *extra. eo. ti. c. ex transmissa.*

o *Proximo.* Expositio est ejus quod dixit *immediatè.*

p *Ministrárunt.* Hic advertе, quòd illud quod hic dicitur, sc. quòd *filius Rectoris sive Presbyteri non potest promoveri in Ecclesia, in qua pater ejus proximè ministravit absque Apostolica dispensatione*, potest intelligi diversimode: potest enim intelligi, quòd non potest intitulari in eadem Ecclesia, sc. in eodem Beneficio sine Titulo; potest etiam intelligi in eadem Ecclesia, i. e. in alio Beneficio sine Titulo, quòd in eadem Ecclesia sine diversa Beneficia. Potest etiam intelligi de filio talis Rectoris sive Sacerdotis legitimo, & etiam de illegitimo. Potest etiam intelligi id quod dicitur de *filio Sacerdotis*, tam de Sacerdote beneficiato quàm non beneficiato, viz. de Sacerdote Parochiali. Pro cujus materiæ pleniori declaratione, nota, quod hæc prohibitio locum non habet in filiis Presbyterorũ, qui ministrant in Ecclesia, ut Vicarius temporalis, qualis est Sacerdos Parochialis, vel alius Capellanus, ibi ministrans sine titulo perpetuo. *extra. e. tit. c. constitutus.* In eo tamen qui Beneficium obtinuit per modum Tituli, locũ habet, ut viz. distinguatur ut sequitur, sc. inter eum qui ministravit de præterito in eadẽ Ecclesia per viã Tituli perpetui; & tunc hoc casu, si ille filius fuerit illegitimus, quia per talẽ beneficiatũ extra Matrimonium genitus est, dic quòd in eadem Ecclesia potest obtinere Beneficium simplex etiam ex dispensatione Episcopi, illud sc. illud quod pater suus priùs non habuit; non tamen dignitatem personatum vel Beneficiũ curatum sine dispensatione Papæ. *extra. eo. ti. c. 1. & 6.* Sed si pater ejus præfentialiter in Ecclesia ipsa per viã Tituli perpetui ministravit, vel Beneficiatus extitit, absq; dispensatione Papæ, in eadem Ecclesia promoveri non potest, etiamsi Religiosus existat. *extra. e. ti. c. cum dilectus. & no. per Ber. e. ti. c. ad abolendam. & per Hostien. post cum. & per Ray. in summa. e. ti. §. quid de legitimis. & per Hostien. in summa. e. ti. §. qui filii. ver. quinimo.* Ecclesiam verò, quam pater suus priùs obtinuit, sive aliud Beneficium Ecclesiasticum cujuscunque dignitatemve seu Personatum, absq; dispensatione Papæ obtinere non potest, nisi in Beneficio eodẽ media persona intervenerit: simplex quoq; Beneficium, quod immediatè obtinuit pater suus, obtinere non potest sine dispensatione Papæ. *extra. e. ti. c. penul.* Et est ratio, quia in isto casu est duplex impedimentum, sc. quia illegitimus, & quia filius Sacerdotis, quod quidem duplex impedimentum plus impedit quàm unum. *Host. Syl. 3. §. si Matthæus. de consanguineis. & ute. fra. ad fi. tit. 9. ca. ti. c. 16. & no. ibi de leg. §. nunc ostendendũ. ver. 63. per Specu. & per Card. e. ti. c. 1. ver. nihilõ. li. 6.* Unum tamen nota, quòd si pater fuerit vel est Rector alicujus Ecclesiæ, filius suus non potest esse Vicarius in eadẽ perpetuus; nec è contrà, nisi priùs illud Beneficium, quod in eadem habebat pater, obtinuerit alia media persona. *extra. eo. Michael.* Sed cùm prædicta locum habeant in illis, quid dicemus de filio legitimo, viz. de eo qui natus est de uxore legitima ante susceptionem sacrorum Ordinum? Dic quòd in Ecclesia, ubi pater non fuit nec est Beneficiarius, potest Beneficiari sine dispensatione. *ar. ad hoc de præsump. dudũ. & extra. eo. ti. c. cum decorem. et c. ad abolendã.* In Ecclesia verò, ubi pater suus est Beneficiatus, potest obtinere Beneficium, dummodo idem Beneficium immediatè non occupaverit pater suus. *extra. eo. ti. c. ad hæc. ubi sic no per Hostien.* & idem dicit *Hostien.* in Ecclesia ubi pater suus non est sed fuit Beneficiatus; si tamen in illa Ecclesia non sit certus numerus Beneficiorum. *ar. extra de Præbend. c. dilecto.* Si verò sit ibi certus numerus Beneficiorum, tunc Beneficium, quod erat patris sui, si persona media intervenerit, habere

Nota de filio Presbyteri.

MS. add. in eadem Ecclesia.

Quæstio.

Quæstio.

potest,

poteſt. *ut dicta c. ex tranſmiſſa.* Etiamſi frater ſuus diſpenſative fuerit illa media perſona, ſecundùm *Hoſti. in ſumma hujus ti. §. qui filii. verſi. quid ſi filius.* Et idem dic ſi media perſona non intervenerit, ſecundùm *Hoſti. extra. eo. ti. c. ex parte*, ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi; & idem tenet *in ſumma eo. ti. §. quis poſſit diſpenſare. verſi. ſecunda verò.* & idem *Tancred. & Jo. An. in d. c. ex parte. & Ray. in ſumma hujus ti. & Joh. in ſumma confeſſ. eo. tit. q. 5. & Tan. & Goff. extra. de elect. c. innotuit. & Jo. An. & Archi. eo. ti. c. 2. ver. diſpenſa. li. 6. & nota. e. ti. per Henricum. c. ſi.* quia in tali filio legitimo & [a] conſtet ipſa Beneficia [b] vacare, ſi [c] contrarium de facto fuerit attentatũ: [d] Præcipimus ut [e] Prælati de Eccleſiis ſic vacantibus diligenter [f] inquirant, & juxta [g] juris exigentiam de eis [h] non differant Ordinare.

[i] Cautiùs præcaventes de [k] cætero [l] nè tales ad [m] hujuſmodi Beneficia [n] ullo titulo admittant, [o] nè contra [p] juſtitiam [q] hæreditati Crucifixi per [r] ſurreptionem locus [s] ſucceſſioni pateat.

non eſt niſi unũ impedimentũ, ſc. quia eſt filius Sacerdotis, quod non nocebit tantùm ſicut duo impedimenta. *de Præben. c. ſi cui. §. ſi verò, li. 6.* Aliud verò Beneficium in eadem Eccleſia, quod non habuit pater ſuus, bene poteſt habere. *Extra. eo. ti. c. ad extirpandas à contrario. & de Præſump. c. dudum.* Fallit tamen in caſu, *c. Michael.* quia ſi pater ſuus fuit Rector, talis filius non poteſt eſſe Vicarius, vel è contrà, ut ibi, abſque Diſpenſatione. Sed tunc quæro, nunquid filius Sacerdotis ex uxore legitimâ genitus in Sacerdotio vel in ſacris Ordinibus, cenſeri debet legitimus vel illegitimus? Dic quòd ſi fuit conceptus ante ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, cenſebitur legitimus. *Extra. qui filii ſint legitimi. c. 2. ff. de Ha. li. l. qui in utero.* & notatur per *Hoſti. & Jo. An. extra. eo. c. literas.* Si verò fuit conceptus poſt ſuſceptionem Sacrorum Ordinum, tunc, ſi pater fuit ordinatus, ignorante uxore, vel invitâ, talis filius erit legitimus. 27. *di. ſi vir. de conver. conjuga. c. quidem. & c. placet.* Secus, ſi uxore conſentiente. 77. *di. Epiſcopus benedictionem.* 32. *di. ſeriatim. cum ſimilibus.* Et idem ſi uxor ſcivit, & non contradixit, quia debet cenſeri legitimus. 54. *di. ſi ſervus.* 27. *q. 2. Agathoſa. ſic notatur per Hoſti. in ſumma. iſto eo. ti. §. quis poſſit diſpenſari. ver. quid ſi Sacerdos. & per Aſtex. li. 6. eo. ti. arti. 3. q. quid ſi Presbyter. & per Archi. 81. di. Miniſtri. & per Henricum dicto c. literas.*

Quæſtio.

a *Conſtet.* A parte Juris.

b *Vacare. De filiis Presbyterorum. ca. 2. 3. & 4. & c. quoniam. & quaſi per totum.* Et dic, *vacare*, de Jure, quia inſtitutio talium abſque diſpenſatione prævia non tenet. *Extra. eo. ti. c. ſi.*

c *Contrarium.* i.e. Si tales præficiantur Eccleſiis, in quibus patres eorum proximè & immediatè miniſtrârunt.

d *Præcipimus.* Secunda pars; & cujus effectus ſit hæc dictio, *Præcipimus*, vide quòd ſcripſi *ſupra. de conſtitutio. c. 1. ver. præcipimus.*

e *Prælati.* Videtur intelligendum de majoribus, ſc. Epiſcopis, per id quod ſubdit, *non differant Ordinare*, & ibi, *nè tales admittant &c.* Nam regularitet Ordinatio Eccleſiarum, & Admiſſio ad eas pertinet ad Epiſcopos, & non ad inferiores: vide ibi *ver. inquirant.* vel poteſt intelligi etiam de Minoribus, dum tamen ad eos pertineat Inſtitutio ſive Ordinatio Eccleſiarum de quibus agitur; & habent in eiſdem Viſitationem Cleri & populi Juriſdictionem Ordinariam, juxta notata per *Innocen. & alios Doctores, in c. ab Eccleſiarum. de offi. ordi.*

f *Inquirant.* ſc. Inquiſitione generali, quæ ſit in Viſitationibus, & nullâ famâ præcedente. *de offi. ordi. c. 1. & c. irrefragabili.* & ſit talis inquiſitio ſummariè, & de plano, ſine receptione juramenti. *de cenſi. c. Romana. §. ſanè. li. 6.* In qua inquiſitione ſi detegatur aliquis occupare Beneficium, in quo immediatè præfuit pater ipſius, poteſt Prælatus ipſe viſitans ulteriùs procedere contra talem ad inquiſitionem ſpecialem, & debet ſervari forma, quam habes in *c. qualiter & quando. le. 1. §. debet. de accuſ.* Et puto quòd Archidiaconus & Prælati inferiores poſſunt in ſuis Viſitationibus de talibus inquirere, per modum generalis inquiſitionis, non ut ipſi poſtea ſpecialiter inquirant, nec talem ab Eccleſia amoveant, ſed ut Epiſcopum ſuper talibus certificent. Et hìc videas *ſupra. de conſti. c. exterior habitus. verbo. inquirere. & verbo. inquirant.*

Quæſtio.

Sed quæro, cùm hæc inquiſitio tendat ad amotionem illius, qui aſſeritur filius ejus qui proximè & immediatè miniſtravit in eodem Beneficio, ſi is, ad cujus amotionem agitur, negat illum, qui proximè miniſtravit in dicto Beneficio, fuiſſe patrem ſuum, quomodo probabitur contra eum? Dic quòd ſi natus fuit in matrimonio, eo ipſo quòd conſtat illum, qui proximè miniſtravit in dicto Beneficio, fuiſſe maritum matris ſuæ tempore conceptionis, & etiam nativitatis ejuſdem, probatur ſaltem præſumptivè ipſum maritum fuiſſe ipſius, de quo agitur, patrem: nam quicunque ſemen appoſuit marito acquiritur, qui eſt dominus ventris. *ff. de in jus voc. l. quis ſemper. et ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris. l. filium.* Et hoc verum, ubi maritus ipſe converſabatur cum uxore, tempore quo erat ille, de quo agitur, conceptus. *ut dicta l. filium.* Si verò natus fuerit ex concubina, vel aliàs extra matrimonium, tunc probabitur per famam, recognitionem, & affectionem, & etiam per teſtes. Conceptus enim & natus ex illa, quam Sacerdos publicè tenet in domo ejus, ut concubinam, præſumitur filius illius. C. *de nup. l. ſi vicinia.* Probabitur etiam ex hoc, quòd ille vocabat eum patrem, & ſic communiter habebatur, & nominabatur filius ejus apud alios. *Extra. de probat. c. per tuas.* Item ex poſſeſſione filiationis. C. *de probatio. l. non nudis. et nota. per Bart. ff. de quæſti. l. 1. §. ad quæſtionem.* De hac materia videre potes quod *no. per Ber. et Hoſti. et alios. extra. eod. ti. c. Michael. et eod. tit. §. qualiter. probabitur per Hoſti. in ſumma. ver. naturalis tantum.* Si etiam conſtet Sacerdotem cum muliere peccâſſe, & poſtea filium, qui ex ea natus eſt, & ab eo nutritus eſt, filium ſuum nominabat; vel eum ut filium tractabat, verè præſumitur eſſe filius ejus. C. *de Probat. l. non nudis.* C. *de teſti. l. neque profeſſio. de præſum. c. 1. ff. de inoffi. teſt. l. ſi inſtituta. §. 1.* Tamen contra tales præſumptiones admittitur probatio in contrarium. *Extra. qui ſi. ſint legit. tranſmiſſæ. ſecundùm Innocen. in dicto c. Michael.* & ſic *nota. per Henri. extra. qui ſi. ſint legit. c. per tuas.* & pro hac materiâ vide notata per *Bart. in l. 2. §. 1. ff. de lib. agnoſ.*

Qualiter quis probatur filius Presbyteri.

g *Juris exigentiam.* Jus exigit ut tales amoveantur, & alii idonei loco eorum ipſis Eccleſiis præficiantur. *Extra. eod. per totum.* Et in tali amotione ſi manifeſtum ſit, quòd filius immediatè ſuccedit patri, removebitur ſine aliqua teſtium receptione. *Extra. eo. c. quoniam.* Jus etiam exigit, quòd Patrono Eccleſiæ conſervetur jus ſuum in Conferendo, Præſentando, ſeu Nominando, aut Eligendo alium, niſi forſan ſcienter talem in ipſa Eccleſia poſuerit, elegerit, ſive ad eam præſentaverit, ſeu nominaverit. Nam ſi ſit Epiſcopus, qui ſcienter contulit tali Eccleſiam, ipſum ab ea removere non poteſt. *Extra. eo. c. veniens.* Sic forſan nec qui ſcienter præſentavit talem, jam præſentabit alium; ſed devolvitur poteſtas Ordinandi ad ſuperiorem: Quod dic, *ut extra. de offi. ordi. c. cum vos. & ibi per Bern. & alios.*

h *Non differant.* In Beneficiis Eccleſiaſticis ordinandis dilatio eſt periculoſa. *Extra. de elect. nè pro defectu. cum concor.*

i *Cautiùs præcaventes.* Verſi. in quo præcipit cautelam adhiberi.

k *De cætero.* Hic vide quod ſcripſi *ſupra. de ſacra Unctione. c. cum ſacri. ver. de cætero.*

l *Nè tales.* ſc. Filii Rectorum vel Sacerdotum.

m *Hujuſmodi Beneficia.* In quibus Patres eorum immediatè miniſtraverunt.

n *Ullo titulo.* Hic nota, quòd *Titulus*, in Jure diverſimodè ſumitur. Eſt enim *Titulus* quandoque idem quod Dotatio. C. *depoſiti. l. pen.* Et quandoque ponitur pro cauſa qua Dominium transfertur. C. *in quibus cauſis. ceſ. lon. temp. præſcrip. l. hæreditatem.* Quandoque dicitur *Titulus*, i. e. Neceſſitas. C. *de quibus mu. vel præſta. quis excuſ. l. 1. li. 10.* Quandoque *Titulus* dicitur *Signum*, aliàs ipſum Beneficium, aliàs ipſe Ordo Eccleſiaſticus, vel quælibet Dignitas, vel Prælatio. *de elec. c. dudum. 2. ver. inſtitutam. de offi. Archipresby. c. ut ſingulæ. ver. titulos.* Item *Titulus* eſt quædam ſubſcriptio ſive ſuperſcriptio impoſita Domui, ad denotandum, quòd nomine unius potentis poſſidetur. C. *de his qui po. nomine. l. 1. gloſſa. 1. Archi. 12. q. 1. c. Clericus.* dicit, quòd *Titulus* Canonicus, eſt Jus Spirituale, ſive cauſa habendi Beneficium Eccleſiaſticum, vel res Eccleſiæ diſpenſandi. Et talis *Titulus* ſolis congruit Clericis; ibi videas. Alias etiam ſignificationes hujus dictionis, *Titulus*, notat *Archi. 30. di. ſi quis Diaconus. ver. titulos.* Hic verò dic *Titulum* ſignificare, ut notat *Archi. ubi ſupra.* & dic, *ullo Titulo*, ſive per viam Collationis, Præſentationis, Nominationis, ſive Electionis ſeu Poſtulationis, Inſtitutionis ſeu Commendæ, aut alterius proviſionis cujuſcunque: Hi namque ſunt modi inducendi Titulum in Beneficio Eccleſiaſtico. *de Præben. c. cum in illis. li. 6.*

Titulus variè ſumitur.

Tituli diverſitas.

o *Nè contra.* Verſi. & eſt ratio concernens præmiſſa.

p *Juſtitiam.* ſc. Legem hoc prohibentem. *Extra. eod. c. cum ex tranſmiſſa. et c. ad extirpandas.* Vel dic, *Juſtitiam*, i. e. Juris ſtatum. *Extra. de verb. ſig. c. forus. §. 1.*

q *Hæreditati Crucifixi.* i. e. Portioni Eccleſiaſticæ, quæ aliàs in Jure dicitur Patrimonium Crucifixi. *Extra. de Præben. c. cum ſecundùm Apoſtolum.* Et ſic dicitur, ex eo quòd ipſius Chriſti pretioſo ſanguine hæc portio acquiſita eſt, & ſuis fidelibus data; his viz. qui ſe ejus ſpeciali obſequio mancipârunt: ſpecialiter namque viris Eccleſiaſticis hæc portio aſſignata eſt, unde & ipſis viris Eccleſiaſticis etiam ipſe Chriſtus dicitur eſſe Hæreditas, cujus obſequio deputati ſunt. 12. *q. 1. cui portio.* & in *Pſ. Conſerva me, Domine*: ibi, *Dominus pars Hæreditatis meæ, &c.*

r *Per ſurreptionem.* i. e. Latentem introitum. 25. *q. 2. c. dicenti.* ubi de hoc per *Archidi.*

s *Succeſſioni.* Supple Hæreditariæ, quæ non poteſt habere locum in Beneficiis Eccleſiaſticis. *de Inſti. c. ad decorem. ubi de hoc.*

Cum

Diviſio. CVM quanta. Pars hujus Cõſtitutionis habetur *ſupra. hoc libro, de temporibus ordi. c. cũ quanta, et de ſcrutinio in Ordine faciendo. c. unico.* Et habet duas partes principales. Secunda *ibi. Item præcipimus.* In prima ſtatuit, quòd Ordinati in Hibernia, Wallia, ſive Scotia, vel alibi, ſine Literis Ordinariorum ſuorum Commendatitiis vel Dimiſſoriis non admittãtur infra provinc. *Cantuarienſem* ad executionem Ordinis ſuſcepti niſi ſub certis modis & forma. In ſecunda, ordinat quid faciendum ſit de Sacerdotibus ignotis undecunq; fuerint, & quomodo admitti debent ad deſerviendum Eccleſiis.

De Clericis Peregrinis.

Externi atque ignoti ſine Ordinariorum ſuorum Literis commendatitiis vel Dimiſſoriis non admittantur ad Ordinis executionem, ſine ſufficienti diſpenſatione, atque de Ordinatione eorum habitâ approbatione, & per Epiſcopum admiſſione.

Walterus.

CUM quanta, *& infrà.* [a] Ordinati in [b] Hibernia, [c] Wallia, ſeu [d] Scotia, vel [e] alibi, [f] ſine Literis [g] Ordinariorum [h] Commendatitiis vel Dimiſſoriis non [i] admittantur à [l] quocunq; infrà [m] Provincia noſtram ad [n] Ordinis ſic ſuſcepti [o] executionem, niſi magna [p] neceſſitas inducat: & tunc quod cum eis [q] auctoritate ſufficienti fuerit [r] diſpenſatum ſuper [s] executione Ordinis memorati, vel aliàs à [t] ſuis Ordinariis Ordo ſic ſuſceptus [u] ratificetur. Proviſo [x] nihilominus quòd [y] nullo modo [z] admittantur, [a] niſi prius [b] conſtiterit de eorum vita, honeſtate, & moribus Ordinandi. De quibus ſatis habes 71. *di. c. primatus. cum aliis c. ibi ſeq. et no. de his Extra. de cleri. non. reſi. c. fraternitati. per Ber. et alios.* Sed melius per *Inno. extra. e. ti. c.* 1. hæ tamen literæ dicuntur, aliàs formatæ, de quarum forma habetur 73. *di. per totum.* Et tales literæ ſi eſſent perditæ, poſſunt probari per teſtes. *Extra de cleri. pereg. c. tuæ. ſecundùm Vincen. Hoſti. et Abbatem.* Et has non poſſunt concedere inferiores Epiſcopis, niſi hoc habeant de conſuetudine ſive privilegio, ſecundùm *Jo. An. extra. de cle. non reſi. c. fraternitati.* Et hoc æſtimo verum quoad Ordines ſuſcipiendos, ad quod vide ea quæ leguntur & *no. de tempo. ordi. c. cum nullus. li. 6. et per Doctõ. in c. ſignificaſti. Extra. de offi. Archi. et no. per Jo. An. in addi. d. c. fraternitati.* Secus quoad recipiendum hujuſmodi Clericum ad Divina in Ordinibus ſuſceptis; dum tamen ipſe, qui has literas Commendatitias concedit, notus ſit & Perſona credibilis. Nam non ſolum Epiſcopus ſed quicunq; bonus Prælatus tales literas Commendatitias concedere poteſt, ſicut *no. Inno. extra. e. c.* 1.

Hæ literæ diſſoriæ.

Diſpenſatio.

Executio.

Literæ commendatitiæ.

Literæ dimiſſoriæ.

Quæſtio.

a *Ordinati.* Sive ad Ordines majores ſive minores, cum generaliter loquatur, *ut l. de pretio. ff. de publi. cum ibi notatis.* Nam de his Ordinibus etiam conſtare debet, ſicut de majoribus, ne per ſaltum quis promoveatur. *Extra. eo. c.* 1.

b *Hibernia.* Quæ eſt Provincia per ſe, & non ſubeſt Archiepiſcopo *Cantuarien.*

c *Wallia.* In qua ſunt quatuor Epiſcoparus: & ſubſunt Archiepiſcopo *Cantuarienſi.*

d *Scotia.* Hoc eſt regnum per ſe, & hæ tres Provinciæ adjacent regno Angliæ de quibus ratione propinquitatis conſueverunt quandoque Clerici accedere in Provinciam *Cantuarien.*

e *Vel alibi.* Intellige ſive infrà regnum Angliæ ſive extrà; quia ſemper remanet eadem ratio, undecunque tales Ordinati veniant; propterea idem erit Jus. *ff. ad l. Aquil. l. illud. cum ſimilibus.* Fallit tamen ſi per Papam, vel de mandato ejus Ordinati fuerint. *de temp. ord. c.* 1. *li.* 6.

f *Sine literis.* Sume quod eſt *infrà, commendatitiis vel dimiſſoriis.*

Qui dicuntur Ordinarii.

g *Ordinariorum ſuorum.* Sc. Epiſcoporum quorum ſunt ſubditi, qui in his quæ ſunt Ordinis vel ſpecialis diſpenſationis appellatione Ordinariorum continentur. i. e. eorum qui habent Juriſdictionem Ordinariam, & ſub quorum Juriſdictione poteſt cadere factum ſive poteſtas de qua agitur. Pro qua materia vide plenius *ſupra. de conſti. c. exterior habitus. verſ. ordinarii.* Sed quantum eſt ad materiã præſentem, ſc. conceſſionem Literarum Dimiſſoriarum, viz. qui in eo caſu dici debent Ordinarii, vide *no. ſupra. hoc li. de tempo. ordi. c. cum quanta. verſ. Diœceſano. cum glo. ſequen.* & vide quod dicam *infrà. duabus glo. ſequen.*

h *Commendatitiis.* Sic dictis quia continent Teſtimonium ſive commendationẽ de vita, honeſtate, & moribus Ordinandi. De quibus ſatis habes 71. *di. c. primatus. cum aliis c. ibi ſeq. et no. de his Extra. de cleri. non. reſi. c. fraternitati. per Ber. et alios.* Sed melius per *Inno. extra. e. ti. c.* 1. hæ tamen literæ dicuntur, aliàs formatæ, de quarum forma habetur 73. *di. per totum.* Et tales literæ ſi eſſent perditæ, poſſunt probari per teſtes. *Extra de cleri. pereg. c. tuæ. ſecundùm Vincen. Hoſti. et Abbatem.* Et has non poſſunt concedere inferiores Epiſcopis, niſi hoc habeant de conſuetudine ſive privilegio, ſecundùm *Jo. An. extra. de cle. non reſi. c. fraternitati.* Et hoc æſtimo verum quoad Ordines ſuſcipiendos, ad quod vide ea quæ leguntur & *no. de tempo. ordi. c. cum nullus. li. 6. et per Doctõ. in c. ſignificaſti. Extra. de offi. Archi. et no. per Jo. An. in addi. d. c. fraternitati.* Secus quoad recipiendum hujuſmodi Clericum ad Divina in Ordinibus ſuſceptis; dum tamen ipſe, qui has literas Commendatitias concedit, notus ſit & Perſona credibilis. Nam non ſolum Epiſcopus ſed quicunq; bonus Prælatus tales literas Commendatitias concedere poteſt, ſicut *no. Inno. extra. e. c.* 1.

i *Vel dimiſſoriis.* Hæ dicuntur, per quas aliquis dimittitur à Juriſdictione ſive poteſtate ſui prælati, ſecundùm *Inno. extra. e. c.* 1. & dicuntur quandoque licentiales, quando viz. licentia datur ad aliquid faciendum, utputa Ordines ab alieno Epiſcopo ſuſcipiendos. De quibus 72. *di. per totum. et de tempo. ord. c. cos. et c. cum nullus. et de præben. c. ſi Epiſcopus. li.* 6. Et has poſſunt Papa & Epiſcopi ſuis ſubditis concedere, ſc. ut ipſarum vigore ipſas obtinentes valeant ab aliis Epiſcopis Ordinari, ut *ſupra dixi.* Has tamen literas ad Ordines non poteſt concedere prælatus non exemptus inferior Epiſcopo, ut patet *d. c. cum nullus. et de offi. Archi. c. ſignificaſti.* niſi ſibi hoc compereret de conſuetudine præſcripta. 9. q. 2. *Epiſcopum. ubi hoc no. Lauren. et Jo. An. d. c. cum nullus. §. inferiores. li.* 6. Et idem eſt de privilegio ſpeciali ut ibi notatur. Prælatus verò exemptus cum ſuis Clericis, ita quòd in eis Epiſcopus loci non habet Juriſdictionem ſive Ordinationem, etiamſi Prælatus ipſe non ſit Epiſcopus, poteſt tales Literas concedere, ſecundùm *Innõ. extra. e. c.* 1. ad quod facit *d. c. cum nullus. §. inferiores. li.* 6. Secus verò eſſet ſi Clerici hujuſmodi ſubſint Epiſcopo quoad Ordinationem. *Extra. de. præſcriptio. c. veniens.* & vide *no. per Jo.* 18. *q.* 2. *Abbatibus.* & *per Card. de privile. volentes. in glo. uiputa. li.* 6. Quia tunc quando ſubſunt hujuſmodi Clerici Epiſcopo, non poteſt talis Prælatus exemptus concedere eis Dimiſſorias ad Ordines, niſi obtineat hoc ex privilegio ſpeciali vel conſuetudine præſcripta. Hoc tamẽ ſcias quòd quoad Divina officia celebrãda tales literæ benè valent, dummodo concedantur per eum qui eas concedere poteſt, vel aliundè poſſit conſtare de Ordinatione ipſa. ſc. exhibentis. *Extra. c. c.* 2.

k *Non admittantur.* Sume quod eſt infrà, *ad Ordinis ſuſcepti executionem.*

l *Ad quocunq;.* Sc. Curato, vel non Curato, ad quẽ pertinet tales in ſua Eccleſia, vel in loco cui præeſt, admittere.

m *Infra Provinciam noſtram.* Hoc dicit, quia Extra Provinciam non poterit hæc Conſtitutio non ſubditos ligare. *ff. de Juriſdi. om. ju. l. ſi.* & hic vide ea quæ ſcripſi *ſupra. de conſtitu. c. hujus autem. verſ. noſtra Provincia.*

n *Ordinis ſic ſuſcepti.* Sc. ſine licentia ſui Ordinarii.

o *Executione.* Ratio eſt, quia tales Ordinati à non ſuo Epiſcopo ſunt ipſo jure ſuſpenſi. *ut no. Arch. de temp. ord. c. cos. verſ. juxta. li.* 6.

p *Neceſſitas.* Utputa defectus Miniſtrorum.

q *Auctoritate ſufficienti.* Sc. Papæ vel ipſius Legati, vel aliàs Epiſcopi ſui proprii, ut dicam *infrà glo. proxi.*

r *Diſpenſatum.* Hæc diſpenſatio fieri poteſt per ſuum proprium Epiſcopum, *ut no. Arch. de tempo. ordi. c. cos. verſ. jura. li.* 6.

s *Executione.* Intellige ſic ut publicè fiat vel ſolenniter. *Extra. e. c. tuæ.* Nam in ſecreto poteſt tolerari, ut hi, de quorum Ordinatione dubitatur, in Ordinibus ſuſceptis miniſtrent, dum tamen de ipſorum Ordinatione ſit conjectura probabilis, ut patet *in d. c. tuæ.* Et circa hoc vide *no. per Inno. extra. de eo qui furti. ordi. re. c. ſi.*

t *Suis Ordinariis.* Quorum quoad Ordines ſuſcipiendos ſunt ſubditi.

u *Ratificetur.* Hæc ratificatio æquivalet Diſpenſationi. Nam is qui potuit talem ab initio Ordinare, & ipſum ut ab alio Ordines recipiat licentiare, poteſt ipſius Ordinationem ab alieno Epiſcopo factam ratificare. 9. q. 2. *Lugdunenſis. & no. per Arch. de temp. or. d. c. cos. verſ. jura. li.* 6.

x *Nihilominus.* Id eſt non obſtante diſpenſatione, vel ratificatione, de quibus dicitur in Textu.

y *Nullo modo.* i. e. Sine prætextu Diſpenſationis vel ratificationis ipſorum Ordinum. Vel dic, *Nullo modo*, id eſt nec in publico nec in privato. Et hoc potes intelligere vetum, quando ſufficienter conſtat, quòd aliqui tales fuerint Ordinati à non ſuo Epiſcopo ſine Literis Dimiſſoriis, ut dicitur in Textu. Alioquin ſi de hoc non conſtet, ſed de Ordinatione talium ſit conjectura probabilis, tunc ratione incertitudinis non debent tales admitti in publico: ſed in loco ſecreto Ordines ſuſceptos exequi poſſunt tolerari, ut dixi *ſupra. c. verſ. executione.*

z *Admittantur.* Sc. quocunque loco infra Provinciam *Cantuarienſ.* ut *ſupra* dictum eſt. Sed hic adverte, quòd litera hujus capituli, quæ habetur in principio, poteſt intelligi dupliciter. Uno modo poteſt intelligi ſic; quòd Ordinati in Hibernia, Scotia, vel Wallia, non admittantur in Provincia *Cantuarien.* ad executionem Ordinum ſine literis commendatitiis vel Dimiſſoriis Ordinariorum ſuorum. Et iſte intellectus quoad literas commendatitias benè poſſet procedere: ut ſcil. tales non admittantur ſine Literis Teſtimonialibus Ordinariorum ſuorum. Et ſic intelligendo eſſet ſentire *cum §. ſequenti.* Et quoad Literas Dimiſſorias, quæ dantur ad Ordines ſuſcipiendos, non poſſit iſte intellectus procedere; nec etiam quoad Ordinatos in Wallia, quæ tota eſt de provincia *Cantuarienſi.* Alius intellectus eſt, ut hi, qui Ordinati ſunt in Hibernia, Scotia, Wallia, vel alibi ſine Dimiſſoriis literis Ordinariorum ſuorum non admittantur ad executionẽ Ordinum hujuſmodi, niſi ut hic cavetur in textu. Et ſecundùm hunc intellectum gloſſavi hoc *cap.*

a *Niſi prius.* Sc. ante eorum admiſſionem.

b *Conſtiterit.* Sc. de tribus quæ ſequuntur viz. de eorum Ordinationis licentia, de vitæ munditiã, & literatura. Sed quæro, quomodo conſtabit de his tribus, maximè ubi tales ſunt extranei vel ignoti, nec habent Literas commendatitias ſuper præmiſſis? Dic quòd ſuper literatura poterit conſtare per examinationem. De vitæ munditia conſtabit per experientiam & approbationem ſuæ converſationis. *Extra. c. c. inter quatuor*

De

de ipsorum verò ordinationis licentia poterit constare per literas super Ordinibus susceptis, eis ab Ordinatore suo inde factis. Quod dic ut *Extra. e. c.* 1. poterit etiam constare per Testes, ut legitur. *e. ti. c. tuæ.* Hoc tamen scias, quòd vir bene notus & bonæ famæ, qui ubi conversatus est longo tempore habitus est pro Ordinato, non cogitur, nec per Literas, nec per Testes probare Ordinationé suam: quia præsumitur talis pro ritè Ordinato. Et tales præsumptiones sunt argumenta sufficientia suæ Ordinationis. *Extra. e. ti. c. inter.* & *c. sequen.* & *9. q. 2. Lugdunens.* & *no. per inno. de eo qui fur. or. re. c. innotuit.* & *per Archi. d. c. Lugdunens. vers. ordinator.* quibus etiam videtur, quòd talibus præsumptionibus standum sit, etiáli constet eum ab alieno Episcopo ordinatum. Nam cum hoc peccatum in suum, & non alienum periculum vergat; minus exactæ probationes requiruntur secundū eos. Si verò tales præsumptiões deant, tunc non creditur ritè Ordinatus, nisi probet de sua Ordinatione. Et etiam dicunt Doctores prædicti *in d. c. innotuit*, loquendo de æquitate, quòd si factum est antiquum, seu Ordinatio antiqua, nisi aliud probetur, ritè ordinatus præsumitur. *Ar. in eo quod legitur* & *no. de Presby. non Bapti. mi. c. fi. de præsump. c. si* sufficit eni quòd sic cōtrahitfic, agit, & talis fuit, & est ab Episcopo, & vicinis communiter reputatus Ordinatus. *ff. ad Macedo. l. 3. de fen. ex. in præsentia.* Sed in facto recenti, si Episcopus non proprius referat sibi quæstionem de Ordinationibus suis, tunc tenetur eum certificare. *ar. in eo quod legitur* & *no. de Cle. ex. mi. proposuit. §. penul.* & *fi.* Et videtur expressum *de Cle. per sal. promo. c. unico.* Aliàs potest sibi interdicere executionem Ordinis in posterum; quamvis quoad præteritum debeat sub dissimulatione transire. *ar. extra de cons. ea. vel alt. c. aqua.* Sed secundùm rigorem Juris tunc idem in facto antiquo sicut in facto recenti, secundum *Hostien.* & *Jo. An. in loco præallegato.*

a *Legitima Ordinatione.* Viz. per eum qui potuit eis Ordines conferre, quia erat eorū Episcopus proprius, vel talis qui de ipsius licētia & auctoritate eos ordinavit, vel alias ex parte Juris Ordines eis cōferendi habuit Potestatem. Ut de hoc ultimo patet exemplum in Papa, vel alio de ejus mandato. *de tempo. ordi. c. 1. li. 6.* Et de aliis patet veritas. *e. ti. c. sequen. per totum.*

Munditia vitæ in pluribus consistit.

b *Vitæ munditia.* Quæ consistit in pluribus. Primo viz. quòd eorum vita & conversatio sit casta. *Extra. de vi.* & *ho. cle. c. ut clericorum.* Secundo, quòd sit in cibo & potu temperata. *e. ti. à crapula.* Tertio, quòd non sit tabulis & commessationibus dedita. *44. di. c. 1.* & *c. commessationes.* & *per totum.* Quarto, quòd sit orationibus assuera. *36. di. c. fi.* Quinto, quòd se non immisceant cœtibus, ubi cantantur amatoria, vel exercentur inhonesta; *34. di. Presbyteri.* Sexto, quòd ab ebrietate omnino se abstineant. *ut patet d. c. à crapula.* & *35 di. ante omnia.* Pro qua materia vide ea *quæ no. de tem. or. §.* & *cui. ver. 3.* cum nova regula simul juncta *per Host. in sum.*

c *Literatura.* Et sufficit quòd litera sit competens, licet non eminens. *Extra. de elect. cum nobis olim.*

d *Item præcipimus.* Secunda pars.

e *Sacerdotes.* Textus præcedens habet locum in quocunq; Ordinato: sed §. iste loquitur tantum in Sacerdotibus.

f *Ignoti.* Non solum intellige de his qui sunt alienæ *Diœce. 3. q. 6. peregrini. 6. q. 3. c. 1.* & *2. de consc. di. ulti. non oportet.* Qui propriè dicuntur peregrini; sed etiam intellige de incolis, quorum vita, genus, & origo, & Irregularitas, Episcopo sunt incognita. *24. di. quando Episcopus. 42. di. quiescamus.* Et ad hoc vide *no. per Archi. 71. di. c. nulli peregrinorū* Ubi ponit differentiā inter peregrinos & ignotos.

Quæstio.

g *Non constat.* Quia non habent Literas Ordinū, nec Testes, nec alia argumenta per quæ ostendere possunt de ipsorū Ordinatione. Sed quid si ostendant Literas super Sacerdotio, & nō de inferioribus Ordinibus: nūquid tales sunt admittendi? Dic quòd non; quia potest esse, quod talis per saltum omissis Ordinibus forsan promotus est. Et in Canone ubi ponitur forma Literarum commendatitiarum, viz. *73. di. In Nomine Pa.* & *c. seq.* dicitur, quòd in ipsis debet etiam fieri mentio de minoribus Ordinibus, & quòd gradatim promoti sint. Pro quo facit *extra. e. c. 1.* Et hoc verum est secundùm *Inno.* nisi Ordinator sit tantæ discretionis, quòd præsumatur eū non ordinâsse nisi visis Literis inferiorum Ordinum.

h *Divinorum.* Per hoc quod dicitur *infrà, deserviendo Ecclesiis*, videtur quod loquitur de his qui gerunt curam animarum. Unde sic intelligendo per hoc quòd dicit, *Divinorū*, intelligo non solum Missarum cæterarumq; horarum Canonicarum celebrationem, sed etiam Sacramentorum administrationem. Et vide quod dicam *in glo. seq.*

i *Deserviendo Ecclesiæ.* Sc. in cura animarum, ut dixi in *glosa pro. xi.* Vel potest intelligi de his qui sunt admittendi in Collegiis, vel Ecclesiis Cathedralibus, in Ordine sacerdotali, ut videlicet, nec Hi admittantur nisi secundùm modum hic limitatum.

k *Admittantur.* Sc. per Gubernatores ipsarum Ecclesiarum.

Nullus alterius Diœceseos Capellanus ad celebrationem admittatur sine Diœcesani sui literis, aut alterius Episcopi, dummodo de ejus fide & moribus bona sit Existimatio.

Thomas Arundell. *in Concilio Oxoniensi.*

a REverendissimæ synodo, b *& infrà.* c Nullus Capellanus d admittatur e ad celebrandū in f aliqua Diœcesi nostræ *Cantuariensis* Provinciæ, in qua g oriundus sive ordinatus h non fuerit, nisi deferat secum i literas Ordinum

l *Licentia.* Hæc licentia æquivalet dispensationi, de qua loquitur *in §. præcedenti*; sed illa dispensatio locū habet in casu necessitatis duntaxat; hæc verò licentia locū habet etiam extra causā necessitatis. est tamen hæc licentia dispensationis sicut aliàs legitur *1. qui. c. ulti.* Unde & *Licentia* dicitur gratia, per quam licet quod antè non licebat. *Ut no. per Wil. in Cle. ul. de ele. ubi de hoc.* *Licentia*

m *Episcopi Diœcesani.* Non ergò sufficit admissio sola inferiorum Episcopo, nec ejus licentia; & hoc verum nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat. Quod dic ut dixi *supra. e. vers. Episcopis locorum.*

n *Cum per Literas.* Sume quod est *infrà, constiterit.* Et sic ex hac litera apparet, quòd ubi non constat de Ordinatione talis Sacerdotis ignoti, non debet Episcopus licentiam, de qua hic dicitur, concedere; & hoc satis innuit hæc litera: ac si diceret, quòd antequam per Literas vel alio modo, ut sequitur, constiterit de ipsorum Ordinatione, non debet Episcopus hanc dare licentiā. Et sic hæc dictio, *Cum*, signat principaliter tempus: & secundariò conditioné tacitā. Pro qua materia videas *no. extra. de condi. appositi. super rub. vers. 2. quarto. per Petrum de Ancborano.*

o *Testimoniales.* Sc. super ipsorū Ordinatione. Qd dic ut *extra. e. c. 1.*

p *Testimonium.* Unde per testes ipsorum Ordinatio probari potest. *extra. e. c. tuæ.*

q *Bonorum virorum.* i. e. Bonæ famæ, ita quòd sint credibiles personæ: & dicitur bonus consideratione animi, talis viz. cui non prævaleo malum, secundùm *Pinuensem.*

r *Eis.* Sc. Episcopis. s *Vere Constiterit.* Non ergo sufficit probatio facta per præsumptionem, vel juramentum proprium super receptione Ordinum eorum, de quibus hic agitur, admittendorum: sed requiritur clara probatio.

a REverendissimæ synodo. Hæc Constitutio fuit edita per Dominum *Thomā Arundellū* in Concilio celebrato *Oxon.* Anno Dom. 1408. Et est pars hujus *infrà de magist. c. 1. et de hære. c. 1. per to.* Et hæc Constitutio, ut mihi videtur, est Constitutionis prōximæ, & Canonū aliàs in hac parte editorum, ut executioni demandētur exhortatoria, & executoria, cū specialitate quadā insertiōis ujus clausulæ quoad opiniones fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarias.

b *Infrà.* Sub hac parte decisa cōtinetur una Harāga, sive præfatio per ipsum constituenté ad statuēdum ea quæ sequuntur inductiva, quam potes videre in integra. c *Nullus Capellanus.* i. e. Nullus Sacerdos.

d *Admittatur.* etiam sub forma posita *supra, e. o. 1.*

e *Ad celebrandū.* In hoc differt à *§. ulti. supra. e. c. 1.* quia ibi loquitur de his qui celebrant deserviendo Ecclesiis. Hic verò loquitur de his qui celebrant ānualia, vel aliter, absq; hoc quod deserviāt Ecclesiis.

f *Aliquâ diœcesi.* Etiā in diœcesi. *Cantuari.* Quæ est caput Provinciæ.

g *Oriundus.* i. e. Natus.

h *Non fuerit.* Sic apparet, argumento sumpto à contrario; quòd si fuit natus in illa Diœcesi in qua petit se admitti ad celebrandū, vel aliàs fuerit in eadē Ordinatus, quod potest admitti ad celebrandum, etiamsi secū non deferat Literas Ordinum, vel aliàs cōmendatitias, de quibus hic loquitur. Et quoad commēdatitias, quæ solēt dari Clerico transituro in aliā Diœcesim, ut dixi *supra. e. c. proxi.* puto hoc esse bene dictum. Sed quoad Literas Ordinum ætiam, quòd etiā natus vel Ordinatus in aliqua Diœcesi ad effectum ut admittatur in eadē Diœcesi ad celebrandum, ut hic dicitur, si ejus vita, genus & origo incognita sint, prout verisimile cōtingit ubi Diœcesis est ampla, tenetur ostendere Literas Ordinū suorū, per quas possit probarē Ordinationé suā. *ar. ad hoc. 24. di. quando Episcopus. 42. di. quiescamus.* ut dixi *supra. e. proxi. §. item præcipimus. ver. signo ti.* Et nō solum debet ostēdere Literas super Ordine presbyteratūs, sed etiam aliorum inferiorum Ordinum. Pro quo dic, ut scripsi *supra. e. proxi. §. Item præcipimus. ver. constat.* Quid enim si natus in diœcesi *Lincoln.* aliàs ordinatus sit, forsan sine auctoritate sui Episcopi; nunquid ratione originis, etiamsi bene notus sit, excusabitur ab exhibitione Literarum Ordinum aliàs receptorum? non certè. Et idem dico etiam quoad Literas commendatitias, etiamsi in eadem Diœcesi in qua natus est, ordinatus sit: dum tamen in aliena Diœcesi diutinam moram fecerit, sic quòd ejus mores & conversatio sint incogniti. *Quæstio.*

i *Literas ordinum.* Scil. omnium, tam majorum, quàm minorum; ut dixi *supra. e. proxi. §. Item præcipimus. vers. constat.* Et hoc apparet ex hac litera, quæ plu-

raliter & indiſtinctè loquitur, debet namq; ordinans ordinato ſuper ordinatione ſua literas teſtimoniales conficere, & formare. 21. q. 1. *legum.* ff. l. q. 3. *ſicut.* Et pro eis concedendis, charta, cera, ſigillatione, vel ſcriptura, nihil exigi debet: gratis tamen oblatum accipi poteſt, ſive hoc fiat ante ordinationem, aut literas hujuſmodi receptas, ſive poſt, ſecundùm *Arch. ibidem.* Et ad hoc faciunt *no. per Jo. de Atho. in conſtitu. Otho. Sacramentum. ver. labe. in princi.*

a *Commendatitias.* de quibus dixi *ſuprà c. 1. ver. commendatitiis.*

b *Sui Diœceſani.* In cujus Diœceſi natus eſt. *arg. ff. ad munici. l. aſſumptio. & l. qui ex uno.* Vel dic in cujus Diœceſi domicilium habet. Nam in utroque caſu poteſt Epiſcopus ſuæ originis, ſive domicilii, has literas commendatitias etiam ad Ordines ſibi concedere, *De temp. or. c. cum nullus. li. 6,* ſit poſito quod talis natus ſit in una Diœceſi, & ratione domicilii trahat moram in alia, tunc per Diœceſanũ ſimpliciter poſitum intelligo potius Epiſcopũ domicilii, quàm originis. Cui dicto ſatis conſonant *no. per Jo. An. de Reſcrip. c. ſtatutum. glo. quæ incipit, olim dicebamus. verſus finem. li. 6.* Et nihilominus in caſu noſtro poſſunt hæ literæ commendatitiæ concedi per non Epiſcopum, ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſuprà. c. proxi. ver. commendatitiis. in fine.*

c *Epiſcoporum.* Supple vel aliorum quibus tales ſubfuerunt per modum juriſdictionis, & qui de privilegio vel conſuetudine poſſunt dare commendatitias, verbi gratiâ, Cancellarius Univerſitatis *Oxon.* vel *Cantabrigiæ.*

d *Interim.* i. e. Medio tempore poſt Ordinem Sacerdotii receptum, & tempus de quo hic loquitur.

Nota de tempore magno & parvo.

e *Magnum tempus.* Ad minus ultra unum annum. Nam infra annum poteſt dici tempus parvum, ſive breve: *Ar. eorum quæ leguntur & no. de vi. & ho. cle. c. unico. li. 6.* Et ſpecialiter ibi *per Jo. An. ver. breviori.* Et pro hoc vide *no. per Doct. de re. Eccleſ. non alie. c. 1. in Cle. viz. per Jo. An. ibidem, verbo. tempus modicum.* Ubi inter cæteras opiniones ponit, quod tale tempus, an ſit modicum, vel magnum, & ſecundùm quod ſpatium terminati debet, relinquitur judicis arbitrio. Et huic dicto conſentio. & ſic ſentit *Geſc. ibidem. ver. modicum tempus. Et Will. eo. ver. & idem Paulus, eo. verbo.*

f *In quibus.* ſc. Literis Commendatitiis.

Expreſſiũ.

g *Expreſſe caveri.* Hic nota quòd *Expreſſum* dicitur uno de tribus modis. Dicitur enim, *Expreſſũ* uno modo, id quod in genere dicitur; *ut. l. ſi. in ſi.* cum ibi notatis. *C. quod cum eo.* Alio modo dicitur *Expreſſũ*, quod ſpecialiter exprimitur. *ff. ad. l. Cornel. de fal. l. 1. §. inter filium. & d. l. ſi. C. quod cum eo*; ſecundùm aliam opinionem. Tertio modo dicitur *Expreſſũ*, id quod ſingulariter & proprio nomine exprimitur. *Ut l. quod in rerum. §. ſi. ff. de leg. 1.* Ubi de hoc. & *no. per Bart. l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſti.* Et circa hoc vide *no. de reſcrip. c. duobus. per Jo. in no. li. 6.* Unde quantum eſt ad caſum noſtrum apparet, quòd ſufficit expreſſionem, de qua hic loquitur, fore generalem, ut viz. ſcribens Literas Commendatitias, de quibus hic loquitur, in genere talem commendet: ſic ut dicat eum habere bonos mores, & eſſe converſationis honeſtæ, & nullatenus diffamatum de hæreſibus & erroribus. Non autem oportet in ſpecie, vel ſingulariter deſcendere ad *ſcribendum ipſius mores, vel converſationis modum: licèt quoad Ordines ſic. 73. di. In nomine Pa. & c. de catero.*

al. deſcribendum.

h *Moribus.* i. e. Virtutibus ſive actibus virtuoſis.

i *Converſatione.* i. e. Modo vivendi cum aliis.

Nova opinio.

k *Novis opinionibus. Nova opinio* dicitur, quæ prius non fuit. juxta *no. per Card. de elec. c. avaritia. ver. novum. li. 6.* Poteſt etiam dici *Nova opinio* illa, quæ prius fuit ſuſpecta, & per Eccleſiam reprobata, modo tamen eſt renovata. Ad quod vide *no. per Jo. de Atho. in proœmio conſtitutionum Othonis. ver. renovatis.* Unde *Novum* dicitur reſpectu principii, ſcil. id quod nunquam fuit. *7. q. 1. non autem.* Item *Novum* dicitur, quod deſiit eſſe, ſed eſt renovatum. *18 q. 2. de monachis.* Et utroque iſtorum modorum poteſt ſumi hic. Et pro hoc vide *no. per Paulum in Cle. cupientes. de pœnis, ver. de novo.*

l *Catholica.* Univerſali.

m *Malè ſapientibus.* i. e. Malam ſapientiam innuentibus.

n *Omnino.* i. e. penitus, ſive ex toto, viz. ut nec de talibus opinionibus ſuſpectus ſit. *Arg. de hæret. c. accuſatus. in prin. li. 6.*

o *Immunis.* i. e. Alienus, expers, vel ſine parte,

ſuorum, atque literas *a* commendatitias *b* Diœceſani ſui. Et nihilominus aliorum *c* Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus interim *d* per magnum tempus converſatus eſt, in *f* quibus expreſſe *g* caveri volumus, & mandamus de moribus *h* & converſatione *i* ejuſdem; & an ſit diffamatus de & ſuper aliquibus novis *k* opinionibus in fide *l* Catholica, aut bonis moribus male *m* ſapientibus; vel ſit de eiſdem omnino *n* immunis *o*. Alioquin *p* tam *q* ipſe celebrans, quàm ipſum ſic celebrare permittens, *r* acriter *ſ* puniatur.

p *Alioquin.* i. e. Aliter. vel ſi prædicta non fiant. Et ſic hæc dictio continet in ſe plenam orationem. Ad quod facit. *l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infec. & ibi no.* Et de ſui natura importat conditionem, ut plenius videre poteris per *Bart. ff. de con. et demonſt. l. 1. ver. quarto quæri.* Et eſt hic ſenſus. Si talis ſacerdos, de quo hic dicitur, admitteretur ad celebrandum ſine hoc quòd oſtendat literas Ordinum ſuorum, & quòd habeat Literas commendatitias, prout hic dicitur.

q *Tam ipſe celebrans.* ſume quod eſt *infrà, puniatur.* Et nota, quòd ille celebrans punitur in caſu iſto propter inobedientiã, quia contra formam hujus ordinationis præſumit celebrare: licet enim conſtitutio hæc expreſſe non prohibeat talé celebrare, ſed prohibeat eum admitti ad celebrandũ, ſicut patet *ſuprà in prin.* Tamen facile videtur hujus conſtitutionis Lator voluiſſe, quòd abſque oſtenſione Literarum, de quibus hic dicitur, ſicut nec debet admitti, ſic nec ipſe ſe debet ingerere ad celebrandum. Et puto quòd ea, quæ hic dicuntur, intelligi debent de tali qui publicè celebrat; ſecus tamen eſſet, ſi in ſecreto hoc faciat ex devotione, ut legitur *Extra. e. c. tua.*

r *Acriter.* i. e. Aſperè vel fortiter.

ſ *Puniatur.* ſc. Pœna arbitraria, ex quo pœna hic non limitatur; *Extra. de offi. dele. c. de cauſis. cum concor.*

De Officio Archidiaconi.

Archidiaconi eſt proſpicere ut Sacramenta ritè conſerantur & adminiſtrentur, atque potiſſimùm Euchariſtia & ſanctum Oleum ſub clavibus cuſtodiantur. Ornamenta quoque Eccleſiarum ab eodem viſitentur, & poſſeſſiones recenſeantur.

Stephanus.

t VT Archidiaconi ſecundùm Apoſtolum *u*, non quæ *x* ſua ſunt quærant, ſed quæ Jeſu *y* Chriſti; in ſua viſitatione *z* provideant, quod canon *a* Miſſæ

t *Ut Archidiaconi.* Iſta conſtitutio fuit *Stephani*, quondam *Cantuarienſis* Archiepiſcopi; edita in Concilio *Oxon.* Anno Domini 1222. Et ponit plura, quæ pertinent ad officium Archidiaconi in ſua viſitatione. Et ſũt hujus capituli quinq; partes. In prima docet, quid faciet Archidiaconus circa Presbyteros celebrantes. In ſecunda ibi, *Doceant*, inſtruit quid agere debeat circa laicos. In tertia ibi, *Providenti*, tradit doctrinam, quid agere debeat circa Euchariſtiæ, Chriſmatis, ac Olei ſancti cuſtodiam. In quarta ibi, *Habeant*, providet circa libros & alia ornamenta Eccleſiæ. In quinta ibi, *Item provideant*, ordinat de diligentia adhibenda circa profectum poſſeſſionum ad Eccleſias pertinentium. *Diviſio.*

u *Secundùm Apoſtolum. 1. ad Corinth. c. 10.*

x *Quæ ſua ſunt.* i. e. Ad ſuam utilitatem. *Extra. de cenſ. e. procurationes.*

y *Jeſu Chriſti.* i. e. Ad honorem Jeſu Chriſti & ſalutem animarum.

z *Viſitatione.* De qua habes, *Extra. e. c. Mandamus.* Et hanc viſitationem ſecundùm quoſdam exequitur Archidiaconus in Archidiaconatu ſuo jure communi. Ut *Extra. e. c. 1. & c. ad hæc. §. 1. & 2.* Et ſic *no. Vincen. & Hoſti. d. c. mandamus. & Arch. 94. di. c. 2. glo. ſi.* Sed alii, inter quos *Wil. de Monte Laud. Extra. de cenſ. c. 1. glo. penul. in Cle*, videntur tenere contrarium. Pro quibus dic, quòd viſitationem per modum ſcrutationis ſimplicis tanquam vicarius Epiſcopi habet Archidiaconus de jure communi. Ut *in c. ſuperius. alle.* Sed in tali ſcrutatione, ut nomine ſuo correctiones faciat, præterquã in levioribus, niſi conſuetudo hoc ſibi tribuat, jus non habet. Et nota, quòd Archidiaconus, etiamſi non ſubſit cauſa, poteſt ſemel in anno viſitare. ut *d. c. mandamus.* Sed ſi ſubſit cauſa ſæpius viſitandi, poteſt etiam ſæpius in anno viſitare. *Ut patet infrà. e. c. & extra. de cenſ. c. cum venerabilis.* Nec obſtat *extra. e. c. 1.* Ubi dicit, quòd debet viſitare de triennio in triennium: quia hoc debet intelligi ſic: ut ſcil. de triennio in triennium viſiter de neceſſitate, ſed quolibet anno poteſt viſitare ſi velit, ſecundũ *Phi. ibid.*

a *Canon miſſæ.* De hoc canone habes *extra. de celeb. miſſ. c. cum Marthæ. in prin.* Ubi dicit *Hoſti.* quòd Canon Miſſæ accipitur pro illis verbis Chriſti, quibus fit Tranſubſtantiatio panis in corpus, & vini in ſanguinem. Licèt quidam ſimplices ſacerdotes intelligant Canonem, quicquid eſt in ſecreto miſſæ; & ſtrictè intelligendo Canonem, puto quòd *Hoſtienſis* dicit verum. Eſt namque *Canon* idem quod regula. *3. di. Canon.* Miſſa verò propriè dicitur Euchariſtiæ conſecratio. Alia autẽ omnia, quæ vel ſacerdos dicit, vel chorus canit, gratiarum actiones ſunt, vel certè obſecrationes. *de conſe. di. 2. utrum. in ſi.* Unde Canon Miſſæ vere dicitur regula illa, per quam Euchariſtia conſecratur; hoc eſt, illorum verborum per quæ panis in corpus, & vinum in ſanguinem tranſubſtantiantur. De quibus legitur, *d. c. cum Marthæ.* Large tamen intelligendo Canonem Miſſæ juxta communem intellectum ſimplicium ſacerdotum, denotat totum ſecretum miſſæ poſt præfationem: quæ in ſecreto dicitur ſex de cauſis, quas recitat *Jo. An. d. c. cum Marthæ. ver. canone. in Novella.* Prima eſt, quia deus cordis, non vocis, clamorẽ

Canon.

Sex de causis Canon Missæ secretò dicitur.

uttédit; Secúda eſt, nè ſacerdos in lõgo clamore deficiat. Tertia eſt, nè impediatur populus orare. Quarta eſt, nè verba tanti myſterii quotidiano uſu vileſcant. Quinta eſt, quia hæc ad ſolum ſacerdotem pertinent. Sexta eſt, nè verba Canonis ſæpiùs audita diſcantur à laicis, & locis incongruis recitentur. Et de Canone iſto modo ſumpto loquitur *glo. Archi. de conſe. di. 1. c. Jacobus. glo. alia adde ad hujus dicti. et c. de hymnis. verſ. gratiarum actiones.* Sed in hoc loco æſtimo hujus conſtitutionis latorem intelleXiſſe de Canone Miſſæ tam primo modo, quàm alio modo ſumpto: ut videlicet,

a *Emendetur.* i. e. correctè & literâ apertâ & benè legibili ſcribatur, cui conſonat id quod ſequitur in litera hujus conſtitutionis, iſtud videlicet,

b *Et quòd ſacerdotes rite noverint proferre verba Canonis.* Et dic *Canonis.* i. e. ſacramentalium verborum, de quibus legitur, *Extra. de celebr. miſſ. c. cum Marthæ.* ſecundùm primum intellectum. Vel *Canonis*, i. e. omnium quæ ſequuntur præfationem uſque ad orationem Dominicam; juxta notata per *Archid. d. c. cum hymnis. gloſſa prælegata.*

c *Baptiſmatis.* De his verbis plenius dixi *ſuprà. de ſacra. iterum. c. 1. ver. legitime factum.* Et prædictis concordat 10. *q.* 1. *c. placuit.*

d *In hac parte.* Sc. circa verba Canonis & formam Baptiſmatis.

e *Sanum intellectum.* i. e. Fidelem intellectum, ſive Catholicum. Et ex hoc apparet, quòd in Archidiacono requiritur ſcripturarum ſcientia; quomodo namque poſſet in aliis Canonis Miſſæ, verborum Baptiſmatis, ſanum intellectum exquirere, niſi ipſe prius eadem ſano ſapuerit intellectu. Nam non convenit talem aliis præſici in magiſtrum, qui nondum ſe novit eſſe diſcipulum. 49. *di. ſacerdotes.* Et ad præmiſſa bene facit, quod legitur *Extra. de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora.*

f *Doceant.* Secunda pars.

g *Laicos.* i. e. Populares. Tales viz. qui ſunt literarum ignari. Dicitur enim *laicus* à λαὸς, quod eſt populus. 12. *q.* 1. *duo.* Vel ſic dicitur à λᾶας quod eſt lapis. i. e. durus ſive lapideus, ſine ſcientia literarum. Et ſi literatus quis ſit, dum tamen inter clericos ordinatus non fuerit, laicus appellatur. *Arg. d. c. duo ſunt.* 12. *q.* 1.

h *Forma.* Hanc formam habes, *Extra. de Baptiſmo. c.* 1. & *infra. de Baptiſmo. c.* 1.

i *Neceſſitatis.* In quo caſu non ſolùm laicus Chriſtianus; ſed etiam Paganus Baptizare poteſt. Quod dic ut *ſuprà. de ſacramentis non itera. c. quòd in conſtitutione. verſ. laicis.*

k *Idiomate.* i. e. Loquendi proprietate, ſive linguagio. Non enim refert an ſiat lingua Hebraica, Græca, ſive Latina, Teutonica, Anglica, ſive Gallica, vel qualibet alia, ita quòd forma ſubſtantialis verborum non mutetur. Quod dic, ut ſcripſi *ſuprà. de ſacra. non itera. c. quòd in conſtitutione. verſ. legitimè factum.*

l *Provideant.* Tertia pars.

m *Generalis Concilii. Extra. de cuſto. Euchari. c.* 1.

n *Euchariſtia.* Sic dicta à χάρις quod eſt gratia, & εὖ quod eſt benè, i. e. bona gratia, vel gratiarum actio. Unde Euchariſtia dicitur ſacramentũ panis & Calicis, ſc. Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quaſi bona gratia. Quid enim eſt melius, quid gratioſius corpore & ſanguine Chriſti, ſecundùm *Gregoꝝ*? Et ponitur in *canone.* 1. *q.* 1. *multi. Ultra medium.*

o *Chriſma & Oleum ſanctum.* De his dixi *ſuprà de ſa. unct. c. cum ſacri.*

p *Sub clavibus.* Simile habes *extra. de cuſto. Eucha. c.* 1.

q *Fideli cuſtodiæ.* Sc. ſacerdotis. *infra de cu. Eucha. c.* 1. *§. ſacerdotes.* Et ſic ſentire videtur *Hoſtien. extra. de cuſt. Eucha. §. ſi in ſum.*

r *Habeant etiam.* Quarta pars.

ſ *In ſcriptis.* Ut hæc ſcripta indentata forent, bonum eſſet; ſic ut una pars remaneret penes Archidiaconum, alia penes parochianos per modum Chirographi, aliàs Syngraphi, quæ ſcriptura dicitur indentata. Sed differunt Chirographus & Syngraphus. Quia Syngraphus eſt ſcriptura inter Creditorem & Debitorem indentata, in cujus ſciſſura literis capitalibus ſcribebatur hæc dictiõ, *Syngraphus.* Sed Chirographus dicitur, quod manu unius tantũ, puta debitoris, ſcribitur, & penes creditorem relinquitur. Aliquando tamen promiſcuè ſumitur ſecundùm *Fanuen.* De Chirographo fit mentio. 93. *di. c. juxta ſanctorum, in textu. & ibi. c. verſ. per Archi. & ff. de leg.* 3. *l. qui Chirographum.*

Chirographus & Syngraphus differunt.

Ornamenta.

t *Ornamenta* Quæ ſic dicta ſunt, quia eorum cultu Eccleſiæ ornantur & decorantur. Sunt namque ornamenta ſecundùm *Fanuen.* decus, gloria, laus, dignitas, ſive preciosa veſtimenta ſeu jocalia, quorum cultu Eccleſiæ decorantur.

u *Utenſilia.* i. e. ad utendũ apta ſive neceſſaria. Hæc autem aliàs vocantur Cimelia, ſicut legitur *extra. de offi. Archi. c. ea quæ.* & 12. *q.* 2. *Apoſtolicos.* Et per hæc Utenſilia intelliguntur vaſa Eccleſiæ quæcunque, ſacrata vel non ſacrata.

x *Eccleſiarum.* De his habes *infrà de eccle. ædi. cap. ut parochiani.*

y *Veſtes quoque.* Sc. Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales, & aliàs tam ad altaria, quàm etiam ad cætera loca in Eccleſia, & Eccleſiæ miniſtros pertinentes. De quibus legitur *de conſe. di.* 1. *veſtimentà.* Et de his habetur *infrà. d. c. ut parochiani. de ecc. ædi.*

z *Libros.* De his etiam habetur *d. c. ut parochiani.* Et ſi vis ſcire quid continetur appellatione *librorum*: vide *ff. de legat.* 3. *l. librorum. in prin.*

a emendetur, & b quòd ſacerdotes rite noverint proferre verba Canonis & c Baptiſmatis: & quòd in d hac parte ſanum e habeant intellectum: doceant f etiam laicos g in qua forma h baptizare debeãt in caſu neceſſitatis i, ut ſaltẽ hoc ſciant facere in aliquo idiomate k. Provideant l quoq; diligenter Archidiaconi, quòd juxta formam generalis m Concilii, Euchariſtia n, Chriſma o, & Oleum ſãctũ ſalvò p ſub clavibus recõdantur fideli q cuſtodiæ deputata. Habeant etiam Archidiaconi in ſcriptis ſ redacta omnia ornamenta t, & utenſilia u Eccleſiarum x. Veſtes y quoq; & libros z, quæ ſinguli a annis ſuo faciant conſpectui præſentari b, ut videant c quæ fuerunt adjecta per diligentiã perſonarum; vel quæ tempore intermedio per ipſarũ maliti ã d vel imperitiam f deperierunt.

a *Singulis annis.* Nam ſingulis annis viſitare poſſunt; ut dixi *ſuprà. c. verſ. viſitatione.*

b *Præſentari.* Sc. per parochianos, vel deputatos ad cuſtodiam prædictorum.

c *Videant.* Sic ergo Archidiaconus perſonaliter accedere debet ad locum viſitandum, non autem debet ad hoc mittere alium: & ſi faciat, non habebit Procurationes debitas ratione viſitationis in Denariis. *Extra. de cen. c. procurationes.* Secus tamen, ut ille, quem mitteret nomine ſuo, recipiat Procurationes pro ſe & ſuis in victualibus. *Ar. ad hoc, de offi. ordi. c. ſi Epiſcopus. li.* 7. & *infrà de cenſ. c.* 1. & *in c. ſalicis. de cenſibus. li.* 6.

d *Perſonarum.* Poteſt intelligi de diligentia Rectorum, qui apud Anglicos vocantur *Perſonæ. ut no. Archi. de conſue. c.* 1. *verſ. officia. li.* 6. Sed non puto hanc expoſitionem fore de mente ſtatuentis: quia iſtud onus, ſcilicet providendi de ornamentis, vaſis, libris, & hujuſmodi, non pertinet ad Rectores, ſed ad Parochianos. *infrà de Eccle. ædiſi. c. ut parochiani.* Et ideo dic in hoc loco nomine *perſonarum* comprehendi Univerſitatem, Corpus, ſive Collegium eorum, ad quos ſpectat de talibus providere: & ſic ſumitur *ff. de fidejuſſ. l. mortuo.* Fateor tamen, quòd ſi aliqua bona ad Eccleſiam pertinentia deperdita ſint per malitiam vel imperitiam Rectoris, ſive Ipſius Curati, quòd tunc ad judicium Archidiaconi tenebitur Eccleſiæ de æquivalenti ſatisfacere.

e *Malitiam.* Quæ dolum & fraudem importat; prout *no. Joh. de Atho.* In conſtitutione *Othoboni. Sacrorum. verſ. malitiam.* Ad quod vide *no. de offi. judi. dele. c. ut plures. verſ. malitioſe. li.* 6. *per Archid.* Et licèt omnibus hominum malitiis viam præcludere impoſſibile ſit, 6. *q.* 1. *ſi omnia.* 31. *q.* 1. *hac ratione. in fi.* ipſis tamen hominum malitiis obviandum eſt juxta poſſe. *de elect. c. ut circa.* Ubi de hoc per *Joh. An. verſ. malitiis.* & *glo. ſequen. li.* 6. Et ad idem vide *no. de ſimo. c. nobis. per Bern.*

f *Imperitiam.* Hæc enim culpæ annumeratur. *Inſti. de leg. Aquil. §. præterea. ff. de reg. jur. l. imperita. cum concor.* Sed quæro, ſi aliqua bona ſpectantia ad Eccleſiam, ſaltem de his quæ pertinent ad onus parochianorum, ut ea inveniant, fuerint per malitiam vel imperitiam alicujus, vel aliquorum de ipſis parochianis deperdita; an Archidiaconus poſſit ipſos, quos reperit in culpa, condemnare ad ſatisfaciendum de bonis ſeu rebus ejuſdem ſpeciei æquivalentibus? Videtur quòd non. Quia ſolùm nuda ſcrutatio abſque correctione, præterquam in levioribus jurgiis, pertinet ad Archidiaconum, prout notant Doctores. 94. *di. c. ſi quis. Et ibi per Archi.* Nam graviora debent referri Epiſcopo. Et ſic videtur ſentire *Archi.* 25. *di. c. perlectis.* Ubi de hoc. Et jura loquentia de officio Archidiaconi, ut videtur, locum habent circa clericos, non autẽ circa Laicos. *Extra. c. ti. per totum.* Cui conſonare videtur *glo. Ber. Extra. de pœnis. c. licet. glo.* 1. E contrà, videtur, quòd poteſt. Nam Archidiaconus in his, quæ ſpectant ad viſitationẽ ſuam, habet juriſdictionem ſaltem de conſuetudine etiam ſuper Laicos. Videtur ergo quòd poteſt omnia exercere, ſine quibus juriſdictio ſua explicari non poſſit. Ut *in l. cui juriſdictio. ff. de juriſdi. omniũ judicũ.* Unde ubi poteſt cognoſcere, poterit pronunciare, & etiam condemnare *Arg. ad hoc, extra. de cauſa poſſ. & propri. c. cum ſuper. & de offi. dele. c. ex literis.* cum ſimilibus. Et ſic ſentit *Inno Extra. c. c. ad hæc arg. l. de qua re. ff. de judi. cui dicto concor. Jo. in coll. c. præalle.* Et hoc puto verum de conſuetudine, in quantum cognitio & reformatio hujuſmodi ſpectant ad forum Eccleſiaſticum. Unde & Archidiaconus Laicos

Quæſtio.

Nota de poteſtate Archidiaconi.

pro

pro non reparatione ecclesiæ punit, & eis super hoc pœnam imponit. *infra e. c. ulti.* & facit ad idem *Extra. de offi. ord. c. 1.*

a *Item provideant.* quinta pars.

b *Possessionibus ecclesiarum.* i. bonis sive rebus jure & nomine ecclesiæ possessis. accipitur namque *possessio* quandoque pro re possessa. C. *communia utriusque judi. l. possessionum.* Quandoque sumitur pro usu. *ff. de verbo. sig. l. quæstio.* C. *de acqui. poss. l. licet.* unde cum hæc dictio *possessio* sit nomen verbale, est æquivocum: ut sit rei possessæ passio, & possidentis actio. *ut notatur per Card. de Præben. c. si tibi cœcesso. ver. vocare. li. 6.* Et quod hic dicit *possessionibus*, intellige sive possessiones ipsæ fuerint sub dispensatione seu regimine Rectoris seu Vicarii, aut aliorum ministrorum ecclesiæ vel aliorum Parochianorum. nam in utrisque regendis & gubernandis, ne depereant, providere debet Archidiaconus. *Ut hic & in constitutione Othonis de Archidiacono. Ubi de hoc.* Et puto in hoc loco nomine *possessionum* intelligi debere, non solùm emolumenta & jura ad sustentationé ornamentorum & fabricæ ecclesiæ sive luminarium ordinata, legata vel aliàs quovismodo præparata vel acquisita. Sed etiam decimas oblationes & hujusmodi jura, in quibus ecclesiæ possessæ sunt, & quæ ipsarum rectores sive de jure, sive de consuetudine, recipere & habere solent.

Possessio.

Item a provideant de possessionibus b, ut ita singulis c annis proficiant d; ne ecclesia suo e jure defraudetur.

Archidiaconus articulos excommunicationis promulgari; & præcepta moralia ad salutem necessaria ab iis quorum interest facias prædicari.

Johannes Peccham,

c *Singulis annis.* Quibus Archidiaconus visitat, ut prædixi.

d *Proficiant.* i. Crescant vel augeantur. Et sic referatur iste profectus ad possessiones. Vel dic *proficiant* activè, ut viz. ipsi Archidiaconi provideant ut possint proficere singulis annis circa possessiones ecclesiæ conservandas; & ne ecclesiæ suo jure defraudentur.

e *Suo jure.* Sive jus ipsum consistat in decimis, oblationibus, mortuariis, aut aliis rebus; ut sic hæc clausula referatur ad curatos vel ipsarum ecclesiarum rectores. Vel si hoc referas ad parochianos; dic suo jure, eo viz. quo aliquid provisum est ad ornamenta seu fabricam ecclesiæ, vel ipsius luminaria, aut alia hujusmodi sustinenda.

Divisio.

EIsdem etiam. Hæc constitutio habet duas partes. In prima mandat per Archi. inquiri de publicatione articulorum, quibus ipso facto incurrit aliquis excommunicationis sententiam. In secunda, *ibi Et quoties*, hortatur ipsos Archidiaconos, ut puniant negligentes in publicatione hujusmodi, & etiam curatos qui non prædicant doctrinam moralem, quæ incipit, *Ignorantia sacerdotum.*

f *Temporibus, sc.* Positis in principio dictæ moralis doctrinæ *Fo.* quæ incipit, *Ignorantia sacerdotis. De qua etiam patet. inf. ti. proxi. c. 1.*

g *Et infra.* Sub hac decisione ponuntur in integra multi articuli quibus incurritur excommunicationis sententia ipso facto, & ponuntur, *infra de senten. excommunico. c. cum multis.*

h *Publicatione.* i. Divulgatione, sive patente manifestatione.

i *Ipso facto.* quid importat hæc clausula habes notatum *per Arch. in c. fœlicis. ver. infamis. de pœ. li. 6. & no. per doct. in c. quòd sit de elect. li. 6. ver. eo ipso.* Et est dicere *ipso facto*, ac si diceret, ipso jure, scilicet nullo hominis ministerio interveniente, & *no. per Archid. de rescrip. c. 1. ver. ipso jure. li. 6.*

k *Inquirant.* secundùm modùm de quo scripsi. *supra de consti. c. exterior habitus. ver. inquirant.* Et in hoc loco non solum Archidiaconi procedunt ut inquisitores, sed ut judices, *quod patet infra* ubi mandat negligentes circa præmissa per ipsos Archidiaconos canonicè puniri. Et facit ad idem id quod *no. per Ber. & alios in c. exhibita. Extra. de judi. ver. inquirent.*

l *Et quoties.* Id est quot vicibus.

m *Presbyteros. scil.* Parochiales & earum animarum habentes.

n *Moralem.* i. ad mores pertinentem, vel de moribus tractantem.

o *Quatuordecim articulorum fidei.* Et de his plenius vide *supra de summa trinita. & fide catho. c. 1.*

p *Decem mandatorum.* De his & aliis quæ sequuntur, *vide infra ti. proxi. c. 1.*

q *Gratiæ sacramentorum.* De his vide *supra de sacra. ieiun. vel non. c. si.*

r *Excommunicationum sententia.* Intelligi de his quæ recitantur. *infra de sen. excommu. c. cum multum.* Nam de his specialiter intellexit constituens, sicut apparet ex integra. Aliàs amen articuli publicandi sunt pari ratione, ne videlicet per ignorantiam aliquis ipsorum aliquo involvatur. Sed quæro si articuli, quibus incarritur excommunicatio, non publicentur, an nihilominus ignorantes ligentur per constitutiones ipsas excommunicationum sententias fulminantes, ac si ad ipsorum notitiam devenirent? Dic à principio quòd non; nisi ipsorum ignorantia crassa fuit aut supina. *De hoc habes textum de consti. c. ut animarum. §. 1. li. 6.* Et est verum in statutis inferiorum Papâ. Constitutio verò Papæ generalis post duos menses computandos à tempore publicationis ejusdem generaliter factæ in consistorio ligat etiam ignorantes; *prout no. Arch. 72. di. proposuisti. Et Fo. An. in datis. 6. libri.* Quod verum puto quoad eos qui inter homines conversati sunt, & capaces fuerunt ad intelligendum id quod statutum est. Secus tamen dicerè, si non essent ad sic intelligendū capaces: utputà, quia à tempore editionis ipsius statuti erant continuâ furiâ detenti, vel mente capti; vel quòd talis ignorans fuerit pupillus, & non doli capax: vel si forsan adultus esset, per illud tamen tempus fuerat in carcere clausus, vel in eremo, vel in insula inhabitabili absque conversatione hominum: talis namque ignorantia, cum sit probabilis, bene excusat *secundum Henricum, qui de hoc no. Extra. de consti. c. cognoscentes. circa medium. Et hic vide quod scripsi. supra de consti. c. ulti. ver. publicam notionem.* Vel dic, quòd in delictis requirentibus dolum tacitè vel expressè, ut in legibus imponentibus pœnam personæ affictivam; *ut patet in. l. in actionibus. ff. de in li. juran.* vel quia expressè in lege fit mentio doli, vel quia lex loquitur per vocabula de jure exigentia dolum. *ut l. 1. ff. de furtis. C. de falsis l. exemplum.* vel quia lex punit factum quod principaliter intertur personæ. *ut l. 3. ff. de injuriis.* In talibus omnis ignorantia, quæ non habet in se dolum verum, nec latissimam culpam, quæ idem est quòd dolus præsumptus, excusat: licèt habeat in se latam culpam, levem, vel levissimam. Nam in talibus culpa non æquiparatur dolo; *ut dicit. glo. d. l. in actionibus.* punitur tamen pro modo culpæ mitius, quàm si dolosè deliquisset. *ff. ad. l. Cor. de Sic. l. lex Cornelia.* Secus tamen esset, si ignorantia haberet in se dolū verum, vel præsumptum: quia est crassa & supina. *Extra. de ordi. ab episcopo qui resig. episc. c. 1, in fi. de cle. excommu. c. ad apostolicæ,* in delictis autem non requirentibus dolum tacitè vel expressè, ut quia non faciunt mentionem doli, nec lex loquitur per verba quæ de jure habent in se dolum, vel quia punitur delictum non in personam, sed in rem: vel quia delictum punitur pecunialiter. In omnibus his, si ignorantia habeat in se latissimam culpam, vel latam culpam, non excusat: quia lata culpa in talibus æquiparatur dolo. Sed si ignorantia non habeat in se dolum, neque latissimam culpam, nec latam: sed habeat in se culpam levem vel levissimā: tunc in pœnis civilibus parti applicandis punitur pro modo culpæ. *ut.* Ic. pro culpa levissima levissimè, pro levi leviter punitur. *ff. de re ju. l. quod calore. cum ibi no.* Si vero pœna sit criminalis, debet etiam puniri secundùm qualitatē culpæ. *ut. l. vespiciendum. §. deliquit. ff. de pœnis: & ibi textus & glo. & Barth. contra no. per Cy. in. l. si quis non dicam. C. de epis. & cle. in fi.* Undè juxta præmissa, ignorantia juris naturalis, quia includit in se latissimam culpam, & sic dolum præsumptum, non excusat. Ignorantia vero juris positivi, & communis limitati & certi, quia de eo est casus legis, cum habeat in se latam culpam, eò quòd omnes scire debent leges: & lata culpa est ignorare qd omnes scire debent: *ut no. Barth. in. l. quòd verna. ff. depositi.* Immo & latissima videtur. *ut. sentis glo. Fo. An. de consti. c. 1. li. 6.* Talis ignorantia non excusat. Et hoc verum, quando lex ipsa fundatur super communibus regulis. Secus si esset lex singularis, vel aliàs occultā ratione discrepans à communibus regulis. Quia in talibus non esset culpa lata talem legem ignorare, ad quod facit. *ff. de jur. & facti ignoran. l. regula. §. penul.* Ubi stultus appellatur, qui ignorat jura communia & certa. Si autem lex sit dubia in suo intellectu, quia habet plures intellectus, vel quia diversæ sunt opiniones doctorum: hanc ignorare non est lata culpa. Sed an sit levis vel levissima, relinquitur æstimationi boni viri, scilicet judicis. Et ubi jus est intricatum quæstionibus dubiis, ita quòd nulla sit communis opinio, ignorantia in tali casu est satis probabilis, & magis imputatur contendenti, quàm non dicenti ignoranti. *Extra. de consti. c. fi.* Si verò lex dubia sive intricata habet communem opinionem, vel potest decidi ex similibus. Tunc si est in loco, ubi est copia jurisperitorum, talem legem ignorare est esse in lata culpa, quia debuit scire, quod

Quæstio.

Lata culpa dolo comparatur.

Potuit ab aliis sciri. Si non est ibi copia peritorum, tunc ignorantia habet in se aliqualem culpam, sed non latam. *facit ad hoc glo. Joh. 1. q. 4. §. sed notandum.* In jure verò municipali sive statutario dic, quòd in hominibus ejusdem municipii, vel his qui longam moram ibi traxerunt, & sunt ejusdem conditionis & capacis sensu ad sciendum legem talem, idem est dicendum sicut in scientia & ignorantia juris communis. In hominibus verò alterius municipii, ignorantia regulariter excludit omnem culpam, sicut ignorantia facti, quæ peritissimos fallit. *ff. de juris & fact. igno. l. 2.* regulariter dico; quòd possent esse tales circumstantiæ, ex quibus concluderetur culpa, utpura quia factum est communiter damnatum: & quia in causa dubii non consulit peritos cum posset. In talibus namque præsumitur scientia. *Insti. vi bo. rap. §. quia tamen.* Et licet ignorantia posset probari per juramentum proprium, *de homicid. significasti.* fallit tamen quando vehemens præsumptio est in contrarium, *secundum Anibo. de Butrio, qui sic no. in. c. cognoscentes. Extra. de constit.*

Archidiaconus curet ut altaris ornamenta sint decentia: & ecclesiarum libri idonei: sacerdotumque vestimenta in officio honesta & saltem duplicata.

sententias statutis *a* temporibus populo minimè prædicâsse *b* seu publicâsse *c*: toties *d* eos arguant *e*, & pœnâ *f* canonicâ castigando *g* supplere compellant *h*, quod temerè *i* omiserunt.

a *Statutis temporibus.* Scilicet in qualibet quarta anni semel ad minus. *infra ti. proxi. c. 1. in prin.* Et hoc verum quoad doctrinam moralem, *de qua ibi loquitur.* Sed quoad publicationem articulorum, *de quibus supra dictum est*, tempora ad hoc statuta habes infrà *de sent. excom. c. ult.*

b *Prædicâsse.* Hoc refer ad doctrinam moralem.

c *Publicâsse.* Hoc refer ad excommunicationis sententias.

d *Toties.* Nam quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequenti sententiâ puniri debent. *Extra. de pœnis. c. 1. ubi de hoc.*

e *Arguant.* i.e. reprehendant.

f *Pœnâ canonicâ.* De pœnis quas infligunt canones multæ notantur. *Ex. de offi. ordi. c. ad reprimendam. ver. canonibus. per Bern. & alios docto. & aliæ notantur de pœnis. §. quot sunt species. Per Hostien. in sum.* Et intellige hanc pœnam fore arbitrariâ eo quòd non est expressa. *sicut aliàs in simili no. per. Card. de sup. negli. pre. c. 1. ver. pœna. li. 6.* talis namq; pœna canonica dici potest, eo quòd per canones sit dirigenda: *ut ibi no.* unde cum multæ sint pœnæ canonicæ potest pœnam infligens ab earum aliqua inchoare secundùm qualitatem culpæ; sic quòd incipiat à leviori ipsi culpæ correspondente. Et sic secundùm aggravationem culpæ aggravetur & pœna. *ar. ad hoc. de offi. deleg. c. quia. li. 6. & ibi no. per Arch. ver. privo.* Sed quæro nunquid Archidiaconi possunt tales punire pœnâ pecuniariâ? videtur quòd non. Nam hic conceditur Archidiaconis castigatio sive punitio duntaxat per pœnam canonicam, quæ debet esse spiritualis vel corporalis secundùm exigentiam delicti; sicut apparet ex locis supradictis, in quibus cavetur de pœnis canonicis, inter quas non reperitur ordinatum de aliqua pœna pecuniaria saltem ratione jurisdictionis spiritualis infligenda. Ergo &c. *pro hoc faciunt ea quæ leguntur & no. Ex. de pœnis. c. licet.* Ubi apparet expressè quod per Archidiaconū pœna pecuniaria non est imponenda: cui etiam dicto concordant. *no. per Hostien in sum. de offi. ordi. §. quid pertinet. ver. debet etiam. in prin. ubi idem no. Hostien.* Non solum in Archidiacono, sed in quovis etiam ordinario majori judice. * nec obstat. *Extra. de raptor. c. in Archiepatu.* Quia loquitur ubi judex ecclesiasticus procedit, ut delegatus judicis temporalis in sic etiam *c. ulti. extra. de maledi.* loquitur de pœna pecuniaria per judicem temporalem infligenda. Nec obstat. *c. postulasti extra. de judi.* ubi per judicem ecclesiasticū imponitur pœna pecuniaria. Quia Decretalis illa loquitur de Judæo, cui non potuit pœna imponi spiritualis, & erat de jurisdictione temporali ipsius episcopi. Sic etiam respondetur *ad c. 2. de delict. puer. cum aliis similibus*: ut viz. locū habeat ubi delinquentes sunt de temporali jurisdictione ecclesiæ; & quòd Archidiaconi pro delicto non possint infligere pœnas pecuniarias, patet non solum *d. c. licet. sed etiam 94. di. c. dictum.* Et hoc verum *secundùm Jo. ibi*, nisi eis competat de consuetudine præscripta; in quo casu, ut dicit, talis pœna non debet infligi pro eodem peccato, nisi ter in anno. Et pro hac opinione Jo. faciunt ea quæ *no. per Arch. de sen. excommuni. c. venerabilibus, ver. pecuniarum li. 6.* Circa hanc materiam solet dici quòd ubi pœna pecuniaria est in jure statuta, ipsam infligere potest is qui potest de ipso delicto cognoscere. *ff. de judi. l. 2. §. ult. Extra de rapto. c. in Archiepiscopatu. cum concor. alleg. per Bern. in d. c. licet. de pœnis*, ubi verò pœna spiritualis vel corporalis limitata est, tunc illa mutanda non est, nisi per eum qui potest, super eo, pro quo infligitur pœna dispensare. Si verò nulla pœna limitata est, tunc ad arbitrium judicis potest infligi una vel alia etiam pecuniaria. *Extra de offi. deleg. c. de causis.* dummodo judex talis sit, qui possit in hoc dispensare. *sic no. Bern. in d. c. licet.* Et ipsum in hoc sequuntur quasi omnes doctores. Unde secundùm hoc apparet quòd Archidiaconi in casu nostro non possunt pœnam pecuniariam infligere, quia non possunt circa non observantiā eorum qui hic dicuntur, dispensare. Et hoc verū, nisi eis hoc competat de consuetudine præscripta, *ut suprà dixi. & faciunt ad hoc, no. in d. c. licet. per Inno. & Jo. An. in. no.*

Quæstio.

al. addunt Eccl siastico.

Nota de pœna pecuniaria & quis potest eam infligere.

Walterus.

SInt *k* Ecclesiarum Rectores, *& infra.* Provideant Archidiaconi ut linteamina & alia ornamenta *m* altaris, sicut *n* decet, sint honesta *o*; & *p* libros habeat ecclesia idoneos *q* ad psallendum *r* pariter & *s* legendum: & *t* ad minus duplicia *u* sacerdotalia *x* vestimenta: propriò hoc faciant, non possunt, nisi ex privilegio vel consuetudine præscripta hoc habeant secundùm quosdam. Pro quibus facit *extra. de cæc. pre. c. ad hæc. cum similibus.* Alii tamen dicunt idem in hoc casu, quod prius dictum est; ut scilicet in levioribus possint corrigere etiam de jure communi in Archidiaconatu eis specialiter assignato. Sed puto prius dictum verius. Nec obstant jura allegata in contrarium, si benè inspiciantur.

Quæstio.

h *Compellant.* Sed nunquid possunt per censuras ecclesiasticas compellere? dic quòd per suspensionem ad modicum tempus bene possunt. *Ut nota. per Inno. d. c. ad hæc. ver. corrigat. & dixi suprà. glo. proxi.* Excommunicare etiam poterunt absque solennitate. De quo etiam fit mentio. 11. q. 3. *debet. & c. fi.* Et hoc probatur. *Extra. c. de Præb. c. referente. de sen. excommun. c. venerabilibus. & c. de Ref. li. 6. Et sic stant notata per Arch. 24. q. 3. tam sacerdotes. & per Innocen. & Hostien. extra. c. c. ad hæc.* fateor tamen, quòd ubi consuetudo est in contrarium, Archidiaconi non possunt excommunicare. Et sic intelligo illud de quo habetur. 16. q. 2. *visis. & 24. q. 3. corripiantur.* Et idem quod dixi in excommunicatione, intelligo etiam in sententia interdicti. *ar. eorum quæ leguntur in. c. Romana in prin. de senten excommun. li. 6.*

i *Temerè.* Ex hoc quòd juri resistit. *Extra. de sen. excommuni. c. dilecto. & no. e. tit. c. cum medicinalis. ver. temerarius. per Arch. li. 6.* Et dicitur *temerè* fieri. l. præsumptuosè, fatue, stultè, sine causa, vel sine consilio *secundùm Fanuensem*, vel *temerè* dicitur *a. e.* pertinaciter vel protervè, *secundum Wil. in cle. fidei. ver. temere. de sum. tri. & fi. catho.* Et de hoc etiam, *not. per Card. d. c. cum medicinalis. ver. temerarius. li. 6.*

k SInt *Ecclesiarum.* In hoc capitulo quatuor tanguntur, quæ spectant ad providentiam Archidiaconi: Primum est circa pallas & ornamenta altaris, ut sint honesta. Secundum, ut libri tam ad psallendum, quàm ad legendum, sint competentes. Tertium, ut vestimenta sacerdotalia ad minus duplicentur. Quartum, ut deservientes altari suppellicijs induantur.

l *Linteamina.* consimile habes. *infra. de celebr. miss. c. linteamina. de consec. di. 2. c. si quis per negligentiam.* Et hic advertē, quòd linteamen propriè sumptum vel justa communem usum loquendi, ponitur pro linteo lecti, sive præparato ad lectum. ea verò quæ præparantur ad altaria, dicuntur nunc palle, nunc velamina. *de consec. di. 1. c. altaris. & in c. sequenti.*

m *Ornamenta altaris.* Qualia sunt frontilia, cortinæ, & cætera hujusmodi.

Nota de decentia ornamentorum.

n *Sicut decet.* Hæc decentia respici debet secundùm qualitatem ecclesiæ & ipsius facultates; ut scilicet secundùm quod ecclesia magis abundat in facultatibus, sic meliora & preciosiora habeat ornamenta.

o *Honesta.* i.e. Munda, non rupta, non conscissa. *infrà. de celebra. rum. miss. c. linteamina. in prin. de c. nisc. di. 1. c. vestimenta.*

p *Et quòd libros.* Secunda pars.

q *Idoneos.* i.e. aptos sive convenientes.

r *Psallendum.* i.e. Cantandū videlicet in matutinis, missis, vesperis, & aliis horis canonicis. Talis etiam cantus inventus est, ut ad compunctionem provocet animas audientium. 21. *di. cleros. ultra medium.* multi tamen sunt qui, dum miserabiliter psallunt, audientes magis ad lamentationem quam ad compunctionem impellunt; ut ibi dicitur: sed & bene psallenti cavendum est, ne magis favorem populi quærat, dum psallit, quàm laudem dei. Quia dum in cantando ad favorem populi blanda vox quæritur, congrua vita deseritur. 92. *di. cantantes. sed melius facit ead. d. c. in sancta.*

s *Et legendum.* De istis libris quorum sumptibus provideri, & quales esse debeant, *legitur infrà. de eccle. ædif. c. ut parochiani.*

t *Et ad minus.* tertia pars.

u *Duplicia.* sc. unum pro dominicis, aliud pro festalibus diebus.

x *Sacerdotalia.* Loquitur in pauperibus ecclesijs, ubi forsan non est

est nisi unus sacerdos celebrans divina. & vix his diebus reperiuntur, qui velint in certis ecclesiis curam exercere propter earum exilitatem; sic quod in eis non oportet providere de vestibus diaconalibus nec subdiaconalibus, cum non sit in eis ad hoc dare ministros. Alias videtur contra *d. c. ut parochiani.* Ibi vestimentum principale cum casula. &c.

a *Et ut honor* quarta pars.

b *Divinis officiis.* Quæ cõsistunt in septem horis canonicis, videlicet matutinis, primâ, tertiâ, sextâ, nonâ, vesperis, & cõpletorio de quibus partim legitur. 91. *di. c. Presbyter. sed plenius ibidem c. sequenti.* In hoc tamen loco puto quòd principaliter intelligatur de officio missæ. Quodapparet ex eo quod sequitur, *qui altari &c.* quod etiam officium in servitio divino peroptimum est. 7. *q.* 1. *illud. & c. seq.*

et a ut bonor debitus divinis b officiis in omnibus impendatur. Præcipimus etiam ut qui altari ministrat, superpellicio induatur.

Ecclesiarum reparationi debitè Archidiaconus invigilet.

Idem.

ARchidiaconi d, & infra: Injungimus Archidiaconis & eorum Officialibus e, ut in visitationibus f Ecclesiarum faciendis diligentem adhibeant considerationem ad fabricam g Ecclesiæ, & maxime h cancelli i, si forte indigeant reparatione k: si quos invenerint defectus hujusmodi, certum l sub m pœna præfigant terminum, infra quem emendentur n vel suppleantur o per p se etiam & suos q inquirant r,

c *Altari ministrat.* Videlicet Presbytero celebranti assistens. Et idẽ in missæ tẽpore ministrans. Vel potest intelligi de sacerdote quovis tempore accedente ad altare, ut aliquid faciat, vel disponat circa Corpus Christi; ut viz. illo tempore sit indutus superpellicio. Et juxta communem intellectum dic superpellicio. i.e. veste linea ad talem usum præparata. De qua tamen veste non memini me legisse in toto corpore juris canonici vel civilis, nec etiam in sacra scriptura: sit tamen de eo mentio *infra. de eccles. ædi. c. ut parochiani.* Et potest significari per tunicam lineam, qua induebantur filii Aaron in veteri lege. *de qua legitur Exod* 28. *ad fi.* Sed æstimo quòd propriè superpellicium est indumentum de pellibus confectum: sed in nostro communi usu intelligitur, ut prius dixi.

d ARchidiaconi. Hæc constitutio habet duas partes. In prima hortatur ut per Archidiaconos, vel eorum officiales; fiat diligentia circa reparationem navis ecclesiæ & cancelli. In secunda ibi. *Per se,* hortatur, ut fiat diligentia circa excessus, quos Archidiaconi in suis visitationibus reperierint, corrigendos. *Divisio.*

e *Officialibus.* De his habes *Extra. de novi oper. nuncia. c. penultimo ubi legitur de offi. Archi.*

f *Visitationibus ecclesiarum.* Hic videtur innui, quòd officialis Archidiaconi possit visitare, quod tamen non est verum saltem jure proprio, potest tamen hoc facere jure Archidiaconi, ubi ipse Archidiaconus est impeditus. *quod dic ut dixi, supra c. c.* 1. *ver. videat.*

g *Fabricam ecclesiæ.* i.e. Structuram sive constructionem quæ consistit in parietibus, fenestris, & tecto. Et ex hoc quòd dicit *Ecclesiæ,* comprehendit ecclesiam integram, videlicet navem cum cancello; circa cujus reparationẽ in sua visitatione debet invigilare Episcopus. 16. *q.* 1. *decernimus & duobus capitulis sequentibus,* unde & Archidiaconus, qui Vicarius Episcopi est. *Extra. c. c.* 1. & *c. ad hæc,* idem facere debet.

h *Maximè.* Hic ut videtur, hæc dictio *maxime* abundat, cum appellatione ecclesiæ contineatur & cancellus, ut dixi *in glo. præcedenti. sic alibi abundat. ff. si quis omissa ea. test. l.* 4. *circa medium. & l. licet. in fi.* Quandoque ponitur comparativè, *ut no. Extra. de sponsa. c. sponsam per. Ber.* Et sõ ex dicì, quòd ubicunque sensus implicitus per hanc dictionem resultat juri contrario, tunc abundat. *C. de ma. test. l. ulti. § sin autem. & no. C. de rescin. vend. l. si pater. ver. secundo opponitur. & de annal. except. l. si ex multis. ver. secundo quæritur per Cyn. super hoc vide no. per Henr. de Sil. Presbytero. c. ad abolendam. & de senten. excommuni. c. Universitatis. dist. infra.* Et per dei gratiam cum deliberatione alibi dicam.

i *Cancelli. Cancellus* est interstitium inter propugnacula murorum, quale est quod claudit chorum à navi ecclesiæ. *Papias* verò dicit, *cancellus* est cantorum excellens locus. Et consimile verbum habes in constitutione *Ordoheni: improbavi. § cancello.* *Cancelli.*

k *Reparatione.* Hæc reparatio de jure communi pertinet ad eum, qui recipit quartam illam, quæ ab antiquo assignata est fabricæ ecclesiæ. 12. *q.* 2. *quatuor.* Et sic de jure communi pertinet ad rectorem, qui habet ipsam quartam, non autem ad parochianos. 10. *q.* 3. *c. omnes. ubi de hoc. & no. de pa. & re. c.* 1. *in prin. vers. fabricæ per Archi. li.* 6. Consuetudo tamen transfert onus reparationis saltem navis ecclesiæ, in parochianos, & similiter cancelli quandoq; sicut satis constat in civitate *Londonensi* in multis ecclesiis. Et hanc consuetudinem servare debent compelli parochiani, ubi talis est consuetudo *sic no. Extra. de cens. ædi. c.* 1. *Jo. And. in no.* Et hanc materiam latius prosequere si vis *post no. Felin. Abbas in d. constitutione improbavi. ver. tenentur.* Ubi primo concludit, quòd licet consuetudo excuset rectorem à solutione sumptuum, non tamen liberat eum à sollicitudine & cura circa ipsam reparationem impendendis; & quin teneatur reddere computa expensarum, & proventuum fabricæ relictorum. Secundò concludit, quòd in casu dictæ consuetudinis parochiani debent contribuere ad fabricam secundùm portionem terræ quam possident, & numerum animalium quæ tenent & nutriunt infra parochiam. In eadem etiam glossa idem *Jo.* plura ponit, ad quæ te remitto; & quæ potius concernunt materiam. *c. ut parochiani. infra. de eccles. ædi. §. fi.* Ubi hæc materia convenientius tractabitur. Ideò hic pertranseo. Videas tamen circa hoc si placet nota. *per Henr. Extra. de eccle. ædi. c.* 1. *Quitenentur ad ecclesias reparandas.*

l *Certum.* Sumes quod est infra, *terminum.* Et nota, quòd *certum* dicitur illud; quod apparet ex se quid, quale, quantum ve sit, adjecto proprio nomine, vel alia demonstratione. *ff. si certum petat. l. certum. Certum* etiam dicitur id quod per ipsius ostensionem potest reddi certum, licèt ab initio fuerit incertum. Patet exemplum, Si promitto vipum existens in certa domo, cujus certitudo potest haberi ex ostensione ipsius vini. *ff. de verbo. obli. l. ubi autem. § sed qui vinum. Et no. de verb. sig. c. constitutionem, vers. sciisset. per Card. li.* 6. Sit sic *Certum* dicitur illud qd per se aspectum, vel alias de facili potest fieri certum. *ar. ff. de dam. infec. l. damni § Sabini. & de hoc no. de elec. c. forte. vers. evidenter per Archi. li.* 6. Item *certum* dicitur id, quod est clarum, sive manifestum, & nullatenus obscurum. 11. *q.* 3. *Certum. & no. de elec. c. in electionibus. ver. incerta. per Archid. li.* 6. *Certum.* *Certum* al. omittunt Se.

m *Sub pœna.* Ex quo pœna non limitatur, erit arbitraria. *Extra. de offic. deleg. c. de causis, cum similibus.* Hæc autem Pœna excommunicationis non poterit esse, in quantum concernit parochianos ut universos, qui tenentur ad fabricam navis ecclesiæ. Nam pœna excommunicationis non infligitur in universitatem. *de sen. excommu. c. Romana in fi. li.* 6. Licèt posset infligi in singulares personas singulariter, quæ in ea parte essent culpabiles. Et idem puto in hoc casu quòd suspensionis pœnam, talem vir. quæ non potest cadere in parochianos tanquam communitatem sive universitatem: posset tamen Archidiaconus in hoc casu, si defectus fuerit enormis, apponere pœnam, ne tempore limitato elapso in ipsa ecclesia celebrentur divina usque ad congruam reparationem factam; ut sic parochiani puniantur per suspensionem sive interdictum loci. *Ar. ad hoc Extra. de sponsi. c. non est vobis.* Si vero aliqui sint, qui tenentur ad reparationem contribuere, & dum possunt, nolunt, vel nimis remissi sunt; tales monitione præmissa potest ad hujusmodi contributionem cõpellere per excommunicationis pœnam: ne propter eorum culpam etiam ecclesia ista maneat irreparata. *arg. ad hoc. d. c. Romana. ibi: culpabiles. &c. Et hic vide ad roborationem præmissorum ea quæ no. per Inno. d. c. Romana. prope fi.* Sed nunquid Guardiani ecclesiæ ad hujusmodi reparationẽ faciendam, & alias ad bona ecclesiæ disponendà electi, possunt per pœnam hujusmodi. sc. excommunicationis, vel suspensionis aut per pœnam aliam, compelli ad reparationem de qua hic dicit. Æstimo quòd si sufficienter * habere possint unde fiat reparatio hujusmodi, tunc si circa hoc negligentes extiterint, possunt per censuram ad hoc compelli. Alioquin si per eos non steterit, non esset contra eos sic procedendum. *arg. ad hoc de reg. Ju. c. imputari. li.* 6. *cum similibus.* Sed cum Archidiaconi ex consuetudine præscripta imponunt pœnas quandoq; pecuniarias. *Quod dic, ut dixi. supra c. c. eisdem. vers. pœna canonica.* Et materiæ in casu de quo hic loquimur: viz. pro reparatione ecclesiæ. Quæro si parochiani incidant in hanc pœnam, cui applicabitur ipsa pœna? potest dici quòd si Archidiaconus habet aliunde sufficienter unde vivat, tunc pœnam ipsam convertere debet in pios usus, viz. pauperum, aut alias in utilitatem ecclesiæ. *Extra. de pœnis. c. Presbyteri. 23. q.* 3. *dicat aliquis. 3. di. jus militare 16. q.* 7. *c.* 1. Si vero non haberet unde debitè vivat, tunc illa posset convertere in usus suos. *Extra. de offi. ordi. c. dilectus.* & facit quod *no. per Archi. 23. q.* 4 *si vero. glos. antepenul. in fi. & de sen. excommuni. c. contrahibus. § denique. li.* 6. & per *Gem. extra. de elec. c. statutum in Clem.* Quantum verò est ad reparationem, videtur hæc materia decisa *infra. de censi. c. quamvis lex natura. § Item quia.* Ubi de hoc. *vers. sequitur impugnantes.* Quæstio. * al. habeant in manibus, vel eorum diligentiâ sufficienter habere possint, unde &c.

n *Emendentur.* Sc. defectus nondum incepti, ut reparentur.

o *Suppleantur.* Sc. incepti, sed non completi.

p *Per se.* Secunda pars.

q *Et sui.* Sc. officiales & ministros, quibus in nonnullis creditur. Vel si forsitan sint nullos excessus se delaturos, nisi de quibus constat, vel gravis regnat infamia.

r *Inquirant.* Utrelligas de inquisitione generali, de qua dixi *supra in constitutione, exterior habitus. vers. inquirant.* Et fiat hæc inquisitio simpliciter & de plano; sicut legitur *Extra. de accu. c. sicut olim.* Et in nonnullis talibus est credendum, aliter non: nisi sint jurati, ut notati solet per doctos. *in d. c. sicut olim. ad finem.*

s *Rebus.*

a *Rebus.* Sc. pertinentibus ad eccleſiam; de quibus habes *infra. de eccle. ædi. ut prochiani. & ſupra. c. 1.* & dic *in rebus.* i.e. circa res. ſc. aut male geſtas, aut malè cuſtoditas. Et hîc appellatione *Rerum* intelligo contineri jura ad eccleſiam quovîſmodo pertinentia. *ar. ff. de verbo. ſig. l. rei appellatio.*

b *Perſonis.* Sive clericorum ſive laicorum.

c *Tunc.* Sc. in ipſa viſitatione vel tempore viſitationis.

d *Proximo.* Hic vide quod ſcripſi *ſupra de conſti. c. 1. verſ. capitulis ruralibus.*

e *Corrigantur.* Sic ergo patet, quòd correctio criminum etiam pertinet *ad Archid.* Et huic concordat id quod legitur in *conſtitutione Othonis. c. de Archidiaconis, ubi de hoc per Jo. de Athо. in ver. corrigenda.* Sed pro hoc dic ut dixi *ſupra de conſti. c. exterior habitus. verſ. inquirere.*

f *Ignorantia ſacerdotum, &. infra.* Hujus c. pars eſt *ſupra de ſum. tri. & ſi. ca. c. 1. de ſacra. iteran. c. 2.* & illud. c. habet principaliter. 2. dicta. In primo dat præceptum de certa doctrina facienda concernente mores hominum per ſacerdotes curam animarum habentes in eccleſiis parochialibus. In ſecundo ibi, *Et ne*, declarat doctrinam ipſam, diſtinguendo eam in ſex dicta. Primo ibi, *Decem enim*, declarat decem mandata Decalogi. Secundo ibi, *His autem*, declarat duo præcepta Evangelii. Tertio ibi, *Sex autem*, declarat quæ ſunt opera miſericordiæ. Quarto ibi, *Septem vero*, declarat quæ ſunt Peccata mortalia. Quinto ibi, *Septem virtutes*, ſeptem virtutes principales declarat. Sexto ibi, *De ſeptem*, remittit ad locum ubi tractatur de ſeptem ſacramentis.

Diviſio.

g *Præcipimus.* Hic vide quod ſcripſi *ſupra. de conſti. c. 1. verſ. præcipimus.*

h *Præſidens.* Sc. per viam curæ.

i *Quater in anno.* Hujus expoſitio ſtatim ſequitur in textu ibi, *hoc eſt ſemel in qualibet quarta anni.* Licet enim annus dividatur in quatuor tempora. viz. in ver, quod incipit in medio Februarii, vel prope; & durat per tres menſes. Deinde in æſtatem, quæ durat tantundem. Tertio in autumnum, qui etiam tantum durat. Quarto in hiemem, quæ etiam tot menſibus durat: *ut no. Accurſ. ff. de aqua quotid. & æſti. l. 1. §. æſtatem.* Annus tamen uſualis, qui incipit in Januarii primo die, & durat uſque ad Januarium anno revoluto: *ut no. Arch. de reſcrip. c. ſi propter. verſ. anni. li. 6.* & qui habet 365, Dies. *ff. de ſtatu liber. l. cum hæres. §. Stichus.* Diviſus in quatuor partes habet pro prima quarta. 3. menſes ſc. Januarium. Februa. & Mart. vel quod eſt verius, computando per dies & horas, habet 91 diem & ſex horas. Unde prima quarta incipiendo à media nocte poſt ultimã Diem Decembris terminatur ad mediam noctem primæ diei Aprilis junctis ſibi ſex horis diei naturalis ſequentis. ſecunda quarta terminatur in meridie ultimæ diei Junii, viz. hora 12. Tertia quarta terminatur in veſpere primæ diei Octobris. Quarta quarta terminatur in media nocte ultimæ diei Decembris. Unde ſufficit illud quod hîc præcipitur fieri aliquo die ſolemni quocunque infrà aliquam dictarum quartarum, ſive in principio, medio, vel in fine; etiam ultimo die ipſius quartæ. *ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verb. ſig. l. ſi quis ſic dixerit.* apparet tamen de voluntate conſtituentis fuiſſe, ut hæc doctrina fieret certis temporibus ſicut colligi poteſt *ſupra. de offi. Arch. c. eiſdem temporibus.* viz. illis temporibus de quibus legitur *infrà. de ſen. exc. c. ul.*

Quatuor anni partes.

k *Solemni.* Sc. dominica, vel alia, qua parochiani de mandato eccleſiæ convenjunt ad divina.

l *Pluribus.* Videlicet ſi in una die tota iſta doctrina expediri non poterit. Nam licet pluribus diebus particulatim miniſtretur, ſemel tamen duntaxat fit integraliter. Et hoc eſt quod *ſupra* dixit *ſemel in qualibet quarta anni.* ut non illud *ly ſemel*, intelligatur In ſimul, ſicut alias ſumitur *ff. de ju. patron. l. ſi libertus. §. ſi.* Sed ſemel viz. in hujus conſtitutionis totalitate per ſingulas quartas, nni exequenda.

m *Perſe.* Si legitime impeditus non fuerit.

n *Per alium.* Sc. locum ſuum in cura ſua tenentem, utputa presbyterum parochialem, vel alias per alium capellanum, ſive infrà ſuam eccleſiam vel extrà divinis officis exequendis aſſuetum.

o *Populo.* i.e. Tam nobilibus quã ignobilibus, *infrà. de jurenatu. §. plebiſcitum.* nam *populi* univerſi cives intelliguntur, *ut ibi.* & hoc verum in his qui ſunt ejuſdem profeſſionis, Secus ſi fuerint diverſæ profeſſionis; ut ſunt clerici & laici. 12. q. 1. c. *duo ſunt*, unde interdicto populo non eſt interdictus clerus, nec e contra. *de ſen. excommunni. c. ſi ſententia. li. 6.* juxta quod videtur quòd hic per *populum* intelligantur ſolum laici, quibus maximè convenit hæc doctrina. puto inde quòd & clericis intereſſentibus non debet illud, quod hic præcipitur, omitti; quia etiam utrique ſtatui hæc doctrina communis eſſe debet, & utrique eſt neceſſaria.

p *Vulgariter.* Sc. in lingua materna & vulgari Anglica viz. Anglicis; Gallica Gallicis. & eſt idem dicere *vulgariter* i.e. non literaliter, ſed ad intellectum vulgi. i.e. communitatis plebium ſimul commorantium.

q *Subtilitatis.* Quæ ſi ſit fantaſtica, & ad veritatem dicendorum minus fructuoſa, vel inutilis, aut alias pernicioſa, reprobanda eſt. *Extra. de judi. c. dilecti. cum concor. ibi notat.* & 24. q. 1. *Schiſma.* & 37. *di. relatum.* ſin autẽ ſit utilis & rationabilis tendens ad indagationem intellectûs alicujus veritatis, talis ſubtilitas approbatur. *Extra. de fer. capellanus in ſi. de cele. miſ. c. cum Martha. de tranſla. epiſ. c. 2. §. 1. ver. dicunt ergo. & ſic no. per Hoſtien. d. c. dilecti.* Unde vana ſubtilitas reſpuenda eſt. *C. de legi. l. ulti.* Illa etiam quæ innititur verbis, & recedit à mente jurium. *Extra. de verb. ſig. c. intelligentia. & no. d. c. dilecti. per. Jo. An. & per Hoſtien. d. c. capellanus.* Sic etiam ſubtilitas quæ eſt circa medullam materiæ, eſt laudabilis, non autem illa quæ conſiſtit circa vocem tantùm; *ſicut no. 12. q. 5. c. obitum. per Archid.* *Subtilitas duplex.*

r *Textura fantaſtica.* Eſt enim *textura* idem quod operimentum, vel interſartio, quã aliquid, quod alias appareret, latenter abſcondit. Et hæc etiam multoties fit ex imaginatione, quæ alias fantaſia dicitur; dum aliud forſan aliquis cauſã curioſitatis ſcripturæ adjicit vel admiſcet, quàm quòd in ea plane poſita continetur. Et per talem adjectionem ſive mixturam verus, ut ſæpe contingit, non habetur, vel alias obfuſcatur intellectus.

ſ *14. Fidei articulos.* De his ſufficienter dixi *ſupra. De ſum. tri. & ſi. ca. c. 1.*

t *Decem mandata.* De his ſeriatim legitur *infrà. c. c. à verſ. decem enim. uſque ad verſ. his autem.*

u *Decalogi.* Sic dicti à decem & logos, quod eſt ſermo. *ſecundum Januen.* Et eſt *decalogus* ſermo decem præceptorum. De hoc decalogo habetur *Deutero. 5. & Exod. 20. & 32. q. 4. meretrices.* *Decalogus.*

x *Geminæ charitatis.* Sc. dilectionis dei & proximi. De quibus habes *infrà c. verſ. his autem.*

y *Opera miſericordiæ.* De his habes. *infrà. c. ver. ſex autem.*

z *Septem virtutes.* De his habes *infrà. c. verſ. ſeptem virtutes.*

a *Gratiæ ſacra.* De his habes *ſupra. de ſacr. itera. vel non. c. 2.* quod

b *Et ne quis.* Secunda pars principalis. & dic, (eſt pars hujus *ne quis*, ſcilicet ad quem ſpectat iſta docere.

c *Prædictis.* Sc. Doctrina ſive expoſitione eorum quæ ſtatim *infrà* dicuntur.

d *Per ignorantiam.* Quæ in his vituperanda eſt in habente curam animarum. Quod dic, ut dixi *ſupra. de ſumma trinita. & fi. catholi. c. 1. gloſſa. 1.*

e *Titulo congruenti.* Sc. *ſupra de ſumma tri. & fi. catholi. c. 1.*

f *Summaria brevitate.* i. e. compendioſa brevitate, tali viz. quæ in paucis totum continet, ſicut alias patet exemplum in præmiſſis. & per totum librum.

g *Decem enim.* Hic incipit agere de decem præceptis Decalogi, de quibus præmiſit. Et nota quod decem mandata poſſunt figurative recolligi in corpore humano tripliciter. Primo, in decem articulis pedũ, ut per eorum numerum adſit memoria decem mandatorum ad dirigendum in nobis greſſus affectionũ. Secundo, per decem digitos manuum, per quorum numerum adeſſe debet memoria decem mandatorum ad regendum actus noſtrorum operationum. Tertio per decem organa quinq; ſenſuum ſunt enim in corpore humano duo oculi *Figura decem mandatorum.*

ad

ad videndum: duæ aures ad audiendum: duæ nares ad odorãdum: duæ fauces ad guſtãdum: & duæ manus ad tangendum. Ex quorum numero adeſſe nobis debet memoria decem mandatorum ad moderandum actus noſtrarum converſationum. Et nota, qd iſte numerus ſumitur hoc modo, ut ſcil. horum tria, quæ ſunt primæ Tabulæ, ordinent nos ad Deum; & hoc tripliciter.

Uno modo per meditationẽ cordis: & ad hoc dirigit tertium præceptum ſc. ſanctificatio Sabbati; quo aliquod tempus deputatur ad vacãdum divinis, ceſſando ab omnibus quæ etiam divina perturbare poſſẽt. Alio modo per reverentiam oris; quod ſit dum Deus laudatur, & nomen ejus in reverentia tenetur; & ad hoc dirigit ſecundũ mandatum. Tertiò, ut in opere ſervitium debitum Deo exhibeatur, quod *latria* dicitur; ad cujus actum ordinatur primum Præceptum per prohibitionem contrarii. Septem alia præcepta ordinant nos ad proximum: & hoc dupliciter. Uno modo ut beneficium ei impendatur; quod maxime parentibus faciendum eſt. Unde in primo præcepto ſecundæ Tabulæ honor parentum præcipitur; in quo intelligitur omne beneficium proximo exhibendum. Nam honor iſte non ſolum attenditur in reverentia, ſed in adminiſtratione eorũ quæ [a] corpori ſunt neceſſaria. Alio modo, ut proximo nocumentum non inferatur: & ad hoc pertinent ſex præcepta quæ ſequuntur: & ſic ordinantur. Nocumentum proximo inferri poteſt tripliciter. Corde, ore, & opere. Corde dupliciter, quãdoq; reſpectu rei rationalis, contra quod dicitur *Non concupiſces uxorẽ proximi tui*. Ubi prohibetur cupiditas rei alienæ, quæ eſt cum eo idem corpus, & ſibi res conjuncta. Et etiam cupiditas rei alienæ quæ non eſt ſibi conjuncta ut unum corpus; ſed eſt extra eum; dum dicit, *non ſervum, non ancillã &c.* quandoq; reſpectu rei irrationalis, cũ dicit, *non cõcupiſces res proximi tui, non agrum, non domum &c.* Ore vel alias verbo infertur proximo nocumentum. Et contra hoc dicitur, *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium*. Opere verò nocetur proximo tripliciter. Uno modo in perſonam propriam: & hoc prohibetur dum dicitur, *Non occides*. Alio modo in ſuos. Et contra hoc dicitur *Non mœchaberis*. Tertio modo in ſua: & contra hoc dicitur, *Non furtum facies*.

[a] *al.* proximo.

Tripliciter poteſt inferri nocumentum proximo.

[a] *Veteris Teſtamenti*. Quod ſcilicet hircorum & vitulorum ſanguine fuit dedicatum, & temporalia promittebat; cum tamen Teſtamentum Novum, qd eſt Chriſti ſanguine conſecratum, promittat æterna. Dicitur itaq; Vetus Teſtamentũ, quia tranſitoriũ. Aliud dicitur Novum, quia æternum. *Extra. de celeb. miſſ. c. cum Marthæ. §. cæterum.*

b *Tria*. Scilicet prima in ordine; *de quibus infrà patet*.

c *Ad Deum*. Scilicet contemplandum vel diligendum.

d *Primæ tabulæ*. *Joſephus*, qui fuit Doctor Hiſtoricus, dicit, quòd præcepta divina fuerunt per æquas partes in duas tabulas diviſa: ſic quod quinq; fuerunt in una, & quinque in alia. Sed *Origenes*, *Auguſtinus*, & alii Doctores myſtici dicunt, quòd in prima tabula continebantur ſolùm tria præcepta, quæ ordinant ad Deũ: & horum dicta ſequitur Auctor in hoc loco; & de his Tabulis videre poteris, *Deutero. 5. c.*

e *Septem verò*. Sc. ſequentia, & ſuppl'e ordinantur ad proximum, ſcilicet diligendum.

f *Secundæ tabulæ*. Eo quòd dicta Præcepta fuerunt ſcripta in duabus Tabulis lapideis; ut habetur *Deutero. 5.*

g *In primo*. Scilicet præcepto primæ tabulæ.

h *Omnis Idololatria*. Quæ eſt triplex reſpectu triplicis Sectæ, ſc. Infideliũ, ut puta Judæorũ & paganorũ. Item Hæreticorũ & etiam malorum Chriſtianorum. Sunt enim in hoc primo præcepto tres clauſulæ. Prima eſt illa quæ ſequitur hic in textu, hæc videlicet,

Idololatria triplex.

i *Non habebis Deos alienos*. Et iſtud præceptũ principaliter ordinatur ad Deũ patrẽ, cui tanquã ad fontale principium totius Deitatis eſt principaliter orandum: & eſt de divina unitate. Et contra hanc clauſulam veniunt Judæi & Sarraceni, qui deos habent alienos. Judæi viz. Meſſiã, i.e. Antichriſtũ. Sarraceni, verò Mahometẽ. Secunda clauſula eſt: *non facies tibi ſculptilia*: hoc eſt, imagines fictas, quæ nullius rei naturalis ſunt repræſentativæ. Et contra hoc faciunt hæretici, qui non credunt de Deo, niſi quod in imaginatione & fantaſia confingunt. Tertia clauſula eſt: *neq; omnem ſimilitudinem*. ſc. rei naturalis imaginem, quæ eſt in cœlo deſuper, ut ſolis & lunæ. Et quæ in terra deorſum, ut hominis, bovis & ſimilium. Neque eorum quæ ſunt in aquis, i.e. piſcium. Contra hoc faciunt mali Chriſtiani. Superbus namq; & ambitioſus colunt ſimilitudinem eorum quæ ſunt in cœlo deſuper; nam tales ſuper omnia diligunt excellentias & prælaturas. Avarus colit ſimilitudinem eorum quæ ſunt in terra, aurum ſc. & argentum, & terrenas divitias, & nummum colit ſicut Deũ. Unde avaritia eſt idolorum ſervitus, ſecundùm *Apoſtolum ad Col. 3.* voluptuoſi, ut ſunt guloſi & luxurioſi, colunt ſimilitudinẽ eorum quæ ſunt in aquis, viz. carnis voluptatem & delicias; de talibus dicitur, *quorum Deus venter eſt*: & *gloriantur in confuſione ipſorũ. ad Phil. 3.* Ex præmiſſis apparet, quòd reprehendi non debent veri Chriſtiani, qui faciunt imagines, non ut eas tanquã aliquid numinis habentes cõlant, vel adorent, ſed ad memoriam & recordationẽ ſanctorum, quos repræſentant, eas venerantur. *De conſe. diſt. 3. c. perlatum*. & *c. ſeq.* talis namq; honor non eſt latriæ, ſed duliæ ſecundùm *Thomam*.

k *Omnis ſortilegia*. i.e. Divinationes & maleficia. *26. q. 5. c. ſortes*. quæ omninò illicita ſunt; ſicut patet. *e. cau. q. 2. §. his ita*. & *c. ſequenti*. & *quaſi per totũ*. Et de his, & ea concernentibus, plenius videre potes. *26. q. 2. illud*. & *per totam cauſam illã*. & *na. per Hoſtien. In ſumma. Extra. de ſortil. quaſi per totum*. & *ſpecialiter in §. quot ſunt ejus ſpecies*. & *§. in quo caſu*. Ibi videas pro materia & remiſſionibus.

veteris [a] Teſtamenti, tria [b] ordinantur ad [c] Deũ, quæ dicuntur mandata primæ [d] tabulæ; ſeptẽ [e] verò ad proximum, quæ dicuntur ſecundæ [f] tabulæ mandata. In primo [g] prohibetur ômis [h] Idololatria, cùm dicitur; Non habebis deos alienos coràme: in quo implicitè prohibentur omnis [k] ſortilegia, & omnes incãtationes [l] cum ſuperſtitionibus [m] Characterum [n], & hujuſmodi figmentorum [o]. In ſecundo [p] mãdato cùm dicitur, Non [q] aſſumes nomen dei tui in vanum, prohibetur principaliter [r] Hæreſis univerſa: & ſecundariò omnis Blaſphemia [ſ],

l *Incantationes*. Utputa, in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſervationes attendendo; niſi ſymbolum vel orationem dominicã. *26. q. 5. c. non liceat. Ubi de hoc per Archi*. Et idem in aliis ſimilibus. Dicuntur enim *incantatores* hi qui artem verbis peragunt, *ſicut legitur. 26. q. 4. c. 1.* Incantator.

m *Cum ſuperſtitionibus*. *Superſtitioſum*, eſt omne illud quod ab hominibus fit ad colendum creaturam vel partem creaturæ ſicut Deum, vel ad invocationem dæmonum, vel ad exercendum magicas artes. De quibus habentur multa exempla. *26. q. 2. c. Illud*. Et generaliter omne illud quod ponit ſpem in aliud, præterquàm in Deum, *26. q. 5. non liceat*. Superſtitioſum quid ſit.

n *Characterum*. i.e. Figurarum ſive literarum. Solent enim aliqui aliqua divina verba ſuper ſe geſtare circa collũ vel alibi, quibus cavendũ eſt nè talis ſcriptura fiat ad invocationem dæmonũ: neve contineat aliquid falſitatis: quia ſic ejus effectus non poſſet expectari à Deo, qui non eſt teſtis falſitatis. Cavendũ eſt etiam nè cum verbis ſacris contineantur aliqua vana, viz. ſigna ſive characteres inſcripti præter ſignum Crucis, *Ut notat Archi. dicto. c. non liceat*.

o *Figmentorum*. poſſunt enim dici *figmenta* omnia talia quæ non habent in ſimilitudine ſua realem exiſtentiam, ſed finguntur ab animo hominis: ut ſunt illa quæ habent caput hominis & corpus bovis, & hujuſmodi. Vel poſſunt dici *figmenta* prout aliqui fingunt nomina Hebraica angelorum, & ea literis ſive carminibus inſcribunt. Et in modo ſcribendi ſpem ponunt, ac etiam in ligaturis & aliis vanitatibus ſuis confidunt. Ut verbi gratiã, quòd Theca, in qua portant reliquias, ſit quadrata vel triangula, vel aliud hujuſmodi, quod non ſit nec fiat ad reverentiam dei: ſecundùm *Archi. in loco præal.* & idem intelligo de his, qui portant Brevia quibus inſcripta ſunt nomina non uſitata, quaſi nomina dei ineffabilia, & etiam de talibus quibus aſſeritur, quod quicunque Breve tale ſuper ſe portaverit, non periclitabitur ſic vel ſic: aut illud vel illud bonũ ſibi continget, ſecundùm *Wil. ſuper Ray. ti. de ſortilegiis*. & *fratrem Jo. in ſumma confeſ. e. ti. q. 13.* de hac materia notatur plenius *per Henricum. extra. de ſortilegiis c. 1. diſt. 1.* Figmentũ.

p *In ſecundo*. Hic agitur de ſecundo mandato primæ tabulæ.

q *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*. Et iſtud Præceptum pertinet ad Filium qui eſt Nomen Patris, & eſt de juramenti veritate. Et dic *in vanum*. i.e. pro nihilo, vel pro re quæ non eſt † juranda. † *al.* in jurando.

r *Hæreſis univerſa*. Hæc autem conſiſtit in corde aut in ore vel in opere. Corde conſiſtit, in omnibus his qui nomine tantùm, ſine re, dicuntur Chriſtiani. Tales namque, licèt ſacramentum Baptiſmi receperint, tamen rem ſacramenti, i.e. gratiam, non habent: & ſic nomen Dei ſumunt in vanum. Ore autem hoc accidit multis modis, videlicet per vanam jurationem; per voti tranſgreſſionem; per vanam prædicationem; talem videlicet quæ ſit mala intentione; & per indevotam orationem; de qua dicitur, *populus iſte me labiis honorat; cor autem eorum longe eſt à me*. Item opere. Hoc contingit maximè in hypocritis, quorum opera conſiſtunt in ſimulatione operis exterioris, non in pietate cordis: & in omnibus iſtis conſiſtit hæreſis. i.e. diviſio, per quam deviatur à vera fide, quæ non habetur ſine operibus bonis. *Faco. 4.* Nota in quibus conſiſtat hæreſis.

ſ *Blaſphemia*. Quæ dicitur irreligioſa reprehenſio, detractio, vel vituperatio. Propriè tamen & ſtrictè loquendo *Blaſphemare* eſt Deo injuriam irrogare; videlicet aliquid attribuendo quod ei non convenit: & hoc eſt contra miſericordiam. Aut cum ab eo removetur id quod ei convenit; & hoc eſt contra † juſtitiam. Aut cum creaturæ attribuitur illud quod eſt proprium Dei. Et hoc eſt contra ejus majeſtatem ſecundùm *Fanuenſem*. Et de hujuſmodi Blaſphemia habes. *22. q. 1. ſi quis per capillum*. Et Quæ ſit pœna Blaſphemi contra Deum vel ſanctos, habes, *Extra. de maledict. c. ſtatuimus*. Hi enim qui per inteſtina vel membra Dei, ſaltem talia quæ eſſent in hominibus inhoneſta, jurant, Deo Blaſphemiam irrogant. *Ut in dicto c. ſi quis per capillum*. Nec tales excuſantur à peccato mortali ſecundùm *Thomam*. Blaſphemia. † *al.* Dei juſtit.

Multimodis nomen Dei ſumitur in vanum.

& irreverens *a* Dei nominatio, præcipuè in perjurio *b*. In tertio *c* mandato, cum dicitur, Memento *d* ut ſabbatum *e* ſanctifices *f*, præcipitur cultus Religionis *g* Chriſtianæ, ad *h* quem indifferenter clerici & laici obligantur. Ubi ſciendum eſt, quòd obligatio ad feriandum *i* in ſabbato *k* legali ſecundùm formã *l* veteris Teſtamenti expiravit *m* omnino cum cæteris in lege cæremoniis *n*: & *ſufficit in novo Teſtãto modus vacandi divino *o* cultui diebus *p* Dominicis & cæteris diebus *q* ſolennibus ad hoc auctoritate *r* Eccleſiæ deputatis, quibus *ſ* diebus modus vacãdi nõ eſt ſumendus à *ſuperſtitiõe *u* Judaicæ *x*, ſed à canonicis *y* exhibemus Deo.

a *Irreverens Dei nominatio.* Utputa cum juratur per vulnera Chriſti, ſecundùm *Thomam.*

b *Perjurio.* Quod fit tribus modis. ſc. jurando contra conſcientiam: jurando illicitum: vel veniendo contra juramentum. Sic itaque potes notare, quòd nomen Dei multis modis ſumitur in vanum. Uno modo per fruſtrationem ſacramenti; ut quando quis non credit, ut hæreticus: vel credit, ſed ſe non diſponit, ut uſurarius: vel quando gratiam ſuſceptam in ſacramento non cuſtodit. Secundo modo per voti fractionem: viz. quando votum irrationabiliter differtur; vel quando vovens mutat voluntatem, vel Apoſtaticè rebellat. Tertio modo per Blaſphemi hominis locutionem, hoc eſt, per locutionem maledicam; quando maledicit Deum. Item per locutionem falſidicam. Ut ſi de Deo aſſerat falſum, & neget verum. Item per locutionem opprobrioſam; ut cum quis loquitur de ſecretioribus membris Chriſti, in quibus pro nobis factus eſt humilis. Quarto modo, in vana prædicatione. Quinto modo, in indevota oratione. Sexto modo, in hypocritica converſatione.

c *In Tertio.* Sc. mandato primæ tabulæ.

d *Memento.* Hoc dicit ut iſtud mandatum magis imprimatur memoriæ: & ad hanc memoriam habendam monere debent homines tam natura quàm ſcriptura. Secundùm naturam namque omnia poſt laborem appetunt quietem. Exemplum patet in herbis, ſegetibus, & plantis, & arboribus, quæ ſuo modo fructificando laborant in vere, æſtate, & autumno, ſed in hyeme quieſcunt. Scriptura etiam monet ad hoc; quia Deus poſt operationem ſex dierum, quibus creavit omnia, requievit die ſeptimo. *Gen.* 2. Sic etiam Apoſtoli, Martyres, & alii Sancti poſt eorum laborem in hoc ſæculo jam requieſcunt in cœlo. Item ad habendum hanc memoriam moveret nos voluntas divina, quæ eſt, ut in die feſto vacetur divino cultui: *ut infrà patet.* Aliter autem quare dicat *Memento*, videtur notare litera *Deutero. 5. ibi, Memento quòd & ipſe ſervieris in Ægypto. &c.* Et ſequitur, *idcircò præcepit tibi ut obſervares diem ſabbati.*

Sabbatum multis modis ſumitur.

e *Sabbatum.* Hic nota quòd *ſabbatum* quandoq; ſumitur pro die ſeptimo; & ſic ſtat propriè, & interpretatur requies; quia illo die auctor omnium requievit ab omni opere ſuo, *Gen.* 2. ponitur etiam *ſabbatum* quandoque pro tota ſeptimana, ut ibi, *Jejuno bis in ſabbato. Lucæ.* 18. Quandoque pro quolibet die ſeptimanæ, ut ibi, *Primâ ſabbati.* i. e. prima die poſt ſabbatum. *Secunda die ſabbati.* i. e. Secunda die &c. propriè autem *ſabbatum* dicitur dies ſeptimus, ut prædixi. Et tropologicè figurabat ceſſationem à peccato. Allegoricè quietem corporis Chriſti in ſepulchro. Anagogicè, requiem æternam in cœlo.

f *Sanctifices.* i. e. Sanctum & mundum venerando ſerves; generaliter, ſcilicet, illo die à vitiis ceſſando. Specialiter ab operibus corporalibus, quæ impediunt vacationem ad Deum, abſtinendo. Specialiſſimè contemplationi divinorum totaliter inhærendo. Horum prima eſt neceſſaria; ſecunda debita; tertia perfecta.

Religio.

g *Religionis Chriſtianæ.* Sic dictæ quia per eam Chriſtiani religantur ad cultum unius Dei vinculo ſerviendi, ſecundùm *Iſidorum.* Sed aliter, poteſt dici hæc religio virtus, quæ ſuperiori naturæ, quam divinam vocamus, cultum cæremoniamque offert: & haber in ſe tria: fidem, per quam homo intelligit quid credendum. Spem, per quam concipit quid ſperandum. Charitatem, per quam advertit quid amandum ſit. Hæc notat *Archid. de regular. c. 1. verſ. religionis. li. 6.* Et nota benè, quod dicit *Chriſtianæ*; quia ad cultum religionis Judaicæ, qui obſervant ſabbatum ad literam in die ſeptimo, non aſtringimur; *ut infrà patet. & ſuper hoc habetur ſententia Beati Gregorii in canone. pervenit. de conſecr. di.* 3.

h *Ad quem.* Scilicet cultum.

i *Feriandum.* i. e. Ab operibus ſervilibus ceſſandum & ſolennizandum.

k *Sabbato legali.* Quod celebratur ad literã die ſeptimo. *ut ſuprà dixi.*

l *Formam veteris Teſtamenti.* Juxta quam non licuit etiam cibos præparare in ſabbato, nec ultra unum milliare exire. *Actorum.* 1. c. ibi, *ſabbati habens iter.*

m *Expiravit omnino. de conſecr. di.* 4. *pervenit.* Et hujus loco ſucceſſit dies dominicus, non quidem ex vi præcepti veteris legis, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ & conſuetudine populi Chriſtiani: & ideò non eſt ita arcta prohibitio operandi in die dominico, ſicut in die ſabbati fuit in antiqua lege, ſecundùm *Tho. in ſumma.* Quem ſic recitat *Fo. in ſumma confeſ. li. 1. titu. 12. q. 6.*

Nota de præcepto ſanctificationis ſabbati.

n *Cæremoniis.* Ex hac litera videtur quòd præceptum de obſervatione ſabbati in veteri teſtamento, fuit Cæremoniale. Sed *Fo. de Deo. 5. di. Non eſt peccatum*, dicit quod fuit Sacramentale. Et cum eo concordat *Hen. Extra. de conſtit. 1. di. 2. verſi. Et ne procedat.* Sacramentalia enim præcepta ſecundùm eos fuerunt ea, de quibus ad literam ratio reddi poterit: ut in Circumciſione, per quã damnationis periculum vitabatur. *Extra. de Baptiſmo. c. majores.* Item in obſervatione ſabbati. Cujus ratio fuit, quia illo die Dominus requievit ab omni opere qd patrat. *Gen.* 2. Cæremonialia fuerunt, quorum ad literam non fuit dare rationem: ut ſunt illa, *Non arabis cum bove & aſino. Non feres veſtem lanã linoq; contextã. Non ſeminabis agrum diverſo ſemine.* Circa hanc materiam dicit *Fanuenſis*, quòd in veteri Teſtamento erant præcepta Moralia, qualia erãt præcepta Decalogi, de quibus hic habemus. Item Judicialia, quale eſt illud, *ſi emeris ſervum Hebræum, &c. Exo.* 21. & illa pertinent ad pacem inter homines ſervandam. Alia erant Cæremonialia: & hæc erant in differentiis ſacrificiorum: in diſcretione ciborum: in expiatione immunditiarum: & in obſervatione ſolennitatum. De quibus habetur in *Leviticꝰ* ferè per totum. Et etiam promiſſa ad alliciendum, ſicut promiſſio terræ fluentis lac & mel. *Exod.* 3. Et alia hujuſmodi. Fuerunt etiam Sacramentalia, quæ erant figuræ ſacramentorum novæ legis: ſicut eſt ſacramentum Paſchæ. *Exod.* 12. Sacramentum vitulæ rufæ. *Nume.* 19. Et ſic ex prædictis apparet, quòd ſanctificatio ſabbati fuit Morale, in quantum continetur inter præcepta Decalogi, quæ ſunt moralia. Fuit etiam Cæremoniale in quantum concernit obſervationem ſolennitatum. *ut dicunt Fo. & Henri.* vel aliàs in quantum concernit ſolennitatem ſacrificiorum. Nam & Cæremoniæ dicuntur ipſa ſacrificia, quæ modo non ſunt in uſu; *ſecundùm Fanuen.* pro quibus adverte, quòd ſicut dicit *Tho. in ſumma. q. 122. arti. 4. & recitat eum Fo. in ſumma confeſ. li. 1. ti. 12. q. 5.* Præceptum de ſanctificatione ſabbati literaliter intellectum fuit partim morale, quia natura ad hoc inclinat, ut homo aliquod tempus vitæ ſuæ deputet ad vacandum divinis: fuit etiam cæremoniale, in quantum determinavit aliquod determinatum tempus, in ſignum creationis mundi, vel in quantum figuravit quietem fruitionis Dei, quæ erit in patria. Cum his etiã concordat *Tho. in ſcriptis ſup. 3. ſen. di.* 37. Qui etiam dicit, quòd fuit & judiciale, quantum ad modum vacationis ab operibus determinatis. Et in quantum ordinabatur ad quietem laborantiũ, quod pertinebat ad juſtitiam dominativam, quæ eſt inter dominũ & ſervum. Et prædictis *concor. Tho. li. 5. de veritate. c.* 61. qui dicit, qd in hoc præcepto quoddam eſt morale, ut vacatio, quæ eſt ad Deum, orando, colendo, meditando. Quoddã Cæremoniale, ut aſſignatio diei ſeptimi, qui figurabat tropologicè ceſſationem à peccato. Allegoricè quietem corporis Chriſti in ſepulchro. Anagogicè requiem æternam in cœlo. Unde ſecundùm quod ſabbatum dicitur requies ſive vacatio ad Deum: ſic dies dominica poteſt dici dies ſabbati: & quælibet dies ſtatura ad divinam veneration-em, quibus ceſſandum eſt ab opere ſervili, i. e. à peccato; & ab opere impediente vacationem ad Deum.

o *Divino cultui.* i. e, Venerationi ſive Religioni, quam credentes exhibemus Deo,

p *Diebus dominicis.* i. e. Feriâ primâ, quæ ideò dicitur Dominicus dies; quia illo die Dominus reſurrexit. *75. diſt. quod in die.* Et quicquid inſigne à Domino conſtitutum eſt, illo die factum eſt; *ut ibi dicitur.* Et ut dicit Canon, die Dominica nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die ſancta agitur; niſi tantùm hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. *de conſecr. di. 3. c. jejunia.*

q *Diebus ſolennibus.* De his habetur *de conſe. di. 3. c. 1. & extra. de feriis. c. conqueſtus. Et pro hoc vide infrà. de feriis. c. ex ſcripturis. Et per totum.*

r *Auctoritate Eccleſiæ.* Pro iſto dic ut in remiſſionibus, quas habes in gloſſa proxima: & benè dicit *auctoritate Eccleſiæ*: quia quædam ſunt ſolennitates ſive feriæ, quæ non *indicuntur ab Eccleſia, ſed aliunde; viz. à Principibus ſecularibus, quandoq; propter victoriam habitam de hoſtibus: vel quia tali die uxorem duxit: vel quia ei filius natus eſt. Et hæ dicuntur feriæ repentinæ, de quibus & aliis habes *extra. de feriis. §. qualiter diſtinguuntur per Hoſti. in ſumma.* Ubi etiam habes, quòd feriæ ſolennes quandoque indicuntur à principibus, ſed non ob reverentiam Dei, ſed aliis de cauſis.

* *al.* indicuntur.

ſ *Quibus diebus.* Scilicet dominicis & ſolennibus.

t *Vacandi.* Scilicet ab operibus ſervilibus.

u *Superſtitione.* Quæ à Religione, *de qua dixi. ſuprà. e. verſ. Religionis Chriſtianæ*, differt in hoc, quia religio conſiſtit in virtute, ſed ſuperſtitio in vitio. i. e. in cultu illicito. *Notatur per Archi. de regularibus. c. 1. verſ. Religionis. li. 6. Et vide quod dixi ſuprà e. verſ. ſuperſtitionibus.*

x *Judaica.* Quæ ſolùm ſenſui literali adhæret.

y *Canonicis*

* *Canonicis institutis.* Nota non dicit ab Evangelicis institutis, neque Apostolicis; sed Canonicis, in signum quod mutatio solennitatis Sabbati in diem Dominicam ortum habuit à constitutione Ecclesiæ, *ut dixi supra in ver. expiravit omnino.* Sed hic quæro quæ sunt illa opera à quibus cessandum est diebus Dominicis & aliis Festivis, & quæ sunt illa quibus vacandum est. *Fo. in summa confes. li. 1. tit. 12. q. 7. & sequentibus* hanc materiam exactè pertractat, cujus scripta hic recitare esset nimis onerosum: habent tamen istam sententiam, quòd ab omni peccato illis diebus principaliter abstinendù est, quia peccatum est maximè opus servile: eò quòd faciat hominem servum diaboli. Secundariò abstinendum est ab operibus mechanicis: ab agricultura, à mercatis & à placitis. & hoc verum, nisi quando contrarium exigit necessitas vel pietas. *Extra. de feriis. c. conquestus.* Pro qua materia scire debes, quòd omne opus maximè debet pensari à fine intento. Et quòd illud dicitur opus servile, quod opponitur liberali. Unde fines illi, qui sunt circa spirituales corporis actus, liberales dici debent. Illa verò, quæ respiciunt bona corporis ipsius operantis, tanquam finem proximum & proprium, servilia sunt censenda; etiam licèt materialiter sint spiritualia. Circa cujus materiæ notitiam meliorem Nota, quòd operum exteriorum quæ facit homo, quædam sunt quæ tam materialiter, quàm finaliter sunt servilia; utputa terram colere, agrum serere; mercata vel placita exercere causâ lucri proprii, vel domini sui, vel magistri, ad cujus commodum opus illud operatur, & plura hujusmodi. & à talibus omnino cessandum est diebus Dominicis, vel Festivis æqualis solennitatis, ex vi hujus præcepti: & hoc verum, nisi interveniat necessitas aliqualis, non dico extrema, sed rationabilis, *patent exempla Extra. de feriis. c. 1. & c. licet. cū concor.* nec video quòd causâ pietatis hujusmodi opera fieri possint talibus diebus, quicquid alii dicant: nisi quatenus aliqua rationabilis necessitas includitur; nec obstant ea quæ leguntur. *c. tit. c. conquestus. in fi.* ubi glossa intelligit pietatem consistere quoad placita exercenda in causis debilium & miserabilium personarum: quia satis constat hanc pietatem quandam rationabilem necessitatem includere: & idem intelligo de similibus exemplis in quibus versatur pietas. nam semper illa pietas unam rationabilem necessitatem includit, si benè inspiciatur. Et aliàs ex sola causa pietatis, nisi adsit rationabilis necessitas, non licet hujusmodi opera servilia talibus diebus exercere. Alia sunt opera quæ sunt materialiter & etiam finaliter liberalia, sive spiritualia, qualia sunt libare, orare, pulsare, & hujusmodi: & talibus dictis diebus vacandum est, & vivaciter insistendum. Quædam verò sunt opera, quæ materialiter sunt spiritualia; sed finaliter servilia: ut cogitare de aliqua defensione in judicio facienda ad proprium lucrum temporale, vel alterius, cui in hoc proficere intendit; vel de * aratione, alióve negotio temporali post lapsum diei Dominicæ faciendo. Et in his casibus & similibus mihi videtur, quòd sic operans peccat mortaliter, si ratione talis operationis ea quæ ad Dei cultum pertinent, & ad quæ obligatur, scienter omittat. Sunt etiam opera quæ materialiter servilia sunt, finaliter tamen sunt spiritualia; & talia his diebus fieri possunt: habes exemplum de eo qui ad mandatum Christi tulit grabatum suum in Sabbato. *Joh. 5.* Tollere enim grabatum fuit opus servile materialiter, sed finaliter erat spirituale, quia fiebat ad miraculi declarationem; & ad incredulorum in fide confirmationem, & poterat is Christi ostensionem.

quibus cessandū, quibus vacandum & diebus Dominicis

al. principaliter, & speciliter.

pera exteriora multiplicia sunt.

al. ratione.

Tria obsequia parentibus debita.

al. ministerium.

a *Primum secundæ tabulæ.* Istud primum mandatum est quartum in ordine: sed est primum de septē mandatis quæ ordinant ad proximum: sicut tria præcedentia ordinant ad Deum.

b *Patrem & matrem.* Carnales videlicet & spirituales, *ut infra patet.* Est enim pater carnalis homo, qui est principium per generationem quoad esse naturæ. Est etiam pater spiritualis homo, qui est principium per * mysterium regenerationis quoad esse gratiæ, *de quibus infra patet.*

c *Explicitè. sc.* Sicut litera sonat, & præcepta dantur.

d *Temporaliter.* Id est, temporali obsequio, & hoc tripliciter. Primò, quia ab eis recipimus esse, debemus eis temporalem reverentiam. Secundò, quia ab eis recipimus nutrimentum, debemus eis temporalem diligentiam: ut ficut nutrierunt nos in juventute, sic nos nutriamus eos in senectute. Tertiò, quia ab eis recepimus documentum, debemus eis temporalem imitationem & obedientiam.

e *Spiritualiter.* Potest intelligi in reverentia, & obedientia, sed diversimodè secundùm diversitatem partium: quia patri spirituali debemus obedire in spiritualibus; patri verò carnali, in dispositione rei familiaris.

f *Honorare.* Scilicet, temporali obsequio & reverentia, & obedientia: *ut supra dixi.*

sit Prælatus Ecclesiæ mediatus *k* vel immediatus *l*, mater autem Ecclesia, cujus sunt filii Catholici universi. Secundum *m* est, Non *n* occides. In quo explicitè inhibetur illicita *o* personæ *p* alicujus interemptio * cōsensu *q*, verbo *r*, opere *s*, vel favore *t*. Implicitè verò, omnis injusta alicujus personæ *u* læsio inhibetur. Spiritualiter *x* enim occidunt, qui *y* non reficiūt indigentes.

g *Implicitè.* i. secundùm legem naturæ innatæ. Nam quicquid in his præceptis mandatur explicitè, hoc idem continet lex naturæ implicitè, *secundùm Thomam.*

h *Omnis homo.* Hoc dicit, ut ostendat Deum, qui est pater omnium spiritualiter, nō includi in hoc præcepto. Nam hoc præceptum propriè ordinatur ad proximum, *ut prædixi.*

al. commissa.

i *Gradus merito.* Hoc dicit, quia diversis respectibus dicitur quis pater, & secundùm merita diversorum graduum. Est enim pater creatione, & sic Deus dicitur pater omnium. *Extra. de sum. tri. & fi. Catholic. c. 1.* Item dicitur pater recreatione vel regeneratione. 12. *q. 2 qui abstulerit.* Est etiam pater auctoritate: & sic Episcopi & Prælati dicuntur patres. *di. 16. c. sexta synodus.* Est etiam pater temporis antiquitate. *Extra. de sepul. c fraternitatem.* Item dicitur pater sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ. *Extra. de cogna. spirituali per totum.* Item dicitur pater juris fictione, ut adoptivus. *Extra. de cogna. legali. c. uno. ff. de adop. per totum.* Est quoque pater in opinione: & sic Joseph dicebatur pater Christi. *Extra. de verb. sig. c. Joseph.* Item carnali generatione, ut hic. Item prædestinatione. Item doctrina vel officio. Item auctoritate vel dignitate. Item ætate: de quibus magis latè notatur. 22. *q. 2. c. quæritur per Archi. ver. Diaconi.* Et quocunque modo de præmissis sumatur pater, in quantùm refert ad hominem, habet locum hoc præceptum, *ut hic patet.*

Diversis respectibus dicitur quis pater.

k *Mediatus.* Sicut Papa, Archiepiscopus, & hujusmodi, sub quibus sunt alii medii tanquam * patres.

al. parentes.

l *Immediatus.* Ut proprius Curatus, qui absque medio præest alicui, qui etiam pater dicitur, *ut patet ex supradictis.*

m *Secundum est.* Scil. mandatum ordinans ad proximum.

n *Non occides hominem.* i. injustè. Et dicitur occisio hominis injusta tripliciter. Primò ex causa, ut quando aliquis occiditur sine culpa. Secundò ex ordine, ut cum ille, qui non est minister legis, occidit. Tertiò ex animo, ut quando etiam minister legis occidit ex libidine vindictæ, non ex amore justitiæ.

Occisio tripliciter injusta dicitur.

o *Illicitè.* Hoc ideò dicit, quia ille, qui ex auctoritate judicis aliquem occidit, non facit hoc illicitè, sed licitè. 23. *q. 5. milites.* Immò facit amore justitiæ. Sic etiam occisio, quæ fit ad sui ipsius defensionem, non est omnino illicita. *Extra. de homic. c. 2.* Similiter, si in justo bello laicus aliquem interficiat, sine pœna est. 23. *q. 1. quid culpatur.*

p *Personæ.* i. corporis humani animati. Hoc dico propter eos qui procurant abortum fieri. Nam tales, si anima sit infusa, sunt verè homicidæ. 2. *q. 5. consuluisti.* Quod si anima non sit infusa, hujusmodi abortum procurans non reputatur verè homicida. 32. *q. 2. c. quod verò.* & hoc verum quoad crimen: licèt quoad pœnitentiam aliud sit dicendum. *arg. ff. ad l. Aquil. l. si servus. § si mulier. & ad l. Cornel. de sic. l. si mulierem.*

q *Consensu.* etiam tacito, videlicet non prohibendo, dum potest. Item non impediendo, dum potest. 23. *q. 3. qui potest. & c. ulti.* 86. *dis. facientis. extra. de homicid. c. sicut dignum.* vel dic consensu. i. voluntate. nam in talibus etiam voluntas attenditur. *ff. ad l. Cor. de sic. l. in lege. & l. divus. de pœ. dist. 1. omnis iniquitas.*

r *Verbo.* scilicet mandando, consulendo, vel suadendo.

s *Opere.* id est actu.

t *Favore.* quia occisorem defendit, aut sustinet. *Extra. de cler. pug. in duel. c. Henricus.*

u *Personæ læsio.* & non solùm læsio, sed omnis malus motus ad nocendum hic prohibetur. *de pœ. dist. 1. c. homicidium:* & hoc verum, sive sit cordis tantùm, ut ira; sive oris, ut contumelia; sive operis, ut percussio citra mortem, vel depilatio. *secundum Tho. de veritate. li. 5. c. 63.*

x *Spiritualiter.* hoc dicit quia est occisio non solùm corporalis, sed spiritualis *de qua infra sequitur.* & istud spirituale homicidium interpretativè fit duobus modis. Uno modo omittendo, alio modo committendo. de primo modo, scilicet omissionis, statim sequitur, dum dicit.

y *Qui non reficiunt.* nam necare dicitur, qui negat alimenta. *ff. de libe. agnos. l. necare. de hoc legitur.* 86. *di. c. non satis.*

Similiter occidũt qui detrahũt *a* vel qui innocentes opprimunt *b* & *confundũt *c*. Tertium *d* mandatum est, Non *e* mœchaberis. in quo explicitè inhibetur adulterium *f* : implicitè verò fornicatio *g*, quæ explicitè prohibetur in Deuterono. *h* ubi dicitur, Non erit meretrix *i* de filiabus Israël, nec scortator *k* de filiis Israël. Inhibetur etiam in eodem mandato omnis commixtio viri *l* & mulieris, quam bona *m* matrimonii non *n* excusant. Omnis etiam voluntaria *o* pollutio quocunque modo studioſè, vel voluntariè procurata. Quartum *p* mandatum est, Non *q* furtum facies. in quo explicitè prohibetur clandestina *r* contrectatio *s* rei *t* alienæ *u* invito *x* Domino: implicitè verò omnis injuriosa *y*, seu per fraudem *z*, seu per usuram *a*, seu per violentiam *b*, seu per metum *c*, rei usurpatio *d* alienæ. Quintũ *e* mãdatum est, Non loqueris *f* contra fratrem *g* tuum, sive proximum *h* falsum *i* testimoniũ. in quo explicitè prohibetur falsa *k* testificatio ad *l* nocendum : implicitè autem falsa testificatio ad indignum *m*

a *Detrahunt.* De hoc & aliis sequentibus *legitur de pœ. di.* 1. *c. homicidiorum.* & *c. sequen.* & ista fiunt committendo.

b *Opprimunt. i. e.* per injustitiam : de hoc legitur *de pœ. dist.* 1. *c. omnis iniquitas.* Et his addere potes, & odium, de quo etiam loquitur *dicto c. homicidiorum.*

c *Confundunt.* sc. malè persuadendo, aut malo exemplo alliciendo. *de pœ. dist.* 1. *noli putare.* & sic quinque casibus cõmittitur homicidium spirituale. & *sic notatur.* 23. *q.* 5. *cum homo. per Archi.* * *al.* offendunt.

d *Tertium mandatum.* scil. secundæ tabulæ.

e *Non mœchaberis.* quid hoc importat sequitur *in litera.*

f *Adulterium.* 32. *q.* 4. *meretrices.* & propriè dicitur adulterium, ubi celebrati conjugii jura violantur. 32. *q.* 4. *nemo.* vel adulterium dicitur alterius thori violatio. 36. *q.* 1. *lex illa.* §. *cum ergo.*

g *Fornicatio.* Hæc autem licèt videatur esse genus cujuslibet illiciti coitus, qui sit extra uxorem legitimam, & sic comprehendit incestum, raptum, & etiam stuprum; tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. 36, *q.* 1. *lex illa.*

h *Deuteronomii. c.* 23. *ver.* 17.

i *Meretrix.* quæ mercatur pretium libidinis. 32. *q.* 4. *meretrices.* Aliàs dicitur meretrix, quæ multorum libidini patet. 34. *di. viduar.* Meretrix.

k *Scortator.* i. scortũ exercens, est enim scortũ idé quod meretrix.

l *Viri & mulieris.* supple naturaliter, vel aliter facta.

m *Bona matrimonii.* quæ sunt tria. sc. fides, proles, & sacramentum. *de quibus supra dixi, de sacra. steran. c. ignorantia. v. gratiã.*

n *Non excusant.* & sic extra uxorem legitimã omnis coitus sub hoc præcepto continetur: & omnis membrorũ generationi deputatorum usus non legitimus prohibetur. 32. *q.* 4. *omnis mœchia.*

o *Voluntaria pollutio.* de qua loquitur *beatus Hieron.* 32. *q.* 4. *c. in eo.* & ideo dicit voluntaria : quia aliud est de pollutione non voluntaria, quæ pluries in somno contingit. quod dic, *ut legitur, & no.* 6. *dist. festium.* §. *sed pensandum.* & *c. seq.*

p *Quartum mandatum est.* secundæ tabulæ.

q *Non furtum facies.* quid hoc importat statim sequitur.

r *Clandestina.* i. latens & occulta. dicitur enim furtum à furvo. i. nigro, quia clam & obscurè fit, & plurimùm de nocte. *ff. de furtis. l.* 1.

s *Contrectatio.* aliàs contractatio, & est contractatio idem quod in manibus tractatio, & est contractare de loco ad locum movere. *ff. de acquiren. pos. l. rei.* §. *si rem.* unde solâ cogitatione non offendit quis contra hoc præceptum.

t *Rei.* sive modica sit, sive magna : quia in hoc casu non rei furatæ quantitas, sed mens furantis, attenditur, *Inst. de re. di.* §. *gallinarum.* 14. *q.* 6. *c. ult.* & dic rei mobilis : quia rei immobilis non fit furtum. *Inst. de usuca.* §. *quod autem.* Item dic rei corporalis, quia incorporalia contractari non possunt. *ff. de acquirend. re. do. l. servus qui bona fide.* §. *incorporalis.*

u *Alienæ.* hoc dicit, quia in re quæ plenè est propria, non committitur furtum. pro quo vide *no. per Hostien. in summa extra. de fur.* §. *quid sit furtum. parum post principium.* & idem est de re quæ nullius est, *ut notat ibi Hostien. ver. ideo etiam.*

x *Invito Domino.* hoc dicit, nam si putat dominum concessurum fuisse, sive verò, sive falsò hoc putat, non committit furtum : quia nihil dolo facit. *ff. de furt. l. inter omnes.* §. *recte.* & nota quòd invitus dici non potest dominus, qui rem habuit pro derelicto, vel projecit, vel dedit potestatem accipiendi, vel vendendi pro debito. *ff. de furt. l. falsis.* §. *si quis.* & §. *si factum.* Et nota quòd contractatio rei alienæ potest licitè fieri invito Domino in tribus casibus. Unus est, quando fit ex obedientia, non autem ex cupiditate, sicut fecerunt filii Israël auferendo vasa Ægyptiorum. 14. *q.* 5. *dixit Dominus.* Alius est, quando fit ex cautela, ut si quis furetur gladium furiosi, ne sibi, vel aliis noceat. Tertius est, quando fit ex necessitate, causâ famis nimiæ. *de consecr. di.* 5. *discipulos.* Nam in hoc casu talia debent esse communia. Et hoc intelligo verum in casu magnæ necessitatis, & in his quæ sunt necessaria ad vivendum. 42. *di. c.* 1. & 47. *di. sicut hi.* 87. *di. c. pastæ.* & *non satis v.* talis namque potius jure suo naturaliter sibi competenti usus esse, quàm furtum fecisse, dicitur. *ff. pro socio. l merito.* *Casus quibus res aliena licite contractari potest.*

y *Injuriosa. Sume quod est infra. Usurpatio.* & pone exemplum in sequentibus, & potes ponere exemplum in specie in eo qui injuriosè retinet penes se, id quod pertinet ad alium. *verbi gratia,* A creditore debitum, vel à mercenario mercedem, vel in eo qui simoniacè occupat beneficium ecclesiasticũ, vel qui malè dispensat bona ecclesiastica. 23. *q.* 4. *c. tres personas.* Et pro hac litera est textus 14. *q.* 5. *c. pœnale.*

z *Fraude.* ut cõmuniter fit in negotiando.

a *Usuram.* de qua sufficienter tractatur. *Extra. de usuris per totum.*

b *Violentiam.* ut in rapina. 14. *q.* 5. *c. pœnale.*

c *Metum.* pro hoc vide ea quæ no. *Extra. de his quæ vi metusve causa fiunt, per totum.*

d *Usurpatio.* simile habes. 14. *q.* 5. *pœnale.*

e *Quintum mandatum.* scil. tabulæ secundæ.

f *Non loqueris.* & sic istud præceptum concernit nocumentum proximi, quod provenit ab ore.

g *Fratrem tuum.* Intellige non solùm de carnali, sed de eo qui fide & naturâ est frater. Pro quo sciendum est, quòd frater dicitur multis modis. quandoque ratione sacramenti in baptismo. 11. *q.* 3. *ad mensam.* Et procedit hæc fraternitas : quia videlicet unum habent generantem patrem Deum, & unam matrem Ecclesiam. 12. *q.* 2. *qui abstulerit.* Fratres etiam dicuntur ratione cognationis spiritualis. *Extra. de cogna. spirit. c.* 1. & 3. Fratres etiam dicuntur ratione ordinis, ut Episcopi. 7. *q.* 1. *quia super.* & *c. sciat.* Fratres etiam vocantur ex humilitate & reverentia. 12. *q.* 1. *dilectissimi. extra. de excess. Prael. c.* 1. Item fratres dicuntur ratione Officii. *de Offi. de leg. cap.* 1. *lib.* 6. Item ratione institutionis in eadem Ecclesia. 7. *q.* 1. *terrulas. de rescrip. c. cum à Deo.* Item est frater carnalis. 8. *q.* 1. *olim. de simonia.* & *si quæstiones.* Item frater dicitur ratione religionis. *Extra. de regula. per totum. de elect. cum in veteri. cum similibus.* & *no. per Joh. An. in addi. extra. de regula. c. Johannes. ver. frater.* Fratrem multis modis sumitur.

h *Proximum.* Non solùm intelligas secundùm appropinquationem respectu loci, vel sanguinis, sed etiam conditionis naturæ, secundùm quam omnis homo dicitur proximus. Est enim secundùm theologos quadruplex ratio proximitatis. quia est proximus naturâ, quadruplex. eò quòd eandem habet naturam cum alio, secundùm quod differt homo à cæteris creaturis. Est etiam proximus origine, qui ab uno natus est cum alio, secundũ quod differt homo ab animalibus. nam non omnia animalia ab uno. est etiam proximus hæreditate, cui eadem hæreditas promittitur cum alio, secundùm quod differt homo à dæmonibus, qui ab hæreditate cælesti excluſi sunt; nec possunt ad eam pervenire. est etiam proximus intentione, vel lege, secundùm quod eadem intentio ligat omnes: & sic omnes ligamur Christo beneficio incarnationis. & secundùm hoc differt homo ab angelis, *prout hæc notat Notingham super illud evangelii. Matth.* 22. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* & *his concor. Fanuen. in suo catholic. c. proximus. ubi dicit quod proximus dicitur conditione primæ nativitatis, quoad naturam. spe conversationis, quoad hæreditatẽ cælestem. propinquitate cognationis, quoad originem, & ratione beneficii exhibitionis, quoad Christi incarnationem.* Proximus.

i *Falsum testimonium.* quid hoc importat statim insinuat.

k *Falsa testificatio.* testis falsus, *ut dicit Isidorus in libro de summo bono. c.* 59. tribus est obnoxius. videlicet deo, quem contemnit: judici, quem decipit: innocenti, quem lædit: pro quo plenius videre poteris *Extra. de crimine falsi. c. falsidicus testis.* & *est. ibi in glossa* & *per doctores.* Falsus testis tribus obnoxius.

l *Ad nocendum.* hoc potest intelligi ad differentiam ejus quod sequitur ibi, scil. falsa testificatio ad proficiendum. & sub hoc membro intelligi potest omnis inordinatio linguæ contra proximum, ut puta, murmur, perjurium, mendacium, detractio, scurrilitas, convitium, contentio, bonorum virorum derisio, pravum consilium, seminario discordiarum, stultra promissio, maledictio, adulatio, jactantia, secreti revelatio, & alia hujusmodi.

m *Indignum.* i. talem qui contrarium habet dignitati, & qui nullo modo promovendus est. vel dicitur indignus privativè. i. qui privatur dignitate, non tamen ejus contrarium habens, & cum tali propter necessitatem ecclesiarum potest dispensari ut promoveatur:

moveatur: ſic tamen quod interim addiſcat ſecundùm quoſdam, licèt multi valentes dicant contrarium: quia in promovendo, maximè ad curam animarum, non ſufficit promoveri, ut ſciat ipſum quem promovet non eſſe malum: ſed neceſſe eſt quòd ſciat eum eſſe bonum, per talem rationem qualem poſſibile eſt haberi de homine. *Extra. de elect. nihil eſt.* & *no.* 1. *q.* 1. *c. ſi qui. per Archi.*

a *Promovendum.* Sive ad Ordines, ſive ad Beneficium Eccleſiaſticum. *Extra. de ætate et qualit. ordi. per totum.*

b *Omne mendacium.* Octo enim ſunt genera mendaciorum. *Ut ait Aug.* Primum eſt, quod fit in doctrina fidei; ut ſi dicat Chriſtum non eſſe natum de virgine. Secundum eſt, quod nulli prodeſt, ſed alicui obeſt; ut mendacium detractionis & falſi teſtis in cauſa criminali. Tertium eſt, quod alicui prodeſt, ita ut alteri obſit: ut falſum teſtimonium in cauſa pecuniaria. Quartum eſt, quod ſolâ mentiendi fallendique libidine ſit ſine cauſa vel utilitate. Quintum eſt, quod fit ſolâ placendi cupidine; ut eſt mendacium Adulatorum. Sextum eſt, quod nulli obeſt, ſed alicui prodeſt ad vitandum periculum rerum. Septimum eſt, quod nulli obeſt ſed alteri prodeſt; ut ſi quis nolens hominé ad mortem quæſitum prodere, mentiatur ad vitandum periculum perſonæ. Octavum eſt quod nulli obeſt, ſed prodeſt alicui; ut ab immunditia corporali mentiens aliquem tueatur. *De his legitur. 22. q. 2. c. primum.*

c *Perniciosum.* Octo genera mendaciorum prædicta reduci poſſunt magiſtraliter ad tria. Nam mendaciorum aliud eſt perniciosum & malignitatis. Aliud eſt officioſum ſive pietatis. Tertium jocoſum ſive jocoſitatis. Primum nocet proximo, & ſemper eſt peccatum ſecundùm quoſdam. Secundum nulli obeſt, ſed alicui prodeſt. Tertium nec obeſt nec prodeſt. Primum comprehendit quinque genera prima. Secundum alia tria. Tertium additur prædictis ſecundùm *Ray.* ex quoſdam aliis. *Et de hoc no. 22. q. 2. c. ne quis.* Doctores tamen Theologi, ut *Alexander Anglic, Bonaventura, Richardus, Thomas & Petrus*, dicunt, quòd mendacium jocoſum non ſuperadditur, ſed comprehenditur in ſe quartum & quintum genus. Quæ ſciendū eſt, quòd mendacium habet pro formali complerivo intentionem fallendi. Eſt namque mendacium falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi. Unde ſecundùm intentionem dicentis habet mendacium diverſificari. Si enim intendat prodeſſe, ſic eſt officioſum. Si delectare, ſic eſt jocoſum. Si lædere, ſic eſt perniciosum. Perniciosum autem continet tria prima genera. Nam ut poſſit aliquis lædere in ſpiritualibus, ſic continet primum genus. Ut in temperalibus, & ut alicui obſit & nulli proſit, ſic eſt ſecundum genus. Si fiat ut alicui obſit & alicui proſit, ſic eſt tertium genus. Jocoſum verò mendacium continet quartum & quintum. Nam ſi mentiens intendit delectare ſeipſū, ſic eſt quartum genus; ſi intendit delectare alium; ſic eſt quintum genus. Mendacium verò officioſum continet tria ultima. Nam ſi intendit prodeſſe alteri in rebus, ſic eſt ſextū genus. Si in corpore, ſic eſt ſeptimū: ſi in anima, ſic eſt octavū.

d *Sextum mandatum.* Sc. ſecundæ tabulæ.

e *Non concupiſces.* Hic prohibetur Affectus qui conſiſtit in concupiſcentia oculorum; non illâ quæ procedit ex corruptione fomitis, vel delectatione ſenſualitatis: quia impoſſibile eſt quòd illa concupiſcentia non ſit in nobis. Sed prohibetur illa concupiſcentia quæ procedit ex conſenſu rationis.

f *Domum.* Et ſic rem immobilem: & ſic pari ratione nec agrum nec villam.

g *Injuria.* Nam cum ejus voluntate & beneplacito hoc ſatis liceret.

h *Cupiditas.* Quæ regulariter ſonat in vitium, & conſiſtit in acquirendo. Et eſt radix omnium malorum. 47. *diſt. c. bonorum.*

i *Poſſeſſionis immobilis.* Hic ponitur poſſeſſio pro re ipſa. Sic aliàs ponitur. *C. de pact. inter empt. & vendit. l. in initio. & ibi per Accurſiū. & dixi ſuprà de offi. Archi. c. 1. ver. poſſeſſionibus eccleſiarū.*

k *Catholici.* i.e. recti & fidelis in lege Chriſti. Et idem eſt de poſſeſſionibus Sarracenorum & aliorum infideliumjeis videlicet quæ prius non fuerunt in manibus Chriſtianorum. Quod dic, *ut no. 23. q. 7. c. ſi de rebus. per Archi.* Et extende materiam ſi velis juxta notata per *Hoſtien. Extra. de voto & voti. redemp. c. quod ſuper.*

l *Septimum mandatum.* Sc. ſecundæ tabulæ.

m *Non deſiderabis.* Idem importat, ſicut illud quod *ſuprà* dixi, *non concupiſces.* Nam ubi *Exod. c. 20.* dicitur, *Non deſiderabis, Deutero. v.* dicitur, *Non concupiſes.*

n *Uxorem ejus.* Et ſic rem rationalem, quæ eſt ſibi conjuncta, & cum eo idem corpus.

o *Neque ſervum.* In maſculino ſexu. & ſic neque rem rationalem, quæ eſt extra corpus ſuum, nec eſt ſibi perſona conjuncta.

p *Neque ancillam.* In ſexu fœminino. Et ſignificat eam quæ eſt ſervilis conditionis. *ff. de le. 3. l. ſervis legatis.*

q *Non bovem.* Et ſic comprehendit rem irrationalem.

r *Quæ illius ſunt.* ſc. in proprietate & dominio, vel alio modo legitimo æquivalenti. Cujus materiæ indaginem hic pertranſeo.

s *In quibus.* Pluraliter loquitur: quia ſuprà in hoc mandato de pluribus fecit mentionem.

t *Poſſeſſionis alienæ.* Hic ſumitur poſſeſſio tam pro re ipſa, *ut ſuprà dixi in proximo mandato. ver. poſſeſſionis immobilis*, quàm etiam pro dominio & proprietate. Nam in quantum hæc dictio *poſſeſſionis* refertur ad ſervū, ancillam, & bovem, & aſinum &c. deſignat rem ipſam. In quantum vero refertur ad illam clauſulam, *omnis quæ illius ſunt*, deſignat dominium & proprietatem: & ſic aliàs ſumitur. 54. *diſt. Abbas. ubi de hoc per Archi. in. ver. poſſeſſio. & 3. q. 1. redintegranda. gloſſa. 1.*

u *Mobiles.* Quarum etiam appellatione continentur & ſe moventes. *ff. de verb. ſig. l. moventium.*

x *His autem.* Secunda pars.

y *Evangelium. Matth.* 22.

z *Dilectionem dei.* Ait enim ſic. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Ex toto corde.* Ut. ſc. cor tuum non ſit inclinatum ad ullius rei dilectionem magis quam Dei. *Et ex tota anima.* i. certiſſimo animo in veritate & fiducia fidei. *Et ex tota mente.* Ut ſc. omnes ſenſus tui Deo vacent; cujus enim intellectus Deo miniſtrat; cujus ſapientia ſecundùm Deum eſt; cujus cogitatio, ea, quæ Dei ſunt, tractat; cujus memoria, quæ bona ſunt, recordatur; tota mente diligit Deum. *Hæc Chryſoſt. in imperfecto ſuper Matth.* vel dic ſecundùm *Aug. toto corde.* i. e. Intellectu ſine errore. *Tota anima.* i. e. voluntate ſine contradictione. *Totâ mente.* i. e. Totâ memoriâ ſine oblivione, vel dic, *ex toto corde.* i. e. Sapienter. *Ex tota anima.* i. e. Dulciter. *Ex tota mente.* i.e. Fortiter ſecundùm *Fanuenſem.* Et de iſto vide quod legitur *de pæ. di. 2. §. Charitas.*

a *Et proximi.* Hæc enim dilectio differt à dilectione Dei. Quia diligere Deum, eſt velle ei bonum quod habet. ſcilicet, quòd ſit omnipotens, ſummè bonus, & hujuſmodi. Item diligere deum, eſt ejus præcepta ſervare cum intentione fruendi eo. Item diligere Deū, eſt voluntatē Dei voluntati ſuæ præferre. Sed diligere proximū, eſt velle ſibi ſummum bonum, non per eſſentiam, ſed per gratiam. Item diligere proximum, eſt idem velle & idem nolle in bono. Item diligere proximum, eſt ei ſucceſſum bonum optare & quærere. Item diligere proximum, eſt velle ei hoc quod ipſi. Item Deus diligendus eſt in ſe & propter ſe. Sed proximus in Deo & propter Deum.

Diligere deum quid ſit.

Diligere proximum.

b *Prædicta mandata.* Scilicet Decalogi.

c *Ex amore.* Hujus amoris multi ſunt gradus. Primus eſt, quando homo diligit ſe propter ſe: & talis amor non eſt bonus. Secundus eſt, quando diligit Deum propter ſeipſum hominé. i. e. ob ſuam propriam utilitatem: & iſte amor eſt mercenarius, & eſt bonus, ſi principalis finis ſit Deus. Tertius eſt, quando diligit Deum propter ipſum Deum: & iſte amor eſt valdè bonus. Quartus eſt, quando homo diligit ſeipſum propter Deum: & iſte amor eſt optimus; quia in tali amore nihil quærit homo de ſuo etiam in ſeipſo: ſed ſolummodo quæ Dei ſunt.

d *Timore pœnæ.* Iſte timor poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo, ut dicatur initialis. Alio modo, ut dicatur ſervilis. Initialis eſt, quo quis timet gehennam & Dei offenſam; & habet duos oculos; unum ad Deum; alium ad pœnam. Et de hoc habes, *de pæ. di. 2. c. ſicut ſeta.* Servilis eſt, quo quis timet peccare propter pœnam gehennæ principaliter. & de hoc habes. 24. *q. 4. c. hæc autem. in fi.*

Timor pœnæ duplex.

e *Proximum autem.* i. e. Omnem hominem ſecundùm *Aug.*

f *Sicut ſeipſum.* Quomodo iſtud debet intelligi, ſtatim ſequitur per ſex exempla.

g *Æqualitatem.* ſc. In omnibus; quia licèt homo debeat velle proximo ſuo tantum bonum, quantum vult ſibiipſi: non tamen tam intenſa voluntate hoc facere tenetur. Quia ſecundùm ordinem charitatis intenſius vult homo bonum ſibiipſi, quàm alicui alii. *Arg. C. de ſervitut. & aqua. l. præſens.* Et conſequenter unicuique alii, quo magis ſibi conjunctus eſt cognatione, affinitate,

Bonum

Octo mendaciorum genera.

Definitio mendacii.

bratione, vel beneficiis ſecundùm *Lincoln. dicto*, 27. Qui dicit quòd quoad quantitatem boni optati debet æqualiter diligere proximum ſicut ſeipſum; non tamen quoad intentionem boni optati: quia citius eligeret ſibi vitam æternam, quàm alii, ſi proponeretur uni tantum recipienda.

a *Conformitatem.* Ut ſc. tantum bonum ſpirituale vel temporale optet homo ſuo proximo, quantum ſibi.

b *Non ad malum.* Non enim amat ſeipſum qui diligit iniquitatem, ſed diligere ſe, eſt velle ſeipſum à malo averti, & ad ſummum bonum converti; & ſic debet proximum diligere, ſecundùm *Lincoln. ubi ſupra.*

*al. ſicut.

c *Vitium.* Caro enim in ſcriptura quandoq; ſumitur ſecundũ naturã, *ut ibi: Verbum caro factum eſt. Jo.* 1. quandoq; ſecundùm culpã, *ut ibi: caro concupiſcit adverſus ſpiritum. &c. ad Gal.* 5. quandoque juxta corruptibilitatem, *ut ibi: memoratus eſt quòd caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens. pſalm.* 78. Sic igitur carnalitas, prout denotat culpam, ſignificat vitium: *juxta quod dicitur, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.*

Caro variè ſumitur.

*al. ſingulum.

d *Affluentiã temporalẽ.* Eſt enim de Ordine dilectionis magis diligere hominem, qui tecum eſt idem in natura, quàm bona temporalia & mundana. *de pœ. di.* 2. §. *charitas. verſ. diligere etiam.*

e *Animæ ſalutem. De pœ. di.* 2. §. *charitas, verſ. dilige.* 23. *q.* 4. *debet homo.*

f *Vitæ carnis. Extra. de pœni. & remiſ. cum infirmitas.*

g *In neceſſitate.* De modo ſubventionis hujusmodi vide quod legitur. 86. *diſt. c. non ſatis.*

h *Velles. Matth.* 7. *& in princi. Decretorum.*

i *Sex autem.* Tertia pars.

*Miſericordia.

k *Miſericordiæ. Sc.* corporalis. Eſt etiam miſericordia ſpiritualis, quæ eſt ſeptuplex, & ipſius opera continentur in hoc verſu. *Conſule: caſtiga: remitte: ſolare: fer: ora.* Conſule. i. e. doce ignorantem, & dirige dubitantẽ. Unde in hoc intelligitur duplex ſpiritualis eleemoſyna, i. e. Doctrina & conſilium. 45. *diſt. diſciplina.* 13. *di. ſit rector.* Caſtiga, ſc. delinquentem. 45. *di. tria.* Solare. i. e. conſolare triſtem. Remitte. ſc. delinquentibus in te. 50. *diſt. conſiderandum.* Fer. i. e. porta iniquitates aliorum per compaſſionẽ. 3. *q.* 9. *judicas.* 45. *di. vera juſtitia. & c. recedite.* Ora. ſc. pro omnibus. *diſt.* 36. *c. ſi quis vult.*

l *Evangelio. Matth.* 25.

m *Paſcere famelicum.* i e. Eſurientem. Et hoc eſt opus miſericordiæ contra miſeriam defectûs cibi.

n *Sitientem.* Contra miſeriam defectûs potûs.

o *Peregrinum. Scil.* longe à patria ſua iter agentem. Et ſic ſtat in bona ſignificatione. Quandoque ſumitur in mala parte pro deportato; ſicut notat *Accurſ. Inſt. de hæredi. inſt.* §. *fi.* Et per illud opus ſuccurritur miſeriæ, quæ eſt defectus hoſpitii.

p *Veſtire nudum.* Contra miſeriam quæ eſt defectus indumenti.

q *Infirmum.* Contra miſeriam, quæ eſt ſanitatis privatio.

r *Carceri mancipatum.* Contra miſeriam, quæ eſt defectus libertæ poteſtatis ſui corporis, & ſuorum membrorum.

ſ *Tobia. Tobiæ.* 2.

t *Mortuorum.* Hoc miſericordiæ opus, ut ait *Lincoln. dicto* 2. ſorte plus vivis quàm ipſis mortuis impenditur; quia magis eſt ad ſolatium vivorum, quàm mortuorum. Nihil enim recipit defunctus ex eo quod ſepelitur.

u *Septem verò.* Quæ ut ait *Chryſoſt.* ſignificata ſunt in ſeptem Populis qui terram promiſſionis Iſraeli promiſſam tenebant. Et eſt quartà pars.

x *Capitalia.* Quæ alibi dicuntur criminalia. 22. *q.* 1. *prædicandum.* Dicuntur etiam Mortalia. 25. *diſt* §. *criminis.* Et nota, quòd proprie peccata capitalia ſecundũ jura ſunt illa, quæ important pœnam capitis, depoſitionem, exilium, vel perpetuam carcerationem. Large tamen loquendo peccatum capitale dicitur peccatum mortale: quia deformat caput animæ, i. e. mentem hominis. Et ſic ſumitur hic. Vel iſta dicuntur Capitalia; quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim peccatum vel malum eſt, quod non ab aliquo horum originem trahat.

y *Superbia.* Hæc omnis mali initium dicitur eſſe. *Eccluſ.* 10. tum propter cauſã quæ invenitur in omni peccato: quia in omni peccato invenitur contemptus Dei, qui eſt quædam cauſa peccati. Iſte autem contemptus eſt averſio à Creatore; quæ eſt in omni peccato, ubi præponitur bonũ commutabile bono incommutabili: quia ſicut ſine charitate aliæ virtutes nihil ſunt: ita ſine ſuperbia alia vitia nihil ſunt. Abſtrahe ſuperbiã & habebis gratiam: quia *ſuperbis Deus reſiſtit & humilibus dat gratiam. Jac.* 4. *c.* tum quia ſuperbia primum fuit peccatum. Hoc genere peccavit diabolus in cœlo; & primus homo in paradiſo: tum quia ex ea alia vitia naſcũtur ſecundùm prius & poſterius, hoc eſt, mediate vel immediate. Nã ſuperbia, quæ vult omnes excellere, dolet ſi aliquis ei æquatur: & ſic ex ea naſcitur invidia. Invidus verò, quia de facili irascitur ei cui invidet, ideo ex ea naſcitur ira. Sed ira, cum non poteſt ſe vindicare, triſtatur: & ſic ex ira naſcitur accidia. Accidia verò conſolationem quærens facit avarum. Avaritia, cùm in temporalibus abundat, poteſt magis exercere Gulam. Gula propter ventris repletionem de facili ſpumat in libidinem, & ſic generat luxuriam.

*al. ſimili.

*al. alias dunt, habentem.

*al. vel

*al. mortalia.

*Ex ſuperbia cætera vitia procedunt.

*al. ira vel odium.

MS. Invidia vel odium.

z *Excellentiæ propriæ.* Iſte amor ſive appetitus præcipue conſiſtit circa dignitates vel honores. Patet exemplum in peccato primi Angeli, qui eminentiam appetiit: & iſtud vitium eſt valde timendum. Nam ut ait *Aug. Væ cui auriga eſt ſuperbia.* Neceſſe enim eſt ut in præceps eat.

a *Jactantia.* i. e. Arrogantia ſive vanitas, qua quis enumerat bona ſua, ut laudabilis appareat. Differunt enim ſuperbia & arrogantia. Nam ſuperbia eſt ſupergrediens mentis elatio de eo quod non eſt. Arrogantia vero eſt inanis gloria de eo quod eſt. De ſuperbia enim naſcitur arrogantia. Nam niſi præceſſerit occulta elatio mentis, non ſequitur aperta jactantia laudis.

*Arrogantia & ſuperbia diſferunt.

b *Oſtentatio.* i. e. frequens oſtenſio vanitatis, ut quis videatur. De hac ſpecie ſuperbiæ dicitur ſic. Omnis ſuperbus eſt habitu ſuperfluus: inceſſu pompoſus: cervix erecta: facies vaga: truces oculi: de loco certat ſuperiori: ſententias ſuas, verba & facta jactat, & reverentiam in obſequio non obſervat.

*Superbia deſcripta.

c *Hypocriſis.* i. e. Simulatio; quando aliquis ſimulat ſe eſſe quod non eſt. Habet enim in opere exteriori apparentiam boni, cum tamen de ſeipſo ſit malus. 11. *q.* 3. *ſi quis vero.*

d *Schiſmata.* Id eſt diviſiones ab unitate virtuoſa quacunque.

e *Similia.* Utputa inobedientia, contentio, pertinacia, diſcordia, novitatum præſumptio. Inobediens enim in nullo vult videri inferior. Contentioſus nititur vincere cum clamore, & per hoc apparere. Pertinax autem factum ſuum malum vel dictum defendit, ne erraſſe videatur. Diſcors omne dictum ſuum contrariat propter vanam gloriam. Novitatum præſumptor nova dicit vel invenit, ut laudetur. *Et no. hic per Ber.* quòd gradus ſuperbiæ ſunt 12. videlicet curioſitas: mentis levitas: inepta lætitia: jactantia: ſingularitas: arrogantia: præſumptio: peccatorum defenſio: ſimulata confeſſio: rebellio: libertas: peccandi conſuetudo. De quibus *no. in li.* 3. *de verit. c.* 15.

*Gradus ſuperbiæ 12.

f *Invidia.* Hæc enim, *ut ſuprà dixi*, ſecundo loco oritur ex ſuperbia, eo quòd ſuperbus dolet quando aliquis ei æquatur.

g *Felicitatis alienæ.* Hanc deſcriptionem ponit *Aug.* ſed *Jo. Damaſ.* dicit, quòd invidia eſt triſtitia de bonis alienis: & recidit in idem. Et nota, quòd iſta triſtitia poteſt contingere quatuor modis. Uno modo, quando aliquis dolet de bono alterius, ſolum illa conſideratione quia timet nocumentum ſibi ipſi vel aliis bonis viris per ipſum inferri: & talis triſtitia non eſt proprie invidia, & poteſt eſſe ſine peccato: ut dicit *Greg.* 22. *moralium.* Alio modo

poteſt

poteſt quis triſtari de bono alterius, non ex eo quòd alius habet bonum; ſed ex eo quòd ſibi deeſt illud bonum: & talis triſtitia dicitur propriè zelus, ſecundùm *Phi.* 2. *Rhet.* Et ſi ille zelus ſit circa bona honeſta, laudabilis eſt: reputa circa virtutes. Si autem ſit circa bona temporalia, poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato. Tertio modo triſtatur quis de bono alicujus, eo quòd ille, cui accidit illud bonum, eſt eo indignus; & ſolum oritur de bonis temporalibus, & talibus quæ poſſunt provenire dignis & indignis: & hæc triſtitia pertinet ad bonos mores: ſed ſecundùm doctrinam bonæ fidei hæc invidia prohibetur, quia temporalia bona, quæ indignis proveniunt, ex juſta Dei ordinatione diſponuntur vel ad eorum correctionem vel damnationem: *Ar. ad hoc 47. diſt. ſicut hi.* Quarto aliquis triſtatur de bono alicujus in quantum alter excedit ipſum in bonis: & hæc propriè eſt invidia: & hæc ſemper eſt mala, quia dolet de quo gaudendum eſt. Si tamen talis invidia ſit imperfecta, ſc. in motu ſenſualitatis ſolum; ſic eſt veniale. Nam primi motus invidiæ quandoque etiam in viris perfectis inveniuntur.

* *al. addunt* verberatio.

* *alii*, inferendi alicui.

Detractionis definitio, & ejus 6 ſpecies.

a *Detractio.* Hæc conſiſtit in annihilando vel diminuendo bonum alterius. Unde *Aymo* dicit, *detrabere*, eſt aliorum bona invertere, vel negare. Vel ſic, *Detractio*, eſt revelatio defectûs abſentis facta alicui, ut ipſum in bono minorem exiſtimet: & ſecundum has duas notificationes diſtinguuntur ſex ſpecies Detractionum, videlicet tres ſecundùm primam, & tres ſecundùm ſecundam. Tres primæ ſumuntur reſpectu boni, videlicet cum quis negat bonum alterius; aut tacet, ubi non debet; aut illud invertit. Tres ſecundæ ſumuntur reſpectu mali, videlicet cum quis revelat alterius peccatum, ubi non debet; aut illud aggravat; aut fingit quod non eſt.

Murmur variè ſumitur.

b *Murmuratio.* i. e. oblocutio indebito modo contra dictum vel factum alicujus facta: & hæc reprobatur, 90. *diſt. c. alienus, & c. ſeq.* Et nota, quòd eſt murmur ſpecies invidiæ, ut hic: & *Matth.* 20. ubi dicitur, *murmurabant adverſus patremfamilias dicentes, hi noviſſimi unâ horâ venerunt &c.* Et eſt murmur ſpecies ſuperbiæ. *Luca.* 7. *Videns Phariſeus qui vocaverat eum, ait intra ſe, hic enim, ſi eſſet Propheta, ſciret &c.* Eſt etiam murmur ſpecies avaritiæ. Unde *Joh.* 12. *quare hoc unguentum non venundatur? &c.* Eſt quandoque murmur ſpecies impatientiæ. *Num.* 11. *ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra Dominum.* Et eſt murmur conſcientiæ, ſcilicet quando aliquis murmurat facere quod contra Dominum eſt ab alio coactus. Patet exemplum in figura *Numeri.* 22. de aſina Balaam, quæ murmurabat facere contra domini voluntatem.

c *Diſſenſio.* i. e. diſcordia.

d *Perverſa judicia.* Hic ſumitur Judicium non ſolum pro actu juſtitiæ; ſed etiam pro contemptu, & actu quolibet humanæ & judicatoriæ opinionis, ad quem, vel in quo, quilibet mortalis ſua credulitate firmatur: & tale judicium procedit ex ſuſpitione, quæ ſi ſit in malum, habet ortum ab uno ex tribus ſequentibus. Quandoque provenit ex hoc, quòd aliquis in ſeipſo malus eſt, & ex hoc quòd ipſe quaſi conſcius ſuæ propriæ malitiæ faciliter de aliis malum opinatur. Aliquando provenit ex hoc, quòd aliquis male afficitur ad alium. Cùm enim quis contemnit vel odit alium, vel ei invidet, ex levibus ſignis opinatur mala de ipſo ſuſpitione illa qua leviter credit illud quod appetit. Tertio modo procedit ex longa experientia. Unde ſecundùm *Phil.* 5. *Rhatorica. Senes ſunt maximè ſuſpicioſi.* Quia multoties experti ſunt aliorum defectus. Primæ duæ manifeſtè pertinent ad perverſitatem affectus. Tertia vero cauſa rationem ſuſpitionis diminuit, in quantum experientia ad certitudinem proficit, quæ eſt contra rationem ſuſpitionis. Et nota quòd triplex eſt gradus ſuſpitionis. Primus eſt, ut homo ex levibus indiciis de bonitate alicujus dubitare incipiat; & hoc eſt veniale, & lethe peccatum: pertinet enim ad temptationem humanam, ſine qua vita iſta non ducitur; ut habetur in *gloſſa ſuper illud.* 1. *Ad Corinth.* 4. *Nolite ante tempus judicare.* Secundus gradus eſt, cum quis pro certo malitiam alterius æſtimat ex levibus indiciis: & hæc ſi fiat ex aliquo gravi, eſt peccatum mortale; in quantum non eſt ſine contemptu proximi. Unde gloſſa ibidem ſubdit: *& ſi igitur ſuſpitiones vitare non poſſumus, quia homines ſumus: Judicia tamen ſed eſt, definitivas ſententias, continere debemus.* Tertius gradus eſt, cum aliquis Judex procedit ex ſuſpitione ſola ad aliquem condemnandum: & hoc pertinet ad injuſtitiam. Unde eſt peccatum mortale, ſecundùm *Phi. de Pergamo in li. Catonis. parte proſaica, præcepto* 17. *Minimè judica.*

Gradus ſuſpitionis triplex.

Quinque filiæ Invidiæ.

qua oriuntur *a* detractio: *b* murmuratio *: *c* diſſenſio: *d* perverſa judicia; & *e* ſimilia. Ira eſt appetitus *f* vindictæ, & *g* nocumenti * alieni, quæ cum perſeverat in corde, *h* fit odium: de qua oriuntur perſecutiones *i* verborum & *k* factorum, *l* plagæ, *m* homicidia, & *n* ſimilia. *o* Accidia eſt *p* tœdium boni *q* ſpiritualis, ex *r* quo homo nec in Deo nec in divinis laudibus delectatur: ex *ſ* qua ſequitur * *t* ignavia, *v* puſillanimitas, *x* deſperatio, & *y* ſimilia. *z* Avaritia eſt immoderatus *a* amor mobi-

e *Similia.* Habet enim invidia, ſecundùm *Greg.* quinque Filias. Prima eſt odium occultum; quod eſt velle malum alicui, & nolle bonum. Secunda, exultatio in adverſis proximi. Tertia eſt afflictio in proſperis proximi. Quarta eſt ſuſurratio; quæ eſt detractio latens. Quinta eſt detractio, quæ fit in aperto, intendiqueque melior apparere illo, cui detrahit. Ira etiam hoc in loco oritur ex invidia: quia invidus de facili iraſcitur ei, cui invidet.

f *Vindictæ.* Hanc deſcriptionem tradit *Aug.* ſecundum quoſdam, vel potius ſic: *Ira* eſt ulciſcendi libido. Sic ponitur per *Aug. de civi. Dei. li.* 13. vel deſcribitur ſic: *Ira* eſt impetus concitati ſpiritus. i. e. animæ rationalis, quæ eſt natura ſpiritualis, & per iram præcipitatur in furorem. Hæc definitio patet. *Proverb.* 17. vel ſic, ſecundùm *Phi.* Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.

* *al.* ignorantia.

g *Nocumenti alieni.* Hæc enim eſt ira per ſcelus ſive vitium, quando viz. homo apperit ſeipſum de proximo vindicare, cum tamen illam vindictam Deo reſervaret, ſive judici ſub Deo conſtituto: Alia eſt ira per zelum; & hæc eſt virtus juſtitiæ, quandò videlicet homo iraſcitur delinquentibus: juxta illud *ad Eph. c. 4. Iraſcimini, & nolite peccare. & Eccle. 7. melior eſt ira riſu. &c.*

h *Fit odium.* Quod nihil aliud eſt quàm ira inveterata de vindicatione ſemper cogitans. Hic tamen nota, quòd odium diſpoſitivè ſolùm oritur ex ira; ſed directè & formaliter oritur ex invidia. Nam per invidiam fit bonum proximi triſtabile; & per conſequens odibile. Ex ira autem cauſatur odium per quoddam augmentum. Nam primò per iram appetimus malum proximi ſecundùm quandam menſuram, in quantum ſcilicet habet rationem vindictæ: poſteà per continuationem & diuturnitatem iræ pervenimus ad hoc, quòd homo malum proximi abſolutè deſiderat: quod pertinet ad rationem odii. Unde patet quòd odium ex invidia oritur formaliter & directè ſecundum rationem objecti: ex ira verò ſolum diſpoſitivè.

i *Verborum.* Vide exempla *infrà. verſ. ſimilia.*

k *Factorum.* Pone exemplum per ſequentia.

l *Plagæ.* i. e. Vulnera quæ non ſunt ad mortem.

m *Homicidia* i. e. Hominum occiſiones.

Sex ſunt filiæ Iræ.

n *Similia.* Sunt enim Iræ Filiæ ſex, ſecundùm *Gregor.* Prima eſt rixa, quæ eſt audax voluntas vindicandi injuriam facti præcedentis. Secunda eſt timor mentis, quæ eſt voluntas vindicandi adverſitatem, vel aliàs adverſantem propter æſtimatas inimicitias. Tertia eſt contumelia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per exprobrationē malorum. Quarta eſt clamor, quæ eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem per vituperium ad aliorum aures proveniens. Quinta eſt indignatio, quæ eſt voluntas ſe vindicans per ſignum moleſtè exterius declaratum. Sexta eſt blaſphemia, quæ eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium Deo vel ſanctis illatum.

o *Accidia eſt.* Hæc enim oritur ex ira: quia iratus, cum non poteſt ſe vindicare, triſtatur: & ſic ex ira naſcitur accidia.

p *Tædium.* Id eſt faſtidium, indignatio ſive anxietas.

Accidia.

q *Boni ſpiritualis.* Hæc deſcriptio *Auguſtini* aliter deſcribitur ſic, *Accidia* eſt ex ſuffocatis rebus vel carnis deſiderio turbatæ mentis anxietas. Vel ſic, ſecundùm *Tho. Accidia* eſt de virtutum laudabili exercitio utriuſque hominis dejectio languida. Vel ſic ſecundùm eundem. *Accidia* eſt diffidentia de propriis viribus etiam cum auxilio Dei implendi ardua. Et quod hic dicit, *ſpiritualis boni*, non intelligas de quocunque bono ſpirituali, ſed de bono illo, cui tenetur homo de neceſſitate intendere. Unde ſi quis triſtatur de hoc, quòd aliquis cogit eum implere opera virtutis, quæ facere non tenetur, non eſt peccatum accidiæ: ſed quando triſtatur in his, quæ imminent ex neceſſitate facienda propter Deum: *notatur. 25. di. §. criminis. verſ. de iſtis peccatis. per Archi.*

r *Ex quo.* Scilicet tœdio.

ſ *Ex qua.* Scilicet Accidia.

t *Ignavia.* Id eſt, pigritia, tarditas, ſive ſtultitia.

u *Puſillanimitas.* Sic dicta, quia puſillus animo modicam habet fiduciam aggrediendi bonum.

x *Deſperatio.* Quæ eſt relaxatio mentis ad peccandum; ut dicit *Aug.* & ſolet provenire ex nimia triſtitia. *Proverb. 26. in mœrore animi dejicietur ſpiritus.*

y *Similia.* Ad accidiam enim 16. vitia pertinent: viz. tepiditas, mollities, ſomnolentia, otioſitas, dilatio, tarditas, negligentia, imperſeverantia, remiſſio, diſſolutio, injuria, ignavia, indevotio, triſtitia, tœdium vitæ, & deſperatio.

z *Avaritia.* Hæc oritur de accidia; cum enim homo perdit conſolationem ſupernæ viſitationis, tunc quærit conſolationem terrenam; & ſit avarus.

a *Amor.* Qui aliàs ſecundùm *Aug.* dicitur libido. Sed cum hæc definitio-

definitione hic posita concordat *Tullius*, qui dicit quòd *Avaritia* est immoderatus appetitus habendi. Vel secundùm *Bern.* Avaritia est quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupido. Sic secundùm *Apostolum* est idolorum servitus. *Ad Col.* 3.

a *Affluentiæ.* i. e. Divitiarum, quæ consistunt tàm in bonis mobilibus quàm immobilibus.

b *Illicitè acquirendo.* Hæc dicitur cupiditas.

c *Detinendo.* Hic propriè est Avaritia. Et pro hac materia vide *Canonem. Sicut bi.* 47. *dist.*

d *Fraus.* i. e. Deceptio, quæ cõmuniter intervenit in negotiatione. Pro cujus materiæ majori declaratione vide *notata supra, de consue. c.* 1. *vers. fraude.*

e *Furta.* Hic vide, si placet, ea quæ *no. supra. c. c. sub quarto mandato secundæ Tabulæ, Non furtum facies.*

Sacrilegiũ. * *al.* addunt opipera. i. e.

f *Sacrilegium.* i. e. Rei sacræ violatio vel usurpatio. Et committitur tribus modis: ratione personæ, cùm quis vulnerat, vel verberat clericum. 17. *q.* 4. *si quis.* Ratione loci, cum quis Ecclesiæ vel Cœmiterii immunitatem violat. 12. *q.* 2. *de viro. extra. de immuni. Eccle. per totum.* Ratione rei; cum res consecrata, vel sacro usui deputata, usurpatur: & hoc, sive auferatur Sacrũ de loco sacro, vel non sacro; vel non sacrum de sacro. Ut 17. *q.* 4. *quisquis.*

g *Simonia.* Quæ est negotiatio spiritualis, & facit domum Dei domum negotiationis. De quâ plenius videre poteris, *Extra. de simo. per totum.*

h *Turpe lucrum.* Utputa de usura & rapina, de meretricio, & aliàs per injustam exactionem, per negotiationem illicitam, per advocationem, sive postulationem injustam, per falsa judicia, per sordes & corruptionem, per perjuria, & per dolum, item per mendacium, acquisitum. Avaritiæ enim filiæ sunt 12. viz. usura, rapina, talliatio injusta, fraus negotiatorum, deceptio advocatorum, acceptio munerum, Simonia, promotio consanguineorum, peccatum Anachoritarum. i. e. illorum qui promoventur favore & potentia principum, dolus, avaritia scientiæ, & iniquitas lusorum. Et hæc notantur in *Dicta salutis. c. de avaritia ad fi. Thomas autem. hi.* 3. *c.* 19. dicit secundùm *Greg.* quòd Avaritiæ filiæ sunt septem. Prima est obduratio cordis, quæ fit omittendo: & per *Isidorum* vocatur inhumanitas. Secunda violentia, quæ fit nocendo alicui per facta mala: & per *Isidorum* dicitur rapacitas. Tertia est inquietudo, quæ est appetitus lucri. Quarta perjurium, quod sæpe incidit in emptione & venditione. Quinta fallacia, quæ fit per verba deceptoria in occulto. Sexta fraus, quæ est deceptio perfecta: & hoc in præsentia illius, qui decipitur. Septima proditio, quæ est idem quod deceptio, quæ fit in absentia decepti.

Avaritiæ filiæ. 12.

i *Gula.* Hæc procedit ex Avaritia: quia quando aliquis abundat in temporalibus, potest magis exercere gulam.

k *Amor.* Aliàs appetitus secundùm alios, qui dicunt, quòd Gula est immoderatus appetitus edendi & potandi.

☞ l *Gustum.* Delectatio enim gulosi est in Gustu, sicut luxuriosi in tactu.

m *Cibo & potu.* Dicit enim *Aug.* quòd Gula est immoderata cibi & potûs aviditas: aliàs dicitur vorax edacitas naturæ finibus non contenta.

n *Nimis manè.* Viz. quando aliquis prævenit horam comedendi; maximè in diebus jejuniorum. Figuram ad hoc habes *de Jonatha*; qui meruit mortem, quia rempus constituerum antecessit. 1. *Reg.* 16. Et vide quæ leguntur, *de conse. dist.* 1. *c. solent.*

o *Nimis tardè.* 4. *dis. denique. de conse. di.* 5. *sint tibi.*

p *Nimis assiduè.* 44. *di. c.* 1. & 2. *de conse. di.* 5. *non dico.*

q *Nimis delicata.* De quibus *Ovidius. Est virtus placidis abstinuisse cibis.* Figuram habes de Filiis Israel, *Numc.* 11. etiam de divite qui quotidie epulabatur splendide. *Lucæ.* 16.

r *Nimis comeditur.* Excedendo mensuram suæ naturæ proportionatam. Nam hæc mensura non consistit in cibi quantitate, sed in comedentis qualitate: quia quod uni est mensura debita, alteri est excessus.

s *Vilissimum.* Hæc enim crapula dicitur; de qua legitur, *Extra. de vi & ho. cle. c. à crapula.* de cujus vilitate sic ait *Hiero. multi impatientiâ Gulæ vomitu remediantur.* Et, *quod turpe ingesserunt turpius egerunt. de conse. di.* 5. *c. ne tales. circa medium.*

t *Est enim nimiũ.* Hic declarat, quomodo intelligitur nimietas cibi.

u *Corpus aggravat.* abundantia namq; ciborum morbum generat; molestias ingerit; & ægritudines generat; ut ait *Jo. Os Aureum. de conse. di.* 5. *nihil.* 3.

x *Interiorem sensum.* Qui secundùm animam tripliciter consideratur, ut ait *Lincoln. dicto.* 15. Primò in memoria & intelligentia & dilectione Trinitatis, * & quæ supra ipsa est. Secundò in cognitione & amore ordinato sui ipsius & ejus quod sibi par est. Tertiò in cognitione regendi & administrandi ea quæ sub se sunt. Et sic secundùm eundem *Lincoln.* spirituales sensus animæ sunt hi; intelligentia, intellectus, scientia, ars, prudentia, sive consilium. Aliter autem secundùm *Bern.* quinq; sensus animæ sunt isti. Primus amor pius, quo parentes diligimus, qui est sicut tactus. Secundus amor jucundus, quo diligimus socios, & est sicut gustus. Tertius amor erga omnes homines justus, qui est sicut odoratus. Quartus erga inimicos amor violentus, qui est sicut auditus. Quintus erga Deum amor sanctus sive devotus, qui est sicut visus. Horum autem quinq; sensuum vinculum & immobilitas, ut non possunt agere, peccatum est: & præsertim Gula sive ebrietas, ut hic, & cætera peccata. Crapula enim perturbat cerebrum; & per consequens heberat ingenium, & mentis oblivionem inducit: obcæcat conscientiam & sepelit rationem. *Extra. de vita & bone. cler. c. à crapula.*

* *alii omittunt.* & * *al.* & est nim. Sensus spirituales animæ. * *al.* quod cor. * *al.* Et exquisita

y *Exteriorem.* Utputa visum, auditum, & alia hujusmodi. Tales namque, qui nimium comedunt atque bibunt, ut sæpè quid loquantur nesciunt: sed sine sensu jacent sepulti. 15. *q.* 1. *sanè.*

z *Corporis sanitatem.* Excessus enim cibi & potûs morbum facit, molestias ingerit, ægritudines generat, consumit & computrescere facit corpus humanum, carnem macerat ægritudine diuturnâ, & tandem morte crudeli consumit. *de conse. di.* 5. *c. nihil enim.*

Excessus cibi & potûs.

a *Aviditate.* Hæc est quarta species Gulæ, quando quis comedit nimis ardenter vel festinanter. Nam non usus ciborum, sed concupiscentia in vitio est. 41. *di. c.* 1. Figuram habes de *Esau*, qui propter aviditatem cibi vendidit primogenita. *Gen.* 25.

b *Præparatione.* De his quinque habetur in *Canone de conse. dist.* 5. *c. quinque.*

c *Excitandis.* Contra quod sic ait *Bern. non sapor, sed fames excitet appetitum.*

d *Luxuriam.* Quæ est ex immundis desideriis veniens lubrica mentis & carnis prostitutio: seu aliàs libidinosæ voluptatis appetitus; talis viz. qui ex consensu rationis est. Nam appetitus talis est mortale peccatum, quando ratio non cohibet hujusmodi appetitus, cùm posset.

e *Notificare.* Sc. per suas differentias, quæ sunt octo. Prima est fornicatio, quæ est soluti cum soluta. Secunda meretricium, quod fit dupliciter. sc. vagam libidinem cum diversis sectando, vel cum publicè veniali concumbendo. Tertia est adulterium, quo conjugalis thorus violatur. Quarta stuprum, quo virginalis integritas corrumpitur. Quinta incontinentia, quâ Deo sacratus læditur; ut in Clericis in sacris ordinibus, Religiosis, & in his qui emiserunt votum continentiæ. Sexta incestus, quo vinculum consanguinitatis & affinitatis vel compaternitatis corrumpitur. Septima peccatum contra naturam, vel Sodomia, quâ naturalis usus coeundi pervertitur. Octava libidinosus usus coitûs conjugalis.

f *Aerem inficit.* Fœtat enim libido. *Extra de præsump. cum in juventute.* Et super hoc vide *no. in constitutione Otho. licet ad profugandum. per Jo. de Athona.* Et nota exemplum de Angelo, qui ad aspectum juvenis luxuriosi obturavit nares, ut legitur *in vita Patrum.*

g *Septem virtutes.* Quinta pars.

h *Principales.* Sic dictæ, quia sub eis aliæ virtutes continentur: ut *infrà* patet in litera.

i *Ad Deum.* Hæ enim tres virtutes Theologicæ, sc. fides, spes, charitas, à sequentibus differunt; quia hæ tres movent in finem: sed sequentes movent ad ea quæ sunt ad finem. Item harum trium objectum est Deus; sed Cardinalium virtutum finis est ipse Deus, sed non objectum propriè. Item hæ tres habentur per infusionem; aliæ verò per acquisitionem. Item hæ tres movent ad opera ex rationibus sumptis à jure Divino; sed aliæ à jure naturali. Item hæ tres attenduntur quantum ad actus interiores; aliæ autem quoad opera exteriora. Item hæ non habentur sine donis; sed aliæ sine donis haberi possunt. Item hæ sunt discretivæ actuum in Deum; sed aliæ sunt discretivæ

actuum

actum in proximum. Item in his habitus generant actus; sed in aliis actus generant habitus secundùm quod dicit Philosophus, quales sunt inquam actus, tales sunt habitus.

a *Theologicæ.* Sic dictæ, quoniàm principaliter in Deum dirigunt. Fides enim dirigit in summè verum credendo & assentiendo. Spes in summè arduum intendendo & expectando. Charitas in summè bonum desiderando & amando. Et hæ virtutes multipliciter differunt inter se. Primò secundùm actus proprios: nam fides facit Deo assentire; Spes in Deo confidere; Charitas Deum diligere. Secundò, ratione subjecti: nam fides est in rationali; & spes in irascibili; charitas in concupiscibili. Tertiò, ratione subjecti. Nam fides est circa verum; spes circa arduum; charitas circa bonũ. Quartò, ratione affectûs. Nam in præsenti fides Deum sequitur; spes in cœlum comitatur; charitas perenniter amplexatur. Quintò, ratione finis: quia per fidem Deus cognoscitur ut veritas; per spem habetur ut æternitas; per charitatem diligitur ut bonitas.

Fides, spes & charitas in multis differunt.

b *Prudentia.* Hic, & in sequentibus recitat quatuor virtutes Cardinales, quæ de se per se patent.

c *Ad seipsum.* Hæ enim quatuor virtutes animam hominis reddunt stabilem & quadratam. Prudentia namque, animam tenet in veritate materiali, ne per ignorantiam, vel errorem, vel curiositatem recedat ab ea. Temperantia, tenet eam in necessitate, ne per superfluitatem, vel diminutionem ab ea recedat. Fortitudo eam tenet in quadam æqualitate, ne adversitas eam dejiciat. Et sic hæ tres animam tenent quoad seipsam, sed justitia tenet eam in proximi utilitate, non ut ei noceat, sed potiùs, ut ejus utilitati intendat. Vel aliter, hæ quatuor virtutes motus principales animæ dirigunt. Prudentia enim dirigit actum rationalem, qui est discernere inter bonum & malum, vel inter duo bona, quod melius est; vel inter duo mala, quod majus est malum. Temperantia dirigit actum concupiscibilem, qui est velle bonum & delectabile. Fortitudo dirigit actum irascibilem, qui est aggredi arduum, & sustinere quod est difficile ad sustinendum: & istæ tres dirigunt actus principales trium virium animæ quantum ad se. Sed justitia actus illos dirigit respectu proximi: ipsa enim circuit omnes vires sicut dicit *glo. Isido. super Gen.* 2.

d *Et proximum.* Habes exemplum in Glossa præcedenti.

e *Bonum eligere.* De hoc dixi, *supra ver. ad seipsum.* Et huic actui & sequentibus convenit illud *Augu.* qui dicit, *Prudentia est eligere quæ diligendum est. Fortitudo nullis avelli molestiis. Temperantia nullis illecebris. Justitia nullâ superbiâ.* Et alibi *per eundem.* *Prudentia est in præcavendis insidiis. Justitia est in subveniendo, miseris. Fortitudo est in perferendis molestiis. Temperantia in non exercendis delectationibus pravis.*

f *Cardinales.* Sic dictæ, quia sicut ostium vertitur in cardine, ita in his vertitur & regitur vita hominis. Vocantur etiam politicæ; quia hominem ordinant in vita civili. Dicuntur etiam humanæ; quia humano studio acquiruntur, nisi divinitus infundantur. Appellantur etiam consuetudinales, quia non ex uno actu, sed ex consuetudine nascuntur; vel quia honestas humana se magis exercitat in his, quàm in virtutibus Theologicis. Aliter verò, hæ quatuor virtutes dicuntur politicæ, secundùm quod regunt vitam hominis quoad opera exteriora, prout pugnant contra vitia: & hoc modo sunt incipientium. Dicuntur etiam purgatoriæ, secundùm quod jam sunt in victoria vitiorum, & consilium partim intrà, partim extrà; & sic sunt proficientium. Dicuntur etiam purgati animi, secundùm quod jam devictis vitiis quiescit homo, ita quod rarò primi motus insurgunt; & hoc modo pertinent ad perfectos. Dicuntur etiam exemplares, prout sunt in mente divina. Nam sicut omnium rerũ Deus exemplar est: ita & Ideæ virtutũ in eo consistunt, & ideo Theologicæ *a* appellantur. Prudentia *b*, Temperantia, Justitia, & Fortitudo. Per quas ad *c* seipsum & proximũ *d* homo ordinatur. Et est actus prudentiæ, Bonum eligere: actus justitiæ, rectè facere. Actus temperantiæ, non impediri deliciis; actus fortitudinis, non dimittere bonum agendum pro angustiis vel molestiis quibuscunq;. Et dicuntur hæ quatuor virtutes cardinales *f*, hoc est principales; quia istis quatuor plures *g* aliæ sunt subjectæ, de quibus, quia, pro simplicibus laboramus ad præsens amplius nõ tractamus. De septem *h* gratiæ sacramentis supra dictum est in suo *i* loco.

Sacerdotes admoneant prægnantes sibi subditas habere instanti partu aquam, si necesse fuerit, ad baptismum paratam, & ut tempore confiteantur.

Edmundus.

ITem *k* commonent Sacerdotes *l*, Mulieres prægnantes de Parochia sua, ut cum tempus partûs instare intellexerint *m*, sibi prospiciant quod aquam *n* promptã & paratam *o* habeant pro partu, si *p* immineat necessitas, baptizando: & *q* propter imminens periculum *r* confiteantur *s* Sacerdoti *t*, ne subitò præoccupatæ non possint, cùm voluerint, copiam *u* habere Sacerdotis.

g *Plures alia.* Quas ponit Philosophus *a Ethicorum circa finem.* Ubi præter prudentiam & justitiam ponit & enumerat decem virtutes morales: viz. fortitudinem, temperantiam, honoris amotivam magnanimitatem, curialitatem, liberalitatem, magnificentiam, mansuetudinem, affabilitatem, & eutrapeliam, quæ est virtus circa ludos & solatia. Sunt enim quidam in ludis & solatiis nimis abundantes, ut histriones; quidam nullum solatium recipere volentes, & tales dicuntur agrestes & hispidi; horum medium tenet eutrapelia, quæ recipit solatia honesta, secundùm quod oportet & ut oportet.

h *De septem.* sexta pars.

i *Suo loco.* Viz. *supra de sacramentis iterandis. c.* 2.

k ITem *commonent.* Ista constitutio facit duo. Primò, ponit doctrinam, quam servare debent mulieres prægnantes instanti puerperio circa providentiam partûs in necessitate Baptizandi. Secundò ibi, *Et quod propter.* Dat doctrinam necessariã quoad statum ipsarum mulierum propter periculum mortis imminentis. *Divisio.*

l *Sacerdotes.* Sc. curam habentes animarum. ut *infrà* patet ibi, *de parochia sua.*

m *Intellexerint.* Scilicet ipsæ mulieres.

n *Aquam.* Qualis erit hæc aqua vide *supra de sacr. ute. c.* 1. *vers. legitime factum, vers. ex parte elementi.*

o *Et paratam.* Expone *& pro.* i. e. quia idé significat hæc dictio *própta* & hæc dictio *parata.* Simile habes *di.* 2, *plebiscita.* Et ibi per *Arch.*

p *Si necessitas.* In casu necessitatis etiam potest domi, & à quocunque baptizari, dum tamen sit intentio baptizantis, & servetur forma Ecclesiæ. Quod dic ut *supra de sacra. steram. c.* 1. *ver. à laicis.*

q *Et quod propter.* Secunda pars.

r *Periculum.* Scilicet mortis ipsarum mulierum.

s *Confiteantur.* Scilicet peccata sua.

t *Sacerdoti.* Supple proprio Curato, vel alteri de ipsius licentia. *Extra. de pœnitent. & remiss. c. omnis utriusque sexus.*

u *Copiam habere.* Forte propter distantiam magnam à loco ubi est sacerdos. Vel potest intelligi propter hoc, quod non convenit vigis tempore parturiendi interesse: sed in casu necessitatis huc non invenio prohibitum; immo satis hoc liceret, potius quàm mulier sine confessione periclitaretur.

Sacerdotes sint diligentes suorum in verbis divinis instructores, ne muti sentiantur canes: sintque parati suarum agrotorum Visitatores.

Stephanus *in Concilio Oxonien.*

PResbyterorum *x*, *& infrà y*. Præsentis *z* Concilii definitione districtè duximus injungendum, ut Rectores & Vicarii plebes sibi commissas pabulo *a* verbi Dei secundùm quod fuerit eis inspiratum, informare procurent. ne canes *b* muti meritò judicentur, cum latratu *c* salubri à

x PResbyterorum *& infrà.* Hæc fuit constitutio *Stephani Archiepi. Cantuar.* edita in *concilio Oxoni.* & facit principaliter duo. Primò hortatur Curatos ad prædicandum suis subditis verbum Dei. Secundò ibi, *Illud etiam*, hortatur eosdem ad celerem visitationem infirmorum. *Divisio.*

y *Et infrà.* Sic continetur in integra. *Presbyterorum parochialium animos ad ea, quæ magis nostris temporibus expedient, exercenda studiosius excitare volentes, eis &c.*

z *Præsentis concilii.* Celebrati viz. *Oxon. Anno Dom.* 1222. regnique regis *Henrici* tertii, filii *Johannis*, octavo.

a *Pabulo verbi Dei.* Istud pabulum maximè necessarium est ad salutẽ populi Christiani; quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur: eo quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei *Extra. de offi. ordi. c. inter cætera.*

b *Canes muti. Isa.* 56. *v.* 10. & 43. *di. sit rector.* ubi *Arch. no. Malus* quod malus Prælatus aliquando dicitur lupus rapiens prædam. 83. *prælatus di. nihil.* Quandoq; canis impudicus. 2. *q.* 7. *qui nec.* Ité corvus. 2. *q. varia patis* 7. *non omnis.* Item fal infatuatum ad nihilum proficiens. 2. *q.* 7. *non significata, omnis.* Item porcus. 43. *di. in mandat.* Item gallus gallinaceus. i. e. capo: quia sicut capo non cantat, sic nec malus Prælatus. Item non generat nec pugnat pro subditis. Item sicut capo non vocat gallinas: sic malus Prælatus non vocat pauperes. Item sicut capo se inpinguat, sic malus Prælatus, Et ideo cum quærat epulis & deliciis abundare, ejicietur in ignem inferni. 35. *di. Ecclesia principes.*

c *Latratu.* i. e. prædicatione vel doctrinã. Prælatus enim qui in doctrina

doctrina mutus est, non est verè Prælatus, cum officium Prælati non exerceat, sed solùm similitudinem habet Prælati, sicut Idolum quod non exercet officium hominis, sed solùm simile est homini & non est homo. Tales enim rectè dici possunt Idola, de quibus dicitur *Baruch. c. ul. Linguæ eorum polita à fabro, & non possunt loqui.*

a *Caulis.* i.e. Ovilibus, & simile habes. 24. q. 3. *resecandæ.*

b *Luporum spiritualium.* i.e. Dæmonum. Juxta illud evangelii *lupus rapit & dispergit oves*, vel dic *luporum*. i.e. hæreticorum vel Hypocritarum, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus verò sunt lupi rapaces. *Matth. 7. de consc. di.* 4. *Quomodo circa medium.* Et nota quod lupus licèt ovinâ pelle tectus tamen cognoscitur ex tribus. Primò quia dentibus Mordet; sed ovis non. Mordet enim Hypocrita bonos, & eis detrahit, & sic cognoscitur per actum. Secundò cognoscitur per vocem. Unde *Chrysostom.* Qui vocem humilitatis & veræ confessionis emittit, ovis est. Qui verò contra veritatem blasphemans ululat contra deum, lupus est. Tertiò lupus per cibũ cognoscitur, quia virtuosus velut ovis pascitur herbis virentibus, i.e. cœlestibus amœnitatibus. Vitiosus autem velut lupus, pascitur voluptatibus. *Unde ad Rom. 8.* dicit Apostolus. *Qui sunt in carne, quæ carnis sunt sapiunt.*

Lupus in tribus dignoscitur.

c *Illud etiam.* Secunda pars.

d *Evangelii. Ma. 25.*

e *Accessiti.* i.e. vocati, prout cõmuniter solent parochiani Curatũ ad infirmos vocare, sed per hoc non excluditur quinetiã non vocatus talis Curatus teneatur infirmos suæ parochiæ visitare. Ut dicat cum Apostolo, *Quis infirmatur & ego non infirmor. 24. q. 1. quæ dignior. & 45. di. recedite.*

f *Celeriter.* i.e. Sine morosa tardatione, videlicèt nè quid suâ culpâ tardius fiat, ad quod vide no. 93. *di. c. 1. per Archid. & Extra. de pœni. & re. c. ulti. glo. primâ. in fi. per Bern.*

g *Hilariter.* Nam hilarem datorem sui servitii diligit Deus. 2. *Corinth. 9.* Ut viz. non ex tristitia animi hoc faciat aut necessitate coactus, vel aliàs invitus, sed spontaneo desiderio &c.

caulis *a* dominicis luporũ *b* spiritualiũ morsus non expellunt. Illud *c* etiam Evangelii *d* memoriter retinentes, quod in novissimo examine Visitatores infirmorum præmio remunerabuntur æterno, quoties fuerint accersiti *e*, celeriter *f* accedant & hilariter *g* ad ægrotos.

De Officio Vicarii.

Nullus ad vicariam admittatur, nisi qui & præsens esse, & sacerdos effici de proximo prætendat: aliter admissus repellatur.

Idem *in eodem.*

CUm hostis *h*, *& infrà* Statuimus ut nullus Episcoporum *i* Provinciæ nostræ quenquam ad *k* Vicariam admittat, nisi velit *l* in Ecclesia in qua ei Vicaria conceditur, personaliter *m* ministrare, ac talis existat qui infra breve *n* tempus in Presbyterum *o* ordinari valeat *p*. Quod si admissus fuerit aliquis, & noluerit *q* in Presbyterum ordinari, Vicarii beneficio spolietur *r*.

Vicarios, nisi valde tenues sint Ecclesiæ conditiones, non minor quam quinq; Marcarum assignetur quotannis redditus. Animadvertat autem proprius Episcopus, uter Principalis an Vicarius onera Ecclesiæ subeat, quæ non nisi ab altero exigentur per Archidiaconum.

Idem.

QUoniam *s* autem, *& infrà t.* Statuimus, ut Vicario perpetuo ad *u* minus redditus *x* quinque *y* Marcarum in sui adjutorium assumere, dummodo statutum Synodale vel Provinciale hoc non impediat. 7. q. 1. *c. illud & c. nihil. & no. per eundem Wil. glo. præalleg. ver. 6. in tali.* Ubi verò talis Vicarius perpetuus absens est à suâ vicaria, potest ad modicum tempus viz. per unum, duos, vel paucos dies, dummodo hoc fiat ex magna causa & non nimis frequenter, alium loco suo ponere. *Extra. de appel. c. pervenit. 2.* Alias autem non posset secundum *Hostien. extra. c. ti. c. clericos. & in sum. ne prælati vices suas. ad fi. vers. sed nunquid potest.* Et ratio est, quia tenetur personaliter residere, & etiam deservire. *Ut dictâ constitutione ad vicariam. Et hic. & Extra. c. ti. c. ul. & no. d. c. clericos. per Henricum.*

Divisio.

h *Cum hostis.* Hæc est constitutio *Stephani Cantuariensis* Archiepiscopi, edita in *concilio Oxon. primo.* Et est 16. in ordine, & habet duas partes principales. In prima statuit circa ea quæ observari debent in admittendis ad vicarias perpetuas. In secunda ibi, *Quod si*, sub certa qualitate adjicit pœnam.

i *Episcoporum.* Ad quos supple regulariter spectat admissio Curatorum ad beneficia Ecclesiastica, quibus imminet cura animarum. *Extra de institutio. c. ex frequentibus.* Ubi tamen hujusmodi admissio pertinet ad alios, tenentur servare illud quod hic dicitur, sicut alias *no. Extra. de offi. ordi. c. cum vos. vers. œconomos.* Ubi cum dicit, vel alius Prælatus ad quem pertinet institutio. Et ibi *no. per Jo. An. in addi. parum ante finem*, qui hoc allegat. *c. cum venissent. de institutio.*

k *Ad vicariam.* Supple perpetuam. Et habes simile in constitutione *Othonis ad vicariam.* Ubi de hoc per *Jo. de Atho. glo. 1.* Ubi tractat, quis dicatur Vicarius perpetuus, quis temporalis. Et quod quatuor sunt genera Vicariorum, ibi videas.

l *Velit.* Hodie per constitu. *Othonis ad vicariam*, talis debet ad hoc arctari per juramentum, alioquin ipsius institutio ipso jure est nulla, ut ibi patet.

m *Personaliter ministrare.* Prædicta constitutio *Othonis* arctat talem Vicarium ad residentiam personalem, nec loquitur de ministratione. Sed *Jo. de Athona ibi in. vers. residentiam*, Dicit quod hoc nedum statuitur propter eorum continuum officium in ministrando sacramenta & sacramentalia, sed etiam propter hospitalitatem tenendam. & sic intelligit *idem Jo.* id locum habere non solum ratione residentiæ, sed etiam ut personaliter ministret sacramenta & sacramentalia. Et ex his videtur quod talis Vicarius non potest alium sibi assumere coadjutorẽ ad ministrandum sacramenta & sacramentalia: & hoc verum est de ignoto vel peregrino *Extra. de cle. pere. per totum. de temp. ordi. c. 2. li. 6. & no. per Wil. de Monte Laudano, de offi. vica. c. unico. in cle. glo. magna. vers. 7. an tales.* Secus tamen est de bene noto, & de cujus ordinatione constat; qui talem etiam si ipse Vicarius præsens sit, potest ipsum secum

n *Breve tempus. Sc.* In proxima celebratione ordinum. Sic limitatur *in dicta constitutione ad vicariam.*

o *Presbyterum.* Sic igitur non est opus, ut tempore suæ admissionis sit Presbyter, sed sufficit quod sit Diaconus, & ille ordo requiritur in eo ad minus, ut patet in dicta constitutione *Othonis ad vicariam.*

p *Valeat.* Quia nihil sibi obviat de canonicis institutis, nec ratione ætatis, nec defectûs, aut alterius causæ cujuscunque; cujus ratione non possit ad sacerdotium promoveri.

q *Noluerit.* Mutatâ forsan voluntate priori quã voluit promoveri, & de tali mutatione voluntatis habes in *c. commissa. de elect. li. 6.* per quod capitulum apparet, quod si evidenter constet admissum hujusmodi non posse ordinari in sacerdotem in proxima celebratione ordinum, adhuc non debet ipsa vicaria alteri conferri ante illud tempus elapsum.

r *Spolietur.* Pẽ sententiam. arg. notatorum per *Bern. Extra de foro compe. c. si diligenti. vers. causam perdat.* Et vide ea quæ circa hoc notavi *super quæ consti. c. primo. vers. teneatur.* Et hodie per dictã constitutionẽ *Othonis ad vicariam*, talis non ordinatus in Presbyterũ cessante impedimento legitimo ipsã jure ipsa vicariã est privatus.

Divisio.

s *Quoniam autem.* Ista constitutio fuit ejusdem cujus & supradicta. Et est. 16. in ordine.

t *Et infrà.* Sub hac parte decisa continetur in integra. Quomodo sicut multoties abundantia rerum temporalium nonnullos segregat & abducit ab officio sibi commisso; sic inopia quoslam facit infæliciter mendicare. Voluit itaque statuens providere regimini Ecclesiarum in utroque casu habitâ moderationis temperie. Et istud capitulum dividitur in tres partes. In prima providetur circa congruã portionem assignandam Vicariis perpetuis. In secunda ibi, *Providerat*, Statuit quid sit faciendum circa onera Ecclesiæ. In tertia ibi, *Prætereà*, decernit quid observari debeat circa procurationem Ordinarii visitantis.

u *Ad minus.* Sic quod infra istam summam non debet fieri assignatio, nisi *ut infra sequitur in textu.* Ipsam tamen augmentare bene licet & expedit.

x *Redditus.* Hujus vocabuli significatione intelligitur omnis fructus, & est generalis ad omnem utilitatem. *no. per Arch. de elect. c. generali. vers. redditus, li. 6. & per Jo. An. c. c. De. vers.*

y *Quinque Marcarum.* Ista summa tempore hujus constitutionis reputabatur sufficiens; & hoc videtur ex alia constitutione ejusdem, quæ est *infrà, de cle. non resi. c. cum hostis. §. 2.* & in Antiqua sic incipit. *Et quia inhonestum est.* alias. *Ad hæc quia inhonestum est.* Post hanc tamen constitutionem per constitutionem *Symonis Islep: Cantuarien.* Archi. hæc Summa quoad habentes curam animarum, etiam licèt solum fuerint Vicarii temporales, viz. Presbyteri sub Rectoribus, vel Vicarii parochiales, limitata fuit ad sex marcas. Demum verò sub *Symone Sudbury* Archiepiscopo *Cantuar.* Extensa fuit etiam quoad tales Vicarios temporales ad octo marcas, vel aliàs ad quatuor marcas cum cibariis, sicut de prædictis patet, & legitur, *infrà de cele. mis. c. effrænata.* Unde si in vicariis temporalibus considerată temporum qualitate hæc summa à quinque marcis ad octo marcas sit augmentata, & nihilominus tali salario sacerdotes ipsi non contentantur, in pluribus locis his diebus nisi decem ad minus marcas pro salario receperint. Multo magis apparet quòd ista summa. sc. quinque marcarum, non erit hodie sufficiens tali Vicario perpetuo de quo hic loquitur, maximè attentis & consideratis oneribus ei, si quæ sint, incumbentibus ratione residentiæ, utputa in hospitalitate, & in aliis, de quibus *no. Jo. de Atho. in constitutione Othonis ad Vicariam.*

Nota de portione Vicario assignanda.

† *al.* recipiunt.

in

am. In multis glossis quas ibi videre poteris. Consideranda namque est competentia Beneficii sive sufficientia, non solum respectu personæ sed etiam respectu onerum imminentium illi Beneficio. Respectu personæ habetur consideratio ad nobilitatem, scientiam, & dignitatem, secundùm quod *no. Ber. extra. de referi. c. cum adeo, vers. sufficientem.* Immò etiam ad mores virtuosos secundùm *no. ibidem. per Hosti.* & debet etiã illa sufficientia attendi respectu onerum; sc. ut sibi sufficiat & suis, 50. *di. studeat.* Et quòd advenientes possit recipere, & jura Episcopalia persolvere. *Extra. de præben. c. de Monachis, ubi de hoc per Ho.* & pro ista sufficientia vide *no. per Fo. An. de præb. c. 1. li. 6. in novel. & in constitu. Otho. alicubi. ver. pingui. per Fo. de Asbo. & infrà e. c. ver. ad firmam. & vers. ad tenuitatem.*

[a] assignetur, qui scil. pro quinque Marcis solet dari ad [b] Firmam: [c] nisi fortè in illis [d] partibus Walliæ [e] sit, in quibus propter [f] tenuitatē Ecclesiarū [g] minori stipendio Vicarii [h] sunt cōtenti. [i] Provideat quoq; [k] Diœcesanus Episcopus, pensatâ [l] Ecclesiæ facultate, utrū Vicarius [m] Onera Ecclesiastica subire

a *Assignetur.* Sc. tempore Ordinationis ipsius Vicariæ, vel saltem antequam Vicarius in ipsa Ecclesia instituatur, *ut d. c. de Monachis.* Et nota secundùm quosdam, quòd hæc assignatio primo debet fieri per Patronum; qui si infra sex menses expectatus portionem congruam non assignaverit, tunc Episcopus portionem ipsam assignabit, & Vicarium instituet auctoritate sua. *Extra. de suppl. neg. prælа. c. 2, & nota. d. c. de Monachis, ver. Assignatum. per Hostien.* Ipsum tamen dictum *Hostien.* non procedit hodie, nisi præsentatus fuerit indignus: quia si præsentatus sit dignus, Episcopus tenetur eum admittere: sed potest elapso tempore congruo per eum Patrono Ecclesiæ præfigendo † portionem sufficiẽtem assignare, si patronus ipsam assignare distulerit, vel neglexerit: prout legitur in *Cle. prima. de jure patro.* Ubi de ista materia legitur & notatur.

† al addit. dimisso præsentato.

b *Ad firmam.* Ita viz. ut quicunq; alius, suis laboribus necnon sumptibus & expensis fiendis circa levationem & collectionem hujusmodi redditus deductis, velit de claro solvere ipsi Vicario quinque Marcas, sic quòd Vicarius de ipsis quinq; Marcis sustentet se, & suos, & supportet onera Ecclesiæ imminentia: secundùm quem intellectū satis rationabiliter dici posset tālem portionem esse minus sufficientem: quia portio assignanda debet esse talis, unde non solum Vicarius sustentari valeat arctè vivendo in penuria, sed ut sibi & suis sufficiat in victu, & vestitu, & Lectisterniis, & aliis oneribus. *ar. 31. di. omnino. & no. dict. Cle. prima. ver. congruam per Paulum.* Unde & in hac sufficientia attendi debet, ut portio Vicarii sit talis, quæ sibi ad minus & uni Clerico vel pluribus, secundùm qualitatem & quantitatē Parochiæ sufficiat in victu & vestitu. *Extra. de vi. & ho. Cle. c. cui quisq;* Item quòad hospitalitatem tenendā & Jura Episcopalia solvenda, ut in *c. primo de præben. li. 6.* Item quòd possit providere personis conjunctis indigentibus. *Extra. de coha. cle. & mu. c. 1.* Et de tali sufficientia loquitur *c. extirpandæ. extra. de præben. & no. per Hosti. d. c. de Monachis. & de præben. c. 1. per Fo. in Novel. & de statu mo. c. 1. per eundem. Fo. li. 6.* Quod si intelligatur quòd Vicarius hanc summam habeat de claro omnibus sumptibus, expensis & oneribus, aliunde supportatis, sic ut de hac summa solus ipse sustineatur; adhuc non censebitur portio congrua, ut patet *ex superius alle. ver. quinq; Marcarū.* Et sic servari non potest honestas personæ suæ quæ multum pōderari debet, ut patet in *dicta Cle. 1. de jure patro. §. ubi.* Et hic vide quod dicam *infrà. e. vers. conferre.*

c *Nisi fortè.* Excipit ab eo quod prius dixit.

d *Partibus Walliæ.* Non dicit de tota *Wallia*, sed de quibusdā ejus partibus. Et hoc idem qd dicit de partibus *Walliæ*, dicit etiam habere locū i partibus *Angliæ*, cū eadē sit ratio ut robi q; *ff. ad l. Aquil. l. illud.*

e *Sit.* Sc. talis Vicaria. f *Tenuitatem.* i. e. Exilitatem. Considerandæ enim sunt facultates Ecclesiæ in assignanda Vicarii portione. *Extra. de vi. & ho. cle. c. quoniam* (ut ait scriptura.) Sic etiam & mos Patriæ attendi debet, *ut hic in textu.* Nam personis æqualibus minus sufficeret in quibusdam partibus, quàm in aliis; prout in simili *no. Fo. in no. de preben. c. 1. li. 6.* Ubi dicit, quòd personis æqualibus minus sufficeret in Provincia *Walliæ* quàm in *Anglia*, ubi sunt majores sumptus: ad quod facit 93. *di. quisquis. extra. de dona. cæterum. do cens. cum Apostolus. §. fi.*

g *Minori stipendio.* i. e. Fructu laboris sive mercedis. Et sic ponitur hic, *stipendium*, pro utilitate sive fructu qui provenit ex redditibus assignatis ad victum, & sustentationem Vicariorū, de quibus hic agitur. Aliàs verò propriè loquendo, *stipendia* dicta sūt quæ pro sumptibus dabantur militibus; & hoc eo quia per stipes. i. e. per exigua æra dabantur. *ff. de verbo sig. l. si ager. §. stipendia.* Vel dic, *minori stipendio.* i. e. Beneficio sive Officio. Consimile habes 36. *di. qui Ecclesiasticis. in prin. vers. stipendiis. per Archid.*

h *Sunt contenti.* Hoc enim sufficit ut Vicarius instituendus Vicariã licet quantumcunq; modicã sit contentus: potest enim quoad sufficientiã portionis habendæ sive assignādæ illi Juri, quod in ipsius favorem introductum est, renunciare. *extra. de regulis ad Apostolicam. C. de legibus. l. quod favore.* & facit ad hoc *ff. de no. ope. nunci. l. 1. §. & post operis.* Sed nunquid Vicarius admissus, & in tali Vicaria modica & exili institutus, voluntariè eādem recipiens, a principio absq; assignatione hujusmodi portionis possit ex postfacto petere, ut sua portio augmentetur? videtur quòd non: quia cum scienter ipsam receperit, videtur portione licet modica & insufficienti fore contentus.

i *Provideat.* Secunda pars. Et dic *provideat*, sc. tempore assignandæ portionis Vicarii.

k *Diœcesanus.* Sic igitur hæc provisio non pertinebit ad alios Ordinarios inferiores, qui de privilegio, consuetudine præscriptā, vel aliàs instituunt Vicarios eis præsentatos. Consimile habes in *Cle. prima. de Jure Patro.* Ubi provisio assignationis portionis Vicariæ pertinet ad Diœcesanum, sic quòd non ad inferiorem Ordinarium. Quod patet *in d. c. de Monachis.* Ubi loquitur Papa Episcopo *Wigorn.* & sic Diœcesano. Et idem terminus repetitur in *c. 1. de præben. li. 6.* cujus etiam vocabuli præterita octies, ut dicit *Fo. An. in dicta Cle. 1.* repetiti, notat ibi idem *Fo. An. in vers. Diœcesanus*, quòd Ordinarius inferior Episcopo non potest portionem assignare, nec terminum ad ipsum assignandum limitare: sed quoad termini prafixionem, & portionis assignationem recurret ad Episcopum Diœcesim; *& concor. Paulus. c. c. vers. Diœcesanus.*

l *Ecclesiæ facultate.* Onera enim subire debent juxta facultates Ecclesiæ. *extra. de. vi. & ho. cle. c. quoniam. de offi. ordi. conquerente.* Et intellige quòd hic dicit, *Ecclesiæ facultates*, prout viz. in redditibus abundat magis vel minus: sic quòd ille, apud quem remanet Jus universale percipiendi fructus Ecclesiæ, subire debeat hæc onera: non autem ille, qui habet Jus particulare, juxta *no. per Wil. de cens. c. 1. vers. Episcopalia. & per Fo. de Asbo. in constitutione Othob. quoniam alienationes. vers. incumbentia.* Potest tamen Episcopus in assignatione portionis Vicarii juxta quantitatem suæ portionis onera sibi limitare, ut viz. juxta receptionem proventuum, sic supportet onera. *ar. ad hoc. de reg. ju. qui sentit. li. 6. & d. c. 1. de cens. in Cle.*

m *Onera Ecclesiastica.* Scilicet ea quæ auctoritate Ecclesiæ sunt imposita, forsan in fundatione seu tempore donationis rerum, etsi à Laico fuerint assignata, ut *no. Hostien. extra. de cens. c. 1. vers. Ecclesiasticis.* Vel potes dicere, *Ecclesiastica*, talia viz. quibus gravari solet & gravari potest Ecclesia: & sunt hæc onera Ecclesiastica varia, & diversa:

Onera Eccleſiaſtica ſunt diverſa.

Quædã enim ſunt, quæ dicuntur Epiſcopalia, de quibus legitur, *extra. de offi. ordi. ju. conquerente*, & inter hæc continentur Synodaticũ, Cathedraticum, Quarta decimationum & mortuariorum, ubi de conſuetudine debentur. Item procuratio nomine viſitationis, & ſubſidium Charitativum. Onus etiam Eccleſiaſticum eſt receptio nunciorũ ſedis Apoſtolicæ. *Extra. de cenſi. c. cum inſtantia. & no. de præben. c. 1. ver. onera. per. Jo. li.* 6. Qui etiam addit receptionem hoſpitum. Reparatio etiam Eccleſiæ, & maximè Cancelli eſt onus Eccleſiaſticum, ut *in conſtitutione Otthoboni. improbavi.* Et pro hoc vide ea quæ ſcripſi *ſuprà. de offi. Arch. verſ. reparationc.* Eſt etiam onus Eccleſiaſticum, ſi una Eccleſia in decimis, vel oblationibus, aut aliis ejus proventibus ſit penſionaria vel portionaria alteri Eccleſiæ. *ſic no. per Ber. Extra. de cenſi. c. 1. verſ. ſervitio. in fi.* Et inter hæc onera numerari poſſunt panis, vinum, cera, Oleum, & omnia alia quæ neceſſaria ſunt ad cultum divinum. De quibus habes *Extra. de offi. Sacriſta. & de offi. Cuſto. per totum.* Sed hic adverte, ad finem ut ſcias quæ onera ſive Eccleſiaſtica, ſive ſæcularia pertineant ad Eccleſiam, & quæ non; quòd onerum quædam ſunt honeſta, quædam ſordida: horum etiam, quædam ſunt Ordinaria, quædam Extraordinaria. Ordinariorum verò, alia Perſonalia, alia realia, alia mixta. Realium autem, quædam præſtantur à rebus, & per res ipſas: quædam à perſonis, & per perſonas ipſas ratione rerum. *ut. l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mu. & ho.* Extraordinariorũ autẽ alia concernunt pietatem, alia publicam utilitatem, alia capitaneam voluntatem, quibus præſuppoſitis nota, quòd ſordida onera nullo modo ſubit Eccleſia, nec etiam Clerici; verbi gratia, Calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & alia hujuſmodi, de quibus ſunt multa exempla in *l. munerum. le. 2. uſque ad. §. patrimoniorum. ff. de mune. & ho.* Ordinaria verò onera ſæcularia, quæ ſunt mere perſonalia; talia viz. in quibus oneratur ipſa perſona ut aliquid faciat etiam abſque ſumptibus propriis, non pertinent ad Eccleſiam, nec ad Clericos, nec talia per ſe aut ſuos facere tenentur. *12. q. 2. c. Eccleſiarum ſervos.* Fallit tamen hoc, ubi agitur de cuſtodia Civitatis contra hoſtes. *Extra. de immu. Eccle. c. pervenit.* Sic etiam nec onera perſonalia ſæcularia, quæ arctant perſonam ad aliquid faciendum, ſed tamen ſumptibus alienis, non pertinent ad Eccleſiam. *Extra. de immu. Eccle. c. non minus. ubi de hoc.* Ordinaria autem onera ſæcularia realia, ſc. quæ concernunt merè res ipſas, bene pertinent ad Eccleſiã, quia res tranſit cum ſuo onere. *16. q. 1. ſi quis laicus. & concor. no. per Ber. extra. de cenſi. c. 1.* Fallit tamen hoc in rebus illis in quibus à principio fundatur Eccleſia; quia viri Eccleſiaſtici nec de decimis & oblationibus, nec de terris & locis ad fundandum Eccleſiam, ejuſque Cœmiterium conceſſis, domibus eziam ac hortis juxta Eccleſiam poſitis, immo nec de manſo Eccleſiæ debent aliquid ſervitium ſæculare impendere. *Extra. de cenſ. c. 1. ubi de hoc.* Onera verò mixta ſecularia, ea viz. quæ partim ſunt perſonalia, partim realia, viz. ubi intervenit miniſterium perſonæ, & etiam ſumptus facti de propriis facultatibus, ut *in. §. mixta. d. l. munerum. ff. de mune. & ho.* non pertinent ad viros Eccleſiaſticos. *prout no. C. de ſa. ſan. Eccle. l. placet. verſ. modo veniamus. per Cy.* Extraordinaria verò onera, ubi concernunt pietatem, ſecundùm quoſdã ſpectant ad Eccleſiam, utputa refectio Pontium & Viarum. *C. de ſacroſan. Eccle. l. ad inſtructionem.* Item refectio ſive reparatio Eccleſiarum, ſecundùm *Wil.* qui ſic *no. de vi. & hon. cle. c. 1. verſ. in relus. in Clc. Hoſti. tamen in ſumma ſua de immu. Ec. §. à quibus muneribus. verſ. verum ad extraordinaria. & verſ. ſequenti, uſque ad finem illius §.* concludit, quòd ad Extraordinaria onera, etiam quæ concernunt pietatem, non tenentur viri Eccleſiaſtici ex debito, ſed potius ex Charitate: & conſimiliter dicit, in his quæ concernunt publicam utilitatem, ſcil. quòd ad ea non tenentur, niſi gratis Eccleſia velit ad hoc aliquid dare. Et ad hoc facit illud quod legitur in *d. c. non minus de immu. ec.* In his verò quæ pertinent ad voluntatem capitaneam, nullatenus tenetur Eccleſia. Et circa hæc ibi *Hoſtien.* allegat multa, ſuper quibus ſe refert ad leges novas, & in quibuſdam ad conſuetudinem.

Ordinaria onera & extraordinaria differunt.

Sed ecce ad meliorem intellectum præmiſſorum, quæro in quo differunt Ordinaria onera & Extraordinaria. Super hac materia diverſæ ſunt ſententiæ Doctorum. *Cynus. C. de ſacroſan. ec. l. placet*, dicit, quòd onera Ordinaria ſunt quæ habent regularem præſtationem, ut tributa, & cenſus. Extraordinaria ſunt quæ extra regulam præſtantur. *ut C. de ſupercindicto. l. 1. Archi. in Roſario. 16. q. 1. novarum*, dicit, quòd onus ordinarium eſt illud quod certis temporibus ſolvitur: extraordinarium verò, eſt illud quod caſu accidit. *Barth. in l. bi qui. ff. de jure immu. verſ. quæro quæ dicantur*, dicit, quòd onera Ordinaria ſunt quæ imponuntur à principe vel à lege. Allegat pro hoc *C. de bis qui fu. mu. vaca. recipiunt. l. unica.* Et ideo putat ut dicit, quòd Collectæ quæ imponũtur à lege Municipali edita in Civitate ſuper hoc, à toto populo dicantur onus Ordinarium. Et idem putat de his quæ imponuntur à Papa Clericis, vel ab Imperatore laicis. Sed collectæ quæ imponuntur à Magiſtratibus vel Majoribus, aliiſve Præpoſitis Civitatum vel locorum etiam habentibus ad hoc auctoritatem, dicentur onus Extraordinarium. *Alle. pro hoc. l. in honoribus. §. qui munus. ff. de vaca. & excuſa. munc. & etiam dictam l. unicam. C. de bis qui pu. mu. vaca. reci.* Ubi etiam de hoc *no. in glo.* Sed iſtud dictum *Barth.* ſanè intelligas de impoſitione, viz. Papæ vel Principis; ut ſcil. intelligatur de impoſitione quæ non eſt voluntaria, ſed quæ fit per viam Legis, conſtitutionis, vel ſtatuti; & ſic intelligit *glo. in. d. l. unica. C. de bis qui pu. mu. vaca. reci.* Juxta præmiſſa quæro nunquid reparatio Cancelli, quæ imminet Prælato Eccleſiæ, ſit onus Ordinarium vel Extraordinarium? Iſtud prodeſt inveſtigare propter compoſitiones quæ pluries fiunt inter Rectores & etiam Vicarios, ut videlicet Vicarius ſuſtineat omnia onera Ordinaria, & Rector onera Extraordinaria, vel è contra. Quòd ſit onus Extraordinarium videtur. Nam onera extraordinaria ſunt illa quæ non habent regularem præſtationem, ſed ex caſu accidunt, prout *ſuprà* dictum eſt. Sed reparatio Cancelli, ut videtur, regularem præſtationem non habet, quia non ratione temporis limitati, nec ratione quantitatis ſummæ expendendæ. Ergo &c. Præterea, reparatio hujuſmodi dependet à caſu, quandoque ratione tempeſtatis, per quam tollitur coopertura; quandoque ex violentia Prædonum, per quos franguntur oſtia, feneſtræ & parietes: Item quandoque per incendium & alios caſus fortuitos. Rationabiliter itaque videtur, quòd potius onus ſit Extraordinarium, quàm Ordinarium. Unde & Subſidium Charitativum, quod ſc. per Epiſcopum ob aliquam ingruentẽ neceſſitatem exigitur à Clero, ut *in c. cum Apoſtolus. Extra. de cenſ.* Onus eſt Ordinarium, quia non currit cum limitatione certi temporis, nec cum limitatione certæ quantitatis ſolvendæ, ſed debet eſſe majus vel minus juxta neceſſitatem imminentem, ut ibi apparet: & ad hoc facit *C. de cenſi. l. 1. & 3. li.* 10. Sic etiam & reparatio Pontium & Viarum inter onera Extraordinaria numeratur. *C. de ſacroſan. ec. l. ad inſtructionem. & in Authen. de Eccleſiaſticis titulis. §. ad hæc. colla. 9. Et nota. Extra. de cenſi. §. à quibus. verſ. Extraordinariorum. per Hoſtien. in ſumma. & de vi. & ho. cle. c. 1. verſ. in rebus. per Wil. in Cle.* Qui etiam planè dicit, quòd refectio Eccleſiæ eſt onus Extraordinarium: & cum *Wil.* per viam recitationis *concor. Henricus de Botwico. extra. de immu. ec. c. non minus.* Si igitur reparatio Eccleſiæ ſit onus Extraordinarium, per conſequens & reparatio Cancelli: cùm idem juris ſit de parte quoad partem, ſicut de toto quoad totum. *ff. de rei vendi. l. quæ de tota.* E contra, quòd reparatio Cancelli ſit onus Ordinarium, videtur: nam onera Ordinaria ſunt illa quæ habent regularem præſtationem, ut ait *Cynus in loco prædalle.* Regularis verò præſtatio nihil aliud eſt, niſi præſtatio à jure procedens. Ex Jure namque ſumitur regũla, non autem ex regula jus. *ff. de re. ju. li.* 6. Unde illa præſtatio, quam indicit Lex, Statutum, vel conſtitutio, univerſaliter ligans eos pro quibus & contra quos ordinatur, pro regula haberi debet, eò quòd omnes tales regere & regulare debeat. *3. di. Canon. & c. regula.* Sed a parte Juris hoc eſt verum, quòd reparatio Cancelli, immo & ipſius Eccleſiæ concernit Prælatum Eccleſiæ, & eum arctat ad refectionem & reparationem ejuſdem. *10. q. 3. c. unio. ubi de hoc. & no. de ſa. & re. c. 1. in prin. verſ. fabricæ. per Archid. li.* 6. Videtur ergo quòd illud onus, tanquam à lege impoſitum & indictum, cenſeri debeat Ordinarium, & non extraordinarium: & hæc ſententia confirmari videtur ex dictis *Barth. ubi ſuprà.* qui ponit, quòd onera Ordinaria ſunt illa quæ imponuntur à principe vel à Lege. Et pro iſta parte etiam facit quòd ſolutio Cathedratici, Synodatici, & procurationes ratione viſitationis, & alia hujuſmodi, de quibus non dubitatur quin ſint onera Ordinaria, ſuum capiunt effectum ab impoſitione legis. ut *in. d. c. conquerente. cum ſimilibus.* Ergo &c. Pro præmiſſorum veritate inveſtiganda æſtimo ſic dicendum. Aut enim Prælatus Eccleſiæ habet aliquid perpetuo aſſignatum ad fabricam Eccleſiæ vel cancelli, vel non habet; ſi habet, verbi gratia, Quartam de qua loquitur *decretum. 12. q. 2. c. quatuor.* vel aliud æquivalens, quod ſufficit ad hujuſmodi reparationẽ; tunc quia ex Jure communi, vel aliàs ex Ordinatione Juris communis, reparatio hujuſmodi ad eum pertinet, ſicut ſatis liquet. *10. q. 3. c. unio.* puto quòd hujuſmodi reparatio in hoc caſu pertinebit ad eum ſic, ut ſit onus Ordinarium, quia à Jure communi impoſitum. Si verò portionem aſſignatam habeat, ſed illa non ſit ſufficiens, tunc in quantum ſufficit, erit onus Ordinarium: in quantum verò non ſufficit, dicetur onus extraordinarium. Et ubi plures in eadem Eccleſia ſunt Beneficiati, ſinguli tenentur ſecundùm quod percipiunt de proventibus Eccleſiæ conferre ad hujuſmodi reparationem; nam qui emolumentum percipit, debet ſentire & onus. *Extra. de cenſi. c. 1. in Cle. cum concor.* Si autem unus tantum in Eccleſia Beneficiatus ſit, tunc ad ipſum pertinebit totaliter reparatio, cum totales proventus recipiat. Quòd ſi ad fabricam non ſit aliqua portio deputata; tunc *ut prædixi*, ubi ſunt plures Beneficiati in eadem Eccleſia, ut eſt videre in Rectore & Vicario, nec eſt ſuper reparatione aliqua Ordinario vel compoſitio facta, puto quòd ſinguli, ſecundùm portionem quam de ipſa Eccleſia percipiunt, ad reparationem conferre debent: ut ſic onus reparationis ſit onus extraordinarium. Quemadmodum ſolet fieri in refectione Pontium & Viarum publicarum. Et ſic intellige dictum *Wil. in d. Cle. 1. de vi. & ho. Cle. verſ. in rebus. & hoc ar. dicti §. ad hæc. de eccle. titu.* Et huic diſtinctioni concordare videntur *no. per Hoſti. & Jo. An. Extra. de ec. adi. c. quicunque. & per Archi. 12. q. 2. c. quatuor.* in gloſſa, *adde*, de hoc etiam legitur. Sed forſan dices etiam

Nota de reparatione Cancelli & Eccleſiæ.

etiam inventum quòd Prælatus habeat portionem ſufficientem pro reparatione, quomodo dicetur onus Ordinarium; cum reparatio non habeat tempus certum, ſed ex cauſa eveniat? Dic quia in hoc caſu magis debet inſpici aptitudo rei, quàm ipſum factum; ſicut videmus in ſervitute ſtillicidii, quæ eſt ſervitus continua, non quia ſtillicidum ſemper cadat, ſed quia ad hoc aptũ eſt ut aſſidue cadat. *ff. de ſervi. ux. præ. l. ſoramẽ.* ſic etiam & aqua dicitur quotidiana, non quia quotidie ducitur, ſed quia apta eſt quotidie duci. *ff. de aqua quotid. & eſtiv. l. 1. §. quotidiana.* Unde quia in caſu noſtro inſpecta aptitudine poteſt omni anno imminere reparatio, bene poteſt dici onus ordinariũ, tanquàm habens regularem præſtationem; licet quolibet anno de facto reparatione locus non indigeat. Et facit ad idem *ff. de flumi. & ne quid in flu. pu. fiat. l. 1. §. item fluminum. & Inſti. ad. l. Aquil. §. bis autem.* Ex præmiſſis poteſt inferri, quòd etiam ubi aliqua portio eſt aſſignata ad reparationem Cancelli, Vicaria tamen ſolummodo dotatur in certa portione proventuum Eccleſiæ obvenientium extra portionem illam, quæ deputatur ad fabricam, tunc reparatio Cancelli quoad Vicarium dicetur onus extraordinarium, licet ſit Ordinarium quoad eum qui habet dictam portionem: ſi tamen portio illa vel ejus pars tranſeat in portionem Vicarii, inquantum tranſit, intantum pertinebit ad eum tanquam onus Ordinarium: aliàs autem dicetur onus extraordinarium. Quod ſi dubium ſit an aliqua portio fuerit aſſignata ad fabricam, in hoc caſu ratione incertitudinis judicabo ſicut de re, quæ non apparet; ut ſcil. tunc dicatur onus extraordinarium. *ar. l. in lege. ff. de contrahen. em. & ven.*

a *Perſona.* i. e. Rector; & eſt *perſona* vulgare *Anglicorum.*

b *Ea. Sc.* onera Eccleſiaſtica.

c *Simul.* Sic quòd unus non teneatur ſeparatim ferre onera pro una parte, & alius pro alia parte, ſed quòd ſimul hoc faciant; ut dicam *infrà. glo. proxi.*

d *Conferre.* Sc. ubi non aſſignatur portio ſufficiens Vicario ad ſuſtinendũ omnia onera, ſed quædam remanent onera per Rectorem ſupportanda. Poteſt enim eſſe, quòd Rector, qui habet ſub ſe Vicarium, ſuſtineat omnia onera pertinentia ad Eccleſiã ſola ſuſtentatione Vicarii excepta: in quo caſu ſufficiet Rectori ipſum Vicarium decenter tractare, & ſibi ſuſtentationem congruã & ſufficientem præſtare; ut plane habetur *de jure patro. c. 1. §. ſane. in Cle.* Et in hoc caſu nihil pertinebit ad Vicarium quoad onera; ſed ſufficiet Epiſcopo videre quòd ſuſtentatio ſua ſit ſufficiens. Et circa hoc, ut puto, facta fuit proviſio hujus Conſtitutionis, quæ loquitur de quinque Marcis. Poteſt etiam eſſe, quòd tanta portio aſſignetur Vicario, quòd ipſe ſolus debeat omnia onera ſuſtinere, & Rector nulla; & ſic provideri melius foret, ut viz. aut Rector ſuſtineat omnia onera, aut Vicarius ſuſtineat omnia: ad hoc facit *de conſe. di. 2. comperimus. ff. de admini. tu. l. cum quæritur.* Nam particularis exactio habet magna incommoda. *Extra. de cenſ. c. cum inſtantia. ff. de exercito. act. l. 2.* & bene facit ad præmiſſa *de capel. mo. c. 1. li. 6.* Et ſic intelligunt Doctores illum §. *ſane. de jure patro. c. 1. in Cle.* Si tamen ad certa onera ſuſtinenda & non ad omnia aſſignetur portio Vicarii, tunc æquum eſt, ut uterque ſubeat onera ſibi incumbentia. Si autem onera non ſint ſpecificata quæ ſuſtinebit unus, quæ alius, tunc ex ordinatione Epiſcopi fieri poterit, quòd ſub certa forma ſimul conferant ad hujuſmodi onera, viz. unuſquiſque ſecundùm facultates Eccleſiæ eum contingentes. Et ad præmiſſa facit quod legitur & *no. Extra. de præſcrip. c. accedentes.*

e *Proviſo tamen.* Tertia pars.

f *Archidiaconus loci.* Idem intelligas de quocunque alio viſitante jure Ordinario; cum utrobique ſit eadem ratio, ergo & idem jus. *ff. ad l. Aquil. l. illud. eum concor.*

g *Ab illis.* Sc. Rectore & Vicario ſimul.

h *Altero eorum.* Quia ſolùm à Rectore, vel ſolùm à Vicario.

i *Debeat.* Sc. Vigore Ordinationis in aſſignatione portionis Vicarii.

k *Procurari.* Intellige in victualibus ſecundùm exigentiam Juris communis. *Extra. de cenſi. c. cum Apoſtolus. de cenſi. c. Romana. §. procurationes. li. 6. & ex. c. exigit.* Item in hoſpitio, non tamen ſolvendo pro vecturis equorum, ut *no. Arch. in d. c. fi. verſ. in victualibus.* Conſuetudo tamen operatur in pluribus locis, ut procuratio hujuſmodi ſumatur in pecunia; quæ conſuetudo bene poteſt procedere, ut ſumatur à volentibus ſic in pecunia ſolvere, non autem à nolentibus; *ut in Extravagant. Benedicti. 12.* quod incipit. *Vas electionis in prin.* Et eſt textus *c. felicis. de cenſi. li. 6.*

l *Una tantùm.* Scil. *Procuratione*, ut ſequitur: ac ſi diceret, non debent exigere unam procurationem à Rectore, & aliam à Vicario; unde ſi procuretur in victualibus per Rectorem, nihil debet recipere à Vicario, nec è contra. Sufficit enim ſi una Eccleſia unam, hoc eſt, unius diei procurationem recipiat. *ut. d. c. felicis. de cenſ. li. 6.* Ubi patet, quòd etiamſi plures Eccleſias in die viſitaverit, non recipiet niſi tantum unam procurationem, illam viz. quam percipiet à loco perſonaliter viſitato.

De Officio Judicis Ordinarii. Prælati ipſi honeſtos habeant. Et ut ipſi Prælati juxta Apoſtolum ſint hoſpitales, & comes, inque ſuos benevoli.

Stephanus, *in Concilio Oxon.*

[n] STatuimus auctoritate præſentis Concilii, ut [o] Prælati ſinguli [p] Eleemoſynarios [q] honeſtos habeant. [r] Et ut ipſi Prælati [r] juxta Apoſtolum ſint [t] hoſpitales, debeat aut [a] perſona; an ad [b] ea [c] ſimul debeat [d] conferre uterq;. [e] Proviſo tamen, quòd [f] Archidiaconus loci, ſive [g] ab illis aut [h] altero eorum [i] debeat [k] procurari, [l] una tantũ procuratione [m] ſit contentus.

---

m *Sit contentus.* Scil. Archidiaconus.

n *Statuimus.* Iſtud eſt c. 2. editum per *Stephanum* Archiepiſcopũ *Cantuarienſem in Concilio Oxon.* Et facit quatuor. Primo ordinat quòd Epiſcopi habeant Eleemoſynarios honeſtos. Secundo ibi, *Et ut ipſi*, quòd ſint hoſpitales. Tertiò ibi, *Et ut boris*, ut ſint parati ad audiendum querelas & cauſas pauperum. Quarto ibi, *Et in perſonis*, quòd perſonaliter audiant confeſſiones ſubditorum. *Diviſio.*

o *Prælati.* i. e. Epiſcopi. De his enim ſpecialiter loquitur hoc ſtatutum, ut patet ibi, *in Eccleſiis ſuis Cathedralibus &c.* Aliàs autem Epiſcopis inferiores *Prælati* dicuntur. Pro quo vide quod ſcripſi *ſuprà. de ſacr. ite. vel non. c. ignorantia. verſ. prælati Eccleſiæ.*

p *Eleemoſynarios.* i. e. Eleemoſynæ diſtribuendæ collectores, conſervatores, & ejuſdem diſtributores. Conſiſtere enim debet Eleemoſyna Prælati quandoq; in Eleemoſyna corporali exhibenda pauperibus & aliis indigentibus ſecundũ opera miſericordiæ corporalia; quãdoq; ſecũdùm opera miſericordiæ ſpiritualia. de quibus dixi *ſuprà. de offi. Archi. c. 1. §. Sex autem. verſ. miſericordia. et gloſſis ſequenti.* Non enim, ut ait *Grego* ſufficit Epiſcopo lectio & oratio, niſi adſit Eleemoſynæ largitio. 86. *di. fratrem.* Nec debet Eleemoſyna uni tantum, ſed diverſis ſecundùm exigentiam perſonarum diſtribui; ut patet in *c. c.* Oportet igitur, quòd ipſius Eleemoſynæ diſpoſitor fidelis & circumſpectus ſit, & quòd ad officium illud viri honeſti recipiantur. Eleemoſynæ enim largitio ſecundum quoſdam cadit ſub præcepto; & hoc verum eſt de eo quod homini ſuperfluit, vel ubi aliquis eſt in extrema neceſſitate poſitus: 86. *di. paſce. et no. per Areb.* 47. *di. ſicut bi.* Aliàs autem eſt de conſilio ſecundùm eum. Et concordat in illud idem *7ba. ſecunda ſecundæ. q. 32.* Et ut mihi videtur iſta Conſtitutio, quæ vult, quòd Epiſcopi habeãt Eleemoſynarios honeſtos, ad mẽte ſtatuentis debet intelligi de Eleemoſynariis operũ miſericordiæ corporalis, quæ licet poſſũt et deberent Epiſcopi in eorũ perſonis propriis exercere, poſſunt tamen cauſis rationalibus impediti illud officium per alium expedire; ſic tamen quòd ſi item Eleemoſynæ ſpirituali impendendæ ſæpius perſonaliter intereſſint: ut *infrà patet de audiendo confeſſiones, et injungendo pœnitentias.* Hæc namq; abſolutè loquendo melior eſt quàm Eleemoſyna corporalis, & propterea eſt illi magis inſiſtendum. & hoc oſtenditur triplici ratione. Prima eſt quia illud quod exhibetur nobilius eſt; ſc. donum ſpirituale, quod præeminet corporali. Secunda ratio eſt, quia ſpiritus, cui ſubvenitur, nobilior eſt corpore. Tertia ratio eſt, quoad actus, quia ſpirituales actus ſunt corporalibus nobiliores. Poteſt tamen contingere quòd corporalis Eleemoſyna ſit præferenda ſpirituali in aliquo particulari caſu, puta ſi quis fame deficeret. Nam talis potius foret paſcendus quàm docendus. Hæc *no. Philippus de Pergamo ſuper Catonem prima parte metrica, præcepto* 35. *ver. pro hujus præcepti intelligentia.* Sed quæro, nunquid Eleemoſynarius ad diſtribuendam Eleemoſynã corporaliter deputatus poſſet licite ſibiipſi aliquid reſervare de ipſa Eleemoſyna? *Aſtex. li. 5. ti. de Eleemoſyna*, dicit, quòd licet proprie loquendo nullus poſſit ſibiipſi Eleemoſynam facere, cum Eleemoſyna ſit opus miſericordiæ, quæ quidẽ † miſericordia nõ eſt proprie ad ſeipſũ; tamẽ ex perſona alterius poteſt forte ſibi Eleemoſynam facere. Nã cũ Eleemoſynarum factus ſit diſtributor, poteſt & ipſe Eleemoſynam accipere ſibi, ſi indigeat eo tempore quo aliis adminiſtrat. Sed quia ad ſubveniendum ſibi in corporalibus natura ſatis inclinat, ideo de hoc non oportuit dari præceptum; ſed ſolum de ſubveniendo animæ, ad quod non ita multi inclinantur. Unde dicitur *Eccle.* 30. *miſerere animæ tuæ, placens Deo.* hæc *Aſtex. in loco prælegato.* *Eleemoſyna, alia corporalis, alia ſpiritualis.* *Quæſtio.* † *al.* Eleemoſyna.

q *Honeſtos.* i. e. Conſervantes honoris ſtatum abſque nota turpitudinis, ſecundùm *Famuen.* Derivatur namque *honeſtas* ab honor; ſicut majeſtas à major, ſecundùm *Priſcianum.* Sed ſtrictè ſumitur pro caſtitate corporis, ut *no. Fob. An. in no. de vi. et ho. Cle. ſuper rub. li. 6.*

r *Et ut ipſi.* Secunda pars.

ſ *Juxta Apoſtolum.* 1. *ad Timoth.* 3.

t *Hoſpitales.* Hoſpitalitas enim maximè à Prælatis & Religioſis ſervanda eſt. 89. *di. volumus.* Sic etiam à Sacerdotibus & Clericis. 42. *di. per totum. de præben. c. de Monachis.* ubi de hoc per Doctores. Sed circa hanc materiam adverte, quòd hoſpitalitas quædam eſt Charitativa, & pertinet ad officium pietatis. 42. *di. §. 1. et c. quieſcamus.* Alia eſt, quæ fit ex debito ſervitutis. *C. de Epiſ. et Cle. l. 1. et de immu.* *Hoſpitalitas duplex.*

*Eccle.c.*1. Hoſpitalitatem primo modo dictam Clerici beneficiati ſervare tenentur 85. *di. Florentinum. & in concor. præalle.* Et videtur caſus in *Extravaganti Fo. 22. execrabilis. in prin.* ubi de hoc per *Geſſ. verſ. debitæ.* Et in hac hoſpitalitate, ubi ſic beneficiatus poteſt omnibus abundare, tunc debet dare omnibus indigentibus, patent exempla de *Lot & Abraham. Gen.* 18. & *d.c. quieſcamus.* Si autem non poſſit ōnibus abundare, tunc in præferendo aliquos debet ſervari doctrina *Ambroſii.* 86. *di. non ſatis.* Hoſpitalitatem verò ſecūdo modo dictam Clerici non tenentur ſubire etiam beneficiati, ut *d.l.* 1. *C. de Epiſ. & cle. & d.c.* 1. *præalle.* & hoc eſt verum, niſi in cōceſſione poſſeſſionis Eccleſiæ donatæ aliquid tale fuerit reſervatum. *ar. Extra. de cenſ. c.* 1. & *c. quanto.* Ratio autem quare primo modo Clerici debent eſſe hoſpitales eſt, quia domus Clericorum, ut ait *Hieron.* omnibus debent eſſe communes. 16. *q.* 1. §. 1. & *c. quoniam quicquid.* Item quia hoſpitalitatis hortator eſſe non poterit, qui domum propriam hoſpitibus clauſerit. 42. *di.* §. 1.

& [a] ut horis [b] competentibus ad [c] pauperes audiendos, & [d] juſtitiam exhibendam ſuam in [e] publico exhibere [f] præſentiam procurent: & [g] in perſonis propriis [h] confeſſionibus audiendis [i] interdum interſint, & [k] pœnitentiis injungendis.

Præcipiendum eſt privilegio Clericali gaudere volentibus; ut habitum, veſtitum, & tonſuram Clericalem ſuis locis deferant.

Bonifacius.

ITem [l] ſtatuimus, quòd Epiſcopi in ſuis [m] Synodis, & [n] aliis Convocationibus, & [o] ſinguli Archidiaconi in ſuis [q] capitulis, & [q] Capellani Eccleſiarum Parochialium in [r] ſuis Eccleſiis, [ſ] ter in annō denuncient omnibus, qui [t] Clericali privilegio gaudere voluerint, In his enim injungendis attendi debet qualitas perſonæ, viz. an ſit liber vel ſervus, dives vel pauper, ſi Puer vel adultus, juvenis aut ſenex, prælatus vel ſubditus, religioſus vel ſæcularis, Clericus vel Laicus, Vir aut Mulier, conjugata vel ſoluta. Conſiderari etiam debet gravitas peccati; ut viz. ſecundùm diverſas circumſtantias major vel minor pœnitentia injungatur. Oportet itaque in huiuſmodi pœnitentiis injūgendis confeſſorem eſſe diſcretum & cautum; ad cujus informationem proficit videre notata per *Hoſtien. in ſumma. ti. præalle.* §. *quæ pœnitentia ſit pro peccatis ſingulis injungenda. per totum. &c.*

In pœnitentia injungenda pœna debent attendi.

☞ Pauper. †al. poteſt. Inops.

a *Et ut horis.* Tertia pars.

b *Competentibus.* Hæc competentia attendi debet tam reſpectu ipſorum Prælatorum quam ſuorum ſubditorum. Primo, reſpectu prælatorum, ut ſc. hora ſit ſibi competens, talis viz. ut tunc minimè retrahantur à Divinis officiis, quæ etiam dicenda ſunt horis competentibus. *Extra. de cele. miſſ. c.* 1. Secundo attendi debet reſpectu ſubditorum, ut ſc. hæc audientia non fiat nimis de mane vel de ſero, ſic quòd ſubditi non poſſint commodè ad eos accedere.

c *Ad pauperes audiendos.* In hoc enim, ut pauperibus provideatur eſſe debet gloria Epiſcopi. 12. *q.* 2. *gloria.* Quos etiam in ſuis querelis eò citius audire debet, quo forſan ſi eos, ut ab aliis audiantur, aſſignet, cum nihil habeant quod offerant, non ſolum audiri contēnentur, ſed etiam contra veritatē opprimentur: citò namque violatur auro juſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. 11. *q.* 3. *pauper.* Et poteſt in caſu iſto intelligi *pauper*, qui victum laborando quærit, vel qui quinquaginta aureos non habet in bonis. ut *l. nonnulli. ff. de accu. & no. per Accurſ. ff. de excu. tu. l. paupertas.* Aliàs autem dicitur *Pauper*, qui laborare non poteſt. 31. *q.* 1. *quomodo.* Sed hic intelligo dici *Pauperem* omnem illum, qui non abundat bonis terrenis, ſic ut Juriſperitis, quos conſulat, non habet quod refundat: & talis quilibet præſumitur, niſi probetur dives; ſicut *no. per Fo. An. de re. ju. c. ſemel. li.* 6. Unde & *pauper* dicitur, quaſi parum habens, vel parum †parans: & ſic licèt aliquid habeat, tamen dicitur pauper. *Sed inops* dicitur, qui nihil habet, ſecundùm *Arch.* 8. *di. quo jure. verſ. pauperes.* Debet igitur Epiſcopus hujuſmodi pauperibus non ſolū providere, ut audiantur, ut hic; ſed etiam ut Advocatos habeant, ſi illud petant; maxime ſi fœminæ ſint, aut pupilli, debilesve, vel hi qui ſanæ mentis non ſunt: & ſi illud non petunt, debet illud ultrò & ſponte facere. *ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. obſervare.*

d *Juſtitiam exhibendam.* Intellige non ſolum ipſis pauperibus, ſed quibuſcunque etiam divitibus. Et hic adverte, quòd licèt ſtatuat pauperes fore cum benignitate audiendos, non tamen præcipit eorum petitiones, ſed juſtitiam fieri. Nam pauperi in mala cauſa non debet judex eſſe miſericors. *Exod.* 23. *c.*

☞

e *In publico.* Ubi viz. abſque impedimento poſſint ſubditi ad eos accedere. Et dici poteſt locus ſatis publicus Eccleſia Cathedralis, dum ibi ſint. Alioquin ſi in aliquo Maneriorum ſuorum fuerint, ejuſdem Manerii Capella, vel Eccleſia parochialis vicina, locuſve alius ad hoc aſſignandus, in quo ad eos publicè poteſt haberi recurſus.

f *Præſentiā. Sc.* corporalem: ſic ut querelantes perſonaliter audire valeat, & ipſi poſſint eum perſonaliter alloqui. *ff. de verb. obli. l.* 1. *in prin.* Non autem ſufficit, quòd ſic ſit præſens, ut forte exiſtens in camera ipſos de longe exaudiat; ſicut ſoler dici familiam eſſe præſentem, ſi ſit in illo loco unde Dominum audire potuiſſet. *C. de his qui ut indi. l. talis. in prin.* Ubi de hoc per *Cy.* multipliciter namque dicitur quis eſſe præſens, ut *no. in Auth. de ſidejuſ. in prin. verſ. præſentes.*

g *Et in perſonis.* Tertia pars.

h *Confeſſionibus. Sc.* quæ fiunt in foro animæ. Non enim intendit de illis quæ fiunt in foro judiciali. De quibus habetur *ti. de confeſ. per totum.* Epiſcopi enim officium eſt, ut confeſſiones audiat ſubditorum ſibi confiteri volentium: ut *no. Fo. An. de pœni. & remiſ. c.* 2. *li.* 6. Et maximè in caſibus reſervatis, de quibus *no. per eundem Fo. ibidem. verſ. reſervantur. & per Hoſtien. in ſumma. ti. de pœni. & remiſ. §. quibus confitendum ſit. verſ. nec in hoc.* Et quòd principaliter hoc pertineat ad Epiſcopum, ſc. audire confeſſiones ſubditorum, legitur & *no. Extra. de offi. Archipreſ. c.* 3. Ubi de hoc per Doctores. Ipſe enim numeratur inter proprios ſacerdotes; ut plenè notatur per *Hoſtien. in ſumma. de pœni. & remiſſ. §. cui confitendum. ſub. §. verum.* Et de hac materia per *Fo. in ſumma confeſ. q.* 57.

Epiſcopus ſubditorū confeſſiones audire debet.

i *Interdum.* id eſt, aliquoties.

k *Pœnitentiis injungendis.* In quibus magna diſcretione opus eſt.

l *Item ſtatuimus.* Hæc Conſtitutio eſt *Bonifacii* Archiepiſcopi: & eſt 25. ponens quadam proviſionem circa eos, qui volunt gaudere privilegio Clericali.

m *Synodis.* Hæ dicuntur conventus ſive congregationes ſenum & Presbyterorum: & debent fieri per Epiſcopos annuatim. *Extra. de accuſa. c. ſicut olim. in fi.* Et ad eas tenentur venire omnes illi, qui ſub illo Epiſcopo habent curam animarum. *Extra. de majo. & obe. c. ſuper bis. verſ. de hoc.*

n *Aliis Convocationibus.* Quas ex variis cauſis facere poteſt Epiſcopus, viz. propter ſubſidium Charitativum exhibendum; *Extra. de cenſi. c. cum Apoſtolus.* Propter viſitationem exercendam; ut in *c. c. & de cenſi. c. Romana. li.* 6. *in prin.* item propter prædicationē verbi Dei; ut in *c. inter cætera. Extra. de offi. ordi.* Et in aliis, quæ variis de cauſis poſſunt occurrere.

o *Singuli Archidiaconi.* Non igitur ſufficit, quod hoc fiat per unum vice omnium.

p *Capitulis.* Nota benè proprietatem terminorum: nam Epiſcopis tribuit ſynodos; Archidiaconis vero Capitula. Et concordat illud, quod habes in ſimili in procemio *Cle. verſ. concilio. per Wil.* & hic vide, ſi placeat, quòd ſcripſi *ſuprà de Conſtitutio. c.* 1. *verſ. capitulis ruralibus. in fine.*

q *Capellani.* Rectores, ſc. qui debent eſſe Capellani infra annum. *de elect. c. licet Canon. li.* 6. Item Vicarii perpetui, qui debent eſſe Capellani ad minus in proximis ordinibus ſequentibus; ut in *Conſtitutione Othōnis. ad Vicariam.* Et poteſt etiam intelligi hæc litera de Capellanis parochialibus, qui ſunt Vicarii temporales; de quibus *no. de offi. vica. c. unico. gloſſa magna. per Wil. in Cle.*

r *Suis Eccleſiis.* Ex hoc apparet auctorem ſenſiſſe de ipſarum Eccleſiarum Prælatis ſive Curatis perpetuis, ad quos principaliter cura animarum & adminiſtratio rerum Eccleſiæ ſpectant: quod apparet ex hoc quod dicit, *ſuis &c.* fateri tamen ſatis convenit, ut & talium mercenarii, qui Vicarii temporales dicuntur (ut dixi in gloſſa Præcedenti) hæc & ſimilia ſatis poſſint expedire. *Sua* namque dici poteſt Eccleſia aliquo reſpectu, ſc. ratione curæ quam adminiſtrat. Pro cujus meliori declaratione nota, quòd regulariter hæc pronomina poſſeſſiva, *meum, tuum, ſuum*, Dominiū ſignificant, vel quaſi. *ff. de leg. 3. l. ſervos. de au. & ar. leg. l. quintus.* Fallit tamen quandoque ex natura ejus, de quo quis loquitur; ut ſi dico, *lego ſervo omnem pecuniam ſuam*; quia tunc intelligitur non de vero Dominio, ſed impropriè, ut haberi poteſt *ff. de manumiſſ. l.* 4. *in prin.* Et idem patet in monacho, & ſimilibus. Fallit etiam ratione perſonæ loquentis, utputa, colonus dicit campum *meum*: vel cuſtos equorum dicit equum *meum*: nam intelligitur quantum ad curam & ſollicitudinem: ut *no. in l.* 2. *in prin. ff. de orig. ju.* & facit *l. qui pupilli.* §. *item quæritur. ff. de nego. ge.* Fallit tertio ratione rei, de qua quis loquitur, ut ſi aliquis legat omnibus famulis *ſuis*; non enim intelligitur quòd eos habeat in Dominio. ut *l.* & *ſi non exhibuiſſent.* §. 1. *ff. de publi.* & *vectiga.* Sic itaque in caſu noſtro Eccleſia poteſt dici Capellani parochialis ſive Vicarii temporalis ratione curæ & ſollicitudinis, quam gerit in ea. Prædicta fundantur ſuper dictis *Bartho. ff. de au. & ar. lega. l. quintus.* §. *argento.*

Pronomina poſſeſſiva quæ impropriè.

ſ *Ter in anno.* Secundùm tres tertias anni, videlicet ſemel in ſingulis quatuor menſibus.

t *Clericali privilegio.* Quod conſiſtit in multis: viz. quia non debent à laicis judicari. *Extra. de foro. compe. c.* 2. Item quòd Laicos ſuper rebus Eccleſiaſticis coram judicibus Eccleſiaſticis poſſunt convenire. *c. ti. c. ſi Clericus & c. cum ſit.* Item quòd Laici vel alii non ſui judices, ipſos detinentes violenter etiam abſque læſione in cuſtodia publica vel privata ſunt excommunicati. *de ſen. excom. c. nuper.*

Nota lar de privilegiis Clericorum.

Et

Et breviter loquendo, iſtud privilegium conſiſtit principaliter in duobus. Primò, ut Clerici non vexentur in eorum perſonis, ut *ſuprà* dictum eſt; & patet 17. q. 4. c. *ſi quis ſuadente*. Secundo, ut nec vexentur aliquibus exactionibus in perſonis, vel in rebus. *C. de Epiſcopis & Cle. l. 1. & 2. & no. de bigamis. c. altercationis. ver. privilegio. per Jo. An. & Card. li. 6. & per Wil. de vi. & bone. cle. c. 1. verſ. in rebus. & ver. perſonis. in Cle.*

Circa hanc materiam tu dic latius, quòd Privilegium Clericale conſiſtit in 14. Primò in hoc, quòd non conveniatur coràm Judice ſæculari. *Extra. de foro compe. c. ſi diligenti.* Secundo, quòd verberàs Clericum incidit in Canonē. 17. q. 4. c. *ſi quis ſuaden.* Tertiò, quòd non vocantur ad onera ſæcularia. *Extra. de immu. Eccle. c. non minus.* Quarto, quòd poſſunt facere Collegium, ubi hoc Laicis non licet. *Extra. de reli. domibus. c. fi.* Quintò, quòd poſſunt vendicare rem conceſſam Eccleſiæ ante traditionem. *C. de Sacroſan. Eccle. l. ſi.* Sextò, quòd eodem Privilegio gaudent Perſona & Familia. Septimò, quòd facientes Statuta cōtra Clericos ſūt ipſo facto excommunicati. *de immu. Eccle. c. eos qui. li. 6.* Octavò, quòd ſoli Clerici poſſunt Beneficiū Eccleſiaſticum obtinere. *de tranſac. ex literis.* Nonò, quòd per Literas impetratas contra Laicū cum clauſula generali non poteſt Clericus conveniri. *no. per Ber. de reſcrip. c. ſedes.* Decimò, quòd in Cauſa Civili nomine ſportularum non tenentur dare niſi quatuor ſiliquas. *C. de Epiſ. & Cle. Auth. ſed hodie.* Hæc tamen de Jure Canonum non debentur. *Extra. de vi. & bo. Cle. c. cum ab omni.* Undecimò, quòd de acquiſitis, licet ſint in poteſtate Patris, poſſunt teſtari. *C. de Epiſ. & Cle. Auth. Presbyteros.* Duodecimò, quòd ſine conſenſu Patris agere poſſunt pro rebus ſuis recuperandis. *no. per Arch. de judi. c. ſi. li. 6.* Decimotertiò, quòd non poſſunt pignorari, ut *no. per Hoſti. Extra. de ætat. & quali. c. indecorum. licet Inno. ibi contra.* Decimoquartò, ſi ſciente Domino ſervus efficiatur Clericus, liberatur à Domini poteſtate. Hæc notat *Bertrandus in Cle. 1. de. vi. & bone. Cleri.*

a *Habitum Clericalem.* Pro quo vide *Extra. de vi. & bone. Cle. c. Clerici. c. ti. c. 2. in Cle. infrà. c. ti. c. exterior habitus.*

b *Coronam.* Hoc eſt ſignum Regni & perfectionis, cum ſit Circularis carens angulo in ſignum carentiæ ſordium; quia ubi angulus ibi ſordes. Clerici namque ſeipſos & alios regere, & à ſordibus mundare debent, & ſic in Deo regnabunt. 12. q. 2. *duo.* Et ſit Corona ex raſura in ſummitate Capitis, & tonſione Capillorum in parte Capitis inferiore, & ſic Circulus Capillorum proprie dicitur corona. pro ut *no. per Joh. An. in Cle. 2. de vi. & bone. Cle. verſ. tonſuram.* Et incepit à Beato *Petro*, cui Gentiles raſerunt caput deſuper in modum Sphæræ. Ipſe verò hoc convertit in memoriā Dominicæ paſſionis, qui Coronā ſpineā uſus eſt, & *no. 23. di. prohibete. per Arch.*

Tonſura à Beato Petro incepit.

c *Tonſurā.* Hæc conſiſtit in præciſione capillorum ex parte inferiori: *ut no. Jo. An. in Cle. 2. de vi. & bone. Cle. verſ. tonſuram.* Et debet fieri ſupra aures, ſic quòd aures pateant. 23. *di. c. penul.* Et eſt ſignum, quòd præſcindenda ſunt vitia cordis & corporis, ne intuitum Divinorum impediant, ut notant Doctores in locis prælallegatis.

d *Patenter.* i. e. Publicè, ſic quòd videri poſſint.

e *Deferant.* Si namque Clericus deferat habitum & tonſuram Clericalem, regulare eſt, quòd gaudere debeat privilegio Clericali: maximè ubi non eſt conjugatus, & non delinquit contra ſtatum Ordinis Clericalis. Pro qua materia vide plenius quæ *no. Extra. de vi. & bone. Cleri. c. ex literis. in 3. di. per Henricum de Bowico.* Si verò ſit conjugatus de facto & de jure, quia ſolum in minoribus conſtitutus, & ex illo conjugio incurrit Bigamiam, etiam licet deferat habitum & tonſuram, non gaudet Privilegio Clericali, immò talis ſub Anathemate prohibetur deferre habitum & tonſuram Clericorum. *de biga. c. unico. li. 6.* Ubi verò non eſt Bigamus, etiamſi deferat habitum & tonſuram, ſive ſit conjugatus, ſive non; tamen propter exercitium vitæ inhoneſtæ, puta, Joculatorum, Goliardorum, & aliorum hujuſmodi continuatum per annum vel breviore tempore, poſt trinam admonitionem ſi non reſpuerit, carebit perpetuo Privilegio Clericali. *de vi. & bo. Cle. c. unica. li. 6.* Si verò exerceat Officium carnificum, macellariorum, tabernariorum, & hujuſmodi, tunc tene quod legitur & *no. in Cle. 1. de vi. & bo. Cle.* Si autem in nullo præmiſſorum culpabilis fuerit, ſed tamen tam habitum quàm tonſuram detelinquat, quàmdiu ſic ſteterit, carebit privilegio Clericali. *de cle. conju. c. unico. li. 6.* Si tamen poſtea habitum & tonſuram reaſſumpſerit, gaudebit privilegio Clericali. Ad quod faciunt *no. per Card. & Arch. in. d. c. unico. de Cle. conjuga. & per Jo. An. Extra. de cleri. conju. c. Johannes.*

De Majoritate & Obedientia.

Capellani & Vicarii celebrare volentes juramentum

quòd [a] habitum Clericalem, necnon [b] coronam, & [c] tonſurā [d] patenter in locis debitis [e] deferant [f] competentē, & [g] maximè [h] coram ſuis Ordinariis, & in [i] Eccleſiis, & in congregationibus Clericorum

comparendi ad horas ſolemniter canendas, & obedientiæ ſuperioribus ſervandæ præſtent.

Robertus Winchelſey.

[k] PResbyteri, *& infra.* [l] Capellanis ad celebrandum in [m] quacunq; Eccleſia noſtræ Provinciæ [n] receptis [o] debet injungi in [p] virtute obedientiæ, ut ſint præſentes [q] diebus magis coram perſonis & in locis ſubſcriptis, & ſic ſumitur proprie. *concor. in ſimili. Extra. de ſponſalibus. c. ſponſam. verſ. maximè. per Ber. & de Filiis Presbytero. c. ad abolendam.* ubi de hoc; & ſic idem implicat in caſu converſo. *Sæpe tamen abundat*; vel ponitur pro *tantum*, ut patet 18. *di. c. provenit. 11. q. 3 c. 1. cum concor.* Circa hoc dicit *Jo. An. in d. c. ad abolendam.* quòd ubi dictio, *maximè*, connectitur verbis ſapientibus cauſam finalem, tunc abundat vel ponitur pro *tantum*: dum verò annectitur verbis ſapientibus cauſam impulſivā, & hoc conſtat, vel ſaltem dubium eſt, tunc ſtat proprie, ſc. comparativè, & denotat idem in caſu converſo; & hic vide quod ſcripſi *ſuprà. de offi. Archi. c. ulti. verſ. maximè.*

h *Coram Ordinariis* i. e. Præſentibus Ordinariis & id videntibus. *ff. de verbo. ſig. l. coram.* Et qui in hoc caſu dicentur Ordinarii, videre potes *ſuprà. de conſti. c. exterior habitus. verſ. Ordinarii.*

i *In Eccleſiis.* Ex iſto & ex hoc quod ſequitur, viz. *in congregationibus Clericorum*, apparet auctorem voluiſſe, quòd hi, qui volunt gaudere privilegio Clericali, debent portare habitum & tonſuram, ad minus in locis publicis & ad extra: cui concordat id quod legitur in conſtitutione *Othonis. quoniam de habitu.* ubi de hoc per *Jo. de Athon.* Nam licet in locis privatis, utputa, in domo propria vel alibi extra conſpectum populi, aliquis non deferat hujuſmodi habitum coronam, & tonſuram, nihilominus gaudebit privilegio Clericali, dum tamen patenter ad extra hoc faciat. Ad quod faciunt *no. per Wil. de vi. & bo. cle. c. 2. verſ. publicè. in Cle.*

k PResbyteri. Hæc Conſtitutio eſt Roberti *Winchelſey Cantuarien.* Archiepiſcopi: & eſt pars hujus *infrà. de jureju. c. Preſbyteri. & de cele. miſſ. c. & de pæ. & remiſ. c.* Et habet duas partes. In prima ſtatuitur, quòd Presbyteri celebrantes in Eccleſiis ex debito obedientiæ tenentur intereſſe horis Canonicis, quæ dicuntur cum nota. In ſecunda ibi, *Item Presbyteros*, ſtatuit, quomodo ipſi Presbyteri præſtabūnt Rectoribus & Vicariis, aliiſve Præſidentibus Eccleſiarum, in quibus celebrant, obedientiam juratoriam. *Diviſio.*

l *Capellanis.* Sive ſint parochiales, ſive cantorias habentes, aut annalia pro vivis vel defunctis celebrantes.

m *Quacunque Eccleſia.* Sive Metropolitana, Cathedrali, Collegiata, Conventuali, aut Parochiali; & idem intelligo ſi ſit Capella. *ar. infrà. de jureju. c. Presbyteri:* ibi, *capellis &c.*

n *Receptis.* Per eos ad quos pertinet: quod dic ut patet *ſuprà. de cleri. peregri. c. 1. in prin. & §. item præcipimus. & ibi dixi.*

o *Debet injungi.* Sc. per ipſos, qui dictis Eccleſiis præſident. Et nota, quod dicit *debet*, quia ex debito tenentur præſidentes videre, ne ſub eis in Eccleſiis miniſtrantes negligant honorem cultūs Divini, ut hic patet.

p *In virtute obedientiæ.* Quā ſc. tenentur obedire Canonibus & Conſtitutionibus rite editis & publicatis. Quod dic ut *no. 25. q. 1. violatores, per Arch.* Vel dic *obedientiæ*, qua ſcil. tenentur Curatis Eccleſiarum, in quibus celebrantur, obedire, ut *infrà* patebit. Et nota, quòd Obedientia conſiſtit in tribus, ſcil. reverentia exhibenda, mandato ſuſcipiendo, & judicio ſubeundo. Reverentiam enim debet minor majori, ut viz. ſibi aſſurgat, locum primum in ſedendo vel ſtando vel eundo ſibi cedat, mandatis etiam ſui majoris honeſtis, dum tamen adminiſtrationem vel officium in loco illo habeat, parere tenetur: non tamen ipſius judicio, niſi juriſdictionem in ipſum habeat: prout *no. 93. di. in ſumma.* & bene faciunt *nota. per Ber. Extra. de temp. ord. c. ad aures. glo. 2. & in conſtitutione Othoboni. paſtor bonus. verſ. obedientiæ. per Jo. de Athon.* Nec propter talem obedientiam debet ſic obediens dici ſubditus illius cui talem obedientiam præſtat, niſi hoc faciat eo animo; ut ſit ejus ſubditus. *de reſti. ſpo. c. olim inter te. glo. 2.* & nota, ſecundùm *Card.* quòd hæc verba, *in virtute Obedientiæ*, peccatum mortale important, ſi contra factum fuerit. Sic ipſe notat *de ſepulturis. c. 1. ver. obedientiæ. li. 6. Obedientia in tribus conſiſtit.* Sed circa hoc vide quod ſcripſi *ſuprà. de conſtitu. c. 1. verſ. obedientiæ.* & vide quod dicam *infrà. c. c. verſ. parebunt.*

q *Diebus dominicis.* Quibus totaliter Deo eſt vacandum. *de conſe. di. 3. jejunia.* & ideo dies ille eſt magis venerandus, quia in eo mundus ſumpſit exordium, & per Reſurrectionem Chriſti mors interitum, & vita accepit principium. 75. *di. quòd die.* Magna enim eſt hujus diei prærogativa:

rogativa: nam die Dominico cõsecrantur Episcopi. *ut d.c.quod die.* Hac die Placitis nõ est insistendum; 15.*q.4.per totũ.* Nec hac die debet super sancta Evãgelia jurari, nisi pro pace vel alia necessitate; nec etiã hac die Mercata teneri debẽt. *Extra.de feriis,c.1.* Et hic vide qd scripsi *suprà. de offi. Archipresb. c. 1. vers. diebus Dominicis. & ver. excipiavit omnino.*

a *Festivis.* De quibus habes de *consec.di.3.c.1. Extra. de feriis.c.cõquestus. & infra. de feriis.c. ex Scripturis. & per totum.*

b *Aliis. Sc.* non festivis.

c *Quando.* Tempus significat.

d *Ubi.* Significat locum, & est sensus, quòd quacunq; hora sit serviendum Deo, sive de meridie, sive post meridiem, sive de nocte; quòd illo tempore debent Presbyteri, de quibus hic loquitur, officiis Divinis interesse, & consimiliter in loco, sive sit in Choro, sive extra Chorum.

e *Aliæ horæ* Sc. Prima, tertia, sexta, nona, vesperæ, & completorium. *Extra.de celc.misc.c.1.* Sed qd dices de Antiphona Beatæ *Mariæ Virginis*, quæ solet cantari prope noctem, an vigore hujus statuti teneantur illi Antiphonæ interesse? dic quòd si illa Antiphona cantetur statim finito completorio, tunc tenentur interesse: quia quæ incontinẽti fiunt, inesse videntur; *l.lecta.ff.si certum petatur.* Et quæ Religiosis adhærent, Religiosa sunt. *ff.de res ven.l.quæ Religiosis. Si* verò illa Antiphona cantetur post magnum intervallum completorio finito, vel forsan ubi non arctantur per hanc constitutionem, quæ solũ loquitur de matutinis, missis, & aliis horis, quarum ista non est una. Et facit ad præmissa id quod legitur & *no. de consec.eccl.c.1.li.6.* Fateor tamen quòd ad præceptum Præsidentis Ecclesiæ Capellani hujusmodi tenẽtur illi Antiphonæ cãtandæ interesse, & illam cantare; in his nãque, quæ ad ipsius officium spectant, sibi parere tenentur, *ut no. Bern. d.c. ad aures. de temp. ord.* maxime cum tale præceptum tendat ad augmentationem cultus Divini. Et vide quod dicam *infrà. vers. parebunt.* Et videtur expressum *infrà. c. li. de cele. miss. c. presbyteri. §. decrevimus. in prin.* ibi, *& aliis Divinis officiis &c.*

Quæstio.

☞

f *Cum nota.* i. e. Cantu, qui fit per notas, i.e. certa signa ad artem illam inventa. Et hæ notæ non sunt literæ, sed figuræ aliquid per se significantes. *ff.de bo.pos.l.sed cum patrono. §. notiu.* Aliter verò *nota* idem est quòd infamia. *ff.de bis qui nota.infa.l.2.§.1.* Item *nota*, idẽ est quòd reprehensio. *ff. pro socio.l.nuncius.* Itẽ *nota*, dicitur idẽ quod indicium, signũ, vel cicatrix: prout notatur 77. *di. monachus. per Jo.*

Nota plura significat.

g *Canentes.* Utputa, Invitatoria, Hymnos, Antiphonas, Responsoria, Graduale, & hujusmodi.

h *Legentes.* Viz. Lectiones, Epistolas, Evangelia, & hujusmodi.

i *Psalmodizantes.* i. e. Psalmos canentes. Et ex his potes colligere, quòd hi, qui (ut præfertur) debẽt interesse hujusmodi officiis Divinis cum nota, non debent solum interesse in Ecclesia, vel in Choro, ut matutinas vel alias horas privatim dicant, sed debent cum aliis cantare, legere, & Psalmodizare: quibus tamen diligenter attendendum est, ut magis corde quàm voce cantent. 92. *di.c. canentes.* Nam plerumque fit, ut in sacro mysterio, dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur. *c.di. c. in sancta.*

☞

k *Super quibus.* Sc. ut sic (sicut suprà dicitur) officiis interfint cantando, legendo, & psalmodizando.

l *Ab eis.* Scilicet Capellanis.

m *Receptione.* Sc. ad celebrandum in ipsa Ecclesia, vel aliàs in Dominico vel alio die festivo post receptionem suã. *infrà. de jureju. c. Presbyteri. in prin.*

n *Juramentum.* Inspectis sacrosanctis, sed non tactis. De quo & de aliis etiam, quæ talis jurabit, vide *infrà. de jureju. c. Presbyteri.* quod Capitulum est pars hujus.

o *Recipi.* Per Præsidentẽ Ecclesiæ, *ut infrà. de jureju. c. Presbyteri. in prin.*

p *Præstari.* Per ipsum sic receptum.

q *Item Presbyteros.* Secunda pars.

r *Juramento.* Sic ergo apparet, quod isti, de quibus hic loquitur, præstabunt obedientiã juratori.m. Jurabunt namque, quòd non detrahent Præsidentibus, & quòd eis parebunt, & reverentiã facient, *ut infrà patet.* Sed contra hoc opponitur. Nã Episcopus à suis subditis nõ exiget obedientiã juratoriã, nisi ab his, quibus commiserit curam animarum. *Extra. de jureju. c. nullus. de majo. & obe. c. legebatur.* Si ergo Episcopus hanc obedientiam non exigit, ergo nec inferior curatus, qui est minor; cum non debeat licere curato inferiori quod non licebit ipsi Episcopo, qui in dignitate & etiam potestate præcellat. *ar. Extra. de elect. c. cum in cunctis. in prin. & ibi per Ber. ver multa fortius.* Solutio. Dic quòd illud quod habetur in *d. c. nullus.* regulare est: fallit tamen ubi est consuetudo præscripta, quòd tales simplices sacerdotes etiam non curati debent jurare: sicut patet in similibus *Extra. de verb. sig cum clerici Placentini.* Fallit etiam ubi tales aliàs fuerunt rebelles, vel sunt de rebellione suspecti. *Extra. de majo. & obe. c. cum in Ecclesiis.* Fallit etiam ubi super hoc est statutum speciale, ut hic, maxime ut sũbsint & obediant rectori, vicario, vel alteri præsidẽti Ecclesiæ, in qua celebrant. *ar. extra. de offi. Archipresb. c. ut singulæ.* Possunt namq; Archiepiscopi & Episcopi constitutiones facere Juris communis declaratorias & revocatorias, & ubi pœna deficit in jure, possunt pœnas apponere, & veterem pœnã augere. Possunt etiã constitutionibus Papalibus addere, & eas supplere, & ad correctionem morum statuta facere præceptoria, prohibitoria, & pœnalia, dum tamen jus cõmune non subvertant; secundum *Hostien.* qui hoc notat in *d. c. ut singulæ.* & idem *Jo. in no. post cum.* Possunt etiam in his, quæ ad ipsorum jurisdictionem pertinẽt, statuta facere, dum tamen legibus generalibus non obsistant; prout notatur per *Jo. An. in no. extra. de offi. le. c. ulti. in prin.* Cum itaq; consuetudo possit hoc operari, quòd simplices sacerdotes teneantur jurare obedientiã, *ut supra dixi*, ergo & statutum id idem operari potest: nam jus scriptum, statutum, & consuetudo æquari videntur. *Extra. de jureju. venientes. 11. di. in his. ff. de legibus. l. de quibus.* Item statuta & consuetudines æquantur. *de constitu. c. 1. li. 6. de elec. quia sæpè. de ca. mõ. c. unico. §. li.* Et facit ad hoc *l. item eorum. ff. quod cujusq; universi. nomine. in prin. cum concor. ibi alle. & extra. de consuetu. c. cum dilectus. de resti. in integ. c. 2. cum similibus.* Sed pro sano intellectu ejus quod hic dicitur, ætimo sic fore concludendum, quòd istud juramentum non sit exigendum ab hujusmodi Capellanis sine causa; ut sic fiat concordia inter hoc quod hic dicitur, & inter illa quæ leguntur in *d. c. nullus. & c. cum in Ecclesiis.* ita viz. quòd si Capellani ipsi suis Præsidentibus rebellare incipiant, tunc liceat ab eis hoc juramentum exigere. Et iste intellectus satis convenit huic literæ. Nam hic non dicitur, quòd debent statim in sua admissione præstare sive jurare hanc obedientiã, sed statuens vult, quòd tale juramentum debeat ab eis præstari. Et hoc satis potest fieri, cum opus fuerit; ut sic *concor.* juribus prædictis.

Jus scriptum, statutum, & consuetudo pariter sunt.

s *Astringi.* Non ponit de certo tempore, & ideo oportet, ut intelligatur secundùm alia jura: quod dic ut in glossa præcedenti ad finem.

t *Vel Vicariis.* Ubi forsan non est Rector. Nam si sit tam Rector quàm Vicarius, utrique, si petatur, debet præstari juramentum; saltem in his quæ concernunt ipsorum statum, & ubi portio Vicarii & etiam administratio sunt separatæ à Jure Rectoris. Nam in hoc casu sicut Rector potest providere sibi & statui suo, sic etiam Vicarius, pro quo vide ea quæ scripsi *suprà, de consuc. c. 1. vers. Rectores Ecclesiarum.*

u *Præsidentibus.* Talibus viz. qui nec dicuntur Rectores nec Vicarii, utputa, Decani, Præpositi, Magistri, Custodes, Guardiani, Plebani, Archipresbyteri, & alii consimiles. Sed nunquid Capellanus conductitius temporalis, qui sub Rectore, vel Vicario, aut alio Præsidente gerit curam animarum, possit istam obedientiam exigere? dic quòd ipso, qui eum delegavit, præsente, absque ejus mandato non potest: quia in præsentia majoris cessat potestas minoris. *Extra. de privile. c. antiqua. ubi per Ber. vers. nisi in urbe.* Et facit ad hoc *ff. de officio proconsul. l. 1. in prin. 21. di. denique.* Et hoc verum in his, quæ sunt honoris & præeminentiæ; ut patet: in dictis *concor.* Potest tamen ipso præsente curam sibi commissam, ut prius, ministrare, si non fuerit expresse revocata. 11. *q. 1. pervenit. C. de donatio. l. in hac Sacratissima.* Secus si fuerit revocata. *ar. ff. de judi. l. judicium. C. de officio Rectoris provincia. l. potioris. Extra. de rest. spo. audita.* cum ibi notatis. In absentia autem Delegantis, ubi infra modicum tempus ipse Delegans est reversurus, etiam non potest hanc obedientiam exigere, nisi de hoc habeat mandatum speciale. Secus tamen est, si longo tempore fuerit absuturus. Et ad hoc faciunt *nota. per. Barth. ff. de offi. consul. l. officium. vers. item est argumentum.* Et faciunt ad idem quæ leguntur & *no. ff. de judiciis. l. si longius. in prin. ff. de va. & excus. mu. l. penul. in. fi.*

Quæstio.

☞

x *Capellarum.* Potes intelligere de Capellis quæ ex gratia, & non ex debito habentur; in quibus Capellani celebrantes præstabunt obedientiam, & jurabunt Curato Matricis Ecclesiæ, ut hic continetur. Ad quod facit quod legitur & *no. in constitutione Otoboni. gratia.* ubi de hoc. Potest etiam intelligi istud de Capella, prout est pars sive membrum Matricis Ecclesiæ, vel ab ea dependens, vel eidem annexa: sic etiam quòd in ea sit dare curam animarum; secundùm ea quæ leguntur & *no. de præbendis. c. extirpanda. & de eccle. ædi. c. ad audientiam. de ætate & quali. c. eam te.* ubi de hoc. Potest tertiò intelligi de Capella dignitatem habente; ut patet exemplum *Extra. de privil. c. cum capella.* Patet etiam in Capellis Regiis, & aliis diversis, quæ sunt in *Anglia.* Nam quomodocunque sumatur *Capella*, semper Capellani ministrantes ibidem tenentur Præsidenti eidem Capellæ in his, quæ ad ejus officium pertinent, obedire, ut hic patet.

y *Non detrahent.* Neq; verbo neque facto. Est enim, *verbo detrahere*,

bere, bonum alicujus negare vel invertere, *ut no. de pœn. di. 1. homicidiorum. per Fo.* vel aliter, *detrahere*, est defectum absentis alicui revelare, ut ipsum in bona minorem æstimet. Et in hoc differt à contumelia: quia contumelia est dictum opprobriosum in facie alicujus manifestè prolatum: sed detractio fit in aliquo absente & non audiente; & contumelia derogat honori ejus cui fit; sed detractio derogat ejus famæ. *Facto autem detrahere*, est commodum vel utilitatem alicujus impedire vel diminuere: & contra horum utrumque providetur *infrà. de jurejuram. c. Presbyteri. et de cele. miss. c. Presbyteri.* quæ sunt pars hujus. De hac materia detractionis dixi *supra. de offi. Archipresby. c. 1.* ubi agitur de invidia. *vers. detractio.* Et pro hac materia vide notata *per Archi. 6. q. 1. summa. et c. præcedenti.*

Detractio & contumelia differunt.

sed quòd eis [a] humiliter [b] parebunt; & [c] debitam reverentiam facient & impendent.

De Treuga & Pace.

Prælati Ecclesiarum ad concordiam subditorum, ut in Christo unum sint, summopere intendant.

Edmundus.

[d] MAgna nobis, *& infra.* districtè præcipimus, quatenus rectores, & vicarii, ac [e] alii Ecclesiarũ curati, pacẽ (g quantũ in eis est) [h] cũ ōnibus habẽtes, [i] parochiãos suos moneãt, ut in [k] unitate fidei & [l] pacis vinculo [m] unũ corpus sint

Conciudendo igitur dico, quòd sive Capellanus hujusmodi ad ea, quæ in hac constitutione mandãtur, juraverit, sive non, semper tenetur ad mandatum Ecclesiæ Præsidentis in his & aliis, de quibus *suprà* dixi, parere & etiam obedire. Aliàs autẽ potest tanquàm inobediens puniri, ut bene *no.* dicto *c. dolentis. per Ber.* & quòd tales promissiones possunt etiam sub cautione juratoria ab hujusmodi Capellanis exigi, bene facit 23. *di. quanquam. ubi de hoc per Fo. ver. fidem.*

Obedientiæ conditiones novem.

a *Humiliter.* Novem enim conditiones habere debet obedientia: sc. ut fiat libenter, sine cordis murmuratione; humiliter, sine vocis contradictione; celeriter, sine dilatione; hilariter, sine tristitia vel mœrore; integraliter, sine operis diminutione; simpliciter, sine mandati nimia discussione; prudenter, sine manifesto errore; veraciter, sine fictione; perseveranter, sine intermissione. Unde *Bestus Bern.* Verus, inquit, obediens nescit moram, nec mandata procrastinat, sed aures parat auditui, oculos visui, manus operi, pedes itineri. Et sic se totum interius colligit, ut imperantis exterius adimpleat voluntatem. Hæc notantur. 8. *q. 1. sciendum. in prin. per Archi.*

b *Parebunt.* i.e. Obedient. & intelligo quod hic dicitur maximè circa ea quæ in isto *c. et infrà. de jurejur. c. Presbyteri. et de pœ. et re. c. Presbyteri. et de cele. Miss. c. Presbyteri.* statuuntur: in cæteris nihilominus, quæ in prædictis locis non exprimuntur, dum tamen ad officium hujusmodi Præsidentium pertineant, etiam obedire tenentur: ut patet per notata *Extra. de temp. ordi. c. ad aures. glo. 2. per Ber.* Sc. Chorum regere, Antiphonas & Responsoria inchoare, lectiones legere, Missas certas, & alia Divina officia certis diebus & temporibus celebrare. *Extra. de offi. Archipres. c. 1. in fi.* ibi, *aut cui ipse injunxerit. et e. ti. c. officium.* Et ad idem facit *c. ti. c. 2.* videbit enim Præsidens, quòd Divinum officium recto tramite dirigatur, ita quòd debitus Ordo servetur, nec præpostere dicantur horæ, & quòd non fiat in legendo vel psallendo dictionum vel syllabarum syncopatio: contra id de quo legitur *de cele. Miss. c. dolentes.* Et prædicta probantur *extra. de offi. Archipres. c. 2.* Debet etiam hujusmodi Præsidens videre, ne Capellani in ipsius Ecclesia ministrantes, scurrilitatibus magis ac discurtionibus indulgeant, ut patet in *d. c. 2.* In his itaq; & aliis similibus, tenentur hujusmodi Capellani ipsius Præsidentis mandatis parere & obedire. Sed quæro, nunquid aliquis Capellanorum hujusmodi excusari possit ab interessendo officiis Divinis quæ dicuntur cum nota, si eodem tempore vocatus sit, ut matutinas, horas, vel vesperas dicat aut recitat extra Chorum, coram eo cujus stipendiis recipit stipendium suum? Dic, aut juramentum præstitit in sua admissione, prout cavetur *suprà* in principio hujus Capituli, aut non; si juravit, tunc sine licentia Præsidentis non debet matutinas, horas, vel vesperas dicere extra Chorum. Nam & aliàs tenetur eas dicere in Choro cum aliis communiter, etiamsi sine nota dicuntur. *infrà. de cele. miss. c. Presbyteri. §. decrevimus.* Si non juravit, adhuc videtur non fore excusandus, quin eas dicat in choro. *ar. dic. §. decrevimus.* Possunt tamen cum licentia Præsidentis ex causa prædicta vel alia rationabili matutinas & aliàs horas extra Chorum dicere, dum tamen per ejus absentiam cultus Divinus aut aliàs honestàs Divini officii non minuatur forsan propter paucitatem ministrorum; vel quia substantia dirigendi Chorum in cantu & psalmodia residet in persona ipsius sic abfuturi. Facit bene ad præmissa 91. *di. Eleutherius.* Debent namque horæ canonicæ etiam tempore interdicti per viros Ecclesiasticos dici in communi. *ar. ad hoc. de pœ. et re. c. quòd in te. de sen. excom. c. alma mater. §. adjicimus. li. 6.* Et quòd debent dici in Choro, benefacit *Extra. de cele. Miss. c. dolentes.* ibi, *Chori silentium fugientes &c.* Nec obstat si dicas prædicta locum habere in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, quia idem intelligendum est in Ecclesiis parochialibus, saltem illis diebus quibus populus solet confluere ad Divina; ut patet in *c. 1. extra. de cele. Miss.* & notatur in *c. c. in 1. dist. per Henricum.* Et hoc verum, maximè ubi est dare copiam sacerdotum & aliorum ministrorum ad officium Divinum publicè decantandum. Sed quid si capellanus talis pacto speciali sit astrictus solventi stipendium suum, ut coram eo forsan in Ecclesia extra Chorum vel alibi tecitet matutinas, quoties ab eo illud exigere voluerit; nunquid vigore talis pacti poterit à prædictis excusari? Dic quòd extra tempora illa, quibus matutinæ & alia Divina officia celebrantur in Ecclesia, bene potest excusari, non tamen horis illis, quibus dicitur officium Divinum in Ecclesia in communi: pactum namque privatorum huic juri publico derogare non debet. *ff. de pac. l. si unus. §. pacta. & Hostien. in summa. & extra. ac jure comm. pe. c. si diligenti.* & in quantum tale pactum tendit ad impossibilitatem Juris vel facti, non tenet. *Extra. de pactis. c. fi.* foret enim impossibile, ut simul eodem tempore Capellanus hujusmodi vacet Divino Officio in choro, & ad illud recitandum coràm alio extra Chorũ.

Quæstio.

Quæstio.

c *Debitam reverentiam.* Reverentia enim debetur Superiori, ut sc. minor sibi assurgat, nec sedeat ipso stante, 93. *di. non oportet.* Nec in æquali sede. *ff. de offi. præsid. l. observandum.* Et ut eum saluteat cum reverentia, forte inclinando & pileum removendo. Sic enim interpretatur consuetudo & legitur *C. de offi. diver. judi. l. fina.* Debet etiam major præcedere, minor vero sequi; debet etiam minor suo superiori parere faciendo in Divinis officiis servitia consueta. *Extra. de ma. & obe. statuimus. ubi de hoc per Ber. glossa fina. & notatur per Hostien. in summa. eo titu. §. in quibus.* *Reverẽtia.*

d *Magna nobis, & infra.* Ista Constitutio dicitur fuisse *Edmundi* Archiepiscopi, in qua primò præcipit Curacis, ut pacem cum c unctis habeant. Secundo ibi, *Parochianos.* Quòd Parochianos suos ad pacem & concordiam moneant & inducant. Tertio ibi, *Inimicitias.* Quòd discordantes, in quantum poterunt, ad unitatem revocent. *Divisio.*

e *Alii.* Sc. ejusdem status, quales sunt hic nominati, vel qui sunt inferioris status. Nam sub clausula non continentur majores, sed æquales vel minores. *Extra. de rescrip. c. sedes Apostolica.* Et sic hoc quod hic dicitur, non arctat Archidiaconos, Diaconos, vel eos qui Rectoribus vel Vicariis sunt majores.

f *Pacẽ. Pax* secundùm *Hosti.* est finis discordiæ sic notatur *de treu. & pa. §. quid est pax. in summa sua. Arch. de of. le. c. 1. li. 6. vers. pace.* dicit, quod pax est tranquilla libertas. Ad hoc 23. *q. 1. moli.* ubi etiã *no.* id quod *Hosti.* & dicitur *pax* à pactione: nam pactio quæ fit pro pace publica pax vocatur. *ff. de pac. l. 1. C. de cadu. toll. l. unica. in prin.* Dicitur etiam *pax* servatio æqualitatis ut neque lucri neq; † passionis alicujus causa ad partialitatem declinetur. *Authen. de man. princi. §. deinde conveniens. col. 3.* *Pax.* † *al.* Possessionis.

g *Quantum in eis est. concor. 3. q. 6. hæc quippe. in fi.* Ubi dicitur, quòd necesse est viris Ecclesiasticis, ut quantum in se est, pacem, quam prædicant, servare studeant ad omnes.

h *Cum omnibus habentes.* Istud sumitur de *Epistola Pauli ad Roma. 12.* Et nota, quòd dicit *quantum in eis est*, nam vix aut nullatenus fieri potest, ut pax cum omnibus servetur. Si enim Paganum Judæum, vel hæreticum increpaveris, ille, qui te contempserit, non vult tecum habere pacem. Sic & hominem Christianum si Charitate fraterna increpaveris delinquentem, dum tua increpatio sibi displicet, cum illo pacem habere nõ potes. Sufficit tamẽ tibi, ut animũ ita pacatũ serves & quietũ, ut cũ eo pacem habeas illum diligendo, licet ipse se à te separet. Hæc *Remig. in loco præallc. & concor. in simili. 11. q. 3. c. inter verba. in fi.*

i *Parochianos.* Secundum dictum.

k *Unitate fidei. ad Eph. 4.* De hac Unitate sic ait Canon: *Nihil contrarium diversitas personarum formas, ubi efficaciam profiteritatis fidei unitas repræsentat. 7. q. 1. nihil.* De ista unitate legitur. 24. *q. 1. loquitur.* Et hæc unitas tollit omnem hæresim & errorem. *c. q. c. alienum.* Item omnem divisionem & omne schisma. *c. q. c. schisma.* consistit namque hæc unitas in membrorum ad caput conjunctione, quia non se unitati communicat, qui partem faciens à capite separat, *ut d. c. schisma. in princi.*

l *Pacis vinculo.* i.e. Dilectione Dei & proximi. Dicitur enim dilectio vinculum, quia duos ligat, sc. Deum & hominẽ; & hominem & suum proximum, & eos pacificat. Unde & charitas dicitur vinculum perfectionis. *ad Colo. 3.* & hoc idco, quia per illam omnia bona liganur nè pereant.

m *Unum corpus.* Sc. mysticum. Sicut enim in corpore humano multa membra unũ faciunt corpus verum, sic in Ecclesia, quæ est congregatio fidelium, omnes credentes, sive altioris sive minoris status fuerint, constituunt unum corpus mysticum, cujus caput est Christus; oculi sunt Apostoli & Prædicatores; aures sunt fideles Auditores; nares sunt, qui vim discretionis habent inter odores virtutum & fœtores vitiorum; os sunt, qui Divina eloquia aliis eructant. i. e. Doctores; manus sunt, qui operantur, unde alii vivant; pedes sunt, qui in negotiis sæcularibus ad utilitatem cæterorum discurrunt. Ista enim membra unum corpus efficiunt

ciunt, inter quæ nullam convenit esse discordiam, cum ad instar membrorum corporis humani unumquodque eorum alteri necessarium sit, nec possit unum alteri dicere, non es mihi membrũ necessarium.

a *In Christo.* Sc. capite. Et dic *in* Christo. i. e. cum Christo. sic etiam alibi ponitur, ut ibi, *in baculo meo transivi Jordanẽ istum.* i.e. cum baculo meo.

Inimicitia unde oriũtur.

b *Inimicitias.* Tertium dictum.

c *Exortæ fuerint.* Hæ enĩ oriri solent inter homines propter diversas causas. Quandoq; propter abundantiam sive cupiditatem bonorum temporaliũ; patet exemplum inter pastores *Abrahæ & Lot* fratris sui. *Gene.* 26. Quandoq; ex impatientia cordis; nam homo iracundus suscitat lites, & in medio pacem habentium immittit inimicitias. *Eccl.* 28. Quandoque oritur inimicitia ex verbis; quandoque ex factis; quandoque ex Literis; sicut aliàs solet dici de injuria alicui facta, quæ est occasio inimicitiæ. Quod dic ut notatur *extra. de injuriis. §. quot modi. per Hostien. in summa.* Quandoque oritur ex damno alicui illato circa diminutionem patrimonii. Quod dic ut notatur per *Hostien. in summa. ti. damno dato. per totum.*

d *Sedantes.* i. e. Mulcentes, tranquillantes, lenientes sive compescentes: & sic *Sedare* est quasi sedantes pacificos facere, secundùm *Fanuensem.*

Differunt amor et amicitia.

e *Amicitias.* Quæ secundùm *Tullium*, sunt idem velle & idem nolle in rebus honestis. Et nota, quòd amicitia plus importat quàm amor: quia ad rationem amoris sufficit, quòd homo velit bonum quodcunque alicui; sed ad rationẽ amicitiæ oportet, quòd aliquis velit ei bonum, quod vult sibi; ut sc. velit conversari cum ipso, & convivere in illis quæ maxime amat. Unde inter multum distantes esse potest amor, sed non amicitia: quia non conversantur simul, quod proprium est amicitiæ, secundùm *Fanuen. in suo. ca. c. amor.*

f *Copulantes.* Hanc enim copulationem per munera fieri non convenit; *ar. ff. de dona. inter vi. & ux. l. 3. in prin.* Quia amicitia, quæ sit vel haberur interventu munerum, illis cessantibus cito dissolvitur, secundùm *Isid. de summo bo.* Unde metricè scribitur. *Cum fortuna manet, multo generantur amici. Cum cecidit, turpi vertit is ora fugâ.*

Versus.

Amicitiæ conditiones novem.

Debent enim in copulatione amicitiæ novem esse quæ sequuntur, ut permaneat ad esse. viz. Charitativa affectio, unanimis consensio, mutua sublevatio, nocivorum ab utroque repulsio, adjutorii prompta collatio, utriusque ab alio mutua veneratio, superioris cum inferiori parificatio, pia inter eos compassio, & benefica supportatio. His enim intervenientibus erit copulatio amicitiæ virtuosa, & ejusdem conservativa. Et hæc si velis amplius prosequi, vide *no. per Philippum de Pergamo super ln. Catonis. prima parte metrica. Vincere cum possis &c.*

g *Discordantes.* Hic adverte, quòd discordia mentium multoties inducit separationem corporum. 56. *di. Ismael.* & oritur quandoque materia discordiæ ex cultus diversitate. 90. *di. c perlatum.* Quandoq; immò permaximè per linguam malam, quæ seminat discordias inter fratres, quod malum est omnino detestabile apud Deum. *Proverb. 6. c.* aliis etiã de causis de quibus dixi *suprà. e. vers. exortæ fuerint.* Et cujus detestationis sit hoc peccatum, sc. discordiæ, potes plene videre. 90. *di. per totum.*

Concordia definitio.

h *Concordiam.* De qua in membris glorificatur Deus. 9. q. 3. *Archiepiscopus.* Hæc enim, ut ait *Salustius*, est nutrix amoris per quam parvæ res crescunt, & qua cessante & discordia versante, aggregatæ etiam maximè dilabuntur.

i *Revocantes.* Hoc enim ad officium Prælati spectat ut discordantes sive Clericos sive Laicos magis ad pacem quàm ad Judicium coerceant. 90. *di. Studendum.* Et bene facit *c. dist. discordantes. & c. placuit. & c. præcipimus. extra. eo. ti. c. 1.*

k *Quantum in eis est.* Hæc clausula exposcit eorum diligentiam sic, quòd ex parte eorum non sit aliquid quod eis imputari possit. Et vide quod dixi *suprà. e. vers. cum omnibus habentes.*

l *Non permittentes.* Sufficit itaque, quòd faciant diligentiam suam.

m *Sol occidat.* Sumitur *de Epistola Pauli ad Eph 4. & no.* quòd hæc Auctoritas dupliciter potest intelligi: uno modo sic, verbi gratia, si aliquis ad tempus fuerit commotus adversus proximum suum, ante solis occasum fiat inter eos reconciliatio; vel aliter sic, sol. i. e. Christus, qui in Scripturis dicitur sol justitiæ occidat. i. e. non recedat à discordantibus propter permanentiam iræ & peccati sui.

Ira et iracundia differunt.

n *Iracundia.* Differunt enim iracundia & ira: quia iracundia importat diuturnitatem majorem quàm ira. Nam iracundia dicit consuetudinem irascendi, sed ira dicit simplicem passionem, cui vix resisti potest in suis motibus. Vult ergo quòd permanentia iræ tollatur; & non immerito; quia ut dicitur *Job. 5.* *virum justum interficit iracundia.* Super quo textu sic ait beatus *Greg.* mansuetudo, inquit, in nobis imaginem Dei servat, qui semper tranquillus est; sed ita dissipat, quæ nos multis virtutibus privat; quæ dum quietem mentis tollit, spiritus sanctus ibi non requiescit.

o *Cæterũ.* Hæc constitutio fuit *Stephani* Cantuariensis Archiepiscopi, edita in Cócilio *Oxon.* & est 23 in ordine.

p *Alii Judices.* Hæc Litera non continetur in antiqua; sed à paritate rationis hic posita est: ut sc. idem intelligatur de aliis Judicibus sicut de Archidiaconis & eorum Officialibus; & est expressum in constitutione *Othonis. cæterum.* Ubi habes quasi in omnibus idem, quod hic statuitur; & adjicitur pœna in constitutione *Othoboni. cum partes.*

q *Bono pacis.* De qua plura dixi *supra. titu. proxi.* & ad hoc bonum laborare debent Judices summoperè, ut patet in constitutione *alle. suprà. c. proxi. vers. revocantes. & dicam infrà. vers. exigant.*

r *Discordantes.* i. e. Litem inter se moventes. Et loquitur de discordia, quæ oritur ex lite Judiciali; *ut infrà patet. vers. a lite.*

s *Volunt concordare.* Forsan motu proprio, vel ad instigationem amicorum communium, vel aliorum, ad quorum officium spectat discordantes ad concordiam revocare; de quibus vide *infrà. glossa proxi.*

t *Exigant.* Istud intelligi potest si, forsan ipsi Judices, pro bono pacis inter hujusmodi litigantes, partes suas interposuerint ad ipsos concordandum. Nam ad hoc tenentur ex Sacrorum Canonum institutione, ut patet in *concor. positis suprà. ti. proxi. c. unico. vers. revocantes.* Et ad hoc facit quod legitur & notatur *extra. de transactio. c. ult. & de mutuis pet. c. 1. glo. ulti. & 5. q. 2. si Primates.* In quibus omnibus patet, quòd Judex primo & ante omnia debet partes inducere ad concordiam si possit. Potest etiam istud intelligi, & si absque Judice partes voluerint inter se componere. Nam utroque casu, ut hic apparet, non debent impediri, nec ab ejs aliquid debet per judicem vel ejus ministros ea occasione exigi. Sed quæro, quo colore potest Judex aliquid exigere à partibus volentibus inter se concordare, ut sic illud quod est hic inhibitum, procedat super aliquo dubio? dic quòd ad hoc posset judex moveri per jura illa, quæ volunt quòd Actor sub pœna prosequi debet causam ad finem, ubi causa non movetur ex consensu utriusque partis, *ut C. de Episcopis et Cle. Authen. generaliter. cum similibus.* Item quòd Reus contestabitur litem infra duos menses. *C. de litis contest. Authen. libellum.* Quia licèt ab initio nullus compelli debeat agere, potest tamen, postquam agere cœpit, cogi ut perseveret, & causam usque ad finem deducat. *C. quomodo & quando judex. Authen. qui semel.* Et hoc in Causa civili. Potest etiam esse quòd causa sit criminalis, vel aliàs talis, in qua possit dubitari, an componendo componentes incideret in pœnam Turpilliani *ff. et C. ad Turpil. per totum.* & ne videantur collusisse. *Extra. de collu. dete. c. 1. ubi de hoc per Bern. vers. gratiam.* Sed contra præmissa hic providetur illa ratione, quia prædicta Jura locum habent altera partium ad judicium instante: istud verò locum habet utroq; ad concordiam consentiente. Et hoc innuunt verba hic in textu posita, *se sibi ad invicem &c.* pro qua materia magis videas aperte *infrà. vers. compositionem admittat.*

Quæstio.

u *Licentia petita.* Licet non obtenta: sicut aliàs legitur & *no. Extra. de Regularibus. c. licet.* Ubi de hoc per *Bern. vers. licentiam.* Sed in constitutione *Othonis, cæterum. præalle.* non requiritur petitio licentiæ. Unde in hoc videtur ista Constitutio correcta per illam, cum fuerit posterius edita. Potest tamen utraque salvari, ut viz. ob honestatem Judicii, & ob reverentiam Judicis petatur licentia, licèt non obtineatur: ut sic legum vel Constitutionum correctio eviteur, cum expediat jura juribus concordare. *de elect. c. cum expediat. li. 6.* vel istud posset intelligi ex eo, quòd aliquando in hujusmodi compositionibus requiritur Judicis auctoritas, *ut no. d. c. 1. de collusione. vers. gratiam. per Bern. et Hostien. et alios doct. quod dic, ut ibi.*

x *Partibus.* Non dicit parti, quia ad effectum, quòd desistatur à lite inchoata, requiritur, aut ut in rotum actor renunciet liti; *C. de pact. l. postquam.* aut ut hoc faciat de consensu alterius partis. Nam sive Actor sive Reus post litem inchoatam instet, ut causa sive lis finem habeat, altera forsan parte dilationes quærente, audiri debet, & potest causam ad finem deducere, sicut legitur & *no. C. quomodo & quando Judex. Authen. qui semel.* Et quoad personam Actoris litem differentis est hoc verum, quando Actor vult omnino desistere à quocunq; processu ulteriori, *ut in d. Authen.*

Quis

qui ſemel]. Secus tamen eſt, ſi Proceſſu inchoato omiſſo, velit de novo formare alium Proceſſum; nam tunc non videtur deſiſtere nec fruſtrari litem: quod dic ut *not. Cy. C. de edendo. l. edita. ver. 7. quæritur in fi.*

a *A lite.* Ter hoc apparet quod loquitur de lite judiciali, quæ propriè dicitur *Lis*, maxime in cauſa civili, vel pecuniariâ. *ff. de verb. ſig. l. litis.* Quidâ tamen dicunt, quòd *Lis* prædicatur tam de ea quæ habetur extra judicium, quàm de ea quæ habetur in judicio: ſed propriè loquendo puto, quòd hic intelligi debet de Lite Judiciali, tali viz. in qua fit Litis conteſtatio. Pro quo bene facit *extra. de verb. ſig. c. ex parte. 2.* & notatur *C. de tranſac. l. cauſas. et ibi per Cy.* Nam contentio quæ habetur inter aliquos extra judicium, magis dicitur *Diſcordia* propriè quàm *Lis*.

Verbum Compoſitio.

b *Compoſitionem.* i.e. Pacem vel concordiam: habet namq; verbum *Compono*, plures ſignificationes, quæ continentur in his Verſibus.

Componit, ſepelit, conjungit, fingit, & armat.

Inſtruit, informat, pacificare ſolet. Et poteſt hæc Compoſitio fieri, etiamſi agatur de crimine; & ratio redditur, *ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. et poſt oper.* & notatur C. *de tranſactio l. tranſigere. quod dic ut infrà. ver. compoſitionem admittat.*

c *Quandocunque voluerint.* Sive ante litè conteſtatam, ſive poſt: & concordat in ſimili in Conſtitutione *Othonis, Cæterùm præſalle.*

Compoſitio duplex.

d *Compoſitionē admittat.* Hic nota, quòd quædā eſt Compoſitio amicabilis & gratuita, talis viz. quæ fit abſque conventione, pacto, modo, conditione, ſeu ſpe certæ remunerationis: alia eſt Compoſitio non gratuita, viz. quæ fit aliquo dato, retento, vel promiſſo, quæ ſi fiat antequā negotium in judicium deducatur, Pactio eſt; ſi poſtea, Tranſactio dicitur: & ſic ſumi videtur hic, dum dicit, *à lite diſcedere*, & intelligi debet ut procedatur ſuper re dubia, & lite incerta. *ff. de tranſac. l. 1. et per totum.* Et in hoc caſu videndum eſt qualis ſit cauſa: quia quædam ſunt cauſæ merè Civiles; quædam ſunt cauſæ Civiles in quibus agitur de crimine privato; quædam ſunt cauſæ Civiles in quibus agitur de crimine publico. Quædā etiam ſunt cauſæ Criminales, de quibus agitur de publico crimine. *ff. de pub. judi. per totū.* & oriuntur ex lege publicorum judiciorum. Quædā ſunt cauſæ Populares, ubi ſc. vertitur intereſſe publicū. Quædam ſunt cauſæ mixtæ, ut patet *de procur. c. 1. uæ.* Quædam ſunt cauſæ Spirituales, ut *infrà* patebit. In cauſis itaque merè Civilibus regulare eſt quod poteſt fieri Compoſitio gratuita, & etiam non gratuita, quæ dicitur Tranſactio. C. *de tranſac. l. cauſas. et per totū.* Fallit tamen in alimentis futuris in ultima voluntate relictis, ſuper quibus non valet Tranſactio, niſi fiat authoritate Judicis. *ff. de tranſac. l. cum hi.* Fallit ſecundo in relictis in Teſtamentis, de & ſuper quibus tranſigi non poteſt, niſi priùs inſpectis verbis Teſtamenti. *ff. e. l. de his.* Fallit etiā in Matrimonio & machinatione, & ſimilibus, ubi vertitur periculum animæ. *Extra. eod. c. ulti.* quod dic ut *infrà* patebit. Scias tamen, quòd in hujuſmodi cauſis Civilibus ante litem conteſtatam poteſt agens deſiſtere quando vult, non ſolùm per gratiam, ſed propriā authoritate. C. *ut nemo invitus agere compella. per totum.* Et hoc verum, niſi diffamaverit aliquem; quia tunc licèt non compellatur præciſè agere, compellitur tamen cauſativè, ut ſcil. aut ab infamia deſiſtat, aut agat. C. *de ingenuis ma. l. diffamari.* Poſt litem verò motam poteſt deſiſtere totaliter renunciando liti. C. *de pact. l. poſtquam. de renuncia. c. veniens.* Suſpendere verò judicium non poteſt, quin contra eum tanquam contumacem procedatur. C. *quomodo & quando Judex. Autben. qui ſemel. de dolo & contu. c. cauſā.* ſalvo propter periculum poſſeſſorii. *extra. de teſt. c. ſignificaverunt.* Reus autē ante litē motam deſiſtere non poteſt, quia judicium redditur in invitum. *ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. 1.* Litē etiā motā, non poteſt quin remediis debitis contra eum procedatur. In cauſis verò Civilibus, ubi agitur de crimine privato, ut purtà furto, & aliis hujuſmodi, in quibus principaliter offenditur privatus, puto quòd bene licear componere & tranſigere etiam ſine Judicis authoritate, cùm non reperiatur eſſe prohibitum: & ſic intelligo Gloſſā *Accur. C. e. l. tranſigere. ver. publicis.* & facit ad hoc C. *de furtis. l. poſt deciſionem.* Fallit tamen in actione famoſa, ubi non poteſt tranſigi ex parte Actoris abſq; Judicis authoritate; nec etiā ex parte Rei ſine pœna infamiæ: quia tranſigens hujuſmodi habetur pro confeſſo, & infamatur ex hoc. *ff. de his qui no. infa. l. furti. §. pactus. et §. qui juſſu.* Ubi autem cauſa eſt Criminalis, & agitur ex crimine privato, tunc ante inchoatum judiciū Accuſator volens deſiſtere, poteſt pacifci ad impediendum ſeipſum, ſed non alium. *ff. ad l. Ful. de vi pu. l. qui cætu. §. ſi. ad l. Ful. de adul. l. maritus. §. ſi negaverit.* Et hoc verum, quando actio competit non ſolùm ſibi, ſed aliis. *ff. de injuriis. l. Lege Cornelia.* Inchoato autem judicio, Accuſator ex gratia deſiſtere non poteſt impunè, niſi, ut *infrà* dicam, in cauſa merè Criminali; nec etiam per Pactum, nec Tranſactionem, quin punietur ad minus pœnā extraordinariā, ſed authoritate Judicis bene poteſt deſiſtere, ut *infrà* dicam in cauſa Criminali. Ubi ergo cauſa eſt omnino Criminalis, & agitur de crimine publico; tunc, ſi crimen ipſum eſt capitale, quia exinde ſequitur mors, aut perditio libertatis, vel Civitatis, tunc Accuſator, poſtquā ſe inſcripſerit ad pœnam Talionis, & poſtquā dederit fidejuſſores de judicio ſiſti, non poteſt abſq; licentia obtentā deſiſtere legitimè ſine pœna calumniæ. *ff. ad Turpil. l. in Senatu. §. qui primo. et l. quæſitum. et l. ab accuſatione. et C. ad Turpil. l. 1.* Si verò ante inſcriptionem hoc velit facere, poſtquā tamen reum convenerit ad ipſū accuſandū, tunc in crimine publico ingerente pœnam ſanguinis verū eſt regulariter, quòd licet tranſigere & pacifci: ut *d. l. tranſigere. C. de tranſac.* Et hoc verum, ſive ſit tale crimen quod ingerit pœnam mortis, ſive mutilationis membri, quod etiam crimen dicitur Capitale. *Autben. de collā. §. prohibemus. col. 9.* Nam in hoc caſu, ſcil. mutilationis membri, eſt eadem ratio, ſcil. redemptio ſanguinis: *Regulariter* dixi, quia fallit in crimine adulterii, ut patet in dicta *l. tranſigere.* & eſt ratio, quia illud crimen nimis frequentatur. 32. *q. 7. quid in omnibus.* Et ideo magis proſequendum, quia multis graſſantibus opus eſt exemplo. *ff. de pœnis. l. aut facta. §. ulti.* Alia ratio eſt, quia leges & Canones in ſubditis pudicitiam inviolatam præ cæteris exigunt. *Autben. de lenonibus. in prin. collā. 3. & in proœmio Decretalium.* Fallit ſecundò eādem ratione in raptu. *ff. ad l. Ful. de vi publica. l. qui cætu. §. qui vacantem. ubi de hoc in gloſſa.* Fallit tertio in inceſtu. *arg. l. ſi adulteriam cum inceſtu. ff. ad l. Ful. de adulte. & 32. q. 7. c. adulterii.* Fallit quartò in crimine læſæ Majeſtatis. Fallit quintò in crimine Hæreſis. C. *de hæreticis. Autben. Gazaros.* Fallit ſextò in crimine patriæ expugnatæ vel perditæ. Fallit ſeptimò generaliter in criminibus exceptis, quia non pacifcendo, ſed ſuam innocentiam demonſtrando rei ſe debent purgare. *ff. de bo. eorum qui ante ſenten. mor. ſibi conſcive. l. 2. cum ibi notatis.* In caſu verò quo crimen hujuſmodi non ingerit pœnam ſanguinis, tunc regulariter non licet tranſigere, ut *d. l. tranſigere. 2. reſponſo.* Et eſt ratio, propter publicum zelum, & publicam utilitatem, ſeu publicum intereſſe puniendi delicta. *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. de fide juſ. l. ſi à reo. §. id quod vulgo. extra. de ſenten. Excom. c. ut famæ.* In his itaque Accuſator ante inſcriptionem licitè poteſt deſiſtere. *de accuſ. c. veniens. ff. ad Turpil. l. qui deſiſtit.* Poſt inſcriptionem verò deſiſtere non poteſt ſine abolitione legitimè impetratā & conceſſā; aliàs autem deſiſtens incideret in Turpil. & illā pœnā puniretur, & tanquam infamis repelleretur à poteſtate accuſandi: ſed impetratā abolitione poteſt impunè deſiſtere. 2. *q. 8.* † *libellorū.* Et talis Deſiſtentia ſive Tranſactio facta ſine abolitione non proderit Reo, quin poſſit accuſari ab eodem, qui deſtitit ante inſcriptionem factam. Si verò deſtitit poſt inſcriptionem factam, licèt non poſſit iterum accuſari ab eo qui deſtitit, ipſe tamen Reus ſic tranſigens habebitur pro confeſſo; & inſtantiam inchoatam poterit Judex ex Officio finire, & illum de delicto condemnare. *Extra. de collu. dete. c. 1.* Quare etiam in talibus non licet tranſigere, aſſignari poteſt alia ratio. Nam ſi ſuper publicis criminibus poſſet tranſigi, de facili divites moverentur ad delinqendum, quia corrumpendo Adverſarios per pecuniam evaderent. *Argu. ff. de pactis dotali. l. convenire.* Hoc tamen fallit in crimine falſi, ut patet *dicta l. tranſigere.* ubi ratio redditur in Gloſſa. Alia ratio eſt, quia ſicut in pœna ſanguinis licet tranſigere, quia ibi homo annihilatur, & deformatur; ita & in pœna falſi, quia inter homines homo falſus annihilatur, quia ab hominibus tenetur ſine conſcientia; & in perdente fama pejor eſt vita quàm mors. *Arg. C. de Apoſt. l. bi qui.* Ex prædictis itaque poteſt concludere, quòd ubi poteſt tranſigi de crimine, tunc ex parte Accuſatoris effectus eſt, quòd deſiſtens non eſt infamis, nec repellitur ab accuſatione aliorum, nec etiam ejus cum quo tranſegit ſuper alio crimine. Alius effectus eſt, quia deſiſtens evitat pœnam talionis & calumniæ. Item non habetur pro confeſſo de delicto calumniæ. Effectus ex parte Rei eſt, quia licitè tranſigendo non habetur pro convicto de delicto, ubi aliàs haberetur pro convicto ſive pro confeſſo. *ff. de prævari. l. in omnibus. et de bis qui no. infa. l. quoniam. et l. Athletas. in fi.* Secundus eſt, quòd tranſigendo Accuſator repellitur ab ejus accuſatione. Tertius eſt, quia ex eadem inſtantia non poterit ad petitionem Accuſatoris, vel Teſtis, vel etiam Judicis damnari, ubi aliàs poſſet: altero autem accuſante, vel novam inſtantiam inchoante, bene poteſt damnari. In cauſis verò in quibus tranſigi non poteſt, effectus eſt à parte Accuſatoris, quòd cadit in omnes pœnas *Turpil.* & infamis efficitur, ubi poſt inſcriptionem ſive litem deſiſtit, & etiam puniri poteſt pœnā calumniæ, quaſi confeſſus ſe calumniaſſe. Item per hoc quaſi infamia repellitur à poteſtate hunc vel alium accuſandi. Ex parte Rei effectus eſt, quòd per talem Tranſactionem non repellitur Accuſator, licèt ex deſiſtentia repellatur. Item Reus in hoc caſu habetur pro confeſſo, ut prædixi. Item ex eadem deſiſtentia poterit ipſe damnari ex officio Judicis. C. *de abolitio. l. 2. & extra. de collu. dete. c. 1.* In popularibus verò cauſis, quales ſunt ſecundùm Canones cauſæ Beneficiales, *de elect. cum dilecti.* non poteſt tranſigi in præjudicium alterius agere volentis, quando agitur ad removendum Prælatum malum: ratio eſt propter intereſſe Eccleſiæ.

† al. add. *ff. de accuſ. libellorum.*

Cauſæ ſūt in multiplici differentia.

Not: pulchrā materiam, in quibus cauſis licet tranſigere, vel non.

Aliàs autem in hujusmodi causis popularibus idem dicendum est, quod dictum est in Civilibus, ut scil. in eis fieri possit gratuita pactio, quæ magis potest habere locum in criminibus, secundùm Canones, quàm Transactio; quia secundùm Canones non habet locum pœna sanguinis, 23. q. 8. *bis a quibus. Extra. de Cle. vel mo. c. sententia sanguinis. & de raptu. c. in Archiepiscopatu. & ibi per Hostien. in summa. de callu. dete. §. qualiter. & 2. q. 4. c. 1. per. totum. per Jo. & ibi per Archidiaconum.* Et hæc quæ prædixi, locum habent in causis Civilibus, & in causis Criminalibus. In causis verò Spiritualibus, dic quòd in Matrimonio, ut aliquid contra Matrimonium statuatur, non habet locum Compositio nec Transactio, sicut legitur & notatur *extra, eod. c. fi.* Et hujusmodi Causæ matrimoniales dicuntur Mixtæ, secundùm Canones, quia sunt partim Civiles, partim Criminales. *Extra. de procurat. c. tuæ.* Et in his scias, quòd in desistentia gratiosa absque pacto vel transactione, idem dicendum est quod dictum est in Civilibus; hoc salvo, quòd eidem iterato agere volenti nihil obstat. *Extra. de re judi. c. lator. & c. consanguinei.* Item in his partibus desistentibus per pactum non tollitur facultas Judici, quin ex officio possit eandem instantiam prosequi, vel aliam inchoare. *de clandest. despon. c. cum inhibitio. de fri. & male. c. fi.* Sed per viam Transactionis, quoad instantiam, possunt partes sibi præjudicare. *Extra. de in integ. rest. c. ex literis.* sed ad substantiam matrimonii non. *de transl. c. fi. de eo qui cogno. con. ux. sua. c. super eo.* Judici verò volenti eandem instantiam, vel aliam prosequi, non possunt partes præjudicare. Si verò agatur ad separationem Thori, bene possunt partes sibi præjudicare etiam consitendo. *Extra. de divor. c. 1. & transigendo. de jurejur. c. quemadmodum.* Tamen quoad finem & potentiam denunciandi peccatum, transactio vel pactum non excludit denunciantem, ut patet *d. c. quemadmodum.* In aliis autem causis Spiritualibus, dic quòd per viam compositionis amicabilis, ita quòd sit gratuita absque conventione, pacto, modo, conditione, seu spe certæ remunerationis, bene potest lis sopiri. *Extra. de pac. c. cum pridem. & de transact. c. statuimus. & c. de catero.* & hoc nedum inter Clericos, sed etiam inter Clericos & Laicos; & sic intelligit *Hostien. dictum. c. statuimus.* Sed & per compositionem non gratuitam, quæ sit aliquo dato, retento, vel promisso, & quæ, si fiat ante negotium in judicium deductum, dicitur Pactio, sed postea dicitur Transactio. *Extra. eod. c. super eo.* ibi *in litigium deducto &c.* Etiam licet causam sopire, ubi datur Spirituale pro Spirituali ejusdem generis per viam seu modum permutationis licitæ Superioris auctoritate, nullo contractu illicito seu pactione interveniente inter partes approbatæ. *Extra. de rerum permutati. c. quæsitum. & ibi per Inno. & alios. & c. ad quæstiones. & per totum.* Secus tamen, si pactio inter partes interveniret in facto permutationis, vel ante, ut volunt *Docto. in locis prælle.* Et hæc vera puto in rebus Spiritualibus, quæ possunt adinvicem permutari; quia multæ sunt res Spirituales, inter quas vel in quibus non cadit permutatio, utputa in Xenodochiis, Hospitalibus, Leprosariis, seu Eleemosynariis, & hujusmodi, in quibus non est dare Titulum Institutionis Canonicæ, prout notatur in *Cle. per literas de Præben. ubi de hoc per Wil. & Gess. ver. noscantur.* Item in his, in quibus Jus solum ad rem pertinet ex gratia Sedis Apostolicæ, *Ar. extra. de rescrip. c. in nostra. & in Extravag. Jo. 22. execrabilis. §. per hæc. ut notat Wil. in Extravag. ejusdem. Jo.* quæ incipit, *Sedes Apostolica. ver. Jus ad rem.* Item in alia re Spirituali, quæ habetur non per modum Beneficii, neque Institutionis Canonicæ, utputà portionis Decimarum, vel aliud hujusmodi, *Ar. de re. permutat. c. licet. li. 6.* ibi, *sua Beneficia &c.* Ut autem Spirituale detur pro Spirituali, non per viam permutationis, sic ut præfertur authoritate Superioris factæ, sed per conventionem habitam inter partes sine authoritate Superioris, non valet pactum sive compositio, ut in *dicto c. quæsitum. & c. ad quæstiones.* & notatur per *Innocen. eod. tit. c. statuimus. glossa. 2. ver. sed si aliquis.* & per *Ber. de magistris. c. penult. in fi.* Quòd verò Spirituale detur pro temporali, maximè sine Superioris authoritate, non licet, *ut dicto. c. super eo. extra. eod. tit. cum ibi notatis.* Si tamen adsit Superioris authoritas, & factum versetur in Beneficiis Ecclesiasticis, loquendo de Beneficio ut Beneficio, non licet sic componere, *ut dicto c. super eo. & de re. permuta. c fi.* nisi fieret cum Authoritate Papæ, qui posset in tali casu dispensare, ut notatur *de transla. Episco. c. post translationem. cum similibus.* Si verò loquamur de Beneficio ut Proprietate, tunc bene licet, secundùm *Ber. & Hostien.* dum tamen caveatur, nè Temporale pro Spirituali detur, sed pro Temporalibus annexis Spirituali, ut *dicto c. ad quæstiones.* & probatur istud dictum in *c. cum qui. de eo qui mittitur in poss. causa rei servanda. li. 6.* Sunt nihilominus alia Spiritualia, in quibus Pactio vel Transactio non potest intervenire absque Simonia; sicut in Sacramentis Ecclesiæ, ut notat *Bern. de offi. de. c. ex parte. 1.* Si verò loquantur de Decimis & Primitiis, tunc bene valet compositio, ut probatur *extra. de cens. c. quanto. & ibi per Hostien. & extra. de Decimis. c. ex multiplici. ubi de hoc.*

An in causis Spiritualibus intervenial Transactio?

Non in omnibus rebus Spiritualibus cadit Permutatio.

De postulando.

Advocatus Matrimonii sine excusatione Judicis impediens, per

[a]propter hoc [b] pœnam aliquâ iis infligant, [c]nisi eis de [d]injustitia actoris [e] vel rei [f] constiterit.

ammo privetur advocandi officio.

Stephanus.

[g]Quoniam per [h] Advocatos multoties [i] Matrimonia perturbantur, [k] Statuimus ut [l]sententia lata [m] pro Matrimonio, [n]Advocatus, qui contra illa [o]steterit, [p]hoc ipso

a. *Propter hoc.* Scil. quia recedunt à lite per concordiam.

b *Pœnam eis infligant.* Tanquam pro calumnia. *Extra. de calum. per totum.* & pro collusione, ut *extra. de callu. dete. c. 1. & 2. & ibi notatur in c. 1. per Ber. ver. gratiam.*

c *Nisi eis.* sc. Judicibus; & excipit ab eo quod prius dixit.

d *Injustitia actoris.* Sc. quod calumniosè processerit.

e *Vel rei.* Sc. quia sit in causa condemnationis, & quia crimina, undecunque clamerint, punienda sunt. *de callu. dete. c. 1.*

f *Constiterit.* Sive per Processum coram eis habitum, sive alias probationes, vel forsan per inquisitionem exinde ex Officio captam. *Argu. ad hoc dic. c. 1. de callu. & de Simonia. c. licet. §. cum igitur. ver. nos ut prædiximus.*

g *Quoniam Advocatus.* Hæc Constitutio fuit edita per *Stephanum Cantuariensem* Archiepiscopum in Concilio *Oxon.* & habet tres partes. In prima ponitur Constitutionis causa. In secunda ibi, *Statuimus*, ponitur ipsa Constitutio. In tertia ibi, *Nisi Judex*, ponit exceptionem. *Divisio.*

h *Advocatos.* Supple infideles, & cavillosos, quorum malitiis justitia deperit, & litium processus innumeris subterfugiis impeditur, in Constitutione *Otthoboni, laudabilem. in princi.* *Advocatus.*

i *Matrimonia perturbantur.* Viz. per querelas injustas, & appellationes frivolas, & alia remedia exquisita, quæ per consilia hujusmodi Advocatorum perversorum inveniuntur.

k *Statuimus.* Secunda pars.

l *Sententia.* sc. Definitiva: & intellige de sententia lata per eum, qui ad hoc habuit potestatem: & quòd sententia ipsa aliàs à parte Juris sit aliqua; nam in casu quo Sententia esset nulla, æstimo quòd hæc pœna non haberet locum. Et dicitur *Sententia nulla* multis de causis, quæ notantur per *Jo. An. de re judi. c. 1. lib. 6. & per Spec. de sententia prolatione. §. juxta. in princi.*

m *Pro Matrimonio.* sc. Conjungendo: est enim hæc causa, sc. Matrimonialis, in multis privilegiata, ut *no. extra. ut lit. non conteft. c. 1. ver. non usquequaque servatur. per Ber. & legitur extra. qui matri. accu. possunt. c. videtur. & ibi de hoc. ver. favorabilis. per Hostien.* qui multas recitat prærogativas, & super hoc tradit versus, quos ibi videas.

n *Advocatus.* Generaliter intelligendo, *Advocatus* dicitur, qui controversiis agendis quoquo studio operatur. Unde & in hoc casu forsan dicerent aliqui, quòd Procuratores *Advocati* dicuntur. *Ar. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. Advocatos. 5. q. 3. c. ulti.* Strictè tamen loquendo, dicitur *Advocatus*, qui est Patronus Causæ, & vocatur Togatus. *C. de Advoca. diver. ju. l. sancimus. et l. Advocati.* Et de talibus intelligitur *ff. de postu. l. 2. §. ait Prætor. ff. de offi. Proconsu. l. nec quicquam. §. observare.* & quòd Procuratores, licèt assistant Causæ, non dicantur *Advocati*, tenet *Bart. in d. l. 1. §. Advocatos.* & est ratio, secundùm eum, quia in eis non concurrunt ea quæ de necessitate requiruntur in Advocato, scil. quòd studuerit per quinquennium in Jure, & quòd Doctor inveneric eum peritiâ Juris instructum. *C. de Advoca. diver. judi. l. neminem.* Nec obstat id quod dicitur in *illo §. Advocatos. quoquo studio &c.* quia secundùm Glossam ibi, debet intelligi sive debet adesse in allegationibus tantùm, sive usque ad litem contestatam tantùm, sive in causa principali non in causa Appellationis, sive in utraq,, sive in una tantùm; ac etiam sive in uno loco, sive in alio, sive in quolibet.

o *Steterit.* Sive in prima sive in secunda instantia, ut *infra dicam. ver. justum errorem.* & potest illud intelligi, sic quòd *ly, steterit*, significet actum etiam unicum postulandi in judicio, prout pertinet ad officium *Advocati*, cujus officium est stare, non sedere. *C. de postulando. l. quisquis. in fi.* Vel potest intelligi ut hæc dictio, *steterit*, importet actum continuatum in judicio ad enervandum sententiam priùs pro Matrimonio latam; & sic significat *Perseverantiam*, quod verius credo; nam pœna, quæ ipso Jure incurritur, ut hic, non committitur ex delicto inchoato non consummato, sicut notatur *de re judi. c. in pœnis. per Jo. in no. li. 6.* ibi omnino videas *pro argu.* & vide quod dicam *infra, ver. errorem & ver. ignorantiam.*

p *Hoc ipso.* Sc. quòd sic steterit contra sententiam pro Matrimonio latam: & ex ista litera apparet, quòd non requiritur in hoc casu sententia hominis, licèt ubi dubium forsan esset, quia sic Advocatus super hoc ad sui †executionem vellet contendere, declarari posset

† al. excusationem.

† al. finaliter. † al. instantia.

posset † sententialiter talem per annum esse privatum Officio Advocandi. Ad quod bene facit quod legitur & notatur in *c. quam sit. de elect. l. 6. & ibi per Fo. An. ver. hoc ipso, et concor. ibi Archi. in eo. ver.*

a *Per annum.* Sc. à tempore sententiæ latæ in illa † sententia in qua postulavit.

b *Advocatione.* i.e. Officio Advocandi. Simile habes *ff. de offi. præfecti urbi. in fi.*

c *Privatus existat.* scil. Ipso Jure absque facto hominis, salvâ declaratione in casu dubii. Pro quo vide qd scripsi *suprà de consti. c. quia incontinentia. ver. teneatur. omnino videas.* Sed quæro, nunquid talis sic ad tempus privatus officio Advocandi, sit solùm privatus illo Officio quoad Consistorium, sive ad Curiam Judicis, coram quo sic Advocavit; vel generaliter in quacunque Curia existente in Provincia condentis hanc Constitutionem? quòd locum habeat solùm in Curia ejus coram quo postulavit, videtur: nam cùm hæc sit Constitutio pœnalis, non specificans Curiam in qua talis non debet postulare, grave effet quod comprehenderet omnes Curias Provinciæ; cùm regulariter aliquis puniri debeat in loco illo, sive in Curia illa in qua deliquit. C. *ubi de crimine agi oportet. Authen. qua in Provincia.* Et in pœnalibus pœnæ potiùs sunt restringendæ quàm ampliandæ. *ff. de pœnis. l. interpretatione. & de re judi. c. in pœnis. li. 6.* Præterea cùm ista Constitutio in hoc casu sit obscura, minimum punibile, ut videtur, est sequendum. *Ar. c. in obscuris. de re judi. li. 6.* Nam etsi Constitutionis lator hanc pœnam ad totam Provinciam extendere voluisset, hoc expressisset. *extra. de deci. c. ad audientiam.* Nec verisimile est eum sensisse de alia Curia, quàm illa in qua cum solito juramento aliquis est admissus in Advocatum. *ar. C. de judi. l. rem non novam. §. Patroni autem causarum.* E contrà videtur, sc. quòd hæc pœna per totam Provinciam hujusmodi Advocatum ligabit: Nam hæc dictio, *Advocatione*, posita hic in Textu, ponitur indefinitè & generaliter; ergo & generaliter & universaliter debet intelligi, maximè cùm sit indefinita Constitutionis regulam tradere cupientis. *Ar. notatorum per Cardi. de elect. c. ut circa. li. 6. ver. Ecclesiasticorum.* Et quòd extendatur per totam Provinciam statuentis, optimè facit lex, *ex ea causa. ff. de postulan.* ubi dicitur, quòd interdictus per Præsidem postulare non rectè postulat in ea Provincia, qua fuit Præses, qui contra eum sententiam dixit, ibi videtur casus, & istud puto verum. Nam aliàs forsan sequeretur, quòd delictum hujusmodi Advocati remaneret impunitum, quod esse non debet. *ff. ad l. Aquil. Iste vulneratur.* Posset enim esse, quòd Judex, coram quo talis advocaret, esset Commissarius specialis & delegatus, qui nullam Curiam haberet, causâ coram eo ventilatâ finita; & sic hæc Constitutio foret in eo casu illusoria. Sed quæro, nunquid Advocatus hujusmodi, durante anno de quo hic dicitur, posset extra Judicium adire Judicem, non allegando, sed rogando per se vel amico suo? Dic quòd sic. Nam talis non dicitur Advocare: Et idem dico, si manens in domo sua det consilium parti. Notatur *de variis & extraor. cogni. l. 1. §. Advocatos. per Bart.* Advocare namq; est desiderium suum vel amici sui in judicio pandere. *ff. de postulan. l. 1. §. postulare.*

Quæstio. Quæstio. Advocare.

d *Nisi Judex.* Tertia pars; ubi excipit à præmissis.

e *Ipsa sententia.* sc. Definitiva lata pro Matrimonio, sive in prima instantia, sive in secunda. Si tamen intelligas de sententia lata in secunda instantia, oportet quòd intelligas de sententia primæ confirmatoria; nam si primam sententiam infirmaverit, excusabilis est Advocatus, qui contra eum steterit in secunda instantia; maximè si primam sententiam Judex invenerit nullam, vel aliàs ex eisdem actis annullandâ. Ad quorum majorem declarationem vide quæ notantur per *Spec. titu. de sententia. & his quæ ea sequuntur. §. juxta. & §. sequenti.* Ex finali namque conclusione apparet talem sententiam cum justitia fuisse. *Argu. ad hoc. C. de judic. l. rem non novam. in fine.* Exitus namque acta probant, ut ibi patet.

Error triplex.

f *Justum errorem. Bart. in l. Celsus. ff. de usuca.* tradit doctrinam de Errore injusto, justo, & justissimo; dicens, quòd Error Injustus est error Juris. *ut l. nunquam in principio. ff. de usuca. & l. si fur. §. 1.* Item Error Injustus est, qui consistit in facto proprio, nullo alio, cui aliquis crederet, suadente: utputà, puto me rem emisse, vel rem mihi donatam fuisse, cùm sic non fuerit. Sic stat *l. quinquam. ff. ad Velleia.* Error verò Justus potest consistere in facto proprio, advertario, vel alio, cui credere debeam, id suadente. Sic stat *l. 3. ff. pro suo. & ff. pro soluto. l. si existimas.* Error autem Justissimus est in facto alieno, ut in *l. quod vulgo. ff. pro empto. & pro suo. l. ulti.* Est etiam Error Justissimus ex evidentia rei, utputà in Pupillo qui est magnus, & ideo puto eum puberem cùm non sit. *ff. pro empore. l. 2. §. si à pupillo.* Item si ex fama publica seu opinione vicinæ inducitur Justissimus Error. *ut l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredi.* Et nota, quòd *errare*, est aliud pro alio putare; & differt ab Ignorantia, quia *ignorare* est de Jure vel facto, tali viz. quod quis teneatur scire. *& no per Archi. 38. di. c. quæritis. & 22. q. 2. c. in quibus.* Unde poterit esse, quòd Advocatus forsan ex certa relatione parentum alterius litigantium, unà cum fama publica vel opinione vicinæ verisimiliter putaverit inter eos, de quorum Matrimonio agitur, fore consanguinitatem vel affinitatem in gradu prohibito, aut aliud impedimentum perpetuum, cujus occasione non possit tenere sententia pro Matrimonio lata; cùm tamen re verâ nullum tale fuerit impedimentum. In hoc casu Justus Error, imò Justissimus, sufficit ad excusationem ipsius Advocati, dum tamen rei veritate cognitâ à patrocinando desistat, nam ad hoc tenetur, sicut patet C. *de judiciis. l. rem non novam. §. patroni autem causarum. & ff. de judiciis. l. desitisse. in fi.* Et in hoc casu, viz. quando Advocatus scit se fovere injustam causam, & non desistit, potest hæc Constitutio intelligi ut locum habeat in prima instantia: ad quod facit litera hic in Textu ibi, *nisi Judex cum in ipsa sententia* &c. quæ literà videtur sonare de sententia lata pro Matrimonio etiam in prima instantia: & hoc bene potest procedere, cùm Advocatus sit in dolo secundùm Jura prædicta, & quòd publica fama causet † ilium errorem, probatur per *l. miles. §. mulier. ff. de adul.* Et consimiliter facit relatio facta à fide dignis; ut *l. qui cum major. §. penul. & fi. ff. de bo. li.* & notatur *ff. ad l. Corneliam de falsis. l. Athletas. ver. 2.* notatur per *Bart. & ad Turpillia. l. 1. §. 1. versi. ultetu procedo. per eundem.*

† al. justum.

g *Probabilem ignorantiam.* Hanc oportet ut in facto consistat, quia ignorantia Juris non est probabilis: ut *no. per Fo. An. de postula. Prælato. c. unico. ver. probabiliter. li. 6.* & ad idem facit *glo. ejusdem de Consanguinitate & Affinitate. c. eos. ver. scienter. in Cle.* Et quòd probabilis ignorantia facti excusat, notat *Hostien. extra. de sagitta. c. unico. in fi.* qui ad hoc allegat *c. Apostolicæ. de Cleri. Excommuni. mi. ubi de hoc.* & notatur per *Accurs. in l. regula. ff. de juris & facti igno.* Et potest in casu nostro esse probabilis Ignorantia, si forsan in prima instantia ignoraverit veritatem facti, de quo adhibitâ omni diligentiâ non fuit, vel forsan fuit, tamen contra veritatem, informatus: & potest dici *probabilis ignorantia*, si Judex in secunda instantia confirmaverit sententiam primam, non ex eisdem actis, sed ex novo propositis & probatis coram eo. Poterit enim esse, quòd Judex primus sententiando pro Matrimonio malè pronunciaverit, & quòd ex eisdem actis sententia debuit infirmari, in quo casu excusabilis erit Advocatus, licèt steterit contra sententiam priùs latam pro Matrimonio. Unde si ex novis propositis in secunda instantia, secundùm ea quæ leguntur in *l. per hanc. C. de tempo. & repa. appellationum.* & non ex primis, confirmata fuerit, prima sententia, excusabilis erit Advocatus, cùm probabiliter potuerit hæc de novo proposita ignorare: ad quæ bene facit quod notatur *2. q. 6. omnimodo. per Archidi.*

Probabilis Ignorantia.

h *Expressè.* Ut scil. in ipsa sententia aliquid exprimatur, quod tendere debet in hujusmodi Advocati excusationem: & puto, quòd in hoc casu sufficiat, ut quovis modo de mente vel intentione Judicis constet, quod velit Advocatum in ea parte fore excusatum: sicut aliàs notatur *de rescriptis. c. duobus. per Fo. in no. li. 6.* ubi de hoc plenius videre poteris pro remissionibus & solutione contrariorum. Huic sententiæ concordat dictum *Bart. ff. de vul. & pupil. substi. l. 1. in prin ver. 2. principaliter.* ubi dicit, quòd *Expressum* dicitur tribus modis. Uno modo *Expressum* dicitur illud, quod in genere dicitur: ut *l. fi. in fi. cum ibi notatis. C. quod cum eo.* Secundò modo dicitur *Expressum* id, quod specialiter exprimitur: ut *ff ad l. Cor. de fal. l. 1. §. inter filium.* Tertio modo dicitur *Expressum* id, quod singulariter & proprio nomine exprimitur: ut *l. quod in rerum. §. fi. ff. de lega. 1.*

Expressum dicitur tripliciter.

Nemo sit Advocatus, priusquàm Jura per triennium audiverit.

Johannes Peccham.

i *Veloces ad audiendum, & infrà.* Nullus k de cætero l permittatur Ad-

i *Veloces ad audiendum, & infrà.* Ista Constitutio fuit fratris *Johannis Peccham*, Archiepiscopi *Cantuariensis*, edita apud *Lambeth*, & est Constitutio penultima, & continet tres partes. In prima ponitur exordium, quod continetur sub *decisa*, & sumptum fuit ex Epistola *Jacobi, c. 1.* In secunda ibi, *Nullus*, ponit suam Constitutionem. In tertia ibi, *Hujus autem*, priùs Ordinatorum disponit & statuit probationem.

Divisio.

k *De cætero.* Sic ergo, ut videtur, respicit futura tantùm, & præterita tolerat: *ut extra. de elect. c. avaritiæ. §. fi. li. 6.* quod dic ut notatur in Constitutione *Othonis. Ecclesias. ver. decætero. per Johan. de Athona.* & importat hæc dictio novi Juris decisionem, non autem antiqui declarationem; ut notatur *de elect. c. provida. eod. ver. per Cardi. & Fo. An. li. 6.* Et circa hoc vide notata *per Fo. An. in Proœmio Clemen. eod. ver. et ever. per Gesl. & Paulum.* Nec semper hæc dictio approbat ea quæ præcesserunt; ut notat *Wil. de pœni. & re. c. fi. eod. ver. in Clemen.*

l *Permittatur.* i. tolleretur, prout alleg. de hoc, & multiplici significa-

tione hujus dictionis, *permittere*, notatur 3. *dist. omnis autem lex. secundùm Jo.* Vel dic, *permittatur*, i.e. concedatur: sic aliàs exponitur, *de ætat. & qualit. canonic. per Cardi. & Archi. li. 6.*

a *Publicè*. i.e. Coram Judice: vel *publicè*, i.e. notoriè, vel palam. *de usuris. c. 1. ver. publicè per Archi. li. 6.* Publice namq; id fieri dicitur, quod omnibus patet. *ff. de suspectis tu. l. 1. §. consequens.* Sed in hoc casu puto *publicè* debere intelligi respectu non solùm Judicis, sed fori, seu Curiæ & multitudinis, ibi præsentium: prout aliàs notatur in *c. fi. de vi. & honest. Cle. ver. publicè, per Wil. in Cle.* Et sic *publicè* dicitur coram populo; vel *publicè*, i.e. communiter coram multis: ad quod vide notata in Constitutione *Othonis. licet. ver. publice. per Jo. de Athona.*

b *Prius*. Scil. antequam illud Officium exerceat.

c *Per triennium*. De Jure Civili limitatur quinquennium, ut patet in Procœmio *ff. §. sed quia solitū. & legitur et no. C. de Advocatis diver. judi. l. jubemus.* Nec video quid moveret statuentem ad limitationem minoris temporis, nisi intelligas hoc, ut scil. aliquis advocet in Curiis pedaneis & inferioribus, ubi non tractantur causæ graves, sed modici ponderis: in talibus namq; sufficere videtur quòd aliquis sit exercitatus in Causis, & habeat Practicam cum Speculativa per triennium, ut hic. Et facit ad hoc C. *de judiciis. l. certi juris.* In Curiis tamen majoribus, & in quibus tractantur arduæ causæ, opus est in Advocatis major scientia: ut *d. l. jubemus. cum concor.*

d *Audiverit*. Ut Discipulus sub Magistro sive Doctore; nec refert, ut videtur, an in studio generali, vel alibi audiverit; dum tamen ad sciendum suam diligentiam adhibuerit, quia hic loquitur generaliter absque specificatione loci. Sed contrarium puto, viz. qd debeat Jura audire sub Doctore, in loco ubi Jura hujusmodi publicè docentur. *Ar. l. nemini. circa medium. C. de Advoca. diver. judi. et in proœmio ff. hæc autem.*

e *Jus Canonicum*. i.e. Ab Ecclesia, seu viris Ecclesiasticis institutum. Et dicitur *Canonicum*, à *Canon*, quod est *regula*, eò quòd tanquam regula rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit: vel quia rectè regit, & normam rectè vivendi præbet, & id, quod distortum pravumque est, corrigit. *3. dist. c. Canon. et c. regula.*

f *Et Civile*. Cùm principalis intentio statuentis, ut apparet in integra sub parte decisa, versetur circa Advocatos in causis Ecclesiasticis, puto quòd sufficit ut talis audiverit Jus Civile, secundùm remissiones quæ ponuntur in Glossa Juris Canonici, & sine quibus Jura Canonica, præsertim in Judicialibus, non possunt bene intelligi nec sciri. Alioquin si studium suum divideret, nunc unum, nunc reliquum audiendo, non posset in scientia unius vel alterius proficere; quia dum ad utrumq; festinaverit, neutrum bene perageret. C. *de assess. l. nemo.* juxta illud,

Versus. *Qui binos lepores unâ sectabitur horâ,*
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

g *Diligentiâ*. Ad quam plura sunt necessaria, quæ tradit *Hosti.* in Proœmio *Summæ suæ*, sub his Versibus.

Versus. *Si quis fortè cupit Jurisconsultus haberi,*
Continuet studium, velit à quocunque doceri;
Invigilet, nec vincat eum tortura laboris,
Fortior insurgat cunctisque recentior horis.

h *Hujus autem*. Tertia pars.

i *Rei*. Sc. quòd per triennium sic audierit Jus Canonicum & Civile.

k *Fidem*. i.e. Probationem.

l *Testimonio*. sc. Per testimonium Doctoris, sub quo studuit. C. *de Advo. diver. judi. l. nemini. circa medium.* Potetit etiam in hoc casu sufficere Litera testimonialis Cancellarii Universitatis in qua studuit; vel poterit hoc probare per testes.

m *Facti evidentiam*. Quia positus ad examen, non est repertus habilis, nec in Jure peritus respectu temporis triennii.

n *Juramento*. Sic ergo sufficit ad effectum, quòd permittatur publicè postulare, deficiente condigno testimonio vel facti evidentiâ, si juret per triennium se audivisse Jus Canonicum & Civile cum debita diligentia. Sed quæro, quid operabitur præstatio hujus juramenti, cum per facti evidentiam appareat insufficiens? Dic quòd operabitur ad hoc, ut per illud probet se per triennium audivisse Jura, non tamen ad hoc quòd propterea Judex teneatur admittere eum ad Officium advocandi: nam licèt Judex, præstito hujusmodi juramento, possit eum admittere; non tamen ad hoc tenetur: quia non quicquid Judicis potestati committitur, Juris necessitati supponitur. *ff. de judiciis l. non quicquid.* Et in eventum quo debeat in Advocatum admitti, etiam debet præstare juramentum, ab Advocatis in sua admissione exigi consuetum; de quo legitur in Constitutione *Othoboni. laudabilem. & C. de judi. l. sem non novam. §. Patroni autem causarum.*

vocationis officium [a] publicè exercere, nisi [b] priùs ad minus [c] per triennium [d] audiverit Jus [e] Canonicum [f] & Civile cū debita [g] diligentia. [h] Hujus autem [i] rei [k] fidē, ubi nec de condigno apparet [l] testimonio, nec per [m] facti evidentiam, proprio faciat [n] juramento.

De Procuratoribus.

Nullus Officialis, aut minor Episcopo, Episcopi sigillum apponat Procuratorio, aut triennio suspendatur transgressus, & falsum procurans, ad Beneficia inhabilis quoque censeatur; & si jam inhabilis est, excommunicetur; irritis omnibus per ipsum actis, & damno partibus repenso.

Jo. Peccham.

[o] EXhorrenda, *& infrà*. Statuimus, ut [p] nullus Decanus, seu Archidiaconus, vel ejus [q] Officialis, vel Officialis Episcopi, [r] Sigillū suū alicui [s] Procuratorio apponat, nisi hoc ab eo [t] petatur [u] publicè in [x] judicio, vel [y] extra judicium, ubi is qui Procuratorē constituit, & quē [z] constet esse [a] verū Dominū, præsens [b] corporaliter hoc requirat, ut fraus quælibet excludatur. [c] Quicunq; verò Decanus, Archidiaconus, vel ejus Officialis, seu etiā Officialis Episcopi ex [d] certa malitia non uxoratos, qui procuraverint fictum vel falsum fieri Procuratorium. Secundo ibi, *quod si*, ponit pœnam si sit uxoratus. Tertio ibi, *Et id quod*, addit pœnam quoad nullitatem Processūs habiti vigore talis Procuratorii. Quarto ibi, *Procurator autem*, imponit pœnam ipsi Procuratori tale Procuratorium occupanti. Quinto ibi, *& hi*, limitat pœnam communiter contra omnes prædictos.

Divisio.

o *Exhorrenda*. Hæc fuit Constitutio fratris *Johannis Peccham* Archiepiscopi *Cantuariensis*, edita apud *Lambeth*, Anno Domini 1281. & est 15. in ordine; & habet duas partes principales, secunda ibi, *Quicunque etiam*. In prima facit duo: quia primo statuit, quid debeat servari circa Procuratoria alieno Sigillo sigillanda. Secundò ibi, *Quicunque verò*, ponit pœnam contrarium ex certa malitia facienti. In secunda parte facit quinque: quia primo ordinat pœnam contra Advocatos

p *Nullus Decanus*. Sive Ecclesiæ Cathedralis sive Collegiatæ, vel aliàs si sit Decanus ruralis; Nam & omnes hi Sigilla Authentica habere debent, prout legitur in Constitutione *Othonis. quoniam Tabellionum usus.*

q *Officialis Episcopi*. Qui etiam, sicut cæteri hic enumerati, Sigillum Authenticum habere debet. Et diligenter considera, quòd hæc Constitutio tantùm facit mentionem de quatuor personis, videlicet Decanis, Archidiaconis, Officialibus Archidiaconorum, & Officialibus Episcoporum: unde cùm hæc Constitutio sit pœnalis, alii, utpurà Abbates, necnon Commissarii generales, & hujusmodi etiam habentes Sigilla Authentica, non arctantur pœnâ hujusmodi Constitutionis; nam in pœnis non est arguendum ad similia. *de pœ. di. 1. §. pœnæ.* Nec debent pœnalia excedere casum suum, nisi esset omnimoda similitudò. Nam in hoc casu non dicitur fieri extensio pœnæ; prout notatur *de temp ordi. c. 1. ver. Italiæ. per Jo. An. li. 6.*

r *Sigillum suum*. Quod quale esse debet, & quomodo custodiri, & quibus Literis apponi, plenius videre poteris in dicta Constitutione *Othonis. quoniam Tabellionum usus.*

s *Procuratorio*. i.e. Mandato sive Literis, in quibus continetur potestas concessa alicui Procuratori.

t *Petatur*. sc. A constituente Procuratorem,

v *Publicè*. i.e. Palam, sic quòd non fiat in abscondito, forsan in aliquo angulo, vel aliàs clanculò.

x *In judicio*. i.e. Coram Judice in causis cognoscente.

y *Extra judicium*. Forsan in domo Sigillum apponentis, vel alio loco honesto.

z *Constet*. Supple ipsi qui apponet Sigillum suum.

a *Verum Dominum*. sc. Causæ, in qua constituitur Procurator.

b *Corporaliter*. i.e. In persona propria: & sic non sufficit ut hoc faciat per aliū, ut evitetur fraus, quæ posset fieri per suppositā personā.

c *Quicunque verò*. Secunda pars primæ partis.

d *Certa malitia*. Quia viz. apponens Sigillum scit eum, qui petit Sigillum apponi, non esse verum Dominum causæ, & dolosè hoc petere; vel si hoc ignoretur, non tamen facit suam diligentiam ut sciat, quia sic incidit in latam culpam, quæ dolo comparatur: ad quod vide quod scripsi *suprà. de sacra Unct. §. 1. ver. dolo. & glossa sequenti.* Et sic potest dici in casu isto certa malitia, quando ex proposito aliquid sic fit, quod includit dolum & falsitatem. *de renunc. c. cum illud. in fi. in constitutione Cle.* & facit *extra. de rescrip. c. super literis. §. 1. de præsump. c. 1. de appel. c. suggestum. §. ulti.* & sic exponitur per *Hostien. de causa poss. & propriet. c. pastoralis. §. ulti. in fi.* ibi, *malitia. i.e. dolo.* & notatur in Constitutione *Othonis. sacrorum Ordinum. ver. malitiam. per Jo. de Athona.* Si tamen Decanus, vel aliquis eorum, qui hic nominantur, figi laverit Procuratorium, absente eo qui constituit Procuratorem, & illud nullatenus per se petente, sed per alium, puta per filium, famulum, vel

Quæstio.

vel amicum, ſic tamen quòd poſſit verisimiliter conſtare apponenti *Sigillum* de voluntate conſtituentis, & quia nulla fraus interveniat; puto quòd talis etiam extra judicium apponens *Sigillum* ipſi Procuratorio, etiam in abſentia conſtituentis, & ipſo perſonaliter id nõ appetente, non incurrit pœnam hujus Conſtitutionis, quia hic ceſſat malitia, de qua hic loquitur: nam ad effectum ut incurrat pœnam, requiritur qd malitiosè hoc faciat, ut hic apparet.

a *Contrarium fecerit.* ſc. Procuratoriũ ſigillando aliter quàm hic ordinatur. Sed ecce dicitur hic, quòd nullus iſtorum hic enumeratorum apponat *Sigillum* ſuum, niſi ſecundùm modum hic limitatum. Quid ergo ſi alius *Sigillum* apponat? nunquid is, cujus eſt *Sigillum*, ex hoc incurrit hanc pœnam? Vidi enim in aliquibus locis, viz. in Diœceſi *Sarum*, quòd Decani rurales Sigilland per eos, ut communiter, expediunt per alios; utputà per Procuratores, qui aſſiduè vacant Conſiſtorio, quibus tradunt Sigilla ſua quaſi per totum tempus adminiſtrationis ſuæ. Sic etiam Officiales Archidiaconorum multoties Clericis Regiſtri ſui liberant ſua Sigilla cuſtodienda & gubernanda, ut faciliùs expedire poſſint circa eorum Officia exercenda & gubernanda quoad Sigillationem Literarum. Poſſet ergo dubitari in caſibus his, & ſimilibus, nunquid appoſitio *Sigilli* facta per illum, cujus cuſtodiæ & regimini eſt commiſſum, afficiat ipſum, cujus principaliter eſt *Sigillum*, pœnâ hic limitatâ in caſu quo conſtat, quòd ipſum *Sigillum* ex parte apponentis ſit appoſitum ex certa malitia? Omiſſis argumentis, mihi videtur in hoc caſu diſtinguendum aut is, cujus eſt *Sigillum*, mandat ipſum *Sigillum* apponi per alium, aut non mandat; ſi mandat, tunc aut ſcit fraudem interverire, vel non ſcit: *Si ſcit*, incurrit pœnam. *arg. l. 1. §. dejeciſſe. ff. de vi & vi ar. cum ſimilibus.* Si verò fraudis non ſit conſcius, ſed ſolùm ſic mandavit fieri; ſi illa ignorantia fuerit probabilis, & non affectata, quia adhibuit omnem diligentiam poſſibilem ad ſciendum, ſic quòd in illo nulla poterit reputari malitia ſive dolus, excuſatur; *ut ſuprà* dixi, *ſuper ver. malitia. in prin.* Si verò non adhibuit diligentiam ſuam, ſaltem ubi potuit & debuit, ſed ſine inveſtigatione aliqua mandavit *Sigillum* apponi; æſtimo quòd non ſit immunis ab hac pœna, quia dolo ſaltem præſumpto non caret; ut ibi patet per Remiſſiones: maximè cùm apponens fuit in vero dolo, eò quòd hoc malitiosè fecerit, ut *ſuprà* præſuppoſitum eſt, & diligenter haberet proſpicere, cui *Sigillum* ſuum traderet gubernandum; ut in Conſtitutione *Otho, quoniam Tabellionũ uſus. præal.* & in hoc caſu, cùm verſetur ipſius delictum circa hujuſmodi Conſtitutionis non obſervationem, videtur contemnere, & ſic per conſequens malitiosè agere. *Argu. notatorum per Archi. in c. cum plures. ver. malitiosè. de offi. delc. li. 6.* Si autem non mandavit *Sigillũ* apponi, nec illud fieri conſenſit, nec ratum habuit; ſed Cuſtos *Sigilli* abſque ipſius mandato, ſcientia, perſuaſione, conſenſu, rative habitione, cum ſuo nomine ageretur, illud appoſuit, non incidit in pœnam hic limitatam: quia ipſe hoc feciſſe non videtur, nec verè, nec interpretativè. Ad cujus materiæ declarationem clariorem, & ut ſcias quando ille, qui mandat aliquid fieri, ſecuto facto verè dicatur illud facere, vel interpretativè; nota, quòd quando aliquis mandat alteri aliquid facere, qd poſt ſuſceptum mandatum ille, cui mandatur, habet neceſſe facere neceſſitate civili, quia forſan obligatur ad hoc, eò quòd illud, quod mandatur, eſt honeſtum; vel ſi dominus mandat ſervo aliquid, quod non cadit in grave delictum; tunc ille verè facit cujus mandato fit: ratio eſt, quia inſtrumentum, quo mediatè agit, de neceſſitate ſaltem civili agit. *Sic ſtat l. pater. in ſt. ff. de no. vin. & quod quiſq; juris. l. 3. §. ſi Procurator.* Si tamen mandatum fuerit illicitum; tunc quia ille, per quem quis facit, non facit de neceſſitate naturæ, quia liberum arbitrium habet; nec de neceſſitate legali, quia rei turpis nullũ eſt mandatum; tunc ille, qui mandat, verè non facit, ſed interpretative. Ita loquitur *l. 1. §. dejeciſſe. ff. de vi & vi ar. & l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. credi. cum ſimilibus.* Sed prædicta videtur obſtare *c. mulieres. extra. de ſen. Excom. in fi.* ubi dicit, quòd ille verè committit, cujus authoritate & mandato aliquid factum eſt. Sed dic hoc fore verum quoad peccatum quod conſiſtit in animo, ſecus tamen quoad ipſum factum. *Sic no. ff. de injuri. l. ſed ſi unus. §. ſervus. ver. tamen modo. per Bart.* & vide circa hoc quod ſcripſi *ſuprà. de conſti. c. quia incontinentiæ. ver. vel e. rum officiales. ultra medium glo.*

An mandans aliquid fieri videatur illud feciſſe?

b *Ipſo facto.* Eſt ergo Conſtitutio hæc ſententiæ latæ.

c *Ab Officio & Beneficio.* Hic vide quod ſcripſi *ſuprà. de conſti. c. quia incontinentiæ. eo. ver.*

d *Quicunque etiam.* Secunda pars principalis.

e *Advocatus.* Cujus officium non eſt *Sigillum* apponere, ſed ſuo Clientulo in his, quæ ſunt Juris, conſulere, & ejus deſiderium in judicio proponere, & pro eo publicè poſtulare. *ff. de poſt. l. 1.* & dixi *ſuprà. de poſtulan. c. 1. ver. Advocatus.*

f *Fictum.* i. e. Simulatum ſive compoſitum, cùm verum non ſit; & ſic hoc quod hic dicitur *fictum*, idem importat quod *falſum*. Potes igitur intelligere id quod ſequitur, *vel falſum*, ut ly, *vel*, ponatur declarativè. Solet namque dici, quòd quando hæc dictio, *vel*, ponitur inter Synonyma, non ſapit incertitudinem, neque alternationem, ſed declarationem, vel ampliationem: nam tunc ponitur pro, *ſeu. no. per Doct. de teſta. c. Raynucius. ver. coram quo.* ibi, *fideicommiſſi vel ſubſtitutionis.* &c. & *ibi no. per Jo. An. ſuper ver. vel ſubſtitutionis.*

Quæſtio.

Falſum, & Fictum differunt.

g *Vel falſum.* Pro eodem ſupponit ut ſcil. intelligatur falſo modo fictum. Ad quod vide *no. in glo. præcedenti.* Poterit tamen inter prædicta aliqua dari differentia: ut ſcil. *fictum* dicatur Procuratorium, quando intervenit perſona ficta ſive ſimulata ad conſtituendum Procuratorem, ac ſi eſſet verus Dominus. *Falſum* verò eſt, quando omnino non apparet aliquis conſtituens, ſed eſt ex mera falſitate compoſitum ſive fabricatum.

h *Procuraverit.* non dicit, fecerit; ſed ponit id quod minus eſt, ut ſi ad hoc perſuaſerit, vel alias conſilium dederit, vel ſollicitaverit, & intellige cum effectu. Nam ſi effectus non fuerit ſecutus, non incurreret hanc pœnam; quia ubi pœna incurritur ipſo Jure, non incurritur ex delicto inchoato non conſummato, ut alias dixi *ſuprà. de poſtulando. c. 1. ver. ſi ceterit.*

i *Suſpenſus ſit.* Non ipſo facto, ſed expectatâ ſententiâ, ut videtur primâ facie, quia non addit *ipſo facto*: ſunt namque hæc verba, *ſuſpenſus ſit*, habentia intellectum dubium, & ideo debet fieri interpretatio in benigniorem partem. *ut no. Jo. An. de hæreti. c. 2. ver. innodetur. li. 6.* & ad hoc facit *l. jubemus. §. ſanè. C. de Sacroſanc. Eccle. & l. in criminali. C. de. juriſdi. om. Judi. ubi de hoc per Cy. ver. 2. quæritur.* & hic vide ea quæ ſcripſi *ſuprà. de conſtitu. c. 1. ver. teneatur.* Sed contrà videtur; nam *ſuprà* ſtatuit apponenti *Sigillum* ex malitia, pœnam Suſpenſionis per triennium ipſo facto; & *infrà*, apponendo pœnam Advocato uxorato, etiam ſtatuit pœnam Excommunicationis ipſo facto. Videtur ergo tam ex effectu Clauſulæ præcedentis, quàm ſubſequentis, quòd hæc pœna debet etiam intelligi impoſita ipſo facto; ut videlicet hæc adjectio, *ipſo facto*, quæ ſequitur, tanquam ſuſpenſiva, ſic intelligatur, ut non ſolùm determinet pœnam limitatam Advocato conjugato, ſeu bigamo, quæ eſt Excommunicatio; ſed etiam pœnam limitatam Advocato non conjugato, nec bigamo, quæ eſt Suſpenſionis ab officio Advocandi per triennium, & inhabilitationis per idem tempus ad Beneficia Eccleſiaſtica. Et iſtum intellectum puto veriorem. *Ar. eorum quæ leguntur & no. ff. de lega. 1. l. talis ſcriptura. §. ſi. extra. de appella. c. 2. requiris. & c. antepenul.*

k *Inhabilis.* Sic intelligas ipſo facto, ut dixi Gloſſa præcedenti: & de ſimili pœna habes in *Extravaganti Jo. 22. execrabilis. §. ſtatuimus. & de pœnis. c. 1. de vi. & bo. Cle. c. 2. & de ſtatu Regu. c. nè in agro. ver. quod ſi nullam. in Cle.* Et hanc pœnam inhabilitationis imponere poſſunt Legatus de latere & etiam Epiſcopus tam Clerico quàm Laico, ſecundùm *Wil. in Specu. ti. 2. §. ſupereſt. ver. ſed nunquid poteſt. & nota. d. c. 2. de vi. & bone. Cle. ver. inhabilis. per Geſſ. & Pau.*

l *Beneficium Eccleſiaſticum.* Quodcunque ſupple; tale videlicet, quod Inſtitutionem Canonicam requirit, vel Titulum Canonicum ſive Beneficialem, etiamſi Præſtimonia vel Penſio ſit, prout notare videtur *Jo. An. d. c. 2. de vi. & honeſt. Cleri. in Cle. ver. quodcunque Beneficium.* & ad hoc vide quod *no. de Præben. c. ſi motu proprio. li. 6. per Archi.*

m *Obtinendum.* Etiam per viam permutationis ſi aliud prius obtinuit; nam de obtentis pœna hæc locum non habet: ſic ſentit *Paulus* in ſimili *de pœnit. c. 1. ver. obtinendum. in Clemen.* Sed nunquid talis interim poſſit eligi ad Epiſcopatum? Videtur quòd ſic: quia nomine *Beneficiorum* non comprehenditur Epiſcopatus. *Extra. de conceſſ. Præben. dilectus.* Eſt enim culmen Dignitatum. *de Præben. venerabili. & c. cum olim.* Contrarium puto; quia ſi indignus eſt minori, fortiùs majori. *de elect. cum in cunctis. & facit quod no. eod. tit. ſcriptum. 12. diſt. nos conſuetudinem. diſtinct. Presby. c. 1. li. 6. & no. de ſtatu. Regula. c. nè in agro. ver. quod ſi nullam. ver. Eccleſiaſticum. per Pau. in Clemen.* Sed quid ſi talis inhabilitatus interim de facto recipiat Beneficium Eccleſiaſticum, an ex hoc ſit irregularis? Dic quòd non; cùm nec tales etiam Divina celebrantes forent irregulares. *notat Inno. de renunci. c. niſi cum pridem. circa fi.* Et quia Jure cautum non reperitur. *Ar. ad hoc. de ſenten. Excommuni. c. is qui. li. 6. hoc no. Geſſ. Wil. & Paulus in d. Cle. 2. de vi. & bone. Cleri.* Tenentur tamen ad reſtitutionem fructuum receptorum, ſecundùm *Paulum.*

Quæſtio.

Quæſtio.

n *Quòd ſi ſit.* Secundum dictum ſecundæ partis.

o *Uxoratus.* Quo caſu de Jure non poteſt habere Beneficium Eccleſiaſticum. *Extra. de Cle. conjug. c. 1. & c. quod à te.* Et ſic pœna inhabilitationis in eo locum habere non poteſt, ſtante conjugio inter eum & uxorem ſuam.

a *Biganus.*

a *Bigamus.* Qui etiam Beneficium Ecclesiasticum obtinere non potest, cùm nec ad Ordines promoveri possit. *Extra. de Bigamis. per totum.* ad quod vide quæ scripsi *supra. de temp. ordi. c. in primis. ver. bigamos.*

b *Excommunicationi.* sc. Majori. Nam Excommunicatio simpliciter prolata, intelligitur de majori. *Extra. de sen. Excom. c. si quem. 11. q. 3. debent. per Fo.*

c *Ipso facto.* Hæc adjectio potest determinare omnia præcedentia ab illo *vers. Quicunque etiam*: ut viz. Advocatus, sive conjugatus, sive non conjugatus, faciens contra istam Constitutionem, ipso facto hanc pœnam incurrat: & de hoc *supra* dixi *eod. ver. suspensus sit. in fi. ibi videas.*

d *Et id quod.* Tertium dictum secundæ partis.

e *Actum fuerit.* Sive verbo, sive re. *ff. de verb. sig. l. Labeo.* Et istud intellige quoad ea quæ propriè respiciunt factum, ut sunt Confessiones, Attestationes, & cætera hujusmodi.

f *Vel procuratum.* Hoc intellige circa ea quæ concernunt judiciũ, ut sunt Citationes, Satisdationes, & alia hujusmodi. Huic Glossæ & præcedenti *concor. no. per Fo. An. de verb. sig. c. sæpe. ver. defensiones legitimæ. in Cle.* qui remittit super hoc ad *10. per Inno. & Hostien. extra. de testi. c. causam quæ. & in idem concor. Archid. de electio. c. indemnitatibus. ver. figura. li. 6.*

g *Pro infecto. concor. C. de legi. l. non dubium.* Et intellige *pro infecto*, viz. quoad commodum facientis, vel aliàs ejus pro cujus utilitate sic factum est: ut scil. nec unus nec alius commodum inde consequatur. Habebitur tamen *pro facto* quoad commodum ipsius, vel cujuscunque alterius in ea parte culpabilis, sive delinquentis, aut commodum habituri. ut viz. ratione talis facti puniatur. Pro qua materia vide quæ alias scripsi *supra. de consue. c. nullus Rector. ver. non præsumat. in fi.*

h *Reputetur.* i. e. Censeatur sive habeatur, supple coram quocunque Judice, talis falsitatis notitiam habente. *Sed quæro,* quid si is, cujus nomine talis falsus Procurator intervenit, sciens causam nomine suo agi tacet, & sic tacitè patitur causam agi ad finem; vel eâ finitâ ratum habet id quod nomine suo factum & procuratum est; an tunc teneat sic actum vel procuratum? dic in primo casu, scil. ubi scit & tacet, quod sit sibi præjudicium: nam ex voluntate sua talis videtur agere. Unde cùm posset prohibere, & non prohibet, sibi præjudicat. *Ar. ad hoc. ff. de re judi. l. sæpe.* & facit quod *no. extra. de testi. c. veniens. le. 2. glo. sed quare.* Debuit namque ipse, cujus nomine sic agebatur, protestari, quòd factum talis ficti vel falsi Procuratoris sibi displicebat. C. *de filio famil. & quemadmodum pater pro his teneatur. l. 2. li. 10. & sic no. de procur. c. qui ad agendum. ver. admitti non debet. prope fi. glo. per Archi. li. 6.* Et idem dicit *Archi.* si expressè ratificet factum sive procuratum per talem Procuratorem. Allegantur etiam notata *de arbitris. c. per tuas. in glo. penul.* Et in præmissis *concor. Fo. An. in no. d. c. qui ad agendum. ver. non debet.* & sic respondetur ad utrumque quæsitum: & ad istud ultimum faciunt ea quæ leguntur & *no. ff. de judi. l. licet. Anthonius de Butrio. de rescrip.* ex parte Decani circa hoc dubium, scil. uunquid sciens causam nomine suo agi, & tacens videatur ratum habere? dicit sic, aut agens est aliàs procurator in veritate in illa causa, tamen non habet mandatum; & tunc Domino sciente & non contradicente, valet quod agitur. *de offi. deleg. cum olim.* 1. Si autem agens in veritate sit Procurator in eadem causa, sed tempore quo gerit est revocatum ejus mandatum; tunc si Dominus expresè dicit se ratum non habere, non valet quod agitur: si Dominus nihil dixit, tunc valet qd agitur. Et sic stat dictum *Inno. in c. ex parte Decani. de rescrip. & Archi. d. c. qui ad agendum. de procur. li. 6.* Et ratio est propter bonum initium. *Ar. eorum quæ notat Inno. de rescrip. c. super literis.* Si autem nullum mandatũ habet, nec unquam habuit, tunc aut illa, quæ agit, tendunt ad commodũ Domini; & verũ est quòd tacendo videtur ratificare. Et hoc modo procedit dictũ *Dominorum de Rota in conclusione. 63. & 64.* ubi dicunt, quòd si me tacente & præsente, aliquis appellat à sententia contra me latâ, ipsa Appellatio me defendit. Si autẽ tendant ad incommodũ Domini, tunc nullo modo præjudicant: & ita stat dictũ *in no. in c. quamvis. de re judi.* Et hæc sunt vera in extraneo. In conjuncta autem persona *Cy. in l. mandatum. C. mandati.* dicit, quòd tacendo videtur Dominus consentire. *Ad. e. notata ff. solu. ma. l. quæ dotis.* & ibi plus dicit, quòd si agens nomine alterius esset valde amicus, idem esset, quia talis censetur persona conjuncta. In hoc tamen puncto dicit *Anthonius*, quòd non placet sibi illud quod dicit de amico, quia Jura loquentia de conjuncta persona, loquuntur de conjuncto sanguine, nõ amicitia, juxta notata *in c. nonnulli. de rescrip.* Et prædicta intellige vera, quando est certum quòd non habet mandatum; sed quando est dubium an habeat mandatum, tunc si agit, & Dominus scit & tacet, præsumitur habere mandatum: & ita procedit dictum *Inno. c. cum in jure. de offi. dele.* Et in hanc sententiam *concor. Dominicus de sancto Geminiano. d. c. qui ad agendum. § 1. li. 6.*

i *Procurator autem.* Quartum dictum secundæ partis.

Quæstio.

Distinctio.

a Bigamus, b Excõmunicationi subjaceat c ipso facto. Et id d qd per talẽ fictũ vel falsum Procurato. em e actum fuerit f vel procuratum, modis omnibus pro g infecto penitus h reputetur. i Procurator autẽ ipse totius falsitatis k intentator ab omni l actu legitimo m pe petuò n repellatur. o Et hi p omnes

k *Intentator. i. e.* Factor, sive operator.

l *Actu legitimo.* Actus legitimi sunt, qui quacunque Juris scripti parte sunt inventi; ut *no. per Dy. in regula Juris. actus legitimi. in prin. li. 6.* qui ponit exemplum in Electionibus, Postulationibus, & aliis, quæ ibi videre poteris; sed meliùs per *Roff. in libellis Juris titulo, de Actione confessoria.* Et valdè gravis est pœna ista: nam quasi omnia à Jure scripto introducta dicuntur Actus Legitimi. Sunt enim Actus legitimi, Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Societas, Mutuum, Depositum, & alii quamplures, sine quibus vix potest consistere vita hominis. Æquivalet igitur Excommunicationi, quæ separat à communione hominum, & participatione Sacramentorum; imò, ut videtur, pœna ista major est Excommunicatione; quia Excommunicato licet in pluribus actus legitimos exercere; potest enim Excommunicatus ad sui defensionem appellare, & cætera in judicio facere & exercere, quæ ad ejus defensionem pertinent; prout legitur *& no. de excep. cum inter. glo. 1. & penul. & c. dilecti. & c. significaverunt. cum glo. & c. fi.* Potest etiam Matrimonium contrahere; ut *no. Fo. 25. di. illud. qui ad hoc alleg. c. significâsti. in fi. extra. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul.* Potest etiam testari, ut per plura argumenta recitat *Fo. in no. de sen. Excom. c. decernimus. li. 6.* Potest etiam plura facere, quæ ibi recitantur per eundem. Si ergo eadem non possit facere is, cui interdicuntur Actus Legitimi, satis apparet hanc pœnam Excommunicatione fore majorem; cùm tamen Excommunicatio dicatur major pœna, quæ sit in Ecclesia Dei; Dic quòd Excommunicatio est major pœna Ecclesiastica consideratione animæ, quam ligat: *24. q. 3. certum est.* & quæ est dignior corpore. Aliæ tamen sunt majores aliis respectibus: vel dic, illud quod hic dicitur de actibus Legitimis, debet intelligi de Judicialibus, à quibus talis est merito repellendus, cùm circa Judicialia delinquit: justum est namque ut pœna sit conformis delicto. *94. di. si quis.* Vel potest intelligi de Judicialibus & Extrajudicialibus: & hoc videtur innuere Textus, dum dicit, *omni actu legitimo.* Et tunc intellige de omni tali actu, qui posset tendere ad ejus honorem, commodum, seu utilitatem. Secus tamen si tenderet ad ipsius incommodum, prout aliàs dici solet de Excommunicato. *& no. in c. pia. de excep. super glo. Fo.* quæ incipit, *Olim erat. per Fo. in no. li. 6.*

Actus legitimi.

m *Perpetuò.* Licèt hoc non fuisset expressum, tamen subintelligitur, quando pœna imponitur propter delictum, & tempus non adjicitur. *51. di. c. 1. & extra. de consti. c. ex literis.* Et hoc verum, sive pœna imponatur pro delicto simpliciter, sive pro causato à contumacia. *11. q. 1. rursus. & c. quicunque. de æta. & quali. cum bonæ. de hæreti. cum contumacia. li. 6.* Secus si pœna imponatur pro contumacia tantùm; *ut no. Innocen. & Hostien. & Compost. in d. c. ex literis. & de hoc ff. de post. l. puto §. 1. & C. cad. tit. l. 1.* & de isto sic notatur *de rebus Eccle. non alienan. c. 1. ver. pœnam suspensionis. per Pau. in Clem.* qui dicit, hoc maximè verum, quando delictum est tale, quod perpetuam pœnam posset requirere: allegat ad hoc *12. q. 2. Apostolicos. & c. monemus.* In hoc passu *Anthonius dicto c. ex literis.* dicit, quòd ubi causa exigit pœnam perpetuam, tunc pœna erit perpetua; si tantùm exigat pœnam temporalem, tunc erit temporalis. *ff. de suspect. tu. l. hæc enim.* In dubio verò, si pœna infligatur pro delicto, tunc si pœna est momentanea, intelligitur perpetua; si successiva, ut est privatio Officii vel Artis, tunc ubi profertur cum causæ cognitione, intelligitur perpetua; si sine causæ cognitione, intelligitur temporalis: ut notatur in *l. fina. ff. de pœ. & per Innocen. de offi. deleg. c. fi. & de æta. & quali. cum bonæ* Hoc tamen fallit in sententiis, quæ injecto vinculo exigunt absolutionem, ut in Suspensione & Excommunicatione; quia intelliguntur, donec absolvantur, ut dicit *Inno. dicto c. cum bonæ.* Quandoque pœna imponitur pro contumacia: & tunc, si contumacia transit in specificum aliud delictum, pœna intelligitur perpetua. *de Cleri. non resi. ex tuæ.* Si non transit in specificum delictum, sed stat in suo genere contumaciæ, tunc pœna intelligitur temporalis: ut *d. c. ex literis.* Si autem sit dubium an pro contumacia, an pro delicto imponatur; & tunc pœna debet præsumi temporalis, ut sit propter contumaciam imposita: quia in dubio debet in pœnis fieri interpretatio in benigniorem partem; ut in *re. in pœnis. de re. ju. li. 6.*

n *Repellatur.* Scil. per exceptionem, sicut aliàs solet dici de Excommunicato. *de exceptio. c. pia. in princi.* Et nihilominus repelli potest ex officio Judicis, etiamsi reus non excipiat, ut legitur *de Excommunicato. d. c. pia. in fi.*

o *Et hi.* Quintum dictum secundæ partis.

p *Omnes.* Sc. tam Decanus, Archidiaconus, seu ejus Officialis, seu aliàs Officialis Episcopi tale falsum Procuratorium sigillans, quàm Advocatus illud fieri procurans, ac etiam Procuratorium ipsum occupans: & hoc intelligitur, ubi omnes sunt in dolo. Et vide quæ dicam *infrà. glosa ultima.*

a *Nihil.*

a *Nihilominus.* l. e. Sine dubio non minus. Sic exponitur per *Archi. de sentent. & re judic. cum alioqui. ver. nihilominus. li. 6.* ubi ponit *concor.* & est sensus, quòd stantibus pœnis prædictis, nihilominus debet etiam restituere damna & interesse partilæsæ.

b *Super hoc.* sc. Quòd per eorum malitiam, fallitatem, sive dolum, ratione talis ficti vel falsi Procuratorii Pars læsa sive damnificata sit.

c *Convinci valeant.* Sic igitur requiritur causæ cognitio, & sufficit eos convinci per confessionem propriam, vel per testes, aut alias probationes legitimas; videlicet per facti evidentiam, vel per præsumptionem violentam. *Ar. ad hoc in his quæ leguntur & no. de restitu. spol. c. cum ad sedem. ver. nos prioris. cum glossa ibidem.*

d *Parti læsæ.* Sive fuit Actrix, sive Rea. *Sed* quomodo poterit Pars dici læsa, cùm Processus non teneat? ut suprà patet *ver. & id quod per talem.* Dic antequam cognoscatur veritas, & eruatur falsitas, oportebit forsan expendere & exponere multa: & potest hæc Læsio consistere non solùm in bonis, sed etiam in fama, statu, & honore ipsius partis.

e *Interesse.* Hanc materiam, sc. *interesse*, plenius videre poteris tractari per *Cy. de sen. quæ pro eo quod interest. l. cum super eo. quasi per duo folia.* Unum tamen nota, quòd Probatio hujus Interesse potest fieri in hoc casu per juramentum ipsius læsi: sic sentit *Ber. extra. quod me. cau. c. ulti.* Et est ratio, quia insurgit illud Interesse ex maleficio; secus esset, si insurgeret ex contractu, ut ibi *no. ad hoc facit. 3. q. 3. §. si. ubi de hoc per Jo. & concor. Hosti. d. c. ulti. ver. Sacram.* Sed tu circa hoc plenius dic, ut *no. in d. l. cum super eo. ver. quinto loco. per Cy.* Ad præmissa vide *nota. per Inno. & Hosti. de sen. Excom. c. sacro. & per Card. Archi. & Jo. in no. de sen. Excom. c. cum medicinalis. ver. interesse. li. 6.*

f *Damna omnia.* Sc. tam intrinseca quàm extrinseca; cùm hæc damna insurgant ex delicto. *Ar. ad hoc. ff. de fur. l. si quis uxori. al. l. si pecuniæ. §. si servus.* Sic etiam *no. alias in constitutione Othonis. ad eliden dum. ver. resarciendum. per Jo. de Athona.* qui dicit, quòd *damnum* generaliter continet omne illud quod est diminutio Patrimonii. *ut no. de offi. ordi. c. si Canonici. li. 6.* Et sic sub *damno* continentur Expensæ, licet alias quandoque ponantur ut diversa; *extra. de injur. c. in nostra. ubi de hoc per Bern. & alios Doctos.* Huic tamen dicto *Jo. de Athona*, videlicet quòd venirent etiam damna extra rem, quæ dicuntur extrinseca, contradicere videtur *Hosti. in d. c. in nostra. & in Specu. ti. de fruct. & interesse. §. viso. ver. in summa.* Sed intellige *Hosti.* & *Specu.* ut loquantur in Contractibus vel quasi, & non est contrarietas: nam cum dicto *Jo.* concordat *Cy. Pe.* & alii: ut plenius patet *C. de sentent. quæ pro eo quod interest. l. unica. vers. Est secunda divisio*; ubi ponuntur aliæ distinctiones circa hanc materiam, quarum una est talis; ubi quis facit quòd facere non debuit, tunc venit omne damnum extrinsecum. *ff. de fur. l. inficiando. de in litem juran. l. nummis.* Secus tamen est, quando non est factum quod fieri debuit. *ff. de ac. emp. l. si sterilis. §. cum per venditorem.* Et hæc distinctio incidit in eam quæ distinguit inter damna obvenientia ex delicto, & ea quæ obveniunt ex contractu.

Quid continentur appellatione Damni.

g *Teneantur.* sc. Per sententiam. Et hoc patet ex eo quod *suprà* dixi *si convinci &c.* Et vide quod *suprà* scripsi *de consti. c. 1. ver. teneatur.*

Quæstio. Sed quæro: supradictum est quòd omnes hi, videlicet tam sigillans quàm procurans, & etiam occupans falsum Procuratorium, tenentur ad damna & interesse Partis læsæ; nunquid igitur eorum singuli tenebuntur; vel aliàs, uno solvente cæteri liberantur? Potest dici, quòd cùm hic solùm agatur de interesse sive damno, non autem ad pœnam, uno solvente aliì liberabuntur. Secus esset si ageretur ad pœnam; quia tunc pœna unius non liberaret alium. *Sic no. 12. q. 2. monemus. per Jo. & Arct. et extra. de his quæ vi metusve causâ. c. 2. in glossa. et ff. de Jurisdi. om. ju. l. adeo. per Accur. et nota illam glossam.* Circa hanc materiam adverte; aut quæris, nunquid ubi plures delinquunt, uno convento cæteri liberentur, an uno solvente cæteri liberentur? Et dic, ubi illud, ad quod agitur, est pœna ex parte Rei, est tamen interesse ex parte Agentis, prout est in casu hujus Constitutionis; tunc si omnes deliquerunt communicato consilio, unius conventio liberat alios, secundùm *Dy.* qui sic notat. *ff. quod vi aut clam. l. semper. §. si in sepulchro.* Hoc verum intelligas secundùm *Jac. de Are.* scil. quòd unius conventio alios liberat de rigore. *ut d. l. semper. §. si in sepulchro.* Sed de æquitate non liberantur conventione, sed perceptione. *Ar. l. sicx duobus. §. 1. ff. de pecul. et l. perceptione. ff. de his qui deje. vel effu.* Si verò deliquerunt quilibet proprio animo; tunc aut concurrerunt in idem tempus sic delinquendo, & unius conventio liberat alios perceptione secuta. *ut l. 1. §. penul. ff. de his qui deje. vel effu. & l. 1. §. 1. et pe. ff. de eo per quem factum est.* Si verò diversis temporibus; tunc uno solvente alter non liberatur. *ut l. qui re. §. 1. ff. de fur.* Hanc Theoricam ponit *Bart. in dicta l. semper. §. si in sepulchro.* ubi potes videre quid dicendum est, si pœna vertatur tam ex parte Agentis quàm conventi. Quam materiam de præsenti omitto, quia forsan eam alibi magis ad libitum tractabo.

An uno solvente cæteri liberentur?

Explicit Liber Primus.

LIBER SECUNDUS.

Tit. I.

De Judiciis.

Causæ Matrimonialis Examinatio, non ad Decanos rurales, sed ad discretos viros spectabit.

Stephanus, *in Concilio Oxon.*

[1] IN causis, [i] *& infra.* Statuimus, ut [k] Decani rurales [l] nullam causam Matrimonialè de cætero [m] audire præsumant, nè Decani rurales præsumant audire causas Matrimoniales. In secunda ibi, *Sed earum*, statuitur, quibus examinatio earum debet committi. In tertia ibi, *Quibus &c.* statuitur quid fieri debeat, quoad pronunciationem in eisdem causis.

Divisio.

i *Et infra.* Hic decliditur, quomodo in causis Matrimonialibus discretio est necessaria; & ideo periculosum est eas à simplicibus tractari, & propterea statuit ut sequitur.

k *Decani rurales.* De his legitur *de Offi. Archi. ad hæc in fi.* ubi dicit *Inno.* quòd sunt personæ habentes quædam Officia communiter spectantia ad Episcopum & Archidiaconum: & ideo communiter eorum receptio & amotio pertinet ad utrumque, ut ibi dicitur in Textu; & eorum officium est temporale, & non perpetuum. *Jo. An. in addi.* aliter intelligit, quòd Decani dicuntur Archipresbyteri, tales videlicet qui perpetui sunt, & non amoventur sine causa; & alios vocat Testes Synodales; de quibus habetur *de testi. cog. præterea. 35. q. 6. Episcopus in Synodo. §. Idem tamen Jo. An. in no. super eod. tit. ad hæc concor. cum Inno. & Ber.* Nam aliud dictum ejusdem *Jo.* habet locum in Decanis perpetuis, prout sunt Decani Ecclesiarum Cathedralium, & Ecclesiarum Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, quibus perpetuò intitulantur. Unde pro hujus materiæ intellectu notabis, quòd Jura canunt de Decano multipliciter: Est enim *Decanus* sic dictus, quia præest decem militibus. *C. de Decanis. li. 12. per totum. & ibi nota. super Rubrica.* Est etiam Decanus ruralis, ut prædixi, de quo cavetur *extra. de censi. c. cum Apostolus. in Constitutione Othonis. quod in quodam. & in Constitutione quoniam Tabellionum usu.* Est etiam Decanus Ecclesiæ Cathedralis vel Collegiatæ, de quo legitur *extra. de app. c. dilectus filius. de rescrip. cum te. de senten. Excom. dilecto. li. 6. 60. di. c. 1. & 2. cum similibus.* De Decano ultimo modo sumpto non loquitur hæc Constitutio, nec de Decano primo modo sumpto, sed de Decano sumpto secundo modo; & de istis Decanis satis constat quasi per totum Regnum *Angliæ*: & circa hos Decanos vide quod scripsi *supra. de consti. c. 1. ver. Decanos rurales.*

Decanus.

l *Nullam causam Matrimonialem.* Sc. nec ad Matrimonium conjungendum, nec ad Matrimonium disjungendum; quia utrobique agitur de fœdere Matrimonii, & ejus viribus. *Extra. de consangui. & affi. c. 1.* & per consequens non possunt audire causas incidentes, nec etiam accessorias. *Extra. de dona. inter virum & uxo. c. de prudentia.* Nam prohibito Principali prohibetur & Accessorium; sicut perempto Principali perimitur & Accessorium. *ff. de pecul. leg. l. 1. & 2. & faciunt no. per doct. de re. ju. c. accessorium. li. 6. & multum bene de consti. c. nam concupiscentiam.*

m *Audire præsumant.* Sc. cognitionaliter; & per consequens nec decidere: magis namque est causam decidere, quàm audire seu examinare: unde si prohibetur quod est minus, multò fortius quod est majus. *Extra. de elect. c. cum in cunctis. cum concor. ibi positis. et extra de offi. dele. super quæstionum. §. intentionis.* & ad hoc facit quod legitur in *constitutione Othonis. cum non solum. prope fi.* Et intelligo id quod hic dicitur, *audire non præsumant*, scilicet ratione Officii sui, vel prætextu alicujus Consuetudinis; nam cùm tales Decani rurales non sint perpetui, & quicquid faciunt, non suo sed alieno nomine faciunt; etiam ratione Consuetudinis præscribere non possunt. *Extra. de consuetudine. c. ultimo. et C. de præscrip. 30. anno. l. malè agitur.* Imò nec illis, qui eos constituerint, hanc potestatem acquirunt, cùm illi hoc non intendant. *Extra. de offi. dele. cum super. C. si quis sibi vel alteri. l. multum interest.* & notatur dicta *Constitutione. cum non solum. ver. si qui. per Jo. de Athe.* Alia ratio hujus Constitutionis potuit esse, qui, ut communiter, tales Decani rurales sunt imperiti, & Juris ignari; ut notatur etiam per *Jo. de Athona*, in eadem Glossa. An autem ex Commissione speciali forsan hoc poterunt, vide quod dicam *infra. ver. viris discretis.*

a *Sed*

a *Sed earum.* Secunda pars.

b *Examinatio.* Quæ conſiſtere debet in audiendo Jura & Allegationes Partium, ac ea quæ in facto conſiſtunt, una cum Probationibus in ea parte recipiendis, citra tamen cauſæ deciſionem: ad quod facit *in ar.* quod legitur in Conſtitutione *Othonis. cum non ſolum.* §. *ſi qui vero.* Et ſic ſentire videtur mā[t];[a] ſed earū [b]examinatio nō *Fo. de Athona. c. Conſtitutione. ver. tractandæ.* Vel poteſt exponi *Examinatio*, i. e. Judicium, ſicut dici ſolet de hac dictione, *Examen*, ut *no. de. ap. c. 1. ver. Examen. per Arch. li. 6.* cùm regulariter ſit verum, quòd de qua re Judex cognoſcit, de eadem pronunciare debet. *ff. de judi. l. de qua re.* Ut ſic *Examinatio* idem intelligatur quòd æqualis Judicatio, Diſcuſſio, vel diligens Inveſtigatio. Sed ad mentem Statuentis puto, quòd primus intellectus ſit verior: pro quo vide quod dicam *infrà gloſa ulti.*

c *Viris diſcretis.* Hic nota, quòd *Diſcretio* idem eſt quòd Diviſio, Scientia, Diſcuſſio, vel quæcumlibet rerum conſideratio ad quòd tendat, ſecundùm *Fanuen.* & dicitur *Diſcretio* omnium Virtutum eſſe mater. *extra. de offi. cuſto. c. 1.* Et hæc Diſcretio conſiderari debet in hac materia, maximè ut is, cui talis cauſa committitur, ſciat diſcernere circa ea quæ in talibus cauſis à parte Juris Canonici ſunt ponderanda. *Extra. de conſang. & affi. c. 1. in fi.* Qui ſi in Jure Civili peritiam habeat, tanto magis ad hoc erit diſpolitus: ad quod facit id quod legitur in dicta Conſtitutione *Othonis. cum non ſolum. ver. propterea.* Ubi etiam videtur, quòd ſufficit tali, ut habeat competens Juris exercitium. *Sed nunquid* *Quæſtio.* Decanus ruralis ex Commiſſione ſpeciali poſſit cognoſcere in cauſa Matrimoniali, ſi ſit vir Diſcretus, & Jureperitus? Puto quòd ſic; præſertim ſi talis Commiſſio non concernat ejus Officium principaliter, ſed potiùs ejus circumſpectionem & prudentiam. Sed contra hoc opponitur per ea quæ leguntur in Conſtitutione *Othoboni. Judicii robur.* ubi ſtatuitur, quòd cauſæ non committantur niſi perſonis in Dignitate vel Officio conſtitutis, aut Eccleſiarum Cathedralium vel aliarum Collegiatarum Canonicis. Solutio. Illa Conſtitutio non fuit à Subditis acceptata, ut dicit ibi *Fo. de Athona. glo. fi.* unde non videtur arctare: ad quod vide ibi Remiſſiones. Et hoc verum, maximè cùm de Jure communi Ordinarius quilibet in cauſarum cognitionibus committere valeat vices ſuas his qui peritiam & exercitium in talibus habent, etiam aliis quàm in Dignitate vel Officio conſtitutis, aut Canonicis Cathedralium Eccleſiarum; prout plenius *no. in c. Statutum. de reſcrip. 1. Reſponſo. in glo. ſi hæc clauſula. per Arch. li. 6.* Unde ſi talis Decanus ruralis aliàs ſit ad talia diſcretus, ſciens, & idoneus, bene poteſt talis cauſa ſibi committi: ad quod bene faciunt *no. in Cle. & ſi principalis. ver. foraneo. per Geſſ. Fo. & Pau.*

d *Committatur.* Per eos ad quos pertinet. Hoc ideò dico, quia principaliter hæc poteſtas, ſc. tam cognoſcendi quàm committendi pertinet ad Epiſcopos. *de exceſ. Præl. c. accedentibus. ubi de hoc.* Poſſunt nihilominus Abbates ex Privilegio vel Conſuetudine præſcripta cognoſcere in cauſis Matrimonialibus, ut ibi *no. per Bart. & Hoſtī.* Sic etiam Archidiaconi poſſunt de Conſuetudine cognoſcere in cauſis Matrimonialibus, non tamen de Jure communi. *extra. de reſti. ſpo. c. literæ. 1. Reſponſo. ubi de hoc per Inno. glo. 1.* Poſſunt etiam Decani Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum qui præſunt Juriſdictioni, etiam in dictis cauſis cognoſcere, & eas committere, ſi Conſuetudo hoc habeat; ſicut de hoc legitur & notatur in dicta Conſtitutione *Othonis. cum non ſolum. §. ſimili.* Sed quæro, nunquid Decani, qui ſubſunt Archiepiſcopo *Cantuarienſi*, & per eum deputantur in locis ubi habet peculiarem Juriſdictionem, ut-puta Decanus de *Shorham* in Diœceſi *Roffen.* de *Croydon* in Diœceſi *Winton.* & alii conſimiles, poſſint ex conſuetudine præſcripta cognoſcere in cauſis Matrimonialibus? Videtur quòd ſic: nam tales in locis ſuis habent Juriſdictionem Archidiaconalem, nec alicui ſubſunt niſi ſolùm Archiepiſcopo eos deputanti; cùm tamen cæteri Decani rurales etiam ut communiter, ſubſint Archidiaconis; ut patet *in c. ad hæc. de Offi. Arch.* Sed dico quòd tales, in quantum ſunt remotivi ad nutum, non poſſunt talem poteſtatem præ cribere; ut dixi *ſupra. ver. audire præſumant.* Secus tamen putarem, ſi perpetui eſſent, & haberent talem Decanatum per modum Tituli: nam tunc poſſent de Conſuetudine talem Juriſdictionem acquirere, ſicut & Archidiaconus. Ad quod faciunt *no. in dicta Conſtitutione Othonis. cum non ſolum. ver. ſi qui. glo. 1. per Fo. de Athona. et extra. de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum. per Inno. et alios.* Et idem, quod de prædictis dixi, etiam dico de Decano Eccleſiæ *de Arcubus* quoad ſubditos illius Decanatûs; ſcilicet, quòd ex ſola Conſuetudine abſque Commiſſione Archiepiſcopi non poteſt cognoſcere in cauſis Matrimonialibus; cum Commiſſione fateor, quod bene poſſet. *ar. extra. de offi. dele. ſi pro debilitate.*

An in Commiſſione generali veniant cauſæ Matrimoniales?

Quæſtio. Sed nunquid ſufficit generalis Commiſſio, vel aliàs requiritur in cauſa Matrimoniali Commiſſio ſpecialis? quòd requiritur Commiſſio ſpecialis, videtur ex eo, quod aliàs legitur de Procuratore. Nam Procurator habens generale Mandatum, non poteſt agere vel defendere in cauſis quæ requirunt ſpeciale Mandatum; ut patet *eod. tit. c. qui ad agendum.* ubi dicit *Fo. An.* ſecundùm *Vincen.* quòd etiam in cauſa Matrimoniali requiritur ſpeciale Mandatum. Unde cùm arguendum ſit de Mandato Procuratoris ad Mandatum Judicis, & è contrà, *ff. de juris. om. ju. l. & quia.* videtur quòd etiam ſub Commiſſione generali non veniunt cauſæ Matrimoniales: & ſic ſentire videtur *Fo. de Athona* in Conſtitutione *Othonis. cum non ſolum. ver. magna.* ubi dicit, quòd ſub Juriſdictione generaliter dicta, non tranſeunt cauſæ altiorem naturam habentes. *Extra. de offi. Vica. c. licet. & c. ſi. li. 6.* Et fortificat hoc dictum ex eo, quòd cauſa Matrimonialis eſt de cauſis majoribus, *Extra. de conſang. & affi. c. 1. in fi.* nec eam committit Papa niſi Epiſcopo, ſicut plenius *no. de reſcrip. c. ſtatutum. ver. in his caſibus. per Arch. li. 6.* & quòd ſit de majoribus cauſis *no. Geſſ. de procura. c. non poteſt. ver. gravioras. in Cle. & concor. Fo. An. in addi. de procu. c. querelam. ver. gravibus cauſis. & Hoſtien. ibi, eod. v.* Omiſſis argumentis in contrarium, dico, quòd in Officialem Epiſcopi Principalem, & ejus Vicarium in Temporalibus & Spiritualibus Generalem, quorum utrumque conſtat idem Conſiſtorium habere cum Epiſcopo, ſicut patet *de Conſuetudine. c. non putamus. li. 6.* Junctis his quæ notantur ibidem per *Archid. ver. ad ſeipſum. ver. item ſi ab Officiali. &c.* Junctis etiam his quæ *no. per Inno. extra. de offi. dele. c. licet. in fi.* per Commiſſionem generalem tranſeunt omnia quæ ſunt Juriſdictionis quoad cognitionem cauſarum, exceptis his de quibus legitur & *no. d. c. licet. & c. ulti. de offi. Vicar. li. 6.* & aliis ſpecialiter in Jure exceptis: & idem intelligo de Officiali quem dat Capitulum, vel alius, ad quem ſpectat, Sede vacante. Eſt namque ſic deputatus Officialis Juriſdictionis Epiſcopalis. Ad quod facit *de Majo. & obe. c. unico. li. 6.* Et conſimiliter puto de Officiali electi confirmati, nondum conſecrati. *Extra. de elect. tranſmiſſam.* maximè quia ad Officialis Juriſdictionem Conſecratio nihil addit. *facit de tempo. or. cum nullus. §. 1. in fi. li. 6. & no. in ſimili per Fo. An. Geſſ. & Pau. de reſcrip. c. & ſi principalis. ver. Officialis. in Cle.* Tales namque Officiales, reſpectu habito ad cauſarum univerſitatem, vices Epiſcoporum gerunt, & in eos cauſarum cognitio transfertur per Commiſſionem officii generaliter ſibi factam; ut patet *d. c. licet. de offi. Vica. li. 6.* Et per hoc Ordinarii ſunt cenſendi, ut *nō. d. c. & ſi principalis. per Geſſ. glo. 1. qui etiam ibidem in ver. officialis. concor. cum his quæ ſupra dixi.* Unde in talibus puto, quòd per Commiſſionem Officii, ſeu aliàs per Commiſſionem generalem, transfertur in eos cognitio etiam in cauſa Matrimoniali, cujus cognitio pertinet ad Epiſcopum; ut patet *d. c. accedentibus. de exceſſi. Præla.* Secus tamen æſtimo in Officialibus foraneis etiam Epiſcoporum, quales inter cæteros dici poſſunt Decani, de quibus *ſupra quæſivi.* Nec obſtat, ſi dicant forſan, quòd tales ſunt dati ad univerſitatem cauſarum: quia non generaliter, ubicunque Epiſcopus habet Juriſdictionem, ſunt dati, ſed particulariter in certa Plaga, vel certo loco pertinenti ad Juriſdictionem ipſius Epiſcopi. Et tales non habent idem Conſiſtorium cum Epiſcopo, ſed ab eis ad Epiſcopum eſt appellandum, prout clarè faciunt *no. per Wil. in d. c. ſi principalis. glo. 2. in fi. ſed melius c. c. ver. foraneo. per Geſſ. & Pau.* Sed circa præmiſſa reſtat videre, an ſcil. Commiſſio talibus facta, ſit omnino generalis; vel aliàs, an habeat aliqua ſpecialia expreſſa? In primo caſu, regulariter non tranſit poteſtas cognoſcendi in cauſa Matrimoniali, cùm ſit de majoribus cauſis, ut prædixi; maximè cùm tales à parte Juris communis virtute hujuſmodi Commiſſionis non ſint capaces talis Juriſdictionis. In ſecundo caſu diſtingue: aut illa ſpecialia expreſſa ſunt majora quàm ſit cauſa Matrimonialis; vel ad minus ſunt æqualia; & tunc, ſub tali Commiſſione tranſit etiam cauſa Matrimonialis: Si verò non ſint æqualia, ſed minora; tunc virtute talis Commiſſionis non tranſit cauſa Matrimonialis. Et ad hoc faciunt *no. extra. de reſcrip. c. ſedes. per Bern. & alios. de procura. c. qui ad agendum. li. 6. & eod. tit. c. non poteſt. in Cle. cum ibi no.* Sed cùm Abbates, Decani Eccleſiarum Cathedralium, Archidiaconi, & alii qui non de Jure communi, ſed de conſuetudine poſſunt cognoſcere in cauſis Matrimonialibus, habeant ſuos Officiales, per quos exercent generaliter ea quæ ſpectant ad Juriſdictionem ſuam; nunquid in tales per generalem Commiſſionem tranſit poteſtas cognoſcendi in cauſis Matrimonialibus? videtur quòd ſic: nam cùm cognitio talis cauſæ pertineat ad committentem, ergo ad ejus Officialem, cùm idem Conſiſtorium habeant, & à tali Officiali ad committentem non ſit appellandum; ſed ad illum ad quem appellaretur ab ipſo committente; prout clarè *no. per Bern. de appellatio. c. dilecti filii prior. in magna glo. ver. de appellationibus. & eſt Textus de appella. c. Romana. in prin. li. 6.* Unde ſi in Officialem Epiſcopi hâc conſideratione debeat tranſire cauſa Matrimonialis, pari ratione tranſire debet ad Officiales Inferiorum, cùm ſit eadem ratio. *Extra. de conſti. c. tranſlato. ff. ad legem Aquil. l. illud. extra. de tranſla. Epiſcoporum. c. inter corporalia. §. 1. de excep. cum inter. §. ultimo.* E contrà videtur, nam ob authoritatem Epiſcopalis Officii, cui in multis defertur, ut patet *in c. quis Pontificali.*

tificali, de offi. dele. li. 6. major etiam Prærogativa debetur ejus Officiali; unde & tali causæ committi possunt à Sede Apostolica, non tamen Officiali Archidiaconi, vel alterius Inferioris; ut clarè notat *Geff. d. c. & si principalis. ver. Officialis, in Cle.* qui etiam dicit, qd non est eadem ratio in Officiali Episcopi, & Officialibus aliorum, cùm de Jure communi non solùm Episcopus, sed ejus Officialis habeat Territorium sive Districtũ: quod tamen non habent Inferiores Prælati, nec eorum Officiales; sicut plenius notatur in *c. cum contingat. de fo. compe. per Ho.* Et ad hoc facit, quòd licèt Archiepiscopus, aliusve Prælatus, cui competit talis Jurisdictio, pro cujus discretione & scientia prima facie præsumitur, possit de consuetudine in tali causa cognoscere; non tamen sic poterit ejus Officialis: nam, ut communiter, tales Officiales modicam peritiam in Jure habent, & sic eâdem ratione repelli debent à talibus quâ & Decani rurales; ut dixi *supra. eod. ver. audire præsumant.* Puto igitur securum, ut in sua Commissione specificetur potestas cognoscendi etiam in causis Matrimonialibus, juxta illud; *Tene certum, & dimitte incertum. Extra. de sponsa. c. juvenis.*

[a] *Quibus.* Tertia pars: & dic quibus sc. viris discretis; his sc. quibus causa hujusmodi fuerit commissa.

[b] *Assidentibus.* sc. Committenti.

Dictio Commodè variè sumitur.

[c] *Si commodè.* Hoc quandoq; exponitur sic: i. e. sine turpitudine, vel infamiâ, *ff. de jure do. l. 2. vers.* §. 1. Aliàs dicitur, *commodè posse fieri*, inspectâ qualitate personarum, locorum, temporum, & ætatum. *ff. de verbo. obli. l. continuus.* §. 1. & notatur *de elect. c. cupientes.* §. *cæterum. ver. commodè. per Card. li. 6.* Item ad hoc, qd *commodè aliquid fiat*, considerari debet impedimentum, ut notat *Archid. d. c. cupientes. ver. commodè. in prin.* Unde dicitur quis posse *commodè aliquid facere*, cùm ad hoc faciendum habet opportunitatem. Notatur *per Wil. in Cle. 1. de panis. ver. commodè. in prin.* & *ea. ver. per Jo. An.* & *Pau.* in quibus locis poteris videre plura pertinentia ad intellectum hujus dictionis; *commodè.* In hoc verò loco intelligo, *commodè fieri posse*, si venire ad assidendum committenti non exoscat graves labores aut sumptus; quia forsan locus non multùm distat, & citò poterit iri & revertì absque præjudicio cutporis sive rerum.

[d] *Postmodum.* sc. Post examinationem Causæ.

[e] *Sententia.* sc. Definitiva.

[f] *Pronuncietur.* sc. Per eos qui causas hujusmodi commiserunt. Sed contra hoc opponitur de eo quod legitur in Constitutione *Othonis. cùm non solum. in fi.* ubi apparet, quòd hi qui de Consuetudine vel Privilegio possunt cognoscere in causis Matrimonialibus, non solùm possunt cognoscere, sed etiam sententiare; requisito tamen priùs super hoc consilio Episcopi, & obtento. Solutio. Illa Constitutio loquitur de his qui Jure sibi in ea parte competenti cognoscunt nomine proprio. Sed hæc loquitur de his, qui non nomine proprio, sed alieno cognoscunt; habentes solùm potestatem ad examinandũ, non autem ad decidendum: & hoc satis colligitur ex eo qd *supra* dicitur in Textu *sed earũ examinatio &c.* Sed adhuc etiã contra hanc solutionem opponitur, & videtur qd sic intelligendo, hæc Constitutio sit Juri communi contraria: nam de qua re Judex cognovit, de eâdè pronunciare debet, *ff. de judiciis. l. de qua re. et de causa posse. et proprie. cum super.* Et ubi est semel acceptum judiciũ, ibi finiri debet. *ff. e. ti. l. ubi.* Solutio. Hæc Constitutio loquitur in Judice Ordinario, qui causam alteri delegat; unde cùm Committentis & Cõmissarii quoad hoc idem sit Auditoriũ, si committens solã examinationem committat reservatâ sibi sententiâ, qd potest; *C. de judiciis. Auth. ad hæc. & c. super quæstionũ. in prin. extra. de offi. dele.* vel si causam totaliter delegatam ad se revocet, qd etiam potest; ut legitur *ff. de re judi. l. qd jussit. et ff. de judiciis. l. judicium.* tunc videtur idem esse, Judicium & Causâ apud eundé agitari. Hæc Solutio colligitur ex dictis *Bart. d. l. ubi acceptum. ver. quæro quid si Judex.*

Divisio.

[g] *Quidam Ruralium.* Hæc Constitutio fuit *Johannis Peccham* apud *Lambeth*: & habet duas partes principales: secunda ibi, *Quod si aliquo &c*, Prima subdividitur in duas. In prima statuit quid servari debeat circa Certificatoria sigillanda Sigillis Decanorũ Ruralium. In secunda ibi; *Hoc adjuncto*, ponit quoddam moderamen circa eandem materiam. Secunda pars principalis facit tria: primo ponit modum Citandi & Certificandi, quando propter brevitatem temporis non est locus dilationi. Secundo ibi, *Et nullo*, prohibet nè fiat Certificatorium ante Citationem factam. Tertio ibi, *Et hoc*, mandat super hoc à Decanis recipi juramentum.

[h] *Et infrà.* Hic deciditur quomodo Decani Rurales pecuniâ corrupti sigillabant multoties falsa Certificatoria, & aliis malitiis circa ea uti sunt in præjudicium multorum; unde circa ea facit provisionem, ut sequitur,

Decani rurales jurabunt quotannis nulli se Certificatorium daturos, nisi Citatione adversæ Partis ritè ac debitè suo loco & tempore factâ.

Johannes Peccham.

[g] QUidam ruralium, [h] *& infrà.* Statuimus, ut nulli [i] tradatur [k] Certificatorium, vel aliàs [l] concedatur sub [m] Sigillo alicujus [n] Decani ruralis consignatum, nisi [o] prius in aliquo die [p] solenni [q] intra Missarum solennia [r] in Ecclesia, ubi Citatus [s] fovet larem, vel [t] ampliùs

[i] *Tradatur* i. e. De facto, sive realiter tribuatur.

[k] *Certificatorium.* i. e. Litera responsiva directa Judici super Mandato quod ab eo emanavit ad aliquem Citandum. Et de hoc videre poteris quod legitur in Constitutione *Othonis. tanto. in fi.* ubi de hoc. Et in Constitutione *Otthoboni*, quæ incipit, *Ita mortalium.*

[l] *Concedatur.* Idem importat sicut id qd *supra* dixit, *tradatur*, vel potes intelligere *concedatur* etiam verbo, nisi sub forma hic assignatâ: vel dic, *tradatur*, quando ipsemet Decanus Citat; *concedatur* verò intelligas, quando alio Citante requiritur ejus Sigillum.

[m] *Sub Sigillo.* Idem intellige etiam de Sigillo, ne fortè falsum vel fabricatum Sigillum tali Literæ apponatur.

[n] *Decani Ruralis.* Cujus Officium est, in causis Ecclesiasticis, Citationes & Transmissas exequi; ut plenius legitur & notatur in dictis Constitutionibus, *tanto*, & Constitutione, *ita mortalium*, & cujus Sigillum in talibus est Authenticum; ut in Constitutione *Othonis, quoniam Tabellionum usu.*

[o] *Prius.* sc. Ante Sigillationem.

[p] *Die solenni.* i. e. Festivo, puta die Dominico, vel alio ab Ecclesia solenniter celebrari indicto.

[q] *Intra Missarum solennia.* sc. Finito Offertorio, antequam Sacerdos incipiat secretam Missæ; nam convenientia temporis attendi debet, & propterea talia dicta temporibus fieri mandantur: quia his diebus verisimile est Parochianos fore in Missa præsentes, & ad hoc tenentur. *de conse. di. 1. c.* & *hoc.*

[r] *In Ecclesia.* Sed quid si Citandus in diebus hujusmodi solennibus consuevit audire Divina in Capella dependente ab Ecclesia majori, vel aliàs eidem annexâ, quia forsan talis Capella habet Jura & Insignia Parochialia, prout observatur in pluribus partibus Angliæ, nunquid sufficit, quod hic dicitur, fieri in Capella, licet non in Ecclesia matrici? Dic quod sic: quia & ipsa Capella Ecclesia dicitur. *Extra. de immu. Ec. c. Ecclesia.* & *de Capel. Monа. per totum.* Et quod hoc, de quo hic dicitur, fieri debet in tali Capella, facit Textus hic, qui dicit, *ubi Citatus &c.* Quæstio.

[s] *Fovet Larem.* i. e. Ubi habet domum in qua moratur, & fovet ignem. Est enim *Lar, Laris*, idem qd *Domus*, & dicitur à *Largior, iris*, vel à *largus*, quia inde procedit largitas: & dicitur *Lar, Laris*, idem qd *Ignis*; unde in Antiquorum Proverbiis dicitur, *vidi Larem in laribus*, i. e. ignem in domibus, secundùm *Fanuensem*: & sic idem est, *fovere larem*, qd habere domicilium. Et ad hoc concordat quod legitur in Textu. *l. ulti. C. ubi Sena. vel. Clari.* aliàs est *l. 2.* & *incipit Senatores.* Vel potes exponere *Larem*, i. e. Familiam; & sic exponitur per *Inno. in c. ex parte. extra. de foro compe. vers. replicatum.* Et simile habes *C. de incolis. le cives. li. 10.* Sed quid si sit domiciliatus, vel habeat familiam in duobus locis, & sub diversis Ecclesiis? Dic quoad recitationem, de qua hic loquitur, sufficit eam fieri in Ecclesia, vel loco ubi Citatus habitat tempore Citationis, dummodo sit infra Jurisdictionem Citari Mandatis: nam si fuerit extra ejus Territorium, non potest ibi Citari, secundùm quosdam; ut in *Cle. pastoralis. de re judi.* Sed debet Judex scribere Judici illius Territorii, ut ipse eum obtentu mutuæ Vicissitudinis Citet, vel Citari faciat. *Ar. ad hoc ff. de requi. rei. l. Divi. Sever.* §. *præsidens.* & sic communiter servatur: sed qd à parte Juris teneat, & possit fieri talis Citatio, notant *Doctores*, viz. *Cy. in l. omnes. C. de Episc.* & *Cle. et Card. de fo. compe. c. Romana.* §. *contrahentes. li. 6.* Tu verò circa hoc vide qd dicam *infra. e. c. ver. citationem rectam.* Nota de Lare.

[t] *Amplius conversatur.* Forsan ubi larem proprium sive domicilium non habet, ut quia Serviens est, vel si fortassis Artifex sit, qui suum Artificiũ exercendo in variis locis victum quærit, vel aliter absq; domicilio proprio in domo alterius moram trahit. Alio modo potes ponere exemplum de eo, qui in aliquo loco domicilium habet; non tamen ibi communiter moratur, sed alibi, ubi constituit sibi Tabernam, Pergulam, Horreum, Armarium, vel Officinam, secundùm ea quæ leguntur in *l. hæres absens. ff. de judi.* In quolibet namque istorum casuum, & in similibus, debet fieri recitatio, de qua hic loquitur, in loco illo ubi talis Citandus communiter moratur & habitare consuevit. Quæstio.

Sed quid si Citandus sit vagans per mundum, nec in aliquo certo loco se figit? Dic qd tunc sufficit hanc recitationem fieri in Ecclesia illius loci ubi personaliter apprehensus est, & Citatus: & pro hoc faciunt notata *d. l. hæres absens. ver. debent. per Accurs. et C. ubi de crimine agi oportet. l. 1. glo. fi. per eundem.* & idem faciunt notata per *Bart. d. l. hæres absens. ver. quæro si debitor. & concur. no. per Cy. d. l. 1. C. ubi de crimine agi oportet.*

a *Publicè*. i. e. In aperto, ſic quòd ab omnibus audiri poſſit: Non enim debet fieri in aliquo loco Eccleſiæ ſecreto, ſed palàm, populo id audiente & ſciente.

b *Recitetur*. ſc. Certificatorium: Non enim intelligas qd Citatio debeat ſic fieri, ſed ſolùm Citationis recitatio; ut per hoc conſtare poſſit, quòd Decanus apponens Sigillum non eſt in dolo vel fraude, ſigillando forſan fictum vel falſum Certificatorium.

converſatur, [a]publicè [b]recitetur: [c]hoc adjuncto moderamine, ut Citatus [d]ſufficientes habeat inducias, ut [e] die & [f] loco ſibi præfixis [g]competenter valeat comparere; qd [h]ſi aliquo caſu tantù [i]tempus arctet, qd [k]dilationi locus nō pateat, [l]Citatione factâ [m]publicè coram Teſtibus detur

c *Hoc adjuncto*. Secundum dictum primæ partis.

d *Sufficientes inducias*. Hæc Sufficientia æſtimari debet, quando tantum temporis ſupereſt, quod a tempore Citationis factæ Citatus poſſit commodè accedere ad locum Judicii die ſibi limitatâ & præfixâ, vel per Procuratorem ibi comparere. Aliàs enim, ſi Citatio eſſet peremptoria, & Terminus nimis brevis, daret materiam Appellandi. *Extra. de dilatio. c. r.* ubi de hoc per *Ber.* qui dicit, quòd ſufficientia temporis debet conſiderari ex qualitate cauſæ, & locorum diſtantiâ, & etiam ex qualitate Perſonæ: ad quod bene facit *de Appella. cum ſit*, ubi etiam de hoc notatur per *Ber.* & *melius de Procur. c. dilectus. ver. contendere. per eundem.* ubi dicit, quòd induciæ Citatoriæ ſunt arbitrariæ. *& concor. Arch. 5. q. 2. præſenti. in prin.* & *Specu. ti. de Citatio. §. nunc de tempor. ad fi.* Et de tali ſufficientia temporis decernere, pertinet ad arbitrium boni viri, prout *no. Inno. in d. c.* 1. & ad hoc allegat *l. continuus. ff. de verbo. obli.* Et nota, quòd quando Citatio ſit tali tempore quòd Citatus non poteſt in die limitato venire, talis Citatio non valet. Ad hoc optimè facit *l. aut qui aliter. §. 1. & §. ſi quis. ff. quod vi aut clam.* & ibi ſic notatur per *Bart.* Sed huic dicto contradicere videtur *Jo. An. extra. de reg. Ju. c. nemo poteſt. li. 6.* qui dicit, quòd talis Citatio licèt ſit impoſſibilis, non tamen eſt omnino inutilis: & allegat ad hoc *Hoſti. & Goff. extra. de dolo. & contu. c. cum dilecti.* qui dicunt, quòd licèt tales non poſſint venire in Termino, tenentur tamen venire poſt quàm citò poterint. Hanc materiam poteris plenius videre per *Hoſti. & Jo. An. d. c. cum dilecti.* ſed ejus declarationem omitto, aliàs Dei gratiâ, ſi occurrat, de ea plenius dicturus. Unum tamen nota, quòd illud quod prius dictum eſt approbat conſuetudo, maximè ubi agitur ad Partis inſtantiam; ſecus tamen ubi agitur ex Officio, vel ad ſalutē animæ: & ſic ſtat dictum *c. cum dilecti. cum ſimilibus.* ſecundum qd ibi notat *Jo. in cull. Antbonius in d. c. cum dilecti.* tenet dictum *Bart.* niſi ſit ita quòd Judex prorogaverit Terminum ad diem ſequentem, vel ad diem conſuetum prorogari; nam tunc Citatio arctat ad validandū Actum, & ad condemnationē Expenſarum. Si verò prorogat in ulteriorē diem, non arctat Prorogatio, niſi intimetur abſenti. *per c. conſuluit. de offi. deleg.* Et ratio quæ ponitur in *d. c. cum dilecti.* tunc concludit, quando remanet vis Citationis lapſo die, ut quia Citatur ad totā cauſam, quia tunc bene ſunt duo in Citatione, ſc. ut comparet, & ut ad † idem compareat. Sed ubi Citatio arctat ad certum diem, ex diei eventu præceptum finitur ad illud tempus determinatum, & ideo præceptum tunc non concludit duo; & hoc tenent *Domini de Rota* ſuâ Concluſione 328. & ſuâ Concluſione 309.

† al. Diem,

e *Die*. Dies enim, ſive Terminus in Citatione limitari debet, viz. quo die Citatus comparere debeat. *ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. ſi quis.* Ex quo Textu notat *Bart.* quòd Citatio debet eſſe clara & limitata, aliàs autem non valet. Huic tamen dicto contradicere videtur id quod legitur *Extra. de appella. c. cum parati. in fi.* ubi ſit Citatio ſine præfixione Termini: & juxta quod arguit *Jo. An. in addi.* quòd valet Citatio ſine præfixione Termini; & hoc dicit placere *Wil. in Specu. ti. de Citatione. §. ſequitur. ver. quid ſi non præfixerit.* Sed ibi, & etiam in *Novella* idem *Jo.* dicit, quòd Terminus ibi præfixus erat, licèt de hoc non appareat in antiqua. *& concor. cum dictis Bart.* viz. quòd ſine die non teneat Citatio. *concor. Petrus de Bella Pertica*, ut recitat eum *Cy. C. de feriis, l. dies feſtos. ad finem.* qui ad hoc allegat *l. ita ſtipulatus. in prin. ff. de verbo. obli.* Pro quorum opinionum diverſitate poterit ſic dici, ſc. quòd Jura illa quæ approbant Citationem ſine præfixione Termini, loquuntur in Citatione Juris vel Principis: in Citatione verò aliorum procedit opinio altera, ut videlicet fiat cum limitatione Termini; & ſic ſentire videtur *Henricus de Bowyco. d. c. cum parati. di. 2.* & poteſt eſſe ratio in Principe, quia ſolutus eſt legibus. *C. de legi. digno vo.* & quod ſibi placet, Legis habet vigorem. *ut Inſti. de Jure. natu. §. ſed quod Principi.* Et ut mihi videtur, hic modus Citandi eſt favorabilior, quàm ubi præfigitur dies certus; nam in hoc caſu non arctatur ad comparendum, niſi quàm citò commodè poterit, prout vult *Specu. in loco. præallc.* facit ad hoc *l. ſi peculium. §. fi. ff. de ſtatu. libe.*

f *Loco*. Sicut enim dies comparitionis in Citatorio exprimi debet, ſic & locus. *ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. Si quis. ibi & ubi &c.* & de hoc legitur & notatur *Extra. de reſcrip. c. ulti.* ubi de hoc per *Bern. ver. indeterminatè.* Debet enim locus comparitioni eſſe certus. *ff. de judi. l. ſi locus.* Aliàs enim intelligitur de illo loco in quo Judicari conjuevit, ut ibi paret: & debet locus honeſtus eſſe; nam in loco inhoneſto non teneretur Citatus comparere, *ff. de arbitris. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ad finem.* Et quòd locus debet eſſe certus, facit in *Ar. C. quomodo & quando Judex. l. ſi ut proponis.* Sed quid ſi aliquis Citatus eſt quòd compareat coram Judice *London.* vel in alia villa certa, non tamen ſpecificatur locus villæ, in quo debeat comparere, an teneat talis Citatio? Ex prædictis apparet quòd ſic: quia ſi ſic locus tali Judici ad Judicandum deputatus, & in illo aliàs Judicare conſuevit; de illo loco debet intelligi: ut patet *dicta l. ſi locus.* & ad idem facit *ff. de Juſt. & Jure. l. penul. in fi.* Si autem non habeat certum locum ad Judicandum limitatum, tunc ſi Vir Notabilis Auctoritatis ſit, debet Citatus eum in loco habitationis ſuæ quærere. *Ar. ad hoc. in d. l. ſi cum dies. § ſi arbiter. ver. quid tamen.* & ad hoc faciunt notata per *Jo. An. in c. cupientes. de elect. §. quod ſi per 20. dies. ver. propoſita. in fi. li. 6.* Aliàs autem ſi mandans aliquem Citari, Perſona modicæ auctoritatis exiſtat, nec certam habitationem habeat, ſic quòd Citatus propter incertitudinem probabiliter ignoraret, ubi coram eo deberet comparere; puto quòd talis Citatio non arctaret Citatum ad conſtituendum eum contumacem. *Ar.* eorum quæ notantur per *Bern. d. c. ulti glo. præalle.* Sed quæro quomodo poteſt procedere Citatio, quam facit Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, quando ſcilicet vocat Subditos, ut coram eo compareant certo die ubicunque fuerit in ſua Provincia vel Diœceſi, cum apertè conſtet, talem locum eſſe omnino incertum, contra Jura ſuperiùs allegata? Pro inveſtigatione veritatis hujus quæſiti debes ſcire, quòd Archiepiſcopus *Cantuarienſis* eſt Legatus Sedis Apoſtolicæ natus; ſicut legitur *Extra. de offi. Lega. c. 1.* Et ad Legatos dictæ Sedis ſpectat, ut in Citationibus, & aliis formis, ſequantur Stylum Curiæ *Romanæ*, qui ſuper Jura fundatur, ut notat *Specu. ti. de leg. §. ſupereſt. ver. ulti. conſule.* & quòd mos Curiæ *Romanæ* ſequendus eſt, *no.* hoc per *Hoſtienſem. c. ex literis. ver. moris noſtri. extra. de Conſti.* Papa verò, quando citat aliquos, vocat eos quandoque ad Præſentiam ſuam, ut in *c. 2. extra. de reſcript. de dolo. & contum. cum dilecti. de exceſ. Præla. tama.* vel ut ſe præſentent ſuo conſpectui, *de reſtitu. in integ. c. cum ex literis. in fi. de dila. c. expoſuit. de dolo. & contu. veritatis. de teſti. cum olim. de appella. cum parati. de ſententia Excommun. conqueſti. de elect. c. quamvis. in 6. de poſt. Præla. c. penul.* Quandoque citat ad Audientiam ſuam; *de elect. c. cum inter univerſas.* Quandoque ut compareant apud Sedem Apoſtolicam; *de elect. c. 1. li. 6. & c. cupientes. eod. tit. de offi. Ordi. c. quamvis. eod. li.* Sed quocunque modorum prædictorum fiat talis vocatio, in ſingulis patet talem Citationem procedere ſine limitatione certi loci: quia licèt conſideratō loco ubi eſt Curia tempore Citationis emanantis, ſatis veriſimile ſit, Citatum poſſe & debere comparere in eodem loco. Si tamen interim Curia ad alium locum tranſlata ſit, neceſſe eſt ut in alio loco Citatus compareat. *Ar. eorum quæ leguntur in c. ne Romani. de elect. in Cle.* Nam ubi eſt Curia ſive Audientia, ibi cenſetur Papa eſſe præſens; ut ibi notatur per *Jo. Wil. & Paulum.* Et ſic patet ex prædictis, quod ex quo Archiepiſcopus *Cantuarienſis* eſt Legatus Sedis Apoſtolicæ, & ad Legatum pertinet in Citationibus ſe conformare Stylo Curiæ *Romanæ*; qd (ad inſtar Papæ, cujus vices gerit) poterit ad locum indeterminatum Citare.

Quæſtio.

Quæſtio.

Nota de ſufficientia temporis.

Nota de Citatione.

Ubi Papa, ibi Roma.

g *Competenter*. i. e. Congruenter, ſc. horâ debitâ, & aliis juxta formam Citationis ſibi factæ, ſc. perſonaliter, ſi ſic Citatus ſit; aliàs autem per Procuratorem legitimè conſtitutum, & cum conſilio ſibi in ea parte neceſſario.

h *Quod ſi aliquo*. Secunda pars Principalis.

i *Tempus arctet*. ſc. Executionem Mandati & Citatorii.

k *Dilationi*. Pone exemplum. Mandatarius forſan recepit Mandatum die Dominico poſt Miſſam, vel tali tempore qd quoad recitationem Certificatorii (de qua loquitur hæc Conſtitutio) non poſſet fieri dicta recitatio, niſi fieret in Dominica ſequente, quia interim non evenit dies ſolennis, vel ſi eveniret, tamen expectando diem illum, non poſſet Judex certificari die ad comparendum præfixo, propter brevitatem temporis medii inter tempus ſigillandi Certificatorium, & diem quo debet comparere Citatus.

l *Citatione factâ*. Supple juxta formam Mandati, & quæ debet præcedere Sigillationem Certificatorii; ut patet *infrà. ver. nullo modo.*

m *Publicè coram Teſtibus*. Hoc Intellige de bene eſſe, non tamen de Juris neceſſitate: quicquid notet *Specu.* circa hoc *ti. de Citatione. §. ſequitur. ver. Sed nunquid credetur.* ubi videtur innuere,

An Citatio debeat fieri coram Testibus?

innuere, quòd Citatio debet fieri coram Testibus, & aliàs non sit credendum soli Nuncio certificanti, etiamsi sit Nuncius publicus. Sed illud dictum *Spec. intelligo verum*, ubi alius vir honestus, qui dicitur esse Citatus, jurat se esse non Citatum, vel vult probare contrarium: nam Nuncio non est sic credendum, quin aliunde possit recipere Judex informationē & probationes in contrarium si offerantur. *ar. ad hoc. extra. de inte. resti. c. ex literis. de præsum. c. illud. de præscrip. ad Audientiam.* & ad hoc bene faciunt *no. per Hostien. c. cum parati. extra. de Appel. sed melius de dolo. & contu. sub Rub. de contu. §. quàliter. vers. quid si absens. per eundem in summa.* ubi tenet, quòd primâ facie creditur Nuncio jurato, non tamen sic quin alius possit probare contrarium: & ideo dicit tutum fore, ut Citatio fiat coram Testibus; pro quo allegat *c. sacro. extra. de sen. Excom.* & cum *Hosti. concor. Fo. in colla. de dolo & contu. cum dilecti. ad fi.* qui etiam dicit, quod tutum est Citationem fieri coram Testibus, nè forte si Nuncius moriatur antequam certificet, non possit probari Citatio. Sed licèt non fiat coram Testibus, bene tamen creditur soli Nuncio, pro quo in suo Officio præsumitur, nisi illa præsumptio aliâ præsumptione elidatur; & sic ex dictis prædictorum Doctorum apparet esse arbitrarium Judici, an credendum sit Nuncio etiam jurato, necne, ubi alius contradicit. Et sic sentit etiam *Archi. 82. di. c. proposuisti.* Idem tamen *Archi. in c. venerabilibus. de sen. Excommuni. li. 6. ver. Citatus.* dicit, quòd tali Nuncio creditur, donec contrarium probetur. Et quòd primâ facie credatur Nuncio, *not. Hosti. de proba. c. quoniam contra falsam. ver. Citationes.* Si tamen negetur per solum Nuncium, non convincetur negans. *ut d. c. sacro. & C. de Decur. l. 1. li. 12. C. de accus. l. singuli. ff. de Custo. re. l. Divus. Cy.* circa hoc dicit, quòd creditur Nuncio qui refert se Citâsse, dummodo ad hoc habuerit Commissionem vel Mandatum. Nam creditur alicui in Officio suo, *C. ad l. Cor. de falsis. l. si quis Decurio.* Ubi verò refert aliquid, quod non concernit factum suum, utputà, aliquem commisisse aliquod maleficium, tunc non creditur sibi, nili hoc probet, *Hæc no. Cy. C. qui accus. non possunt. l. ea quidem. vers. juxta præmissa.* Et cum hoc dicto *Cy. concor. Bart. ti. quomodo in crimine læsæ Majestatis procedi debeat. §. ad hæc. ver. per Nuncium. in fi. colla. 11. & ff. de offi. Præfecti ur. l. omnia. ver. ulti. per eundem. Fo. An. in addi. ad Spec. d. §. sequitur. ver. sed nunquid.* super hac materia recitat opiniones quasi omnium præcedentium, tam Civilistarum quàm Canonistarum. Inter has verò opiniones una fuit, quòd soli Nuncio publico & jurato in Citationibus credatur simpliciter. Nuncio verò privato licèt jurato non credatur nisi præsumptivè; quæ tamen præsumptio possit elidi per præsumptionem aliam vel probationem contrariam. Alia opinio fuit, quòd Nuncio publico & jurato crederetur primâ facie, non tamen sic, quin per plenam probationem possit ostendi contrarium. Tertia opinio fuit, tali Nuncio credendum, si non esset contradictor: secus, si ille qui dicitur fuisse Citatus, velit jurare se non esse Citatum, etiam absque alia probatione. Quarta opinio fuit, quòd etiam tali Nuncio non creditur, nisi probet Citationem per duos Testes, aut publicum Instrumentum. Quinta opinio fuit, quòd in Judicio Ecclesiastico non creditur tali Nuncio, sed in foro Sæculari sic. Sexta opinio fuit, quòd in hoc servanda esset consuetudo cujusque Patriæ. Septima fuit, quòd in minoribus causis credatur tali Nuncio; in majoribus verò non. Octava fuit, quòd sit in arbitrio Judicis an credendum sit Nuncio tali, necne, inspectâ personarum & negotii qualitate. Et hæc opinio communiter approbatur, ut *suprà* dixi. Tu igitur circa præmissa sic dicas: Nuncio cuicunque habenti potestatem à Judice ad aliquem Citandum, referenti se Citâsse ut fuerat sibi demandatum, sive Nuncius ille sit publicus vel privatus, juratus vel non juratus, creditur simpliciter, ubi in contrarium nullus apparet contradictor. Potest namque Judex sibimet Nuncium constituere. *C. de Spectat. l. 2. Authen. de judi. §. necesse. colla. 6.* Et licèt talis debeat jurare se suum Officium facturum legaliter, *ar. C. de fi. instru. l. comparationes. de secun. nup. l. hac edictali. §. his illud. & in Authen. jusjur. quod præstatur ab his &c.* potest tamen sine juramento tale Officium exercere. *Ar. C. de Arbi. Authen. decernimus. & no. per Bart. d. colla. 11. ver. per Nuncium. in prin.* Unde nisi talibus crederetur, modica utilitas esset in eorum Officio. Et sic intellige *no. per Spec. ti. de Citatione. §. sequitur. ver. sed nunquid credetur. in prin.* Si verò post relationem factam contradictor aliquis appareat, utputà, persona quæ dicitur Citata, ad impugnandum processum Judicis dicit se non fuisse Citatum, tunc in Nuncio privato non jurato, dico, quòd non est sibi soli statim credendum nisi præsumptivè, eâ sc. præsumptione quâ præsumitur aliquem nolle falsum dicere; & etiamsi juratus sit, eâ præsumptione quòd nollet dejerare. Et ad hoc facit *C. de testi. l. jurisjurandi.* Unde si talis Nuncius nō juratus, solo verbo asserat se eum Citâsse; alius verò, qui dicitur Citatus, asserat contrarium: vel si talis Nuncius juratus dicat se eum Citâsse, alius verò etiam juratus asserat contrarium; cùm æquè præsumatur pro uno sicut pro alio, videtur rationabiliter dicendum, qd una præsumptio habet elidere aliam. Et hoc maximè, ubi Nuncius hujusmodi non est alias ad tales Citationes deputatus, sed ad unicâ forsan Citationē illâ vice faciendâ assumptus. Ad hoc faciunt *no. per Bern. & Inno. de proba. c. quoniā contra falsam. ver. Citationes. & quæ no. Bern. de appel. c. cum parati. ver. nuntius.* Si verò Nuncius est publicus, & ad Citandū generaliter assumptus, non tamē juratus, tunc sibi soli non creditur: *ut d. l. jurisjurandi.* Si verò sit juratus, tunc si is qui dicitur Citatus esse, cum juramento negat se fore Citatum; Judex, inspectū Personarum negotiiq; qualitate, arbitrabitur, an magis sit credendū Nuncio quàm Parti. Si namq; Pars, negans se esse Citatā, sit persona alias honestior & gravioris opinionis, potius est sibi credendum, maximè cum juramento, quàm Nuncio, qui non est æqualis opinionis vel honestatis. Et sic intelligo *nota. per Hostien. & sequaces suos in dicto c. cum parati. & d. c. quoniam contra falsam. ver. Citationes.* Ubi verò Pars, quæ dicitur esse Citata, est levioris opinionis sive honestatis, quàm est ipse Nuncius, tunc potest dici, quòd simpliciter standū est Nuncio, nisi plenè probetur contrariū. Nam in hoc casu ex parte Nuncii sunt tria, viz. ejus Officiū, quod est publicū; ejus juramentum; & ejus opinio celebrior. Cùm tamen ex Parte negantis se Citatū, solum versetur propriū juramentū; & sic bene stant *no. per Goff. de elec. c. quod sicut. & per Arch. c. venerabilibus. ver. Citatus. in fi. li. 6. de sen. Excommuni.* Et sic salvari potest dictū *Fo. de Deo. qd* ponit circa hoc *82. di. proposuisti. ver. non probatur.* & sic possunt intelligi *no. per Cy. & Bart. in locis præall.* Et hoc verum intelligo, ubi Parti ex hoc non auferūr nisi modicum damnum seu præjudiciū; utputà, quòd teneatur solùm respondere Libello, vel ut solvat moderatas expensas, quia in Termino non comparuit. *Ar. ad hoc extra. de procu. c. auditis. C. de Judiciis. l. sancimus.* Quia si inter Nuncium & eum qui dicitur Citatus, sit forsan omnino æqualitas, vel modica differentia in opinione, famâ, & honestate, & etiam ratione juramenti concurrant; quia unus jurat se Citâsse, alius jurat se non fuisse Citatum: tunc etiam ubi modicum verūtur præjudicium, puto satis fore credendum Nuncio ratione publici Officii quod gerit, in quo alium excedit. *Ar. C. de Testi. l. jurisjurandi. de fide instru. cum dilectus.* Si verò in hoc ultimo, vel aliàs in proximo superiori casu, verūtur grave præjudicium; uputa, amissio Causæ, vel quia in Causa criminali forsan non comparens banniretur, vel haberetur pro convicto, vel aliàs graviter puniretur: in his & similibus puto, quòd tō, qui dicitur Citatus, id negante cum juramento, non est credendum ipsi Nuncio etiam publico, & jurato, nisi quòd eum Citaveris, effectualiter & legitimè probet & sic intelligi potest dictum *Spec. d. §. sequitur. ver. sed nunquid. in ver. ego dico qd Nuncio. & hic* bene stat opinio *Vincen.* quam recitat *Archid. d. c. venerabilibus. ver. Citatus li. 6.* Si tamen consuetudo Patriæ alio modo interpretatur, illam puto sequendam. Unde dicit *Fo. An. in suis addi. ad Spec. loco præalle.* quòd consuetudo *Italiæ* est, ut credatur Nuncio simpliciter; ibi poteris videre Remissiones & Nomina Doctorum, qui tractārunt de hac materia, & ubi; sed quia taliter quāliter tetigi materiam, quomodo sit credendum Nuncio referenti se Citâsse, vel non sit credendum: Jam quæro, an Citandus teneatur ipsum credere esse Nuncium, sic ut teneatur obedire ejus Citationi? Dic in locis illis in quibus Nuncii habent certa signa, per quæ eorum Officium cognosci poterit, si sint missi à Judice Ordinario, bene tenetur quis talem credere Nuncium. Et idem est, si nulla talia signa habeant, est tamen eorum potestas per totam Jurisdictionem ipsius Judicis satis nota, & eorum Personæ satis notæ: & *sic no. per Bart. d. §. ad hæc colla. 11. ver. per Nuncium. præalle.* In Nuncijs autem Delegatorum dicit, quòd non est eis credendum absque Literis Citatoriis sub Sigillo ipsius Judicis: allegat ad hoc *c. prudentiam. extra. de offi. dele. & concor. Spec. ti. præalle. de Citatione. §. sequitur. ver. utrum autem.* Ego autem puto, quòd talia signa, de quibus prædixi, & etiam ipsius Personæ notitia bene sufficiunt ad hoc, ut credatur esse Nuncius Judicis, non tamen ut ex hoc credatur Commissionem sibi factam, ut Citet aliquem ex specie. Nam licèt sit Nuncius sive Apparitor generalis etiam juratus, non tamen potest aliquem Citare absque præcepto Judicis. *C. de exhiben. reū. l. neminem.* De quo præcepto tenetur Citandum reddere certum, si hoc petat: & sic sentire videtur *Fo. An. in addi. ad Spec. loco superiùs alle.* In dubio tamen consulo, ut sic Citatus coram Judice compareat, quia præsumendum est talem Nuncium juratum, neminem velle Citare absque mandato; etsi certificet talis Nuncius se ipsum Citâsse, creditur ei quousque aliud appareat, ut prædixi, & sic tenebit Processus in ea parte factus.

An Nuncio Citanti credendū sit?

In Nuncio tria requiruntur.

Quæstio.

a *Certificatorium.* Quod continere debet tenorem Mandati, & formam, & modum executionis per Mandatarium factæ; ita quòd forma Mandati diligenter ferverur. *Extra. de rescrip. cū dilecta.*

b *In Ecclesia.* Quæ est locus publicus, eò quòd ibi sæpe fiat Congregatio Populi. *Ar. ff. de suspec. tu. l. 1. §. consequens. C. de Vsuris. l. ac ceptam. §. secundo.*

c *Loco publico.* Intellige magis vicino, viz. Mercato, Nundinis, vel loco alio ubi est Populi Congregatio. *& concor. ad hoc.*

no. per Wil. in Cle. causam. de elec. verbo. publico. & glo. sequen. Super quo verbo dicit ibi *Paulus*, quòd in talibus quis locus dicitur publicus, relinquitur arbitrio boni viri, eò quòd non posset lege terminari. Et sufficit, quòd fiat tot & talibus præsentibus, quòd bene posset talis publicatio divulgari; & quòd debet fieri in loco viciniori, facit *de foro compe. c. 1. in Clem.*

ram Testibus fide dignis: ita quòd [a] dies Citationis & [b] locus in ipso Certificatorio

a *Dies Citationis.* Hæc enim apponi præcipitur, ut possit apparere, an habeat tempus sufficiens ad comparendum. Et etiam ut si falso modo certificetur, possit forsan probare illo die se fuisse continuò absentem à loco in quo certificatur fuisse Citatus, secundùm ea quæ leguntur & notantur *extra. de testi. c. ex tenore. C. de contraben. & commit. stipu. l. optimam.*

b *Locus.* sc. In quo dicitur fuisse Citatus. Et nota, quòd locus etiam apponi præcipitur, ut cessent fraudes, quæ aliàs possent intervenire.

c *Exprimantur.* Per Certificantem se citâsse.

d *Et nullo modo.* Secundùm dictum secundæ Partis principalis.

e *Ante Citationem factam.* Hic nota, quòd Citatio fit aliquando vivâ voce, aliquando per Literas. Vivâ voce fit, quandoq; per ipsum Judicem ore proprio; quandoque per Notarium, sive Tabellionem suum; quandoque per Partem; quandoque per Præconé; quandoq; per Nuncium. Et sic vivâ voce fit quinque modis, de quibus habes exempla per *Spe. ti. de cita. §. sequitur. in prin. per longum passum.* Per Literas verò duobus modis: uno modo, per Literas ipsis Citandis directas; alio modo, quando Literæ alteri traduntur, ut aliquem citet: prout *no. Spe. ti. præalle. §. jam de Citatione.* Sed in hoc casu, sc. quando diriguntur Literæ alicui ut aliquem citet, potest dici Citatio mixta, sc. tam per Literas quàm vivâ voce. Est igitur alia species Citationis per solas Literas, quando fit per Edictum: & de tali modo Citandi dicam *infrà. c. proxi.* His modis Citandi potes addere alium modum, qui fit per *l. mortuum. de elec. c. 1. et c. cupientes. li. 6. cum similibus.* Fit etiam Citatio quandoque verbalis, quandoque realis, ut *no. Accurs. ff. de in jus vocan. l. sed et si. & no. etiam per Card. de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. glo. 1. li. 6.* Hic tamen nota, quòd Citatio fieri debet secundùm formam contentam in Mandato Judicis, ubi citat per alium; hoc est, ut Citandus citetur aut personaliter, vel ad domum, vel aliàs per Edictum; & quòd compareat aut personaliter, aut per Procuratorem, cum expressione causæ, dici, & loci, ut patet per *Spec. d. ti. de Citatione. quasi per totum.* Sed tunc quæro, nunquid Citandus, si fuerit extra loca Jurisdictionis Judicis citare mandantis, possit ejus auctoritate citari extra ipsius Jurisdictionem? In hac quæstione variæ sunt opiniones. *Card. in loco præalle. videlicet d. §. contrahentes.* dicit, quòd in contractibus non potest fieri Citatio realis & verbalis, sed verbalis tantùm bene potest fieri etiam extra Territorium: fatetur tamen tutius fore, quòd fiat in Juris subsidium per Judicem Territorii, in quo Citandus moratur. Et quòd talis Citatio verbalis in contractibus possit fieri extra Territorium Citantis, tenet *Jo. An. in Novel. d. §. contrahentes.* qui super hoc in oppositum multa scribit: & huic dicto *concor. Cy. & Jaco. de Ar. C. de Episcopis. et Cle. l. omnes. §. verum si Apparitor.* ubi videtur casus, & ad argumenta in contrarium respondet, & primo ad *l. si. ff. de Fu. om. Judi. de consti. c. 2. li. 6.* Nam illa Jura loquuntur in Jus dicente extra Territorium, quod non licet. Sed *Citare*, non est Jus dicere, sed potiùs requirere? ad quod facit quod *no. Card. d. §. contrahentes.* dicens, quòd actus Citationis non est Jurisdictionalis. Unde licèt ea quæ sunt Jurisdictionis non possint exerceri in Territorio alterius, ea tamen quorum effectus fertur intra Territorium Mandantis, bene possunt fieri ad extra, secundùm *no. Cy. d. l. omnes. ad. Cle. pastoralis. de re. Ju.* ubi dicitur, non valere Citationem quæ fiebat contra Regem *Siciliæ* in Territorio Ecclesiæ, & sic extra Territorium suum, sed debuit fieri per Judicem loci in Juris subsidium. Respondet quòd Imperator ibi non erat Judex ex loco delicti, & sic non obstat, quia nos loquimur in contractibus. Alias Solutiones ibi videre poteris, ad quas te remitto. *Paulus in d. Cle. pastoralis. ver. arctavit.* post quædam argumenta contra opinionem prædictam dicit, quòd Judex ipse extra suum Territorium citare non potest, quia talis Citatio habet vim Sententiæ quam ferre non potest in Territorio alieno: & idem dicit de Citatione reali, quæ fit per captionem: de qua habetur *de sen. Excom. si Clericos. li. 6.* Ubi tamen Subditus suus ratione domicilii forsan quod habet in Territorio suo, absens est in Territorio alieno; tunc etiam per Literas & per Nuncium, per Præconem & per Edicta, potest eum verbaliter citare: ratio est, quia talis per alium citari non potest. Nam cùm Citatio respectu Principis procedat à superioritate, talis alibi non delinquès nec contrahens, alium non habet Superiorem nisi Judicem domicilii; quia sola sistentia vel transitus non facit eum Subjectum. Facit ad hoc *de foro compe. quod Clericis.* & ibi *per Hostien. ff. de Judi. l. hæres absens. § nunquid de tempo. ord. cum nullus. li. 6.* Ubi verò talis Citandus non est de foro Citantis nisi ratione delicti, vel contractûs tantùm; tunc talis Citatio per Literas, Præconem, vel Edictum, personam ejus non arctat, ubi apprehensus est extra Territorium; sed debet Citatio fieri per Judicem loci ubi moratur: ut in *d. c. pastoralis.* Tamen quoad executionem in rebus quas forsan talis habet infra Territorium, bene potest fieri Citatio etiam extra Territorium, ut prædictum est. Et sic possunt intelligi *no. per Inno. de foro compe. licet. & per Jo. An. eod.* & cum dicta sententia *Pauli* recitativè concordat *Bart. in tel. 11. c. 1. §. ad hæc. ver. per Edictum. ver. sed an prædictis. Bart.* verò prædictus *in l. 1. ff. de requi. reis. ver. 2. nota.* dicit, quòd quandoque sunt plures Judices habentes Jurisdictiones separatas, tamen illæ Jurisdictiones habent dependentiam ab uno Principe, ut patet exemplum in pluribus Præsidibus Provinciarum sub Imperatore vel uno Rege, & tunc unus potest citare verbo in Territorio alterius, ut *d. l. omnes. §. si verò Apparitor. cum similibus.* quasi hoc videatur permissum ab illo Principe. Facit ad hoc *l. quæro. ff. de solu. et ff. de adm. tu. l. Titium. §. tutores.* Quidam habent Jurisdictiones distinctas & separatas, ita quòd una ab alia non dependet, nec sunt sub eodem Domino. Exemplum patet in Papa & Imperatore, secundùm opinionem, quæ vult, quòd Imperium non dependeat ab Ecclesia, & tunc unus non Citat in Territorio alterius, & sic stat *d. c. Pastoralis.* sed tenendo quòd Imperium dependeat ab Ecclesia, quod est verius; tunc licèt unus Judex possit Citare in Territorio illius cui non subest, ut in *d. §. si verò Apparitor. cum similibus.* tamen inferior in Territorio majoris, à quo habet Jurisdictionem, propter ejus reverentiam Citare non potest: pro quo *alle. in ar. ff. de dam. infec. l. 4. §. si tam vicinum.* & hic, ut dicis, stat *c. Pastoralis.* Ex præmissis potest colligere pro veritate hujus materiæ distinctionem quæ sequitur. Aut Judex, qui vult Citare aliquem in Territorio sive Jurisdictione alterius, est in exercenda hujusmodi Jurisdictione Prælatus & Superior ejus in Jurisdictione cujus vult aliquem Citare, aut in hujusmodi Jurisdictione exercenda est ejus Subditus & Inferior; vel aliàs nec sibi præest nec subest, sed uterque habet suam Jurisdictionem ab alio distinctam & separatam. In primo casu, sc. quando in exercitio hujusmodi Jurisdictionis est omnino Superior, bene licet quemcunque etiam Subditum ipsius inferioris Citare. Patet exemplum in Papa, qui potest ubique Citare, cùm sit Vicarius Christi, cujus est terra & plenitudo ejus. *de Judi. c. 1. in Cle.* Potest etiam poni exemplum in Legato Sedis Apostolicæ, qui in Provincia sibi decreta potest ubique Citare. *de offic. Lega. c. 1.* Sed melius pone exemplum in Episcopo, qui per totam Diœcesim Citat, etiam infra loca ubi Archidiaconi habent Jurisdictionem. Secundo casu, sc. quando Citare volens est omnino Subditus ejus, in cujus Territorio vel Jurisdictione vult Citare; tunc dico, quòd non potest talis Inferior Citare in loco Jurisdictionis specialis sui Superioris, nec ratione delicti, contractûs, aut rei de qua agitur; sed debet sibi supplicare, ut in Juris subsidium eum Citet ipse Superior, vel Citari faciat: & sic potest intelligi *dictum c. Pastoralis.* & ad hoc faciunt ea quæ leguntur & notantur *de majorita. & obedi. cum inferior. et ibi per Inno.* Tertio casu, scil. quando loquimur in duobus habentibus Jurisdictiones distinctas, quorum neuter alteri præest vel subest: tunc subdistinguo; aut unus illorum vult Citare illum qui omnino est Subditus alterius, & tunc non potest, ut *d. l. fi. ff. de Jurisd. om. Judi. cum similibus.* aut vult Citare eum qui omnino est suus proprius Subditus, licèt pro tempore trahat moram in Jurisdictione alterius; & tunc dico, quòd per Nuncium, Literas, Præconem, & per Edictum, tali scil. modo, quo se non ostendat habere Jurisdictionem in loco, ut puta, quòd non mittat Præconem cum Tuba, secundùm ea quæ notantur in *c. quod Clericis. de foro compe. & per Inno. in c. dilectus. de Capel. mo.* nec ponat Edictum solenniter, sed per viam intimationis, verbaliter potest eum Citare; non tamen realiter, nec in persona propria; prout *no. Paul. in loco præal.* Et in hoc casu si non comparuerit, potest non solùm contra eum procedere quoad missionem in rebus quas habet infra Territorium ejus; sed etiam ejus personam Excommunicare: & sic intelligo dictum *§. si verò Apparitor. cum similibus.* Nam in hoc casu non est necesse, locum in quo Citatur, esse de Jurisdictione Citantis, ut aliàs patet in Arbitro. *ff. de arbitris. l. sed si interpellatur. §. 1.* & in Canonibus Citantibus ad *elect. extra. de elect. bone. cum similibus.* Unde Citatio hujusmodi facta per suum proprium Judicem arctat eum, quia non habet alium Judicem per quem ita Citari posset, ut prædixi. Et hujusmodi Citationis effectus erit, ut imponatur sibi pœna corporalis, quando illa pœna statim infligitur à Jure communi, ut quia Lex statim imponit pœnam infamiæ delinquenti. *3. q. 7. §. porro.* Et ratio est, quia imponitur à Jure communi, cui omnes subsunt. *de Consti. c. 1.* & idem, si sententia habeat executionem à Jure quoad actum privationis, sicut propter delictum Clerici qui Beneficio privatur. *de Cle. non residen. tu. c.* Quia quantum ad privationem ipso Jure trahit secum executionem, licèt secus quoad executionem facti. *de foro compe. c. postulasti.* & sic sentit *Paulus dicta Cle. Pastoralis. ver. inventus:* Sed secus esset si requireret executionem hominis

Citatio variis modis fieri potest.

Quæstio.

Nota pro citram distinctionem. An quis possit citari extra Territorium

hominis ministerio. Aut vult Citare talem qui in forum non est sibi Subditus, sed principaliter est Subditus alienus, sibi tamen tenetur subesse ratione Delicti, Contractûs, Domicilii, vel rei infra ejus Territorium constitutæ. Et tunc dico, quòd si velit ratione Delicti eum Citare, non potest nec ad finem, ut procedatur contra eum in persona, neque in rebus.

Et sic notatur per *Innocentium extra. de foro competen. c. postulasti. circa medium.* & bene probatur *in dicta Clementi. Pastoralis.* & sic notatur *de foro competen. c. fi. per Johannem in coll. vers. sed nunquid Judex delinquentem.* Hoc intelligas verum, quando contra absentem non potest procedi ad sententiam definitivâ; sin autem posset procedi ad sententiam definitivam contra absentem, valebit Citatio, ex quo Territoria non differunt in Jurisdictione universali sed in particulari. Casus est *in dicto Extravaganti. ad reprimendam.* & sic intelligit eam ibi *Bart.* & facit ad hoc *de dolo & contumac. veritatis.* Si verò ratione contractûs in suo Territorio initi, vel rei quam habet infra Territorium suum existentis, velit eum Citare; tunc dico, quòd verbaliter hoc facere potest per Nuncium, Præconem, Literas, vel per Edictum: non tamen per se, nec realiter, ut prædixi. Et in hoc casu effectus talis Citationis erit, ut procedatur contra eum ad missionem faciendam in rebus tantùm, non autem in persona; quia in hoc casu personam ejus Excommunicare non potest. Et sic possunt intelligi ea quæ leguntur & notantur in *dicto §. contrahentes. c. Romana. de foro competen. li. 6.* & sic notatur *dicto c. fina. vers. sed nunquid Judex contractus. in princi. per Johan. in coll.* Quod autem dixi, quòd *personam Excommunicare non potest*, intelligitur verum, quando persona non erat præventa Citatione, antequam exiret Territorium; quia si erat præventa, potest eam Excommunicare, ut notat *Innocen. de foro competen. c. fina. & in c. præterea. de dilationi. in Glossa magna.* & notatur *per Johan. Caldri. c. 1. de raptu & per Dominicum de Sancto Geminiano de foro competen. §. contrahentes. li. 6.*

a *Et hoc.* Tertium dictum secundæ partis principalis. Et intelligas illud quod hic dicitur, *& hoc et cætera*, referri non solùm ad id quod hic ultimò dictum est in *§. quod si aliquo.* sed etiam ad id qd dictum est & ordinatum in *§. primo.*

b *Decani Rurales.* De his nominatim & specialiter istud ordinatur, quia per eos potiùs quàm per alios, qui habent Sigilla Authentica, multæ fiebant fraudes; ut patet *suprà in princi. in parte decisa.*

c *Omni Anno.* Hoc ideo dicit fortassis, quia quolibet anno mutantur Decani, & fiunt novi: aliàs postquam jurati essent, non oporteret hujusmodi juramentum requiri, nisi subesset causa suspitionis, ut notatur 23. q. 8. c. *ut pridem. per Johannem.*

[a] Et hoc jurent [b] Decani Rurales fideliter se facturos in Episcopali Synodo [c] omni Anno.

Immunitatis Ecclesiasticæ Violatores, Reique Usurpatores, quia ipso facto Excommunicati sunt, difficultate Citationis Sententiam non evitent; si tamen fieri potest, suis Citentur loco, & tempore; in loco videlicet delicti etiamsi non adfuerint, habito super ea re Certificatorio.

Simon Mepham.

[d] ITem omnes illi, [e] *& infrà.* Ut immunitatis Ecclesiasticæ violatores, qui viz. [h] de Domibus, [i] Maneriis, [k] Grangiis, aut aliis locis ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias [m] personas Ecclesiasticas, seu [n] ad ipsas Ecclesias [o] pertinentibus, [p] quicquid [q] fuerint, habito super ea re Certificatorio.

d *Item omnes illi.* Hæc Constitutio fuit edita per *Simonem Mepham*, in Concilio suo Provinciali, celebrato Anno Dom. 1323. & habet quatuor dicta. In primo dispositè de modo Citandi Violatores immunitatis Ecclesiæ in casibus contentis in Constitutione *Otthoboni*, quæ incipit, *Ad tutelam*, & extendit eundem modum Citandi ad omnes casus contentos in dicta Constitutione. In secundo ibi, *Præfatos etiam*, statuit quoscunque Violatores immunitatis Ecclesiasticæ posse convenire in loco Delicti, licèt ibi non inveniantur. In tertio ibi, *Utrum autem*, ordinat quòd fiatur in hujusmodi Citationibus Certificatorio illius cui mandatum dirigitur. In quarto ibi, *Et ut in præmissis*, præcipit ut Judices ordinarii suæ Provinciæ juvent se mutuò in executionibus hujusmodi faciendis. *Divisio.*

e *Et infrà.* Hic deciditur, quòd hi, de quibus loquitur hæc Constitutio, hic in principio declarati sunt per statutentem Violatores Ecclesiasticæ libertatis & immunitatis, ac ipso facto Excommunicati per Constitutionem bonæ memoriæ *Stephani* Archiepiscopi, editam in Concilio *Oxon.* de qua habetur *infrà. de sen. Excom. c. auctoritate Dei Patris &c.*

f *Immunitatis Ecclesiasticæ.* Id est, libertatis Ecclesiasticæ. *Argumen. ff. de Fur. immunita. per totum.* & concordant notata per *Archidiaconum. 16. quæst. 1. generaliter. ver. immunitate.* qui dicit, quòd *immunitas* est libertas competens viris Ecclesiasticis in personis, rebus, & locis, ad eas pertinentibus: aliàs dicitur privilegium competens in præmissis, ut notat *Johan. 12. quæst. 1. cum devotissimam. in principio.* *Immunitatis definitio.*

g *Videlicet.* Quod prius dixit in Genere, jam declarat in Specie.

h *Domibus.* Sive propriis, sive alienis, dum tamen aliquo Jure ad personas seu loca infrà scripta pertineant. *Argumen. ad hoc. ff. de injuriis. l. Lex Cornelia. §. domum.* & vide quod dicam *infrà. ver. pertinentibus.* Et intellige non solùm de domibus quibus inhabitatur, sed etiam de his quæ ad inhabitandum ordinatæ sunt, & in quibus aliquid causâ custodiæ reponitur. *ff. de verbo. significatio. l. in lege Censoria.* Et *Domus* generaliter intelliguntur quæcunque ædificia. *ff. de legatis. 1. l. domus.* & quæ consistunt ex Solo & superficie. *ff. de rei. vendi. l. solum.* Et sic intellige hic, sive sint in urbe vel in rure posita. *Argumen. ad hoc ff. de verbo. significa. l. fundi.* *Domus.*

i *Maneriis.* Sic dictis à *manendo*, & in quibus habetur Mansus, vel habentur Mansi. Est enim *Mansus* quantitas terræ, quæ cum uno pari boum coli potest; ut *in c. 1. extra. de censi. & 10. coll. si de feu. contra. feu. c. 1.* Et intellige hic, *Maneria*, non solùm domos ipsius Manerii, sed etiam Mansos, Agros, & Vineas, & loca ipsis Maneriis pertinentia. *Ar. ad hoc. ff. de rei ven. l. quæ negligo. ff. de Jud. l. insula.* *Mansus.*

k *Grangiis.* Sic dictis à *granis*, quæ ibi reponuntur; & dicuntur *Grangiæ* domus sive ædificia, non solùm ubi reponuntur grana, ut sunt Horrea, sed etiam ubi sunt Stabula pro Equis, Bustaria sive Præsepia pro Bobus, & aliis animalibus, Caulæ pro Ovibus, Porcitheca pro Porcis, & sic de aliis quæ pertinent ad Oeconomiam, ut sunt loca deputata pro servientibus ad Agriculturam, & operâ rusticâ: & de eis fit mentio in *c. auctoritate. extra. de cens.*

l *Aliis locis.* Sc. Quibuscunque ædificatis vel non ædificatis, clausis vel apertis, cultis vel incultis, aquosis vel inaquosis, nemorosis vel campestribus, &c. dummodo ad personas infrà scriptas pertineant.

m *Personas Ecclesiasticas.* Sc. Clericos, in quocunque Ordine constitutos; præter quos etiam comprehenduntur sub his *personis Ecclesiasticis* Templarii, Hospitalarii, Conversi, & quilibet Religiosi, ut notatur per *Card. de injur. ver. personis Ecclesiasticis. li. 6. & concor. Johan. An. de elect. c. sciant cuncti. vers. Ecclesiasticas. eo. lib. & no. 17. q. 4. c. quisquis.* Et cum hic generaliter loquatur de rebus ad personas Ecclesiasticas pertinentibus, puto quod non solùm illud debeat intelligi de locis Ecclesiasticis, sed etiam de aliis, pura Patrimonialibus & privatis, ad ipsas personas Ecclesiasticas quovismodo spectantibus. Sufficit enim quod persona, ad quam locus pertinet, sit Ecclesiastica, licèt locus ipse non sit Ecclesiæ, & hoc patet ex eo quod sequitur, *seu ad ipsas Ecclesias &c.* & pro illo faciunt quæ leguntur & notantur *de vi. & honest. Cler. c. 1. in Clem. ubi de hoc. per Wilhelm. ver. in rebus.* Et ad hoc facit dictio, *seu*, quæ statim sequitur, & est dictio ampliativa. *ff. de au. & argen. lega. l. si quis ita.* & legitur & notatur 63. *dist. ego. ubi de hoc per Johannem.*

n *Ad ipsas Ecclesias.* Ex hac litera & præcedenti videtur, quòd auferentes bona aliqua, quæ non pertinent ad Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, non includuntur sub hac Constitutione; & sic auferentes res proprias vel alienas, quæ non pertinent ad Ecclesiam, nec ad personas Ecclesiasticas, non arctantur hac Constitutione, sed litera sequenti innuit contrarium: ibi, *vel eorum qui sunt hujusmodi, veruni cui dari, &c.* dic ut ibi, *et infrà. glo. proxima.*

o *Pertinentibus.* Verbum, *pertinere*, latissimè patet: quia non solùm spectat ad ea quæ nostri dominii sunt, sed ad ea quæ jure aliquo possidemus, licèt dominii nostri non sint: & etiam ea ad nos pertinere dicuntur, quæ nobis ex aliquo contractu debentur. *ff. de verbo. sig. l. verbum illud.* Unde & res pignorata ad nos pertinet, & bona fide possessa, ut dicit ibi Glossa: & ad hoc facit quod legitur *ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. pertinere.* Et concordant notata per *Bart. extra. de fi. instr. inter dilectos. ver. pertinere.* Licet ergo res non sit propria ipsius Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ, dum tamen in ea aliquod jus sive interesse habeat, sufficit ut locum habeat hæc Constitutio. Ad quod facit *l. super possessione. C. de transac.* ibi, *ad quam res pertinet &c.* *Verbum.*

p *Quicquam.* Id est, aliquid. Et sic etiamsi modicum sit, habet locum Constitutio, juxta notata per *Bart. ff. de acqui. hære. l. si servum.* & notatur plane in *glossa Extravagantis Jo. 22. suscepti regiminis. §. si. ver. quicquam.*

q *Præter*

Præter diversimodè sumitur.

a *Præter voluntatem.* Id est, absque voluntate, & sic dictio (*Præter*) stat exclusivè; nam si cum voluntate Domini hoc faceret, non haberet locum quod hic dicitur. *ff. de furtis. l. qui vas. §. qui ex voluntate.* Et ut melius in hoc articulo procedas, nota quod hæc dictio (*præter*) diversimodè sumitur in Jure. Sumitur enim quandoque pro *contrà*, ut *n. ff. An. de elect. c. sicut. ver. præter. li. 6.* Aliàs ponitur pro *extra*, ut notat ibi *Archid. in princi.* & in utroque casu stat exclusivè. Aliquando ponitur pro *ultra*, ut in *c. decet. de immuni. Eccle. ad fi. li. 6. ubi de hoc per Archid. ver. præter.* & sic sumitur inclusivè: ramen de sui natura hæc dictio habet excludere, ut notat idem *Archi. c. ad Apostolicæ. ver. præter. de re judi. li. 6.* & sic stat hic, scilicet ut excludat voluntatem. Quomodo autem quandoque ponitur inclusivè, quandoque exclusivè, potes videre Remissiones quas ponit super hoc *Archidiaconus. 13. q. 2. Ebron.* ubi circa hoc ponit hanc Theoricam, quòd quandocunque illud quod sequitur dictionem, *præter*, de sui natura aliàs deberet includi sub eo quod præcedit, tunc ponitur exclusivè: verbi gratiâ, *Lego tibi omnia animalia mea præter talem Equum*; constat enim quòd Equus continetur de sui natura apppellatione animalium: unde in isto exemplo & similibus stat exclusivè. Ubi verò id quod sequitur non comprehenditur de sui natura sub eo quod procedit, verbi gratiâ, *Lego tibi omnia animalia mea præter talem Cipbum argenteum*, in hoc casu & similibus stat inclusivè. Et huic dicto *concor. Paulus in Clem. fidei. de summa Trini. & fide Catho. ver. præter.* Idem tamen *Paulus in Cle. multorum. ver. Canonis de pœnis.* dicit, quòd quando dictio (*præter*) sequitur Propositionem affirmativam, stat exclusivè: si verò sequatur Propositionem negativam, stat inclusivè. Allegat *Petrum de Bell. Perti. C. de transactio. l. 4.* Ibi enim dicit *Petrus*, quòd ubi dictio (*præter*) sequitur Propositionem affirmativam, & comprehendit aliquid quod non continetur sub præcedenti Propositione, tunc includit. Si verò comprehendit tale quid, quod continetur sub præcedenti Propositione, tunc excludit; ubi autem sequitur negativam, semper includit, *ut dicta l. 4. cum similibus. Bern. Compo. in c. dudum. le. 2. extra. de elec.* dicit, quòd in materia favorabili, utpurà in Testamentis, hæc dictio (*præter*) stat inclusivè: in materia verò odiosa, utputà in Dispensatione super Pluralitate, stat exclusivè. *Bart. in l. 1. ff. de pigno. act. in fi.* dicit, quòd dictio (*præter*) apponitur parti contentorum sub præmissis, & ponitur exclusivè. Quandoque apponitur ei quod sub præmissis non continetur, & ponitur inclusivè: & istud dictum *Bart.* recidit in id idem quod suprà dictum est per *Archidiscò*. Quoad præsens mihi placet dictum *Petri de Bell. Pertica in dicta l. 4.* Hic tamen nota, quòd aliud est facere *præter voluntatem*, & aliud *contra voluntatem*; nam facere *contra voluntatem*, est aliquid facere quod directè obviat voluntati ad hoc non consentienti sed contradicenti: sed *præter voluntatem* facere, est aliquid facere illo ignorante vel non consentiente, cujus voluntas sive consensus in ea parte requiritur, licet expresse non contradicat. *ff. de furtis. l. qui vas. §. vetare.* Sic & aliàs dicimus aliquid fieri *contra legem*, ubi directè aliquid fit contra verba & mentem Legis.; quid fieri vel non fieri prohibentis. Sed *præter Legem* fieri dicitur, id quod alio modo fit quàm Lex statuit vel consentit fieri, illud tamen factum nec ipsi Legi, nec Lex ipsa tali fácto contradicit nec repugnat. Ad quod faciunt notata per *Bern. de sen. & re judi. c. causam quæ. glossa prima*, ubi de hoc sunt concordantiæ.

Præter & contra differunt,

b *Aut permissionem.* Intellige expressam, ut sic *permissio* sumatur pro *concessione*. Sic alibi stat, videlicet *de ætate & quali. capi. unico. li. 6.* Nam sola *permissio*, prout sumitur pro *tolerantia*, non sufficeret; quia non quicquid homo tolerat, id approbat: 31. *q. 1. hac ratione.* & ratio est, quia in præjudicialibus præsumitur quis invitus. *ff. de furtis. l. qui vas. §. vetare.* Absens namque & ignorans non videtur consentire, ut ibi patet; imò nec quandoque sciens, maximè si sit absens. *ff. de noxali. act. l. in delictis. in princi.* Imò etsi præsens esset, sciens & intelligens rem suam, vel suæ custodiæ commissam auferri, per solam taciturnitatem non videretur consentire. *ut l. filius. §. invitus. ff. de procur. & ff. de auc. tu. l. 3.* Posset tamen hic distingui, an inter auferentem, & ipsum à quo auferitur, præcesserit aliquis contractus, ex cujus natura teneretur pati rem hujusmodi auferri? & tunc tacens habetur pro consentiente. *C. de acquiren. possessi. li. 2.* Si verò talis contractus non præcessit sic, in modico præjudicio tacens videtur consentire. *ut l. quam Tuberonis. §. sunt quædam. ff. de pecul. & ff. communi di. l. Sabinus. & l. Labeo. in sua glossa.* In magno autem præjudicio non videtur consentire. *ff. de furtis. l. penul.* & notatur *C. de acquiren. possess. l. 2.* Hanc materiam latiùs videre poteris tractatam per *Bartho. in l. quæ datis. ff. solu. matrimo. per columnam ante finem.*

c *Dominorum.* Scilicet hujusmodi rerum, seu bonorum ad personas Ecclesiasticas & ad ipsas Ecclesias pertinentium. Et ex hoc loco apparet quòd personæ Ecclesiasticæ dicuntur *Domini* bonorum Ecclesiæ, quod satis dici potest saltem in perceptis, & quoad fidelem dispensationem. Sic notat *Arch. de rescrip. Statutum. §. assessorem. ver. de proprio. li. 6. Johan. de Athona* prout ipse de hoc notat in Constitutione *Otthoboni. Christiana. ver. alimonia.* dicit hoc esse verum impropriè loquendo de Dominio; nam propriè & simpliciter personæ Ecclesiasticæ non sunt *Domini*, sed loco Dominorum. Unde dicuntur *Procuratores*, non *Domini. Extra. de dona. c. fraternitatem.* Et istud dictum posset satis concedi, sic ut procedat in rebus Ecclesiasticis: secus tamen in rebus privatis & Patrimonialibus ipsorum Clericorum: Nam in his ipsi Clerici veri *Domini* sunt. Unde Litera ista quæ loquitur disjunctivè, dum dicit, *Dominorum, vel eorum &c.* potest sic exponi, ut *ly Dominorum* referatur ad personas Ecclesiasticas, & bona eorum Patrimonialia in quibus sunt Domini. Quod autem sequitur, *vel eorum qui sunt Custodes &c.* referatur ad id. quod prius dixit, *ad Ecclesias pertinentibus:* nam harum rerum viri Ecclesiastici potiùs sunt Custodes sive Administratores quàm Domini, ut patet in locis prælegatis. Iste ramen intellectus non est communis apud omnes, quia communiter intelligitur alio modo, prout dicam *infrà. glo. proxi. & ver. Custodes.* De hac materia, videlicet an Clerici sint Domini rerum Ecclesiasticarum, tractat *Archid. in loco prælle. & Card. de rebus Eccle. non alienan. c. hoc consultissimo. ver. ipsarum. & ver. immobilia. li. 6.* In dicto *ver. ipsarum. ad finem*, dicit *Card.* quòd quoad Dominium bona Ecclesiastica sunt Christi tanquam capitis, Sunt verò Ecclesiæ, quæ est congregatio fidelium tanquam corporis: quoad debitum sive sustentationem dicit, quòd sunt pauperum, sed quoad usum & administrationem, sunt ipsorum Clericorum.

An Clerici sint Domini rerum Ecclesiasticarum?

d *Vel eorum. Jo. de Athona*, in Constitutione *Otthoboni, ad tutelam. §. ad hæc.* exponit hanc literam ut referatur ad servientes, qui habent custodiam rerum sub ipsis viris Ecclesiasticis, quos antea Textus iste vocavit *Dominos*, & sic communiter intelligitur. Alium intellectum posui *suprà* in Glossa proxima.

e *Rerum.* Pertinentium ad personas Ecclesiasticas vel ad Ecclesias.

f *Custodes.* Ut sunt Præpositi, & Ballivi; & quilibet serviens in Officio sibi commisso: item, Parcarii, & Forrestarii, & alii Warrenarium Custodes, qui sub viris Ecclesiasticis rerum & locorum Custodes deputati sunt. Et puto, quòd etiamsi res Laici sit commissa custodiæ alicujus personæ Ecclesiasticæ, ita quòd teneatur pro ea respondere, si talis res sit de locis illis, de quibus hic dicitur, sine ipsius voluntate & permissione subtracta, quod locum habet præsens Constitutio. Potest enim esse, quod ad eum pertineat ratione pignoris, vel quia eam conduxit, vel quia eam habet præcariò, vel per viam commodati seu depositi. Unde cum istis casibus & similibus, periculum rei possit in casu suo ad Custodem talem pertinere, in eodem casu putarem hanc Constitutionem habere locum, ut dixi *suprà. ver. pertinentibus.*

g *Abstrahere.* i. e. In aliam partem trahere, lacerare, vel abscindere, secundùm *Fanuensem.*

h *Consumere.* i. e. Vastare, destruere, vel in malo expendere: & sic non solùm concernit extraneos, sed etiam familiares, qui forsan in malis usibus consumunt bona Dominorum suorum. Et ponitur hic, *consumere*, in malo; quandoque tamen sonat in bonum; ut patet *ff. quod metus causâ. l. videamus. & l. seq.*

Consumere, & in bonum & in malum sonat.

i *Contractare.* Animum furandi importat. *ff. de furtis. l. 1. §. fi.* Et potiùs significat factum tam circa rem mobilem quàm immobilem; ut ibi patet in *Glo.* & est, *contractare*, aliquid de loco ad locum movere. *ff. de acquir. poss. l. rei. §. si rem. ut notat Bart. dicta l. 1.*

k *Præsumpserint.* In malo hic sumitur, *præsumere*; i. e. aliquid non audendum committere. Quandoque tamen sumitur in bono, prout notat *Archi. de rescrip. c. statutum. ver. præsumat. li 6. ubi de hoc sunt concor.*

l *Fecerint.* Istud non continetur in *d. §. ad hæc. in Constitutione Otthoboni.* quæ incipit, *ad tutelam.* Sed potest colligi ex eo quod ibi legitur in *§. nos igitur.* ubi loquitur de auferentibus res alienas positas causâ securitatis in Ecclesiis, vel earum Cœmeteriis, vel infra Septa Ecclesiarum. Et signanter attende ad id quod hic dicitur, *fecerint*, magis namque importat quàm si diceretur, *mandaverint*,

mandaverint. Nam in hoc casu, sive mandaverint, procuraverint, sollicitaverint, excitaverint, seu ad hoc induxerint, aut consilium dederint, sic quòd fuerint causa vel occasio talis malefacti, tenentur & ligantur hac Constitutione. Verbum namque, *facere*, omnem causam complectitur. *ff. de verbo. sig. l. verbum facere.* Et huic sententiæ *concor. ff. de jureju. l. non solum. in princ.* & §. *Preculus.* Aliàs est §. *si mandato.* ubi dicit *Bart.* quod non refert quibus verbis quis utatur, sive dicat *volo, mando, rogo, consulo,* vel quibuscunque aliis verbis utatur, ad effectum, qd aliquis talis teneatur injuriarum actione.

Verbum facere.

a *Suo nomine.* Sume quod est infrà, *ratam habuerint.* Alias autem si non suo sed alieno nomine factum sit, non tenentur per ratihabitionem, ut in *c. ratum. de regu. Juris. li. 6.* Imò requiritur etiam, quòd ille, cujus nomine factum est, sit talis qui ab initio potuit illud facere & mandare, aliter ratihabitio non obest. *Ar. C. de cadu. tol. l. 2.* §. *ne autem.* In talibus enim quoad pœnam, ratihabitio non æquiparatur Mandato. Facit *de sententia Excommun. c. cum quis. li. 6.* Opus etiam est, ut id quod nomine alicujus factum est, ratum quis habeat ut nomine suo gestum. Alias si ratum habeat, non tamen ut nomine suo gestum, imò doleat nomine suo fuisse factum, non tenetur per talem ratihabitionem, ut bene notatur. *ff. de ri. & ra. annata. l. 2.* §. *sed etsi cum quis. per Accurs. glo. 1.* & *concor. ibi Bart.* quod tene menti. Et ad præmissa faciunt notata per *Paulum in Clem. 1. de panis. ver. facta.* & *glo. sequenti.* & quæ notat *Archidia. de panis. c. felicis, ver. habuit. li. 6.*

b *A familiaribus.* Etiamsi nomine suo factum sit, ut videtur: & hoc innuit hæc disjunctiva, *vel,* quæ ponitur hic in Textu, ut differat à præcedentibus. Sed pure, quod etiamsi à familiaribus tale quid factum sit, Domino nolente vel ignorante, sola ratihabitio Dominum non ligat, nisi nomine suo factum sit, ut dixi in *Glo.* præcedenti. Et ad hoc facit quod legitur dicto §. *sed etsi cum quis. cum* §. *seq. ff. de ri.* & *ra. annata.* nisi quæsitum aliquid ad Dominum mediantibus hujusmodi familiaribus pervenerit, ut ibi legitur & notatur.

c *Difficultatis.* Scilicet veniendi ad partes nostras qui Citandi sunt, quia forsan ignarus, vel quia impeditus per se & per alios, ne ad eos perveniat, possit Citatio: vel quia locus ubi sunt, non est tutus. Et *concor. in summa de Judiciis. c. 1. in Clem.* Et idem intelligo, si propter metum vel potentiam Citandi, vel suorum, difficultas hæc emerserit: ut in *c. causam.* § *fi. de elec. in Cle.*

d *Eorundem,* scil. Violatorum immunitatis Ecclesiasticæ.

e *Le fratrum nostrorum. Vers.* ubi procedit ad Statutum.

f *Violatorum hujusmodi.* Scilicet in casibus superiùs recitatis.

g *Si personaliter inveniri.* Ponit ordinem Citandi: & consimilem modum habes *de elect. capitu. causam. in Clementi. ubi de hoc per Paulum. in ver. talem.* & *de foro compe. c.* 2. § *ibi per eundem in ver. decuntur.*

An Citatio debeat fieri personaliter?

h *Tutè adiri.* Scilicet tam ratione itineris quàm ob metum forsan personæ Citandæ, vel suorum. Et talis metus non debet esse vanus, sed verisimilis. *Argu. extra. de spon. veniens. ff. quod metus causa. l. metum.* Providens enim Jurisperiti tutè non valenti adire Judicem. *de Appellationibus ex parte.* Ita provideri debet Judici, Apparitori, & Executori. *ut lite non contest. quoniam.* & *capitu. accedens.* Debet tamen hoc expiari in Citatione. *ff. de transactioni. l. cum hi.* §. *si Prætor. de Appellatio. Romana.* §. *cum autem. libro sexto.* & notatur in *Clementina. 1. de Judiciis. ver. tutè. per Paulum.*

i *Personaliter.* Ex his quæ hic dicuntur, patet, quòd si Citandus possit inveniri, & ad eum tutus sit accessus, qd debet Citari personaliter. Ad quod vide quæ super hoc plenius notantur per *Hostiensem. extra. de eo qui mit. in pos. causa rei servanda. capi. ulti.* Et ad hoc concordant notata in dicta *Clementi. 1. de foro competen. per Gess.* & *Paulum.* Nam si personaliter non sit Citatus, dummodo tutè talis Citatio poterit fieri, non reputabitur contumax, ut ibi notat *Paulus. ver. personaliter. ad quod alle. de dolo & contu. cum olim. de Cle. non resid. ex suæ.* Et circa hoc vide quod dicam *infrà. glo. proxi.*

k *Si verò non inveniri.* Ex hac litera & sequenti satis patet, qd in hujusmodi Citatione servandus est, ut sc. primò Citentur personaliter, si inveniri & tutè adiri possint. Alioquin nunc demum ut sequitur: Et sic ab initio non potest fieri Citatio ad domum etiam in his casibus, nec in aliis. Ex hoc *concor. nota. per Dy.* & *Bart. ff. de dam. infec. l. 4.* §. *ait Prætor.* & *concor. ibi per Bar. in glo. c. causam quæ. de do. et contu.* Sed etiam hic dicitur, *si inveniri non valeat* &c. quæro, de quo loco debet hoc intelligi? Aliqui dicunt sufficere ad effectum, ut aliquis Citetur ad domum, qd non inveniatur in Judicio; ut in *d.* §. *Prætor ait.* aliàs in §. *ab hoc. d. l. 4.* Et hoc intelligit ibi *Bart.* esse verum in his quæ requirunt clericatem, ut patet in cautione damni infecti. *ff. de dam. infec. l. 1.* & etiam in aliis quæ ponuntur *ff. de appel. recu. l. fi.* Aliis autem debet intelligi, qd non possit reperiri in civitate vel in villa qua consuevit morari, ut in *Authen. de exhi. reis.* §. *si verò quidam. coll. 5.* & hæc sententiæ videtur *Inno. d. c. ulti. extra. de eo qui mit. in pos. causa rei servanda. in ver. remota.* Alii dicunt, quòd personaliter Citari debet, si sit infra Jurisdictionem Citantis, vel aliàs infra Provinciam, loquendo de Provincia vulgari. *Ar. ad hoc 4. q. 5. quæsit. de dolo & contu. c. cum olim.* ibi, *si in Hibernia* &c. Et sic notat *Archid. 3. q. 9. caveant. glo. adde ad idem.* et *Henri. d. c. causam quæ. de dolo et contu.* ubi super hoc remittit ad *Host.* qui sic notat ibidem; & dicit, quòd Citatio ad domum non debet fieri ubi quis facit sollipsus præsentiam, sed debet fieri in ultimum refugium. Et huic sententiæ concordat *Paulus in Clem. quamvis. de foro compe. ver. personaliter.* & *de elec. c. causam. ver. ipsum. ubi de hoc ni. per eundem.* & consimiliter notatur per *Archidi. de fo. competen. c. 1. ver. contemnant. li. 6.*

l *Tunc,* &c. Quando non possunt inveniri, vel ad eos non patet tutus accessus; requiritur itaque diligens requisitio talium, antequam fiat Citatio ad domum, vel aliis per Edictum, ut patet hic. Sanum igitur est consilium, ut Judex, antequam decernat Citationem fiendam ad domum, discutiat & diligenter inquirat ubi Citandus inveniri poterit, ut sic secundùm distantiam loci absentiæ det Dilationem ipsi Citando. Ad quod bene facit quod legitur in *d.* §. *si verò quidam. Authen. de exhi. reis.* Sed licèt sic non fecerit, tamen bene tenebit processus Judicis observando formam hic positam; ut notat *Bart. in d.* §. *Prætor ait. de dam. infec. l. 4.* Si tamen dilationem nimis brevem dederit, dat Parti materiam Appellandi. *Extra. de dila. c. 1.*

Domicilio. Id est, ad Domicilium, vel intra Domicilium, quia Domum ad Citandum ingredi non licet. *ff. de in jus vocando. l. plerique.* Aliàs tenetur injuriarum, secundùm *Innocen.* & *Abbat.* qui sic notant *de eo qui mit. in pos. causa rei servanda. c. ulti.* & *concor. Paulus de elect. causa. ver. in domo. in Cle.* Sed quare non fit hic mentio de Procuratore Citando, si quem dimiserit, cùm aliàs in hujusmodi Citationibus faciendis ordo sit, ut persona principalis Citetur, si valeat inveniri; aliòquin ejus Procurator, si quem dimiserit: quo non invento, tunc demùm fiat Citatio ad domum, ut notant *Doct. in d. c. causa quæ. de do. et contu.* Dic istud deberi sic subintelligi, ut in hoc conveniat Juri communi. *Arg. ad hoc ff. de excu. tu. l. scire opus. sed melius de usur. l. si stipulatus. de li. et postu. l. Gallus.* §. *quidam respe.* & *de leg. 1. l. si Legati servi nomine.* Vel potest dici, qd istud sit in his casibus speciale, ut &c. per brachia aliquid laberahatur Juri communi, cùm aliàs nil operetur. *Ar. ad hoc ff. de re. ven. l. non solum. de leg. 3. l. 3.* §. *si rem.* Vel istud intellige, quando satis constat nullum esse Procuratorem constituminis: licèt tamen esset, si de Procuratore constaret: & ad hoc faciunt notata per *Bart. dicto* §. *Prætor ait. vers. quæro an debeat. Sed* licèt dicas hic Textus tales, de quibus hic loquitur, fore Citandos in eorum domiciliis; melior tamen esset litera, & magis concordans aliis Juribus, quæ de tali Citatione loquuntur, si dixisset *Domo* quàm *Domicilio*: differunt namq; *Domicilium* & *Domus.* Nam *Domus* dicitur, quam quis quocunq; modo inhabitat, etiam sive sit propria sive aliena, absq; Domicilio sive Familia. Verbi gratiâ, ponè Exemplũ in eo qui ad tempus moratur in aliquo loco, non tamen animo constituendi ibi Domicilium, ut patet in eo qui causa studii tantùm moratur in aliquo loco. *ff. de injur. l. lex Cornel.* §. *domum. ad fi. Domicilium* verò habere quis dicitur in tali loco, ubi majorẽ partem rerum suarũ habet, vel aliàs fovet Larem, & assiduè conversatur. *C. ubi Senatores vel Clarissimi. l. Senatores.* & aliis modis *nota. per Bero. extra. de rescrip. c. dilectus filius.* ubi dicit, qd habens Ecclesiam vel Præbendam in aliquo loco, non propter hoc intelligitur habere ibi Domicilium. Quandoq; tamen *Domus* & *Domicilium* æquiparantur, ut notat *Jo. An. de Preben. c. præsenti. ver. domus propria. li. 6.* Sed tamen ibi ponuntur ut diversa. Nam sola Domûs possessio, quam quis habet in aliquo loco, non facit Domicilium. *ff. ad municipa. l. libertus.* § *fola.* Unde *Paulus in Clem. 1. de foro competen. ver. domum.* intelligit id qd ibi dicitur de *Domo*, qui quis inhabitat, non autem de *Domicilio*: & idem ipse notat *de elec. c. causam.*

Quæstio.

Domus & Domicilium differunt.

c. *causam. ver. habitare. concor. ibi Doc. alii.* Circa hanc materiam ulteriùs vide *infrà. ver. domicilii.* & quod ibi dicam. Sed quæro, nunquid talis possit Citari ad stationem ubi forsan consuevit stare ad artem exercendam? Dic qd non, sed debet hæc Citatio fieri ad locum ubi familiariter moratur; ut *l. 1. §. permittitur. ff. de libe. agnosc. ubi de hoc per Bart.* qui consimiliter sentit de hospitio, in quo aliquis pauliſper inhabitat, ut ſcil. ſub hoc modo Citandi ibi non Citetur, quia illud non eſt habitare; ut *l. 1. §. habitatores. ff. de his qui deje. vel effu.* Si tamen habet domum ubi ſolet manere cum familia, licèt fuerit abſens; poteſt tamen ibi Citari, ut notat *glo. dicta l. 1.* & ad hoc facit ff. *de uſu et habi. l. ſi maritus. et de leg. 3. l. quæſitum.* §. 1. Cùm igitur juxta præmiſſa *Domus* intelligi debet de illa, in qua magis familiariter habitare conſvevit: puto quòd in hoc caſu modicum differunt *domus* & *domicilium*, nam ſæpiùs in Jure promiſcuè ſumuntur.

[a] *Tutè Citari poſſit.* Sume hic literam quæ eſt *infrà, Citationem Decernimus &c.* Et dic, *tutè*, ſc. abſque periculo perſonæ Citantis. Et concordat quod legitur in *dicta Clem. cauſam. ubi de hoc per Geſſ. ver. tutè.*

b *Si verò.* Verſ.

c *In Domicilio.* i. e. Ante Domicilium, ut prædixi; tunc ſc. quando habet Domicilium, ſed ibi non poteſt tutè Citari.

d *In Eccleſia Parochiali.* Sic ergo non ſufficit qd fiat in Cœmeterio vel loco adhærenti ipſi Eccleſiæ, dum tamen poſſit intrare Eccleſiam: cui concordant notata per *Paulum dicta Clem. cauſam de elec. ver. in Eccleſia.* ubi poteris videre motiva in contrarium, & Solutiones.

e *Ipſius Domicilii.* ſc. Ubi tales communiter conſueverunt habitare, ut ſic largè ſumendo *Domicilium* & *Domus*, idem ſignificent; licèt aliquoties ſumantur ut diverſa, ut dixi *ſuprà. ver. domicilio.* Sed quæro, quid ſi habeat duo Domicilia, & quandoque habitat in uno, quandoq; in alio? Dici poteſt, qd Citatio hujuſmodi fieri debet ibi, ubi Citandus magis habitare conſuevit. *Ar. ff. de verbo. ſignifi. l. majorem.* Sed ſi æqualiter habitaret in duobus locis, tunc Citans eligere poſſet in quo loco velit Citare; licèt ſecurius ſit qd fiat in utroque. Facit ad hoc *de ſepul. c. cum quis. li. 6.* & notatur per *Johannem An. in dicta Clementi. cauſam. ver. communiter.* Ego autem puto, quòd debet Citari ubi degit, vel tenet Domicilium tempore Citationis. *Argumen. d. §. Prætor ait. l. 4. ff. de dam. infec.* Sed quoad intimationem de qua loquitur *dicta Clemen. cauſam.* bene procedit dictum *Johan. An.* Unde ſi in duobus locis æqualiter habitant, inſpici debet tempus Citationis. Et ſic notatur in *dicto §. Prætor ait. ver. ſed quid ſi majori. per Bart. & concor. Paulus in Cle. cauſam. ver. habitare. de elec.*

Quæſtio.

f *Vel ſi nullum habeat.* ſc. *Domicilium*, ut *infrà* ſequitur.

g *Non conſtet.* Sed neque Judici neque Executori Mandati ad Citandum.

h *Eum.* Scilicet Citandum.

i *Domicilium.* Id eſt, certam habitationis locum, ut patet ex præcedentibus. Poteſt enim quis in pluribus locis habere Domicilium, ut notant *Bern. & Innocen. de majo & obe. c. omnes.* Et ſtatim cùm quis recedit cum rebus ſuis de loco, præſumitur habere animum mutandi Domicilium, ut notatur per *Inno. extra. de renun. c. 2.* Hic tamen loquitur Textus de eo qui nullum habet Domicilium, vel non conſtat dè aliquo qd habeat; quia forſan vagabundus eſt, in quo caſu fiet Citatio, ut ſequitur.

k *Tunc.* ſc. Quando ſub forma præmiſſa non poteſt fieri Citatio.

l *In Eccleſia Cathedrali.* Simile habes *de elect. c. cauſam. de foro competen. quamvis. in Cle.* Ex hoc qd dicit, *in Eccleſia*, patet quòd non debet fieri in Cœmeterio, neque in Clauſtro, ſi tamen poſſit ingredi Eccleſiam. Ad quod vide Gloſſam quam poſui *ſuprà. ver. in Eccleſia Parochiali.* ubi de hoc remiſi.

m *Loci.* Etiamſi locus hujuſmodi ab Epiſcopo illius Dioceſeos exceptus ſit.

n *Immunitas Eccleſiæ.* ſupple in aliquo caſuũ hic enumeratorum.

o *Et nihilominus.* i. e. Non minus. *et concor. de re judi. c. cum æterni. ver. nihilominus. per Archid. li. 6.*

p *Ejuſdem loci.* ſc. Uoi immunitas dicitur eſſe læſa.

q *Tutè fieri.* Iſtud ſemper conſidérandum eſt, ut notat *Geſſ. de elect. c. cauſam. ver. tutè. in Cle.*

r *Citationem.* Sume prout ſequitur.

ſ *Decernimus fore faciendam.* Sc. & intellige faciendam contra violatores hujuſmodi immunitatis: & dic *Citationem*, i. e. executionem ſive actum Citationis. Sed quæro, nunquid indiſtinctè quilibet Judex poſſit in tali caſu iſtum modum Citandi exercere? Dic qd iſte modus Citandi ſolis Ordinariis Judicibus & Delegatis à Principe convenit. *C. quomodo et quando Judex. Authen. qui ſemel.* Fieri tamen debet ſolùm contra eos qui curant, nè ad eos Citatio perveniat, vel ad quorum loca non poteſt tutè accedi. *de judi. c. 1. in Cle.* Et ſic apparet ex Textu hujus Conſtitutionis in principio, *occaſione difficultatis* &c. & dixi *ſuprà. ver. difficultatis.* Iſte enim modus Citandi, ſcilicet qui fit in Eccleſia Cathedrali vel Parochiali, vel alio loco publico, non apprehenſâ perſonâ perſonali Citatione, eſt quodammodo Citatio per Edictum, quæ ſolùm convenit perſonis ſupradictis, ut patet ex Juribus prælallegatis. *& no. in coll. 11. §. ad hæc. ver. per edictũ. in prin. per Bart.* Unũ tamen hic ſcias, quòd ubi aliquis in cauſa de qua agitur, nunquã fuit in Judicio, tunc primâ facie non poteſt citari ad Domum, niſi perſonaliter non valeat apprehendi. Aliquin ſi incepit litigare, & poſt non comparet in Judicio, poteſt citari ad domum, & talis Citatio ſufficit; *ut l. ab eo. C. quomodo et quando Judex. cum ibi no. & Authen. qui ſemel ibi poſita.* & eſt hæc concluſio *Bart. ff. de libe. agnoſc. l. 1. §. permittitur. verſ. 2. nota.*

Quæſtio.

Eccleſia publicè (ut præmittitur) factam Volumus, non ſolùm in caſibus ſupradictis, ſed etiam in omnibus caſibus Conſtitutionis Domini *Othoboni*, (quondam Apoſtolicæ Sedis Legati in *Anglia*) quæ incipit, [u] *ad Tutelam*, [x] ſic arctari Citatum, ac ſi eſſet per Citationem [y] perſonaliter apprehenſus; ejuſdemq; [z] Citationis virtute contra eum poſſe procedi ad [a] omnem effectum, ad quem poſſet, ſi Citatus perſonaliter extitiſſet.

t *Hujuſmodi.* Verſ.

u *Ad tutelam.* De hac Conſtitutione *Othoboni. §. ft.* ſumptum fuit id qd ponitur in principio hujus Conſtitutionis. Nihilominus in eadem Conſtitutione exprimuntur alii modi violationis libertatis, ſive immunitatis Eccleſiaſticæ: viz. primò de his qui perſonas ad Eccleſias, Cœmeteria, ſive Clauſtra caſũ fugientes, violenter inde abſtrahunt. Secundò de his qui taliter fugientibus victũ neceſſariũ prohibent. Tertiò de his, qui res alienas in locis prædictis depoſitas violenter aut hoſtiliter aſportant, aſportarive fecerint, aut aſportationem hujuſmodi ſuo nomine factã, vel à familiaribus ſuis ratã habuerint; aut abſtrahentibus, prohibentibus, vel aſportantibus hujuſmodi præbuerint publicè vel occultè auxilium, conſilium, vel conſenſum. Præmiſſa leguntur ibi in §. *nos igitur. et ibi in fi.* Statutum idem contra Eccleſiarum incendiarios, & earum effractores. Unde in omnibus iſtis caſibus habet locum Conſtitutio iſta. *Nota de modis violandi libertatem Eccleſiæ.*

x *Sic arctari.* Sc. ad comparendum.

y *Perſonaliter.* Hic advertę, qd ubi aliquis apprehenſus eſt perſonaliter Citatione, ſi ſic citatus perſonaliter non compareat, efficitur verè contumax: etiã ad effectũ, qd talis cõtumax in non veniendo, ceſſante rationabili impedimento quare non venit, non audiatur appellans, prout clarè notat *Bern. Compoſt. de elect. c. ſtatuimus. ver. de facto proponitur. verſ. Quinto ſuis quæſitum. ad hoc ff. de appellationib. conſenſu. §. ulti.* Secus tamen eſt, ut dicit, in eo qui citatus eſt ad domũ, vel in Eccleſia, ſic qd Citatio non apprehendit eũ perſonaliter: *ut ad hoc l. ab eo. C. quomodo et quando Judex.* nam talis non verè ſed interpretativè dicitur contumax. Et huic ſententiæ *concor. Jo. An. in Cle. unico de do. et contu. ver. manifeſte. in prin. et concor. ibi Geſſ. et Wil. et Paulus. & ver. Bart.* verò *d. l. ex conſenſu.* dicit, qd verè contumax eſt, non ſolùm qui perſonaliter eſt citatus, ſed etiã ille qui novit ſe eſſe citatum, etiã ad domũ, vel in Eccleſia, vel alio loco. Eſt igitur ſecundum eũ verè *contumax*, qui novit ſe citatum legitimè, & cum potuit venire, non venit in termino: quocunque enim modo cognoverit ſe citatum, ſufficit. *ut Litem veniunt. §. a qui. ff. de pet. hær.* & ad idem facit litera *in dicta l. ex conſenſu. §. ulti.* & iſti notantur etiam per *Accurſ.* & ad hoc faciunt *notata ff. de in integ. reſti. l. inter minores. verſ. venio ad quintam. per eun. Bart.* qui ſuper hoc ponit longã diſtinctionẽ. Ex quorũ omniũ Doctorũ dictis patet, qd ad effectum ut aliquis cenſeatur verè *contumax*, requiritur qd novit ſe citatum legitimè, & qd ſic novit tempore congruo, tali viz. quo potuit virtute hujuſmodi Citationis comparere in Termino; unde perinde eſt, Citationẽ ſc. pervenille ad notitiã citati, & eum ipſa Citatione perſonaliter apprehenſũ, ad effectũ, ut poſſit contra eum procedi, tanquã contra contumacẽ. Et hoc eſt qd hic intendit dicere: & vide qd dicam *infrà. ver. effectum.* *Contumax.*

z *Citationis.* ſc. Sic factæ ad domum, vel in Eccleſia Parochiali vel Cathedrali, ut hic dicitur.

a *Omnẽ effectũ.* Sume literam quæ ſequitur, *ad quẽ* &c. & dic *omnẽ effectũ*, ſc. reſultantem ex Jure. Pro cujus materiæ declaratione habes ſcire, qd in Conſtitutione *Othoboni* ponitur pœna talium, & etiam modus puniendi & procedendi contra tales, ſive ſint Clerici ſive ſint Laici. Pœna eſt Excommunicatio lata à Canone. Modus procedendi eſt, ut ſive Laicus ſive Clericus ſit delinquens, quòd procedatur contra eum monitione præmiſſâ ad ſatisfaciendum intra certum terminum rationabiliter præfigendum. *Pœna virlatorũ Eccleſiaſtica libertatis.*

Aliquin

Alioquin quòd Termino hujusmodi elapso procedatur contra talem ad alias pœnas ibi limitatas. Et hæc oportet intelligi ubi constat de delicto. Si verò non constat de delicto, nisi solum per Suggestionē, vel Denunciationem damnum passi, vel alterius cujus interest; tunc videndum est, an talis Citatus comparet, vel non comparet. Si comparet, tunc aut instat contra eum Accusator, vel non. Si sic, tunc procedi debet, ut notat *Specu. situ. de accus.* §. 1. Si verò non comparet Accusator, ubi proceditur per modum Accusationis, tunc dic ut notatur *eo. titu.* §. *Quinto tractandum est.* Si verò instante Accusatore accusatus non comparet; tunc dic, & tene doctrinam, quam ponit *Specu. titu. prædicto.* §. *sequitur videre.* Ubi verò Judex procedit per viam Denunciationis, tunc tenendus est modus, quem ponit *Specu. titu. de denuncia.* §. *nunc dicendum.* Quòd si per viam Inquisitionis procedatur, dic, ut per eundem *titu. de inquisi. per totum.* & præcipuè §. *Nunc tractemus.* Summariè verò potes colligere ea, quæ in hoc casu requisita sunt, ex his quæ notat *Henri. de do. & contu. c. veritatis. dist.* 81. ibi videas.

a *Præfatos.* Secunda pars. Et dic *Præfatos* (scilicet de quibus hic loquitur, & dicta Constitutione *Otthoboni. ad tutelam.*

b *Quoscunque alios.* Sc. à prædictis. Et sume quod est *infrà. violatores &c.*

c *Ecclesiasticæ libertatis.* Quæ consistit in multis, quæ per longum processum recitat *Inno. in c. noverit. Extra. de senten. excom.* qui ibi distinguit inter libertatem Ecclesiasticam prout concernit Ecclesiam universalem, & prout concernit aliquam Ecclesiam singularem; dicens quòd violans libertatem alicujus Ecclesiæ singularis, non incidit in pœnam excommunicationis, de qua ibi loquitur textus: Sed habet intelligi de libertate Ecclesiastica generali. *& concor. Jo. An. ibi in Novel.* & de tali libertate potest, &, ut puto, debet intelligi hoc quòd hic dicitur. Hoc salvo, quòd licut in dicto *c. noverit*, ratione Papæ statuentis, illud intelligitur de Ecclesia universali & ejus libertate; sic in hoc loco ratione Archiepiscopi *Cantuarien.* sic statuentis, debet hoc intelligi de Ecclesia Provinciæ suæ & libertate ejusdem Ecclesiæ, inquantum libertas hujusmodi ultra libertatem Ecclesiæ universalis aliquid continet specialitatis observatæ forsan in Provincia *Cantuarien.*

Libertas Ecclesiastica duplex.

d *Loco delicti.* Non intelligas præcisè de loco ubi delictum commissum est, sed de territorio Judicis cujus est Jurisdictio in loco illo. Non enim debet Judex arctari ad unum angulum Jurisdictionis suæ, sed potest cognoscere in quocunque loco existente infra Jurisdictionem suam. Ut legitur in *c. cum Episcopus. de offi. ordi. li.* 6. & ibi notatur in *ver. sedere. per Archi.* Et quòd ratione delicti fortiatur quis forum, licet aliter non sit subditus ejus in cujus Territorio deliquit, notatur *C. ubi de crimine agi oportet. Authen. qua in Provincia.* & ibi per *Cy. Extra. de rapto. c.* 1. ubi de hoc per *Ber. & alios.* & quomodo in talibus debet fieri remissio, tractatur in locis prædictis. Et *de foro compe. c. Romana.* §. *contrahentes. per Doct. in li.* 6. Optimè tamen per *Jo. An. & Paulum in Cle. pastoralis. de re judi. ver. de more.* & vide quod dicam *infrà. ver. juvent.*

e *Non inveniantur.* Hoc intellige sic, ut delinquens remittatur ad locum delicti, ut in *Authen. ut nulli judicum.* §. *si vero quis comprehensorum. coll.* 9. quia si ibi inveniatur, ibi bene poterit citari. Aliàs autem si non inveniatur ibi, debet remitti per Judicem infra cujus Jurisdictionem degit, ut *no. in d. c.* 1. *de rapto.* Nam talem, qui solum subest alicui ratione delicti, non potest Judex citare extra suum Territorium. ut dixi *supra. e. c.* 1. *ver. citationem factam. ultra medium Glo.*

f *Posse.* Nota, non dicit debere sed *Posse.* Unde ista litera facit ad hoc, quòd in delictis non debet fieri remissio de necessitate. Nam ex hoc quod dicit, *posse conveniri*, non arctat quin etiam ubi degit possit conveniri, si velit is cui damnum illatum est. Et sic videtur notare *Accurs. ff. de accu. l. si cui.* §. *sit.* & sic videtur sentire *Inno. d. t.* 1. *de rapto.* Hoc autem intelligit *Hostien.* verum in levibus delictis; Nam in gravibus, ut dicit, fiet remissio ex necessitate; ut ipse notat *eo. c.* Circa hoc dicit *Paulus*, quòd ubi petitur remissio in foro Ecclesiastico, bene procedit dictum *Hostien.* & idem intelligit in foro seculari, si petatur remissio de his locis quæ sunt ejusdem Dominii & Jurisdictionis; & dependent ab uno superiore. Si verò loca sunt ejusdem Dominii, & diversæ Jurisdictionis, nec dependent ab uno, non est de necessitate facienda remissio, nisi hoc habeat consuetudo. Et sic potest intelligi dictum *Accurs. & sequacium.* hoc notat *Paulus in d. Cle. pastoralis. de re judi. ver. de more. in prin. Barth.* verò in *d. l. si cui.* §. *cum sacrilegium.* tenet cum *Host.* sed quòd de necessitate debet fieri remissio, si petatur, *ar. d.* §. *si quis &c. o comprehensorum.* & hoc, ut dicit, importat verbum *Fuerunt*, ipi posicum, quod est verbum necessitatis. Et hoc verum puto, si velit pœnā inobedientiæ evitare quoad superiorem, qui sic fieri jussit. Et vide quod dicam *infrà. ver. juvent.*

[a] Præfatos etiā; & [b] quoscunq; alios [c] Ecclesiasticæ libertatis seu immunitatis Violatores decernimus in [d] loco delicti, etiamsi ibidem [e] non inveniantur, tam ex officio Judicis quàm ad Partis instantiam, [f] posse [g] conveniri. [h] Utrum autē hujusmodi [i] Violatores Ecclesiasticæ libertatis seu immunitatis [k] inveniri seu tutè adiri valeant, domiciliumve habeant vel nō; volumus, in [l] dubio, stari [m] Certificatorio [n] illius, cui mādatur Citatio facieda. [o] & ut ī præmissis casibus & [p] aliis ijuriam passi [q] justitiam debitam facilius assequantur, districte hoc

g *Conveniri.* In quo casu semper necessaria est Citatio, quæ, nisi in loco delicti delinquens inveniatur, non potest fieri per Judicem loci delicti, sed oportet quòd fiat in Juris subsidium per Judicem sub quo degit, vel de ejus mandato; ut dixi *supra. ver. non inveniantur.* Sed hic quærō, supra dictum est, quòd pumendi sunt tanquàm vio atores Ecclesiasticæ libertatis, non solum faciens, sed mandans, ratum habens, & alii superius enumerati. Nunquid ergo mandans, & ratum habens, & alii supradicti, possunt conveniri in loco delicti commissi, vel in loco Mandati, vel ratihabitionis? dic, quòd in loco delicti. *ar. ad hoc ff. vi. bo. rap. l. prætor.* §. *hoc autem edicto. & no. per Barth. ff. de injuriis l. non solum.* §. *si mandato. & ff. de fidejus. l. si ut proponitur.* *Quæstio.*

h *Utrum autem.* Tertia pars.

i *Violatores.* Sc. de quibus loquitur Constitutio ista, & Constitutio *Otthoboni. ad tutelam.*

k *Inveniri.* Sc. personaliter.

l *In dubio.* Utpotà, quia sunt aliqui, qui dicunt citandum posse personaliter, & tute adiri, & quòd in aliquo certo loco habet domicilium. Alij forsan asserunt contrarium, vel forsan super hoc, se. quòd latitat & inveniri non potest, vel quòd ad eum tutus non pater accessus, vel quòd certum non habet domicilium: Judex aliquod habet Judicium, non tamen certum, neque certum: prout alias *no. in simili. C. de procur. l.* 1. *ver.* 2. *quæro per Cy.* ubi tractat quomodo efficitur res dubia, & an per solam negationem efficiatur res dubia? & concludit quòd non: nisi cum hoc adhit, aliquod Judicium magis inclinans ad unam partem, quàm ad aliam: ibi videas. In tali enim dubio credendum erit Nuncio certificāti, ut hic dicitur. Ad quod vide Glossam quæ ponitur *infrà. ver. illius.* Et pro præmissorum intelligentia, viz. ut scias quando negatione fit res dubia; habes scire, quòd quando negatio habet præsumptionem contra se, ut in facto, quod dicitur esse notorium: tunc sola negatione non efficitur res dubia. *nota. per Archi. 2. q.* 1. *§. quando autem.* Sic etiam negatio extra judicialis non facit rem dubiam: ut dicit *Archi. 11. q.* 1. *quia vel.* Si tamen negatio sit Judicialis, & nō habet contra se præsumptionem evidentem: tunc negatione fit res dubia, ut *no. Doct. d. l.* 1. *C. de procu. ubi de hoc per Cy.* Et fortius hoc erit, si negetur id cujus negationis intentio aliàs est in Judicio fundata. *de rest. spo. c. ad decimas. li. 6. & no. per Inno. de cens. c. venerabilis. & per Archidia. d.* §. *quando autem. præalle.* Tunc enim negatione non fit res dubia propter præsumptionem evidentem in contrarium. Unde dicit *Caldrinus*, quòd negatum probabiliter facit rem dubiam; secus tamen si improbabiliter sit negatum. Et idem tenet *Domini de Rota conclusione sua* 322. *secundùm alle. per Cy. dicta l.* 1. *An negatione fiat res dubia.*

m *Certificatorio.* In quo Mandatarius sive Nuncius debet referre se fecisse secundùm formam Commissionis sibi factæ, sic quòd secundùm ordinem contentorum in Commissione referat in certificatorio, prout veritas se habet, ad quod faciunt notata per *Barth. ff. de dam. infec. l.* 4. §. *prætor ait. versi. Sed quid nuncius.* Sed melius per *Paulum in Clem. causam. de elect. ver. talem.*

n *Illius.* Sc. mandatarii sive nuncii cui commissa est Citatio. Et hoc verum, quando juratus est fideliter exequi Commissionem sibi factā, & fideliter referre. *ar. ad hoc C. de testi. l. jurisjurandi.* sed circa hoc dic, ut dixi *supra. c. c. quidam ruralium. ver. coram testibus. vers. tu igitur.* vel potest dici istud fore speciale, in odium hujusmodi malefactorum; ut scil. credatur uni soli in his quæ sibi mandata sunt, etiam sine juramento. Sicut aliàs legitur in *c.* 2. *de foro compe. in Cle.* & ibi *no.* per *Jo. An. ver. assertionibus. & ca. ver. per Paulum.*

o *Et ut in præmissis.* Quarta pars.

p *Et aliis.* Sc. casibus superius non enumeratis. Possunt enim occurrere alii casus, in quibus necessarium est ut Judices sibi mutuò subveniant, & invicem se juvent. Utpotà, quando agitur contra executores, vel alios, qui sunt diversarum Diœces. vel Jurisdictionum, sic quòd oportet omnes simul convenire, nec sufficit agere contra unum: prout in consimili notat *Barth.* in pluribus hæredibus, qui tenentur aliquam personam alere. *ff. de alimen. leg. l. solent. vers. quid si hæredes.*

q *Justitiam debitam.* Hanc consequitur damnum passus, per causæ terminationem. Lis namque dum proponitur, dicitur Causa; dum discutitur, dicitur Judicium; dum finitur debito modo, dicitur Justitia. *Extra. de verb. sig. c. forus. & nota. per Cardina. de judi. super rubrica. li.* 6. *Lis.*

[a] *Approbante.* Simile habes *de panis. c.1. in Clc. de privil. & exceſſ. prælat. c. Archiepiſcopo. li. 6.*

[b] *Judices Ordinarii.* Ex hoc apparet, quòd hæc Conſtitutio in Delegatis non habet locum. Et hoc verum, niſi in Delegato à Principe, qui in cauſa ſibi commiſſa eſt major omni Ordinario. *de offi. ordi. c. paſtoralis.* Tali Namque Delegato tenentur etiam Ordinarii obedire, ut patet *de offi. deleg. c. ſane. cum concor.*

[c] *Invicem.* Simile habes *extra. de treu. & pa. c.1. in fi.*

[d] *Juvent.* Ex iſta litera videtur, quòd ubi Judex loci, in quo commiſſum eſt delictum, petit delinquentē citari vel remitti ad locum delicti, tunc Judex loci ubi delinquens moratur, tenetur ex neceſſitate hoc facere; iſtud probatur ex litera ſuperiori, quæ dicit, *approbāte Concilio præcipimus.* Sicut aliàs Imperator in caſu conſimili dicit, *Jubemus. Authen. ut nulli judicum. §. ſi vero quis comprehenſorum. coll. 9.* & dixi *ſuprà ver. poſſe.* Et ad idem facit, quod hic dicit, *ſine difficultate &c.* Ubi excludit condictionem & excuſationem quamcunque. Et hoc in caſu iſto puto verum, maximè cùm omnes Judices Ordinarii (de quibus hic loquitur) ſunt Subditi præcipientis, & in ſuo Provinciali Concilio ſic ſtatuentis fieri: unde tenentur tale Statutum omnino ſervare, quia per totam Provinciam ligat. *de ſenten. excom. c. Romana. §. porro.* Ubi de hoc per *Card. ver. ſententiæ. & eo. verſ. per Jo. An. li. 6.* Sed quæro, nunquid Judex delicti poſſit compellere Judicem ſub quo degit delinquens, ut eum citet vel remittat? ex præmiſſis videtur quòd ſic. Et ad hoc facit litera quæ ſequitur, *quibuſcunque Mandatis &c.* ſuperioris namque eſt mandare; inferioris obedire. *14. q.1. quod præcipitur.* Et ſic tenent *Jaco. de Reven. Petrus. de Bell. Pertic. & Cy. C. ubi de crimine agi oportet. Authen. quæ in Provincia.* Et iſtorum ſententiæ *concor. Hug.* ut patet in *glo. 45. di. c. ſi forte.* ibi tamen *Jo. de Deo* tenet contrarium: & dicit, quòd talis compulſio debet fieri per illius Judicis ſuperiorem, cui ſcribitur; & cum hac ſententia *concor. Jo. An. de rejudi. c. paſtoralis. ver. more. in Clc. concor. etiam Paulus in e. ver.* qui dicunt, quòd non obſtat illud quod dicitur in dicto §. *ſi quis verò comprehenſorum.* dum dicit Imperator, *Jubemus &c.* Quia verum eſt, quòd illud verbum *Jubemus*, eſt neceſſitatis, reſpectu Imperatoris Jubentis, per quæ non obediens poſſet puniri: ſed talis juſſio ſive punitio per hoc non datur requirenti. Juxta quorum ſententiam poteſt dici conſimili modo; quòd licet hic dicat, *Præcipimus &c.* quod eſt verbum neceſſitatis; verum eſt, reſpectu Archiepiſcopi, qui aliàs poteſt eum compellere & punire; non tamen reſpectu requirentis: & ſic intelligo dictum *Barth.* quod ponit in *l. ſi cui. ff. de accuſ.* de quo dixi *ſuprà. e. ver. poſſe.* Fateor tamen, quòd ſi requirens aliàs ſit Judicis requiſiti ſuperior, utputà, Metropolitanus requirit Suffraganeū: tunc poteſt eū ad hoc compellere & arctare. Pro quo facit *de foro compe. Romana. §. contrahentes. in fi li. 6. de offi. or. paſtoralis. in princi.* Et ſic notat *Paulus in dicta Clc. paſtoralis. verſ. more. præalle.*

[e] *Citationibus.* Ubi ſcilicet Citatio facta per Judicem loci ubi Reus convenitur, aliàs non haberet locum ſive efficaciam, niſi fiat per Judicem ubi Reus moratur, vel de ejus Mandato. Quod dic, ut dixi *ſuprà. e. ti. 2. ver. Citationem factam.*

[f] *Executionibus.* Tam concernentibus contumaciam fortaſſis ipſius Citati, quàm alia Decreta ipſius Judicis cognoſcentis. Judex namque qui cognoſcit, poteſt diſcernere & pronunciare: ſed executio fiet per Judicem ubi conventus degit, in multis caſibus. Prout legitur & notatur *Extra. de foro compe. c. poſtulaſti.*

[g] *Mandatis.* Propriè ſtat reſpectu ſuperioris; ſed reſpectu inferioris, impropriè; ſic ſcil. ut importet præceptum vel juſſum. Nam tunc ſcil. quando ſcribit Inferior, rogando ſcribi debet, & nihilominus *Mandatum* appellatur. *ff. mandati. l.1.* Quia non refert, an dicatur, *volo, rogo, mando*, ut ibi dicitur. Non enim ſemper intelligitur *Mandare* pro *præcipere*; ſed quandoque ponitur pro *rogare.* Ut notat *Archi. de elect. c fundamenta. ver. mandata. li. 6.*

[h] *Excuſſis, & infrà.* Aſcribitur *Johanni Stratford.* Non tamen habetur in pluribus Libris, nec continetur inter Conſtitutiones ſuas, quæ ſic incipiunt, *Sponſam Chriſti &c.* rationabilis tamen eſt iſta Conſtitutio, & habet tres partes. In prima ponit cauſam condendæ hujus Conſtitutionis. In ſecunda ibi, *Statuimus*, ponit ſuum Statutum. In tertia ibi, *Si verò, decernit*, contrarium ſi fiat, non arctare illum cui mandatum dirigitur. Et quòd Proceſſus inde ſecutus ipſo Jure ſit irritus & inanis. *Divisio*

[i] *Eorum.* Sc. Epiſcoporum & Archidiaconorum.

[k] *Ordinarii*, Utputà tales qui eliguntur ab Univerſitate, vel Collegio, de quibus plenius *no. Extra. de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum. per Inno. & alios poſt eum.*

[l] *Eorumque*, Sc. Ordinariorum.

[m] *Commiſſarii.* Quilibet enim Ordinarius poteſt ea, quæ ad ejus Juriſdictionē ſpectant, aliis committere. *ff. de juriſd. omn. Jud. cum qui cum ſuo Gloſſa.*

[n] *Primarias*, i. e. Primæ vice emanantes.

[o] *Correctionibus.* Intellige de his, qui in ſuis Commiſſionibus habent poteſtatem ſibi datam in ſpeciali, ad corrigendum, & reformandum crimina, & exceſſus. Nam in generali commiſſione talia non tranſeunt. *de offi. vica. c. licet. li. 6.*

[p] *Delinquentium.* Supple infra Juriſdictionem ſuam. Aliàs autem ſi delinquant ad extra, forſan non poſſent eos corrigere. Pro quo dic, ut *ſuprà* dixi, *de Conſtitutio. c. hujus autem. ver. noſtra Provincia.* Et ad hoc vide notata per *Paulum in Clc. paſtoralis. ver. inventus. de rejudi.*

[q] *Ipſis.* Sc. Rectoribus, & aliis Curatis.

[r] *Imponitur.* Scil. per ipſos ſic Citatos, vel alios qui ſunt eorundem Citatorum fautores.

[ſ] *Super his.* Sc. Delictis.

[t] *Occultas.* Id eſt in ſecreto, vel in abſcondito factas.

[u] *In foro animæ.* Hoc dicit ad differentiam Confeſſionis; quæ fit publice in foro Judiciali. Unde ſi talis Curatus habens forſan in Parochia ſua Eccleſiaſticam Juriſdictionem, publice in Judicio audierit Confeſſionem Parochiani ſui emiſſam ſuper aliquo crimine per eum commiſſo; vel ſi talis confeſſio aliter quàm in foro animæ etiam occultè ſibi ſic facta, tanquàm privato; puto quòd non habet locum iſta Conſtitutio.

[x] *Revelant.* Quod nullo modo fieri debet; prout legitur *de pæ. & re. c. omnis utriuſque. §. caveat.*

[y] *In ipſos.* Sc. Curatos.

[z] *Scandalizentur.* Sume literam quæ eſt *infrà. Parochiani.* Et dic, *Scandalizantur.* i. e. offenduntur, vel ruinæ occaſionem accipiunt ſecundùm *Fanuenſ. & concor. Archidi. de offi. leg. c. 1. ver. ſcandala. li. 6. & de pæ. c. ulti. ver. ſcandala. e. li. Et concor. Wil. in Clc. 1. de offi. ordi. verſ. ſcandalum.* Poſſet enim hoc ſcandalum oriri ex hoc, quòd æſtimarent crimen ſuum deveniſſe ad notitiam Judicis ex denunciatione ipſius Curati, vel potius ex eo, quòd per Citationem videtur patefacere crimen ſibi in foro animæ prius confeſſatum, cùm tamen ante ipſam Citationem fuiſſet à notitia vicinorum abſconditum. Et ut dicitur in dicto *c. omnis utriuſque. de pæ. & re.* Sacerdos non debet revelare peccatum ſibi confeſſum, nec ſigno, nec nutu, vel alio quovis modo.

[a] *Et illis.* Sc. Curatis.

[b] *Extunc.* Sc. poſtquàm ſic ſcandalizati fuerint.

[c] *Parochiani.* Non ſolum hi qui per eos Citati ſunt, ſed etiam alii.

[d] *Peccata.* Ad quæ de facili labitur humana natura. *Authen. de Monachis. §. ſi vero. colla. 1. 12. q. 1. omnis.*

[e] *Renuunt.* Id eſt, refutant, vel recuſant.

[f] *Statuimus.* Secunda pars.

[g] *Hujuſmodi Citationes.* Sc. *primariæ* ut ſequitur, & quæ fieri decernuntur pro correctionibus delinquentium; & ſic in aliis Citationibus poſt primam Citationem, etiam in hujuſmodi correctionum cauſis, non loquitur hæc Conſtitutio, nec etiam in Citationibus primariis, quæ decernuntur in aliis cauſis.

[h] *Dictorum Ordinariorum.* Sc. Epiſcoporum, Archidiaconorum, eorumque Officialium, & aliorum Ordinariorum.

[i] *Per Rectores.* Sed quæro, quid ſi i Eccleſia ſint unus Rector, & unus Vicarius, *Quæſtio.*

Citationes primaria pro correctione fieri ſolita, non per Ordinarios Confeſſores potiſſimum; ſed per Officiales, Decanos, Apparitores, aliosve deinceps fiant.

Johannes Stratford.

[h] EXcuſſis, *& infrà.* Quia Epiſcopi, & Archidiaconi, & [i] eorū Officiales, & alii [k] Ordinarii, eorūq; [m] Commiſſarii, Citationes [n] primarias pro [o] correctionibus [p] delinquentium fieri per Rectores, Vicarios, ſeu Parochiales Sacerdotes demandant; [q] ipſis frequenter [r] imponitur quòd [ſ] ſuper his, quibus ſit Citatio, confeſſiones Citatorum [t] occultas in [u] foro animæ eis factas perverſe [x] revelant: Quapropter [y] in ipſos [z] ſcandalizantur turpiter, [a] & illis [b] extunc [c] Parochiani [d] peccata [e] renuunt confiteri: [f] Statuimus, quòd [g] hujuſmodi [g] Citationes primariæ [h] dictorum Ordinariorum fiendæ auctoritate [i] per Rectores

Verbum Jubeo dicit neceſſitatem.

Vicarius, & ad Vicarium pertinet exercitium curæ animarum in ſolidum, ſic quòd Rector non audit confeſſiones Parochianorum; nunquid in hoc caſu locum habeat Conſtitutio? videtur quòd ſic: nã verba, quæ ponuntur in Conſtitutione, *ſc. à ver. Statuimus, uſq; ad finem*, generalia ſunt, nec faciunt mentionem, utrum Rector talis habuerit curam animarum, necne, ſeu aliàs ejus exercitium. Unde indiſtinctè debent intelligi. *Nec ff. de ſervitu. ur. præ. l. Servitus. cum glo.* Ad idem facit litera hic, quæ dicit, quòd tales Citationes non debent mandari Rectoribus, Vicariis, vel Presbyteris. Et ſic videtur excludere quoſcunque tales, ne etiam ad eos mandata dirigatur. Ad hoc facit *de conjugio lepro. c. 2. glo. antepenul. ff. de aleato. l. 1. §. penul.* Et contra videtur, quòd in hoc caſu locum non habeat hæc Conſtitutio, viz. attenta cauſa movente ad ſic conſtituendũ, quæ eſt ſcandalum quod inſurgere poterit ex tali Citatione pro eo, de cujus quòd Citans prius audivit confeſſionem Citati in foro animæ, quam quidem confeſſionem nullo modo debuit revelare. Hæc verò cauſa ceſſat in caſu iſto; ergo ceſſante cauſa Conſtitutionis, ceſſabit effectus ejuſdem. *Extra. de appellationibus. cum ceſſante. C. de Epiſcop. & cle. l. generaliter.* Solutio. mihi videtur, quòd etiam in caſu hic poſito locum habebit hæc Conſtitutio. Quia hæc cauſa hic expreſſa, quæ ſc. movebat condere hanc Conſtitutionem, fuit cauſa impulſiva, non finalis. Hoc probatur ſic; ubi cauſa Legis condendæ habet reſpectum ad præteritum, vel ad præſens, cauſa illa dicitur impulſiva, ut clare notat *Barth. ff. de condi. & de. l. demonſtratio. § quod autem. verſ. 8. quæro.* Unde tali cauſa ceſſante, non tamen ceſſabit Lex ſive Conſtitutio, ut ibidem dicit. Et hoc idem ipſe notat *ff. de dona. l. 2. §. Titio. verſ. ſi.* & ibi ponit differentiam inter cauſã, & rationẽ Legis condendæ; dicens, quòd cauſa eſt de præterito vel de præſenti. Ratio autem reſpicit futurum. Unde ſi cauſa accipiatur pro eo quod præteritum eſt, vel præſens, potius eſt impulſiva, quàm finalis, & eã ceſſante, non ceſſat effectus Legis. *ut ff. de poſtu. l. 1. §. ſexum.* Si verò cauſa accipiatur pro ratione, diſtinguit, aut actus eſt perfectus, & tunc ceſſante cauſa non ceſſabit effectus Legis; ut *l. ff. unde liberi.* Si ſit actus perficiendus, tunc aut ſuperſunt reliquiæ, vel non; ſi ſic, tunc ceſſante cauſa, non ceſſabit effectus. *ut l. 2. ff. rerum amo. & l. ex duobus. ff. de vulg. & pu. ſubſtit.* ſi nullæ reliquiæ ſuperſunt, tunc ceſſante cauſa, ceſſat effectus; ut in *l. generaliter. C. de Epiſcopi. & Cle.* cum itaque in Conſtitutione illa cauſa exprimitur per verba præſentis temporis, dicit enim ſic, *quia Epiſcopi &c. citationes demandant.* & ideo Curatis imponitur, quòd peccata confitentium revelant: Et propterea Parochiani ſcandaliantur, & eis renuunt confiteri. Patet juxta præmiſſa hanc eſſe cauſã impulſivam, quã ceſſante, non ceſſabit Conſtitutio, ut prædixi. Et dato, quòd eſſet cauſa finalis, tamen non ceſſaret Conſtitutio. Ad quod vide quod plenius ſcripſi *ſuprà. de conſuetudine. c. nullus. ver. legata.* Et juxta doctrinam præmiſſam dico, quòd etiam hæc Conſtitutio non ſolum habet locum in Curato, qui audivit confeſſionẽ ſui Parochiani, ſed etiam in eo qui non audivit: Nam utrobique, licet ceſſet cauſa condendi Conſtitutionem, non tamen ceſſat Conſtitutionis effectus, ut apparet ex prædictis.

Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.

Cauſa & ratio differunt.

a *Prædictos.* Scil. Vicarios & Capellanos Parochiales. Unde hæc Conſtitutio non obviat, quin alii Capellani ſtipendarii, & Cantarias in tali loco habentes, teneantur, & debeant exequi talia Mandata ſi eis dirigantur.

b *De cætero.* Ex hoc apparet, quòd iſtud reſpicit futura, & non præterita, neque præſentia. Et hoc verum quoad effectum Conſtitutionis ſervandæ; non tamen quoad cauſam, ut condiderit ipſa Conſtitutio, impellentem: quia cauſa ipſa potius reſpicit tempus præteritum, vel ad tunc præſens, ut dixi in *Glo. præce.*

Queſtio.

c *Non mandentur.* Sed quid ſi crimen ſuper quo emanat talis Citatio, ſit aliàs publicum ſive notorium in Parochia ubi Citandus moratur? Nunquid tale mandatum poſſit dirigi Curato, ut eum citet non obſtante hac conſtitutione? videtur quòd ſic: quia in hoc caſu non poteſt ſibi imputari revelatio peccati, cum aliàs ſit apud alios publice notum. Dico tamen contrarium, ſcil. quòd non debet tale Mandatum dirigi ſibi; & ſi dirigatur non tenetur illud exequi; quia in illo Curato qui nunquàm audivit alicujus confeſſionem, non poteſt timeri de revelatione peccati quod non audivit, nec ſi citet ſuum Parochianum, poterit ſibi talis revelatio imponi: & tamen in perſona talis, non ceſſat hæc Conſtitutio, ut dixi *ſuprà. ver. per Rectores.* Unde nec ceſſabit etiam in caſu iſto. *ar. notatorum in glo. prædicta.*

d *Officiales.* Hoc referas ad Epiſcopos, & Archidiaconos.

e *Decanos.* Hi ſunt miniſtri tam Epiſcoporum, quòd Archidiaconorum: non tamen aliorum Ordinariorum. *Extra. de offi. Archi. c. ad hæc. ad finem.*

Apparitores.

f *Apparitores.* Sic dictos, quia faciunt Reos apparere in conſpectu Judicum; vel quia ipſi ad obſequendum ſemper apparẽt, & ſunt parati. Et de his loquitur *Iohannes. §. verum ſi apparitor. C. de Epiſcopis & Cle.* Ii vocãtur quandoq; *Miſſi. Extra. de immu. Eccle. c. 1.* Quandoq; *Nuncii. de offi. dele. prudentiam. de appella. cum parati.* quãdoq; *Officiales. 4. q. 4. §. aliquando. in prin. C. de accuſ. Lex quidem.* quãdoque *Notarii. 23. q. 5. circumcelliones. in prin.* Quandoque *Apparitores*, ut hic, & *Extra. de homi. tua. prope finem. & C. li. 12. in multis titulis de Apparitoribus.* Quandoq; *Executores. C. de ſportul. l. 2.* ubi dicitur, quòd tales poſſunt ad voluntatem Judicis removeri. Quandoq; *Portarii. Extra. de privil. cum olim.* Quandoq; *Cæſariani* ſive *Catalicciani. C. de bonis proſcrip. l. penul. in fi.* Quandoque *Miniſtri. 33. q. 5. ſi homicidio. & c. cum miniſter.* Quandoque *Viatores. Inſti. de actio. §. triplici.* Quandoque *Cauſas præparantes. Authen. de judicibus. §. audient. verſ. bi qui cauſas præparant &c.*

riæ Rectoribus, Vicariis, aut [1] Presbyteris [m] demandentur, [n] ipſis [o] ſuper his parere [p] minimè [q] teneantur; ſed Citationes ipſæ primariæ factæ per [r] eos, ac [s] exinde ſubſecutæ [t] Cenſuræ

aut alios [a] prædictos de [b] cætero [c] non mandentur; ſed fiãt per [d] Officiales, [e] Decanos, [f] Apparitores, aut [g] Miniſtros alios eorundem. [h] Si verò hujuſmodi [i] Citationes [k] primarias

g *Miniſtros alios.* Poteſt hæc dictio, *Miniſter*, importare idem quod Apparitor; ut dixi *ſuprà. glo. proxi.* hic tamen puto, quòd hic differentia inter Apparitorem, & talem miniſtrum, de quo hic loquitur. Nam Apparitor eſt qui officium publicum in talibus executionibus fiendis adminiſtrat; ſed Miniſter, prout hic ſumitur, poteſt eſſe quilibet privatus ad executionem hujuſmodi faciendam miſſus. Et dicitur, *Miniſter*, quaſi *minor* in ſtatione; & idem eſt, quod ſerviens. Quandoque *Miniſter* idem eſt quod aliquod officium gerens, & deſignat Sacerdotem, Diaconum, & Subdiaconum. 24. *di. Presbyteri*, ubi de hoc per *Archidi. in ver. Miniſter.* Quandoque *Miniſter* ponitur pro Rectore, vel gubernatore, *de offi. ordinarii. c. præſenti. ver. Miniſtris. li. 6.*

Miniſter, & Apparitor differunt.

h *Si verò.* Tertia pars.

i *Citationes hujuſmodi.* Sc. decretæ ad correctiões delinquentium.

k *Primaria.* i.e. Primæ. Sed quid ſi prima Citatio non ſit peremptoria, an ſecunda Citatio poſſit dirigi Curato ipſius citandi? dic quòd ſic: quia Conſtitutio iſta non loquitur niſi ſolum de Prima. Et ubi de tribus Edictis pervenitur ad peremptorium, dicunt Jura tres eſſe Citationes, & non unam tantum. Prout legitur *ff. de judi. l. ad peremptorium. cum l. ſequentibus. & C. quomodo & quando judex. l. tres.* Sed quid ſi in Citatione non exprimatur delictum prout multi Judices ſcribunt in correctionibus faciendis, ſed ſolum citant, ut aliquis comparẽat reſponſurus in cauſa correctionis animæ ſuæ; nunquid in hoc caſu poſſit Citatio dirigi Curato ipſius citandi, ad effectum ut teneatur ipſum Citare, non obſtante Conſtitutione illa? Videtur quòd ſic: quia hic ceſſat cauſa movens ad editionem hujus Conſtitutionis, quæ eſt evitatio revelationis confeſſionis ipſius Parochiani, & ſcandali exinde ſecuturi. Sed ut prædixi in *ver. per Rectores*, ceſſante cauſa hujus conſtitutionis, non tamen ceſſat ipſa Conſtitutio. Unde juxta ea, quæ ibi dixi, patet, quòd talis Citatio non arctat Curatum, ſed locum habebit etiam in hoc caſu Conſtitutio iſta. Ite talis Citatio aliàs eſt invalida, quia in Citatione debet exprimi cauſa ob quam aliquis vocatus eſt. *5. q. 2. c. ulti. 3. q. 9. judicet.* & notatur *33. q. 2. ſi Epiſcopus. per Jo. de dila. c. 2. cum glo.* ibidem.

Queſtio.

Queſtio.

l *Presbyteris.* Sc. Parochialibus, ut *ſuprà.* dicitur in textu.

m *Demandentur.* Sc. de facto.

n *Ipſis.* Sc. Mandantibus.

o *Super his.* Sc. quæ mandantur. Vel dic *Ipſis*, ſc. mandatis Citatoriis; *Super his*, ſc. Citationibus fiendis.

p *Minimè.* Pro non.

q *Teneantur.* Ratio eſt, quia tale Mandatum eſt illicitum, quia contra prohibitionem hujus Conſtitutionis; & ſic habes hic unum caſum, in quo Subditus non tenetur obedire Mandatis ſui Superioris. Alium caſum habes, ſi Mandatum vergat in periculum animæ, utputà, ſi Papa mandat provideri impuberi de Beneficio Curato, prout de hoc notatur per *Archi. de reſcriptis. c. ſi eo tempore. ver. mandavimus. li. 6.* Sic etiam ubi Mandatum Superioris eſt expreſſe contra legem, & de hoc ſatis conſtat, Subditus non tenetur tali mandato obedire: prout notatur per *Dy. de re. ju. c. quod quis mandato. li. 6.* Et de hac materia, ſcilicet quando ſit obediendum ſuperiori, quando non, notatur plene per *Hoſtien. in ſumma. de ſenten. excom. §. quibus ex cauſis. verſ. quòd ſi prælatus. uſque ad §. qualiter procedatur.*

Caſus, in quibus inferior non tenetur obedire ſuperiori.

r *Per eos.* Sc. Rectores, Vicarios, vel Presbyteros parochiales, forſan timentes ne cadant in peccatum inobedientiæ, vel in contemptum erga Superiorem.

s *Exinde.* Sc. virtute talis Citationis, & Certificatorii ſuper eadem.

t *Cenſuræ.* Id eſt ſententiæ ſive Suſpenſionis, ſive Excommunicationis, ſive Interdicti. Hæc enim tria continentur appellatione *Cenſuræ Eccleſiaſtica. Extra. de verb. ſig. c. quærenti.* Et eſt *Cenſura*, idem quod ſeveritas, vigor, menſura, vindicta, poteſtas, vel ſententia, ſecundùm *Januenſ.*

Cenſura.

a *Processus.* i. e. Observantia Terminorum, & aliorum quæ fiunt in Judicio post receptum Certificatorium de & super Citatione prius emanante, usque ad pronunciationem finalem in negotio de quo agitur. De tali Processu loquitur *Glo. in l. prolatam. C. de sententi. & interlo. om. judi.*

b *Ipso jure.* Sic ergo non est opus executione, sed tantùm ut super hoc fiat declaratio, ut videtur. Ad quod faciunt notata per *Arch. de elect. c. quàm sit. ver. eo ipso. li. 6. & c. ver. per Jo. An.* sumitur enim hic *ipso jure.* i. e. Legis sive Constitutõis potestate, sic quòd non sit opus facto hominis. *ar. ad hoc C. de inoffi. testa. l. cum scimus. ff. de rit. nup. l. palam. §. qui in adulterio.* Et ad hoc *concor. notata per Jo. An. de rescriptis. c. 1. glo. 1. li. 6.* ubi super hoc in simili recitat opiniones contrarias, sc. *Innocen. in c. prudentiam. de offi. dele. §. 6. item Ber. Compost. Extra. de rescrip. c. super literis.* Et consimiliter notat ibi, *Archi. Glo. 1.* & *prædictis concor. Jo. An.* & *Paulus.* & *Gess. de rescriptis. c. 1. in Clemen.*

c *Irriti & inanes.* Simile habes in *c. 1. de rescrip. in Clemen.*

vel [a] Processus, sint [b] ipso jure [c] irriti & inanes.

De Foro Competenti.

Potestas sæcularis Clericum notum & honestum sine delectu Personarum injuste capiens, & contra requisitionem Ordinariorum detinens, publicè denuncietur excommunicata, & loca ejus interdicta. Injusti quoque eorum delatores & accusatores pari pœna plectantur. Idem quoque fiat ei, qui ignotum prius postquàm notificatus, & ab Ordinario requisitus fuerit, detinuerit. Nec Clerici Ecclesiæ redditi ad Amerciamenta à sæculari Judice indicta tenebuntur.

Bonifacius.

[d] CContingit aliquandò, quòd [e] Clerici sine [f] delectu [g] Personarum, quanquàm in [h] facto non fuerint [i] deprehensi Canonem: quia excommunicatio non infligitur nisi pro mortali peccato. 11. q. 3. *nemo,* Sed ille non peccat qui aliquid facit Legis auctoritate. 23. q. 4. *qui peccat. C. de adult. l. Gracchus.* Alias autem, ut dicit, daretur occasio delinquendi. Et ut dicit, de mente Jurium istud satis colligitur. Et ad hoc facit quod *no. de sen. excom. si clericos. li. 6.* In hoc passu mihi videtur, ut appareat ex præmissis, quòd ubi captio Clerici fit per Laicum de Mandato Judicis Ecclesiastici cui subest hujusmodi Clericus, tunc capiens non incurrit pœnam excommunicationis, sic quòd in capiendo non apponatur major violentia quàm requirit resistentia capiendi. *Extra. de sen. excom. c. ut famæ. præalle.* & sic stat dictum *Ber. in d. c. cum non ab homine. glo. 1.* & legitur & *no. de sen. excom. c. si clericos. li. 6.* Sic intelligo notata per *Jo. 50. di. de his.* ubi sic notatur *per Archi. in glo. ad de videtur quod si capiens.* sic etiam intelligo notata *per Jo. e. di. c. si quis Diaconus.* & *81. di. Presbyter.* Et hæc est conclusio *Ber.* expressa *Extra. de pœnis. c. tua.* & faciunt ad hoc notata per *eundem, de privile. c. ex parte.* Sed si quærat nunquid Laicus propria auctoritate, scilicet non expectato Mandato Judicis Ecclesiastici cui subest talis Clericus, possit Clericum facinorosum capere & detinere? Puto distinguendum, An scilicet ipsius Laici talem Clericum capientis, ut capiatur & puniatur, interest; vel alias ejus non interest? si non interest, dubium non est quin incidat in pœnam Canonis, ut patet *de sententi. excommuni. c. 3. in fi. ubi de hoc in glo.* Quia in tali casu, culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. *ff. de regu. Ju. l culpa.* si verò interest capientis, tunc, aut ejus interesse est publicum, aut privatum; si publicum, utputa, Clericus se immiscet sævis enormitatibus, talibus viz. quæ turbant totam Provinciam, quia seditiosus est, vel movet Guerras, vel est publicus Latro, Insidiator viarum, aut Depopulator agrorum; & monitus, Canonicè, non vult corrigi. Puto quòd in hoc casu & similibus, liceat Laicis publicum officium gerentibus, si timeatur de fuga talis Clerici facinorosi, & de facili non potest Judex loci adiri, etiam sine mandato Judicis Ecclesiastici talem capere & detinere, ut præsentetur Ordinario suo Canonicè puniendus. Et sic intelligo notata per *Jo. An. in coll. in dicto c. cum non ab homine.* Istud namque interresse concernit Rempublicam, cujus interest, ne maleficia remanent impunita. *de sententi. excom. c. ut famæ. ff. ad. l. Aquil. l. ita vulneratus.* Et ad hæc faciunt, quæ leguntur & notantur *de sen. excom. c. perpendimus.* & *e. ti. c. cum non ab homine. §. ult. C. quando liceat unicui, sine judi. se vindi. per totum.* Si verò interesse capientis sit privatum, tunc refert. Aut sua interest respectu personæ propriæ, vel rerum tuendarum, aut respectu alterius. In primo casu, licet Laico tali resistere, & eum capere & detinere. *arg. ad hoc Extra. de sen. excom. c. 3. cum similibus.* in secundo casu videndum est, an persona talis sit persona conjuncta, seu alias propinqua, vel alias persona remota. Si sit persona conjuncta vel propinqua, utputa, Uxor, Mater, Filia, vel Soror ipsius Laici, cum qua Laicus ipse forsan reperit eum turpiter agentem, tunc etiam propria auctoritate licet talem capere, absque pœna excommunicationis: ut legitur dicto *c. 3. versus finem.* In aliis autem personis, vel propter eas, non licet talem capere sine Mandato Judicis Ecclesiastici, ut ibi dicitur. *in fine,* quia sua sic non interest, sicut in præcedentibus. Nec obstant præmissa notata per *Hostien. Will. Gess.* & *Henri. in locis præallegatis.* qui dicunt se velle adhærere Regulæ generaliter loquenti &c. quia Regula illa loquitur in illo, qui suadente Diabolo, & temere injicit in Clericum manus violentas. Sed in casibus præmissis hæc injectio fit, non suadente Diabolo;

Divisio.

Quæsit.

† *al. add.* Ecclesiarũ. † *al.* Distringi.

An Laicus detinens Clericum invitum sit excommunicatus?

d *Contingit aliquando.* Istud est Statutum *Bonifacii* Archiepiscopi, prout sunt plura alia in hoc libro inserta: & pro majori parte, Constitutiones ipsius *Bonifacii* sunt pœnales, & concernũt libertatẽ Ecclesiasticam, & ejus violationem. Sed quia in pabcis servantur hæ Constitutiones, ideo circa earum Glossationem brevius pertranseo. Intendo tamen ostendere, in quibus concordant cum Jure communi, & ubi in Jure communi fundari possunt. Et istud Capitulum facit quinque. Primò, ponit causam hujus Statuti, recitando quædam gravamina Clericis per Judices sæculares illata: Secundò ibi, *Quia verò,* providet contra prædicta gravamina per pœnam inferendam ipsis Judicibus. Tertiò ibi, *Illi autem,* statuit pœnam contra imponentes, vel fingentes malitiosè crimina adversum Clericos, propter quæ capti fuerint, vel injustè vexati. Quartò ibi, *Clerici verò,* ordinat quid fieri debet, ubi hujusmodi Clerici sunt vagi & ignoti. Quintò ibi, *Quod si Clerici,* providet contra Amerciamenta facta per ipsos Judices sæculares.

e *Clerici.* Intellige non solum de existentibus in Ordinibus sacris, sed etiam de habentibus primam tonsuram. *Extra. de præben. c. 2. glo. 1.* & facit *11. q. 1. de persona.*

f *Delectu.* i. e. Differentia. Et simile habes *C. de postu. l. quisquis.* & idem est dicere, *sine delectu,* quod *passim,* vel *indistinctè. ff. de ritu nup. l. palam. in prin.*

g *Personarum.* Sc. non ponderando quòd tales sunt Clerici, & Personæ † Privilegiatæ, quæ per Laicos judicari vel † distingui non debent. *Extra. de foro compe. c. 2.*

h *In facto.* Sc. flagitioso, vel aliquo tali propter quod meritò puniri debeant.

i *Deprehensi.* Litera ista applaudet illi opinioni, quæ vult, quòd Judex sæcularis possit Clericum in aliquo facinore deprehensum capere, & detinere absque pœna excommunicationis. Sic sentire videtur *Ber. Extra. de judi. c. cum non ab homine. glo. 1.* qui dicit, quòd Clerici sic capti, ut eorum crimen fiat notum, possunt detineri per 10. horas. Pro quo *alle. ff. ad l. Jul. de adult. l. capite.* & *concor. Jo. 81. di. c. Presbyter. ver. captus. concor. etiam Lau.* & *Vin. in d. c. cum non ab homine.* & *Barth. Brix. 50. di. de his. 2.* sic etiam sentire videtur *Hosti.* saltem in eo casu qui sequitur, si viz. Clericus cum uxore, matre, sorore, vel filia alicujus capiatur. Prout ipse sic notat *Extra. de sen. excom. c. si vero. §. ulti. ver. turpiter inventum.* sic etiam videntur sentire *Ab.* & *Jo. An. in addi. d. c. cum non ab homine.* maximè ubi licentia prælati haberi non potest, & timetur de fuga. *all. legem ff. de his quæ in fraud. cre. ait Prætor.* aliàs autem posset detineri, etiam in crimine inventus, nisi in casu dicti *c. si vero, in fi. his concor. Inno. de sen. excom. c. ut famæ. Hosti.* tamen in hoc ultimo dicit contrarium, viz. quòd etiam ubi timetur de fuga, Laicus propriâ auctoritate non potest capere Clericum, vel detinere invitum absque hoc, quòd incidat in Canonem *si quis suadente. 17. q. 4. Archi. tamen 80. dis. Presbyter. in fi.* refert *Hosti.* nolle decidere, an tales incurrant excommunicationem, vel non. *Henri. de Bozzico in d. c. cum non ab homine.* dicit, quòd regulariter nullus Clericus, non Superior, vel Laicus potest capere vel detinere Clericum invitum absque hoc, quòd incurrat pœnam excommunicationis: nisi hoc faciat de Mandato Judicis Ecclesiastici, cui subest hujusmodi Clericus qui capitur. Et dicit, quòd stabit illi Canoni, *si quis suadente,* nisi inveniat eam per aliũ Canonẽ

bolo, ſed ſuadente juſtitiâ, & lege permittente, cujus auctoritate faciens non peccat. Unde in tali injectione non eſt temeritas; & ſic, ut concipio, ſentit *Betrandus in loco prealle.*

a *Nec convicti.* Supple per ſuos Ordinarios. Nam coram Laico non poteſt dici Clericus eſſe convictus, ſaltem ut ex hoc condemnetur: quod dic, ut legitur & notatur, *Extra. de judiciis. c. at ſi Clerici.* Et intelligas eos convictos per ſententiam, vel confeſſionem propriam, vel facti evidentiam. *Extra. de cuba. Cle. & mul. c. veſtra.*

b *Tanquàm.* Similitudinarie ponitur, & ſimiliter ponitur *Authen. de exhiben. & intro. reis. §. optimum. coll. 3. ff. de pecul. l. 3. §. ſi filius familias.* quandoque tamen eſt expreſſivum veritatis, ut *no. de majo. & obedien. c. ſolita. ver. tanquàm.*

c *Facinoroſi.* Sic dicti, quia faciunt qd alteri nocet, ſecùdùm *Fanu.*

Suſpicio triplex.

d *Suſpecti.* Hic nota, quòd eſt ſuſpicio temeraria, veriſimilis, & violentia. Primæ non creditur, ſecunda inducit præſumptionem; tertia condemnationem. Notatur per *Ber. de purga. Ca. c. ſi quis de gradu. 6. q. 1. ovet. per Fo. 2. q. 1. primo.* per eundem. Et tangit *de præſump. c. quanto. in glo.* ubi ponit præſumptionem & ſuſpicionem, ut idem in ſignificatione. Et *concor. Archi. d. c. ovet. 6. q. 1.* qui ſecundùm *Tancretum*, addit quartum genus ſuſpicionis ſive præſumptionis. Et dicitur ſuſpicio ſive præſumptio neceſſaria: Et dicitur juris & de jure; & in hoc differt à violenta; quia non recipit probationem in contrarium. Et ideo dicitur eſſe juris & de jure, quia vehementer præſumitur ſic eſſe, vel non eſſe; & propter talem præſumptionem Jus ſtatuitur. Patet exemplum *Extra. de cond. appo. per tuas. de deſponſ. impuber. de illis, cum ſimilibus.* Temeraria igitur præſumptio ſive ſuſpicio repelli debet, nec habet movere animum Judicis. 2. *q.* 1. *primo. & d. c. ovet.* & hæc ſuſpicio ſurgit à malis hominibus, & ex cauſis vilibus; puta, vident aliquem loqui cum muliere, & ſtatim ſuſpicantur malum; cum tamen dubia in meliorem partem interpretanda ſint, *de Re. ju. c. eſtote.* Probabilis verò, ſive veriſimilis ſuſpicio ſurgit ex aliquibus ſuſpicionibus præviis, & fama cebreſcente; & talis præſumptio ſive ſuſpicio inducit purgationem. ut in *d. c. ſi quis ex gradu.* & dicitur præſumptio Judicis, recipit tamen probationem in contrarium. *Extra. de renun. ſuper hoc.* Violenta præſumptio oritur ex veriſimili probatione, & dicitur præſumptio Juris. Verbi gratiâ, Chirographum apparet cancellatum: unde Jus præſumit debitorem liberatum. *ff. de proba. l. ſi Chirographum.* Et præſumit Jus quòd nullus renuncier Perſonatui alicujus Eccleſiæ, & poſtea recipiat Vicariam ejuſdem. *de præſump. c. quia veriſimile.* talis tamen præſumptio recipit probationem in contrarium. *Extra. de proba. c. propoſuiſti.*

e *De crimine.* Quæ dictio quid importet, legitur & *no.* 25. *dis. §. criminis.* ubi notat *Fo.* quòd *crimen* ſumitur quatuor modis; & in quo differant *crimen* & *delictum*, vide in *glo. ſequenti.*

Delictũ peccatum & crimen differunt.

f *Delicto.* Differunt enim *peccatum, delictum*, & *crimen.* Eſt enim *peccatum* idem quod malus actus, *delictum* verò boni deſertio, i. e. derelictum. *Crimen* autem eſt grave peccatum, accuſatione & damnatione digniſſimum. *Sic no. in Regula Furis, peccatum. in princi. per Fo. An. li. 6.* vel dic, quòd *delictum* eſt genus generaliſſimum, ſive veniat ex animo ſive non. *Crimen* verò eſt genus ſubalternum, & continet ſub ſe furtum, & adulterium, & alia quæ ex animo proveniunt, & ex conſcientia. *Sic no. per Archi. de cler. conjug. c. unico. ver. delictis. li. 6.* qui ſuper hoc remittit ad *l. 2. C. ſi adverſus delictum.*

g *Injuria perſonali.* Hæc eſt omnis culpa ſive offenſa, quæ in crimen ſive delictum non incidit. Patet exemplum *Inſti. C. & ff. de lege Aquil. per totum. & de his qui deje. vel effu. per totum.*

h *Per potentiam.* In malo hic ſumitur potentia pro oppreſſione, ſicut alias legitur. *C. de his quæ vi metúſve cauſa. l. penul. in fi.*

i *In carcere.* Hoc etiam fieri non debet per Prælatum ipſius Clerici, ſi Clericus velit dare fidejuſſores de parendo Juris prout legitur *de ſen. excom. c. ſi Clericos. li. 6.* Multò fortius non poteſt fieri per Laicum. Poſſunt tamen Clerici facinoroſi per Laicos capi & incarcerari, de mandato ſuperiorum ſuorum, ſcil. Prælatorum, (ut ibi dicitur) & detineri donec dederint fidejuſſores; ut ſibi paret.

k *Ordinariis.* Sc. ipſorum Clericorum.

l *Requirentibus.* Poſſunt enim Ordinarii Judices Clericorum, eos per Judices ſeculares captos & detentos reperere, & ipſos Judices ſeculares requirere, ut eos remittant ad forum Eccleſiaſticum judicandos. *de ſen. excom. c. ſi judex. li. 6.* Et ad idem facit, quod legitur & *no. de foro. compe. c. nullus.*

m *Canones.* De hoc legitur, & *no. Extra. de judiciis. c. cum non ab homine. & c. at ſi Clerici.*

n *Liberè.* i. e. ſine impedimento fori ſecularis. Et ſimile habes *de elect. c. cum ex eo. ubi de hoc per Archi. ver. libere. li. 6.*

o *Et ſi imponuntur. Supra* dixit de Clericis captis propter ſuſpicionem, nunc loquitur de his quibus crimina per accuſationem ſunt impoſita coram Judice Laico.

p *Vocati.* i. e. Citati.

q *Foris banniuntur.* Tãquam propter eorum contumaciam; cùm tamen in veritate contumaces non ſint, quia talis Citatio eos arctare non poteſt, cum non ſubſint Juriſdictioni ipſius, qui eos ſic vocari fecerit. *ar. ad hoc ff. de judi. l. 3.* ubi dicit *Barth.* quòd ubi in forma Citationis Judex ſecularis mandat aliquem Citari, nominando eum Clericum vel Presbyterũ, ſic quòd ex forma Citationis conſtat eum non eſſe ſubditum ipſius Citantis: talis Citatio non arctat Citatum. Et propterea, ut dicit, aliqui in ſuis Citationibus omittunt ponere aliquam demonſtrationem, ex qua poſſit demonſtrari Clericus; ut ſic propter dubium, teneatur ire ad allegandum Privilegium: ſed in hoc male agunt. Concludit tamen ex tali vocatione vel proceſſu inde ſecuto, etiamſi ſit dubium reſpectu Judicis vel Actoris, ſi tamen ſit veritas talem Citatum, ſi eſſet præſens, non debere compelli ſubire judicium, non tenet proceſſus contra eum, ex quo poſſet ſibi oriri magnum præjudicium. ut *d. l. 3. ff. judi. ſolvi. l. vir bonus.*

r *Quia vero.* Secunda pars.

ſ *Libertas Eccleſiæ.* Quæ in quibus conſiſtit *no. de ſenten. excõ. c. noverit. per Inno.* & ad hoc remiſi *ſupra. c. judicem omnes. ver. Eccleſiaſticæ libertatis.*

t *Confunditur.* i. e. Decipitur vel fruſtratur ſecundùm *Fanuenſ.* vel dic *confunditur*, id eſt extinguitur. Sic ſtat. *ff. de nego. geſt. l. fidejuſſor. in prin.* Et huic dicto *concor. 11. q. 1. pervenit. in fi.*

u *Judicatur.* Quod eſſe non debet. 11. *q.* 1. *de perſona. & c. pervenit. & c. nullus Epiſcopus. & c. clericum.* Fallit tamen in caſibus qui *no. per Fo. 23. q. 5. c. Principes.*

x *Noti.* Simile habes *de ſenten. excom. c. ſi Judex, in prin. li. 6.*

y *Honeſti.* Supple maximè, quia & ſi inhonetti & vere criminoſi forent, non poſſent eos detinere nec judicare, ſi à ſuis Ordinariis petantur; ut, ſc. liberentur judicandi per Eccleſiam. Facit ad hoc *Extra. de foro compe. c. ſi. diligenti. 11. q. 1. inolita. & c. ſequenti.* & ad idem faciunt *concor. poſita ſupra. c. ver. judicatur.*

z *Capientes.* Supple ſine mandato Ordinariorum. *ar. c. ut famæ. Extra. de ſen. excom. & c. ſi Clericos. e. ti. li. 6.*

a *Detinentes.* Poteſt enim eſſe, quòd detinentes ſint alii ab ipſis capientibus. Unde multo magis bet quod hic ordinatur, ſi eædem perſonæ fuerint capientes, & hi qui detinent. Magis namque eſt captum detinere ne per Eccleſiam judicetur, quàm tantummodo capere, ut patet *ex d. c. ſi judex. de ſen. excom. li. 6.*

b *Contra requiſitionem.* Hanc requiſitionem poteſt facere Prælatus etiam de Clerico nolente, & ſe Laicum confitente, ut *no. Inno. in d. c. ut famæ.* Ratio eſt, quia fit injuria Eccleſiæ. *ar. ad hoc de ſen. excom. c. contingit. 2. q. 1. in primis. in prin.* dicit etiam ibi *Inno.* quòd Epiſcopus qui eſt Ordinarius, capientis ſive detinentis, poteſt per modum inquiſitionis procedere contra detinentem, quia crimen Sacrilegii eſt Clericum detinere. 17. *q.* 4. *quiſquis. & c. ſi quis deinceps. & c. ſequenti.* Et hoc verum, ſi fama eſt eum eſſe Clericum. Si verò ſit notorium, tunc ſine inquiſitione requirit eum, & excommunicat detinentem.

c *Ordinariorum.* Scilicet propriorum ipſorum Clericorum. Et hic nota, quòd appellatio *Ordinariorum*, propriè loquendo, dat intelligere Epiſcopos, qui ſunt Judices Ordinarii in ſuis Diœceſibus & Civitatibus. Hic tamen puto intelligi de omni Judice Eccleſiaſtico, qui ſuper Clericos hujuſmodi habet Ordinariam Juriſdictionem. Ad quod facit *de Priuil. c. Abbates. in fi. li. 6. 23. q. 5. adminiſtratores.* Et *concor. no. per Fo. An. de teſta. c. Johannes. ver. Diœceſanum. & de uſur. c. quanquàm ver. Ordinario. li. 6.* per eundem. & *de ſen. excom. ut famæ. per Anto. de Butrio.*

d *Reddere recuſantes.* Non ſolum ergò tenentur capientes ſed etiam detinentes, & ipſos Ordinario petenti reddere recuſantes; ut hic habes.

e *Locorum Ordinarios.* Scilicet in quibus tales Clerici detinentur. Et potes intelligere, ſive hujuſmodi Ordinarii ſint Epiſcopi, vel alii prælati inferiores, habentes Ordinariam Juriſdictionem in ipſo loco. Et faciunt ad hoc *no. per Fo. An. Cardi. & Archi. de Of. ordi. c. Ordinarii locorum. ver. locorum. li. 6.* & dixi *ſupra. c. ver. Ordinariorum.* Et hic adverte, quòd hæc litera

in hoc

Ordinarii in duplici sunt differentia.

in hoc loco facit differentiam inter Ordinarios requirentes hujusmodi Clericos, & Ordinarios, quibus incumbit exequi censuras, de quibus hic loquitur. Nam quoad requisitionem, ut reddatur Clericus detentus, sufficit ut fiat per ipsum qui est Judex Ordinarius ipsius Clerici; sed quoad fulminationem censurarum debet fieri per Ordinarium loci ubi degunt ipsos Clericos capientes, detinentes, vel sic captos & detentos reddere recusantes; vel per eos, in quorum locis talis captio vel detentio facta est.

[a] excommunicati [b] nuncientur. [c] Loca etiã in quibus detenti fuerint, & [d] terræ capientiũ & [e] detinẽtiũ supponãtur [f] Ecclesiastico Interdicto, [g] donec [h] Ordinariis eorum reddantur, & super hujusmodi excessu [i] satisfecerint [k] competenter.

a *Excommunicati.* Quoad capientes. Hoc habetur *ex Canone, si quis suadente. 17. q. 4. & c. 3. & c. ut famæ. de senten. excom.* Item quoad detinentem Clericum, quòd sit excommunicatus, patet *de senten. excom. c nuper. cum similibus.*

b *Nuncientur.* Sed ante hanc nunciationem requiritur sententia declaratoria, ut in *c. cum secundùm leges. de hæreti. li. 6.* Nec opus est monitione in hoc casu, sed solã citatione; ut sc. capientes & detinentes veniant allegaturi causam rationabilem quare declarari non debeant incidisse in dictam sententiam. Potest namque esse, quòd capiens & detinens aut recusans hujusmodi Clericum reddere, possit factum suum justificare; quia hoc sibi forsan liceat à parte Juris, ut dixi *suprà. c. ver. deprehensi.* & ad hoc facit quod legitur & *no. per Docto. de præben. c. licet. 2. li. 6.* & ibi per *Arch. ver. vocato.* Sed melius *c. ver. per Jo. An.* Optimè verò faciunt ad hoc *no. per Docto. de cens. c. fi. in Clem.* ubi de hoc verbo constiterit, *per Jo. An. & Gess. Wil. & Pau.* & ad idem facit *C. si per vim vel alio modo. l. si. de majo. & obe. c. inter quatuor.*

† *al. ad.* Juste.

Appellatione locorum, quid continetur.

c *Loca etiam.* Vers, & sic intellige hic, *Locorum* appellatione, non solum Castra seu Prisonas, forsan in quibus tales detinentur, contineri; sed etiam districtus & Territoria, Villas, Oppida, Urbes, Civitates, Municipia, & Burgos, in quibus hujusmodi *loca* consistũt. Et simile habetur *de pœnis. c. felicis. li. 6. & c. ti. c. 1. in Clem. §. in feudis. ad fi.* & ad hoc facit *Extra. de verb. sig. c. cum in partibus. in fi.*

d *Terræ.* Potes intelligere, quòd harum appellatione, non solum continentur terræ propriè, sed & hæ quæ sunt de eorum Jurisdictione, prout aliàs *no. in simili de postu. præla. c. 1. ver. terram propriam. per Bern.* ubi de hoc. Intelligi etiam potest de Terris Dotalibus; nã & hæ in Dominio Mariti sunt. *C. de rei vendi. l. doce. ff. de au. & argen. lega. l. quintus.* non tamen de terris eis impignoratis, nisi sic dictum sit, *Terræ quas tenent &c.* secundùm *Jo. An. dicto. c. 1. super glo. prædicta. & concor. Archi. de sen. excom. c. si sententia. glo. 2. li. 6.* nec debet istud interdictum extendi ultra unam Diœcesim, sicut aliàs legitur in simili *de pœnis. c. 1. in Clem.* quòd si habeant terras in diversis Diœcesibus, tunc fiet prout ibi statuitur.

e *Detinentium.* Nota, quòd quoad interdictum non repetit reddere recusantes, sed tantum capientes & detinentes, cum tamen sub excommunicatione decreverit ipsos recusantes comprehendi, ut *suprà* patet. Sed quod ibi dicit, *reddere recusantes*, debet referri ad id qd prius dixit, *capientes ac etiam detinentes.*

f *Ecclesiastico interdicto.* Sic dicto ad differentiam interdicti prætorii. *Insti. de interdic. in prin.* & ad differentiam interdicti, quæ est pœna Juris Civilis, prout legitur *ff. de pœnis. l. moris*, ubi habes de multiplici interdicto. Et nota, quòd interdictum prout hic poniturspectat ad loca; suspensio autem ad personas, secundùm *Goff.* qui sic *no. de majo. & obe. c. bis quæ*, & recitat eum *Archid. 24. q. 1. omnis. in addi. adde no. Goff. ubi dicit Arch.* quòd loca non interdicuntur, sed subjiciuntur interdicto propter homines. *ar. ad hoc de privil. c. petisti.* homines enim sunt qui delinquunt non res. *Autb. de man. princi. §. debet. coll. 3.* Aliquando tamen & homines interdicuntur. *Extra. de offi. dele. c. sane. secundùm Goff.* qui sic *no. Extra. de re. do. cum dilectus. de hoc no. etiam Ber. de excessi. præl. c. ulti.* & de pœna Clerici celebrantis sive officiantis in loco interdicto habetur *de Cle. excom. mi. postulasti. §. ulti.* Nam secundùm *Goff. & Host.* ibi non agitur de Clerico excommunicato, sive interdicto ministrante, sed de Clerico non interdicto officiante Ecclesiam interdictam.

Donec variè sumitur.

g *Donec.* Sume quod est *infrà Reddantur*; & quod sequitur *Satisfecerint &c.* Et hic ponitur hæc dictio, *Donec* per *usque*; & significat durationem temporis. Sic aliàs sumitur *de offi. dele. c. si delegatus. li. 6.* Quandoq; ponitur pro *quàmdiu. de verb. sig. c. abbate. ad fi.* Quandoque sumitur pro *antequàm. de judi. c. 1.* & hic vide quod dicam *infrà. ver. satisfecerint.*

h *Ordinariis eorundem.* Non dicit *Ordinariis locorum* in quibus detinentur; sed *Ordinariis eorundem* Clericorum. Et ex hac litera habes, quòd requisitio Clerici capti & detenti per Laicum debet fieri per eum qui est Judex Ordinarius ipsius Clerici.

i *Satisfecerint.* Duo igitur requiruntur in hoc casu, ad effectum, quòd relaxetur hoc interdictum. Unum est, quòd personæ sic captæ & detentæ suis Ordinariis reddantur. Secundum est, quòd capientes & detinentes satisfaciant competenter. Et simile habes *de cens. c. ulti. in Clem.* Sed hic quæro nunquid persona reddita, & factâ satisfactione (de qua hic loquitur) eo ipso relaxatur interdictum sine facto hominis? *Jo. An. in d. c. fi.* videtur innuere quòd non: immo opus est relaxatione Judicis. *alle.* ad hoc *de cens. c. quàquàm. in fi. li. 6. & cõcor. Inno. in simili de æta. & qualit. c. cum bonæ.* Ratio sua est, quia posset dubitari de satisfactione, uno forsan dicente fore satisfactum, alio asserente contrarium. *Jo. Amen An.* circa hoc alibi dicit, quòd in tali casu sufficit quòd Judex declaret super satisfactione etiam sine alia absolutione vel relaxatione: hoc ipse *no. in Clem. 1. de decimis. ver. donec.* & sic videtur cõtradicere glossæ quam posuit in *d. c. fi. de censibus.* Idem quoque *Jo. in c. quia sæpe. de elect. ver. donec. li. 6.* dicit, quòd factâ satisfactione sine restitutione (de qua ibi loquitur) eo ipso tollitur hujusmodi censura absque facto hominis. Et idem tenet *de offi. ordi. c. præsenti. ver. quousque eodem li.* Sed in *d. c. quia sæpe. Archidiaconus* recitat opinionem contrariã, circa quam dat Remissiones, ibidem *in ver. restituerint. & similiter 2. q. 5. c. Presbyter. ver. exequatur. Ber. in c. nõ est de sponsi.* tenet, quòd in casu illius Decretalis non est opus ministerio hominis. Et idem tenet de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ *c. de muliere.* fatetur tamen ibi, quòd tutius est quòd absolutio impendatur ad cautelam. *Inno. verò in c. sicut. de cohabi. Cle. & mu.* videtur sentire, quòd in casu hujus dubii non est necessaria absolutio; & sic contradicere videtur glossæ quam posuit in *c. cum bonæ. de æta. & qualli. cum primo dicto Inno.* tenent *Wil. de pœnis, c. 1. ver. satisfecerit. & Gess. de privil. c. 1. §. cæterum. ver. usque ad satisfactionem. in Cle.* qui dicit, quòd quandoque aliquis suspenditur à Deo propter peccatum; & talis statim cum satisfecerit, desinit esse suspensus, & interim celebrans non est irregularis; dicens, quòd sic intelligi potest quod *no. Inno. de cohabi, cle. & mulie. c. sicut.* sed sic suspensus ab homine, vel à jure, celebrans, est irregularis, & post satisfactionem est necessaria absolutio vel sententiæ relaxatio. Sic intelligit *no. per Inno. de æta. & quali. cum bonæ. Jo. An. in d. c. cum bonæ.* in casu satisfactionis distinguit inter satisfactionem quæ facienda est Judici, & eam quæ facienda est alteri extrajudicialiter. In primo casu, quando Judici suspendenti fieri debet & facta est satisfactio, statim tunc absque relaxatione tollitur censura. In secundo casu non, sed opus est absolutione, vel ad minus declaratione, quòd est congrue satisfactum. Ratio hujus dicti posset esse, quia factum usque ad cujus eventum censura est inflicta, est in primo casu satis notum; sic quòd nec revocatur in dubium illud jam esse complerum; unde non est necessaria absolutio nec etiam declaratio Judicis. Et sic stant *no. in c. non est. de sponsi. cum similibus.* Ubi verò revocatur in dubium, prout potest contingere in secundo casu; sc. quando satisfactio est extrajudicialis, ubi forsan dubitatur de satisfactione completa, vel restitutione, aut alio simili; utputa, redditione Clerici, ut hic: tunc necessaria est ad minus Judicis declaratio. Et sic potest intelligi dictum *Inno. d. c. cum bonæ.* Si verò in tali dubio sit clarè probatum congruè fore satisfactum, vel aliud, quod fieri debet, esse completum: tunc cum de hoc constet, non est necessaria absolutio vel censuræ relaxatio. Et sic intelligi potest quod *no. Inno. in d. c. sicut.* Licet tutius esset sententiam relaxari; ut *no. Ber. in d. c. de muliere præalle.* præmissa quæ dixi ultra *Jo. An. in d. c. cum bonæ.* colliguntur ex dictis *Henrici de Bowico. c. c. cum bonæ. Jo. in coll.* dicit in *c. c. cum bonæ.* quòd in sententia suspensionis vel interdicti lata sub illa forma, donec aliquis satisfecerit, aliquid restituerit, alludve quicquam impleverit, ipso facto completo cessat censura absque relaxatione. Secus tamen est secundùm eum in sententia excommunicationis: nam in sententia excommunicationis opus est absolutione, secundùm *eum*, qui ad hoc *alle. de judiciis c. 1.* & dicit, quòd probatur utrumque in *d. c. 1. de decimis. in Clem.* ut ibi *no. per Jo. An. ver. donec.* Sed hujus dicti sui non reddit rationem. *Paulus* verò in *d. Clemen. 1. de decimis*, recitando dictam opinionem assignat rationem istam, quia in sententia excommunicationis requiritur certa forma quoad absolutionem, ut patet in *c. cum desideres. de sen. excom.* talis tamen forma non requiritur in relaxatione sui pensionis vel interdicti: & sumitur hæc ratio ex dictis *Hosti. in c. fi. de matri. contract. con. interdi. eccle. ver. donec.* Sed hanc rationem *Paulus* reprobat in loco *præalle.* & bene judicio meo. Tu ergo dic cum *Paulo* eidem, cujus dictis adhæreo, quòd quandoq; tempus vel factum adjicitur absolutioni fiendæ, quandoque durationi sententiæ. Primo casu, absolutio semper est necessaria. *Paulus* ibi ponit exemplum per *Capitulum Parochianos. de sen. excom. & c. conquesti. c. ti. & per c. significavit. de offi. ordi.* Secundo casu, non est necessaria absolutio, sed sufficit Judicis declaratio. Facit ad hoc *de simmi. Ecch. c. adversus. in fi. de sponsi. non est. 61. di. Si qui sunt. cum concor.* secundùm hanc Theoricam bene stat dictum *Jo. An. de censi. c. fi. in Clem. ver. donec.* inquantum pro illo dicto *alleg. c. quanquàm. in fi. de cens. li. 6.* quia *in illo c. quanquàm.* tempus, seu alias factum adjicitur absolutioni fiendæ, ut ibi patet. Et quod dicit *Paulus* de absolutione idem intelligo de relaxatione sententiæ. *ar. dicti c. quanquàm. in fi.*

Quæstio.

k *Competenter.* i. e. Congruè, ut aliàs dicit *Archi. de cẽss. c. quàquàm. ver. cõpetenter. li. 6.* Et dicitur *cõpetens satisfactio* juxta cõsiderationẽ

Variam,

Nota de competenti satisfactione.

variam, viz. quandoq; consideratione loci, quandoq; ratione personæ, ut dicit ibi *Arch.* quod dic ut per eum ibi no. Alii dicunt hanc cõpetentiam debere considerari secundùm arbitrium Judicis. *ar. c. de caus. Extra. de offi. dele.* sic dicit *Gesse de cens. in fi. ver. competenter, in Cle. Wil.* ibi dicit, hoc considerari debere tum ratione Dei, tum ratione Partis, tum ratione Judicis. Unde quia tres offendit, tribus tenetur obnoxius, *alle.* ad hoc *Extra. de falsar. c.i.* Et hoc in isto casu purò verum, ut sc. satisfacere debeat Deo, Judici, & Parti.

a *Illi autem.* Tertia pars.

b *Eis.* Sc. sic, ut præmittitur, captis & detentis.

c *Commenta*, i.e. Fraudes, mendacia, machinamenta, vel aliàs fictæ in animo conceptûs adinventiones, secundùm *Fanuen. & concor. Card. de integ. resti. c.1. ver. commentum. li.6. Jo. An.* ibi exponit *Commentum.* i.e. deceptionem, vel malitiosum tractatum. Et simile verbum habes *de testi. cogen. pervenit in fi.* Aliàs verò *commentum, ut no. Card. in loco præalle.* intelligitur expositio sententiæ alicujus Libri non considerans juncturam verborum sive dictionum. Patet exemplum *de Cyno, Barth.* & aliis, qui in suis Compilationibus sententiam considerant, & non verborum juncturam. Sic etiam procedit *Petrus de Ancharano* & Doctores Novelli super *Decretales.* Et juxta hunc modum in hac Compilatione proposui materias occurrentes tractâsse. Sed quia non solum sapientibus sed insipientibus (ut loquar cum Apostolo *ad Roma.* 1.) debitor sum; Et præsens opus non præcipuè nec principaliter viris scribo scientia literarum præditis; sed potius simpliciter literatis, & pauca intelligentibus; quorum labor, ut plurimum, magis assuescit in inspiciendis Constitutionibus Provincialibus, quam aliis Ecclesiæ Constitutionibus Generalibus: propterea; ad faciliorem harum Constitutionum intellectum, qui ex verborum expositione, & eorundem significatione resultare potest, ad majorem utilitatem simplicium in hoc opere studere volentium, sic ut paret, procedere dignum duxi, aliqua juxta verborum proprietates ad utilitatem eorundem studentium interserens, quæ ex ipsarum Constitutionum sententia sumi, seu aliàs convenienter tractari minimè potuissent.

d *Injuste.* Secus si juste. Pro quo dic, ut dixi *suprà. e. ver. deprehensi.*

e *Similiter.* Ut sc, *suprà* dictum est de capientibus Clericos & eos detinentibus, quos mandat publicè denunciari excommunicatos.

f *Concilii Oxon.* De hoc Concilio habetur *infrà, de sen. excommuni. c.* 1. Et est de eo quod hic dicitur cautum in §. 1. *ejusdem Concilii*, ubi excommunicantur omnes illi qui Ecclesias malitiosè suo jure privare præsumunt, aut per malitiam libertates earum infringere, vel perturbare contendunt.

g *Clerici verò.* Quarta pars.

h *Vagi.* i. e. Per Patrias discurrentes sive instabiles. *Vagari* namque animi instabilitatem significat, *ut no. Arch. de rescrip. c. ulti. ver. vagabundi. li.6.* Et dicuntur *Vagi* sive *Vagabundi*, qui non habent certum domicilium. Ad quod facit *Glo. ff. de dam. infec. l. 4. §. prætor ait.* Et ita videtur sentire *Inno. in c. fi. Extra. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. in utti. glo.* & sic sentit *Glo. in l. hæres absens. ff. de judi.* Et de tali vagabundo tangit *Glo. 1. C. ubi de crimine agi oportet.* & *no. per Barth. d. §. ait prætor. ver. ulterius dicitur.*

Vagabundus.

i *Ignoti.* Pone exemplum *de Clericis peregrinis. c. 1. & c. sua.*

k *Possessione Clericatus.* Hæc possessio probatur ex delatione habitûs Clericalis, viz. tonsuræ & vestis Clericalis, dummodo antè captionè publicè se non gesserit pro Laico, ut legitur *de sen. excommuni. c. si judex. §. idem esse. li. 6.*

l *Locorum Ordinarios.* Nota, non simpliciter *Ordinarios*, sed addit *locorum.* sc. eorum, in quibus deprehensi sunt tales Clerici. Nam cum tales vagi & ignoti capiuntur, nec scitur, qui sunt eorum speciales Ordinarii, tamen requiri debent per eos, in quorum locis sive Jurisdictionibus detinentur. Nam sicut aliàs, tales vagabundi ubiq; sortiuntur forum, & conveniri possunt in eorum præjudicium: ut *no. ff. de judi. l. hæres absens. C. ubi de crimine agi oportet. l. 1. ff. de dam. infe. l. 4. §. prætor ait. ff. ad munici. l. ejus. in fi.* Sic in eorum relevamen possunt ubique tueri & defendi per eosdé Judices, nam utrobiq; eorum subditi intelliguntur, ut patet ex Juribus prædictis.

m *A Domino Rege.* i.e. ab his, qui vice Regiâ funguntur. Vel dic, quòd super hoc adiri potest & debet ipse Rex, si opus sit, & hoc exigat proteria Ministrorũ. Qd dic, ut legitur *infrà. de pœnis. c. 1. §. statuimus.*

n *Habet potestatem.* Utpotà Regis Cancellarius, & alii Judices, necnon Vicecomites, Ballivi, & alii qui sub Rege, & ejus vice funguntur potestate tali, inquantum tale factum eorum, vel eorum alicujus potestatem concernit.

o *Per Ecclesiam.* i.e. Judices Ecclesiasticos, quibus tales à parte Juris subesse debent.

p *Denegentur.* Supple sine justa causa.

q *Recitatæ.* Servato tamen moderamine Juris, quod habes *infrà. e. lib. de pœnis. c. 1.*

r *Quòd si Clerici.* Quinta pars.

s *Transgressione.* i. e. Injuriâ sive prævaricatione, tali viz. quæ non incidat in Feloniam.

t *Personali.* Sic dicta, quia solum delinquentem personã concernit; vel quia ei occasione competat Actio Personalis duntaxat.

u *Amerciati.* i. e. Mulctati, & est vulgare *Anglicum.*

x *Prælati.* Sc. ipsorum Clericorum.

y *Non suis Judicibus. Concor. extra. de ju. c. at si Clerici.*

z *Et si.* Vers.

a *Propter hoc.* Sc. quia non compellunt Clericos ad hujusmodi Amerciamenta solvenda.

b *Astringi.* Supple in rebus.

c *Attachiari.* Sc. in persona.

d *Se defendant.* Ex hac litera apparet, quòd Prælati (de quibus hic loquitur) sibi injuriantes punire possunt propriâ auctoritate. Et simile habes 45. *di. & qui emendat.* ubi sunt argumenta pro & contra per *Jo. Sed* huic dicto facit contra *extra. de pœn. c. dilectus.* ubi patet, quòd injuria facta Judici, debet reformari per superiorem. Ratio est, quia nemo est idoneus Judex in sua causa. *C. ne quis in causa sua. l. 1.* Sed pro litera ista optimè facit *defen. excom. c. dilecto. li. 6.* ubi patet, quòd Prælatus contra potentiam Laicalem Spirituali gladio, viz. censura Ecclesiasticâ se tueri potest. Et nota, quòd ad talé tuitionem vel defensionem non requiritur monitio; prout *no. Inno. de cens. c. venerabili. in magna glo. ultra medium.* Circa tamen hanc materiam, viz. quando Judex aliquis poterit injuriam sibi factam auctoritate propriâ punire, vel in causa sua judicare, Dic quòd Papa in causa sua privata, quæ non tangit Ecclesiã, non potest esse Judex, sed debet eligere Arbitros: ut *no. glo. 16. q. 6. c. 1.* vel potest illã causam alteri delegare, sicut Imperator, qui retractat causam suam per Procuratorem *Cæsaris. C. si adversus fiscum. l. 2.* Ubi causa non est privata ipsius Papæ, sed Ecclesiæ, tunc ipse Papa potest cognoscere, sicut patet, quando disputatur de exemptione Ecclesiarum, *ut no. glo. in c. cum venissent. extra. de judi.* & hæc vera in causis Civilibus, in Criminalibus autem, si agatur de hæresi Papæ, potest judicari ab aliis. 40. *di. si Papa.* & in hoc casu erit Judex Concilium: ut *no. Arch. de hæreticis. c. in fidei.* si verò agatur de aliis ejus delictis, factis vel dictis, aut ejus sententia nullus potest cognoscere nisi solus Deus. 9. *q. 3. nemo. & c. cuncta per mundum.* & hoc verum, nisi crimina ejus sint enormia; & sæpius monitus noluerit se corrigere, & ex eis scandalizatur universalis Ecclesia: quia tunc etiam posset puniri, cum etiam sapere videantur hæresim. Ita *no. glo.* 40. *di. si Papa.* ubi verò loquimur de crimine commisso in eum, vel injuria: tunc si injuria ipsa sit notoria, potest esse Judex in causa sua propria. 23. *q. 4. Guilisarius.* Si verò injuria non fuerit notoria, tunc de illa faciet per alium inquiri: *C. si quis impera. maled. l. 1.* ex quo injuria tangit personam propriam. Si verò injuria tangit Ecclesiam, tunc sive sit notoria sive non, poterit ipsam punire; ut *no. Jo. An. de pœn. c. 1. li. 6.* In Judicibus autem inferioribus, & maximè quoad propositum hujus capituli, dic, quòd ubi impeditur seu turbatur Jurisdictio Judicis, ut hic innuitur, tunc potest illam injuriam punire auctoritate propriâ. Ut legitur & *no. de offi. dele. c. 1. ver. Ecclesiastica. per Inno.* & est ratio, quia ex quo Jurisdictio est sibi commissa, per consequens & ônia sine quibus Jurisdictionẽ illam explicare non potest *ff. de jurisd. om. Jud. l. 2. de offi. deleg. c. prætores. & c. sane. 2. & c. prudentiã. §. ulti.* & quia regulariter cuilibet Judicĩ concessum est Jurisdictionem suam defẽdere pœnali judicio. *ff. si quis jus di. non obtemperaverit. l. unica. in prin.* maximè si injuria talis sit notoria, ut legitur & *no. de pœnis. c. 1. li. 6.* Aliàs autem in causa propria Episcopi Civili & privata non potest Episcopus cognoscere, sed eligitur Arbitri. 11. *q. 1. c. si Clericus.* si verò talis injuria sive causa concernit Ecclesiã tali prælato commissã, potest etiã hujusmodi injuriã auctoritate propriâ punire. ut legitur & *no. 45. di. & qui emendat. 23. q. 4. Guilisarius.* ubi de hoc per *Jo. & no. per Inno. & Hosti. de pœnis. cum dilectus. præalle.* in hoc enim

An quis possit esse Judex in causa propria?

ènim casu non est Judex in causa sua, sed Ecclesiæ, quòd satis fieri potest, ut *no. Inno. & Hosti. de elect. c. nosti. & per Hosti. de verb. sig. ex parte. 1. ver. nihilominus. in fi.* Et hæc intellige vera, quando est notorium quòd res, super quibus agitur, sunt Ecclesiæ nec per adversarium negatur. Tunc enim poterit Episcopus monitione præmissâ hûc notorium sacrilegum excõmunicare. Et ita intelligitur uno modo *2. q. 7. si quis ergà.* nec est Judex tunc in causa propria ex quo notorium est, cũ non requiritur causæ cognitio; *2. q. 1. manifesta.* sed est potius executor. Si verò adversarius negat rem, de qua agitur, esse Ecclesiæ; & ostendit aliquid propter quod res efficitur dubia, ut quia petitur Jurisdictio, & producitur Privilegium exemptionis, tunc non poterit cognoscere, sed superior erit Judex. *C. si à non compe. jud. per totum. 11. q. 3. Clericus. secundùm Inno. de verb. sig. c. ex parte.* Posset tamen distingui in isto casu, quando agitur de re Ecclesiæ suæ; quòd aut res illa spectat ad mensam propriam ipsius prælati, & tunc non potest esse Judex, quia non videtur causa Ecclesiæ, sed propria. *11. q. 2. quia manumittitur*, & ita sentire videtur *Inno. in c. insuper. de testam.* Aut agitur de causa criminali ipsius Prælati, & planum est, quòd non potest esse Judex. *C. ne quis in sua causa.* per *totum.* Ubi ipse dicitur commisisse crimen. Si autem crimen sit illatum contra eum, ut in injuria sibi facta, & ipsa injuria non concernit Ecclesiam, sed personam Prælati, Episcopi, viz. vel superioris sub Papa: tunc si injuria sit notoria, vel aliàs manifesta, poterit eam in subditos proprios vel extraneos in sua jurisdictione delinquentes propriâ auctoritate punire. *2. q. 7. Si quis à proprio. & in d. c. Romana.* ubi de hoc per *Jo. An. ver. punire.* Archiepiscopus verò facere potest, prout legitur in *c. c. in fi.* Si verò sit occulta, non potest eam punire, sed prosequetur apud superiorem. *ar. 23. q. 4. Inter querelas. & q. 5. de occidend. cum similibus.* Hoc tamen casu licet non poterit talem punire, poterit tamen eum in Carceribus ponere, & reservare successori cognitionem. *ff. de offi. præs. l. senatus.* & est dictum *Cy.* post *Jaco. de Are. in l. 1. C. ne quis in sua causa.* & potest probari per textũ *1. q. 1. In primis. in duobus locis.* Inferior verò Judex Ordinarius, utputa, Decanus, Archidiaconus, & alii hujusmodi, non possunt ullo modo injuriam propriam punire, sed talis punitio debet fieri per superiorem. Et sic potest intelligi opinio *Arch. in c. all. & qui emendat. & in c. si quis ab Episcopo. Glo. fi. 2. q. 7.* ubi dicit, quòd si litigator dicat injuriam Judici Ordinario, non ipse puniet, sed superior per *c. præall. dilectus. de pœn.* Ratio verò inter præmissa potest esse ista. Nam inferior prælatus de facili potest adire Episcopum, qui prope est. *ar. ad hoc de tempore ord. c. cũ nullus. §. Episcopo. de offi. ord. c. Romana. §. officiales. li. 6.* Non tamen sic est in injuria facta Episcopo vel superiori maxime per aliquem de extra suam diœcesim existentẽ, ubi non potest haberi recursus ad aliquem de Diœcesi ratione delicti præterquàm ad eum, cum de Jure Communi ipse solus habeat forum seu Territorium in sua Diœcesi ad puniendum extraneos ibi delinquentes: prout *no. Inno.* sed expressius *Hostien. de foro compe. cũ contingat.* Unde nimirum si deficiente copiâ Judicis possit de injuria notoria sibi facta injuriantem punire. *ar.* eorum quæ leguntur & *no. C. quando licet unicuiq; sine judice se vindi. per totum. ff. de bis qui in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitor. C. de decu. l. generali. li. 10.* De hac materia benè *no. per Henr. de Bowyco de offi. dele. c. 1. di. 2. ℣ prin.*

Judex inferior non potest injuriam sibi illatam punire.

a *Remedia antedicta.* Sc. per excommunicationem & interdictũ, supple servato modo, de quo habes *infrà. c. li. de pœnis. c. 1.*

b *Idem fiat.* Vers.

c *Mere pertinere.* Super hoc habes plures casus *infrà. de pœnis c. 1. in princi.* ibi videas. Et ad idem vide *infrà. c. proximo.*

d *Circumspectè.* Istud Capitulũ non est Constitutio Provincialis, sed emanavit à Decreto Domini Regis, quomodo viz. Justitiarii sui missi in Diœcesi *Norwicen.* ad aliqua ibidem ex parte Regis facienda & inquirenda, se quoad Clerum ejusdem Diœcesis abstinerent ab infra scriptis, dimittentes ea foro Ecclesiastico & Ecclesiæ Judicio terminanda & decidenda. Et nota quòd in hoc Capitulo recitantur in specie 13. casus sive articuli, in quibus cognitio merè pertinet ad judicem Ecclesiasticum. Plures casus habes *infrà. de pœnis. c. 1. in prin.*

e *Norwicen. Episcopũ.* Rex enim misit certos Justitiarios suos ad procedendũ sub certa forma contra Episcopũ *Norwicen.* & alios de Clero sibi adhærentes, quibus postea Rex scripsit, ut hic habetur.

f *Placitis.* i. e. Litem, Controversiam, seu aliàs Judicium. Et dicitur *Placitum* à *placeo, places*, per Antiphrasim, quia nõ placet, secũdùm *Januen.* & habes simile *extra. de feriis. c. 1. 15. q. 4. c. placita.*

g *Merè spiritualia.* Sic dicta, quia nõ habent mixturã temporaliũ.

h *Videlicet.* Exempli gratia hoc ponitur.

i *Prælati. Sc.* quibus hoc competit à parte Juris, Privilegii, vel Consuetudinis præscriptæ.

k *Mortali peccato.* Non intelligas de omni peccato mortali, sed de tali cujus punitio de sui natura spectat ad forum Ecclesiasticum: nam si ratione cujuslibet peccati mortalis cognosceret Ecclesia, sic periret temporalis gladii Jurisdictio, cùm vix esset dare causam quin ratione peccati possit deferri ad Ecclesiam; sic *no. per Card. de reli. do. c. unico. § ad hæc. ver. totaliter.* & per *Jo. An. de judi. c. novit.* quibus *concor. Barth. in col. 11. c. 1. ver. denunciationem. ver. contra istam.*

l *Utputà* i. e. Verbi gratia.

m *Fornicatione. Sc.* simplici, quæ est soluti cum soluta, & sic hic habes, quòd fornicatio est peccatũ mortale. Cui *concor. Canon. 33. q. 4. omnis Mœchus.* Ubi de hoc per *Jo.* & patet ex verbis *Augu. 27. q. 1. nubendi. & no. per Jo. 32. q. 4. nemo.* Et probatur ex dictis Apostoli ad *Ephe. 5. c.* ibi, *omnis fornicator &c.*

n *Adulterio.* Quod propriè fit ubi conjugii jura violantur *32. q. 4. nemo.*

o *Hujusmodi.* Verbi gratiâ stupro, Incestu, & aliis quæ sub peccato Luxuriæ continẽtur: hic potes addere alia crimina, quæ etiã sunt tractanda & punienda in foro Ecclesiastico; viz. *Sacrilegium, Crimen Usurarum, Hæresis, Simonia, & Perjurium, quæ no. per Bern. in c. cum sit. de foro compe. ver. malefactores.* & ad hoc facit *23. q. 4. ecce.* ubi prædictis connumerantur Inspectatores Nugarum; consultores Mathematicorum, Phanatici, Augures, Aruspices, & Ebriosi. Alia autem recitantur per *Hosti. in summa de pœni. & remiss. §. de quibus peccatis. ver. quæ autem sunt peccata mortalia.* Ubi inter cætera recitat vitia contra naturam, & Idololatriam, connumeratis pluribus aliis, ubi etiam seriosè tractat de septem peccatis mortalibus, & eorum speciebus. Ibi videas, *& de Accus. §. quis sit effectus. ver. sed quæ sunt illa. per eundem.*

p *Infligitur.* Sc. per Judices Ecclesiasticos.

q *Pœna corporalis. Sc.* in corpore & corporaliter peragenda. Utputà, disciplinatio publica coram processione vel in aliis publicis locis fienda; de qua legitur *de pœn. c. felicis. § cum autem. li. 6.*

r *Pecuniaria.* Quæ per quem possit aut debeat infligi ex parte notavi *suprà. de offi. Archi. c. eisdem. ver. canonica pœna.* & alibi per Dei gratiã magis aperte dicam. Et vide quod dicam *infrà. glo. proxima.*

s *Liber homo.* Hæc litera concernit illam Theoricam, quæ ponit, ut aliter puniatur servus, aliter liber homo; prout legitur & *no. ff. de juris. om. ju. l. si quis id. §. in servos. & ff. de pœ. l. in servorum.* Et videtur hæc litera innuere, quòd libero homini non sit imponenda pœna corporàlis, sed magis pecuniaria: & ut homo servilis conditionis puniatur in corpore, homo vero liber pecunialiter puniatur. Et sic in hoc passu locum habet quæstio, quam quærit *Jo. de Athona in Constitutione Otho. de Arch. ver. crimina puniant.* Ubi post aliqua argumenta concludit, quòd hoc relinquendum est discretioni & arbitrio justi Judicis; ibi videas. Hoc tamen scias, quòd pœna major corporalis debet imponi vili quàm nobili. Secus tamẽ in spirituali vel pecuniaria. *no. de cens. c. 2. ver. inferiores. per Jo. An.* ibi *per Card. ver. beneficio. li. 6. & no. 24. q. 1. qui contra. per Jo. Exotra. de jure ju. cum quidam.* ubi de hoc. Et ad hoc facit lex *Pedius. ff. de incen. ru. naufrag. C. de sum. tri. & fi. ca. l. nemo. 2. ff. ad legem Jul. de vi pub. vel pri. l. servos.* Ubi de hoc per *Accurs.* Ecce in hac materia dic secundùm Doctores quòd pœna corporali plus punitur ignobilis, quàm nobilis in dignitate positus, sed plus in dignitate positus, quàm privatus pœna spirituali: & pœna pecuniaria secundùm quantitatẽ reatus, si constet quis plus contempserit; quia quantitas reatus metitur ex quantitate contemptûs. Si dubium est, in dignitate positus plus cẽsetur contemnere, & ideo plus punitur. Itẽ in posito ĩ dignitate plura concurrunt, quare in eo major noratur ingratitudo, quanto majoribus fungitur donis gratuitis à Deo. Item quia ih eo magis trahitur exemplum, & major datur aliis audacia delinquendi, & sic in se & in alium delinquit: & quia delicta sua magis nota sunt, quia pluribus patent. De hac materia *no per Fac. de Bello Visu in l. Presbyteri. C. de Epis. & Cle. & per Cy. C. de sum. tri. & fi. ca. l. nemo. 1. q. 3. fulcator. per Jo. 5. q. ult. Presbyteri. de transla. præla. c. fi. in ult. glo. de statu. mo. ea quæ super glo. 3.* & contra præmissa opponitur *Extra. de offi. judi. delegat. c. nec. 2. Responso.* Solutio. Verum est, quòd deferrur in dignitate constituto ab initio, ut ibi; sed patefacto delicto plus est puniendus, quàm alius. *11. q. 3. præcipuè.* sic *no. de fi. mo. ea quæ. per Petrum de Ancho. & Antho. de Butrio*, qui dicunt, quòd si alicubi contrarium inveniatur, speciale est; ut ibi patet.

Aliter punitur liber homo; aliter servus.

De merè spiritualibus, (ut infrà hìc notatis) 13. casibus, dummodo correctionem morum non lucrum pecuniarium prætendant, judicent Ecclesiastici.

Excerpta ex Responsionibus Regiis.

in Religiosis. & no. etiam. d.c. cum quidam. de jureju. per Fo. in col.

a *Item si Prælatus.* Vers.

b *Non facta.* Pone exemplum ut in Constitutione *Othonis. Basilicarum. ver. Diœcesanus verò.*

c *Cœmeterio.* Sic dicto à *Cymis* quòd est dulcis, & *sterion*, quod est statio; inde *Cœmeterium.* i.e dulcis statio animarum, vel potius corporum. Aliàs dicitur *Cœmeterium* quasi cinisterium: quia ibi cinis mortuorum teritur, secundùm *Famen.*

d *Ornata.* Sc. in libris, vestimentis, & aliis ad Divinum cultum necessariis.

e *Quàm pecuniaria.* Super hoc tu dic, ut dixi *suprà. de offi. ar. c. Archi. ver. sub pœna.*

f *Item si Rector.* Vers.

g *Decimas debitas.* Sive prædiales, sive personales, juxta *nota. per Inno. de Decimis. super rubrica.*

h *Vel consuetas.* Hæc litera præcedens potest sic legi, ut dictio, *Oblationes*, referatur ad id qd dicit, *Debitas*: dictio autem, *Decimas*, referatur ad id quod dicit, *Consuetas*, sic referendo singula singulis. Juxta quem intellectum posset hic tractari illa materia, An in solutione Decimarum locum habeat Consuetudo? quam materiam hic pertranseo tractare, eò quòd textus iste nō est Authenticus, sed tantum ad declarationem Juris Ecclesiastici per Regem explanatus.

i *Vel si Rector.* Vers.

k *Alium Rectorem.* Idem possent aliqui sentire de Vicario, maximè tali cui est propria portio limitata; secundùm ea quæ dixi *suprà. de consuetudine. c. nullus. glo. 1. & c. ti. c. 1. ver. Rectores Ecclesiarum.* Sed puto contrarium fore verum; scil. quòd id quod hic dicitur, non habet locum in tali Vicario, qui supra se in eodem loco Rectorem habet. Nam in hoc casu, quoad Jus Patronatus, quod hic ponderatur, secundùm Leges Regni non habet locum illud motivum Juris Regii, cùm portio Vicarii semper dependeat à Jure Rectoris tanquàm principali. Secus tamen dicerem in tali Vicario qui irregulariter recipit omnia emolumenta Ecclesiæ jure perpetuo, aliquam forsan portionem exinde à se exsolvendo alteri: prout de præmissis in casu consimili patent exempla *de jure patro. c. 1.* ubi de hoc per Doctores *in §. Jane. in Cle.* Et ad præmissa facit litera quæ sequitur ibi, *Quarta pars bonorum Ecclesiæ.* Non autem dicit *Vicariæ*, sed *Ecclesiæ*, cujus appellatione comprehenditur integra portio ad Ecclesiam pertinens. *Extra. ne prælati vices suas. c. ulti. ubi de hoc in glossa.*

l *Quarta pars bonorum.* Diligenter considera literam istam, & nota, etiòd aliqui Libri habent sic; *dummodo non petatur quarta pars Ecclesiæ.* Aliqui Libri addunt hanc dictionem, *bonorum*; sed non invenio sic scriptum, dummodo non petatur quarta pars Oblationum vel Decimarum. Et verum est, quòd prohibitiones Regiæ quæ occasione istius quartæ emanant, fundantur, ut vidi, super præjudicio quod in ea parte poterit afferri Patrono Ecclesiæ circa Jus Patronatûs. Sed ut mihi videtur (salvo Judicio meliori) si ageretur inter duos Rectores etiam de totalitate Oblationum vel Decimarum ad alteram Ecclesiam pertinentium, posset habere locum Regia prohibitio, saltem occasione præjudicii, quod exinde possit generari circa jus patronatûs, quale jus maximè fundatur ex altero de his tribus, viz. ex Constitutione, Fundatione, vel Dotatione Ecclesiæ; ut notatur plenius per *Fo. An. in add. de jure patro. c. nobis. ver. construxit.* Et patet per eundem in *c. c. ver. circa materiam hujus Rubricæ.* ubi ponit descriptionem sive Definitionem Juris Patronatûs; dicens, quòd Jus Patronatus est honorificum Jus, onerosum & utile, competens alicui in Ecclesia, pro eo quòd Diœcesani auctoritate illam fundavit, dotavit, vel construxit, ipse vel is, à quo justam causam habet. Ex quibus patet, quòd Jus Patronatûs respicit non Oblationes vel Decimas ad Ecclesiam provenientes, sed potius constructionem vel fundum, in quo situatur Ecclesia, & dotem eidem assignatam. Unde si super his verteretur litigium, forsan bene procederet id, quod hic dicitur, cum ex hoc pararetur Patrono præjudicium. Secus tamen credo, ubi agitur pro Oblationibus vel Decimis, (ut præmissum)

Definitio Juris Patronatûs.

[1] Item si Prælatus puniat pro Ecclesia [b] nō facta, [c] Cœmeterio non clauso, Ecclesia discoopertâ, vel non decenter [d] ornata: in quibus casibus non potest infligi alia pœna quàm [e] pecuniaria. [f] Item si Rector petat à Parochianis suis Oblationes vel [g] Decimas debitas [h] vel consuetas: [i] vel si Rector contra [k] aliū Rectorē agat de Decimis majoribus vel minoribus, dummodo non petatur [l] quarta bonorum alicujus Ecclesiæ. [m] Item si Rector petat [n] mortuarium in partibus, ubi mortuarium dari consuevit. [o] Item si Prælatus alicujus Ecclesiæ, vel [p] Advocatus petat à Rectore [q] pensionem sibi debitam: nam ōnes hujusmodi pensiones petendæ sunt in foro Ecclesiastico. De [r] violenta etiam manuum injectione in Clericū, & in causa diffamationis Placitum tenebitur in [s] Curia Christianitatis, dummodo [t] ad correctionē peccati agatur, & non [u] petatur pecunia. *Vi. Cokū. Inst. p. 2. p. 487. et ab. An. 12. Ed. 1.*

Quicunque Clerici aut Laici fraudulenter & malitiosè per Brevia Regia contra insontes & ignorantes processerint, ac procedentes foverint, majorie Excommunicationis sententiam ferant.

Johannes Stratford.

[x] Dlerum [y] invalescens malitia, *& infrà.* Cùm nostræ Provinciæ nonnulli aliis malignari cónantes, [z] Brevia Regia de computo, seu transgressione, vel [a] alia contra illos, quibus nocere desiderant; ad extraneos [b] Comitatus in quibus sui [c] nunquam fuerunt adversarii, nec [d] contraxerunt, vel [e] deliquerunt ibidem, bonave [f] administrarunt inibi cujuscunque; fraudulenter & malitiosè [g] impetrare præsumunt; & [h] adeò contra [i] eos [k] ignorantes [l] clam prosequūtur in illis, quòd [m] relegātur, vel [n] foris

[q] *Pensionē.* Quæ, inquantum hic loquitur de Patrono, imponi potest in limite fundationis eidem solvēda, secundùm ea quæ leguntur & *no. in d.c. præterea. 2. de jur. Patro.* in aliis servā qd legitur & *no. de cens. 6. prohibemus.*

[r] *De violenta.* Vers.

[s] *Curia Christianitatis*, i.e. Ecclesiæ, in qua servātur Leges Christi; cum tamē in foro Regio serventur Leges mundi.

[t] *Correctionem* Sc. Canonicam.

[u] *Non petatur.* Sc. in Libello, sive in cōclusiōe Libelli cōvēctionalis.

[x] Dlerum Hæc est Constitutio *Johannis Stratford* Archiepiscopi; quæ dividitur in duas partes. In prima ponit causam statuendi. In secunda ponit ipsum Statutum ibi, *Unde cum processus &c.* *Divisio.*

[y] *Invalescens malitia.* i.e. Hominum in diebus viventium: dies enim ipsi de se mali non sunt; sed dicuntur mali, propter malitias hominum quæ in eis committuntur; propterea dicit *Apostolus, redimentes tempus, quia dies mali sunt. de simonia. dilectus.*

[z] *Brevia.* i. e. Literas sub quadam brevitate scriptas, & *Breve* idem importat quod *Præceptum*, vel *Citatio*, & in eo continetur gravamen super quo procedit actio ipsius Agentis sive Prosequentis.

[a] *Alia.* Sc. Brevia, forsan occasione debiti, vel prosecutione alterius.

[b] *Comitatus. Comitatus* dicitur Comitis dignitas, vel tantum spatium terræ quantum tenet Comes unus; secundùm *Famen.* & de hoc vocabulo fit mentio *10. coll. de pace tenenda. §. si Clericus.*

[c] *Nunquam fuerunt.* Scil. domiciliati, vel forsan corporaliter præsentes. Nam si ibi essent domiciliāti, bene possent ibi conveniri. *C. ubi de crimine agi oportet. l. 1.*

[d] *Contraxerunt.* Si enim ibi contraxissent, bene possent ibi conveniri: quia ratione contractûs fortitur quis forum. Ut legitur & notatur *de foro compe. c. Romana. §. contrahentes. li. 6.*

[e] *Deliquerunt.* Nam ratione delicti posset ibi conveniri, si ibi quis deliquerit. *C. ubi de crimine agi oportet. Authen. qua in Provincia.*

[f] *Administrārunt.* Hac etiam de causa fortitur quis forum, ut patet *ff. de judiciis. l. hæres absens. §. 1.*

[g] *Impetrare.* Et etiam *prosequi*, ut sequitur.

[h] *Adeo.* i. e. Intantum.

[i] *Eos.* Sc. quibus nocere cupiunt.

[k] *Ignorantes.* Quia sive Monitio sive Citatio vera vel ficta nunquam ad eorum notitiam tacitè vel expressè pervenerat, nec aliqua præmonitio.

[l] *Clam.* i. e. Latenter vel occultè.

[m] *Relegantur.* i. e. Alieni à Legibus Regni efficiuntur, & extra Legis & Regis protectionē ponuntur. Et habes simile *C. de natura. libe. l. Senatores.* & ad hoc facit *ff. de decre. ab ordi. faci. l. ulti.* in Græco, prout notat *Cy. in dicta l. senatores.*

[n] *Foris banniuntur de Regno.* De hac pœna Bannitionis fit mentio *de pœnis. c. 1. in Cle. et de Statutis et Consuetudinibus contra libertates Ecclesiæ editis in multis. c. ibidem. coll. 10. & 15. q. 4. c.*

ff. de præben. c. ad audientiam. de jureju. cum olim.

a *Unde cum processus.* Secunda pars.

b *Reprobentur.* Sc. à Jure, ut prædicitur in textu. Et ad hoc facit *ff. quæ sententiæ sine appæscin. l.* 1. §. *Item cum ex Edicto.* Et est ibi expressum.

c *Malitiis hominum. ff. de rei. ven. l. in fundo.*

d *Talia.* Scil. Brevia.

e *Surreptitiè.* Adverte ad tria hic posita, scil. surreptitiè, fraudulenter, & malitiosè: quæ tria oportet simul concurrere ad effectum, ut habeat locum hæc pœna hic posita. Et quarum est, utlagatio inde secuta; ad quod faciunt *no. de sententia & re judi. c.* 1. *ver. contra justitiam. & vers. multiplici. li.* 6. *per Archid. & co. c. per Jo. in no. ver. in glo. hoc est quartum &c.*

f *Impetrantes.* Sive per se, sive per alium. Nam qui per alium facit, ipse hoc fecisse videtur, *de Re. Ju. c. qui per alium. li.* 6.

g *Prosequentes.* Dic ut dixi, in *glo. proxima.*

h *Facientes.* Sc. illa Brevia. Vel dic ut scripsi *suprà. de judiciis. c. Item omnes dd. ver. fecerint.*

i *Ea.* Scil. brevia impetranda, eorumq; prosecutionem.

k *Scienter.* Quomodo autē aliquis scire intelligatur, vide *no. per Arch. de elect. c. cupientes. ver. notitiam. li.* 6. *& e. vers. per Card.*

l *Consilium.* Simile habes *de pœnis. c. felicis. li.* 6. Ubi de hoc per *Arch. ver. consilium.* Et intellige de consilio non nudo, sed fraudulento. *ut no. de sen. exc. c. nuper. glo.* 2. Et facit ad idem *de homi. sicut dignum §. Clericos. de renun. c. sane. ff. de Reg. Ju. l. consilii. & e. ti. c. nullus ex consilio. li.* 6. ubi de hoc per *Dy. & ff. de verb. signi. l. sæpe. in fi. Insti. de oblig. quæ ex deli. nas. §. ope. Consilium* autem præstatur suadendo, rogando, impellendo, instruendo, vel utilitatem inde secuturam ostendendo. *ut no. Inno. de bom. ad audientiam.* & probatur *ff. de furtis. l. in furti. §. consilium.* de consilio vero nudo hic non providetur, de quo regulariter quis non tenetur. *Insti mandati. §. tua gratia.* ubi de hoc in *glo.* Et ad hoc vide quod *no. de pœnis. c.* 1. *ver. consilium. per Paulum in Clem.*

Consilium multis modis præstatur.

m *Auxilium.* i. e. Opem, prout aliàs legitur *ff. de furtis. l. in furti. §. ope.* Et hic intelligo *auxilium* pro quolibet adjutorio, sive scil. mutuetur pecunia, sive quicquid aliud fiat, quod ad sui propositi completionem tendit. *ar. ad hoc ff. ad l. Ju. Maic. l.* 4. *post prin.* ibi, *cujusve opera &c.*

n *Favorem. concor. de pœnis. c.* 1. *vers. favorem. in Clem.* Ubi de hoc per *Paulum*, qui in casu illo intelligit, non de favore simplici, sed fraudulento: ut dixi *suprà. ver. consilium.* Et ad effectum, quòd favens incidat hanc pœnam, puto non sufficere, quòd talis favor sequatur ipsum maleficium, sed requiritur, quòd ipsum præcedat, vel concomitetur ad minus. Prout in dicto casu *no.* ibi *Pau. ver. favorem. & Jo. An. ver. defensaverit, circa medium glo.* Licet aliud sit in fautore hæretici, ut ibi notatur, cujus favor etiam attenditur post delictum commissum, & sententiam latam.

o *Ea.* Sc. impetrationem talium Brevium, necnon ad prosecutionem & processum, ac sententiam utlagationis vel bannitionis exinde secutam.

p *Nomine suo.* Hic vide quod notavi *suprà de judi. c. Item omnes. ver. suo nomine.*

q *Ipso facto.* Sine ministerio hominis. Requiritur tamen sententia declaratoria, ut legitur in *c. cum secundùm leges. de hæreti. li.* 6. Sed cum Rex per totum Regnum habeat Jurisdictionem, & potestatem cognoscendi in solidum, & in quolibet loco Regni sui per se & alios Officiales, & ministros suos, juxta ea quæ leguntur & *no. in simili de offi. ordi. c. cum Episcopus. li.* 6. Et notabiliter ibi per *Arch. in ver. federe.* ubi dat plures remissiones, unde est, quòd in hoc casu imponitur tam gravis pœna, cum id, quod legitimè fit pœnam non meretur. *C. de adul l. Gracchus.* Maximè etiam, cùm in hoc casu intervenit Rescriptum ipsius Principis, quod in tali casu sufficit, ut legitur *C. de jurisdi. om. jud. l. in criminali. & de dila. l. si quando.* Dic, quòd illud ideo sit, quia ille qui convenitur, non est ad hoc vel aliàs ad ibi respondendum legitimè vocatus; neq; secundùm formam Juris præmonitus, sed latenter, & surreptitiè proceditur cōtra eum ignorantem & absentem, quod fieri non debet, secundùm ea quæ leguntur & *no. extra. ut lite non contes. c. quoniam frequenter.* ubi de hoc, *vers. sacris Canonibus. per Bern.* Alia ratio potest esse, quia cum in singulis Comitatibus statuti sunt Judices Ordinarii pro causis subditorum illorum Comitatuum judicandis, Judices ipsi, nisi sint negligentes, non debent omitti. *Auth. ut differen. judi. §.* 1. *& de manda. princi. §. sit tibi.* Unde propter refrænandam malitiam talium impetrantium, & ad evitandum peccatum mortale exinde aliàs secuturum, maximè cum tanto præjudicio tàm personæ quàm rerum ipsius sic relegati, merito statuta est ab Ecclesia ista pœna.

banniuntur de Regno. [q] Unde cum processus & sententia contra ignorantes & taliter indefensos habiti, à jure meritò, [b] reprobentur, nec fit [c] malitiis hominū indulgendum. Statuimus, ut quicunque Clerici vel Laici in nostra Provicia [d] talia [e] surreptitiè, fraudulenter, vel malitiosè decætero, (ut præmittitur) [f] impetrantes, & [g] prosequentes, [h] facientes, & procurātes, seu ad [i] ea impendētes [k] scienter [l] consiliū, [m] auxiliū, vel [n] favorem, aut [o] ea rata habētes suo [p] nomine facta, majoris Excommunicationis sententiā incurrant [q] ipso facto.

Omnes Ordinariam Jurisdictionē habentes, Consistoria, Sessiones, & Capitula sua in locis magis insignibus, & victui magis opportunis celebrēt: nec ad alia loca Citatos dūmo afficiant, aut ipsi ab ingressu Ecclesiæ suspendantur.

Idem.

[r] EXcussis, *& infra.* Considerantes ex eo quòd quidam Episcoporum, Archidiaconorum, & aliorum Ordinariorum Officiales, sua [f] Consistoria, Sessiones, & Capitula de tribus in tres, vel de quatuor in quatuor septimanas annis singulis celebrantes per [t] varia loca suarum Jurisdictionum, & [u] Decanatuum nostræ Provinciæ, illuc frequenter quo victualia venalia cum difficultate obtinere valeant; declinantes Rectores & Vicarios Ecclesiarum in locis quibus hujusmodi sua celebrant Consistoria, Sessiones, seu Capitula, vel [x] vicinis similibus sumptibus onerant excessivè, ac scandali & [y] calumniæ materiam suscitant, eò gravius quòd si per Rectores & Vicarios Ecclesiarum hujusmodi [z] diebus illis splendidè non [a] procurentur ad [b] votum, [c] ipsos laboribus vexantes, quæsitis coloribus & causis confictis infestant graviter, & molestant. [d] Propter quæ & alias [e] injustas causas, præsentis statuimus deliberatione [f] Concilii, quòd hujusmodi Consisto ia singula, Sessiones, & Capitula in locis Jurisdictionum & Decanatuum prædictorum [g] magis insignibus, Divisio.

[r] *Excussis, & infrà.* Ista Constitutio attribuitur *Johanni Stratford*, non tamen reperitur inter Constitutiones ejusdem, quarum exordium incipit, *Sponsam Christi &c.* Et dividitur in tres partes. In prima exprimit causā statuti. In secunda ibi, *Propter quæ*, ponit Statutum. In tertia ibi, *Citationes*, adjicit pœnam contra facientibus.

f *Consistoria.* Sc. quoad Episcopos. Differunt enim consistorium, & Tribunal: nam *Tribunal*, est locus in quo sedet Ordinarius inferior, ut *no. 6. q.* 2. *anteriorum. §. ad hæc. ver. consistoria. per Arch.* Sed *Consistorium*, est locus in quo sedet Princeps ad judicandum. *Consistorium & Tribunal differunt.*

t *Varia loca.* Quod satis licet secundùm ea quæ leguntur, & notantur *de offi. ord. c. cum Episcopus. li.* 6.

u *Decanatuum.* Scil. ruralium per quos hujusmodi Capitula solent celebrari.

x *Vicinis similibus.* Sc. ubi cum difficultate reperiuntur victualia.

y *Calumniæ.* i. e. Jurgii vel accusationis. *C. de pœnis. l. sancimus.*

z *Diebus illis.* Scil. quibus tenent Consistoria, Sessiones, & Capitula hujusmodi.

a *Procurentur.* Sc. in victualibus pro se & suis ministris, cum tamen in hoc casu nulla Procuratio eis debeatur, ut *infrà* sequitur.

b *Votum.* i. e. Desiderium.

c *Ipsos.* Sc. Rectores vel Vicarios.

d *Propter quæ.* Secunda pars.

e *Injustas causas.* Quæ sc. sæpe excogitantur à talibus Officialibus ad vexationem subditorum. Habent namque adinstar Satanæ mille nocendi modos. 16. *q.* 2. *c.* 1.

f *Concilii.* De tempore hujus Concilii nihil certum reperiri potest; continent tamen in eo edita magnam æquitatem.

g *Magis insignibus.* Utputa, Civitatibus, Municipiis, sive Burgis, super quibus oportet recurri ad opinionem communem Provinciæ. *ar. ff. de suppel. le. l. Labeo. & no. de rescrip. c. præsenti. vers. locis magnis. per Bern. Compost.* qui dicit, quòd loca hujusmodi debent esse talia, quòd in eis inveniantur hospitia pro adventantibus, & eorum evectionibus, & quòd ibi reperiantur victualia communi pretio: nam aliqua sunt loca magna, ubi tamen non inveniuntur prædicta, vel saltem cum magna difficultate ibi inveniuntur. Unde talis locus non est idoneus secundùm *eum*: & huic dicto concordat hæc litera, quæ vult hæc fieri in locis magis insignibus.

a *Saltem.*

a *Saltem.* Hæc est conjunctio adversativa sive diminutiva, innuens quòd si fieri non possit, ut prædicitur, ad minus fiat hoc modo: facit. *C. de cuend. propinq. l. 1. & nota. ff. de codicill. l. 1. vers. sed quæ si dixit. per Barth.*

b *Communiter.* Utputà in Villis ubi tenentur Nundinæ seu Mercata rerum venalium, maximè victualium.

c *Quodque Officiales.* Vers.

d *Ordinariorum.* Scilicet supradictorum.

e *Ministri.* Puta Clerici, Scribæ, Notarii, Apparitores & eorum servientes.

f *Dominorum.* ipsorũ Viz. quorum nomine hæc aguntur. Et dicuntur *Domini* à *Domo* cui præsunt, secundùm *Fanuch.* Dominus à domo dicitur.

g *Aliis actibus.* Utputa, inquisitionibus fiendis, & aliis quibuscunque, dum tamen actus ille non sit Visitatio Ordinaria. Nam si per modum Visitationis Ordinariæ venerint, tunc possunt recipere procurationes, quæ debentur ratione Visitationis. *Extra. de cens. c. procurationes.* quod dic, ut ibi legitur & *no. et infrà hoc eodem li. de cens. c. 1.*

h *Quæ incumbunt.* Sume quod *suprà* dicitur, *sũpt ibus Dominorum suorum.*

i *Citationes.* Tertia pars.

k *Aliis locis.* Sc. minus insignibus; vel ubi victualia non possunt communiter, & de facili haberi.

l *In eis.* Sc. locis minus insignibus &c.

m *Ipso jure.* Et sic non est opus executione. Pro quo vide quod scripsi *suprà. de judici. c. excussis. vers. ipso jure.*

n *Negotiis.* Supple, quæ non constituunt in Visitatione Ordinaria, ut dixi *suprà. vers. actibus.*

o *Exigentes.* Si ergo gratis, absque exactione sumptũs, eis ministrentur, non habebit locum hæc pœna. *ar. ad hoc. 18. di. de Eulogiis*, ubi de hoc per *Jo. et concor. Accur. ff. de origi. judi. l. 2. glo. 6.*

p *Ipsos.* Sc. Rectores, vel Vicarios, vel alios subditos.

q *Infestantes.* Id est. Vexantes, molestantes, vel inquietantes.

r *Eoipso.* Absque hominis ministerio.

s *Ab officio.* Sc. suæ administrationis, in quo deliquerunt: ut sic pœna sit conformis delicto. *ar. ad hoc. extra. de re. ec. non alie. c. 2.* ubi de hoc per *Ber. glo. fi.* sed melius, *de jure patro. c. pastoralis. in fi. et de transla. Episcopo. c. quanti.* Aliter cum hic sit suspensus simpliciter ab Officio, non specificando à quo officio, dic ut dixi *suprà. de constitu. c. 1. vers. ab officio & beneficio. ver. Sed quæro ubi &c.*

t *Ingressu Ecclesiæ.* Sic ergo punitur taliter delinquens pœna duplici, contra illud quod legitur *de judi. c. at si Clerici. in fi.* Sed dicit ibi *Ber.* quòd quando pœna una non est sufficiens, tunc duplici pœna potest aliquis puniri. Ad quod allegat ibi plures concordantias, & in id idẽ concordat ibi *Inno.* Et his concordat quod legitur *de re judi. c. 1. in fi. li. 6. et de pœn. c. fælicis. e. li. et de pœn. c. 1. in Cle.* Quandoque enim ex uno delicto plurium surgit offensa, & tunc delinquens pluribus pœnis puniri potest. Et sic habes limitationem, ad *d. c. at si Clerici. de judi. præallegatum*, & sic stat illud *c. 1. de re. judi. li. 6.* & hic. Duplici pœna potest quis puniri.

u *Suspensos.* Hæc pœna imponitur sine præfinitione temporis; unde de sui natura est perpetua. *Extra. de constit. c. ex literis.* ubi de hoc per *Bern.* & hoc verum est, quando talis pœna imponitur propter crimen, quod requirit pœnam perpetuam, aliàs secus. Sed si dubitetur an pœna debeat esse temporalis, vel perpetua, debemus interpretari in benigniorem partem. *ar. ad hoc, de re. jud. c. in pœnis. li. 6.* & sic sentit *Jo. An. d. c. ex literis. & d. c. in pœnis.* Tu dic, quòd cum hæc pœna hic infligitur pro crimine, & à statuto perpetuo, ipsa etiam pœna debet intelligi perpetua. Pro quo bene facit quod legitur, & *no. de offi. leg. c. ulti.* ubi de hoc per *Jo. An. in no.* maximè cum imposita sit cum causæ cognitione. Et huic sententiæ concordat *Henricus de Bowico d. c. ex literis. ad fi. di. concor. etiam Jo. in collectario. c. c.* qui dat Remissiones ad *Arch. de re Judi. c. ad Apostolicæ. glo. 2. li. 6.* cum aliis Remissionibus quas ibi videre poteris. Sed si vis super hoc perfectè instrui, vide *Henricum*, in loco prælegato.

Divisio.

x *Animarum saluti.* Ista Constitutio fuit *Simonis Mepham.* Et habet duo dicta. In primo, ponit prœmium sive exordium. In secundo ponit Statutum ibi, *Statuimus.* Secunda pars facit tria. Primo statuit diem Parasceves festive debere celebrari. Secundo ibi, *Auctoritate*, inhibet illo die fieri opus servile. Tertio ibi, *Per hoc*, modificat dictam inhibitionem.

y *Ordimur.* i. e. Incipimus.

z *Fontibus salvatoris.* i. e. De passione, seu vulneribus Jesu Christi, de quibus quidam Devotus sic ait. Fundunt rivos sanguinis venæ salvatoris, cuncti currant, veniant ad fontes redemptoris; mirum potum eporent cum justis peccatores: fons hic fluit, refluit, amores, & dolores. In his enim fontibus Angeli quasi cœli volucres bibunt suæ ruinæ restaurationem: viri justi, qui vere dicuntur homines, bibunt redemptionem. Pœnitentes quasi reptilia bibunt veniã, & proficientes quasi quadrupedia hauriunt disciplinam.

a *Statuimus* Secunda pars.

b *Parasceves.* i. e. Præparationis, sic dicta, quia in sexta feria *Judæi* præparabant ea quæ erant necessaria ad Sabbatum, secundùm *Fanuen.*

c *In cruce.* Quare autẽ Christus voluit mori in Cruce, vide quod scripsi *suprà. de sum. tri. & fi. ca. c. 1. vers. in Cruce.*

d *Ritum.* i. e. Consuetudinem, sive morem.

e *Lectione.* Intellige non solum de Lectura Lectionum, quæ solent legi in Ecclesia tempore Divini officii: sed etiam de Lectura Psalterii, & devotarum meditationum, ac etiam Historiarum, quæ ad devotionem possunt animam excitare, dum tamen ob talem Lecturam officium Divinum non omittatur, nec impediatur. Talibus enim Lecturis, non solum hac die, sed etiam aliis vacare debent Clerici, maxime Sacerdotes. Nec debent se Gentilium, nec Poetarũ libris legendis ingerere, præsertim his, quæ ad luxuriam vel ad vanitatẽ provocant. 37. *di. sacerdotes. quasi per totum.* Potes etiam intelligere id quod hic dicitur, *Lectione &c.* Sc. de Lectione Evangelii, & Homiliarum, quibus populus instruendus est, ut sic Lectio prædicationem, & doctrinam importet; sicut alias legitur 37. *di. x. turbat. in fi.* cui etiam dicto concordat Apostolus dicens ita ad 1. *Tim. 4. attende Lectioni, Exhortationi, & Doctrinæ &c.* Et puto, quòd Laicis literatis licitum est hac die legere passionem Christi, & alia quæ ad devotionem pertinent: non tamen Romantias, vel alias Scripturas vanas. Ut *de cleri. prædixi.*

f *Silentio.* Potes intelligere de silentio servando à parte ipsius legentis; ut sc. silenter, & contemplative legat. Vel potes intelligere de silentio tenendo à parte audientis; ut sc. dum Lectiones leguntur, audientes silentium teneant. Vel potes intelligere de silentio servãdo hac die, ut viz. nec in Ecclesia nec extra, aliquis ídiscretis vocibus strepitum faciat, aut quibuslibet tumultibus alios perturbet, nec obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundat: attendens, quòd cultum suum justitia perdit, quando silentium devotionis obstrepentium turba confundit. 5. *q. 4. in loco.*

g *Oratione.* Quæ quid sit, unde dicatur, quæ sit ejus divisio, ad quem sit porrigenda, per quem, ad quid, qualiter, ubi, & quis sit ejus effectus, notatur plenius *de reliquiis & ven. sancto. c. si Dominum in Cle. vers. sedulas per Jo. An.* Cujus glossã in effectu sic summariè repilogo; dico enim, quòd *Oratio* est petitio dicentium cum ascensione mentis in Deum, ut vult *Damascenus.* Quoad primum, dicitur *Oratio*, quasi oris ratio; ut sc. rationabile petatur. Quoad secundùm, dividitur in quatuor; sc. Obsecrationem, Orationem, Petitionem, & gratiarum Actionem. De quibus loquitur *Apostolus ad Philip. 4.* est enim secundùm *Damascenum, Obsecratio*, petitio pro peccatis, quã unusquisque compunctus pro peccatis veniam deprecatur. *Oratio*, quã aliquid offerimus, sive vovemus Deo. *Postulatio*, quam pro aliis emittere solemus, vel pro charis nostris, vel pro pace terræ, serenitate aeris, vel pro rebus temporalibus. *Gratiarum actio*, est quando mens vel præterita Dei recolens beneficia, vel præsentia amplectens vel futura, Deo gratias agit. Aliter secundùm *Nico. de Lyra & ultra glo Jo. An.* Oportet in orando, primò, ad Deum accedere per mentis elevationem; & hæc vocatur *Oratio*, quæ est ascensus mentis in Deum. Secundo, quod quæritur, determinate proponere, saltem verbo mentali. Et hæc vocatur *Petitio.* Tertio, quòd proponens se disponat, ut exaudiri debeat. Et hæc vocatur *gratiarum Actio.* Nã ubi aliquis gratum se ostendit de receptis beneficiis, meretur recipere potiora. Quarto, quòd exprimat illud per quod fiat exaudibilis ex parte Dei, quod est ejus sanctitas, & hæc vocatur Nota de oratione, & ejus conditionibus, ac effectibus.

De Feriis.

Dies Parasceves sancta tota Sanctis ac piis Officiis impertiatur.

Simon Mepham.

x ANimarum saluti prospicere cupientes, initium y ordimur de z fontibus salvatoris. a Statuimus itaque & ordinamus, ut dies illa sancta b Parasceves, qua Salvator noster Dominus Jesus Christus pro salute hominum pretiosam animam suam post multa flagella posuit c in Cruce, secundum d ritum Ecclesiæ in e lectione cum f silentio, in g oratione vel a saltem in quibus victualia b cõmũiter valeant inveniri, venalia decætero celebrentur. c Quodq; Officiales & cæteri d Ordinariorum e ministri, suorum sumptibus f Dominorũ tã in hujusmodi celebratione Cõsistoriorũ, Sessionũ, & Capitulorũ, quàm in g aliis actibus, quos pro suis exercent Dominis, faciant h quæ incumbũt. i Citationes autem ad Consistoria, Sessiones, & Capitula hujusmodi in k aliis locis quàm expressis superius celebranda, & processus, quos in l eis contigerit in posterũ fieri, ipso m jure decernimus fore nullos, ac Officiales prædictos pro suorũ Dominorũ expediendis n negotiis sumptus à dictis subditis o exigentes, seu p ipsos occasione nõ præstationis sumptuũ hujusmodi q infestantes, r eo ipso ab s officio & t ingressu Ecclesiæ u suspensos volumus remanere.

vocatur *obſecratio*. Sicut eſt quando dicimus, *per Nativitatem tuam libera nos Domine &c.* & hoc quoad tertium; quoad quartum verò porrigenda eſt Oratio ad Deum principaliter: ad ſanctos verò, non tanquam per eos implenda, ſed ut eorum meritis, & precibus Orationes ſortiantur effectum. Unde à Sancta Trinitate petimus, ut noſtri miſereatur; ab aliis Sanctis, ut orent pro nobis, & noſtras Orationes, quas ad eos verbo & corde fundimus, Deo manifeſtante cognoſcunt. Debet quoad quintum porrigi per bene diſpoſitum & contritum, ac pœnitentem. Nam peccatorẽ, ſecundũ deſideriũ peccati non audit Deus ex miſericordia, ſed ad vindictam quãndoque, dum permittit amplius ruere in peccatum, cui *concor. Aug. dicens, Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus.* Peccatorem verò, cujus deſiderium procedit ex deſiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quaſi ex juſtitia, ſed ex pura miſericordia. Quoad ſextum, in Oratione petenda ſunt principaliter animæ ſalutifera, ſecundario bona temporalia; non ut finẽ conſtituamus in illis, ſed ut ſint adminicula beatitudinis conſequendæ, ut ſc. quaſi inſtrumentaliter deſerviant ad ſuſtentationẽ vitæ corporalis exercendæ ad actus virtuoſos. Quoad ſeptimũ, *Hoſti. in ſumma. de pœni. §. quis ſit effectus. verſ. carnis autem maceratio*, dicit, quòd 13. requiruntur in Oratione, quæ ibi videre poteris. Sed *Fo. An. in loco præal.* dicit, quòd modus orandi requirit quatuor, ſc. humiliationẽ corporis, devotionẽ cordis, attentionem, & breviloquiũ. Pro primo allegat Scripturã. *Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe penetrat nubes.* Et debet hæc humiliatio fieri principaliter obtentu devotionis, non recreationis corporalis. Secundum probatur, *Extra. de voto. c. magnæ. circa fi. Et Augu.* ait, *Quid prodeſt ſtrepitus labiorum, ſi mutum eſt cor? & Grego. in moralibus.* Veraciter orare, eſt amaros in compunctione gemitus, non verba compoſita reſonare. Et iterũ: Animarum verba ſunt ipſa deſideria, in quibus tanto quis minus clamat, quanto quis minus deſiderat. Tertium probatur *de conſe. di. 5. nunquam. & dicit Greg.* illã orationem Deus non audit, cui ille qui orat, nõ attendit. Et hoc verũ intellige, quando attentio nullo modo Orationi conjũgitur. Non enĩ requiritur, quod attentio ſemper maneat in Oratione per eſſentiã actũs, ſed ſatis eſt, quòd maneat per virtutem, qd eſt, quando bonã attentione quis ad Orationẽ accedit, etſi in proſecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis vis permanet, niſi tanta ſit evagatio, quòd attentio omnino depereat. Tunc enim habet locum illud *Cypriani ſuper Orationc dominica.* Quomodo, inquit, audiri te à Deo reputas, cũ teipſũ non audias? Quartum probatur, *Matth. 6.* Ubi dicitur, *cũ oraveritis, nolite multa loqui.* Et facit *de conſe. di. 5. non mediocriter.* Breviloquiũ tamen non eſt de neceſſitate Orationis: nã Oratio, non ſolũ ſecundùm ſuã cauſam, quæ eſt deſideriũ Charitatis, ſed etiam ſecundùm ſeipſam poteſt eſſe diuturna. Chriſtus enim pernoctavit orando. *Lucæ. 6.* alibi etiam dicitur, *Oportet ſemper orare & nõ deficere.* verùm quia ſecundùm *Augu. ad Probã.* multa loqui in orando, eſt rem neceſſariã ſuperfluis agere verbis, cum plerumq; hoc negotiũ plus gemitibus quàm ſermonibus agatur; Ideo monemur ad breviloquium: nam ut volunt Sancti, brevis & frequens debet eſſe Oratio, ne immorantibus nobis aliud cordi ingerat inimicus. Et nota quòd Oratio cõmunis, quæ fit per Miniſtros Eccleſiæ in perſonam totius populi, ut innovetur ei pro quo fit, meritò ex inſtitutione debet eſſe vocalis: ſed ſingularis Oratio, quã quis pro ſe, vel alio porrigit, de neceſſitate nõ debet eſſe vocalis. Adjungitur tamen vox triplici de cauſa. Primo, ad excitandum interiorem devotionem. Verbis namq; & ſignis, noſipſos interius excitamus ad ſanctũ deſiderium augendum, ut dicit *Augu. ad Probã.* Secundo, ad redditionẽ debiti; ut ſc. ſerviat orans Deo ſecũdùm ſe totum, ſc. corde & corpore. *de conſe. di. 5. nunquã.* Tertio, ex quadã redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. Unde *Pſal. Lætatum eſt cor meum, & exultavit in me lingua mea. De. 8. patet Matth. 6.* ubi dicitur, *cum oraveris intra in cubiculum tuũ et clauſo oſtio &c.* Super quo loco dicit *Caſſianus.* Intra cubiculũ oramus, cum à cogitationum & ſollicitudinũ ſtrepitu corde remoto ſecrete & familiariter preces noſtras ſoli Deo referimus. Nota tamen, quòd in Eccleſia principaliter Orationes fieri debent, ut patet *Extra. de purga. poſt partum. c. unico. de immu. Eccl. c. decet. li. 6. de cele. miſ. c. 1. in Cle.* Attende tamen, ut dicit *Bern. in li. meditationum.* Quòd ubicunque fueris intra temetipſum orare debes, ſi longe fueris ab Oratorio, non quæras locum, quoniam ipſe locus es. Et ut dicit *Fo. An. in loco præall.* non refert utrum verſus Orientem, vel Occidentem, locumve cæli alium oremus Deũ, vel Miſſas dicamus: nã Deus ubique eſt, ſed ob certas cauſas magis conveniens ſit verſùs Orientem Orationes fundere, & miſſas celebrare, prout notatur 11. *di. Eccleſiaſticarum.* ubi de hoc per *Arch.* Circa nonum dic, quod Orationis effectus eſt duplex. Nam habet virtutem merendi, & etiam impetrandi; de quibus patent exempla per *Fo An. in loco præall.* Et nota, quòd ad primum effectum non ex neceſſitate requiritur, quòd attentio adſit Orationi per totum; ſed vis primæ intentionis totam orationem meritoriam facit. Et ſimiliter ad ſecundùm effectum, ſc. impetrandi, ſufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit. Tertius verò Orationis effectus, eſt quædam ſpiritualis mentis refectio. Et ad hunc effectum de neceſſitate requiritur in Oratione attentio, ut prædixi *ſupra ver. quo ad ſeptimum.* Et in ſuper nota, quòd per Orationem meretur homo à tentatione liberari. Eſt namque Oratio ſecundùm *Augu.* oranti præſidium; adverſario incendium; Angelis ſolatium; Deo gratum ſacrificium: & valet principaliter contra ſpiritualia vitia. Quia ut dicit *Hieronymus*, Oratione ſanantur peſtes mentis. Jejenio autem peſtes corporis. Quod autem Oratio habeat efficaciam impetrandi, patet juxta illud *Bertis* dicentis, Non enim fruſtra in Deo ſpes ponitur, preces namque, quæ rectæ ſunt, inefficaces eſſe non poſſunt. Item juxta illud Beati *Bern. in meditationibus.* Ex duobus, inquit, unum indubitanter ſperare debemus, aut dabit nobis quod petimus, aut quod novit eſſe utilius.

[a] cũ jejunio, in [b] compũctiõe [c] cũ lachrymis [d] feſtivè celebretur. [e] Auctoritate etiã præſẽtis Cõcilii diſtrictius inhibemus, nè decætero quiſpiã [f] ſervilibus ipſa die intendat operibus, vel quævis [g] alia exerceat, quæ à [h] pietatis cultu fuerint aliena.

a *Cum jejunio.* Simile habes *de conſe. di. 3. c. rogationes.* ubi Litaniis & Orationibus jejunium annectitur. Ratio eſt, quia ut dicit in gloſſa præcedenti, & ſumitur ex *Hieronymo* ſuper *Marcum. c. 9.* unicuique vulneri ſua adhibenda eſt medicina. Non enim ſanat oculum, quod ſanat calcaneum. Oratio itaque ſanat peſtes mentis, ſed jejunium ſanat peſtes corporis.

b *Compunctione.* Id eſt peccatorum cum mœrore recordatione. Hæc enim, ut ait *Chryſoſtomus de cordis compunctione. li. 2.* ſola eſt, quæ animam horreſcere facit veſtem purpuream ſive delicatam; deſiderare cilicium; amare amaras lachrymas; & riſum fugere mundalem. Hæc enim, ſicut ignis, omnis animæ perorit vitium, & amoris inflammat incendium. Et ſicut nequit ſtare culvis ante faciem venti, ita nihil malæ cogitationis in anima reſidere poterit, ubi compunctio cordis adfuerit. De hac quoque ſic loquitur *Gregorius 23. moralium. c. 13.* Quatuor, inquit, ſunt qualitates quibus anima juſti viri in compunctione contritionis vehementer afficitur, cum actum ſuorum malorum reminiſcitur. Conſiderans ubi fuit, aut in judicio Dei metuens ſententiam. Secum querens & cogitans ubi erit, aut cum mala vitæ præſentis ſolerter attendens, mœrens conſiderat ubi eſt. Aut cùm bona ſupernæ Patriæ contemplatur, quæ quia nondum adipiſcitur, lugens conſpicit ubi non eſt: huic ſententiæ *concor. Iſido. de ſummo bono. li. 2. c. 12.* Quatuor, inquit, ſunt quibus mens compuncta ſalubriter vulneratur ſcilicet memoria præteritorum facinorum, pœnarum futurarum recordatio, longinqua hujus exilii peregrinatio, & deſiderii ſupernæ Patriæ inflammatio.

Nota de effectu cõpũctionis.

In modo orandi quatuor requiruntur.

c *Cum lachrymis.* Hæ enim doloris intrinſeci teſtes ſunt, & medicina peccati. Juxta illud *Bedæ in ſuis exhortationibus.* Si pœnam ſentis, querelam Deo refer, quia medicus eſt. Si medelam appetis, cur non ploras? ſigna enim doloris fruſtrari non poſſunt; lachrymæ fluentes, quicquid appetunt, accipiunt. Et nota, quòd lachrymæ commendabiles ſunt in ſeptemplici differentia. Sunt enim lachrymæ timoris, quæ flentis declarant innocentiam in excuſatione: patet exemplum de *Suſanna Daniel. 13.* Sunt ſecundo lachrymæ doloris, quæ mentis alleviant anguſtiam in confeſſatione: juxta illud *Pſal. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte &c.* Sunt tertiò lachrymæ compaſſionis, quæ proximum adjuvant in deſolatione: patet exemplum de Chriſto in ſuſcitatione *Lazari. Jo. 11.* Sunt quartò lachrymæ devotionis, quæ Deum delectant in contemplatione: *Pſal. Qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent.* Sunt quintò lachrymæ propriæ cognitionis, quæ Diabolum fugant in tentatione. *Judith. 13. ſtetit Judith ante lectum orans cum lachrymis &c.* Sunt ſextò lachrymæ internæ contritionis, quæ delictum lavant in confeſſione: patet exemplum de *Petro*, qui poſt negationem Domini & Magiſtri, egreſſus foras flevit amarè. Patet etiam de *Magdalena*, quæ lachrymis rigavit pedes Salvatoris. Sunt ſeptimò lachrymæ fervidæ dilectionis, quæ peritum impetrant. Patet exemplum. 1. *Regum. 1. Dum eſſet Hanna amaro animo, eò quòd ſterilis eſſet, oravit Dominum flens largiter.*

Lachrymæ ſunt in multiplici differẽtia.

d *Feſtive.* Id eſt adinſtar dici feſti.

e *Auctoritate etiam.* Verſic.

f *Servilibus.* Sume quod ſtatim ſequitur, *operibus &c.* Et circa hoc vide quod ſcripſi ſupra, *de offi. Archipreſ. c. 1. ver. canonicis inſtitutis.*

g *Alia.* Sc. opera.

h *Pietatis cultu.* Id eſt miſericordiæ, quæ ſtudet ad relevandas proximorum miſerias. Et nota quòd pietas aliquando dicitur donum ſpiritûs ſancti, & in hoc differt à miſericordia; quia miſericordia ſtudet ad relevandas miſerias proximorum, ex hoc quòd ſunt conjuncti vel conſanguinitate, vel familiaritate, vel ſaltem naturæ ſimilitudine, in omnibus aliquid humanum pro menſura accipiens. Sed pietatis donum movetur ad relevandum eorum miſerias ex aliquo Divino: ſcilicet inquantum ſunt Filii Dei, vel Divina ſimilitudine inſigniti.

Pietas & miſericordia differunt.

Orationis effectus duplex.

a Per

a *Per hoc tamen.* Versic.

b *Pauperibus.* Hic vide qd scripsi *supra de offi. ord. c. 1. ver. pauperes.* Et in hoc casu intelligo *pauperes* eos, qui animalia seu bestias non habent ad arandum, nec sufficiunt ad aliorū operas condocendū.

c *Agriculturam.* Concordat huic sententiæ *Jo. in summa confessli. 1. ti. 12. c. 11.* ubi dicit, quòd diebus Dominicis & in majoribus festivitatibus, sc. Festis Christi, & Beatæ *Mariæ Virginis*, die etiam Apostolorum *Petri & Pauli*, non licet arare agros pauperum, vel alia opera servilia ad opus eorum exercere. Cæteris tamen festivitatibus credit hoc licere secundùm consuetudinem regionis, quam scit Episcopus loci, & non reprobat; dum tamen per hoc laborantes non revocentur ab audiendis Divinis, quæ tenentur audire; & quòd talia principaliter fiant propter Deum, non propter affectū carnalem, aut spem remunerationis terrenæ, sive in pastu hominum laborantiū aut animalium; & quòd necessitas paupertatis illius, cui hæc fiunt, hoc videatur exigere.

d *Suffragia consueta.* Sc. sive ministrando servientes, vel animalia, vel alia quæcunque ad tale opus necessaria & consueta.

e *Charitatis intuitu.* Et sic gratis, ut dixi *supra. vers. agriculturam. prope fi. glo.*

Per [a] hoc tamen legem [b] pauperibus non imponimus, nec divitibus prohibemus, quin ad [c] agriculturam pauperum promovendam [d] suffragia consueta, [e] Charitatis intuitu, subministrent.

Festum Conceptionis Divæ Virginis Mariæ festivè & solemniter celebretur.

Idem.

AD [f] hæc quia inter omnes Sanctos memoria Beatissimæ Virginis Mariæ [g] Matris Domini, eò frequentius agitur atque festivius, quò [h] majorē gratiam apud Deum, qui [i] ejus [k] conceptionem prædestinatam ad [l] Unigeniti sui [m] temporalem originem & ōnium salutem veraciter ordinavit, creditur invenisse, ut per [n] hoc salutis nostræ quamvis [o] remota primordia, in quibus devotis occurrit mentibus spiritualium materia gaudiorum, devotionem omnibus augeant & salutem. [p] Venerabilis Anselmi prædecessoris nostri, qui post alia quædam [q] ipsius antiquiora [r] solennia Conceptionis solemne superaddere dignum duxit, vestigiis inhærentes, [s] Statuimus, & firmiter præcipiendo mandamus, quatenus festum Conceptionis prædictæ in [u] cunctis Ecclesiis nostræ Cantuariensis Provinciæ festivè & solemniter decætero celebretur.

Festa hâc Constitutione contenta solemniter sunt celebranda: in cæteris licet impunè consueta fiant opera.

Simon Islepe.

EX [x] Scripturis, & [y] *infrà.* De fratrū nostrorum cōsilio dies festos præsentibus inserere duximus, quibus ab Universis servilibus operibus etiam [z] reipublicæ utilibus per nostram Cantuariensem Provinciam fuerit [a] regulariter abstinendum. In

f *AD hæc.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus & præcedens; & habet duo dicta. In primo ponit exordium & causam statuendi. In secundo ibi, *Venerabilis*, procedit ad statutum faciendum. *Divisio.*

g *Matris Domini.* Hoc dicit ad tollendum errorem *Nestorii*, qui dixit Virginem *Mariam* non Dei, sed hominis genitrícem; ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis. Cujus opinio damnata est in *Concilio Ephesino*, sicut legitur *16. di. c. sexta Synodus.* *Error Nestorii.*

h *Majorem gratiam.* Cæteris namque gratia per partes datur: *Mariæ* verò simul se totam infudit Gratiæ plenitudo; ut dicit *Hieronymus ad Paulum & Eustochium.* Et in eadem Epistola per eundem Mater ab Angelo salutatur, & gratia prædicatur plena, per quam largo Sancti Spiritūs imbre seu perfusa est omnis Creatura. Et ibidem dicitur: talibus decebat Virginem obumbrari muneribus, ut esset gratia plena, quæ cedit cælis gloriam, terris Deum, hominibus pacem; quæ refudit fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, & moribus disciplinam.

i *Ejus.* Scilicet *Mariæ.*

k *Conceptionem prædestinatam.* De hac conceptione sic ait *Anselmus inli, de conceptione Virginis gloriosa.* Palatium, inquit, Imperatoris delicatis usibus construendum vitat fundamentum luculentum & invalidum, sed forti, nobili, & firmo fundamento totum submittitur Regale ædificium: sed sapientia Dei ante omnia sæcula *Mariam* sibi proposuit in habitaculum construere. si ergo aliquâ alicujus peccati maculâ ejus conceptio corrupta fuit, tunc fundamentum habitaculi Dei structuræ superstratæ nec congruebat, nec sufficiebat, nec cohærebat, sed distrahebat. Et sequitur ibidem: Videor mihi, inquit, videre, qd si quid Originalis peccati in propagatione Matris Dei extitit, propagantium parentum, non propagatæ prolis fuit. Ex hoc loco apparet *Anselmum* velle innuere, quòd concepta fuit Virgo *Maria* sine peccato Originali, sed *Jo. de Deo de conse. di. 3. c. 1.* dicit, eam fuisse conceptam in peccato Originali, & propterea ejus conceptionem non fore celebrandam. Et idem *no. di. 4. c. 2. vers. miraculo & Arch. ibidem. in c. firmissime. & concor. Jo. An. de fer. c. conquestus. ver. Virginis. in Novel. Et Specu. ti. de fer. §. 2. in prin.* Et huic sententiæ concordant quasi omnes Doctores excepto *Anselmo*, sicut recitat *Bonaventura. li. 3. di. 3. q. 2. & Beatus Ber.* in Epistola ad Ecclesiam *Lugdun.* post multas rationes urgentissimas concludit sic de conceptione ejusdem: Dicere, inquit, illā conceptam extra peccatum Originale non est Virginem honorare, sed honori detrahere libenter: ergo Virgo Gloriosa hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, vel falsa Sanctitas videtur induci. *& concor. Jo. in coll. de summa tri. c. firmiter. vers. sed nunquid Beata Maria.* His tamen non obstantibus, hic ordinatur, ut servetur suæ conceptionis solemnitas; quam devotionem non improbant Doctores, ut patet per *Specu. & Jo. in no. in loco præall.* maxime si hæc solemnitas referatur ad ejus sanctificationē in utero potius, quàm ad ipsius conceptionem carnalem; ut vult *Jo. in sum. confes. li. 1. ti. 12. c. 2. in fi.*

l *Unigeniti.* Hic vide quod scripsi *supra. de sum. tri. & fi. c. 1. vers. unigenitum.*

m *Temporalem Originem*, i. e. Incarnationem, quam temporaliter habuit ex Matre; cum tamen prius æternaliter nasceretur ex Patre.

n *Per hoc.* Sc. statutum quod sequitur, vel *per hoc*; sc. ut magis & frequentius habeatur memoria Beatæ Virginis. Et sic in hoc loco istud pronomen, *hoc*, licet non sit demonstrativum ad oculum corporis, est tamen demonstrativum ad oculum mentis; prout aliàs patet in corporalibus quæ demonstrantur per hoc pronomen, *hic & hæc & hoc.* Patet exemplum *ff. de no. op. nunc. l. hoc edicto. & l. hæc actio. ff. de calum. & l. hæc actio. ff. de eden. Et no. d. l. hoc edicto. in prin. per Barth.*

o *Remota primordia.* Fuit namque *Maria* Conceptio primordium nostræ salutis, remotum valdè respectu suæ Nativitatis ex utroque, sed remotius respectu Annunciationis Dominicæ Incarnationis, in qua erat primordium propinquum humanæ salvationis.

p *Venerabilis Anselmi.* Secunda pars.

q *ipsius.* Scil. Beatæ Virginis.

r *Solennia.* Viz. Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis: de quibus legitur *Extra. e. c. conquestus.*

s *Superaddere.* De isto *Sancto Anselmo* patet in *Legenda*, quam nonnulli libri habent in festo Conceptionis *Beatæ Mariæ*, ubi narrat super hoc diversa miracula, & ponitur in *Legenda Aurea* secundùm antiquos libros.

t *Statuimus.* Novam constitutionem denotat; secus, si dixisset, *ut novamus; extra. de offi. ordi. c. ut litigantes. vers. Statuimus. per Jo. li. 6. de Cle. non resid. c. unico. vers. recepit. per eundem.*

u *Cunctis Ecclesiis.* Scilicet tam Regularibus quàm Sæcularibus.

x *EX Scripturis.* Hæc est Constitutio *Simonis Islepe Cantuarien.* Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo quasi in summa ponit suam intentionem. In secundo ibi, *In primis*, indeterminatè procedit ad eandem. In tertio ibi, *Reliquis enim*, declarat super non determinatè positis. *Divisio.*

y *Et infrà.* Hic decidit una longa Hatanga, in qua primò ponebatur præfatio statutentis, deinde recitabantur causæ impellentes; quas videre poteris in antiqua.

z *Reipublicæ utilibus.* His videlicet quæ expediri solent per mercenarios & Mechanicis artibus insistentes, ut patet in integra. Unde & hæc inter servilia opera numerantur, ut hic. Et circa hoc vide quod scripsi *supra. de offi. Archipresb. c. 1. vers. in tertio. per totum.* Sed maximè super *vers. Canonicis Institutis.*

a *Regulariter.* Hoc ideò dicit, quia non indistinctè diebus hic enumeratis est abstinendum ab omni opere servili: nam facere opera his diebus, quæ pertinent ad providentiā necessariorum tàm sibi quàm proximis, sicut servando personam vel res, non est illicitum exemplo *Machabæorum*, qui pugnantes sabbato excusantur. Et simile est de quocunque damno rei exterioris imminente vitando; *Matth. 12. Quis erit ex vobis homo, qui habuerit unam ovem, & ceciderit in sabbato in foveam &c.* Hæc *Thomas.* cui concordat *Petrus* in scriptis; & dicit *Thomas in summa. q. 40. arti. 4.* quòd observatio Festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominum salutem etiam corporalem: unde medici possunt medicari homines in die Festo; sic enim bellare licet his diebus ad utilitatem Reipublicæ, ubi necessitas exigit, ne Deus tentari videatur; tali tamen necessitate cessante non est licitum bellare his diebus, sed debent homines Divinis vacare. Huic sententiæ *concor. Ray. eo. ti. 6. ulti.* dicens, quòd si urgeat necessitas vel arare, vel fructus colligere in diebus Dominicis *Nota ab omnibus ea pericula dierum festivis abstinendū est.*

Dominicis, vel aliis festivis propter periculum hostium, qui aliis diebus caperent vel occiderent eos; Satis videtur, quòd Ecclesia tunc possit indulgere eis, qui justum habent bellum, & qui tanta necessitate arctantur operari in diebus Dominicis & aliis festivis, præterquàm in majoribus anni solennitatibus; & tunc etiã si major apparèat necessitas ad victum suum & sustentationem necessariam acquirendam, ita tamen, ut de illis studeant pro posse largiores Eleemosynas erogare. *Extra. e. c. licet. 23. q. 8. si nullam.* Sic etiam diebus Dominicis & festivis, præterquàm in majoribus anni solennitatibus, quando congruum tempus est ad capiendum haleces licet talí piscationi vacare. *ut d. c. licet.* sic etiam eisdem diebus imminente inundatione aquarum aperire scrobes vineis, & sulcos frumentis. *C. de fer. l. omnes judices.* In tali tamen necessitate habẽda est licentia Episcopi, si commode fieri possit; alioquin sufficit licentia curati proprii: & posset esse necessitas talis & tam notoria, quòd sufficeret auctoritas propria, secundùm *Fr. in summa confes. e. ti. q. 8.* qui etiam *in c. ibi. de proxi. sequenti* dicit, quòd de necessitate, ob quã potest aliquis vacare operibus servilibus in diebus festivis, non potest tradi certa doctrina, sed potius relinquitur arbitrio boni viri: ubi super hac materia poteris plura videre; & hic vide quæ dixi *suprà. de offi. Archipres. c. 1. §. in tertio. vers. Canonicis institutis.*

primis sacrũ [a] die Dominicum ab hora diei Sabbati [b] vespertina inchoandum non ante horam ipsam præveniẽdo, nec Judaicæ professionis participes videamur. [d] Quod etiam in festis, quæ suas habent [e] vigilias, observetur. Item festum Nativitatis Domini, Sactorũ Stephani, Johannis Evangelistæ, Innocentium, [f] Thomæ Martyris, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ Domini, [g] Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti [h] Matthiæ Apostoli, Annunciationis Beatæ Mariæ, [i] Paschæ cum tribus diebus sequentibus, Sancti [k] Marci Evangelistæ, Apostolorũ [l] Philippi & Jacobi, [m] Inventiõis Sactæ Crucis, [n] Ascentionis Domini, [o] Pentecostes cum tribus diebus sequentibus, [p] Corporis Christi, Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, [q] Translationis Sancti Thomæ Martyris, Sanctæ [r] Mariæ Magdalenæ, Sancti Jacobi Apostoli, Sancti Laurentii, Assumptionis Beatæ Mariæ, Sancti Bartholomæi, Nativitatis Beatæ Mariæ, Exaltationis Sactæ Crucis, Sancti Matthæi, Apostoli & Evangelistæ, [s] Sancti Michaelis, Sancti Lucæ Evangelistæ, Apostolorum Simonis & Judæ, Omnium Sanctorum, Sancti Andreæ Apostoli, Sancti Nicolai, [t] Conceptionis Beatæ Mariæ, Sacti Thomæ Apostoli, Solẽnitas [u] dedicationũ aliquos quoad judicia.

a *Diem Dominicum.* Qui inter summas & præcipuas festivitates continetur. & hunc diẽ colere debemus propter honorem & gaudium resurrectionis Dominicæ. *de conse. di. 3. Sabbato.* Et vide quod dixi *suprà. de offi. Archipres. c. 1. vers. in tertio. vers. diebus Dominicis.*

b *Vespertina. concor. Extra. e. ti. c. 1.* Tamen quoad festorum initium & finem consideranda est consuetudo diversarum regionum juxta earum qualitatẽ, ut scilicet sicut magnitudo earum ea exigit celebrari, sic prius incipiant, & tardius finiantur. *Extra. e. c. 2.*

c *Judaicæ professionis.* Qui solemnizant Sabbatum. *de conse. di. 3. pervenit.* & facit ad hoc. *e. di. c. 1.*

d *Quod etiam.* Scilicet ut celebrentur à vespera in vesperam.

e *Vigilias.* Sic dictas, quia in eis non solum jejunandum est, sed Vigiliis, & orationibus pernoctanter insistendum. *76. di. nosce.* Et nota quòd à parte Juris communis, festa *infrà* scripta habent suas Vigilias. Videlicet Natalis Domini, Assumptio *Beatæ Mariæ*, omnium Apostolorum, etiam Beati Matthiæ, prout legitur *Extra. de observa. jeju. c. 1. & c. concilium.* Item festum Paschæ & Pentecostes, ut patet *d. c. nosce.* præter has ordinavit Ecclesia Vigiliam *Sancti Johannis Baptistæ, & Sancti Laurentii*, ac festivitatis *Omnium Sanctorum*; quæ potius trahuntur ex communi observantia cum præcepto Ecclesiæ, quàm alicujus Canonis auctoritate. Unde, ut dicit *Joh. An. d. c. 1. de obser. jeju.* de festivitatibus *Beatæ Mariæ* solum festum Assumptionis, tanquàm principalius, Vigiliam habet. Ad quod facit quod legitur *de sen. excommunica. c. alma. §. adjicimus. li. 6.*

f *Thomæ Martyris.* Hic erat Archiepiscopus *Cantuarien.* qui sub *Henrico* Rege *Angliæ* 2. post conquestum Martyrizatus est. De ejus tamen festivitate inter cæteras nec in Canonibus, nec in Decretalibus fit mentio; prout patet *de. fer. c. conquestus. de conse. di. 3. c. 1.* In quibus de hujusmodi festivis diebus fit mentio, hujus tamen loco ponitur in eisdem festum Sancti *Sylvestri*, quod tamen apud nos non observatur, nec in hoc loco observari præcipitur? & potest esse ratio, quia licet consuetudo ratione Ecclesiæ servanda sit in judiciis, *Extra. de re. judi. in causis.* item in sacris, *extra. de hæreticis. ad abolendam.* Etiam in jejuniis solennibus quæ omnibus indicuntur, *Extra. de obser. jeju. c. 2.* non tamen in Divinis officiis: Nam in eis quælibet Ecclesia servat suam consuetudinem; 12. *di. illud.* aliis tenetur consuetudinem Metropolitanæ Ecclesiæ servare. 12. *di. de his. secundùm Hosti.* qui sic notat *Extra. de fer. c. 2.* & idem notat *Wil. de cele. misſ. c. gravi. vers. horas Canonicas. in fi in Cle.* Et hæc puto vera, quando viz. in illo die Sancti *Sylvestri* non oportet abstinere ab operibus servilibus minualibus, sed à Placitis, & actibus judicialibus, sicut patet in *d. c. conquestus.*

g *Purificationis.* De hac fit mentio *d. c. de conse. di. 3.*

h *Matthiæ.* De hoc festo habes *de observa. jeju. & de verb. sig. c. quæ sunt.*

i *Paschæ cum tribus. dicta Decre. conquestus. & de conse. dist. 3. c. 1.* dicunr de septem diebus sequentibus & etiam præcedentibus; sed hæc intelligo vera quoad judicia, istud autem quoad alios labores hominum in operibus servilibus & mechanicis.

k *Marci Evangelistæ.* Istud approbatur *in c. gloriosus. de reli. & ve. san. li. 6.* ubi statuitur, quòd festa omnium Apostolorum, & Evangelistarũ, & quatuor Doctorum, sc. *Greg. Aug. Ambr. & Hieron.* celebrentur sub officio duplici.

l *Philippi & Jacobi.* Istud colligitur *ex d. c. gloriosus. li. 6.*

m *Inventionis Sanctæ Crucis. concor. de conse. di. 3. c. Crucis.* ubi dicit glossa, quòd celebramus festũ Crucis, quia in ea facta fuit nostra Redemptio. Festum vero asinæ, cui. insidens Christus venerabatur à populo, non colimus, quia falsa illa erat humana, de qua non est curandum.

n *Ascensionis.* Qd autem dicitur de tribus diebus Rogationum præcedentibus, ut patet *in c. 1. de conse. di. 3.* non observatur quoad intentum hujus constitutionis, licèt observetur apud

o *Pentecostes cum tribus.* Aliqui libri *d. c. conquestus. de feriis.* habent in litera *cum duobus.* Textus verò in dicto *c. 1. de conse. di. 3.* dicit sic, *sancti dies Pentecostes.* nec determinando ad duos, nec ad tres. Consuetudo verò, cui stándum est, interpretatur de tribus, non solum quoad judicia, sed etiam quoad servilia opera non exercenda.

p *Corporis Christi.* De hoc festo & de Indulgentiis concessis ipsũ celebrantibus habetur *in Cle. si Dominum. de reli. & ven. sanc.* Hoc insuper festum solennizantibus, & officiis Divinis in Ecclesiis, ubi celebrantur, interessentibus, Papa *Martinus quintus* anno Pontificatus sui 12. ampliavit Indulgentias antiquas, viz. Anno Domini 1429. concessit omnibus & singulis vere pœnitentibus † & contritis, qui in vigilia ejusdem festi jejunaverint, vel alias de consilio sui Confessoris aliud opus pium in eadem vigilia fecerint, centũ dies. Item singulis interessentibus in primis vesperis, matutinis, Missæ, & secundis vesperis ipsius festi, ducentos dies pro qualibet ipsarum horarum. His verò, qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ & completorii ejusdem festi officiis interfuerint, pro qualibet earum 60. dies. His verò, qui infra octavas & in octavis interfuerint primis vesperis, matutinis, missæ, & secundis vesperis, pro qualibet earum centum dies. Illis autem, qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ & completorii officiis dictis octavis interfuerint, pro ipsarum qualibet 40. dies. Presbyteris verò, qui dictis diebus missas suas devote celebraverint, & pro pace Ecclesiæ oraverint, pro singulis missis centum dies. Ipsis vero, qui in ipso festo processionem, in qua Eucharistiam deferri contigerit, continuò secuti fuerint, singulis concessit centum dies. Ipsorumque singulis, qui in dicto festo Sacramenta & Communionem receperint, etiam centum dies Indulgentiæ de injunctis eis pœnitentiis concessit annis singulis in perpetuum duraturæ. Concessit insuper Christi fidelibus, qui sacerdotem Eucharistiam quandocunque deferentem ad infirmum præcesserint, vel secuti fuerint cum lumine accenso, centum dies. His quoque, qui tali tempore absq; lumine reverentiam præcedendo vel sequendo tanto fecerit Sacramento, singulis ipsorum 50. dies; ut *supra* concessit toties quoties hoc egerint, etiam *in perpetuum duraturæ.* Hujus verò Indulgentiæ verã Bullam ego vidi & perlegi, cujus effectum ne à memoria recederet, hic inscribere curavi.

Indulgentia festum corporis Christi solennizantibus concessa.
† *al.* confessis.

q *Translationis Sancti Thomæ.* Hoc festum non procedit à Jure Communi, sed Constitutione speciali.

r *Mariæ Magdalenæ.* Hoc etiam festum potius per novam Constitutionem Ecclesiæ introductum est, quàm per Canones vel Decretales antiquas. Sic etiam & festum exaltationis Sanctæ Crucis, de quo statim sequitur.

s *Sancti Michaelis.* Scilicet penultimo die septembris; & dicitur dedicatio *Sancti Michaelis.* ut patet *in præalle. c. conquestus.*

t *Conceptionis.* De hoc dixi *suprà. c. proxi.*

u *Dedicationum. concor. de consc. di. 3. c. 1. & di. 1. c. solennitates. & c. sequenti.*

Ecclesiarum [a] Parochialium, & Sanctorum in quorum honore Ecclesiæ Parochiales dedicantur: aliaq; Festa quæ in singulis Diœcesibus dictæ Provinciæ per [b] locorum Ordinarios ex certa scientia peculiariter *indicuntur, [c] & infrà. [d] Reliquis enim [e] Sanctorum festivitatibus impunè poterint opera fieri consueta.

* *al.* inducuntur.

Divi Georgii Martyris Festum Officio duplici ad modum majoris duplicis Festi tàm à Clero quàm à Laico celebretur. Festa quoque Sanctorum Episcoporum David & Cedda, necnon & Wenefredæ Virginis, cum regimine Chori & 9. lectionibus suis diebus celebrentur.

Henricus Chicheley.

[f] INeffabilis, [g] *& infrà.* Nos qui Dei laudem in Sanctis suis, in quibus [h] gloriosus existit, in nostra Provincia cupimus ampliari, regiis & regni incolarum ad hoc [i] hortatibus excitati, confratrumq; nostrorum, & Cleri Provinciæ nostræ ducti consiliis, quinimò & nostri provincialis Concilii robore ac decreto suffulti, [k] antiquorum Patrum pium erga Sactos Dei devotionis affectum prosequentes; Festum Beati Georgii Martyris sub [l] officio duplici, & ad modum [m] majoris duplicis Festi tàm per Clerum quàm [n] per Populum dictæ Provinciæ per universas Ecclesias ejusdem, de expresso consensu nostrorum fratrum Cleri antedicti, volumus, statuimus, & præcipimus, annis singulis perpetuis futuris temporibus solenniter celebrari; & in ipso Festo ab [o] omni servili opere per omnes civitates & loca ipsius Provinciæ, sicut & prout in Festo Natalis Domini, præcipimus feriari: qno magis in ipso Festo plebs fidelis ad Ecclesias conveniant, Deum laudent, & ipsius Sancti & omnium Beatorũ patrocinia devotiùs imploret, & pro Rege ac Regni salute instent frequentius & exorent. Ad [p] hæc dicti Provincialis Concilii auctoritate decrevimus, & etiam Statuimus per præsentes, quòd Festa Sanctorũ Davidis & Ceddæ Episcoporũ, & Wenefredæ Virginis de cætero per totam Provinciã nostrã antedictam suis tẽporibus, viz. Sancti Davidis primo, Sancti Ceddæ secundo mensis Martii diebus, Wenefredæ autem tertio die Novembris, cum [q] regimine Chori & novẽ lectionibus perpetuis futuris temporibus etiam celebrẽtur.

Divi Johannis Beverlaco Confessoris & Pontificis Depositionis Festum ad modum Festi unius Confessoris & Pontificis Paschalis temporis, cum regimine Chori secundùm usum Sarum 7. Maii celebretur. Translationis autem ejus dies cum Festo Crispini & Crispiniani agatur.

Idem.

[r] ANglicanæ Ecclesiæ, *& infrà.* De fratrum nostrorum & Cleri in præsenti Concilio præsentium voluntatibus & assensu, & nihilominus

---

a *Parochialium.* Idem intelligo de Cathedralibus, & aliis etiam Regulatibus, & Collegiatis. *ar. d. c. solennitates. de consc. di.* 1. quod indistincte loquitur; sed hic specialiter loquitur de parochialibus, quæ in rure positæ sunt ut communiter, vel si in civitate, vel municipio sint. Ipsarum tamen parochiani magis assuescunt hujusmodi operibus servilibus, quàm ministrantes in Ecclesiis Cathedralibus, Regulatibus, vel Collegiatis.

b *Locorum ordinarior.* i. e. Episcopos; quod patet ex hoc quod *supra* dixit, *Diœcesibus &c.* ex hac litera apparet, quòd Episcopus in sua Diœcesi potest statuere aliquem Sanctum solenniter venerari absq; auctoritate sedis Apostolicæ. Et hoc intellige verum de Sancto per sedem Apostolicam prius Canonizato. Secus tamen de eo, qui nondum per sedem Apostolicã est Canonizatus. Ad quod vide *notata per Inno. & Host. extra. de rel. & vene. Sanctorum. c. unico. li. 6.*

c *Et infrà.* Hic continebatur in antiqua mandatum directum sub certa forma ad executionem hujus Constitutionis.

d *Reliquis.* Tertia pars.

e *Sanctorum festivitatibus.* Excipe festum *Sancti Georgii.* ut patet *infrà. c. proximo.*

f *Ineffabilis.* Hæc Cõstitutio fuit *Henrici Chicheley* Archiepiscopi *Cantuariensis* moderni, qui hanc constitutionẽ specialiter edidit ad excitationem Regis *Henrici Angliæ* quinti in partes *Normaniæ* transituri, & habet duo dicta. *Divisio.* In primo statuit circa Festum *Sancti Georgii* solenniter & festivè celebrãdum. In secundo ibi, *Ad hæc,* statuit circa alia tria Festa sub novem lectionibus ãnis singulis celebranda.

g *Et infrà.* Hic decidit magna Haranga circa exordium Constitutionis.

h *Glorioſus existit. de reli. & vene. Sanctorum. c. unico. li. 6.*

i *Hortatibus.* i. e. Suasionibus, vel instigationibus.

k *Antiquorum patrum.* Facit quod legitur *d. c. unico. in fi. de reli. & vene. sanctorum. li. 6.*

l *Officio duplici.* Simile habes *d. c. glorioſus.* ubi *Archi.* glossa antepenultima dicit, quòd quædam Festa dicuntur in totum duplicia, & quædam simpliciter duplicia, & quædam semiduplicia. Pro quorum declaratione remittit ad *Rationale* Domini *Wil. Durandi. li. 7. rubrica. de festivitatibus Sanctorum. §. quædam autem. Jo. An. in c. c. glo. fi.* ponit opinionem de Festis duplicibus, ut sc. ea dicantur Festa duplicia, in quibus tota Antiphona dicitur ante psal. & post psal. cum aliàs non tota, sed solum principium dicatur ante psal. finaliter tamen super hoc remittit ad Clericos. Ego verò super hoc te remitto ad usum *Sarum* Ecclesiæ, secundùm quem est recipere Festa duplicia principalia, quædam Festa duplicia majora, quædam Festa minora, quædam Festa duplicia inferiora; & sunt super his regulæ positæ in *Ordinali*, ad quas te remitto.

m *Majoris duplicis.* Non est ergo tantæ solennitatis in Ecclesia, sicut sunt Festa principalia: tamen quoad abstinendum ab operibus servilibus est ejusdem dignitatis; *ut infrà patet in textu.*

n *Per populum.* Hoc ideo additur, quia quædam sunt Festa duplicia quoad officium Divinum dicendum in Ecclesia per Clericos non tamen quoad audiendum per Laicos. Patet exemplum in Festis 4. Doctorum; Item *Sancti Augustini Anglorum* Apostoli; *Sancti Edwardi* Regis; & aliorum hujusmodi.

o *Omni servili opere.* Sed nunquid licet hac die, ac aliis diebus Festivis facere radi barbas, vel ferrare equos? *Jo. in Summa. confes. li. 1. ti. 12. c. 9. in fi.* dicit, quòd ubi aliquis ante non potuit super hoc commode providere, credit tales fore excusabiles: de iis verò barbariis vel ferrariis credit, quòd sint excusabiles, si principaliter propter necessitatem eorum, quibus hujusmodi operas impendunt, hoc faciunt; sin autem principaliter propter quæstum hoc faciunt, vel improbam lucrandi cupiditatem, non reputat eos excusabiles. Carnifices etiam & Pincernæ, qui his diebus præparant ea quæ debent vendere in crastinum in mercato, vel stationibus suis, & cæteri qui præparant victualia his diebus, si tamen die præcedenti non potuerunt commode præparare, aut præparata servare sine periculo, „non credit quòd peccent mortaliter. Putat etiam, quòd justo metu dominorum laborantes in diebus festivis hujusmodi excusantur: non tamen putat eos excusari, qui aliqua vehere tenentur ad commodum aliorum, si vecturam hujusmodi faciant diebus festivis, ut liberius diebus profestis possint vacare necessitatibus propriis, nisi arcta necessitas sit in causa. Sed quæro, quid de his qui vadunt ad mercata, quæ fiunt diebus dominicis vel aliis festivis, maximè præcipuis, ut in casu hujus Constitutionis, nunquid peccent mortaliter? Dic si aliquis aliquando pro sua necessitate, sic quòd non fiat ex consuetudine, hoc facit, non peccat mortaliter; secus si ex consuetudine hoc faciat, vel aliàs ex improba cupiditate lucrandi, sicut faciunt Mercatores, qui propter frequentanda Mercata aut Nundinas, vix aut nunquàm intrant Ecclesias: tales namque credit *idem Jo.* peccare mortaliter, & consimiliter eos, qui veniunt ad Mercata prohibita per Episcopos in suis Diœcesibus, intrantes quòd si Episcopus excommunicaverit omnes, qui veniunt ad hujusmodi prohibita mercata, si aliqui de aliena Diœcesi scienter illuc venerint, incidunt in ipsam sententiam, eò quòd ratione delicti efficiuntur de jurisdictione illius Episcopi. Dicit tamen Mercata, quæ fiunt de victualibus necessariis ad diem quantumcunque solennem viz. de pane, vino, carnibus, gallinis, anseribus, & hujusmodi, non esse illicita, aut facile prohibenda, dum tamen propter hoc parochiani se non subtrahant à Divino servitio; hoc ipse notat loco *prælle. c. 12.* *Quæstio.* *Quæstio.*

p *Ad hæc.* Secunda pars. q *Regimine Chori.* Quid hoc importet remitto te ad *Ordinale Sarum* Ecclesiæ.

r *Anglicanæ Ecclesiæ.* Ista Constitutio est ejusdẽ, cujus & præcedens, & habet duas partes principales. Secunda ibi, *Caterum.* Prima dividitur in duas. In quarum prima intentum suum declarat circa solennitatem Festi *Depositionis Sancti Johannis de Beverlaco* in sua Provincia celebrandam. In secunda ibi, *Statuimus,* procedit *Divisio.*

ad ſuum ſtatutū. Secunda etiam ſubdividitur iu duas partes. In prima declarat mentem ſuam circa Tranſlationem ejuſdem Sancti celebrandā cum incremento feſtivitatis alterius eodem die contingentis. In ſecunda ibi, *De fratrum noſtrorum*, progreditur ad ſuum Statutū.

a *Regis noſtri.* Sc. *Henrici quinti.*

b *Statuimus.* Secunda pars primæ partis.

c *Fratrū noſtrorū Conſilio.* Iſta verba, ut videtur, ſunt neceſſitatis potius, quàm congruentiæ: quia ardua negotia non niſi Cōſilio confratrum expedienda ſunt. *de his quæ fi. à præla. ſine conſenſu ca. c. novit.* & *c. ſequen. de judi. c. cum deputati.* Etiam in Papa, qui licet ſit ſolutus legibus, tamen ſecundùm leges vivere debet. *C. de leg. l. digna. 9. di. juſtum. 12. q. 2. non liceat.* ſic notatur per *Card. de haret. c. ſuper eo. e. ver. li. 6.* In hoc tamen contradicunt alii Doctores dicētes, quòd Papa poteſt talia expedire ſine eis, quia etiam ipſe eſt ſupra Concilium Generale *de elect. ſignificāſti. de conceſ. præben. propoſuit.* Et hanc partem tenet *Hug. 4. di. leges.* dicens, quòd ipſe habet plenitudinē poteſtatis. *9. q. 3. conqueſtus.* & *c. per principalem.* & idem dicit de Imperatore, ut ſc. poſſit quæcunque ad eum ſpectantia ſine conſilio ſuorum Baronum facere. Nec eſt credendum *Johanni Monacho* qui erat Cardinalis, & ſuſpectus erat quòd voluit ſuſtinēre cauſam propriam, ſicut iſta notat *Dominicus de Sancto Geminiano. d. c. ſuper eo. præall.* & *quoad ea, quæ habent fieri in Cōciliis provincialibus.* prout hic loquimur. Faciunt ad præmiſſa quæ ſequuntur & notantur *in c. grave. Extra. de præben.* & *9. q. 3. c. nullus Primas.*

d *Depoſitionis.* i. e. Obitus ſive mortis; tunc namque juſtus homo depoſitā vetuſtate penè naſcitur ad gloriam: & ideo dies mortis dicitur Sanctorum Natalis. *24. q. 2. ſanè.*

e *Uſum Sarum Eccleſiæ.* Opponitur contra hoc, *12. di. de his.* ubi ordinatur, quòd officium Divinum ſervari debet, & dici per totam Provinciam ſecundùm modum & uſum Metropolitanæ Eccleſiæ. & *concor. ad hoc de conſe. di. 1. altaria.* & *di. 2. inſtitutio.* Solutio. Dic, quòd hoc, quod allegatur pro contrario, verum eſt à parte Juris Communis; illud tamen, quod hic dicitur de uſu *Sarum* tenendo, ortum habet ex longa conſuetudine, quæ cum ſit rationabilis, tenenda eſt. Sic ſentit *Archi. d. c. altaria.* Et notatur *de offi. ordi. §. quod pertinet. ſub §. ſunt autem. verſ. varium. per Hoſti. in ſumma.* & *de ſup. ne. præla. c. 1. per Card. verſ. conceſſum. verſ. officium variū. li. 6.* Vel dic, quòd ad ſolutionem contrarii ſufficit, ſic fore hic ſtatutum, maxime cum quaſi tota Provincia hunc uſum ſequatur. Facit *Inſti. de uſuca. §. furtivæ.* & *Inſti. qui* & *ex quibus cauſis non poſſ. in prin. ff. qui* & *à quibus l. proficiſcit.* Epiſcopus namque *Sarum* in Collegio Epiſcoporum eſt Præcentor, & temporibus, quibus Archiepiſcopus *Cantuarien.* ſolenniter celebrat Divina præſente Collegio Epiſcoporum, Chorum in Divinis officiis regere debet de obſervantia & conſuetudine antiqua.

f *Caterum.* Secunda pars principalis.

g *Ejuſdem.* Scilicet *Sancti Johannis.*

h *Quaſi per omnes.* Hoc ideo dicit, quia non omnes Provinciæ ſervant uſum Eccleſiæ *Sarum*, ſed habent uſum proprium ab ipſo uſu *Sarum* Eccleſiæ diverſum, quod ſatis licet ratione conſuetudinis; ut prædictum eſt *ſupra. verſ. uſum Sarum Eccleſiæ.*

i *Celebritatis.* Id eſt ſolennitatis, cultūs, ſive veneratio-

ad Chriſtianiſſimi Principis & [a] Regis noſtri inſtantiā ſpecialem, Sanctiſſimi Confeſſoris Pontificis Johannis Beverlaco memoriam, ubique per noſtrā Provinciam votivis & devotis affectibus duximus exaltandā. [b] Statuimus igitur, & de prædictorum [c] fratrum noſtrorum Conſilio & aſſenſu pro perpetuis futuris temporibus ordinamus, quòd Feſtum [d] Depoſitionis dicti Sancti, quod ſeptimò die Maii, viz. in craſtino Sancti Johannis ante portam Latinam dignoſcitur contingere, ad modum Feſti unius Confeſſoris & Pontificis Paſchalis temporis, cum regimine Chori ſecundùm [e] uſum Sarum Eccleſiæ per Provinciam noſtram ātedictam futuris temporibus perpetuò celebretur. [f] Cæterū quia in Feſto Tranſlationis ejuſdem, quod 25. die menſis Octobris etiam annuatim contingit, de Sanctis Criſpino & Criſpiniāo ſecundùm uſum Sarum Eccleſiæ prædictæ conſuevit [h] quaſi per omnes Eccleſias prædictæ Provinciæ celebrari, & ſervitium fieri ab antiquo: nè unius Feſti introductio diminutio alterius exiſtat, ſed magis ſub una [i] celebritatis lætitia dicti Martyres unà cum præfato Confeſſore almifico pariter honoretur; [k] de fratrū noſtrorum & Cleri prædictorum conſenſu unanimi, Statuimus, decernimus & ordinamus, quòd de cætero ſingulis annis dictus dies [l] 25. menſis Octobris ubique per Provinciam prædictam cum novem lectionibus celebris habeatur: quarum tres primæ erunt de proprietate Sanctorum Criſpini & Criſpiniani; tres mediæ de tranſlatione Sancti Johannis prædicti; & tres ultimæ de expoſitione Evangelii plurimorum Martyrum, cum ſervitio ſecundum uſum Sarum in talibus fieri conſueto.

k *De fratrum noſtrorum.* Secunda pars ſecundæ partis.

l *Viceſimus quintus.* Iſto die, qui tunc accidebat die Veneris; fuit bellum *de Agincourt in Picardia.* Anno Domini 1415. ob cujus victorioſum exitum, dictus Rex *Henricus Quintus* procuravit per Eccleſiam *Anglicanam* ſic ordinari, prout hic habetur: & ſic non ſolum hoc feſtum numerari poteſt inter ferias ſolennes, ſed etiam repentinas; de quibus plenius tractatur *ea. ti. §. qualiter diſtinguantur. per Hoſtien. in ſumma.*

De ſequeſtratione Poſſeſſionis & Fructuum.

Violatores Sequeſtorum in caſibus à Jure permiſſis interpoſitorum poſt publicationem debitis loco & tempore factam, majoris Excommunicationis ſententiam incurrant; niſi à ſequeſtro legitimè fuerit appellatum.

Johannes Stratford.

[m] FRequens perverſorum, *& infrà.* Præſentis ſtatuimus deliberatione Concilii, quòd in Provincia noſtra violatores [n] Sequeſtrorum per [o] Epiſcopos, aut [p] Vicarios ſuos Generales, ipſorumve

m *Frequens perverſorum.* Hæc Cōſtitutio eſt Fr. *Stratford* Archiepiſcopi, quæ dividitur in duas partes. In prima ponit Statutum pœnale contra violatores Sequeſtrationum interpoſitarum per Epiſcopos, eorumve Vicarios Generales, aut Officiales principales. In ſecunda ibi, *Si tamen ipſum ſtatutum*, modificat in caſu Appellationis interpoſitæ ab hujuſmodi Sequeſtro. *Diviſio.*

n *Sequeſtrorum.* Quæ fiunt altero de duobus modis; viz. aut de conſenſu Partium, aut Judicis auctoritate. *Sequeſtrum* enim primo modo ſumptum eſt rei, quæ in controverſiam deducitur, cum conſenſu concertātium apud tertium depoſitio. *ff. depoſiti. l. licet.* & *l. ei apudiōn prin.* & talis ſequeſter tantum poteſtatis habet in ipſa re ſequeſtrata, quantum inter Partes convenerit. *ut d. l. ei. §. fi.* & talis Sequeſter, etiamſi de hoc nihil actum ſit, poſſidet ad effectum, quòd neuter contendentium poterit ratione poſſeſſionis ipſius rei ſe juvare contra alium, licēt contrà tertium victor ſe juvare poterit, niſi in contrarium aliquid expreſſe inter contendentes ipſos conventum ſit. Facit ad hoc *ff. ſi ſervitus vendicetur. l. loci corpus. §. competit.* & ſic ſtat *l. intereſſe puto. ff. de acquiren. poſſ.* & *d. l. licet. Sequeſtrum* verò, quod Judicis auctoritate interponitur, quandoque fit de re non contentioſa, & hoc dupliciter, viz. ad Juris alicujus conſervationem, prout de hoc patet exemplum *ff. famil. ber. l. cedere. §. fi.* & *l. ſequen.* aut alicujus oneris evitationem, ſicut patet exemplum *C. de uſur. l. acceptam. ff. e. ti. l. Titii debitor.* Et tunc Sequeſtratio eſt ſui Juris tuendi, ſeu oneris evitandi gratiā apud alium depoſitio. Si verò fiat de re contentioſa, tunc Sequeſtratio eſt rei poſſeſſæ ſeu detentæ † ejus quæ in controverſia vertitur à poſſeſſore ſeu detentore judicis officio ex cauſa ſeparatio & penes alium depoſitio. Hæc notantur in Regula Juris *locupletari. li. 6. per Card. ſtatim poſt princi.* ubi per longum proceſſum tractat de materia Sequeſtrationis. Et vide quod dicam *infrà. ver. juſtis.* & *ver. à jure permiſſ.* *Sequeſtrio.* † *al. ad.* Fructus.

o *Epiſcopos.* Sic ergo hæc Conſtitutio non habet locum in Sequeſtrationibus interpoſitis per inferiores Ordinarios, utputà, Abbates, Decanos, Archidiaconos, & hujuſmodi.

p *Vicarios generales.* Horum poteſtas differt ab Officialium principalium poteſtate; de quibus ſequitur in textu. Nam *Officiales* dicuntur, quibus cauſarum cognitio generaliter per habentes juriſdictionem Eccleſiaſticam committitur. Et in tales transfunditur cognitio cauſarum totius Diœceſeos, non tamen inquiſitio, nec correctio, ſive punitio criminum, ut legitur *in c. licet. de offi. vica. li. 6.* nec poſſunt aliquos amovere à Beneficiis, nec conferre Beneficia, niſi ſpecialiter fuerint talia eis commiſſa. Sed *Vicarii Generales* omnia prædicta facere poſſunt virtute officii, exceptā collatione Beneficiorum; ut

patet *de offi. Vicarii. c. ulti. li. 6.* & notatur *per Wil. de offi. vica. c. 1. in glo. magna. verſ. circa quartam. in cle.* ubi benè notatur de poteſtate tàm hujuſmodi Vicarii, quàm etiam Officialium.

Nota de Officialibus, & in quibus verſetur eorum officium.

a *Officiales principales.* Quia Officialis eſt, qui ſcribit, placet hic circa ſo eſtatem Officialium aliqua tractando inſerere. Unde nota, quòd *Officialis* Epiſcopi in jure vocatur quandoque Miſſus Dominicus. *Extra.* * Officiales principales ex cau- *de regu. c. 2. de frigi.* & *male. c. 1.* & dicitur *Officialis*, cui Epiſcopus vices ſuas committit; ut notat *Ber. Extra. de inſti. c. 3. glo. 1.* ubi tractatur de Officialibus & eorum poteſtate *per Inno. Hoſti.* & *Jo. An.* Et verum eſt largè loquendo de Officiali, quòd quilibet, cui adminiſtratio alicujus Officii commiſſa eſt, poteſt dici *Officialis. C. de appell. l. judicibus. de hæreti. c. volentes. §. Notarii. in Cle.* Hic tamen *Officialis* ſumitur pro eo, cui cauſarum cognitio generaliter per Epiſcopum tanquàm Officiali commiſſa eſt. *tanquam Officiali* ideò dixi, quia ſola Commiſſio generalis cognoſcendi in cauſis non ſufficit ad conſtituendum aliquem Officialem principalem abſque hoc, quòd illud exprimatur per committentem verbo vel in ſcriptis, ſic quòd de ejus intentione conſtet. *ar. ad hoc 97. di. c. ſi. ubi notatur per Jo.* Et facit ad idem 63. *di. lectis* & *C. de man. princi. l. unica.* ubi patet, quòd non eſt habendus pro conſtituto in dignitate miſſus à principe, niſi quatenus ex ejus literis claruerit. Et facit *C. de jure fiſci. l. prohibitum. li.* 10. Cum itaque Officialis dignitatem habeat, *ut infra patebit*, neceſſaria eſt declaratio ſive ſpecificatio ſui officii: cum etiam non omnes Deputati ad univerſitatem cauſarum ſint Officiales, ſed plures eorum vocantur Commiſſarii Generales, ut patet in Diœceſi *Cantuarien.* & pluribus aliis locis. Oportet igitur ut de ipſorum Officio conſtet, aut per literas (*ut dictum eſt*) aut aliunde per expreſſionem intentionis committentis. Pro quo bene faciunt *no. 97. di. nobiliſſimi. ſtatim poſt princi per Archi.* & facit ad idem *Authen. ut litig. jurent. §. qui vero. coll. 9.* Hæc maximè vera intelligo in Regionibus illis, ubi Judicum officia per diverſa nomina diſtinguuntur. Nec puto ſufficere locum ubi talis Judex tenet Curiam, ut viz. ratione loci dicatur Officialis, niſi conſtet Deputantem ſic voluiſſe. Locus namque de ſe non ſufficit ad dãdum talem Auctoritatem, 40. *di. multi.* niſi aliud fuerit de conſuetudine introductum, ut ſcil. quicunque judicaverit in illo loco, ubi eſt Conſiſtorum Epiſcopale, eo ipſo cenſeatur Officialis. Talem verò conſuetudinem fore *Tholoſæ* notat *Wil. in clem. unica. de offi. Vicarii. glo. ulti.* In quo caſu ſecundùm ipſum auctoritas Officii appropriatur ipſi Conſiſtorio potius, quàm ipſi officio; ſic quòd Conſiſtorum facit Officialem, quicunque ſit ille, ſed non econtra. de hoc vocabulo *Officialis* dicit *Wil. in Clem.* & *ſi principalis. de reſcrip.* quòd hic dicitur ab *Officio, eis*, quod idem eſt quod nocere, quia tales ut plurimum nocent maximè ſubditis quibus præſunt. Iſtud dictum *Wil.* benè convenit Officialibus largo modo ſumptis, juxta quem unuſquiſque habens adminiſtrationem aliquam dicitur Officialis; maximè cùm eorum Officium & ſolicitudo verſetur circa pecunias levandas & colligendas. Secus tamen dicerem in illis quorum officia & ſolicitudo verſantur in exhibitione Juſtitiæ, quales eſſe debent Officiales Archiepiſcoporũ & Epiſcoporum, quibus propter ſuæ dignitatis honorem cauſæ, quæ aliis Officialibus inferiorum Judicum committi nequeunt, tanquàm viris honeſtis, juſtis, & ſcientificis, per ſedem Apoſtolicam commiſti conſueverunt, *prout no. de Reſcrip. c. ſtatuimus. ver. Canonicis. per Cardi.* qui notat, quòd hujuſmodi Officiales Epiſcoporum habent dignitatem, & ipſorum Auditorium eſt idem cum Auditorio ipſorum Epiſcoporum. *de conſue. c. non eſt. li. 6.* Horum enim Officium dicitur non ab *Officiendo*, i. e. *nocendo*, ſed *efficiendo*, quia ſingulis juſtitiam faciunt atque reddunt. Horum enim Officium maximè conſiſtit in cauſarum cognitione, quæ per Commiſſionem eis etiam generaliter factam in eos virtute ipſius Officii tranſfunduntur. *de offi. vica. c. licet. li. 6.* Ceſſat tamen eorum poteſtas in criminum correctione, exceſſuum punitione, & à Beneficiis vel Adminiſtrationibus Amotione: nec etiam poſſunt conferre Beneficia abſque Commiſſione ſpeciali; ut de præmiſſis patet *d. c. licet.* & *e. tit. c. ſi.* De poteſtate verò hujuſmodi Officialium, & quomodo habent ordinariam juriſdictionem *no. d. c. licet. glo. 2 per Jo. An. li. 6.* qui etiam ultra præmiſſa ab eorum poteſtate excepta ponit, quòd non poſſunt concedere Literas Commendatitias ad Ordines. *alle. ad hoc de tempo. ordi. c. cum nullus. §. 1. li. 6.* excipitur etiã caſus Decretalis *in c. 1. de offi. ordi. in fi. li. 6.* ubi ſtatuitur, quòd Officialis Archiepiſcopi non poteſt ſuſpendere Epiſcopum ſuffraganeum ipſius Archiepiſcopi, vel in eum ferre ſententiã Interdicti, ipſo Archiepiſcopo exiſtente infra provinciã ſuam, vel circa illam. Et nota, quòd poteſtas horũ Officialiũ nõ ſolũ per revocationẽ, ſed etiã per mortem Deputantis ceſſat. *arg. ad hoc de offi. vica. c. Romana. li. 6.* Mortuo tamen Epiſcopo tranſfertur de jure Cõmuni Juriſdictio in Capitulũ ſede vacante, vel in aliũ prout de conſuetudine præſcripta fuerit obſervatũ. *de ma.* & *obe. c unico. li. 6.* non igitur convenit, ut is in quẽ tranſfertur Juriſdictio, invitus habeat Officialem ſibi forſan odioſum. *ar. notatorum per Wil. in dicta Clem.* & *ſi principalis. glo. ſi. in fi.* Sed quæro, in quibus differant hi Officiales ab aliis Judicibus per Epiſcopos deputatis? dic quòd in multis differunt. Primo quòd habent idẽ Auditoriũ cum Epiſcopo. *de appel. c. Romana. in prin. li. 6.* Nec ab eis appellatur ad Epiſcopos, ſed ad eos, ad quos appellaretur ab ipſis Epiſcopis, ubi patet. Non tamẽ ſic eſt in aliis, qui non ſũt Officiales principales, quales ſunt Officiales foranei etiam ad univerſitatem cauſarum in certa parte Diœceſeos deputati. Et idẽ ſi duo ſint deputati æqualiter, tamen unus eorum reſidet in loco principaliori: nam ille cenſebitur Officialis principalis. Ab aliis verò bene poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum, *ut no. Wil. d. c.* & *ſi Principalis. glo. 2.* differunt etiam in hoc, quòd hi Officiales ſunt Ordinarii, *ut ſupra dixi*, alii verò ſunt Delegati. Differunt etiam in dignitate, cujus contemplatione poſſunt cauſæ eis à ſede Apoſtolica cõmitti, non tamẽ aliis; ut patet ex ſupradictis, & *d. c.* & *ſi Principalis.* Sed quid ſi Epiſcopus habeat duos Officiales in diverſis locis deputatos in ſolidum, & committitur cauſa à ſede Apoſtolica Officiali ſimpliciter, cui eorum videtur cauſa committi? dic quòd principaliori. *ar. notatorum d. c.* & *ſi Principalis. glo. quid ergo. per Jo. An.* qui etiam dicit, quòd ſi ſint duo æquè Principales, hic quòd neſciatur quis ſit Principalior, tunc ſervari debet ſecundum id quod notat *Ber. in magna glo. verſus ſi. Extra. de offi. deleg. c. quoniam Abbas*, viz. quòd is erit Judex, de quo ſenſerit Impetrator, vel ſi reſcriptum impetratum fuerit a duobus, unuſquiſque aſſerit ſe intellexiſſe de uno, alius de alio, tunc ille ſit Judex, cui prius literæ fuerint præſentatæ: pro quo facit *de reſcrip. c. capitulum Sanctæ Crucis. de appel. ut debitus.* Si vero ſimul eſſet præſentatio facta, tunc dignior debet præferri, ſi æquales ſunt, ſorte dirimatur. *ff. de judi. l. ſed cum ambo. 26. q. 2. ſors non eſt.* Sed pone, quòd cauſa commiſſa ſit Officiali, & ante finitam cauſam definit eſſe Officialis, an remanet Judex? Dic ſecundùm *Jo. An. in loco prædalle.* quòd ſi non erat expreſſum proprium nomen, definit eſſe Judex: aliàs verò ſi fuerit expreſſum, remanet Judex, ubi aliud eum non impedit. & *concor. in ſimili notata per Archi. de reſcrip. c. ſtatutum. ver. committantur.* & *ibi etiam per Cardi. ver. Canonicis. li. 6. Et concor. notata per Jo. An. de offi. deleg. c. quamvis. c. li. in Novella.*

Quæſtio.

b *Cauſis juſtis.* Harum una eſt, quando intervenit conſenſus partium. *ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. ff. depo. l. licet. de verb. ſig. l. ſequeſter.* Item in re dotali ſi furor mariti interveniat. *ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem. §. ſi verò dotis.* Vel quando maritus cavere non poteſt & ſcandalizaretur ſi muller miniſtraret. *Extra. de dona. inter vi.* & *uxo. per veſtras.* Et idem ſi tam maritus quàm uxor ſint ſuſpecti de Dilapidatione. Juſta etiam cauſa eſt quandoque Adverſarii contumacia, præcipuè incuſtu Religionis, cujus præteritu mitius agendum eſt. *Extra. de dolo.* & *contu. c. 2.* Eſt etiam juſta cauſa, quando perſona à qua res mobilis petitur, ſuſpecta eſt, & timetur de ejus fuga. *ff. qui ſatisda. cogun. l. ſi fidejuſſor. §. ulti. ff. de offi. præſidis. l. Jenatus. C. de agrico.* & *cenſi. l. bibus. li. 11.* Alia cauſa eſt favor præſumptus ex parte Judicis, cujus familiaris ſorte furtum paſſus repetit rem furtivam; *ut patet in dicta l. ſenatus.* Cauſa inſuper juſta eſt propter conditionem perſonæ, ut ſi ſervus proclamat in libertatem; ut tunc Sequeſtrentur res peculiares, ne Dominus eas diſſipet. *C. qui ad li. procla. non licet. l. 3. C. de aſſer. tol. l. 1. §. ſuper peculio.* Et idem ſi Dominus ſervum ſuum, vel liberum hominem Mercenarium ſuũ, vel Vaſallum, malè vel injurioſe tractaverit, ſi ab alio, quem Dominum tales recognoſcunt, petantur. Poſſunt namque ſequeſtrari, ſi timeatur per certas conjecturas, quòd propter hoc Poſſeſſor gravior eis exiſtat. *ar. ad hoc ff. de offi. præſe. ur. l. 1. §. quòd autem. Inſti. de his qui ſunt ſui vel alie. juris. §. Dominorum.* & optimè *ff. de adul. l. ſi piſtulaverit. § idem. cum ſimilibus.* dicitur etiam cauſa juſta conſervatio virginitatis, quando ſcil. maritus petit uxorem virginem ſibi reſtitui, quæ negat Matrimonium contractũ: Sequeſtrabitur nãque Puella quouſque cauſa fuerit terminata. *Extra. de ſponſ. c. cum locum.* Juſta etiam cauſa eſt trepidatio Mulieris, cujus reſtitutio petitur, cum ei per Cautionem ſufficientem mederi non poteſt, eò quòd vir eam proſequitur odio capitali. *Extra de reſtitu. ſpolia. c. literas. §. ulti.* Dicitur etiam cauſa juſta appellatio interpoſita ab executore, ut videlicet interim ſi ſit res mobilis, Sequeſtretur ipſa res; ſi immobilis, ſequeſtrentur fructus. *C. quo. appellatio. non recipitur. l. ab executore.* Eſt quoque cauſa juſta, quando colonus negat penſionem deberi ei, qui petit cùm longo tempore ceſſaverit. *C. de agricolis* & *cenſitis. l. litibus.* Item quando quæſtio eſt de poſſeſſione, & non poteſt probari quis poſſidet. *ff. de acquiren. poſſeſ. l. in ſequeſtro.* Item quando Poſſeſſor victus appellavit, & incipit diſſipare vel alienare fructus. *2. q. 6. quoties. Extra. e. c. ulti. ff. de appella. l. Imperatores.* Item ubi quis miſſus eſt in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ, ſi alienet, ſit Sequeſtratio fructuum. *Extra. e. c. dilectus.* Item in re ligitioſa. *11. q. 1. c. ulti.* Item propter contumaciam nolentis cavere. *ff de coll. bo. l. 1. §. ſuper.* Item nè impediatur vendendi commoditas. *ff. de dolo. l. ſi oleum.* hos caſus notat *Hoſtien. in ſumma. Extra. e. ti. §.* & *an licita.* & vide quod dicam *infrà. e. ver. permiſſis.*

Notate quæ ſint cauſæ Sequeſtrationis.

c *Et veris.* Non ſolum requiritur cauſam Sequeſtrationis eſſe juſtã, ſed etiam oportet quòd ſit vera. Et ſic ſuper hoc requiritur cauſæ cognitio, ſaltem ut ſuper hoc Judex de plano inquirat, & ſum-

Caſus in quibus ceſſat poteſtas Officialium.

Quæſtio.

informet. *ar. ff. de offi. proconſu. l. nec quicquam. §. de plano. & de officio præſidis. l. ſenatus.* Et quòd ſieri debet cum cauſæ cognitione, notat *Fo. in coll. Extra. eo. ti. c. 2. & Card. in c. locupletari. de Regu. Furis. li. 6. & Paulus in Cle. ad compeſcendas. eo. ti. ver. beneficium. verſus fi. glo.* debet etiam fieri parte vocata & præſente, ad minus per contumaciam abſente, *ut no. in locis præalle.*

a *Aliis.* Utputà, dotalibus, & hujuſmodi, ſuper quibus Eccleſia poteſt cognoſcere ſuo Jure.

b *Jure permiſſis.* Hoc dicit, quòd regulariter omnis Sequeſtratio eſt prohibita, juxta naturam tituli *C. de prohibi. ſequeſtra. per totum.* Fallit tamen in certis caſibus ibi notatis per *Cy.* & horum plura notat *Ber. Extra. eo. ti. c. 2. glo. ulti.* ubi ponit 11. caſus. Sed *Hoſti.* ibi addit plures, de quibus dixi *ſuprà. eo. ver. juſtis.* & prædictis caſibus adde caſum. *Conſti. Cle. e. ti. ad compeſcendas.* ubi dicitur, quòd in cauſa Beneficiali, ſi contra poſſeſſorem, qui tamen triennio pacifice non poſſedit, feratur in curia ſententia definitiva, tunc Judex Ordinarius debet ſequeſtrare Beneficium, etiamſi ſit Dignitas, vel Beneficium Curatum. Item ne partes veniant ad rixam, ſequeſtratio quandoque interponitur, viz. ubi duo contendunt ſuper aliqua re, & parant ſe ad arma cauſâ fructuum colligendorum, vel aliàs. Facit ad hoc *de Jure Patronatus. c. 1. & 2. ff. de uſufru. l. aquiſſimum. & no. eo. ti. in prin. verſ. Sed nunquid. per Spec.* De hac materia poteris videre amplius & plenius *per Archi. 11. q. 1. c. quia res. & eo. titu. c. ad compeſcendas. ver. Beneficium ipſum. per Paulum, in Clemen.*

c *Interpoſitorum.* Patet itaque quòd loquitur de Sequeſtratione, quæ fit Judicis poteſtate. Et hoc ſit quandoque ipſius Judicis officio mero; quandoque officio Judicis mercenario; quandoq; ad Partis petitionem. Quam materiam latius videre poteris *in locis præalleg. ſuprà ad finem glo. proxi.*

d *Poſt publicationem.* Sic ergo ante publicationem, de qua hic loquitur, etiam poſt Decretum Sequeſtrationis interpoſitum, violans hujuſmodi Sequeſtrationem non incurrit pœnam poſitam inferius, etiamſi publicè in Judicio, multitudine populi Præſente, ipſa Sequeſtratio publicata ſit; prout aliàs in ſimili notatur *per Fo. An. ver. publice, in cle. 1. de ſepulturis.* Nam ad effectum hujus pœnæ requiritur publicatio in locis quibus bona Sequeſtrata conſiſtunt, ut patet hic in textu.

e *Debite factam. Sc.* coram multitudine populi, viz. in Eccleſia aliquo die feſtivo, dum populus conſluit ad Divina, vel tali modo, quod publicè omnibus vicinis pateat. *ar. notatorum per Fo. An. d. ver. publice. in cle. 1. de ſepult.* Et vide quod ſcripſi *ſuprà. de judi. c. 2. ver. loco publico.*

f *In locis.* Non intelligas determinatè de locis, ubi ſunt res ipſæ, ſed de parochia infra quam loca ipſa continentur: vel de loco publico vicino, ſic quòd talis publicatio poſſit pervenire ad notitiam inhabitantium loca illa; ut dixi *ſuprà. glo. proxi.*

Quæſtio. g *Excommunicationis ſententiam.* Simile habes *in Cle. ad compeſcendas. Extra. eo. ti.* Sed nunquid Epiſcopus violans hujuſmodi Sequeſtrum incidat in hanc pœnam? dic quòd ſic; quia id quod dicitur *in c. quia periculoſum. de ſenten. excom. li. 6.* locum habet in ſententia Suſpenſionis & Interdicti, non autem in ſententia Excommunicationis; prout notat *Fo. An. dicto c. ad compeſcendas. ver. ſi quis. Et concor. Geſſ. eo. ver. & etiam Pau. ver. incurrat.*

h *Si tamen.* Secunda pars.

i *Fuerit appellatum.* Supple legitimè. Et ex eo patet, quòd loquitur de ſequeſtro interpoſito Judicis auctoritate, non autem ex partium conventione. *Sed quæro,* quomodo poſſit tenere Appellatio interpoſita à tali Sequeſtro, quod interponitur ex juſtis cauſis & veris, & in caſu à jure permiſſo, cum appellatio impedire non debeat, ne fiat id quod à lege fieri decernitur? *ff. de appel. rec. vel non. l. ult.* Dic quia forſan judex proceſſit ad Sequeſtrum abſque cauſæ cognitione & parte non citata, quod non licet; ut dixi *ſuprà. c. ver. veris.* vel quia aliunde aggravavit. *ar. ad hoc C. quorum appel. non reci. l. ab executore. cum ſimilibus.*

Quæſtio.

k *Proſecuta.* Nota, non dicit finita, ſive determinata, ſed ſufficit quòd Appellans ſit diligens in proſequendo appellationem interpoſitam, ut habeat locum quod hìc dicitur. Legitimè itaque appellationem proſequi intelligitur, qui facit ſuam diligentiam, ut eam poſſit infra annum terminare. *ut in Cle. ſicut. de appel.* Aliàs autem ſi ceſſante legitimo impedimento in proſecutione hujuſmodi negligens ſit, rata manet prior ſententia. *Extra. de appel. c. ſæpè. ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. 1. cum glo. ibidem.* Et nota, quòd ad proſequendum appellationem non ſtatuitur terminus à Jure, ſed ad fiendum ſtatuitur annus, *ut prædixi*; & ex cauſa biennium vel ultra. *de appel. ex inſinuatione. & c. oblatæ. & c. ex ratione.* Judex tamen à quo ſtatuere poteſt tempus ad proſequendum. *de appel. c. perſonas.* ubi de hoc. Ipſe etiam appellans poteſt ſibi tempus ſtatuere, tamen arbitrio Judicis, ut ibi patet. Poteſt tamen proſecutio Appellationis de conſenſu partium prorogari ultra terminum Juris vel hominis. *de appel. c. quamdiu. in Clemen.*

l *Utantur eiſdem.* Ratio eſt, quia Appellatio legitima non ſolum ſuſpendit, ſed extinguit pronunciatum. *ff. ad Turpill. l. 1. in fine. & nota. de appella. c. paſtoralis. ver. dormitaſſe. per Bernardum.* & eâ juſtè interpoſitâ, nihil eſt interim innovandum. 2. *q. 6. appellatione.* licèt fallat in certis caſibus ibi recitatis in gloſſa. Unde in hoc caſu Appellatio interpoſita & proſecuta ſalvat eos à vinculo Excommunicationis, quam aliàs incurrerent ipſo facto violando Sequeſtrum; ut hic patet. Nam ſuſpenſo Principali, ſc. Sequeſtro, ſuſpenditur & Acceſſorium, viz. Excommunicatio, quæ fertur occaſione violationis ipſius Sequeſtri. *ff. de pecul. lega. l. 1. & 2. ff. de diſtractio. pigno. l. cum ſolvendæ.* Sed quæro, quid ſi appellatio proſecuta fuerit pronunciata injuſta, nunquid tunc appellantes incidunt in hanc ſententiam tanquam violatores Sequeſtri? Videtur quòd non, per hoc quod dicit hic textus, *eos uti poſſe bonis hujuſmodi ſequeſtratis liberè & impunè.* Nec eſt conveniens ut una & eadem lex operetur diverſos effectus ſibi contrarios, quales ſunt uti ſine pœna, & uti iucurrendo pœnam. *ar. ff. de nego. geſt. l. ſive hæreditaria. cum concor.* ibi *alleg.* nec ſic occupando poterunt dici eſſe in culpa, cum hoc faciant hujus Conſtitutionis auctoritate, juxta quam aliquid faciens non peccat. 26. *diſt. c. denique. circa medium.* 23. *q. 4. qui peccat.* Præterea appellatio legitime interpoſita reſervat ſtatum appellantis integrum, etiamſi de crimine capitali damnatus ſit. *ff. de teſtamentis. l. qui à latronibus.* Et ſententia lata extincta eſt per appellationem ſequentem. *ff. ad Turpil. l. 1. in fine.* Et notatur *per Accurſ. ff. de his qui notan. infa. l. furti. §. 1.* Unde & damnatus ſuper crimine, appellatione ſecuta, videtur non damnatus. *ff. de pœnis. l. 2. §. ulti.* Integer namque remanet ſtatus hujuſmodi Appellantis. *ff. appel. interpo. nil novari. l. unica. §. integer.* Et talis teſtari poteſt & alia facere ſicut prius. *ff. de injuſto rup. irritoque teſtamen. l. ſi quis filio. §. bi autem omnes.* Econtra videtur, quòd tales ſuccumbentes in cauſa appellationis incidant in hanc pœnam. Nam ex hoc apparet primam ſententiam interpoſitionis Sequeſtri fore juſtam, & Appellationem eſſe injuſtam, & per conſequens quòd tenuit Sequeſtrum, & quòd appellans injuſtè interim occupavit bona ſic ſequeſtrata. In tali namque caſu, ut videtur, rata manet prima ſententia, ſcilicet Sequeſtrationis. *Extra. de appella. c. ſæpè. & c. cum ſit Romana.* ad cujus dicti fortificationem facit *l. furti præallega. §. 1.* ubi dicitur, quòd damnatus ſuper crimine famoſo appellans, effectualiter non proſequens ſuam Appellationem, efficitur retrò infamis. Præterea appellans deficiens in probatione appellationis ſuæ cenſetur ab initio non appellaſſe: & ſententia prius lata in ſuo robore permanet. *C. de tempo. & repara. ap. l. ulti. §. illud.* ſed ſi is, cujus bona Sequeſtrata ſunt, non appellaſſet, occupando eadem bona, incurriſſet ſententiam excommunicationis, de qua hic loquitur: ergo idem erit in quæſtione noſtra; cum prior ſententia jam maneat firma. Et ad hujus argumenti fortificationem faciunt notata *Fa. de Butrigariis in l. ulti. C. de ſententiam paſ.* qui dicit, quòd in his, quæ retrò finguntur, omnia reſcinduntur, perinde ac ſi ab initio ſententia prima proceſſiſſet. *alle. ad hoc ff. de ſuis & legi. hære. l. penul.* Quid dicemus ecce in caſu quæſtionis noſtræ? mihi videtur primam partem veriorem eſſe, ſcilicet quòd Appellatione pronunciatâ injuſtâ non incidat appellans in ſententiam excommunicationis, de qua hic fit mentio tanquàm à retro; & hoc per rationes ibi, & pro parte illa tactas. Nec obſtant motiva in contrarium, *videlicet c. ſæpè. de appel.* ubi dicitur, quòd rata manet ſententia prima: nec illa *l. furti. §. 1.* ubi dicitur, quòd taliter damnatus ceſſante appellatione efficitur retro infamis. Nam Jura prædicta loquuntur in eis, qui non proſequuntur appellationes interpoſitas, ſed propter lapſum fatalium Appellationes ipſæ habentur pro deſertis. Patet iſte intellectus primò ex litera illius *Decre. ſæpè. verſ. ſalvis &c.* ibi, *appellationem ſuam proſequi non curantibus &c.* Secundò ex litera dictæ *leg. furti.* ibi, *omnia tempora procurationis lapſa ſunt.* & intellige, *provocationes proſequendæ*, ut ibi notatur in gloſſa. Sic etiam intelligitur *l. illa ulti. §. illud. C. de tempo. & repara. appella.* ut patet ibi in *tex.* Unde pro horum clariori intellectu habes conſiderare circa Appellationem à quocunque gravamine interpoſitam tria tempora. Primum tempus eſt ipſâ Appellatione pendente, illud videlicet quo durat proſecutio ipſius Appellationis; & de tali tempore loquitur hæc Conſtitutio, quòd

Suſpenſo principali ſuſpenditur acceſſorium. Quæſtio.

In appellationibus tria tempora conſideranda ſunt.

facis appareat ibi in textu, *eo pendente &c.* Et ſecundùm hanc conſiderationem dic, quòd pendente appellatione appellatio extinguit ſententiam, & ejus effectum in totum in cauſis Civilibus: ſimiliter etiam in cauſis Criminalibus, præterquàm quoad bona, in quibus quoad quid remanet aliquis effectus primæ ſententiæ. *C. ſi. pen. appel. mors. interve. l. 3. & C. ſi reus vel accuſator. ſuc. l. ulti.* Secundum tempus poſt appellationem interpoſitam conſiderandum eſt, viz. curſus fatalium ob defectum proſecutionis: quo caſu appellatio dicitur deſerta, & manet firma prima ſententia, ut in dicto *c. ſæpe.* & in hoc caſu fingitur nunquàm eſſe appellatum, & ſic ſtat allegatum *in d. l. furti. & in d. l. ulti. §. illud. C. de tempo. & repara. ap.* Tertium tempus poſt appellationem interpoſitam conſiderandum eſt, in quo forſan ſententia prima eſt confirmata tanquàm juſta, & appellatio pronunciata injuſta, in caſu quæſtionis noſtræ: & tunc habet ſuum effectum prima ſententia, non ut à retro, ſed à die confirmationis ejuſdem, & ſic actio oritur ex ſententia confirmante, non autem ex confirmata, prout plenius notatur *per Cy. C. de appel. l. eos. ver. 7. queritur.* & hanc Theoricam præmiſſam potes colligere ex notatis *per Barth. dicta l. furti. §. 1.*

Quæſtio. Sed quid ſi ſequeſtratio eſt per Epiſcopum, ejus Vicarium, vel officialem interpoſita, & debite publicata, nihilominus bona occupantur, ut prius; nunquid occupans poſſit tanquàm violator ſequeſtri denunciari excommunicatus infra decem dies conceſſos ad appellandum: videtur quòd non, ſecundùm ea quæ notat *Accur. ff. nil. no. pen. appel. l. 1.* ubi dicit, quod infra tempus datum ad appellandum non poteſt fieri executio. *& concor. ibi alii Doctо.* Sed econtra videtur, nam ubi ſententia lata ſtatim trahit ſecum executionem, ibi appellatio ſubſequens non ſuccurrit, quin ſtatim incurratur ipſa pœna: *ff. de pœnis. l. qui ultimo. & l. quod ad ſtatum.* & ſic expectare tempus appellationis interponendæ fruſtratorium eſſet. *ar. C. de proba. l. ad probationem,* ſed verum eſt, quòd ſententia excommunicationis lata trahit ſecum executionem, ut legitur & notatur *Extra. de appel. c. paſtoralis.* ergo non oportet tempus datum ad appellandum expectare, ſed ſtatim poteſt fieri executio ſervato tamen proceſſu legitimo contra ipſum violatorem ſequeſtri; ut ſcil. vocetur allegaturus cauſam rationabilem, quare non debeat pronunciari incidiſſe in ipſam excommunicationis ſententiam; & quòd non expectato tempore ad appellandum conceſſo poſſit fieri executio. Facit *l. additoꝛ. C. de appel.* In hoc paſſu dicit *Barth. dicta l. qui ultimo,* quòd illa *l. 1. ff. nil. no. pen. ap.* loquitur in cauſis Civilibus, ſecus tamen dicendum eſt in Criminalibus. Finaliter tamen dicit, quòd quædam eſt executio quæ fit à jure, utputà, quòd efficiatur infamis, vel quòd ſit excommunicatus, *ut hic,* & tunc talis executio poteſt ſtatim fieri, *ut dicta l. qui ultimo. & dicto c. paſtoralis. & ff. de his qui no. infa. l. furti. in prin.* Quædam eſt executio, quæ debet fieri ab homine, & illa (ut putat) non debet fieri infra 10. dies, & ſic ſtat *l. 1. ff. nil no. pen. ap.* nec obſtat dicta *l. additoꝛ,* quia ibi fiebat executio antè, & malè faciebat Judex ſic faciens, ſecundùm eum. Mihi autem videtur in caſu noſtro ſic dicendum; ſi notoriè conſtet ſequeſtrationem eſſe validam & rite latam poſt violationem ejuſdem debitè publicatæ, poteſt violans non expectatis 10. diebus denunciari excommunicatus, ſi vocatus nullam pro ſe cauſam rationabilem alleget: ratio eſt, quia dato, quòd in hoc caſu appellaverit, ſequeſtrãs non tenetur deferre appellationi; *Extra. de appel. c. cum appel. li. 6.* Si autem conſtet ſequeſtrationem non tenere de Jure, cautius eſt, quòd abſtineat ſequeſtrans ab ulteriori proceſſu. *ar. ſi duobus. §. ſin autem. C. communia de legatis.* In dubio autem etiam abſtinendum eſt propter appellationem forſan ſuperventuram, in quo caſu cognitio veritatis, ſcil. an talis occupans bona hujuſmodi ſequeſtrata ſit excommunicatus, pendet ex eventu futuræ probationis, vel non probationis ſuggeſtorum in appellatione, ſi quæ interpoſita ſit, *ut dixi ſuprà. in fine quæſtionis Præcedentis.* & ad hoc faciunt notata *per Hoſtien. dicto. c. paſtoralis. §. nos itaque. ver. ſecum trahat.*

An ſententia lata trahat ſecũ executionem.

Diviſio.

De Præſumptionibus.

Nemo Eccleſia ſuæ renuncians ejuſdem recipiat à ſubſtituto Vicariam, aut uterque hic Vicaria, ille privetur Perſonatu.

Stephanus.

NE [a] Lepra, [b] *& infrà.* Inhibemus, ne quis [c] Eccleſiæ ſuæ [d] renuncians à ſibi [e] ſubſtituto [f] recipiat [g] Vicariam

a *Ne lepra.* Iſta Conſtitutio fuit *Stephani* Archiepiſcopi edita in Concilio *Oxon.* Et habet tres partes. In prima ponit quandam inhibitionem. In ſecunda ibi, *cum vehementer,* ſubdit ſuæ inhibitionis rationem. In tertia ibi, *Quod ſi,* apponit pœnam contra facientibus.

b *Et infrà.* Hic decidiur quoddam parvum proœmium ad dicenda, & eſt pars hujus *infrà. de conceſſ. præben. c. ne lepra.*

c *Eccleſiæ ſuæ.* Supple Parochialis, Præbendalis, vel alterius cujuſcunque in ſe Vicarium habentis. Et nota, quod de materia ſimili loquitur *Decretalis. quia veriſimile. Extra. e. ti.*

d *Renuncians.* Hæc autem renunciatio fieri debet in manus ejus, qui habet poteſtatẽ eam admittendi, ſive talis ſit Epiſcopus, ad quẽ pertinet in ſua Diœceſi de Jure Communi, ſive inferior prælatus, qui hoc poteſt de conſuetudine præſcripta, vel privilegio ſpeciali. *Extra. de renun. c. admonet cum ibi notatis. & c. ii. c. cum illuſtre. ver. beneficio in prin. in Cle.* Unde ſi in manus Laici talis renunciatio facta ſit etiam ſponte, non tenet, ut legitur *c. ii. c. quod in dubiis.* & hoc verum in præjudicium Eccleſiæ, vel illius, ad quem pertinet reſignationis admiſſio. *7. q. 1. non oportet.* valet tamen in præjudicium reſignantis, ut ſcil. ipſum Beneficium non poſſet repetere, maximè cum reſignatio ſit per Ordinarium admiſſa, ſecundùm *Goff. Lauren. Vinc. Phi. Eg. & Ber. d. c. quod in dubiis. Wil. Naſo. & Hoſti. in c.*

contradicunt per textum ibi, qui dicit, *non tenere renunciationem. Inno.* dicit, cui adhæreo, quòd per talem reſignationem amittitur poſſeſſio Beneficii, non tamen proprietas: ratio, quia poſſeſſio ſolo animo amittitur. *C. de acqui. poſ. l. licet. Et huic dicto concor. Henricus in c. c.* Et ad hoc faciunt notata *per Archi. 17. q. 2. Gonſaldus.* Proprietas verò non amittitur, quia ſine conſenſu ſuperioris non tenet reſignatio, *ut prædixi ſecundùm Inno. dicto c. quod in dubiis.* Et hoc verum niſi reſignans velit intrare Religionem arctiorem. *Extra. de regula. licet. de regula. c. beneficium. li. 6.* Et notatur *per Archi. 18. q. 2. Abbas.* in quibus autem caſibus non tenet renunciatio, *no. de renunc. ſuper rubrica per Card. li. 6.* Hoc tamen ſcias, quòd ubi Ordinarius non admittit reſignationem de aliquo Beneficio factam non in manus ſuas, ſed alienas, qui non potuit eam recipere, ſed ſtat in deliberatione utrum velit admittere necne; ſi interim ſic renuncians re integra pœniteat, poteſt ſine nova inſtitutione iterum illud idem beneficium occupare ut prius: nam cum non perdat proprietatem (ut prædixi) videtur ſufficere tolerantia prælati, qui ipſum poterat retinere. *ar. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. voluntate. & Extra. de renunc. c. ulti. ſic no. per Archi. de renun. c. 2. ver. renunciet. verſ. ſed pone. li. 6.* Et idem videtur fore dicendum, etiam ſi renunciet in manus illius, qui habet poteſtatem admittendi reſignationem, dum tamen hoc faciat non per ſe in perſona propria, ſed per alium, putà, per procuratorem, vel per literas. Nam ſi in perſona propria renunciet, planum eſt, quòd renunciatio tenet, nec ulterius poterit redire. *7. q. 1. quàm periculoſum. de conſe. di. 4. quæris. prout hoc no. Archi. in dicto c. 2. ver. renunciet. in prin.* Et hoc verum puto, niſi ſtatim pœnitens revocet ipſam renũciationẽ, tunc recuperabit Beneficium potius imploraro Judicis officio quàm Jure actionis. *Extra. de pactis. c. cum pridem. 6. q. 3. denique.* & ibi *per Fo.* & ad hoc faciunt *no. in d. c. 2. de renun. in fi. per Fo. in no. li. 6.* & faciunt ad idem *no. per Paulum. in c. cum illuſtre. de renun. ver. cedendum. in Cle.* Circa præmiſſa tamen puto diſtinguendum inter eum, qui reſignat Beneficium ſimplex, talẽ viz. quod non habet curam animarum, & eum, qui reſignat Beneficium curatum, ut viz. in primo caſu cum ejus ſolius intereſſe, ſtatim in ejus præjudiciũ teneat reſignatio etiam abſque conſenſu ſuperioris; ſecus tamen ubi imminet cura animarum, quæ jam non ſolum ejus intereſſet, ſed etiã aliorum quibus tenetur prædicare. Unde in hoc caſu neceſſaria eſt ratihabitio Epiſcopi, vel ipſius, qui poteſt de Jure vel conſuetudine talem reſignationem admittere. Et ad hoc faciunt *no. per Archid. d. c. quàm periculoſum.* adde, *ſed mirandum eſt. & 6. q. 3. denique,* adde idem notat hic *Fo.*

Diſtinctio circa reſignationem.

e *Subſtituto.* Supple auctoritate illius, ad quem pertinet inſtitutio in ipſo Beneficio. Nam ipſe renuncians auctoritate ſua nemĩem poſſet ſubſtituere, ut titulum habeat in ipſo Beneficio. *Extra. de inſtitutio. c. ex frequentibus.* immo nec patronus qui non habet poteſtatem niſi ſolum ad Eccleſiam præſentandi. *Extra. de jure patro. c. cura.* Et facit *de regu. Fu. c. Beneficium. li. 6.*

f *Recipiat.* Supple per viam præſentationis ſimplicis. Puto tamen, quòd per viam permutationis admittendæ auctorizandæ per Epiſcopum vel alium Ordinarium, ad quem pertinet inſtitutio, *ut dixi ſuprà. gloſſa proxima.* hoc poſſit facere. *Extra. de rerum permuta. c. quæſitum. & c. cum universorum.* Ratio mea eſt, quia in permutatione ſienda totum pendet ab auctoritate ſuperioris, & non à voluntate permutantium. *ut dicto c. quæſitum.* qua auctoritate præſuppoſita ceſſat præſumptio, de qua hic loquitur. *Et concor. in ſimili Lapus de rerum permu. c. unico. in Cle.* prout eum recitat *Fo. de lig. verſ. ſed quid ſi habens Beneficium pingue &c.*

g *Vicariam ejuſdem.* Intelligas de Vicaria perpetua prius in eadem Eccleſia ordinata per modum Beneficii; de quali Vicaria loquitur *Conſtitutio Othonis, ad Vicariam. & Extra. de offi. vica. quaſi per totum.* Sed quid ſi aliquis renunciavit Beneficio, & alius in ejus locum Canonicè ſubrogatus eſt, qui quidem ſubrogatus de novo ordinat unam Vicariam de conſenſu Epiſcopi & Patroni, quod ſatis licet, *Extra. de offi. vica. c. 3.* modo ad iſtam Vicariam præſentet illum, qui prius fuit ibi rector & ipſam Eccleſiam reſignavit; an in

Quæſtio.

hoc casu posset is, qui resignavit, recipere hujusmodi Vicariam? hæc litera stricte sumpta facit quòd non: cum posset æquè intelligi de Vicaria jam existente vel futura, & utrobique potest timere de illicita pactione, ut hic dicit. Sed puto, quòd in hoc casu bene possit recipere vicariam: quia iste textus debet intelligi ubi Rector renunciat ea intentione, ut sit Vicarius & quòd Vicarius sit Rector: prout legitur in simili *Extra. c. c. quia verisimile.* in quo casu est vehemens præsumptio de illicita pactione, ut hic; talis tamen præsumptio cessat in casu quæstionis. Unde & si Rector, qui renunciavit Ecclesiæ, ubi est Vicarius, postea mortuo Vicario præsenteretur per suum successorem ad dictam Vicariam, æstimo, quòd non offenditur ista Constitutio.

a *Cum vehementer.* Secunda pars.

b *Præsumi.* Ista præsumptio insurgit ex hoc, quòd non est verisimile, quòd quis velit renunciare majori Beneficio pro minori: *Extra. c. c. quia verisimile.* licèt secus foret econverso. *Extra. de cleri. non resi. c.* 1. & nota, quòd Doctores de præsumptionibus varie loquuntur. Tractatur enim de hac materia *Extra. c. ti. per Hostien. in summa.* §. 2. & *eodem ti.* §. 2. *per spec. l.* 54. *di. fraternitatem.* & 50. *di. ferrum. ff. quod metus causa. l. non est verisimile.* 44. *di. multis.* & *Extra. c. ti. quia verisimile. de renun. c. super hoc. de sponſ.* *Præsumptio multiplex.* *c. is qui.* & *multum bene.* 6. *q.* 1. *oves. per Archi.* Ex locis prædictis potest colligi, quòd præsumptionum quædam est temeraria, & hæc à Jure reprobatur: 2. *q.* 1. *c.* 1. & 6. *q.* 1. *c. oves.* quædam est probabilis, surgens ex suspicionibus & fama, & tunc potest indici purgatio. 2. *q.* 5. *Presbyter.* & hæc cum uno teste facit plenam probationem. *de præsump. c. illud. C. ne de Ha. defuncto. li.* 2. Quædam est præsumptio violenta, & ista sufficit ad condemnationem: *de præsump. c.* 2. recipit tamen probationem in contrarium, *de probatio. postulasti.* & ista appellatur Juris tantùm. Quædam est præsumptio necessaria, quæ est Juris & de Jure: *de sponſ. c. is qui.* tamen contra ipsam admittitur confessio partis; *ut dicit glo. singularis. Authen. de æqualit. dotis.* §. *si autem mulier. Coll.* 7. De vehementi præsumptione non solum patet in hoc loco, sed etiam *Extra. c. c. literas.* ubi notat *Ber.* quòd talis præsumptio non sufficit ad condemnationem, maximè in gravibus causis. De hac materia plenius videre poteris *dicto c is qui. per Henricum de Bowyco.*

c *Illicitam pactionem.* Quæ in spiritualibus omninò reprobatur, quia continet simoniam. *Extra. de pac. c. fina.* ubi de hoc. Et ad materiâ faciunt notata *de præben. significatũ* 100. *dist. in ca. per* *Quæstio.* *Fo.* 28. *q.* 3. *Eleutherius. per eundem.* Sed quæro, quare sit hic præsumptio in deteriorem partem, cum in dubiis præsumi debeat in meliorem & benigniorem partem? *Extra. de præsump. c. dudum. ff. de ma. testa. l. servos. ff. de leg.* 2. *l. cum pater.* §. *rogo.* Dic quòd hic agitur de salute animæ unde præsumitur in duriorem partem; sicut aliàs legitur *Extra. de sponſ. c. juvenis.* 68. *di. Presbyteri.* Talis enim interpretatio licèt sit durior, est tamen melior & tutior. *de conſe. di.* 4. *parvulos.* Et notatur *per Ber. de scruti. in ordi. faci. c. unico. glo. ulti.*

d *Quòd si.* Tertia pars.

e *Ab aliquo.* Sc. Rectore vel Vicario.

f *Præsumptum fuerit.* Sonat in vitium, licèt quandoque sumatur in bona parte. Sic aliàs in malo sumitur. 8. *dist. qui contempta.* 10. *dist. c.* 2. 17. *di. c. multis.* Hæ enim duæ dictiones, *ausi fuerint,* & *præsumpserint*; ut communiter, important contemptum; ut notat *Inno. de sen. excommuni. c. cum medicinalis. glo. ulti. li.* 6. & *concor. Hosti. c. c. ver. irregularitatem.*

g *Ille.* Sc. renuncians Ecclesiæ vel Personatui.

h *Alius.* Sc. qui erat Vicarius: & sic recepit personatum vel Ecclesiam.

i *Personatu.* i.e. Prælatura, sive titulo ad Personam sive Rectorẽ ipsius Ecclesiæ pertinente. Est enim hæc dictio *Persona*, vulgare *Anglicorum* & ponitur pro Rectore. Scias tamen, quòd de *Personatu* *Personatus variè sumitur.* Doctores variè scribunt. Nam Archidiaconi & Archipresbyteri in Cathedralibus Ecclesiis dicuntur habere *Personatus*; *sicut no. de rescrip. c. statutum. vers. personatum. li.* 6. *per Archid.* cognoscitur enim *personatus secundum eum*, quando aliquis habet prærogativum in Choro, vel in Capitulo, in Optionibus, in Processionibus, in Vocibus dandis, & hujusmodi præ aliis Canonicis ejusdem ordinis; non tamen sicut hi, qui sunt in majoribus dignitatibus constituti. *nota. de consue. c.* 1. *ver. officia. circa medium glo. per eundem Archi.* qui ad hoc dat remissiones *ad Inno. & Hosti. in c. dudii.* 2. *de elec. & de præben. c. de multa.* Unde, ut dicit *Cardi. de elec. c. ut circa. ver. personatuum, personatus & dignitas* verè supponunt pro eodem, licèt in aliquibus locis Rectores Ecclesiarum vocentur *Personæ*: & sic habent personatum non tamen dignitatem. Et sic sumitur in loco isto

De Jurejurando.

Præsentatus juret à Præsentato nihil recepisse, nec pactionem cum eo iniisse.

Stephanus *in Conc. Oxon.* 1.

PRæsenti statuto definimus, ut m Episcopus ab eo qui n præsentatus sibi fuerit, recipiat o Juramentum, quod p propter præsentationem illam nec q promiserit,

secundùm sententias Doctorum in locis *prælle.* quibus etiam addere potes *no. in. d. c.* 1. *de consue. per Fo. in no. li.* 6. *in ver. personatus.* Et circa hoc vide quæ dicam *in fra. de vita & bone. cler. c.* 1. *ver. dignitatibus.*

k *Priventur.* Sc. per sententiam. Non enim est istud statutum sententiæ latæ sed ferendæ. Ad quod fciunt notata *per Ber. Extra. de foro compe. c. si diligenti. ver. causam per dat.* Et ad hoc vide notata quæ scripsi *supra. de constitu. c.* 1. *ver. teneatur.* Unde licèt præsumptio, de qua hic loquitur textus, vehemens sit; & sic licèt in casu isto, si nihil proponeretur in contrariũ, posset talis præsumptio operari ad sufficientem probationem, ut dixi *supra. ver. præsumi.* potest tamen recipere probationes in contrarium, ut ibi dixi. Est enim ista præsumptio non Juris & de Jure, sed Juris tantùm; *prout nota.* 6. *q.* 1. *oves. in fi. per Archi. Et concor. Hostien. Extra.* *Præsumptio Juris.* *c. d. c. quia verisimile.* Et nota, quòd hæ duæ præsumptiones differunt. Nam præsumptio Juris est, quando Jus præsumit pro una parte, & tolerat sententiam sic ferri, non tamen dicit quòd contrarium non probetur: habes exemplum *ff. de his qui sunt sui vel alie. ju. l. filium. de rei ven. l. officium. cum concor.* præsumptio Juris & de Jure est, quæ sic formata est, ut non recipiat probationem in contrarium. Habes exemplum *ff. ad Vell. l. antiquæ. de re judi. l. res judicata. C. ad Macedo. l. ulti. Extra. de sponſ. l. is qui. cum similibus.* Potes istam materiam ulterius prosequi juxta notata *per Cy. C. de probatio. l. sive possidetis. vers.* 2. *quæritur.* ubi de hoc habet longam glossam, quam posuit *Henricus de Bowyco. d. c. is qui. ultra medium.*

Præsumptio Juris & de Jure.

PRæsenti. Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi edita in Concilio *Oxon.* 1.

m *Episcopus.* Idem intelligas de quocunque alio, ad quem de Jure, Consuetudine præscripta, vel Privilegio speciali pertinet potestas instituendi in Beneficio Ecclesiastico.

n *Præsentatus.* Præsentatio pertinet ad Patronum ex vi Juris Patronatus, non autẽ Concessio, etiamsi sit Patronus Ecclesiasticus, *de jure patro. c. transmissa. & c. dilectus. de re judi. c. cum Bertoldus.* maximè ubi institutio & admissio pertinet ad alium. Sic etiam ad tales pertinet electio, largè sumpto vocabulo *electionis*, inquantum sc. concernit Ecclesiam non Collegiatam, sed Parochiam vel Capellam. *Extra. de elect. c. querelam. de jure patro. c. nobis.* 16. *q.* 8. *decernimus.* Secus tamen in Ecclesia Collegiata. *de elect. c. sacrosancta, ubi de hoc. & c. Massana.* Collatio vero pertinet ad eum, qui potest conferre cui vult absque facto alterius. *de præben. si tibi absenti. li.* 6. & *c. ti. c. licet. & c. statuitum. cum similibus.* De quibus & quomodo differant Collatio, Provisio, Præsentatio, Dispositio, Electio, Institutio, Investitura, & Inductio, *notatur de præben. c. cum in illis. ver. collationem. & glo. sequen. per Archi. li.* 6.

o *Juramentum.* Hoc autem, ut consideretur ipsius descriptio, dici potest assertio, vel negatio de aliquo licito possibili & honesto *Juramenti.* sacræ rei attestatione firmata. Et intelligo sacram rem, i.e. Evangelium vel fidem. Nam per fidei interpositionem obligatur quis sicut per juramentum. *Extra. ne prela. vices suas. c. querelam. de arbi. c. pervenit.* Jurari enim debet per rem sacram, non autem per *Nota de juramenti licitis.* creaturas non sacras *secundùm Goff.* jurare enim licet per creaturas sacras in casibus à Jure expressis: utputà, per Crucem, præcipuè si fuerit consecrata. Item per manum Episcopi. 22. *q.* 5. *qui perjurat.* Item per Evangelium. 22. *q.* 1. *si aliquis.* Item per Ordinem, 1. *q.* 7. *quoties.* Item per Altare. 22. *q.* 2. *habemus. notatur per Hosti. Extra. de jurejur. c. & si Christus.* §. 1. *ver. creaturam.* Et nota, quòd in Juramentis quæ in Jure præcipiuntur, ut est Juramentum testis & calumniæ, semper est jurandum super Sancta Dei Evangelia. *Extra. de juramen. calum. c. ulti.* 11. *q.* 1. *testimonium.* Et idem intelligo in omnibus aliis Juramentis, quæ à Jure vel à Judice, vel à partibus ex necessitate deferuntur. Et idem si partes promiserunt aliquid jurare nulla forma distincta. *notatur per Fo. in summa confes. li.* 1. *ti.* 9. *q.* 8.

p *Propter præsentationem.* Hoc enim simoniacum esset, maximè si propter promissum, vel datum, habere præsentationem fuerit causa finalis. Et sic quòd hæc dictio *Propter*, significet appreciationem, *prout notatur in glossa Wil. super Ray. de simonia.* §. 5. & *concor. Fo. in summa confes. li.* 1. *ti.* 1. *c.* 11. Et faciunt ad hoc notata in textu & per Doctores *de præben. c. significatum. & 63. di. Agatho. ver. ordinatione. per Archidia.*

q *Promiserit.* Intelligas sive nudo Verbo, seu Pollicitatione, seu sponsione, seu Stipulatione hanc Promissionem oporteat intelligi. *ff. de Ædi. edic. l. sciendum.* §. 1.

a *Dederit*

a *Dederit.* Intelligat nec permutando, nec compensando. *ff. de verb. sig. l. dedisse.* Item nec prius datum confirmando. *ff. de offi. procon. l. si in aliqua. 1. Resp.* item nec legatum relinquendo *ff. de lega. 2. l. si idem servus. in fi.* item nec remittendo. *ff. de condi. causa data. l. si mulier.*

b *Aliquid.* Hæc dictio etiam rem modicam significat; ad quod facit quod legitur *de simonia. c. 1. & c. non satis.* sed melius *c. ti. c. ex tua.* facit tamen contra *c. ti. c. & si quæstiones.* Sed dicunt aliqui, intentionem in hac re considerandam. Ut ibi notatur *super ver. intentione.* & hoc verum ad inducendum simoniã mentalem, quæ per pœnitentiã aboletur. *Extra. de simonia. c. ult.* Nam sola intentio simoniam conventionalé non induceret, secundùm *Hosti.* Tu dic, quòd modicum ex pacto, & intentione hoc recipiendi pro spirituali, inducit simoniam, si de hoc constet. In dubio est differentia inter *modicum* & *magnum.* Quia *modicum* præsumptivè non præsumitur datum propter intentionem habendi spirituale; *multum* verò sic. ut in dicto *c. & si quæstiones.* unde si tempore præsentationis habitæ, Præsentatus miserit exenia Præsentanti, vel aliquid dederit non Præsentationis contemplatione, sed aliàs daturus: nec ex pacto, sed gratis, sic quòd ad munerum quantitatem non accedat, puto quòd non sit simoniacum. Cavendum tamen est, nè in talibus, vel propter ea, animus Præsentãtis principaliter moveatur ad sic Præsentandum: & quòd tam ex parte Præsentantis, quàm Præsentati, absit corrupta intentio, faciunt ad hoc notata per *Archi. 1 q. 1. c. eos. glo. ulti.* Sed ecce, cum munus sive donum non tantùm possit esse à manu, sed etiam ab obsequio ipsius Præsentati. *1. q. 1. sunt nonnulli.* quæro, nunquid is qui suum servitium alicui dederit per annum forsan, vel biennium, aut amplius, stando in ipsius Præsentãtis obsequiis, possit sana conscientia illud juramentum præstare? dic, quòd si hujusmodi obsequium fuerit impensum principaliter pro beneficio obtinendo, promisso, Pacto, vel conventione ad hoc interveniente, non potest; quia est simonia. *Extra. de simonia. c. tuã. de pac. c. ulti. 2. q. 2. quàm pio.* Si verò Promissio, Pactum, vel Conventio non intervenerit, nec principaliter ad hoc digiratur intentio dantis vel servientis, potest; quia non est simonia. *ar. 61. di. quid proderit.* Et *no. de simonia. c. cum essent. per Ber. & Hostien.* ubi autem principaliter servit aliquis intentione beneficium consequendi cessante tamen promisso, pacto, vel conventione, talis non potest securè jurare; quia secundùm *Ber.* est simonia. *Hosti.* tamen dicit, & melius, quòd non est realis simonia sed mentalis, quæ per pœnitentiam tolli potest. *de simo. c. fina.* & huic sententiæ concordare videntur *Wil. & Geſſ. de re. Eccl. non alie. c. 1. ver. administrationem in Cle.* & hoc puto verum, quando serviens est dignus; ut notat *Jo. 1. q. 1. sunt nonnulli. glo. 3. & concor. Vinc. & Jo. And. c. cum essent.* secus tamen si sit indignus. Ad quod faciunt *nota. 1. q. 1. si quis neque. ver. amore. per Jo.* Tu dic, quòd ubi intentio servientis & Præsentantis adaptatur ad certum Beneficium, tunc potest procedere opinio Glossæ ibidem. Alia opinio procedit, quando intentio non adaptatur ad certum Beneficium. Sic notat *Antbonius de Butrio. d. c. ex tua.* qui dicit, hoc tenendum menti. Hanc materiam viz. quando munus ab obsequio est simonia, tractant *Jo. in summa confes. li. 1. ti. 1 c. 12. & Astex. ti. de simonia. arti. 3. vers. circa verò munus. & Archi. 1. q. 1. ordinationes. glo. ulti.* ubi dicit, quòd dare beneficium per servitio licito, sic quòd *ly pro* non noter causam finalem, sed potius excitationem ad sic dandum, non est simonia. Et hoc verum puto, quando excitatur animus Præsentantis non respectu obsequii, sed respectu meritorum præstantis obsequium, quibus cognitis, dandum est Beneficium pro meritis, non autem pro servitio: quia sicut dicit quidam sapiens; *Curiæ Prælatorum probatoria sunt Clericorum.* Talia autem merita probari non possunt per dationem pecuniæ, secundùm *Archi. in loco prælle.*

An munus ab obsequio inducat simoniam.

Simonia alia realis, alia mentalis.

c *Præsentanti.* In hoc enim casu simonia esset, ut *no. Inno. & Hosti. de simonia. c. tanta. & Archi. 1. q. 6. §. ult. glo. fi.* Quia si non Præsentanti, sed alii aliquid promiserit, dederit, vel super hoc pactionem inierit, tunc si aliàs Beneficium habiturus fuisset, non est simoniacum. *ar. 1. q. 6. §. fi.* Si verò aliàs non fuisset habiturus, est simoniacum. *1. q. 2. quàm pio. & c. quæstum & q. 3. si quis objecerit.* Cavendum tamen est, ne aliquid hujusmodi detur intentione corruptâ, quæ in Foro animæ sufficit, ut judicetur simonia. *de simonia. c. tua. & c. fi.*

d *Propter hoc. Sc.* ut præsentetur.

e *Pactionem.* Duo, quæ præcedunt, loquuntur de persona Præsentantis tantùm, ut ibi patet: sed ista clausula est generalis, quæ non solum respicit Præsentantem, sed etiam alios. Quod dic ut dixi *supra. ver. Præsentanti.* Sed quæro cum Præsentatio non sit res spiritualis, sed quoddam Jus resultans ex Jure Patronatûs, ut dixi *supra. c. ver. Præsentatus.* unde est, quòd dando alicui temporale pro tali Præsentatione sit simonia? Dic quòd strictè, vel propriè loquendo de spirituali, nec Jus Patronatûs, nec Præsentatio est res spiritualis. Nam *spirituale*, strictè vel propriè loquendo, dicitur illud solum quo Spiritus Sanctus habetur, vel virtus gratum faciens, vel quo datur Sacramentum, vel quo Sacramentum haberi significatur, ut Prophetiæ donum, & potestas faciendi miracula. Largè autem, vel communiter accipitur, secundùm quòd comprehendit non solum prædicta, sed & ea quæ sequuntur ex Sacramento Ordinis, & etiam id quod antecedit admissionem alicujus Personæ ad Beneficium Ecclesiasticum obtinendum: ut puta, Jus Patronatus, & Præsentationem, quæ competit ratione Juris Patronatus ad consequendum per Investituram illud Beneficium ad quod præsentatur. Hæc enim Præsentatio dicitur quoddam spirituale, inquantum Auctoritas præsentandi respectu rei ad quam præsentatur, spirituale est aliquo modo: sed inquantum illa Auctoritas non est principalis, sed præparativa ad actum auctoritatis principalis, quæ est Institutio sive Investitura, & est extrinsecus adjunctum principali cui prævium est, sic est annexum spirituali. Sic etiam & Jus Patronatûs dicitur annexum spirituali, sicut id quod ad alterum adminicul ando ordinatur. Prædicta colliguntur ex notatis per *Archi. 16. q. 7. pia mentis. in glo. adde ad hujus intelligentiam*, & per *Jo. in summa confes. li. 1. ti. 1. c. 1.*

Spiritualia quid sit.

Bonifacius Archidiaconus.

a Venit, b *& infrà.* Statuimus, quòd Laici, ubi de subditorum peccatis & excessibus corrigendis per m Prælatos et n Judices Ecclesiasticos o inquiritur, ad præstandum de p veritate dicenda juramentum per Excommunicationis sententias, si q opus fuerit, r compellantur.

Laici ad præstandum de veritate testimonium pœna excommunicationis compellantur: qua impedientes quoq; astringantur.

a *Venit.* Hæc est Constitutio *Bonifacii* Archiepiscopi: & habet duo dicta. In primo ponit Statutũ cũ pœna cõtra non parentes. In secunda subjungit pœnam contra impedientes. *Divisio.*

b *Es infrà.* Hic dediditur causa editionis hujus Statuti; viz. Prælati Ecclesiastici procedebant ad inquirendum de criminibus vel excessibus subditorum suorum, & Laici suffulti potestate Dominorum temporalium, in hujusmodi inquisitionibus Citati noluerunt jurare de veritate dicenda: ideo statuitur prout hic continetur, & est pars hujus *infrà. de pœnis. c. evenit.*

m *Prælatos.* i. e. Episcopos, Abbates, Decanos, Archidiaconos, & hujusmodi, ad quos ratione Prælaturarum suarum de Jure, vel, Consuetudine præscriptâ, aut Privilegio talia competunt.

n *Judices Ecclesiasticos.* Sc. à supradictis commissos & deputatos.

o *Inquiritur.* Circa hanc materiam, ut scias per quos possit fieri talis inquisitio, & quomodo, vide quæ scripsi *supra. de constitu. c. exterior habitus. ver. inquirere. & ver. vel alios. & ver. inquirant.*

p *Veritate dicenda.* Sume quod sequitur *juramentum &c.* Et de isto modo jurandi legitur *de judi. c. 1. li. 6.* ubi pronuntur diversæ *concur. per Archi. ver. dicenda.* Et debet præstari prout litera sonat, & eodem modo responderi; cum tamen juramento Calumniæ sufficiat respondere per illud quod aliquis credit, aut æstimat; ut notat *Jo. An. d. c. 1. ver. dicenda. & concor. Archi. de testibus. c. præsentium. ver. veritate.* ubi dicit, quòd quando juratur de veritate dicenda, tam ponens quàm respondens, non quod credit, sed quod novit, dicere debet. *ar. 3. q. 9. tortamur.* Et ad idem faciunt *no.* per *Ber. de jurejur. c. ex literis. glo. 1.* ubi dicit, quòd hoc juramentum in Causis Spiritualibus præstatur. *& concor. de juramen. calum. c. 1. li. 6.*

q *Si opus fuerit.* Viz. quòd aliàs jurare nolunt.

r *Compellantur.* Opponitur contra hoc *de censibus. c. Romana. §. sane. li. 6.* Sed dic, quòd illud locum habet in inquisitione Præparatoria ad solennem; nam in inquisitione solenni benè recipitur Juramentum, ut hic. Ad cujus rei meliorem intelligentiam vide quæ notavi *supra. de constitu. c. exterior habitus. ver. inquirant.* Hoc enim scias, quòd à principio, ubi inquisitio sit generalis, non debet exigi Juramentum per quod aliquis peccatum alicujus occultum prodere cogatur. Ex quo tamen crimina sine Juramento referuntur corrigenda, poterit inquisitor super his exigere Juramentum, ut notat *Jo. An. d. c. Romana. ver. coactione. & concor. Archi. c. ver.*

Quæstio.

a *Impedientes*

[a] *Impedientes verò.* Secunda pars. & dic *impedientes*, non solùm Clericos, sed etiam Laicos, ut patet in integra.

[b] *Juramentum hujusmodi.* Sc. de veritate dicendâ.

Interdictu. [c] *Interdicti.* Hoc est unum de censuris Ecclesiasticis, sicut & Excommunicatio & Suspensio. *Extra. de verb. sig. quærenti.* Est enim *Interdictum* censura Ecclesiastica in pœnam contumaciæ vel offensæ lata, arcens præcipuè populum ne communicet Sacramentis. *Ecclesiasticis* ideò dixi, ad differentiam interdictorum *legalium*, quæ olim erant solennes verborum conceptiones, quibus Prætor aliquid fieri jubebat vel prohibebat, maximè cum de possessione, vel quasi inter aliquos contendebatur, & ex illis quædam erant restituturia, quædam exhibitoria, quædam prohibitoria. *Instit. de interdic.* *per totum. Sacramentis* ideò dixi, ut noterur differentia effectûs excommunicationis, quæ separat etiam à communione fidelium: & sic habet similitudinem cum excommunicatione minori, quæ à sacramentis tantùm separat. 3. *q.* 4. *Engeltrudam.* Unde cum excommunicatio minor ab aula recesserit, interdictum videtur quodammodo in ejus locum mutato nomine surrexisse.

[a] Impedientes verò, ne hujusmodi [b] juramentum præstetur, per [c] Interdicti & [d] Excommunicationis sententias [e] arceantur.

Capellani stipendiarii in parochiali Ecclesia celebraturi præstent Juis Superioribus fidelitatis tenendæ & inter commissos concordiæ, quatenus per eos fieri poterit, servandæ Juramentum; neque prius celebrent. Perjurio autem convicti interdicantur officio. Sed hæc Juramenta sunt à Superioribus benignè suscipienda.

Robertus Winchelsey.

---

[d] *Excommunicationis.* Successivè intellige, ut sc. primò feratur sententia interdicti, & postea, si opus fuerit, exigente contumacia feratur sententia excommunicationis. Nam crescente contumacia crescere debet & pœna. *ff. de pœnis. l. relegati.* vel potes intelligere, quòd unam istarum exerceat, illam viz. quam magis viderit expedire. Ad quòd faciunt quæ leguntur & notantur *de offici. deleg. c. Sane.* Regulariter tamen incipiendum est à minori, ut ibi dicitur & notatur. Et ad præmissa facit, quod legitur *de verb. sig. c. quærenti.*

[e] *Arceantur.* i. e. Refrænentur vel retrahantur, alias prohibeantur.

Divisio. P *Resbyteri stipendiarii.* Hæc Constitutio attribuitur *Roberto Winchelsey* Archiepiscopo *Cantuarienſi*, & est pars hujus *suprà de majo. & obe. c. Presbyteri. & infrà. de cele. miss. c. Presbyteri. & de pœni. & remiss. c. Presbyteri.* Et habet quatuor dicta. In primo statuit circa Juramenta, quæ præstabunt Capellani stipendiarii celebraturi in Ecclesiis, vel Capellis parochialibus. In secundo ibi, *Volumus*, Ordinat, quòd dicti Presbyteri non celebrent Divina in hujusmodi locis ante præstationem Juramenti, si Præsidentes ipsis locis hoc voluerint. In tertio ibi, *Quod si*, Providet de pœna non servantium hujusmodi Juramenta. In quarto ibi, *Dicti verò*, vult, quòd hi qui habent recipere hujusmodi Juramenta, benignè hoc faciant, & quòd hujus Constitutionis copiam habeât in Ecclesiis suis.

[f] *Et infrà.* Hic deciditur illud, quod habetur *infrà. de cele. miss. c. Presbyteri. in princi. usque ad §. decernimus.*

[g] *Prædicti.* Sc. stipendiarii, aut alii propriis sumptibus, vel per alios sustentati; ut patet *infrà. de cele. miss. c. Presbyteri. in prin.*

[h] *Die dominicâ.* Sume quod est *infrà. jurabunt &c.* Sed contra istud opponitur *Extra. de feriis. c.* 1. Ubi dicitur, quòd juramenta die Dominico recipi non debent, nisi pro pace vel alia necessitate. Potes dicere secundùm *Bern. ibidem*, quòd hic intervenit necessitas ratione obedientiæ quæ continetur sub isto Juramento. Exponit namque *Bern.* ibi pro necessitate, puta, pro fide, pro obedientia, pro fama. *alleg. ad hoc c. significasti. de elec. Et concor. Ray. in summa. li.* 2. *ti.* 5. §. 40. ubi addit etiam jurandum esse pro indemnitate Ecclesiæ, ut in casu isto. Sic etiam cum istud Juramentum interponatur propter pacem conservandam, nedum inter curatum & hujusmodi Presbyteros; sed etiam inter curatum & suos parochianos, licet illud exigere etiam die Dominica, ut ibi dicit textus, *pro pace &c. Inno.* dicit illud capitulum loqui de honestate, non tamen de juris necessitate. Et *concor.* ibi *Hosti. ver. sacram.* Et *idem Jo. An.* ibi in *no.* vel secundùm *eundem in addi.* Potes illud intelligere in judicialibus quæ illo die cessare debent, ut ibi & *C. de feriis. l. dies festos.* Et hoc puto verum. Vel dic quòd illud capitulum debet intelligi de juramento solenni, viz. super Sancta Dei Evangelia, prout alias legitur 22. *q.* 5. *decrevit.* Unde cum hic non statuatur jurari debere super Evangelia, sed tantùm præsentibus Sacrosanctis & inspectis, non obstat *d. c.* 1.

[i] *Post admissionem.* Quæ fieri debet per Rectores, vel Vicarios, aut eorum deputatos. Et in hac admissione consideranda est Constitutio quam habes *suprà. de Clericis peregri. c.* 1. & 2.

[k] *Coram rectoribus.* Id est, eis præsentibus, audientibus, & intelligentibus; Alias non dicitur fieri *coram. ff. de verb. sig. l. coram Titio.*

[l] *Vices gerentibus, Sc.* Presbyteris parochialibus, aut Curatorum absentium procuratoribus.

[m] *Missarum solennia.* Sic ut hoc fiat in conspectu populi & sub ejus testimonio.

[n] *Alioquin.* Id est *aliàs*, vel *aliter*, ut sit adverbium qualitatis secundùm *Hug. Papias* verò dicit *alioquin*, i. e. *si minus* vel *si non*, ut sit conjunctio rationalis vel collectiva secundùm *Famam.* Et exponitur *alioquin*, i. e. *si non. ff. de dam. infec. l. si finita. §. ex hoc edicto.* & ibi per *Accurs.* Unde si dicas *alioquin* i. e. *aliter*, tunc ponitur alterative, ut sc. istud juramentum præsteur coram ipsis Curatis, vel coram locorum Ordinariis. Si vero exponitur *alioquin*, i. e. *si non*, tunc ponit ordinem. sc ut præsteur hoc juramentum coram Rectore vel Vicario si hoc petierint; ut *infrà. e. ver. volumus. in fi. Alioquin.* i. e. si ipsi capellani hoc non fecerint, vel si ipsi curati corâ eis ficjurare non curaverint, sed potius ut præsteur hujusmodi Juramentum coram Ordinariis: tunc coram Ordinariis vocentur, & ibi præstent istud Juramentum. Et ifium puto hujus literæ veriorem intellectum. Alioquin *pariè exponitur.*

[o] *Ordinariis.* Non reperas *intra missarum solennia*, ut *suprà* dixit; sed sufficit, ut fiat in Judicio coram ipsis vel in tempore visitationis, aut alias sub testimonio publico.

[p] *Apertis.* Hæc dictio innuit *Sacrosanctis*, de quibus dicitur *infrà*, talia esse debere quæ claudi & aperiri possunt; utputa, Liber, & hujusmodi, & debent aperiri, ut videre possit jurans qualitatem rei super quam jurat: vide *infrà. glo. proxi.*

[q] *Sacrosanctis.* Non dicit *Evangeliis*. Unde ut videtur sufficit, quòd sit Liber sacer in quo non sint Evangelia; vel quòd sit aliqua tabula non clausa in qua sint sacræ reliquiæ repositæ; vel quòd ipsa sacra reposita sint forsan in aliquo vase non clauso: Utputà pixide, cupa, vel arca ad hoc præparata. Super talia namque licet jurare, ut dixi *suprà. e. c.* 1. *ver. juramentum.* & vide quod dicam *infrà. glo. proxi.*

[r] *Et inspectis.* Nota, non dicit *tactis*, sed tantùm tria hic ponderat, scilicet quòd res super quam juratur sit sacra; quòd sit aperta & non clausa; & quòd videatur. Unde pro intellectu hujus materiæ, scilicet in Juramento nunquid debeat jurari super Evangelia, vel super rem aliam; & an res super quam juratur debet tangi, vel sufficit quòd sit præsens & videatur? nota considerandum fore, an certus modus jurandi sit limitatus necne: quandoque enim in legis dispositione vel hominis limitantis juramentum fit mentio de juramento præstando simpliciter absque alia qualitate. Patet exemplum *de jurejur. per totum. li.* 6. *de testi. præsen. eo. li. de exceptio. c. pastoralis.* & in tali casu (salvo quod *infrà* dicam) puto sufficere, quòd juretur illo modo, quòd juramentum obliget ipsum jurantem, sive fiat per Deum, sive per librum sacrorum Evangeliorum, sive super Altare, sive super Crucem, vel aliam rem sacram, vel cum fidei interpositione: nam per fidei interpositionem obligatur sic jurans. *Extra. ne prælа. vices suas. c. querelam. de arbitris. c. pervenit.* & ad hoc faciunt notata *de sepul. c.* 1. *ver. fide interposita. per Archi. li.* 6. *de jurejur. c. & si Christus. ver. aliud. per Inno.* Qui dicit, quòd Juramentum est quando aliquis dicit periculo animæ suæ. Et ad hoc allegat *c. fraternitatem. de frig. & maleſi.* Si verò Juramentum quoad modum jurandi sit per legem, vel partes limitatum, tunc illa limitatio debet servari dum tamen sit licita. *ff. de jurejur. l.* 3. *§. ult. cum legibus seq.* Alias autem si nulla sit talis limitatio, tunc sufficit sic jurare, quòd obliget jurantem, ut prædixi, nisi aliud de consuetudine fuerit in talibus observandum. Hoc dico propter Juramenta quæ in Jure præcipiuntur, ut est Juramentum testis, & de calumnia, & hujusmodi: nam in talibus usus & consuetudo obtinuerunt, ut juretur super Evangelia. Et idem intelligit *Inno.* ubi *suprà* in omnibus aliis Juramentis, quæ à Jure, vel à Judice, vel à partibus ex necessitate deferuntur: & etiam ubi partes promiserunt jurare nulla forma distincta vel limitata. *Et in no. concor. post. cum Hostien. & Jo. in eo. c.* Quandoque fit mentio de Juramento præstando corporali absque alia limitatione vel qualitate adjecta. Patet exemplum *de hæreticis. c. ad abolendam. §. statuimus. de senten. excom. venerabili. de elect. ubi periculum. §. super his.* & *c. ut circa. & c. procurator. li.* 6. & tunc puto sufficere, si juretur tactis sacrosanctis, licèt non sint ibi Evangelia. Corporale namque *Nota de modo & conditionibus juris. jurandi.*

Juramentum

Juramentum requirit tactum, ut notant *Card.* & alii *Docto. d. c. ut circa*, nec ſufficit levare manum verſus Eccleſiam, vel Altare, vel aliam rem ſacram. Immò corporaliter debet tangi cum manu, ſi habeat: aliàs cum lacerto, vel humero, vel capite, non autem cum pede, ſecundùm *Card. in loco prædalle. ſuper verb. corporali.* & *ex. ver. per Jo.* & *concor. Wilhelmus de hæreticis. c. 1. ver. corporali. in Cle.* ubi enim legis diſpoſitio vult illud, ſuper quod juratur, tangi, & limitat id, ſuper quod jurari debet, oportet modũ illum obſervari. Patet exemplum *C. de judi. l. rem non novam. §. patroni autem cauſarum.* quandoque tamen legis diſpoſitio non arctat ad tactum, ſed vult quòd juretur præſentibus Sacroſanctis & inſpectis; ut hic, & dicta *l. rem non novam. §. cum igitur.* & tunc ſufficit ſic ſervari. Simile habes *de jura. calum. c. ſi.* ubi Epiſcopus jurans de calumnia ob præeminentiam Dignitatis Epiſcopalis privilegiatus eſt, ut non tangat, ſed ſufficit, quòd juret præſentibus Sacris per ipſum inſpectis. Tutius tamen eſt, ut etiam Epiſcopus quando jurat, tangat id ſuper quod jurat, ut volunt *Jo. An. Card.* & *Archid. dicto c. ut circa.* quædam enim ſunt, in quibus Epiſcopus etiam de Juris limitatione tangere debet Sacroſanctam, viz. in abjuratione Hæreſis. 1. *q.* 7. *quoties.* Item quando ſe purgat ſuper crimine ſimoniæ. *Extra. de purgatio. ca. c. quoties.* Quandoque etiam fit mentio de Juramento, ut etiam fiat ſuper Sancta Dei Evangelia, abſque illa limitatione *corporaliter*, vel quòd etiam tangantur, patet exemplum dicto *c. quoties. de purga. ca.* & in hoc caſu requiritur tactus, quod ſatis denotat hæc dictio, *ſuper*, & idem erit ſi dicat, *ad Sancta Dei Evangelia.* Sic quòd *ly ad*, realitatem & perfectionem denotat. Ad quod facit *ff. de condi.* & *demonſtra. l. non putabam.* quandoque limitatur modus jurandi cum omnibus prædictis, videlicet quòd juraturus præſtet Juramentum ad Sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta, ut in *Cle. 1. §. porro. de hære.* & tunc modus limitatus Sacris eſt planus & apertus, & ſic ſervandus. Et nota, quòd ubi in Juramento limitatur ut fiat corporaliter, non ſufficit ut videantur Sacroſancta, ſed requiritur tactus; licet aliqui dicant, quòd ſufficit viſus, ſicut contingit in apprehendenda poſſeſſione. *ff. de acquir. poſſ. l. 3. §. ſi per venditorem.* Nam in illo caſu ratio eſt, quia illud operatur intentio tam tradentis quàm recipientis ſecundùm *Jo. An.* qui ſic notat in dicto *c. 1. de hæreti. in Cle. ver. tacta.* Et *concor. ibi Paulus co. ver.* cujus etiam dicta bene faciunt ad ea, quæ *ſuprà* dixi ibi ſuper *verſ. Evangelia.* Fateor tamen, quòd uſus Communis obſervat, ut in actibus judicialibus & extrajudicialibus gravibus & majoribus juretur tactis Evangeliis, vel aliis rebus ſacris; immò quandoque tacto qualicunque libro. Qui quidem uſus, ubi agitur de Juramento corporali præſtando ſine alia qualitate, bene poteſt procedere; ut notatur in *d. Cle. 1. ver. tacta. per Joh. An.* Unde ſi ſuper quocunque Libro aliquis in tali caſu juret, dirigendo intentionem ſuam ad obligandum ſe Deo, & dicere veritatem, credo quòd ex tali juramento obligatus ſit; licet ſuper hoc ſint argumenta & opiniones, prout videre poteris in *Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adver. ven. ver. 6. quæro. per Cy.*

Diſpoſitio legis eſt obſervãda.

Quid ſit corporaliter jurare.

a *Loca tenentibus.* Videlicet Sacerdotibus parochialibus, aut his quos in ſui abſentia ſuos deputaverint Procuratores, vel Aſſignatos.

b *Quorum intereſt.* Utputà, Firmariis forſan, vel aliis perſonis, quæ in obventionibus Eccleſiæ certam habent portionem; quandoque duas partes; quandoque tertiam partem; quandoque mediam partem; prout in multis Eccleſiis obſervatum eſt: quarum talem & ego quondam obtinui, & de Obventionibus quibuſcunque ad infra vel ad extra pertinentibus, & venientibus ad eandem, non recipiens niſi tertiam partem; quibuſdam Religioſis Viris duas partes obtinentibus.

c *Oblationes.* Quid harum appellatione continetur, vide quod ſcripſi *ſuprà. de conſue. c. 1. ver. oblationum.* Et nota, quòd hujuſmodi Oblationes, quæ diebus Dominicis, & Feſtivis, & aliis quotidianis fiunt in Eccleſia, debentur ipſius Eccleſiæ Curato; cujus officium eſt orare pro peccatis Populi. 10. *q. 1. quia Sacerdotes. & c. hanc conſuetudinem.* & 16. *q. 1. doctos.* nec debent Oblationes hujuſmodi ad alios Presbyteros in eadem Eccleſia celebrantes, ad quorum manus forſan offeruntur; pertinere. Ratio eſt, quia offerentes non ſunt ſui Parochiani. Fallit tamen, ubi Conſuetudo eſt in contrarium. Item fallit, ubi Epiſcopus celebrat in aliqua Eccleſia ſuæ Diœceſeos. Nam tunc Oblationes factas ad manus ſuas pericipiet ipſe, & non Curatus Eccleſiæ: Eſt namque Parochia ſua. *Extra. de rapto. c. 1.* Caveat tamen Epiſcopus, nè minus in Eccleſia una hoc frequenter, ut ſic grave præjudicium Curato

Quibus debeantur oblationes Eccleſiæ.

rum [a] loca tenentibus, vel eis [b] quorũ intereſt, aullũ omninò inferẽt damnũ ſeu præjudiciũ circa [c] Oblationes, [d] Portiones, Obvẽtiones [e] Denarios perquiſitos, [f] Tricenalia, ſeu Juraquæcunq; quocunq; nomine ceſeãtur: Immò quatenus in eis eſt [g] eoſdẽ ſervabunt [h] indemnes in præmiſſis & ſingulis præmiſſorum. [i] Jurent etiam [k] ſpecialiter dicti Sacerdotes, quòd [l] odia, offerat; nam tunc Oblationes hujuſmodi non habebit. *argu. Extra. de decimis. c. ſuggeſtum.* hæc vera ſecundùm *Hoſtien.* maximè quando Epiſcopus viſitat; prout ipſe hoc notat *de Parochi.* & *alie. Parochi. §. in quibus. ver. quid ergo in ſumma.* & ſic notatur *co. ti. c. ut Dominicis. ver. ſed quid ſi Epiſcopus. per Jo. in coll.* Inſuper in hac materia ſcire debes, quòd ad Oblationes teneri poteſt aliquis quadruplici ratione. Primò ex conventione præcedenti; verbi gratia, ut occupans aliquem Fundum, vel aliquam Domum certis temporibus offerat aliquod certum; & talis Oblatio habet rationem cenſus. Secundò propter præcedentem promiſſionem ſeu deputationem, utputà, quando aliquis inter vivos, vel ex cauſa mortis aliquam rem mobilem deputat ad uſum Eccleſiæ: tenetur namque ſtante tali voluntate promiſſum implere & perficere. Tertiò propter Eccleſiæ neceſſitatem; videlicet, ſi Miniſtri Eccleſiæ non habeant unde ſuſtententur. Quartò propter Conſuetudinem, ſecundùm quam fideles tenentur certis Feſtivitatibus facere aliquas Oblationes conſuetas. Et hanc Conſuetudinem poſſunt Parochiani compelli ſervare non per Curatum, ſed per Epiſcopum. *de ſimo. c. ad Apoſtolicam.* de materia prædicta notatur *ti. de decimis. c. 19. per Raymundum & per Joban. in ſumma confeſſ. li. 1. ti. 15. q. 50.*

Quadruplici ratione quis tenetur ad decimas.

d *Portiones.* Potes ponere exemplum in eo, qui in aliqua Eccleſia recipit non totum, ſed portionem aliquam; utputà, tertiam partem, vel aliquam aliam Quotam. *Extra. de verb. ſignificati. c. cum inter.* & *c. ex parte. 3.* Et potes ponere exemplum ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. de teſta. c. requiſiſti. Extra. de ſepul. c. certificari.* & *c. de bis.*

e *Denarios perquiſitos.* Aliqui libri habent ſic, *Denarios pro Requeſtis.* & ſunt hi *Denarii*, qui in aliquibus partibus conſueverunt dari Curato pro habendis memoriis defunctorum: & ab aliquibus dicuntur *Denarii memoriales*, quia, ut habeatur memoria defunctorum, ſolent ſolvi. Et poſſunt dici *pro Requeſtis*, quia penes Curatum ſunt Requeſtæ, ut aliquo certo die ſpecialiter oret pro anima alicujus defuncti. Vel poſſunt dici *Denarii Perquiſiti*, quia ex devotione perquiruntur à Parochianis præter & ultra Oblationes communes, tam in Eccleſiis quàm aliàs: dum per Sacerdotem domi viſitantur, vel quia dantur in pœnitentiis injungendis. Faciunt notata per *Hoſtien. de verb. ſigni. c. cum inter. ver. parochiani.*

f *Tricennalia.* Id eſt trigintalia. Solent namque aliqui facere celebrari triginta Miſſas ſecundùm certum ordinem inſtitutum, ut dicitur per *Beatum Gregor.* Solvuntque aliquod certum celebranti pro ſuo labore. Vel dicuntur *Tricennalia*, ea ſcilicet, quæ obveniunt in ſolennitate diei tricesimi.

g *Eoſdem.* Scilicet Rectores, & Vicarios, & eorum vices gerentes.

h *Indemnes.* Et ſic non ſufficit eis, ut à malo abſtineant, ſed facere debent id quod bonum eſt. 22. *q. 5. de forma.*

i *Jurent etiam. Verſ.*

k *Specialiter.* Solet namque plus timeri quod aliquis *ſpecialiter* pollicetur, quàm quod ſponſione generali concluditur. 23. *di. quanquàm.* ubi habes *concor. per Jo.*

l *Odia. Odium* enim & æmulationes Clerici tam in ſe quàm in aliis fugere debent. 23. *di. His igitur.* Et intelligas de *odio*, prout ſumitur in malo, & dirigitur contra perſonam alicujus: de cujuſmodi odio dixi *ſuprà. de offi. Archipreſ. c. 1. ver. ira. ver. odium* Quandoque enim ſumitur *Odium* in bono, ut ſcilicet quis odiat in homine peccatum, non tamen ejus perſonam. 86. *di. c. odio.* Et ad idem vide notata *de re. judi. c. 1. ver. odium. per Archid. li. 6.* Et eſt *Odium* inimicitia de ultione cogitans; prout ſumitur in malo: & tale *Odium* non poteſt eſſe ſine peccato ſecundùm *Thomam.* unde 1. *Jo. 3.* dicitur, *omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt.* Et facit *de pœni. diſ. 1. homicidiorum.* Dicit enim *Lincoln. dicto 21. propè finem.* Qui odit aliquem, vellet ipſum quem odit, privari vita corporis, aut parte vitæ in membris mutilatis, vel ſaltem vitæ jucunditate in poſſeſſionibus ablatis. Nec veriſimile eſt odientem, qui vellet partem vitæ auferri, ut limitet ſuum velle ad aliquam partem certam quam vellet auferri, & non majorem; & licet una pars eſſet ablata, non tamen ſic ſatiaretur ejus odium, ſed vellet aliam auferri, & ſic de ſingulis, donec auferatur totum. Unde ſi ita eſt, ſequitur, quòd qui odit, quia in voluntate habet totam vitam auferre, homicida eſt. Noli, inquit, igitur odire; quia aut odis naturam, aut vitium. Si naturam, teipſum odis, qui es ejuſdem naturæ; & eorum

Odium.

umanum

humanum genus odis, Chriſtum hominem odis, immò & Deum amatorem humani generis odis; quia nemo poteſt diligere amatorem illius quem odit; quòd ſi Deum odis nec lucem recto oculo reſpicies. Si ergo recto oculo lucem non reſpicis in tenebris es. Propterea dicit Scriptura; *Qui odit, in tenebris ambulat, & in tenebris eſt.* Si verò odis vitium, concedo, *inquit*, ut illud occidas; quod melius facere non poſſes, quàm ut bono repenſo pro malo id facias.

Scandalũ. a *Scandala.* Eſt enim *Scandalum* dictum vel factum minus rectum, vel ſignum, cujus occaſione aliquis trahitur ad conſenſum alicujus peccati, & præbet alicui occaſionem offenſionis vel ruinæ. Sic notatur *de offi. lega. c. 1. ver. ſcandala. per Archid. li. 6.* Σκάνδαλον enim *Græcè, Latinè* ſonat offenſio, vel ruina, vel rixa. Et dicitur *Scandalum* quando ſubditò inter aliquos oritur † diſſenſio vel pugna; ut notat etiam *Archid. de pactis. c. ulti. ver. ſcandala. li. 6.* & cum præmiſſis *concor. notatis per Wil. de offi. ordi. c. 1. ver. ſcandala. in clem.*

† *al.* offenſio.

Rixa. b *Rixas. Rixa* dicitur quædam invaſio, quæ inter multos committitur; & ſolet oriri ex litibus & contentione. ff. *de ac. & obli. l. ſervus non in omnibus.* & non ſolum in multitudine ſed inter duos *Rixa* committi dicitur. ff. *vi. bono. rapt. l. Prætor ait. 2. §. quid ergo.* & ut dicit *Thomas in ſumma. 2. q. 41. arti. 1. Rixa* dicit quandam invaſionem in factis, quando videlicet ex ira aliqui ſe invicem percutiunt in privata pugna, non ex publica auctoritate, ſed magis ex inordinata voluntate, & ſemper importat peccatum; & in eo, qui alterum invadit injuſtè, eſt mortale peccatum. In eo autem qui ſe defendit poteſt eſſe ſine peccato veniali, & quandoque cum mortali ſecundùm diverſum modum ſe defendendi. Nam ſi ſolò animo repellendi injuriam illatam cum debita moderatione aliquis ſe defendat, non eſt peccatum; nec poteſt proprie dici *Rixa* ex parte ejus. Si vero cum animo vindictæ, vel odii, vel cum exceſſu debitæ moderationis ſe defendit, ſemper eſt peccatum, ſed veniale quidem: quando aliquis motus odii vel vindictæ ſe immiſcet, vel cum ratio non multum excedit moderatam defenſionem. Mortale autem eſt, quando obfirmato animo in impugnantem inſurgit ad eum occidendum, vel graviter lædendum. Sic notatur per *Joban. in ſumma confeſ. li. 3. ti. 34. c. 227.*

c *Contentiones. Contentio* quandam contrarietatem importat in locutione: & hæc contrarietas poteſt attendi dupliciter. Uno modo quantum ad intentionem contendentis: Alio modo quantum ad modum. In intentione conſiderandum eſt, utrum aliquis contrariatur veritati, quod eſt vituperabile; vel falſitati, quod eſt laudabile. In modo autem conſiderandum eſt, utrum talis modus contrariandi conveniat & Perſonis & negotiis: ut ſic ſit laudabilis: vel aliàs excedat convenientiam Perſonarum & Negotiorum, ut ſic ſit vituperabilis. Sumendo itaque *Contentionem* prout eſt impugnatio veritatis, & habet in ſe modum inordinatum, ſic eſt mortale peccatum. Unde hoc modo definitur *Contentio ab Ambroſio.* dicit enim, quòd *Contentio* eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Si autem *Contentio* dicatur impugnatio falſitatis cum debito modo acrimoniæ, ſic *Contentio* eſt laudabilis. Si vero in hoc caſu modum inordinatum habeat, ſic poteſt eſſe veniale peccatum; niſi forte tanta inordinatio ſit in contendente, quòd ex hoc generetur Scandalum. Unde Apoſtolus cum dixiſſet. 2. *ad Timoth. 2. Noli verbis contendere*: ſubdit, *ad nihil enim utile eſt niſi ad ſubverſionem audientium.* hæc *Thomas in ſumma. q. 38. ar. 1. & Jo. in ſumma. confeſ. li. 3. ti. 34. c. 226.*

Contentio.

d *Suſcitabunt.* Sc. à principio per ſe vel alios.

e *Suſtinebunt.* Sc. prius ſuſcitata.

f *Fovebunt.* Scil. clam vel occultè, ut differat à præcedenti, quòd eſt *ſuſtinere*, & ſignificat apertam intentionē, & ſic hic tria prohibentur; ſcilicet primordialis horum, quæ hic dicuntur, ſuſcitatio; aperta eorumdem ſuſcitatorum manutentio, & ſecreta eorundem nutritio.

g *Onus cnus in eis.* Concordat id quod habes. 11. *q. 3. Inter verba.* & dixi *ſuprà. de treu. & pa. c. unico. ver. cum omnibus.*

h *Volumus.* Secunda pars.

i *Divina.* Intellige non ſolum de Miſſis: ſed de aliis officiis. Nam omnes horæ Canonicæ appellatione *Divinorum* continentur. *de cele. miſſ. c. ſi. in Clem. de immu. eccle. c. decet. li. 6. de offic. ordi. c. ſi Canonici. eo li.*

k *Præſumant.* Contemptum & inobedientiam ſignificat *Præſumptio* in hoc loco. Ad quod vide quod ſcripſi *ſuprà. de præſumptio. c. unico. ver. præſumptiõ fuerit.*

l *Celebrare.* i.e. ſolemnizare, frequentare, venerari, vel colere ſecundùm *Famu.*

m *Si tamen. Ver.* in quo modificat quod prius dixit. Hoc enim, quod hic dicitur, potius modificationem reſpicit, quàm conditionem; ſicut aliàs notatur in ſimile *de ſponſ. c. 1. ver. conditionem. per Archi. li. 6.* Unde nota, quòd hæc monoſyllaba, *Si*, quandoq; facit conditionem. *ff. de condi. & demonſtra. quaſi per totum.* Quandoq; non facit conditionem, ſed diſpoſitionem puram, utputà, in caſu quo illud quod eſt expreſſum ſubintelligitur. *ff. de condi. & demonſt. l. aliquando. & l. conditiones extrinſecus.* Quandoque facit modificationem, ut prædixi. Quandoque ſignificat admonitionem. *ff. de tutelis. l. muto. §. hanc autem.* & ibi de hoc in *ver. non conditionem. per Accurſ.* De iſta matèria potes videre notata per *Inno. Extra. de præſump. c. ulti. & per Jo. An. in cle. 1. de offi. dele. ver. reperierint.* & plura alia de natura hujus dictionis, *Si*, potes videre per *Barth. de condi. & demonſt. l. 1. & verſ. videndum. uſque ad ver. ſecundo quæro.*

Diſſio, & varie ſumitur.

n *Petierint.* Non enim ſufficit eorum voluntas, ſed requiritur actus petendi. ff. *de verbo. obli. l. quicquid.* Unde ſi hujuſmodi Rectores vel Vicarii ſic jurari non petierint, tunc ſatis licebit Presbyteris, de quibus hic loquitur, celebrare Divina, eo non obſtante, quòd non præſtiterunt iſtud juramentum: argumento ſumpto à contrario ſenſu. Natura namque hujus dictionis, *Si*, eſt ut ex ea reſultet validum argumentum à contrario ſenſu. ff. *de offi. ejus cui man. eſt juriſdict. l. 1.* Et notatur *C. de Epiſco. & cleri. l. conventiculam. per Cy.*

o *Sic eis interdicto.* Sc. contra prohibitionē hujus Conſtitutionis; quæ vult, quòd talis Sacerdos non celebret in Eccleſia, vel capella aliqua infra Provinciam *Cantuarienſem*, niſi prius juraverit, ut hic dicitur, ſi ſic jurare per eum cujus intereſt requiſitus fuerit. Et ſic loquitur de interdicto etiam, prout ſonat in cenſuram Eccleſiaſticam. *de verb. ſig. quærenti.* Eſt namque tali Presbytero Eccleſia, vel capella quævis dictæ Provinciæ, ſi ſic exactus jurare recuſaverit, quoad celebrationem Divinorum prohibita & interdicta, ut hic patet.

p *Præſumpſerint.* Hæc Præſumptio probatur ex hoc, quòd conſtet eum requiſitum fore ad jurandum prout hic ſtatuitur, & quòd recuſavit jurare, & quòd poſtea celebravit in tali Eccleſia vel Capella ſibi interdicta.

q *Irregularitatem incurrat.* Hæc irregularitas provenit ex inobedientia, quia non paret præceptis Eccleſiæ. Pro quo vide quæ ſcripſi *ſuprà. de tempo. ordi. c. in primis. ver. irregularitatem. & ver. diſpenſare poterint.* Et nota, quòd talis eſt ſimilis ſuſpenſo à celebratione Divinorum à Canone: qui ſi interim celebret in ſuo officio, ſicut prius, efficitur irregularis. *de re. judi. cum æterni. de ſenten. excommunica. c. cum medicinalis. li. 6.* ubi de hoc. Et ſufficit, quòd à parte hujus Conſtitutionis expreſſè cautum ſit tales fore irregulares. *de ſen. excommuni. is qui. li. 6.* ubi de hoc per *Archi. ver. ſuppoſi. & glo. ſequen.* & optimè ſuper *ver. irregularitatem.* ſed contra hoc quod dicitur hic, videlicet tales Presbyteros eſſe irregulares, ſi celebraverint in hujuſmodi Eccleſiis vel Capellis ante hujuſmodi Juramentum præſtitum, ſi ab eis exigatur, opponitur ſic: quia prohibitio ſola Epiſcopi vel Superioris, ne celebretur in aliqua Eccleſia, non facit celebrantem contra tale præceptum irregularem, niſi ipſa Eccleſia fuerit ſpecificè interdicta. Poteſt poni exemplum, ubi propter controverſiam Patronorum Epiſcopus claudit oſtia Eccleſiæ & tollit reliquias, præcipiens ne quiſquam ibi celebret; pour notat *Innocen. de exceſſ. præla. c. tanta. & Specu. ti. de legato. §. juxta propoſitiones. ver. Illud quæritur.* Unde cum hic non dicatur Eccleſiam fore interdictam in ſpecie, ſed potius prohibitum eſſe, nè ibi per tales Presbyteros celebretur, videtur ſic celebrantes non incurrere irregularitatem. *ar. præmiſſorum.* Solutio. Licèt Eccleſia per hanc Conſtitutionem non ſit interdicta generaliter aut ſpecialiter quoad ipſam Eccleſiam; eſt tamen interdicta quoad tales Presbyteros inobedientes: non tamen reſpectu ipſius loci, ſeu Eccleſiæ, ſed reſpectu perſonæ in ipſo loco celebrare prohibitæ & interdictæ. Facit ad hoc natura *tituli de cleri. excommunica. depoſito vel interdicto mini. ff. de interdi-*

Bij

stis. & relq. per totum. Ne communic. cum illorum de mori. contrac. interdi. Eccl. c. 3. per totum. Ex quibus allegatis patet, quòd Interdictum & Prohibitio supponunt ipsa eodem; & ubicunque interdicitur persona, ab ipso qui ad hoc potestatem habet, ne celebret vel in Divinis officiet; si contrarium faciat, efficitur Irregularis. 11. *q. 3. si quis Episcopus in Concilio. de Cleri. Excom. ministr. c. Clerici. et c. sequen. cum similibus.*

a *Violatoribus.* Circa quod vide quæ scripsi *supra. de Sacra Unctione. c. 1. ver. reluctantes.*

b *Quod si.* Tertia pars.

c *Competente.* Hæc competentia respectu amotionis, de qua hic loquitur, considerari potest dupliciter: uno modo inquantum concernit Capellanos forsan in aliquo Beneficio Ecclesiastico; verbi gratiâ, in aliqua Cantaria perpetua, in aliqua Ecclesia fundata intitulatos. Alio modo, inquantum concernit alios Capellanos non Beneficiatos, sed stipendiarios tantùm, vel Annalia ibi celebrantes. In primo namque casu, dicetur Judex competens is, cujus est talem admittere & instituere in tali Cantaria, ut sic inde veniat Juris privatio unde & admissio. *Authen. de defens. ci. §. non habente. coll. 3.* Et sic Officialis Episcopi in hoc casu non erit Judex competens, nisi talis potestas sibi specialiter sit commissa. *de offi. Vicarii. c. licet. lib. 6.* In aliis verò Presbyteris non Beneficiatis, erit quoad hoc Judex competens ille, qui in ipso loco habet Jurisdictionem ordinariam vel delegatam ab eo. *Extra. de offi. ordi. pastoralis. Respon. 1. de appel. dilecti filii prior.* & ibi notatur *in fi. magna glo.* Sed quid dicemus, si habens Cantariam in aliqua Ecclesia, ad quam non admittitur per Episcopum, nec ullam habet Institutionem Ecclesiasticam in eadem, sed forsan vigore Fundationis ejusdem eam recipit ex donatione aliquorum Laicorum, & etiam per eosdem amoveri debet ab eadem in casu quo fuerit amovendus: nunquid in hoc casu ipsi Laici dici debeant Judices in ea parte competentes? Videtur quòd non: quia non est dicendus Judex competens, qui nulli Jurisdictioni præest. C. *de ju. om. jud. l. 1. & l. privatorum.* Unde cùm tales non dicantur præesse alicui Jurisdictioni, non possunt dici Judices competentes, & sic non tenebit Processus coram eis habitus, nec sententia per ipsos lata, ut patet in Legibus prædallegatis: & *Extra. de foro competen. c. significasti. ar. sumpto à contrario sensu.* Præterea cùm causa ista sit de se meræ Ecclesiastica, quia super perjurio, *nota. Extra. de judi. c. novit. §. fi.* & insuper verti habeat eadem causa inter personas Ecclesiasticas, quia inter Rectorem vel Vicarium ex una parte, & ipsum Capellanum ex alia parte; patet, quòd causa ipsa omnino tractanda erit coram Judice Ecclesiastico, ad quem pertinet inter tales cognoscere & judicare. *Extra. de foro competen. c. 1. & c. si quis. et c. si diligenti. cum similibus.* Econtrà videtur quòd sic: nam in casu posito, Jus quod talis Capellanus habet in tali Cantaria, non est aliquod Spirituale, nec ut videtur Spirituali annexum; sed est quoddam Temporale, ad ipsius sustentationem limitatum, ut magis ex hoc pro suis Benefactoribus Deo preces fundere, & ejus obsequiis insistere teneatur. Unde ut videtur, talis Capellanus ad instar Vassalli (qui licèt sit Clericus) tenetur causam Feudi coram Domino ipsius Feudi etiam Laico agitare: debet etiam causam, de qua quæritur, coram istis Laicis movere & defendere, & ipsorum judicium subire. *Ar. eorum quæ leguntur & notantur de judi. c. cæterum. de foro competen. c. verum.* In quo etiam casu considerari debet, quòd, sicut pluries contingit, amotio talium Capellanorum ad tales Laicos, forsan ex defuncti voluntate, qui sic disposuit & ordinavit, pertinet. Unde cùm hanc voluntatem servari oporteat, & eam etiam Ecclesia tueri habeat, & non impugnare: *C. de sacrosanct. Eccle. l. 1. de Episco. et Cleri. l. nulli.* Rationabiliter, ut videtur, posset concludi talia fore Laicorum hujusmodi judicio relinquenda: sed, quod priùs dixi, puto verius; nec obstant allegata in contrarium, quia quod dicitur de Feudo, videlicet quòd debet causa tractari coram Domino, verum est, ubi agitur de ipso Feudo, & in casu, concernente ipsum Feudum: aliàs verò agi deberet coram Ordinario, ut notatur in dicto *c. cæterum. per Bern. Ino. Hostien. et Jo. An.* Sed hic, juxta argumentum sumptum, non agitur super Jure hujus Cantariæ, sed agitur an habens ipsam Cantariam Juramentum per se interpositum violaverit, necne? In quo casu Jurisdictio non potest ad tales Laicos pertinere, ut apparet ex prædictis. Nec obstat quod dicitur de voluntate defuncti servanda: nam ejus voluntas non potest esse tantæ efficaciæ, ut tollat Jurisdictionem Ordinarii in suo subdito. Nec potest facere, quin Jus commune suum locum habeat. *ff. de regu. juris. l. id quod nostrum. extra. de testamentis. c. requisisti.*

Nota de competentia Judicis.

Quæstio.

pœnas, quas Canones sacrarum Constitutionum a Violatoribus ordinant infligendas. b Quod si prædicti Capellani sic, ut præmittitur, judicati coram Judice competente super violatione Juramenti hujusmodi per d probationes legitimas fuerint convicti, aut e super hoc f diffamati, se tales Laici erunt Executores sententiæ ipsius Ordinarii, sicut alias notatum *de foro compe. c. postulasti.* In quo casu si tales Laici nolint mandata Ordinarii exequi, postquam ejus Subditi sint, ad hoc per censuras Ecclesiæ compelli. *De foro compe. c. Romana. §. contrahentes. in fi. li. 6. extra. de offi. ordi. c. pastoralis. in prin.* & faciunt notata per *Paulum. de re judi. c. pastoralis. ver. more. in Cle.* Si verò non sint sui Subditi, debent per suum Superiorem compelli, sive Superior ille sit Ordinarius, & mutuæ vicissitudinis obtentu hoc facere debeat. Ad quod vide quæ scripsi *supra. de jud. c. item omnes illi. §. et ut in præmissis. ver. juvent.* Sive sit Metropolitanus, qui vigore Appellationis ad eum interponendæ, vel aliàs ob Inferioris negligentiam, vel jure Legationis si Legatus natus sit, per viam simplicis querelæ hoc agere debeat. *Extra. de offi. ordi. c. duo. & c. pastoralis. de sup. negli. Prala. per totum. & extra. de offi. lega. c. 1.*

d *Probationes legitimas.* Quarum sunt multæ species, scilicet per Testes, per Instrumenta, per confessionem Partis, per facti evidentiam. *Extra. de restitu. spo. c. cum ad sedem propè finem in Textu.* ubi Glossa addit quintam, videlicet violentam præsumptionem. His *Hostiensis, in summa. tit. de Probationibus. §. et quot sunt species. in princi.* addit alias quatuor, scilicet per famam consentientem: *Extra. de testibus. c. præterea. ff. de testibus. l. 3.* Item per Juramenti delationem. 16. *q. 3. dilectio. ff. de Jurejur. l. manifestis. Extra. de Jurejur. c. ulti.* Item per oculorum inspectionem. *de frig. & male. c. fraternitatis. et c. ulti.* Item per Libros antiquos, & Scripturas antiquas. *Extra. de Proba. c. cum causam. 22. q. 2. c. sanè. 2. ff. de albo scri. l. 1.* De his latiùs ibi tractat *Hostiensis*, qui etiam dicit, quòd quandoque fit Probatio per Literas Episcopi. *Extra. de Proba. c. post cessionem.* & ibi super hoc tractat per longum passum. Et nota, quod hujusmodi Probationum quædam sunt plenæ, quædam semiplenæ; prout plenius notatur *ff. de testibus. l. testium. §. 2. ver. speciem. per. Accurs.* ubi inter cætera dicit, quòd multæ semiplenæ Probationes simul collectæ faciunt plenam † Probationem. Et quandoque semiplena Probatio facit plenam fidem; viz. ubi tractatur de modico præjudicio. Notatur *extra. de procu. c. 3. ver. superstitis Clerici. per Bern.* Sed in casu nostro non possunt omnes hæ species simul concurrere, licèt plures earum adminiculativè possint prodesse. Potest enim casus, de quo hic agitur, plenè probari per Testes: item per confessionem propriam, & per facti evidentiam, viz. cùm notorium sit talem Presbyterum aliquid fecisse quod tendat in violationem sui Juramenti. *Extra. de accus. c. evidentia. de cohab. Cle. & mul. c. fi.* Sed quæro, nunquid ista violatio Juramenti possit probari per Instrumentum? Omissis argumentis, dic quòd si violatio Juramenti fiat ratione alicujus Societatis initæ seu contractæ in præjudicium Rectoris vel Vicarii, vel ratione Pacti seu Conjurationis initæ contra eum, bene potest talis Violatio probari per Instrumentum, in quo cavetur talè Pactum vel talem Conjurationem fuisse initam; sic etiam qd habeatur Instrumentum super præstatione Juramenti: aliàs autem non potest fieri Probatio per Instrumentum nisi adminiculativè, maxime ubi agitur criminaliter. Ad qd faciunt notata *per Cy. C. de probat. l. sciant. in fi. ff. ad Turpil. l. in Senatus. §. 1. per Bart.* Si tamen agatur Civiliter, potest crimen per Instrumentum probari, ut notat *Cy.* in loco prælegato. Ratio est, quia in criminalibus debent fieri Probationes luce clariores, ut patet *dicta ll. sciant. C. de probatio.* Hanc materiam latiùs videre poteris *de regu. Furis. semel malus. per Jo. in no. li. 6. & per Henricum de Bowyco. de majo. et obed. c. cum in Ecclesiis. 2. q. 7. plerumque. per Arch.*

Probationis legitimæ multæ sunt species.

†*al.* Fidem.

An violatio Juramenti possit fieri probari per Instrumentum?

e *Super hoc.* sc. Violatione Juramenti.

f *Diffamati.* Ita quòd publica super hoc laboret infamia. *Extra. de accus. c. inquisitionis. in fi.* Et quòd hujusmodi infamia sit apud majorem partem Parochiæ, in qua talis Sacerdos moratur. *Secundùm Bern. ibidem. glo. ulti.* & ad idem facit *de purg. ca. c. non inter. et c. accedens. et c. cum dilectus. in fi.* Rumor verò ad hoc non sufficeret. *ar. 23. q. 4. non invenitur. juxta fi. ubi de hoc per Jo. ver. rumoribus.* Et est *Rumor*, quando aliqua pars Vicinæ aliquid dicit, non tamen major pars, secundùm *Hostiens.* Tu tamen dic clariùs, qd *Rumor* est particularis assertio, ex incerto authore & solâ suspicione proveniens; & minùs probat quàm Fama. Nam *Fama* est

Rumor.

Fama.

est communis viciniæ acclamatio ; *Rumor* verò cùm pauci aliquid dicunt, non tamen publicè ; ut satis probatur *Extra. de Regu. c. veniens.* & notatur per *Specu. ti. de noto. crimini. §. nunc de rumore. & nota. 35 q. 6. si duo. addi.* adde, *rumor est. per Archid.*

purgare [a] nequiverint, omnino [b] amoveantur ; & [c] tanquà perjuris [d] interdicatur eis Divinorum celebratio in Provincia nostra, donec cum eis [e] super hoc [f] Canonicè fuerit dispensatum, [g] *& infrà.* [h] Dicti verò Rectores, vel Vicarii, seu eorum loca tenentes, debent [i] benignè recipere Juramenta prædicta, & [k] de præmissis ac aliis hac in parte [l] statutis habebunt Copiam conscriptam in Ecclesiis suis.

De Appellationibus.

Pendente legitima ab interpositione Sequestri Appellatione, utantur Possessores bonis Sequestratis impunè.

Johannes Stratford.

[m] FRequens perversorum, & *infrà.* Si ab interpositione [n] Sequestri fuerit [o] appellatū,

a *Nequiverint.* Sic ergo deficiens in purgatione Juris fictione censetur esse Convictus. *de purg. Ca. c. inter sollicitudines. in fi. ubi de hoc.* & ad idem *concor. per Archid. de hæreticis. c. accusatus. ver. vita. li. 6.* Et facit ad idem *de Simonia ad hæc. & c. insinuatum. & de purga. Ca. c. cum P.*

b *Amoveantur.* De horum amotione quædam dixi *suprà. eod. ver. competente. ibi videas.* Et quoad hoc quod dicit, *omnino*, habes simile *de elect. c. licet Canon. li. 6.* ubi *Arch.* ponit *concor. in ver. omnino.* Et de hac dictione notatur *de vi. & ho. Clc. c. 1. ver. omnino. per Jo. An. in Clc. & per Paulum. eo. ver.* Et exponitur hic, *omnino*, i. e. *penitus*, vel *perpetuò.* Sic exponitur per *Jo. & Pau.* in locis prælegatis, licèt non ad intellectum literæ ibi positæ. ut ibi patet : vel dic, *omnino*, i. e. ut hæc pœna, quæ hic statuitur pro Perjurio, non commutetur in aliam. Unde cùm hæc sit pœna regularis & consueta, perpetuò infamat. *ff. de his qui no. infa. l. 1. in fi.* & vide quod dicam *infrà. ver. dispensatum.*

c *Et tanquam.* Veri. Et nota, quòd hæc dictio, *tanquam*, est expressivum veritatis. Simile habes *de majo. & obedi. c. solitæ. ubi de hoc per Bern. ver. tanquam.*

d *Interdicatur.* sc. Per Sententiam : unde contra tale Interdictum interim celebrans Divina infra Provinciam, efficitur irregularis. Ad quod faciunt notata 11. *q. 3. si quis Episcopus in Concilio. de vi. & ho. Clc. c. ut Clericorum. §. si quis igitur. de excess. Præla. c. tanta.*

e *Super hoc.* Ut scil. non obstante violatione sui Juramenti, possint Divina celebrare infra Provinciam.

f *Canonicè dispensatum.* Ad hunc effectum requiritur primò Pœnitentiæ integra peractio. *de judi. c. at si Clerici.* super quo vide quod scripsi *suprà. de tempo. ordi. c. eos. glo. penul.* Sed & post Pœnitentiam peractam non potest convictus de Perjurio, & pro tali per sententiam declaratus, Divinum Officium in suo Ordine exequi, sicut prius, absque Dispensatione. Ratio est, nam taliter declaratus perjurus, est infamis. *Extra. de testibus. c. testimonium.* Et infamis saltem infamiâ Juris, est irregularis. 51. *di. qui in aliquo. 2. q. 3. §. notandum. C. de infamibus. l. 1. & d. c. testimonium.* Unde cùm convictus de Perjurio sit infamis infamiâ Juris, ut prædixi, in hoc requiritur Dispensatio Papæ, ad quem pertinet hujusmodi infamiam relaxare, non autem ad Episcopum, prout sentire videtur *Arch. 2. q. 3. §. hinc colligitur.* in Glossa adde, *tu dic.* Et sumitur ex *glo. Innocen. de re. judi. c. cum te. ver. infamia. & concor. ibi Henricus de Bowyco. in 2. di. ultra medium.* Sed quæro, nunquid post Dispensationem Canonicam possit talis Capellanus in talibus Ecclesiis officiare, in quibus solet à Capellanis tale exigi Juramentum, & nunquid ab eis tale debeat exigi Juramentum ? Videtur quod non : nam Juramentum semel de Perjurio convicti non debet recipi. *Extra. de purg. Cano. c. 1.* Nec talis debet admitti ad Jusjurandum. *6. q. 1. quicunque 22. q. 5. parvuli. cum similibus.* Sed in contrarium facit *de majo. & obe. c. in Ecclesiis.* ubi etiam Perjurus admittitur iterum ad Jurandum. Solutio. Dico, quòd bene tenentur tales Perjuri ìterum jurare, & ad hujusmodi Juramenta debent admitti : pro cujus rei evidentia scire debes, qd aliqd est Juramentū Honoris, ut est Juramentum Testis, & Juramentum Compurgatoris, & similia quæ sunt ad Jurantis honorem, & ad talia non admittitur Perjurus ; ut *in primis concor. & Extra. de testibus. c. testimonium. de hæreticis. c. accusatus. §. licet. li. 6.* Aliud est Juramentum Oneris, ut est Juramentum de stando mandatis Ecclesiæ, de calumnia, & de veritate dicenda, & hujusmodi, & ad talia bene cogitur secundùm *Inno. & Hostien. & Jo. An. de præsum. c. literas. & concor. Jo. & Arch. d. c. parvuli. et Bern. de appella. c. quæstioni. & Gess. de regula. c. 1. in Clc. & Henr. d. c. cum in Ecclesiis. di. 2.* Unde ex prædictis apparet, qd cùm hujusmodi sint Juramenta Oneris, ad ea bene potest talis Capellanus admitti, & etiam compelli. Fateor tamen quòd talis posset esse Dispensatio, qd ejus virtute possent admitti tales etiam ad Juramenta, quæ non solùm sunt Oneris, sed Honoris. *Ar. ad hoc de re. judi. cum J. & A.* & notatur per *Vincen. de testibus. c. testimonium* & ad hoc facit *dictus §. licet. in c. accusatus. de hæreticis. li. 6. et concor. notata per Joh. in addit. in d. c. testimonium. in 2. glossa. vers. sed nunquid Papa. & glossa sequenti.*

Cum convicto de Perjurio solus Papa dispensat.

Quæstio.

g *Et infrà.* Hic decidit illud quod habes *infrà. eo. li. de cele. bra. Miss. c. Presbyteri. §. decernimus. usque ad finem. et infra. eo. lib. de pœnitēn. et remissio. c. Presbyteri.*

h *Dicti verò.* Quarta pars.

i *Benignè.* i. e. suaviter, blandè, & cum dulci alloquio, ut eos invitent suâ dulcedine & bonitate ; & per hoc dicitur hujus Constitutionis Lator removere rigorem & austeritatem.

k *De præmissis.* Sc. quæ in hoc Capitulo statuuntur.

l *Statutis.* Sc. *supra. de majo. & obe. c. Presbyteri. infra. de cele. Miss. c. Presbyteri. & de pœni. & remiss. c. Presbyteri.*

m F *Requens.* Hæc Constitutio est *Johannis Stratford Cantuariensis* Archiepiscopi, & est pars hujus *suprà. de sequestra. poss. et fruct. c. frequens.* ubi habes idem quod hic dicitur. Sed ideo hunc Versiculum in hoc loco repetii, ut citiùs inveniretur, cùm ad materiam utriusque Tituli faciat.

n *Sequestri.* Supple, interpositi per Episcopum vel ejus Officialem, vel ejus Vicarium in *Spiritualibus* generalem. Nam in Sequestris interpositis per Inferiores non habet locum Constitutio ista, ut patet in *dicto c. frequens. præalle. suprà, de sequestra poss. & fruct.*

o *Appellatum.* Intellige de Appellante, qui non fuit verè contumax ; nam verè contumax non auditur Appellans : & intelligo *verum contumacem* illum, qui inventus & personaliter Citatus, cessante impedimento legitimo, non comparet in Termino ; prout plenius notatur per *Jo. An. de dolo & contuma. c. si autem. ver. manifestè. in Clc. et concor. Wil. eod. ver. et idem Paulus. eod. ver. ad fi. glo.* Ad effectum enim, ut aliquis dicatur *verus contumax*, duo requiruntur, scilicet quòd cognoverit se Citatum legitimè ; item quòd potuerit venire. *ff. de Appella. l. ex consensu.* & ibi notatur per *Bart.* qui dicit, qd sufficit quocunque modo cognoverit. *ut l. item veniunt. §. à quo. ff. de pet. hære.* Unde, secundùm *eum*, Citatus ad domum, si ad ejus notitiam congruo loco & tempore pervenerit, dicetur verus contumax. *Glo. etiam Accurs. in dicta l. ex consensu.* dicit, quòd verus contumax est, qui inventus & Citatus dixit se nolle venire : & hoc intelligit *Jo. An.* fore verum, quando hoc dicit in Judicio ; secus, si extra Judicium, prout ipse notat *de senten. Excommuni. c. venerabilibus. §. secus. ver. in judicio. li. 6.* Et hoc intelligit *Bart.* verum in eo, qui non est Citatus peremptoriè ; secus si fuerit Citatus peremptoriè : nam tunc, sive in Judicio sive extra, hoc dicat, dicendus est verus contumax, secundùm *Bart.* qui sic notat *dicta l. ex consensu.* & idem ipse notat *ff. de in integrum restitu. l. fi. ver. venio ad quintam.* ubi subsequenter dicit, quòd ille contumax non potest appellari, qui per contumaciam non venit, ut dicit Textus in *l. et post edictum. in fi. ff. de judi.* Et debet intelligi de contumacia ejus qui potuit venire, & non venit in Termino peremptorio. Finaliter verò concludit, quòd verus contumax tam apparenter quàm existenter est, qui inventus & Citatus dixit se nolle venire, vel qui inventus dixit se venturum, vel nihil dixit, & postea non venit absque aliqua causa : talis enim non audietur Appellans. Potuit enim venire & noluit, & sic non solùm est contumacia sed contemptus Judicis : ubi verò Citatus dicit se nolle venire, mutato tamen proposito voluit venire, sed dolo Adversarii impeditus est, aut alio casu absque culpa sua, talis est verus contumax apparenter, sed non existenter. Unde si vult Appellare, non audietur à Judice à quo Appellatur, nec admitteretur ejus Appellatio : tamen coram Judice ad quem est Appellatum, probando causam impedimenti, procederetur super Appellatione sua sicut si esset admissa ; *ff. de Appellatio. rec. l. sciendum.* & reputabitur non verus contumax. Et idem dicit de eo qui fuit inventus, & dixit se venturum, vel nihil dixit. Nam si non venit, est verus contumax apparenter. Si tamen coram Judice Appellationis probet impedimentum, non reputabitur contumax existenter, & ideo procederetur in Appellatione, ut supra dictum est. Sic ergo patet, quod verus contumax in non veniendo, apparenter & existenter nullo modo auditur Appellans. Contumax autem verus apparenter, non tamen existenter, licèt non audiatur quoad Judicem à quo, tamen bene auditur quoad Judicem ad quem ; & quod

Verus contumax.

Quis contumax auditur appellans, et quis non.

quòd verus contumax non auditur Appellans, intellige verum, si non venerit Judice sedente pro Tribunali : alioquin si venerit Judice sedente, bene potest Appellare. ff. *de in integ. restit. l. Divus.*

Sed quid dicemus de Citato ad domum, an contumax in non veniendo audiri debeat Appellans? Dic qd si Citatio non pervenit ad ejus notitiam congruo tempore, & cùm posset venire non venit ; tunc ejus Appellatio recipietur a Judice à quo, quia sibi non liquet ipsum fore verum contumacem : sed si coram Judice Appellationis probetur ipsum sciviſſe & contempsiſſe venire, non procedetur super ejus Appellatione. *C. de judi. l. properandum. §. sin autem. in fi. junctio §. præcedenti*, ibi *parte Actoris minimè inventa*. Hæc *Bart. d. l. fi.* ubi etiam dicit, quòd si taliter Citatus & sciens se fore Citatum ex causa rationabili, quæ posset ipsum excusare à contemptu, noluit venire, utputà Rusticus noluit venire sine Advocato ; credit ipsum debere audiri Appellantem, quia cessat vera contumacia. Sed quid si Procurator sit verè contumax, an Dominus audietur Appellans? videtur quòd sic, nam ex facto Procuratoris non punietur Dominus. *ut l. 1. §. si procu. ff. si quis jus dicen. non obtem.* & sic sentit *Bart. in loco præall.* cui concordant notata *per Inno. extra. ut lite non contest. c. 1. in fi.* Concludit etiam ibi *Bart.* quòd si rota causa fuerit agitata per Procuratorem, & Dominus forsan Citatus ad audiendam Sententiam non venerit, vel dixerit se nolle venire, vel nihil dixit, non dicetur verus contumax ; quia non tenetur ire, licèt posset, si voluerit : *ut l. procuratoribus. C. de procura.* Et ideo cùm habet justam causam, non debet pati pœnam contumaciæ, sicut nec cæteri qui habent justam causam non veniendi. *ut l. contumacia. §. 1. ff. de re judic.*

a *Prosecuta.* Hic nota, quòd ad prosequendum Appellationem non statuitur Terminus a Lege, sed ad finiendum statuitur annus, vel ex causa biennium, vel ultra. *de appella. ex insinuatione. & c. oblatæ. in glo. non potest. & c. ex ratione.* Judex tamen à quo, potest statuere Terminum ad prosequendum ; infra quem, si non prosequatur, compellatur Appellans stare Sententiæ prioris judicis, *de appella. c. personas.* licet prior Judex fuerit Delegatus. *eo. ti. c. ad aures.* Et dicitur quis prosequi Appellationem, qui literas impetrat. *de except. c. dilecta.* Potest enim Appellans sibiipsi statuere Terminum ad prosequendum, non tamen Pars Appellata, ut notatur *de appel. c. cordi. ver. principales personæ. per Archid. li. 6.* Si verò nec Judex nec Pars Appellans talem Terminum præfixit, expectabitur Terminus Legis, ut patet *d. c. oblatæ.* Et nota, quòd licèt Judex præfigat Terminum ad prosequendum Appellationem, non tamen ex hoc videtur deferre Appellationi ; ut notatur *de appella. c. cum appellationibus. ver. remittenda. per Jo. li. 6.* Imo si Appellans non prosequens Appellationem intra Terminum à Jure vel homine sibi præfixum, probare velit se fuisse legitimè impeditum, admitteretur ad hoc antequam lis contestetur in causa Appellationis. *de elect. c. 1. ver. procedatur. per Archi. li. 6.* Et si una die fuerit quis impeditus de anno Appellationis prosequendæ, habebit integrum annum. *de elect. c. si electionem. glo. fi. per Jo. An. li. 6.*

b *Pendente.* Quòd si eâ pendente aliqua fuerint innovata, seu attentata, quomodo debeant revocari, notatur multum bene *de appellatio. c. non solum. ver. reducendum. per Jo. An. li. 6.* Et notabiliter hanc materiam dilatare potes per ea quæ notat *Card. de electio. c. cupientes. §. fi. ver. à gratia. li. 6.*

c *Possessores bonorum.* Hi enim Appellatione pendente, licitè re priùs possessâ utuntur, dummodo nihil illicitum vel dolosum circa eam in Partis præjudicium innovent, vel immutent. ff. *de rei ven. l. utique. in fi. extra. ut lite pendente. c. 2. 8. q. 4. nonne.* Alioquin si illicitè vel fraudulenter circa possessionem rei, de qua agitur, aliquid attentent, per modum attentati revocabitur. *Extra. ut lite pendente. per totum. de appella. c. bonæ.* ff. *de ædil. edicto. l. ædiles. §. Item sciendum. de aqua. plu. arc. l. item. §. officium.* & huic dicto concordant notata *in Cle. ulti. ut lite pendente. ver. innovari. per Jo. An. & concor. Paulus. eo. ver.*

d *Et alii.* Supple, ab eis causam habentes.

Licet contra Oxoniense Statutum à gravamine judiciali ante Definitivam Sententiam Appellare ; & qui secus juraverint, absolvantur.

& Appellatio legitimè [a] prosecuta, eâ [b] pendente [c] possessores bonorum Sequestratorum, [d] & alii liberè & impunè utantur eisdem.

Simon Mepham.

IN [e] Concilio *Oxoniensi* quoddam dicitur emanâsse [f] Statutum, quo inter cætera prohibetur, quòd à nullo [g] gravamine judiciali [h] ante Definitivam Sententiam [i] frivolè appelletur : [k] quodque omnes Advocati & Procuratores illius Consistorii ad observationem [l] hujus Statuti astringi debeant vinculo

Divisio. IN *Concilio.* Ista Constitutio fuit *Simonis Mepham*, & habet duas partes principales. In primo recitativè ponit unum Statutum editum in Diœcesi *Oxoniensi*, contra Appellationes ad Superiorem interponendas per Subditos jurandum, cum pœna inde secutura. In secunda ibi, *Nos hujusmodi*, reprobat illud Statutum, absolvens Jurantes ab observatione ipsius Juramenti.

e *Concilio.* i. e. Synodo. Episcopi namque in suis diœcesibus faciunt *Synodos*, Metropolitani verò *Concilia*. *Extra. de accus. c. sicut olim.* Quandoque tamen Congregatio facta per Episcopum dicitur *Concilium* 38. *di. c. quando.* pro quo vide *supra. de constitu. c. exterior habitus. glo. 1. & de consuetudine. c. 1. ver. Synodali.*

f *Statutum.* Potest enim Episcopus in sua Diœcesi Statutum facere, quo ligari debeant sui Subditi, prout legitur & notatur *de majo. & obe. c. 2.* & ibi *per Ber. glo.* 1. & tale Statutum dicitur Canon Episcopalis, ut ibi dicitur : cui concordat quod legitur & notatur 3. *di. porro.* 17. *di. in summa. &* 18. *di. §. 1.* Et si tale Statutum possit & debeat servari sine Scriptura, plenè disputatur *per Jo. An. de regu. Juris. c. nemo. li. 6.* Nota tamen, quòd contra Canones non potest Episcopus aliquid statuere. *de offi. Archipresby. c. si. ubi de hoc per Fob. in no.* & ad hoc vide quæ scripsi *supra. de majo. & obe. c. 1. ver. juramento.*

g *Gravamine judiciali.* sc. Illato per viam Interlocutoriæ, ut differat ab Appellatione à Definitiva ut sequitur ; & potuit movere ad sic statuendum, quia à tali gravamine non licet Appellare, nisi expressa causa. *Extra. eo. c. ut debitus. & c. cum causam. ubi de hoc.* Et perinde est nullam esse causam, & esse vanam, vel frivolam ; ut patet *infrà. ver. frivolè.* & dicitur *gravamen Judiciale*, qd infertur alicui judicialiter in aliquo actu Judiciali & in Judicio. *de appella. c. cordi. ver. judicio. per Card. et Arch.* Et dicitur Judiciù, ex quo quis Citatus est, *de foro compe. c. penul. de offi. deleg. c. gratum.* Et intelligas de Gravamine illato vel comminato, ut notat *Jo. An. in no. d. c. cordi. ver. gravamine.* A Judice namq; qui comminatur de his quæ pertinent ad Jurisdictionem suam, bene tenet Appellatio, aliàs non. ff. *qd metûs causa. l. 2. et l. ulti. §. 2. & no. per Inno. de appel. c. cum cessante. ver. comminando.*

h *Ante definitivam.* Potuit movere Statuentem id, quod legitur & notatur ff. *de appel. reci. l. 2.* ubi apparet, quòd ante Definitivâ non licet Appellare ab Interlocutoria, si Gravamen posset reparari per Appellationem à Definitiva : & facit qd legitur & notatur *C. quorum Appel, non reci. l. ante sententiæ.* Tu tamen vide qd dicâ circa hoc *infrà. eo. ver. statuta.* Et hic nota, qd ad hoc, ut valeat Appellatio in Judicio facta ante Sententiam Definitivam, requiruntur decem ; quorum si unum defuerit, non valebit. Primum est causa Gravaminis illati, vel comminati. *de appel. c. cum cessante.* Secundum, qd causa sit legitima. *eo. ti. c. cum speciali. §. excessu.* Tertium, qd causa sit vera. *eo. ti. c. interposita.* Quartum est, qd sit expressa. *eo. ti. c. cum causam.* Quintum, qd non fuit admissa Appellantis petitio ; ut notatur *d. c. interposita.* Sextum, qd quia non admittebatur, fuit Appellatum. *eo. ti. c. dilecto & c. ult.* Septimum, qd fiat in Scriptis. Octavum, qd petantur Apostoli. Nonum, qd si Appellatus hoc petierit, veniat instructus Appellans : hæc tria colliguntur *de appel. c. cordi. li. 6.* Decimum, qd fiat infra decem dies. *ut eo. li. et eo. ti. c. Romana. Extra. de confir. utili. c. bonæ. de re judi. c. cum inter. et c. qd ad consultationem. secundùm Hostien.* qui ita notat *in d. c. cordi.* & notatur 2. *q. 6. c. non ita. ver. dicta. per Archid.*

Ut valeat Appellatio ante Definitivâ facta 10. requiruntur.

i *Frivolè.* Dicitur enim *frivola* Appellatio, quæ est vana & inanis. *C. de rescind. ven. l. quisquis.* Talis enim injuriam facit Judici, qui frustratoriè ab eo Appellat. *C. quando provo. non est necesse. l. ulti.* & legitur & notatur 50. *di. si quis præpostera.* & sic notatur per *Arch. de appel. cum appellationibus. glo. 1. li. 6.* Vel potest dici Appellatio *frivola*, quando nulla causa est expressa, vel non legitima, dato qd sit vera ; vel licèt sit legitima, est tamen manifestè falsa. Sic notatur *de do. & contu. c. unico. ver. manifestè. in prin. glo. per Jo. An. in Cle.* Et ex hoc, ut videtur, posset justificari hoc Statutum ; eò maximè qd etiam frivolis Appellationibus nec Justitia deferat, nec sit à Judice deferenda : sicut legitur *in c. cum appellationibus. eo. tit. li. 6.* sed super hoc dic ut habetur *infra. eod. ver. pallietur.*

Appellatio frivola.

k *Quadque.* Vers.

l *Hujus Statuti.* Et sic in Specie præstaretur Juramentû de servando hoc Statutum : ubi videndum est primò, an de Jure valeat tale Statutû? Secundò, an Juramentû, virtute talis Statuti præstitum, sit obligatorium? Quoad primum, qd valeat tale Statutum, videtur : nâ Episcopus in sua Diœcesi bene potest Statuta condere & Decreta facere. *de conse. di. 3. c. 1. 11. di. catholica. & majo. & obedi. c. 2. ubi de hoc.* & dixi *supra. eod. ver. statutum.* valebitq; talę Statutû.

inter Subditos, & eos ligabit maximè ubi hujusmodi Statutum est Juri conveniens. Convenit enim Juri Civili, quod prohibet ante Sententiam nisi in certis casibus appellari. *Extra. eo. super eo. & C. quorum appel. non rec. l. ante sententia.* Et specificè congruit Legi secundæ, C. *de Epis. audi.* quæ expresse de Clericis loquitur. Et satis constat, qd hujus Legis magna est æquitas, quæ ad vitandos labores & sumptus pertinet, & vult finem litibus imponi. *de do. & contu. c. finem. et c.fi.* Et temerariam Appellantium audaciam refrænat. *de ele. quamvis. in prin. li. 6.* Præterea Pactum & Staturum multories in Jure ad paria reputantur. *de sepult. c. dudum. §. nos etenim. in Clem. ff. de pact. l. paciſci. & l. non impossibile.* Sed Appellationi non solùm interpositæ, sed etiam interponendæ renunciari potest per Pactum, ergo & per Statutum. De primo patet 2. *q. 6. Si quis libellos. de off. deleg. gratum. de testibus. cum venisset.* De secundo patet, C. *de temp. appel. l. ulti. ad fi. ff. qui et à qui. l. 1. §. Si quis. & notatur de Arbitr. cum dilectus. in fi. secundæ glo. ubi de hoc per Jo. An.* Item consimiliter Jus scriptum, & Consuetudo, & Statutum parificantur. *de Jurejur. venientes. 11. di. in his. de consti. c. 1. li. 6. de elec. quia sæpe. de ca. Mo. c. unico. eo. li.* Sed Jus scriptum quandoque prohibet Appellari; ut notatur per *Wil. in Spe. de appel. §. in quibus.* Appellatio etiam an valeat vel non, judicatur secundùm Consuetudinē super qua fundatur. *Extra. de eo qui mut. in pos. c. cum venissent.* Sic ergo pari formâ erit in Statuto *Ar. l. Item eorum. ff. qd cujusque univer. no. in princi.* facit ad idem *de consue. cum dilectus. cum similibus.* Et partem istam corroborare potest, quia etiam à parte Canonum frivolis Appellationibus non est deferendum. *eod. tit. c. cum appellationibus. li. 6.* Opponitur tamen & videtur, quòd tale Statutum non valeat; nam Episcopus nihil statuere potest in Synodo, quod obviet Canonicis Institutis. *Extra. de majo. & obe. c. quod super his.* Sed Canonica Instituta permittunt gravatos Appellare etiam ante Sententiam. 2. *q. 6. in prin. & per totum. extra. eod. tit. c. cum sit. & c. ut debitus.* Et sufficit quòd causa, si esset probata, deberet legitima reputari; ut patet dicto *c. ut debitus.* Ergo Statutum Episcopi hoc prohibens non valet: nam Inferior Legem Superioris tollere nō potest. *de elect. c. 2. in Cle.* Præterea Episcopi in præjudicium Juris etiam Inferiorum Statura facere non possunt. *Extra. de locato. c. 2.* Et, ut ibi dicunt *Inno. Hostien.* & *Abbas*, Episcopus etiā cum Capitulo non potest facere Statutū in præjudiciū aliorū, nisi hi, quorum interest, consentiāt, vel saltē sint præsentes: ergo à fortiori hoc facere non possunt in præjudiciū Superiorū. Et qd per Statutū non potest lædi Jus Superioris, patet de *Jurejur. venientes.* Quod etiā Capitulū loquitur in tali Jure qd habet Superior, ut sc. ad eum possit à gravaminibus Appellari, & qd Appellationibus ad eū interpositis deferri debeat. Et bene facit ad hoc *de offi. ordi. c. licet.* Et hanc partem reputo veriorē, tum ratione Superioris, cujus Jus in ea parte læderetur per Statutū, tum ratione litigantis per Interlocutoriā gravati; nam hic præsupponit gravamen, dum dicit, *à gravamine judiciali*; tum ratione absurditatis inde secuturæ: quia si unus Episcopus sic posset statuere, simili modo posset hoc facere unusquisq; , & sic universaliter frustraretur Jus commune; tum quia si teneret Statutū, sic Episcopus auctorizaret in facto proprio, vel sui Officialis, cujus est idem Consistoriū. *Extra. eo. Romana. primo Responso.* Et qd non possit auctorizare in facto proprio, patet in *Cle. de re. Eccl. non ali. c. si una. secundo Responso*, ubi habes *concor. per Jo. An. in glo. 2.* Hanc materiam dilatare potes per ea quæ notantur *eo. ti. c. fi. super glo. ulti. per Jo. An. in no. li. 6.* ubi, si volueris, poteris colligere plura Argumenta in eadem materia, & Solutiones contrariorum. Et pro hac conclusione faciunt notata per *Bart. in l. fi. ff. de aqua. plu. ar.* ubi conclusionaliter dicit, non valere Statutum qd non Appelletur, ubi statuens solam habet cognitionem in causa principali, & non in causa Appellationis; quia sic statuit super hoc, qd non cadit sub Jurisdictione sua. Secus tamen esset, secundùm *eum*, si in 2. & 3. instantia possit cognoscere. Quoad 2. quæruntur, vide *infrà. glo. praxi.*

a *Juramenti.* Hic videndum est, si tale Juramentum, in casu quo præstitum fuerit, obliget ipsum Jurantem: ea quæ dixi *supra, glo. praxi.* faciunt pro & contra. Nam si teneat Statutum qd est principale, bene tenebit Juramentum quod est ejus accessorium: & econtra, si non teneat, non ligabit Jurathentum. *Ar. Regulæ Furis. accessorium. li. 6.* ad quod etiam faciunt notata *de foro compe. c. si diligenti. glo fi.* Tu tamen latiùs circa hoc scias, secundùm *Hostien.* quòd Juramentum illud quod derogat Charitati, non obligat Jurantem ad observandum id qd jurat: & quia omnia Præcepta Divina & Consilia ordinantur ad Charitatem, juxta illud, *finis præcepti est Charitas*, nullum Juramentum est obligatorium, quod derogat alicui Præcepto vel consilio Divino; unde cùm quodlibet peccatum Mortale deroget alicui præcepto Divino, quia est contra aliquod Divinum Præceptum, & etiam quodlibet peccatum Veniale derogat alicui Præcepto Divino, inquantum est quædam obliquatio à rectitudine Præceptorum Divinorum, & dispositio ad Mortale peccatum; ideo concluditur, qd nullum Juramentum de faciendo peccatum aliquod Mortale vel Veniale, est obligatorium. 22. *q. 4. si aliquid. & c. definitio.* Similiter si Juramentum vergat in pejorem exitum, non ligat: & dicitur vergere in pejorem exitum sex modis. Primo, cùm juratur aliquid qd est Mortale in se. Secundo, cùm juratur aliquid quod est Veniale in se. Tertio, cùm juratur aliquid indifferens, quod ex circumstantia efficitur Mortale vel Veniale. Quarto, cùm Juramentum excludit opus Pietatis ex Charitate faciendum. Quinto, cùm excludit opus de genere bonorum. Sexto, cùm excludit opus indifferens, piâ intentione pro Deo aut Proximo faciendum; prout ista *no. d. c. si aliquid. per Archi. in prin.* & sumpta fuit hæc *glo. de Jo. in summa confess. li. 1. ti. 9. c. 13.* ubi ulteriùs dicit idem *Jo.* quòd in primis tribus casibus Jurans auctoritate propriâ potest contravenire: sed est ei imponenda Pœnitentia pro temerario Juramento. In reliquis tribus dicit, qd quamvis hujusmodi Juramenta non sint obligatoria, non tamen expedit propriâ auctoritate contravenire; tum propter reverentiam Sacramenti, tum propter scandalum quod exinde simplices incurrerent. Sed petenda est Absolutio à Superiore, qui de facili tale Juramentum relaxabit, vel potiùs ostendet eo Jurantes non esse obligatos. Prædictæ sententiæ *concor. Thomas in summa. ar. 7. et in scriptis. arti. 3. qu. 1.* Potest itaque ex præmissis concludi, quòd cùm tale Statutum non teneat, ut *supra* dixi, per consequens Juramentum inde dependens, & ei accessorium, non potest obligare Jurantem: est namque tale Juramentum non solùm incautum sive temerarium, sed etiam excludens opus pietatis, quo relevari deberent oppressi, maximè per ipsorum Procuratores & Advocatos, qui ipsos Clientulos gravatos per Juris remedia defendere debent, quæ non sunt subtrahenda. *de excep. c. cum inter. & c. significavit.* Et excludit opus saltem indifferens pro Proximo faciendum: unde per consequens non est obligatorium, ut prædixi.

Quòd Juramentum sit obligatorium, & quod non.

b *Contra illud.* sc. Statutum.

c *Assligendi.* Forsan pœna limitara in Statuto, alias arbitraria. *ff. de jure delibe. l. 1. extra. de offi. deleg. c. de causis.*

d *Nos hujusmodi.* Secundæ pars.

e *Pallietur.* i. e. Induatur vel tegatur. Est enim hujus Statuti Palliatio multùm colorata, cujus color elici potest ex his quæ dixi *supra. eo. ver. statuti.* Et multùm rationabilis esse videtur, cùm non prohibeat indistinctè Appellari ante Sententiam, sed duntaxat frivolè, ut apparet ex verbis ipsius Statuti: & ad hoc facit *Extra. eod. c. ut debitus. in prin.* Sed adverte, quòd discussio Appellationis, an sit justa vel injusta, frivola vel non frivola, non spectat ad Judicem à quo Appellatur, sed ad Judicē ad quem. *Extra. eo. c. cum sit Romana. ver. si autem. & eod. tit. c. ut debitus. versùs finem.* Posito ergo qd ex Statuto tali non liceret frivolè Appellare, & hoc satis foret æquum; tamen per tale Statutum satis constat præjudicari Juri Superioris, ad quem pertinet recipere Appellationes ad eum interpositas ex quacunque etiam causa levi vel minima: *Extra. eo. de appellationibus.* ejusdem Jurisdictionem per hoc impediri & diminui, quod esset iniquum, ut *supra* dixi, *ver. statutum.* Sufficiet ergo Judici à quo, quòd non obstante tali Appellatione, si ei non deferat, potest nihilominus in causa procedere; ut patet dicto *c. cum appellationibus. eodem titulo. li. 6.* ubi etiam patet, quòd non potest impedire Appellantem prosequi Appellationem ab eo interpositam: potest tamen nihilominus procedere quousque sibi inhibeatur; prout ibi notat *Card. in ver. præsumant.*

Ad Jud. cem ad quem, spectat discussio Appellationis.

f *Oppressis.* Contra illud 2. *q. 6. omnis oppressus. & c. ad Romanam. extra. eo. c. cum speciali. §. porro.*

g *Remedium.* Quod esse non debet, ut patet in *Regula Furis. indultum. li. 6.* & esset contrà Jus naturale, secundùm quod licet unicuique se ab injuria defendere: ad quòd facit quod legitur *de re judi. c. pastoralis. ver. Pisana. in Clem.*

h *Quicquid ex eo.* Utpotè, Juramenti de eo servando præstationem.

i *Ob id.* Utpotè, pœnæ à contrafacientibus exactionem.

k *Reprobamus.* Hujus Reprobationis effectus est, ut nullum obliget in futurum tale Statutum: ad quod facit dictio, *penitus*, hic posita, quæ idem importat quod *omnino, prorsus*, vel *ex toto*; prout aliàs notatur *de offi. ordi. c. ordinarii locorum. ver. penitus. li. 6. per Archid.*

l *Et omnes. Vers.*

a *Absolvimus.* Videtur quòd talis Absolutio non esset necessaria; nam cùm Juramentum tale non sit obligatorium, ut dixi *supra. eo. ver. juramenti.* videretur non esse opus Absolutione, cum Absolutio præsupponat vinculum præcedens. Dic ad ideo in hoc casu opus fuit Absolutione; quia licèt non posset tale Juramentum firmare Statutum, quod editum est contra Canones, ut colligi potest per *Doctores* ex notatis in *Regula Juris. non est obligatorium. li. 6.* tamen non esset expediens, ut sic Jurans scienter & voluntariè auctoritate propriâ contraveniret, sicut dixi *supra. eo. di. ver. juramenti. prope fi.* Num Juramentum, licet usquequaque non sit obligatorium, est tamen servandum quandoque, ut satisfiat Conscientiæ; prout notatur 22. *q.* 4. *si ad peccatum. per Fab.* Et sic ista Absolutio ad cautelam, & de facto potiùs fit, quàm de necessitate; sicut aliàs legitur & notatur *de Jurejur. c. cum quidam. in fi.* Et potest exponi, *absolvimus*, i. e. Absolutos fore ostendimus. Sic aliàs exponitur 15. *q.* 6. *c. auctoritatem. in glo. adde, dicas per Archid.*

Casus in quibus potest quis uxore contra Juramentum suum.

Et hic est notandum, quòd regulariter nulli licet propriâ auctoritate venire contra Juramentum suum. *Extra. de elect. c. venerabilem. §. ultimo.* Fallit tamen in certis casibus. Primo quando ejus observantia vergeret in dispendium Animæ. Secundo quando vergeret in dispendium omnium Bonorum, vel majoris partis alicujus, sine quibus non posset vitam temporalem agere. 22. *q.* 4. *§. finali.* Tertio, quando tendit in deteriorem exitum. *eadem causa & q. c. si aliquid.* Quarto, si sit præstitum de re Tertii, sc. Ecclesiæ per Prælatum, *Extra. de Jurejuran. c. 2. de elect. Auctoritate.* maxime si sit præstitum contra primum Juramentum per eum factum, de non alienando res Ecclesiæ. Quinto, si sit præstitum contra jus publicum auctoritate & utilitate. *Extra. de jure compe. c. si diligenti.* Sexto, quando est præstitum contra primum Juramentum licitum. *Extra. de Jurejuran. contellecto.* Septimo, quando vis conditionis appositæ hoc sustinet. *ex. ti. c. quemadmodum.* Quandoque etiam urgentissima necessitas hoc induxit, ubi sc. Superioris licentia haberi non potest. 11. *q.* 3. *successor.* Item magna Spiritualis utilitas; prout notat *Innocen. dicto c. venerabilem.* & *facit in ar. extra. de observatione jejuniorum. c. consilium.* Et de præmissis videre poteris notata *per Wil. de jurejuran. c. Ramund. super ver. respondit. in Clc.*

Explicit Liber Secundus.

b VT *Clericalis.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi, edita in Concilio *Oxon.* primo, & habet duas partes principales. In prima providet circa honestatem Habitûs Clericalis. In secunda ibi, *A Crapula &c.* providet circa eorum Abstinentiam & Honestatem contra vitium Gulæ. Prima facit quinque: Nam, primo, ponit motivum ad Ordinanda. Secundo ibi, *Præsentis*, ponit suum Statutum circa Habitum Clericalem. Tertio ibi, *Idem quoque*, extendit suum Statutum ad personas priùs non enumeratas quoad certa loca. Quarto ibi, *Et nec ipsi*, ponit aliud Statutum de Coma non nutrienda, & super honestate & congruentia Tonsuræ. Quinto ibi, *Nisi fortè*, excipit à priùs statutis quoad transformationem Habitûs. Pars autem hujus est *infrà. ti. proxi. c. 1. de testamentis. c. 1.*

Divisio.

c *Ordinis.* Dicit *Hugo de Sancto Victore*, quòd *Ordo* est Signaculum quoddam sacrum, in quo Spiritualis Potestas traditur Ordinato ad Officium: & secundùm *Petrum in scriptis super 4. senten. distin. 24.* Actus exterior dicitur Signaculum, effectus interior dicitur Potestas, sed exercitio illius potestatis dicitur Officium; & ut volunt Theologi quasi omnes, solùm sunt septem *Ordines*, videlicet Hostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Unde secundùm eos, Tonsura, quæ vocatur Psalmistatus, non est Ordo sed solùm dispositio ad Ordines: sic etiam Episcopatus, secundùm eos, non est Ordo inquantum Sacramentum, sed Dignitas. Cui sententiæ concordant notata *per Archid. 21. di. Clerus. glossa adde, quicquid dicatur.* *Ordo* namque sumitur multipliciter. Nam aliquando est nomen Dignitatis, & sic Episcopatus dicitur Ordo. Aliquando est nomen Officii, & sic Psalmistatus dicitur Ordo. Aliquando est nomen Spiritualis potestatis, & sic Diaconatus dicitur Ordo: & hoc ultimo modo accipitur, quando Ordo dicitur Sacramentum, secundùm quem modum Psalmistatus non est Ordo sed Officium quoddam annexum Ordini Lectoris. Nam Lector legendo excitat Intellectum, sed cantando Devotionem affectûs. Et sic recitatur per *Arch. dicto c. Clerus. glossa adde, hoc tenent.* Præfata tamen sententiæ quoad primam Tonsuram obviat expressè Textus in *c. cum contingat. in fi. extra. de ætate & qualit.* ubi patet, quòd in prima Tonsura consistit Ordo Clericalis, & est ille Ordo certus in Ecclesia Dei, per quem datur officium Cantandi in Ecclesia; prout ibi notat *Hostiensis, glo. 1.* Unde & Tonsura Clericalis appellatur; *de ætate & qualit. c. nullus. li. 6.* & *de privil. c. Abbates. eod. li.* Et pro hac opinione facit quod legitur *dicto c. Clerus. in prin.* & quod notatur *in proœmio li. 6. ver. Episcopus. per Jo. An.* ubi ponit novem esse *Ordines* in Ecclesia Dei, in et quos enumerat Psalmistatum & Episcopatum, ut ibi patet: & ibi notat *Jo. de Deo. c. Clerus. ver. Psalmista.* & *idem Hostien. ubi supra.* Et concor. *Arch. de tempo. ord. c. nullus. ver. tonsuram. li. 6.* Et de hac materia etiam, & quod non Psalmistatus quàm Episcopatus sunt Ordines in Ecclesia, clarè notatur *de cel. ad Episcopalem. Episcopa. §. 1. in princi. per Hostiensem in summa.* Hic vide quod dicam *infrà. de ea quæ fur. ordi. recì. c. 1. ver. ordinibus.*

Ordines novem, secundùm Joh. An.

d *Decani*, sc. Ecclesiarum Cathedralium. Et nota hic, quòd arguendo ex ordine scripturæ hujus dignior est Archidiaconus quàm Decanus; hoc idem probatur ex locatione Turnorum in antiquis, ubi primo agitur de Officio Archidiaconi, & postea de Officio Archipresbyteri. Et ut legitur *de offi. Archipresby. c. 1.* Archipresbyter, qui idem est quòd Decanus, subesse debet in omnibus mandatis Archidiaconi. Ubi pro hujus Majoritatis declaratione, dicit *Bern.* quòd Archidiaconus major est Dignitate, non tamen Ordine. *Innocentius* hoc intelligit in his, ubi Archidiaconus major est de consuetudine, & in his quæ ad ipsius Officium de Jure vel Consuetudine pertinent. *Hostiensis* intelligit Archidiaconum fore majorem ratione Jurisdictionis, & de cura Ecclesiam, & in hoc Decanus sibi subesse debet; sed intra Ecclesiam, & in celebratione Divinorum, & quoad Ordinem, Archidiaconos debet subesse Decano. Si tamen Archidiaconus esset Presbyter, quod esse potest, nunc tam ratione Ordinis quàm Jurisdictionis præcelleret Decanum. Sed in his omnibus consideranda est Ecclesiarum consuetudo, secundùm quam Decanus, simpliciter loquendo, major est Archidiacono, vel econtra: & sic notat *Jo. dicto c. 1. in fine. post Hostien.* qui dicunt, quòd diversis respectibus unus est major alio, super quo potes ibi videre exempla.

An Archidiaconus sit major Decano, & in quibus.

e *Personatibus.* Ut sunt non solùm prædicti, sed etiam alii inferiores Prælati; ut notat *Arch. de rescrip. c. Ramund. ver. personatum. sed melius. de consuetud. c. 1. ver. officia. li. 6.* Et circa hoc vide quod scripsi *supra. de præsumptio. c. unico. ver. personatum*, & vide quod dicam *infrà*, *Glossa proxima.* Hic tamen nota ultra præmissa, quòd quicunque habet Dignitatem habet Personatum, sed non è converso, prout notat *Arch. dicta c. 1. vers. officia. ad finem Glossæ.* ubi etiam dicit, quòd Persona dicitur quandoque Curator alicujus Ecclesiæ Parochialis. *Extra. de consuetu. c. ex parte. de appellat. c. personas.* Et tales non sunt in Dignitatibus constituti: ad quod facit 1. *q.* 3. *quæsitum.* quamvis dicantur Prælationis officium in Parochiali Ecclesia exercere. *Extra. de Cle. ægro. c. tua.* Secus tamen dicit in Archipresbyteris, & Præpositis, & Decanis Parochialium Ecclesiarum, de quibus habetur 50. *di. in cæpit.* nam illos dicit in Dignitate constitutos; ad quod allegat *de offi. ordi. cum ab Ecclesiarum. de Præben. c. cum olim.* Sit enim istud nomen, *Persona*, vulgare *Anglicorum*, prout legitur & notatur *de Insti. cum venissent.* In Provincia verò tales vocantur *Priores.* In terra laboris appellantur *Abbates*, & de talibus Personis loquitur Textus *de offi. Vicarii. c. 2.*

f *Dignitatibus.* Circa hoc vide quod dicam *infrà. ver. officiales. ad finem.* Et nota, quòd *Personatus* & *Dignitas* sæpe supponunt pro eodem, nisi sit alicujus loci Consuetudo in contrarium, ut notat *Card. de elect. ut circa. ver. personatum. li. 6.* & de eis, ut dicit, idem judicium est habendum. *Extra. de elect. c. dudum. 2. de Prabend. c. de quibus.* & dicit sententiam

propter

Ordines 7. *secundùm aliquos.*

Ordo variè sumitur.

jusmodi observationem Statuti præstiterint Juramentum, a absolvimus ab eodem.

LIBER TERTIUS.

Tit. I.

De Vita & Honestate Clericorum.

Omnes Prælati hac Constitutione nominandi, in Habitu Clericali & Cappis clausis incedant; nec quivis Clericorum comatus, aut in Laicali Vestitu, nisi in casu legitimi timoris, eat. Et omnes Crapulam & Ebrietatem vitare compellantur.

Stephanus *in Concilio Oxon.*

b VT Clericalis honor debitus observetur, præsetis Cõciliu auctoritate decernimus, ut tà Archidiacono quà d Decani, & omnes alii in e Personatibus & f Dignitatibus

propter Perſonatus, prout vulgariter ſumuntur in *Anglia*, nam tales Perſonatus non ſunt Dignitates, ſecundùm *Innocen. dicto c. de multa. glo. fi.* & hæc tria, Dignitas, Perſonatus, & Canonia, quandoque æquiparantur. *de elec. c. 1. li. 6.* Alibi æquiparantur Dignitas, Perſonatus, & Beneficium cum Cura Animarum. *Extra. de ſili. Presby. c. nimis.* Alibi Beneficium Curam habens, & Perſonatus. *de elect. c. dudum.* 2. Alibi Perſonatus, & Ordo Presbyteralis.

Appellazione Dignitatis venit omne Beneficiū.

[a] cōſtituti; [a]item omnes Decani rurales, et Presbyteri [b]decenter incedant in [c]Habitu Clericali, & [d] Cappis clauſis utantur.

[a] *Extra. ne Clc. vel Mo. ſuper Speciu. §. quia vero.* Et pro eo quod hic dicit, *Dignitatibus &c.* nota, ſecundùm *Card.* qui ſic ſcribit, *de elec. ſi forte. ver. dignitatem. li. 6.* quòd appellatione *Dignitatis* continetur omne Beneficium, cùm dignis Beneficia conferri habeant: *de reſcrip. c. cum adeo.* & à *digno* deſcendit *Dignitas*, quæ hominibus integri ſtatūs conferri debet. *C. de dignitatibus. l. 3. li. 12.* Et hoc verum puto, largè ſumpto vocabulo *Dignitatis.* Nam propriè loquendo de Dignitate, Ordo Epiſcopalis dicitur Dignitas. *54. di. ſi ſervus. ver. Ordo Epiſcopalis. de tranſla. Epiſco. c. inter corporalia. de hære. c. ad abolendam. §. ſtatuimus. ver. civitas.* Sic etiam Abbates dicuntur eſſe in Dignitate; ut notat *Inno. dicto c. de multa. gloſſa. fi.* Item Prior Conventualis dicitur habere Dignitatem. *de reſcrip. c. etſi principalis. in Clc.* Item Officialis Epiſcopi, ut ibi patet in Textu; & *per Docto. junctō c. ſtatutum. de reſcrip. li. 6.* Circa quod ut plenius inſtruaris, vide notata *per Jo. An. in no. dicto c. de multa. ver. perſonatus.* ubi inter cætera dicit, quòd *Dignitas* debet intelligi ſecundùm Inſtitutionem primævam, vel conſuetudinem in ea parte obſervatam; ut videlicet illa dicatur eſſe *Dignitas*, quæ pro tali in Eccleſia habetur & nominatur; & idem intelligit de Perſonatu. *Paulus* verò *in dicta Clem. 2. de ætate & qualita. ver. dignitatis.* dicit, quòd *Dignitas* in larga ſignificatione, ſecundùm quod eſt quædam præeminentia in gradu, comprehendit Perſonatum; tamen ſtrictè ſumpta, accipitur pro Epiſcopatu & Majoribus. Cognoſcitur verò, ut dicit, primo ex adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum cum Juriſdictione. *89. di. volumus.* Et hoc intellige verum, quando Adminiſtratio ſibi aſſignatur pro perpetuo, ſecus ſi ad tempus; ut notat *Jo. An. de Præben. c. de multa.* Secundò cognoſcitur ex nomine & prælatione quam habet in Choro & Capitulo. *de conſtitu. cùm acceſſiſſent. de conſue. cum olim.* Tertiò ex conſuetudine loci. *12. di. conſuetudo.* Perſonatus verò, ut dicit ibidem in Gloſſa ſequenti, cognoſcitur ex Prærogativa quam habet in Capitulo, in Optionibus, Proceſſionibus, Vocibus dandis, & ſimilibus. Et hic nota, pro declaratione præmiſſorum, quòd ubi à Jure imponitur nomen Beneficio, quod ſonat in nomen Dignitatis, illud Beneficium cenſebitur Dignitas. Et in inferioribus Epiſcopo Jus non imponit nomen Dignitatis ſonans in Dignitatem, niſi Archidiaconis & Archipresbyteris, propter Juriſdictionem & Præeminentiam quas habent ſuper alios, & præſertim in Subditos, & in Perſonas Eccleſiaſticas, ut patet expreſſè in Titulo *de officio Archid. & de offi. Archipresby.* Immò licèt Archidiaconi nullam haberent Juriſdictionem ex conſuetudine, tamen ratione nominis ſonat in Dignitatem, ut prædixi. Et hæc eſt concluſio *Dominorum de Rota. concluſione 562.* Et prædictis deciditur, an Perſonatus ſit Dignitas, necne; quia conſiderare debemus, an in eo concurrat aliquod ſignum de ſupradictis, nam tunc dicetur Dignitas, aliàs non: Unde propter prærogativam in Choro & Capitulo in Optionibus, Proceſſionibus, & Vocibus dandis, & ſimilibus, plus quàm alii Canonici ejuſdem Ordinis; minus tamen quàm alii Dignitates habentes: qui in prædictis Prærogativis præferuntur eiſdem, non dicentur habere Dignitatem, ſed Perſonatum. Et ſic intelligi poſſunt Jura, quæ ponunt Dignitatem & Perſonatum ut diverſa. Ex his etiam deciditur de Officio, an ſit Dignitas; conſiderando, an in eo concurrat aliquis ex ſignis prædictis. Et ideo Jura quandoque dicunt Officium Dignitatem, vel Perſonatum. *1. q. 3. Epiſcopus. de Clc. non reſiden. c. 3. de conceſ. Præben. c. 2.* Quandoque litigare dicitur Officium. *16. q. 1. de præſentium. in fi.* Item is, cui commiſſa eſt Diſpenſatio, habet Officium; ut patet in *Proœmio Libri Sexti.* Item habens Dignitatem Sæcularem, vel Tabellionatus. *de hære. c. ut officium. §. ad conſcribendas. li. 6.* Item Præpoſitura dicitur Officium. *de elec. c. dudum.* Item Plebania. *de Sta. Mo. quod Dei timorem.* Et ideo quandoque Officium ponitur ut differens à Dignitate & Perſonatu. *de Præben. quis ſæpe. & c. fi. li. 6.* Dicitur etiam quandoque Officium ſimplex, ſcilicet quando quis habet Adminiſtrationem aliquarum rerum, ſine aliqua Prærogativa Chori vel Capituli ultra alios ſui Ordinis, ſicut ſunt Præpoſiti quarundam Eccleſiarum: & idem, ſi quis habet id, cui eſt onus annexum ſine Honoris prærogativa, ut ſunt Syndici, Procuratores, & hujuſmodi: de quibus *1. q. 3. ſalvator.* Item Vice-Dominus. *89. di. officium.* Si autem habet quis Officium cùm Juriſdictione, ut Camerarius Papæ, dici poteſt Dignitas. *ff. de offic. præfecti Auguſta. l. 1. ff. de offi. Præſidis. l. Legatus.* Ex his etiam deciditur quid de Plebanis Prioribus, & aliis ſimilibus; quia ſi præficiuntur Eccleſiis Collegiatis, & ipſi ſint caput Eccleſiæ, & habeant præeminentiam & Juriſdictionem in Canonicos Eccleſiæ, & illi teneantur eis obedire, dicuntur habere Dignitatem. Facit ad hoc *de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum.* Et ita dicunt *Domini de Rota in loco prælle.* Et pro hoc facit quod notant *Doctores de Præben. niſi eſſent. & in Clem. et ſi principalis. de reſcrip.* ubi diſtinguunt de Prioratu, ſi ſit Dignitas, an ſit Collegiata Eccleſia, vel non. Et hæc materia notatur *de conſuetudine. c. 1. per Dominicum de Sancto Geminiano. poſt Jo. An. & alios. li. 6.* De hac materia, ſcil. quot modis ſumatur *Dignitas*, notatur per *Bern. de reſcriptis. c. ſedes. ver. dignitates. de Clc. non reſi. c. 3. verb. dignitates. per eundem. 4. di. denique. glo. 1. per Jo.* & vide ultra hoc quod dicam *infrà. de conceſ. Præben. c. 1. ver. dignitates.*

[a] *Item omnes.* Verſ.

[b] *Decenter.* Hæc *Decentia* habere poteſt reſpectum ad formam, *ut infrà. eo. c. proxi.* Item ad longitudinem, brevitatem, ſtrictitudinem, vel amplitudinem veſtium. *infrà. eo. c. exterior habitus. in prin.* & ad alia quæ hic & in dictis Capitulis videre poteris.

[c] *Habitu Clericali.* Iſte Habitus quoad colorem non erit rubeus, nec viridis, ut legitur *extra. eodem c. Clerici.* & hoc intelligas verum, causâ jactantiæ, ſeu voluptatis. Nam uſus Veſtium ſeu Ciborum non culpatur, ſed Jactantia, ſeu Voluptas. *41. di. c. 2. & c. parſimoniam.* Unde ſecundùm Regionis conſuetudinem his veſtibus uti poſſunt Clerici, ita quòd nimis fulgidis, nec nimis ſordidis veſtibus ſe ornent; quia conformare ſe debent moribus illorum cum quibus vivunt. *41. di. c. 1. §. ulti.* & ſic notatur *eodem titulo §. 2. ver. Item conſiſtit in habitu. per Hoſtien. in ſumma.* &, ut dicit, *Jo. An. ſuper dicto c. Clerici.* quare magis dicti colores prohibeantur quam alii, ratio reddi non poteſt. *ut l. non omnium. ff. de legibus.* Erit etiam iſte Habitus de Panno plano, non † virgato, nec partito, ſicut legitur *eodem titulo c. 2. in Clc.* ubi contrarium facienti imponitur pœna, quam ibi videre poteris: & ibi, *in fi.* prohibetur nè Clerici, maximè Beneficiati, publicè utantur Caligis ſtaccatis, viridibus, vel rubeis. Pœna tamen præcedens *in eodem Cap. ſuper hoc.* non arctat, ut vult ibi *Jo. An. ver. ſanctioni.* qui etiam notat *in Clc. de elect. gloſſa fi.* quòd licèt certi colores & formæ prohibeantur Clericis, ut ſuprà dictum eſt, tamen non habent certum Habitum eis deputatum nec in colore nec in forma; & ideo poſſunt qualicunque veſte uti, eorum ſtatui congruenti, dummodo eis non ſit expreſsè prohibita. *& concor. Wil. in dicto c. 2. in fi.*

Nota de decentia veſtium in Clericis.

† *forte eſſe variegato.*

[d] *Cappis clauſis. Concor. dicta Decre. Clerici.* dum dicit, *deferant clauſa deſuper indumenta*: ſed propinquius, quia in terminis in Conſtitutione *Othonis. Quoniam de habitu.* & Conſtitutione *Othoboni. Cum ſancti. §. ſtatuimus. ver. qui autem.* Et dicitur *Cappa* à *Caput*, quia eſt ornamentum capitis; vel dicitur à *capio, capis*, quia quaſi totum hominem capiat, ſecundùm *Fanuenſ. & concor. notata de ſta. Mo. c. ne in agro. ver. Cappas. per Jo. An. in Clc. et eodem ver. per Paulū.* Iſtud itaque, ut ſc. certi viri Eccleſiaſtici utantur Cappis clauſis, trinâ vice ſtatutum eſt; primò per *Stephanū Cantuar.* Archiepiſcopum, ut hic; ſecundò per *Othonem*, Sedis Apoſtolicæ Legatum, ut in dicta Conſtitutione, *Quoniā de habitu.* tertiò per *Otobonum*, etiā Sedis Apoſtolicæ Legatum, in dicta Conſtitutione, *Cum ſancti.* Sed tamen, ut experientia rei docet, non obſervatur quoad hoc, ſicut nec quoad plura alia, ubi poſſet dubitari, an non obſervantes peccent, vel nunquid non obſervantia poterit tales excuſare. *Jo. de Athona* in dicta Conſtitutione, *Quoniam de habitu. ver. Cappis clauſis.* ponit pro fundamento, quòd Subditi non admiſerunt has Conſtitutiones, & propterea arguit, quòd per eas non arctantur. Allegat ad hoc *4. di. §. leges. et c. deniq. in fi. et no. per Bern. et Innocen. de treu. et pace. c. 1.* Subſequenter ponit unam diſtinctionē, cujus effectus eſt qd in Conſtitutione Præceptoria, ſi major pars Communitatis ipſam obſervet, non obſervantia minoris partis non excuſat, nec impedit arctationem Conſtitutionis. *16. di. qd dicitis. 82. diſ. propoſuiſti. §. fi.* Et hoc verum, niſi Legiſlator ſcienter hoc toleret. *28. di. de Syracuſanæ. §. fi.* Si verò à nullis acceptetur, tamen ejus non obſervantia vel non acceptatio generat ſcandalum, vel inducit peccatum, vel ſubverſionē bonorū morum; tunc non obſtante tali non uſu, bene tenet & arctat Conſtitutio. Secus tamen eſt, ſi Conſtitutio ipſa non eſſet ſcandali vel peccati inductiva, vel occaſio ſubverſionis bonorum morum; nam tunc non obſervantia bene excuſaret, ſaltē à pœna temporali; *ut no. d. c. deniq. glo. ar. qd.* Ubi verò non obſervantia Conſtitutionis non eſt occaſio ſcandali vel peccati, nec tendit ad ſubverſionē bonorū morū, tunc ubi ipſa Conſtitutio habet pœnam annexam, arctat etiam non admiſſa, quia in hoc caſu uſus contrarius

Officium variè ſumitur.

contrarius ſemper eſt damnatus, dum tamen ſtatuens ſit talis, qui habet poteſtatem ſtatuendi. Sic ſtat *c. 1. de vi. et hon. Cle. in Cle.* Et idem intelligit, ſi Statutum interdicat uſum vel conſuetudinem contrariam, licèt pœna executiva non ſit annexa. *Ar. C. de furtis. Authen. navigia. C. de uſur. Leon.* Si verò non habeat pœnam annexam, nec uſus contrarius in ipſa Conſtitutione reprobatur, tunc communis obſervantia prævalet Conſtitutioni, & excuſat. Sic *ſtat 4. di. leges.* & facit ad hoc *de æta. et quali. c. generalem. in Cle. ubi de hoc per Wil. in prin.* Huic dicto *concor. Fo. de Athon.* adde quod dixi *ſuprà. de ſacra Unct. c. 4. ver. reluctantes. et de conſtitutio. c. 1. ver. mandamus. et ver. obſervari.*

a *Idem quoque.* Verſ.

b *Officiales Archidiaconorum.* Adverte, quòd iſta Conſtitutio per viam Decreti aſtringit ad geſtandum Cappas clauſas Archidiaconos, & Decanos, & omnes in Perſonatibus & Dignitatibus conſtitutos; item Decanos rurales, & Presbyteros generaliter; Officiales etiam Archidiaconorum, ſpecialiter cùm fuerint in Conſiſtorio, de quibus æſtimo qd hic facit mentionem ſpecialem, ut ponat differentiam inter eos & Officiales Epiſcoporum, qui comprehenduntur ſub his qui in dignitate ſunt; ut dixi *ſuprà. de ſequeſtra. poſ. & fruc. c. frequens. ver. Officiales principales.* Sub qua tamen nuncupatione Dignitatis non comprehenduntur Officiales Archidiaconorum, nec etiam ſub nomine Perſonatûs, nec Decanatûs, nec Presbyteratûs, cùm ſæpiùs contingat nonnullos Archidiaconorum Officiales fore abſque Ordine Sacerdotii conſtitutos. Inſuper adverte, quòd quoad hoc quod hic dicitur de *utendis Cappis clauſis*, Conſtitutio *Othonis*, quæ incipit, *Quoniam de habitu*, hoc extendit non ſolùm ad Presbyteros, ut hic, ſed ad conſtitutos in Sacris, & ſic ad Diaconos & Subdiaconos. Conſtitutio verò *Otthoboni*, quæ incipit, *Cùm ſancti*, hoc limitat ſolùm ad conſtitutos in Sacerdotio, ad Decanos, ad Archidiaconos, & ad Dignitates quibus imminet cura animarum. Unde quæ iſtarum Conſtitutionum alteri prævaleat, eſt videndum. Et puto quamlibet valere, nec uni per alteram derogari, cùm in nulla earum ſit aliqua clauſula alteri Conſtitutionum prædictarum derogans, ſed qd in una minus dicitur, in alia exprimitur. Nam Legum correctio eſt vitanda. *de elect. c. cum expediat. li. 6. cum concor. ibi poſitis.* Credo tamen, quòd hoc quod hic dicitur de Dignitatibus in genere, ſpecialiter declaretur per Conſtitutionem *Otthoboni, Cùm ſancti*, ut ſcilicet intelligatur de Dignitatibus habentibus curam Animarum, ut ibi dicitur. Et ad hujus materiæ clariorem notitiam, videas notata per *Card. de conſti. c. 1. ver. revocare. li. 6.*

c *In Conſiſtorio.* Et ſic alibi ad hoc non arctantur, niſi quatenus ſint de numero aliorum hic nominatorum.

d *Et nec.* Verſ. e *Ipſi.* Scilicet ſuperiùs recitati.

f *Clerici.* ſc. Quicunque; ut ſic includat etiam habentes primâ tonſuram duntaxat. *de æta. et quali. cum contingat. de foro compe. c. 2.*

g *Comam.* i.e. Capillos. Simile habes *Extra. eo. ti. c. Clericis. et c. ſi quis. et c. Clericus.*

h *Nutriant.* Quod ſi contrà fecerint, inviti per ſuum Archidiaconum tondeantur. *Extra. eo. c. Clericis. et 23. di. Clerici.*

i *Tonſi.* Hæc Tonſura ſic fiet, ut aures ſint patentes. *23. di. non liceat.* Et hoc, ſi Religioſus ſit, altiùs; ſi Sæcularis, dimiſſiùs. Et ſic, quòd inter Presbyterum & alios inferiores ſit differentia, prout notat *Hoſtien. extra. eo. Clerici. ver. congruentem.*

k *Coronati.* Raſura ſuperior, & Tonſura inferior, faciunt de circulo capillorum Coronam. De hoc vide quòd dixi *ſuprà. de offi. ordi. c. 2. ver. coronam.*

l *Convenienter.* ſc. Secundùm modum quem dixi *ſuprà. ver. tonſi.* Et faciunt ad hoc notata per *Paulum. eo. ti. c. 2. ver. Clericalem. in Clem.*

m *Niſi fortè.* Excipit ab eo quod *ſuprà* dixit *de Clericali habitu ferendo.*

n *Timoris.* Simile habes *extra. eo. Clerici.* ubi *Hoſtien.* idem intelligit de quacunque juſta cauſa. *& concor. ibi Fo. An. in fin. ver. neceſſitatis.* & vide qd dicam *infrà. glo. proxi.*

o *Transformari.* Hic nota, quod cauſâ Peregrinationis, vel aliâ honeſtâ licitum eſt Clerico Habitum transformare, & Laicalem accipere, ut patet dicto *c. Clerici. & concor. 21. q. 4. Epiſcopi.* Monachus verò, ut vult *Hoſti. de ſtatu Mo. §. 2. in ſumma.* in omni caſu debet ferre Habitum ſuum, etiamſi Epiſcopus ſit, ut patet dicto *c. Clerici. ad fi.* Et hoc verum, niſi ſcandalum generaret, vel loca minùs tuta tranſeat; nàm tunc ſuperiùs poteſt mutare Habitum, & ſe aliis conformare, ſed veſtem prope carnem non derelinquet: nam ſub ſuperiori tenetur ipſum deferre quantum commodè poterit. Et ſic intelligit dictum *c. Clerici. ver. et Tabernas. et eo. ti. c. Deus qui.* Sed nunquid licet Clerico in tali caſu transformare Tonſuram, ſicut & Habitum? Videtur quòd non: quia hic, & in dicto *c. Clerici.* Textus tantùm loquitur de transformatione Habitus. Unde ſi Legiſlator ſidem voluiſſet de tonſura, hoc dixiſſet. *Ar. ad hoc de decimis. ad audientiam.* Sed puto contrarium eſſe verum à paritate rationis. *ff. ad l. Aquil. l. illud.* Et ad hoc faciunt notata *Extra. eo. ti. c. ſi quis ex Clericis. ubi de hoc per Ber.* Nam ut ibi patet in Textu, Clericis Comam relaxare non licet. Fallit tamen in cauſa juſta, ut ibi patet in Gloſſa.

An liceat Clerico Habitum transformare?

Quæſtio.

---

a *Idè quoq;* obſervent b Officiales ipſorũ Archidiaconorũ, cũ fuerint in c Conſiſtorio. d Et nec e ipſi nec alii f Clerici g comam h nutriant; ſed honeſtè i tonſi & k coronati l cõvenienter incedant, niſi m fortè juſta cauſa n timoris exegerit habitum o transformari. p A Crapula quoquè, & q ebrietate, & aliis quæ honeſtatè eorũ r deformat, ſ omnesomnino Clerici abſtineant, & t vigilanter ad hæc omnia ſtudioſius obſervanda ſecundum formam u generalis Concilii à ſuis x Superioribus diſtrictiùs compellantur.

---

p *A crapula.* Secunda pars. Et hìc nota, qd *crapula* dicitur nimiæ cometiones voracitas. *de conſe. di. 2. ſi quis.* quaſi *crudo epula*, qua Stomachus gravatur. *4. diſ. deniq;. 6. di. teſtamentum.* Et ſimile habes *extrà c. à crapula.* Et ſcias, qd *crapula* ſumitur quandoque pro exceſſu in cibo, de quo *Eccleſiaſtici. 37.* dicitur. *Propter crapulam multi perierunt.* Et facit *de conſe. di. 5. nihil.* Quandoq; ponitur pro exceſſu in potu & cibo ſimul. *ad Roma. 13. non in commeſſationibus et ebrietatibus &c.* *Crapula.*

q *Ebrietate.* Sic dicta, ab *è*, quod eſt *extra* vel *ſine*, & *Bria*, qd eſt *menſura*, i. e. ſine menſura. Quomodo autem ex Ebrietate multa mala ſequuntur, notat *Ariſto. li. 6. Secretorum.* nam obſcurat Intellectum, impedit Senſum, turbat Cerebrum, debilitat virtutem Naturalem, generat Oblivionem, omnes quinque Senſus lædit, quibus regitur & diſpergitur tota operatio corporalis; Appetitum fugat, Juncturas corporis debilitat, tremorem membrorum generat, limpitudinem Oculorum obſcurat, calorem accendit circa Hepar, & ejus Sanguinem groſſum reddit, Corporis colorem denigrat. Exindè etiam veniunt Timor, & Tremor, & Horror, & in Somnis Locutio; fantaſticæ Viſiones, corruptio Oris, debilitatio Genitalium, deſtructio Senſûs, abominatio Stomachi, hominem diſtemperat, corruptionem generat, corporis groſſitudinem & ſæpiùs Lepram inducit. Hoc vitium deteſtatur *Auguſtinus*, ſic dicens: Ebtioſus, *inquit*, cùm abſorbet vinum, abſorbetur à vino. Abominatur à Deo, deſpicitur ab Angelis, deridetur ab Hominibus. Item *Auguſtinus*: Ebrietas aufert Memoriam, diſſipat Senſum, confundit Intellectum, concitat Libidinem, involvit Linguam, corrumpit Sanguinem, omnia membra debilitat, vitam diminuit, & omnem ſalutem exterminat. De hoc etiam vitio ſic ait Beatus *Gregorius*: Ebrietas eſt blandus Dæmon, dulce venenum, ſuavè peccatum; quam qui habet, ſe non habet; quam qui facit, non facit peccatum, ſed eſt totus peccatum. Igitur propter præmiſſa, & quia Ebrietas eſt fomes ac nutrix omnium vitiorum, *25. di. ante omnia.* ideo Clericis maximè vetatur. *Effectus Ebrietatis.*

r *Deformant.* Ueputà, quòd cum Laicis, maximè in Choro & in agendis Divinis Officiis nimium miſceantur. *Extrà. eo. c. 1. 16. q. 7. in nova.* Deformat etiam honeſtatem Clericalem Tonſuræ incongruentia, ut *ſuprà* patet; item immò leſtia verborum; item rapidus & feſtinans inceſſus; quia, ut ait *Auguſtinus*, Incompoſitio corporis qualitatem indicat mentis, & inceſſus modò citus modò tardus inſtabilitatem demonſtrat. *41. diſt. §. ulti.* Conſiſtit etiam hæc deformitas in vanitate Habitûs, ut *ſuprà* dixi Item in mala ſocietate, quia ſæpe conſortia malorum bonos mores corrumpunt: *38. q. 1. ſæpe.* præſertim in cohabitatione mulierum. *Extra. de cohabita. Cle. & mulie. per totum.* Item deformatur hæc honeſtas, cùm Clericus ſe immiſcet negotiis ſæcularibus. *Extra. ne Cle. vel mo. per totum.* Item intendendo Mimis & Joculatoribus; item Tabernas ingrediendo, niſi tempore itineris; item ad aleas & taxillos ludendo, vel eiſdem intereſſendo; item quocunque ornatu ſuperfluo utendo, de quibus & aliis plura videre poteris notata *Extra. eod. tit. §. 2. per Hoſtien. in ſumma.* *Auguſtinus.*

ſ *Omnes Clerici.* Etiam primam Tonſuram ſolummodo habentes: nam & hi *Clerici* appellantur. *Extra. de æta. & quali. c. cum contingat.*

t *Et vigilanter. Verſ.* Nota quòd dicit, *vigilanter*: nam vigilare debet erga Subditos cura & ſolicitudo Prælatorum. *8. q. 1. in ſcripturis. de accuſa. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos.* Sed cùm hæc Conſtitutio nihil lucri temporalis importare valeat in Burſis Prælatorum, pauci ſunt vel nulli qui eam exequantur, cùm tamen ut communiter Prælati circa obſervantiam illarum Conſtitutionum multùm invigilent, quarum prætextu pœnæ aliquæ pecuniariæ à Subditis levari poſſint; prout aliàs notatur in Conſtitutione *Othonis, Quoniam de habitu. verſ. clauſis Cappis. per Fo. de Athona.*

u *Generalis Concilii. Extra. c. c. Clerici.*

x *Superioribus.* Supple habentibus ſuper eos Juriſdictionem, ut ſunt Epiſcopi, Archidiacono, & eorum Officiales, ac alii quibus de Jure vel conſuetudine, aut aliàs hoc incumbit, prout notatur & exemplificari poteſt per Doctos. *Extra. de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum. ubi de hoc per Inno. Hoſtien. & Fo. An. & quaſi per omnes.*

Divisio.

a *Quamvis.* Hæc est Constitutio Domini *Johannis Peccham*, edita apud *Lambeth*, & dividitur in quatuor partes. In prima adhærendo Statuto *Othoboni* priùs edito, ordinat de differentia Habitûs Clericalis ab Habitu Militari vel Laicali cum appositione Pœnæ. In secunda ibi, *Et quia*, recitat Statutum priùs edítum contra Clericos publicè portantes Infulas sive Tenas, cum pœna contra tales in eodem Statuto appositâ. In tertia ibi, *Nos hujusmodi*, tollit monitionem quæ priùs requirebatur ad effectum incurrendi pœnam prioris Statuti. In quarta ibi, *Mandamus*, statuit inquiri contra violantes ea quæ Statuta sunt, & quòd contra eos in forma Canonica procedatur.

Quilibet in Sacris constitutus vestem exteriorem à Militari & Laicali gerat honestate differentem, aut, ab ingressu suspendatur Ecclesia. Statutum autem Legati contra Clericos portantes Infulas aut Tenas publicè ratum sit, ac publicetur cum pœnarum irrogatione in Transgressores.

Johannes Peccham.

a Quamvis Religionis, & b *infrà.* Statuto adhærentes Domini c *Othoboni* quondã in *Anglia* Apostolicæ Sedis Legati, Ordinamus, & districtè Præcipimus, ut quilibet Clericus constitutus in d Sacris Ordinibus veste e exteriore gerat dissimilẽ f Militari vel g Laicali, utpotè anterius & posterius non h Birratam, vel saltem ex i forma sua Militari vel Laicali cõgruâ honestate k dissimilem. Et l qui secus facere præsumpserit, m quãdiu formæ contrariæ Habitũ tulerit, ab n ingressũ Ecclesiæ o suspendatur. Et p quia prædictus Legatus cõtra Clericos portantes q Infulas aut r Tenas corã Prælatis, aut corã populo s publicè deferẽtes, statuit, Ut si t moniti minimè se emẽdaverĭt, ipso facto ab officio suspensionẽ incurrãt; in qua si per tres menses perstiterint, u extunc à x Beneficio

c. is cui. li. 6. ubi patet, quòd taliter Suspensus ingerens se Divinis in Ecclesia in suo Officio agens, sicut priùs, efficitur Irregularis; nec debet talis, nisi pœnituerit, in Ecclesiâ vel Cœmeterio sepeliri, nec suspenditur ejus effectus per Appellationem sequentem; potest tamen talis extra Ecclesiam celebrare Divina: ut notat ibi *Joh. An. ver. in ea.* non incurrendo Irregularitatem. Tales etiam Suspensi; scilicet ab *ingressu Ecclesiæ* durante Suspensione non debent Ecclesiam intrare etiam causâ orandi. Ad quod facit quod legitur & notatur *de pœni. dis. 1. c. qui sanctis. vers.* 23. *q. 4. vir cum propria.* ubi de hoc in Glossa, & notatur *de offi. dele. c. quia Pontificali. ver. ingressus. per Archi. li. 6.* In hac materia potes dicere quòd Suspensus ab *ingressu Ecclesiæ* ad Orandum in Ecclesia tempore Divini Officii, vel per eam transeundo sine Oratione, non potest eam intrare. 5. *q. 2. c. præsenti. et d. c. si cui.* Quando verò non celebrantur Divina, nec causâ Orandi sed aliàs transeundo, pro factis suis potest Ecclesiam intrare, secundùm *Inno. de senten. Excommuni. c. sacro.* In hoc tamen *Fo. Caldrini*, in Tractatu suo *de Ecclesiastico Interdicto. 2. membro. vers. Sed quæritur.* videtur dicere contrarium, innuens, quòd Suspensus ab *ingressu Ecclesiæ*, nullæ de causa potest eam intrare, unde & sepeliri in ea non potest. *ut d. c. is cui.* Sed hoc verum, nisi pœnituerit, ut ibi dicitur: nec obstat *c. præalle. is cui.* quia loquitur tantùm de celebratione Divinorum, & *c. præsenti. supra alleg.* prohibet auditionem, & sic referuntur ad tempus quo celebrantur Divina. Facit quod notatur 1. *q. 1. studet.* Et sic extra tempus Divini Officii potest intrare, ut videtur. *Et sic no. Archi. de offi. dele. c. quia Pontificali. ver. ingressus. li. 6.*

Suspensus ab ingressu Ecclesiæ non auditur Appellans.

o *Suspendatur.* sc. Per Sententiam, ut videtur *Ar. notatorum per Ber. & alios de foro compe. c. si diligenti. ver. causam perdat.* Super quo vide quod notavi *supra. de constitutio. c. 1. ver. teneatur.*

p *Et quia.* Secunda pars.

q *Infulas.* Quæ vulgò *Coiphæ* dicuntur, ut patet in Constitutione *Othoboni, Cum sancti. §. statuimus. Gess. in c. 2. extra. eo. in Clc. ver. Infulam.* notæ *Infulam* posse dici vestem pomposam, puta, ad collum extrinsecus circumquaque foderatum. Aliàs, secundùm eum, *Infula*, idem est qd *Coipha*, secundùm vulgare quarundam Regionum. Et secundùm *Fo. An.* sumitur quandoque pro Corona Imperiali. *C. de quadri. præscrip. l. fi. in fi.* Quandoque pro alba Fasciola Sacerdotalis capitis. *& concor. Pau. ibi in ver. scu. Wil.* dicit, quòd *Infula* est vestis candida pro capite, qua incedunt libenter *Lombardi*, forata desuper variis pellibus à parte inferiori per oram. *Fanuensis* dicit, qd *Infula* est Fasciola Sacerdotalis capitis alba in modum Diadematis, à qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ Infulam intrant. Ex his nihil aliud intelligere possum, nisi qd his, de quibus hic Textus loquitur, per usum *Infularum*, omnis ornatus capitis superfluus sit prohibitus, maximè in forma superius expressata. *Infula, quid sit.*

r *Tenas. Tena*, secundùm *Fanuen.* dicitur à *Tenco, nes*; & est *Tena Tenæ.* Vittarũ extremitas dependens diversorũ colorum. *Vittæ* autem sunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli; sic dictæ quòd *vinciant.* In dicta tamen Constitutione *Othoboni, Cum sancti.* videtur *per glo. de Athona. in ver. Coiphas. & ver. portare.* quòd *Infula* & *Tena* supponunt pro eodem. *Vittæ.*

s *Publicè.* Supple, in capite. Secus tamen esset, si in sinu vel in crumena talia gestaverit, ut eis forsan utatur de nocte, ut notat *Fo. de Athona.* in Constitutione prædicta, *Cum sancti. ver. portare.* unde & privatim in Camera sua poterit aliquis tali Infulâ vel Tenâ uti, nullam incurrendo pœnam: ad quod faciunt notata *per Wil. de vi. & hon. Cler. c. 2. ver. publicè. in Clem.* qui videtur sentire, quòd tali Infulâ vel Tenâ sub Caputio, causâ frigoris vel infirmitatis, uti non sit prohibitum. Et prædictis *concor. Gess. ibidem. c. ver.*

t *Moniti.* Etiam unâ monitione, quæ sufficit ad constituendum aliquem in morâ sive in dolo. *ff. de edendo. l. quædam. §. bis ante. cum glo.* Et hæc monitio fieri debet per Ordinarium delinquentis, ut *infrà* apparet in *vers. hujusmodi.*

v *Extunc.* Scilicet elapso spatio trium mensium à tempore Suspensionis ab Officio.

x *A Beneficio.* Ex hac litera videtur, qd Suspensus ab Officio non

Birrum.

h *Birratam. Birrum*, secundùm *Fanuensem*, dicitur grossum vestimentum: inde *birratus, birrata, birratum*, i. e. *Birro indutus*; & isto modo sumitur 30. *di. c. si quis virorum. ubi de hoc per Archi. ver. birris.* Sed secundùm istum sensum dat intelligere, quod Clerici hujusmodi non debeant uti vestibus vilibus vel abjectis, quæ sint contra ipsorum honestatem. *Birrum* aliquando ponitur pro *Gremio*, ut aliqui intelligunt illud quod legitur de Sancto *Brixio*, qui portavit prunas ardentes in Birro suo, licet in dicto loco, *Birrum*, ut *supra* dixi, posset supponere pro aliquo vestimento de grosso Panno quo ûsus est: unde capiendo *Birrum* pro *Gremio*, potest esse hic sensus, ut Clerici non habeant vestes ante & retro Birratas, i. e. scissas, sive divisas, aut complicatas, ex qua scissura sive plicatura multa fiant Gremia. Ad quod facit 21. *q. 4. præcipimus* ibi, *superfluitat. fissuræ*, &c.

i *Forma sua.* sc. ipsius vestis Clericalis.

k *Dissimilem. concor. 21. q. 4. c. nullus. & c. sequen.*

l *Et qui. Vers.*

m *Quamdiu.* Sic ergo depositâ illâ formâ cessat pœna, absque relaxatione faciendâ per hominem. Pro quo vide plenius quæ dixi *supra. de sen. compe. c. 1. ver. satisfecerint.*

n *Ingressu Ecclesiæ.* De tali Suspensione loquitur *c. sanè. extra. de offi. dele. de senten. Excommuni. c. sacro. in prin. de sen. Excom.*

non sit ex hoc suspensus à Beneficio. Circa cujus materiæ declarationem, vide quod scripsi *suprà. de constitutio. c. 1. ver. officio & beneficio. vers. sed modo videamus.*

a *Sint suspensi.* Sc. ipso facto secundùm ea quæ scripsi *suprà. de Constitutio. c. 1. ver. teneatur.*

b *Suspensione.* Sc. à Beneficio. Et idem intelligas de prima Suspensione, scil. ab Officio, prout clarè facit Textus illius Constitutionis *Othoboni*, *cum Sancti. §. si qui verò.* ibi *ab hujusmodi sententiis &c.*

c *Data.* Sic ergo requiritur, quòd solvatur pœna ante absolutionem. Ratio est, quia hic fertur sententia suspensionis, propter offensã magis, quàm propter contumaciam, *Extra. de verb. sig. c. ex parte. 1.*

d *Ecclesiasticorum bonorum.* Textus in dicta Constitutione, *cum Sancti*, dicit, *de sexta parte redituum anni illius*: secundùm quem Textum oportet hanc literam intelligi. Sed videtur, quòd nec una litera, nec alia potest rationabiliter stare: nam talis, qui suspensus est à Beneficio, nihil percipiet de proventibus ipsius Beneficii durante ipsa Suspensione, maximè cum etiam sit suspensus ab Officio, ut hic patet. Pro quo vide quod *no. de elec. c. si compromissarius. ver. Beneficiis. per Archi. li. 6. & c. ti. c. generali. ver. aliquid percipere. per eundem. & Extra. de appel. c. pastoralis. ver. subtrahuntur. per Ber.* Quomodo ergo ante relaxationem hujusmodi suspensionis posset rationabiliter dare seu solvere sextam partem redituum illius anni, vel bonorum suorum Ecclesiasticorum, cum durante suspensione nihil de ipso Beneficio perceperit? potest dici, quòd Textus in dicta Constitutione, *cum Sancti*, quæ loquitur *de sexta parte redituum*, debet intelligi non quoad ipsam rem, sed quoad valorem & æstimationem, quam habet solvere de bonis ante acquisitis: nam talia bona benè dicuntur propria ipsius Beneficiati quoad fidelem dispensationem, ut *no Archi. de rescrip. statutum. §. assessorem. ver. de proprio. li. 6.* Et sic potest intelligi litera ista, quæ dicit *bonorum suorum Ecclesiasticorum*, vel circa hoc dic ut *infrà. c. proxi. ver. unius anni.*

e *Episcoporum.* Non ergo Archidiaconorum, vel aliorum, nisi de mandato Episcopi.

f *Pauperibus.* Cum ergo hæc portio ad certum usum limitata sit, non potest ad arbitrium Episcopi in alios usus converti, sed pauperibus debet erogari, secundùm modum quem habes *C. de Epis. & cle. l. si quis ad declinandam.* & circa hoc vide quod dicam *infrà. de cler. non resid. c. in decimis. ver. pauperibus parochianis.*

g *Pœnis aliis.* Hoc intellige secundùm literam illius Constitutionis, *cum Sancti*, quæ dicit *salvis aliis pœnis &c.* Et sic videtur, quòd tales duplici pœna puniri possunt, contra illud quod legitur & *no. de judi. c. at si clerici. in fi.* Nisi forsan diceres, quòd pœna prius inflicta non sufficeret, ut ibi *no. per Ber. & alios. Sed* adverte quòd talis ipso facto sit suspensus ab Officio, demum etiam à Beneficio nulla monitione prævia, ut *infrà* dicit, cum hoc etiam, *ut non absolvatur absque solutione sextæ partis bonorum suorum Ecclesiasticorum*, satis est pœna dura. Sic tamen non contingit secundùm illam Constitutionem, *cum Sancti*: ubi absque monitione non incurrit illam pœnam. Juste ergo illius Constitutionis lator servavit Prælatis potestatem infligendi pœnam arbitrariam, quæ tunc infligi potest, cum non incurritur alia, sc. pœna suspensionis, eò quòd nulla monitio sit facta. Hic verò cum absque monitione statim eo ipso incurratur pœna suspensionis ab Officio; et sic post lapsum trium mensium pœna suspensionis à Beneficio, etiam cum illa aggravatione *de solvendo sextam partem &c.* non videtur consonum fore nec Juri, nec rationi, ut talis nihilominus puniretur aliunde ad arbitrium sui Prælati: quia sic non solum duplici, sed quadruplici deberet contritione conteri. Vel potes aliter dicere, quòd ubi pœna adjicitur in aliqua Constitutione nova accumulative, pœnis aliis ab alia lege prius statutis, tunc utraque pœna potest infligi, nec una tollet reliquam; & sic stat quod hic dicitur. Et sic vide quod dicam *infrà. de elande. despõs. c. humana concupiscentia. ver. nihilominus arcentur.*

h *Nos hujusmodi.* Tertia pars.

i *Minores Prælati.* Scil. Archidiaconi, & consimiles Jurisdictionem habentes.

k *Hujusmodi Clericos.* Scil. Insulas sive Tenas publice deferentes.

l *Monstruosos.* Sic dictos, quia statim monstrant, quales sint in eorum vanitatibus.

m *Non audent.* Forsan propter eorum potestatem & perhorrentiam. Talis tamen timor reprehensibilis est, ut *infrà* patet *ver. pusillanimitatis.*

n *Propter quod.* Sc. quia tales non curant monere.

o *Pœnas.* i. e. Pœnam. Et sic ponitur plurale pro singulari, sicut alibi notatur *Insti. de jure perso. in prin.* Nam Archidiaconis, & Inferioribus Prælatis infligitur solum pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ sicut patet dicta Constitutione, *cum Sancti. §. præcipimus autem. vers. Archidiaconi verò.* Plurale pro singulari ponitur.

p *Videntur.* i. e. Apparent. Et significat hæc dictio realitatem existentiæ, sicut aliàs legitur *ff. de arbitris. l. quid tamen. §. si arbiter. de lega. 3. l. ex imperfecto.* nisi dicas tales ob aliquam justam causam non audere facere hujusmodi monitiones. Nam justa causa timoris tales benè posset excusare à pœna, licet etiam malum inde non esset securum. *ff. locati l. habitatores. §. fi. cũ concor. ibi posita in glo.* Justa causa timoris excusat à pœna.

q *Pusillanimitatis.* i. e. pusilli animi, sive vecordiæ. Et est *Pusillanimitas* vitium, per quod aliquis timet aggredi ea, quæ sunt aggredienda. Sic etiam *audacia* est vitium, per quod aliquis aliqua aggrediendo ultra præsumit, quàm ratio exigit: inter quæ duo extrema virtus consistit in medio, quæ dicitur *fortitudo*, ut notatur *de cens. c. 2. ver. audacia. li. 6.* Pusillanimitas. Audacia.

r *Præsentant.* Sic quòd Episcopi non vident eos talia portantes, & sic eis monitiones non faciunt, cum per facti evidentiam hoc eis non constaret per hoc tamen Episcopi non excusantur, quin incurrant pœnam dictæ Constitutionis, *cum Sancti*, si super his non faciant inquiri, ut ibi patet.

s *Statuimus.* Vers.

t *Monitione cessante.* Sed quomodo potest Archiepiscopus, qui est inferior tali Legato, tollere statutum ipsius Legati, vel aliquid statuens in contrarium, contra illud quod legitur *de elec. c. 2. in cle. cum concor. ibi positis per Doct.*? Dic quòd Constitutio *Othoboni* non statuit simpliciter, ut fieret monitio, sed conditionaliter dicit, *si moniti &c.* Et sic ibi monitio non erat omnino necessaria, nisi ad hoc, quòd aliàs non incurreretur pœna ibi posita.

u *Clericos.* Supple *maximè.* Quia idem est de laicis, quod dic ut legitur & notatur in *Regula Juris, ignorantia. li. 6.*

x *Juris.* Maximè ad suam professionem spectantis. Pro quo vide quod scripsi *suprà. de sacra unctio. c. 1. verbo, vicina.* Istud autem jus hodie est expressum *c. ti. c. 2. in clem.* ubi prohibetur certis Clericis delatio talium insularum.

y *Non excusat. de reg. jur. c. ignorantia. li. 6. r. q. 4. §. notandum.* ubi distinguitur inter ignorantiam Juris Naturalis, & Civilis; sed tu circa hoc dicas plenius, ut notatur per *Dy. in dicta Regula. Ignorantia.* & ut dixi *suprà. de offi. Archidi. c. eisdem. ver. Excommunicationum sententias.*

z *Prædicti Clerici.* Oportet quòd hoc intelligas de Constitutis tantum in Sacerdotio, vel Dignitatibus, aut Curam animarum habentibus, vel Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, prout legitur in dicta Constitutione, *cum Sancti. §. si quo vero.*

a *Protervia.* i. e. Superbiæ, sive terribilitatis, aut ferocitatis.

b *Quotiescunque.* Ex ista litera apparet, quòd deferentes hujusmodi insulas non solum possunt incurrere pœnam Constitutionis hujus ratione unicæ vicis tantum, sed etiam propter unamquamque vicem, qua tales insulas portaverint. Sed contra hoc opponitur *ff. de furtis. l. inficiando. §. infans.* ubi patet, quòd per continuationem temporis non sequitur pluralitas delictorum. Circa declarationem hujus puncti *Barth. in dicto §. Infans.* dicit, quòd quædam delicta sunt negligendo; quædam faciendo; cujus distinctionis primum membrum hic omitto ad præsens: & quoad ea quæ sunt in faciendo, ut hic scias, quòd horum quædam sunt delicta momentanea; quam etiam materiam hic pertranseo. Alia vero sunt delicta habentia causam successivam; & horum quædam sunt in quibus animus plurimum operatur. Patet exemplum in hæretico *C. de hæret. Authen. credentes.* Item in furto, ubi requiritur animus furandi. Item in retentione possessionis, ubi requiritur animus; ut *l. 3. in prin. ff. de acquiren. poss.* & in istis pro toto tempore unum maleficium est. Et sic stat dictus *§. infans.* nisi possessio interrumpatur. Et facit ad idem *ff. de acquiren. poss. l. si is qui pro emp. §. penul. & l. qui bona fide. §. fi. eod. ut.* Quædam sunt in quibus animus solus non operatur, sed magis actus corporeus, ut portare arma, vel vestes prohibitas, ut hic, & similia, quæ actum personæ merè concernunt. Et tunc putat *Barth.* quòd cum talia naturaliter interrumpantur, debemus dicere, quòd pro qualibet vice sit unum delictum. *ut l. furamen. ff. de servi. ur. prædi.* facit ad idem *ff. de furt. l. quod destinavit. de opr. libr. l. 3.* An per continuationem temporis sequatur pluralitas delictorum.

Et idem est in illis actibus, qui habent successionem ex reiteratione, prout notat *Barth. in loco prælalle.* Et ut sic quocieſcunque talis deliquerit toties puniatur. Facit ad hoc *l. cum mancipium. ff. de ædili. edic.* & *l. ſcire debemus. ff.* de *verb. oblig.* Ex pro dilatione materiæ si forsan quæratur, an incidendo toties in pœnam ſuſpenſionis, toties requiratur abſolutio, vel ſufficiet una pro omnibus? vide notata per *Doctor. de ſenten. excom. c. cum pro cauſa. ibi per Ber. Inno. Hoſtien. Jo. An.* & optimè per *Henri.* In hac materia tu dic, quòd quando excommunicationi vel ſuſpenſioni concurrit multiplicatio cauſæ & vinculi, quòd multæ ſunt cauſæ excommunicandi, & multæ excommunicationes: tunc, ſi omnes in abſolutione ſint petitæ & ex omnibus facta eſt abſolutio, liberatus eſt. Facit *l. ſub prætextu. C. de tranſac.* Si ex omnibus cauſis petita eſt abſolutio, & aliquibus tantùm expreſſis facta eſt abſolutio, proficit quoad illas tantùm de quibus facta eſt abſolutio; & illa non eſt effectualis donec abſolvatur ab aliis, juxta notata *de ſen. excom. c. officii.* Si ex aliquibus petatur abſolutio, & facta eſt abſolutio indefinitè, valet ſolum quoad expreſſa. Facit *l. ſi de certa. C. de tranſac.* Quandoque excommunicationis vel ſuſpenſionis multiplex eſt cauſa, & una excommunicatio vel ſuſpenſio: tunc ſi ſententia eſt lata ſpecificè & ſingulariter ex qualibet cauſa, tunc idem dico, quod *ſupra* dixi in pluribus ſententiis latis ex pluribus cauſis, ut in præcedenti membro. Si verò Judex tulit ſententiam ex altera parte earum tantùm de quo conſtat, tunc ſi cauſa ipſa ſit tacita, aliis expreſſis, non valet abſolutio. *Si* eſt expreſſa, aliis tacitis ex certa ſcientia & doloſè, etiam non valet abſolutio. Si autem cauſa principalis eſt expreſſa, aliis tacitis ignoranter, valet abſolutio: quia illæ non erant cauſæ omnino inductivæ ad abſolutionem concedendam; ut dicit in ſimili Textu *in c. ſuper literis. de reſcrip.* Si vero lata eſt ſententia ex pluribus cauſis ſimul junctis, tunc altera tacita non valet abſolutio, quia eſt ſurreptitia: nec tenet abſolutio in expreſſa, quia pro illa tantùm non fuit excommunicatus. Si eſt dubium, an ex una cauſa, vel pluribus ſit excommunicatus, tunc ſi quælibet de ſe eſt ſufficiens, præſumptio eſt quòd ex qualibet ſingulariter lata fuerit ſententia. Si altera tantùm eſt ſufficiens, tunc ex illa præſumitur lata ſententia. Si omnes ſimul junctæ ſint ſufficientes, ſed ſeparatæ non, præſumitur ex omnibus occaſionata ſimul. Sic *no. per Anthonium de Butrio. d. c. cum pro cauſa. prælle. ad fi.*

a *Publicè.* Hoc exponit ſtatim in litera, cum dicit, *coram populo vel prælatis.* Et huic, quod dicit *publice*, concordat litera *clem. 2. c. ti.* unde occultè hoc faciendo non incurrit has pœnas, ut ibi *no. per Doctor.*

b *Portaverint.* Supple in capite, ut legitur in dicta *clem. 2.* & notat ibi *Geſt.* quòd ſecus eſſet, ſi hujuſmodi infulam in alia parte corporis geſtaret, prout ipſe hoc notat ibidem, *ver. in capite.*

c *Niſi forſan.* Excipit ab eo, quod *ſupra* dixit.

d *In itinere.* Concordat quod habes in dicta *clem. 2.* dum dicit, *præterquàm rationabili cauſa &c.* & intelligit ibi *Wil.* rationabilem cauſam, ſcil. pluviam, vel aliàs periculoſam peregrinationem.

e *Pœnas omnes.* Scil. tam Suſpenſioni, ab Officio, quàm à Beneficio, & de ſolvendo partem ſextam, ut *ſupra* dictum eſt. Non tamen intellgas, quòd in omnes iſtas pœnas ſimul incidat, ſed ſucceſſivè, prout ſtatutum eſt in dicta Conſtitutione, *cum ſancti.* Hoc ſalvo, quòd hic non eſt neceſſaria monitio, ut prædictum eſt.

f *Mandamus.* Quarta pars.

g *Talibus.* Sc. publicè portantibus Infulas ſive Tenas.

h *Decanatus.* Sc. rurales.

i *Inquiſitio ſpecialis.* Per quos fieri debeat hæc inquiſitio, hic non ſtatuitur, ſed in dicta Conſtitutione, *cum ſancti*, mandatur hoc fieri per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Archidiaconos, & alios Prælatos in ſuis Juriſdictionibus. Sed quomodo ad tales Prælatos inferiores ſpectare poterit officium inquirendi, & talia puniendi, vide *ſupra. de conſtitu. c. exterior habitus.*

In ſacris Beneficiati veſtem & tonſuram ſuo ſtatui deferant competentem; nec veſtium luxuria aut annulorum abutantur, vel poſt legitimam admonitionẽ ab Officio ſuſpendantur, & ſuſpenſi contravenientes graviter puniantur. Sine Beneficio autem Clerici in his peccantes, quatuor

---

proximis menſibus fiant ad Beneficia ſuſcipienda inhabiles; ſicut & Scholaſtici in Univerſitatibus degentes. Verumtamen Clerici poſſunt itineri congruum commodè ſuſcipere amictum. Sed ante omnes Epiſcopi habitûs & veſtium colant honeſtatem.

Johannes Stratford

E Xterior habitus, ° *& infrà.* Hoc ſacro approbante Concilio ſtatuimus, & præcipimus, quòd quicunq; obtinentes p Beneficia Eccleſiaſtica noſtræ Provinciæ in Ordinibus ſacris q potiſſimè conſtituti, veſtes & tonſura clericales deferant ſuo ſtatui r competentes. Si s qui autem t Clerici noſtræ Provinciæ u publicè incedentes x in ea, y veſte ſuperiori

k *Gradu.* Poteſ intelligere de gradu Scholaſtico, vel etiam Eccleſiaſtico. Et eſt *Gradus* idem quod *Status* ſive *Dignitas*, quia ad talem Statum ſive Dignitatem gradatim eſt procedendum. *ff. de mune. & ho. l. ut gradatim. 59. di. per totum.* & facit *C. de advocatis diver. judi. l. petitionem.* *Gradus.*

l *Excellentia.* Forſan quia ratione Juriſdictionis aliis præeminent, vel aliàs ratione originis ſive ſanguinis alios excellunt. Et ex hoc loco poteſ colligere, quòd apud Judicem non debet eſſe acceptio perſonarum. Facit *de conſe. di. 4. nec quicquam. 26. q. 7. c. ſacerdos.* & eſt expreſſum *de Reg. Jur. c. in judiciis.* ubi de hoc per *Dy. & alios.*

m *Procedatur.* Supple per eos, quorum Juriſdictioni ſubſunt, ſive ipſi juriſdictionem habentes ſint Epiſcopi, ſive Archidiaconi, ſive alii Prælati, ut patet ex ſupradictis.

n E Xterior habitus. Iſta Conſtitutio fuit Domini *Johannis Stratford Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & eſt pars hujus *ſupra. de conſtitu. c. exterior.* Et dividitur in ſeptem partes. In prima, quæ eſt pars deciſa, recitantur plura inconvenientia ante iſtam conſtitutionem tam in habitu, quàm in tonſura, & cæteris apparatibus per Clericos *Cantuarienſis* Provinciæ uſurata. In ſecunda ibi, *Hoc ſacro quoad obtinentes Beneficia Eccleſiaſtica.* Primò ordinat, ut geſtent *habitum & tonſuram Clericalem ſuo ſtatui competentes.* In tertia ibi, *Si qui autem*, ſtatuit generaliter contra omnes Clericos Beneficiatos *Cantuarienſis* Provinciæ aliquo dictorum inconvenientium utentes, ut ſi moniti non deſiterint, certas pœnas incurrant. In quarta ibi. *Non beneficiati*, providet contra non Beneficiatos etiam cum adjectione pœnæ. in quinta ibi, *Et præter*, aggravat hujuſmodi pœnam contra Studentes in Univerſitatibus. In ſexta ibi, *Præſenti tamen*, modificat ſtatutum quoad certa loca & tempora. In ſeptima ibi, *Verum*, ſtatuit quid faciant Epiſcopi circa Seipſos & ſuos Commenſales. *Diviſio.*

o *Et infrà.* Sub iſta parte deciſa continetur in integra, quomodo exterior habitus mores & conditiones intrinſecas perſonarum frequenter oſtendit; & quomodo Clerici, qui eſſe deberent ſpeculum & exemplum Laicorum, tam in veſtibus & tonſura, quàm ornamentis equorum, ac aliis apparatibus graviter Eccleſiam ſcandalizabant, & etiam ſtatum Clericalem per ſuas gyſas varias inconvenientes; de quibus aliquæ ponuntur *infrà. c. verſ. ſi quis autem. in prin.* Aliæ ponuntur *infrà. c. verſ. ſuper ver. expreſſatis. in gloſſa.*

p *Beneficia Eccleſiaſtica.* Nota, quòd appellatione *Beneficii Eccleſiaſtici* continetur non ſolum Beneficium cum cura, ſed etiam præbenda. *de reſcrip. c. poſtulaſti. ver. Beneficio. per Ber. & concor. Archid. de præben. c. ſi motu proprio. ver. Beneficium. li. 6. de reſcrip. c. gratia. c. li.* & breviter in loco intelligo contineri appellatione *Beneficii* Dignitates, Perſonatus, Præbendas, & Eccleſias omnes, & alia quæcunque cum cura & ſine cura, quæ cum titulo habentur, & Inſtitutione Canonica. Cui conveniunt notata per *Jo. An. de Reg. Jur. c. beneficium. li. 6.* *Appellatione Beneficii quid continetur.*

q *Potiſſimè.* Si enim Conſtituti in Ordinibus non Sacris ad hoc arctentur, multò fortius hoc facere debent Conſtituti in Sacris. *21. q. 4. Epiſcopi. C. de Epiſco. & cleri. l. Preſbyteri.*

r *Competentes.* Circa hanc competentiam vide, quæ dixi *ſupra. c. c. 1. ver. habitu Clericali.*

s *Si qui autem.* Tertia pars.

t *Clerici.* Etiam tonſuram primam duntaxat habentes. *Extra. de ætat. & qualit. c. cum contingat.*

u *Publicè.* Hoc enim maximè ponderatur, ut hic patet & *ſupra. c. c. 1. & 2. & concor. c. ti. c. 1. & 2. in cle.* ubi concorditer notant Doctores, quòd in occulto, viz. in camera, vel in aliis locis privatis dimittens habitum Clericalem, & alio utens, non incurrit pœnas in ea parte ſtatutas.

x *In ea.* Sc. Provincia.

y *Veſte ſuperiori.* Hanc veſtem magis ponderant Jura, quàm veſtes inferiores, ex quibus cum viſui non pateant, ita de levi non generatur ſcandalum: & quia habitus exterior eſt ſignum habitus intrinſeci, ut dixi *ſupra. c. c. ſub parte deciſa.* & *ſupra. c. c. quamvis. ver. exteriorem.*

a *Brevi.* Debent enim veſtes Clericorum eſſe talares. 23. *diſt. c. penul.* Vel ad minus ultra medium tibiarum; ſicut patet in Conſtitutione *Othoboni, cum ſancti.* §. *Statuimus.*

b *Stricta.* Talis enim forma poſſet magis dici Laicalis, quàm Clericalis. Nam Clericis non convenit corporis formam oſtendere, ſed potius occultare.

c *Notabiliter.* Poteſt dici veſtis *notabiliter brevis*, quando non operit genua: eſt etiam *notabiliter ſtricta*, quando non poteſt clauſa reverſari ultra caput.

d *Longis.* Ultra extremitates digitorum.

e *Latis.* Sic ut ſequitur ibi, *cubitos &c.*

f *Exceſſivè.* Exceſſus enim ſive nimietas evitari debet, quia penè nihil immenſum bonum eſt. *Auth. ut determinatus ſit numerus cleri. in prin. coll.* 1. & mediũ tenere honeſtum eſt & commendabile, præſertim in moribus, ut hic. & *Extra. e. c. Clerici. & de offi. cuſtod. c.* 1. Item in abſtinentia. 4. *diſt. denique.* Item in opinionibus. *de offic. deleg. quærenti.* Item in verbis. 43. *diſt. ſit rector.* ſic notatur per *Hoſtien. t. titu. c. Clerici. ver. nimis brevitate.*

Mediũ tenendũ eſt.

g *Non tegentibus.* Ubi namque Manicæ apertæ ſunt, & multum latæ ad omnem elevationem Brachiorum apparent Cubiti, qui quidem Cubiti uſque ad Manum dicuntur extendi; ut vult *Fanuen.* Quod tamen hic reprobatur.

h *Pendulis.* Sc. manicis, quæ ſi eſſent clauſæ, & non pendulæ, ſed Brachio adaptatæ, benè tegerent Cubitum. Quid ergo dicemus de manicis latis pendulis, non apertis, ſed clauſis, & Cubitum coperientibus, quibus his diebus utuntur multi etiam Clerici? Dic quòd licèt tales manicæ Clericorum ſtatui non conveniant; tamen eis utentes non incurrunt pœnam hic poſitam: quia ſtatutum pœnale nõ excedit limitationem in eo poſitam. *ff. de panis. l. interpretationes. & in Regula Furis, in panis. li. 6. de pœ. dis.* 1. *pœna.* licèt poſſet dici etiam in hoc caſu locum habere hanc Conſtitutionem: nec debet dici extenſio cum per omnia ſit eadem ratio, prout aliàs *no. de temp. ordi. c.* 1. *ver. Italiæ. per Joh. An. li.* 6.

Quæſtio.

i *Intonſis.* Iſtud, & illud quod ſequitur de *barbis prolixis*, eſt contra omnia illa ſtatuta, quæ volunt quòd Clerici comam non nutriant. De quibus dixi *ſuprà. e. c.* 1. *ver. comam. & glo. ſequenti.*

k *Annulis.* Iſtud prohibetur *Extra. e. c. Clerici.* Nam per Annulum præſumitur Matrimonium. 30. *q.* 5. *fœminæ. de præſump. c. illud. in fi.*

l *Publicè.* Vide quod dicam *infrà. e. ver.*

m *Dignitatis.* Ut ſunt Epiſcopi & Superiores, qui ſunt ſponſi Eccleſiæ, & per quorum mortem dicuntur Eccleſiæ viduatæ. *de poſtul. præla. bonæ.* 1. & 2. *de elect. ne pro defectu.* & ipſum defert Epiſcopus in quarto digito, ut ſciat ſe ſervientem Eccleſiæ corde & animo. Fertur namq; in digito illo venam eſſe, quæ à corde procedit. 30. *q.* 5. *fœminæ.* Abbates verò, & alii Prælati Annulis uti non debent, niſi hoc eis ex privilegio comperat; ſicut legitur *de privile. c. ad Apoſtolicæ. li.* 6. Poteſt tamen Clericus in ſignum poſſeſſionis per Annulum de Beneficio inveſtiti. *de ſenten. & re. judi. c. cum olim. de conceſ. præben. c. propoſuit.*

Abbates Annulis uti nõ debent.

n *Expreſſatis.* Scil. in integra ſub parte deciſa, ubi recitat de Caputiis cum tipetis miræ longitudinis, ac zonis ſtipatis pretioſis miræ magnitudinis, Burſis etiam cum Imaginibus variis ſculptis, Anemalatis & deauratis Cultellis ad modum gladiorum dependentibus, Caligis etiam rubeis, ſcacatis, & viridibus, Sellis cum croparijs, Sotularibus roſtratis, & inciſis multimodè, ac Cornibus ad colla pendentibus, Epitogijs, ac Clochis furratis ad oram. Sed quoad hæc ultimò dicta, videlicet de Epitogiis ac Clochis furratis ad oram, nimis large locutus eſt auctor; quia *Clem.* 2. *e. ti.* non prohibet niſi Epitogium, vel tabardum furrarum ad oram, quod eſt veſte inferiori notabiliter brevius, ut ibi patet.

o *Exceſſerint.* Exceſſus enim ſive nimietas reprehenditur, ut hic. Et dixi *ſuprà. e. ver. exceſſivè.*

p *Commiſſi exceſſus. concor. notata per Jo. in cle.* 2. *e. ti. ver. infrà menſam. & per Paulum. e. ver.*

q *Moniti.* Scilicet per ſuos Ordinarios. Unde ſi monitio non intervenerit, non habebit locum pœna hic poſita. Et adverte, quòd tempus ſex menſium, de quo hic loquitur, currit non à tempore monitionis, ſed à tempore commiſſi exceſſus. Et ſic ſufficit monitionem ſequi exceſſum, non ſolum forſan ſtatim in primo uſu ipſius veſtis, vel rei prohibitæ, ſed etiam quibuſcunq; poſt ante finem dictorum ſex menſium. Intelligas tamen hanc monitionem debere fieri tempore congruo. *ar. ff. locati. ſi merces. §. conductorum.* Sic viz. ut monitus poſſit exceſſum dimittere, & de aliis ſibi convenientibus, abſq; exceſſu ante finem dictorum ſex menſium, providere. Et facit ad hoc *de ſenten. c. Conſtitutionem. li.* 6. Et credo, quòd ſufficiet talem monitionem fieri non ſolùm in ſpecie, ſed etiam in genere: cum hic non mandet Legiſlator eam debere fieri nominatim, prout aliàs præcipitur in *clemen.* 1. *e. ti. & de ſen. excom. dicto c. Conſtitutionem. li.* 6. Tantum namq; operabitur monitio generalis quoad omnia, quantum ſpecialis quoad quædam ſpecialia. *ff. de admi. tu. l. ſi duo. in fi. ff. pro ſocio. l. actione. §. renunciare.*

r *Effectualiter.* Sic ut tali apparatu dimiſſo eundem, vel ſimiles non reaſſumat.

s *Sequentes.* Sc. dictos ſex menſes. Et ſic antequàm incurratur pœna Suſpenſionis à Beneficio, oportet labi 9. menſes.

Beneficia poſt prædictorum lapſum ſex menſium ipſo facto ab Officio ſuſpenſionem incurrant. In qua, ſi per tres menſes t ſequentes ſteterint, à ſuis u extunc Beneficiis, nulla requiſitâ monitione aliâ, ſint ipſo Jure x ſuſpenſi. y Nec extunc per ſuos Diœceſanos, quibus eorum abſolutionem præſentis auctoritate Concilii z reſervamus, prius ab hujuſmodi a ſententiis abſolvantur, quàm b quintam partem proventuum c unius anni ſuorum d Beneficiorum Eccleſiaſticorum

t *Extunc.* i. e. Poſt novem menſes finitos, vel aliàs dictis tribus menſibus ultimis plenè elapſis. Nam hæc dictio *tunc* extremum temꝑus ſignificat. *ff. de condi. & de. l. ſi is. §. ſi ita.*

u *Suſpenſi.* Simile habes *ſuprà. e. c. proximo.*

x *Nec extunc.* Sc. poſtquàm fuerint ſic ſuſpenſi, non ſolum ab Officio, ſed etiam à Beneficio.

y *Diœceſanos.* Sic ergo hæc abſolutio non poteſt fieri per Judices Epiſcopo inferiores.

z *Reſervamus.* Hæc reſervatio, ut videtur, fruſtratoria eſt: nam ubi abſolutio à pœna Canonis non eſt ipſi ſtatuenti ſpecialiter reſervata, ipſo Jure poteſtas abſolvendi remanet penes Ordinarium inferiorem. *Extra. de ſen. excom. c. ſuper.* Sed dic quòd hæc reſervatio operatur hoc, quòd non licèt inferiori Epiſcopo hanc abſolutionem impendere. Nam quod in quibuſdam conceditur in aliis negatur. *C. de procura. l. maritus. ff. de compen. l. quod Labeo.* vel potes hoc intelligere ſecundùm opinionem illorum, qui ponunt, quòd à pœna ſtatuti Provincialis ad Archiepiſcopum pertinet abſolutio. Cui opinioni contradicit *Jo. An. in no. de præben. c. gravius. ver. relaxetur.* niſi quatenus reſervaverit ſibi abſolutionem in ipſo ſtatuto. Et *concor. Archi. 17. di. c.* 1. *ſtatim poſt princi. & Jo. de Athona in proœmio Conſtitutionum Othonis. ver. conſenſu.* Dic ergo ut prius dixi.

a *Sententijs.* Sc. Suſpenſionum ab Officio & Beneficio. Et ſimile habes in Conſtitutione *Othoboni, cum Sancti. §. ſi qui verò.* & tenigi *ſuprà. e. c. proxi. ver. ſuſpenſionem.*

b *Quintam partem. ſuprà. e. c. proxi.* Et dicta Conſtitutione, *cum Sancti*, ponit in caſu ſimili pœnam ſextæ partis. Et circa hoc vide quod ſcripſi *ſuprà. e. c. proxi. ver. Eccleſiaſticorum bonorum.*

c *Unius anni.* Adverte, quòd in Conſtitutione *Othoboni, cum Sanctis*, Textus loquitur *de ſexta parte reditnum illius anni*; in Conſtitutione *Johannis Peccham* proxima Præcedenti dicit *de ſexta parte Beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum*; hic verò loquitur *de quinta parte unius anni.* Et ut videtur hæc litera non poteſt rationabiliter ſtare, ſicut de his duabus dixi *ſuprà. e. c. proxi. ver. bonorum Eccleſiaſticorum.* per rationes ibi allegatas. Sed ultra per me ibi dicta potes dicere, quòd hæc pœna ſcilicet Suſpenſionis à Beneficio una cum ſolutione ſextæ partis, ut patet in locis Præcedentibus, vel aliàs quintæ partis, ut hic patet, ideo adjecta eſt, ut ſcilicet timore talis pœnæ citius ſe corrigat delinquens de ſuo exceſſu: nec eſt verisimile, quòd patietur ſe longo tempore fructibus ſui Beneficii deſtitui. *ff. de uſur. l. cum de indebito.* cui utilius eſt, ut ſtatim ſe corrigens ante abſolutionem ſuam ſolvat quintam vel ſextam partem Beneficii ſui per unum annum, quàm ſuum exceſſum continuando, interim perdat proventus ejuſdem, forſan omnes, vel majorem partem eorundem juxta moram ſuam in Suſpenſione hujuſmodi: quam ſi diutius contra ſe regnare patiatur, ſibi imputet, quod de ſuo Beneficio nihil aut modicum recipiet, & egeſtate prematur; cum malè meritos juſtum ſit egeſtate laborare. *ff. depoſiti. l. bona fides.*

d *Beneficiorum Eccleſiaſticorum.* Etiam pluriũ, ſi ea habeat talis Clericus infra Juriſdictionem Judicis eum à principio monentis, ut à talibus deſiſtat. Nam cum iſtud Statutum ſit pœnale, monitio unius Judicis non poteſt eum arctare quoad Beneficia, quæ habet in Juriſdi-

tione alterius. *ff. de iurisdi. om. ju. l. ulti. de constit. c. 2. §. ult. li. 6.*

a *Diœcesanos.* Non ergo per inferiores Prælatos, ut dixi *suprà. c. proxi. ver. Episcoporum.*

b *Diœcesibus.* Facit hæc litera ad ea, quæ dixi *suprà. c. ver. Beneficiorum Ecclesiasticorum.*

c *Beneficiorum.* Hæc litera limitat loca, in quibus provenrus prædicti debent pauperibus erogari; cum tamen in Constitutione *Othoboni, cum sancti. & suprà. c. c. proxi.* licèt fiat mentio de hujusmodi parte proventuum pauperibus eroganda, licuit tamen ipsis Diœcesanis ad libitum erogationem hujusmodi facere nullius loci respectu habito, quod tamen secundùm Constitutionem istam facere non licet; ad quod facit *C. de Episc. & cle. l. si quis ad declinandã §. hæc tamen.*

d *Degentibus.* Ita quòd sint ibi Parochiani, & non trahentes moram ad extra.

e *Postmodum.* Sc. post obtentam absolutionem.

f *Fideliter.* Sic quòd nihil retineant ad usum suum proprium, vel de ea quicquàm aliunde expendant.

g *Et si.* Vel.

h *Suspensionibus.* Pluraliter loquitur unde per hoc apparet, quòd aliud esset si una earum esset sublata altera manente: & sic ad effectum quòd habeat locum pœna privationis, quæ sequitur, requiritur, quòd hæ duæ Suspensiones concurrant. Et ideo si durante prima Suspensione, sc. ab Officio, tamen ante incursum secundæ, sc. à Beneficio, sic suspensus ab Officio ingereret se Divinis, sicut prius, non esset propterea Beneficio privatus, licet propter hoc incurreret Irregularitatẽ, ut legitur & notatur *de senten. & re judi. c. cum æterni. li. 6.* Et quòd duo prædicta concurrere opus est ad effectum incurrendi pœnam privationis hic positam, faciunt notata per *Archidiaco. d. c. cum æterni. ver. multiplici.* & super hoc vide quæ scripsi *suprà. de foro compe. c. dicrum. ver. surreptitiè.*

i *Divinis.* Respectu Suspensionis ab Officio.

k *Administrationibus.* Respectu *Beneficiorum*, ut sequitur.

l *Extunc.* i. e. Post talem ingessionem quoad Divina, vel administrationem quoad Beneficia. Nam ipsis Suspensionibus simul concurrentibus sufficit ad effectum incurrendi pœnam, quæ sequitur, quòd contra unam earum delinquat: & hoc patet sufficienter ex dictione *seu*, quæ hic ponitur disjunctivè, dum dicit, *Divinis seu administrationibus.* Sic enim sumitur hæc dictio, *seu. ff. ad Trebel. l. 1. §. sublata. C. de sacrosanc. eccle. l. generali. C. de verb. sig. l. cum quidam. circa medium.* Quandoque tamen ponitur ampliative, ut legitur & notatur. *ff. de au. & ar. le. l. si quis ita.* ubi de hoc per *Accurs.* sed melius per *Bart.* — Dictio seu varie sumitur.

m *Privati.* In hoc tamen requiritur sententia declaratoria, secundùm ea quæ leguntur *de hæret. c. cum secundùm leges. li. 6.*

n *Non Beneficiati.* Quarta pars.

o *Gerentes.* Hoc enim sufficit quoad possessionem Clericatus: & ut pro tali reputetur & habeatur, donec constet de contrario, prout legitur & *no. de senten. excom. c. si Judex. li. 6.*

p *Moniti.* Per suos Ordinarios.

q *Spatium.* A tempore commissi excessus, ut *suprà* dicitur.

r *Inhabiles.* Circa hanc pœnam vide quod dixi *suprà. de procur. c. unico. ver. inhabilis.*

s *Quatuor menses.* Simile habes *c. ti. c. 2. in clem.* ubi loquitur de sex mensibus.

t *Obtinendum.* Et sic privatur spe, qui non potest privari re. *18. q. 1. c. 1.*

u *Et præter.* Quinta pars, ubi adverte, quòd hi qui se gerunt pro Clericis, & student in Universitatibus, sive sint Beneficiati, sive non, ultra pœnas prædictas incurrunt etiam pœnam hic limitatam, videlicet inhabilitatis ad quoscunque gradus Scholasticos. Ad quod facit litera quæ *infrà* ponitur, *salvis pœnis aliis &c.*

x *Universitatibus.* Viz. *Oxon.* & *Cantabrigiæ.* Hæ autem *Universitates*, prout aliæ hujusmodi, alio nomine *Studia Generalia* nuncupantur. *de sepultu. c. dubium. §. nos autem. in Cle.* & constituuntur ex Privilegio vel Consuetudine, cujus initii non est memoria, prout notat ibi *Jo. An. vers. generalibus.* Et ad hoc *alleg. c. tuæ. Extra. de cleri. non resid. de privil. c. 2. li. 6.* Et *in proœmio Digestorum. §. hæc autem tria.* & *concor. Gess. ibidem eodem verbo.* dicuntur autẽ *Studia Generalia*, in quibus docentur Sacra Pagina, Jura, & Artes, secundùm *Hostien. d. c. tuæ.* & debent esse in locis insignibus, ut patet in *proœmio. ff. §. hæc autem tria.* Et notatur dicto *c. dudum. ver. generalibus.* ubi distinguuntur diversa genera Studiorum. — Studia generalia.

y *Studio Literarum.* De istis Studentibus & eorum Privilegiis, legitur & *no. de privilegiis. c. 2. li. 6.* ibi videas.

z *Donec.* Et sic ex hac litera colligitur, quòd talia dimittendo, & apparatum honestum capiendo, eo ipso cessabit hæc pœna. Circa quod vide alias per me scripta *suprà. de consti. c. 1. §. fin. ver. donec.*

a *Gestu.* i. e. Actu, vel corporis agitatione.

b *Maturitatem.* i. e. Discretionem, sive sapientiam. *7. q. 1. Novatianus.* Quandoq; *maturus* idem est quod *festinus. de pœni. di. 4. si ex bono.* Item *maturus*, id est *tardus. de pœni. di. 2. dum Sanctam.* Item *maturus*, i. e. *aptus thoro. 27. q. 1. c. 1.* de his notatur *23. q. 8. convenior. in princi. per Archidia.* — Maturus.

c *Competentem.* Hæc competentia considerari debet; ut se conforment in habitu, tonsura, & aliis apparatibus præmissis, his inter quos conversantur, & qui apud eorum Judices & Rectores reputantur Scholares honesti. Faciunt ad hoc notata *41. dist. c. 1. & 2.* & dixi *suprà. c. c. 1. ver. habitu clericali.*

d *Salvis.* Hæc litera facit pro eo quod dixi *suprà. c. ver. & præter.*

e *Editis.* His videlicet, de quibus *suprà* fit mentio, & etiam aliis, de quibus habetur *suprà. c. c. 1.* & in Constitutione *Othonis, quoniam de habitu.* & Constitutione *Othoboni, cum sancti. & eodem titu. c. 2. in clemen.*

f *Præsenti.* Sexta pars.

g *Apertis.* Scilicet in parte anteriori.

h *Supertunicis.* Has statim declarat in Textu.

i *Mensalibus.* Sic dictis, quia in eis solebant utentes sedere ad mensam. Et erant hujusmodi *Supertunicæ* antiquæ vestes præparatæ ad parcendum vestibus magis pretiosis, maximè tempore prandii, vel cœnæ, quibus temporibus solent comedentium & bibentium vestes cibo vel potu ab ore cadente deturpari. — Supertunica.

k *Competentibus.* Strictis videlicet ad Brachia, & Cubitos circumquaque tegentibus.

l *Locis.* videlicet secretè in propria domo.

m *Temporibus.* Scilicet diebus feriatis, & non festivis, cum non solent supervenire extranei. Secus tamen dicerem, si essent in loco alieno, vel in præsentia extraneorum, aut alicujus multitudinis. Ad quod facit quod *suprà* ponitur in litera ibi, *publice &c.*

n *Itinerantes.* Sc. sicut sequitur.

o *Per patriam.* Non tamen per campos spatiando, nec in villis ubi habitant itinerando, sed dum longum iter agere habent, videlicet gratiâ Peregrinationis, vel alia de causa. Ad quod vide quæ leguntur in Constitutione *Othoboni, cum Sancti. §. statuimus.*

p *Videbitur expedire.* Ex hac litera apparet, quòd talis Clericus itinerans possit, si velit, transire in veste brevi usque ad nates, vel stricta adinstar diploidis, quod tamen non esset honestum Ordini Clericali: & ideo dic, quòd hoc, quod hic dicitur, *videbitur expedire*, denotat arbitrium boni viri. Ad quod facit *ff. de fideicommissa. lib. l. libertates.* Unde non potest talis Clericus eligere modum vestium, quem vult, sed tales, quales bonus & honestus vir eligeret.

Pro

Voluntas & Arbitrium *differunt.*

Pro cujus intellectu ſcias, quòd voluntas libera & arbitrium boni viri differunt. De voluntate enim eſt, quòd ſit libera, nec poteſt cogi neceſſitate præciſa, *C. de hæret. inſti. l. cum proponas.* ſed quadam neceſſitate conſequentiæ. Ut ſi quis vult fugere tormenta, per conſequens vult illud ſine quo tormenta fugere non poteſt: & ſic coacta voluntas eſt voluntas. *ff. quod me. cauſa. l. ſi mulier. §. ſi metu.* Et eſt voluntas libera, quia liberè vult antecedens, & ex illo liberè deducitur ad volendum conſequens. Dicunt etiam Philoſophi & Theologi, quòd voluntas nunquam appetit niſi bonum, vel apparens bonum. Nam licet quandoque appetat, quod cognoſcit eſſe malum, illud tamen vult ſub ratione boni delectabilis, vel apparentis ipſi volenti. Et talis voluntas, ſive ſit ratione regulata, ſive nō, dicitur voluntas libera, ſed ubi talis volūtas eſt ratione regulata, dicitur arbitriū boni viri, quia ſic bonus vir arbitrabitur. *ff. judi. ſolvi. l. vir bonus. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. § arbitrorum.* Apparet itaque ex prædictis, quòd quoad uſū taliū veſtium requiritur diſcretio utentis, ſi ſit benè regulata. Nā, ut prædixi, hæc verba, *videbitur expedire*, denotant arbitrium boni viri, quod debet ratione regulari: non autem voluntatem liberam, quæ non poteſt ratione regulari. Faciunt ad hoc notata per *Barth. in Extravagant. ad reprimendam. ver. videbitur expedire. coll. 11.*

Coacta voluntas eſt voluntas.

expedire, [a] Verùm cum fronte libera cæteros redarguere nequeant Epiſcopi, ſi ſeipſos & domeſticos proprios [b] non corrigant in hac parte; [c] Statuimus, quòd Epiſcopi noſtræ Provinciæ [d] venuſtatem in tonſuris, veſtibus, & cæteris ſupradictis obſervent, & à ſuis Clericis commenſalibus [e] faciant obſervari.

De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

Clerici in Sacris ac Beneficiati domi Concubinas nec habeant, nec ad proſtitutas cum ſcandala accedant: aut ſi admoniti non deſiſtant, interdicatur eis Sacramentis Eccleſiaſticis. A quibus ſi non abſtinuerint, Excommunicentur, & Beneficii ſubtractione puniantur.

Stephanus *in Concilio Oxon.*

[f] VT Clericalis Ordiis, & infrà. Clerici [g] beneficiati, aut [h] beneficiati. Quilicunque Beneficio, quod habetur per modum Tituli, & per Inſtitutionem Canonicam, ut dixi *ſuprà. ti. proxi. c. exterior. ver. Beneficia Eccleſiaſtica.* Sed quid dicemus de Decanatu Eccleſiæ Sancti *Martini magni London.* & aliis, quæ pertinent ad donationem Regiam, vel aliorum virorum temporalium, ſic quòd talia occupantes non habeant Inſtitutionem ab Epiſcopo, nec Inductionem ipſius auctoritate, ſed omnia expediuntur per ipſum Regem, & alios viros temporales de eorum mandato; nunquid tales quoad caſum iſtum, & etiam quoad veſtes, quæ deferri habent à Beneficiatis, & pœnas in ea parte inflictas, de quibus dixi, & patet in Textu *ſuprà. titu. proxi. c. ulti.* comprehendantur appellatione *Beneficiorum*? Videtur quòd non, ſaltem intelligendo de Beneficio Eccleſiaſtico, quod ſine Inſtitutione Canonica obtineri non poteſt; ut legitur in *Regula Juris, Beneficium. li. 6.* Tales enim Decanatus, ut in pluribus, non ſubſunt Epiſcopo, nec eorum Decani ab eo, nec ab aliquo Judice Ordinario Eccleſiaſtico Inſtitutionem accipiunt. Unde videtur, quòd Decanatus hujuſmodi non ſint Beneficia Eccleſiaſtica, vel aliàs quòd Juri Epiſcopali eſt in eis & circa ea derogatum. Conſtat namque, quòd Inſtitutio, ad effectum quòd ſit Canonica, debet fieri per Epiſcopum. *16. q. 7. c. nullus, cum pluribus cap. ibi ſequenti.* in quibus patet, quòd nec Reges, nec Principes, aut Laici ſine conſenſu Epiſcopi poſſunt Clericos in aliqua Eccleſia inſtituere. Unde ſecundùm præmiſſa, ut apparet, aut talis Inſtitutio facta per Regem eſt uſurpata, & facta contra Jura; aut aliàs dici debet talis Decanatus non eſſe Beneficium Eccleſiaſticum. *argu. præmiſſorum*; cui etiam dicto concordat quod legitur *de hæreticis. c. cum ex injuncto. ad fi.* Præterea ſcrè videmus quòd Clericis etiam de bonis Eccleſiaſticis in certis reditibus percipiendis quædam aſſignantur, ad ſuam exhibitionem & ſuſtentationem pro certis laboribus & oneribus ſubeundis, quæ tamen ſic aſſignata quàmvis ad ipſorum vitam durent, Beneficia tamen Eccleſiaſtica dici non poſſunt. *12. q. 2. quicunque ſuffragio. 16. q. 1. c. poſſeſſiones.* etiamſi mortuo poſſeſſore talis Juris ſive Officii debeat idem Jus ſive Officium alteri in eodem onere ſuccedenti conferri. Ad quod notabiliter facit *Extra. de magiſtris. c. quia nonnullis.* ſi ergo talis perceptio in his quæ procedunt de rebus Eccleſiæ, non cenſeatur Beneficium, ut ex prædictis apparet: multò magis hoc dicendum eſt, cum talis perceptio ſolum conſiſtit in rebus temporalibus, prout de facto eſt videre in dicto Decanatu Sancti *Martini magni.* nec obſtat, quòd dicatur, quòd eidem Decanatui aliquæ Eccleſiæ ſint annexæ, unitæ, & appropriatæ: quia eas tenet ipſe Decanus, non ut Beneficium, ſed ut proprietatem; prout aliàs ſtat *c. cura paſtorali. Extra. de jure patronatûs.* ſicut ibi illud capitulum intelligit *Jo. An. & in Regula Juris, Beneficium. ver. obtineri. li. 6.* Et pro hac ſententia multum benè facit, quod legitur *de præben. c. per literas.* ubi patet, quòd Hoſpitalia, Leproſariæ, Zenodochia, & hujuſmodi, licèt habeant Eccleſias, Cœmeteria, Decimas, & alia Jura Eccleſiaſtica, non tamen continentur appellatione *Beneficiorum Eccleſiaſticorum*; quia ea habent ut Acceſſoria, non tamen per viam Principalitatis. Præterea ad naturam Beneficii Eccleſiaſtici non electivi ſpectat, ut ſit permutabile cum alio Beneficio, ubi ſubeſt cauſa rationabilis legitima per Superiorem approbanda; ſicut patet ex natura Titulorum *de rerum permuta. in antiquis. li. 6. & in Clemen.* Sed in Decanatu Sancti *Martini magni*, & ſimilibus, non habet locum permutatio, ut *infrà* dicam: ergo talis Decanatus non ſapit naturam Beneficii Eccleſiaſtici. Quòd permutatio in talibus locum non habeat oſtenditur. Nam in permutatione Beneficiorum requiritur conſenſus & auctoritas Epiſcopi. *Extra. de rerum permuta. c. quæſitū. & c. cum Univerſorum.* Cujus officium in talibus eſt, ex cauſa neceſſaria, vel utili ipſi Beneficio Beneficiatum de uno loco ad alium transferre, ut patet in dicto *c. quæſitum.* Unde alius, cui hoc de Jure non conceditur, hoc uſurpare non debet. *1. q. 1. §. ſicut ergo. de privileg. c. ſane. cum concor. ibi notatis.* Eſt enim Epiſcopus in Beneficiis Eccleſiaſticis præordinator & diſpoſitor. *25. diſt. perlectis.* Et unaquæque Eccleſia regenda eſt proviſione Epiſcopi. *10. q. 1. decretum. & c. regenda. cum ſimilibus.* Cum ergo in dicta Eccleſia Epiſcopus loci poteſtatem non habeat, nec præordinationem aliquam, immo nec quivis alius Judex Eccleſiaſticus, ſatis apparet, quòd Decanatus ipſe non ſapiat naturam Beneficii Eccleſiaſtici. Item ad confirmationem hujus dicti applicari poteſt; quòd in pluribus aliis deficit ipſe Decanatus, quæ ſapiunt naturam Beneficii Eccleſiaſtici. Non enim eſt in ejus Collatione ſive Præſentatione certum tempus limitatum, nec contra Patronum currit devolutio; cum tamen in Beneficiis Eccleſiaſticis contrarium obſervetur. *Extra. de conceſſ. præben. c. 2.* viſitatur etiam, ut pluries, per merè Laicum, quia per Regis Cancellarium, qui de neceſſitate non erit Clericus, ſed poteſt eſſe vir in ſtatu Laicali Conſtitutus; cum tamen Beneficia Eccleſiaſtica Epiſcopos pro Viſitatoribus habere debeant. *de ſenſibus. in antiquis. & in Sexto. quaſi per totum. de præſcript. c. cum ex officii. cum ſimilibus.* Ad oppoſitum videtur. Nam illud Beneficium dicitur Eccleſiaſticum, quod quis obtinet per modum Tituli & Jure perpetuo, prout notatur *de rel. do. c. quia contingit. ver. Beneficium. per Paulum. in Clem. & per Jo. An. in addi. de cleri. conjuga. c. Johannes. ver. Quarto veniamus ad tangenda.* & ea ratione ſic intitulatus facit fructus ſuos, & tenetur ad horas Canonicas, ſicut alii Clerici quibus præeſt, ut notat *Paulus in loco præallega.* Sed in Decanatu, de quo loquimur, conferetur Titulus, & etiam habetur Inductio, licèt non per conſenſum Epiſcopi expreſſum, tamen fit per Regem, & de ipſius mandato ex conſenſu Epiſcopi tacito, ut *infrà* dicam. Et confertur non ad tempus, ſed perpetuò. Obligatur inſuper ad horas Canonicas, ſicut cæteri Clerici quibus præeſt, prout prædicta, ut æſtimo, colligi potuerunt ex fundatione ejuſdem, ergo &c. Quod autem ſufficit conſenſus Epiſcopi tacitus, licet non expreſſus in hac parte, notat *Ber.* ſecundùm unam opinionem in *c. cura paſtorali. ver. legitimo. de jure patrona.* quæ etiam opinio ibi recitatur per *Hoſtien.* Et hanc ſententiam tenent *Vincen. & Phi. Extra. de inſtitutio. c. ex frequentibus.* Licèt

Diviſio.

Quæſtio.

Inſtitutio Canonica ſoli Epiſcopo pertinet.

alij

---

a *Verùm* Septima pars.

b *Non corrigant.* Corrigere enim debet primò ſeipſum, qui vult alios corrigere. *de ſta. mo. c. ulti. ubi de hoc per Ber. verſ. ſeipſis.* & ibi ſuper hoc ſunt multæ concordantiæ.

c *Statuimus*, Verſ.

d *Venuſtatem.* Id eſt pulchritudinem, decorem, ſeu decentiam.

e *Faciant obſervari.* Simile habes in Conſtitutione *Othonis, quoniam de habitu. ad finem.*

f *VT Clericalis.* Hoc eſt Statutum *Stephani* Archiepiſcopi in Concilio *Oxon.* & eſt pars hujus *ſuprà. ti. proxi. c. 1.* & *infrà. de teſtamentis, c. 1.* & habet quatuor dicta. In primo ſtatuit ne Clerici Beneficiati, vel in Sacris Conſtituti publicè teneant Concubinas, nec cum ſcandalo acceſſum habeant ad eas. In ſecundo ibi, *Et ſi forte*, ponit modum procedendi contra eorum Concubinas, & pœnam primò eis infligendam. In tertio ibi, *Et ſi nec*, addit contra eas aliam pœnam, & alium modum procedendi. In quarto ibi, *Ipſos autem*, ordinat circa punitionē ipſorum Clericorum ſic delinquentium.

g *Et infrà.* Hic deciditur quod habes *ſuprà. titulo proximo c. 1.*

h *Beneficiati.*

Tacitus consensus pro titulo habetur.

alii teneant contrarium, ut notatur 6. q. 7. *si quis deinceps. per Archidia.* Cum prædicta etiam opinione concordare videtur *Vinc. & Innocen. d. c. cura pastorali. ver. legitima. in fi. glo.* qui dicit, quòd tacitus consensus habetur pro titulo. *alle. ad hoc Extra. de his quæ fi. à præla. sine consensu Capituli c. 2. & 3.* Et idem notat *Archi. 1. q. 1. nullus Episcopus. in glo. ad-*de, *hoc tene pro regula.* Et in [a] sacris Ordinibus constituti. *concor. Petrus de Anchorano in d. c. cura.* Præterea ubi res aliqua continet in se qualitates diversas, eam talem judicabimus, qualis magis apparet. Patet exemplum *ff. de fla. bo. l. quæritur. ff. de testibus. l. repetundarum. §. fina. cum similibus.* Unde cum in Decanatu prædicto sit dare unam vel duas qualitates, quæ illum ostendunt non esse Beneficium Ecclesiasticum, ut putà, donationem Regiam, & alia de quibus *suprà* dixi: plures tamen habet qualitates aliàs, per quas apparet ipsum esse Beneficium Ecclesiasticum. Habet namque omnia insignia Beneficii Ecclesiastici, quia habet Ecclesiam, Navem scil. & Chorum, & Campanile cum Campanis, Capitulum, Clausturam, & Cœmeterium. Habet insuper Baptisterium, Parochianos, & ministerium Sacramentorum & Sacramentalium, quæ omnia ministranda sunt per Decanũ, vel aliunde ipsius mandato prout hæc omnia patent de facto, & de notorietate facti permanentis, circa quæ non oportet Jura allegare. Habet insuper immunitatem Ecclesiasticam, tam pro personis, quàm rebus convolantium ad eandem, præsertim his rebus, quæ infra præcinctum ejusdem inveniuntur. Habet etiam Jurisdictionem Ecclesiasticam à Jurisdictione Episcopi nullatenus dependentem, sed ab ea distinctam & separatam. Igitur ex his omnibus & singulis simul conjunctis, eò quòd multo plura insurgunt, quæ magis ostendunt ipsius qualitatem Ecclesiasticam, quàm temporalem, videtur quòd secundùm id, quod in ea magis exilit principale, judicari debet. *ar. præmissorum.* Ad quod etiam faciunt Jura *C. de dona. l. sanctimo. §. nec autem. ff. de auro & argen. leg. l. & si non sunt. §. fi. de leg. 3. l. legatum. §. 2. cum similibus.* Finaliter hanc partem confirmare videntur Jura, quibus cavetur, quòd Reges *Angliæ* licèt non de Jure scripto, tamen de consuetudine legitima præscriptâ, conferunt quosdam Decanatus & Præbendas, quæ sunt sui patronatûs Jure suo absque consensu Episcopi saltem expresso. Patet exemplum de Decanatu & Præbendis Ecclesiæ Sancti *Petri de Curia* in Civitate *Cenomanensi in Normania*, ubi Rex *Angliæ Johannes* ratione Ducatûs sui *Normaniæ* contulit Decanatum & Præbendas dictæ Ecclesiæ Sancti *Petri*, ut plenius legitur in *c. cum inter. de consuetudi. in parte decisa.* Quæ decisio habetur in compilatione antiqua, quam vidi & perlegi in tertia compilatione, & notatur per *Joh. 10. dist. c. imperium.* Qui dicit hoc procedere de privilegio super hoc specialiter indulto. *Joncre.* tamen dicit, quòd Rex *Angliæ*, qui est Dominus omnium Ecclesiarum *Angliæ* & *Normaniæ*, quæ ab eo magna feuda habent, quandoque ratione patronatûs, quandoque ratione feudorum confert præbendas ipsarum. In quibusdam etiam dum sedes vacat, *ut Extra. de jure patron. c. ex diligenti.* quæ hodie non habetur in nova compilatione *Decretalium*, sed bene habetur in antiqua in prima compilatione, ubi eam vidi. Et in quibusdam Ecclesiis ut Patronus earundem semper confert, prout patet in casu nostro, videlicet de Decanatu Sancti *Martini*, & aliis similibus. Quod infallibiliter verum est, quando ex privilegio vel auctoritate Papæ hoc facit, prout notat *Johannes. 16. q. 7. in summa. ad finem.* Et sic concludit *Archidia. d. c. imperium. in fi.* Ecce quia jam vidimus motiva ad unam partem & ad aliam, restat investigare veritatem quæsiti. Et an donatio Regia cum Inductione secuta absque auctoritate Episcopi sufficiat pro titulo Canonico, ut sic dicatur Beneficium Ecclesiasticum, vel non Ecclesiasticum? Pro cujus solutione pono pro expedito, quòd si Rex super hoc sufficienti privilegio sit fulcitus, aut auctoritate Papæ talem Investituram faciat etiam sine consensu Episcopi, sufficit pro titulo Canonico; & habetur talis Investitura loco Institutionis Canonicæ, sicut apparet ex his quæ dixi in *ulti. ar. secundùm notata per Jo. de Deo, & Archi.* facit ad hoc quod legitur 63. *di. Adrianus. 2.* & quod notatur *de elec. c. quòd sicut. ver. nominatio Episcoporum. per Imo.* Instar namque Sacrilegii est dubitare, an is sit dignus, quem Papa elegerit, maximè si hoc fiat ex certa scientia. *C. de crimine sacrileg. l. 2. Si* autem Rex hoc non faciat auctoritate Papæ, nec ejus super hoc privilegio fulcitus sit, sed solum ex diuturnitate temporis, Episcopo forsan hoc sciente & tolerante hoc faciat, tunc licèt Rex ut Patronus Laicus possit dare Clerico temporalia, quæ ad Ecclesiam spectant, & vasalagia, & hujusmodi; non tamen potest dare Jure suo potestatem circa spiritualia, videlicet circa ea quæ pertinent ad Regimen Ecclesiasticum, & ministrationem Sacramentorum & Sacramentalium; necnon circa Ecclesiasticæ Jurisdictionis exercitium & hujusmodi, quæ Jure spiritualia sunt: nec in hoc casu potest sibi prodesse præscriptio etiam longissimi temporis, quia talia spiritualia non possunt per Regem possideri, & per consequens, nec ut transeant sub sua potestate possunt præscribi, nec consuetudine introduci. *Extra. de præscrip. c. causam quæ. de Re. Jur. c. cum possessione. li. 6.* & sic notatur *de præben. c. 2. ver. pontifice. per Cardi. li. 6.* non obstante, quòd Rex unctus non sit mere Persona Laica, sed mixta secundùm quosdam, & est expressum 16. *q. 7. c. si quis deinceps. & c. sequenti.* quæ Decreta specialiter loquuntur de Regibus & Principibus. Nec obstat quod *suprà* allegavi de consensu Episcopi tacito, ut scilicet habeatur pro titulo: quia illud locum habet in Titulo quoad præscriptionem faciendam per Clericos, qui forsan Ecclesiam receperunt de manu Laici. Talis namq; consensus tacitus sufficiet eis pro Titulo ad præscribendum, cum Ecclesiam possidere habiles sint, prout patet in *d. c. cura pastorali.* Illa tamen Jura non arguunt, quòd donatio Laici prebeat eis Titulum in ipso Beneficio; nec Titulum Canonicum, ut patet in dictis *c. si quis deinceps. & c. sequenti.* nec etiam Titulum præscribendi. *Extra. de decimis. c. dudum.* Ad fortificationem præmissorum possunt induci omnia Jura, quæ volunt, quòd Institutio auctorizabilis, quæ ad solum Episcopum pertinet, *de offi. deleg. c. super eo. de excess. præla. c. 3. cum concor. quas posui suprà. in prin. hujus glo.* non potest præscribi etiam per personam Ecclesiasticam. Ut notatur per *Jo. An. in no. de offi. Archi. c. cum satis. ver. licentia Special. & ea. per Hosti. ver. curam.* saltem nisi hoc primo habuerit de concessione Episcopi. Ut notat *Hostien. c. ii. fi.* ad quod facit de *Insti. c. cum venissent.* Unde concludunt, quòd licet Archidiaconus possit Ecclesiam alicui concedere, ubi de consuetudine forsan confert Beneficium, sicut potest puni exemplum *de excess. præla. c. 2. de præben. referente.* tamen is qui recipit talem Collationem, antequàm ingrediatur possessionem, debet recurrere ad Episcopum, ut viz. auctoritatem ab eo recipiat in administratione spiritualium: alias enim diceretur fur & latro. 7. *q. 1. non furem. & c. denique.* & Beneficium sibi usurpat *de Jure patronatus. c. relatum.* Si igitur hæc vera sint in persona Ecclesiastica, quæ alias esset talis Juris capax, multo magis hoc fateri oportet in Rege, qui nõ est Persona Ecclesiastica, sed secularis, ut viz. possit tale Beneficium conferre vel donare: Collatarius tamen ingredi debet auctoritate Episcopi & non Regia tantùm. *ar. præmissorum.* & ad idem faciunt notata per *Inno. & Hostien. de privile. c. volentes. §. sane. ver. quæstiones emergunt. li. 6.* Posito ergò, quòd Rex habeat super hoc Privilegium, & fultus sit auctoritate Papali, tunc satis constat talem investituram esse loco Institutionis Canonicæ, quam aliàs faceret Episcopus. Et sic per consequens dicitur Beneficium Ecclesiasticum, ut *d. t. beneficium. de re. juris. li. 6. Si* vero non habeat super hoc Privilegium, nec auctoritate Papæ hoc faciat, licèt non teneat Institutio, tanquàm facta ab eo, qui non habet potestatem, ut prædixi: & propter hoc Collatarius sit ab hujusmodi Decanatu removendus, ut patet *d. c. si quis deinceps. & c. sequenti. cum multis aliis positis in ea. q.* tamen dico, quòd hoc non obstante dici debet Beneficium Ecclesiasticum. *ar. eorum quæ posui suprà. ver. præterea ubi res.* Nam licet Institutio non sit Canonica, non tamen sequitur, quòd non sit Beneficium Ecclesiasticum. Quia Regula Juris *Beneficium*, sic debet intelligi, quòd illud Beneficium, quod est Ecclesiasticum, non potest obtineri sine Canonica Institutione, ut jam prædixi. Sæpius enim contingit, quòd aliquis sine Institutione Canonica occupat aliquod Beneficium, & tamen nihilominus satis constat illud Beneficium fore Ecclesiasticum. Patet itaque ex prædictis, quòd istud non est bonum argumentum; A. in Ecclesia quam possidet, non habet Institutionem Canonicam, ergo illa Ecclesia non est Beneficium Ecclesiasticum: sed istud est bonum argumentum; A. in Ecclesia, quam possidet, non habet Institutionem Canonicam, ergo nullum Jus habet in ea; & est propterea ab ea removendus. Hanc materiam propterea hic perstrinxi, quia semel novi Decanum dicti Decanatûs, qui cum eo habuit plura alia Beneficia, fuisse privatum omnibus Beneficiis Ecclesiasticis, quæ habebat; & dubitabatur an esset privatus Decanatu Sancti *Martini*, quem tunc obtinuit: cujus dubii solutio patet ex præcedentibus, & etiam quòd talis incidit in pœnas contra Beneficiatos limitatas. †

An donatio Regia sit sufficiens titulus ad Beneficium consequendum.

a *In sacris.* Idem intelligas de Constitutis in inferioribus Ordinibus. 32. *di. interdixit. Extra. de cohabi. cle. & mulie. c. si autem.*

b *Hospitiis suis.* Licet enim *Hospitium* strictè sumptum intelligatur de loco, ubi aliquis modico tempore moratur: hic tamen sumitur largè pro domo quacunque, quam Clericus inhabitat. Facit ad hoc 32. *dist. hospitiolum.*

c *Publicè.* Simile habes in Constitutione *Othonis, licet ad profugandam.* Et in casu isto dicitur *publicè fieri* quando omnibus patet; & sic Diœcesanum latere non potest. *ar. ad hoc Extra. qui ma. ac. pos. c. fi.* Et faciunt notata per *Geff. & Wil. de vi. & bone. cler. c. 1. in cle. ver. publice.* Sed cum hic prohibeat Clericis publicè tenere suas concubinas: Nunquid hoc licet eis facere occultè? videtur quod sic: Nam unum prohibendo aliud videtur concedere. *de præsump. c. nonne. 25. di. qualis.* Et etiam arguendo a contrario sensu quod est fortissimum. *ff. de officio ejus cui man. est jurisd. l. 1.* Et in casu similis prohibitionis sic sentire videntur quasi omnes Doctores in *c. 1. de vi. & bone. cleri. in clem.* ubi prohibetur Clericis ne publicè exerceant officium carnificum aut tabernariorum. Occulte tamen hoc possunt, prout ibi volunt Doctores, non incurrendo pœnam ibi positam. Sic etiam prohibetur Clericis ne publicè gerant cereas vestes, ut patet *in Cle. 2. de vi. & honest. cler. & suprà. titu. proxi. c. 1. & ulti. & quasi per totum.* Occultè tamen

Al. add. † Et hoc verum inquãtũ subest Jurisdictioni statuentis, aliquin ratione exemptionis nõ arctabitur pœnis hujusmodi, sed nihilominus quoad alia reputabitur Beneficiatus.

Quæsio!

tamen eas gerendo non incurrunt pœnas ibi limitatas, ut volunt *Doctores in dicta cle. 2. ver. publicè.* Sed tu dic, quòd nec publicè hoc licet, nec occultè. Nec habet locum argumentum à contrario sensu. Non enim semper talis argumentatio, quando ex eo sequeretur absurditas, prout notatur *de furo compe. c. significasti. per Bern.* Et idem est ubi jus in contrarium invenitur. *de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. de ætat. & qualit. indecorū.* Et in hoc loco *concor. Jo. An. de sent. excom. c. ex frequentibus. §. nos igitur. ver. observare.* Item *Gess. in cle. 1. de elect. ver. alterius.* Et *in Cle. ne in agro. de stat. mo. ver. Sæculares. per eundem.* Et in hanc sententiam concordant notata per *Cy. in l. conventicula. C. de Episcopis & cle. & per Henricum in c. prohibeas. de magistris. li.* 2. Et idem notatur in dicto *c. significasti. per Jo. in col. ad fi.* qui etiam dicit, quòd non tenet, quando est contra bonos mores. Et ad præmissa concordant notata per *Wil. in dicta cle. 2. ver. licet illud. & de ætat. & qualit. c. generali. ver. ætatis. in Cle. & per Card. in c. generali. ver. ad fructus. de elect. li. 6. de ætat. & qualit. c. permittimus. in prin. per Jo. An. eo. li.* Circa hanc materiam *Arch. 17. q. 2. Gonsaldus.* ponit quædam alia, quæ ibi videre poteris. Unum tamen scias, quòd quædam sunt, quorum causæ sive rationes sunt perpetuæ, & nunquàm cessant; & in talibus argumentum à contrario sensu non tenet. Patet exemplum in *d. l. conventicula.* ubi causa sive ratio prohibitionis est turbatio fidei vitandæ: quæ causa nunquàm cessat, in quocunque loco fiant conventiculæ. Patet etiam exemplum in hoc loco, ubi causa hujus prohibitionis est incontinentia, quæ reprobatur maximè in Clericis. *di. 28. per totum.* Hæc autem causa non cessat, sive Concubina teneatur publicè sive occultè: quia quocunque modo fiat, est peccatum. Nec obstat quod dicunt *Doc. in d. c. 1. & 2. de vi. & ho. Cleri.* ubi patet, quòd licèt publicè illa non debeant fieri, possunt tamen talia facere occultè: quia hoc est verum ad effectum evadendi pœnam; quæ licet infligatur publicè talia prohibita facientibus, non tamen exditur ad occultè facientes; & sic excusantur quoad pœnam, non tamen quoad culpam, prout notat *Paulus dicta cle. 1. ver. personaliter.*

Argumentum à contrario sensu non semper est validum.

a *Concubinas.* Hic vide quod scripsi *supra. de constitu. c. 1. ver. concubinarios.*

b *Cum scandalo.* Videtur ergo quòd sine scandalo hoc possunt; argumento sumpto à contrario. Sed circa hoc dic ut dixi *supra. c. c. super ver. publicè.*

c *Accessum publicum.* Per hoc non videtur concedere, ut liceat habere accessum privatum. Nam in omnibus illis cessat argumentum à contrario, ut prædixi.

d *Ad eas.* Sc. Concubinas.

e *Et si forte.* Secunda pars.

f *Publice præmissa.* Sic quòd probari possit. *de sen. excommuni. c. sacro.* Et potes istud intelligere de monitione publica, & personaliter facta. Vel hoc potes intelligere de monitione publica, & generaliter facta, ut viz. sufficiat monitionem fieri in genere, quod quæcunque Clericorum concubinæ ab eis recedant infra certum tempus limitandum per ipsum monitionem. Sed sanctius est & magis Juri consonum, eas nominatim monere, & in specie, quàm quòd hoc fiat in genere. Ad quod faciunt notata per *Jo. An. & Wil. in cle. 1. de vi. & ho. cle. ver. nominatim.* Et ad hoc vide quod legitur in *glo. Wil. Super Ray. eo. li. §. 9.* Et ponitur *ea. glo. per Jo. in summa confessorum. li. 3. ti. 30. c. 12.* ubi proteris videre motiva ad utramque partem. Et ibi recitatur una Constitutio *Galonis* Apostolicæ Sedis Legati in Regno *Franciæ* contra tales Concubinarios, maximè ubi publicè & cum scandalo detinent suas concubinas, ut viz. monitione præmissa, nisi eas amoveant, incurrant excommunicationis sententiam ipso facto: quam tamen non incurrunt, ut ibi notatur, nisi publicè hoc faciant & cum scandalo. Et est ratio, quia cum illa Constitutio sit pœnalis, non transgreditur casum suum quoad incurrendum pœnam, licet nihilominus à culpa & à peccato non possint excusari, ut dixi *supra. ver. publicè. ad fi. glo.*

g *Ab Ecclesiæ Lei.* Id est Ecclesiæ ingressu.

h *Expellantur.* Sc. per sententiam.

i *Sacramenta.* Sic itaque hoc, quod hic continetur, tantùm minorem Excommunicationis sententiam continet, quæ excludit à perceptione Sacramentorum, non autem à communione fidelium. *de excep. c. a nobis. de cle. ex. mi. si celebrat.* & circa hoc vide quæ notantur per *Arch. de senten. excommunic. Statuimus. ver. minor. li. 6.*

k *Et si nec.* Tertia pars.

l *Excommunicationis mucrone.* Quod dicit *Excommunicationis* intellige de majori. *Extra de sen. excommuni. c. si quem.* Quod autē dixi *Excommunicationis mucrone*, ponitur ad differentiam mucronis Ecclesiasticæ disciplinæ, de quo habetur 16. q. 2. *missi. in fi. & de pœnit. cum. inter sollicitudines. c. ad fi.* ubi ponitur pro degradatione. Dicitur etiam quandoq; mucro Ecclesiasticæ animadversionis. *de homici. c. pro humani. §. nos autem. li. 6.* & sic in Ecclesia Dei est duplex *mucro*, scil. temporalis & spiritualis, de quibus habetur in *edicta. §. & quoniā de sen. excommunicat. li. 6.* *Mucro duplex, temporalis & spiritualis.*

m *Percellantur.* i. e. Terreantur vel percutiantur. *Sed percutere* proprie pertinet ad corpus, *percellere* ad animam, secundum *Faunt.* Percutere & percellere *differunt.*

n *Tunc demum.* i. e. Post inflictā majoris Excōmunicationis sententiā, de qua etiam loquitur *c. si concubinæ. Extra de sentē. excommunica.*

o *Brachium seculare. concor. 32. di. c. eos qui.* & simile habes *de judiciis c. cum non ab hom. & 23. q. 5. Administratores.* ubi tractatur per *Arch.* qui sint Judices, qui possunt invocare brachii secularis: & concludit, quòd Episcopi & omnes Superiores hoc possunt. Inferiores tamen Prælati Ordinarii jurisdictionem habentes non possunt invocare Brachium seculare, sed sententias ipsorum exequentur Episcopi; ut legitur & notatur *de offi. ordi. cum ab Ecclesiarum.* & ad hoc facit *de offi. Archipres. c. ulti.* de Episcopis est expressum *de offi. ordi. c. 1.* At verò Judex Delegatus possit invocare Brachium seculare, notat *Archid. in loco prælle.* sed melius per *Henri. Extra. de offi. dele. c. significasti.* & de hoc ac quando recurrendum est ad Brachium seculare, notatur *de offi. dele. c. undec. ver. vices suas. per Wil. in Cle.*

p *Ipsos autem.* Quarta pars.

q *Subtractionem.* Ista Subtractio potest æquivalere Suspensioni ab Officio & Beneficio, quæ potius est temporalis quàm perpetua. Nam si esset perpetua, potius sonaret in Privationem vel Depositionem, quàm temporalem Suspensionem. Sed licet prima vice à minore pœna inchoandum sit, *Extra de testi. cogen. c. 2.* videndū tamē, quòd consideratis circumstantiis & qualitatibus personarum, & maxime qualitate malitiæ & perseverantiæ in crimine possit & debeat hæc Subtractio præcedere monitione, de qua hic loquitur, intelligi de Subtractione totali, tali viz. quæ sonet in Depositionem quoad Officium, & Privationem quoad Beneficium. Ad quorum utrumq; facit, quod legitur & notatur *de ætat. & qualit. quæris.* & ibi per *Bern. in glo. ulti.* Sed melius ibi per *Inno.* qui intelligit in illo casu Subtractionem Officii & Beneficii debere intelligi de Subtractione ad tempus, scilicet donec paruerit monitioni sibi factæ. Sed *Hostien.* ibi videtur sentire, quòd debeat intelligi de Privatione totali. Et pro opinione *Hostien.* facit *de offi. vicar. c. fi.* ubi loquitur de Subtractione proventuum Beneficii, quæ multum distat à Subtractione Beneficii, ut ibi patet in Textu, dum dicit, *vel vicariarum.* Pro & contra facit quod legitur & notatur in constitutione *Othonis, licet ad profugandum.* Et ibi in *ver. Beneficiis Ecclesiasticis. per Jo. de Athona.* In hac materia habes scire, quòd hæc pœna Subtractionis Beneficii quandoque respicit aliquid agendum de Juris necessitate, quia jus statuit aliquid præcisè fieri debere, utpotà, quòd Abbas ordinetur in Presbyterum, Archidiaconus in Diaconum, Curatus Ecclesiæ parochialis in Sacerdotem infra annum, & hujusmodi: tunc si hoc non fiat tempore suo cessante impedimento debet intelligi de Subtractione & privatione totali. Sic stat *c. 1. Extra. de ætat. & qualit. & c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. de offi. vicar. c. fi. de elec. c. licet canon. li. 6. cum similibus.* Quandoque hæc pœna respicit aliquid agendum non ex legis ordinatione absoluta, sed quia ob aliquam urgentem militatem vel necessitatem sic convenit fieri, & tunc monitione præmissa ut id fiat, si non obediatur, pœna Subtractionis Beneficii erit temporalis, videlicet quousque obediatur, ut dicit *Inno. in dicto c. quæris. Extra. de ætat. & qualit.* & hoc verum quando in monitione non est tempus adjectum: si tamen tempus adjectum fuerit, tunc non obedientis infra illud tempus pœna erit Subtractio totalis, quæ sonat in Privationem. Et sic potest esse vera opinio *Hostien.* & idem quod dixi de urgente necessitate vel militate, intelligo etiam procedere in casu magnæ hobestatis Ecclesiæ, quæ in casu hujus Constitutionis, quæ vult ut ministri Ecclesiastici in Sacris Ordinibus Constituti vivant castè, & quòd non teneant Concubinas. Unde si contra facientes monitioni ut eas abjiciant, non obediatur ipsis monitionibus, possunt ad hoc compelli per Subtractionem Beneficii, sic ut priventur ipso Beneficio. *Extra. de cohabi. cle. & mulie. c. sicut. ad extirpandas.* Et in Constitutione *Othonis, licet ad profugandum,* & ad præmissa nōcor. *nota. per Jo. An. de elec. c. licet canon. ver. privatus. li. 6.*

r *Canonica monitione.* Hæc debet esse trina, vel una pro omnibus continens in se aliquorum dierum competentium intervalla. Quod

dic

dic ut legitur *in c. conſtitutionem. de ſen. excommunic. li. 6.* Et licèt poſſit fieri generaliter, tamen debet fieri propriis nominibus expreſſis, ſaltem in pœnalibus, ut patet *d. c. conſtitutionem. & de vi. & bone. cle. 1. in cle.* Et dixi *ſuprà. verſ. publice præmiſſa.* & circa hoc vide quòd ſcripſi *ſuprà. de conſtitutionibus. c. 1. ver. pro monitione.*

Diviſio.

a SI *qui clerici.* Hæc Conſtitutio attribuitur *Richardo* Archiepiſcopo, & habet tria dicta. In primo ſtatuit, quòd Clerici in minoribus Ordinibus cõjugati non debeant ab uxoribus ſeparari, niſi de cõmuni conſenſu velint ingredi religionem. In ſecundo ibi, *Sed cum*, vult, quòd tales conjugati non percipiant Beneficia Eccleſiaſtica. In tertio ibi, *Qui autem*, ordinat quid ſit agendam de exiſtentibus in ſacris Ordinibus convolantibus ad matrimonium.

b *Infrà ſubdiaconatum.* Utpotà Pſalmiſta, Hoſtiarius, Lector, Exorciſta, vel Acolythus: de quibus legitur *25. di. perlectis.*

c *Contraxerint.* Et hoc ſatis licet: *Extra. eo. c. 1.*

d *Communi conſenſu.* Sc. ipſorum conjugum. Et hoc intellige poſt carnalem copulam & Matrimonium conſummatum. Nam licèt Matrimonium inter aliquos fuerit contractum & ſolemnizatum, non tamen per carnalẽ copulam conſummatum, licitè poteſt alter conjugum altero invito religionem intrare. *Extra. de conver. conjuga. c. 2.* Secus tamen eſt poſt carnalem copulam & Matrimonium conſummatum. *c. ti. c. 1.* nam tunc requiritur conſenſus utriuſque, ut ibi patet.

e *Ad Religionem.* Aliquam ſc. de approbatis. *Extra. de Religioſis domibus. c. fi.* Sic viz. ut vir tranſeat ad Religionem virorum, uxor verò ad religionem mulierum. Et textus iſte loquitur ſecundùm Jura illa, quæ volunt quòd ubi conjuges poſt carnalem copulam mutuò conſentiunt converti ad Dominum, & ſervare continentiam, quòd tunc uno eorum religionem intrante, alter etiam tenetur Religionem intrare, ſi ſit juvenis; ſicut legitur in *c. uxoratus. & in c. ad Apoſtolicam. Extra. de conver. conjuga.* Alioquin ſi juvenis non ſit, nec de ejus lapſu timeatur, ſufficit ut continentiam ſervare voveat, ſic quòd maneat in ſæculo, aut in propria domo, vel alibi, ubi Deo ſervire honeſtè valeat, ut patet in *c. prælle.* Quia ſi alter conjugum conſentiat alteri, ut ingrediatur Religionem, ſic tamen quòd conſentiens non promittit continentiam ſervare, bene poteſt talis conſentiens non tamen continentiam ſervare promittens, procurare, ut ſic ingrediens religionem revocetur, ſaltem officio Judicis, ut notat *Ber. d. c. uxoratus. glo. 1.* Et *concor.* ibi *Pbi. Vincen. Goff. Ber. Hoſtien. & Jo. An. de converſ. conjug. c. ſignificavit. & Hoſtien. in ſumma. eo. ti. §. qualiter. ver. ergo ſciendum & Arch. 27. q. 2. Agathoſa. glo.* adde, *Sed contra.* poteſt etiam ſic conſentiens ingredientem Jure ſuo revocare ſi dolo mediante conſenſit. *Extra. de converſ. conjug. veniens.* & ſic notat *Jo. An. eo. ti. c. ex parte.* Sed quid ſi vir conſentiente uxore ſacros Ordines receperit, nunquid uxor teneatur Religionem intrare, vel ſufficit ei remanenti in ſæculo caſtitatem ſervare? Dic quòd ſufficit, ſi vivendo in ſæculo continentiam ſervare promittit, prout notatur per *Jo. 28. di. quia ſunt.* Et facit ad hoc quod legitur & notatur *de converſ. conjug. c. conjugatus.* ubi de hoc per *Bern. glo. ſi.* cujus dictum ſequor. Nec obſtat *c. ſane. eo. ti.* quia ſpeciale eſt in uxore promoti ad Epiſcopatum.

Quæſtio.

f *Voluerint.* Hæc litera requirit conſenſum utriuſque ad ingrediendum religionem. Circa quod dic ut dixi *glo. præceden. in prin.*

g *Nullatenus ſeparentur.* Ex hac litera apparet, quòd licèt Clerici in minoribus Conſtituti poſſint licitè Matrimonium contrahere, & teneat contractus hujuſmodi ipſis tamen conjugibus Communi aſſenſu Religionem ingredientibus Matrimonium hujuſmodi ſeparatur. Quod pores intelligere de ſeparatione quoad carnalem copulam, non tamen quoad vinculum matrimonii. Vel potes hoc intelligere, ut etiam hæc ſeparatio intelligi debeat, tam quoad carnalem copulam, quàm quoad vinculum matrimonii. Et in caſu Religionis iſte eſt verus intellectus, ut ſcilicet eorum altero ad Religionem convolante ante carnalem copulam, ſolvatur vinculum matrimonii. *Extra. de converſ. conjug. c. ex parte. 2. verſi. non tamen.* & notatur *de voto & voti redem. c. unico. per Jo. An. li. 6.* Secus tamen in receptione ſacri Ordinis, ut notat ibi idem *Jo.* Ubi verò Matrimonium fuit carnali copula conſummatum, tunc ingreſſus Religionis unius conjugum tantùm, non ſolvit vinculum Matrimonii. Sed ſi ambo ingrediantur Religionem professione ſolenni emiſſa, tunc etiam quoad vinculum ſolvitur hujuſmodi Matrimonium. *27. q. 2. ſcripſit nobis. in principio.*

h *Sed cum uxoribus.* Secunda pars.

De Clericis Conjugatis.

Ante Subdiaconatum licita ſunt Clericis relictis Beneficiis Matrimonia, qui poſt contraxerint irritas relinquant.

Richardus.

* SI qui Clerici [b] infra ſubdiaconatum conſtituti Matrimonium [c] contraxerint, ab uxoribus ſuis (niſi de [d] communi conſenſu [e] ad Religionem tranſire [f] voluerint, & ibi in Dei ſervitio permanere) [g] nullatenus ſeparentur: [h] ſed cum uxoribus viventes [i] Eccleſiaſtica Beneficia nullo [k] modo percipiant. Qui [l] autem in Subdiaconatu vel ſupra ad Matrimonium convolaverint, Mulieres renitentes & invitas [m] relinquant.

Nullus Clericus cõjugatus bigamus, ſeu Laicus juriſdictionem ſpiritualem quoviſmodo & qualẽcunque exerceat, nec Regiſtrarius exiſtat, nec à Prælato minore quàm Epiſcopo ad hoc aſſumatur, aut aſſumens ſuſpendatur, & ſe ingerens Laicus Excommunicetur, cunctaque per eum acta irrita ſint & caſſa.

Henricus Chicheley.

i *Eccleſiaſtica Beneficia.* Illa viz. quæ Canonicũ titulum requirunt. Nam abſque titulo ſimplex Beneficiũ quaſi ſtipendiũ obtinere poteſt Clericus conjugatus, videlicet cauſã pulſandi campanas, vel accẽdendi luminaria, claudendi oſtia, & hujuſmodi. Prout notatur per *Hoſtien. Extra. eo. ti. l. Johannes. & eo. c. per Jo. An. in no. & in addit. ver. quare veniamus.*

k *Nullo modo.* Hoc intellige ut dixi *ſuprà. glo. proxi.* ſc. per viam tituli. Ad quod facit *Extra. eo. c. diverſis ſallaciis. & c. ſane. & c. cum decorem.* Poſſunt tamẽ ex diſpenſatione Papæ Beneficium qualecunq; obtinere, etiam Epiſcopatum. *28. di. de ſyracuſana. de conceſ. præben. c. propoſuit. de ſta. mo. cum ad monaſterium. ad fi.* Et notatur per *Hoſtien. in ſumma. de fil. Presby. §. ſi. in fi.* Ex diſpenſatione verò Epiſcopi, vel alterius Papã inferioris Dignitatem, aut Perſonatum, vel Beneficium cum cura, aut Beneficia majora obtinere non poſſunt; ut patet *d. c. ſane. & c. diverſis ſallaciis.* Beneficium verò ſimplex, ſi vult vivere clericaliter, & habitum & tonſuram gerere, & à mercimoniis abſtinere, ex diſpenſatione Epiſcopi obtinere poteſt. *22. di. ſi qui vero 81. di. dictum. 12. q. 1. quia tua. & dicto c. Johannes.* Sic notatur per *Goffre. & Pbi. Extra. e. c. cum decorem. & per Specu. ti. de lega. §. nunc de Epiſcoporum. ver. 21. & per Henri. d. c. diverſis ſallaciis. di. 1.* Sèd quæro nunquid Beneficium Clerici conjugati, quod prius obtinuit, vacet ipſo jure? dic quòd ſi Matrimonium tenuit, tunc ſtatim vacat; ut legitur & notatur *Extra. eo. c. 1.* Si vero non tenuit, forſan ex defectu conſenſus, utpotà, ratione juſti metũs, vel quia uterque vel alter contrahentium patitur defectum ætatis legitimæ ad contrahendum, tunc etiam non ceſſebitur Beneficium tale vacare, licet talis contractus faciat ſponſalia. Nam ſicut per promiſſionem, quam facit quis profitendo, non vacaret ipſius Beneficium: *de regula. c. Beneficium. li. 6.* ita nec per ſponſalia. Item ſicut nec per acceptionem ſecundi ante habitam poſſeſſionem, vel per ipſum ſteterit quo minus haberet, non vacat primum Beneficium: *de præben. c. licet. li. 6.* ita nec per ſponſalia. Et idem dico, ſi defectus conſenſus proceſſit à furore, maximè ſi furor fuerit ex parte Clerici: ſecus ſi ex parte mulieris. Nam tunc ſecundùm quoſdam adhũc ejus, qui cum conſanguinea contrahit, videtur quòd Beneficium perdat: fecit namque quod potuit. Licet æquius ſit dicere, quòd Beneficium non perdat plus, quàm ſi cum imagine contraxiſſet, vel cum dormiente, *ſecundùm Jo. An.* qui ſic notat *de Clericis Conjugatis. c. Johannes. verſ. de ſecundo.* ubi vero Matrimonium tenet ex conſenſu, ſed obſtat Ordo contrahentis, tunc ſi non contraxit Bigamiam, de rigore Juris ſtatim perdit Beneficium: ſed Epiſcopus ſuper hoc poteſt cum eo diſpenſare. *Extra. eodem ca. ſane. 28. diſt. Preſbyter.* Si vero propter aliud impedimentum non tenuit, videlicet propter conſanguinitatem; tunc videtur habere Beneficium pro derelicto, ſecundùm *Damaſum. & Barth. Brixien.* niſi in fraudem Prælati, in cujus manibus renunciare deberet, hoc fecerit. Nam in hoc caſu licet teneat renunciatio tacita quoad eum, non tamen quoad ſuperiorem, quin illum invitum poſſit in Beneficio retinere: aliàs facile eſſet Prælatum illudere, contra id quod habetur *de renu. cano. admonet.* prout hæc notat *Joban. An. in loco prælegato. Bern.* verò in *c. 1. Extra. eod.* tenet indiſtincte, quòd ſtatim perdit Beneficium. Ad quod facit *81. diſtinct. c. eos qui.* Sed hæc vera dici poſſunt, ubi Matrimonium tenuit, ut prædixi.

Quæſtio.

l *Qui autem.* Tertia pars.

m *Relinquant.* Hodiè tales ſunt ipſo facto Excommunicati: ut legitur *in Clementina unica. de conſanguinitate & affinitate.*

a *Cum*

Diviſio.

a CUM ex eo. Hæc eſt Conſtitutio Domini *Henrici Chicheley Cantuarien.* Archiepiſcopi. Et habet quinq; dicta. In primo recitat motiva hujus Conſtitutionis edendæ. In ſecundo ibi, *Nos igitur*, procedit ad Statutum. In tertio ibi, *Quodque*, adjicit pœnam Ordinariis contrafacientibus. In quarto ibi, *Citationes*, apponit pœnam circa Proceſſum, & Acta in contrarium habita. In quinto ibi, *Idemque*, annectit pœnam Clericis Cõjugatis, Bigamis, vel Laicis contra hanc Conſtitutionem ſe ingerentibus.

b *Bigami.* Licèt jam non conjugati. Et hìc nota, quòd *Bigamus* dicitur aliquis dupliciter, ſc. verè & interpretativè. Verè, quando quis duas habuit uxores legitimas ſucceſſivè; & utrãq; carnaliter cognovit. Interpretativè verò dicitur *Bigamus* multis modis. Primò, quando quis contraxit cum Vidua prius conjugata, & ipſe contrahens etiam eam cognovit. Faciunt notata *de teſtibus. c. tam literis. ver. vidua. per Ber.* Secundò, qui contraxit cum prius corrupta, licet hoc ignoraverit. 32. *diſt. nemo. per Fo.* & intellige hoc de corrupta realiter, & de facto, non autem de eâ quæ ſola mente corrupta eſt: & quòd cum ea contrahens, etiam eam cognoverit. Tertiò, qui habuit duas uxores ante Baptiſmum: vel unam ante, & aliam poſt. 26. *di. una tantùm.* 34. *di. ſi quis viduam.* Quartò, qui caſtitatem promiſſam violat. 27. *q.* 1. *quotquot.* Et hoc intellige, ubi contrahit Matrimonium, ut ibi innuitur. Et facit ad hoc *infrà. c. c. penul.* Quintò, qui unam de facto ſciens impedimentum, alteram de jure, vel corruptam de facto, vel duas de facto duxit uxores & eas cognoverit. 34. *di. Chriſtiano. de divor. gaudemus. de bigamis, nuper.* & *c. à nobis.* Sextò, ſi uxorem adulteram cognoverit. 34. *di. ſi cujus.* Septimò, qui repudiatam duxit. *Extra. de bigamis. c.* 1. & intellige *repudiatam*, i. e. dimiſſam ob cauſam fornicationis. 50. *di. ſi quis viduam.* vel *repudiatæ* dicuntur illæ, quæ propter conſanguinitatem, vel aliud impedimentum ſeparantur, prius cognitæ ſecundùm *Fo. An. c.* 1. Et iſta partim notantur *de bigamis. c.* 2. *ver. bigamis. per Ber.* & *eo. ti. §. quot ſunt ſpecies. per Hoſtien. in ſumma.*

Multis modis quis dicitur Bigamus.

c *Laici.* Etiam non conjugati. Et dicuntur Laici non ſolum illiterati, ſed etiam literati; dum tamen primam tonſuram non receperint.

d *Juriſdictionem Eccleſiaſticam.* Quæ conſiſtit in his, de quibus dixi *ſuprà. de foro compe. c. circumſpecte agatis.* & *infrà, de pœnis. c.* 1. *in princ.*

e *Pertinentibus.* De his videre poteris in Remiſſionibus poſitis ſuper *glo. proxi.* & *de foro compe. §.* 3. *parium ante fi. per Hoſti. in ſumma.*

f *Suo.* Quia forſan recepit Juriſdictionẽ cum ejus Proventibus ad annuum cenſum, quod non licet. *infrà. ne prælati vices ſuas. c. unica.*

g *Alieni nominis.* Sc. Magiſtri ſui cui ſubeſt, ſicut ſæpius videmus fieri per Officiales Archidiaconorum, & aliorum Inferiorum Prælatorum, qui omnia quaſi, quæ ad correctionem criminum pertinent, expedire ſolent per ſuos Clericos.

h *Inveſtigare.* i. e. Explorare, vel inquirere. Et ſic dictio, &, quæ ſequitur, ponitur expoſitivè pro *id eſt.* Simile habes *ff. de pactis. l. ſi intra.*

i *Decernere.* Non dicit *Excommunicare*, vel, *Suſpendere.* Et forſan Legiſlator ex certa ſcientia ſic ſcripſit, ut innueret, quòd perſonis prædictis etiam decernendo, non licet ſe intromittere de rebus Spiritualibus. *Extra. de judi. decernimus.* ubi etiam prohibetur, ne Prælati Laicis talia committant, nec Laicus poteſt habere Juriſdictionem in Clericum. *e. ti. c. unico. li.* 6. An verò Laicus de mandato Superioris poſſit Excommunicare vel *Suſpendere*, notatur per *Fo.* 22. *di. §. verum. ver. Lucibus.* qui dicit, quòd de præcepto Papæ hoc bene poſſet facere. Secus tamen eſſet de mandato inferioris, ut ibi innuitur. Facit ad hoc 94. *diſt. c.* 1. ubi de hoc. Et notatur 96. *di. c. benè quidem. ver. Laico. per Fo.* Sed melius *c. c. ver. Romanum. per eundem.* Alii tamen dicunt, quòd Laici de mandato Epiſcopi poſſunt Excommunicare & Suſpendere. Ad quod facit 16. *q.* 1. *plures.* nam Excõmunicare & abſolvere eſt Juriſdictionis. *extra. de elect. tranſmiſſam.* & ideo cadunt in Laicos ſecundùm *Goffre.* Sed prima ſententia approbatur per notata *Innocen. & Hoſtien. de arbitris. c. contingit.* Sed melius per *Inno. de ſenten. Excommuni. cum illorũ. ver. Abbatis.* & notatur 69. *di. bene quidem. in addi. ult. per Arch.* & *de offic. delc. c. ab arbitris. glo.* 1. *per eundem. li.* 6. & de hac materia Lucius vide *de judi. c. decernimus. per Henr. de Bowyco.*

k *Scribæ.* i. e. Notarii qui ſcribunt Acta coram eis habita, & ſic *Scriba*, nomen eſt Officii.

Scriba nomen eſt Officii.

l *Regiſtrarii.* Qui ſcil. Acta & Proceſſus Judicum in librum Regiſtri redigunt.

m *Scandalum.* Hoc ſcandalum inſurgere poteſt ex hoc, quòd per hoc off. nditur libertas Eccleſiaſtica, quæ vult, quòd Laicus non ſit Judex Clerici. *de foro compe. c.* 2. & quòd Laici de ſpiritualibus ſe non debeant intromittere. *de judi. c. decernimus. 96. di. c. benè quidem.* 16. *q.* 7. *Laici.*

n *Nos igitur.* Secunda pars.

o *Veſtigia Canonum.* quo d Clericos conjugatos, non bigamos, habemus Canones, quod parificatur Laicis, & pro talibus reputantur. 1. *q.* 1. *duo ſunt.* ubi dicitur, quòd hi, quibus licet uxores ducere, Laicis connumerantur; & tales conjugati, ſi non gerant habitum & tonſuram Clericales, nullo gaudent Privilegio Clericali, ſicut nec Laici. Quia ſi habitum & tonſuram gerunt hujuſmodi, adhuc non gaudent Privilegio Clericali, nec reputabuntur Clerici niſi in duobus caſibus, ſcil quoad Canonem, *ſi quis jaudente.* 17. *q.* 4. & quoad Privilegium fori, de quo habetur *de foro compe. c.* 2. ſicut clare patet in *c. unico. Extra. eo. li. de bigamis.* Quod ſunt denudati omni Privilegio Clericali, & quòd numerandi ſunt inter Laicos, patet *de bigamis. c. unico. li.* 6. & quod Laici etiam non conjugati, neque bigami, non debeant Juriſdictionem ſpiritualem exercere, nec Clericos corrigere aut punire, patet ex allegatis *ſuprà. eo. ver. decernere.* & *ver. ſcandalum.*

p *De cætero.* Et ſic præterita non punit, nec circa ea ſtatuit, ſed ſolummodo circa futura. Simile habes *in proœmio Cle. ver. de cætero. per Fo.*

q *Spiritualem.* Hanc *ſuprà* vocavit *Eccleſiaſticam.*

r *Exerceat.* Scilicet ut Judex, vel ut habens poteſtatem Judicandi; vel aliquid inter Partes vel ex officio decernendi. Laicus namque non poteſt eſſe Vicarius vel Officialis Epiſcopi. Prout notat *Ab.* & *Pe. de Sãp Extra. eo. c.* 2. pro quibus bene facit *de appel. c. Romana. in princi. li.* 6. & notatur *Extra. de cleri. conjug. c. Johannes. per Anibo. verſ. ad quintum.* & *concor.* ibi *Petrus de Anibo. ver. quinto quæro.*

ſ *Nec in cauſis.* Verſ.

t *Correctionum.* Has, ut videtur, diſtinguit Legiſlator duplici Conſideratione, ut ſequitur.

u *Scilicet cum ad Correctionem.* Hæc eſt una Conſideratio.

x *Vel ubi.* Hæc eſt ſecunda Conſideratio.

y *Officio.* Hæc litera poteſt intelligi, ut habeat locum, ubi ex Judicis officio procꝺitur ſolummodo ad correctionem animæ abſque alicujus Partis inſtantia; ſic quòd litera præcedens intelligatur, ubi procꝺitur ad correctionem animæ ad alicujus Partis inſtantiam. Aliter iſta litera poteſt intelligi, ut etiam ubi procꝺitur ex ſolo officio Judicis, licet non ad correctionem animæ procedat, quod hìc ſtatuitur. Et iſte intellectus ſatis colligitur ex hac dictione, *vel*, cujus natura eſt, ut disjungat inter diverſa, quando ſcilicet ponitur inter plura; prout bene notatur per *Bartb. ff. de aquæ plu. arc. l. ſuprà iter. §. officium. ad fi.* Nec obſtat litera quæ ſequitur ibi, *correctionem &c.* quia illa litera dat intelligere, quòd hi (de quibus ſtatuitur) nullo modo poſſunt eſſe Cuſtodes Regiſtrorum hujuſmodi Correctionum, & nihilominus prohibentur eſſe Scribæ, vel Regiſtrarii in cauſis correctionum, ubi Judex procedit ad correctionem animæ. Vel etiam ubi aliàs procꝺitur ex officio; prout innuit litera hìc poſita, ſi plenè intelligatur: & intelligas ad correctionem animæ procedi, quando non agitur ad pœnam Canonicam ſecundum qualitatem criminis vel delicti infligendam, ſed ſolùm ut delinquens præter talem pœnam emendetur de crimine. *Extra. de accuſ. ſuper his.* Sed ex cauſa motiva hujus Conſtitutionis, quæ recitantur in principio hujus Capituli; & ſecundùm quam debet colligi mens ipſam condentis, ut dicam *infrà. de teſta. c. ſtatutum. ver. verbis infra ſcriptis.* apparet, quòd ſtandum ſit illi intellectui, qui ponit hanc Conſtitutionem locum habere, ubi Judex ex officio procꝺit

Nota, quid ſit procedere ad correctionem animæ.

dit in causa correctionis duntaxat, quia in ratione hujus Constitutionis motivâ non fit mentio, si in aliis casibus procedatur ex officio, quàm in Causis Correctionum, ut patet inspicienti. Sed quod prius dixi, magis convenit literæ: & quandoq; in Statuto plura continentur, quàm in causa movente recitentur, propter identitatem rationis; sicut Studiosus in multis Juribus reperire poterit.

a *Registri Correctionum.* Sic ergo in aliarum Causarum Registris custodiendis, hoc non habet locum, immo ubi non agitur ex officio Judicis, nec ad correctionem animæ, hi (de quibus hic loquitur) bene possunt esse Scribæ, & Registrarii, & Registrorum Custodes, non incurrendo pœnam hic positam.

b *Quomodolibet.* Id est *quovismodo.* Et est una dictio, cujus simile habes *de elect. c. indentitatibus. li. 6. ubi Arch. super e. ver.* dicit: quòd hæc dictio, est distributiva modorũ, & exponitur ibi, *id est quocunque* vel *qualibet modo.* Et ulterius dicit, quòd si ei postponatur negatio, removet illud quod sequitur, ab omni eo quod distribuit. Et sic est idem dicere, *quomodolibet non*, id est, *nullo modo.* Et ibi potes reperire Concordantias super hac dictione, ad quas ibi remittit *Archid.*

[a] Registri correctionum hujusmodi Custos [b] quomodolibet existat, [c] Quodque quicunq; Ordinarius [d] Episcopo inferior, seu Jurisdictione [e] obtinens Ecclesiasticam Clericum Conjugatum, laicum vel bigamum ad [f] præmissa, vel eorum aliquod [g] assumere, recipere, vel post [h] duorum mensium spatium à tempore [i] publicationis hujusmodi Constitutionis in Officio Jurisdictionis hujusmodi tolerare scienter, seu retinere præsumpserit, vel admissum, vel in posterum admittendum realiter non amoverit, pœnam Suspensionis ab exercitio [k] Jurisdictionis hujusmodi, [l] necnon ab ingressu Ecclesiæ incurrat ipso facto. [m] Citationes insuper, Processus, sententiæ, Actaque & gesta quæcunque per eosdem Clericos conjugatos, laicos, sive bigamos habita sive facta in præmissis, vel aliquo præmissorum per modum [n] superius expressatum, sint nulla, cassa, irrita & inania ipso Jure. [o] Iidemque Clerici conjugati, bigami, sive laici præmissis, vel eorum alicui contra præsentis prohibitionem Concilii se [p] Ingerentes, Sententiam majoris Excommunicationis incurrant ipso facto.

c *Quodque.* Tertia pars.

d *Episcopo inferior.* Hoc ideo dictum est, propter id quod legitur & notatur, *in c. quia periculosum. de sen. excommuni. li. 6.* ut sic per expressum excludatur Episcopus contra hanc Constitutionem faciens à pœna Suspensionis, quæ hic inferius infligitur, quam etsi hoc additum non fuisset, non incurrisset. Nam illa *Decretalis, quia periculosum.* loquitur tantùm de sententiis Suspensionis & Interdicti, quas non incurrunt Episcopi & eorum superiores, nisi de eis ad illas incurrendas fiat mentio specialis, ut ibi patet. Sed sententiam Excommunicationis bene incurrerent ipso Jure per Constitutionem, sententiam, vel mandatum latam, ut ibi patet, & notatur *per Jo. An. in ver. suspensionis.*

e *Obtinens.* Scilicet non ut Ordinarius, sed forsan ut Delegatus. Et sic dictio, *seu, supra* posita ponitur ampliativè, non ut diversitatem significet. *Sic* aliàs ponitur *de lit. contest. c. 1. li. 6.* ubi de hoc. *ver. finita. per Cardin. & 63. di. Ego Ludovicus. ver. seu. per Johan.*

f *Præmissa.* Scilicet Jurisdictionem spiritualem exercendam; vel ut sint *Scribæ*, aut Registrarii, vel Registrorum Custodes in causis correctionum animarum, vel ubi proceditur ex Judicis officio, ut prædixi.

g *Assumere.* Sc. de novo. Et idem intelligas de eo, quod statim dicit, *recipere.*

h *Duorum mensium.* Faciunt ad hoc notata per *Bern. de consti. c. 2. & per Jo. An. in data. vi. li. ver. quæro autem.*

i *Publicationis.* Quando verò, vel per quos debet fieri talis publicatio, & quando censetur esse facta talis publicatio, notâ per ea quæ scripsi *supra, de Constitu. c. ß. ver. publicent. & ver. publicam notionem.*

k *Jurisdictionis.* Ex hoc loco apparet, quòd pœna *infrà* posita, non habet locum in eis, qui tales tempore hujus Constitutionis assumptos, vel receptos toleraverint, vel retinuerint, etiam scienter in officio Scribæ, Registrarii, aut Registrorum Custodis. Nam ut videtur Clausula ista specificè loquitur de Officio Jurisdictionis exercendæ, non autem de officio Scribæ, Registrarii, vel Registrorum Custodis. Sed dic, quòd illud quod sequitur, scil. *seu retinere præsumpserit* &c. referri debet non solùm ad id quod dictum est de jurisdictione; sed etiam ad id quod dictum est de officio Scribæ, Registrarii, & Registrorum Custodis. Ad quod facit litera præcedens ibi, *ad præmissa vel eorum aliquod.* & etiam litera quæ sequitur ibi, *& admissum* &c. *non amoverit.*

l *Necnon ab ingressu Ecclesiæ.* Et sic duplicem pœnam incurrit. Simile habes *supra. de foro compe. c. si. ver. ingressu Ecclesiæ.*

m *Citationes.* Quarta pars.

n *Superius expressatum.* Sc. si exerceant Jurisdictionem spiritualem, vel si fuerint Scribæ, Registrarii, aut Registrorum Custodes in negotio correctionis animæ, vel ubi agitur vel proceditur ex officio Judicis, ut prædictum est.

o *Idemque.* Quinta pars.

p *Ingerentes.* Etiam de Mandato vel Commissione ejus ad quem pertinet talis Jurisdictio. Nam tale Mandatum sive Commissio non excusat contra prohibitionem hujus consilii, de qua habetur *supra. eo. §. nos igitur.* Sed nunquid per viam dispensationis possit Clericus conjugatus, bigamus vel laicus talia, quæ hic eis prohibentur, exercere non obstante Constitutione ista? Dic, quòd de dispensatione Papæ bene potest Clericus conjugatus talia facere & exercere, & etiam Laicus: ut patet ex eis quæ dixi *supra. ver. decernere.* Et idem C... puro etiam in bigamo, cum quo etiam quoad Ordines Papa posset dispensare, ut dixi *supra. de tempo. ordi. c. in primis. ver. dispensare poterint.* Sed melius *eo. c. ver. bigamos.* Videtur tamen, quod nec Archiepiscopus, nec Episcopus poterit dispensare contra omnia quæ hic prohibentur. Nam hic prohibetur ne Clerici conjugati, bigami, vel laici Jurisdictionem Spiritualem qualemcunque exerceant. Et ut dixi *supra. eo. ver. decernere.* circa hoc solus Papa dispensat. Faciunt ad hoc notata. 32. *di. verum.* & 3. *q. 5. Mennam.* & *per Hostien. de etate & quali. c. 2. Et per Archid. 89. di. Judicatum. super ver. committantur.* Nam nullus Laicus, quantumcunque religiosus, habere debet dispensationem Spiritualium, vel etiam Clericorum. *96. di. bene quidem. 16. q. 7. laicis. 89. dist. quoniam in quibusdam. & c. judicatum. de constitutio. c. Ecclesia. de rebus Ecclesiæ. non alie. c. cum laicis.* Et notatur *de decimis. c. quamvis. per Bern.* Et quòd Laici non debeant exercere Jurisdictionem in Clericos, etiam de Mandato Episcopi, patet *de judiciis. c. decernimus.* Et notatur *de arbitris. c. contingit. per Bernar. & Hostien.* Ut autem tales Clerici conjugati, bigami, vel Laici possint esse Scribæ, Registrarii, vel Registrorum Custodes in causis correctionum, vel ubi proceditur ex officio Judicis, videtur non improbabiliter dicendum, quòd nec Episcopus, nec Archiepiscopus possit circa hoc dispensare. Nam si Episcopus contra *Statutum* proprium dispensare non potest; ut clarè notat *Archid. de electio. c. licet Canon. vers. carere. vers. unum tamen. li. 6.* sic videtur, quòd nec etiam Archiepiscopus dispensare poterit contra Statutum per se editum. Et hoc sentire videtur ibi, *Archidia.* expressè; qui idem quod dixit de Episcopo, intelligit de Juribus conditis ab aliis Superioribus. Et huic sententiæ concordare videtur *Johan. An. in nota. de tempo. ordi. c. dilectus. ver. dispensatio.* Idem tamen *Johan. An. in no. dicto c. licet canon.* tenet contrarium; dicens, quòd non sunt mutanda, quæ diutinam observationem habuerunt. *ff. de legibus. l. minime.* & hanc partem tenet *Johan. de Lan.* quia par est potestas inducendi & tollendi. *de pœn. dist. 1. verum.* & idem tenet *Lapus Ab. dicto c. licet canon.* dicens, quòd hoc tenuit *Innocen. de sta. regul. c. cum ad Monasterium.* & idem tenet *Johan. An. in Regula Juris, Cui licet. de Regulis Juris. li. 6. Paulus dicto c. licet canon.* reducit opiniones ad concordiam, dicens; quòd aut ex ipsa Constitutione est alteri Jus quæsitum, & tunc Episcopus non potest dispensare: ita procedit opinio *Archid.* aut alteri non est Jus quæsitum, & tunc potest; & ita procedit alia opinio, nec obstat ratio *Archidiaco.* qui dicit, quòd dispensationes sunt odiosæ, quia idem esset dicendum contra omnes dispensationes, quia sunt odiosæ & contra Jus introductæ. Sed planum est, quòd ille qui potest Jus condere, potest illud tollere. *Extra. de elec. c. significasti. & c. innotuit. cum multis similibus.* & sic ratio *Arch.* non obstat, secundùm *Paulum.*

Quæritur.

C... ... ad Ordines solus Papa dispensat.

De Clericis non residentibus.

Episcopi in Ecclesiis suis subinde loco & tempore congruis residеant.

Stephanus *in Concilio Oxonienſi.*

a *Statuit*

a *Statuimus.* Hæc Constitutio fuit *Stephani* Archiepiscopi in Concilio *Oxonien. primo.*

b *Cathedralibus.* Non autem intendit Auctor de Collegiatis. Nã Cathedrales Ecclesiæ sunt Episcoporum Sponsæ. *de transla. Episcoporum. c. ult.* in Constitutione *Otthoboni, pastor bonus.* & ad hoc bene facit 7. q. 1. *placuit.* Sed quid si Episcopus in diversis Ecclesiis diversas habet Cathedras, sicut patet in Ecclesiis *Bathon.* & *Wellens;* item *Lichfeld.* & *Conventr;* dic, quòd potest quibusdam festis seu temporibus residere in una, quibusdam in alia: pro quo faciunt *nota. per Fo. Ande præben. c. nõ potest. ver. retinere. li. 6.* facit ad hoc *ff. ad muni. l. assumptio. §. viris prudentibus.* & hoc verum, quando loca sunt vicina. 22. q. 5. *ita nos. ad fi.* sed ubi loca non sunt vicina, ita quòd commode non potest utrique deservire; tunc secundùm *Fo. An. in loco præalleg.* potest eligere, in quo loco voluerit residere: & hoc verum intelligo, quãdo Ecclesiæ sunt æquales; sed si sint inæquales, debet residere in Majori & digniori, & in alia deservire per Vicarium. Facit ad hoc *c. extirpanda. §. qui vero. de præben.*, & sic notatur per *Antho. de Butrio. d. c. non potest.*

c *Residere.* Simile habes in Constitutione *Othonis, quid ad venerabiles.* & in Constitutione *Otthoboni, pastor bonus.* & de hoc legitur & notatur 7. q. 1. *pervenit.* & *c. sequenti.*

d *Majoribus festis.* De Jure Communi Episcopus tenetur diebus Dominicis in Ecclesia sua personaliter interesse. *de consec. di. 3. Episcopus.* ubi de hoc per *Fo.* & *Archi.* hic tamen addit, *de festis majoribus.* & nota, quòd de istis *festis majoribus*, legitur 7. q. 1. *si quis in clero.* & *de sen. excommunti. Alma Mater. §. penul. li. 6.* & notatur *Extrà. de feriis. licèt. ver. majoribus. per Ber.* in Constitutione verò *Othonis. quid ad venerabiles.* dicitur, quòd Episcopi debent in suis Ecclesiis interesse præcipuis Festivitatibus, diebus Dominicis, in Quadragesima, & in Adventu. In Constitutione *Otthoboni. pastor bonus.* specialiter dicitur de Die Cœnæ, ut scl. tunc in suis Ecclesiis sint præsentes ad conficiendum Chrisma.

Quibus diebus tenetur Episcopus in Ecclesiâ residere.

e *Parte Quadragesimæ.* Ultra illam Constitutionem statuit Dominus *Otho. in d. c. quid ad venerabiles;* quòd diebus Dominicis, item in Quadragesima, & in Adventu, sine in Ecclesiis suis Cathedralibus residentes. Et ulterius statuitur in Constitutione *Otthoboni. pastor bonus.* ut patet ibi, & dixi in glossa præcedenti.

f *Viderint expedire.* Hæc clausula denotat arbitrium boni Viri, pro cujus meliori intellectu, vide quæ scripsi *suprà. de ti. & bone. cleri. c. ultra. ver. videbitur expedire.*

Divisio.

g *CUM hostis.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus est superior, & habet principaliter duo dicta. Primum dictum facit tria. Primò, declarat quibus committenda est Curà animarum. Secundò ibi, *Statuimus*, ordinat circa admittendos ad Vicarias perpetuas. Tertiò ibi, *Quod si*, addit modum puniendi. Secundum dictum ibi, *Et quia*, facit duo. Primo, statuit circa Collationem Ecclesiarum certi modici valoris. In secundo ibi, *Quod si forte*, ordinat de pœna infligenda. Et pars hujus est *suprà. de offi. vica. c. cum hostis.*

h *Solerter.* i. e. Sapienter, ingeniosè, sagaciter, cautè, vel diligenter.

i *Statuimus.* Vers.

k *Episcoporum.* De his loquitur in speciali, quia ad eos de Jure Communi spectat Institutio, & Admissio in Vicariis, de quibus hic loquitur. 16. q. 7. *c. nullus.* pro quo vide notata *suprà. de coha. clè. & mùl. c. unico. ver. beneficiati.* Tu verò idem intelligas de aliis, quibus competit forsan de Privilegio, vel consuetudine præscripta Præsentatos admittere, vel Beneficia hujusmodi conferre. Pro quo vide quod dixi *suprà. de offi. vica. c. 1. ver. Episcoporum.*

l *Vicariam.* Sc perpetuam.

m *Nisi velit.* Quomodo ergo constabit de hac voluntate? dic, quòd per promissionem ipsius instituendi. Hodiè namq; jurabit Admittendus ad Vicariam, quòd personaliter & continuè residebit in eadem, sicut patet in Constitutione *Othonis. ad Vicariam.*

n *Personaliter.* Supple, & *continuè.* ut legitur in dicta Constitutione *Othonis. ad Vicariam* ubi de hoc per *Fo. de Athons.* & dixi *suprà. de offi. vica. c. 1. ver. ministrare.*

o *Breve tempus.* Scil. in proximis Ordinibus. Et sic requiritur, quòd talis admittendus in Vicarium ad minus sit Diaconus, ut patet dicta *constit. ad Vicariam.*

p *Quod si.* Vers.

q *Noluerit.* Istud *Nolle* ostenditur per factum contrarium, scil. eo ipso quòd non est Ordinatus. *Extra. c. c. relatum.* ubi de hoc per *Ber.* & *Inno.*

r *Spolietur.* Hodie talis ipso Jure privatus est per Constitutionem *Otho. ad Vicariam.*

s *Et quia.* Secunda pars.

t *Pastoralibus.* i. e. Curatis. Nam & Parochialis Sacerdos dicitur *Pastor. 25. di. Eccle.* Item *Plebanus. 63. di. si in plebibus.* Laici verò dicuntur *oves. 7. q. 1. oves.* Et sic notatur *de elect. licet Canon. verb. Gregor. per Archid. li. 6.*

u *Reditibus.* Horum nomine omnis fructus intelligitur, ut notat *Archi. de elect. c. generali. ver. reditus. li. 6.*

x *Quinque Marcas.* De hac materia vide *suprà. de offi. vica. c. 2.*

y *Residens.* Scil. cum effectu. Et nota, quòd *cum effectu residere* dicitur, qui continuè in suo Beneficio morarur. *C. de ætatis. l. devotum. li. 12.* non tamen sic amarè intelligi debet, ut nunquàm recedat. Nam verba Civilia modo sunt intelligenda. *ff. de servitu. l. si cui. cum concor.* quas ponit *Archi. de elect. c. licet Canon. ver. residentiam. li. 6.* Et hoc verum est in habentibus Dignitates, & in his qui habent diversa Beneficia, puta, unum incitularum, aliud commendatum: *de elect. dudum.* Et in his qui habent Beneficia dependentia. *de præben. extirpanda.* & *c. exposuisti.* Ubi verò Beneficium habet onus annexum, vel habet unum Ministrum solum, strictius sumitur verbum *residentiæ*, ut patet *de præben. c. signatum.* & *d. c. extirpanda.* In loco autem, ubi plures sunt Ministri, Latius sumitur. 82. *di. proposuisti.* Unde licèt variis modis sumatur verbum *residentiæ*; callida tamen interpretatio nunquàm facienda est, sed talis ut cedent frandes & negligentiæ. *de offi. Archi. ea quæ.* Sed nunquid dictio *Continue*, quoad residentiam aliquid magis importet? puto quòd non. Nam id quod *continuum* dicitur, interpolationem patitur. *de frigi. & maleficiis. c. fi. ff. de hære. instit. l. ex facto. §. verum autem.* Stillicidium enim non semper cadens habet causam continuam. *ff. de servit. urb. prædi. l. foramen. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quotidiana.* facit ad prædicta 50. *di. si quis voluntariè. ff. de verbo. obli. l. continuus. in prin. de con. & de. l. si quis ita legaverit.* Hæc notantur *Extra. eo. c. ex parte. per Fo. in no. & per Archid. d. c. licet canon. verb. residentiam. & per Petrum de Ancharano. d. c. ex parte.* Præmissa faciunt ad hoc, quòd testis, qui deponit se vidisse Titium decem annis continue possidere, bene probat: nam non oportet, quòd omni momento eum viderit, sed sufficit, quòd omni anno viderit eum recolligere fructus. Et hæc est conclusio *Barth. ff. de condi. & demon. l. si quis ita legaverit.* sed melius *ff. so. matri. l. 1. ver. nunc ad solutionem. per eundem.*

Nota de continua residentia.

z *Propria persona.* Industria enim Personæ electa est. *de offi. delleg. c. fi.* & verbum *residere*, Præsentiam personalem denotat, & quòd Beneficiatus in Ecclesia Parochiali curatâ teneatur in eadem personaliter residere, habes *Extra. de præben. extirpanda.* ubi excipiuntur certi casus, in quibus potest Beneficiatus talis deservire per substitutum. Scias tamen, quòd ultra enumerata *in d. c. extirpanda.* plures est reperire casus, in quibus etiam fallit, quod ibi dicitur, viz. quòd debeat deservire per seipsum. Fallit enim ratione Perplexitatis, ubi sc. habet aliquis duo Beneficia, quorum quodlibet requirit residentiã: nam cum non posset se in duo dividere, serviet alteri per Vicarium. Secundò fallit ratione Occupationis, ut in Episcopo qui habet plures Vicarios. *de offi. Archi. c. 1.* Tertio ratione Constitutionis vel rationabilis Consuetudinis; ut quia Beneficiatus pauper est, & oportet aliunde quærere residuum victus sui, sed quia consue-

Casus in quibus quis potest per alium residere.

tudines in talibus poſſunt eſſe diverſæ, ſcias, quòd ille qui ratione talis conſuetudinis ſe forſan abſentat, ubi Eccleſia indiget, tenetur dare & dimittere Vicarium, qui vices ſuas in ſua abſentia adimpleat. *Extra. eo. c. penul.* Quartò, fallit ratione Diſpenſationis, *de fil. Presby. propoſuit.* Quintò, ratione Remotionis loci, *de Eccleſ. ædi. c. ult.* Sextò, ratione Religionis, *de donatio. c. conſultationibus.* Septimò, ratione diverſæ Nationis, *de offi. ordi. quoniam.* Octavo, ratione Prædicationis, *e. ti. inter cætera.* Nonò, ratione Debilitatis vel infirmitatis; & hæc poteſt eſſe temporalis vel perpetua. *Extra. de cle. ægro. per totum.* Decimò, ratione Peregrinationis terræ Sanctæ. *Extra. de voto. c. ſi.* Undecimò, ratione Abſentiæ probabilis, putà, ſtudii, & hoc de licentia Prælati *Extra. eo. c. relatum. de conſe. di. 4. non oportet.* Duodecimò, propter augmentationem Divini cultûs, 7. *Quæſtio. 1. illud. & cap. nihil.*

Quod [a] ſi fortè tales admiſſi fuerint, qui reſidere noluerint, aut etiam Eccleſiæ miniſtrare, cum non niſi laborantibus [b] panis dominicus ſit largiendus; Eccleſiis ipſis, [c] præmiſſâ admonitione debitâ per Diœceſanum Epiſcopum, [d] ſpolientur.

Rectores non reſidentes nec Vicarios habentes, per œcon-

a *Quod ſi forte.* Verſ.

b *Panis Dominicus.* i. e. Suſtentatio, quæ provenit ex reditibus Eccleſiæ. Et nota, quòd in Jure reperitur multiplex *Panis.* Eſt enim *Panis Eleemoſyna. 75. di. paſce. 47. di. ſicut bi.* Item *Euchariſtiæ, de cele. miſſ. c. cum Marthæ.* Item *Tribulationis* ſive *Pœnitentiæ, 23. q. 4. Guiliſarius.* Item *Doctrinæ. de offiord. inter cætera.*

c *Præmiſſâ admonitione.* Simile habes *de cleri. non reſiden. c. ex tuæ. cum ſimilibus.* Sed opponitur contra hoc, & videtur quòd non ſit neceſſaria monitio, ut videtur poſſe colligi *de præben. c. extirpandæ.* ubi apparet, quòd non reſidens in Beneficio abſque monitione præcedente eſt ipſo Beneficio privatus. Sed dic, quòd pœna privationis (de qua ibi loquitur) habet locum in illo caſu, quo non dat Vicariũ in Eccleſia parochiali, quæ eſt annexa dignitati vel prębendæ in Eccleſia Cathedrali: & ſic dictio, (*alioquin*) ibi poſita, debet referri, non ad utrumque caſum præcedentem, ſed ad proximiorem. Facit *l. ſi idem. ff. de Juriſ. om. Fu.* unde in eo, qui tenetur reſidere in perſona propria, habet locum monitio, ut hic dicitur. Unde dicunt *Inno. & Hoſtien.* in dicto *c. extirpandæ.* quòd ad effectũ, ut aliquis ſit privatus Beneficio ſuo ipſo jure propter non reſidentiã, requiritur monitio congruo loco & tempore. Item Termini aſſignatio per ſuum Judicem, & expectatio aliqualis poſt lapſum Termini. Facit ad hoc *Extra. eo. c. ex parte. cum duobus. c. ſequen.* Sed quæro, cum non reſidere ſit delictum, poſtquàm conſtat de delicto notoriè, quia non reſidet, quare requiritur alia monitio, eſt enim in dolo eo ipſo quòd non facit, quod facere debet? *ut l. dolus. ff. Man.* Solutio. Dicunt ipſi, quandoque pœna apponitur negativè, vel verbis æquivalentibus, ut ſi dicatur, *ſi non reſideris in Eccleſia, ſciias te privatum,* & in hoc caſu opus eſt monitione, & obſervatis quæ dixi, privatus eſt ſine alia ſententia. Ubi verò adjicitur affirmativè, ut in *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. cum ſimilibus.* ipſo facto ſine admonitione pœnam incurrit. Et idem eſt, ubi irrogatur infamia ipſo facto. *ff. de ritu nupt. l. palam.* §. *quæ in adulterio.* Et quod dictum eſt de negativa, viz. quòd monitio requiratur, verum eſt ubi tempus non eſt limitatum; aliàs ſi tempus eſſet limitatum, tunc elapſo tempore incurreret pœnam impoſitam Conſtitutioni negativæ, ut patet *in c. licet canon. de elec.* §. *is etiam. li.* 6. Ratio eſt, quia lapſus Termini à Jure ſtatuti interpellat pro homine. *Extra. de elec. c. potuit.* & ſic notatur per *Jo. An. d. c. licet canon. in Novel. Paulus* ibi ſolvit aliter. Nam aut imponitur pœna ſimpliciter ex non reſidentia, & tunc requiritur monitio: aut imponitur alia qualitate adjectâ; videlicet, ut reſideat cum qualitate Ordinis; & tunc non eſt opus monitione. Nam primo caſu, poteſt reſidere cum minoribus Ordinibus: ſed ſecundo caſu (de quo loquitur dictus §. *is etiam*) debet reſidere cum Ordine Presbyterali. Sed prima ſolutio videtur melior, quia ſolutio *Pauli* oſtendit tantùm diverſitatem illius §. *is etiam.* ab eo quòd notat *Inno. in dicto c. extirpandæ.* Sed non tollit contrarium de pœna, quæ imponitur facto negativo: quia ita eſt factum negativum non reſidere in minoribus Ordinibus, ſicut non reſidere ſine Sacerdotio, ſecundùm *Dominicum de Sancto Geminiano* dict. §. *is etiam. præalle.*

d *Spolientur. Concor. Extra. eo. c. ex tuæ.* ubi dicit *Hoſtienſis* ſuper *ver. ſpoliari.* quòd non requiritur ſententia, ſed dabitur Eccleſia alii tanquam vacans. Et ſic abſens *Spoliari* videtur. Et habes ſimile *de Præben. c. referente.* & cum dicto *Hoſtien.* prædicto, *concor. Petrus de Anchorano. c. ex tuæ. ver. quarto nota. Anch nius* tamen ibi dicit, quòd tutius eſt, quòd privetur per ſententiam, antequàm Beneficium alteri conferatur. *ar. de Præben. c. 1. de conceſſ. Præben. c. cũ noſtris.* & *c. literas.* Et ad idem faciunt notata *Dec. Extra. eo. ti. c. qualiter.*

e *Præterea.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham* Archiepiſcopi apud *Lambeth.*

f *Non faciunt Reſidentiã.* Supple etiam ad hoc licentiari per ſuos Epiſcopos, vel alios ad quos pertinet. Nam ſi ſine licentia non reſiderent, non ſolùm tenerentur ad obſervantiam hujus Conſtitutionis, ſed aliàs contra eos procedi poſſet ſecundùm exigentiam aliorum Jurium in ea parte ſtatutorum. Et qualis erit talis Proceſſus; notatur in parte, *Extra. eo. c. Clerici. per Bern.* Sed melius, *ut lite non conteſt. c. quoniam frequenter. glo. de hac abſentia.* & notatur per *Innocen. extra. e. c. ex tuæ.* & *per Jo. & Archid. 7. q. 1. c. quia frater.* Et potes circa hoc videre notata in dicto *c. ex tuæ. per Petrum de Anchorano.* & *per Anthonium.*

nomos ſuos Parochianis ſuis ſubveniant, & prædicantibus hoſpitalitatem exhibeant.

Johannes Peccham.

[e] Præterea, *& infrà.* Statuimus, ut Rectores, qui in Eccleſiis non [f] faciunt reſidentiam corporalem, nec [g] habent Vicarios, per [h] œconomos ſuos, [i] hoſpitalitatis gratiam exhibeant, juxta quod ſufficiunt

g *Nec habent Vicarios.* Hæc litera innuit, quòd hi qui ſub ſe habent in Beneficiis ſuis Vicarios, excuſantur à Reſidentia perſonali. Et hoc poſſet ſatis concedi, ubi Eccleſia Parochialis eſt annexa Prębendæ vel Dignitati: nam tunc perſona principalis excuſatur à Reſidentia perſonali per Vicarium, ut patet *de præben. c. extirpandæ.* ratio eſt, quia tenetur reſidere in Beneficio ſuo majori, ut ibi dicitur. Hæc tamen ratio locum non habet, ubi in Eccleſia eſt Rector & Vicarius, qua quidem Eccleſia ab alia non dependet: unde obtinens talem Eccleſiam, non excuſatur à Reſidentia propter Vicarium quem ibi habet. Nec obſtat ſi forſan dicas, quòd talis Rector non habet curam animarum, ſed Vicarius: nam habitu, & quoad proprietatem cura eſt penes Rectorem principalem, ſed quoad exercitium & effectum eſt penes Vicarium. *no. dicto c. extirpandæ. verſ.* 9. notã. per *Petrum de Anchorano.* Et ad idem faciunt *nota. per Johan. An.* & *Card in c. ſuper eo. de Præben. li.* 6. Hic tamen adverte, quòd hæc litera bene facit, & innuit, quòd Rectores habentes ſub ſe Vicarios, non tenentur ad hoſpitalitatem, de qua hìc loquitur; niſi dicas, quòd hic eſſet argumentum à contrario ſenſu. Fallit enim hæc argumentatio, quando Jus reperitur in contrarium, ut dixi *ſuprà. de cohabi. Clerico.* & *mul. c.* 1. *ver. publicè.* Volunt enim Jura, quòd Curati & Prælati Eccleſiaſtici ſint hoſpitales. 89. *diſ. volumus.* 12. *q.* 1. *quia tua.* & *q. mos eſt Apoſtolicæ ſedis.* Et licet Jura prædicta ſpecialiter loquantur de Epiſcopis, idem tamen intelligas de aliis Clericis. 16. *q.* 1. *quoniam quicquid.* & facit 42. *di. c.* 1. & *c. quieſcamus.* Et vide quæ circa hoc dixi *ſuprà. de offi. ordi. c.* 1. *ver. hoſpitales.*

Quæſtio.

h *Oeconomos. Oeconomus* dicitur, cui res Eccleſiaſtica gubernanda mandatur. *C. de ſacroſan. Eccl. l. jubemus.* & quæ ſit differentia inter œconomum & Vicedominum, Syndicum, & Actorem *no. 16. q. 7. quoniam in quibuſdam. per Fob.* Et dicitur *œconomus* non ſolùm in rebus Epiſcopi, ſed aliorum Clericorum, ut *nota. 89. di. Diaconum. per Fob.* & 1. *q.* 3. *ſalvator. ver. præpoſitum. per eundem.* Sed quæro nunquid talis œconomus poſſit eſſe Laicus? dic, quòd ad Spiritualia Laicus non poteſt de rebus Eccleſiæ ſe intromittere, etiam de mandato Epiſcopi, ut dixi *ſuprà, de Clericis con. c. ult. glo. fi.* nec etiam poteſt Laicus negotia Eccleſiaſtica tractare nomine ſuo proprio, tanquàm Jus in eis habens. 10. *q.* 1. *c.* 1. & 2. & 3. & *quaſi per totum.* Faciunt ad hoc *nota. per Innocen.* & *Hoſtien. de judiciis. c. decernimus.* & per *Jo. An. de procura. c.* 1. *li.* 6. Nomine verò ipſorum Clericorum, ut ſcilicet fructus Eccleſiæ percipiant ad Firmam, & ſic bona Eccleſiaſtica adminiſtrent, bene poſſunt Laici admitti. *de locato & conduct. c. veſtra.* & *ne prælati vices ſuas. c. querelam.* Circa quod vide *infrà. de locato & conduct. c.* 2. & 3. Alia verò negotia Eccleſiæ tractare tanquàm Procuratores, vel Syndici bene poſſunt. *Extra. de Syndico. c. unico. de ſent. excommuni. c. Univerſitatis.* & *c. ut famæ. ff.* & *eo. titu. c. ſi clerico. li.* 6. & *de procu. c.* 1. *li.* 6.

œconomi.

Quæſtio.

i *Hoſpitalitatis.* Hic vide quod dixi *ſuprà de offi. ordi. c.* 1. *ver. hoſpitales.* & quòd Rectores & Vicarii debent eſſe hoſpitales, legitur & *no. de præben. c. de Monachis.* ubi *Fob. An.* intelligit hanc hoſpitalitatem debere fieri ſolito & competenti modo, quia non poſſet omnes recipere. Unde ſolet dici, & notatur per *Philip. de clec. dudum.* quòd illa Eccleſia tenuis eſt, quæ non poteſt honeſtè procurare prælatum, nec hoſpites recipere, ut *d. c. de Monachis.* & per hoc concludit, quòd Eccleſia debet eſſe diviſſima, cùm omnes hoſpites indiſtinctè recipere teneatur. 42. *di. quieſcamus.* & domus Clericorum debent eſſe communes. 16. *q.* 1. *c. ul.* In contrarium verò arguit ſufficere, quòd habeat neceſſaria: quæ neceſſitas reſtringitur ad victũ & veſtitũ. 12. *q.* 1. *Epiſcopus.* Solvendo verò

dicit

ustit, hæc omnia consideranda secundùm qualitatem personæ & situm Ecclesiæ, probatur primum 141. *di. non cogantur*. De secundo exemplificat, plus indigere Ecclesiam quæ est in via & loco patenti, quàm illam quæ est extra viam & in Sylvis: & consuetudo maximè est consideranda. 4. *dist. erit.* unde ulteriùs docari debent Ecclesiæ in *Anglia*, ubi requiruntur majores expensæ quàm in Provincia, ubi sufficiunt expensæ minores. Faciunt ad hoc *no. per Ja. in no. de præbe. c. cum secundum. ver. quantitate.*

a *Facultates.* Dic de his, ut *supra gl. pro.* & vide citata hoc quod dixi *supra. de offi. vica. c. quoniam autem. ver. tenuitatem.*

Saltem distinctio adversativa.

b *Saltem.* Ex hac conjunctione adversativa apparet, quòd non intendit Legislator eos, de quibus hic loquitur, arctare ad omnem hospitalitatem, sed ad congruentem, & ad minus eam, quæ sequitur.

c *Parochianorum.* Non dicit omniù, sed ut sequitur,

d *Pauperum.* Nec intendit ultimatè de omni paupere Parochiano, sed de eo qui indiget necessitate extremâ; & hæc est quod sequitur.

e *Necessitati extremæ.* De hac necessitate aliqua dixi *supra. de offi. ordi. c. 1. ver. Eleemosynarios.* Dicitur enim ita 1. *Epist. Joh.* 3. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* tenetur itaq; quilibet, maximè Vir Ecclesiasticus, necessitatem habenti subvenire ex charitate. *Sed* quia in omni necessitate non potest quis alteri subvenire, ideo tenetur saltem in necessitate extrema succurrere. Et intelligo *necessitatem extremam*, non tantùm in mortis articulo, ut alias legitur 26. *q. 6. c. bis qui. & q. 7. tempora plenitudinis.* sed etiam quando is qui necessitate patitur, sustentari non potest. In illo enim casu habet locum illud *Ambrosii, Pasce fame morientem, si non pavisti, occidisti. 86. di. pasce.* Et prædicta intelligo vera, ut talis substentatio fiat de eo, quod alicui, deductis necessariis pro sustentatione propria, & suorum, ac onerum sibi incumbentium, superest. Illud namque superfluum de necessitate Præcepti est tale necessitatè patientibus erogandum. 47. *di. sicut hi.* & quæ apud nos reputati debent superflua, judicare debemus, non considerando ad omnes causas, quæ contingere possent in futurum, sed ad ea quæ probabiliter, & in pluribus occurrunt. His quæ dixi, concordat *Thomas* in scriptis super 4. *di.* 15. & addit, quòd tunc intelligendus est casus extremæ necessitatis, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei subveniatur. Ut cum aliquis videt alios impotentes, vel pigros ad subveniendum & pauperem indigentem, cibo & potu, & aliis vitæ necessariis, nec sibi posse satisfacere. Non enim expectanda est ultima necessitas, quia tunc forte non posset juvari natura jam fame vel siti consumpta. Hæc *Thomas.* & ad idem faciunt *no. per Henricum de Bowyco. de pœni. & remiss. c. cum ex eo. di. 3. ver. Aut quæris de quinto.* Sed quid si plures sint egentes, cui vel quibus debet citius subveniri? dic aut unus est magis egens quàm alius, & illi est citius succurrendum. 86. *di. non satis.* aut uterque æqualiter eget; & tunc, si sufficit succurrere ambobus, debet utrique subvenire, ut in *c. præalle.* Si verò non sufficit, gratificationi locus est. *ff. ad Syll. l. si quis in gravi. §. si cum omnes. secundùm Hostiensem.* qui sic notat *de dona. c. 1.*

Quæstio.

f *Prædicant verbum Dei.* Hi enim ex debito ad hospitalitatem recipi debent, ubi sunt noti vel etiam ignoti; constat tamen eos fore missos ad prædicandum. Si verò dubitetur an missi sint ad prædicandum, debent examinari, an ita sit; nec debent recipi, nisi de hoc constet. Ad quod facit, quod legitur *Extra. de hæreti. cum ex injuncto.* & nota, quòd non omnis qui vult prædicare, debet ad hoc admitti. Nam merè Laicus nec publicè nec privatè potest prædicare, ut patet *d. c. cum ex injuncto. & e. ti. c. sicut in uno.* nec etiam mulier. 23. *dist. mulier.* quòd intelligas ascendendo Pulpitum, & faciendo sermonem ad populum. *nq. per Archid. d. c. mulier.* loquendo de Clericis habes scire, quòd Papa ubique potest prædicare. 19. *di. in memoriam.* Episcopi verò ubique possunt prædicare, nisi per Diœcesanos prohibeantur expressè, juxta illud *Math. ulti. Euntes in mundum Universum prædicate &c.* quod dictum fuit Apostolis, in quorum loco succedùt Episcopi. 21. *di. in novo.* auctoritatem tamen prædicandi aliis dare nò possunt, nisi in propriis Diœcesibus. 16. *q. 7. nullus omnino.* inferiores verò prælati sive Curati subditis sibi commissis prædicari possunt, etiamsi fuerint Diaconi tantum. 16. *q. 1. adjicimus.* aliis etiam officium prædicandi committere possunt in eis commissa, dum tamen tales sint, qui ad hoc approbati & vocati fuerint, ut supra Doctores in Theologia, vel alias per Episcopum approbati. Facit ad hoc quod *no. Inno. de hæreti. c. excommunicamus. §. si verò. gl. nota ergo quòd Abbas.* & idem ibi, *Hostien.* post eum. & *Arc. d. c. adjicimus. addi. adde sed contra. concor. Wil. & Sess. Extra. de privile. 1. super ver. licentia spirituali in Clemen.* Hi verò qui nec prælati, nec Curati sunt, non possunt prædicare nisi mittantur ab his, qui hoc facere possunt. *ad Rom. 10. 23. q. 4. displiceat.* Nec obstat 92. *di. ih sanctis*, ubi dicitur, quòd Diaconus prædicat, quia hoc intelligitur ex delegatione. Vel ibi, *prædicationem* appellat idem quòd *lectionem Evangelicam legere*, secundùm *Joh.* nec obstat 19. *dist. secundùm Ecclesi.* ubi dicitur, non refert quis, vel qualis prædicet, sc. quæ prædicet, quia loquitur secundùm antiqua tempora. Vel dic, non refert quis sc. Episcopus, vel alius ad hoc auctoritatem vel potestatem habens. Vel ibi loquitur de secreta prædicatione, quæ fit per viam monitionis, quam quilibet potest facere. 16. *q. 1. c. 1. & c. juste.* Et pro hac materia vide notata per *Henricum de hæreti. c. cum ex injuncto. di. 2.*

1 Epist. Joh. 3.

g *Corporis alimenta.* Ea, sc. quæ illâ vice necessaria sunt taliter prædicanti in cibo & potu; non autem, ut ratione talis prædicationis circuendo Parochiam mendicet, & plurium dierum victum accipiat: Non enim potest, nec debet talis, majori prærogativâ gaudere, quàm Ordinarius Visitator, qui ratione spiritualium quæ ministrat, unicâ procuratione in die duntaxat in victualibus contentari debet. *Extra. de censibus. c. procurationes. de offi. ordi. c. si Episcopus. li. 6.* Unde sic mendicantes faciunt contra Apostolum prædicantem, qui ne his, quibus prædicabat, gravis existeret, manibus propriis victui quærebat. *de censibus. c. cùm Apostolus. in prin.* & hoc intendit Constitutio ista, quæ super hoc (ut apparet) volens tollere talem mendicationem, ordinat, ut taliter prædicantes duntaxat ad hospitalitatem recipiantur.

h *Ipsorum.* Sc. non residentium.

i *Inopiæ violentia.* Passivè intelligas, sc. à parte eorum qui prædicare sunt dispositi, si ad hospitalitatem non recipiantur, quia tales, si non pascantur, vel ad hospitalitatem non recipiantur, violenter quodammodo ratione inopiæ repelluntur.

k *Dignus est.* Vers.

l *Cibo suo. 16. q. 1. Apostolici.* Et sic si corporalem sustentationem habeat, non debet aliunde mendicare, vel Eleemosynas quærere. *de sentent. excom. cum voluntate.*

m *Propriis stipendiis. de præscrip. c. cum ex officii.*

n *In decimis.* Hæc Constitutio ascribitur *Johanni Stratford*, sed non continetur inter eas, quarum Præfatio incipit, *Sponsam Christi sacrosanctam.*

o *Beneficia Ecclesiastica.* Sive sint Curata, sive non. Nam & Præbendas habent Religiosi, ut est ponere exemplum in Ecclesia *Sarum*, de Præbenda *de Londres*, & de Præbenda *de Chirborne* In hoc enim casu, hæc dictio, *Beneficium*, large sumi debet, cum materia sit favorabilis, sc. donatio Eleemosynæ. Facit ad hoc *c. penul. de verb. sig.* Secus esset in materia odiosa, ut patet *Extra. de præben. c. ultimo.*

p *Pauperibus Parochianis.* Illis videlicet qui magis pauperes sunt. *C. de Epis. & cle. l. si quis ad declinandam. §. sin autem.* Et *Authen. de Eccle. titul. §. si quis in nomine. coll. 9.* Faciunt ad hoc *no. de testamen. c. judicante. ver. Monasterio. per Ber.* Et circa hoc vide notata per *Archi. de testa. c. 1. ver. pauperes. li. 6.*

q *Eleemosynæ.* In hoc differunt Religiosi habentes Ecclesias appropriatas ab aliis Rectoribus qui non residunt. Nam Rectores hujusmodi tenentur ad hospitalitatem in loco Beneficii, maximè pro pauperibus Parochianis suis in extrema necessitate constitutis, ut patet *supra. c. c. proxi.* Hi autem Religiosi non tenentur ad hospitalitatem hujusmodi, sed ad Eleemosynam in pecunia largiendo, ut hic patet.

r *Ordinariorum.* i. e. Episcoporum. Quæ expositio satis colligitur ex hoc quod *infrà* dicit, *per ipsos Episcopos &c.*

Arbitrium variè sumitur.

s *Arbitrio.* i. e. Judicio. *ff. de arbi. l. 3. §. 1.* Quandoq; *Arbitrium* ponitur pro *meræ voluntate. C. de sacrosan. Eccl. l. 1.* Quandoque pro *dispensatione. C. mandati. l. in re mandata.* Quandoque pro *necessitate* vel *officio. C. de advo. diver. judi. l. sancimus.* Sed quæro, numquid is in cujus arbitrium res posita est, possit Jus istorum Religiosorum lædere, & suâ voluntate uti? quod non, facit *l. filiusfami. in prin. ff. de*

Quæ

ff. de dona. & hoc eſt verum. Pro quo dic, ut plene *no. de verb. ſig. c. ſæpe. in Clem. ver. non ſic tamen. in gloſſa ſu per verb. defenſiones. per Jo. An.* & ſecundùm *Barth.* eſt caſus legis in *l. cum filius. ff. de inſti. teſta. junctâ l. 1. c. ſi.* Solet itaque dici, quòd is in cujus arbitrio aliquid ponitur, nihil injuſtum facere debet: quod ſi fecerit, reduci debet ad arbitrium boni viri. *ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatis.* & notatur 23. *q. 7. quemadmodum per Jo.* ad idem faciunt notata *de privile. c. Epiſcoporum. ver. arbitrium. per Cardi. li. 6.* & ad hoc habes gluſſam notabilem. *de elect. c. cauſam quæ. ver. idoneæ. per Ber.* & in caſu noſtro intelligo hunc bonũ virum eſſe debere Judicem ipſius Epiſcopi immediatum *ff. de re judi. l. in perſonam. §. generaliter. & ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbitrorum.* Sed melius *ff. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita.* & *l. vir bonus. ff. judi. ſolvi. cum ſimilibus.* Sed hic quæro, ſi Epiſcopus negligens fuerit circa quantitatem hujuſmodi Eleemoſynæ arbitrandam, an poſſit compelli eam ſuo arbitrio moderari? poteſt dici, quòd præciſè non poteſt compelli, ſed cauſativè ſic; ſcilicet ut aliàs in pœnam negligentiæ ſuæ illa poteſtas devolvatur ad ſuum Superiorem. *ar. l. cum ita. §. 1. ff. de leg. 2. & l. hujuſmodi. in prin. ff. de leg. 1.* faciunt ad hoc notata per Doctores *C. de Epiſco. & cleri. l. nulli.* vel poteſt dici, inquantum hæc Conſtitutio arctat Epiſcopum eam exequi, & eſt per eum admiſſa; poteſt Archiepiſcopus, cujus ipſe Epiſcopus ſubditus eſt, eum compellere eam exequi ſi velit, maximè cum tendat ad pias cauſas. facit ad hoc quod legitur & notatur *C. qui pro ſuo Furiſ. dare Judices poſſunt. l. unica. Extra. de offi. ordi. c. paſtoralis.* & in caſu quo cogendus ſit, ex officio Superioris cogi debet. *ar. dicta. l. nulli. C. de Epiſ. & cle.* Secundò quæro, ſi Epiſcopus hanc Eleemoſynam non fuerit arbitratus, nec eam moderavit; an nihilominus debeatur? Dic quòd ſic; quia hic nulla expectanda eſt conditio, quæ poſſit arbitrium ſive moderationem differre. Pro quo dicto bene faciunt notata per *Accurſ. ff. de legat. 2. l. 1. ver. conditio.* Unde ſi Epiſcopus hanc ſummam non moderaverit infra annum, nihilominus Archiepiſcopus, vel ejus Officialis, anno ipſo elapſo eam moderare poteſt, & Religioſos ipſos ad ipſius ſolutionem compellere. Ad quod faciunt notata *de ſup. neg. Præla. c. 1. ver. culpis ipſis. per Card. li. 6. & verſ. deſes Præſul. per eundem.* Tertiò quæro, nunquid factâ moderatione hujus ſummæ per Epiſcopum, oriatur ex hoc iſtis pauperibus aliqua Actio? Videtur quòd non; quia cum perſonæ iſtorum pauperum ſint incertæ, non poteſt conſtare, quibus eorum applicetur Obligatio, quæ eſt Mater Actionis perſonalis, qualis eſſet iſta: *Inſti. de actio. §. 1.* Puto tamen, quòd ſi in Parochia eſſet Collegium Pauperum, quòd tunc eis tanquàm perſonæ ſatis certæ daretur Actio. *ff. de fidejuſſo. l. mortuo. Si* non ſit Collegium, tunc ſicut aliàs favore pietatis, valet relictum pauperibus licet perſonis incertis. *C. de Epiſ. & cler. l. id quod pauperibus.* Poſſet dici, quòd eis etiam competat Actio ex favore, cum pauperes in caſu noſtro certi ſint; Videlicet unius certæ Parochiæ. *C. de Epi. & cleri. l. ſiquis ad declinandam. §. hæc tamen.* ibi, *certæ Eccleſiæ &c.* Et hæc Actio oriri poteſt ex Conſtitutione iſta, tanquàm quodam Præambulo impleto per arbitrationem Epiſcopi. Ad quod bene faciunt notata *per Barth. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. arbitrorum. verſ. Quæro utrum ex ſententia.* Securius tamen eſt, quòd eis per Officium Judicis, quod Actioni deſervit, ſuccurratur, vel per Epiſcopum qui eſt in hoc caſu ipſorum Procurator legitimus, ut hic patet, & *dicta l. ſi quis ad declinandam.* Aliàs autem in defectum Epiſcopi, devolvatur hæc poteſtas ad Archiepiſcopum, vel ejus Officialem, ut prædixi. Quartò quæro, quale erit æquum arbitrium ſuper moderanda iſta ſumma? Videtur quòd erit æquum, ſi ſe non extendat ad medietatem Proventuum. *ar. ad hoc. C. reſcinden. vendi. l. 2.* Poſſet dici & melius, quòd eſſet æqua moderatio, ubi non extendit ſe ad ſextam partem facultatum Beneficii. *ut dicta. l. ſocietatem. §. 1. & eodem titu. l. Unde ſi Nerva. cum l. ſequenti.* Tu verò ſuper hoc vide quod per Dei gratiam dicam *infrà. de loca. & conduc. c. 2. ver. Furi conſona &c.*

a *Diſtribuere compellantur.* Sic ergo ad Religioſos pertinet hujus Eleemoſynæ diſtributio: ſed ejus moderatio, & ad diſtribuendum compulſio, pertinet ad Epiſcopos.

b *Sequeſtrationis.* Quam interpoſitam per Epiſcopum, vel ejus Officialem, ſi violaverint, Excommunicati ſunt ipſo facto. *ſupra. de ſequeſtra. poſſe. & fruc. c. unico.*

c *Subtractionis.* Ut Viz. auctoritate Epiſcopi tantum ſubtrahatur de proventibus, quantum diſtribui debeat inter ipſos pauperes. Vel poteſt intelligere, quòd de mandato Epiſcopi ſubtrahi debent eis fructus & proventus ipſius Eccleſiæ, donec hinc Statuto, & moderationi Epiſcopi, diſtribuendo ſummam per eum limitatam, paruerint cum effectu. Simile habes *de ætat. & qualit. c. quæritur. in fi. de offi. vica. c. ulti.* Et iſta ſubtractio eſt quaſi quædam ſuſpenſio à perceptione proventuum ipſius Beneficii, ad quod facit *de Appella. c. paſtor. iſti. in fi.*

d *Donec in præmiſſis.* Sic ergo ſtatim ut paruerint, ceſſabit Sequeſtratio, vel hujuſmodi ſubtractio, quod dic ut dixi *ſupra. de foro compe. c. 1. ver. ſatisfecerint.*

Quæſtio.

Quæſtio.

Quæſtio.

Quæſtio.

De Præbendis.

Eccleſia una non committatur pluribus Rectoribus Perſonis, commiſſa autem ad unam redigatur; nec plures ſint Vicarii, niſi Eccleſiæ antiquitus in plures Perſonatus diviſæ.

Stephanus *in Concilio Oxon.*

QUia e juxta Sanctiones Canonicas, f *& infrà.* Statuimus, & ſacro approbante Concilio diſtrictius inhibemus, ne g deinceps h Eccleſia aliqua i pluribus Rectoribus, quorum uterque ſit k Perſona, committatur regenda. In l Eccleſia autem, ubi m plures Perſonæ n exiſtunt, Statuimus, ut ſinguli decedentibus accrescat viventibus o portio quatuor dicta. In primo ſtatuit, ne una Eccleſia committatur pluribus Rectoribus. In ſecundo ibi, *In Eccleſia*, vult, quòd ſtatus plurium Rectorum redigatur ad unum. In tertio ibi, *Nec de cætero*, ordinat, quòd in una Eccleſia non ſint plures Vicarii. In quarto ibi, *Illis Eccleſiis*, excipit à prædictis. *Diviſio.*

e *Quia juxta.* Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* Archiepiſcopi, edita in Concilio *Oxon.* & habet

f *Et infrà.* Hic deciditur una inductio facta argumentativè à Matrimonio carnali, quod non patitur ſimul & ſemel plures maritos, ad matrimonium ſpirituale (de quo hic loquitur) prout patet in integra.

g *Deinceps.* Simile habes in Conſtitutione *Othonis. cum ſit Ars. §. hac igitur.* ubi hoc exponit *Jo. de Athona. i. e. tempore futuro.*

h *Eccleſia aliqua.* Secundum materiam ſubjectam intelligas de Parochialibus per hoc quod dicit *Rectoribus*, vel *Vicariis.* Et conſimiliter loquuntur Conſtitutiones Legatinæ editæ in hac parte; viz. *Othonis*, quæ incipit, *Cum ſit ars.* & Conſtitutio *Othoboni*, quæ incipit, *Unitatem.* Poteſt tamen ob identitatem rationis idem dici de Cathedrali vel Collegiata. Nec obſtat quod habes *in Extravag. Jo. Sedes Apoſtolica.* Ubi Papa dividebat unum Epiſcopatum in duos; quia hoc bene licuit, ad majus augmentum cultûs Divini, & ob majorem ſalutem animarum, ut ibi dicitur. Sed hic, & in Conſtitutionibus præallegatis prohibetur ſolum voluntaria, ſive improba diviſio Eccleſiarum. Sic ſolvit ibi, *Jo. de Athona, in Conſtitutione, cum ſit ars. §. hac igitur. ver. diviſiones.* Vel poſſes aliter dicere, quòd illa diviſio facta fuit de una ampla Dioceſi, ut inde fierent duæ Dioceſes habentes ſingulæ ſuum Epiſcopum: non autem quòd in una Dioceſi ſint duo Epiſcopi, qui duo habeant præeſſe uni Eccleſiæ tanquam duo Capita. Nam hoc eſſe non debet, ut hic, & in Conſtitutionibus præallegatis, & *infrà* latius dicam.

i *Pluribus Rectoribus. Sc.* ſub modo qui ſequitur. Sic viz. ut unuſquiſque eorum pari honore in Eccleſia habeatur intitulatus, & alteri aliter non ſubſit. Hoc namque eſſet in uno corpore duo eſſe Capita, quaſi monſtrum; contra illud quod legitur *7. q. 1. in apibus. de præben. c. tuæ. & c. majoribus. de offi. ordi. quia plerique.* Unde ſicut una perſona non poteſt de jure habere plura Beneficia curata, *de præben. c. de multa.* ſic nec uni Eccleſiæ curatæ poſſunt plures Perſonæ præeſſe in ſolidum. *21. q. 2. ſicut.* ubi de hoc per *Archi. verb. matrimonia.* Et hoc verum, per viam tituli perpetui, Secus tamen per diſtinctionem officiorum; vel aliàs, ut plures temporaliter exerceant curam animarum; ut eſt videre in pluribus Capellanis parochialibus in una Eccleſia. Et ſic intelligo *glo. Inno. de præben. c. cum non ignores. glo. 1.* Aliud enim eſt plures Sacerdotes in una Eccleſia eſſe, quorum quilibet habeat curam in ſolidum. Aliud verò Eccleſiam ipſam eſſe plurium Sacerdotum in ſolidum, ut *no. de hoc in ſimilis de præben. c. 1. in Clem.*

k *Sit perſona.* i. e. Rector. Et loquitur ſecundùm vulgare *Angliæ*, ut tamen unus ſit Rector & alter ſub ſe Vicarius in eadem Eccleſia non prohibetur hic, nec etiam alibi inquantum recolo. Licet *Jo. de Athona.* videatur ſentire contrarium, in dicta Conſtitutione, *cum ſit ars. ver. perſonatus.*

l *In Eccleſia.* Secunda pars.

m *Plures Perſonæ.* Id eſt Rectores.

n *Exiſtunt.* Loquitur ſecundùm tempus hujus Conſtitutionis.

o *Portio decedentis.* Verbi gratiâ. Si ſint quatuor, uno mortuo, portio ſua remanet tribus; altero de tribus decedente portio ſua dividatur inter duos: altero verò de duobus morìente, unus qui ſupervivit, integrum habeat; & hoc eſt quod ſequitur, *donec ad unum &c.*

p *Nec*

decedentis, donec ad unum solum illius Ecclesiæ Personatus pervenerit. [a] Nec de cætero [b] plures Vicarii in eadem Ecclesia constituantur. [c] Illis Ecclesiis ab hoc Statuto exceptis, quæ ab [d] antiquo divisæ fuerunt.

An una Ecclesia possit dividi in plura capita?

Qui plura Beneficia curam animarum habentia, aut alioquin incompatibilia sine dispensatione Apostolica obtinuit, ultimo sit contentus, aut omnibus spolietur. Qui verò de cætero talia sic receperit, aut assecutus fuerit per modum Institutionis, aut Commendæ, seu Custodiæ contra Constitutionem Gregorianam Concilio Lugdunensi, omnibus sic obtentis privetur & excommunicetur, non absolvendus nisi per summum Pontificē aut Archiepiscopū Jun.

Johannes Peccham.

[e] AUdistis, [f] *& infra.* Decernimus, juxta formam [g] Generalis Concilii, ōnia Beneficia [h] curam animarū habentia, quæ de [i] facto obtinent hi, qui dispensationē Apostolicam super pluralitate Beneficiorū hujusmodi non [k] habent, per [l] Beneficii receptionē quod [m] ultimo receperunt, ipso Jure [n] vacare. Et [o] licet juxta rigorem Constitutionis Domini [p] *Othoboni* sic [q] recipiens [r] plura Beneficia [s] ultimo ipso jure sit [t] privatus: cum secundùm eandem decernatur [u] institutio irrita ipso Jure.

---

a *Nec de cætero.* Tertia pars.

b *Plures Vicarii.* Supple *perpetui.* sed quòd unus sit perpetuus, alius temporalis, non prohibetur hic, nec alibi. Habes ergo ex hac Constitutione quòd Ecclesia non potest habere plura Capita, nec de Rectoribus nec de Vicariis perpetuis. Sed contra hoc opponitur, & videtur quòd una Ecclesia posset dividi in duo Beneficia, sicut & una domus in duas habitationes. *ff. communia prædio. l. si quis duas.* §. 1. Solutio. Una domus bene potest dividi, ut de una fiant duæ omninò separatæ; sic quòd utraque sit domus per se, & habeat propriam limitationem; & pari formâ bene volo, quòd de uno Beneficio pingui fiant duo beneficia, quorum quodlibet habeat suum Rectorem, vel Vicarium per se, ut patet *de præben. c. vacante.* non tamen sic, ut sub nomine unius Beneficii censeatur, uterque quasi dimidius Rector, vel Vicarius: quia unitas non recipit divisionem. 24. q. 1. *loquitur.* & hæc solutio colligitur ex *Glo. Ber. de præben. c. tuæ. ver. sectionem.* ibi videas.

c *Illis Ecclesiis.* Quarta pars.

d *Ab Antiquo.* Sc. à tempore cujus contrarii memoria hominum non est. *Extra. de verb. sig. c. super quibusdam. §. præterea.* sic intelligit hanc antiquitatem *Fo. de Aibona.* in Constitutione *Othoboni. unitatem. ver. antiquitatis. in prin.* in quo casu, quid faciendum sit, patet ibi §. *super his.* Sed tunc posset quæri, quomodo probabitur hujusmodi Antiquitas, sc. a tempore cujus contrarii non est memoria? dicit *Fo. de Aibona in loco prælle. secundùm Hosti. Extra. de verb. sig. c. quid per novale, & Inno. c. ti. c. veniens. & secundùm Fo. An. de præscrip. c. Episcopum. li. 6. in fi.* quòd Testes dicent, si habeant talem conscientiam, quòd semper sic viderunt tempore suo, & audierunt à suis majoribus ita esse, nec unquàm audierunt, vel sciverunt contrarium: & quòd communis opinio est, quòd sic fuit à tempore & per tempus, cujus contrarii non est memoria. Et hunc modum probandi approbant quasi omnes Doctores, & requiritur, quòd Testes sint circum Vicini, in quorum notitiam cadit scientia illius rei. *ff. de flu. l. 1. §. 1. secundùm Fo. An. in no. d. c. Episcopum.* qui etiam dicit, quòd talis Probatio non potest fieri per Instrumenta, cum sit negativa, & non sit res de qua Instrumentum rogari, vel confici possit: licet secus sit, in negativa determinata & restricta. ut *no. de elec. c. bona.* contrarium tamen cum sit actus affirmatus, bene recipit probationem per Instrumentum, per quod patere poterit memoria contrarii actus. Sed tunc quæro, cujus ætatis esse debent hujusmòdi Testes? videtur sufficere si sint 14. vel 15. annorum. *ar. ad hoc de testi. c. licet ex quadam,* ubi non exprimitur alia ætas in Testimonio de auditu: ergo idem videtur dicendum in Testibus de visu. In contrarium videtur, quòd ad minus debent esse 54. annorum, vel saltem tanti temporis ultra 40. annos, quòd fuerint Testimonii capaces tempore quo videre inceperunt. Facit ad hoc quòd *no. 37. di. relatum. in ulti. glo.* ut sic saltem probent possessionem 40. annorum, & præscriptionem de visu, facit quod notat *glosa de præscrip. c. cum nobis. & Inno. & Hosti. de verb. sig. veniens.* ubi dicunt, quòd ista Probatio habet locum à centum annis suprà: nam propter impossibilitatem probandi, admittitur talis Probatio. Unde cum infra centum annos, saltem usque ad 40. annos facile sit probare Possessionem, & Præsumptionem de visu, non debet sufficere Testificatio de auditu, nisi 40. annis suprà. Et hoc puto verum ad probandum Titulum, & facit ad hoc prædictum *c. licet ex quadam. in fi.* ubi Testis, qui testificatur ex auditu, debet etiam in aliquo gradu testificare de visu. Et prædictæ sententiæ videtur esse *Lapus Ab. d. c. Episcopum. de præscrip. li. 6.*

Quæstio.

Quæstio.

e *AUdistis.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham* apud *Reading.* Et habet duo dicta principalia. Secundum ibi, *Decernimus etiam.* In primo, statuit circa tunc obtinentes plura Beneficia incompatibilia sine dispensatione Apostolica. In secundo, providet in casu consimili quoad tempora futura.

Divisio.

f *Et infrà.* Sub hac parte decisa continetur in integra quædam exhortatio concernens Jura prius posita; & etiam pœnas contra detinentes plura Beneficia incompatibilia, sine dispensatione Apostolica; & quemodo Papa mandavit vivâ voce Archiepiscopo huic *Johanni*, quòd studeret talia in sua Provincia facere debitè reformari. Unde procedit, ut hìc sequitur, *Decernimus &c.*

g *Generalis Concilii. de præben. de multa.*

h *Curam animarum.* Largè intelligas, secundùm *Inno. & Hostien. d. c. de multa.* vjz. sive in foro pœnitentiali, sive aliàs curam habeat; & sive sit Ecclesia Cathedralis, Parochialis, vel Capella habens Parochianorum curam de Jure vel de facto, dummodo Parochiam habeat in qua Jus Parochiale exerceat. Remittit *Hostien.* ad notata *de cle. non resi. quia nonnulli.* Et sive sit Dignitas, vel Officium, sive Ecclesia, sicut sunt multi Archipresbyteri, Archidiaconi, & Decani, qui nullam habent Ecclesiam cui præsint: habent tamen Jurisdictionem super multas Ecclesias. *de elec. dudum. 2. cum similibus.* His verò *Petrus de Ancharano. d. c. de multa. vers. Secundo quæro.* adjicit ens dicit, Tu adde ad prædicta *Extravag. execrabilis. ad fi.* ubi quantum ad dictam modificationem, de qua ibi, illud Beneficium intelligitur Curatum quod Parochiam habet, in qua est cura animarum non per Vicarios, sed per Rectores, aut Ministros ipsius Beneficii, vel illorum temporales Vicarios exercenda. Dicuntur etiam *Beneficia curata* illa, quorum Ministris, ratione Beneficiorum hujusmodi, competit Visitare, Inquirere, Procurationes exigere, Suspendere, Excommunicare, à talibus sententiis absolvere de consuetudine, vel de Jure, quòcunque nomine censeatur.

Beneficium Curatum.

i *De facto.* Hoc ideo dicit, quia de Jure talia non possunt obtinere, ut *infrà patebit.*

k *Non habent.* Et sic plura talia Beneficia simul de Jure obtinere non possunt: *de cleri. non resi. quia nonnulli. & d. c. de multa. de elec. dudum. 2. ver. nos igitur.*

l *Beneficii.* Supple, Curam animarum habentis.

m *Ultimo receperunt.* Supple, Possessione ejusdem etiam secutâ. Nam aliàs, sola receptio non sufficeret ad hoc quod hic dicitur. Ad quod *concor. nota. per Ber. d. c. de multa. ver. post receptionem.* Si verò tale Beneficium aliquis receperit, & per eum steterit, quo minùs Possessionem ejusdem habuerit, habet etiam locum quod hic dicitur, sicut aliàs legitur *de elec. c. commissa. li. 6.* Si verò litigaverit super secundo Beneficio nondum apprehenso, non vacat primum: secus si post apprehensionem secundi, super eo litigium patiatur, vel evincatur: nam primum retinere non poterit, immò sibi imputet, qui non inquisivit diligenter de hoc. *de rescrip. c. in nostra.* dicit tamen *Fo. An.* quòd bene faceret Prælatus primi, primum sibi Commendare, donec litigat super secundo: & est justa causa Commendæ. *de accus. si confiteris.* remittit ad notata de hoc plenius per eum, *de concess. præben. cum nostris.*

n *Vacare.* Etiamsi primum non possidet, sed habet in eo Jus in re, vel ad rem. Ut *c. gra. de rescrip. in Cle.* & idem intelligas, si recepit secundum juste vel injuste: nam tunc etiam vacat primum. Ut *c. cum qui. de præben. li. 6.* Hæc est Conclusio *Petri de Ancharano. d. c. de multa. ver. tertio nota.*

o *Et licet.* Vers.

p *Othoboni.* Quæ incipit, *Christiana.*

q *Sic recipiens.* Sc. sine dispensatione Apostolica.

r *Plura Beneficia.* Hæc pluralitas debet intelligi ad minus de duobus. *ff. de testibus l. ubi numerus.* sed advertendo bene Constitutionem *Othoboni*, videbis, quòd ista litera non bene stat: ut dicam *infrà. glo. proxi.*

Pluralitas potest dici de duobus.

s *Ultimo.* Scilicet ipsorum Beneficiorum: adverte bene. Si intelligas hanc literam de eo, qui de facto recipit secundum Beneficium Curatum sine dispensatione, ut scilicet eo sit privatus ipso Jure, male intelligis; nec sic cavetur in dicta Constitutione *Othoboni*, quia sic esset contra *c. de multa.* Sed si intelligas de eo, qui cum dispensatione, vel sine dispensatione obtinens duo talia Beneficia simul, postea absque dispensatione recipiat tertium, ut videlicet ipso tertio sit ipso Jure privatus; sic bene intelligis. Nam sic stat §. *in posterum. eadem Constitutione.* ubi colligitur, quod hic dicitur. Et ibi Textus loquitur de eo qui præsentatus est, vel cui confertur Beneficium Ecclesiasticum: cum prius sine dispensatione habuerit plura Beneficia curata. Loquitur enim Textus ille pluraliter de Beneficiis prohibitis, ut ibi. Unde ista litera male adaptatur ad illam, ut apparet ex præmissis.

t *Sit privatus.* Hoc statim declarat, ut sequitur.

u *Institutio.* Si intelligas de Institutione secùndi Beneficii, male intelligis

ligis: si intelligas de Institutione tertii, bene intelligis. Et huic intellectui *concor. qd legitur & no. de offi. ordi. c. Ordinarii locorū. li. 6.*

a *Præcavere tamen.* Vers.

b *Rigorem.* Sc. per hanc Constitutionem introducendum.

c *Rigori.* Sc. ipsius Constitutionis Domini *Othoboni*, quæ secundum intellectum scribentis continet rigorem; cum tamen talis rigor ibi non cōtineatur, ut dixi *suprà. vers. ultimo, & ver. institutio.*

d *Concilii Generalis. de præben. de multa.*

e *Othoboni.* Quæ incipit, *Christianæ.*

f *Irritam.* Verum est in casu suo, scil. ubi prius simul obtinuit plura Beneficia sine dispensatione; Secus si unum tantùm, ut prædixi.

g *Præobtento.* Nota, singulariter loquitur de uno Beneficio, juxta tenoré *c. de multa.* secus tamen esset, si plura simul præobtinuisset, ut prædixi. Super quo vide quod legitur *de offi. ordi. d. c. Ordinarii locorum. § ultimo. li. 6.*

h *Non privat.* Sicut nec de Jure potuit, nec ad hoc intendebat, ut patet ex his quæ prædixi.

i *Nos misericordiam.* Vers. Et nota, quòd ista misericordia potius dici potest injustitia. Nam misericordia, quam hic ostendit hujus Decreti Auctor, est expresse contra *Decre. Ordinarii locorum. de offi. ordi. §. ulti. li. 6.* quam tollere vel alterare non potest Archiepiscopus, nec aliquis Papâ inferior, prout plenius *no. de offi. Archipresb. c. ut singulæ. per Jo. in no.* & dixi *suprà. de majo. & obe. c. 1. ver. juramento.*

k *Permittimus.* Ista permissio nihil potest operari, quin locum habeat Lex Superioris: nisi forsan dicas, quòd valeat quoad ipsum permittentē, ut sc. ipse non possit Titulum talis impugnare. Ex parte namque ejus, cui hoc permittitur, potius debemus recipere quod in hoc casu à Jure statuitur, quàm quòd ab ipso, qui circa hoc potestatem non habet, permittitur. Juxta notata per *Cardi. de æta. & qualit. ordi. c. permittimus. glo. c. 1. li. 6.* Talis namque permissio, quæ nihil aliud est quàm quædam tolerantia, ut notatur 3. *di. omnis autem lex. per Jo.* non potest excusare eum, cui fit talis permissio, quin ligetur lege Superioris aliud statuentis, ut prædixi.

l *Plura.* Id est duo.

m *Ultimo.* Sic itaque electionem non habebit, quam velit habere, prout alias dicitur *de præben. c. referente.* pro quo vide quod dicam *infrà. glo. proxi. sit contentus.*

n *Sic obtento.* Sc. sine dispensatione.

o *Generalis Concilii. de præben. de multa.*

p *Sit contentus.* Non enim potest, postquàm secundum plenè assecutus est, illud deserere, & ad primum reverti; quia primū statim vacat per assecutionem secundi, ut patet *d. c. de multa.* Sed opponitur *de c. referente. Extra. de præben.* ubi datur optio, quam voluerit habere. Solutio secundùm *Ber.* ibi, *aliud olim*, ut ibi, *aliud hodie. Petrus & Ab.* dicunt, quòd illud *c. referente.* etiam hodiè locum habere potest, quando scil. Episcopus primi Curati non vult habere ratum transitum ad secundam Ecclesiam: nam si sine licentia transivit, potest habere ratum & non ratum hujusmodi transitum, & quodammodo optionem habet primi vel secundi. Hæc tamen sententia videtur miqua; ut viz. Episcopus sic posset talem impedire, forsan pro uno minimo Beneficio, quod sub eo habet. Sed dicit ad hoc *Jo. An.* imputet sibi qui se intitulari permisit, & agat coram superiore, ut sibi dare licentiam compellatur. *ar. de Jure Patro. c. nullus.* Ecce in hoc passu habes considerare, quòd circa Beneficia hujusmodi Jura sunt varia. Nam *c. quia nonnulli. de Cle. non resi.* irritat Collationem secundi. *c. referente. præalle.* dat electionem, quam Ecclesiam maluerit retinere. *c. de multa.* dicit primùm vacare per adoptionem secundi: & si contenderit retinere primum, carebit utroque. Circa hoc dicit *Jo. An. d. c. referente.* quòd illud capitulum potest intelligi de collatis ante Concilū generale: vel loquitur, quando quis habebat duas, quarum utraq; erat insufficiens; sed modo utraq; est opulenta. Tu verò dic secundùm *Petrum de Anchorano. c. referente. ver. quinto no.* aut potest in Beneficiato notari ambitio, ut quia prius obtinuit plura Beneficia curata, & ultra ea jam recepit aliud sine dispensatione sufficienti, & tunc non tenet Collatio sive Institutio ultimi, ut dicitur in *d. c. quia nonnulli.* & est expressum *de offi. ordi. c. ordinarii locorum in fi. li. 6.* Aut non potest notari in eo talis ambitio, ut quia habenti unam solam Ecclesiam alia confertur: tunc subdistingue, aut eam consequitur suo proprio facto vel alieno. Si proprio, aut contendit primum cum ultimo retinere, & tunc carebit utroque. Si non contenderit primum retinere, tunc secundum retinebit. Et per assecutionem secundi vacat primum, ut patet *d. c. de multa.* Si verò secundum Beneficium assequatur facto alieno, tunc habet electionem. Ut *in c. gra. de rescrip. li. 6.* Et idem dicendum est, quotiescunq; ex provisione superioris alterum ex Beneficiis adeptis cogitur resignare, ut sc. tunc optionem habeat. Idem etiam dicit *Petrus* prædictus de Beneficiis acquisitis sine facto suo, ut sc. sibi optio concedatur. *de præben. c. si pluribus. li. 6.*

An obtinens plura Beneficia sine dispensatione privetur uno, vel utroq;?

a Præcavere tamen volentes, nè b rigorem videamur coacervare c rigori, mentemque Constitutionum tàm d Concilii Generalis quàm etiam Domini e *Othoboni* clarius advertentes; quarum neutra in præobtentis & ultimo simul privat (cum Concilium Generale solum auferat præobtenta, ultimum tamen reservat: Constitutio verò *Othoboni* institutionem in ultimo Beneficio decernat f irritam ipso Jure, g præobtento tamen ipso Jure h non privat) i Nos misericordiam cum rigore miscentes k permittimus, ut is qui l plura Beneficia curam animarum habentia absque dispensatione Apostolica fuerit assecutus, m ultimo Beneficio sic n obtento juxta o Generalis Concilii tenorem sit p contentus; nisi fortè ex temeritate contenderit etiam præobtentum improbè retinere. In quo casu ipsum nec primo nec q ultimo dignum, immò nec medio nec r aliquo judicamus; sed ea potius f ipso Jure vacare. t Quibus omnibus, quatenus de u facto eadem detinet occupata, censemus x perpetuò spoliandum, y *& infrà.* z Decernimus & Beneficia. Hæc ibi leguntur in §. *quia verò.* Considera igitur, quomodo successivè circa hujusmodi pluralitatem prohibitam processerunt Jura. Primò viz. ut habenti plura Beneficia daretur optio, ut *in c. referente.* Secundò ut non teneret Collatio ultimi, ut *in c. quia nonnulli.* Tertiò, quòd per assecutionem secundi vacaret primum, ut *in c. de multa.* Quartò, ut nisi realiter dimittat primum, privatus sit utroque, ut *in Extravag. execrabilis.* Unum tamen hic nota, quòd ad interpretationem & suppletionem Constitutionis *de multa*, quæ loquitur in Beneficiis Sœcularibus, emanārunt alia Jura, quibus cavetur, quòd idem sit in Dignitatibus Regularibus. *de præben. cum singula. li. 6.* Et quia poterat esse dubium in Regularibus manualibus, emanavit *Cle. quia regulares. de sup. ne. Præl.* Emanavit etiam super hoc *c. si tibi concesso. de præben. li. 6. Et c. super eo.* quæ limitant Constitutionem *de multa.* quæ vult quòd per assecutionem secundi vacet primum, ut scil. hoc habeat locum, quando fructus secundi alteri non debentur ad tempus. Aliàs durante tempore, non censetur vacare, saltem quoad fructus. Item *c. de multa.* habet locum in Beneficiis Curatis, quorum utrumque est principale, & per se stans, secus si Canonicatui sit annexum. *de præben. extirpandæ.* Et quòd idem sit in Vicaria perpetua, quod in alio Beneficio Curato, habes *de offi. Vica. c. 1. in Clemen.*

q *Nec ultimo.* Simile habes *in c. de multa.* nam contendens utrumq; retinere, cum super hoc dispensationem non habeat, privabitur utroque. Hodiè verò ista pœna aucta est per *Extravag. execrabilis.* ubi dicitur, quòd si recipiens secundum Beneficium, primum, quo privatus est ipso jure, absque more, dispendio, verbo, & facto, in manibus Ordinarii sub testimonio publico non dimittat; privatus est etiam secundo, & inhabilis ad sacros Ordines

r *Nec aliquo.* Talis namque qui post adeptionem secundi, contendit sine dispensatione retinere & primum, nec vult infra mensem dimittere illud, incidit in pœnam *Extravag. execrabilis.* de qua dixi *suprà. c. ver. nec ultimo. in princi.*

f *Ipso jure vacare.* Primum enim ipso jure vacat per assecutionem secundi, ut *in c. de multa.* Secundum verò vacat ipso jure, eo quòd primum non dimittitur infra mensem, ut *in c. execrabilis.*

t *Quibus omnibus.* Sc. præobtentis, & jam ultimo habito.

u *De facto.* Quia de Jure non sunt sua, ut *suprà* patet.

x *Perpetuo.* Sed nunquid talis possit de novo ad unum de ipsis Beneficiis admitti per novam Præsentationem vel Collationem? Dic, quòd ubi talis incidit in pœnam inhabilitationis, ut patet in *Extravag. execrabilis.* non potest aliquo tempore ad illud admitti, nisi super hoc fuerit cum eo sufficienter & legitimè dispensatum. Si autem pœna inhabilitationis eum non affecerit, non poterit etiam illâ vice aliquod Beneficiorum hujusmodi obtinere, ut *in c. commissa. de elec. li. 6.* Facit ad idem *c. licet Canon. c. ti. in prin.* ibi, *alii conferatur &c.* Et *de statu Mona. ne in agro. §. caterum. in fi. in Clem.* *Quæstio.*

y *Et infrà.* Hic deciditur primò, quid fuerit faciendum de Beneficiis hujusmodi ante hanc ordinationem vacantibus. Secundò, quid fuerit faciendum de his, qui ante illud tempus talia Beneficia possederunt. Tertiò, quid agi debeat quoad eorum Confessores.

z *Decernimus etiam.* Secunda pars principalis. Ubi nota, quòd licèt ea quæ *suprà* dicuntur à principio hujus Constitutionis non fiunt perpetua, ed tantum pro tempore illo decreta, inquantum non concernunt nisi præterita. Illa tamen, quæ sequuntur, adhuc ligant, inquantum hæc ordinatio protendebatur ad futura. Simile habes in *Extravag. execrabilis.* ubi omnia quæ ibi dicta sunt, usque ad §. *si qui vero deinceps.* fuerunt temporalia tantum: illud tamen quod in illo §. statuitur, quia protendebatur ad futura, adhuc manet. Et sic sentire videtur *Jo. in coll. d. c. de multa. ver. quid si Clerico conferantur. in fi.*

a *Perpetuo*

a *Perpetuâ stabilitate.* Ista litera probat hoc quod dixi *suprà. glosa. proxi. præcedenti.*

b *Incompatibilia.* Viz. ea quibus imminet cura animarum, vel quæ requirunt residentiam de consuetudine vel Statuto, secundùm *Inno. in c. cum jam dudum. de præben. & c. dudum. 2. de elec.* & hanc opinionem *Innocentii* approbat Consuetudo, quam scit Papa & tolerat, ut notat *Jo. An. de rescrip. c. gratia. li. 6. ver. de Jure teneri.* licet aliæ super hoc sint opiniones variæ, quarum una, viz. *Goff.* ibi recitatur. Dictæ sententiæ etiam concordare videtur *Archi. in d. c. gratia. vers. simul nequeant. li. 6.* ubi dicit, quòd *incompatibilia* sunt Dignitates & Personatus, & alia quæ residentiam exigunt Personalem ex Statuto, Privilegio, vel consuetudine approbata. Sic intelligit quod legitur *de cle. non resi. c. Clericos. & c. ti. c. relatum. & 70. di. sanctorum. secundùm Hostien.* Unde etiam Præbendæ quæ de Consuetudine, Privilegio vel Statuto requirunt residentiam personalem, sunt Beneficia incompatibilia; ut ibi notatur, ubi etiam *Archi.* super hoc recitat opiniones alias, & dicta diversa. Et hoc verum intelligo, ubi quis præcisè tenetur ad residentiam, secus tamen si ad hoc sit arctandus per subtractionē Beneficii: ad quod faciunt notata per *Paulum, de rescrip. c. gratia. ver. Beneficium. in Clem.* ubi etiam super hac materia ponit *Will.* unam longam Distinctionem super ver. *de Jure.* cujus Glossam recitat *Henricus de Bowyco in c. de multa. de præben. di. 1.* qui, quicquid de Jure Communi sit dicendum, dicunt, quòd dicta opinio *Inno.* servatur de facto. Pro qua facit dictum *c. gratia. li. 6. & c. gratia. in Clem.*

Beneficia incompatibilia.

c *Dispensatione.* Hic adverte, quòd (sicut quidam volunt) potestas, quæ secundùm antiqua Jura dabatur Episcopis ad dispensandum super pluralitate Beneficiorum restricta est per *c. de multa.* & sic sentit ibi *Bern. gla. fi.* saltem in Dignitatibus & Beneficiis Curatis. Sed circa Beneficia simplicia bene poterunt Episcopi dispensare, secundùm *Ber.* Cui etiam *concor. Inno.* dicens, quòd si simplicia sint in diversis Episcopatibus, dispensatio utriusque Episcopi concurret, ut notat *Ber. in c. dudum. 2. de elec.* Dispensat etiam Episcopus circa Curatum, & simplex. *de conces. præben. cliteras.* Alii dicunt, ut *Petrus de Samp. Ab. & Hostien.* quod ubi dispensatio sit ob utilitatem Ecclesiæ Episcopus potest dispensare circa duo Curata; si fieri debeat propter Prærogativam meritorum, tunc solus Papa dispensat, ut *d. c. de multa.* sed verum est, quòd primam opinionem servat Curia; sc. quòd solus Papa dispensat; & pro ea faciunt *c. super eo. & c. non potest. de præben. li. 6. & c. cum singula. e. ti. & de offi. ordi. c. ordinaris. li. 6.* & pro illa opinione, quòd in Dignitatibus & Curatis solus Papa dispenset, facit bene dictum *c. de multa.* nam cum nullus dubitet, quin Papa possit in talibus dispensare, nugatorium foret hoc ibi exprimere, nisi deberet intelligi de solo Papa: & videtur expressum *d. c. dudum. §. verum procurator.* Circa hanc materiam potes ampliùs laxare fimbrias, per ea quæ notat *Henri. de Bowyco. d. c. de multa. di. 3.*

Nota qui possit dispensare super pluralitate Beneficiorum.

d *Receperit.* Intelligе effectualiter possessione secutâ, ut dixi *suprà. in prin. ver. receperunt.* & intellige, quòd plurà talia Beneficia simul retineat. Alias si successivè receperit plura, uno solo contentus, non incideret in hanc pœnam, ut patet in *c. de multa.*

e *Vel assecutus fuerit.* Idem importat quod *suprà* dixit *receperit.* & sic dictio, *vel*, stat expositivè. Et istud intellige secundùm ea quæ dixi in *glo. præcedenti.*

f *Institutionis.* Et sic per modum Tituli; nam secus esset in præstimoniis, & pensionibus quæ non intitulantur. *16. q. 1. possessiones.* & sic potest intelligi *c. gratia. de rescrip. li. 6. & c. ti. ver. gratia. in Clem.*

g *Commendæ. concor. ad hoc de elec. c. nemo deinceps.* ubi patet per Doctores, videlicet *Jo. Card. & Archi.* quòd sicut nec potest habere duas intitulatas; sic nec potest habere duas commendatas.

h *Custodiæ.* Ut in *c. cum vos. Extra. de offi. ordi.* & ista *custodia* idem est quòd *Commenda*, ut *no. de elec. c. nemo deinceps. ver. commendare. per Archi. li. 6.* & sic dictio, *seu*, hic posita, stat ampliativè; sicut & dictio, *sive*, quæ verba disjungit, sed sensum conjungit, ut notat *Barth. ff. de re. dub. l. si is qui ducenta. §. utrum. ver. sexto opponitur.*

i *Aliud Titulo Commendæ.* Contra istud opponitur *de elec. c. dudum. 2. §. partibus ergo. ver. insuper.* & *21. q. 1. qui plures.* in quibus patet expressè, quòd licet unam Ecclesiam habere intitulatam, & aliā Commendatā. Et sic sentiunt Doctores communiter, *d. c. nemo deinceps. ver. unam. li. 6.* unde secundùm præmissa, hoc, quod hic dicitur, stare non potest, ut videtur; sed clausula sequens limitat modum concedendi ad tempus, non in perpetuum: ibi, *præter modum &c.* & sic non obstat.

k *Modum illum.* Ut scil. is cui Commenda fiet, sit in ætate legitima, & sacerdotio; & quòd sit tantùm unā necessitate evidenti, vel utilitate ipsius Ecclesiæ suadente; & quòd non duret ultra sex Menses.

l *Gregoriana. de elec. nemo deinceps. li. 6.*

m *Sic obtentis. Sc.* pluribus Curatis sine dispensatione, vel in Commendis præter modum prædictum.

n *Ipsoq; facto.* Hæc clausula ultra Jura alia est novum Jus continens.

o *Innodatus.* Quoad obtinentes simul sine dispensatione plura Beneficia incompatibilia bene potest stare hæc pœna, de qua alias nihil Statutum est: maximè cum Archiepiscopi possint ad Constitutiones *Romanorum* Pontificum addere, salvâ ipsarum substantiâ, ut notatur per *Hostien. & Jo. An. in c. ut singula. de offi. Archipresby.* & idem intelligo de obtinentibus simul duas Ecclesias in Commendam: ut dicto *c. nemo deinceps.* sed in obtinentes unam Ecclesiam intitulatam, aliam commendatam, non posset habere locum hæc pœna, scil. Excommunicationis latæ, nisi ut *infrà* dicam; quia hoc esset restringere potestatem concessam à superiore, saltem per obliquum, quod non licet. *de Reg. Ju. cum quid. li. 6.* Est enim licitum à parte Juris Communis uni personæ simul habere unam Ecclesiam intitulatam, & aliam commendatam, ut prædixi *suprà ver. aliud ti. commendæ.* Non potest ergo Constitutio etiam pœnalis alicujus Inferioris dictam legem Superioris tollere vel refrænare; ut notatur in dicto *c. ut singula. per Hostien. & Jo. in no.* Et est expressum *de majo. & obedien. c. quod super his.* Sed melius *de elect. c. 2. in Clem.*

De Institutionibus & Commendis.

Collator gratis conferat & per se & per suos.

Stephanus.

QUia p juxta, *& infra.* Statuimus, ne Prælatus aliquis cùm Ecclesiam aliquam q contulerit vel Præbendam, r fructus ejusdem Ecclesiæ vel Præbendæ nondum collectos sibi s præsumat aliquatenus usurpare, vel pro t Institutione vel u Missione in possessionem vel x Charta

p *Quia juxta.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi, edita in Concilio *Oxon.* Et est pars ejus quam habes *suprà. de offic. ordina. quia juxta.*

q *Contulerit.* Sc. Jure proprio. Differunt namque Collatio, Præsentatio, Institutio, Provisio, & alia hujusmodi, de quibus dixi *suprà. de jurejur. c. 1. ver. præsentatur.* Esset enim incongruum, ut ille, qui confert Ecclesiam Jure proprio, aliquid inde sibi retineat; vel pro ejus, cui confertur, Institutione, vel inductione aliquid exigatur. Esset enim hoc quædam species Simoniæ. *1. q. 3. si quis dator. & c. sequen.* Nota.

r *Fructus ejusdem.* Qui converti debent in utilitatem Ecclesiæ, vel alias reservari futuro Successori, nisi aliud fuerit de Privilegio, vel de Consuetudine. *de offi. ordi. c. præsenti. li. 6.*

s *Præsumat.* In vitium sonat. Et hodiè, si sic faciens, Episcopus fuerit, ab ingressu Ecclesiæ est suspensus, donec recepta restituerit. Inferior verò Episcopo, ab Officio & Beneficio suspensus est, quousque restitutionem fecerit; ut patet in dicto *c. præsenti. de offi. ordi. li. 6.* Huic concordat quod legitur *de censibus. c. prohibemus. ut Eccle. Bene. sine di. Conf. c. unico. vers. omnibus.* ubi tractatur per Doctores quando licet Episcopo fructus alicujus Beneficii sibi applicare, quando non. Ibi videas per *Jo. in no. Petrum de Anchorano & Henricum de Bowyco. di. 6.*

t *Institutione.* Quæ Collationē sequi debet, sicut aliàs dicitur in simili, *de re judi. c. cum aliquibus.* Et est *Institutio* idem quod *Investitura* seu *admissio* ad Beneficium Ecclesiasticum; quæ quandoque idem est, quod ipsa *Concessio* sive *Collatio. de concess. præben. c. post electionem.* Et quomodo diversis modis sumitur *Institutio*, notatur per *Archidia. de præben. c. cum in illis. ver. Institutione. li. 6.* Institutio.

u *Missione in possessionem.* Hæc dicitur *Inductio* quæ de Jure Communi ad Archidiaconum pertinet. *de offi. Archidia. ad hæc. & c. ut nostrum.*

x *Charta.* Sic dicta à *carendo*, quia carnibus caret. Et est propriè loquendo *Charta*, cum nihil in ea scriptum est. Hic tamen, ut apparet, ponitur non solum pro ipsa nuda Charta, sed etiam pro ipsa litera

quæ in ea ſcribitur; juxta illud quòd ſequitur ibi, *ſuper hoc facienda*. Debet namque admiſſus ad Beneficium Eccleſiaſticum habere Literas Teſtimoniales ſuper ſua admiſſione, quas in Charta Scribi neceſſe eſt. *infra. eodem. ex ſoluto.* Conſimilis tamen litera habetur *de Simonia. c.* ubi *Jo. An. ſuper ver. Chartis.* ſic exponit, i.e. ſcribendis. Per hoc (ut puto) dans intelligere, quòd etiã pro Pergamena nihil debet exigi.

a *Super hoc.* Sc. Collatione, Inſtitutione, vel Inductione.

b *Extorquere.* i.e. Extorquendo exigere. Hic vide quod dicam *infrà. glo. ulti.*

c *Officialibus.* Hæc dictio *Officialis*, hic largè ſumitur pro omni illo, qui ſub hujuſmodi prælato officiũ exercet, ſive ſit *Officialis* ſui Conſiſtorii, qui proprie dicitur *Officialis*: de quo, & ejus poteſtate plenius dixi *ſupra. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fru. c. i. ver. officiales.* ſive ſit ejus Cancellarius, Regiſtrarius, vel ad ſcribendum in aliquo officio Deputatus: nam omnes tales, generaliter loquendo, dicuntur *Officiales. de appella. l. judicibus. de hæret. c. volentes. §. Notarii. in Clemen.*

d *Archidiaconis ſuis.* Ad quos pertinet, admiſſos ad Beneficia in poſſeſſionem eorundem mittere. *de offi. Archi. ad hæc.* Et ex hac litera apparet, quòd Epiſcopi poſſunt, & debent facta minus Canonica Archidiaconorum ſuorum, in his quæ ſpectant ad eorum officium, †reformare & corrigere. Ratio eſt, quia Archidiaconus ſubeſt Epiſcopo, *de offi. Archi. c.* 1. & ſine ipſius mandato non debet aliquem in Eccleſia inſtituere, *e. ti. cum ſatis.* nec in corporalem poſſeſſionem inducere. *e. ti. c. ad hæc. verſ. in quadam.*

† *al.* Reformare.

e *Extorqueri.* Violentam exactionem importat. Sed nunquid abſque tali exactione licebit ab hujuſmodi Inſtitutio aliquid recipere? videtur quòd non, ſecundùm ea quæ leguntur in ſimili de *Simonia. c.* 1. ubi cavetur, quòd pro Ordinatione, vel uſu Pallii, vel Chartis inde fiendis, non licet aliquid dare. Unde cum *dare* libertatem ſignificet, *ff. de adimen. leg.* 1. *rem legatam.* & dare ſit prohibitum, per conſequens & recipere, cum unum non poſſit fieri ſine Reliquo. Et hoc verum puto, ut vix ſic dare vel recipere, fiat principaliter pro Inſtitutione, vel Miſſione in poſſeſſionem per viam exactionis, vel pacti taciti ſeu expreſſi: ſecus ſi fiat gratis ſine exactione tali, ſeu pacto, & purâ intentione, prout videtur expreſſum 1. *q.* 2. *ſicut.* & ſic notat *Hoſtien. d. c.* 1. *in fine.*

Quæſtio.

Sed quid dicemus de Notariis, qui ſcribunt Literas Inſtitutionis, & Mandata ad inducendum, an illi poſſunt aliquid pro ſuo labore recipere de hujuſmodi promotis? Ex præmiſſis videtur quòd non; cum nec pro Charta liceat quicquam recipere, ut hic, & *d. c.* 1. *de Simo.* nec pro Calamo, ut etiam ibi patet, & *c. ſicut Epiſcopum.* Econtra tamen videtur; nam nemo tenetur Beneficium facere de proprio, 10. *q.* 2. *precaria.* nec tenetur propriis ſtipendiis militare. *de præſcrip. c. cum ex officii.* Solutio. Videtur quibuſdam, quòd Notarius, qui ſalarium recipit de publico, nihil recipiet: alioquin, ſi non recipiat ſalarium de publico, bene poteſt pro ſuo labore recipere. Huic tamen ſententiæ contradicit *Lau. in d. c.* 1. *de Simonia.* ut ibi patet, *in glo.* & *etiam Jo. in d. c. ſicut Epiſcopum.* qui dicit, quòd Epiſcopus debet talibus ſcribentibus de ſuo providere: & ſic ſentire videtur *glo. in d. c.* 1. *de Simonia.* quæ reſidet in opinione *Lau.* Sed contra præmiſſa opponitur de eo quod legitur *Authen. de ſanctiſ. Epiſ. §. pro conſuetudinibus.* ubi apparet, quòd pro inſtituendis Preſbyteris, vel in Eccleſia ponendis, licet aliquod certum recipere ſecundùm Eccleſiæ facultates. Sed dic, quòd illa Lex corrigitur per Jura Canonica, quæ reprobant talem Conſuetudinem, prout notatur per *Ber.* & *alios de Simonia. c. cum in Eccleſia corpore.* & *c. non ſatis.* & quòd Conſuetudo non poterit Epiſcopos, Archiepiſcopos, & ipſorum Miniſtros in talibus excuſare, ſatis patet *de Simonia. c. veniens.* & *c. ſicut pro certo.* & *c. intantum. §. ſi.* & *d. c. cum in Eccleſiæ.* 1. *q.* 3. *ſi quis Præbendas.* ubi dicitur, quòd ſicut Epiſcopus gratis Epiſcopatum ſuſcepit, ita membra ejuſdem Epiſcoparus gratis diſtribuat. Quibus Juribus difficile eſt reſpondere, niſi quis dicat, quòd Epiſcopus non habuit gratis ſuum Epiſcopatum, & ideo non diſponit gratis membra ejuſdem. Ecce ulterius in hac materia poteſt dici, quòd quandoq; aliquid offertur ſponte, non concurrente aliquo Pacto, Conſtitutione, vel Conſuetudine, & tale licitum eſt recipere. *ut in c. dilectus. de. 2. in fine.* quandoque aliquid accipitur vigore Pacti, Conſtitutionis, vel Conſuetudinis, & tunc aut recipiens eſt ſalariatus de publico, & non licitè recipit, ut *no. in c.* 1. *Extra. de magiſtris.* Aut non eſt ſalariatus de publico, & tunc dic, aut officium recipientis eſt de ſubſtantia Rei agendæ, utpotà Inſtitutionis in caſu hujus Capituli; aut Ordinationis in caſu ſuo; alteriuſve Rei Spiritualis miniſtrandæ, & non licet recipere.

An pro Inſtitutione liceat aliquid recipere?

Epiſcopus Canonicè præſentatum & idoneum nullo contradicente ſuſcipere ultra duos menſes non differat: & quicquid fructûs ſub dilatione perceperit, reſtituat; quod idem ab Archidiacono illegitimè impediente obſervetur.

Idem in eadem.

CUM f ſecundùm Apoſtolum, *& infrà.* Statuimus, ut ſi quis ad Eccleſiam aliquam g nullo contradicente h præſentetur i Canonicè, Epiſcopus præſentatum ipſum, dum tamen k idoneus ſit, nequaquàm admittere differat ultra l duos menſes. m Alioquin quicquid ex eadem Eccleſia poſt n factam

Si verò officium ratione quid recepturi non eſt de ſubſtantia Rei gerendæ, tunc dic, quòd ſi ſalarium ſolutum convenit ſcribenti, conſiderato labore ſuo, & negotii qualitate, licita eſt receptio, ratio eſt, quia non debet cogi propriis ſtipendiis militare; ut in c. cum ex officii. de præſcrip. Si autem ſalarium, quòd ſolvitur, non convenit, conſiderato labore & qualitate negotii; tunc non eſt licita receptio, immo recipiens committit Simoniam, ut no. dicto c. 1. *de Simonia.* ubi ſic notatur per *Anthonium de Butrio* qui dicit, quòd pro Notariis facit Stylus Curiæ *Romanæ*, ſecundùm quem ſunt taxatæ omnia Beneficia ſecundùm qualitatem ipſorum, in ſolutione quæ fit in Protonotariis.

f CUM *ſecundùm Apoſtolum.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus & præcedens, & habet duo dicta. Secundum ibi, *Idem ab Archidiacono.* Primum facit duo. Ponit enim Statutum, & pœnam non ſervantis. Secundum etiam facit duo. Nam extendit ſuum Statutum cum quadam exceptione. *Diviſio.*

g *Et infrà.* Hic decidituꝛ quòd Epiſcopi, & viri Eccleſiaſtici non debent intendere avaritiæ, quæ eſt Idolorum ſervitus.

h *Nullo contradicente.* Qualiter autem pervenire debeat Ordinarius ad notitiam talis contradictionis, potes videre expreſſius *infrà. de jure patro. c.* 3.

i *Canonicè.* Scilicet quia Præſentatus eſt in quaſi poſſeſſione Præſentandi. *de jure patro. c. conſultationibus.* & Præſentatus eſt Perſona idonea. *de offi. ordi. c. cum vos.* Et quia præſentatur tempore debito. *de jure patro. c.* 3.

k *Idoneus.* Hoc intelligitur etiamſi non eſſet expreſſum. *de elec. cauſam quæ. ff. de mu.* & *ho. l. ut gradatim. in prin.* Et nota, quòd in hac idoneitate quoad Beneficium Curatum conſiderari debet inter cætera ætas promovendi, ut ſcilicet ſit in 25. anno. *de elec. c. cum in cunctis. §. inferiora.* Et quòd ſit commendandus ſcientia & moribus, ibi dicitur. Requiritur etiam, quòd poſſit infra Annum promoveri ad Sacerdotium. *de elec. licet Canon. li.* 6. Requiritur etiam, quòd ſit Conſtitutus in Ordine Clericali. *de inſtitu. c.* 2. Admittendus verò ad Vicariam debet eſſe ad minus Diaconus, ſic ut proximis Ordinibus poſſit promoveri ad Sacerdotium; in Conſtitutione *Othonis. Ad Vicariam.*

Nota de idoneitate promovendorum.

l *Duos menſes.* Tum textus iſte præſupponat præſentationem eſſe Canonicè factam, Perſonamque Præſentatam eſſe idoneam, quare non ordinavit Præſentatum ſtatim debere admitti, cum abſque cauſa rationabili non debent Eccleſiæ diu vacare? *de offi. ordi. cum vos. de conſeſ. præben. c. nulla.* Eſt enim in talibus mora periculoſa. *de elec. nec pro defectu.* Credo, quòd Conſtituentem movere potuit, quòd licet ab initio receptâ tali præſentatione non appareat contradictor, tamen non debet Præſentatum mox admittere, quia inter Præſentationem Patroni, & Admiſſionem Epiſcopi debet cadere tẽporis intervallum, & hoc propter examinationem quam poſt Præſentationem Clerici ſibi factam debet Epiſcopus facere, & non repente admittere, quia velox conſilium ſequitur pœnitentia. Facit 44. *diſt. ponderet.* Poteſt etiam alia eſſe ratio, ne poſtea forſitan contingat aliam Perſonam ad idem Beneficium Præſentari per alium. *Sæpe namque* contingit aliquem eſſe in poſſeſſione præſentandi, qui tamen non eſt verus Patronus. *Extra. de Jure Patro. c. conſultationibus.* ubi traditur doctrina, quid in tali caſu agendum ſit. Tutum ergo eſt, ut in talibus fiant Proclamationes, ſive Inquiſitiones, ſicut aliàs *no. Jo. An. de elec. c. fi. glo. ulti. li.* 6. Et in præſentatione neceſſarium eſt, ut ibi notatur per eundem *glo.* 2. Quod enim hic dicitur, *ſine contradictione &c.* poteſt intelligi, ubi plures Patroni ſimul præſentant unam perſonam nullo eorum contradicente. Aliàs autem ſervari debet qd legitur, *de jure Patro. c. quoniã in quibuſdã. junctã Clem. ult. c. ti.* Unde in tali caſu, vel ubi verſimiliter timeri poſſet de variatione Juris Patronatus, fienda eſt ſuper hoc Inquiſitio, ut patet *infrà de jure patro. c. per Provinciã.* circa quã fiendã & cætera expedienda, limitatur iſtud tempus *duorum menſium*, ut prædixi.

m *Alioquin.* Scilicet ſi differat ultra duos menſes.

n *Factam.* A quo tempore quæritur eſt præſentato Jus ad ipſam rem, ſcil. Eccleſiam, etiamſi Patronus Laicus ſit, ut notat *Ber. de offic. lega. c. dilectus.* ſic quòd virtute talis præſentationis poteſt petere ſe admitti ad ipſam Eccleſiam. *de jure patro. c. cum autem.* & *c. paſtoralis.* Et hoc verum intelligas, niſi Patronus Laicus alium præſentaverit, variando qui ſit per Epiſcopum admiſſus. ut *d. c. paſtoralis.* Nam tunc primus Præſentatus amittit Jus petendi Eccleſiam, ut ibi dicitur. Et ſic per præſentationem factam per Laicum acquiritur Jus ad rem commutabiliter

mutabiliter tamen. Sed per Præsentationem Patroni Clerici acquiritur Jus ad Rem incommutabiliter, ut notat *Ber. d. c. dilectus.* Et notatur *per Doctor. de re Judic. cap. cum Bertholdus*, ubi de hoc per *Henricum. di.* 1.

a *Perceptum.* Sc. per Episcopum, qui forsan habet Custodiam Ecclesiæ vacantis, ut *infra* sequitur.

b *Illi. Sc.* Præsentato.

c *Institutus fuerit.* Tunc enim habet Jus non solùm ad Rem, sed in Re. *de Jure Patro. c. quod autem.* Et sic stant *not. per Innocen. & Hosti. de offi. lega. c. dilectus.* Ex hac enim Institutione acquiritur Titulus etiamsi Possessio nondum sit adepta: nam in Beneficialibus Beneficiorum traditio non auget effectum Tituli præcedentis, & sine traditione transfertur Dominium, ut *c. si tibi absenti. de præben. li. 6. & c. eum qui. c. ii.* Non tamen, debet sic institutus possessionē ingredi auctoritate propria, ut patet *d. c. eum qui. ubi de hoc per Arch.* Pro quo vide per me scripta *infrà. c. c. Item quia. ver. Certificatorias Literas*: & ad præmissa faciunt *no. per Arch. d. c. si tibi absenti. ver. ut Tuum. li. 6. & c. ii. c. quodā. ver. Collatio. per eundem. & per Petrum de Anchorano de Jure Patro. c. quod autem. ver. quarto nota.* Necessaria est enim Possessionis adeptio, cùm sine ea non possit quis licitè ipsa, quæ ad Beneficium pertinent, ministrare, prout notat *Inno. de concess. præben. c. proposuit.*

Nota sine traditione Dominiū transferri.

d *Ad Episcopum.* Potest enim esse, quòd vacante Ecclesiâ de Consuetudine, Pars fructuum pro tempore Vacationis pertineat ad Episcopum, & alia pars ad Archidiaconum, vel alium; quæ Consuetudo bene valet. *de offi. ordi. c. præsenti li. 6.* Unde non est æquum, ut in hoc casu Episcopus amplius restituat, quàm quòd ad eum pervenerit, vel pervenire debeat. *ff. si cer. pe. l. si & me & Titium. C. de rei ven. l. si fundum. cum similibus.*

e *Idem ab Archidiacono &c.* Secunda pars. Et dic idem, ut scil. fructus, quatenus ad eum perveperint, restituat.

f *Tempus.* Sc. duorum Mensium.

g *Admissus.* Sc. per Episcopum; utputà, quia Archidiaconus sic retardavit negotium inquisitionis sibi directæ, quòd ob ejus defectum Episcopus non potuit Præsentatum expedire infra tempus hic limitatum: vel potes intelligere quod hic dicitur, *admissus &c.* scil. per Archidiaconum, in casu quo Episcopus competenti tempore mandavit sic præsentatum, & per eum institutum admitti per Archidiaconum, quoad Inductionem in corporalem Possessionem ipsius Beneficii, quæ quidem Admissio quoad hoc spectat ad officium ipsius Archidiaconi. *de offi. Archi. c. ad hæc. & c. ut nostrum.* & huic intellectui concordat litera quæ sequitur ibi, *cum non admiserit.* ibi videas.

h *Superiore.* i. e. Episcopo, qui est ejus Superior immediatus. *de offi. Archid. per totum.* Alias si Episcopus circa hoc negligens fuerit, tunc Archiepiscopus: *de sup. neg. præla. c. 1. li. 6. de offi. ordi. pastoralis.*

i *Assignandam.* Viz. quia non potuit post receptionem Mandati ad inducendum, eum infra dictum tempus inducere, vel quia infirmus, vel alio justo impedimento detentus.

k *Ab eo.* Sc. Superiore.

l *Eum.* Sc. Præsentatum.

m *Non admiserit.* Sc. eum inducendo in Possessionem suam: nam *Admissio*, quæ sonat in Institutionem auctorizabilem, ad solum Episcopum pertinet. *de offi. ordi. cum vos. de prabendis. in Lateran. de reli. do. c. de Xenodochiis. de hæreti. cum ex injuncto.* nisi ex concessione Episcopi prævia Archidiaconus tale Jus quæsierit, ut est videre in Archidiacono *de Richmond. Extra. de institu. cum venissent.* posset hoc, quod hic dicitur, *non admiserit &c.* intelligi, sc. cum Episcopus commiserit Archidiacono Potestatem hujusmodi præsentatum ad ipsam Ecclesiam admittendi, quod satis licet. *Extra. eo. c. ex frequentibus. de re judi. cum Bertholdus.*

n *Tempus.* Sc. duorum Mensium.

o *Ex solito.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham* Archiepiscopi, apud *Lambeth.*

p *Et infrà.* Hic deciditur quomodo propter defectum literarum (de quibus hic loquitur) veritas sæpe pertelitabatur, & ideo statuit, ut hic continetur.

q *Episcopus.* Idem intelligas de quocunque alio qui habet Potestatem instituendi.

r *Clerico.* Requiritur enim, quòd Instituendus in Beneficio Ecclesiastico Clericus sit. Quatuor enim requiruntur in promovendo, sc. Ætas, Scientia, Mores, & Ordo, *ut no. Fr. An. de Præben. c. si pro clericis. ver. aliis. li. 6.* Et quòd Beneficiandus esse debet ad minus habens primam tonsuram, legitur & notatur *de transac. c. ex literis. de rescrip. cum adeo.* juncta glossa penultimā. *Conditiones in promovendo requisitæ.*

s *Ecclesiam.* Idem intellige de quocunque alio Beneficio Ecclesiastico, quod datur in Titulum perpetuum.

t *Literas patentes.* Hæ enim literæ in Beneficialibus habentur loco Tituli, *ut no. Ber. Compo. de rescrip. c. super literis. q. penul.* Unde si literæ tales sint defectivæ, videtur secundùm eum, quòd Titulus sit vitiosus. *ar. ad hoc ff. de re. eorum. l. 1. 2. q. 1. legum.* cujus tamen contrarium, ut in casu nostro, tenet *Joh. de Athona in Constitutione Othonis. ad Vicariam. ver. f. re nullam.* nam secundùm eum, Institutio in Beneficio potest alio modo probari quàm per tales Literas, *C. de fide Instru. l. in exercendis.* quamvis in literis Apostolicis habet locum id quod notat *Ber. Compost. in loco prædicto.* ponit enim *Joh. in glo. Constitu. prædictæ* rationem diversitatis inter Literas ad Beneficia emanantes a Sede Apostolica; & Literas de quibus loquitur hæc Constitutio: & sic declarat dictum *Ber. Compost. positum in dicto. c. super literis.* Ait enim, quòd in Literis Apostolicis est dare diversitatem Formarum, quæ diversitas nunc dat unum Titulum, nunc alium: facit ad hoc *C. de an. Prin. l. unica.* Sed in Institutionibus Beneficiorum est dare uniformem Titulum auctorizabilem, & in Forma consimilē: unde in tali casu defectus in Litera Institutionis non reddet Titulum vitiosum, maximè cum exhibens hujusmodi Titulum, sit in possessione pacifica ipsius Beneficii.

u *Ordine.* Debet namque Instituendus in Beneficio ad minus habere primam tonsuram, ut sit in Ordine Clericali. *de institu. c. 2.* & notatur *de reg. Fu. c. 1. prope fi. per Fr. An. li. 6.* Et ad hoc facit *c. si pro clericis. de præben. c. li. & de transac. c. ex literis.* in promovendis quoque ad quædam Beneficia Ecclesiastica requiritur Ordo certus, utputà in Vicario, quem ad minus oportet esse Diaconum, *ut legitur in Constitutione Othonis, ad Vicariam.* Unde de Ordine Admissi in hujusmodi Literis facienda est mentio, ut sic videatur, si sic Admissus tempore Admissionis fuerat capax ipsius Beneficii. Sed quæro, in Literis Institutionis alicujus promoti ad Beneficium Ecclesiasticum non sit mentio Clericatūs, nec in quo Ordine erat tempore Admissionis, nunquid talis defectus vitiet Institutionem, & reddat Titulum vitiosum? Videtur quòd sic, quia hæc litera non restificatur de qualitate necessaria, scilicet Ordine, vel Clericatu, & sic omittitur qualitas extrinseca, quæ de facili non præsumitur, sed habet probari. *ff. de pub. ac. l. quæcunque. §. ulti.* Non enim præsumitur in Alienatione facta per Pupillum intervenisse Tutoris auctoritas, nisi proberur, ut ibi patet. Unde quī dicit Beneficiatum tempore Admissionis suæ fuisse Constitutum in Ordine Clericali, hoc probet. *C. de usur. l. 1.* In contrarium facit *Insti. de fidejuss. §. ulti.* Ubi omnia præsumuntur solenniter. Et facit ad idem *C. de contraben. & commit. Hi. l. 1. ff. de pact. l. jurisgentium. §. quod ferè.* In hac quæstione mihi videtur, quòd talis defectus non nocebit, si aliunde constet institutum tempore Institutionis fuisse in Ordine requisito constitutum: quia veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur. *ff. de offi. Præsidis. l. illicitas. §. veritas.* Si autem eo tempore non fuerit in aliquo Ordine constitutus, tunc satis constat ipsius Titulum fore vitiosum, ratione non capacitatis ejusdem, ut *supra* dixi. Si autem dubium sit, an tunc fuerit Ordinatus necne, præsumam eum absque Ordine, ut sonat litera; nisi probet se ad tunc fuisse Clericum, vel in Ordine requisito constitutum. Ratio est, quia talis solennitas extrinseca non præsumitur, nisi proberur, ut prædixi. Nec obstat quod dicitur, *præsumi omnia solenniter alīs*, ut in contrariis allegatur, quia illa contraria loquuntur in solennitate intrinseca quæ præsumitur inesse, ut legitur & notatur *in l. sciendum. ff. de verbo. oblig.* Maximè, ubi talis solennitas est formalis, licèt secus dici posset, si solenitas esset materialis, prout plenius notatur *per Bart. in dicta l. sciendum, ver. ut ergo.* *Quæstio.*

x *Quo Titulo.* Scilicet sive per viam Præsentationis, Nominationis, Collationis, aut Provisionis, aut aliam viam quamcunque per quam devenire quis posset, ut instituatur in Beneficio Ecclesiastico. Et sic *Titulus* hic sumitur non pro ipsa Institutione,

Episcopus Clerico ad Ecclesiam admisso Literas admissionē & formā, ac titulum ejus continentes contribuat.

Johannis Peccham.

Ex solito cursu causarum, p *& infrà.* Statuimus, ut unusquisque q Episcopus r Clerico, quem ad s Ecclesiam admittat, t Literas patentes, super sua admissione concedat, inter alia cōtinentes, in quo consistat u ordine, etiam quo x titulo ad hujusmodi Beneficium admittatur.

ſed pro medio, ſivè via, quo vel qua pervenitur ad eam. Et ſic idè eſt quod cauſa habendi ipſum Beneficium. Quomodo autem ſumatur *Titulus* multis modis *dixi ſuprà. de filiis Presby. c. unico. ver. ullo titulo*, ibi videas.

a *Item quia Archidiaconi.* Hæc Conſtitutio aſcribitur *Johanni S. ratford*, non tamè continetur inter eas quæ ponuntur ſub Proœmio qd incipit, *Sponſam Chriſti ſacroſanctam.* ſed nihilominus rationabilis eſt, & magnâ æquitate ſuffulta. Et habet principaliter duo dicta. In primo ponit Staturum, in quo moderat feuda eorum quibus incumbit inducere Inſtitutos in Beneficiis Eccleſiaſticis, ſaltem pro actu Inductionis. In ſecundo ibi, *Si verò.* ponit pœnam contra facientes in contrarium

Diviſio.

Inducentes ab Inducto moderatam recipiant mercedem, Archidiaconus videlicet non ultra XL. Denarios, & Officialis non ultra duos Solidos, aut ab Officio ſuſpendantur trangreſſores.

Johannes Stratford.

ITem [a] quia Archidiaconi, *& infrà.* Sacro approbante [b] Concilio Statuimus, ut hi, qui admiſſos ad Beneficia Eccleſiaſtica ad Mandatum [c] Superioris [d] tenentur iducere, pro [e] Inductione hujuſmodi facienda ſumptibus contententur [f] moderatis, videlicet ſi [g] Archidiaconus inducat, [h] XL Denariis, ſi ſuus [i] Officialis, [k] duorum ſolidorum perceptione, pro [l] ſingulis ſuis & ſuorum expenſis pro [m] diæta penitùs ſit contentus. Ipſi tamen inducendo (ut præmittitur) optione ſervatâ, an in hujuſmodi [n] quantitate pecuniæ ſive in aliis [o] neceſſariis ipſum Inductorem & ſuos voluerit procurare. Si [p] quid verò [q] ultra hoc ab Inductoribus occaſione [r] præmiſſorum [ſ] recipiatur, vel recipiant quicquàm amplius propter [t] Inductionem faciendam per ipſos, vel Inductionum [u] Certificatorias Literas

b *Concilio.* De iſto Concilio aliquid certum in Regiſtris vel Chronicis non reperi, videlicet quo tempore, vel ſub quo fuerit celeoratum.

c *Superioris.* Utpotà, Archiepiſcopi, vel alterius ad quem de Jure, vel conſuetudine ſpectat Clericos in Eccleſiis inſtituere: & nota, quòd dicit, *ad mandatum ſuperioris.* Nam nec Archidiaconus nec quivis alius debet aliquem inducere in Eccleſiam abſque Mandato Inſtituentis. *de inſti. c. ex frequentibus.* alias ſic Inductus cenſeretur intruſus, ſecundùm *Jo. An. de offi. Archid. c. ut noſtrum.* qui pro hac allegat *de præben. c. Cum jam dudum.*

d *Tenentur.* Ex hoc apparet, quòd non ſit in Archidiaconi poteſtate inducere, vel non inducere, poſtquàm ſuper hoc Mandatum receperit à ſuo ſuperiore, quia tenetur ejus Mandatis obedire, & ſic neceſſitatem importat. Cui concordant notata *per Archi. de reſcrip. c. duobus. ver. tenentur. li. 6. & de elect. c. quàm ſit. ver. teneantur. c. li. per eundem.*

e *Pro inductione.* i. e. Sumptibus faciendis circa Inductionem, ut patet ex ſequentibus.

Moderatio.

f *Moderatis.* Moderatio ſignificat, ſeu aliàs reſpicit abbreviationè & diminutionem, potius quàm augmentum. *de verb. ſig. c. ſi. cum glo. ver. moderantes. de præben. ſtatutum. ver. moderandum. per Joh. & Card. li. 6.*

g *Archidiaconus.* Cujus officium eſt, admiſſos ad Beneficia Eccleſiaſtica inducere in corporalem Beneficii poſſeſſionem. *de offic. Archid. c. ad hæc. & c. ut noſtrum.*

h *XL. Denariis.* Quæ ſumma ſufficere videtur pro quatuor Perſonis, & totidem Equis, cum uno Summario. Sed opponitur *de cenſi. c. cum Apoſtolus.* ubi patet, quòd Archidiaconus viſitans, Procurationem recipiet pro, 7. Equis. Sed ſatis conſtat, quòd 7. Equi cum perſonis inſidentibus, non poſſunt in die ſuſtentari honeſtè cum XL Denariis, ergo &c. Solutio. ibi non limitantur præciſè numerus 7. Equorum, ſed alternativè, 7, vel quinque. Unde conſiderato minori numero, bene ſufficiet hæc ſùma, maximè cùm in Inductione facienda non oporteat Archidiaconum tot equitaturis ſtipari, ſicut in ſua Viſitatione; ubi opus eſt, ut plures habeat Miniſtros, videlicet Officialem ſuum, & Regiſtrarium, præter alios ſuos familiares & ſervientes pro tunc ſibi & ſuis neceſſarios, quos tamen ſecum habere omnes non oportet in hoc actu.

i *Officialis.* Sic itaque non requiritur in Inductione, quòd Archidiaconus in perſona propria hunc actum exerceat, ſed poteſt illam expedire per alium, ut hic patet.

k *Duorum ſolidorum.* Videlicet pro duobus, vel tribus Equis ad majus.

l *Singulis expenſis.* Etiam in victualibus, pabulo Equorum, ferratura, & hujuſmodi.

m *Diæta.* i. e. Pro uno die; & intelligo de die naturali, quæ eſt 24. horarum. *ff. de ſer. l. more. ad leg. Aquil. l. ita vulneratur.* Et notatur *de verb. ſig. l. 2. §. ulti. per Accurſ.* Et quod hic dicit de *Diæta*, intelligas de vulgari, ſecundùm conſuetudinem Patriæ juxta notata per *Bern. de reſcrip. c. nonnullis. ver. duas diætas. ubi conor. Philip. Vincen. Goffre. Innocen. & Ber. Compoſt.* & facit ad hoc *c. præſenti. §. loca. de præben. li. 6.*

n *Quantitate pecuniæ.* Scilicet XL. denariorum, ubi inducitur per ipſum Archidiaconum; aut duorum ſolidorum ubi inducitur per ipſius Officialem. Sed quid ſi inducatur per alium quàm per ipſum Archidiaconum, vel ejus Officialem, tamen de mandato ipſius Archidiaconi? An tunc Archidiaconus aliquid poſſet recipere pro tali Inductione? dic quòd non; ſed taliter Inducens habebit ab Inducto expenſas neceſſarias ſuo ſtatui competentes ſub moderatione quæ conceditur ipſi Archidiacono, vel ejus Officiali, ſi ipſorum alter hujuſmodi Inductionem perſonaliter feciſſet, ut hic ordinatur: facit ad hoc quod legitur, & notatur *de reſcrip. c. ſtatutum. §. inſuper. uſque ad finem in textu. & per Doct. li. 6.*

Quæſtio.

o *Neceſſariis.* In victualibus ſcilicet, & expenſis equorum.

p *Si quid verò.* Secunda pars.

q *Ultra hoc.* Id eſt ultra ſummam prædictam, vel ultra ſumptus neceſſarios, ubi inducendus hoc voluerit.

r *Præmiſſorum.* Sc. ſumptuum ea ratione faciendorum.

ſ *Recipiatur.* Sic, ut apparet, pœna ſequens non reſpicit ſolventem, ſed recipientem duntaxat: nec refert utrum cum exactione recipiatur, vel ſine exactione, & ſic etiam gratis Oblatio recipi non poteſt abſque pœna, ſicut aliàs conſimilis prohibitio habetur *de cenſibus. c. 1. §. caveat. li. 6.*

t *Inductionem faciendam.* Intelligas de actuali Inductione, ut differat ab eo quod *ſuprà* dixit, *pro Inductione &c.* quod dic, ut ibi dixi *ſuprà eodem verb.*

u *Certificatorias Literas.* Quibus juxta Mandatum Superioris certificare habent Inducentes, an Inſtituti realiter induxerint, necne: & hæ Literæ Certificatoriæ vulgari locutione vocantur literæ Inductionis ipſius Inſtituti, eò quòd Teſtimonium perhibeant de ipſius ſic Inſtituti Inductione. Et, ut videtur, hujuſmodi Inductio corporalis dicenda eſt pars Tituli, quia ſine ea non perficitur Canonica Inſtitutio, quæ dat Titulum in Beneficio Eccleſiaſtico, ut plenius notatur *per Dy. de Re. Fur. c. 1. li. 6. Et concor. nota. per Arch. in c. eum qui. de præben. li. 6.* ubi dicit, quòd occupans Beneficium Eccleſiaſticum ſine hoc, quòd habeat poſſeſſionem auctoritate Superioris, cenſetur intruſus. Cui *concor. nota. per eundem. de elec. c. avaritiæ. ver. confirmetur. li. 6.* ad idem faciunt notata per *Joh. 27. q. 2. Si quis deſponſatam.* Et aliàs videretur, quòd pro nihilo eſſet Inductio vel Inſtallatio, de quibus loquuntur Jura. *23. di. in nomine Domini. 92. di. Si quis Epiſcopus ordinatus. cum ſimilibus. Inno. tamen Hoſtien. & Bern. Compoſt. in c. tranſmiſſam. de elect.* dicunt, quòd ſtatim poſt confirmationem, vel Inſtitutionem, poteſt quis auctoritate propria nanciſci poſſeſſionem, & miniſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus. Et huic opinioni adhæret *Paulus in Cle. 2. de æta. & quali. ver. pacifice.* ubi ponit rationes, & allegat plura Jura pro utraque parte facientia: concludens, quòd Jura Inductionem in poſſeſſionem de neceſſitate non requirunt, præſertim ubi Jus acquiritur ex Inſtitutione: non autem ex poſſeſſionis traditione. *de Re. Furis. c. 1. li. 6.* Secus tamen eſt, ubi traditio requiritur ad tranſlationem Dominii. *C. de pact. l. traditionibus. Inſti. de re. di. §. per traditionem. cum ſimilibus.* Circa hanc materiam dicit *Archi. 16. q. 2. in ſumma*, quòd ubi Papa, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus Jure Ordinario Confirmat, vel Inſtituit, tunc ſic Inſtitutus, vel confirmatus poteſt ſine alia Inductione miniſtrare. Et ſic poteſt ſalvari opinio *Innocen.* & ſequacium. Secus tamen eſt, ubi non Ordinarius loci, ſed alius Confirmat, vel inſtituit: nam tunc neceſſaria eſt Inductio, quæ fieri debet auctoritate ejus qui præeſt curæ & regimini ipſius Beneficii: Et ſic ſtat opinio aliorum. Pro quo allegat *c. paſtoralis. in fi. de priv. li. 6. 16. q. 5. Si quis Epiſcoporum.* Et huic dicto tanquàm ſatis æquo concordat *Dominicus de Sancto Geminiano in dicto c. eum qui. §. inſuper. de præben. li. 6.* qui dicit, quòd primum membrum verum eſt, ubi Beneficium eſt vacans quoad poſſeſſionem: Secus, ſi non eſſet vacans, nam tunc non poſſet propria auctoritate poſſeſſionem intrare. *ut in c. licet. de præben. li. 6. Petrus de Anchorano in c. propoſuit. de conceſ. præben.* dicit, quòd in præbendis & minoribus Beneficiis requiritur Inductio ſive Inſtallatio, niſi in contrarium ſit Conſuetudo. Nam in hoc caſu Conſuetudini ſtandum eſt, ſecundùm eum. In Curatis verò quoad effectum miniſtrandi vel cauſam in Judicium deducendi, dicit, quòd neceſſaria etiam eſt Inductio. Nam exercitium Actionum, & poteſtas Adminiſtrandi non provenit ex Titulo, ſed ex

ex poſſeſſione. *Extra. de jure patron. c. conſultationibus. Antonius de Butrio in dicto c. tranſmiſſam.* ponit unam longam Diſtinctionem, quæ ponit diverſitatem. Primò, inter Beneficia quorum natura expoſcit Confirmationem. Secundò, inter Beneficia quæ non requirunt Confirmationem, ſed ſola intercedit Inſtallatio. Tertiò, inter Beneficia quæ nullam requirit Inſtallationem, nec etiam Confirmationem. Et intelligit *Confirmationem* etiam pro Inſtitutione & Collatione auctorizabili; ut ſic idem ſit Confirmationem habere, & aliquid loco confirmationis accipere; Prout aliàs notatur *per Innocen. & Bern. Compoſt. in dicto c. tranſmiſſam.* Primo caſu dicit conſiderandam fore Conſuetudinem, & hoc tripliciter. Nam ſi Conſuetudo diſponat, ut non confirmatus adminiſtret, concludo talē conſuetudinē non valere, quia eſſet gravis Eccleſiis, *de re judi. cum cauſam.* & quia per eam videretur enervari bonum obedientiæ. 93. *di. nulla.* & rumperetur nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. *de conſue. cum inter.* Pro quo faciunt notata *Inno. & aliorum Doctorum dicto c. tranſmiſſam. & c. cum venerabilis. de conſue.* ubi videtur caſus. Si verò Conſuetudo diſponat Confirmatum non miniſtrare ante Inſtallationē, tunc ſervanda eſt Conſuetudo. Nam ſicut aliàs in Poſſeſſione transferenda operatur Conſuetudo, *de conſuetudine. c. 2.* ſic in ea impedienda, & in effectu Confirmationis turbanda operabitur. Si autem Conſuetudo nihil diſponat, tunc ſecundùm *Innocen.* dicit, quòd ex ſola Confirmatione conſequitur Confirmatus Jus adminiſtrandi, ut in *c. noſti. & c. tranſmiſſam. de elect.* etiam in Temporalibus & Spiritualibus in Judicio, & extra; *all. ad hoc c. cum deputati. de Judiciis.* Et hæc dicit fore vera etiam in Canonicatibus, & aliis Beneficiis, in quibus Adminiſtratio eſt diviſa. Ubi verò Præbendæ, ſive Adminiſtrationes non ſunt diviſæ, ſufficit in Canonicis receptio, & loco Confirmationis eſt, quia recipitur ejus juramentum, obedientia, vel profeſſio: vel aliis quòd per eum ad quem pertinent, dentur panni Altaris, Campanæ vel aliquid ſimile. 23. *di. Acolythus. & c. ſequen. de maj. & obe. c. legebatur.* Conſequitur etiam ſic Confirmatus, ut dixit, per hanc Confirmationem, quòd auctoritate propria poteſt nanciſci Poſſeſſionē. *ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes.* & hoc ſi non ſit contradictor. Nam contradictor ſi quis ſit, oportet docere de Confirmatione facta ab eo qui habuit poteſtatem Confirmandi, licēt non de juſtitia ſuæ Electionis. Et eſt ratio, quòd Poſſeſſores rerum Eccleſiaſticarum non liberantur ſolvendo, niſi ſolvant Prælatis, vel his qui tuitione Confirmationis defenduntur. *ff. quod cum falſo tu. l.* 1. Fallit tamen quod dixi de Confirmatione, ubi contentio eſt ſuper nullitate Confirmationis, ut quia opponitur crimen cum infamia, vel quando contenditur obreptitia. *de accu. c. accedens. & c. ſuper his. de cauſa poſ. & propriet. cum olim. & c. cum ſuper.* Et ſic poteſt intelligi *c. ſi quis ordinatus. cum ſeq. 92. di.* Et hæc intelligo vera, quando Jus Confirmandi, & Inſtallandi pertinent ad eundem; ſecus tamen ſi pertineant ad diverſos, ſic quòd Confirmatio pertineat ad unum, & Inductio ad alium non ſub Epiſcopo, quia tunc per Confirmationem non datur Jus adminiſtrandi ante Inductionem factam per eum ad quem pertinet, ut notat *Archid. 16. q. 2. in ſumma.* Et nota quòd regulariter non Confirmatus non adminiſtrat. Fallit tamen in Papa *de elec. c. licet.* Fallit etiam in caſu *c. nihil. eo. ti.* Fallit etiam in Ciſtercienſibus quibus conceditur Adminiſtratio ante Confirmationem. *de ſup. ne. præla. c. 1.* Fallit etiam in Abbatiſſa electa à duplo majori parte, ut in *Decre. indemnitatibus de elect. li. 6.* Fallit quintò quando non Confirmatus habet licentiā adminiſtrandi ex auctoritate Superioris, ut notat *Inno. de Simonia. c. ſicut.* quod dic hodie *ut in c. Avaritiæ. de elect. li. 6.* Secundo caſu, ſcilicet in Beneficiis quibus non intervenit Confirmatio, ſed ſola Inſtallatio, tunc talis actus habetur loco confirmationis; unde in Præbendis diviſis talis Inſtallatio, ſive Inveſtitura tribuit Jus adminiſtrandi. In Præbendis autem non diviſis, loco Confirmationis eſt, quòd recipitur ejus Juramentum, Profeſſio, vel Obedientia, vel quòd dentur panni Altaris, Campanæ, vel aliud ſimile, ut prædixi *ſupra. in ver. ſi autem conſuetudo.* nec refert ac recipiens ſit Epiſcopus, aliuſve Prælatus ad hoc habēs poteſtatem. Tertio caſu, ſcilicet ubi nec ſit Confirmatio, nec Inſtallatio, tunc poteſtas adminiſtrandi recipitur ex ſolo habitu poſſeſſionis. Eſt tamen differentia inter eos, & iſtos, qui habent ſolam Inſtallationem loco Confirmationis. Nam Confirmari, vel ſic Inſtallati admittuntur nomine Beneficiorum ſuorum ex quo de Confirmatione tali conſtat; nec poteſt objici, quòd ſunt injuſtè promoti, quia Confirmatione, & Tuitione Tutorum omnia roborantur. *ff. quod cum falſo tu. l.* 1. Hi verò qui nec Confirmantur, nec Inſtallantur, non habent neceſſe probare, niſi ſolam poſſeſſionem, quæ eis ſufficit. *ff. ſi uſusfru. pe. l. ult.* §. 1. Ex præmiſſis ſatis apparet quòd Inductio non eſt pars Tituli in his qui Confirmationem, Inſtitutionem vel Collationem à poteſtatem ad hoc habente recipiunt. Sed in his qui ſolam Inſtallationem recipiunt, ipſa Inſtallatio, ſive Inductio habetur pro ipſo Titulo; Eſt tamen Inductio† neceſſaria ad effectum, ut Inſtitutus poſſit licitè Bona talis Beneficii miniſtrare: quod dic ut dixi *ſupra. eo. ti. c. Cum ſecundum Apoſtolum. ver. inſtitutus fuerit.*

Inductio nō eſt pars tituli.

M. S. Æton.

† ſive Inſtallatio.

De Conceſſione Prabendæ.

Nihil nomine Perſonatûs conferatur Subſtituto, niſi Subſtituens plenè reſignaverit: nec quicquid alicui nomine Beneficii aſſignetur, ſi Beneficium incompatibile poſſidet.

Stephanus *in Concilio Oxoniēſi.*

[1] NE lepra, *& infra.* illud abſurdū reputamus ōnino, ut aliquo exiſtente [m] perſonâ

---

a *Facere.* i. e. Formàm competentem ſub Scriptura & Sigillo redigere: & ſic, *facere*, eſt aliquid ex præjacenti materia operari. *Facere.*

b *Tradere.* Aliàs etiam non videtur plenè facere. *ff. de legat. 1. l. ſi hæres.*

c *Differre.* Sic ergo duo hic recitantur, quorum ſingula inferunē pœnam inferius limitatam, Videlicet Literas Inductionis non facere, & tradere. Item eorum factionem, & traditionem indebitè per exquiſitos colores differre.

d *Indebitè.* i. e. Sine rationabili cauſa & ceſſante rationabili impedimento. Sed nunquid Archidiaconus ultra ſumptus pro diæta (de quibus hic loquitur Textus) poſſit aliquid ab Inducto recipere nomine Feudorum, ſibi, & ſuis Officialiis ſolvendorum, (forſan ubi conſuetum eſt aliquid certum loco talium ſolvi per ipſos Inductos) non incurrendo pœnam hujus Conſtitutionis? quòd non facit litera hujus Conſtitutionis, quæ dicit, *vel quicquam amplius recipiant propter Inductionem &c.* Niſi forſan intelligas literam illam, ſcilicet propter actum Inductionis, qui conſiſtit in labore corporali, & in ſumptibus exponendis; ut ſic feuda conſuera nihilominus recipere valeant; cum iſti hæc Conſtitutione non prohibeantur expreſſe, & maxime cum pœnalia ſint reſtringenda. *ff. de pœnis. l. interpretatione. cum ſimilibus.* & hoc puto verum, quòd per talem receptionem non incurrunt hanc pœnam; Sed aliàs, ut Simoniaci puniri poſſunt, quia contra receptionem Feudorum prohibitio videtur expreſſa in *c. non ſatis. de Simonia. ver. nec ab eo.* ubi etiam ſtatuitur in talibus conſuetudinem non valere: & facit ad idē *c. ti. c. Jacobus.* nec obſtat ſi dicas *c. non ſatis.* loqui de Commiſſione Curæ, quæ fit per Epiſcopum, non autem de Inductione quæ fit per Archidiaconum; quia eadem ratio eſt in uno, ſicut & in alio. Nam utrumque eſt quid Spirituale, pro quo non debet pecunia exigi; ut ibi patet, & eſt expreſſum *eo. ti. c. intantum. ad fi.* & facit ad hoc *ſupra* hoc *li. de Inſtitu. c.* 1. ubi de hoc dixi ſuper *verb. extorqueri.* *Quæſtio.*

e *Ab officio.* Scilicet Archidiaconali, ſive Miniſterio quod exercet ſit culpabilis.

f *Et ingreſſu.* Hæ enim duæ pœnæ hic habentur pro una. Nam ubi duæ pœnæ ponuntur pro uno delicto, dicitur pœna unica, & non duæ; & *concor. in ſimili de ſenten. excommuni. c. 1. §. caveant. li. 6. ſecundùm Dominicum,* qui ibi ſic notat.

g *Ipſo facto.* Scilicet abſque Sententia hominis; opus tamen eſt Declaratione. *De hæreticis. c. cum ſecundùm leges. li 6.*

h *Donec &c.* Sic ergo factâ reſtitutione, ſtatim abſolutus eſt: quod dic, ut ſcripſi *ſupra. de foro competen. c. 1. ver. ſatisfecerint.*

i *Et læſo.* Hoc intellige in caſu Dilationis faciendi, & tradendi Literas ſuper Inductione, cujus prætextu forſan, quia in Viſitatione Ordinaria, vel Metropolitana, vel aliàs in Judicio de ſua Inductione non poteſt docere, propter carentiam huſmodi Literarum læſus, & damnum paſſus eſt.

k *Satisfaciant.* Scilicet reſtituendo damna, & intereſſe ipſi damnum paſſo, vel aliàs ſatisfaciendo voluntati ipſius læſi, prout notatur in ſimili *de uſuris. c. quanquàm. ver. ſatisfactum per Archidia. li. 6.*

---

l NE *Lepra.* Hæc Conſtitutio eſt *Stephani* Archiepiſcopi, edita in Concilio *Oxon.* primo. Et eſt pars hujus *ſupra. de Præſcript. ne Lepra.* Et habet duas partes, quæ de ſeipſis ſatis patent. *Diviſio.*

m *Perſona.* i. e. Rectore. Et loquitur ſecundùm vulgare *Anglicorum,*

a *Eccleſiæ*

a *Eccleſiæ.* In quâ, ſc. univerſaliter intitulatus eſt. Et adverte ad id quod dicit, *unius Eccleſiæ.* Nam Eccleſia una etiam de conſenſu intitulati in eadem manente unitate in plures Titulos dividi non poteſt, ut hic, & in Conſtitutione *Othobom. unitatem.*

b *De Conſenſu.* Contra videtur *Extra de Eccl. ædi. c.* 3. ubi apparet, quòd ſine conſenſu Rectoris poteſt de Proventibus Eccleſiæ alteri Beneficium aſſignari etiam in Titulum: unde multò fortius hoc poteſt fieri de conſenſu Rectoris. Solutio. illud *c.* 3. loquitur, ubi de pingui Beneficio, & ampla Parochia ſiunt duo Beneficia, & duæ Parochiæ ſeparatæ, ſic quòd quælibet Eccleſia ſuum Rectorem habeat, quod ſatis licet, ut ibi. Hic verò loquitur de duobus Rectoribus ponendis in una & eadem Eccleſia unitate manente, quod non licet, ut plenius dixi *ſuprà. de præben. c.* 1. ibi videas. Item opponitur *de c. per tuas.* 3. *Extra. de Simo.* ubi patet, quòd de conſenſu Rectoris Eccleſiæ poteſt aliquis intitulari ad eandem. Et facit ad idem *de jure patro. c. penul.* Solutio. Capitula illa loquuntur de Titulo conceſſo promovendo ad Ordines, cujus Tituli aſſignatio non facit ſectionem Beneficii quoad Titulum perpetuum. Nec obſtat Patrono quin poſſit mortuo, vel cedente Rectore, alium liberè ad totum Beneficium præſentare, ut legitur *in d. c. penul.* nec taliter intitulatus habet Titulum ſub nomine Perſonatûs, quod hic prohibetur, ſed ſolum ut aliquam percipiat portionem pro Suſtentatione vitæ ſuæ, quæ ſecundùm *Hoſtien. in dicto c. per tuas.* debet eſſe ita tenuis, quòd per hoc non videatur fieri ſectio etiam fructuum inter eos.

unius a Eccleſiæ, alii b de conſenſu illius Perſonæ c aliquid conferatur in eadem Eccleſia d nomine Perſonatûs, niſi Perſona prior e Eccleſiam totâ prius f ſimpliciter duxerit g reſignandum. Item h Statuimus, quòd non liceat i alicui aliquid in Eccleſia aſſignare k cuiquàm nomine l Beneficii, m quaſi hoc liceat obtinere cum n alio Beneficio, cui o Cura annexa fuerit animarum.

c *Aliquid.* i. e. Aliqua Portio.

d *Nomine Perſonatûs.* Videlicet in Titulum Beneficii, ut ſic in eadem Eccleſia ſint duo Rectores intitulati unitate manente; ut tamen ibi ſit Rector & Vicarius perpetuus, benè licet ad portionem Vicarii aliquid de conſenſu Rectoris aſſignare. Nam in hoc caſu non ſunt duo capita, ſed unum, licet ſint duo Beneficia diſtincta in una Eccleſia, ſicut aliàs patet in Epiſcopo, & Decano. Sed nonne Juri pro ſe introducto poteſt quis renunciare? *Extra. de reg. c. ſtatuimus.* Quare ergo de conſenſu Rectoris non poteſt in eadē Eccleſia aliquid conferri alteri nomine Perſonatûs, cum in hoc caſu ſolum Juri proprio ipſius Rectoris derogetur? Solutio. per talem Collationem non ſolum derogatur Juri ipſius Rectoris privato, ſed etiam Juri publico, quod prohibet ſectionem Beneficiorum. *de præben. c. majoribus.* Unde tali Juri renunciari non poteſt. *de foro compe. c. ſi diligenti. cum ſimilibus.* *Quæſtio.*

e *Eccleſiam totam.* i.e. Totum, & integrum Jus quod habet in Eccleſia.

f *Simpliciter.* ſc. abſque conditione, vel pacto, ut aliquid conferatur in eadem alicui nomine Beneficii perpetui.

g *Reſignandam.* Ex hac litera apparet, quòd factâ tali reſignatione, poſſit aliquid conferri alicui de fructibus talis Beneficii nomine Perſonatûs, licèt non conferatur ſibi integrum Beneficium. Et hoc probare videtur dictio, *niſi*, hic in Textu poſita, ibi, *Niſi Perſona prior &c.* ac ſi expreſſius diceret, ſi Rector velit in totum renunciare, tunc poterit alteri certa Portio aſſignari nomine Perſonatûs. Et iſtud puto verum, ſic ut ipſa Eccleſiâ vacante, de ea, quæ prius erat unum Beneficium, fiant duo Beneficia ſeparata; & quòd quilibet dicatur Prælatus per ſe; & ſic ſtat *c. vacante. de præben.* Unde nota, quòd vacante Beneficio, ut in eo creetur novus Titulus, quatuor requiruntur. Primum eſt deſtinatio animi, ut ſc. fiat non animo ſcindendi Beneficium manente ipſius unitate; ſed ut fiat animo creandi duo Beneficia, & duo Jura, & Divinum cultum augmentandi. Secundò, quòd fiat communi conſenſu eorum ad quos pertinet, utputà Patroni, Epiſcopi, & †Capellani. Tertiò, quòd fiat ex cauſa rationabili. Quarto, quòd facultates ſuppetant pro duobus intitulandis. Hæc notat *Hoſtien. dicto c. vacante.* Et poſt eum *Petrus de Anchorano*, & *Antonius de Butrio.* *Quatuor requiruntur ad creandum notum titu'ū in Eccleſia vacante.* † *al.* Capituli.

h *Item ſtatuimus.* Secunda pars.

i *Alicui.* Neque Patrono, neque Rectori, neque Vicario.

k *Cuiquā.* Et ſic, ut videtur, nec promovendo ad Ordines. Quod dic ſecundùm Doctores in *c. per tuas. 3. de Simo. de jure Patron. c. penulti. de fil. Presby. c. propoſuit.* Et vide quod dicam *infrà. ver. Beneficii.* Et nota, quòd talis Præſentatus ad Ordines ad Titulum alicujus Eccleſiæ, non habet Jus in Eccleſia ex aliqua Inſtitutione, ſed habet ſolum petitionem alimentorum ex Præſentatione acquiſitam, ſecundùm *Paulum*, qui ſic notat *de jure patro. c. 2. ver. Rectoris. in Cle.*

l *Beneficii.* Intellige de tali Beneficio in quo requiritur Inſtitutio Canonica. Secus tamen eſſet in Beneficio temporali ad vitam concedentis forſan conceſſo, ſive fiat in Penſione certa, vel in Portione recipienda. Nam talem Penſionem, vel Portionem benè poteſt concedere Rector alicui in Eccleſia ſua, etiam ſine conſenſu Patroni, vel Epiſcopi; cùm in hoc ipſius ſolius ſit præjudicium, ut dicit *Paulus in Cle. præall. in fi. glo. præcedentis.* Poteſt etiam concedere alicui Ordinando Titulum in Eccleſia ſua, ut ſc. alimentetur, ſi egeat, & Jus hujuſmodi alimentationem petendi non durat ultra tempus talem Titulum concedentis, prout ſentit *Jo. 63. di. principali*, & etiam *Petrus de Ancho. d. c. penult. de jure patro.* licèt Gloſſa ibi vacillet.

m *Quaſi hoc.* Sc. Beneficium ſic aſſignatum. Et nota, quòd hæc dictio (*quaſi*) hic ſtat ſimilitudinariè: & *concor. in ſimili. ff. de procu. l. ſi procuratorem. in fi. ff. ex quibus cau. ma. l. ait prætor. §. Item ei.* ubi de hoc in *Glo.* Quandoque hæc dictio (*quaſi*) eſt nota veritatis. *Extra. de decimis. c. parochianos.* ubi de hoc per *Bern.* *Dictio quaſi, varie ſumitur.*

n *Alio Beneficio.* Scil. Curato, ut ſequitur, tali videlicet quod cum Beneficio, de quo hic loquitur, ſit incompatibile. Pro quo vide quod ſcripſi *ſuprà. de præbend. c. audiſtis. §. decernimus. ver. Incompatibilia.*

o *Cura animarum.* Supple principaliter; ſecus ſi ſecundariè. Verbi gratia, in Eccleſia Parochiali Curata Præbendæ annexa. *de præben. c. ſuper eo. li. 6.* Et quæ ſunt illa Beneficia quibus annexa eſt Cura animarum, vide *ſuprà. de præben. c. audiſtis. ver. curam animarum.*

Clericis pauperibus ad Divinum officiū idoneis, & Rectori ſuo obtemperaturis, conferātur Aquæ Benedictæ ferenda Beneficia, & à Parochianis alimenta.

Bonifacius.

p A Noſtris Majoribus, & *ſuprà.* Statuimus quòd q Clericis r pauperibus ſ Aquæ Benedictæ t Beneficia concedentis forſan conceſſo, ſive fiat in Penſione certa, vel in Portione recipienda. Nam talem Penſionem, vel Portionem benè poteſt concedere Rector alicui in Eccleſia ſua, etiam ſine conſenſu Patroni, vel Epiſcopi; cùm in hoc ipſius ſolius ſit præjudicium, ut dicit *Paulus in Cle. præall. in fi. glo. præcedentis.* Poteſt etiam concedere alicui Ordinando Titulum in Eccleſia ſua, ut ſc. alimentetur, ſi egeat, & Jus hujuſmodi alimentationem petendi non durat ultra tempus talem Titulum concedentis, prout ſentit *Jo. 63. di. principali*, & etiam *Petrus de Ancho. d. c. penult. de jure patro.* licèt Gloſſa ibi vacillet.

p *A Noſtris Majoribus.* Hæc Conſtitutio aſcribitur in quibuſdam Libris *Bonifacio* Archiepiſcopo: & in quibuſdam *Roberto Winchelſey.* Et habet tria dicta. In primo, Decernit quòd officium Aquæ-bajulatus conferatur ut Beneficium Eccleſiaſticum. In ſecundo ibi, *Et quia*, Statuit illud conferri debere per Curatum Eccleſiæ. In tertio ibi, *Quibus &c.* Vult Parochianos compelli ad præſtandum ipſis Aquæ-bajulis Eleemoſynas conſuetas. *Diviſio*

q *Clericis.* Non ergo Laicis. Et intelligas illum quoad hoc eſſe Laicum, qui non eſt Ordinatus, licet aliàs ſit competentis literaturæ, 12. *q.* 1. *duo ſunt. de ætā. & quali. cum contingit.* Si etiam Bigamus ſit, licet prius fuerit Ordinatus, tamen inter Laicos debet computari; quia talis omni Privilegio Clericali nudatus eſt. *de Bigamis. c. alterationis. li. 6.* Si autem fuerit Conjugatus, non tamen Bigamus, dum tamen habitum & tonſuram gerat Clericales, habebitur ut Clericus in duobus; ut ſcilicet in Perſona gaudeat Privilegio Clericali, juxta *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* & non trahatur coram Judice Sæculari. *de cleri. conju. c. unico. li 6.* In cæteris verò habebitur ut Laicus. Quia quod de uno conceditur in alio denegatur. 25. *diſt. Qualis.* & propterea dicit *Franciſcus*, quòd Clerici conjugati in Eccleſia ſtabunt inter Laicos, & non inter Clericos. Et *all. Jo. An. d. c. unico.* & ſic notatur *in c. 1. de vi. & bone. cleri. ver. nota ſecundo. per Petrum de Ancho.* Unde ex præmiſſis apparet, quòd iſtud officium, de quo hic loquitur, non debet conferri Clerico conjugato. Quia Clericus iſte habet deſervire Presbytero in Altari; ſecum Cantare; & Epiſtolā legere. *de vi. & bone. cleri. c. ut quiſque.* Sed, ut prædixi, Clericus conjugatus non ſtabit, nec ſedebit inter Clericos, ſed inter Laicos: *ergo &c.* Puto tamen, quòd in defectu Clericorum non conjugatorum benè poſſent aſſumi ad tale officium Clerici conjugati, dummodo non ſint Bigami, & gerant habitum, & tonſuram Clericales. *ar. ad hoc de rel. do. c. inter quatuor. 27. di. de Syracuſana. de cleri. conjug. c. Johannes.* Nec obſtant prius allegata; quia in hoc caſu neceſſitas excuſat, maximè adjuvante ad hoc conſuetudine, juxta notata per *Innocen. dicto c. 1. de vita & honeſta. cleri.*

r *Pauperibus.* Quibus ſcilicet Parentum, & Propinquorum bona non ſuffragantur. 1. *q.* 2. *Clericos.*

ſ *Aquæ benedictæ.* De hac habetur *de conſe. di. 3. Aquam.* Et ibi patet, ad quid ordinatur, & de ejus effectu; & quòd delet venialia, & quòd non eſt Sacramentum, ſed Sacramentale, notatur ibi per *Arch.* Item de figuris Veteris Teſtamenti quoad hujus aquæ aſperſionem habes *de conſe. di. 4. nec quenquam.* *Nota de effectu aquæ Benedictæ.*

t *Beneficia.* Largè ſumitur hæc dictio, *Beneficium*, prout eſt benevolus actus tribuens gaudium capienti, ut in *Libro Feudorum. Titu. in quibus caſibus Feu. amit. c. Obertus. §. in primis.* Unde & Præſtimonia, & Penſiones, & alia hujuſmodi quæ Servitoribus, & Miniſtris Eccleſiaſticis conceduntur abſque Titulo, *Beneficia* dici poſſunt. 16. *q.* 1. *poſſeſſiones.* & dixi de hoc *ſuprà. de Cle. conjug. c.* 1. *ver. Eccleſiaſtica Beneficia.* *Beneficiū.*

a *Et*

ferantur. Et [a] quia inter Rectores & Vicarios Eccleſiarum & ſuos Parochianos ſuper Collatione hujuſmodi Beneficiorum lites nonnunquàm audivimus [b] ſuſcitari, quas, ſicut cordi nobis eſt, [c] amputare debemus, decernendo Statuimus, ut iidem [d] Rectores & Vicarii, quorum [e] magis eſt ſcire qui ad hujuſmodi Beneficia exiſtunt idonei, tales Clericos in prædictis Beneficiis [f] præficere ſtudeant, qui juxta [g] corda eorum [h] ſciant & [i] valeant in [k] Divinis Officiis ſibi [l] congruè [m] deſervire, & ſuis velint [n] obtemperare [o] mandatis. [p] Quibus ſi Parochiani [q] malitioſe ſubtrahere velint [r] Eleemoſynas [s] conſuetas, ad ipſas largiendas ſibi ſolicitè [t] moneantur. Et, ſi [u] opus fuerit, per [x] quaſcunque Cenſuras Eccleſiaſticas diſtrictius [y] compellantur.

Procuratores per Brevia Beneficia plena & occupata ſibi conferri, ſine ſufficienti vacationis per Decanum demonſtratione, majori Excommunicatione ſubjaceant; & admiſſi effectu careant, admittentes verò ſuſpenſi ſint, ſalvâ legitimâ Ordinariorum poteſtate.

Johannes Stratford.

[z] Eſurientis avaritiæ, & *infrà*. Præſentis Concilii proviſione Statuimus, quòd

a *Et quia.* Secunda pars.

b *Suſcitari.* Parochianis forſan afferentibus Collationem hujuſmodi ad eos ſpectare: Rectoribus, vel Vicariis contrarium aſſerentibus.

c *Amputare. Concor. Extra. de do. & cantu. c. finem litibus:* ubi de hoc ſunt concordantiæ, ſed melius ad propoſitum 90. *di. placuit. & c. ſtudendum.*

d *Rectores & Vicarii.* Intellige hoc ſingulariter, ut ſcil. in Eccleſia, ubi eſt Rector, fiat hoc per Rectorem. Ubi verò ſolum eſt Vicarius, hoc fiat per Vicarium. Sed quid ſi ſint in una Eccleſia Rector & Vicarius, quis eorum conferet iſtud officium? videtur quòd Vicarius; quia cum ejus ſit exercitium Cura animarum, ut dixi *ſuprà, de cleri. non reſi. c. præterea. ver. vicarios.* & in Curati adjutorium ordinatur talis Clericus, ut in *c. ut quiſque. de vita & honeſta. Cle.* per Vicarium ipſum, ut videtur, veniet eligendus: cujus eſt, talem ſibi eligere, qui ſibi in his, quæ ad ejus officium ſpectant, valeat deſervire. Putò tamen, quòd per Rectorem debet inſtitui, qui in Eccleſia Principalis, & Caput exiſtit, à cujus Jure tanquàm Principali Vicarii Portio dependet. Sufficit enim Curam gerenti, quòd Clericum ſecum habeat, *ut in d. c. ut quiſque.* licet ipſe eum non eligat, ut ibi innuitur. Unde ſicut non abſque Patrono, cujus proprium eſt, Miniſtros principales Eccleſiæ præſentare, poteſt aliquis in Eccleſia inſtitui: 16. *q.* 7. *decrevimus.* ſed nec poteſt talis Clericus inſtitui abſque Rectore, cujus eſt proprietas Curæ in eadem, ut dixi *dicto c. præterea. verbo Vicarios. ſuprà de Cleri. non reſiden.* Poteſt tamen non incongruè dici, quòd talis Clericus inſtitui, ſive deputari debet per utrumque, ſcilicet tam per Rectorem, quàm per Vicarium, cum utrique eorum talis Clericus miniſtrare, & ſubeſſe debeat; ſicut aliàs contingit in Decano Rurali, qui eligitur tam per Epiſcopum, quàm per Archidiaconum, cùm ſit Miniſter communis utriuſque. *Extra. de offi. Archid. c. ad hæc. in fine.*

Quæſtio.

e *Magis.* Supple quàm Parochianorum, & conſidera benè hanc literam. Non enim dicit, quòd Rectores & Vicarii magis ſciunt qui ſunt idonei ad tale officium; ſed quòd eorum magis quàm Parochianorum eſt, ſcire qui ſunt idonei. Poteſt enim eſſe, quòd aliqui Parochianorum viri benè literati magis ſciunt tam in Lectura, quàm in Cantu, & aliis infra Eccleſiam, & extra, per tales Clericos agendis qui ſint idonei, quàm ipſius Eccleſiæ Rector vel Vicarius. Sed magis pertinet talia ſcire ad ipſos Rectores, vel Vicarios, quàm ad Parochianos, quia magis circa talia verſari debet ipſorum Rectorum & Vicariorum officium, ipſa magis ſcire tenentur. Ad quod faciunt per me *ſuperius* notata *de ſum. trin. & fide Catho. c. 1. verb. ſciat.* ibi videas.

f *Præficere ſtudeant.* Ad Prælatum enim pertinet in Eccleſia ſua inferiores miniſtros inſtituere: nec poteſt Patronus tale Jus ſibi vendicare, prout clarè notatur 63. *di. principali. per Fa. & etiam per Arch.* Et ad idem applicari poteſt, quod legitur, & notatur *de filiis Presby. c. propoſuit.* cum ſua Gloſſa. Si ergo hoc Patronus in Eccleſia facere non poteſt; multo minus hoc poterunt facere Parochiani.

g *Corda eorum.* Scilicet Rectorum & Vicariorum, & debet iſtud intelligi inquantum humana fragilitas ſcire patitur. *Extra. de ſcru. in ordi. faci. c. unico.*

h *Sciant.* In hac ſcientia requiritur, ut ſciant Lectiones & Epiſtolas legere; Reſponſoria, Gradalia, & alia hujuſmodi cantare. 25. *di. perlectis. ver. ad Acolythum. cum duobus. ver. ſeq.*

i *Valeant.* Scil. de Jure, & de facto. De Jure; ut quia non ſint Bigami, vel aliàs Conjugati. Pro quo dic, ut dixi *ſuprà. eo. ver. Clericis.* De facto, ita ut non ſint mutilati, ægrotantes, vel alio impedimento Canonico detenti. *Extra. de corpo. vitia. de cleri. ægro. per totum.*

k *Divinis officiis.* Sc. Miſſa, Matutinis, & aliis horis Canonicis. 12. *di. de his. 92. di. c. ulti.*

l *Congruè.* i. e. Convenienter, viz. temporibus debitis.

m *Deſervire.* Hoc, quod hic dicitur, non ſolùm intelligas de officiis, inquantum ſonant pro horis Canonicis; ſed etiam in Sacramentis & Sacramentalibus miniſtrandis, quorum miniſtratio nulli dubium, quia ſit officium Divinum,

n *Obtemperare.* i. e. Obedire.

o *Mandatis.* Maximè circa ea quæ ad officium Divinum pertinent. Pro quo vide *ſuprà. de majo. & obe. c. 1. verb. parebunt.*

p *Quibus.* Tertia pars.

q *Malitioſè.* Poſſent enim Parochiani eos forſan de facto repellere, quia per eos, vel de eorum conſenſu non ſunt introducti, quorum tamen malitiis obviandum eſt. *de reſcrip. c. ſedes.* nec eſt per Judicem juſtum hujuſmodi malitiis indulgendum. *eo. ti. c. plerumque.* & eo ipſo præſumitur malitia, quòd eum repellunt. Sicut aliàs notatur *de Jure patrona. c. paſtoralis. ver. malitioſè. per Bern.*

r *Eleemoſynas.* Propter quarum ſubtractionè ex Dei ira mundus fame, & penuria premitur. 16. *q.* 1. *Reverimini.* Et ex hoc quòd dicit, *Eleemoſynas*, potes colligere, quòd tales Clerici non poſſunt aliquid vendicare per viâ † certi Beneficii, ſive Dotationis ratione ſui aquæ-bajulatus. Sed ipſorum ſuſtentatio per eos colligi, & levari debet à Parochianis ſecundum morem, & Conſuetudinè Patriæ. Et hoc eſt quod ſequitur.

M. S. Æton. add.

† Præſentationis.

s *Conſuetas.* Hæc enim Conſuetudo conſiderari debet ſecundùm morem antiquitùs obſervatum: quæ etiam inquantum concernit augmentationem cultûs Divini in Eccleſiaſticis Officiis voluntariè immutari non debet. Sed ad hoc Parochiani compelli poſſunt per Epiſcopum, ut *infrà* ſequitur, pro quo vide quod dicam *in glo. ſi.*

t *Moneantur.* Non ſolum per ipſos Curatos, ſed potius per Locorum Ordinarios. Et nota, quòd Monitio præcedens facit non parentem eſſe in dolo. *ff. de edendo. l. quædam. §. ſi autem. cum gla.* Et debet talis Monitio eſſe Canonica, de qua habetur *de app. c. reprehenſibilis. gla. 1.* Et debet eſſe trina, vel una pro omnibus, habens aliquorum dierum competentia intervalla. *de ſen. excommuni. c. conſtitutionem. li. 6.*

u *Opus fuerit.* Scilicet quia aliter obedire nolunt.

x *Quaſcunque Cenſuras.* Quarum tria ſunt genera: ſcilicet Suſpenſio, Excommunicatio, & Interdictum. *de verb. ſig. c. quæreſti.*

Tria ſunt Cenſuræ genera.

y *Compellantur.* Contra iſtud facere videtur *c. ut quiſque. de vita & honeſta. clerici.* ubi apparet, quòd Clericus hujuſmodi debet ſuſtineri de bonis Eccleſiæ. Dicunt namque ibi *Doctores*, quòd Eccleſia intantum debet dotari, ut Curatus ſecum poſſet habere Socium, vel ad minus Clericum, qui poſſit & debeat ea facere quæ ibi recitantur. Sed dic, quòd iſtud, de quo hic loquitur, habet locum à parte Conſuetudinis, quam, eo quòd laudabilis eſt, ſervare tenentur Parochiani, & ad hoc compelli poſſunt. *Extra. de Simo. ad Apoſtolicam.* ubi de hoc; illud verò loquitur de Jure Communi, & ex honeſtate, non ex neceſſitate, ſecundùm *Petrum de Ancho in dicto c. ut quiſque. in prin.* & nota, quòd in hac materia poſſet dici Conſuetudo laudabilis, illa quæ forſan eſt introducta, ut unuſquiſque Paterfamilias die quolibet Dominico Clerico deferenti aquam Benedictam aliquid ſecundùm exigentiam Status ſui tribuat. Et quòd in Natali Domini habeat à ſingulis Domiciliis unum Panem, & etiam certa Ova ad Paſcha, & in Autumno certas Garbas. Poſſet etiam dici Conſuetudo laudabilis, ut Clericus talis ſingulis anni Quarteriis aliquid certum habeat in pecunia ad ſuam ſuſtentationem, quod colligi debeat & levari in tota Parochia. Talis namque Conſuetudo tanquàm laudabilis eſt ſervanda; & ad hoc compelli debent Parochiani officio Judicis, licet Jure Actionis talis ſuſtentatio peti non poſſit: facit ad præmiſſa 11. *di. in his. cum ſimilibus.* ex quo enim Parochiani tanto tempore ſic ſolverunt, præſumitur ab initio ſe ad id voluntariè obligâſſe: non enim cogendus eſt talis Clericus expenſis propriis militare. 10. *q. ulti. relatum.* 12. *q.* 2. *charitatem.* Et hæc vera intelligas, quando Parochiani ſunt ſolvendo. Alioquin Curatus debet talem Clericum exhibere, *ut in dicto c. ut quiſque. præalle.* & facit ad hoc 12. *q.* 3. *cavendum.* & hoc verum ſi Beneficium ſuum ambobus ſufficiat, ut dixi *ſuprà. in prin. gla.*

z *Eſurientis.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Stratford*, non tamen aliquâ earũ, quæ continẽtur ſub Conſtitutionibus, quæ incipiunt,

Diviſio

piunt, *Sponſam Chriſti ſacroſanctam*. Et habet tria dicta principalia. In primo facit Statutum pœnale contra procurantes ſe promoveri ad Beneficia Eccleſiaſtica, quæ ſunt plena de facto, licet non de Jure, & qui cum hoc, omiſſo proceſſu Canonico, contra incumbentes tales in foro Eccleſiaſtico movendo vexant Ordinarios, vel alios per Brevia Regia in foro ſeculari, ratione non admiſſionis ſuæ, vel impedimenti, quo minus admittantur ad eadem. In ſecundo ibi, *Si vero*, ſtatuit quid in hoc caſu fieri, & ſervari debeat tam in perſona admittentis quàm admiſſi contra prædictum Statutum, & ejus etiã qui patitur ſe induci in poſſeſſionẽ talis Beneficii contra iſtud Statutum. In tertio ibi, *Per præmiſſa*, Proteſtatur de non arctando per hoc Statutum Epiſcopos, & eorum Collatarios, quin poſſent Beneficia ad ipſorum Collationem ſpectantia, quibus alii de facto incumbunt, conferre: & quòd Collatarii ipſorum Collationem ſuam poſſent admittere, iſto Statuto non obſtante.

quicunq; [a] Clerici ad [b] Dignitates, [c] Perſonatus, [d] Officia, vel [e] Præbendas, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica [f] quæcunq; plena & occupata [g] de facto ſe præſentari, ſeu ea ſibi [h] conferri per [i] quemcũq; de cætero [k] procurantes, ſi directè vel indirectè

a *Clerici*. De his loquitur, quia Laici ad Beneficia, de quibus hic loquitur, non ſunt capaces. *de Inſtitu. c.* 2. cum ibi notatis per *Doctores*.

b *Dignitates*. *Dignitas*, *Perſonatus*, & *Officium*, ut notat *Jo. An. de præben. c. de multa*, ſunt Synonyma, ſicut colligi poteſt *in c. cum acceſſiſſent. de conſti.* Et facit ad idem *de reſcrip. c. ad aures*. & hoc verum ſumendo vocabula in genere; ſumendo tamen ſtrictè, & in ſpecie, differunt. Facit *de reſcri. c. ſtatutum. in prin. li. 6. de conſue. c.* 1. *de eo qui mit. in poſ. c. cum qui. de præben. quia ſæpe. eo. li. de Judiciis. c.* 2. *in Clem. & in Extravag. execrabilis*. Eſt ergo *Dignitas* ſpecialiter loquendo, ut notat *Jo. An. & Innocen.* illa quæ ſecundùm Inſtitutionem, vel Conſuetudinem Eccleſiæ habetur pro Dignitate. Unde qui præeſt aliquibus, & habet Juriſdictionem, licet nullam habeat Adminiſtrationem temporalem, tamen dicitur habere *Dignitatem, ut in c. volumus*. 89. Et ſic temporalis Adminiſtratio non concludit Dignitatem; ſed requiritur, quòd habeat Officium perpetuum, & Adminiſtrationem perpetuam. *de ſtatu Mona. c.* 3. Unde & illi qui habent aliquod Officium ſine Adminiſtratione, & ſine Juriſdictione, ſicut ſunt Syndici, Procuratores, Pulſatores Campanarum, & hujuſmodi, non dicuntur habere dignitatem. Secus tamen eſſet ſi haberent aliquam Juriſdictionem. *ff. de offi. procu. Caſa. l.* 1. Et idem quod prius dictum eſt de Dignitate, dicunt Doctores prædicti de Perſonatu: ut videlicet ille dicatur Perſonatus, qui de Inſtitutione, vel Conſuetudine Eccleſiæ talis habetur & reputatur: & hæc loquendo de facto procedunt. De Jure verò cognoſcitur Dignitas vel Perſonatus eo ipſo, quòd aliquis habet ſub ſe ſubjectos ratione Juriſdictionis perpetuæ. Hæc ſecundùm *Jo. An.* Aliter poteſt dici ſecundùm *Archid. de conſue. c.* 1. *li.* 6. Dignitas cognoſcitur altero de tribus modis. Primo quando Beneficium habet Adminiſtrationẽ rerum Eccleſiaſticarum cum Juriſdictione, *ut dicto c. volumus*. Secundo ex eo, quòd habet nomen Dignitatis cũ Prærogativa in Choro, & Capitulo: *Extra. de conſue. cum olim*. Tertio, quando Conſtitutio, vel Conſuetudo Eccleſiæ habet, quòd Beneficium habeatur, & reputatur pro Dignitate: hæc dicit *Archidiaconus* procedere de Jure Communi. Sed *Domini de Rota concluſione* † 168. dicunt, quòd excuſſâ conſuetudine, & reputatione Eccleſiæ Cathedralis, de Jure Communi nullum Beneficium ſonat in nomen Dignitatis, vel Perſonatus, exceptò Archidiaconatu, & Archipresbyteratu, & hoc propter Præeminentiam, & Juriſdictionem quam habent ſuper alios. Ut patet *in Titulis de offi. Archid. & de offi. Archipreſ.* per totum. In Eccleſia verò Collegiata, ille qui eſt caput ipſius Eccleſiæ dicitur eſſe in Dignitate, ubi de illa providetur per viam Electionis, & Confirmationis Epiſcopi. Faciunt ad hoc notata *de offi. ordi. c. cum Eccleſiarum*. prædictis conveniunt notata per *Wil. in Cle.* 1. *de præben.* ubi dicit, quòd *Dignitas* eſt præeminentia in Eccleſia quoad forum contentioſum gradum tenens. Quæ quandoque dicitur Perſonatus; quia honoratur Perſona. Quandoque Officium, quia officiatur. *de conſtitu. cum acceſſiſſent*. Quandoque verò habet nomina ſpecialia, ut Cuſtodia. *de Inſti. c. fi.* Succentoria. *de excef. prælа. c. inter*. Decanus. *de reſcrip. ad aures*. Præpoſitura. *de re judi c. cum olim*. de Archipresbyteratu, & Prioratu Eccleſiæ Sæcularis dicit, quòd ſi ſaltẽ habeat in modicis ſpiritualem Juriſdictionem in foro contentioſo, Excommunicando, Suſpendendo, vel Interdicendo, ſonat in nomen *Dignitatis. de Elect. dudum.* 2. §. *tandem*. ſi nullam habeat Juriſdictionem ſed ſolum viſitat, & refert Epiſcopo, tunc ſimplex officium habet ſecundùm eum. De Prioribus Regularibus dicit, quòd ſi immediate præſunt Collegio, vel Conventui, & ſunt Principales, dicuntur habere Dignitatem ſecundùm ea quæ notantur *de Reſcrip. & ſi principalis. in Clem.*

c *Perſonatus*. Hi ſecundùm quoſdam cognoſcuntur ſecundùm modum poſitum *in glo. præceden*. Vel dic ſecundùm *Archid.* quòd *Perſonatus* cognoſcitur ex Prærogativa Chori vel Capituli in actibus ibi agendis poſt exiſtentes in Dignitate, videlicet Sedendo, ſcribendo, & hujuſmodi. *de elect. dudum.* 2.

d *Officia*. Hæc cognoſcuntur ex habitu Adminiſtrationis, videlicet quando aliqui habent Adminiſtrationem rerum Eccleſiæ ſine Prærogativa Chori, vel Capituli, ultra alios ſui Ordinis: & idem, ſi quis habet id quod habet onus annexum ſine honoris Prærogativa, ſecundùm *Archid. dicto c.* 1. *de conſue.*

e *Præbendas*. *Præbenda* differt à *Canonia*. Nam *Canonia* eſt Jus ſpirituale recipiendi certos Proventus pro meritis in Eccleſia competentes percipiendi ex Divino officio cui inſiſtit; & naſcitur ex Canonia tanquàm filia à Matre, prout notat *Wil. dicto c. ſi juxta. ver. Præbendam*. Et ſic nota, quòd *Præbenda* eſt nomen Juris, quia non conſtituitur tantùm ex poſſeſſionibus ſed ex Jure Canonico cui annectitur, quæ ſine reditu non poteſt conſtitui: quia, ſic non eſſet quid Præbendario Præberetur. 1. *q.* 4. *Si quis objecerit*. *Præbenda & Canonia differunt.*

f *Quæcunque*. Scil. Titulum Canonicum requirentia.

g *De facto*. Licet non de Jure, quia forſan incumbens juſtum Titulum non habet.

h *Conferri*. Forſan per Executorem proviſionis Apoſtolicæ, vel alium qui non eſt Ordinarius Collator, propter id quod dicitur *infrà. c. c. §. ſi*. Nam ad effectum, quòd per tales poſſit fieri Collatio, requiritur quòd Beneficium vacet de Jure, & de facto, ſecundùm *Goffre. in ſumma de conceſſ. præben. in prin. & nota. per Areh. de præben. c. licet Epiſcopus. ver. conferre. li.* 6. Ad quod facit *de conceſſ. præben. c. cum noſtris. & c. literas*. Et circa hoc vide notata *per Ber. Compoſt. de reſcrip. c. Capitulum Sanctæ Crucis. glo. quia quæſtiones. ver. ſed nunquid executor ad providendum datus*.

i *Quemcunque*. Qui non eſt Ordinarius Collator, ut dixi *glo: præxi.*

k *Procurantes*. Hoc, quòd hic dicitur, videtur fundatum eſſe ex dictis *Hoſtien. in ſumma ti. de conceſſ. præben. §. & utrum. in prin.* *Quæſtio* Sed hic quæro, quid ſi gratis, ipſis à principio ignorantibus, ſint Præſentati ad aliquid tale Beneficium, vel illud fuerit eis Collatum abſque procuratione eorum, nunquid ſi admiſſionem talis Beneficii proſequantur per Brevia Regia, ut hic innuitur, abſque eo quòd incumbens de facto pries amoveatur per Judicem competentem, ſint per iſtam Conſtitutionem ipſo facto Excommunicati? videtur quòd ſic: quia licet in pœnalibus non debeat fieri laxa extenſio, *de pœn. di.* 1. *pœnæ*, cum ſimilibus; tamen ubi omnino ſubeſt eadem ratio, debet idem Jus ſervari, etiam in caſu non expreſſo. Ad quod faciunt notata *in c.* 1. *de tempo. ordi. ver. Italiæ. per Jo. An. li.* 6. Et illam Gloſſam dicit *Petrus* tore ſingularem. *Anthonius de Butrio in c. fi. de conſue.* prout eum recitat *Dominicus de Sancto Geminiano dicto c.* 1. *de tempo. ord.* ponit pro concluſione vera quòd Conſtitutio pœnalis, licèt detur omnimoda ſimilitudo, & ſubſit eadem ratio, non tamen recipit per hominem extenſionem ad non expreſſa. Quia talis extenſio heret per huminem non habentem poteſtatem condendi legem. Et probatur expreſſe *in c. Conſtitutionem. de regula. li.* 6. Ubi Statutum loquens de Prædicatoribus, & Minoribus, non habet locum in aliis mendicantibus, licet ſubeſſet eadem ratio: ſed ſic Prorogatio auctoritate illius qui Legem potuit condere. Sed ſcire debes, quòd ex ratione Legis, vel Conſtitutionis, poteſt per ipſam Legem, vel aliam Conſtitutionem fieri extenſio in multis caſibus. Primo, quando verba Conſtitutionis, vel Statuti poſſunt trahi ad caſum in quo idem concludit majoritas, vel paritas rationis, etiam ſecundùm latiſſimam ſignificationem verbi. Verbi gratia. Verba Statuti permittunt occidere, ergo multo magis vulnerare: quia vulnerans poteſt dici occidere quoad vulneranti intentum. *ff. ad. l. Aquil. l. Illud*. patet etiam exemplum in Statuto quod prohibet filiam ſuccedere exiſtente maſculo: nam extenditur ad neptem à majoritate rationis. *ff. de verbo. ſig. l. liberorum*. ſecundùm notata *Nicholai de Maſſarellis. in l.* 1. *C. quæ ſit lon. conſu.* Et quòd fiat extenſio à paritate rationis de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, faciunt notata per *Jo. An. de elect. c. ſi. glo.* 2. *li.* 6. ubi notat, quòd verbum *Electionis* extenditur ad præſentationem. Et *concor. nota. per Paulum in Clem.* 1. *de elect. ver. eligatur*. Solet namque dici, quòd in his quæ ſunt favorabilia animæ, licet ſint damnoſa rebus, bet extenſio, ut notat *Barth. C. ſi adver. vendi. Authent. ſacramenta puberum*. Et hoc quod dixi de extenſione vocabuli fienda à majoritate, vel paritate rationis: verum eſt, niſi ubi Statutum, quod debet extendi, eſt pœnale, & correctorium ſimul. Nam tunc arguendo à majoritate rationis, habet locum extenſio; non tamen à paritate rationis. Et ſic ſtant *nn. Jo. An. in Regula Juris, ignorantia. li.* 6. & ſic ſtat *glo. Jo. An. ver. in eiſdem. in Cle. ut hi. de aſa. & quali.* Secundo

Dignitas.

Qualiter cognoſcatur Dignitas, vel Perſonatus

† *M. S. Æton.* 188.

Multis modis fit extenſio Legis vel Conſtitutionis.

cundò, quando casus ad quem fit extensio, habet se correlativè ad casum expressum, & est eadem ratio: & hoc verum, nisi Lex Cuilibet ex correlativis separatim imponat suam pœnam. Patet exemplum in Ordinatore & Ordinato. *de tempo. ordi. c. 2. li. 6.* Item in Marito & Uxore. ut in *l. 2. C. de indicta viduit.* Item in Emptore & Venditore. *de locato. c. 2. & in l. 1. Gne fidejuss. do. den.* Et faciunt notata per *Bart. in l. liberorum. ff. de his qui no. infa.* Facit *l. emptor. C. de rescin. vend.* Et ad hoc optimè facit *glo. Joh. An. in ver. reus. de confess. c. 2. li. 6.* Tertiò, quando Regula antiqua extenditur per novam Legem ad alium casum quàm comprehensum in prima: Et sic parificat illa duo. Unde in illa materia, in qua fit parificatio, Statuum in uno ad aliud extenditur. Ut si *Statutum* dicat, qui potest testari, potest codicillari, vel quòd *Statutum* in filio, locum habeat in servo. Unde si postea novum Statutum disponat in uno tantum, in illa materia extenditur ad reliquum; non autem in diversa materia notat *glo. & Bart. in l. quod non ratione. ff. de legi. & in l. si quis servo. C. de furtis.* Faciunt ad hoc notata per *Jo. An. in c. Constitutionem. de Regulari.* & in Regula. *Quæ à Jure de Reg. Jur. li. 6.* Et pondera quod dicitur in eadem materia in qua est facta parificatio; quia secus esset, si materia esset diversa. Pro quo optimè facit *glo. Jo. An. in c. 1. ne Cle. vel Mo. ver. declaravimus. li. 6.* Quartò, quando plura habent se consecutivè unum ad alterum: quia si fiat mutatio in uno, fiet mutatio & in altero. Nam certa ætas est determinata †Ordini. Si ergo ætas restringitur in Dignitate, restricta censetur in Ordine. ut notatur *de elect. c. cum in cunctis.* Quintò, quando duo sic se habent, quòd unum mensuratur adinstar alterius. Nam publica honestas mensuratur adinstar Graduum in Consanguinitate. Si ergo corriguntur Gradus in Consanguinitate, corriguntur & in Affinitate; ut notat *glo. de consangui. & affi. non debet.* facit etiam *glo. Jo. An. in c. quamvis. de offi. ordi. ver. prout sunt. li. 6.* Sextò, quando duo Communiter reperiuntur parificari à Jure in Dispositionibus, sicut est videre in Postulatione, Electione, Provisione, & Præsentatione quæ per Jura in multis locis parificantur. Unde talis parificatio assueta facit quòd Statutum in uno casu extendatur ad reliquum, ut notat *Jo. An. in c. si postquàm. de electione. ver. provisione. li. 6. & per. c. in Cle. 1. de offi. vica. ver. Sacerdotium. cum similibus.* Et ad hoc facit notabiliter *Authen. de non eli. secun. Auben.* §. 1. *ver. quia vero* & §. *colligenies.* Et hæc dicas vera, quando Communiter reperiuntur à Jure parificata, secus si aliquo casu reperirentur parificata, & non Communiter: quia tunc in alio casu non parificato, dispositum non extenderetur ad reliquum: ut notat *glo. ver. non obstante. de elect. c. dudum. & glo. Joh. An. in ver. Parochialis. de elect. licet Canon. li. 6.* Et faciunt notata in *Authen. quas Actiones. C. de sacrosan. Eccl.* Septimò, quando habent se ita gradatim, quòd unum mensuratur gradatim ab alio in aliquo accidenti, ut quia determinatum est certum tempus Ordini Subdiaconatûs, & certum Ordini Diaconatûs, & certum Ordini Presbyteratûs. Nam facta mutatione in uno ex gradibus, facta videtur mutatio in aliis, ut notat glossa *Joban. An. in Clem. generalem. de ætate & quali.* Faciunt ad hoc notata per *Cy. & Bart. in l. Illud. C. de sacrosan. Eccl. 22. dist.* §. *hinc datur intelligi.* Octavò, quando aliqua habent se ut Præambula ad Actum, & ordinantur in eundem finem actus; ut est Postulatio, Electio, Collatio, & Præsentatio, quæ tendunt in finem providendi Ecclesiæ vacanti. Quia supposità rationis identitate, dispositum in uno extenditur ad reliquum. *de postula. prælat. c. fi. glossa fina. per Bern.* Item *glossa fi. in c. quàm sit. de electio. per Joban. An. li. 6. & concor. notata per Paulum in Clem. 1. de electio.* Nonò, quando Constitutio loquitur in casu singulari. Verbi gratiâ, ut si quis produxerit falsum Testem puniatur: nam idem intelligi debet de producente plures. *ff. de Juris. om. Judi. l. fi.* & facit *l. 3. §. negavi. ff. de neg. gest.* & ibi *per Bart. concor. etiam notata Jo. An. de re. permuta. c. 1. ver. aliqui. li. 6. de offi. leg. c. 1. ver. cuicunque. eo. li.* Decimò, quando fit extensio ad casum, sine quo Dispositio aliàs nullum sortiretur effectum. *ff. de verbo. obliga. l. si stipulatus fuero per te. ff. de Juris. om. Judi. l. 2.* Et notatur per *Bart. C. de legi. l. non dubium,* & optimè facit ad hoc *de elect. si postquàm. li. 6. §. si electus.* Undecimò, quando illud à quo fit extensio, cum eo ad quod se habet ut loco illius subrogatum. Unde stricta Dispositio in Vicario Episcopi, habet locum in Vicario Capituli vacante Sede, ut notat *glo. Joban. An. in Clem. Et si principalis. in ver. principalis. ad fi.* & faciunt notata *Ja. de Butrig. in l. placet. C. de sacrosan. Eccle.* Duodecimò, quando id ad quod fit extensio, saltem in parte est idem cum expresse dispositio, ita quòd non dicatur fieri extensio ad penitus separatum, ubi est eadem vel major ratio. Et ita potest intelligi *glo. Jo. An. in c. sciant cuncti. de elect. li. 6. in verb. consanguineos.* Tertiodecimò, quando extrema includuntur sub Lege interpretata. Unde si una Lex interpretatur antiquam licet interpretans loquatur eo casu, tamen extenditur ad omnes casus inclusos sub interpretata, ut notat *Jo. An. de rescript. c. distendia. li. 6. ver. quæstiones. in no.* Et nota ad hoc *glo. Joban. An. super. ver. consuetudine. in Clem. statutum. de elect.* Quartodecimò, in casibus conversis ubi subest eadem ratio, & sic fiat *Glo. Jo. An. de tempo. ordi. c. 1. ver. Italiæ.* secundam unam opinionem. Et hoc verum est nisi talia sint expressa Exempli gratia: quia tunc talia non restringunt Dispositionem. *de privileg. si Papa. li. 6.* Secus si exprimerentur Dispositivè, nam tunc non extenduntur ad casum conversum. Et sic intelligitur dicta *glo. Joban. in ver. Italiæ.* Et omnia præmissa locum habent in extensione activa; Passive autem, indistinctè fit extensio. Nam si Statutum aliquod disponat de aliquo fiendo, vel non fiendo, observando vel non observando, subeundo vel non subeundo, & hujusmodi; tunc Statutum hujusmodi recipit omnes Declarationes, Limitationes, & Dispositiones Juris, de quibus Jura in illa materia loquuntur. Patet exemplum in Ordine Subdiaconatûs, qui olim non erat sacer. *de æta. & qualita. à multis.* Sed hodie est sacer, ut ibi patet. Unde quicquid de Ordinibus Sacris alibi in Jure statuitur, in illo quoque servari debere intelligitur: *de servis non ordi. c. miramur.* faciunt ad hoc notata per *Ja. de Butrig. in l. placet. C. de sacrosan. Eccle.* faciunt etiam ad hoc notata in *Clem. 1. de offi. vica. ver. promovendis. & ver. sacerdotium. ad fi. glo. per Joh. An. & de hæreticis c. Christianos. in Textu, & glossa fi. per eundem. & concor.* in hoc sententia *Bart. ff. de justi. & jure. l. omnes populi. & l. si constante. ff. soluto matri.* Et optimè facit Textus *ff. de munc. & ho. l. 1. §. 1.* Ex præmissis itaque habes, quòd Constitutio stricta, vel pœnalis, ab homine non potest extendi, sed per Legem, vel aliam Constitutionem bene potest extendi. Unde si Lex vel Statutum extendat Dispositionem, per hoc non videtur extendere pœnam, nisi hoc exprimat. Habes super hoc Glossam singularem in *l. fi. ff. de in jus voc.*

M. S. Æm. add. †in Dignitatibus inferioribus habentibus Ordinem annexum, & Certa ætas est determinata.

a *Brevium.* Hic vide quod super hoc scripsi *suprà. de foro. competen. c. dicrum. ver. Brevia.* Et nota, quòd hæc *Brevia* & similia, sua nomina sortiuntur adinstar Interdictorum quæ dantur in Judicio possessorio, de quibus dicit *Cy. C. quorum bono. super Rubrica.* quòd quædam eorum sumunt nomina à primis verbis Edicti, ut puta, *Quorum bonorum. Quorum Legatorum. Unde vi. Uti possidetis. Utrubi.* Quædam verò sumunt nomina à materia, ut est videre quasi in omnibus, videlicet in Interdicto, *ne vis fiat ei.* Item in Interdicto, *Ne quid in loco publico. Ne quid in loco Sacro. De Tabulis exhiben. & hujusmodi.* & hoc modo sumunt hæc Brevia sua nomina. Tertio modo sumunt nomina ab Auctore, qui ea originaliter introduxit, ut patet in Interdicto *Salvianæ,* & hujusmodi.

b *Similium.* Scilicet quæ tendunt ad Possessionem adipiscendam.

c *Tacitè.* Videtur ergo, quòd hoc expresso non incurreret pœnam sequentem, argumento sumpto à contrario. Et hoc puto verum ceteris unâ cum hoc concurrentibus, vtz. quòd incumbentes sine prius ritè amoti per Judicem Ecclesiasticum comperentem. Nam hæc est principalis intentio Statuentis, ut nisi tales Possessores prius amoveantur, non habet locum Prosecutio per hujusmodi Brevia. Unde licet Præsentatus vel Collatarius Beneficii ipsam Præsentationem, vel Collationem fieri non procuraverit, sed absque sua procuratione ipsam habuerit, ut tetigi *suprà. eo. ver. procurantes. in prin.* et cum hoc in impetratione Brevium hujusmodi non tacuerit, sed expresserit incumbentiam Possessoris: et si incumbens hujusmodi fuerit super hoc coram Ordinario vocatus non tamen fuerit Canonicè amotus, propter hæc non evitabit hanc pœnam. Quia aliàs sequeretur, quòd principalis effectus hujus Constitutionis per talem Practicam solveretur, contra ea quæ dixi *suprà. eo. ver. procurantes. ver. decimo.* Et ad hoc facit Litera quæ sequitur.

d *Et eis vocatis &c.* Ut sc. hoc intelligas si prosequens taceat incumbentia, quamvis veraciter incumbens sit ad respondendum super hoc coram suo Ordinario vocatus, non tamen Canonicè amotus; ut sc. non obstante vocatione tali prosequens sit excommunicatus, tum propter dolum & malitiâ resultantes ex tali taciturnitate, *Extra. de rescrip. c. super litteris.* tum quia incumbens licet vocatus, non tamen est ritè amotus. Sed si exprimeret incumbentem fore amotum, eũ tamen hoc in veritate non est verũ, licet ad præsens reputentur tacere vetitũ, & exprimere id quod est falsum; ut *dicto c. super litteris.* non tamen putarem sic prosequentem incurrere pœnam, de qua hîc loquitur Constitutio, eò quòd Constitutio, maximè pœnalis in hoc casu non recipit extensionem ad casum contingentẽ in alia materia quàm expressatã, vel eum qui potest cadere sub natura materiæ expressatæ, ut dixi *suprà. eo. super ver. procurantes.*

e *Ritè.* Hoc *infrà* vocat *Canonice.* & dicitur fieri *Ritè* servato

Ritè, & rectè differunt.

Processu legitimo secundùm Juris solennitatem. *ff. de bo. poss. contra. l. non putavit. §. non quævis.* ubi de hoc per *Accurs. ver. ritè.* Et differunt *ritè & rectè* Quia *ritè* significat Juris solennitatem, ut prædixi, sed *rectè* significat in justitiam causæ, prout de hoc legitur & notatur in *l. 2. ff. de inoff. testa.* & ibi per *Bart.*

a *Episcopos.* Ad quos principaliter pertinet tales admittere & instituere. *Extra. de hæret. c. cum ex injunctio. in fi.* aliàs posset hic esse litera contra ipsos, scil. incumbentes. Nam & ipsi quandoque possunt dici impeditores executionis Præsentationis, vel Collationis in ea parte factæ, quatenus nituntur suam incumbentiam defendere, ut sic contra ipsos incumbentes procedit Breve, *Quare impedit.* Contra Episcopum verò, & alios, ad quos pertinet admissio, procedit Breve, *Quare non admisit &c.*

b *Alios.* Ad quos forsan de Privilegio vel Consuetudine præscripta talium admissio spectat. Vel potes referre istud, quod hic dicit, *Alios*, scilicet ipsorum incumbentium Procuratores, & tales qui ipsis incumbentibus assistunt, tanquam Pars.

c *Prosequantur.* Sed quando videtur talis prosecutio incepta ad effectum incurrendi hanc pœnam? videtur quòd per solam Arrestationem, vel Vocationem ad Judicium. *ar. ad hoc de foro compe. c. si diligenti.* ubi sufficit aliquem trahere ad Judicium veritum, ad effectum incurrendi pœnam in Canone limitatam. Facit ad idem 11. *q.* 3. *inolita. & c. placuit. C. de Jurisdi. om. Judi. l. in criminali.* Econtra videtur Litis contestatio necessaria. *ar. l. amplius. ff. rem. ra. haberi, & l. quamvis. ff. de in jus voc. & l. si convenerit, ff. de Jurisdi. om. Judi.* immò quòd sola querelæ depositio sufficiat ad effectum pœnæ incurrendæ, videtur per *Decre. gravem. Extra. de excess. prælat.* Sed illud est propter excessum gravem respectu subditi ad suum Episcopum. Unde si Clericus subditus suum Episcopum per Brevia (de quibus hic dicit) prosequatur in Curia Sæculari, videtur quòd statim eo ipso incidat in hanc pœnam. *ar. illius Decret.* Sed quoad alios est dubium, propter prædicta Jura. Item propter alia quæ volunt, quòd finis Litis sit expectandus. *ff. de inoffi. testa. l. Pap. §. meminisse. de bo. li. l. qui cum major. §. accusasse. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. hæc actio.* In hac materia aliqui dicunt, quòd de rigore statim committitur pœna, sed de æquitate non ante Litis contestationem. Et sic sentire videtur *glo. de foro. compet. ver. causam perdat. in c. si diligenti.* & ibi per *Hostien. & Arch. dicto c. inolita. Jo. An.* dicit, quòd ubi trahens aliquem in Judicium veritum, in hoc pertinax est, tunc statim incidit in pœnam, secus si non pertinaciter hoc fecerit, quia tunc expectabitur Litis Contestatio. Alii volunt, quòd attendi debent verba. Nam si verba sint de non trahendo, vel non vocando, & hujusmodi, tunc eo ipso quòd trahit, vocat, vel aliquid hujusmodi facit, committitur pœna, ut in primis concordantiis. Si verba sint de non agendo, vel non movendo Litem, tunc requiritur Litis contestatio, ut in secundis concordantiis. Si verba sint de non accusando, & hujusmodi, tunc expectabitur sententia, ut in ultimis concordantiis. Hæc distinctio videtur probari per *Cy. l. in criminali. C. de Jurisd. om. Jud.* Et notatur per *Henricum dicto c. si diligenti. dist. 3. Bart. dicta l. in criminali.* distinguit inter pœnam Conventionalem, & pœnam Legalem. Ut scilicet in pœna Conventionali consideretur verba Conventionis; utputà, non venire, controversiam non movere, in Judicium non vocare, & similia: Quibus casibus quoquo modo Conveniatur, Controversia moveatur, vel in Judicium vocetur, statim committitur pœna, ut in *l. si quis major. C. de transac. & l. Divus & l. sed si ita. §. ante hæc. ff. de pet. hæred.* & hoc verum secundùm eum, sive agendo, sive excipiendo hoc fiat: ut *l. non solum. §. si status. ff. de procura.* Si verò verba sint non petere, vel non agere, vel alia similia; tunc expectabitur litis contestatio, ut prædictum est. Fallit tamen in casu *l. 2. C. de plus peti.* & ratione duplicis delicti, ut ibi patet. Ubi verò pœna venit committenda ex dispositione Legali, tunc committitur ex fine Judicii, ut *d. l. qui cum major. §. accusasse. ff. de bo. liber. & l. in servitutem. §. petisse. ff. si.* Et hoc puto verum, quando Dispositio concernit Causam Criminalem, ut patet in Accusatione: secus si Civilem, ut agere, & hujusmodi, ut *infrà* dicam. *Antonius* in dicto *c. si diligenti.* dicit, quòd ubi imponitur pœna pro trahere, vel vocare ad Judicium veritum, vel auxilium Judicis non competentis poscere, tunc si sit pœna hominis, statim incurritur impugnabiliter: Si verò sit pœna Juris, tunc etiam incontinenti incurritur, si hoc fiat cum pertinacia. Et hoc verum de rigore Juris; & sic intelligit dictum *Cy. in dicta l. in criminali.* Alioquin si non fiat cum pertinacia, purgabiliter committitur usque ad litis contestationem, ut in *c. placuit. & c inolita. præall.* Si verò pœna veniat committenda, quia movet quæstionem, tunc sit si pœna hominis, intelligitur per solam Citationem. *ff. de transac. l. qui fide. ff. ad Trebell. l. Lucius. §. tres hæredes.* Si sit pœna Juris, intelligitur per Litis contestationem. *C. finium reg. l. 3. cum glo.* Si autem veniat committenda ob Causam vel Litem motam, tunc habet locum *l. causam. C. de transac.* Si verò pœna committi debeat ex clausula, *liceat licere*, tunc committitur per solam controversiæ motionem. *ff. de verb. obli. l. stipulatio ista habere licere.* Et hæc, ut dicit *Ant.* paucis additis colliguntur ex *Bart. dictis l. amplius. & rem ra. haberi.* unde in casu nostro, ut ex prædictis apparet, cum hæc sit pœna Juris, non hominis, requirit processum saltem usque ad Litis contestationem, nisi cum pertinacia prosequatur. Nam tunc, de rigore Juris statim incurreret pœnam, ex æquitate tamen non incurreret pœnam nisi facta Litis contestatione. Unde præsupposita opinione illa quæ vult, quòd non dicatur prosequi nisi ad minus Litem contestetur; consulere faciet Reus Clericus ad Judicium sæculare vocatus, si non proponat Declinatoriam Fori, sed protestetur se nolle, nec teneri respondere. Nam tunc, si Actor instet ut respondeat, Reus faciet protestationem quòd coactus respondet, & sic contestetur Litem, & tunc locus erit pœnæ quoad Actorem, secundùm quòd recitat *Antonius in hoc prædicto.* Et nota secundùm *Jo. An.* quòd quando in tali prosequente dicì debeat pertinacia, quando non, relinquitur arbitrio boni viri, & remittit ad simile notatum *de præben. c. de multa. & C. ne filius pro patre. Auth. habita. pto. ff.*

d *Nisi de causis.* Ex hac Litera apparet, quòd si prius per processum Canonicum incumbens amoveatur, tunc licet talis prosequens non exprimat, sed taceat incumbentiam de facto fit amoti, non incurrit hanc pœnam. Et hoc probatur ex natura dictionis (*nisi*) hic positæ: quæ posita post Orationem affirmativam, ut hic, negat id quod prius positum est. *instit. de jure person. §. 1. ff. de act. & obl. l. obligationum fere. §. conditio.* pro qua materia vide quod notatur in *Regula Juris, peccatum. per Dy. li. 6. & de consti. c. 1. ver. nisi. per Arch. eo. li. & de cleri. peregri. tuæ. per Jo. in col.*

e *Vacationum.* Notà quòd Beneficium dicitur *Vacare* multis modis, scil. per Mortem, per Renunciationem, per Privationem, Depositionem, Translationem, & Permutationem, prout notat *Jo. An. de reseri. c. si propter. ver. vacabunt. li. 6.* Pro cujus materiæ ampliori declaratione, potes quoad Translationem & Permutationem videre *nota. per Arch. e. c. ver. vacabunt. & per Jo. An. in no. glo. morte & c. e. li. Vacare* etiam dicitur Beneficium quod caret Ministrix. *de elec. ut circa. ver. vacent. per Archid. li. 6. Vacat* etiam Ecclesia quæ habet Pastorem Hæreticum. *Extra. de schis ma. c. 1. ver. firmitate. per Bern. Vacat* etiã primũ Beneficiũ per affectionem secundi incompatibilis. *de præben. c. de multa.* ubi de hoc. Sed adverte, quòd Beneficium *vacat* quandoque *de facto & de jure*, utputa, per Mortem, & quolibet aliorum casuum Vacationis ubi cessat Titulus, & ubi non est idate Personam incumbentem Possessioni ejusdem. Ubi verò de facto Persona incumbit possessioni Beneficii, cessante tamen vero Titulo; tunc dicitur *Vacare de Jure*, sed non *de facto. Vacat* autem *de facto*, & non *de Jure*, quando Possessio amittitur, sed Proprietas retinetur; utputà, in Renunciatione facta, non tamen admissa per eum in cujus manibus fit Resignatio, sic quòd Renuncians non incumbat Possessioni. *Extra. de renuncia. c. admonet. Vacat* etiam *de facto* non *de Jure* quando Prælatus est inutilis; ut legitur & notatur *de Translatio. Episc. c. 2. 2. q. 1. in primis.*

Beneficiũ multis modis vacat.

f *Ordinariorum.* Eorum videlicet, ad quos pertinet Admissio, & Institutio in hujusmodi Beneficiis vacantibus. Et nota, quòd dicit *Ordinariorum*, ut per hoc det intelligere, quòd per Mandata Judicis sæcularis non debet fieri Inquisitio, de qua hic loquitur, videlicet, de modo Vacationis.

g *Inquiri.* Per modum qui habetur *infrà*, *de accus. capitu. 1.* ubi de hoc.

h *Possessores.* Supple solùm de facto incumbentes.

i *Ecclesiasticos.* Non ergo per Sæculares.

k *Competentes.* Nunquid Officialis Episcopi in hoc casu sit Judex competens? quòd non, videtur Textus in *c. 1. de offi. vica. li. 6.* ubi patet, quòd Officialis Episcopi non potest aliquem amovere a Beneficio, nisi hoc habeat ex commissione speciali. Sed illud loquitur de Amotione quæ sonat in privationem Juris & Tituli, quam facere non potest Officialis, cùm nec Titulum ab initio poterit conferre, ut notat ibi *Cur. glo. ult.* Sed hic loquimur de Amotione non à Jure seu Titulo, sed Possessione cui incumbit de facto; unde ad hanc Amotionem puto, quòd Officialis sit Judex competens, cùm hic non sit Causa Criminalis, nec agatur de Crimine, vel Amotione hujus incumbentis propter crimen; sed ut declaretur illum nullum Jus habere in Beneficio ipso; faciunt ad hoc notata per *Ioan. in c. quæreliam. in prin. Extra de elect. & per Jo. An. ut lite non contest. c. quoniam frequenter. §. pro ista super prima glo.* Et pro ista conclusione faciunt *nota. per Dominicum de sancto Geminiano in d. c. licet. de offi. vica. li. 6. ver. sed pone quòd Episcopus.* Nec obstat quod ibi objicitur per *Lapum Abb.* viz. quòd ex hoc daretur Officiali via ad cognoscendum de Institutione Epi copi, contra illud quod legitur & notatur

An officialis possit aliquem amovere à Beneficio?

notatur 21. *di. inferior. & Clem. ne Romani. de elec.* quia in hoc casu Officialis non cognoscit principaliter de Institutione facta per Episcopum; sed an incumbens possit de Jure illi Beneficio incumbere.

a *Canonice*, Hoc *suprà* dixit *rite*. Et dic *Canonicè*, hoc est, non per violentiam, sed per processum Canonicũ, scil. vocato Possessore ut ostendat de Jure suo, per quod occupat tale Beneficiũ. Et datur Practica ad hoc *de Præben. c. licet Episcopus. ver. vocato. per Jo. An. li. 6. & co. ver. per Archi.* Et nota, quòd hæc Vocatio fiet, non solum ut veniat oppositurus quare non debeat fieri executio Collationis, scilicet Missio in Possessionem Beneficii, sed etiam, ut veniat ostensurus de Jure suo. Et hoc verum, ubi Judex procedit ex officio. Sed si procedatur ad instantiam Partis, vocabitur ut veniat oppositurus, quare non debeat fieri executio Collationis, ut prædixi; & quare ipse Possessor à Possessione non debeat amoveri. Nam in primo casu, ubi agitur ex officio, tenetur facere fidem Judici de suo Jure. ut *ti. de offi. ordi. c. ordinarii. li. 6.* Maximè quando contra incumbentem facit jus Commune, ut patet in *c. ad decimar. de restitu. spol. li. 6.* Et sic stat *c. licet Episcopus. de præben. li. 6. secundùm Lap. Abb.* ibi. Et facit in simili *de præscrip. c. 1. e. li.* Sed ubi agitur ad instantiam Partis, non tenetur facere fidem Parti de Jure suo. Ut *l. cogi. C. de pet. hæredi.* Et sic notatur per *Archi. dicto c. ordinarii locorum. ver. exhibere. li. 6.* Processus autem in hac materia, ut dicit *Lapus. Abb. in loco prædalle.* erit, ut fiat Cognitio summariè sine libello, de plano sine strepitu, & sine figura Judicii, ut in *Cle. dispendiosam. de judi.* & *in Cle. sæpe. de verb. sig.* Et sufficiet Collatario ostendere Titulum suum; vel de eo facere fidem, licet non probet illum fore Canonicum; quia præsumetur Canonicus, si Possessor non neget eum esse Canonicum. Nam tunc debet probari Canonicus, ut notant *Docto. Inno. Hosti. & Jo. An. de rejudi. c. sicut. de concess. præben. quia cunctis.* Si verò opponitur contra ostendentem talem Titulum crimen cum infamia, audietur, aliàs non. *Extra. de accu. c. accedens.* Si verò opponatur defectus, vel quid aliud non descendens à crimine, non audietur, nisi incontinenti fiat probatio. Ratio est, quia in hoc casu etiã Appellatio interposita non impediet Missionem in Possessione, nec effectum Collationis, ut *no. Hosti. & Jo. An. de appel. constitutus.* unde multò minus exceptio proposita hoc non poterit, ut bene faciũt *no. Jo. An. post Inno. & Hostien. de offi. deleg. cum in jure. super glo. 2. ver. expeditis. & de constr. utili. c. 1.*

b *Primitus amoveri.* Hæc littera potest intelligi duobus modis; Uno modo, ut hæc amotio fiat antequàm prosequatur incumbentem Episcopum, vel alios per Brevia prædicta in Curia Sæculari, & hunc intellectum amplector. Alio modo potest intelligi, ut hæc amotio debeat fieri antequàm fiat Collatio vel Præsentatio ubi primo quoad Collationem scire debes, quòd Collatio potest habere respectum ad Papam. Item ad ejus Legatum. Item ad executorem Literarum Apostolicarum. Item ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. Item ad Episcopum, prout ista fundatur in diversis locis dispersis in Corpore *Decretorum* & *Decretalium*. In Papa dic secundùm *Antonium*, quòd Collatio per ipsum facta de Beneficio, cui alius incumbit de facto, licèt non de jure, etiam ubi talis Possessio est colorata, non tenet, nisi ipso prius amoto, etiamsi Papa motu proprio talem faceret Collationem: licèt *Jo. Caldrini* in hoc casu teneat, quòd valeat talis Collatio, per *c. si motu proprio. de præben. li. 6.* Quæ tamen opinio non placet *Antonio*, nisi Papa ex certa scientia conferret; quia non est intentionis Papæ, etiam quoad non coloratam Possessionem, alteri præjudicare per clausulam, *motu proprio*, quæ clausula non validat Collationem, sed solam tollit subreptionem, ut legitur in *d. c. si motu proprio.* ergo à multo fortiori hoc locum habebit in Possessione colorata, secundùm *Antonium*. In alio verò Ordinario (quicunque sit) dicit, quòd ubi Possessio incumbentis est incolorata, tunc indistincte valet Collatio. Ut in *c. licet Episcopus. de præben. li. 6.* Nam ibi constabat Possessionem incumbentis fore non coloratam, quia pacificè assecutus est aliud Beneficium cum primo, cui incumbebat, de Jure incompatibile. Si verò Possessio Beneficii cui incumbit, sit colorata, tunc videtur sentire *Antonius*, quòd illud Beneficium, sive hoc sciat, sive hoc ignoret conferens, alteri conferri non potest, nisi prius cassetur color ipsum Beneficium Possidentis: sicut aliàs solet dici in Electionibus, *de elec. c. auditis.* & in Collationibus videtur expressum, *de excess. præla. c. inter dilectos.* Item in executore Literarum Apostolicarum dicit, quòd ubi Possessio incumbentis est incolorata, talis Possessio non impediet Collationem, sed possessionis traditionem impediet possessore non vocato, ut in *d. c. licet Episcopus.* Si autem Possessio incumbentis sit colorata, sive executor hoc ignoret, sive sciat, dum tamen incumbentis Possessio sit recens, quia obtenta post impetrationem alterius; ut quia forsan per suum executorem tradita est sibi Possessio in exclusionem alterius provisoris in eodem Beneficio, tunc bene valebit Collatio, videlicet primo impetranti per suum executorem facta, colore ipsius possidentis prius non cassato. Ubi verò talis Possessio fuerit antiqua, quia obtenta ante impetrationem alterius; tunc non tenet talis Collatio, nisi prius cassetur color Possessionis ipsius incumbentis. Hæc *no. Antonius de Butrio in c. cum nostris. Extra. de concess. præben.* ubi multum latè tractat hanc materiam post recitata quædam collecta ex dictis *Ber. Compost. in c. capitulum sanctæ Crucis. de rescrip. in Glossa sua magna.* & *post Inno. Hostien.* & *Jo. An.* & *Jo. Caldrini in d. c. cum nostris.* Sed ecce, huic quod *suprà* dixi secundùm *Anto.* viz. quòd Ordinarius non potest conferre Beneficium cui alius de facto incumbit, habens Possessionem coloratam, nisi prius talis color cassetur, contradicere videtur *Petrus de Ancho. d. c. cum nostris. ver. sed contra prædicta.* & etiam *Jo. An. in eodem. c.* & *Inno. in c. de multa.* ex quorum dictis apparet, quòd licet incumbens habeat Possessionem coloratam, tamen Ordinarius perpetuus qualis est Episcopus, potest uti Collatione sua, & tale Beneficiũ conferre, non cassato etiam colore Possessionis ipsius incumbentis: & idem sentire videtur *Jo. Caldrini in d. c. cum nostris.* ponens tamen differentiam inter Ordinarium perpetuum, qualis est Episcopus; & Ordinarium non perpetuum, qualis est Legatus Papæ: ut scilicet Ordinarius perpetuus & naturalis, qualis est Episcopus, possit talem Collationem facere, etiam non cassato colore Possessionis ipsius incumbentis. Sed Ordinarius non perpetuus, qualis est Legatus, talem Collationẽ facere non possit, nisi prius cassato colore Possessionis hujusmodi incumbentis; & hoc in odium Rescriptorum ledis Apostolicæ, quæ in hoc casu exorbitat à Jure Communi. Et pro opinione istorum, facit quod legitur *de elec. c. cum in cunctis.* §. *cum verò.* ibi, *habere disponant* &c. & in *c. de multa. de præben.* sed illa duo Capitula loquuntur, ubi Possessio est incolorata, quia per assecutionem alterius Beneficii de Titulo factus est non Titulus, sicut etiam patet in *c. licet Episcopus. de præben. li. 6.* Allegat etiam *Caldrinus* ad fortificationem dicti sui, hoc quod habetur in *Cle.* & *si Apostolica. de offi. ordi. Anto.* tamen dicit, quod *c. cum in cunctis.* non extenditur ad Collationem; cujus tamen rationẽ non video. Allegat insuper pro opinione sua Textũ in *c. quia diversitatem. de concess. præben.* ubi Possessio colorata insurgens ex confirmatione Papæ facit, quòd non procedatur ad secundum, antequàm confirmatus resignare compellatur. Ad hoc tamen respondet *Jo. Caldrini*, quòd illud fiebat ex superabundanti; sicut aliàs legitur & *no. c. tit. viz. de concess. præben. c. proposuit.* Et mihi videtur, quòd *c. inter dilectos. prædalle. per Anto.* non multum urget, quia loquitur ubi Collatio secunda facta est per eãdem Personam quæ non potest variare; secus tamen esset si prima Collatio facta fuisset per alium: nam tunc non obstante Possessione colorata, quæ forsan insurgeret ex tali Collatione, non impediretur Ordinarius Collator, quin possit in conferendo uti Jure suo, dum tamen non fiat Inductio, nisi Possessor Canonicè amoveatur: hunc intellectum videtur approbare *Glo. Ber. in d. c. inter dilectos. ver. irritum.* Et sic potest intelligi Glossa *Jo. An. in d. c. licet. ver. conferre. li. 6.* Vel dic aliter & melius, quòd in *d. c. inter dilectos.* facta est secunda Collatio de Beneficio, quod erat plenum de Jure & de facto. Sed nos loquimur ubi Beneficium vacat de Jure & non de facto, sed est solum Possessio colorata procedens ex Titulo non vero, sed solùm colorato. Sed ecce, hic opus est videre quæ sit Possessio colorata, & quæ non colorata. Et dic, quòd Possessio non colorata est, quando quis privatus est † Jure sibi competenti per Sententiam Juris, ut quia possider duo Curata, vel duas Dignitates, vel ubi post tempus de conferendis Episcopis lapsum retinet Beneficia priora. ut in dictis *c. cum in cunctis.* & *de multa.* Item secundùm *Jo. Caldrinum d. c. cum nostris.* Possessio dicitur non colorata, ubicunque deficit potestas in conferente. *all. c. illa. Extra. ne se. vo.* Item quando quis est privatus Titulo sententia hominis, vel Juris. Illa verò dicitur colorata, quã præcedit Titulus coloratus ab illo qui potest conferre, quãquam minus justè sit coloratus: *Extra. de renun. c. in præsentis.* vel cũ electio sit confirmata per Superiorẽ, licèt aliàs sit invalida ipsa electio, ut *no. Hosti. in summa de concess. præben. §. 2. post prin.* Sed nunquid † illud qd dictum est in Collatione, habet locum in Præsentatione? *Dominicus* in *d. c. licet Episcopus. de præben. ver. ulti.* dicit quòd sic; & hoc tenet (ut asserit) *Domini de Rota concluſione. 301.* quæ incipit, *nũquid Patronus.* quia si potest fieri Collatio, qd est plus quàm præmeare, ut in *c. dilectus. de officio Legati*, poterit ergo fieri qd est minus, ut in Regula Juris, *qui potest. li. 6.* & hoc verum, ubi incumbens est privatus per Sententiam hominis vel Juris; secus si sit privandus per Sententiam, prout notat *Lapus de Castellione in sua Allegatione 128. in fi.*

Collatio tarius respectus habet.

† *al.* Re; *Quæ possessio sit colorata, & quæ nõ.*

† Idem; *Quæstio.*

c *Ipso facto.* Requiritur tamen Declaratio Judicis, ut patet in *c. cum secundùm leges. de hæreti. li. 6.* & hoc intellige verum, quando factum non est notorium, sed si factum sit notorium, & Judex assignaverit Terminum ad excusandum factum, non sit excusatio, potest fieri excusatio absque alia Declaratione; & ita potest intelligi uno modo *c. Ordinarii locorum. vers. quòd si forte. de offi. ordi. li. 6.* Et notatur per *Dominicum dicto c. cum plures. §. Confiscationis. vers. nota quòd super facto.*

d *Tanquàm Excommunicati.* Hæc dictio (*tanquàm*) est hic expressivum veritatis, prout aliàs *no. de majo.* & *obedien. c. solitæ. ver. tanquàm.*

a *Canonicè*, bprimitùs amoveri faciant, majoris Excommunicationis Sententiam incurrant ipso cfacto: dtanquà sic

Excommunicati ad Beneficia [a] talia nullatenus admittantur, sed inhabiles ad ea [b] perpetuo censeantur. Si [c] verò [d] contra hæc quisquam in [e] occupato Beneficio [f] instituatur, vel [g] admittatur, [h] de facto Institutio seu Admissio hujusmodi omni [i] Juris effectu careat. Et [k] quicunq; sic Instituens vel Admittens [l] Jure proprio vel [m] delegato [n] taliter Præsentatum vel †Collatum in [o] obtento per alium Beneficio, [p] ipsius [q] possessore [r] sufficienti auctoritate in [s] foro Ecclesiæ [t] sententialiter primitus non amoto, ab Officio & Beneficio tamdiu noverit se suspensum, donec Beneficii [u] possessori † resarciatur, ut convenit, [x] omne damnum. Et [y] Institutus [z] taliter vel Admissus, si se in occupato per alium Beneficio [a] contra hoc patiatur induci, censeatur [b] intrusus, & pœnas intrusionis in Constitutione *Othoboni*, quæ incipit, [c] *Amoris proprii*, contentas, necnon [d] alias à [e] Canonibus [f] & sanctis Patribus inflictas, ipso facto incurrat. [g] Per præmissa tamen non intendimus [h] Ordinariorum potestati, quin Beneficia ad eorum Collationem spectantia [i] quovismodo de facto [k] occupata, [l] non de jure, conferre poterit, derogare, nec eorum Collationes Beneficiorum [m] admittentes Constitutione hujusmodi coarctare.

† *al.* Collatariũ.

M. S. Æton. add. † priori.

a *Talia.* Sc. eadem pro quibus prosequuntur, ut hic habetur.
b *Perpetuo*, i. e. Quamdiu vixerint. *ff. pro socio. l.* 1.
c *Si verò.* Secunda pars.
d *Contra hæc.* i. e. Contra modum superiùs ordinatum.
e *Occupato.* Supple per alium, qui eidem incumbit de facto, licèt vacet de Jure.
f *Instituatur.* Sive post Collationẽ, sivẽ post Præsentationem, ut hic dicitur, procuratam.
g *Admittatur.* Sc. quãdo præsentatus est, & non fit Collatio.
h *De facto.* Ac si diceret, quia de Jure non valet talis Institutio, vel Collatio. Pro quo dic, ut dixi *suprà. e. ver. primitus amoveri.*
i *Juris effectu.* Est enim *Juris effectus*, ubi fit Institutio & Admissio auctoritabilis in aliquo Beneficio, his, quæ de Jure requiruntur, concurrentibus, quòd taliter institutus virtute institutionis hujusmodi, non solum habeat Jus & Titulum ad ipsum Beneficium, sed etiam in ipso, quamvis adhuc Possessionem non habeat. Pro quo vide notata per *Jo. An. de reg. Jur. c.* 1. *li.* 6. & *Extra. de Instit. c. Auctoritate. per Doctores.* Et pro hoc quod dixi de possessione, vide per Me notata *suprà. de institu. c. item quia. ver. literas Certificatorias.*
k *Quicunque.* Sc. alius ab Ordinario perpetuo & naturali, de quo videbis *infrà. e.* §. *ultimo. ver ordinariorum.*
l *Jure proprio.* Utputà, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. *de concess. præben. c.* 2. Potest namque Institutio, & ad Beneficia Admissio, non solum ad Episcopum, sed etiam ad quamcunq; Personam Ecclesiasticam pertinere, dum tamen illud habeat primo ex concessione Episcopi, & postea tali Titulo prætedente legitimè præscripserit tale Jus, ut patet *Extra. de institu. c. cum venissent.* ubi de hoc per *Host. & Jo. in no.* Possunt etiam *jure proprio* instituere & admittere hi qui ex Privilegio speciali hoc habent, prout notat *Jo. 16. in summa ad finem.* Et *concor. ad hoc* 63. *dist. Adrianus.* 2. Item Capitulum *Jure proprio* hoc facit Sede vacante. *de institu. c.* 1. *li.* 6.
m *Delegato.* Utputà, executor Literarum Apostolicarum. Item hi qui aliàs de Jure, Privilegio, vel Consuetudine instituere non possunt, nisi ex speciali Commissione. *Extra. de institu. c. ex frequentibus. de re judi. cum Berthold.*
n *Taliter.* Sc. procurantem Præsentationem sibi fieri. Vel dic, *taliter*, sc. dum alius est in possessione facti, maximè Titulo colorato.
o *Obtento. Suprà* dixit *occupato.* Sed ex hac dictione (*obtento*) apparet, quòd statuens velit intelligere de tali Beneficio, quod prius obtinuit Canonicè, & sic cum Titulo justo, licet jam forsan de Jure Titulus hujusmodi ex aliqua causa probabili deficiat, tali viz. quæ si esset probata, deberet quoad vacationem Juris legitima reputari, & sic possessio sua non est colorata, secundùm illa quæ notavi *suprà. e. ver. primitus amoveri. vers. sed ecce hic opus.*
p *Ipsius.* Sc. Beneficii.
q *Possessore.* Ex hac etiam dictione apparet, quòd non intelligit de nudo Detentatore, sed de tali cui incumbentia Juris adminiculum, seu saltem Juris color suffragatur: ut aliàs patet in *c. cum nostris. & c. literas. Extra. de concess. præben.*
r *Sufficienti auctoritate.* Sufficiens erit Auctoritas in Ordinario conferente vel admittente, si per ipsum, vel per alium ejus Mandato & nomine fiat Amotio, de qua hic loquitur: ut patet in *c. licet Episcopus. de Præben. li.* 6. cum ibi notatis per Doctores: & idem puto in quolibet, ad quem pertinet talis Collatio vel Admissio Jure suo. *ar. l.* 2. *ff. de Jurisdi. om. judi. de offi. deleg. præterea. & c. prudentiam.* In delegato autem idem etiam puto, si in Delatione sua inseratur illa Clausula, *amoto quolibet illicito Detentore. Extra. de concess. Præben. c. proposuit.* Et dato quòd illa Clausula non inseratur, nihilominus potest incumbentem amovere; quia datâ Jurisdictione dantur omnia sine quibus Jurisdictio explicari non potest. ut in *c. præterea. & c. prudentiam. suprà allc.*
☞
s *Foro Ecclesiæ.* Non ergo in foro Seculari.
t *Sententialiter.* servato sc. Processu legitimo: ita quòd verbalis Amotio, vel etiam realis, absque tali processu non sufficiat.
u *Possessori.* Non dicit *Detentatori*, sed plus intelligit, ut videlicet colorate possideat ratione Tituli colorati præcedentis, ut dixi *suprà. ver. possessore.*
x *Omne damnum.* Supple, quod passus est occasione Admissionis & Institutionis hujusmodi.
y *Et institutus. Vers.*
z *Taliter.* incumbente sc. prius non amoto.
a *Contra hoc. Sc.* statutum.
b *Intrusus.* Ratio est, quia in Instituente vel Admittente defuit potestas; Cui concordat quod legitur & notatur *Extra. de concess. Præben. c. quia diversitatem.* nec valet possessionis adeptio, sine justo Titulo præcedente, ut ibi. Et facit ad idem *de Præben. c. eum qui. li.* 6.
c *Amoris proprii.* Ubi de hoc per *Joh. de Athona*, & in Constitutione *Othonis. ad elidendum. ver. intrudi. & Glossa ultima. per eundem.*
d *Alias.* Sc. intrusionis pœnas.
e *A Canonibus.* In pœna Extraordinaria potes ponere exemplum. *Extra. de excess. Prælatorum. c.* 3. Item ad materiam faciunt notata *de concess. Præben. c. quia diversitatem. per Doctores. & per Inno. de elec. c. dudum. de restit. spo. li. c. in literis. & de elec. c. nihil. glo. fina. per Ber.* & ibi per *Innocen.* sed optimè per *Antonium.* Notatur etiam de hoc *de schismaticis. c.* 1. & ibi per *Innocen. & Jo. in no.* & latè tractatur hæc materia *de Præben. c. eum qui. per Doctores. li.* 6. Item 62. *dist. c.* 1. 63. *di. si per Ordinationem.*
f *Sanctis Patribus.* Qui fuerunt Auctores dictorum Canonum.
g *Per præmissa.* Tertia pars.
h *Ordinariorum.* Sc. Perpetuorum & naturalium, videlicet Episcoporum, qui sunt perpetui & naturales respectu Legatorum Sedis Apostolicæ, qui non sunt perpetui, sed temporales; ut dixi *suprà, vers. primitus amoveri.* & etiam respectu aliorum, qui licèt Ordinarii dicantur, tamen principales Ordinarii non sunt, sed Episcopo subsunt, nisi Privilegio speciali ab eo eximantur.
i *Quovismodo.* Scilicet sive possessio incumbentis sit colorata, sive sit non colorata: & sic ista litera facit contra opinionem *Antonii de Butrio*, de qua dixi *suprà. e. ver. primitus amoveri.* videlicet, quòd ubi possessio incumbentis est colorata; quòd tunc etiam Ordinarius naturalis non potest Beneficium tale conferre, nisi prius cassetur color hujusmodi. Cujus tamen opinioni alii Doctores contradicunt, ut ibi dixi; quibus & ego assentio; nam aliàs non video, in quo differret potestas talis Ordinarii à potestate aliorum, nec aliter posset litera ista salvari, quæ dat Ordinariis liberam potestatem conferendi Beneficia ad eorum Collationem spectantia, ubi occupata sunt de facto, non de Jure.
k *Occupata.* De significatione hujus vocabuli notant *Jo. An. & Archi. de elec. c. generali. ver. occupare. li.* 6. & *e. ti. quia sæpe. ver. occupant. de præscrip. c. fina. ver. occupandum. per eundem.*
l *Non de jure.* Quia veritas Tituli non adest eorum incumbentiæ, licèt colorem habeant, eo quòd auctoritate illius qui eis conferre, vel eos instituere potuit, Beneficium ingressi sunt. *Le jure* tamen non possunt tali Beneficio incumbere, non propter defectum ex parte Conferentis vel Instituentis, sed propter defectum ex parte sua, ratione cujus non possunt *de jure* Beneficium hujusmodi obtinere: ad quod faciunt notata per *Hostien. in summa. ti. de concess. Præben.* §. & *utrum. vers. sed quod dixi.*
m *Admittentes.* Nam sicut Ordinarius liberè potest conferre, sic Collatarius liberè potest Collationem admittere: nec incidet in pœnam positam *suprà. e.* §. *si vero.* induci tamen non potest, nisi juxta formam limitatam in *d. c. licet Episcopus. de Præben. li.* 6.

De rebus Ecclesiæ non alienãdis.

Nullus Proventus Ecclesiasticos cuicunque vendere, impignorare, infeudare de novo, aut quovismodo alie-

a *Ecclc-*

Divisio.

a *Ecclesiarum indemnitatibus.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi, edita in Concilio *Oxon.* primo; & facit quatuor. Primò, ponit Statutum de Rebus Ecclesiarum non alienandis. Secundò ibi, *Si quis*, punit Clericos contrafacientes. Tertiò ibi, *Is quoque*, ordinat poenam contra ementes, nolentes res hujusmodi restituere. Quartò ibi, *Idem etiam*, extendit Statutum ad Prælatos majores.

b *Decanus.* Sc. Ecclesiæ Cathedralis, vel alterius Collegiatæ cujuslibet. Et ex ordine hujus literæ apparet, quòd Decanus sit inferior Archidiacono: & verum est de Jure Communi quoad Jurisdictionalia, & alia, de quibus patet *Extra. de offi. Archipresby. c.* 1. Decanus tamen eo quòd Presbyter, major est Archidiacono in Ordine, ut *no. Ber. d. c.* 1. unde si Archidiaconus esset Presbyter, videretur omnino Decano Præferendus: & hoc fatetur ibi, *Hostien.* nisi de consuetudine † aliud fuerit observatum.

M. S. Æmn. add. † Ecclesiæ.

c *Personatum.* De Personatu, & Dignitate, quomodo differunt dixi *suprà. de concess. Præben. c. ejusmodi. & avaritiæ. ver. dignitates. & glo. seq. de vi. & bone. cle. c.* 1. *ver. dignitatibus.*

d *Clericus inferior.* Utpurà Rector vel Vicarius, aliusve Rerum Ecclesiasticarum Administrator.

e *Possessiones.* i. e. Terras, & Res Ecclesiasticas, sive bona ad Ecclesias pertinentia; quæ ideo *Possessiones* appellantur, quia à viris Ecclesiasticis ad usum & utilitatẽ nomine Ecclesiæ possidentur. 12. *q.* 2. *quicquid*, & circa hoc vide quod scripsi *suprà. de offi. Archid. c.* 1. *ver. possessionibus.* Et per hoc quod dicit, *Possessiones*, dat intelligere propriè de immobilibus. *Extra. e. ti. c. possessiones.* vel ideò ea quæ ad ecclesias pertinẽt *Possessiones* dicuntur; quia in solo usu sunt, non autem in proprietate quoad Clericos. Et sic intelligi potest Textus, *ff. de verb. sig. l. quæstio.* Pro quo vide quod scripsi *suprà. de judiciis. c. item omnes illi. ver. Dominorum.*

f *Reditibus.* Quæ sit differentia inter Fructus & Reditus *no. in c. generali. de elect. li.* 6. *ver. Reditus. per Jo. & Archi.* & quòd Reditus Fundi differt ab Usufructu, habes *ff. de usufruc. leg. l. fundi.*

Consanguinitas inducit suspicionem.

g *Consanguineis.* Sic dictis, quia nati sunt de eodem sanguine, ut fatis colligitur 24. *q.* 3. & 1. & 2. & *c. progeniem. & q.* 5. *c. parentelæ.* Faciunt etiam ad hoc *no. de sponsa. c.* 1. *ver. consanguinitatis. per Archi. li.* 6. Et nota, quòd talis *Consanguinitas* in concessione, vel donatione inducit suspicionem quòd donatio sit vitiosa. 10. *q.* 2. *Episcopus.* 89. *di. decenter.* nam in clandestinis & domesticis donationibus faci e quid fingitur pro negotii qualitate. *C. de dona. l. donatio. §.* 1. & *no. per Ber. Extra. ut Eccle. Benefi. sine di. confer. c. unico. vers. carnalitatem.* Et simile huic habes 12. *q.* 2. *quisquis.*

h *Amicis.* De his legitur *ff. de verb. sig. l. latè culpa. §. amicos.*

Verbo Alienationis quid contineat.

i *Vendere.* Hujus dictionis effectus omnem Alienationem comprehendit. *ff. de statulibe. l. Statuliberi. §. fi. ff. qui. mà. pig. vel Hypo. sol. l. sicut re. §. venditiones.* unde & fructus Vendere, Locare, Arrendare, vel ad firmam dimittere, idem significant. *de re. Eccle. non alie. c.* 1. *ver. venditionei. per Wil. in Cle.*

k *Impignorare. Pignus* propriè locum habet in re mobili. *ff. de verb. sig. l. plebs. §. Lignus.* Impropriè tamen Pignoris datio locum habet in re immobili, ut ibi dicit *glo.* Et sic stat hic inquantum loquitur de Possessionibus non impignorandis, quæ numerantur inter immobilia, ut dixi *suprà. ver. Possessiones.* Quomodo autem differunt *Pignus* & *Hypotheca* legitur & *no. Insti. de actio. §. inter Pignus.*

l *Infeudare.* i. e. In Feudum dare. Sic viz. ut capiens sibi, & successoribus suis, fructus & utilitatem rei in feudum concessæ percipiat Dominio penes concedentem remanente; faciunt *no. per Hostien. in summa de feudis. §.* 1.

m. *De novo.* Antiquum tamen feudum per hoc concedere non prohibetur. *Extra. de feudis. c.* 2. *cum concor. ibi positis in glo. penul. ad finem.* facit ad idem quod legitur & *no.* 24. *q.* 2. *non satis. ff. de itine. actuque priva. l.* 3. *§. reficere.* Nec obstat, si dicas feudum antiquum forsan consolidarum cum proprietate, & sic fore extinctum, cum de natura rei extinctæ sit non revivisc re, ut *l. qui res. §. areã. ff. de solu.* & *c.* 1. *de Jure Patro. li.* 6. & *l. Paulus. ff. de acqui. hære.* Nam in hoc casu attendit r natura rei ad illum usum destinatæ. *ar. ff. de fidejus. l. si Tutor.* & *l. id quod. de dona.* Facit etiam qd *no. in c. literas. de rescrip. in Cle.*

n *Alienare.* Prohibitio ista, de Alienando Possessiones vel Reditus Ecclesiæ strictè intelligendo includit prohibitionem omnis actus, maxime per quem Dominium transfertur. *C. de fundo do. l.* 1. large tamen loquendo, *Alienare* videtur qui rem etiam patitur usucapi, & qui non utendo Jus suũ amittit. *ff. de verbo. sig. l. alienationis. cum sua glo.* Scias tamen, quòd propriè non dicitur Res *alienata*, quamdiu ejus Dominium remanet apud Venditorem, *ff. de verb. sig l. alienatum.* In larga verò significatione, verbo *Alienationis* continetur Conductio, Donatio, Venditio, Permutatio, Emphyteusis, perpetuus Contractus. *Extra. e. ti. c. nulli.* ubi de hoc. Potes etiam circa hoc videre notata *de offi. deleg. c. venerabili. ver. omne genus. C. de rebus alienis non alie. l. sancimus.* Et ad materiam bene facit *glo. in c. cum Apostolica. Extra. de bis quæ fi. à Præla. sine consen. Capi. ver. alienare. per Ber.*

habentes c Personatum, seu Dignitatem, sed nec d Clericus inferior e possessiones vel f reditus Dignitatis vel Ecclesiæ sibi commissæ consanguineis, vel h amicis suis, vel quibuscunque aliis i vendere, k impignorare, l infeudare de m novo, vel quolibet modo n alienare præsumat, nisi o formâ Canonis observatâ. p Si quis autem contra hoc venire præsumpserit; & quod in hac parte præsumptum fuerit, q viribus careat; & præsumptor Dignitate, vel Personatu, vel Ecclesiâ quam sic læsit, per suum Superiorẽ spolietur;

nare contra Canonem præsumat. Præsumptum autem careat viribus, & præsumens Personatũ; nisi alienatum suo impendio restituerit. Is verò qui Ecclesiastica bona per talem usurpationem susceperit, usque ad restitutionem excommunicetur.

Stephanus.

a Ecclesiarum indemnitatibus consulere cupientes, præsentis Concilii auctoritate duximus Statuendum, ut nullus Abbas vel Prior, nullus omnino Archidiaconus vel b Decanus, nec alii

o *Formâ Canonis.* Scil. 12. *q.* 2. *sine exceptione.* licet alii dicant solennitatẽ illius *Auth. Hoc jus porrectum.* de qua habetur 10. *q.* 2. fore servandam. Aliis verò placet, quòd sufficit servare solennitatem secundùm loci Consuetudinem approbatam. Inter quos sunt *Goff. & Alanus in d. c. nulli.* allegant ad hoc *c. si quis. extra. e. ti. Inno.* dicit, quòd standum est Consuetudini illius Ecclesiæ quoad solennitatem cujus res alienantur, dummodo talis Consuetudo non sit gravis Ecclesiæ, ne aliàs contradicere videatur. *de re judi. c. cum causa. Hostiensi* tamen non placet, ut consuetudo aliquid operetur in tollendo solennitates. Pro quo facit *c.* 1. *e. ti. li.* 6. *Jo. An.* dicit, quòd Consuetudo bene potest tollere solennitatem *Auth. Hoc jus porrectum.* quæ solennitas introducta est de Jure Civili. *allegat. de donat. c. pastoralis.* cum ibi notatis. In solennitate verò requisita per *c. sine exceptione.* 12. *q.* 2. non potest operari talis Consuetudo, cum talis Consuetudo foret gravis Ecclesiæ. *Extra. de consue. c.* 1. & *d. c.* 1. *Extra. e. li.* 6. Putat tamen, quòd si Consuetudo aliquid adderet solenitati requisitæ à Jure Communi, & non detraheret, quòd talis Consuetudo valeret, si esset ad utilitatem Ecclesiæ. Allegat notata *de consangui. & affi. c. quod super his.* Et sic sentire videtur *Bart. C. de sacrosan Eccl. Auth. hoc jus porrectum.* Et *Henr. de Bonyco. d. c. nulli. di.* 1. *in fi.*

p *Si quis autem.* Secunda pars.

q *Viribus careat. concor. Extra. e. c. si quis.* ubi apparet, quòd talis Alienatio facta contra Juris prohibitionẽ non tenet, immò est ipso Jure nulla. Sed contra hoc opponitur 12. *q.* 2. *si quæ de rebus*, ubi videtur, quòd talis contractus tenet. Sed dic, quòd illud, quod ibi dicitur *resciss &c.* debet intelligi, sc. quatenus de facto processit, ut ibi notat *Archi. & in simili concor. glo. Ber. Extra. ne se. vi. c.* 1. *ver. sede vacan.* Sed quæro ex quo illud *c. sine exceptione.* 12. *q.* 2. vult in Alienatione rerum Ecclesiæ intervenire tractatum, an illud servari debeat in qualiber Alienatione, per quemcunque fiat? Videtur quòd sic per hanc Constitutionem, quæ generaliter omnes comprehendit, tam Inferiores quàm Superiores: & facit ad idem *c.* 1. *c. tit. li.* 6. Sed ibi notat *Paulus* quòd in Alienatione bonorum Ecclesiasticorum aliorum locorum ab Ecclesiis Cathedralibus non requiritur tractatus, sed solus consensus superioris. Nam ut dicit, *c. sine exceptione.* loquitur solum de bonis Ecclesiæ Cathedralis, in quibus debet præcedere tractatus. Sed *c. Abbatibus.* 12. *q.* 2. & *c. in venditionibus.* 17. *q.* 4. quæ loquuntur in Alienationibus Inferiorum, non loquuntur de tractatu, sed solum de consensu Episcopi. Dicit ergo, quòd quando Episcopus est principalis alienans, tunc requiritur tractatus cum suo Capitulo, ut *d. c.* 1. *c. ti. li.* 6. & 12. *q.* 2. *sine exceptione.* Sed quando Episcopus est auctorizans in facto alterius subditi Inferioris, tunc non requiritur tractatus cum Capitulo suo, sed sufficit consensus Episcopi: & huic sententiæ *concor. notata per Jo. An. in addi. ad Spec. super Rubri. de cleri. agro.* ubi dicit, quòd tractatus in actibus Capituli non requiritur, nisi in casibus à Jure expressis. Et ad hoc facit. Textus in *c.* 2. *e. ti. in prin. li.* 6. Circa hoc vide *Cle.* 1. *e. ti.* quæ loquitur in Alienatione ad tempus non modicum.

Quæstio.

r *Spolietur.* i. e. Ab Administratione suspendatur. Simile habes *Extra. de cle. non resi. c. ex tua.* ubi de hoc in *glo. ver. spoliari.* Vel potes dic re

dicere *sf olicitur*, ut sc. Beneficium suum liberè cedat alteri non expectatâ privationis Sententiâ, secundùm *Hostien.* ibi. Tu dic *spolietur*, i.e. a Beneficio & administratione deponatur. 12. q. 2. *Diaconi. & c. quisquis.* pœna namque malè Alienantis est pœna Depositionis, ut ibi, & *no. d. c. si quis. Extra. e. t. ver. pœnam. & C. de sacrosan. ec. l. jubemus. §. œconomus.*

a *Nisi quod.* Excipit ab eo quod prius dixit, de spoliatione sic Alienantis.

b *Tempus.* Hoc tempus erit arbitrarjum, eo quòd certum tempus non limitatur. *ff. de Jure delib. l. 1. & c. de causis. Extra. de offi. deleg.* & erit tale tempus, infra quod fieri poterit revocatio, de qua hic loquitur. Quod dic, ut notat *Hostien. in summa. Extra. e. ti. §. quæ sit pœna. ver. celerem.*

c *Sine damno.* Simile habes *C. de sacrosan. ec. l. jubemus. §. Oeconomus.* debet enim Res alienata restitui non deteriorata; aliàs enim si deterior redderetur, non videretur reddita. *ff. commodati. l. 3. §. 1. & no. Extra. e. ti. §. quæ sit pœna. per Hostien. in summa.*

Quæstio.

d *Suis sumptibus.* Sed quid si pretium conversum est in utilitatem Ecclesiæ, nunquid Ecclesia teneatur restituere pretium? dic quòd non de rigore Juris, sed de æquitate Canonica sic, ut notat *Paulus in Clem. 1. e. ti.* Et circa hoc vide notata per *Bald. C. de sacrosan. ec. l. jubemus. & per Cy. e. ti. Auth. qui res.*

e *Revocandum.* Et sic in hoc casu licet venire contra factum proprium, contra illud de quo legitur, & *no. in c. diversis fallaciis. Extra. de cleri. conjug.* ubi de hoc per *Bern. Inno. & alios. & de elec. c. nosti. per Henri. nota. etiam per Bart. in l. post mortem. ff. de adop.* Item in hac materia quæ est Brocardica, videlicet quando quis potest venire contra factum proprium, quando non; distingue, aut actus de Jure sortitur effectum, aut non. Si sortiatur effectum, intervehit tamen error, tunc error hujusmodi regulariter revocatur ab eo qui erravit. *ff. de Juris & facti ign. l. error. & l. regula.* Si autem error non intervenit, & actus hujusmodi de Jure tenet, tunc si talis actus de sui natura sit revocabilis, ut ultima Voluntas, Sententia Interlocutoria, & similia; potest quis venire contra factum proprium: ut in Regula Juris, *Quod semel placuit. per Dy. de Reg. Ju.* Si autem actus hujusmodi non sit de sui natura revocabilis, tunc postquam tenuit, non potest quis venire contra, ut *l. sicut. C. de actio. & obli.* Fallit tamen Beneficio minoris ætatis, imbecillitatis, vel alio Juris Beneficio, ut in Titulo de minoribus, *ad Vell. ad Maced. cum similibus.* Secundo casu, quando actus de Jure non sortitur effectum; tunc refert, an quis velit venire contra factum suum agendo, vel excipiendo? Si agendo, tunc aut actus est nullus in favorem tertii; & in hoc casu faciens actum, non potest ad ejus rescissionem de Jure tertii allegare. ut *l. si traditionibus. C. de servo pig. dam.* Si actus non sit nullus in favorem tertii, sed alia ratione; tunc si ille qui fecit actum nullum, vult ipsum rescindere nomine alieno, ut Prælatus nomine Ecclesiæ, bene potest, ut hic, & *Extra. e. c. nulli. & C. de sacrosan. ec. l. jubemus. §. Oeconomus.* Aut vult rescindere nomine suo proprio, & ad suum proprium commodum; tunc si allegaret propriam turpitudinem, nó potest, ut *l. si servus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. cum profiteris. C. de rebo. dona.* Si verò non allegaverit turpitudinem propriam; tunc si actus sit nullus favore Juris Publici, potest venire contra; si autem sit nullus favore ipsius privati, tunc si scienter factum est, non potest venire contra; ut *l. post mortem. ff. de adop.* Si ignoranter, potest: ut *l. 2. C. si adver. rem judi.* Ubi verò aliquis vult venire contra factum suum excipiendo, tunc allegando propriam turpitudinem, non potest, ut *d. §. fi.* Si autem non allegaret propriam turpitudinem, tunc potest, ut in pacto nudo, & similibus, ut *l. Furisgentium. ff. de pactis.* hanc Distinctionem ponit in effectu *Petrus de Anchorano in d. c. diversis fallaciis. vers. 3 opponitur.* Sed adverte ad hoc quod dixi, ubi factum est ipso Jure nullum, facientem tale factum, posse venire contra hujusmodi factum nomine alieno; utputa, Prælatus nomine Ecclesiæ. Hoc intellige verum, quamdiu stat Prælatus, *de elect. c. nosti.* ubi de hoc facit ad idem *12. q. 2. non licet.* secus si sit remotus. *12. q. 2. monemus.* Hoc etiam quod dictum est, Prælatum, dum in Officio manet, posse rescindere factum ab eo de Jure nullum: Intelligas verum in tali Prælato, qui non potest super sic faciendo dispensare, secus in eo qui potest dispensare. Nam talis qui potest dispensare, facit, ut recipiens rem teneat sine pacto, donec revocetur. Et sic sentit *Hostien. d. c. diversis fallaciis.* Et quod dictum est de dispensatione, intelligas quando cum Causæ cognitione expresse dispensat, vel etiam tacitè; utputà, quia cum Causæ cognitione scienter fecit, juxtà notata *Doctor. in c. veniens. de fil. Presby. & de schismaticis. c. 2.* Et faciunt ad hoc notata per *Inno. dicto c. diversis fallaciis.*

f *Is quoque.* Tertia pars.

g *Bona. Suprà* dixit *de Possessionibus & Reditibus*; hic verò largius loquitur, dum dicit *Bona*, quæ designant tam mobilia quàm immobilia, ut notatur in simili per *Archi. de offi. ordi. c. præsenti. ver. bona. li. 6.* Nam sicut bona Ecclesiæ immobilia prohibentur alienari nisi sub certa forma, sic & bona Ecclesiæ mobilia pretiosa. *12. q. 2. gloria Episcopi. & de elect. c. quod sicut. in fi. & de hoc no. per Doctor. Extra. e. t. nulli.* & optimè ibi per *Henricum de Bonyco di. sua prima.* Sed hic quæro, nunquid nomina Debitorũ connumerentur inter mobilia vel immobilia. Est una Glossa quæ dicit, quòd si in Actione veniant immobilia, tunc connumerantur inter immobilia: si in Actione veniant mobilia, tunc numerantur inter mobilia: ita *no. in Auth. de non alie. §. 1. coll. 2.* Alii dicunt, inter quos *Jacob. de Are. ff. de verb. sig. l. inventium.* Et etiam *Oldradus* in quadam quæstione, quæ incipit, *Rex Franciæ dimisit omnia mobilia sua &c.* dicit, quòd nomina Debitorum sunt tertia species de per se. Nam non circumscribuntur loco, utpurà incorporalia. *C. de præscrip. lon. temp. l. ulti.* cum tamen *mobilium*, & *immobilium* appellatio cadat in his quæ loco circumscribuntur. Et hoc puto verum; quando non est necesse, ut nomina Debitorum necessariò cedant alteri speciei: sed quando est necesse, ut cedant alteri speciei, purà, cùm quæritur de Actionis alienatione prohibita, vel permissa secundùm Leges in bonis Minorum, & secundùm Canones in bonis Ecclesiæ; tunc habet locum dicta Distinctio, ut si in Actione continetur quid mobile, inter mobilia computetur, si immobile inter immobilia. Et sic *no. in l. Pupillus. ff. de auctoritate. per Bart. Glo. verò Jo. Au. de re. ec. non alie. c. 2.* quæ incipit; *Nota jurà.* dicit, quòd hujusmodi corporalia connumerantur inter Immobilia. *Petrus tamen de Ancharano in d. c. nulli. ad fi.* tenet quod prius dixi; Et concordat. *Jo. de Imola. in d. c. 2. Extra. e. li. 6.* dicens, quòd sunt species diversæ per se. Ad quod allegat *l. à Divo Pio. ff. de re judi.* Unde si Legata sunt bona immobilia & mobilia, Jura & Actiones non transeunt in Legato, quia non est necesse, quòd ad alterum horum applicetur. Si vero esset necesse, quòd ad alterum horum applicaretur, tunc locum habet *Glo. in Auth. de non alie. §. 1. coll. 2.* ut prædixi; & facit ad hoc *l. si ad resolvendum. C. de prædiis minorum.* Sed quòd Reditus annui computentur inter immobilia, patet *C. de sacrosan. ec. l. jubemus. & in Clem. exivi de de Paradiso. §. cumque annus. de verbo. sig.* Istud autem limitat verum *Fredericus de Senis in Consilio. 14.* quando Reditus hujusmodi annui reservantur ad longum tempus: & ita intelligit *Clem. exivi. præallc.* Sed si relatio fiat ad modicum tempus, tunc non computantur inter immobilia. Unde secundùm eum si legarentur alicui Reditus annui usque ad 6. vel 8. annos, non computarentur inter immobilia. *Alle. ad hoc Clem. 1. e. ti.* ubi Reditus Possessionum æquiparantur immobilibus, quando reservuntur dispositio ad longum tempus, secus si ad breve tempus.

Quæstio.

An quis possit venire contra factum proprium?

h *Receperit.* Supple per modum aliquem, de quo *suprà.*

i *Commonitus.* Regulare enim est, quòd pœnam Excommunicationis, de quâ sequitur, præcedere debet Admonitio. *Extra. de sententia. Excom. c. sacro. cum similibus.*

k *Detinere.* Intelligas si scienter, & malâ fide receperit, etiam pretio non restituto, secus si ignoranter: Nam tunc, cum bona fide hujusmodi percepérit, æquum est, ut sibi restituenti bona per eum detenta restituatur, & pretium per eum solutum. *e. ti. c. ad audientiam.* ubi de hoc per *Bar. & alios*, ex quorum dictis apparet, quòd ubi non servatur solennitas requisita in Alienatione Rei Ecclesiasticæ, tunc eam recipiens censetur malæ fidei possessor. Et hæc vera quoad Personam Alienantis, ubi forsan pretium remanet penes eum. Si verò pretium fuerit conversum in utilitatẽ Ecclesiæ, An debet restitui, vide quæ scripsi *suprà, c. §. proxi. ver. suis sumptibus.*

l *Percellatur.* Non ipso Jure, sed per Sententiam hominis, videlicet Judicis competentis Superioris ipsius Alienantis. Non enim habes intelligere, quòd ipse Alienans rescindens factum suum proprium (ut hic dicitur) erit Judex in Causa sua propria: sed sustinebit Partes Actoris, ut conveniat Possessorem tanquàm Reum coram Judice competenti secundùm *Ab.* qui sic notat in dicto *c. ad Audientiam.* & notatur per *Anto. in c. c.*

m *Absolvendus.* Apparet ergo, quòd licèt talis recipiens monitus restituerit, tamen ex ipsa restitutione non liberatur à dicta Excommunicationis Sententia absque hoc, quòd absolvatur. Et habes simile in *Clem. eos qui. de consangui. & affi.* circa quod vide quod scripsi *suprà. de foro compe. c. 1. ver. satisfecerint.*

n *Idem etiam.* Quarta pars.

o *Majores.* Scilicet quàm sint Abbates, de quibus *suprà. in princi.* & sic ex hoc ista Constitutio extenditur etiam ad Episcopos.

p *Observent.* Intelligas quoad observantiam de non Alienando quovismodo absque solennitate requisita; non tamen quoad pœnam infligendam, de qua præfertur, quia ipsam pœnam in Personis hujusmodi

a *Nisi quod* alienaverit infra b tẽpus à suo Superiore præfixũ, c sine dãno Ecclesiæ suis d sumptibus duxerit e revocandũ. Is f quoq; qui Ecclesiastica g bona h receperit de cætero, & cõmonitus ea præsumpserit i detinere Excommunicationis Sententia k percellatur, donec restituerit ea nullatenus l absolvendus. m Idem etiam Prælati o majores p observent.

jusmodi majorum Prælatorum non renovat: & sic quoad eos hujusmodi pœna habetur pro omissa, prout aliàs faciunt notata *in Cle. 2. de vi. & bone. Cle. in fi.* & ibi per *Fo. in ver. sanctionis.*

a *Et secundùm Canonicas.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & superior, & non dividitur, sed est pars hujus *infrà. de sta. Regula, ut secundùm Canonicas.*

b *Volumus.* Solet dici, quòd in Principe sufficit pro ratione voluntas. *Inſti. de jure natu. §. sed quod principi. ff. ad Trebell. l. quia potestas.* sed si ejus voluntas suffulta sit ratione, magis efficax est, ut notat *Arebi. de sen. excom. c. 1. ver. volumus. li. 6.* Ratio autem sic volentis patebit ex *infrà* dicendis.

c *Religiosarum.* Nota, quòd dicit *Domorum Religiosarum*, non autem *Ecclesiasticarum*, ut per hoc videatur in hoc Statuto includere non solum Loca dedicata, sed etiam non dedicata, dummodo Divino cultui, vel operibus pietatis deputata sint; ut sunt Hospitalia, quocunque nomine vocentur, & alia Loca hujusmodi Ordinario Loci de Fundatione, Jure communi, seu Consuetudine legitimè præscriptâ, subdita & subjecta: de quibus plenius notatur *de rel. do. §. 1. per Hostien. in summa. & c. ti. c. de Xenodochiis. per Lectu.* potest tamen esse, quòd Loca hujusmodi non sint subdita Episcopo, sed forsan alteri, ex Fundatione, Privilegio, vel Præscriptione Canonicâ, ut in *Clem. quia contingit. de rel. do.* In quo casu puto, quòd non habeat locum Constitutio ista, quæ requirit consensum Diœcesani, ut *infrà* patet, sed potius ejus, cujus Jurisdictioni subest talis locus. Luca etiam ad Hospitalitatem tenendam auctoritate Episcopi ordinata, religiosa sunt; *de rel. do. c. ad hæc.*

d *Corrodia.* Quæ alio nomine vocantur *Liberationes* in Constitutione *Othoboni. volentes.*

Stipendiis. e *Stipendia.* Sic dicta à *Stipe*, eò quòd per stipes, i. e. modica æra colligantur, quæ etiam *Tributa* appellantur. *ff. de verb. sig. l. ager. Januensis* dicit, quòd *Stipendium* est idem quod lucrum, pretium, vel fructus laboris: sed proprie dicitur *merces*, quæ datur Militantibus. Sed tamen nota, quòd in dicta Constitutione *Othoboni. volentes*, non fit mentio de hujusmodi stipendiis, sed solum de Liberationibus, quæ alio nomine vocantur *Corrodia*, ut hic, secundùm *Fo. de Atho.* ibi.

f *Non vendant.* Simile habes dicta Constitutione *Othoboni. volentes. & c. ti. c. 1. in Cle.*

g *Gratis concedant. concor. Cle. 1. c. ti.* dum dicit, *quovismodo concedat.* sed inquantum hæc Constitutio prohibet stipendia etiam gratis concedi, opponitur *16. q. 1. possessiones.* ubi patet, quòd Personæ benè meritæ potest Prælatus aliquid causâ Remunerationis dare ad tempus, & optimè facit ad idem *12. q. 2. c. quicunque suffragio.* Solutio. Dic ea quæ hic dicuntur, debere intelligi secundùm ea, ut sc. Personis non benè meritis non concedantur hujusmodi stipendia, ut hic; sed Personis benè meritis sic, ut ibi. Vel dic, quòd inquantum hujusmodi stipendium sonat in Pensionem annuam, vel in Tributum annuum concessum sine rationabili causâ, sic habet locum quod hic dicitur; secus tamen ex causa condignæ Remunerationis, ut ibi. Pro solutione facit *Extra. de syndico. c. unico.* & notatur in dicta *Cle. 1. ver. possessiones. per Wil.* ubi circa hanc materiam videre poteris plures quæstiones, nec debet hoc intelligi de stipendiis consuetis, quæ solent dari Mercenariis & Servientibus; sed de stipendiis præjudicialibus, ut notat ibi *Paulus. ver. possessiones.*

h *In perpetuum.* Etiam usque ad vitam dantis, vel recipientis, ut in dicta *Cle. 1. c. ti.* & facit *ff. pro socio. l. 2.* ubi de hoc. Vel potes intelligere *in perpetuum. i. e.* sine Temporis præfinitione. *ff. de excep. doli. l. pure. §. 1.* Primus tamen intellectus satis convenit Juribus in hac materia loquentibus, ut patet *10. q. 2. perpetua.*

i *Ad tempus.* etiam certum, ut dicit dicta *Cle. 1.*

k *Necessitas.* Ut quia aliàs tali Domui magnum periculum immineret, nisi forsan relevari posset ex pecunia recipienda ex tali Corrodio, vel Stipendio, secundùm *Gest. dicta Cle. 1. super ver. necessitas.* ut quia forsan aliàs perirent Molendina domûs hujusmodi, ut exemplificat ibi *Wil. super eodem ver.*

l *Et Diœcesani.* Hic advertè, quòd in Constitutione *Othoboni. volentes.* non fit mentio de causa necessitatis; nec etiam de consensu Diœcesani; sed simpliciter prohibet hujusmodi Corrodia, vel Liberationes concedi, sub pœna Suspensionis ab Officio, donec eas revocaverint. Sed illa Constitutio differt ab ista, quia loquitur solùm in casu Venditionis; sed illa loquitur etiam in casu gratis Concessionis; illa cum pœna, ista sine pœna. Scias tamen, quòd *Cle. 1. c. ti.* in hujusmodi Alienationibus non requirit consensum Diœcesani, ubi Prælatus vendens habet sub se Conventum; nam tunc sufficit hoc fieri de consensu Conventûs: & hoc verum intelligit ibi *Fr. An.* quoad evitationem pœnæ illius *Cle.* sed quoad validationem contractûs requiritur consensus Episcopi, ut ipse ibi notat, super *ver. non habeat.* Hoc tamen scias, quòd hodie standum esse puto illi *Cle. 1.* etiam quoad concessiones Corrodiorum, de quibus hic loquitur; & etiâ Liberationum, de quibus loquitur Constitutio *Othoboni. volentes.* Nam ut mihi videtur, hujusmodi Corrodia & Liberationes continentur sub verbo (*Jura*) posito in dicta *Cle.* ubi *Paulus* dicit, *jura*, i. e. jus petendi Pensionem & hujusmodi. Et inquantum hic dicit, consensum Diœcesani requirendum; hoc intelligas in non exemptis. In exemptis namque requiritur consensus ejus, cui immediatè subsunt, ut notant *Lotho. dicta Cle. 1. ver. Prælati proprii.*

m *Accedat assensus.* Non ergo sufficit petere ejus assensum, nisi habeatur. Et quæ sit differentia inter Decretum, Auctoritatem, Consensum, & Collaudationem, *no. per Fo. An. c. ti. c. 1. gl. penul. li. 6.*

Sine Diœcesani assensu, & id urgente necessitate, nemo stipendia Ecclesiastica in quemvis ad perpetuum, aut ad tempus conferat.

Idem.

[1] ET secundùm Canonicas Sanctiones, & *infrà.* [b] Volumus, ut Prælati domorum [c] Religiosarum, [d] corrodia vel [e] stipendia Clericis vel Laicis non [f] vendant, nec [g] gratis concedant in [h] perpetuum, vel ad [i] tempus, nisi urgens [k] necessitas exposcat, & [l] Diœcesani [m] accedat assensus.

De Locata & Conducto.

Ecclesiæ ad firmam non dentur, nisi Causâ per Episcopum prius approbatâ.

Stephanus *in Concilio Oxon.*

[n] UT verè videamur, & *infrà.* Statuimus, ut [o] Ecclesiæ [p] certis Personis dedum; hoc intelligas in non exemptis. In exemptis namque requiritur consensus ejus, cui immediatè subsunt, ut notant *Lotho. dicta Cle. 1. ver. Prælati proprii.*

m *Accedat assensus.* Non ergo sufficit petere ejus assensum, nisi habeatur. Et quæ sit differentia inter Decretum, Auctoritatem, Consensum, & Collaudationem, *no. per Fo. An. c. ti. c. 1. gl. penul. li. 6.*

n UT verè. Hæc est Constitutio *Stephani* edita in Concilio *Oxon. 1.* Et non dividitur.

o *Ecclesiæ.* i. e. Fructus ac Proventus ad Ecclesiam pertinentes, & obventiones universaliter; unà cum administratione pertinente ad easdem. Et sic *Ecclesia* hic sumitur non pro Corpore materiali, sed pro Regimine, & Administratione universali Spiritualium & etiam Temporalium Ecclesiæ, & pro Prælatura ejusdem. Quandoque tamen *Ecclesia* in talibus sumitur pro Fructibus & Obventionibus tantum, non autem pro Prælatura, notatur per *Bern. c. quærelam. ver. Ecclesiam. Extra. ne cle. vel mo.* ubi notatur, quòd multis modis sumitur *Ecclesia*, ibi videas; & *infrà* dicam. *Multis modis sumitur Ecclesia.*

p *Certis Personis.* Ut sunt Rectores, Vicarii, & alii qui certam Administrationem in Ecclesiis habent, non in communi, sed nomine proprio, & ipsius Ecclesiæ. *Incertas* verò *Personas* intelligere potes, quando Administratio bonorum Ecclesiæ concernit Corpus aliquod, vel Communitatẽ; utpurà, Capitulum, Conventum, vel Collegium, & sic *certa Persona* dicuntur Personæ singulares, *incertæ* verò *Personæ* dici possunt Personæ plures invicem unum Corpus statuentes. Sed hujc intellectui obstare videtur, id quod notant *Doct. C. de Epis. & Cle. 1. id quod pauperibus.* ubi notant, & habetur ex Textu, quòd legatum relictum pauperibus, non videtur legatum incertis Personis, sed certis. Item si loquamur de Corpore, vel Collegio, non dicetur Persona incerta, sed certa; quia est Persona repræsentata, & vice Personæ fungitur. *ff. de fidejus. l. mortuo.* Et si dicas, quòd ideò pauperes, & hujusmodi Collegia habentur pro Personis certis, sc. ob favorem pietatis, prout sentire videtur *glo. in l. 1. C. de sacrosan. Eccl.* verum est quoad pauperes, non tamen est verum quoad Collegia, quia illa habent Personam certam repræsentatam, ut dicit *Cy. in dicta l. id quod pauperibus.* allegans ad hoc dictam *l. mortuo.* quia Collegium vice Personæ fungitur, ut ibi. Nescio itaque secundùm prædicta, quid velit hic innuere, per hoc quod dicit, *certis Personis*, nisi etiam quòd sub hac limitatione comprehendantur Ecclesiæ deputatæ non solum Personis singularibus, sed etiam Universitatem, vel Collegium facientibus. Sic etiam res *certa* esse dicitur, non solum quæ nomine specifico, sed etiam quæ demonstratione, quæ vice nominis fungitur, insinuatur. *ff. si cer. pe. l. certum.* potest tamen dici, quòd hujusmodi Constitutionis Auctor hic loquitur de Persona prout sumitur propriè, & ex vera significatione vocabuli. Est enim Persona rationalis Creaturæ individua substantia, prout notat *Fo. An. Extra. de concess. præben. c. nulla. ver. sex menses. in Novel. & c. Romana. de senten. excommuni. prope finem, per eundem, li. 6.* Loquitur itaque hic de Persona vera, sed dicta *l. mortuo*, loquitur de Persona ficta & repræsentata. Et regulare est, quòd Statutum maximè pœnale loquens de Persona vera, non extenditur ad Personam repræsentatam. *Extra. de præben. c. grave.* Et quare aliud statuatur de Ecclesiis hujusmodi deputatis Personis singularibus, quàm de his quæ deputantur Collegiis, & sic Personis repræsentatis, est propter Residentiam, quæ magis requiritur in una Persona, quàm in alia. Et sic apparet ex integra in principio, ubi ponitur causa hujus Statuti, scilicet *quia Retributionis Denarius non datur nisi laboranti in vinea Domini; nec vivere debeat de Altari, nisi qui servierit Altari.* *Persona.*

Ecclesia nō cōferātur nisi Personis Ecclesiasticis & dignis, facta debita provisione, Contravenientes autem strictius puniatur.

Johannes Pecchā *apud Lambeth.*

q VEndentes, r *& infrà.* s Ecclesiæ nullis ad Firmam dentur, t nisi Personis putatæ u nulli dentur ad x Firmam, nisi y justa causa subfuerit, & à z suo Episcopo a approbata, ut b tunc c de ejus d cōsensu alicui Personæ e ordinatæ f dentur ad Firmam, g de qua h universaliter i præsumi debeat, quòd k fructus Ecclesiarum in l bonos usus convertat.

a *Nulli.* Et sic nec Clerico nec Laico.

b *Ad firmam.* Hujus vocabuli significatio tendit in contractum Locationis ad modicum tempus, per quam nec transfertur Dominiū utile, nec directum. *Extra. c. c. vestra.*

c *Justa causa.* Utputà, quia Ecclesia vel Prælatus adeò gravatur ære alieno, quòd non nisi per alium possit revelari. quod dic juxta notata per *Hostien. & Jo. An. Extra. de æta. & quali. c. ex ratione.*

d *Suo Episcopo:* Sic ergo potestas Archidiacodi non sufficit. Sed contra hoc opponitur, per id quod habes in Constitutione *Othōnis. cum Laicis.* ubi dicit alternative, quòd Conventio Firmæ debet fieri in præsentia Episcopi, vel Archidiaconi. Unde sufficit, quòd Archidiaconus interfit, licèt Episcopus hoc ignoret. *ar. ad hoc ff. de Reg. Fur. in alternativis. li. 6. Solutio.* Constitutio *Othonis* loquitur in Firmationè conventionis fiendæ, ubi sufficit Archidiaconum esse præsentem, ut ibi. Per hoc tamen non excluditur consensus Episcopi, qui requirit, ut fiat talis Conventio, prout hic dicitur. Unde quando Ecclesia dabitur ad Firmam, primò adhibetur consensus Episcopi, ut hic: postea tamen sufficit, quòd Conventio firmetur in præsentia Archidiaconi, ut ibi.

M.S. Æton. † verisimiliter.

e *Approbatā.* Requiritur itaq; Causæ cognitio per Episcopum fienda antequàm procedatur ad Conventionem Firmæ, sicut aliàs in qualibet Dispensatione fienda requiritur Causæ cognitio, juxta *nota. Dosto. in c. veniens. de fil. Presby. & de schisma. c. 2.* Et ad hoc faciunt per Me aliàs *nota, supra. de tēp. ordi. c. eos qui. ver. dispensatione sufficienti.*

f *Ut tunc.* sc. post approbationē hujusmodi sic factā cum Causæ cognitione, est enim de natura hujus dictionis, *tunc*, ut denotat extremitatem temporis. *ff. de condi. & demon. l. 4.*

g *De ejus.* Sc. Episcopi.

h *Consensu.* In hoc differt ista Constitutio à dicta Constitutione *Othonis cum Laicis*; quia ante omnia requiritur consensus Episcopi, ut hic, licet sufficiat in Firmacione Cōventionis præsentia Archidiaconi, ut ibi. Et nota, quòd dicit *consensu*, non autem Decreto, nec Auctoritate; quæ in quo differant remissi *supra. c. proxi. glo. fi.*

i *Ordinatæ.* Ad minus ergo requiritur Ordo Psalmistatus, viz. prima tonsura, quæ secundùm opinionē multorum dicitur Ordo. Ad quod vide per Me scripta *supra. de vi. & bone. cle. c. 1. ver. ordinis.* Et ex hoc quod hic dicitur, *Personæ ordinatæ*, innuitur, quòd Laico non possunt dari Ecclesiæ ad Firmam, & hoc videtur expressum, *Extra. ne cleri. vel mo. secundùm instituta. in fi.* Circa hoc vide quod dicam *infrà. c. c. proxi. ver. Ecclesiasticis.*

k *Dentur.* i. e. Tradantur. *ff. depos. 1. in prin.* vel *dentur*, i.e. concedātur. *Auth. de æquali. dotis. § penul.* Dicit enim *Jo. de Athon* in Cōstitutione *Othonis. Ecclesias. in prin.* quòd licet *dare* significet Dominiū transferre; tamen per adjunctū, utputà *ad firmam, in feudum; & hujusmodi*, mutatur ejus natura. *all. ff. de Reg. Fu. l. non videntur data. in prin. & in fi. glo. Auth. de fide instru. § si quis igitur. in glo. impropric. coll. 6. Bart. in l. scire debemus. § si à fure. ff. de verb. ob.* dicit, quòd in contractibus & stipulationibus verbū *dare*, regulariter ponitur pro *tradere.*

l *De qua.* Sc. Persona Ordinata.

M.S. Æton. † *Verisimiliter.* † Verisimili.

m *Universaliter.* † i.e. Universali † consideratione sive respectu, viz. primò, & principaliter respectu Regiminis ipsius Ecclesiæ. Secundò, respectu Personæ, cui tradenda est ad firmam, ut sc. sit Persona sufficiens, & ad hoc disposita. Tertiò, respectu Personæ locantis, ut sit sibi fidelis, necessarius & utilis. Respectu etiam Parochianorum, ut sc. inter eos residear; vel saltem eis congruè deserviri faciat. Respectu etiam onerum quæ Ecclesiæ incumbunt solvendorum & subeundorum. Pro quibus vide quod dicam *infrà. super ver. bonos usus.*

Nota latè de materia Præsumptionis.

n *Præsumi debeat.* Nota, quòd non dicit, de qua notum sit, vel certum sit, sed de qua præsumi debeat. Et habes simile in præsentando ad Ordines Sacros, de quo non requiritur ut præsentatus asserat eum dignum, sed quòd reputet eum dignum, inquantum humana fragilitas noscere permittit. *Extra. de servit. in ordi. faci. c. unico.* & nota, quòd ista præsumptio insurgere debet ex aliquibus verisimilibus indiciis, ut *no. ibi glo. ver. gratia.* quia in aliis actibus consimilibus bene & laudabiliter se habuit. Quia si dubitetur qualis sit, tunc in casu quo se non ingerat, potius debet præsumi bonus quàm malus. Si verò aliquid fieri petendo se ingerat, tunc quoad ejus bonitatem, vel idoneitatem naturalem, ubi in præteritum, vel in præsens non apparet de aliqua ejus inhabilitate, debet etiam præsumi potius bonus quàm malus. Ratio est, quia naturaliter quilibet creatur bonus, & ideo præsumitur eandem naturalem bonitatem inesse, non obstante originali peccato, à quo virtute Sacramenti reparatus est, nisi constet post reparationem à peccato, ipsum fuisse malum; quia tunc habet locū Regula quæ dicit, *semel malus, adhuc præsumitur esse malus. de Reg. Fu. li. 6.* Sed si quæratur de bonitate alicujus accidente ad bonitatem naturalē, ita quòd sit annexa bonitati intrinsecæ naturali, tunc de tali bonitate accidentali non præsumitur, ut notat *glo. de elec. c. si forte. & c. quàm sit. li. 6.* Et hoc verū, quādo nullum apparet Testimonium bonitatis illius, vel præsumptio; secus si de illa bonitate appareat aliquid Testimonium, vel aliqua præsumptio: nam tunc præsumitur de tali bonitate, ut patet *d. c. unico. præalle. & hic.* Alia autem est bonitas extrinseca, utputà divitiarum; & tunc, si prius dividas non habuerit, non præsumitur jam dives; quia quilibet nascitur nudus. *Job. 1. 37. di. sicut.* unde talis præsumitur adhuc, nisi probetur vestitus: quia divitiæ tanquàm accidentales, de facili adsunt & absunt, ut in *§ si magistratu. J. 1. ff. de magistra. conve. Auth. ut omnes ob. jud. §. 1. coll. 3.* Hanc materiam latius tractat *Anto. d. c. unico.* Et habetur de materia *de præsump. c. fi.* & dicta Regula Juris, *semel malus. & C. de proba. l. actor. per Cy. & Jaco. de Butrig.*

o *Fructus Ecclesiarum.* Non dicit *Ecclesias*, sed *fructus Ecclesiarum.* & hic intelligo appellatione *Fructuum* contineri omnem utilitatem, & omne commodum ad Ecclesiam pertinens. Pro quo latius vide quod scripsi *supra. de consue. c. nullus rector. ver. fructus.*

p *Bonos usus.* Sc. secundùm qualitatem ipsi Firmæ adhærentem, ut scil. primò, & principaliter deserviatur Ecclesiæ laudabiliter in Divinis. *de elec. licet Canon. li. 6.* secundò, ut solvantur onera ad Ecclesiā pertinentia, de quibus latius dixi *supra. de offic. vica. c. quoniam autem. ver. onera Ecclesiastica.* Tertiò, ut firmam fideliter solvat Locatori, prout inter eos conventum fuerit. *Extra. ne præl. vi. suas. c. querelam.* ubi apparet, quòd conventiones hujusmodi hinc inde sunt servandæ. Quarto, quòd ea quæ ad lucrum suum recipit, circa sumptus suos honestos, & non voluptuosè expendat; non enim est decens, ut bona de Obventionibus Ecclesiarum provenientia, in voluptatibus quovismodo expendantur.

q VEndentes. Hæc est Constitutio *Johannis Peccham* Archiepiscopi *Cantuariensis* edita apud *Lambeth.* Et dividitur in duas Partes. In prima statuit de Ecclesiis non tradendis ad Firmam nisi Personis Ecclesiasticis, & hoc sub certa provisione. In secunda ibi, *Et ut ab hujusmodi*, ordinat de pœna contravenientibus etiam colore imaginato imponenda. *Divisa.*

r *Et infrà.* Sub hac parte decisa approbatur id quod statutum est *supra* in constitutione præcedenti. Et ponit causam prohibitionis Firmarum Ecclesiasticarum; quia per eas pauperes à suis sustentationibus defraudantur.

s *Ecclesiæ.* i. e. Obventiones Ecclesiasticæ integrales cum Prælatura ejusdem, ut dixi *supra. c. proxi. glo. 1.*

t *Nisi personis Ecclesiasticis.* Hic adverte, quòd *Persona Ecclesiastica* dicitur, non solum Persona ordinata ad quæcunque alia ministerio Ecclesiastico deputata. Unde Conversi, Pœnitentes, Templarii, & Hospitalarii, Ministerio Ecclesiastico deputati, dicuntur *Personæ Ecclesiasticæ*; ut *no. Jo. 17. q. 4. c. si quis domum. 12. q. 1. c. duo. glo. 1.* Item quæcunque Personæ Regulares dicuntur *Personæ Ecclesiasticæ. 27. q. 1. ut lex. & no. de inju. c. unico. ver. Ecclesiasticis. per Card. & de elec. sciant cuncti. ver. Ecclesiasticas. per. Jo. li. 6.* Cum itaque hujusmodi *Personarum Ecclesiasticarum* plures sint in statu Laicali & non Clericali, quales sunt Templarii, & Hospitalarii, & multi qui dicuntur Conversi, apparet, quòd talibus Laicis Ecclesiæ possunt tradi ad Firmam. Sed contra hoc opponitur *de c. secundùm instituta. Extra. ne cle. vel mo.* ubi simpliciter statuitur, ne Laicus Ecclesias teneat ad Firmam, non distinguendo, utrum sit Laicus professione & habitu necne. Sed illud puto intelligendum de his, qui sunt merè Laici tam habitu quàm professione. Nam Conversi, & alii prædicti Divino officio mancipati, licèt non sint ordinati, tamen ratione professionis & habitus differunt ab aliis Laicis. Et sic sentire videtur *Henri. in c. decernimus. de judi. ver. de secundo modo subdistinctionis.* Et ad hoc optime facit *c. quamvis. de decimis*, ibi, *in sæculo remanenti &c.* Et hic scire debes secundùm eundem *Henri.* quòd regulariter verum est, quòd Laici non possunt, nec debent tenere Ecclias ad Firmam, ut patet *d. c. secundùm instituta. & Extra. de æta. & qua. c. ex ratione.* & hoc ipse intelligit verum, secundùm *Distinc.* quā facit *Hostien. d. c. ex ratione. & Archi. 89. di. judicatum. ver. committantur.* ubi dicunt, quòd si Ecclesia sit onerata ære alieno, sic quòd non poterit Ministris commodè provideri, nisi habeant revelamē à Laico, tunc si sit Ecclesia Religiosorum, deficiente Religioso, cui prius committi debet, *de re. ec. non alie. c. possessiones.* & in ejus defectu Clerico sæculari. *de reli. do inter quatuor.* quo etiam deficiente, ob magnam necessitatem poterit Episcopus dispensare, ut Ecclesia

Nota qui dicuntur Personæ Ecclesiasticæ.

cleſia committatur Laico per viam Firmæ ad tempus. *Extra. de loca. & conduc. c. veſtra.* Ita tamen qd non Laicus, ſed Clericus nomine Laici adminiſtret ibidem. *ut d. c. ex ratione.* & facit ad idem *de judi. c. ex ſpeciali.* Alioquin, ut Laicus miniſtret, opus eſſet recurrere ad Papam. 2. q. 5. *Mennam.* & 32. *di.* §. *verum*, & *c. ad hæc.* Et idem credit *Archi.* ſi ſit Eccleſia Clericorum Sæcularium. Fatetur tamen *Henri. in loco prælle.* viz. *d. c. decernimus. verſ. aut quæris nunquid poſſunt facere nomine alieno.* quòd Decimas vel alios Reditus Eccleſiæ Laici poſſunt tenere ad Firmam. *ut in d.c. veſtra. extra. eo. ti.* & *concor. Hoſtien.* quoad Decimas. *d. c. ſecundùm prælle. Geß.* verò *in Cle. unica. de exceſ. Præla. ver. ad Firmam.* tenet ſimpliciter, quòd Conceſſio ad Firmam poteſt fieri etiam Laicis per Beneficiatos. *ut in dicto c. veſtra.* & *concor. Wil. ibidem. eo. ver.* Sed eorum Opiniones intelligo veras, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà.* ut viz. Fructus poſſent tenere ad Firmam, non tamen ipſas Eccleſias cum plena Adminiſtratione: & intelligo de plena Adminiſtratione, ſic ut Clericis præſideat Laicus, & dominetur; ſecus tamen ut ſub Clerico ipſius Clerici vices adminiſtret in Temporalibus. Et ſic intelligo *no. per Hoſti. in ſumma. ti. ne Præla. vi. ſuas. ver. ſed & videtur.*

a *Sanctis.* i.e. In Fide puris, & à peccato mundis, & bonis moribus pollentibus. 40. *diſt. nos qui.*

b *Honeſtis.* i.e. His qui honoris ſtatum ſervant, & in quibus nihil reperitur turpitudinis. Faciunt ad hoc notata in Conſtitutione *Othoboni. Cum ſancti. ver. honeſtatis.*

c *Liberè.* i.e. Non obſtante conditione vel ſtatu recipientis talem Firmam, utpurà quia perſona exempta eſſet, vel aliàs adeò potens, qd non poſſit per Epiſcopum coerceri. Et habes ſimile *de offi. ordi. c. Ordinariis locorum. li. 6. ubi de hoc. ver. liberè. per Archi.* & *de offi. deleg. c. cum plures. ver. liberè. per eundem.*

d *Proviſo etiam.* Verſ.

e *Pauperibus Parochianis.* Hic vide quod ſcripſi *ſuprà. de Cler. non reſi. prætereà. ver. pauperum. cum glo. ſeq. et eo. ti. c. in decimis. ver. pauperibus Parochianis.*

f *De Firmis hujuſmodi.* Nota, non dicit, *Eccleſiis hujuſmodi*, nec *de fructibus Eccleſiarum*, ſed *de Firmis* &c. Unde hic nota, quòd *Firma* ponitur pro cenſu annuo Temporali, quem recipere habet Locator à Conductore: & ſic exponitur per *Jo. An. in addi. extra. eo. c. veſtra.* ubi dicit *Hoſtien.* qd licèt cenſus ille conſiſtat in certa pecuniæ Summa, ſive certa quantitate Fructuũ annuatim reddenda, non refert; nam utroq; caſu dicitur eſſe Firma, *cui dicto concor. extra, nè Præla. vi. ſuas. c. querelam.* Alibi *Jo. An.* exponit *Firmas*, i. e. Ficta vel Conductiones: ſic exponit in *c. ſecundù nè Cleri. vel Mo.* Iſta verba, ut mihi videtur, ponderari debent propter portionem, de qua ſequitur, erogandam, ut viz. ſciatur, an ſolvi debeat de cenſu illo quem recipit Locans, vel de lucro forſan proventuro ipſi qui ad Firmam recepit. Et per hanc Literam, quæ dicit hanc portionem fore ſolvendam de hujuſmodi Firmis, inquantum *Firma* ponitur pro cenſu annuo, ut præfertur; videtur quòd debeat ſolvi per Locantem, qui cenſum recipit. Sed ſecundùm aliam expoſitionem, ſc. ut *Firma* ſumatur pro Conductione, videtur quòd debeat ſolvi per Conductorem. Sed *infrà*, Conſtitutione proximâ, videtur quòd debeat ſolvi communiter per utrumque. Mihi videtur in caſu iſto, qd ſolvi debeat ex portione quam recipit Locans, prout aliàs notatur in ſimili *per Jo. de Athona* in Conſtitutione *Othoboni. Indignum. verſ. proventuum.* & eſt ratio, quia largitio Eleemoſynæ inter pauperes principaliter pertinet ad ipſum Curatum, ut ſit erga eos hoſpitalis; ut plenius videre poteris *ſuprà. de Cleri. non reſi. c. prætereà. ver. hoſpitalitatis. et ver. neceſſitati extremæ.* Hoc tamen intelligo verum, in caſu quo dimittens Eccleſiam ſuam ad Firmam, non reſidet in eadem: prout aliàs patet in Conſtitutione, *Prætereà. ſuprà. de Cle. non reſi.* ubi verò Rector vel Prælatus legitimè dimittit Beneficium ſuum ad Firmam, & nihilominus perſonaliter reſidet in eodem; æſtimò qd portio, de qua hic loquitur, non veniet aſſignanda, niſi talis Prælatus ſuper non dando hujuſmodi Eleemoſynas, & de non ſuccurrendo pauperibus Parochianis, fuerit probabiliter ſuſpectus; utputa quia non tenet hoſpitalitatem, ſed alicujus Parochianorum Commenſalis eſt, & omnia quaſi de Firma hujuſmodi proventia conſuevit imburſare, & nihil vel modicum in Eleemoſyna tribuere. Fateor tamen, qd ſi inter Locantem & Firmarium conventum ſit, ut ipſe Firmarius portionem hujuſmodi ſolvat; tunc portio ipſa per ipſum Firmarium veniet eroganda. *Ar. ad hoc. ff. depoſiti. l. 1.* §. *ſi convenerit.*

Eccleſiaſticis, a ſanctis & b honeſtis, quas locorum Epiſcopi c liberè valeant coercere. d Proviſo etiam, ut e pauperibus Parochianis de f Firmis hujuſmodi g pinguis portio h Juri cõſona ſecũdù i arbitriũ Epiſcopi k aſſignetur, l ſub teſtimonio m quatuor fide dignorũ Parochianorum eiſdem n fideliter o eroganda. Et p ut ab hujuſmodi Firmis omnis contractus q imaginarius ſubducatur, r quo in perſonis Clericorũ f falsò ſuppoſitis, vel ſub nomine t Bajulatûs, Eccleſiæ ad Firmam u Laicis concedũtur, x ſacro approbãte Concilio, Ordinamus, ut ſi y quis Clericus in tali z verſutia repertus fuerit, puniatur ſecundùm Statutum ſanctæ memoriæ Domini a *Othoboni*;

g *Pinguis portio.* Secundùm facultates Eccleſiæ, & conſideratâ qualitate & indigentiâ perſonæ Locantis. *de vi. & bone. Cleri. et quoniam. ut ant. et de inſti. c. i. ubi de hoc.* Debet etiam conſiderari numerus & indigentia hujuſmodi pauperum: ad quod faciunt quæ ſcripſi *ſuprà. de Cleri. non reſi. c. prætereà. ver. neceſſitati extremæ.* & *de offic. Vicc. c. quoniam autem. verſ. tenuitatem.*

h *Juri conſona.* Videlicet quarta pars ſecundùm Canones. 12. *q.* 2. *conceſſo.* & *c. quatuor. et c. mos eſt.* Aliàs poterit eſſe ſexta pars, ſecundùm ea quæ leguntur in Conſtitutione *Othoboni. cum ſancti.* §. *ſi qui vero. ex ſuprà. de vi.* & *bo. Cle. c. quamvis.* Vel poterit hæc dictio, *portio*, arbitrari ad quintam partem, juxta ea quæ habes *ſuprà. de vi.* & *bo. Cleri. c. exterior habitu.* Ego autem reputo hanc portionem fore Juri conſonam, ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſuprà. eo. ver. pinguis portio.*

i *Arbitrium Epiſcopi.* Hic vide quæ ſcripſi *ſuprà. de Cleri. non reſi. c. in decimis. ver. arbitrio.*

k *Aſſignetur.* Sic ergo in hoc caſu ſola Aſſignatio pertinet ad Epiſcopum, non autem Diſtributio. Secus tamen eſt in caſu illius Conſtitutionis, *Exterior habitus. ſuprà. de vi. et bone. Cleri.* ut ibi patet.

l *Sub teſtimonio. concor. 12. q. 2. quatuor. ad fi.*

m *Quatuor.* Quare magis *quatuor* quàm plurium, vel paucorum numerus in hoc caſu eligitur, ratio reddi non poteſt, niſi quòd ſic placuit Inſtituenti. Facit ad hoc *l. non omnium. ff. de legibus. ubi de hoc.* Sufficit enim ita ſcriptum eſſe. *ff. quis et à quo. l. proſpexit.*

n *Fideliter.* i.e. Integraliter ſine diminutione, & ſecundùm indigentiam ipſorum pauperum, viz. ut magis indigenti magis detur. *facit in ſimili 12. q. 2. Vulterana. ultra medium.* & *c. conceſſo.*

o *Eroganda.* ſc. Per Locantem, niſi aliter inter ipſum & Conductorem conventum ſit, ut dixi *ſuprà. ver. de Firmis hujuſmodi.*

p *Et ut.* Secunda pars.

q *Imaginarius.* i.e. Fictus ſive ſimulatus, ut ſequitur.

r *Quo.* Scilicet Contractu.

ſ *Falsò ſuppoſitis* Ut quia fingitur Eccleſiam dari ad Firmam Clerico, cùm tamen in veritate aliud agatur, quia traditur Laico, juxta illud quod Metricè dicitur, *Quod non eſt ſimulo, diſſimulaque quod eſt*, & habes ſimile *infrà. c. proxi.* & ad materiam poteris applicare ea quæ leguntur & notantur *C. plus valere quod agitur. per totum. C. ſi quis ſibi vel alteri. l. multum intereſt.* *Verſus.*

t *Bajulatûs.* Quia fingunt Aquæbajulum fore Firmarium, cùm non ſit.

u *Laicis.* Scil. tam Habitu quàm Profeſſione: juxta ea quæ ſcripſi *ſuprà. eo. ver. Eccleſiaſticis.*

x *Sacro approbante.* Verſ.

y *Si quis Clericus.* Sive Sacerdos, ſive Diaconus, ſive Cantor, ſive Lector. *C. de Epiſ. & Cler. Auth. Preſbyteros. 12. q. 1. de perſona.* Item appellatione *Clericorum*, intelliguntur Canonici Sæculares. *Extra. de verb. ſig. c. cum tibi. de privil. c. per exemptionem. li. 6.* Et ſolet dici, quòd appellatione *Clericorum* omnes tam majores quàm minores continentur. *notatur per Bern. de verb. ſig. c. tua. ver. beneficiorum.* Notat tamen *Card. de Cleri. agro. c. 1. li. 6. ver. Epiſcoporum.* quòd hæc dictio, *Clericus*, ex vi verbi non comprehendit Epiſcopum, ſed cum adjuncto ſic, inquantum illud adjunctum poteſt concernere Epiſcopum. Largè tamen loquendo, appellatione *Clericorum* continentur omnes in Eccleſia ad Divinum officium Ordinati. 21. *di. Cleros.* Et à parte ſignificationis hujus vocabuli, *Clericus*, puto quòd etiam comprehendat Religioſos Ordinatos. Ad quod facit *glo. Pauli. in Cle. 1. de vi.* & *bone. Cler. ver. Clericos.* Et qd comprehendantur etiam in caſu iſto, facit optimè Conſtitutio *Johannis Stratford*, quæ ſtatim ſequitur, ibi videas. Adverte tamen, quòd hæc clauſula, *ſi quis Clericus* &c. poteſt intelligi dupliciter: uno modo ſic, *ſi quis Clericus*, ſc. Beneficiatus, Eccleſiam ſuam dans ad Firmam: alio modo ſic, *ſi quis Clericus*, ſupple, conſentiens in perſona ſua talem Contractum imaginarium fieri. Sed primum intellectum puto magis aptum pœnæ contentæ in Conſtitutione *Othoboni*, de qua ſequitur; licèt ſecundùm alium intellectum talis Clericus, propter ſuam verſutiam, veniet per ſuum Ordinarium arbitrariè puniendus.

z *Verſutia.* i.e. Dolo, calliditate, deceptione, fraude, vel malitia. Et habes ſimile *C. de adulte. l. ita nobis. ad fi.*

a *Othoboni.* Supple quod, *indignum*, incipit; & eſt ipſius pœna applicatio tertiæ partis Proventuum ad Firmam dimiſſorum fabricæ Cathedralis Eccleſiæ, ut ibi patet.

a *Grauius.* Secundum circumſtantias aggravantes; nam pœna infligi debet ſecundùm gravitatem delicti. 24.q.1. *non aſſeramus.*

b *Licèt bonæ memoriæ.* Hæc Conſtitutio eſt *Johannis Stratford, Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & habet principaliter duo dicta. In primo ponit Conſtitutionē adjectivā, ſive quædā adjiciendo Conſtitutionibus in materia conſimili præcedentibus. In ſecundo ibi, *Et quia*, ſtatuit illud idē ſervari debere in Religioſis perſonis quoad Beneficia & Portiones eis appropriata & unita.

Diviſio.

c *Et infrà.* Hic decidituꝛ cauſa editionis hujus Statuti, ſc. propter fraudes & diverſa machinamenta adinventa contra Statuta priora, & etiam propter diverſas abſurditates inde ſecutas, ut patet in integra.

d *Provinciali Concilio.* Quæ perſonæ interfuerunt in hoc Concilio, an viz. omnes quarum interfuit quoad validationem hujus Statuti, ignoratur. Hæc dico propter ea quæ hic ſtatuuntur, & ut meliùs advertas quæ *infrà* dicam; nam plura hic ordinata videntur Juri Communi repugnantia. Scire enim debes qd eſt Concilium Generale, Provinciale, & Synodale, de quibus dixi *ſuprà. de conſti. c. exterior habitus. ver. Concilii.* Et verum eſt quòd ad Provinciale Concilium vocandi ſunt Epiſcopi, & non alij de neceſſitate. 18. *di. quoniam quidem. & c. Epiſcopus. & c. placuit.* Si tamen alii veniant, admittendi ſunt, qd dic ut *extrà. de his quæ fi. à Præla. ſine conſen. capi. c. fi.* Vocabuntur etiam alii de quorum factis agitur, vel quia ipſorum conſilium eſt neceſſarium. 63. *di. obeuntibus.* De aliis verò quæ Provincialia Concilia concernunt, potes videre notata *per Inno. & Fo. An. extra. de Præben. c. grave.*

Concilium triplex.

e *Priùs editis.* ſc. *Stephani* in Concilio *Oxon.* de qua *ſuprà. eo. c.* 1. item *Othonis* in Conſtitutione, *Eccleſias*; & Conſtitutione, *cum Laicis*: item *Othoboni*, quæ incipit, *Indignum*; item *Fo. Peccham*, de qua *ſuprà. c. proxi.*

f *Adjiciendo.* Sic ergo nihil mutat nec tollit de Conſtitutionibus priùs editis, ſed eis adjicit, ut hic patet: & verum eſt, qd Conſtitutiones Legatinas non poterit Archiepiſcopus tollere, quia Inferior non poteſt tollere Legem Superioris. *de elec. c. ne Romani. in Cle. et ibi per Fo. An. in ver. ſuperiores. et per Wil. in ver. non poteſt.* Juvare tamen poteſt Inferior Legem Superioris, illi pœnam adjiciendo, ſecundùm *no. per Wil. ibidem. & concor. ibi Paulus ver. non poteſt. et Geſ. eo. ver.*

g *Eccleſiaſticum Beneficium.* In hoc differt iſta Conſtitutio à præcedentibus, quia hæc Conſtitutio loquitur generaliter de quocunq; Beneficio Eccleſiaſtico, ſed Conſtitutiones aliæ loquuntur de Eccleſiis ad Firmam non dimittendis, ut in eis patet. Largior enim eſt ſignificatio *Beneficii* quàm *Eccleſiæ*: poteſt enim eſſe Beneficium, licèt non fuerit Eccleſia. Unde appellatione *Beneficiorum*, Prebendæ & majores Dignitates continentur. *de verb. ſig. c. tua.* Item Canonia, ut *no. Archi. de Præben. c. ſi motu proprio. ver. beneficium.* & circa hoc vide quod dixi *ſuprà. de vi. et bone. Cler. c. exterior habitus. ver. Beneficia Eccleſiaſtica.* Sed quæro, nunquid Beneficium Eccleſiaſticum qd habetur, non ut Beneficium per Inſtitutionem Canonicam, ſed ut Proprietas, comprehendatur ſub hac Conſtitutione ad effectum qd non valeat dimitti ad Firmam, quin incurratur pœna hujus Conſtitutionis? Qd non comprehendatur, faciunt notata *de eo qui mittit in poſſ. cauſa rei ſervan. c. unico. li. 6 ubi de hoc. verſ. vitioſo. per Fo. An. et eo. c. ver. in hoc caſu. per Cardi.* & ſic ſentit *Fo. de Aubona* in Conſtitutione *Othoboni, ind. guū. ver. Eccleſiæ firma.* Sed contra hoc opponitur *infrà. c. §. ſi.* ubi ſtatuit hoc idem ſervari debere quoad Religioſos in Eccleſiis, & portionibus eis appropriatis, ſolve ut ibi dicam.

Quæſtio.

h *Clerico & Laico.* Conſtitutiones priùs editæ diſpoſuerunt tantùm, ne Laico per ſe Eccleſiæ ullo tempore darentur ad Firmam; hic verò diſponit qd idem locum habeat, etiamſi Clericus ſit adjunctus. Sed contra hoc opponitur: nam licèt in Cauſa Spirituali Laicus per ſe non poſſet eſſe Arbiter, nec valeret compromiſſum in eum factum; *Extra. de arbitris. c. contingit.* Compromiſſum tamen in Laicum & Clericum factum bene tenet: ut notat ibi *Bern. in gloſſa.* maximè cùm magis dignum trahat ad ſe minus dignum. *Extra. de con. Eccl. c. quod in dubiis. de Præben. c. ſi is cui. li. 6.* Solutio eſt communis: quia illud locum habet, ubi compromittitur in Clericum & Laicum auctoritate Superioris, ſcil. Judicis, qui potuit de ipſa cauſa cognoſcere, ſive Judex ille fuerit Ordinarius, ſive Delegatus: & in hanc Solutionem concordant ibi quaſi omnes *Doctores.* Nam in Laicum ſolùm compromitti non poſſet in hoc caſu, abſque authoritate Papæ, ut volunt ibi *Doctores, poſt gloſſam.* Et quòd authoritate Superioris poſſit compromitti in Clericum & Laicum, eſt ibi Textus in *c. per tuas. prope fi.* Ex qua Solutione apparet, quòd auctoritate talis Superioris poſſit Beneficium Eccleſiaſticum tradi ad Firmam Clerico & Laico ſimul, non autem Laico per ſe ſolùm. Sed adverte, non videtur omnino æqualis ratio in Compromiſſo ſuper re Spirituali, & in dimiſſione Beneficii Eccleſiaſtici ad Firmam. Nam per Firmam hujuſmodi Laicus poſſet conſequi regimen & ſuperioritatem ſuper Clericos, quod non eſſet decens neque honeſtum, nec ſuper hoc prodeſſet authoritas alicujus niſi Papæ. 2. *q.* 5. *Mennam. cum ſimilibus.* & dixi *ſuprà. eo. c. tendentes. ver. Eccleſiaſticis.* Nec etiam poſſet Laicus in Eccleſia miniſtrare, ut ibi dixi; & hæc eſt finalis cauſa prohibitionis, quare prohibitum eſt, ne Beneficia Eccleſiaſtica dentur Laicis ad Firmam; ut patet in Conſtitutione *Othonis. Eccleſias, &c.* & Conſtitutione, *Cum Laicis.* Quæ cauſa prohibitionis non ceſſat, etiam ubi Clericus tali Laico adjungitur, ut hic. Unde non valet talis Firmæ datio, niſi authoritas Papæ interveniret, ut patet ex præmiſſis. Et ad hoc, quod ubi prohibetur aliquid concedi in perſonam Laici, illud idem non poteſt etiam in perſonam Clerici & Laici conjunctim, faciunt notata *per Hoſtien. in ſumma. de offi. dele. §. cui poſſit. verſ. quid ſi delegetur.* Allegat ad hoc *c. Maſſana. de elect. de conſti. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de immu. Eccl. c. adverſus.* & per eundem etiam in *ſumma. tit. ne Clerici vel Monachi. §. quæ ſunt permiſſa Clericis. ver. ſic & multo magis.* Nec obſtat, ſecundùm eum, qd poteſt compromitti in Clericum & Laicum ſuper re Spirituali, ut prædictum eſt; quia præeſſe Eccleſiæ, & eam regere, & Spiritualia adminiſtrare, major eſt poteſtas, quàm poteſtas Compromiſſoria. Unde non ſequitur, qd ſi à Jure id qd minus eſt conceditur, ergo id quod majus eſt, conceſſum videtur; licèt econtrà bene ſequeretur: ut patet *de decimis. c. tua. & c. ex parte.* Et ſententia Arbitri non per omnia ſententia eſt. ff. *de his qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromiſſo.* & breviter concludit ibi *Hoſtienſis*, qd omnis caſus qui circa hoc à Jure vel Papa non conceditur expreſſim, intelligitur denegatus; quia qd de uno conceditur, de altero denegatur. *Extra. de præſump. c. nonne.* Et nota concorditer ad præmiſſa, qd ubi Contractus conficitur ex duobus, quorum unum reddit ipſum validum, alterum verò ipſum reddit invalidum; inſpici debet id qd nocet, non id qd prodeſt. *ut l. ſi vir uxori. ff. pro donato. ubi de hoc per Bart.* & ad hoc vide notata *l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de dona. inter vi. & uxo. & quod ibi notatur.*

i *Exnunc.* Ex hoc apparet, hanc Conſtitutionem eſſe novi Juris promulgativam, ita qd reſpiceret futura non præterita. Et hic vide quod dixi *ſuprà. de Conſtitutio. c. hujus autem conſilii. verſ. futuris temporibus.*

Inſtrumenti.

k *Inſtrumentis.* Sic dictis quia cauſā inſtruūt. *C. de fi. inſtru. l. in exercendis.* Et quomodo differt *Inſtrumentū* à *Literis*, notatur *per Wil. in Cle. 1. de procu. ver. inſtrumento.* Et qd *Inſtrumenti* appellatione teſtes continentur, habes *extra. de teſtibus cogendis. c. pervenit. ubi de hoc.* Et hic vocat *Inſtrumenta* Literas, quæ fiūt ſuper contractu inito inter contrahentes: & ſolent fieri hujuſmodi Inſtrumenta non ad validationē contractūs, ſed ut contractus per ea citiùs probari poſſit. 25. *q.* 2. *c. poſtea. per Fo. ff. de fide inſtru. l. in re. & l. ſe.*

Quæſtio.

l *Nomen Laici.* Sic ergo ad incurrendam pœnam hujus Conſtitutionis, ſufficit ut in Inſtrumento Conventionis inſeratur nomen Laici, licèt de facto Laicus ſe de Firma hujuſmodi non intromittat. Stabitur namque tali Scripturæ, & ei credendum eſt, maximè contra eos quorum nomine fit; 1. *q.* 7. *ſaluberrimum.* etiamſi privata Scriptura ſit. Et ut eam oſtendant, per cenſuras compelli poſſunt, prout in ſimili legitur *de uſur. c. unico. in Cle. ubi de hoc. per Fo. An. ver. rationum.* & huic ſententiæ *concor. ff. de edendo. l. quædam. §. penul. & ibi in gloſſa. extra. de fide inſtru. c. 2. ff. depo. l. Publia. §. ſi.* Et talis eſt Contractus judicandus qualis apparet ex verbis in Inſtrumento deſcriptis, niſi ex Conventionibus appoſitis aliter præſumatur. *Extra. de pigno. c. illo nos.*

Quæſtio.

Sed quid ſi nomen Laici fuerit Literis ſive Inſtrumentis hujuſmodi inſcriptum, ipſo ignorante? Nunquid vigore talis Inſcriptionis debeat ſibi in aliquo præjudicari? Dic qd non: imò ille qui nomen hujuſmodi inſcribi fecit, tenetur pœnā falſi. Faciunt ad hoc ea quæ legitur & notantur de his *quæ fi. à Præla. ſine conſen. capi. c. quanto. §. abſentium. ubi de hoc in gloſſa.* Et potes intelligere hoc qd dicit hic *de nomine Laici* non apponendo, ſcil. per viam Principalitatis, ſic ut Contractus referatur tam in perſonam Clerici quàm Laici; & tunc

---

Quotiès Eccleſiaſticum Beneficium ſimul Clerico & Laico ad Firmam dimiſſum fuerit, neuter obtineat, nec Fructus recipiat, tam tradens autem quàm recipiens ſic poſthac ad tertiam partem Eccleſiæ rependendam obligentur. Quâ Conſtitutione etiam Religioſi, qui ſe ab ea liberos cenſent, conſimiliter aſtringantur.

& a gravius, ſi Prælati viderint expedire.

Johannes Stratford.

b LIcet bonæ memoriæ, c *& infrà.* Hoc d Provinciali Concilio approbante, Conſtitutionibus e priùs editis f adjiciendo Statuimus, qd quotieſcunque g Eccleſiaſticū Beneficium noſtræ Provinciæ h Clerico & Laico ad Firma i exnunc dimiſſum fuerit, vel k inſtrumentis ſuper hujuſmodi Firmarum dimiſſione confectis l nomen Laici cum

& tunc recidit in idem quòd dictum eſt *ſuprà* in caſu proximo: vel ſic potes intelligere, ut Laicus adjiciatur acceſſoriè, tanquam Fidejuſſor pro Clerico, non tamen ut Adminiſtrator ratione Firmæ hujuſmodi. Quo etiam caſu, inquantum nomen Laici adjicitur in inſtrumento confecto, ſuper dimiſſione talis Firmæ reddit Conventionem inutilem, ut *infra* patet. Et ſic ex his quæ hic dicuntur, habes, quòd utile per inutile vitiatur ratione prohibiti, nedum realiter ſed etiam verbaliter adjuncti: & ſic hæc Prohibitio habet locum non ſolùm in adjectione reali, ſed etiam verbali. Et ratio poteſt eſſe propter annexionem, vel quia unum eſt alteri acceſſorium. Secus tamen eſſet, ſi forent diverſa & ſeparata. ff. *de minoribus. l. etiam.* ff. *de nego. geſt. l. cum actum. & l. at qui natura.* Ad quod etiam faciunt notata *per Inno. de hæreticis. c. fraternitatis. ubi de hoc per ipſum in Gloſſa hoc habet locum.* & facit ad idem *glo. Jo. An. in Clem. 1. de decimis. ver. immiſcentium.* & circa hoc potes videre pro & contrà, & ſolutiones *per Dy. in Regula Juris. utile. li. 6.*

Vile per inutile vitiatur.

Clerici nomine amodo inſeratur, vel Clericum [a] fingatur ſo. e Firmariù cùm non ſit, ſeu ſi Laici [b] fructus, reditus, & proventus dimiſſorũ *Beneficiorũ* ad Firmam [c] ſuo nomine colligant, & eos [d] directè in [e] ſuos uſus convertant, [f] hujuſmodi cõtractus non [g] teneant, nec ex eis aliquis [h] obligetur alteri. Sed [i] ſic exnunc hujuſmodi *Beneficia* [k] tradentes & recipientes ad [l] Firmã [m] partis tertiæ proventuũ [n] *Beneficii* præcipiendo nè fiat, dirigendo præceptum ad perſonas nè contrahant ut hic; tunc non tenet contractus, nec oritur Obligatio Civilis vel Naturalis, nec poteſt accedere Fidejuſſor. *C. quæ res ven. non poſſunt. per totum. de ſacroſan. Eccle. l. jubemus. C. de agri. & cen. l. quemadmodum. l.* 11 .Et quòd tali caſu Obligatio Naturalis non naſcatur, probatur ex *l. eos.* §. 1. ff. *de uſuris. conjuncta l. ſi non ſortem. in prin.* ff. *de condi. indeb.* & hic ſtat *l. non dubium. C. de legi.* Idem etiam dicendum eſt, ſi prohibitio fiat ex parte unius tantùm; nam tunc ei etiam non quæritur Obligatio etiam Naturalis: *ut C. ſi quis alteri vel ſibi. l. fi. ff. de contra. emp. l. non licet.* Et eſt ratio, quia Obligatio Naturalis dicitur de Jure Gentium; ut *l. Stichum.* §. *naturalis.* ff. *de ſolu. & de rc. juris. l. cum amplius. in fi.* Sed de Jure Gentium debemus obedire majoribus. *ut l. veluti.* ff. *de juſti. & jure.* Ille ergo qui contrahit contra præcepta Legum, facit contra Jus Gentium; unde meritò non obligatur etiam naturaliter, ſecundùm *Bart.* qui ſic notat ff. *de fidejuſ. l. cum lex. ver. bis præmiſſis. & vide infrà. glo. proxima.*

a *Fingatur.* Prout dixi *ſuprà. c. proximo. ver. falsò ſuppoſitis.* Eſt enim regulare, qd in contractibus rei veritas potiùs quam id qd fictum eſt, proſpici debet. *C. plus valere quod agitur. l.* 1. & 2. & *per totum. C. ſi quis ſibi vel alteri. l. multum intereſt.*

b *Fructus, reditus, & proventus.* Quæ ſit differentia inter *Fructus & Reditus*, dixi *ſupra. de conſue. c. nullus rector. ver. fructus. Proventùs* verò & *obventionum* nuncupatio generalis eſt, & omnia quæ proveniunt, *Proventùs* nomine nuncupantur. ff. *de uſufru. l. uſufru. legato.* Sic *Obventionum* vocabulum, omnia quæ obveniunt continet. ff. *de verbo. ſign. l. obvenire.* Et faciunt ad hoc notata *per Archid. de offi. ordi. c. præſenti. ver. obvenientia. li. 6.*

c *Suo nomine.* Huic literæ *concor. nota. per Arch. 16. q. 7. in nona. & per Hoſtien. extra. de æta. & quali. c. ex ratione.* Et intelligas, *ſuo nomine*, ut ſcil. tanquam principalis Adminiſtrator Eccleſiæ colligat hujuſmodi Fructus, Reditus, aut Proventus; ut notat *Hoſtien. in loco præalle.* Secus tamen eſt, ſi hoc faciat ut nudus miniſter Clerici; prout notat *Antho. de judi. c. decernimus. verſ. Sed quæritur an poſſent conſtitui proprio nomine.* & faciunt notata *per Hoſtien. in ſumma ſua. extra. ne Prælati vices ſuas. ver. poteſt igitur.*

d *Directè.* ſc. Decimas dum ſunt in campis, vel Oblationes dum ſunt in Eccleſia, & manent ſub nomine Decimarum vel Oblationum colligendo; ſed poſtquam per Clericum recepti & collecti fuerint, & verſa fuerint in Catalla, bene poſſunt Laici per viam emptionis, vel aliàs, hujuſmodi Obventiones de manu Clerici recipere, & ſic indirectè per mediam perſonam: ut notat *Hoſtien. in dicto ver. poteſt igitur. ad quem remiſi ſupra. in fi. glo. præcedentis.*

e *In ſuos uſus.* ſc. Ipſorum Laicorum: ſecus tamen eſt ſi nomine Prælati Eccleſiæ, vel Clerici Firmarii, & ad ipſius uſum Obventiones hujuſmodi colligant vel recipiant, tanquam miniſtri ipſorum Prælatorum vel Firmariorum; ita qd nullam in ea parte habeant Adminiſtrationem in Eccleſia, nec ſuper perſonas Eccleſiaſticas, ut prædixi: & ad ea quæ hic dicuntur, bene facit *c. quamvis. extra. de decimis.* ubi patet, quòd Decimæ, & alia in Eccleſiis obvenientia, non ſunt Laicis concedenda. Et hoc eſt omnino verum ſic intelligendo, ut Obventiones hujuſmodi vel Decimas habeant per viam Tituli, & Jure ſuo. Secus tamen eſt, ſi in Laicum transferatur mera facultas facti, ſcil. perceptionis Fructuum per viam Firmæ. Nam merum facti exercitium ſine Titulo, bene cadit in Laicum: poteſt enim Laicus eſſe Procurator in cauſis Spiritualibus. *de procur. c. 1. li. 6.* & ſic notat *Petrus de Ancho. dicto c. quamvis.* & ad idem facit *l. neceſſario.* §. *fi.* ff. *de peri. & commo. rei ven.* ubi patet, quòd Jus ſibi competens non poteſt quis à ſe totaliter abdicare, & in alterum transferre, ſed bene poteſt commoditatem utendi transferre.

f *Hujuſmodi contractus.* ſc. Superiùs quadrupliciter ſpecificati. Primò videlicet, in dando quodcunque Beneficium Eccleſiaſticum ad Firmam Clerico & Laico ſimul; ſecundò, inſerendo nomen Laici cum nomine Clerici, in inſtrumento hujuſmodi Firmæ conceſſæ; Tertiò, in fingendo Clericum fore Firmarium, cùm non ſit; quartò, ut Laici Proventus Beneficiorum ad Firmam dimiſſorum in ſuos uſus directè convertant.

g *Non teneant.* ſc. Mero Jure, quia tales contractus fiunt contra Juris prohibitionem, & ideo meritò reprobantur: ut in *Reg. Juris. quæ contra. li. 6. C. de legibus. & conſti. l. non dubium. ubi de hoc.* Sic etiam contrahentes non dicuntur habere bonam fidem; ut in *Regula Juris. qui contra jura.* Nec ignorantia Juris in hoc caſu excuſat, ut ibi notat *Dy.* cum quo etiam concordant alii, ut ibi patet: Et hic ſcire debes, qd quando Lex vel Statutum reſiſtit contractui

h *Obligetur.* ſc. Nec Civiliter, nec Naturaliter. ff. *de fidejuſſ. l. ſed ſi ſervi.* Nam verum eſt, quòd ubi Lex vel Statutum reſiſtit Obligationi, tunc nec oritur Civilis nec Naturalis Obligatio. *ut l. ſi non ſortem. in prin.* ff. *de condi. indebi.* & notatur *per Bart. dicta l. ſed ſi ſervi. ver. quæro utrum.* Sed ecce hic habes, quòd talis contractus non tenet, nec ex eo oritur aliqua Obligatio. Quid ergo ſi poſt hujuſmodi contractum de facto initum, Laicus vigore ejuſdem recepit Decimas vel alios Proventus ipſius Beneficii, nunquid tenetur ipſos reſtituere Locanti, vel ipſorum æſtimationem? Videtur quòd non, quia Locanti in hoc caſu non competit Actio, ut hic patet: & cùm hic Contractus hinc inde factus ſit contra Juris prohibitionem, videtur quòd in hoc caſu tanquam in turpi cauſa, melior erit conditio poſſidentis. ff. *de condi. ob turp. cau. l. ſi ob turpem.* Sed hoc non puto verum, quia ſic reportaret lucrum, unde mereretur pœnam, quod eſſe non debet. ff. *de neg. geſt. l. ſive hæredit.* Dic ergo, qd ſic percepta reſtitui debent Officio Judicis, qui declarabit Contractum hujuſmodi non tenuiſſe; & ſic contrahentes fore puniendos in ſolutione tertiæ partis, de qua hic dicit. Nec obſtat, qd dicitur ratione Turpitudinis meliorem eſſe conditionem poſſidentis, quia hoc verum eſſet, quando factum eſt de ſe & per ſe turpe: ſecus, ſi ex ejus aliqua circumſtantia vel qualitate adjecta ſit turpe, ut hic; nam tunc non erit melior conditio poſſidentis, ut patet *extra. de Simo. veniens.* Pro qua materia vide notata *per Card. de teſtibus. c. 1. glo. ulti. li. 6.* *Quæſtio.*

i *Sed ſic.* Verſ. Et dic, *ſic* ut ſupra dictum eſt, viz. Clerico & Laico, vel etiam Clerico cum adjectione nominis Laici, vel fingendo Clericum eſſe Firmarium cùm non ſit, vel ut Laicus ſuo nomine & ad uſus proprios Proventus Eccleſiaſticos colligat.

k *Tradentes.* Completum actum ſignificat, qui in hoc caſu perficitur ex conſenſu contrahentium. Nam in pœnalibus ad effectum incurrendi pœnam, non ſufficit actum fore inchoatum: ſed requiritur completio actûs; ut dixi *ſuprà de poſtula. c. 1. ver. ſicterit.* Et hæc vera intelligas, quando in contrahendo ad validationem Contractûs non requiritur Scriptura. Sed ſi Scriptura requiratur ad validationem contractûs, tunc neceſſe eſt quòd Scriptura illa redigatur in mundum, & figilletur, vel ſaltem ſubſcribatur per Partes contrahentes, ſecundùm conſuetudinem Regionis. Ad quæ vide notata *per Hoſtien. in ſumma. ti. de emp. & vend.* §. *& de quibus rebus. ver. perficitur ergo emptio.*

l *Ad Firmam.* Quæ tendit in contractum Locationis & Conductionis ad modicum tempus: ut dixi *ſuprà. eo. c. 1. ver. ad firmam.* Unde aliàs vendendo & ſic recipiendo Fructus Eccleſiæ ſive Beneficii de anno in annum per parcellas diſtinctas, non committeretur hæc pœna, nec etiam donando, nec alio modo licito eos in Laicum transferendo. Ea idem puto in Obventionibus Altaris, ſi videlicet ad ſtipendium Capellanorum & aliorum Miniſtrorum forſan Laicorum aſſignentur, dummodo per Laicum directè non recipiantur, ut ſuprà dictum eſt.

m *Tertiæ partis.* Simile habes in Conſtitutione *Otthoboni*; *Indignum.*

n *Beneficii ſic dimiſſi.* Hæc litera dat intelligere de Beneficio integrali, non diviſo per partes. Sed Conſtitutio *Otthoboni, Indignum*, ſpecialiùs loquitur, cùm dicit, *tertiâ parte Proventuum hujus rei, quam de facto ad Firmam dare &c.* ut per hoc det intelligere pœnam prædictam habere locum, non ſolùm in integro Beneficio, ſed etiam ejus parte. Sed tu intelligas illam Conſtitutionem ſecundùm materiam ibi ſubjectam, ut videlicet illa Clauſula, *hujus rei, &c.* referatur ad Dignitatem, Officium, Decanatum, Archidiaconatum; Proventus ſpiritualis Juriſdictionis vel ex Pœnitentia, vel

Altari, vel Eccleſiæ Sacramentis provenientes, prout ibi patet in *ver. proinde*: & ſic bene ſtat quòd hæc pœna locum non habet, niſi ubi integrum Beneficium cum plena Adminiſtratione datur ad Firmam. Et ad hoc bene facit Textus illius Conſtitutionis, *Indignum. ver. quæ omnia.* ubi vult eandem pœnam locum habere, cùm Laicis datur Eccleſia ad Firmam, ſic loquendo de Beneficio integrali, ut prædixi.

a *Æſtimationis ipſius.* Sc. tertiæ partis. Et iſtud ponit, ut tollatur dubium de tertia parte Proventuum, in caſu quo Proventus hujuſmodi non extent, ſed conſumpti ſint: in quo caſu oportet recurrere ad æſtimationem. Nam habens rei æſtimationem, rem ipſam habere videtur. *ff. de uſufruct. l. ſi uſufructus legatus eſt.* §.1. Nec debet in hoc caſu tertia pars æſtimari ſecundùm affectionem, *ff. ad l. Aquil. l. Si ſervum.* ſed æſtimari debet ſecundùm Eccleſiæ ſive Beneficii Proventus ſive Reditum. *Ar. ad hoc. ff. de leg. 1. l. ſi fundum, ubi de hoc in glo.* Sed quæro, quomodo debent iſti Proventus æſtimari, an ſc. ſecundùm taxam Beneficii; vel aliàs ſecundùm verum valorem Beneficii, vel ſecundùm Summam pro qua dimittitur ad Firmam? Ex litera hic poſita apparet, qd hæc æſtimatio debet fieri ſecundùm verum valorem, dum dicit, *tertiæ partis Proventuum*; qui quidem Proventus omnia ad Beneficium ſpectantia reſpiciunt, ut dixi *ſuprà. ver. proventus.* Et hoc puto verum, quando integri Proventus traduntur ad Firmam, ut hic, & tunc æſtimatio hujuſmodi Proventuum debet fieri ſecundùm quantitatem & qualitatem fructuum, & rerũ de quibus hujuſmodi Proventus ſurgunt, & ſecundùm conditionem Patriæ, non ſecundùm cujuſq; affectionem, ſed ſecundùm communẽ æſtimationem. Facit ad hoc quod notat *Accurſ. in l. 2. C. de reſcin. ven. juncta l. pretia. ff. ad l. Falci.* ubi etiam de hoc per *Bart.* Et prædicta intelligo vera, quando æſtimatio eſt ſatis certa: ſi verò de ea non conſtet, tunc de mediocri vel minori debet intelligi; ut in *Regula Furis. in pœnis. li. 6. ff. de pœn. l. interpretatione. & no. per Bart. ff. de incen. rui. nau. l. Pedius.* Item quæro, nunquid hæc tertia pars, ſive ejus æſtimatio, debeat conſiderari quoad Proventus unius anni tantùm, vel aliàs omnium annorum, pro quibus forſan Conventio inita eſt, utputà trium, quatuor, vel quinq; vel aliàs ſicut conventum fuerit. *Fo. de Athona*, in Conſtitutione *Othoboni. Indignum. ver. proventuum. in prin.* videtur ſentire, qd hæc pœna ſolvi debeat pro quolibet anno talis dimiſſionis ad Firmam: ratio ſua eſt, quia quolibet anno habentur Proventus. Ad quod allegat ibi Jura, quæ quomodo faciunt ad propoſitum, non bene intelligo. Sed mihi videtur, quòd nec in caſu illius Conſtitutionis, *Indignum.* nec in caſu hujus Conſtitutionis, ſit hæc pœna committenda niſi pro una vice, vel pro uno anno tantùm: ratio eſt, quia ut ibi, & etiam hîc patet, contractus hujuſmodi non tenet, nec exinde oritur aliqua obligatio; & ſic quoad Juris effectum nulli Proventus ex tali contractu obvenire poſſunt Conductori, immo integraliter remanere habent penes Locatorem, qui eſt verus Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ. Injuſtum igitur eſſet, ut Conductor tali pœnâ annuâ afficeretur, cùm nullum commodum ex tali contractu ſit percepturus, ut ſic accedant ea quæ leguntur in *Regula Furis. in pœnis. li. 6.* & ff. *co. ſi. l. ſecundùm naturam.* Sed pro opinione *Fo.* faciunt Jura, quæ volunt, quòd tot ſunt Locationes quot ſunt Anni. ff. *de ſtip. ſervo. l. Si ſervus communis.* §. *cum ſervus fructuarius.* ff. *de annuis leg. l. ſi in annos.* ubi legata in annos ſingulos ſunt plura, & non unum. *& concor. eod. tit. l. cum in annos. C. de Advoca. diverſ. judi. l. poſt duos.* ff. *de ac. emp. l. Si ſterilis.* §. *ſi.* Sed his non obſtantibus, dico, quòd in caſu noſtro una tantùm eſt Locatio, & non plures. Ad quod bene facit *l. Senatus.* §. *ſi ff. de dona. cau. mor.* ſed meliùs ff. *de verb. obli. ſi Stichum.* §. *Stipulatio. ubi de hoc in glo.* optimè verò facit *l. ſi à colono.* ff. *de fidejuſſ.* Et hæ Leges loquuntur in contractibus prout loquitur hæc Conſtitutio. Nec obſtat *l. Si ſervus. prælle.* quæ etiam loquitur in contractu Locationis; quia quando ſtipulans ab initio eſt capax totius obligationis, tunc annua Stipulatio cenſetur una, ut *dicta l. ſi Stichum. & hic.* Secus tamen eſt, quando ſtipulans non eſt ab initio capax totius obligationis; ut in *l. all. in contrarium.* vel dic aliter, & meliùs, quandoque Stipulatio annua ſit per expreſſam numerationem temporum: verbi gratiâ, Loco tibi fructus Eccleſiæ meæ ad quinquennium numerando annos, & ſtipulor à te quòd primo anno ſolvas mihi 20, item ſecundo anno 20, item tertio anno 20, & ſic de cæteris; & verum eſt, quòd in hoc caſu quot ſunt anni tot ſunt Stipulationes: & ſic ſtat *l. pluribus.* §. 1. ff. *de verb. obli.* Quandoque talis Stipulatio ſit abſque numeratione annorum, & tunc videndum eſt, an aliquid implendum ſit per Stipulatorem, an nihil ſit per eum implendum? hoc enim caſu, quando nihil eſt per eum implendum, ſi Stipulatio committi debet omni anno in eventum alicujus conditionis: verbi gratiâ, ſi fuerit in mora, tunc quot ſunt anni tot ſunt Stipulationes: ſic ſtat *l. ubi autem.* §. *penulti.* ff. *de verb. oblig.* Si verò debet committi indiſtinctè ſolo curſu temporis, tunc eſt una pro omni tempore: & ſic ſtat *l. ſi Stichum.* §. *ſtipulatio. præall.* & *dicta l. Senatus.* §. *ſi.* Si verò per Stipulatorem aliquid eſt implendum, tunc ſi illud implendum cohæreat Perſonæ, tot ſunt Stipulationes quot ſunt Anni: & ſic ſtat *dicta l. ſi ſervus communis.* §. *cum ſervus.* ff. *de ſtipu. ſervo.* & *dicta l. ſi ſterilis.* §. *ſi.* & *dicta l. poſt duos. cum ſimilibus.* Si verò illud implendum non cohæreat Perſonæ, tunc eſt una: & ſic ſtat *l. ſi à colono.* ff. *de fidejuſſ.* Unde in caſu noſtro, licèt Locator teneatur ad aliquid implendum, videlicet Conductorem aſſecurare de fructibus, tamen illud implendum perſonæ Locantis non cohæret, *ergo &c.* Præmiſſa notantur per *Bart. in dicto c.* §. *cum ſervus. l. ſi ſervus. ff. de ſtipula. ſervo. ver. opponitur. extra. glo.* & optimè faciunt notata per eundem *c. l. ver. dicitur hic quod initum.*

ſic dimiſſi, vel [a] æſtimationis ipſius, ſi [b] ambo ſint [c] ſolvẽdo [d] cõmuniter; aut [e] tradentẽ tantũ, ſi ſolvendo recipiens non exiſtat, [f] fabricæ [g] Eccleſiæ Cathedralis loci ſolvenda [h] pœna plecti vo-

b *Si ambo.* Scilicet dantes & recipientes.

c *Sint ſolvendo.* Aliàs autem ſufficeret inopia ad excluſionem petentis. *Extra. de ſolu. c. Odardus. cum concor. ibi poſitis. in glo.* Et nota, quòd aliquem eſſe non ſolvendo, probatur ex eo qd oftiatim mendicat ſine fraude, vel quia cedit bonis, ſecundùm *Hoſtien.* quia ſic notat *dicto c. Odardus.* Ego autem puto illum in caſu noſtro dici *non ſolvendo*, cùm conſtat manifeſtè ejus facultates non ſufficere ad ſolutionem ejus rei quæ incumbit, immo eſt impar oneri injuncto. *ff. ſoluto matri. l. ſi conſtante. in prin.* Et ſufficit hoc probari per vulgi opinionem; ut notat *glo. in l. ubi. C. de jure dotium.* ad quod optimè facit *ff. de excuſ. tu. l. pauperes. ubi de hoc.* & potes circa hoc videre notata *per Bart. in dicta l. ſi conſtante.* *Quis dicatur non ſolvendo.*

d *Communiter.* ſc. Pro diviſo, vel pro parte virili. Facit ad hoc ff. *de ſtipul. ſervo. l. ſervus communis. ita & l. ſi ſervus communis.* Quandoq; tamen ſumitur *communiter* pro indiviſo. ff. *de re. eo. qui ſub tute. ſunt. l. magis.* §. *ſi. C. de commu. ſer. ma. per totum.* Et iſta litera videtur ſolvere dubium, de quo quærit *Fo. de Athona.* in Conſtitutione *Othoboni, Indignum. verſ. proventuum.* ubi arguit ad hanc partem, ſc. qd hæc pœna de ſolvendo hanc tertiam partem, inquantum imponitur pro delicto perſonali damnato reſpectu utriuſq; partis, debet levari communiter ab utraque parte: finaliter tamen recedit ab hac opinione, & declinat in illam, qd levari debet ſolùm à Locante; ratio ſua eſt, quia Locans certat de lucro captando, ſed Conductor certat de damno vitando. Alias etiam rationes ibi ponit, quas videre poteris ſi placeat. Sed quicquid ibi dixerit *Fo. de Athona*, hic ſtatuitur contrarium cum quadam adjectione, viz. æſtimationis hujuſmodi tertiæ partis, quæ æquè conſiderare poteſt Conducentem ſicut Locantem, & aliàs ſequeretur delictum ipſius Conducentis remanſurum impunitum, quod tamen eſſe non debet. *ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus.* & optimè ad propoſitum hujus Conſtitutionis facit ff. *de Publicanis. l. ſi multi. & ff. de admi. tu. l. tres tutores. in princi.*

e *Tradentem tantum.* Et ſic quilibet in ſolidum obligatus eſt, & ſaltem Locator, ut hic patet. Ad quod vide quod notatur in ſimili ff. *de publica. dicta l. ſi multi. per Accurſ.*

f *Fabricæ.* Sic ergo non alteri uſui etiam pio; & per quem levari debeat, notat *Fo. de Athona*, in dicta Conſtitutione, *Indignum. ver. fabricæ.*

g *Eccleſiæ Cathedralis.* Quid ſi ſint duæ Eccleſiæ Cathedrales illius loci, prout eſt videre in Eccleſia *Bathon. & Wellen.* item in Eccleſia *Coventren. & Lichfelden.* Puto quòd magis indigenti dabitur, & hoc arbitrabitur Epiſcopus. Ad qd facit *C. de Epiſcop. & Cle. l. ſiquis ad declinandam.* §. *ſin autem ampliores. Authent. de Eccle. tit.* §. *ſiquis in nomine coll. 9.* Et hoc verum, niſi per conjecturas illud conſtare poterit, utputà quia uni earum magis eſt ſubditus, & ad eam magis accedere aſſuetus; & ſic poteſt intelligi quod legitur & notatur *infrà. de teſt. c. Statutum.* §. *penul.* ibi, *cujus erat ſubditus &c.* Quòd ſi hujuſmodi Eccleſiæ æqualiter indigeant, tunc digniori Eccleſiæ dabitur, ſicut aliàs notatur in ſimili de cauſa commiſſa Officiali, ubi ſunt duo Officiales. Et notatur per *Fo. An. in Clem. et ſi principalis. de reſcrip. glo. quid ergo.* & de hoc dixi *ſuprà. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. c. 1. ver. officiales. ver. ſed quid ſi Epiſcopus.* ut ſi in Dignitate æquales ſint, æqualiter debet dividi inter eas. *Ar. ad hoc. C. de Legatis. l. Si Fortidianum. & de ſepult. c. cum quis.* §. *cum ab eo. li. 6.* ubi ad materiam bene notatur per *Doctor.* & ad hoc bene facit ff. *de re jud. l. Paulus. C. ſi plures unà ſen. eadem. ſint. l. 1.* & ſic ſentit *Fo. An. in ſimili. d. c. cum quis de ſepult. li. 6. in Novel.* *Quæritur.*

h *Pœna plecti.* i.e. Puniri; & intelligi, non ipſo Jure, ſed per Sententiam, cum cauſæ cognitione præcedente. Sed contra iſtud opponitur de his quæ leguntur & notantur *extra. de precario. c. 2.* ubi legitur & notatur, qd pœna appoſita contractui invalido non tenet. Unde cùm iſte contractus, ut apparet in Textu, non valeat; per conſequens, ut videtur, nec pœna appoſita valebit. Pro qua materia habes hic *concor. in glo. 2. Solutio.* Illud locum habet

in

An pœna apposita contractui invalido tenet?

in pœna Conventionali, ut ibi patet, quæ deficiente principali, sc. contractu, tenere non potest; ut in *Regula Juris. accessorium. li. 6.* Sed hic loquimur in pœna Legali, quæ principaliter ordinatur ad puniendum taliter contrahentes. Et ideo sublato contractu tanquam invalido, nihilominus de per se stat pœna in se valida. Hæc Solutio confirmatur per dicta *Inno. extra. de pactis. c. plerique.* & per ea quæ notat *Cy. C. de Episcopis & Cle. l. si quis non dicam. ver. 10. contra hoc opponitur.* Sed iterum opponitur. Nam quæ contra Leges sunt, pro infectis habentur. *C. de legi. l. non dubium. & in Regula Juris. quæ contra. li. 6.* Unde cùm iste contractus sit habitus & initus contra Legem, habebitur pro infecto; & sic pœna exinde sequi non poterit, ut videtur. Solutio. Dic quòd habetur pro infecto quoad commodum contrahentium, ut scil. inde nihil recipiant; sed habetur pro facto ad eorum incommodum, ut scil. inde puniantur. Hanc Solutionem ponit *Cy. C. de legibus. dicta l. non dubium. ver. quarto opponitur.* Sed hic quæro. Nunquid ista pœna, videlicet tertiæ partis Proventuum, exacta, stabit contractus in se validus? Et videtur quòd non; imò utraque pœna habebit locum, videlicet pœna nullitatis contractûs, & etiam hæc pœna specialis; sicut aliàs videmus in alienatione rei Ecclesiasticæ factâ, non servatâ formâ Legis. *Extra. de re. Eccl. non alie. c. si quis Presbyterorum. & C. de sacrosan. Eccl. l. jubemus. §. sanè.* Econtrà videtur, quia ubi locum habet pœna specialis & certa, non habet locum pœna generalis pro eodem facto à Lege ordinata. ff. *de pœnis. l. sanctio legum.* Nam Species Generi derogat, ut ibi patet. Unde cùm hic sit una pœna generalis, sc. invalidatio contractûs; item alia specialis, videlicet tertiæ partis Proventuum, videtur, quòd pœnâ speciali exactâ, cessabit prima. Nec est verisimile delictum unum eadem lege variis æstimationibus coerceri, ut ibi dicitur ad finem. Et pro ista parte bene facit sententia quam ponit *Cy. C. de sepul. vio. l. qui sepulchrum.* ubi ponit hanc Theoricam, quòd ubi per eandem Legem introducitur pœna generalis & pœna specialis, tunc verum est quòd Sanctio Legis generalis cessat per specialem. Sed ubi una Lex introducit pœnam generalem, alia Lex introducit specialem, tunc simul concurrunt; ut est videre de pœna *l. non dubium. C. de legibus.* & de pœna *dictæ l. jubemus. §. sanè.* Sed hic eadem Constitutio introducit pœnam generalem, videlicet nullitatem talis contractûs; & etiam hanc pœnam specialem, scilicet solutionem tertiæ partis Proventuum ad fabricam Ecclesiæ, Ergo &c. Circa præmissa, tu dic quòd quandoque pœna generalis, quæ fertur à Lege, est incerta, & talis pœna non refertur ad pœnam specialem specificatam, sive in eadem Lege sive in diversis hoc fiat: & sic stat *d. l. Sanctio legum, secundùm intellectum glo. ibidem.* Quandoque utraque pœna est certa, & ab eadem Constitutione prolata, & tunc etiam pœna generalis non refertur ad specificatam pœnam. Et sic stat *dicta lex Sanctio legum. secundùm intellectû Dyabide.* Quandoq; verò pœna generalis, quæ est certa, infertur à Lege vel Constitutione; sed pœna alia specialis in eadem vel alia Lege vel Constitutione limitatur inferenda ab homine, & tunc utraque habet locum etiam quoad originem, & quoad executionem. Et sic, secundùm hoc, hæc Constitutio, quæ generaliter introducit pœnam nullitatis contractûs hujusmodi ipso Jure, & nihilominus introducit pœnam specialem, scilicet solutionis tertiæ partis Proventuum, quæ per hominem est infligenda, ut prædixi, in utroque casu quoad pœnas hujusmodi est servanda. Et ad hanc Solutionem bene faciunt notata *per Bart. in dicta l. Sanctio legum. parùm post princi.* Vel dic aliter, ubi Lex prohibens aliquid, procedit ultra pœnam imponendo, aut certum est de mente Legis; verbi gratiâ, quòd actus non valeat, & quòd pœna certa infligatur ut hic, tunc stamus certo. Sic stat *dicta l. jubemus. C. de sacrosan. Eccl. & l. 1. C. de sepul. vio.* Aut est dubium de mente Legis; tunc si pœna quæ apponitur, respicit annullationem ipsius actûs, verum est quòd actus ipse est invalidus. Sic stat *lex. Prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de no. o. nunc. & lex, Si verò non remunerandi. §. rei turpis. & lex, Juris Gentium. §. pacta quæ contra. ff. de pact.* Si verò apponatur pœna extrinseca, videlicet talis qui sic fecerit, solvat decem nomine pœnæ, vel aliud hujusmodi; tunc si talis pœna non esset pœna, actu remanente invalido, verum est quòd actus ipse remanebit validus. Sic stat *l. ulti. ff. de divor.* Si autem pœna possit concurrere cum actûs nullitate, tunc si nullitas actûs respicit præjudicium ejus tantùm cui pœna imponitur, verum est quòd actus est nullus: sic stat *l. 1. ff. de his quæ pro non script. haben.* Si verò respiciat alterius præjudicium, tunc non est nullus. *ut l. si mulier. §. fi. ff. de falsis. ff. de Reg. Jur. l. nemo videtur dolo facere. & ibi glossa notabilis.* Præmissa colliguntur ex scriptis *Bart. ff. de no. oper. nunc. l. Prætor ait. §. hoc interdictum. ver. Item nota ex hac lege.*

Generi per Speciem derogatur.

a *Nominis Clerici.* Juncti cum nomine Laici, ut præfertur.

b *Non obstante. Concor. ff. de arbitr. l. Pelius.*

c *Et quia.* Secunda pars.

d *Religiosi.* Strictè intellige pro his qui alicui de Religionibus approbatis professi sunt, cum Habitûs assumptione: licèt quandoque Clerici Sæculares & etiam Laici dicantur *Religiosi*, prout notat *Archid. de hæreti. c. ut officium. ver. religiosus. li. 6.*

e *Et alii.* Etiam non Religiosi.

f *Proprios usus.* sc. Secundùm ea quæ notant Doctores *in c. pastoralis. extra. de privileg.* & circa hoc vide quod dicam *infra. eo. super verb. asserunt non ligari.*

g *Constitutionibus prædictis.* Scilicet de quibus *suprà. eo. c. ver. priùs editis.*

h *Asserunt non ligari.* Et bene, ut videtur, quia Beneficia ipsa tenent non ut Beneficia, sed ut Proprietatem, quorum Cura exercetur per Vicarium perpetuum constitutum in eisdem. Et sic sentire videtur *Jo. de Athona* in Constitutione *Othoboni, indignum, ver. Ecclesiæ sirma.* qui allegat ad hoc notata per Doctores *in c. super eo. extra. de transact.* & *ibi per Ber. glo. 1.* Allegat etiam ad hoc notata *per Wil. in Clem. frequens. de excess. Præla. ver. curam animarum.* & *glo. frequen. juncta glo. ejusdem Wil. in c. 1. de jure Patro. super ver. compelli, in Cle.* Sed hic adverte, ut intelligas quando Beneficium petitur vel tenetur ut Proprietas, & quando petitur vel tenetur ut Beneficium, *Jo. de Athona* in loco prælegato, videtur intelligere Beneficium teneri ut Proprietatem, non autè ut Beneficium, quando non obtinetur per Institutionem Canonicam, nec consideratur Vacatio per mortem Prælati; sed commoditas Fructuum percipiendorum aliquibus conceditur per Superiorem alio, utputa Vicario Curam Animarum ibibi gesturo: ad quod ultrà superiùs allegata remittit ad Decisam *in c. dilecto. extra. de verbo. sig.* Sed mihi videtur, quòd allegata per eum, si bene inspiciantur, non faciunt planè ad hæc quæ allegat. Nam *glo. Bern. in c. super eo. de transact.* intelligit Ecclesiam peti ut Proprietatem, quando duæ Ecclesiæ sive duo Episcopi litigant super aliqua Ecclesia vel aliquibus Ecclesiis, quia alter dicit eas illi subjectas, alter qui possidet hoc negat: & quòd Proprietas Ecclesiæ sumatur respectu Subjectionis potiùs quàm respectu Fructuum, colligitur ex *c. auditis. extra. de præscrip.* & ex *c. auditis. de rest. in integ.* colligitur etiam ex his quæ notat *Innocen. de dona. c. pastoralis. glo. 1.* & sic stat *c. dilecto. de verb. sig. ut patet in integra.* & ad hoc optimè faciunt notata *per Innoc. de privil. c. pastoralis. ver. Episcopali. vers. Item dicimus quòd licèt Ecclesia.* ubi dicit *Inno.* quòd si Ecclesia alicui loco sit concessa, etiam pleno jure intelligitur quòd sit sibi subjecta in Spiritualibus & Temporalibus, non autem ut faciat Fructus suos, nisi concedens ipsos Fructus priùs habuerit: & *conc. ibi Hostien. & Jo. An.* & sic Ecclesia quæ datur in Proprietatem, transit secundùm omne Jus quod habuit Donans; & potest heri talis Donatio etiam Ecclesiâ ipsâ non vacante: ut legitur & notatur *de dona. c. consultationibus.* & insuper quoad Proprietatem Ecclesia potest præscribi, ut patet *in c. cura pastoralis. de jure Patro.* & potest etiam interveniente pacto permutari. *ut in c. quæstiones. extra. de re. permut.* quia talis permutatio est realis, ut ibi dicit *Petrus de Anchora.* Sed pro latiore declaratione præmissorum, & aliorum hanc materiam concernentium, habes scire quòd Ecclesiæ possunt esse Religiosis subjectæ multis de causis, & multis modis, & tamen in ipsis Religiosi ipsi Fructus ad usus proprios non recipient, prout ista materia latiùs tractatur in *c. de Monachis. extra. de Prabend. & c. in Lateranensi. ubi de hoc per Bern. & alios quasi omnes.* Sunt enim quandoque Ecclesiæ eis subditæ ratione Fundationis; in quo casu si in Fundatione ipsi Religiosi Fundatores nihil sibi reservârunt de dominio rerum Ecclesiæ sic fundatæ dotatarum, tunc ipsi Religiosi, quibus ratione Fundationis hujusmodi illa Ecclesia sic est subjecta, in ea à Gubernatore ejusdem tantummodo habent jus exquirendi rationem de Administratione Temporalium, non tamen possunt ea suis usibus appropriare, eò qd bona ipsa in toto sunt in hujusmodi loca translata. Sed si in Fundatione retinuerint Proprietatem hujusmodi bonorum, dominio utili eorundem bonorum ibidem Administraturis & Rectoris solummodo concesso; tunc Prælatus loci Fundantis in loco sic Fundato, si non fuerit Ecclesia Parochialis, potest ad libitum ponere Presbyterum vel Monachum juxta facultates Ecclesiæ unum vel plures, & eum vel eos ad libitum removere. *Extra. de sta. Mo. c. cum ad Monasterium. §. tales. de privileg. c. 1. ad si. li. 6.* Sed talis sic ibi positus debet respondere Episcopo de Spiritualibus, licèt non habeat populum; respondebit enim qualiter celebret, qualiter ornet Ecclesiam, qualiter officiet, & hujusmodi. Ibi etiam providebit Episcopus quomodo ministrabuntur ipsi Presbytero uni vel pluribus

Nota latè de effectu Donationis sive Concessionis in proprios usus.

pluribus, & ſuæ familiæ Eccleſiaſtica Sacramenta. 10. *q.* 1. *c.* 1. *& per totum.* Et hoc verum, maximè ubi talis Eccleſia non eſt fundata in aliqua Parochia, cujus Curatus habeat ibidem Jure ſuo talia miniſtrare: & ſic ſentit *Fo. An. in d. c. de Monachis.* In hoc etiam caſu habes conſiderare, quòd ex parte loci Religioſi fundantis talem Eccleſiam, quæ apud nonnullos vocatur Prioratus, vel Obedientia, Eccleſia ipſa, Prioratus, ſeu Obedientia, habetur & tenetur tanquam Proprietas, non autem tanquam Beneficium. Sed verum eſt, quòd in caſu præmiſſo Præfectus tali Eccleſiæ, ſive Prioratui, aut Obedientiæ, eam tenet non ut Proprietatem ſed ut Beneficium, licèt non fuerit in eadem perpetuò intitulatus. Et hoc ſufficienter probari videtur ex his quæ leguntur & notantur *de ſup. neg. Præla. c. quia Regulares. cum glo. Fo. An. ibidem. ver. revocari. in Cle.* Ex quo etiam apparet, qd ad effectum, ut aliqua ſuſtentatio proveniens ab Eccleſia dicatur Beneficium Eccleſiaſticum, non refert an ſit perpetua, viz. ad mortem recipientis, vel temporalis, ſcil. quamdiu concedenti placuerit; dum tamen recipiente mortuo vel amoto, ſit idem Beneficium alteri pro Beneficio Eccleſiaſtico conferendum. Et hoc verum eſt, ubi Adminiſtratio talis Beneficii concernit Adminiſtrationem Spiritualem, utputà celebrationem Divinorum, miniſtrationem Sacramentorũ & Sacramentaliũ; item exercitium Juriſdictionis Spiritualis, & hujuſmodi: & ſic non obſtant quæ poſui *ſuprà. de cohabi. Cle. & mul. c. ut Clericalis. ver. beneficiati. ver. præterea ſæpe videmus.* ubi potes videre totum proceſſum ibi poſitum. Quandoq; Religioſi fundant Eccleſiam Parochialem quæ habet populum, & tunc nullâ ordinatione propriâ nullove pacto licet eis minuere Jura Epiſcopalia, quin talis Eccleſia ſit ſubjecta Epiſcopo loci Ordinario. *de pactis. c. accepimus.* 10. *q.* 1. *c.* 1. *et* 12. *et c. noverint.* Nec poſſunt †eidem collata ad uſus proprios retinere, quia ſic facerent de ea Prioratum vel Grangiam, & non ſubeſſent Epiſcopo Lege Diœceſana. 16. *q.* 1. *cum pro utilitate. de cenſ. c. ſi.* ſic notat *Fo. An. in dicto c. de Monachis.* Verum tamen eſt, qd in hoc caſu talis Eccleſia eis ſubdita eſt ratione juris Patronatûs, cujus virtute non ſolùm poſſunt ad eam præſentare, ſed etiam exigere rationem de Adminiſtratione Temporalium, ut prædixi. Habent etiam ex hoc jus cuſtodiendi bona Eccleſiæ vacantis. *de off. ordi. cum vos. et de appella. bona. ſecundùm Inno.* Aliquando Religioſi habent Eccleſias ei ſubjectas non ex propria Fundatione, ſed ex alterius donatione ſive conceſſione; & tunc oportet videre qualis eſt Donans. Nam quandoq; contingit qd talis Donatio fit per Laicũ ſine conſenſu Epiſcopi: in quò caſu tranſit in ipſos Religioſos jus Patronatûs quod erat apud Laicum. Nam tale Jus bene poteſt dari Clerico per Laicum ſine conſenſu Epiſcopi. *de jure patron. c.* 1. *li.* 6. Transfertur etiam poteſtas cuſtodiendi & adminiſtrandi bona Eccleſiæ pro tempore vacationis ejuſdem, & etiam exigendi rationem de adminiſtratione Temporalium, ut prædixi; ſed in uſus proprios nihil habebunt de tali Donatione. Et hæc vera, ſecundùm *Anthonium de Butrio*, ſive talis Donatio facta ſit in Fundatione ipſius Eccleſiæ, ſive poſt Fundationem. Nec refert, ſecundùm eum, an Eccleſia ſit conſecrata, vel non. 16. *q.* 2. *in ſumma. ubi de hoc per Fo. An.* Quandoq; Laicus donat Eccleſiam cum conſenſu Epiſcopi; & tunc ſi hoc fiat poſt Eccleſiæ Fundationem completam, non dubium quin tranſeunt ea quæ ad jus Patronatûs pertinent, ut prædixi, juxta *dictum c.* 1. *de jure patro. li.* 6. Et inſuper licèt ipſe Laicus Patronus non poſſet niſi ſolummodo Clericum ad Eccleſiam ipſam præſentare, non autem bona ipſius Eccleſiæ vacantis cuſtodire, & pro tempore vacationis ejuſdem ea adminiſtrare, nec etiam ipſa plena ab ejus Rectore rationem ſuæ Adminiſtrationis in Temporalibus ejuſdem exigere, & per conſequens, illud Jus quod non habuit, transferre non potuit: *ut in Regula. nemo plus Juris. ff. de Reg. Jur.* Tamen Clericus vel Perſona Eccleſiaſtica, quæ in ea habet ex conceſſione Laici Jus Patronatûs, poteſt prædicta exercere non ex poteſtate in eam derivatâ à Laico, ſed ex poteſtate Juris ſupradicta, Patrono Clerico concedentis. De iſto Jure habes *de inſtitu. c. ex frequentibus. de offi. ordi. cum vos. cum ibi notatis. & de privil. cum & plantare. §. in Eccleſiis.* Et ſic intelligenda eſt *glo. Ber. in dicto c. de Monachis.* quæ vult, quòd per Donationem talem tranſeunt in ipſos Religioſos Temporalia Eccleſiæ ſic †donatæ, viz. ut ea habeant mòdo quo prædixi, non autem ut ea habeant in uſus proprios. Et hoc intellige omnino verum, niſi in caſu quo Laicus de facto tenuit ipſam Eccleſiam quoad bona Temporalia in uſus proprios. Nam in hoc caſu, ut detrahantur à tali Laico, ipſa bona ſatis poſſunt per talem Donationem tranſferri in ipſos Religioſos, etiam ut ea habeant in uſus proprios, reſervatâ congruâ portione pro ſuſtentatione Miniſtrorum in hujuſmodi Eccleſia ſervire & miniſtrare debentium. Et iſto modo ſtat *Decretum* 16. *q.* 1. *c. ulti.* & facit *c. cum Apoſtolica. de his quæ fi. à Præla. ſine conſen. capitu.* Et idem intelligit *Anthonius*, quando à principio Laicus fundat Eccleſiam, tribuendo ei bona Temporalia, & eam ſtatim ſubjicit loco Religioſo de conſenſu Epiſcopi; nam tunc poſſunt hujuſmodi Temporalia in ipſorum uſus converti, ſervatâ congruâ portione Miniſtris ipſius Eccleſiæ, ut prædixi. Quandoque Religioſi obtinent Eccleſiam ex conceſſione Epiſcopi. Et ſi talis conceſſio fiat Religioſis exemptis, vel alteri perſonæ non ſubjectæ, cum illa clauſula, *pleno jure*; tunc ſi Donatio hujuſmodi ſit facta Epiſcopo rite, & ſecundùm Canonicas Sanctiones, ſic quòd Donatio teneat: omnia Jura cenſentur in ipſum tranſlata, nullo Jure excepto, ſecundùm *Inno. in c. paſtoralis. de dona.* Ratio eſt, quia Epiſcopus, cui fit Donatio, eſt capax omnium hujuſmodi Jurium. Si verò hujuſmodi Donatio fiat, Monaſterio exempto cum omnibus Capellis; tunc ſi Eccleſia Donata non habet populum, omnia Jura etiam Epiſcopalia videntur Donata, quorum Prælatus illius Monaſterii eſt capax: ad quod faciunt notata *per Fo. 16. q. 2. c. viſis.* & *per Inno. dicto c. paſtoralis.* In hoc tamen caſu tranſlata non eſt poteſtas deponendi vel ſuſpendendi perpetuò: ratio eſt, ſecundùm *Anthonium*, quia Prælatus talis Monaſterii non eſt hujus rei capax. Dicit tamen, quòd credit Epiſcopum Donantem hæc à ſe abdicâſſe. Unde in caſu quo imminet caſus talis Depoſitionis vel Suſpenſionis perpetuæ, primò eſt recurſus habendus ad Epiſcopum, ſecundùm quoſdam. Et ſic ſentire videtur *glo. in dicto §. in Eccleſiis. Innocen.* tamen dicit, quòd in tali caſu habebitur recurſus ad Papam, qui eſt immediatus Superior Exemptorum. Et ſic intelligit *Anthonius & Innocen. de privil. ex ore. in Gloſſa magna. circa medium.* Si verò Eccleſia ſic Donata habet populum, tunc Epiſcopo remanent omnia Jura Epiſcopalia quoad populum. Quia licèt Eccleſia ſit exempta, tamen Populus non eſt exemptus. *de privil. recepimus.* Unde miniſtrabit Sacramenta, Chriſmabit in fronte, & hujuſmodi, quæ non poteſt Prælatus Monaſterii. *de conſe. Eccl. vel. Alta. c. aqua.* Inſtituet etiam Sacerdotem quoad Curam ſuper populum; ut notat *Hoſtien. d. §. in Eccleſiis.* Habebit etiam Juriſdictionem ſuper populum, & ſic viſitabit & inquiret quomodo Curatus miniſtrat Sacramenta populo; nam de iſtis Sacerdos Curatus reſpondebit Epiſcopo: ſed quomodo regat Eccleſiam, & de ſpectantibus ad eam, reſpondebit Monaſterio, ſecundùm *Hoſtien. in loco præall.* Quandoque Epiſcopus donat Eccleſiam pleno Jure, Monaſterio exempto; non quoad Capellas, ſed quoad corpus Monaſterii tantùm, & tunc idem dic per omnia ut dicam quando talis Donatio fit, loco non exempto. Nam in hoc caſu etiam Monaſteria hujuſmodi ſubdita ſunt Epiſcopo quoad Capellas, quæ non ſunt exemptæ. Ubi ergo talis Donatio fit, Monaſterio non exempto, cum clauſula, *pleno Jure*, tunc quia omnia Jura Eccleſiæ ſunt in diſpoſitione Epiſcopi, hinc eſt quòd in tali conceſſione tranſeunt omnia Jura hujuſmodi tam Spiritualia quàm Temporalia. *notatur per Fo. 16. q. 2. c. viſis.* Et ſic Monaſterium hujuſmodi poteſt bona Eccleſiæ taliter Donatæ vertere in uſus proprios, reſervatâ tamen congruâ ſuſtentatione pro Miniſtris, ſecundùm morem antiquum ipſius Eccleſiæ; ut videlicet nullus Miniſter in Eccleſia ab antiquo poſitus & †viſitatus diminuatur, ſed numerus Miniſtrorum in ſtatu antiquo conſervetur: & ſi aliquid ultra eorum congruam ſuſtentationem ſuperſit, illud cedat in proprios uſus ipſorum Religioſorum. Scias tamen in hoc caſu, qd eorum quæ ſunt Epiſcopalis Ordinis, nil per talem Donationem transfertur, ſecundùm *Inno.* qui ſic notat *de dona. c. paſtoralis.* Nec poſſent tales Religioſi talia recipere à quo mallent Epiſcopo, ſed à proprio ea recipient; niſi aliàs ſuper hoc fuerint Privilegiati, aut Præſcriptione muniti. *de præſcrip. veniens.* Inſtituere autem & deſtituere authorizabiliter non poteſt talis Prælatus, virtute talis Donationis; quia talem poteſtatem, ſcilicet committendi Curam, vel deponendi à Cura, non poſſunt Religioſi habere nomine proprio, ſed tanquam Vicarii & vices gerentes Epiſcopi, ex cujus Commiſſione poſſunt hoc facere: & ſi malè in hac parte ſe habuerint, poteſt Epiſcopus eis talem poteſtatem tollere, & eam revocare. *de accuſa. qualiter & quando. l.* 2. Viſitatio etiam in hoc caſu reſervatur Epiſcopo, maximè Prælato ipſius Monaſterii negligente, ſecundùm quoſdam. Sed ru dic, quòd non ſolùm talis Prælatus Eccleſiam ipſam poteſt Viſitare, ſed etiam Epiſcopus. Unde ſi ambo concurrant, præferri debet Epiſcopus, per notata *Doct. de offi. ordi. c. paſtoralis. & c. quanto. & c. cum ab Eccleſiarum.* Poteſtas autem Deponendi vel Suſpendendi perpetuò, non tranſit per talem Donationem. Facit ad hoc 16. *q.* 2. *viſis per quod. c.* ſic tenet *Hoſtien. de Præben. c. de Monachis.* & clarè notatur per *Bern. de privil. c. cum & plantare. §. in Eccleſiis. ver. pleno jure.* Per hanc ergo clauſulam, *pleno jure*, non tranſfertur poteſtas cognoſcendi in cauſis Criminalibus, ut patet in *dicto c. viſis.* ubi dicitur, Placula Sacerdotum per Epiſcopos audiantur. Putat tamen *Anthonius*, quòd leves correctiones & jurgia levia audire & expedire poſſit talis Prælatus. *Arg. de offi. Archid. c. ad hæc.* & ſic ſtat *glo. Fo. 16. q.* 2. *viſis.* Poteſt tamen ut Vicarius Epiſcopi Sacerdotem malè adminiſtrantem punire, & etiam ab Eccleſia removere. Et ſi circa hoc ambo concurrant, Epiſcopus debet præferri, ut prædixi. Ea etiam quæ ſunt præeminentiæ Epiſcopalis, in tali conceſſione non tranſeunt; unde nec Cathedraticum, nec Canonica portio, ſecundùm *Hoſtien. de donatio. c. paſtoralis.* Ubi verò talis Eccleſia conceditur alteri perſonæ ſubjectæ, utputà Archidiacono, vel Archipresbytero,

† *MS. Æton.* bona.

† *MS. Æton.* uſitatus.

† *al.* dotatæ.

presbytero; tunc ea solùm transeunt, quæ comperunt Officio ejus cui conceditur. De quibus habetur *de offi. Archid. per totum.* & *de offic. Archipresbyt. c. 1.* Ad quod etiam faciunt notata per *Doctores. in dicto c. pastoralis.* Habemus etiam attendere, quòd Episcopus quandoque donat Ecclesiam quoad Temporalia tantùm: in quò casu viderur quibusdam, quòd Donatarii possunt illa Temporalia suis propriis usibus applicare, reservatâ tamen congruâ portione Presbytero in Ecclesia ministraturo. Et sic sentire videtur *glo. in dicto §. in Ecclesiis.* Hic tamen adverte, quòd in hoc casu tria Jura ipsis Religiosis acquiruntur. Primum est potestas præsentandi Rectorem, ut ibidem instituatur. Secundùm est, quia per hoc habent potestatem inquirendi de vita Clericorum, & statu Ecclesiæ, scilicet an Bona sint male alienata vel malè gubernata; item qualiter gubernentur Possessiones, & si aliquid corrigendum reperiatur, debent nuntiare Episcopo. 16. *q. 7. filiis & nepotibus. de statu Monacho. c. penul. & fi. secundùm Hostien. super dicto §. in Ecclesiis.* Tertium est, quia habebunt custodiam Ecclesiæ talis vacantis, ut prædixi; non tamen facient fructus suos virtute talis Donationis. Et hoc verum est, intelligendo de his de quibus Clerici debent sustentari. Consequenter etiam tales ex hujusmodi Donatione, quod si contingat collectam imponi, Ecclesia tali modo subjecta potiùs debet eis conferre quàm Episcopo: non autem possunt ex tali Donatione instituere vel destituere. *de capel. Mo. c. 1.* Advertendum est etiam, quòd quandoque Episcopus donat Monasterio Ecclesiam simpliciter, nec addendo *pleno Jure*, nec exprimendo *quoad Temporalia*; & in hoc casu sunt diversæ Opiniones: sed tu recurre ad *c. pastoralis. de dona.* Nam si Episcopus aliqua habet ibi Temporalia, illa tantùm transeunt, utputà certa portio fructuum, vel Possessionum, non autem Decimarum, secundùm *Inno.* Si nulla talia habet, sed Spiritualia tantùm, illa videtur donare, utputà quartam Decimarum & Oblationum, & similia, quæ sunt *Spirituales Reditus. 10. q. 1. antiquos.* Quòd si nulla talia in ipsa Ecclesia habet, tunc omnes Proventus Ecclesiæ donâsse videtur, ut possint in usus propios retinere, salvâ semper portione Rectoris Ecclesiæ, quæ non potest minui per talem Donationem; nec per hanc concessionem transfertur potestas instituendi vel destituendi, immo Institutio sive Rectoris sive Vicarii fiet per Episcopum. *de Præben. extirpanda. de privile. pastoralis.* Et sic ubi Episcopus aliquid habet in Ecclesia, talis simplex Donatio operabitur quanto minus potest, quia est præjudicialis Episcopo & Successoribus suis. Quandoque Episcopus concedit Ecclesiam in usus proprios ipsorum Religiosorum, & tunc dic quòd per istam clausulam datur intelligi, quòd si talis Ecclesia populum non habeat, nec est Collegiata, tunc Religiosi ipsi sine Episcopo ponent ibi aliquem Vicarium, & revocabunt ad libitum. Sic stat *c. consultationibus. de dona.* Et Monasterium intelligitur Prælatus talis Ecclesiæ, & illa Ecclesia intelligitur locus privatus, vel Administratio, vel Grangia Monasterii. *de consuma. utili vel inutili. c. per ea. de censi. c. fi.* Per quam dicit *Hostien.* qd nec Procurationem habebit Episcopus ibi; debent tamen Religiosi Ecclesiam ipsam conservare in suo statu, ut scil. ibi sint tot Clerici numero quot esse consueverant, licèt non sint perpetui, quia Cultus Divinus per talem Donationem minui non debet. *de consti. c. fi. nec Status Ecclesiarum &c. de sup. ne. Prala. c. 2.* Item Sacerdos ibi existens respondebit Episcopo de Spiritualibus, & ipsi Religiosi omne id quod obvenit ultra vitæ necessaria ipsorum Clericorum, de Reditibus ipsius Ecclesiæ convertere possunt in usus proprios, secundùm *Inno. de Præben. c. in Lateranensi.* Nec possunt Religiosi ipsos Clericos expellere, nisi subsit justa causa, putà paupertas ipsorum Religiosorum. 93. *di. Diaconi.* vel quia hujusmodi Clerici sunt viciosi & incorrigibiles, ut scil. tunc justi comedant labores impiorum. *nè Cleri. vel Mona. c. relatum. secundùm Hostien. in dicto c. in Lateranensi.* Si verò talis Ecclesia non Curata fuerit Collegiata, tunc Religiosi non possunt eos expellere sine magna causa. *de statu Mona. c. 2.* Sed debent esse perpetui; & si delinquant, non punientur per Abbatem, sed Abbas contra eos inquiret, & referet Episcopo. *de offi. Archid. c. 1. secundùm Inno. in dicto c. in Lateranens. Hostiensis* tamen ibi dicit, qd sola denuntiatio in hoc casu pertinet ad Abbatem sine exercitio Jurisdictionis, & hoc puto verius. Ubi autem talis Ecclesia est Parochialis & Curata, tunc, nisi aliud dictum sit, necesse habet Abbas ibi ponere Rectorem vel Vicarium perpetuum, qui sine authoritate Episcopi amoveri non debet. *de sup. ne. Prala. c. 2. de Præben. extirpanda. de privil. pastoralis. ubi de hoc.* Hæc *Glossa* sumpta est ex dictis Petri *de Ancharano* & *Antonii de Butrio in dicto c. de Monachis.* & colligitur ex notatis *Doct. in dicto c. de Monachis. & c. in Lateranensi. de Præben. in c. consultationibus. & c. pastoralis. de dona. in c. cum & plantare. §. in Ecclesiis. & c. pastoralis. de privil.* Hic tamen ultra præmissa habes scire, quòd, sicut ex prædictis patet, ubi Ecclesia tenetur ut Proprietos, non semper importat receptionem Fructuum in proprios usus, sed potiùs subjectionem; ùnâ consideratione vel alia, quæ potest colligi ex præmissis. Sic etiam stat *c. cum generalis. de excep.* Nec video quòd per Concessionem vel Appropriationem Ecclesiæ factam loco Religioso sub aliquo modorum, de quibus præfertur, desinat ipsa Ecclesia esse Beneficium Ecclesiasticum; immo semper remanet in statu suo, saltem quoad Divina ibi celebranda, Sacramenta & Sacramentalia ministranda, & numerum Ministrorum qui diminui non debet, ut patet ex præmissis: licèt Fructus talis Beneficii, qui remanent ultra necessaria ad sustentationem hujusmodi Ministrorum & onera eis incumbentia, in certis casibus possent in usus proprios converti ipsorum Religiosorum, ut suprà dictum est. Et circa hoc vide quod dicam *infrà. verb. appropriationum.*

Jus Jura Religiosis Donatarii acquisita.

ligari; [a] præsetis approbatione Cõcilii [b] statuimus, qd si [c] ipsi [d] Beneficia hujusmodi, vel [e] suas, quas virtute [f] Appropriationũ

a *Præsentis Concilii. Vers.*

b *Statuimus.* Sic ergo patet qd est Jus novum. *de offic. ord. c. ut litigantes. ver. statuimus. per Jo. An. li. 6.* Et quomodo istud Statutum possit justificari, non obstantibus aliis Juribus quæ videntur contraria, vide *infrà* per Glossas sequentes, & præsertim Glosã finali.

c *Si ipsi.* Scilicet Religiosi, & alii suprædicti.

d *Beneficia hujusmodi.* sc. Ecclesiastica, quæ tenent in proprios usus, qd quomodo intelligi debeat, dixi *suprà. in glossa super ver. non ligari. ad fi. ver. quandoque Episcopus.*

e *Vel suas.* Sume quod est *infrà. portiones.*

f *Appropriationum.* Potes largo modo intelligere, *Appropriationem*, locum habere in omni casu quo Ecclesia tenetur ut Proprietas, sive agatur de ipsius totalitate, sive de ejus parte, prout hujus rei exempla colligere potes *suprà. ea. ver. non ligari.* Sed hic habes intelligere de Appropriatione Beneficii, prout sonat in casum illum quo Beneficium datur in usus proprios; quæ Concessio, cujus effectus sit, patet *ea. c. dicto ver. non ligari. ad fi.* Sed hic adverte, quòd quandoque Jura loquuntur de casu vel Jure Donationis Ecclesiæ factæ loco Religioso, vel alteri; quandoque de casu vel jure Unionis sive Annexionis factæ tali loco. Quæ duo, ut videtur, ponuntur ut diversa in *Clem. si una. de re. Eccl. non alienan.* ibi, dum dicit, *uniatur, aut Religioso loco donetur &c.* Et in Appropriationum Literis, solet Superior uti his Terminis, *Unimus, Annectimus, & Incorporamus, & eum in proprios usus perpetuò obtinendum concedimus*: quæ omnia & singula quandam diversitatem important; alias esset nugatio & inculcatio Terminorum, quod reprobatur in Jure. Ad quod vide notata *per Ber. de maja. et obedi. c. solita. vers. tamquam.* Et quia vidimus *suprà, in glossa magna*, quem effectum importat Donatio sive Concessio in proprios usus, restat hic videre quem effectum importat talis Unio, Annexio, sive Incorporatio. Et nota, quòd multiplex est *Unio*, de qua materia notant *Doctо. nè se. vs. c. 1.* & notatur *per Paulum in Clem. cum ratione. glossa antepenul. & 16. q. 1. & temporis qualitas. per Archid.* Fit enim Unio Ecclesiarum, quando una subjicitur alteri, ut prædictum est in *glossa. super ver. non ligari.* Et per talem Unionem non præjudicatur Diœcesano cui subeatur, nisi fuerit ejus consensu. *de dona. c. inter dilectos.* Etiamsi confirmetur per Papam, nisi id in Confirmatione exprimatur. *de consti. utili vel inutili. c. fi.* Fit etiam Unio Ecclesiarum, sic quòd unus sit Prælatus ambarum. *16. q. 1. & temporis qualitas. ubi de hoc.* & tunc utraque remanet in statu suo ut prius, excepta solã Prælaturã. Fit etiam Unio duarum Ecclesiarum adinvicem, & tunc Consuetudines & Privilegia, quæ in altera earum habentur meliora & humaniora, tenenda sunt. *Arg. ad hoc de pe. di. 1. medicamentum. 32. q. 1. non est culpandus.* & notatur *dicto c. 1. nè se. vs. ver. uniendo. per Bern.* Fit quoque Unio Ecclesiarum, cùm Conventualis in Cathedralem eligitur, & idem est Prælatus utriusque; & hanc facit solus Papa, secundùm *Doctores in dicto c. 1.* Et scias, quòd quoad casum nostrum debet intelligi Unio per viam Subjectionis, de qua Subjectione dixi satis *suprà. in glossa magna.* Nam per alias vias prædictas non habet locum casus noster. Et, ut mihi videtur, Ecclesiæ Parochialis ad Religiosum locum propriè non fit Unio, sed potiùs Donatio; & hoc satis ostenditur ex Textu illius *Clem. si una. in prin.* ubi dicitur, quòd *si una Ecclesia alteri, vel Dignitati aliqui, vel Prebendæ uniatur, aut Religioso loco donetur &c.* Ex quo Textu apparet, Unionem concernere alteram Ecclesiam, Dignitatem, vel Prebendam; sed Donationem concernere locum Religiosum: & præmissa bene consonat quod legitur in *Clem. nè in agro. §. ad hæc. de statu Mona.* ubi apparet, quòd *Unio* propriè locum habet in rebus quæ sunt ejusdem naturæ, utputà in duobus Prioratibus, vel in duabus Administrationibus vel Obedientiis, in quibus Religiosi Subjectionem habent, ut ibi patet. Sed verum est, quòd Ecclesia Parochialis Secularis, & cui solet deservire per Clericos Seculares, non est ejusdem naturæ cujus est Ecclesia Regularis; unde inter eas propriè non cadit Unio, licèt Fructus talis Ecclesiæ possint incorporari aliis

Nota de multiplicitate Unionis.

aliis Fructibus Eccleſiæ Regularis, ſic, ut Religioſi ipſos Fructus percipiant in uſus proprios, reſervatâ congruâ ſuſtentatione pro Miniſtris in tali Eccleſia deſervituris; ut plenius dixi *ſuprà. in gloſſa magnâ.* & ſic ſtat Textus *in Clem. frequens.* §. *quidam. de exceſſ. Prælat.* ibi, dùm dicit, *quarum fructus &c.*

a *In eis.* ſc. Beneficiis Eccleſiaſticis.

b *Decimarum.* Sume qd eſt *infrà. portiones.*

c *Proventuum.* Horum appellatione continentur in caſu ſuo etiam Decimæ & Oblationes, & quæcunque alia eis virtute Appropriationum hujuſmodi obvenientia; ut dixi *ſuprà. eo. ver. proventus.* & eſt expreſſum *in capitu. 2. de decimis, lib. 6.*

[a] in eis [b] Decimarum aut [c] Proventuũ percipiunt, [d] portiones [e] ad Firmam tradiderint Clericis, [f] non obtentâ [g] Diœceſani licentiâ, vel [h] Laicis quovismodo, ſeu aliàs qualitercunque [i] contra præſentem aut [k] aliarum Conſtitutionum tenorem exceſſerint, [l] pœnâ præ-

d *Portiones.* Hæ *portiones* potuerunt perveniſſe ad locum Religioſum, de conceſſione etiam Laici, cum ſolius Diœceſani conſenſu, de Decimis vel Proventibus, quas Laicus talis ab Eccleſia alia habuit in Feudum ab antiquo. *de his quæ fi. à Præla. ſine conſenſu Capitu. cum Apoſtolica.* Et hoc verum, ſi tales Portiones Decimarum eis donatæ fuerunt ante *Concilium Lateranenſe*, quod celebratum fuerit Anno Domini 1180. tempore *Alexandri* Tertii, qui fuit *Senenſis*, ſecundùm quod notat *Petrus de Anchorano, dicto c. cum Apoſtolica. & contor. ibi Joh. An. item Archidiaconus de decimis. c. 2. li. 6. & Henricus de Bowyco de decimis. c. quamvis.* Nam ante illud Concilium bene potuerunt Laici Decimas in Feudum retinere, & eas alteri Eccleſiæ vel Monaſterio dare; non tamen poſt tempus dicti Concilii: ut patet *per Doctores in dicto c. cum Apoſtolica.*

e *Ad Firmam.* Quæ Conceſſio ſonat in contractum Locationis ad modicum tempus, ſic quòd ex eo non transferatur directum nec utile dominium. *Extra. eo. c. veſtra.*

An Religioſi Beneficia ſibi appropriata ad Firmã dare poſſint?

f *Non obtentâ.* Sume quod ſequitur, *licentiâ*, &c. Et ſic habes hic, quòd etiam Religioſi non poſſunt Beneficia eis appropriata, vel portiones Decimarum eis appropriatas tradere etiam Clericis ad Firmam, ſine licentiâ Diœceſani primitùs obtentâ. Huic ſententiæ concordare videtur id quod ſtatuitur *ſuprà. eo. c. 1.* Sed contradicere videtur quod ſtatuitur *in Clem. 1. de re Eccl. non alienan.* ubi in his etiam quæ tendunt in Alienationem, ſufficit conſenſus Conventûs, nec requiritur conſenſus Epiſcopi; & ubi agitur de locatione ad Firmam pro modico tempore, nec requiritur conſenſus Conventûs, nec Epiſcopi, ut ibi patet. Solutio. Hoc verum eſt, quòd non requiritur conſenſus Epiſcopi quoad incurrendam pœnam ibi ſtatutam: ſed quoad validationem Contractûs requiritur conſenſus Epiſcopi. Et ſic ſentit ibi *Jo. An. ver. non habeat.* & ſcripſi *ſuprà de re. Eccle. non alienan. c. ulti. ver. Diœceſani.* item opponitur *de c. veſtra. extra. eo.* ubi apparet, quòd Religioſi Jura ſibi competentia in Eccleſiis eis appropriatis his cum quibus ſuam conditionem meliorare valent, etiam Laicis poſſunt ad Firmam tradere, non obſtante Statuto Diœceſanorum edito in contrarium: Ergo multò magis poſſunt hoc facere Clericis. Solutio. Textus ille non excludit, quin conſenſus Diœceſani ſit requirendus, maximè vigore Statuti ſpecialis ſuper hoc editi, ut hic. Eſt namque in Jure Clericis prohibitum Firmas conducere causâ lucri, licèt non causâ neceſſitatis. *Extra. re Cle. vel Mo. c. ſecundum.* Non mirum ergo, ſi circa hoc requiritur conſenſus Epiſcopi, ut hic ſtatuitur. Ad quod etiam faciunt quæ ſcripſi *ſuprà. e. c. vendentes. ver. Eccleſiaſticis.*

g *Diœceſani.* Non ergo ſufficit conſenſus Archidiaconi. Pro quo vide *ſuprà. eo. c. 1. ver ſuo Epiſcopo.*

h *Laicis quovismodo. Concor. extra. ne Cle. vel Mo. c. ſecundum. de decimis. c. quamvis.* Sed opponitur *de c. veſtra. eo. tit.* ubi non obſtat Statutum Epiſcopi, quin Laico poſſint tradi ad Firmam Fructus Decimarum. Solutio. Locatio perpetua prohiberur Laicis fieri, ut in *dicto c. quamvis. et de præſcrip. c. cauſam.* Temporalis verò Locatio fieri poteſt, ut in *dicto c. veſtra.* nam ex tali Locatione Temporali tranſire poteſt in Laicum quoddam Temporale Jus ad Fructus percipiendos; ut in *dicto c. veſtra.* Jure Spirituali penes Eccleſiam remanente: ut in *dicto c. quamvis.* Sed contra hoc opponitur, & videtur quòd Laicus non poſſit habere exercitium rei Spiritualis, nec utendi commoditatem. 89. *diſt. Judicatum.* Solutio. ibi vetat Adminiſtrationem Laico ſuper Clericos: ſed *c. veſtra.* permittit Fructus locari Laico, ex quo plus offert, & in hoc procuratur utilitas Eccleſiæ. *de Simo. querelam.* Et ſic Statutum in contrarium eſt irrationabile, nec ſervaretur in hoc Juramentum. *de his quæ fi. à majo. par. Capitul. c. 1. ſecundùm Jo. An. in dicto c. veſtra.* Unde quod hic ſtatuitur, quod Beneficia Religioſorum quovismodo non dentur Laicis ad Firmam, nec etiam portiones Decimarum, aut aliorum Proventuum, quos habent Religioſi in ipſis Eccleſiis, intelligo protedere ſecundùm tenorem dicti *c. quamvis.* ut ſcilicet Laici in Beneficiis hujuſmodi Adminiſtrationem non habeant per talem Conceſſionem, nec ut Decimas aut alios Proventus Eccleſiaſticos percipiant, tanquam in eis jus habentes. Sic enim intelligi debent Conſtitutiones & Statuta alia in hac parte loquentia; cùm inquantum poſſumus contrarietatem Jurium vitare debeamus. *de elect. c. cum expediat. li. 6.* Alias autem ſi intelligamus iſtud Statutum loqui de ipſis Fructibus Beneficiorum vel Portionum quovismodo non concedendis Laico ad Firmam, ſic expreſsè contradiceret dicto *c. veſtra.* contra cujus tenorem non valeret Statutum editum per Inferiorem, qui Legem Superioris tollere non poteſt. *de elect. c. ne Romani.* §. *nos inter. in Clem. cum concor. ibi poſitis. in glo. Jo. An. ver. inferiorem.*

dictâ [m] de cætero percellantur.

i *Contra præſentem.* Supple, *Conſtitutionem.* Et intellige contrà fieri, ſi Clerico & Laico detur Firma, vel ſi nomen Laici jungatur Clerico, vel Clericum fingatur fore Firmarium, cùm non ſit; vel ſi Laici ſuo nomine & in uſus proprios colligant Fructus, Reditus, vel Proventus Beneficiorum vel Portionum hujuſmodi Locatorum.

k *Aliarum Conſtitutionum.* De quibus dixi *ſuprà. eo. in prin. verb. editis.*

l *Pœnâ prædictâ.* ſc. Tertiæ partis Proventuum Beneficii ſic dimiſſi, ſeu Portionis ſic dimiſſæ.

m *De cætero.* Sic ergo hæc Conſtitutio reſpicit futura, & non præterita, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. eo. ver. ſtatuimus.* Sed quæro, quomodo poſſet hoc Statutum ligare Religioſos, qui priùs ad talia non arctabantur, ut hic apparet, maximè cùm iſtud Statutum videatur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, ut notant *Doctor. in dicto c. veſtra. extra. eo. tit.* Quod etiam Capitulum dirigitur Religioſis, ut patet in ejus Superſcriptione. Ecce ſi conſideremus cauſam Statuti, quæ in talibus attendenda eſt, ut volunt *Doctor. in dicto c. veſtra.* ut quia forſan ex tali Locatione immineret aliquod periculum Eccleſiæ vel ejus Miniſtris, vel exinde generaretur ſcandalum, bene teneret tale Statutum, & ſic poteſt procedere quod hic ſtatuitur: & idem eſſet ſi Religioſi ipſi fuiſſent præſentes in Editione ipſius Statuti; & non contradixerunt. Pro quo facit *de majori. & obedien. c. ſi. ſecundùm Bern. in dicto c. veſtra.* & facit ad idem *Regula Juris, qui tacet. de reg. ju. li. 6.* Sed *Jo. An.* ibidem tener contrarium, ſcilicet quòd tale Statutum non ligat eos, niſi expreſsè conſentiant. *all notatis per Innocen. de elect. c. in geneſi.* Maximè cùm tale Statutum ſit eis præjudiciale & demeritorium, *& cum Jo. An. concor. Anthonius.* niſi cauſa magna & rationabilis ſic ſtatuendi ſubeſſet. Nam tunc valeret Statutum etiam ſine conſenſu Eccleſiarum inferiorum ſecundùm eum.

Quæſtio.

Sed quid ſi Religioſi contra facientes ſint exempti? Dic quòd non ligantur tali Statuto, niſi eiſdem expreſsè conſentiant, exceptis Capellis eorum non exemptis, propter quas ligantur, ut legitur & notatur *de privil. c. ex ore.* † Subſiſtentia itaque hujus Statuti quoad Religioſos poterit eſſe ratio cauſæ Editionis ejuſdem, de qua cauſa patet in Deciſa hujus Statuti; vel aliàs, ut dixi, oportet iſtud Statutum intelligi ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſuprà. eo. c. verb. quovismodo.* Et illum intellectum reputo Juri Communi fore ſatis conſonum, & tam verbis quàm ſententiæ hujus Statuti congruum & convenientem.

† *al.* Subſtantia.

n *Nhibemus.* Hæc Conſtitutio attribuitur *Edmundo* Archiepiſcopo, & non dividitur.

De Pignoribus.

Nè quis Pignus retineat, poſtquam ſortem receperit.

Edmundus.

[n] INhibemus, nè [o] Pignus retinere quiſpiam contendat, poſtquã de [p] Fructibus

o *Pignus.* Sic dictum, quia à Pugno in Pugnum datur; & propriè eſt rei mobilis. *ff. de verb ſig. l. plebs.* §. *pignus.* Et quomodo differt ab *Hypotheca*, habes *inſti. de act.* §. *inter pignus.* & qd differunt ſolo nomine ſive ſono quoad obligationem, habes *ff. de pigno l. rei.* §. *ſi. cum ſua glo.* In larga autem ſignificatione *Pignus* eſt non ſolùm rei mobilis, ſed etiam immobilis: nam Pignus dicitur Obligatio rei licitæ pro debito inita, ut notat *Hoſtien. in ſumma extra. eo. ti.* §. 1. & facit ad hoc *ff. eo. tit. l. 1.* §. *cum prædium.*

Pignus.

p *De fructibus.* Ex hoc apparet qd loquitur, ubi res immobilis datur in Pignus: & ſimile habes *extra. eo. c. illo vos. et c. cum contra.* ubi patet, qd Fructus percepti ex re pignorata extenuant debitum, & compurantur in ſorte; & ſic fit compenſario Fructuũ ad pecuniã, & de ſpecie ad quantitatem: circa quo vide notata *Doctorum in c. ad noſtram. 1. extra. de jurejur. et ibi per Petrum de Ancho. et Anthon. de Butrio.*

Speciei ad quantitatem admittitur compenſatio.

a *Sortem.*

a *Sortem.* i.e. Principale debitū. *cui concor. dictum c. cum contra.*

b *Perceperit.* Sed quid si nondum perceperit sortem de Fructibus, sed per eum fierit quo minus perceperit; numquid Fructus quos percipere potuit, debeant computari in sortem? *glo. Ber. extra. eo. c. cum contra.* dicit quod sic. *Jo. An.* super hoc remittit ad notata *per Hosti. in summa. eo. ti. §. quando efficaciter. ver. sed numquid. dicit ibi.*

c *Deductis expensis. Fructus* namque dicuntur, qui deductis Expensis superfunt. *C. de fruct. et liti. expens. l. 1.* & habes simile *extra. de jurejur. c. ad nostrā. 1. de usuris. c. 1. ubi de hoc in glo. super ver. expe s.* Sed quæro, quid si res pignorata consistat in ipso Fructu, utpote in Fructibus pendentibus, vel in Fructibus Pecorum, partu Ancillæ, & aliis hujusmodi, quæ nata sunt, vel nasci possunt; numquid tales Fructus debent computari in sortem? Dic quòd sic: *Ar. ff. condi. l. et quæ nondum.* deductis tamen Expensis, ut hic dicitur. Et facit ad hoc qd habes *de usur. c. 2.* Et etiam scias, qd si quis pro pecuniâ sibi mutuatâ obligat rem aliquam in Pignus, cujus usus pretio æstimari potest; ille qui mutuavit, debet copulare usum illius rei in æstimatione ejus quod mutuavit, alioquin esset Usurarium, secundum *Thomam in summa. q. 78.* Et hoc verum, nisi forte esset talis res, cujus usus sine pretio solet concedi inter amicos, utputà Liber, Accommodatus, & hujusmodi: & quoad deductionem Expensarum, vide notata *per Ber. de usur. c. 1. vers. expens.*

Quæstio.

d *Usura est. Concor. extra. de usur. c. 1.* & est ratio, quia recipiendo ultra principale debitum Fructus rei impignoratæ, vel ipsorum partem, sic ultra sortem reciperet, & per consequens committeret Usuram. *Extra. de usur. c. 1. & 2. & c. conquestus. de emp. & vendi. ad nostram.* sed melius *de usur. c. ulti. 14. q. 3. c. usura. & c. plerique.* Scias tamen, quòd istud fallit in certis casibus, quos enumerat *Hosti. in c. cum contra. extra. eo. tit.* sed latius *de usur. in summa. §. An aliquo casu.* ubi super hoc ponit Versus, cum expositione eorundem.

Divisio.

e *Cordis dolore.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford* Archiepiscopi, & habet tres partes. In prima facit unum Statutum Pœnale contra Donantes vel Alienantes bona sua in fraudem Creditorum suorum: item contra eos in talibus assistentes, & talia procurantes; item contra avertentes quoscunque à voluntate Testandi; item contra talis malitiæ conscios; item contra tales Donationes recipientes, & ad hoc consilium, auxilium, vel favorem præstantes. In secunda ibi, *Donantes*, adjicit pœnam ipsis Donantibus ultra pœnam priùs ordinatam. In tertia ibi, *Caterum*, statuit super probationem fraudis in casibus præmissis

f *Omnes.* Et sic comprehendit tam Clericos quam Laicos: & satis apparet ex integra. Nam qui *omnes* dicit, nullos excipit. 19. *dist. c. 1. circa medium.*

Dictio omnis, varie sumitur.

g *Et singulos.* Hoc ideo addit, quia dictio *omnes*, est collectiva, non distributiva. ff. *de lega. 2. l. si pluribus. in glo.* Et hoc verum, quando dictio, *omnes*, ponitur plurativè. Sed si ponatur in singulari numero, stat distributivè; prout notatur ff. *de Ha. ho. l. 3.* & est casus *ff. de jure fisci. l. Moschis.* Et circa hoc potes videre notata *in l. hoc articulo.* ff. *de bare. instit. per Bartholum.*

h *Mortis vicinæ.* Hæc Vicinitas non solùm in ægro sed sano attendenda est, tum propter horæ seu temporis vivendi dubietatem, tū propter vitæ humanæ fragilitatem: propter quod sic ait *Inno. in li. 1. de misericordia conditionis humanæ. c. 26.* Subitò, *inquit*, cùm non suspicatur homo, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus invadit, mors intercipit quam nullus evadit; & talis consideratio est mortis, non instantis sed futuræ: scit namque quilibet quòd mori debet, licèt mortis horam ignoret. ff. *de condi. & demon. l. 1.* Sed hic loquitur Author de talibus qui habent imminentis mortis verisimiles conjecturas, utpote per alienationem sensuum, quia perditur Gustus, deficit Visus, & Virtus naturalis caloris extinguitur, & alia hujusmodi quæ ægrotantibus contingunt: sic etiam & periculi & propinquæ mortis causa donatur, quando fit etiam à sano timore Hostium, Prædonum, vèl ob potentis viri crudelis odium, aut metum Navigationis incundæ. ff. *de dona. cau. mor. l. 3.* Item quia aliquis est per insidiosa loca iturus, vel quia ætate confectus est. Legitur ibidem *l. 4. & 5.* sic viz. ut Donatio talis non revocetur; & in hoc casu Donatio ex tali causa facta comparatur Donationi inter vivos. ff. *de dona. cau. mor. l. ubi. et l. Senatus. §. mortis causa.*

i *Conjecturam.* i.e. Judicium, suspicionem, opinionem, suspicionem cogitationem, vel æstimationem.

† MS. Æstimationem.

k *Ex malitia.* Quæ probatur, sicut & fraus; ut dicitur *infra. §. ult. l. Fraude.* Quæ præsumptive probatur; ut patet *infra. c. §. ff.* & qualiter differt à Dolo, notatur ff. *de pactis. l. jurisgentium. §. dolo. in gla.* & circa hoc vide qd dixi *supra. de consue. c. 1. ver. dolo. et ver. fraude.*

satis sit verisimilis præsumptio.

Johannes Stratford.

Cordis dolore concutiuntur, & *infrà.* Præsentis deliberatione Concilii, omnes & singulos in nostra Provincia, qui mortis vicinæ conjecturam verisimilem obtinentes, ex malitia sive fraude universa bona seu quantitatem eorum tam notabile etiam inter vivos Donare, seu aliter Alienare præsumpserint, sic qd Ecclesia, Rex,

l *Fraude.* Quæ præsumptivè probatur; ut patet *infra. c. §. ff.* & qualiter differt à Dolo, notatur ff. *de pactis. l. jurisgentium. §. dolo. in gla.* & circa hoc vide qd dixi *supra. de consue. c. 1. ver. dolo. et ver. fraude.*

m *Universa bona.* Hanc appellatione continentur tā mobilia quàm immobilia, & ea quæ in dominio alicujus sunt; & quæ bonâ fide possidentur, ædes superficiariæ, vectigales, & agri; & ea quæ in actionibus & petitionibus sunt. *ff. de verb. sig. l. bonorum. et l. princeps.* Imò juxta quosdam *bonorum*, continetur omnis utilitas. *ff. si cui sit. l. Liber esse jus. ff. l. 1. §. hæc actio.* & circa hoc vide notata per *Archi. de offi. ordi. c. præsenti. ver. bona. n. 6.* sed melius *ff. de aur. & argen. lega. l. quintus. §. invento. per Bart.* Et quod hic dicit de *universis bonis*, referas ad Donationem quæ fit metu mortis instantis, secundum ea quæ leguntur & notantur *ff. de proba. l. Patronus. & ibi per Accurs.* qui dicit, qd facilius præsumitur fraus in his Donationibus quæ sunt causâ mortis, quàm in his quæ sunt inter vivos: & ibi redditur ratio, maxime cùm omnia bona alienat.

Quæstio.

n *Inter vivos.* sc. Sine ulla mortis cogitatione. *Instit. de dona. §. sunt & alia.* Et hæc clausula loquitur, quando non omnia bona alienantur, sed portio tam notabilis, qd de residuo non potest satisfieri Creditoribus, quod etiam inter vivos facere non licet, ut hic patet, sic quod fraus intercesserit. Ad quòd bene facit *ff. si quid in frau. patroni. l. 1. in prin.* & optime facit *l. si quis. ff. de his quæ in frau. cre.* ubi dicitur, quòd habens Creditores, sciens qd bona sua non sufficiunt Creditoribus; si aliquam partem eorum alienet, videtur facere in fraudem.

o *Donare.* Libertatem significat absque necessitate compulsionis. *ff. e. l. 1. & ff. de re. jur. l. donari.* Et quòd Donatio omnium bonorum faciat præsumi fraudem, ubi Donans habet Creditores, habes in simili *ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.*

p *Aliter.* sc. Donando: & sic hic habes qd Donatio est species Alienationis. *concor. extra. de re. Eccle. non alie. c. nulli.*

q *Alienare.* Intellige de tali Alienatione per quam transfertur dominium. *C. de fundo dotali. l. 1.* & consimili verbo utitur Jurisconsultus *in d. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cre. & ff. de jure fisci. l. in fraudem. §. 1.* & ad idem facit *glo. Accurs.* quæ habetur *ff. de proba. l. qui testium. ver. modum.* Sed contra hoc opponitur *ff. si quis à paren. manumiss. fuit. l. non usque.* ubi dicitur, quòd iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum Alienationem. Solutio. Illa Lex locum habet, ut fiat Alienatio modis solitis, & in casibus non prohibitis, ut dicit ibi *Glo.* Sed quid si aliquis non donavit vel alienavit omnia bona sua simul, sed per vices diversas, sic quòd nihil remanet, vel saltem id quod remanet non sufficit ad solvendum debita; numquid in hoc casu præsumatur fraus? Dic quòd sic: & super hoc habes Textum cum *glo. ff. de leg. 3. l. nomen. §. filio. & ibi per Accur. ver. prope omnis substantia. & no. per Bart. d. §. filio.*

r *Præsumpserint.* Temeritatem significat, & aliquid fieri auctoritate propriâ, cùm id de Jure non possit facere. Sic *no. Antho. de Butrio. extra. de judi. c. determinamus. ad fi. vers. ultra nota.*

s *Ecclesia.* Sume, quod est *infrà, suis Juribus defraudetur.* Et potes ponere Exemplum quoad Clericos sic Donantes, quia per tales Donationes subtrahitur onus reparationis Cancellorum, Librorum, Ornamentorum, Mansorum, & aliarum rerum Ecclesiæ ad sua onera pertinentium, ut patet in integra. Et quod dicitur de reparatione Librorum, & Ornamentorum, & aliorum hujusmodi, intelligas de his locis in quibus talia cadunt sub Clericorum oneris, à parte consuetudinis in ea parte observatæ, vel etiam Laicorum, qui ratione Administrationis sibi commissæ tenentur de talibus respondere. Per tales etiam Donationes fraudari possit Ecclesia, tam per Clericos quàm per Laicos Mortuariis & aliis Juribus ei debitis. Item fraudari posset debitis, de quibus hujusmodi Donantes forsan per viam Computi seu Administrationis alicujus tenentur Ecclesiæ & personis Ecclesiasticis reddere rationem, non solū ratione Computi reddendi de proventibus rerum Spiritualium, sed etiam Temporalium ad Jus Ecclesiæ pertinentium.

t *Rex.* Potes ponere Exemplum in Collectis, Tributis, Censibus, & aliis Juribus ad Regem de Jure vel Consuetudine spectantibus, & potissimè in his quæ ratione criminis ad Fiscum devolvuntur, circa quæ fraus commiti non debet, *ff. de jure fisci. l. in fraudem. §. 1.* Circa

cujus materiæ declarationem habes ſcire, qd quandoque quis donat vel alienat bona ſua ante delictum commiſſum, & hoc facit proponendo committere delictum, & ſic propter delictum committendum: in quo caſu non dubium, quin ſit factum in fraudem Fiſci, & ſuſpicione pœnæ. Et ſic fiat *l. ſi aliquis. ff. de dona. cauſa mor. & d. l. in fraudem.* & optimè facit *ff. qui & à quib. l. ſi autem maritus. in fi.* Præſumitur namque hoc eſſe factum metu pœnæ incurrendæ propter delictum committendum. Et hæc præſumptio colligi poteſt ex modis. Primò ſi alienavit donando omnia bona ſua. *ff. de bis quæ in frau. c. edi. l. omnes. §. Lucius.* Et idem eſt, ſi vendat omnia bona ſua; ut *no. glo. ff. de probat. l. qui teſtium. ver. modum.* & facit *l. in fraudem. præalle. ff. de jure fiſci.* Nec poſtat, ſi dicas hoc eſſe factum non in fraudem Creditoris quem habuit Donator tempore Donationis, ſed potius ejus qui futurus eſt Creditor. In quo caſu bene tenet Donatio facta ante Obligationem cum tali Creditore etiam Fiſco iniram: *C. de jure fiſci. l. 1. li. 10.* quia probatu qd tempore Donationis ſuberat quædam cauſa, utputa inimicitia capitalis, vel alia propter quam veriſimiliter deveniri eſt ad delictum; ſufficit ad præſumendum de fraude. Facit ad hoc *C. de dona. ante nup. Auth. ſed jam. et de renunc. c. ſi. li. 6. cum ibi no. et d. l. ſi autem maritus. in fi. ff. qui et à qui. et ff. rerum amoto. l. ſi mulier. in prin.* Secundò præſumitur fraus etiam ubi Donatio ſit conjunctæ perſonæ. *C. e. l. data. et l. penul. circa prin. ff. de bo. liber.* Requiritur tamen qd cauſa præcedat, propter quam præſumitur fraus; aliàs ſola proximitas non ſufficeret. *ut l. ſi quis poſt hoc. ver. ſi quid. C. de bo. damn.* Et idem erit in venditione, dum tamen Emptor ad finē venditionis hujuſmodi revocandæ ſit particeps fraudis. *ff. de his quæ in frau. cre. l. ait Prætor. §. ſi quis particeps.* Et propter conjunctionē perſonarū præſumitur contra Emptorē, quia hanc debet ſcire. *ar. l. octavi gradus. ff. unde cognati. et l. ſi tutela. C. de in integ. reſti.* Tertiò præſumitur fraus, ſi poſt Donationē vel Venditionē Donans vel Vendens reperiatur poſſidere. *l. ſicut re. §. ſupervacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. et l. ſi is qui. ff. de acqui. hære.* Sed ſcias, qd in hoc caſu potius dicitur Alienatio ſimulata & imaginata, quàm vera & facta in fraudem: hæ namq; Alienationes differunt, quia Alienatio ſimulata eſt, ut patet *in l. emptor. ff. de aqua. plu. arc. et l. nuda. ff. de contraben. emp. et l. imaginaria. ff. de re. ju. et l. qui ſub imagine. C. de diſtra. pig.* Et in talibus non requiruntur actiones revocatoriæ, quia ſic alienata de bonis non exeunt: ſecus tamen eſt, quando ſit Alienatio vera & in fraudem, quia tunc neceſſariæ ſunt actiones revocatoriæ. Nec puto in hoc caſu ſufficere, qd Alienans ſe conſtituat poſſidere nomine Donatarii vel Ementis; quia ubi eſt præſumptio & ſuſpicio fraudis, requiritur traditio corporalis. *ut l. 1. c. de ſuffragiis.* Si tamen Donans vel Vendens reſpondeat alteri de Fructibus, non præſumitur Alienatio fictitia, aliàs ſecus. *C. de agr. et cenſi. l. litibus. et ff. de act. emp. l. Julianus. §. poſſeſſor.* Et nè talis Alienatio præſumatur fictitia, requiritur, ſecundùm quoſdam, qd Recipiens poſſideat diu abſq; reverſione ad Alienantem, viz. ad minus per triennium. *C. de apoch. pub. l. ulti.* Vel dic verius hoc debere decerni arbitrio Judicis ex qualitate perſonarum, ex fama loci, & aliis conjecturis veriſimilibus. Si tamen Alienans ſibi reſervaverit uſumfructum, non habent locum prædicta. *ut l. quiſquis. C. e.* Quartò præſumitur fraus, quando Alienatio facta eſt clam. *ar. l. ult. ff. de ritu nup. et l. non exiſtimo. ff. de admi. tu.* In Emptore tamen requiritur qd ſit particeps fraudis. *ut d. §. ſi quis particeps.* Et ſemper intellige, quòd præcedat cauſa propter quā Alienans veriſimiliter præcogitaverit maleficium committere, ut prædixi. Quintò præſumitur fraus, ſi de propinquo ſequatur delictū. *ut l. veteri. ff. de privi. credi. & no. per Cy. in l. ſi quis poſt hoc. C. de bo. dam.* In venditione tamen oportet Emptorem fraudis eſſe participem, ut prædixi. Et facit ad prædicta, quia ex eo qd incontinenti ſecutum eſt, præſumitur animum præceſſiſſe. Ad quod optimè facit *Auth. majoris. C. qui da. tu. poſ.* Poſſet tamen maleficium ſic committi, qd non præſumetur animum præceſſiſſe; ut ſi aliquis occidat hominem ex inopinata rixa. Sextò præſumitur fraus, quando Donatio fit cum conditione illa, ſi contigerit bona ſua publicari. *ff. de ſtipu. ſervo. l. ulti. et l. ſumma cum ratione. in prin. ff. de peculio.* Et omnia prædicta procedunt, ubi ſit Alienatio inter vivos. Si verò fiat Donatio cauſâ mortis, tunc ſecuta ſententia condemnatoria indiſtinctè revocatur. *ut l. ejus qui. ff. de teſta. et l. ſi res. C. de dona. inter vi. et uxo.* Si verò ſapiat naturam utriuſque, ſc. Donationis inter vivos, & Donationis cauſâ mortis, ut in Donatione factâ Conjugi; tunc regulariter etiam ſecuta ſententia condemnatoria non revocatur. Fallit tamen in his criminibus, quibus aliquis poteſt damnari poſt mortem propter immanitatem criminis, ſi ſequatur ſententia poſt mortem; & ſic poteſt intelligi *l. cum hic ſtatus. §. maritus. ff. de dona. inter vi. et uxo.* ſecundùm quam terminari debet; ut *l. ſi res. C. de dona. inter virum et uxo. præalle.* Quandoque Donatio vel talis Alienatio ſit poſt delictum commiſſum, tamen ante accuſationem; & tunc ſi ſit tale delictum, propter quod ipſo jure ſtatim bona delinquentis ſunt confiſcata, tunc non valet Donatio neque Alienatio, quia non habet dominium, cùm illud ſtatim amiſerit. Patet exemplum C. *de inceſtis nup. Auth. inceſtas. et c. cum ſecundùm leges. de hære. li. 6.* Idem etiam dic, ubi ſtatim ipſo Jure non perditur dominium, interdicitur tamen ſibi ipſo Jure Adminiſtratio. *ut l. quæſitum. ff. qui & à quibus. et l. ex judiciorum. ff. de accuſ.* Fallit tamen in Alienatione neceſſaria; *ut l. reos. ff. de ſolutis. et l. alienationes. ff. fami. Herciſ.* utputà pro ſuis Alimentis, Advocatis, & Scripturis ad eum pertinentibus. Si verò pro tali delicto non interdicitur Adminiſtratio ipſo Jure, tunc, prout regulariter patet in *l. ſufertur. §. in reatu. ff. de jure fiſci.* ſi Alienatio eſt irrevocabilis, ut Manumiſſio, talis Alienatio cenſetur interdicta. *ut l. qui pœnæ. ff. de manumiſſ.* Sed ſi eſt revocabilis, non interdicitur. *ut l. poſt contractum. ff. de dona.* Uāt tamen in fraudem facta apparet, revocatur. *ut l. ſi aliquis. præall. ff. de dona. cauſa mor. et d. l. in fraud. m. ff. de jure fiſci.* Et hoc ſive ex cauſa lucrativa ſive oneroſa fiat Donatio, ut ibi expreſsè innuit Textus. Quandoque Donatio ſit poſt accuſationem inceptam; & tunc ſi ante accuſationem alienare non potuit, nec poteſt poſt, ut dictis Legibus. Sed quia ante accuſationem permittitur Alienatio neceſſaria, ut prædixi, tunc dic, aut comparet Citatus, & bene permittitur Alienatio; *ut l. reos. ff. de ſolu.* Si non comparet, tunc non permittitur. *ut l. ſi. in fi. de requir. reis.* Quandoque Donatio ſit poſt litis conteſtationem, & tunc ex *glo. legu. ex judiciorum. ff. de accuſ.* videtur qd non poteſt fieri Alienatio: & ratio ad hoc urget, quia res effecta eſt litigioſa poſt litem conteſtatam. Sed *Wil. de Cu. in l. non ſolum. in fi. cum l. ſequenti. ff. de reſti. in integ.* dicit, qd non efficitur litigioſa; ratio ſua eſt, quia cùm agitur, principaliter agitur de vindicta, non de bonis. *facit l. quanquam. §. Ful. cum gloſa. ff. de aqua. plu. arc.* Cùm itaque bona non efficiantur litigioſa, & ante ſententiam non habet Jus Fiſcus; tunc omnis contractus celebratus poſt litem conteſtatam valet, prout ſi ante litis conteſtationē fuiſſet celebratus, ſecundùm eum. Quandoq; Donatio fit poſt ſententiam, & tunc ubi ſententia ſuſpenditur Appellatione, bene valet, ſed venit revocanda, ut legitur & *no. l. Chirographiu. §. ab eo. ff. de admini. tu.* & hoc officio Judicis ad quem ſpectat retractare, innovatā Appellatione pendente. Hæc notat *Bart. ff. de dona. l. poſt contractum. à verſ. ſed intendo. ferè uſque ad finem.*

Modi ſex, quibus præſumitur quis in fraudem alienare.

(ſive [a]alii Creditores, quibus ſic donantes ſive alienantes [b]efficaciter [c]tenebantur) ſuis [d]Juribus, Uxoréſve ſeu

a *Alii Creditores.* Hi quandoq; dicuntur conditionales, tales viz. quibus nondum competit actio, ſed eſt competitura, vel ſpem habent ut competat. *ff. de verb. ſig. l. conditionales.* Et ſic poteſt dici Eccleſia Creditor, ut in caſu noſtro; item Fiſcus; item Uxor & Liberi, & alii de quibus hic fit ſermo. Alio modo dicuntur Creditores hi, quibus ex quacunq; Actione vel Proſecutione quicquam debetur, ſic tamen qd exceptione perpetuâ removeri non poſſint. Et hoc verū, ſive Obligatio ſit pura, aut in diem, vel ſub conditione: immo & ſi ex Contractu debeatur, qui Contractus etiam non conſiſtit in mutuo. *ff. de verb. ſig l. creditores.* & ibi ſuper hoc vide duas Leges ſequentes. Et ex hoc qd dicit hic, *alii Creditores*, innuit, qd Eccleſia & Res dici debeant talium Creditorum, ut ſic dictio (*alii*) ſtet inclusiva, non tamen ſic ſemper ſtat, ut patet *26. di. deinde. aliàs incipit denique. in prin. & ibi per Jo. fi. de procur. l. non ſolum. §. quæritur. per Accurſ. de reſcrip. c. ſedes. per Ber.*

b *Efficaciter.* Hæc Efficacia inſurgit ex quatuor quæ numerantur. *Inſti. de oblig. §. ſequens diviſio.* Nam aut quis obligatur ex Contractu vel quaſi, aut ex Maleficio vel quaſi, ut ibi patet. Si ex Contractu, habes exempla ab eodem Titulo, ſecundùm diverſa membra & diverſos Titulos, uſque ad Titulum *de obliga. quæ ex quaſi contractu &c.* ubi agitur de Efficacia ſecunda. De tertia, viz. ea quæ procedit ex Maleficio, tractatur *Inſti. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.* cum pluribus Titulis ibi ſequentibus, viz. uſque ad Titulum *de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur.* ubi agitur de quarta Efficacia.

c *Tenebantur.* ſc. Donantes, vel ſic Alienantes. Et poteſ intelligere qd dicit, *tenebantur*, ſc. tempore †Mortis, licèt non tempore Donationis: verbi gratiâ, aliquis tempore quo facit Donationem bonorum ſuorum, nullos habet Creditores, in quorum fraudem poſſit talis Donatio fieri; ſed poſt Donationem factam ante mortem ſuam, incipit forſan Eccleſiæ, vel Regi, vel aliis Creditoribus efficaciter obligari: hic poſſet dubitari, an habeat locum pœna hujus Conſtitutionis, tanquam talis Donatio ſit facta in fraudem? Et videtur quòd non; nam Creditores qui non ſunt, non poſſunt dici fraudati, cùm omnis Privatio præſupponat Habitum. *Inſti. de capitis di. §. ſervus autem. & videtur Textus ff. de his quæ in frau. cre. l. ait Prætor. §. ita demum. & C. de jure fiſci. l. 1. li. 10.* Sed in contrarium facit *glo. in Auth. ſed jam. C. de dona. ante nup. ubi de hoc per Cy.* Circa hoc dic, qd ſi apparet, & certum ſit Donationem factam eſſe non ſolùm in fraudem Creditorum præteritorum, ſed etiam futurorum, tunc etiam habet locum hæc Conſtitutio; ut dixi *ſuprà. ea. ver. Rex. in prin. et ver. creditores.* Et ſic ſtant notata in *glo. dictæ Auth. ſed jam. & ibi per Cy. ver. 7. quæritur. &* facit ad hoc *c. ſi. de renunc. li. 6.* Nec obſtant allegata in contrarium, quia loquuntur, ubi certum eſt non fuiſſe factum per fraudem, vel aliàs dubium eſt. Sic videtur ſentire *Bart. in dicto §. Ita demum præalle.*

† *MS. Ætm. add.* Donationis factæ, ſic qd tunc habebant Creditores quibus efficaciter tenebantur; poteſt etiā iſtud ſic intelligi, *tenebantur*, i. e. tempore

d *Juribus.* i. e. His quæ de Jure vel Conſuetudine eis debētur. Alio modo

modo & diversimodè sumitur Jus; prout plenius *no. c. cupientes de elec. ver. juribus. li. 6. per Gardi.* & Jura incorporalia sunt, sicut *no. de re. Eccle. non alie. c. 3. ver. jura. per Fo. An & Archi. li. 6.* & quæ dicantur Jura, notat *Paulus de rebus Ec. non alie. c. 1. ver. jura.*

a *Liberi.* Horum nomine qui continentur, habes *ff. de verb. sig. l. liberorum. et l. cognoscere. §. liberorum.*

b *Suis portionibus.* Quoad has Portiones in *Anglia*, quantum ad uxores, item quantum ad liberos, oportet recurrere ad Jura Regia, & Regni, & singularium locorum Consuetudines. Et hoc est quod statim sequitur, *de Consuetudine*, vel *de Jure eis debitis.*

c *Irrecuperabiliter.* Quia ic. Donatio perfecta est & consummata, & sic secundùm Jura vel Consuetudines Regni non dantur super talibus Donationibus vel Alienationibus Actiones revocatoriæ: cùm tamen de Jure Civili contrarium observetur; ut patet in his quæ leguntur & notantur *Insti. de act. §. item si quis in fraudem. ubi de hoc in glo.* & patet *ff. de his quæ in frau. credi. l. 1. 2. 3. & 4. & quasi per totum.*

Quæstio. Sed quæro, quid si Donatarii, vel alii recipientes bona hujusmodi, sint parati tam Ecclesiæ quàm Regi, quàm etiam Uxori & Liberis, aliisque Creditoribus quibuscunque satisfacere, stante Donatione hujusmodi in suo robore: nunquid in hoc casu locum habeat pœna hujus Constitutionis? Videtur quòd non: quia jam non est defraudatio irrecuperabilis. Sed puto contrarium, quia hæc recuperatio non contingit à parte necessitatis, secundùm quam obtinens talia bona posset ad talia solvenda compelli; sed potiùs contingit ex voluntate talia bona obtinentis, quia ad hoc arctari non potest de Jure: nam non quicquid voluntati alicujus committitur, Juris necessitati subjicitur. *ff. de judic. l. non quicquid. C. quomodo & quando judex. l. 1. ff. de offi. Præsi. l. sæpe.* Et potiùs debet intelligi, ut talis recuperatio fiat de Jure & per judicium, quod cadit in invitum, quàm ex voluntate Donatarii quæ varia potest esse. *ff. ad Trebel. l. quia poterat. §. si.* Nam licet in hoc casu videatur cessare causa Constitutionis, non tamen cessabit ipsa Constitutio quoad pœnam. Pro quo vide quod scripsi *suprà. de judi. c. excuss. ver. per rectores. et de consue. c. nullus. ver. legata.* & bene faciunt *no. per Fo. An. 12. q. 2. Apostolicos. ver. deponatur.* Sed nonne recipiens bona universa alicujus, tenetur respondere Creditoribus? Lex dicit quod sic: *ff. de dona. l. hæreditatem.* ergo per talem Donationem & ejus receptionem non possunt Creditores conqueri se esse fraudatos. Solutio. Illud locum habet, ubi Donatio universorum bonorum fit per nomen sive vocabulum Juris sive successionis, utpote hæreditatis, ut ibi patet. Secus tamen est, quando datur sub nomine bonorum ex dispositione hominis, ut hic. Sic stat *l. mulier. ff. de jure do.* sic solvit *Dy. ff. so. ma. l. si marito. et concor. Bart. in dicta l. hæreditatem.* Aliter solvit *Pe.* prout eum recitat *Cy. C. ad l. Jul. de vi publi. l. tutoris.* ibi videas. Sed quid si Donatio hujusmodi bonorum facta sit ad illum finem, ut Donatarius solvat debita Donantis, & eis solutis retineat sibi residuum, vel illud in alios usus secundùm voluntatem Donantis convertat; nunquid tunc habet locum hæc Constitutio? Dic quòd non: quia si non servetur modus vel causa † Donationis, potest revocari Donatio. *ut C. co. ti. l. si quis pro redemptione. ubi de hoc.*

Quæstio.

Quæstio.

† MS. Actus. Constitutionis.

d *Assistentes.* Vers. Et junge quod *infrà* sequitur, *consulentes & procurantes &c.* quia sola assistentia personalis non esset sufficiens causa ad incurrendum pœnam hic statutam absque pluri.

e *Languentibus in extremis.* Sic quòd sint in periculo mortis instantis, ut dixi *suprà. eo. ver. mortis vicina.*

f *Et aliis.* Hanc literam aliqui Libri non habent, sed conveniens est hæc litera propter alios, qui licèt non langueant in Extremis, sunt tamen infirmitate vel adversa valetudine detenti, vel alibi in periculo mortis constituti, juxta ea quæ leguntur *ff. de dona. causa mor. l. 3. 4. & 5. et l. Senatus. §. mortis causa.* Justum enim est, ut assistentia, de qua hic loquitur, afficiat etiam assistentes; & sic consulentes vel procurantes his qui non infirmantur, sed sani sunt, sed tamen mortis contemplatione tales Donationes vel Alienationes faciunt; ut potest colligi ex his quæ leguntur in *d. §. mortis causa.* Et potest hæc dictio, *aliis*, referri ad eos, qui etiam Donantibus vel Alienantibus inter vivos assistunt, ut hic dicitur.

g *Hujusmodi donationes.* sc. Omnium bonorum, vel tantæ quantitatis qd residuum non sufficiat ad satisfaciendum Creditoribus.

h *Consulentes.* Potes hoc ad illud referre quod *supra* dixit, *assistentes*, ut prædixi; vel potes intelligere *consulentes*, ic. quoscunq; licèt non fuerint principaliter assistentes in actu talis Donationis. Et hic vide qd scripsi *suprà. de fo. compe. c. dictum invalescens malitia. ver. consilium.*

i *Temerè.* Super hoc vide notata *per Cardi. de sen. Excommuni. c. 1. ver. temerarius. & per Fo. An. eo. ver.* qui volùnt, quòd sive dolosè, sive negligenter, sive fatuè hoc fecerit, temerè fecisse videatur.

k *Procurantes.* Hic vide quæ scripsi *supra. de procura. c. exhorrenda. ver. procuraverit.*

l *Ipsosque. Vers.*

m *Suasionibus.* Persuasio Consilium importat. *ff. de juris. l. qui servo. in prin.* Et potest tale consilium esse bonum, & potest esse malum. *ff. de servo cor. l. 1. §. persuadere.* Et ideo hic dicit, *procersis suasionibus.* Et differunt *juadere & mandare*: *ff. depositi. l. 1. §. idem Pomponius.* nam *Mandatur* dicitur ille, qui mandat aliquid fieri propter seipsum mandantem, ad satisfactionem suæ voluntatis, nullâ tamen datâ pecuniâ: quia si pecuniam dederit, tunc Conductor intelligitur. Sed *Persuasor* dicitur, qui persuadet aliquid alteri, propter illum cui fit Persuasio. Unde sive dicatur *mando*, sive *rogo*, sive *consulo*, sive aliis verbis, dum tamen hoc fiat gratiâ ejus cui Persuasio vel Mandatum hoc, semper intelligitur Persuasio sive Consilium, & non Mandatum: Facit *ff. mandati. l. 2.* Sed quæro, quid si ille, cui fit Persuasio, erat nihilominus id alias facturus? an tunc teneatur Persuadens? In hac quæstione, quia ista materia requirit aliquam indagationem, de qua ad præsens fenda non plenè vacat tempus, remitto te super his ad notata *per Bart. ff. de injuriis. l. non solum. §. si mandato. vers. veniamus ad persuasorem.*

Mandare & suadere differunt.

Cynus.

n *A voluntate testandi.* Sume quod est *infrà. avertentes*; in hoc enim casu non valeret Pactum, quod posset impedire liberam Testamenti factionem. *C. de pactis. l. pactum quod dotali.* Ratio est, quia est contra bonos mores, unde non valeret etiam in eo casu Juramentum: *Extra de jurejur. c. cùm contingat.* salvo tamen si dolus in ea parte intervenerit, ut ibi patet. *nota. per Cy. d. l. pactum.* & ad præmissa bene facit *l. Stipulatio hoc modo. ff. de verb. obli.* ubi habes, qd Stipulatio, quæ impedit liberam testandi facultatem, est contra bonos mores; ubi de hoc habes *no. per Bart.* ex cujus dictis aliqua hic inserere curavi. Reprehendit enim ibi opinionem, quam ponit *Dy. in c. quod semel. ad fi. de reg. jur. li. 6.* ubi dixit *Dy.* quòd per viam contractûs posset quis disponere, ut non liceat recedere à voluntate priùs ordinatâ. Verbi gratiâ: si contingat eum aliud Testamentum condere, quod donat omnia bona sua, quam opinionem dicit ibi *Bart.* non tenere, per *dictam l. Stipulatio hoc modo*, quia, secundùm eum, talis Donatio aufert liberam Testamenti factionem, & est contra bonos mores: unde volens, ut aliquis post mortem suam habeat omnia bona sua; hoc secundùm *Bart.* faciet per promissionem, animo donandi inter vivos: *ut l. ubi mortis. ff. de do. cau. mor.* & an tunc valeat quod agitur, tangit *Cy. in l. fi. C. de pac.* Sed in hoc casu, secundùm *Bart.* oportet attendere, an permittatur Hæreditas, & sic jus succedendi, nam tunc non valet; ut *d. l. stipulatio. & C. de transac. l. cum donationis. in fi.* Nec etiam valet Pactum, ut quis instituat aliquem, etiamsi Juramento firmetur, secundùm *Inno. in c. fi. de pac.* Si verò promittat bona sua omnia præsentia & futura, etiam non valet, quia aufert liberam testandi facultatem per indirectum. Facit ad hoc *Insti. ad leg. Fal. in prin. conjuncta l. qd de bonis. ff. ad legem Fal.* Aut promittit bona omnia, non addendo præsentia & futura, & tunc valet promissio. *C. ut ac. ab hæc. et contra hæc. l. 1. & l. hæreditarium de bo. aut. Fu. pass.* Ratio est, quia postea poterit lucrari: & hoc Lex præsumit. *ut l. si defunctus. C. arbitrium tu.* & in illo lucro poterit testari: & sic per hoc non aufertur libera testandi facultas. Et idem dicendum est, si quis donet omnia bona sua præsentia & futura, reservatâ sibi certâ quantitate vel re: aut si quis vendat omnia bona sua præsentia & futura. Nam in primo casu potest testari de quantitate, vel re reservatâ; in secundo casu testari potest de pretio: nam in tali venditione non venit pretium. *ar. l. damni. §. cum parietem. ff. de dam. infec.* Hæc notantur *per Bart. in d. l. stipulatio hoc modo.* Quæ licèt rectè procedant quoad hoc, ut non auferatur alicui libera testandi facultas; non tamen rectè procedunt ad evitandum pœnam hujus Constitutionis, si in tali Donatione vel Alienatione fit dare fraudem vel malitiam in præjudicium Creditorum, de quibus loquitur hæc Constitutio.

o *Quibus.* sc. Suasionibus.

p *Liberis.* Nihil enim magis debetur hominibus, quàm ut ultimæ eorũ Voluntatis liber sit Stylus. *C. de sacrosan. Eccl. l. 1.* Et quomodo de Jure Civili punitur prohibens vel impediens aliquem testari, habes *C.* & *ff. si quis aliquem testari prohi. per totum.*

q *Testamenti factionem.* De hac libertate, vide quæ dixi *supra. super ver. voluntate testandi.*

r *Supradictos.* sc. Regem, Uxores, Liberos, & Creditores alios.

s *Non ambigitur.* i. e. Non dubitatur, vel non est opinabile, imò certum.

certum. Circa quod vide *no. de judic. c. 1. ver. ambiguis per Cardi. l. 6.*

a *Dictæque.* Vers.

b *Conscios.* i. e. Simul sciot vel scientes, & sonat in malum; ut sc. *conscii* dicantur consentientes, & talis malitiæ in sciendo participes ratione consensûs, & sic consentientes & agentes pari pœnâ puniuntur, ut hic. *& concor. de sen. Excom. c. nuper. & c. quantæ. de offi. deleg. c. 2. ubi de hoc in glossa. ver. pari pœna.*

c *Ac si.* Vers.

d *Recipientes.* Hi differunt ab Accipientibus, ut legitur & *no. ff. de dote præleg. l. cum quis. §. si.* Et intellige de his qui scienter receperûnt, aliàs enim Sententiâ Excommunicationis non incurreret aliquis, nisi quia scienter agit contra Legis prohibitionem: & quomodo præsumatur sciens vel ignorans, potes colligere ex notatis *per Archi. de temp. ordi. c. eos. vers. scienter. li. 6.* Sed quoad Donationem, videtur, quòd etiam ignoranter recipiens teneatur, licèt non fuerit fraudis particeps. Nam cùm ille sit Titulus lucrativus, sufficit quòd sit fraus ex parte debitoris tantùm. *C. de revo. his quæ in frau. cre. l. penul. et ff. de his quæ in frau. cre. l. quod autem. §. hoc edictum. ubi de hoc in glo. & Insti. de ac. §. item si quis in fraudem. per Accur.* Dic quòd hoc verum est quoad effectum revocationis fiendæ, ut ibi; non tamen quoad finem incurrendi Excommunicationem, de qua hic loquitur. Facit ad hoc *de consang. & affini. c. unico. in Clc. & ibi per Jo. An. & alios vers. scienter.*

e *Et ad hoc.* Vers.

f *Concilium.* Circa hoc vide quod scripsi *suprà. de foro competen. c. dicrum. ver. concilium.*

g *Auxilium.* Pro isto etiam vide *d. c. dicrum. ver. auxilium.*

h *Favorem.* Vide etiam pro isto *dicto c. Dicrum. ver. favorem.*

i *Volumus*, Hæc Voluntas in Legislatore pro Ratione habetur; ut notat *Archi. de elec. c. quia sæpe. ver. quibuscunque. li. 6.*

k *Donantes.* Secunda pars.

l *Hujusmodi.* Scilicet omnia.

m *Taliter.* Sc. in portione tam notabili, qd de residuo non potest satisfieri Creditoribus; & sic sicut non licet Creditores fraudare in toto, sic nec in parte.

An Laicus possit ab Excommunicatione absolvere?

n *Absolutione.* Quæ nemini in mortis articulo denegari debet. *Extra. de sen. Excom. c. quod de his.* Et potest fieri per quemcunque habentem potestatem & exercitium Clavium. *de offi. ordi. c. pastoralis. 17. q. 4. si quis suadente.* Immo potest fieri à Laico in mortis articulo: ut *no. Ber. in d. c. pastoralis. ver. mortis articulo.* sed in hoc *Jo. An. in c. c.* contradicit, quia licèt in casu necessitatis vel periculi confitens proximo dignus sit veniâ, tamen proximus ille, qui non est Sacerdos, potestatem absolvendi non habet. Textus est expressus, *de pœni. dist. 1. quem pœnitet. ultra medium. & concor. notata per Inno. in d. c. pastoralis.* qui ibi notat, quòd Archidiaconus, non Presbyter, non potest absolvere Excommunicatos; & hoc verum in foro Pœnitentiæ, secus tamen in foro contentioso. Et quòd Absolutio ab Excomunicatione, vel aliàs in foro pœnitentiali, pertineat solùm ad Sacerdotem, notat *Inno. de consue. c. quanto. in vers. necessitate. & concor. ibi per Ber. Compo.* & optimè facit Textus in *c. nuper. ad fi. extra. de sen. Excom.* Unde licèt in articulo mortis tali non sit Absolutio deneganda, etiam ab Excommunicatione inflicta à Jure, ut patet *d. c. si quis suadente. cũ similib.* tamẽ à pœna quæ sequitur, ex hoc minimè liberatur. Et ex hoc quod dicit, *quacunque Absolutione*, si loquaris de Absolutione Judiciali, potes intelligere sive verè fiat, sive ad cautelam; de qua notant *Doctores in c. solent. de sen. Excom. li. 6.* Sed hoc Exemplum non est bonum, quia à sententia Juris, ut hic, non habet locum Absolutio ad cautelam; prout *no. per Cardi. d. c. solent. glo. 1. ver. sed quæ sententia.* Pro quo dic ut ibi patet: potest igitur aliter dici, *quacunque Absolutione*, sc. sive solenni, sive non solenni; pro quo vide *no. de hu quæ vi metúve. cau. c. unico. vers. quamcunque. per Archi. li. 6.* Vel dic, *quacunque*, sc. sive in foro contentioso, sive in foro Pœnitentiæ; item sive sit facta in specie, sive in genere; & sive facta sit eo vivente, vel eo mortuo, ut *infrà* dicam versus finem hujus *glo.*

Quæstio.

Sed nunquid talis Absolutio, si fiat per viam potestatis Jurisdictionis, contentiosè posset fieri. nullâ satisfactione præmissâ? Videtur quòd non. *Extra. de verb. sig. c. ex parte. 17. q. 4. c. de Presbyterorum. ubi de hoc per Jo. & de offi. deleg. c. ex literis. ubi de hoc per Ber. ver. satisfactum. & concor. quæ leguntur et notantur de cons. c. quanquam. & ibi per Archi. ver. restituerint. li. 6.* Maximè cùm ista Excommunicatio sit lata pro delicto, ut hic patet, & pro manifesta offensa. Sed contrà *extra. de appel. c. qua fronte.* ubi apparet, quòd quacunque de causa aliquis sit Excommunicatus, debet absolvi præstitâ cautione de parendo Juri. Sed dic illam clausulam, *alia quælibet de causa*, debere intelligi isto modo, ut dicas *alia quælibet de causa*, sc. concernente contumaciam, vel à contumacia dependente, vel ab offensa dubia, vel pro offensa, ex qua solus Deus offenditur, secundùm *Jo. An.* & *Hosti.* ibi. Nam si offensa sit certa & manifesta, concernens interesse alicujus Partis; tunc etiam in Excommunicatione latâ à Jure, Constitutione, vel à Canone, ut hic, requiritur satisfactio ante Absolutionem. *Extr. de sen. Excom. c. ea noscitur. et c. Parochianos. de rap. c. 1. de usur. cum tu. 23. q. ulti. pessimam.* Et idem dico, si principaliter & immediatè concernat Ecclesiam. Facit *de sen. Excom. cum desideres. §. fi. & c. conquestis. et n. 11. 2. q. 7. accusatio. glo. penul. per Jo.* sed melius *de judiciis. c. 1. di. 2. per Henricum.* Et prædicta intelligo vera, si absolvendus solvendo sit; secus, si fuerit non solvendo: nam tunc absolvi poterit, receptâ ab eo cautione de satisfaciendo, si quando contigerit eum venire ad pinguiorem fortunam. *Extra. de solu. c. Odardus.*

Sed nunquid ad hanc Absolutionem fiendam requiritur vocatio eorum quorum interest, ubi Excommunicatio est inflicta à Canone vel à Constitutione, ut hic? Dic quòd sic: quia talis Excommunicatio semper infligitur pro manifesta offensa. Unde non debet talis absolvi, nisi offensâ Parte vocatâ, & eâ priùs satisfactâ, vel saltem eâ contumaciter absente, ut *d. c. Parochianos*, cum aliis superiùs allegatis. Si tamen Parte non vocatâ, nec ullâ satisfactione præmissâ, fiat Absolutio, bene tenet. *nota. per Ber. & Hosti. de offi. ordi. cùm ab Ecclesiarum. et per Hostien. in c. ea noscitur. & per Spe. ti. de contumacia. §. nunc dicamus. ver. sed pone Excommunicatus.* Fallit tamen hoc, ubi Jus prohibet expressè Absolutionem fieri, satisfactione non præmissâ. Patent Exempla *de elect. quia sæpe. ad finem li. 6. de sepul. c. animarum. de censi. c. quanquam. in fi. c. li. de seques. poss. c. unico. in Clc. cum ibi notatis per Geff. super ver. priùs.* Et hanc materiam ulteriùs prosequere, si placeat, per notata *Henrici de Botwyco. de offi. deleg. c. cum contingat. di. 3.* In foro vero Pœnitentiæ, maximè ubi quis est in mortis articulo, puto quòd non solum in Excommunicatione inflictâ à Jure, sed etiam ab homine potest simplex Sacerdos absolvere. *Ar. de pa. di. 2. quem pœnitet. de sen. Excom. c. non dubium.* Alioquin, si in Excommunicatione moritur, & in eo vivo apparuerint signa pœnitentiæ sive contritionis, poterit absolvi post mortem; & hoc per eum, qui ipsum vivum & sanum absolvere debuisset. *Extra. de senten. Excom. c. à nobis. 2.* ubi dicit *Glossa* super *ver. forma servetur.* quòd talis Absolutio operatur ad hoc, ut talis possit sepeliri in Cœmeterio, & pro eo possit orari. Sed tamen contra hoc hic statuitur expressè, qd non obstante quâcunque Absolutione talis careat Ecclesiasticâ Sepulturâ: ratio est, propter gravitatem excessûs, ut hic dicitur in Textu. *et concor. no. per Archi. de tem. ordi. c. eos. ver. suspensos. li. 6.* Ubi verò per simplicem Sacerdotem fit talis Absolutio etiam in mortis articulo, recipi debet cautio de satisfaciendo, ut ex ea ad minus possit agi contra hæredes defuncti; prout notat *in no. de sepul. c. ulti.* & debet hæc cautio fieri, ubi sic Excommunicatus ad satisfaciendum potens est; aliàs si impotens sit, fiet in eventû quo pervenerit ad pinguiorem fortunam. *de solut. c. Odardus.*

An Absolutio operatur post mortem facta.

o *Careant sepulturâ.* Intellige non ipso Jure, sed per Sententiam, quia hæc res causæ cognitionem exposcit: & hoc patet ex eo quod *infrà* sequitur, *in §. fi.* ibi, *nè probationis fraudis &c.* Sed contra istud opponitur *per c. ulti. extra. de sepul.* ubi patet, qd Absolutus à sententia Canonis non impedietur sepeliri in Ecclesiastica sepultura, quia talis non decedit in peccato Mortali, cùm pœniteat se talem fraudem fecisse, & delictum suum confessus sit. Solutio. Istud ordinatur ex causa, sc. ad majorem terrorem; prout aliàs legitur & *no. de Turneo. c. 2. et de rapto c. 2.* maximè ubi satisfacere non potest, ut hic innuitur: alioquin si satisfacere possit, & ab eo vel ejus hæredibus hæc satisfactio exigi valeat, non denegabitur ei Ecclesiastica sepultura. *de raptori. c. in literis. ubi de hoc in glo. super ver. sepeliri.*

p *Cæterùm.* Tertia pars.

q *Difficultas.* Hoc dicit, quia qui fraudem & malitiam allegat, fraudem & malitiam hujusmodi probare debet. *ff. de proba. l. quoties. §. qui dolum.* & vide, si placeat, quæ scripsi *suprà. de consue. c. 1. ver. fraude.*

r *Ut præfertur.* sc. In periculo vicinæ mortis; quod periculum non solùm contingere potest in infirmo, sed sano; prout legitur ff. *de dona. causa mor. l. 3. et duabus legibus sequen. et eo. ti. l. Senatus. §. causa mortis.*

s *Quovis titulo.* sc. Per quem transferatur dominium, sic quòd Alienatio sit perfecta & irrevocabilis, ut *suprà* dictum est.

a *Tam*

titate [a]tam notabili qd appareat de reſiduo [b] Eccleſiis vèl Creditoribus aliis de [c] ſuis debitis, uxoribus & liberis de ſuis portionibus ſupradictis [d]non poſſe ſatisfieri ſicut decet, Donatio ſeu Alienatio huiuſmodi per malitiam ſive fraudem [e] eo ipſo fieri cenſeatur, malitiæ ſive fraudis probatione ulteriori minimè requiſita.

De Peculio Clericorum.

Clerici Beneficiati non reponant Fructus Eccleſiaſticos in Laico Feudo, nec inde Concubinis aut filiis ex eis domos emant, aut conſtruant, aut pecuniam miniſtrent. De

[f]QUia plerique, *& infrà.* Salubri proviſione [g]Decernimus, nè Clerici [h]Beneficiati [i] Fructus Eccleſiaſticos in [k] Laico Feudo [l]reponant, [m]domos ve, aut poſſeſſiones [n] Laicas ad opus [o] Concubinarum vel [p] filiorum [q] emere præſumant, [r] nec ad opus [s] eorum domos [t] conſtruant in Feudo [u]Laicali; [x] nec etiam pecuniam ſubminiſtrent ad hujuſmodi emenda ad [y]opus eorũ, [z] ut ſic [a] illis ſubtrahatur [b] occaſio [c]malignandi. [d] Si quis autem [e] ſuper hoc habeat ſuſpectus, niſi ſe legitimè purgaverit, arbitrio Superioris ſui puniatur.

Stephanus.

[f]QUia plerique, Hæc eſt Conſtitutio *Stephani Cantuarienſis* Archiepiſcopi, edita in Concilio *Oxon.* primo: & habet duo dicta. Secundum ibi, *Si quis autem.* Primum facit quatuor, prout patet. In ſecundo ſtatuitur de pœna contrafacientibus arbitrariè imponendâ. *Diviſio.*

[g] *Decernimus.* Ex hac dictione apparet, quòd iſta Conſtitutio eſt aliorum Jurium declaratoria. Hæc namque dictio, propriè ſumpta, ſonat in declarationé aliorum†; ut patet *Extra. de judi. c. decernimus. li. 6.* †Jurium.

[h] *Beneficiati.* Sic ergo de non Beneficiatis non habet locum hæc Conſtitutio; quia qd de uno expreſsè eſt prohibitum, in alio caſu videtur eſſe †omiſſum. *de præſump. nonne. cum ibi notatis in gloſſa.* ☞ † *M. S. Ætom.* conceſſũ.

[i] *Fructus Eccleſiaſticos.* i. e. De Eccleſia, & rebus Eccleſiæ, & ejus jure & nomine provenientes, utpurà Decimas, & alia hujuſmodi. *Extra. eo. per totum.*

[k] *Laico Feudo.* Alludit vulgari locutioni Patriæ, ſecundùm quã *Laicum Feudum* vocatur omne illud, quod non eſt inter Poſſeſſiones Eccleſiaſticas deputatum. *Laicum Feudum.*

[l] *Reponant.* Ratio eſt, quia in tali Feudo Prælatus Eccleſiaſticus non habet liberam Executionem contra occupantes talia bona. Ad qd faciunt *no. ſupra. de loca. et condu. c. 2. ubi de hoc. vèr. liberè.* Sed quid ſi Feudum teneatur ab Eccleſia, nunquid liceat in tali loco Fructus hujuſmodi reponere, ubi tamen ipſum Feudum tenetur per Laicum? Videtur quòd ſic: ſi tamen ibi Prælatus Eccleſiaſticus poſſit exercere Juriſdictionem tam Temporalem quàm *Spiritualem. nè Cle. vel Mo. c. Epiſcopus. li. 6.* Sed puto contrarium: nam licèt Epiſcopus in talibus etiam Temporalem Juriſdictionem habeat, tamen quia tales Fructus in tali Feudo repoſiti, ſubjiciuntur Executioni fiendæ per Miniſtros Juriſdictionis Temporalis, & non Spiritualis; ideo ſic reponens meritò veniat puniendus. Nec refert, an illud Feudum ſit ipſius Clerici proprium, quia de ipſius proprio Patrimonio Laico; vel ſit alienum, dummodo non ſit Spirituale & Eccleſiaſticũ. *Quæſtio.*

[m] *Domoſve.* Secundum dictum: & appellatione *domũs* quid contineatur, vide *ſupra. de judi. c. item omnes illi. vèr. domibus.*

[n] *Poſſeſſiones Laicas.* i.e. Quæ conſiſtunt in Laico Feudo. Et nota, qd *Poſſeſſiones* dicuntur, eò qd potiùs conſiſtunt in uſu quàm in proprietate. *ff. de verb. ſig. l. quæſtio.* & vide qd dixi *ſupra. de re. Eccle. non alie. c. 1. vèr. poſſeſſiones.* Sed nunquid Poſſeſſiones Eccleſiaſticas liceat talibus emere? Videtur qd ſic à contrario ſenſu: ſed dic qd non. Pro quo vide qũod dixi *ſupra. de coha. Cle. & mulie. c. 1. ver. publicè.*

[o] *Concubinarum.* De his vide *ſupra. de conſti. c. 1. verſ. Concubinarios.*

[p] *Vel filiorum.* Horũ appellatione omnes Liberi continentur. *ff. de verb. ſig. l. filii appellatione etiam vulgo concepti. ff. ad Tertyl. l. 2.*

[q] *Emere.* Hæc dictio pretium intervenire debere ſignificat: *Inſti. de contraben. emp. et ven. §. 1.* & includit permutationem. *ff. de Ædi. Edic. l. ſciendum. §. emptorem. C. de rerum permu. l. 2. ubi de hoc.* Et nota, qd verbo, *Emptionis*, omnis Alienatio comprehenditur, ſicut & verbo, *Venditionis. ff. de ſtatuli. l. ſtatuliberi. & ceteris. §. ſi.* Iſta enim ſunt duo correlativa; unum Statutũ in uno, locum habet in reliquo. *ff. de acceptil. l. ſi, ubi de hoc. per Bar.* qui etiã ad hoc allegat *l. ſi. C. de indicta viduitate.* Cùm itaque *vendere, locare, arrendare,* & *ad Firmam dimittere,* ad paria reputantur; ut notat *Wil. in Cle. 1. de re. Ec. non alie. verſ. venditiones.* apparet rationabiliter poſſe concludi, qd ille qui ad opus Concubinæ non poteſt domũ vel poſſeſſiones tales emere, nec poterit ipſas conducere, vel per viam Arrendationis ſeu Firmæ ad tale opus recipere. Et hoc verum omnino intelligas, ſc. qd talis Emptio fieri non poteſt de pecunia proveniente de proventibus ipſius Eccleſiæ, quia talis Emptio eſſet quædam dilapidatio bonorum Eccleſiæ: *Extra. eo. c. inquirendum cum ſi.* & quædam ſpecies Sacrilegii eſſet, ut ibi dicitur. Emptionis verba, omnis Alienatio comprehenditur.

[r] *Nec ad opus.* Tertium dictum primæ partis.

[s] *Eorum.* ſc. Concubinarum vel filiorum. Sed nunquid ad opus proprium poſſint hujuſmodi poſſeſſiones emere de bonis Eccleſiæ? Dic qd ſic; dum tamen eas dimittant Eccleſiæ, de cujus bonis acquiſitæ ſunt: *Extra. eo. c. ut unuſquiſque.* quia de talibus teſtari, vel aliter diſponere non poſſunt. *de teſta. c. quia nos.* *Quæſtio.*

[t] *Conſtruant.* i. e. Ædificent, vel ædificari faciant: & intelligè de bonis provenientibus occaſione Beneficii vel Eccleſiæ, ut prædixi.

[u] *Laicali Feudo.* Supple, nec in alieno, nec in proprio. Sed quid ſi Clericus Beneficiatus de facto ædificet in proprio Solo de bonis provenientibus ex ſuo Beneficio, cujus erit Ædificium? Videtur qd erit ipſius ædificantis, ut ſc. cedat Solo. *ff. de re. di. l. in tantum, fo. 12. q. 2. Apoſtolicus. ver. conſtruxiſſe.* dicit, qd Solum cedet ædificio, & ſic erit Eccleſiæ in ejus favorem. *concor. Spe. ti. de emp. et ven. §. tertio loca. vers. hic autem ſcias.* Sed ibi *Jo. An. in addi. ad Spe.* putat, qd æquius eſt dicere, quòd res ſit communis, ſic qd ædificium ſpectet ad Eccleſiam, & area ad hæredes ædificantis: & ratio ſua eſt, nè Eccleſia locupleteretur cum aliena jactura, contra Legem; *nam natura. ff. de condi. inde.* & nè favor Eccleſiæ pariat injuſtitiam. *de dona. inter vi. et ux. c. fi.* Cùm enim regulare ſit, qd ædificium cedat Solo, ut *ſupra* dictum eſt; ſufficit Eccleſiæ qd ſibi ſervetur ædificium, abſque eo qd ædificium trahat ad ſe Solum. Alia ratio eſt, quia Jure ſcripto non cavetur expreſsè, qd id qd ex bonis Eccleſiæ factum eſt, pertineat ad Eccleſiam, quia potiùs hoc inductum eſt per interpretationem Magiſtrorum quàm per Jus in ea parte expreſſum. *& huic dicto Jo. An. concor. Anth. de Butrio. extra. eo. c. inquirendum.* *Quæſtio.*

[x] *Nec etiam.* Quartum dictum primæ partis.

[y] *Opus eorum.* ſc. Concubinarum, vel filiorum. Et idem intelligas, ſi velint hoc facere ad opus Conſanguineorum ſuorum. Nam quicquid de bonis Eccleſiæ emerint vel acquiſierint, ad Eccleſiam pertinere debet. *Extra. eo. c. 1. & quaſi per totum.* Nec de eis poſſunt Clerici Beneficiati teſtari. *Extra. de teſta. c. cum in officio.*

[z] *Vt ſic.* ſc. Per proviſionem hanc.

[a] *Illis.* ſc. Clericis Beneficiatis.

[b] *Occaſio.* Quæ poſſet inſurgere ex contrario ejus qd hic ſtatuitur. Et differunt *occaſio*, & *cauſa*; nam *occaſio* conſiſtit in facto, & eſt injuſta; ſed *cauſa* conſiſtit in Jure, & eſt juſta: prout *no. Archi. de reſcrip. §. ſtatutum. ver. occaſionem. li. 6. et 11. di. conſequens. per eundem. de majo. et obe. c. ſolitæ. in prin. per Hoſtien.* Cauſa & Occaſio differunt.

[c] *Malignandi.* i. e. Malignè vel malitiosè agendi.

[d] *Si quis.* Secunda pars.

[e] *Super hoc.* ſc. Qd *ſupra* dictum eſt, & poteſt intelligi, ut demonſtret omnia præcedentia, vel qd demonſtret ſolum illud qd proxime

ximo dictum est, sc. de subministratione pecuniæ. Est enim *hoc* Pronomen demonstrativum ad oculum; ut *l. nemo. ff. de hære. instit.* refertur tamen quandoque ad oculum intellectûs; ut *no. Bart. ff. de no. ope. nun. l. 1. in principio.*

a *Justâ ratione.* Hoc ideo dicit, quia suspicio oriri vel insurgere potest ex fundamento injusto. Pro quo vide quod scripsi *supra. de foro compe. c. 1. ver. suspecti.*

b *Arbitrium.* Quale erit istud *arbitrium*, vide per ea quæ scripsi *supra. de Cle. non resi. c. in decimis. ver. arbitrio.*

c *Superioris.* sc. Episcopi, Archidiaconi, aut alterius qui supra taliter delinquêti præest Jurisdictioni ordinariæ.

d *Purgaverit.* Hæc purgatio indici potest propter publicâ infamiâ, vel propter scandalum suborum, vel propter vehementem suspicionem; nam horum quolibet per se sufficit, licèt nulla inquisitio præcesserit; prout notat *Hostien. de purga. ca. c. cum P.* & ibi per *Jo. An.* Sed propter solam suspicionem Superioris non debet indici Purgatio. *2. q. 5. omnibus per Jo.* Sed probabilis suspicio Superioris & aliorum sufficit. *de offi. ordi. c. ex parte. glo. fi. et ibi per Inno.*

e *Puniatur.* Arbitrariè, ut hic patet. Et facit ad hoc *Extra. de offi. dele. x. de causis. cum concor. ibi posito in glossa.*

De Testamentis.

Clericus nihil Concubinis Testamento relinquat, relictum autem arbitrio Episcopi convertatur in usum Ecclesiæ quam rexit defunctus.

Stephanus.

f VT Clericalis, & *infrà.* Licèt g legitima Testamenta Clericorum h Beneficiatorum decedentium i Velimus observari, k Nolumus tamen quòd l Concubinis suis m aliquid n in Testamento suo relinquant: o quod si decaterò factum fuerit, p totum illud q arbitrio Episcopi convertatur in r usum Ecclesiæ, s quam rexit defunctus.

Religiosus in Ordine Regulari non testabitur, nec Testamento relinquat, cùm nihil proprium habeat.

Idem.

t CUM viris u Religiosis non liceat possidere x proprium,

Divisio. f UT *Clericalis.* Hæc est Constitutio *Stephani*, edita in *Concilio Oxon.* primo, & habet duo dicta: secundum ibi, *Quod si de cætero.* & est pars hujus *supra. de vi. & bon. Cleri. c. ut Clericalis. & de cohabi. Cle. & mulie. c. ut Clericalis.*

Clericus Beneficiatus de bonis Ecclesiæ testari potest. g *Legitima Testamenta.* Ea viz. quæ fiunt de bonis propriis, non contemplatione Ecclesiæ acquisitis. *Extra. eo. c. 1. & c. cum in officiis. et c. quia nos.* Et hoc verum de Jure communi, secus de consuetudine. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de consue. c. nullos. ver. legata.* Nam de consuetudine potest Clericus Beneficiatus testari etiam de bonis Ecclesiæ contemplatione acquisitis, ut ibi dixi. Et nota, quòd dicit *Testamenta legitima*; nam aliqui sunt, quorum Testamenta sunt illegitima, quia non possunt licitè condere Testamenta: de quibus *no. per Cardi. de usur. c. 2. glo. ulti. versu. finem.* Et quædam sunt Testamenta illegitima ratione Voluntatis, utputà, quia Voluntas est irrationabilis, vel contra bonos mores, & talia Testamenta non debent demandari Executioni. Quædam sunt illegitima ratione Solennitatis non servatæ, & talia nihilominus Executioni demandari debent: notatur in *c. Johannes. ad fi. extra. eo. ti. per Antho. de Butrio.*

h *Beneficiatorum.* De his principaliter loquitur, eò qd bona Ecclesiæ in malos usus converti non debent, sed successoribus remanere: nam Clericus non Beneficiatus de Peculio adventitio & acquisitis ex labore suo honesto, Donatione propinquorum, Advocatione, & hujusmodi, potest licitè testari: ut patet *extra. eo. c. & c. quia nos.* Item Clericus, qui in Ecclesia recipit aliquod commodum, non per viam Tituli sed per viam stipendii personalis, potest de tali commodo testari etiam de Jure commu. ni. *Extra. eo. c. relatum. ver. cæterum.*

i *Velimus observari.* Et bene, quia ultima voluntas Defuncti, quæ est rationabilis, est omnino servanda. *de testa. c. tua. glo. 2. 13. q. 2. ultima voluntas. per Jo.*

k *Nolumus tamen.* Simile habes *C. de dona. inter vi. & uxo. l. 2.*

An teneat Donatio Concubinæ facta? l *Concubinis suis.* Sed contra hoc opponitur *ff. de dona. ante nup. l. 3. §. 1. in fi. ff. de dona. l. affectionis gratia. et l. donationes. in prin.* in quibus Legibus apparet, quòd Donatio facta Concubinæ, vel etiam Meretrici, bene tenet. Solutio. Illud regulare est, quòd Donatio facta Concubinæ teneat, fallit tamen in Milite armatæ militiæ. *C. de don. inter vi. & uxo. l. 2.* Item in Milite inermis militiæ, secundùm *Rich. Mediavilla. ibidem.* nam tali non solùm prohibetur Donatio, sed etiam ipse Concubinatus. *C. de Epis. et Cle. l. cum qui. secundùm Cy. in dicta l. 2.* Et habet locum in omni Clerico, secundùm *Bart.* qui sic notat *dicta l. affectionis.* facit ad hoc *l. miles. in prin. cum glo. ff. de re. judi.* Sed quia præmissa loquuntur in Donatione, scias quod idem est in Legato. *ff. de testa. milit. l. miles ita. §. mulier. et ff. de his qui. ut indig. l. mulierem.* & no. per *Bart. dicta l. miles. ff. de re judi.* qui etiam ibi dicit, quòd Legatum relictum per Advocatum Concubinæ suæ, non tenet.

m *Aliquid.* Etiam quantumcunque modicum. *ff. de acqui. hæred. l. si servum. §. Prætor ait. ubi de hoc per Bart.*

n *In Testamento suo.* Idem est etiam ex causâ Donationis, ut dixi *supra. ver. concubinis suis.*

o *Quod si de cætero.* Secunda pars.

p *Totum illud.* Scilicet relictum.

q *Arbitrio Episcopi.* Sed nunquid Archidiaconi, vel alii inferiores Episcopo, possint facere talia converti in usum Ecclesiæ, ut hic dicitur? Videtur quòd non, ex eo qd hic dicit, *Episcopi*, eligendo industriam personæ existentis in illa Dignitate. Facit ad hoc *de elect. c. cum ex eo. §. nos super hoc. li. 6. & ibi per Jo. An. in ver. Episcopi.* Et hic adverte, quòd appellatione *Episcopi*, in Jurisdictionalibus comprehenditur Confirmatus, licet non Consecratus. Item Capitulum, vacante Sede, quando succedit in Jurisdictione Episcopali. *de sup. neg. Prælа. li. 6.* Item omnes illi qui Jurisdictionem Episcopalem exercent ex commissione Juris. Faciunt ad hoc notata *de maso. & obe. c. 1. in prin. per Jo. An.* Et sic notavit *Fredericus de Senis. Concilio 35.* Sed quæro, quid veniet in hoc arbitrio, nunquid ut Episcopus possit aliquid assignare tali Concubinæ? Dic quod non, sed totum applicabitur Ecclesiæ, ut hic dicitur. Sed arbitrium Episcopi erit in hoc, ut sc. limitet in quos usus converti debeant res sic legatæ. *Quæstio.*

r *Usum Ecclesiæ.* sc. Sive ad fabricam, sive ad ornamenta Ecclesiæ, sive ad reparationem Cancelli vel Mansi, sive ad ipsius Ecclesiæ utilia & necessaria; & circa alia dubia quæ possent moveri super arbitrio, de quo hic loquitur, vide *supra. de Cle. non resi. c. in decimis. ver. arbitrio.*

s *Quam rexit.* Et sic loquitur de Beneficiato habente Administrationem, qui secundùm Jura communia non potest testari de Fructibus suæ Administrationis. Pro quo vide notata *per Jo. An. de offi. ordi. c. præsenti. ver. reservari. lib. 6.* Sed quid si defunctus sic legans nullam habuit Ecclesiam, sed solum Beneficium in Ecclesia, utputà, Præposituram, Archidiaconatum, Cantariam, vel aliud Beneficium hujusmodi; quomodo debent sic Legata disponi? Die quòd disponi debent in usus ipsius Beneficii, & ad onera Beneficii supportanda. Circa quæ vide notata *per Jo. An. dicto c. præsenti. ver. oneribus. li. 6.* *Quæstio.*

Divisio. t CUM *viris.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus est superior, & facit tria. Primò recitat motivum ad suum Statutum. Secundò ibi, *principaliter*, procedit ad Statutum. Tertiò ibi, *cum nihil*, ponit rationem sui Statuti.

u *Religiosis.* De quibus debent intelligi, vide *infra. glo. proxi.*

Proprium. x *Proprium.* Dicitur *proprium*, quasi privatum à communione, & ab aliis separatum. *notat. per Archi. de rescrip. c. statutum. ver. de suo proprio. li. 6. in prin.* Et isto modo Religiosus non potest habere Proprium: *de sta. Mona. c. cum ad Monasterium. in fi. ubi de hoc. 12. q. 1. non dicatis.* etiam de permissu Prælati, ut ibi patet, cum sua *Glossa*, saltem ut possideat nomine suo proprio; secus tamen si possideat nomine Abbatis vel Monasterii, prout *no. per Wil. in Cle. nè in agro. de statu Mona. ver. proprietatis.* Potest etiam Religiosus habere Præbendam distinctam, vel pensionem annuam de bonis Monasterii, non ut Proprium, sed ut horum Dispensator sub obedientia Abbatis; sic ut eam Superior possit minuere & tollere. Facit *c. nisi essent. de Præben. cum ibi notatis per Inno. in ver. providentiâ.* Et intelligas illud, quod hic dicitur, locum habere in his, qui aliquam de Religionibus approbatis ingressi, Professione expressâ vel tacitâ, ad eandem obligantur; nam solus ingressus absque Professione non impedit ingredientem quin habeat Proprium, & quin possit testari etiam post Habitum Religionis assumptum, dum tamen neque expresse neque tacitè professus sit. Facit *12. q. 5. c. ulti. in fi. ubi de hoc per Jo. in ver. sanctimonialibus. et no. de Regula. c. hæc fi. ium. ver. assensus. per Archidia. li. 6.* Et quòd tales qui ingrediuntur Monasterium sive Religionem infra annum Probationis, nullâ Professione interim factâ, retineant Proprium, & possint testari, notatur *extra. eo. c. quia ingredientibus. per Inno. & Hostien.* & probatur *per Auth. ingressi. C. de Sacrosan. Ec.* & ut inteligatur de effectuali & permansuro ingressu: & sic intelligunt *Glo.* & clarè probatur *19. q. 3. quia ingredientibus. ubi de hoc per Jo.* & sic notat expresse *Archi. in d. c. beneficii. ver. assensus. li. 6.* Qui dicit, quòd talis est prorsus quoad hoc sui Juris, & suæ propriæ Voluntatis. *all. ad hoc C. de sententiam passis. l. ulti.* & idem tenent *Docto. extra. eo. c. quia ingredientibus. & ibi per Antho. de Butrio, in notula. 2.*

a *Se*

a *Se & sua.* Quid importat hæc clausula, potes colligere ex notatis per *Cy. de sacrosan. Ec. Auth. ingressi. ver. ulterius procedo. cum aliis. ver. ibi sequen. & extra. de proba. c. in præsentia.* & dicam *infrà. glo. proxima.*

b *Pariter.* i. e. Simul, & intelligas per expressum: & nihilominus si de bonis non exprimat per Dedicationem Personæ, quæ est principalis, expresse videntur dedicari & bona tanquam tacitè accessoria. Circa quod vide notata *per Cy. dicta Auth. ingressi. ver. Item circa hoc quæritur.* Et hoc intellige verum de eo qui ingreditur Religionem approbatam, & ubi tenet ingressus, nec priùs disposuit de bonis: nam si quis ingreditur Religionem non approbatam, non ligatur nec quoad personam, nec per consequens quoad bona. *no. per Hostien. de Regula. c. iu qui. & per Archid. de Regula. c. Constitutioncm. ver. in illa. li. 6. & de Regula. c. cos. ver. Religioni. in Cle. per Gess.* Et quoad bona, ut non transeant, ubi non tenet ingressus personæ, facit *de vi. & bone. Cleri. c. si.* Nam ubi non tenet expressum, nec tenebit tacitum. *ff. de servi. rusti. prædi. l. 3. in fi. cum concor.* Si verò ingressus quis fuerit Religionem approbatam, & non tenet ingressus, non tenebit Dedicatio bonorum, inquantum sunt accessoria personæ; sed exiens recuperabit bona sua: sic tenet *glo. C. de sacro. Ec. Auth. ingressi.* & probatur ex his quæ *suprà* dixi, & *infrà* dicam. Nam ingrediens, & infra annum Probationis nulla facta Professio, nè exiens recuperabit bona. *de renun. c. ex transmissa. de Regula. c. statuimus.* Multò igitur magis hoc fiet, quando ingressus ab †Officio non tenuit; quia multa impediunt contrahenda, quæ non ditimunt jam contracta. *de Regula. ad Apostolicam. ff. de his qui sunt sui vel alie. juris. l. patre furioso.* Si verò teneat ingressui, & remanet in Monasterio, & ante ingressum disposuit de bonis suis in personam alterius, vel aliorum quàm Monasterii; tunc non transferuntur bona ad Monasterium. Circa quod vide notata 19. q. 3. *si qua mulier. & c. sequen.* Sed si ante ingressum nihil disposuit, verùm est, quòd quamdiu steterit non professus tacitè vel expressè potest de bonis suis testari: ut dixi *suprà. in ver. proprium.* Nec in hoc casu aliquid ad Monasterium pertinebit. Facit ad hoc Textus *de senten. Excommuni. c. Religioso. li. 6. & de Regula. c. beneficium. eo. li.* Si tamen talis ingrediens, nullo Testamento facto, moriatur infra annum Probationis; tunc sicut per mortem videtur confirmâsse personam suam ad Religionem, sic & bona videtur confirmâsse ad Monasterium: Et hoc verum, ubi purè ingreditur, & sine aliqua conditione quoad bona, & de hoc constat. Facit ad hoc *ff. de in diem adjectio. l. 2.* Si dubium sit, tunc præsumitur pro Monasterio, quia summa est ratio quæ pro Religione facit. *ff. de rel. et sumpt. fu. l. sunt personæ.* & hæc fuit sententia *Jacobi de Ravenna, & Petri de Bella Perti. dicta Auth. ingressi.* & pro hac sententia facit *de Baptismo c. majores. §. penul. & fi. cum ibi notatis.* Si autem post annum Probationis professus sit tacitè vel expressè, tunc cum persona transeunt bona. *de proba. c. in præsentia. & dicta Auth. ingressi.* Si vis ampliùs hanc materiam dilatare, videas *Henricum de Bowyco. dicto c. in præsentia. di. 2.*

In ingress. sue Religionem possit testari?

† *MS. initio.*

c *Religionis ingressu.* Hæc litera Professionem præsupponit: nam ante Professionem non dicitur quis effectualiter Religionem ingredi. *de sen. Excommuni. c. Religioso. §. quantis. li. 6.* Et interim retinet proprium, ut dixi *suprà. eo. glo. proxima.*

d *Dedicârunt.* i. e. Consecrârunt vel copulârunt. Aliter exponitur per *Accurs. in Auth. ingressi. C. de sacro. Eccl.* qui exponit, *Dedicant*, i. e. *transferunt*, ut ibi patet.

e *Præsentialiter.* secundum dictum.

f *Nulla persona.* i. e. Neque Masculus, neque Fœmina.

g *In Regulari Ordine.* Utputà *Benedicti, Basilii*, vel *Augustini. 18. q. 2. pernitiosa. in prin. Wil.* tamen in *Cle. 1. de decimis. ver. religiosi.* loco *Basilii* ponit *Francisci. & de sup. ne. Prel. c. unico. ver. Regulares. in Clem.* Et ex hoc quod dicit, *Regulari Ordine*, apparet, quòd non comprehendit Eremitas: nam Eremita retinet proprium, & potest testari. *19. q. 3. in §. contra. de elect. cum ad Monasterium. per Innocen.* Religiosi tamen sunt, si profitean-tur in manus Episcopi. *de Regula. porrectis. per Jo. An. ver. sed nunquid Episcopi.* Et talis qui non est obligatus certæ Religioni, potest ducere Uxorem. *de conver. conjuga. c. ex parte. 2. glo. fi.* & de vita talium notat *Archid. de exce. Præla. c. 1. li. 6. idem Card. ver. irrita. de usur. c. 2. Innocen. d. c. cum ad Monasterium. Fob.* etiam de his tractat *16. q. 1. qui verò. & Innocen. de fide instru. c. cum Jo. & Wil. de Præben. c. 2. in Clem.*

h *Condere Testamentum. Cancr. 19. q. 3. c. quia ingredientibus.* Sic etiam sunt multi alii, qui Testamenta facere non possunt, videlicet furiosus. *C. qui test. fa. pos. l. furiosum.* Item carentes quibusdam sensibus, *eo. tit. l. discretis.* Item qui propter morbi acerbitatem non possunt articulatè loqui, nec scribere. *eo. tit. l. jubemus.* Item patientes defectum ætatis. *ff. eo. l. qui ætate.* Item patientes defectum suæ potestatis. *C. qui testa. fa. pos. l. senium.* Item prodigus. *ff. de testa. l. is cui bonis.* Item damnatus ad mortem naturalem vel civilem. *eo. tit. l. ejus qui.* Item committens delictum, de quo potest accusari post mortem. *C. qui testa. face. pos. l. 2.* Item Usurarii manifesti. *de usur. quamquam. li. 6.* Item Excommunicatus, secundum quosdam. Pro quo vide notata *per Jo. in no. de sentcu. Excommun. c. decernimus. li. 6.* & tangitur de Usuris *c. quamquam. vers. irrita. per Card. li. 6.* qui etiam ibi recitat plures personas, quibus non licet testari. Et circa hoc potes videre plures casus, quos ponit *Specu. ti. de instru. editi. §. compendiosè. in prin.*

Plures sunt qui Testamentum condere non possunt.

Religiosus non permittatur fieri Executor Testamenti nisi cum debita cautione Superioris, sine qua nec distributor Legatorum erit, aut Anathema sit.

Johannes Peccham.

REligiosa Sinceritas, & *infrà.* Statuto de *Lambeth*, quo est provisum salubriter, nè aliqui Religiosi cujuscùque Professionis existant, sint Executores Testamentorum, nisi de licentia & voluntate

i *Cùm nihil.* Tertium dictum.

k *Suum temporale.* 12. q. 2. *non dicatis.* ubi *Glossa* dicit, qd etiam vestis, qua utitur, non est sua.

l *Religiosa sinceritas.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, edita apud *Lambeth*, & habet tres partes. In prima ponit Statutum Statuto prius edito additivum. In secunda ibi, *Et quia*, idem quod ordinatur circa Executionem ultimarum Voluntatum quoad Religiosos, statuit observari etiam circa distributionem bonorum. In tertia ibi, *Unde qui*, adjcit clausulam rejectivam Religiosorum non cavendum, ut hæc statuitur. *Divisio.*

m *Statuto.* sc. *Bonifacii*, & incipit, *Item statuimus auctoritate præsentis Concilii.* Et quia ejus Tenor hic totaliter inseritur, ideo alibi quàm hic, in hoc Opere non locatur.

n *De Lambeth.* Hoc Concilium *Bonifacii* celebratum fuit Anno Domini, 1260. secundùm aliquos Libros quos vidi.

o *Cujuscunque Professionis.* sc. Sive Monachalis, sive Canonicalis, sive Fratrum Mendicantium sive non Mendicantium. Sic sentit *Jo. An. eo. ti. c. Religiosus. glo. 2. li. 6.* Vel dic, *cujuscunque Professionis*, i. e. quamcunque Religionis sive Ordinis Regulam professus sit, dum tamen Claustralis existat.

p *Licentia.* Quæ, si exorta sit, non dicitur Licentia. *de elec. c. quorundam. li. 6. ubi de hoc per Arch. ver. obtenta.* Et de hac Licentia constare debet alio modo quàm per assertionem ipsius Religiosi: aliàs posset dici, qd idem Juris esset de eo quod non est, & de eo quod non apparet. *ff. de contraben. emp. l. 3. & l. fundi. cum similibus.* Et intelligas, quòd hæc Licentia debet præcedere actum recipiendi Officium de quo loquitur hæc Constitutio. Facit ad hoc *C. de sacrosan. Eccle. l. 1. de Epis. et Cle. Auth. licentiam.* & notatur *per Barth. in l. si autem. ff. de aqua plu. arcen.* ubi dicit, quòd ubi requiritur Jussus, debet præcedere. *ff. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. jussum.* Sic etiam & Mandatum; *ut l. si verò non remunerandi. §. si post venditam. ff. mandati.* Ubi verò requiritur Auctoritas, illa debet adhiberi in ipso actu incontinenti, ante vel post. *Insti. de autho. tu. §. Tutor. cum similibus* Quando verò requiritur Consensus sive Voluntas, tunc potest præcedere vel sequi. *ut d. l. si autem. et c. ad Macedo. l. fi. ff. de solu. l. ratum.* Sed quando requiritur Licentia, debet præcedere, ut prædixi: & facit ad hoc *c. Religiosus. eo. ti. li. 6. de Regu. licet. et Cle. ulti. de elect.* Si autem requiritur Consilium, debet etiam præcedere. *ff. de admini. tu. l. Titium & Mævium.* facit ad hoc *ne se. va. c. unico. li. 6.*

q *Et voluntate.* Videtur, quòd hæc duo, sc. Licentia & Voluntas hic ponuntur ut diversa, sicut patet per hanc Conjunctivam, &, cujus natura est, ut copulet inter diversa. *ff. de hære. insti. l. interdum.* Differunt enim in hoc casu, ut prædixi *suprà. in glo. præcedenti.* Solent tamen aliqui dicere, quòd Licentia intelligitur libera Voluntas sine causa: sic videtur sentire *Innocen. de statu. Mona. c. cum Monasterium. ver. licentiam. in prin. Bar.* vero *ff. de alimen. leg. l. alio. ver. procedo ulterius.* dicit, quòd verbum, *Licentia*, importat arbitrium boni viri, & hoc sic probatur: hoc nomen, *Licentia*, descendit à verbo, *licet*, quod tantum est dicere quantum licet. Sed non est dubium, quin ista verba, si tibi videtur justum vel licitum, importent arbitrium boni viri. *ut l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 3. & l. si sic. §. 2. ff. de leg. 1. ergo &c.* Sed hæc materia modicum concernit *Licentia.*

cernit casum nostrum nisi quoad hoc, ut sic Licentiatus non possit Administrare ad libitum sed arbitrio boni viri. Mihi videtur, quòd in casu hujus Constitutionis, *Licentia* & *Voluntas* modicum differunt, quia in Licentia ineſt Voluntas: est tamen verum, qd Licentia tribuitur ex vi Auctoritatis, Voluntas verò accedit ex vi Libertatis, quæ poteſt præcedere & sequi; ut dixi *suprà. glo. proxi.*

a *Ordinariorum.* Hæc dictio potest intelligi in casu nostro non solùm de Episcopis, sed etiam Archidiacunis, Abbatibus, & aliis quibuscunque in hac parte Jurisdictionem ordinariam habentibus. Circa quod vide qd scripsi *suprà. de constitu. c. exterior habitus. ver. Ordinarii.* Sed huic Literæ obstare videtur qd habes *de testa. c. Religiosus. §. 1. li. 6.* ubi apparet, qd sufficit hanc Licentiam habere à suo Superiore immediato, sc. Abbate. Et *concor. ad idem. c. si Religiosus. de elec. li. 6.* & faciunt notata *d. c. Religiosus. de testa. li. 6. ver. Superiore suo. per Arch.* Solutio, quia expedit Jura Juribus concordare. *de elect. c. cum expediat. li. 6.* Dic quòd haberi debet Licentia utriusque, sc. Abbatis proprii, & etiam Ordinarii. Requiritur enim Licentia Abbatis, ut patet in *d. c. Religiosus.* quia talis Religiosus sine eo nec habet velle neque nolle, ut ibi dicitur. Requiritur etiam Licentia Ordinarii ex vigore hujus Statuti, quod in hoc non derogat Juri Papali, sed accumulat, & hoc satis licet, ut notant *Hostien. & Jo. in no. de offi. Archipresby. c. ut singul. c.* maximè propter causas hic in Textu subsequenter allegatas. Sed quid si Abbas vel Superior immediatus dederit hanc Licentiam, Ordinarius tamen non vult eam concedere, nec voluntatem suam adhibere? Dici potest, quòd in hoc casu Superior illius Ordinarii consulendus est, & ille remedium adhibebit. *Ar. ad hoc. de jure Patro. c. nullus.* Sed ille Textus melius facit, qd ad Papam in hoc casu haberetur recursus. Puto tamen quòd Archiepiscopus vel ejus Officialis in hoc casu possit istud remediare, eò qd de Constitutione Provinciali agitur cujus ipse Auctor est, & Executor esse debet juxta notata *Docto. de Præben. c. grave.* & faciunt ad hoc *no. Jo. An. de elec. d. c. si Religiosus. li. 6. ver. obtenta.*

Quæstio.

b *Adjiciendo.* Sic ergo Constitutio *Bonifacii* non est sublata, sed stat ut priùs in suo robore.

c *Nullus Religiosus.* Intellige principaliter de Clausträli, qui non habet velle, neque nolle, cùm tamen non Clausträlis velle & nolle habeat; ut notat *glo. 16. q. 1. de Monachis.* Hic tamen potest indistinctè intelligi de quocunque Religioso professo, sive sit redactus ad Claustrum, sive non. Et sic continet etiam Abbatem & Priorem, ac etiam talem qui extra Monasterium præest alicui Ecclesiæ Parochiali vel alteri loco, ad quod facit hæc dictio *universalis nullus*, ut sic accedant notata *Jo. An. de decimis. c. Religiosi. glo. 1. in fi. in Clem.*

d *Permittatur.* Hoc dicit, ex eo qd *suprà* dixit Argumento sumpto à contrario, qd Religiosus de Licentia & Voluntate Ordinarii possit esse Executor. Dat ergo Author ipsi Ordinario Legem, qd non permittatur talis Religiosus exercere officium Executoris, nisi faciat prout patet in Textu. Et dic *permittatur*, i. e. *concedatur*, vel potestas detur. Sic aliàs ponitur hæc dictio *permittere, de stat. & qua. ordi. c. unico. in prin. ubi de hoc per Card. & Arch. li. 6.* Sed nunquid in hoc casu sufficit tacita Permissio Ordinarii? Videtur quòd sic, dum tamen constet de Licentia expressa sui immediate Superioris: juxta illud *c. Religiosus. eo. tit. li. 6.* Quod Capitulum, cùm Jus Commune contineat, huic Constitutioni, inquantum per eam illi Juri obviari posset, debet præferri, maximè cùm Inferior Legi Superioris derogare non poterit. *de elec. c. nè Romani. §. 1. in Clem. cum similibus.* Ista tamen Litera innuit contrarium, & hoc puto verum, maximè per hoc quod dicitur *infrà. ad fi.* quòd tales, qui non possunt cavere, ut hic statuitur, sunt auctoritate hujus Concilii ab hujusmodi executione & etiam distributione perpetuò elongati. Nec obstat dictum *c. Religiosus.* quia illud Capitulum & hæc Constitutio bene compatiuntur se adinvicem, ut *infrà* patebit.

Quæstio.

e *Executor.* Sume quod est *infrà, Testamenti*; ut sic differat ab eo qui rem judicatam exequitur, & in effectum deducit. *C. de execu. re. judi. l. executorem.* Multipliciter namque dicitur *Executor*. Est enim Executor Testamenti, ut hic; item rei judicatæ, ut prædixi; Judex etiam delegatus dicitur Executor. *C. de judi. l. apertissimi. & l. fi.* Item Executor, i. e. Viator vel Nuncius. *insti. de acti. §. tripli.* Ité Executor, i. e. Notarius. *C. de Epis. et Cle. l. cum Clericis. §. 2.* Breviter scias, quòd in Jure reperiuntur Executores Sententiarum, Negotiorũ. Præceptorum, Testamentorũ, & Gratiarum. De primis plenè habes *de offi. dele. x. pastoralis. §. quia verò. de re. judi. c. decatero. & c. qd ad consultationem.* De 2. & 3. habes *de oblig. ad Rom. c. unico. de offi. dele. super quæstionum. post prin. ff. de neg. ge. l. licet. §. si executor. de testi. l. fi. de immuni. Eccle. c. 1.* De quarto, sc. Testamentorum, *de testa. c. 2. li. 6. de testa. Johannes. per Jo. An. in novel.* De quinto, sc. Gratiarum, notat idem *Jo. de concess. Præben. c. si soli. li. 6. in no. statim post. prin.* Et quia materia nostra est de Executoribus Testamentorum, sciàs quòd hujusmodi Executores diversis nominibus appellantur, prout plenius patet *de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in prin. per Specu.*

Executor multiplex.

f *Suus Superior.* Supple, immediatus, ut notant *Doct. ex. tit. c. Religiosus. ver. Superiore. li. 6.* Nam & à tali Superiore tenetur petere Licentiam, & obtinere, ad effectum, qd possit esse Executor Testamenti, ut ibi. Et nota hanc cautionem, non debere exigi ab ipso Religioso, qui est ordinarius Executor, sed ab ipsius Superiore pro eo, vel de ejus licentia; ratio est, quia Subditus non habet potestatem cavendi, saltem sine licentia sui Superioris, ut patet ex superiùs allegatis, quia non habet velle, neque nolle.

g *Religioso.* sc. Executore nominato. Et adverte, quòd generaliter loquitur de omni Religioso, non descendendo ad Religionis speciem. Est tamen sciendum, quòd licet cum tali cautione, de qua hic loquitur, possit Religiosus admitti Executor, ut hic patet; fallit tamen in Fratribus Minoribus, sicut clarè legitur in *c. cùm. §. verum. de verb. sig. in Clem.*

h *Sufficienter.* Sufficiens Cautio dicitur Pignoratitia, Juratoria, vel Fidejussoria; ut notat *Inno. de resti. spo. c. ex transmissa. in fi. alle. ff. mandati. l. mandato. §. si.* Et debet imponi illa quæ magis est timenda. *33. q. 5. prodesse. ut lite non contestata. quamvis frequenter. & concor. nota. per Card. de dolo & contu. c. 1. ver. sufficienter li. 6.* Sed meliùs ibi per *Arch.* & circa hoc vide *no. per Host. de pig. c. si. ubi de hoc. in glo. ver. idoneam.* Sed quid si ille Superior non possit cavere per Pignora, nec per Fidejussores? videtur qd sufficit Cautio Juratoria; prout notat *Card. in loco prædicto.* Facit ad hoc optimè *Extra. de dona. inter vi. & uxo. c. per vestras.* Sed in hoc casu, ubi non potest cavere, videtur quòd non est admittendus Executor. *ar. ff. de usufruc. lega. l. uxori.* & sic in simili sentire videtur *glo. C. de usufru. l. usufructu. in fi. 1. glo.* Et hæc opinio videtur esse justior, licet prima sit benignior, secundùm *Hostien. & Jo. An. in d. c. ult.* Sed tu dic, qd si persona, à qua & pro qua exigitur Cautio, sit persona suspecta, cui de facili non est credendum, habet locum opinio secunda; si verò sit persona credibilis, stabitur ejus Juramento. Si tamen postea incipiat talis Administrator esse suspectus in sua Administratione, poterit Ordinarius per Sequestrationem, vel alia Juris remedia, ejus malitiæ obviare; prout *no. Antho. in simili d. c. ulti. de pigno. ad fi.* Sed nunquid hæc cautio possit remitti? Dic quòd per Testatorem non potest remitti, sed per Ordinarium, vel eum in cujus favorem hæc cautio introducta est, potest remitti: sic videtur sentire *glo. in d. c. ulti.* & facit ad hoc *C. de pig. l. 1. & C. ut in poss. lega. l. scire.* Contrà tamen videtur, quia per remissionem hujus cautionis poterit iste Executor invitari ad delinquendum, & ad malè disponendum. Unde videtur, quòd remissio non potest fieri. *ff. de pact. l. si unus. §. illud. & de pac. dota. l. convenire.* Tu dic, quòd ubi potest aliunde provideri de remedio contra dolum & fraudé, quæ contingere possent in personam talis Executoris, tunc poterit remitti hæc cautio, aliàs autè remitti non potest. Faciunt ad hoc *no. per Bar. C. de pig. d. l. 1.* Sed quid si Prælatus Religiosus, utputà, Abbas vel Prior, sit deputatus Executor, quomodo practicabitur hæc Constitutio? Dic quoad Licentiã, ut possit suscipere in se tale Officium, requiritur consensus sui Superioris immediati, ut dictum est *suprà. de Religioso non Prælato. ar. ejus quod dixi suprà. eo. ver. nullus Religiosus.* Constat enim, quòd appellatione *Religiosorum*, continentur Abbates. *Extra. de Simonia. c. fi.* Et Abbates sunt sub obedientia & regimine Episcoporum. *18. q. 2. Abbates. & c. si quis Abbas. et facit 93. di. nulla. 9. q. 4. c. 2.* Sed quoad cautionem, de qua hic fit mentio, puto, quòd si in eodem Ordine talis Prælatus habeat Superiorem, tunc ille Superior cavebit pro eo, ut hic dicitur. Alioquin si in eodem Ordine nullum habeat Superiorem, poterit cavere pro seipso, dummodo fiat de consensu sui Conventus. *juxta no. de rescrip. c. edoceri.* & facit ad hoc *c. Abbates. de rescrip. in Clem. & de judi. c. cum dilectus.*

i *Fideliter.* sc. Juxta dispositionem defuncti.

k *Integrè.* i. e. Sine diminutione.

l *Rationem.* i. e. Computum, sive Calculum. Sic stat aliàs *de Cleri. agro. c. unico. §. præsenti. li. 6.* Et nota, quòd Religiosus etiam exemptus, non solùm potest vocari ad hujusmodi reddendam rationem coram Ordinario, sed etiam ad hoc tenetur à parte Juris. Textus est *in c. unico. eo. ti. in Clem.* non obstante suâ exemptione, ut ibi patet. Sed quid si Testator vetuit, nè Executor teneatur reddere rationem? Dic qd in arbitrio Judicantis erit, ut non obstante voluntate prædictâ, pensatâ famâ Testatoris & Executoris, & qualitate & quantitate rei de qua agitur, nihilominus rationem exigat, & in aliquibus credat suo Juramento. *C. de dona. l. penul. C. de ali. præst. l. 2.* Et in aliquibus recipiat plenam Probationem: *C. de Epis. & Cle. l. 1.* & arbitrabitur taliter, qd non sit locus minus plenæ Executioni, neq; fraudi, & talis præsumitur fuisse mens Testatoris; quia non est verisimile qd Testator apposuisset clausulam illam in exclusionem voluntatis suæ vel potestatis ordinariæ. Sed magis

magis uti voluisset fide utriusque, sc. Executoris & Ordinarii. Facit ad hoc ff. *de test. tu. l.* 3. & *l. qui nominibus. et l. Lucius. ff. de admi. tu. et extra. eo. tua nos.* Est enim regulare, quòd in remissione generali nunquam venit ut dolus sive fraus remittatur. ff. *de libe. leg. l. si quis rationes.* cum concordantiis; quas latiùs videre poteris in *c. Johannes. extra. eo. per Jo. in no. et in add. ver. sed ex his.*

a *Residui.* His viz. quæ per Testatorem specificata non sunt, sed sub clausula generali transeunt. Sed contra istud opponitur, & videtur, quòd de tali residuo Ordinarius non habeat se intromittere. Nam officium Ordinarii se non extendit, nisi ad relicta ad pias causas, ut videntur tenere aliqui *Docto. extra. eo. c. si hæredes. & c. tua.* Ubi etiam videtur Textus loqui duntaxat in his quæ relinquuntur ad pias causas. *Sed ibi, et etiam. eo. ti. in c. nos quidem.* potes circa hoc videre *no. Inno. & Hostien.* qui dicunt, quòd quælibet voluntas Testatoris rationabilis dici potest pia, & servari debet. *C. de sacro. Eccle. l.* 1. Facit ad hoc Textus in *d. c. si hæredes.* & etiam in *d. c. tua.* ibi, dum dicit, *universa*, & ibi, *plenariè.* Et multùm facit ad hoc *dictum c. Religiosus. eo. ti. li.* 6. ubi indistinctè conceditur Religioso, ut possit esse Executor, quod non posset, si officium non esset pium. Sed quia super hoc sunt opiniones, ideo dicit *Jo. An. in d. c. Johannes.* quòd illa opinio, quæ habet, qd Episcopùs solùm se intromittere debet de piis causis, sit vera, quando inter Laicos agitur via ordinaria pro executione Legati: illa verò quæ vult, ut de omnibus se intromittere possit, vera sit, quando ex Officio suo procedit, ut voluntatem defuncti executioni debitæ faciat demandari: & cum hac Conclusione concordat *Anto. d. c. Johannes. ver. quinto quæro.* Prædicta intelligo vera, maximè quando illud, quod est residuum, relinquitur ad pias causas, ut sic accedat quod notat *Jo. An. in add. ad Specu. ti. de instru. edi. §. nunc vero aliqua. ver. sed an simplex Commissarius. add. prima. ad fi.* ubi dicit, quòd cum *c. ultima voluntas.* 13. *q.* 2. non distinguit inter causas pias & non pias, & publice interest ultimas voluntates exequi, ff. *quem ad. Test. ap. l.* 1. ideo accusatio suspecti Executoris est publica, maximè quando pia sine reliquis expediri non possunt; ut in *Decre. Johannes. præall.* Et circa hanc materiam vide notata in Constitutione *Otthoboni, Libertatem. per Joban. de Atho. in sua magna glo. ver. nunquid Executor cavere.*

b *De damnis.* Sic ergo pro tali Executore requiritur Cautio, hæc viz. res suæ Administrationi commissas salvas fore, ut hic apparet: potest esse ratio, quia cùm talis proprium non habeat, censetur esse non solvendo. Facit ff. *de am. le. l. liberto. §. largius.* Sed huic rationi obstat intellectus verus illius §. *largius.* qui est, quando Testator ignoravit pauperrtatem ipsius Executoris, ut ibi patet in *Glossa.* Unde in hoc, qd Testator scivit hunc esse Religiosum, & per consequens non solvendo, videtur ejus fidem approbare, & propterea non tenetur satisdare. *Insti. de satisd. tu. §.* 2. & facit ad idem ff. *si cui plusquam. per Leg. Falc. l. Divus. C. de Epis. Aud. l. de creationibus.* Et quòd talis Religiosus non satisdabit, expressè notat *Jo. An. in addi. ad Specu. ver. quid si hæres. add. prima. ad fi.* Sed in contrarium facit *l. si à pluribus.* ff. *de leg.* 1. Solutio secundùm *Dy.* Executor qui à Testatore recipit commodum, tenetur cavere, ut ibi; & sic potest intelligi quod hic dicitur, Executor verò merus, qui nullum commodum recipit à defuncto, non tenetur satisdare, ut in aliis concordantiis; vel dic aliter, qd cautionem de implendo onere specialiter injuncto talis Executor, in quantum est Minister nudus, non tenetur per se nec per alium præstare, ut *suprà* dictum est: secus tamen est, si cum Ministerio sit Legatarius, nam tunc tenetur cavere, sed non satisdare. Sic stat *dicta l. si à pluribus. præall.* Ubi verò sine Ministerio est Legatarius tantùm, tunc tenetur cavere, & etiam satisdare. *ut l. si tibi. ff. de leg.* 3. & *l. quibus diebus. §.* 1. ff. *de condi. et demonstra.* Sed præter hanc cautionem, viz. de implendo onere injuncto, vel etiam illam de servando coexecutores indemnes, de qua potest intelligi *dicta l. si à pluribus.* est dare aliam cautionem, viz. cessantium partes reddi: & tunc si sic Legatarius tantùm, non tenetur satisdare; *ut l. pecuniæ. in prin. ff. de ali. lega.* Si verò sit Minister, non tamen nudus, tunc cogitur cavere, ut *dicta l. pecuniæ.* 2. *responso.* non tamen satisdare, eò qd ipsius fides sit electa à Testatore. Facit *l. Firmio. §.* 1. ff. *quando dies leg. cedit.* & sic videtur sentire *Bart. in dicta l. Divus.* qui dicit, quòd merus Executor nec tenetur cavere nec satisdare, ut ibi patet. Et scias, quod *nudus Minister* dicitur, qui ex voluntate defuncti nullum sentit commodum. Sic sentit *glo. ff. de leg.* 2. *l. si quis Titio.* & facit ad idem *l. Sulpicius.* alias incipit. *si mulier. ff. de dona. inter vi. & uxo.* Sed adverte, ut melius intelligas prædicta,

Nudus Minister.

de [a] residuis, si quæ fuerint [b] de damnis, quæ per ipsũ emerserint [c] loci Ordinario absq; [d] difficultate qualibet respondebit. [e] Et quia nonnulli Religionis [f] habitum deferentes, licèt non sint [g] Executores; tamen [h] Distributores efficiuntur bonorum defuncti, temeritate propriâ vel [k] imprudentiâ alienâ, [l] ex quo magnâ provenire vidimus bonorum hujusmodi [m] læsionem. Idem circa hujusmodi distributionem Præcipimus [n] observari, quòd circa executionem superius est provisum, nè [o] aliter executioni vel [p] distributioni hujusmodi se immisceant [q] sub pœna Anathematis.

quandoque in aliquem conferuntur verba dispositiva expressè, ut in tali exemplo; *Lego* Johanni *decem, quæ volo eum restituere* Martino, *vel in pios usus per eum distribui*: in hoc casu talis est Legatarius, & etiam Executor, & idem si tacitè verba dispositiva in eum conferantur. Verbi gratiâ, ubi sibi aliquid legatur, sic tamen ut post aliquod tempus illud restituat *Martino*, volendo per hoc eum aliquod commodum sentire ex Legato, nam & tunc erit Legatarius; *ut dicta l. Sulpicius.* Si verò in aliquem non conferantur verba dispositiva nec tacitè, nec expressè, sed solùm ei committitur Executio facti cum aliquo commodo; tunc si non ex ipso Legato defuncti per eum exequendo, sed aliunde commodum habere debeat, utpote pro seipso, viz. quia aliquid certum sibi legatur ad commodum proprium præter legata exequenda, tunc dicitur *Executor*, sed non *merus*, quia potest conveniri à Legatariis; ut *dicta l. si à pluribus.* & talis debet satisdare de reddendo partes cessantium, quæ in casu nostro comprehenduntur sub istis residuis, quæ non possunt cadere sub legato istius non meri Executoris; ut *dicta l. pecuniæ. præall.* Et sic intelligitur quod hic dicitur. Ubi verò in aliquem non confertur dispositio nec tacitè, nec expressè, nec commodum aliquod sentit ex voluntate defuncti, sed committitur sibi executio facti solummodò sine aliquo commodo, tunc est merus & nudus Executor: & sic stat *d. l. si quis Titio. ff. de leg.* 2. *et dicta l. Divus. præal.* Ista notantur per *Bart. dicta l. pecuniæ.* sed meliùs *dicta l. si quis Titio.* Et ex his patet Solutio eorum quæ *suprà* pro contrariis allegantur.

c *Loci ordinario.* Principaliter intellige de loci Diœcesano; ut patet *extra. eo. ti. c. Johannes.* Habet nihilominus locum in quolibet alio, qui in loco habet Jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, qd esse potest. *de privil. c. Abbates. in fi. li.* 6. & ad idem facit quòd legitur *de usur. c. quanquam. li.* 6.

d *Difficultate.* Forsan allegando exemptionem, vel aliud hujusmodi, quod possit redditionem talis Computi seu rationis differre. Et circa hoc vide provisionem quam habes *eo. ti. c. unico, in Cle.*

e *Et quia.* Secunda pars.

f *Habitum deferentes.* Advertes non dicit *Religiosi*, sed *Religionis Habitum deferentes*: per hoc innuendo, quòd non omnes, qui Religionis Habitum gestant, sunt Religiosi; nam Habitus non facit Monachum, sed Professio. *de Regula. c. porrectum.* Et licèt professus gerat Habitum suæ Professioni congruentem, tamen potest esse quòd moribus non sit Religiosus; vel potest intelligi de his qui per gestationem Habitûs fingunt se Monachos vel Religiosos, & non sunt. De quibus legitur & notatur *extra. de Regula. c. ut Clerici.* *Habitus non facit Monachũ.*

g *Executores.* Supple, in Testamento deputati.

h *Distributores.* Non tamen ad hoc Officium deputati per defunctum, sed aliunde; ut hic patet in litera. Si autem velis scire, quale sit Officium Distributorum, ubi deputati sunt sub eo nomine per defunctum; & an sint dicendi Executores, vide notata *per Specul. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed an distributor.* ubi concluditur tam *per Specu.* quàm *per Joh. An. in add. ad Spec.* qd in effectu idem significat aliquem deputare Executorem, Distributorem, vel Solutorem: facienda tamen est vis in modo deputandi, ut ibi patet in *ver. prosequentibus.* præsertim in *vers. & scias qd Executores.*

i *Temeritate propria.* Quia per Testatorem non deputati se ingerunt ad hoc.

k *Imprudentia aliena.* Quia forsan Executores deputati tales ad distribuendum bona defuncti eligunt vel assignant.

l *Ex quo.* sc. Facto supradicto incongruo & inconvenienti.

m *Læsionem.* Hæc est principalis causa hujus Statuti, ut appareat, & est multùm rationabilis, cùm ad Ordinarios Ecclesiasticos spectet ultimas voluntates decedentium tueri & exequi; ut dixi *suprà. verb. residuis.*

n *Observari.* Supple, in personis Religiosorum hujusmodi.

o *Nè aliter.* Supple, quam de licentia & voluntate Ordinariorum, & sub cautione de qua præfertur.

p *Distributioni.* Etiamsi talis distributio eis committatur à defuncto, cùm eadem sit ratio sicut in executione. ff. *ad l. Aquil. l. illud. extra. de consti. c. translato.* ibi, *quod de uno &c.*

q *Sub pœnâ Anathematis.* i. e. †æternæ maledictionis. 23. *q.* 4. *Guilisarius. de re jud. c. ad Apostolicæ. ubi de hoc. vers. Anathematis. per Archid. li.* 6. qui dicit, quòd Anathema nihil aliud significat quàm separationẽ à Deo; 24. *q.* 3. *certum est. fi.* & est hæc quædam

† *MS. Æthon. supernæ.*

Anathema. dam comminatio non pœna sententiæ latæ; ut notat *Jo. An. de Bigamis. c. unico.* & etiam *Card. & Arch. verb. anathemate. li.* 6. Et hoc verum, ubi sic fertur à Lege. Secus tamen est, si feratur ab homine; ut notat *Bart. de sagittariis. c. unico.* Sed latiùs ibi per *Henricum de Bravyco*, qui circa hoc omnium dicta recitat, & maximè *Archid. 63. di. Salonitanæ.* Unum tamen scias, quòd Anathema differt ab Excommunicatione, quia Excommunicatio fit sine Solennitate, Anathema cum Solennitate: notatur *per Jo. An. de jud. c. cum non ab homine.* Potes etiam circa hoc quod dicitur *sub pœna Anathematis*, an ut latæ sententiæ vel ferendæ, videre notata *Doctorum de Simonia. c. sicut tuis. de jure Patron. c. rebatum.* ubi *Anton.* dicit, quòd hæc verba sonat sententiæ ferendæ, & non latæ. Et idem notat *in c. cum olim. ad fi. extra. de testamentis.* Ratio est; nam ista verba, *sub pœna Anathematis*, possunt dupliciter intelligi, sc. Anathematis latæ, & Anathematis ferendæ, unde in dubio præsumitur ferendæ. Sic ipse notat *Extra. de loc. & conduct. c. 1. parum ante finem.*

Excommunicatio & Anathema differunt.

a *Unde.* Tertia pars.

b *Sufficienter cavere.* Scil. Ut *supra* dictum est. Sed numquid in hoc casu sufficiet, ut alius quàm suus Superior pro tali Religioso caveat? Videtur quòd non, per ea quæ *supra* dicta sunt; quia Constitutio ista, ut patet ex superioribus, requirit cautionem ipsius Superioris pro suo Religioso, ergo ex vi hujus Constitutionis non est admittendus alius, cùm persona, quæ cavere debeat, est specialiter electa. *de offi. deleg. c. si.* Puto tamen, quòd de voluntate & consensu talis Superioris, concurrente ad hoc etiam consensu Ordinarii, possit per alium præstari hæc cautio, quia non sic eligitur industria personæ ipsius Superioris ad cavendum, quin per alium possit fieri hæc cautio, prout innuit hæc litera, quæ dicit, *cavere nequeant*; loquendo sc. de ipsis Religiosis, qui deputati sunt Executores vel distributores hujusmodi bonorum. Faciunt ad hoc notata *Beri in d.c.ulti.ver.personaliter.*

c *Bonorum hujusmodi.* sc. Testantium, ut patet ex *supra* dictis. Sed quid erit in casu, quo aliquis decedat intestatus, numquid Religioso possit committi Administratio bonorum sic defuncti? Æstimo quòd sic, dum tamen concurrat ad hoc licentia sui Superioris immediati; ut *dicto c. Religiosus. li.* 6. Item voluntas & consensus Ordinarii, qui cum deputabit cum cautione, de qua hìc loquitur, maximè ut talis in hoc casu sustineat vices Episcopi vel alterius Ordinarii, ad quem spectat talium bonorum Administratio. *C. de Epis. et Clc. l. nulli.* Et tunc talis non dicetur Executor Testamentarius, neque legitimus, sed Dativus. Facit *Instit. de Attil. su. §. nos autem. ff. de ati. leg. l. 3. §. solet.* & videtur in casu nostro fore expressum *titu. de instru. edi. §. nunc aliqua. ver. quid si unus erat tantum. in fi. per Specu.*

d *Concilii.* Et sic ex vigore hujus Constitutionis ipso Jure hoc procedit.

e *Elongatos.* Et sic ipso facto, aliàs, si hoc fieri deberet per sententiam, dixisset *elongandos.*

Divisio.

f *Item quia locorum.* Hæc Constitutio fuit edita per *Simonem Mepham*, & habet duo dicta. In primo ponit motivum sui Statuti. In secundo ibi, *Statuimus*, ponit Statutum.

g *Insinuationem.* i.e. Publicationem, de qua legitur & notatur *l. publicati. C. de testamentis. et ff. quemad. testam. aperiantur. l. sed si quis.* Hæc autem Publicatio de consuetudine *Angliæ* pertinet ad Judices Ecclesiasticos, sicut patet in Constitutione *Otthoboni, Libertatem.* Secus tamen est de Jure communi, ut patet *C. eo. l. Consulta Divalia. et l. testamenta. cum ibi notatis. & C. de Epis. & Clcr. l. repetita.* Nec obstat *c. nos quidem. et c. si hæredes, et c. tua. extra. eo.* in quibus videtur talia spectare ad Episcopum, quia loquuntur in actu executionis ultimæ Voluntatis, non autem insinuationis sive publicationis Testamenti, ut ibi patet; & sic stat *l. nulli. C. de Epis. & Clc.* Et quòd Consuetudo possit tribuere Judicibus Ecclesiasticis talem potestatem, probatur *C. de emanci. li. l. 1. in fi. 11. di. consuetudinis. C. quæ sit long. consuetudo. l. 2. ff. de leg. l. de quibus. cum concor.* Super hoc vide quod etiam dicam *infrà. c. proxi. §. testamentis. per decursum glo.*

h *Commissionem Administrationis.* Hæc, ut videtur, non est necessaria, quia Executor deputatus ad Voluntatem defuncti expiendam, potest eam ex conscientia propria explere. *C. de Epi. & Clc. l. nulli. §. & siquidem.* Et quoad juramentum de ratione fideliter reddenda, sufficit, ut videtur, quòd illud post Administrationem finitam præstet. *C. de dona. l. si quis qo redemptione. §. 1* Et facit ad hoc, quia cùm talis sit Executor Testamentarius, videtur qd persona sua sit in hoc sufficienter approbata per Testatorem, qui eum deputavit: circa quod vide quod scripsi *supra. eo. c. proxi. ver. de damnis.* Pro solutione præmissorum potes dicere, qd *dicto l. nulli. §. & siquidem.* loquitur in mero Executore Testamentario, qui nullum commodum percipere potest de bonis defuncti, & qui satisfdare non tenetur; sicut plenius dixi *supra. c. proxi. in ver. damnis.* Non tamen per hoc excusatur, quin etiam, etsi esset non menus, ut tollatur fraudis suspicio, debeat Administrationem suscipere coram Judice competente: sicut aliàs legitur in simili *de administra. bo. furiosi.* qui licèt datus fuerit in Testamento, & propterea non teneatur satisfdare de fideliter administrando, debet tamen coram Judice Administrationem suscipere: sicut legitur *C. de Episcopali audi. l. de creationibus.* etiam cum Juramento de fideliter administrando, ut ibi patet. Facit ad idem *C. de eroga. mil. annona. l. pe. in prin. li. 12. C. de cura. fu. l. sisin fi. & in Clc. 2. §. illi etiam de reli. do.* & circa hoc vide quod ulterius dicam *infrà. eo. c. proxi. §. Inhibemus. ver. permittant.*

Pro publicatione Testamenti Pauperis citra centum Solidos Sterlingorum possidentis nihil penitus exigatur.

Simon Mepham.

Tis inhibentes. a Unde qui b sufficienter cavere nequeunt, sciant se tam ab executione quàm à distributione c bonorum hujusmodi præsentis definitione d Concilii perpetuò e elongatos.

f ITem quia locorum Ordinarii circa g insinuationem Testamentorū & h Cōmissionē Administrationis bonorum per i cautelas exquisitas contra hujusmodi Executores Testamentorum, ut ab eis eò citiùs k pecuniam l extorqueant, se (ut dicitur) hactenus reddiderunt onerosos; m Statuimus, qd n pro insinuatione Testamenti o Pauperis, cujus p Inventarium bonorum teneatur satisfdare de fideliter administrando, debet tamen coram Judice Administrationem suscipere: sicut legitur *C. de Episcopali audi. l. de creationibus.* etiam cum Juramento de fideliter administrando, ut ibi patet. Facit ad idem *C. de eroga. mil. annona. l. pe. in prin. li. 12. C. de cura. fu. l. sisin fi. & in Clc. 2. §. illi etiam de reli. do.* & circa hoc vide quod ulterius dicam *infrà. eo. c. proxi. §. Inhibemus. ver. permittant.*

i *Cautelas.* i. e. Frustrationes, moraciones, sive cavillationes. *ff. de verb. sig. l. si calumnictur. in prin.*

k *Pecuniam.* In stricta significatione significat pecuniam numeratam tantùm. *C. de non numc. pecu. per totum.* Largè verò sumendo, denotat quicquid homines in terra, & in suo dominio habent. *1. q. 3. c. totum. C. de consti. pecu. l. 3. ff. de calum. l. 1. in fi. & l. 2. & 3. cum similibus.* Ad quæ & circa ea potes addere qd legitur & notatur in *l. pecuniæ verbum. et l. pecuniæ nomine. ff. de verbo sig.* *Verbum pecuniæ, stricte & largè sumitur.*

l *Extorqueant.* Non solùm talis Extortio Clericis prohibetur, immo & hujusmodi Testamentorum insinuario sive publicatio eis prohibetur de Jure, ut patet *C. de Epis. & Clc. l. repetita. cum al.* quæ *supra. eo. c.* allegantur *sub. ver. insinuationem.* Et ratio redditur in Juribus ibi allegatis, quia opprobrium est Clericis, si velint se ostendere peritos negotiorum forensium.

m *Statuimus.* Secunda pars.

n *Pro insinuatione.* Non dicit pro Registratione, Scriptura, & aliis laboribus circa hoc fiendis. Unde quid in illis fieri seu servari debeat, vide *infrà. eo. c. Ideo quorundam.* ubi ampliùs dicam.

o *Pauperis.* Adverte hic, & ex istis quæ sequuntur, qd *Pauper* dicitur, qui in bonis habet centum Solidos. Aliàs tamen Lex Civilis dicit Pauperem esse, qui non excedit in bonis quinquaginta Aureos. *ut l. nonnulli. ff. de accus.* & dixi *supra. de offi. ordi. c. 1. ver. pauperes audiendos.* Quomodo autem differunt Aureus & Solidus, vide *infrà. eo. c. ver. solidos.* *Pauper.*

p *Inventarium.* De hoc habes 12. *q. 2. charitatem. & q. 5. c. sicubi.* Et dicitur *Inventarium* Scriptura, in qua omnia, quæ inventa sunt, conscribuntur. Et reperitur in Jure *Inventarium* multiplex, viz. Tutorum & Curatorum. *C. de administra. tu. l. tutores.* Item Orphanotrophorum, sive Hospitalariorum. *de reli. do. c. quia contingit. ver. Illis etiam. in Clc.* Item Prælati, in rebus Ecclesiæ, 28. *dist. de Siracusanæ.* 12. *q. 1. manifesta.* Item Hæredis. *C. de jure delibe. l. scimus.* ubi plura videre poteris, tam per Textum quàm per *Doctores*, de confectione Inventarii, & ejus effectu. Et de his Inventariis, & eorum effectu, successivè tractatur *per Specu. ti. de instru. edi. §. dicto de impugnatione testamenti. usque in fi.* Est etiam ultra præmissa Inventarium conficiendum per Executores ultimæ Voluntatis Defuncti, ut hic; & tale Inventarium etiam facere tenetur Episcopus, qui est legitimus Executor. *C. de Epi. & Clc. 1. nulli. §. 2.* & facit *C. de dona. l. si quis pro redemptione. responso 1. C. de bo. proscrip. l. si quis.* Sic igitur & quilibet alius, qui est in Testamento deputatus universalis Executor omnium bonorum, sicut patet in Tutore & Curatore. *C. de admini. tu. l. tutores.* Secus tamen est in eo qui ad certas res distribuendas datus est Executor. *C. de in litem dan. tu. l. ad protegendum.* Sicut etiam contingit in Curatore bonis dato ad certam rem vel speciem. *ff. de bo. auctо. ju. poſ. l. fi. ff. de ven. in poſ. mit. l. 1. §. hem si periculum.* cum aliis concordantiis quas ponit *Specu. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed an teneatur Inventarium facere.* Ratio est, quia nihil est, quod in eo poneret vel scriberet se inveniſſe; *Inventarium* namque idem est quod *Repertorium*, eò quòd res repertæ in eo distribuuntur. *ff. de administra. tu. l. tutor qui repertorium.* *Inventarii multiplex.*

Responso.

reſponſo 1. Jurabit tamen, quòd ea quæ ſuæ Adminiſtrationi commiſſa ſunt, fideliter faciet & adimplebit. *C. de Epi. au. l. de creationibus*, & notatur *per Spe. tit. de Actore ab Univerſitate conſtituto. verſ. puberes autem.*

a *Centum Solidos.* Solidus, Aureus, & Numiſma, idem ſunt; ſicut notatur *in glo. C. de vete. numiſ. pote. ſuper Rubrica.* & concordat ad idem *glo. l. quoties. C. de ſuſcep.* & *Arca. li.* 10. ubi patet, quòd LXXII Solidi faciunt Libram. Et fiebant hi Solidi de Auro, ut notat *Glo.* prædicta *de ve. num. poteſtate.* Et prædictis concordat *glo. ff. de in jus vocan. l. ſi. ver. aureos.* Hic tamen *Solidus* ſumitur pro XII Denariis *Anglicanis*, & eſt Solidus *vulgaris.* Solidus verò primo modo ſumptus dicitur *Solidus legalis. Sterlingorum* nomen erat Argenteæ Monetæ, & habebat ſimilitudinem Denarii modò uſualis; hoc ſalvo, quòd in una quarta habebat effigiem Avis, quæ vocatur Sturnus, *Anglicè* Sterlyng, & horum XXVI ponderabant Unciam; cùm tamen jam XXXII Denarii vix faciant Unciam. Quæro ergo, nunquid circa hos *centum Solidos* debeat conſiderari valor in Monera jam currente, vel aliàs ſecundùm valorem tantæ Summæ in Sterlingis? Videtur qd debet conſiderari ſecundùm valorem Sterlingorum, quî currebant tempore Statuti editi. *Ar. ad hoc extra. de cenſ. cum olim. cum ibi notatis per Doctores.* Sed dic contrarium: quia ubi diſpoſitio ſurgit ex Statuto, ut hic, licèt Moneta ſit diminuta in valore, tamen debet conſiderari reſpectu Monetæ novæ currentis, & non reſpectu antiquæ: nam mutatâ Monetâ, per conſequens videtur mutari Statutum, ut ſcil. intelligatur de nova & non de veteri. *C. qui ad ho. poſ. admitti poſ. l. penul. in fi. C. de conſti. pe. l. 2. C. de rei uxo. actio. l. unica. §. 1. extra. de conſti. tranſlato.* & notatur *ti. de ſolu. §. nunc verò aliqua. ad ſi. per Specul. extra. de jurejur. c. quanto. ver. Eſt tamen animadvertendum. per Anſbo. de Butrio*, ubi per duo folia tractat materiam falſarionis & mutationis Monetæ: & circa hoc videre poteris notata *per Bar. ff. de ſolu. l. Paulus.*

Solidus alius legalis, alius vulgaris.

Quæſtio.

b *Exigatur.* Non ergo prohibet gratis oblarum accipere, ut videtur: ſed tu dic contrarium, qd in hoc caſu etiam gratis oblatum videtur eſſe exactum, cùm iſtud ſic ſtatutum ſit prætextu pauperratis, ut patet in Textu. Facit ad hoc *C. de Salgamo boſpitibus non præſtando. l. 1. li. 12. 10. q. 3. cavendum. in fi. 1. q. 2. placuit.* & notatur *per Arch. de reſcrip. c. ſtatutum. verb. exigat. li. 6.*

[a] centum Solidos Sterlingorū non exceſſerit, nihil penitus [b] exigatur.

Qui impediunt, aut impediri procurant cujuſvis etiam ſervilis conditionis Teſtamentorum executionem, Excommunicentur. Probato autem coràm Ordinariis Teſtamento, nihil amplius exigant Laici, niſi ratione Laicalis Feudi. Nec quiſquã diſtribuat ante Inventariũ factũ, & Ordinariis examinandũ datũ; â quibus non niſi fidis, & qui ſolvendo ſint, mandetur executio. Executores autem nihil ſibi pro executione vendicent ultra Teſtantis Voluntatem, & Ordinariorum Cenſuram, aut ab ingreſſu Eccle. ſia ſuſpendantur.

Johannes Stratford.

c *Statutum.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Stratford, Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & habet duas partes principales. Secunda ibi, *Cæterum contingit.* In prima ponit Decretum ſuper antiquo Statuto per hanc Conſtitutionem reformato. In ſecunda recitat Statutum ad reformationem deductum. Secunda pars principalis habet ſex dicta principalia. In prima facit duo, quia primò recitat malitiam plurium circa Teſtatos & Inteſtatos decedentes, & circa impedimenta Teſtamentorum certarum perſonarum priùs uſitata. Secunda ibi, *unde nos*, contra malitiam & impedimenta hujuſmodi condit Statutum pœnale. In ſecundo ibi, *Teſtamentis*, etiam facit duo: primò ſtatuit circa Teſtamenta non approbanda per Laicos, niſi in certis caſibus, nec per quoſvis quo minus procedant quoviſmodo impedienda. Secundò ibi, *Si verò*, adjicit pœnam contrafacientibus. Tertium dictum ibi, *Inhibemus*, diſponit de Adminiſtratione Executoribus committenda, vel non committenda, & de Inventario faciendo. Quartum ibi, *Item ſtatuimus*, ordinat circa Religioſos in Executores admittendos, vel non admittendos. Quintum ibi, *Statuimus*, diſponit circa perſonas Executorum quoad bona eis non applicanda, niſi ſub certa forma. Sextum ibi, *Omnia verò*, ordinat ea quæ hic ſtatuta ſunt, debere in Eccleſiis ſæpiùs publicari.

Diviſio.

d *Prædeceſſoris.* Quæ ſit differentia inter Prædeceſſorem, Deceſſorem, & Anteceſſorem, notatur *de poſt. c. quia ex eo. ver. anteceſſoribus. li. 6. per Arch.*

e *Inteſtatorum.* De his vide quæ dicam *infrà. c. proxime. ver. inteſtato.*

f *Aſcriptitiorum.* De his vide *infrà. c. præced. ver. aſcriptitiorum.*

g *Cæterùm contingit.* In quibuſdam Libris ſic incipit, *Quandoque etiam.*

h *Recenſentes.* i. e. Renumerantes, recolentes, vel aliter recitantes.

i *Additis.* Quod ſatis licet, etiamſi non eſſet Lex Paris, ſed Superioris, ſicut dixi *ſuprà. de majo. & obe. c. 1. ver. juramento.*

k *Verbis infrà ſcriptis.* Verba enim intentioni deſerviunt. *de appel. c. ſecundo loco. de verb. ſig. c. intelligentia. cum duobus c. ſequentibus.* Unde non ſic ſtabitur verbis, quòd recedatur à mente vel intentione Statuentis; ut legitur & notatur *d. c. intelligentia.* & faciunt ad idem notata *per Bern. de procu. c. petitio. glo. ſi.* Et quòd mens Legis debet inſpici potiùs quam verba, faciunt notata *Jo. An. de elect. c. ſi poſtquam. ver. mente. li. 6.* ubi dicit, quòd licèt Conſtitutio ſit pœnalis, & per conſequens ſtrictè ſecundùm verba intelligenda; inſpici tamen debet mens, quia verba deſerviunt menti, & non econtrà, ut prædictum eſt: & quia hæc materia forſan alibi adeò opportunè non occurret, Quæro, quando aliquid dicatur eſſe de mente legis vel Conſtitutionis? Dic quòd aliquid eſſe de mente Legis, colligitur ex notatis in *c. quanto. de privil.* Et mens Legis poteſt conſiderari dupliciter: eſt enim mens comprehenſiva Legis, & mens extenſiva, ſive extenſa. Ex mente Legis comprehenſiva aliquid colligitur diverſis modis. Primò, ex communi uſu loquendi, quia ille prævalet omni rigori & ſignificationi verborum. *ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen Caſſius.* Secundò, colligitur mens comprehenſiva Legis, ſi aliter intelligendo ſequeretur abſurditas, vel aliquid abſonum, cùm Lex debeat eſſe poſſibilis & honeſta. *4. di. crit. & nota. per Bart. in l. omnes populi. ff. de juſti. & jure.* ſecundùm quem ſic poteſ ponere exemplum. Dicit Lex, quòd faciens homicidium decapitetur; ſi ſervetur præciſè verba Legis, tunc furioſus vel ſe defendens decapitabitur, & hoc eſt contra Jus: ut *in Cle. furioſus. de homi.* unde hoc non videtur eſſe de mente Legis comprehenſiva. Poteſ etiam ponere Exemplum per dictum *c. ſi poſtquam.* Tertiò, colligitur hæc mens, quando per eandem Conſtitutionem vel aliam apparet aliquid Exempli gratiâ poſitum, ut in *l. 1. ff. uti poſſidetis.* ubi dicitur, quòd licèt verba Edicti loquantur de Fundo; tamen in Domo etiam locum habent. Aliud habes Exemplum. Canon prohibet Beneficia conferri niſi permutantibus, *in Clem. unica. de re. permu.* Iſtud etiam locum habebit in Eſectione & Permutatione; ut *no. in locis prædi.* Quartò, colligitur, ſi in Lege illa eſſet appoſita ratio, ut tunc mens, quæ ex illa colligitur, dicatur comprehenſiva: ut notatur in *Clem. 1. de elect.* Mens autem extenſiva, ſeu extenſa Legis, dicitur illa quæ colligitur ex identitate rationis non ſcriptæ; *ut in l. 3. C. de interdictis.* Facit *c. inter cæteras. in fi. extra. de reſcrip. de tranſla. Prælat. c. 2.*

Mens Legis attendenda eſt.

Quæſtio.

Secundò, quæro, nunquid in pœnalibus Conſtitutio extendatur ad comprehenſiva ſub mente? Dic quòd ad illa, quæ ſunt mentis comprehenſiva, bene extenditur; *ut d. c. ſi poſtquam. ubi de hoc eſt glo. Jo. An. ver. mente.* Sed quoad mentem extenſivam vel extenſam, ubi Conſtitutio eſt pœnalis, non ſit talis extenſio. *de elect. c. ſtatuimus. li. 6.* & notatur *per Jo. An. in Regula Furis, odia. li. 6.* Si verò Conſtitutio non ſit pœnalis, tunc ſit extenſio quoad illam mentem extenſivam, quia proceditur ad alium caſum quàm expreſſum in Conſtitutione, per rationis identitatem; ut *dicto c. inter cæteras. cum ſimilibus.* Hanc materiam notat *Dominicus de Sancto Geminiano poſt Jo. de Imola in dicto c. ſi poſtquam. ſuper dicta glo. Jo. An. de elect. li. 6.*

Quæſtio.

l *Cæterùm contingit.* Secunda pars principalis.

m *Clericis.* Iſtud fuit additum Conſtitutioni *Bonifacii*, in qua ſolùm cavebatur de Laicis, ut patet in Antiqua.

n *Divino judicio.* i. e. Pœna inflicta à Deo. Ponitur enim *judicium* quandoque pro *pœna*, ut notatur *per Card. de judi. ſuper Rubri. ver. ſi. li. 6.* ubi recitat, quòd 15. modis ſumitur *judicium.* Et nota, qd Dei judicio aliqui hic puniuntur, ut in futuro non puniantur,

Judicium variè ſumitur.

† MS. Æton. Dei.

nisantur. 33. q. 5. *quod ergo.* Justoq; † judicio adversa quandoque bonis eveniunt, ut ex hoc magis humilientur & mereantur. 6. q. 1. *vves. in fi.* Sic etiam judicio Dei agitur, quando unus ex flagellis corrigitur, & alius obduratur. 23. q. 4. *Nabuchodonosor.* Aliter, quod hic dicitur, *Divino Judicio &c.* potest expuni, id est, dispositione Divinâ; dispoñit namq; Deus quandoque suo justo judicio, ut morientes liberâ dispositione bonorum Temporalium careant, quæ forsan in vita nimium amaverunt; vel quia concessis abusi sunt, vel non concessa rapuerunt.

a *Intestatis.* *Intestatus* dicitur, qui, cùm potuit, nullum fecit Testamentum. Item qui fecit Testamentum, sed ejus Hæreditas adita non est, vel aliàs ipsum Testamentum postea est irritum sive ruptum. ff. *de suis & leg. hæred. l. 1. in prin. ubi de hoc.* Et ibi etiam patet, quòd qui non potest testari, pro *Intestato* dici debet, sed improprie; quia potius talis dicitur *Intestabilis* quàm *Intestatus*, prout notat ibi *Bart.* Ubi tamen communis usus loquendi reputat tales Intestatos, potiùs stabitur communi loquendi modo, quàm propriæ significationi verbi. ff. *de leg. 3. l. librorum.* §. *quod tamen Cassius.* prout notat *Bart.* in loco prælegato, qui dicit, quòd præsupposito Statuto, quod vult Episcopum succedere illi qui decedit Intestatus, ubi post mortem rumpitur Testamentum, vel Hæres non vult adire Hæreditatem; Episcopus, ex propria significatione verbi, non succedit, quia tempore mortis non fuit Intestatus, sed Testatus: tamen juxtà communem modum loquendi, secundùm quem talis dicitur *Intestatus*, Episcopus succedet, ut *suprà* dictum est. Unde etsi Executores universales, qui loco Hæredis sunt, ut notat *Specu. tit. de instrumentorum edi.* §. *nunc verò aliqua. ver. item pone quod aliqui.* nolunt onus Executionis in se suscipere, nec eorum aliquis hoc velit; tunc talis pro Intestato habebitur ad effectum, qd Executio pertineat ad Episcopum. *Arg. præmissorum.* & facit ad hoc *l. intestatus. ff. de verb. sig. Insti. de hæred. quæ ab intesta. in prin.*

b *Domini Feudorum.* Supple, sub quibus sic decedentes bona habuerunt. Et potest intelligi de Dominis tam Spiritualibus quàm Temporalibus in suis Feudis.

c *Defunctorum.* Sive Clericorum, sive Laicorum.

d *Solvi.* sc. Per eos ad quos bona hujusmodi veniunt ab Intestato, quæ ad quos pertinere debeant, videbimus *infrà. c. proxi.*

e *Mobilibus.* Bona enim immobilia talium, ubi non sunt specialiter dispoſita secundùm Jura Civilia, certo modo disponi debent; quem modum hic non prosequor, quia potiùs in his standum est Regni Legibus & Consuetudinibus; quas aliis in eisdem peritis remitto declarandas.

f *Uxorum.* Potes hoc referre ad Laicos, & etiam ad Clericos conjugatos.

g *Vel aliter.* sc. Quàm obsolutionem debitorum suorum, vel in usus Uxorum, Liberorum, vel Parentum.

h *Dispositionem Ordinariorum.* Potes intelligere hanc dispositionem ad Ordinarios pertinere, non solùm in eo quod sequitur, sed etiam in eo quod præcedit, scilicet in solutionem debitorum, & quoad Uxores, Liberos, & Parentes. Circa quod videre poteris *infrà. c. proxi.* ad quem scilicet bonorum hujusmodi dispositio pertinere debeat.

i *Prædicta.* sc. Mobilia.

k *Ea portione.* Non ergo pro portione contingente Uxorem vel Liberos.

l *Consuetudinem Patriæ.* Non dicit, *Regni*; & hoc ideo, quia per totum Regnum forsan non est circa hoc una & eadem Consuetudo, sed diversæ sunt Consuetudines secundùm Patriarum diversitates. Potest enim esse Consuetudo generalis alicujus Provinciæ; item specialis alicujus Civitatis, Territorii, vel loci: prout notatur 11. *dist. in summa. de consuetu. c. cum dilectus. per Hostien. & Jo. in Novella.* Est enim Consuetudo Patriæ sive Regionis diligenter attendenda. ff. *de Instruc. vel Instru. leg. cum de Lanionis.* §. *Asinam. ff. de pecul. le. l. Dominus.* § *Testamento. cum glo. ff. de au. & argen. le. l. pediculi.* §. *argento. cum glo.*

m *Defunctos contingit.* Utputà, medietas bonorum, ubi superest Uxor, & nulli Liberi. Alioquin, si etiam supersint Liberi, quòd tunc Defuncti portio sit tertia pars, aliis duabus Uxori & Liberis remansuris. Sed quæro, quid si in una Patria sit consuetudo, quòd bona dividantur in tres partes? In alia Patria est consuetudo, quòd omnia devolvantur ad Uxorem, vel aliàs ad Liberos, si Defunctus habuit bona in utraq; Patria, quid fiet de bonis? Dic quòd bona debent distribui secundùm utramq; consuetudinem, ut viz. bona in uno loco dividantur in tres partes, bona verò in alio loco distribuantur secundùm illius loci consuetudinem. Facit *l. pupillo. ff. de cura. et tu. da. ab his. & de administra. tu. l. Titium.* §. *tutor.* Et sic in simili sentire videtur *Cy. C. de summa Tri. et fi. Cathe. l. cunctos populos. ver. hoc quæritur.*

Quæstio.

n *Alii siquidem. Vers.* na 'prædicta pro ea [k] portione, quæ secundùm [l] consuetudinem Patriæ [m] Defunctos contingit, permittunt distribui pro eisdem. [n] Alii siquidem [o] ascriptitiorum & [p] aliorū [q] servilis conditionis [r] hominum, necnon [s] solutarum &

o *Ascriptitiorum.* Hi sunt Coloni qui per 30 annos fuerunt in Solo: *C. de agri. & cens. l. cum satis.* & sunt duobus modis; quia aut Præscriptione, aut duplici confessione per scripturam bis factam. *C. de agri. et censi. l. cum scimus. et nota. 54. di. generaliu. glo. 1. per Jo.* Et nota, qd hujusmodi Ascriptitii sunt Liberi. *C. de Epi. et Cle. l. jubemus. Auth. de sanctiss. Episcopis.* §. *ascriptitios. col. 9. C. de agri. et censi. l. cum satis.* §. *cum autem.* Nec obstat *l. nè diutius. eo. tit.* quia quoad Dominos non differunt à Servis, sed quoad Extraneos sic, prout notatur ff. *de fla. bo. l. summa.* Et tales Testamentum condere possunt, ut hic; & notatur *Insti. de jure perso.* §. 1. *ver. quod vi. in glo. & concor. Specu. ti. de instru. edi.* §. *compendiose. vers. quid de ascriptitio.* Et hoc verum est inter certas personas, ut ibi dicitur; & notatur ff. *de testamen. l si quæramus. ver. circa primum. per Bart.*

p *Aliorum.* Ex hoc qd dicit, *aliorum servilis conditionis*, videtur innuere, qd hæc dictio, *aliorum*, referatur ad præcedentia; innuendo, qd Ascriptitii forent Servi. Sed tu dic ut dixi in *glo.* præcedenti, sc. qd tales Ascriptitii non sunt Servi sed Liberi: imò ex hac litera apparet, qd tales Ascriptitii non sunt Servi, quia hic non dicit, *alii servi*, sed *alii servilis conditionis.* Et scire debes, qd hæc dictio, *alius*, non semper refertur ad præcedentia; prout notatur ff. *de pecu. l. non solum.* §. *quæritur. in glo. ver. cæteros.* ubi de hoc sunt multæ concordantiæ.

q *Servilis conditionis.* Nota, non dicit, *Servi*, nam verè Servi non possunt testari: ff. *qui testa. fa. poss. l. filius.* quia nec seipsos nec bona habent, imò pro mortuis reputantur. ff. *de Regu. Juris. l. quod attinet.* Cautè ergo dicit, *servilis conditionis*, ut ostendat aliquos esse servilis conditionis, non tamen Servos; sunt enim non Servi, sed servilis conditionis censiti. *C. in quibus causis colo. capi. censi. dominos accusare possunt. l. 2.* Item Originarii, hi scilicet qui ex Ascriptitiis nati sunt. *C. de agrico. et censi. l. cum satis.* §. *cum autem.* Et idem, si Mater sit Ascriptitia, licèt Pater sit liber. *eo. ti. l. fi. & l. nè diutius.* Sunt etiam servilis conditionis, sed non Servi, omnes Coloni perpetui: de quibus legitur *C. de mendi. validis. l. unica. li. 11.* Item Coloni conditionales, de quibus legitur *eo. tit. l. cum satis.* §. 12. Item Inquilini conditionibus servilibus astricti. *C. eo. ti. l. definimus.* Item Liberi qui stant in agris Dominorum, operi rustico & servili insistentes. *C. ut Rusticani ad nullum obsequ. convocen. l. 1. li. 11.*

Quæ dicitur servilis conditionis, quia tamen non est Servus.

r *Hominum.* Potes hoc intelligere, ut supponat tam pro Masculo quàm pro Fœmina. ff. *de verb. sig. l. hominis.* Potes etiam intelligere ut loquatur solùm de Masculo, eò qd statim sequitur de Fœminis. Sed primum intellectum puto verjorem: nam in sequentibus loquitur de his fœminis quæ non sunt servilis conditionis, sicut patet in Textu.

s *Solutarum.* Sume quod sequitur, *mulierum*, & dicitur *mulier soluta*, quæ Legi viri vinculo Matrimoniali non astringitur; juxta illud *Apostoli, Mulier alligata est Legi quanto tempore Vir ejus vivit; qd si dormieris Vir ejus, liberata est à Lege, cui vult nubat tantùm in Domino. 1 ad Corinth. 7.* Sed quæro, nunquid mulier sponsa alicujus de futuro possit dici soluta? Dic qd non, stante contractu in ea parte inito; quia tenetur promissum adimplere, & ad hoc obligatur, licèt ad hoc compelli non valeat. Potest namque de consensu viri, & suo contractus ille dissolvi. *Extra. de sponsa. c. præterea.* Et utrique possunt à tali contractu recedere, ut ibi patet. Potest etiam alter Sponsorum ante carnalem copulam, altero contractum adimplere differente, ab hujusmodi contractu resilire. *Extra. de sponsa. c. de his. ubi de hoc.* Et ut istam materiam meliùs intelligas, nota, quòd Sponsa de præsenti nullo modo potest dici *soluta*, nisi ad effectum intrandi Religionem ante carnalem copulam. *Extra. de converſ. conjug. c. ex publico.* Sponsa verò de futuro utroque volente potest esse *soluta*, ut *dicto c. præterea.* Altero verò recusante cum justo impedimento allegato, sic qd non nimis protrahatur adimpletio contractûs, non potest solvi, sed tenetur expectare, donec cesset necessitas. ff. *de sponsa. l. sæpe.* Ubi verò nimium protraheretur adimpletio, & periculum fornicationis esset in mora, debet volenti Sponsalia solvere per Ecclesiam subveniri. *Ar. de eo qui consang. uxo. suæ cog. c. Fordanæ. et dicto c. ex publico.* Ubi verò ex parte recusantis nullum prætenditur impedimentum, si præsens sit, debet compelli per Ecclesiam adimplere promissum, nisi ostendat causam rationabilem quare nolit. *Extra. de jurejur. quemadmodum*

Quæstio.

admodum. de Sponſ. c. ſi inter. de ſponſ. duo. c. 1. Si verò abſens ſit ſic, ut compelli non poſſit; tunc expectabitur ad arbitrium Judicis, cùm aliud non ſit in Jure expreſſum. *ut l. 1. ff. de jure delibe.* Præmiſſa colliguntur ex dictis *Petri de Ancho. dicto c. de illis.* ex quibus patet, quòd talis Sponſa non poteſt dici omnino *ſoluta*, cùm ſine cauſæ cognitione hujuſmodi Sponſalia ſolvi non debeant, ſed judicium Eccleſiæ in ea parte regulariter ſit requirendum. *Ar. 33. q. 1. Regulares. & 35. q. 6. multorum.*

a *Conjugatarum.* Supple, perſonis aliis, ut differat ab eo qd ſequitur.

b *Propriarum uxorum.* Hic adverte, quòd ſicut ex hac litera patet, omnes perſonæ hic enumeratæ cenſentur eſſe Teſtabiles, videlicet Aſcripticii, & alii ſervilis conditionis utriuſque ſexûs homines, mulieres etiam ſoluræ & conjugatæ: & breviter ſcias, quòd quælibet perſona, quæ non eſt ſpecialiter in Jure prohibita, poteſt teſtari. Sunt enim certæ perſonæ prohibitæ, quas recitat *glo. in l. ſi quæramus. ff. eo. tit.* & de his notatur *per Specu. ti. de inſtru. edi. §. compendioſe.* & dixi *ſuprà. eo. c. cum viris. ad fi. ſuper verb. condere Teſtamentum.* Et nota, quòd licet hi caſus plures ſint, reduci tamen poſſunt ad quinque. Quandoque enim quis prohibetur teſtari propter defectum ſuæ poteſtatis, ut Filius, Servus, Monachus, & Obſes. Quandoque propter defectum mentis, ut impubes, furioſus, mente captus, & prodigus. Quandoque propter defectum Senſualitatis, ut cæcus, ſurdus, & mutus. Quandoque ratione Pœnalitatis, ut damnatus ad mortem, deportatus, condemnatus de crimine quo efficitur inteſtabilis, vel de quo poſt mortem inchoari poteſt Accuſatio. Quandoque ratione dubietatis, ut quia dubitatur de Statu alicujus. Iſta cum ſuis declarationibus notantur *dicta l. ſi quæramus. ver. venio ad glo. per Bart.* Unde cùm inter perſonas exceptas non comprehendatur mulier conjugata, mirum eſt qd noſtris diebus mariti nituntur uxores ſuas à Teſtamenti factione impedire. Habent enim pro ſe opinionem, quòd uxor nulla bona habet unde teſtari poſſit, ſed omnia ad maritum pertinent, ſicque ſine mariti licentia uxor non poteſt condere teſtamentum; quæ opinio quoad bona propria ipſius mariti fortaſſe poſſet procedere. Sed contra hanc opinionem etiam quoad bona mariti propria militat *l. adverſus. C. de crimi. expi. hæri.* ubi dicitur, quòd uxor eſt ſocia Divinæ & humanæ domûs, & ideò ſocietas vitæ eam facit quodammodo Dominam rerum mariti. *ff. rerum amo. l. 1.* Et maritus vocat uxorem Dominam. *ff. de leg. 3. l. uxorem. in prin.* Scias tamen, quòd uxor in bonis mariti abſque ejus permiſſione poteſtatem non habet, ſed ex ejus permiſſione ſic. Unde uxor, permittente marito, etiam de bonis mariti poteſt pro ſeipſa & pro Anima ſua Eleemoſynam facere, ut notat *Bart. dicta l. 1. ad fi.* nam & in hoc caſu permittitur Donatio, ut *l. ſi ſponſa. §. conceſſa. circa fi. ff. de donat. inter vi, et uxo.* Ex cujus natura Tituli ſatis liquet, quòd vir habet bona diſtincta per ſe, & uxor etiam bona diſtincta per ſe; aliàs enim non poſſet procedere prohibitio illa, quæ vult, quòd conſtante Matrimonio vir non poſſit donare uxori, neque uxor viro, niſi eſſent bona propria diſtincta, quæ eſſent inter eos hinc inde Donanda: & eſt expreſſum *Extra. de dona. inter vi, et uxo. c. 2.* ubi patet, quòd bona provenientia communiter ex bonis viri & mulieris, debent dividi inter ipſum virum & mulierem ſoluto Matrimonio. Sic etiam, ſoluto Matrimonio, debet reſtitui mulieri Dos ejus occaſione proveniens: *eo. tit. c. 2. & ulti.* quæ reſtitutio non fieret, niſi bona eſſent ipſius mulieris. Faciunt ad hoc notata *ff. ſol. matri. per totum.* Et etiam, conſtante Matrimonio, poteſt Dos reverti ad mulierem in caſu. *ff. ſol. ma. l. ſi conſtante.* Sed contra hoc opponitur: nam maritus eſt Dominus rerum Dotalium. *C. de rei ven. l. doce. Inſti. quibus alie. licet vel non. §. 1.* Et quæſita per uxorem, conſtante Matrimonio, præſumuntur quæſita de bonis mariti. *ff. de dona. inter vi. et uxo. l. Quintus Mutius. C. de jure do. l. etiam.* Sed de bonis mariti uxor teſtari non poteſt, niſi eo permittente, ut prædixi; Ergo nec de talibus bonis teſtabitur. Solutio. Leges illæ loquuntur ubi non conſtat, unde uxor hujuſmodi bona acquiſivit. Secus tamen eſſet, ubi conſtat, quòd mulier acquiſivit talia de bonis propriis, ut ibi patet. Quandoque enim contingit, quòd mulier pauper & inops nubit viro diviti. In quo caſu locum habet quod pro contrario allegatur. Secus tamen eſt, ſi mulier dives nubat viro pauperi, ubi non præſumitur uxor aliquid acquiſiſſe de bonis viri modicum vel nihil habentis; quia de bonis quæ non apparent, non poteſt lucrum proficiſci, ut in ſimili notat *Ancho. de Butrio. extra. de pecu. Cleri. c. inveſtigandum. ver. 3. opponitur.* Et quod dicitur maritum eſſe Dominum rerum mulieris ſive uxoris, verum eſt in Dotalibus, ut patet *d. l. doce.* in quibus maritus, quamdiu bene Adminiſtrat, & non eſt ſuſpectus, nec vergit ad inopiam, eſt Dominus quoad Adminiſtrationem. Spe tamen uxor eſt hujuſmodi rerum Domina, prout notat *Cy. d. l. doce.* & ad hoc facit *l. ubi. C. de jure do.* Et ſic patet, quòd licet in rebus Dotalibus maritus ſit Dominus, non tamen ſic in rebus Paraphernalibus. Nam res Paraphernales ſunt propriæ ipſius mulieris, etiam ſtante Matrimonio, ut legitur & notatur *C. de pact. conven. l. ſi. & l. hac. l.* de quibus uxor liberè teſtari poteſt, ut ibi innuitur. Et dicuntur bona Paraphernalia, quæ uxor habet extra Dotem; *ut d. l. hac lege.* & quòd de illis bonis maritus non eſt Dominus, ſed remanent ſub diſpoſitione uxoris, eſt caſus *ff. de jure. do. l. ſi ego. §. dotis autem cauſa.*

Caſus quibus quis prohibetur teſtari.

An Uxor poſſit teſtari, Marito invito?

Bona Paraphernalia.

c *Vel etiam aliorum.* Hæc clauſula poteſt intelligi, ut referatur ad uxores aliorum, quàm eorum de quibus *ſuprà* dixi. Sed ſic intelligendo videretur eſſe ſuperfluum, cùm prius dixerit de Voluntatibus ultimis ſolutarum & conjugatarum non impediendis: ideo melius intelligendum eſt, ut hæc dictio, *aliorum*, referatur ad Voluntates aliorum quorumcunque hîc non expreſſatorum.

d *Factionem liberam.* Intelligas hoc quoad diſponentem, vel diſponere volentem. Et de hac libertate aliqua dixi *ſuprà. de dona. c. unico. ver. voluntate teſtandi. et ver. liberam.*

e *Ipſius.* ſc. Teſtamenti etiam liberè vel non liberè conditi.

f *Executionem.* Intellige ſive quoad executionem pertinentem Executoribus, Teſtamentariis legitimis vel dativis.

g *Dictorum teſtantium.* ſc. Aſcripticiorum, aliorúmque ſervilis conditionis, necnon mulierum ſolutarum & conjugatarum, & aliorum quorumcunque teſtantium.

h *Voluntatem ultimam.* Supple, *impediunt*, quo minus fiat vel factum executionem habeat. Et adverte, quia prius dixit *Teſtamenti factionem*, hîc verò addit, *ultimam Voluntatem*; poſſet ergo dubitari, in quibus differunt *Teſtamentum* & *ultima Voluntas*. Poteſt dici, quòd *Teſtamentum* dicitur, quando fit cum ſolennitate requiſita, de quo notanter *Doctor. extra. eo. tit. c. cum omnes.* Item quando eſt perfectum & conſummatum, aliàs non. *C. eo. l. ex imperfecto.* Sed licèt non fuerit perfectum & conſummatum, eſt tamen ultima Voluntas. *ff. de fideicommiſſa. libe. l. in teſtamento. C. de fideicommiſſ. l. 2.* Et qd Teſtamentum imperfectum * probat Voluntatem Defuncti, notat *Bart. d. l. in teſtamento.* Sic etiam & *Donatio cauſa mortis* poteſt dici ultima Voluntas, ſed non Teſtamentum. *ff. de dona. cauſa mortis. l. Thais. ubi de hoc.* Et ubicunque deficit ſolennitas à Lege requiſita, conſtat tamen de diſpoſitione bonorum facta per † defectum, quæ poſtea non mutatur; hæc poteſt dici *ultima Voluntas. extra. eo. c. judicante. et c. cum omnes. C. eo. tit. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. et extra. eo. ti. c. cum ibi.* Codicillus quoque pro ultima Voluntate habetur, ut notat *Petrus de Anchoran. extra. eo. ti. ſuper Rubrica. ver. tertio quæro.*

Teſtamentum, & ultima Voluntas diſſervunt.

* *MS. Æton. Continet.*

† *MS. Æton.* defunctũ.

i *Contra Jura.* Sicut patet ex ſuperiùs allegatis per diverſas *Gloſſas.*

k *Conſuetudines Eccleſiæ.* Quæ volunt qd nedum executio hujuſmodi Teſtamentorum & ultimarum Voluntatum, ſed etiam inſinuario eorundem pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum, ut prædixi *ſuprà. eo. c. Item quia. ver. inſinuationem.*

l *Juris Eccleſiaſtici.* Si intelligas de eo quod prius dictum eſt, viz. de his qui non permittunt bona Inteſtatorum diſtribui vel diſponi per Ordinarios, ſatis conſtat de læſione Juris Eccleſiaſtici, de qua hîc loquitur, ut ex ſupradictis appareat. Si verò intelligas de impedientibus liberam Teſtamenti factionem quoad Aſcripticios, & alios ſuperiùs recitatos, non video, ſalvo eo quod *infrà* dicam, in quo per hoc læditur Jus Eccleſiaſticum; cùm nihilominus commiſſio Adminiſtrationis ab Inteſtato in bonis talium Ordinariis ſit ſalva. Sed quoad ea quæ dicta ſunt in *dicto ver. alii ſiquidem*, potes hanc læſionem referre ad eos qui impediunt vel impedire procurant executionem hujuſmodi Teſtamentorum quando facta ſunt, quorum tuitio pertinet ad Eccleſiam. *Extra. eo. c. tua nos. cum comeſſ.* Vel poteſt hæc læſio intelligi de læſione Juris Eccleſiæ, qd ſibi competit in inſinuatione & approbatione Teſtamentorum generaliter, quod Jus ab Eccleſia indirectè auferrur, cùm teſtari volentes ſic, ut hîc dicitur, fuerint impediti, nè ſua faciant Teſtamenta; ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *ſuprà. de dona. c. unico.*

m *Et nos. Verſ.*

n *Præſentis auctoritate Concilii.* Ex hac litera patet, qd hæc Conſtitutio, quoad pœnam in ipſa inflictam, magis attribuenda eſt *Johanni Stratford*, qui fuit hujus Conſtitutionis Reformator, quàm *Bonifacio*, qui erat ejuſdem primus Author. Omnia namq; noſtra facimus, quibus auctoritatem impartimur. *C. de Jur. enu. l. 1. §. ſed ſi quid.* Et qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primò invenit, ut ibi dicitur *in eo. §.*

o *In*

omnes & ſingulos [a] in his, vel in [b] eorum aliquo de cætero [c] delinquentes, majoris Excommunicationis ſententiâ ſore Decernimus [d] innodatos. [e] Teſtamentis inſuper coram Ordinariis locorum, [f] ad quos pertinet, probatis & [h] approbatis, hujuſmodi Teſtamentorum probatio & approbatio, niſi ratione [i] Laicalis Feudi, ſi [k] id in Teſtamento aliquo [l] legari contingat, nullatenus à [m] Laicis *Hoſti.* qui dicunt ibi, quòd Officialis Epiſcopi, vel ejus Vicarius generalis, non poſſet facere talem publicationem, non procedit, quia veritas eſt qd hi comprehenduntur ſub nuncupatione Ordinariorum. *de offi. Vica. c. licet. li. 6.* & dixi *ſuprà. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. c. unico. ver. officiales.*

[a] *In his.* ſc. Quæ ſuperiùs dicta ſunt.

[b] *Eorum aliquo.* Et ſic non requiritur, ut delictum alicujus verſetur circa omnia prædicta conjunctim; ſed ſufficit quoad hanc pœnam, quòd fiat in aliquo per ſe diviſim.

[c] *Delinquentes.* Sic ergo patet, quòd aliquod prædictorum facere, eſt delictum; quod quomodo differt à peccato, & à crimine, notatur in *Regula Furis. peccatum. per Fo. An. li. 6.* Eſt etiam qdlibet præmiſſorum peccatum mortale; & hoc ſatis probatur ex eo, quòd pro quolibet tali facto infligitur pœna Excommunicationis, quæ non infligitur niſi pro peccato mortali. *11. q. 3. nemo Epiſcoporum.*

[d] *Innodatos.* Et ſic eſt ſententiæ latæ.

[e] *Teſtamentis.* Secunda pars ſecundæ partis.

[f] *Ad quos pertinet.* Jura, ut communiter loquuntur de Epiſcopis. *ut C. de Epiſco. & Cle. l. nulli. extra. eo. c. tua. & c. Johannes.* Hæc tamen poteſtas, ut notat *Fo. de Atho.* poteſt pertinere inferioribus Ordinariis: ſic ipſe notat in Conſtitutione *Othoboni. libertatem. ver. ordinario competit.* & dixi *ſuprà. eo. c. religioſa ſinceritas. ver. loci ordinario,* ubi verò decedens diverſis Epiſcopis vel diverſis Ordinariis ſubeſt, quid fieri debeat legitur in dicta Conſtitutione, *Libertatem. propeſi.* Sed illa Conſtitutio loquitur tantùm in Clericis Beneficiatis, ut ibi notatur *per Fo. de Athona.* Sed in hoc caſu, ſive ſit Clericus, ſive Laicus, quicquid ſit à parte Juris communis faciendum, videmus à parte Conſuetudinis talium Teſtamenta per Metropolitanum inſinuari, & ad ejus ordinationem omnia plenariè expediri, maximè ubi ſic decedentes in diverſis Diœceſibus bona notabilia habuerint. Et vide quod de hoc dicam *infrà eo* §. *ver. Laicis.*

[g] *Probatis.* Hæc Probatio poteſt fieri per Inſtrumentum in Teſtamento nuncupativo, ut clarè notat *Bart. ff. eo. tit. l. hæredes. in prin.* Et idem dicit etiam in Teſtamento non nuncupativo, ſaltem quoad probationem Solennitatis, licèt non quoad probationem Voluntatis. Per teſtes enim probari poteſt, ubi duo integri Teſtes ſuper hoc producuntur, & clarè deponunt. *Extra. eo. li. c. cum omnes.* Nec requiritur Presbyterum Parochialem adeſſe, niſi in loco, quo fit Teſtamentum, ſit talis Conſuetudo; prout notat *Antho. in dicto c. cum omnes.* Sufficit namque quoad æquitatem Canonicam, ut per duos Teſtes integros omni exceptione majores falſitati non conſentientes, conſtet de voluntate defuncti ad effectum, ut demandetur executioni, ſive ſit facta ad pias cauſas, ſive ad non pias; ut etiam dicit ibi *Anthonius.* Nec refert, ſecundùm eum, an ſit Teſtamentum hujuſmodi factum in terris Eccleſiæ, ſive in Terris Imperii, ſive in foro Canonico, ſive Civili. Ratio ſua eſt, quia alias hujuſmodi peccatum, cùm omnis ſuadeat æquitas ut indubitata voluntas defuncti impleatur. *C. de ſacroſan. Eccle. l. 1.* Et hoc etiam dicit eſſe verum, licèt Teſtes intereſſentes ad hoc rogati non eſſent; cujus tamen contrarium tenuit *Fredericus. ſuo Concilio* 107. Ego verò adhæreo *Anthonio*, nam ejus opinionem in *Anglia* approbat generalis Conſuetudo.

[h] *Approbatis.* Hæc Approbatio pertinet ad Judicem competentem, licèt de Jure Civili ad hanc Approbationem faciendam ſit Judex competens in ſua Juriſdictione Judex Laicus; ut dixi *ſuprà. eo. c. Item quia locorum. ver. inſinuationem.* & patet *C. eo. l. teſtamenta. & l. Conſulta Divalia. C. de Epi. & Cle. l. repetita.* De conſuetudine tam in hac Approbatione in *Anglia* pertinet ad Judices Eccleſiaſticos, Epiſcopos videlicet, & eorum Officiales: pro qua conſuetudine facit *c. ſua nobis. extra. eo. tit.* & ſic notatur *per Hoſtien. de fide inſtr. c. ſi inſtrumenta. glo. 1.* ubi plenè videre poteris materiam publicationis & inſinuationis Teſtamentorum: & ibi dicit *Hoſti. in ver. coram ordinario.* poſſe dici, qd in poſſeſſionibus Eccleſiaſticis talis inſinuatio pertinet ad Judices Eccleſiaſticos; ſed in poſſeſſionibus Temporalibus pertinet ad Judices Sœculares, & ſic non obſtant Leges prælegatæ. Vel aliter, ſecundùm eum, Leges prædictæ intelliguntur de Religioſis & Regularibus perſonis, quæ non debent ſe turbulentis negotiis immiſcere. *Extra. de Syndico. c. unico. de poſtul. c. 2.* Finaliter verò dicit, quòd Leges prædictæ non ligant Clericos, niſi quatenus per Papam fuerint approbatæ. Facit ad hoc *10. di. c. 1. de conſtitu. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.* & cum prædicta ſententia *Hoſti.* concordat *Antho. in eo, c. ver. venio ad tertium.*

Quæſtio. Sed nunquid talis Approbatio vel Inſinuatio poteſt fieri per non ordinarium Judicem, ſed per talem qui eſt alias Commiſſarius ipſius Ordinarii, vel per eum Delegatus? *Antho. in d. c. ſi inſtrumenta.* dicit quòd ſic, dummodo habeat ad hoc ſpeciale mandatum: non enim ſufficeret generale, prout patet in Textu dicti *c. ſi inſtrum. ita.* ibi, *ſpecialiter &c.* & ſic opinio *Goff. Vincen. &*

[i] *Laicalis Feudi.* Talis viz. qd non tenetur ab Eccleſia, ſed eſt de Feudo meré Temporali: & in hoc videtur hæc litera ſequi opinionem illam, de qua dixi *ſuprà. glo. proxi. ver. & ibi dicit.* non tamen omnino, quia illa opinio vult, qd de talibus bonis ſola Inſinuatio pertineat ad Judices Sœculares. Hæc verò Conſtitutio vult, quòd talis Inſinuatio poſſit fieri per utrumque. Primò videlicet per Judicem Eccleſiaſticum, deinde per Sœcularem.

[k] *Si id,* ſc. Feudum Laicale.

[l] *Legari contingat.* Prout ſæpe ſit in multis Civitatibus *Angliæ*, quarum Cives & Burgenſes per ſuas Libertates poſſunt in ſuis Teſtamentis, non ſolùm mobilia, ſed etiam immobilia diſponere & legare.

[m] *Laicis.* i.e. Judicibus Sœcularibus. Sed quæro, in caſu quo Teſtator habuerit bona in diverſis Diœceſibus, nunquid ubi Teſtamentum eſt ſemel coram uno Judice Eccleſiaſtico probatum & approbatum, poſſit poſtea per alium Judicem Eccleſiaſticum probari & approbari? In hac quæſtione videtur, quòd quoad Probationem & Approbationem ſufficit, ſi ſemel coram uno Judice competente probatum & approbatum ſit, maximè coram Ordinario loci, ubi mortuus eſt Teſtator, ut in Conſtitutione *Othoboni, Libertatem. in fi.* nec oportebit illud iterum approbari. *Argu. C. de conſtr. tu. l. neque.* Sed quoad commiſſionem Adminiſtrationis bonorum & auditionem Computi poteſt ſe intromittere quiſque Ordinarius loci, ubi bona ſunt reperta. *Argu. ad hoc ff. de excu. tu. l. juriſperitos.* §. 1. *et c. de incolis. l. cives. li. 10.* & ſimile habes *de temp. ord. cum nullus. li. 6. & C. ubi tu. petantur. l. una.* & ſic ſentire videtur *Fo. de Athona* in dicta Conſtitutione, *Libertatem. ver. fidem.* Hodie autem in *Anglia* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* in ſuâ Provinciâ, tam quoad Probationes & Inſinuationes hujuſmodi Teſtamentorum, quàm etiam quoad commiſſionem Adminiſtrationis bonorum & auditionem Computi, omnia talia expedit, ubi decedentes habuerunt bona notabilia in diverſis Diœceſibus ſuæ Provinciæ. Et pro hac Prærogativa faciunt notata *per Specu. tit. de inſtru. edi.* §. *nunc verò aliqua. ver. ſed coram quo.* ibi, *vel coram Judice utriuſque loci &c.* Sed quia apud quamplures dubitatur, quæ dici debeant *bona notabilia* in iſto caſu; hic adverte, quòd loquendo ſecundùm Rationem, quæ pro Lege habetur, & vicem Legis habet *primâ diſtin. Conſuetudo.* & non ſolùm ſecundùm rationem, ſed ſecundùm Jura, & Sanctorum Patrum Conſtitutiones in hac parte editas, bona illa non poſſunt dici *notabilia*, quibus habitis nihilominus remanet homo pauper. Sed habens in bonis minus centum Solidis Sterlingorum dicitur *Pauper*, ut patet *ſuprà. eod. tit. c. proxi.* Ergo habens in bonis minus centum Solidis Sterlingorum, non dicitur habere Bona Notabilia. Et hæc vera ſunt conſideratione harum Conſtitutionum. Præterea conſideratione Legali *Pauper* dicitur, qui non habet in bonis quinquaginta Aureos; ut notatur *ff. de excuſ. tu. l. paupertas. ubi de hoc in Glo.* Et verum eſt, quòd Aureus, & Solidus Legalis, idem ſignificant; ut dixi *ſuprà. c. proximo. ver. ſolidos.* Ut ergo ſciàs, quantum valent quinquaginta Aurei Legales de Moneta *Angliæ* jam currente; habes ſcire primò, qd LXXII Aurei Legales faciunt unam Libram Auri, ut dixi *in c. proxi. ver. ſolidos.* Una autem Libra Auri de Moneta *Angliæ* conſiſtit ex quinquaginta Nobilibus: & ſic ex XVI Libris, XIII Solidis, IV d. ululaibus. Per rectam itaq; computationem conſtat, qd unus Aureus Legalis de Moneta *Angliæ* jam currente extendit ſe ad quatuor Solidos, VII d. cum Obolo, & parte quarta Quadrantis. Et ita LXXII Aurei Legales faciunt de Moneta *Angliæ* XVI Libras, XIII Solidos, IV d uno Obolo magis in toto, & ſic tantum quantum quinquaginta Nobiſſia uno Obolo majus. Unde patet, quòd quinquaginta Aurei Legales faciunt de Moneta *Angliæ* XI Libras, XI Solidos, VI d, & dimid. Quadrantis. Ex qua ratione concludit, quòd bona, quæ non extendunt ſe ad tantum & talem valorem, non poſſunt dici *notabilia*, eò quòd illis habitis, nihilominus remanet homo pauper, ut prædixi. Præterea ſi diligenter attendamus fundamentum Conſtitutionis *Simonis Mepham, ſuprà. c. proximo.* ubi ſtatuit, quòd pro inſinuatione Teſtamenti alicujus Pauperis, cujus Inventarium centum Solidos Sterlingorum non exceſſerit, nihil penitus exigatur: reperiemus illam tractam fuiſſe ratione Legis, *Conſulta Divalia, C. de Teſtamentis,* ubi ſtatuitur, qd pro inſinuatione Teſtamenti, cujus Inventarium pretium centum Aureorum non excedit, Judices ad hoc deputati, vel eorum Officiales,

Quæſtio.

Pauper.

ciarii, nihil audeant assequi. Cùm igitur, ut *suprà* dixi, Aureus & Solidus à parte Juris idem significent, satis concludi poterit, quoad mentem Juris, quòd potiùs debet intelligi de Solido Legali quàm Usuali. Intelligendo itaque de Solidis Legalibus, patet juxta computationem prædictam, quòd centum Solidi Legales valent de Monetâ *Angliæ* jam currente XXIII Lib. 11 Solidos, quadra. Et sic quoad insinuationem Testamentorum illa, ut videtur, debet dici *Summa notabilis*, & non minor, sive in pecuniâ, sive in pretio, sive in aliis rebus existat. De his igitur tribus considerationibus determinationem vel viam Juris aliâ relinquo meliùs sapienti.

MS. *Sum.* add. Ecclesiastica.

a *Nec impediant.* Vers.

b *Cujusvis conditionis homines.* scil. Sive sint Liberi, sive sint servi Sæculares, sive Religiosi. Et sic hæc dictio, *homines*, est Nominativi Casûs Pluralis Numeri.

c *Procurent.* Nam qui per alium facit, per seipsum facere videtur, ☞ in *Regulâ Juris. Qui facit. li.* 6.

d *Testamenta & Voluntates.* Hæc litera potest intelligi conjunctim, quia quandoque unà cum Testamento perfecto præter illud probatur per viam Codicilli alia Voluntas ultima Testatoris Testamento priùs facto superaddita, & illud non mutans: potest etiam legi disjunctim; ut sic hæc Monosyllaba, *&*, cujus est proprium conjungere, stet disjunctivè: & sic stat multoties, ubi Juris dispositio alias repugnaret. ff. *de verb. sig. l. sæpe.* Ut ergo scias quando Conjuncta ponitur pro Disjuncta, adverte, quòd Copulativa quandoque ponitur inter contraria & incompatibilia, & tunc resolvitur in Disjunctivam: sic stat *l. si Titio fundum.* ff. *de usufru. leg.* Quandoque ponitur inter ea, quæ aliquo respectu sunt idem; & tunc, si unum necessariò inest alteri, abjicitur Copula, & resolvitur in Adjectivum. ff. *de pactis l.* 1. ibi, *placitum & consensus*, i.e. placitus consensus. Et sic sumi potest hic, ut dicatur *Testamenta & Voluntates*, i. e. Testamentariæ Voluntates. Si verò sint unum, quia unum est Genus, aliud Species contenta sub Genere; vel unum est Species, aliud ipsius Speciei individuum; tunc quandoque restringitur Genus per Speciem, quandoque non, ut bene notatur *per Dy. in Regulâ Juris. Genus per Speciem. li.* 6. sed plenius *in l. quæsitum.* §. *penult.* ff. *de fundo instru. ubi de hoc in glo.* Quandoque Copula cadit inter diversa, & tunc, si sint duo Substantiva, stat propriè, & ad unam dispositionem reducuntur: sic stat *l. hujusmodi.* §. *Titio.* ff. *de leg.* 1. et *l. si ductus. eo. ti*, Si Copula ponatur inter Adjectiva, tunc aut illa Adjectiva copulantur respectu alicujus Substantivi, & tunc dictio Copulativa stat propriè, & requiritur concursus utriusque; ut in hoc Exemplo, *Titius est albus & magnus*: sic stat *l. servus urbanus. in fi.* ff. *de leg.* 3. & *l. Titiæ textores. de leg.* 1. aut illa Adjectiva copulantur neutraliter, non respectu alicujus Substantivi, ut *Lego tibi empta et parata*, tunc perinde est, ac si Copula caderet inter duas orationes; in quo casu, si Copula interveniat per modum Accidentis, stat propriè, *ut l. si hæred.* ff. *de condi. institu. et l. si is qui ducenta.* ff. *de re. dub.* Sin autem Copula non interveniat respectivè, tunc concursus non est necessarius, sed in quolibet procedit dispositio. *ut l.* 1. ff. *de his qui no. infa. cum similibus.* Et sic stat hæc. ut sc. talis sit sensus, *impedientes Testamenta quo minus procedant, & impedientes ultimas Voluntates quo minus procedant, eo ipso incurrant pœnam infrà scriptam.* Est enim regulariter verum, qd ubi dicæ orationes ponuntur copulativè, & non principaliter, sed respectivè ad aliud; tunc requiritur concursus utriusque. *ut d. l. si hæredi.* Sed quando plures orationes non copulantur respectivè ad aliud, sed quælibet potest intelligi principaliter per se; tunc Copula ponitur magis causâ ordinis quàm conjunctivè, & ideo non requiritur concursus utriusque. Facit ad hoc bene Textus *in l. ea tamen adjectio.* ff. *de leg.* 3. & circa hoc potes notare dicta *Bart. in dicta l. si hæredi.* sed plenius in *dicta l. si is qui ducenta. de re dub.* §. *utrum. per eundem.*

Copulativa quandoque pro Disjunctiva ponitur.

e *Procedant.* Istud, & illud, qd sequitur, *consequantur effectum* &c. possunt intelligi, ut suppleant pro eodem. Et sic hæc Monosyllaba, *&*, non copulat inter diversa, sed debet exponi, *&*, pro *i.e.* ut dicatur sic, *procedant & consequantur effectum*, i. e. *consequantur effectum*: vel potes referre singula singulis, ut sic dicas, *quo minus Testamenta procedant, & Voluntates suum consequantur effectum*, & dic, procedant in toto vel in parte; nam & quælibet pars Testamenti sive dispositionis Testatoris potest dici ejus Voluntas. Facit ad hoc ff. *de rei ven. l. quæ de tota.*

f *Effectum.* Effectus ultimæ Voluntatis est, ut secundùm eâ pronuncietur, & ei omnino stetur, si justa sit. Facit *in Auth. de nup.* §. *disponat.* Item qd Executorûm deputatio, Legatorûm solutio & præstatio, &c. in Testamento vel in ultimâ Voluntate justè dispositâ locum habeant. Faciunt ad hoc notata *extra. eo. ti.* §. *quis sit effectus. per Hosti. in summa* Et nota, qd ex illo loco colligitur Practica communis, qua succurritur Executoribus, contra non Executores occupantes bona defuncti in toto vel in parte, ut viz. tales occupantes, si non restituant bona, pronuncientur incidisse in hanc pœnam, eò qd impediunt effectum ultimæ Voluntatis defunctorûm. Et quia materia ista est quotidiana, circa eam formo aliqua dubia quæ sequuntur. Primò quæro, nunquid contra tales occupatores debeat fieri requisitio de reddendo hujusmodi bona ad effectum, quòd aliàs fine tali requisitione non debeant dici impedire, quo minus procedant Testantium ultimæ Voluntates, quoad incurrendũ hanc pœnam? Videtur quòd sic. Nam sicut regulariter procedit, qd qui certus est, certiorari non debet: ff. *de act. emp. et vendi. l.* 1. *in fi.* sic etiam qui non est certus, certiorari debet, ut ibi. & ff. *de adil. edi. l.* 1. §. 1. *et* §. *si intelligatur.* Econtrà videtur: nam talis requisitio, ut videtur, habet vim monitionis. Facit ad hoc *Clem.* 1. *de decimis.* ibi, *post requisitionem &c.* Sed ubi sententia Excommunicationis infligitur à Canone, non est necessaria monitio; ut patet in *c. reprehensibilis. extra. de appel.* Ergo &c. Solutio. Quandoque in Jure expressè cavetur, ut præcedat requisitio sive monitio, & tunc non debet omitti. Patet Exemplum *de Decimis. c.* 1. *in Clem. de statu. Mona. e.* 2. *ad finem. eo. li. de vi. et hone. Cle. c.* 1. *eo. li. de sen. Excom. c.* 1. *li.* 6, *cum similibus.* Ratio est, quia in hoc casu denunciatio cum requisitione est de substantia: sic etiam aliàs stat *l. denunciâsse.* §. 1. ff. *de adul.* Si autem factum sit tale, in quo Jura non cavent an facienda sit requisitio, necne; tunc regulare est, quòd ignorans factum, ex quo sequitur pœna Juris, non tenetur: secus tamen est, si scienter hoc faciat. *de consang. & affi. c. eos qui. in Clem. et ibi per Jo. An. super verb. scienter.* Unde ubi constat occupantem bona defuncti scire, quòd absque illis bonis non potest impleri ejus Voluntas, talis occupans scienter eo ipso incurrit hanc pœnam absque denunciatione & requisitione: nam eum qui certus est certiorari non oportet, ut in *Regulâ Juris. eum qui. li.* 6. Secus tamen est, si ignoraverit; nam tunc opus est denunciatione & requisitione, ut sc. de nesciente fiat sciens, & talis requisitio partis etiam unica sufficit ad constituendum sic occupantem contumacem, ad finem incurrendi hanc pœnam. *Ar. dicta Clemen. 1. de decimis. cum similibus.* Si verò dubium sit, an ignoret vel sciat, tunc secundùm quosdam præsumitur sciens. Et sic videtur sentire *Dy. in dicta Reg. Juris. cum qui.* Sed mihi videtur in casu nostro, qd in dubio præsumetur ignorans, ut sic opus sit requisitione cum denunciatione. Ratio est, quia cùm Statutum istud sit pœnale, debet interpretatio fieri in benigniorem partem. ff. *de pœn. l. interpretatione. et c. in pœnis. de Reg. Jur. li.* 6. Sed nunquid Libelli oblatio sufficiet pro requisitione? Dic quòd non, saltem ad effectum incurrendi hanc pœnam, quia non per Libelli oblationem, sed per Litis contestationẽ constituitur quis in mora. Facit ad hoc *dicta l. denunciâsse.* & *quid ergo. ff. de usur. l. mora. ff. si certum pet. l. cùm. et l. quæ te. cum similibus.* Secundò quæro, Testator habens in bonis centum, disponit ex eis quinquaginta certis Executoribus deputatis, qui habent omnia bona defuncti, exceptis viginti, quæ detinentur à quodam alio qui non est Executor: nunquid contra talem potest institui hæc Actio, qd scil. pronuncietur incidisse in hanc pœnam tanquam impediens, quo minus procedat Voluntas defuncti? Videtur qd non: nam cùm Executores bona sufficientia habeant, unde poterunt implere Voluntatem defuncti absque bonis sic per alium detentis, hujusmodi detinens non potest dici impeditor Voluntatis defuncti: & hoc puto verum, si bona illa sic detenta, nec in genere nec in specie cadant sub dispositione Testantis. Alioquin si in illis viginti contineantur aliqua legata in specie, vel aliàs dicta viginti contineantur sub aliquo Legato generali, utputà ad solutionem debitorum, vel hujusmodi; tunc bene procedit hæc Actio. Et idem erit, si post dispositionem bonorum aliquorum factam in specie sequatur dispositio aliqua, sive in specie sive in genere quoad residua: nam tunc omnia bona cadunt sub Voluntate defuncti. Sed quid si Testator nullam mentionem fecit de residuo bonorum, sic quòd residuum non cadat sub dispositione Testantis expressa; nunquid tunc habeat locum hæc pœna contra detentores illius residui? Videtur quòd non: quia non potest dici aliquis impedire Voluntatem, de qua non constat. *Ar. l. literos. in fi.* ff. *de cap. di. Insti. eo.* §. *servus autem. de despons. impuberum. c. ad dissolvendum.* Immo quoad residuum non dispositum videtur decedere Intestatus, sicut aliàs dicitur in milite. ff. *de mili. testa. l. si miles unum.* Solutio. Si appareat Testatorem hoc voluisse, tunc dici debet Intestatus quoad hujusmodi residuum. Aliàs autem si de Voluntate Testantis super hoc non constet, illud residuum pertinebit ad Executores. Facit ad hoc *C. de testamento mili. l* 3. *ubi de hoc. Insti. de hære. insti.* §. *hæreditas.* ff. *eo. ti. l. interdum.* §. 1. & *l. si quis ita. cum similibus.* Et hæc vera sunt, ubi Executores sunt loco hæredis, eò qd non est alius hæres institutus. *C. de Epis. & Cleri. l. si quis ad declinandam.* §. *licentia.* Unde cùm tale residuum cadere debeat sub Administratione Executorum, saltem ex Voluntate defuncti tacita, satis apparet pœnam hanc habere locum contra bona hujusmodi occupantes, tanquam contra impedientes Voluntatem defuncti.

Quæstio.

Quæstio.

Quæstio.

g *Legari.*

a *Legari poſſunt.* Hic adverte, quia quandoque non tenet legatum ratione legantis perſonæ, quæ eſt inteſtabilis. Et tales perſonas puras numerat *Specu. ti. de inſtru. edi. § compendioſe. in prin.* Quandoque ratione perſonæ cui legatur, quia non eſt forſan capax rei legatæ: patet Exemplum *Inſti. de leg. §. legari.* Et tales perſonæ multæ ſunt, quas numerat *Spe. in dicto §. compendioſe. ver. ſecundo oppono.* Quandoq; ratione rei legatæ, quia non poteſt legari ipſa res. *Inſti. de leg. §. non ſolum. ubi de hoc. ff de leg. 1. l. apud Jul. §. conſtat.* Et eſt regulare, quia omnia poſſunt legari, quæ non ſunt prohibita. ff. *de le. 1. l. cætera.*

[a]legari poſſunt de [b]Conſuetudine vel de Jure. [c] Si verò ſint qui [d] contra hæc venire præſumpſerint, in futurum [e]ſciant ſe, præſentis auctoritate Concilii majoris Excommunicationis ſententiâ eſſe involutos: ac [f] contra eos & [g] alios in præmiſſis nequiter excedentes, tanquâ contra violatores & perturbatores [h] Eccleſiaſticarum libertatum [i]gladium Spiritualem Decernimus [k] exercendum. [l] Inhibemus etiam, nè cuiquam [m]Executori Teſtamenti [n]cujuſcunque adminiſtrare [o]permittatur de bonis alicujus Teſtatoris, niſi [p]priùs fiat [q]Inventarium [r] fidele de dictis [s]bonis, ſumptibus [t]funerariis, & circa [u] confectionem Inventarii hujuſmodi apponendis, [x] duntaxat [y] exceptis.

b *De conſuetudine.* Hoc dicit, quia in Regno *Angliæ* variæ ſunt Conſuetudines ſecundùm varia loca. Nam in quibuſdam locis poſſunt legari etiam res immobiles, utputà, in Civitatibus & Burgis ſuper hoc privilegiatis. In aliis autem locis, ut communiter, hoc non procedit.

c *Si verò.* Verſ.

d *Contra hæc.* ſc. Quæ dicta ſunt *ſuprà. §. teſtamentis &c.*

e *Sciant ſc.* Sume quod eſt *infrà*, *majoris Excommunicationis ſententiâ involutos.* Et ſic habes hic qd per hanc clauſulam, *ſciant ſe &c.* datur intelligi, quòd hæc eſt ſententia lata & non ferenda. Simile habes *Extra. de teſt. cogen. c. 2. de appel. c. præterea. 2.*

f *Contra eos.* Scilicet de quibus fit mentio à principio hujus *§. teſtamentis &c.*

g *Alios.* Eis forſan aſſiſtentes, conſilium, auxilium, vel favorem præbentes.

h *Eccleſiaſticarum libertatum.* Hæc Libertas in quo conſiſtit, plenius notatur *per Inno. in c. noverit. de ſententia Excommunicationis.* & tangitur *per Archidiaconum. de jurejur. c. 1. verſ. libertati. li. 6.* Sed hic poſſet quæri, unde provenit hæc Libertas quoad caſum noſtrum? Videtur namque quoad primum, quòd Eccleſia non haberet ſe intromittere de tali approbatione Teſtamentorum, ſed potiùs pertineret ad Judices Laicos; ut in *l. Conſulta Divalia. C. eo.* cum aliis, de quibus dixi *ſuprà. eo. verb. approbatis.* Dic qd hæc Libertas, quoad approbationem hujuſmodi fundatur ſuper conſenſu Regio & ſuorum Procerum in talibus ab antiquo conceſſo. *infrà. de immu. Eccle. c. accidit novitate perverſa. §. quidam etiam.* Item ſuper Conſuetudine in ea parte de ſcientia Regum *Angliæ* diutiùs conſervatâ: de qua Conſuetudine, qd in talibus ſufficit, dixi *ſuprà. eo. ver. approbatis.* Libertas verò Eccleſiæ quoad ſecundum, ſc. puniendum impedientes, quo minus Teſtamenta & ultimæ Voluntates defunctorum procedant, ortum habet à privilegiis etiam in ea parte conceſſis, & à Conſuetudine, ſimiliter de ſcientia Regum *Angliæ* diutiùs obſervatâ. Et potuit habere ortum ex his quæ leguntur & notantur *C. de Epiſ. et Cle. 1. nulli. et l. ſi quis ad declinandam. ff. de pet. hæred. l. hæreditas. prope fi. extra. de teſta. c. tua. cum ſimilibus.*

i *Gladium Spirituale.* Id eſt, Excommunicationem, quæ aliàs dicitur *Mucro*; prout legitur in *c. dilecto. de ſenten. Excom. et ibi per Archidia. in verb. Mucrone. li. 6.*

k *Exercendum.* Iſta litera videtur contraria literæ ſuperiori. Nam iſta litera ſonat in ſententiam non latam, ſed ferendam; ſed ſuperiùs dixit tales ipſo facto *ſententiâ Excommunicationis involutos.* Ergo contradictio, ut videtur. Sed hanc literam intellige quoad Executionem ſententiæ, & ipſius publicationem ſive denunciationem, literam verò primam intellige quoad ipſam ſententiam quæ ipſo † Jure incurritur. Et facit ad hoc in ſimili *c. ulti. de cenſ. in Clem.*

† *MS. Æton.* facto.

l *Inhibemus etiam.* Tertia pars ſecundæ partis.

m *Executori.* ſc. Teſtamentario, prout colligi poteſt ex eo qd ſequitur *infrà*, ibi, *alicujus Teſtatoris &c.*

n *Cujuſcunque.* ſc. Divitis vel pauperis.

o *Permittatur.* i. e. Concedatur, ſupple, ab Ordinario: ſit aliàs ſumitur *de ætat. et quali. ordi. c. permittimus. li. 6.*

p *Priùs.* ſc. Ante commiſſionem Adminiſtrationis. Et ſcias quoad Executorem legitimum *concor. C. de Epiſ. & Cleri. l. nulli. §. cum autem.* quoad Executorem Teſtamentarium, qui nullo hærede inſtituto habetur loco hæredis, maximè ubi eſt univerſalis; *C. de Epiſ. & Cle. l. ſi quis ad declinandam. §. licentia.* Requiritur etiam, antequam ſe immiſceat, Inventarii confectio, ſaltem pro ſecuritate ſua, ut ſc. non teneatur ultra vires bonorum repertorum juxta formam *l. ſcimus. C. de jure delibe.* Si tamen tali Inventario priùs non confecto ſe immiſceat Adminiſtrationi bonorum defuncti, certis caſibus exceptis, viz. pro expenſis Funerum, pro Teſtamenti inſinuatione, pro Inventarii confectione, pro neceſſaria bonorum conſervatione, tenebitur ſingulis Creditoribus reſpondere; ut patet *d. l. ſcimus. §. in computatione. & § ſin verò poſt.* Sic etiam Tutores ante omnia Inventarium facere debent. *C. de admini. tu. l. tutores vel curatores.* Similiter & Executores Dativi ante omnia Inventarium facere debent. *Ar. l. C. de Epi. audi. l. de creationibus. § ſin autem. et §. ſi.* Sed hic adverte, quòd iſti Executores quoad confectionem Inventarii in caſu hujus Conſtitutionis magis aſſimilantur Tutoribus quàm Hæredibus, quia Hæredes, ſi velint, nullo Inventario facto, poſſunt hæreditatem adire, ut prædixi: ſed Tutor non poteſt nec debet contingere Adminiſtrationem, aliquam in bonis pupilli, niſi priùs confecto Inventario. *C. arbi. tutelæ. l. ſi.* Fallit tamen in rebus quæ ſervando ſervari non poſſunt. ff. *de admini. tuto. l. tutor qui repertorium.* Nota tamen, quòd ſi non confecto Inventario, tales adminiſtrent, valet quòd per eos actum eſt, poſſunt tamen removeri ut ſuſpecti. *Ar. ad hoc ff. de ſuſpec. tu. l. 3. §. tutores.* Poſſunt etiam incarcerari, ut ibi dicitur.

q *Inventarium.* Hic vide quod dixi *ſuprà. eo. c. Item quia locorum. ver. inventarium.* Et ſi vis ſcire qualiter debet fieri Inventarium, & an debeat fieri coram Judice, & quæ res debent poni in Inventario, & qualiter debent in eo ſcribi, & de cæteris hanc materiam tangentibus, potes videre per *Bart. ff. de admini. tu. l. tutor qui repertorium. per longum proceſſum.*

Sed quæro, nunquid confectio Inventarii poſſit per Teſtatorem remitti? Dic quòd ſic: ut *l. ſi in fi. C. arbitrium tu.* Et hoc verum intellige, niſi Judici in confirmando Executore aliud ex cauſa rationabili viſum ſit. *ar. l. in confirmando. et l. utilitatem. ff. de de confir. tuto.* Conſuetudo etiam poteſt excuſare tales à confectione Inventarii. *Ar. ff. de legi. l. de quibus. et C. quæ ſit longa conſue. per totum.* ſic notatur *per Spec. titulo, de inſtru. edi. §. dicto, verſ. Quid ſi ſit de conſuetudine.* Ordinarius etiam poteſt confectionem Inventarii remittere, quando viz. expedit quantitatem bonorum non manifeſtari. *ff. ad Terpyl. l. 2. §. tractari. verſ. ergo ſi mater. C. de alimen. pupræſt. l. ſi. C. quando. et qui. quæ. pars detur. l. 2.* prædicta notantur *d. l. tutor qui repertorium. ver. venio ad ſecundam. et ver. ſequentibus; per Bartolum.* *Quæſtio.*

r *Fidele.* Hanc fidelitatem potes diſcernere per ea quæ notantur in locis ad quæ ſuperiùs remiſi, & per ea quæ notat *Spec. ubi ſuprà. glo. proxi. §. dicto quaſi per totum.*

s *Dictis bonis.* Hæc bona intelligi debent de corporalibus & incorporalibus, de quibus apparent Obligationes vel aliqua inſtrumenta. Debita tamen, quæ debuit Defunctus aliis, non oportet poni in Inventario; ratio eſt, quia non ſunt bona Defuncti, ſed aliena. Facit ad hoc *l. ſi. C. de ali. pu. præſtan.* Poſſunt tamen inſeri, ſi videatur expediens. Item debita ipſi Defuncto, de quibus non reperitur inſtrumentum vel obligatio, non oportet Inventario inſerere antequam recipiantur; ratio eſt, quia priùs ipſa debita non reperiuntur, ſic ſaltem ut manibus tractari poſſint, & apprehendi. Facit ad hoc *Inſti. de rerum divi. §. item lapilli. C. de fidejuſſ. l. ſi Barſatorem.* Sed poſtea quando talia debita recepta ſunt, poni debent in Inventario, ſicut res de novo obvenientes. ut *l. ſi. §. tali. C. de cur. et fur.* Prædicta notat *Bart. d. l. tutor. verſ. quæro quæ res.* Potes etiam his, quæ *ſuprà* dixi, addere *no. per Cy. C. arbi. tu. dicta l. ultima.*

t *Funerariis.* Simile habes *C. de jure deli. l. ſcimus. §. in computatione.*

u *Confectionem Inventarii.* His addit *d. l. ſcimus. §. proxi. præalle.* etiam ſumptus factos circa inſinuationem Teſtamenti. Sed propterea hic non excipiuntur, quia hodie tales inſinuationes gratis procedere debent: ut legitur *infrà. eo. c. Adeò quorundam. in prin. ibi videas.* Vel hoc ideo fit, quia inſinuatio Teſtamenti debet fieri poſt prædicta expedita, ſc. ante commiſſionem Adminiſtrationis: & ſic circa hoc nihil hic immutatur.

x *Duntaxat.* i. e. Tantùm. Simile habes *de jurejur. c. 1. ubi de hoc. eò. ver. per Archi. li. 6.* Potes etiam circa hoc videre quæ notat idem *Archi. de reſcrip. c. Statutum. ver. duntaxat. eo. li.*

y *Exceptis.* Sed de quibus bonis levari debent dicti ſumptus? Dic de his quæ ſervando ſervari non poſſunt; ut patet ff. *de admi. tu. l. tutor qui repertorium. in fi.* Illa namque, quæ dilationem non recipiunt, poſſunt geri ante confectionem Inventarii, ut ibi patet: & idem eſt de his quæ de neceſſitate confectionem Inventarii præcedunt, uſ perſcrutatio rerum hæreditariarum. *ff. de acquir. hære. l. Ariſto. & de jure delibe. l. Ariſto.* Et idem intelligas de his quæ defuncto poſſunt prodeſſe, &

non

non obesse ullo modo. *ut l. fi. C. de tuto. & cura. qui satisf. non de.* & sic notatur *per Bart. d. l. tutor ad fi.*

a *Inventarium verò. Vers.*

b *Locorum Ordinarii.* i.e. Episcopi: prout alias *no. in Cle. ad compescendas. ver. loci Ordinarii. in Cle. per Gess.* qui per *Ordinarii loci* intelligit Episcopum, ut sic sumatur proprie. In hoc tamen casu per *Ordinarium ei* intelligi potest, omnis ille ad quem pertinet expeditio rei, de qua agitur. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de constitu. c. exterior habitus. ver. Ordinarii.*

Qui dicatur loci Ordinarius?

c *Tradi.* Non dicit coram Ordinario Inventarium debet fieri, quia quoad Executores sufficit, qd fiat extra Judicium; sed ad effectum, ut Inventarium faciat fidem contra Debitores, quorum nomina in Inventario scribuntur, requiritur, quòd coram Judice fiat. ff. *de admini. tu. l. Chirographis. ubi de hoc per Bart.* Scias tamen, quòd in casu nostro expedit, ut Executor tradat Inventarium inter ipsum & Ordinarium indentatum, sic quòd una pars remaneat apud seipsum, & alia penes Ordinarium.

d *Infra tempus.* Jura dicunt, quòd Tutores mox, ut creati fuerint, debent facere Inventarium. *C. de admi. tu. l. tutores.* Et hoc quidam intelligunt infra tempus quod datur Hæredi. *C. de jure delibe. l. scimus.* Quidam, quòd debet fieri infra quatuor menses; *Glossa* tamen in dicta *l. tutores.* dicit, quòd debet fieri quàm citò poterit: facit ad hoc ff. *de condi. & demon. l. hac conditio.* quod si non fecerit, Tutor erit in dolo, ut patet in *l. Tutor qui repertorium. prævi. ff. de admini. Tuto.* Hic tamen relinquitur tempus ad arbitrium, ut sequitur.

e *Arbitrio.* Istud arbitrium fieri debet cum moderamine, secundùm egentiam Personarum, Rerum, vel Locorum; non enim potest sic arbitrari, ut alium lædat. ff. *de testa. milit. l. cum filius.* conjuncta *l. 1. eo. ti. & no. per Bart. ff. de dona. l. si filius famil. ubi de hoc.*

f *Juxta morem.* i.e. Consuetudinem, de qua dixi *supra. eo. §. Testamenti. ver. approbatis. & glo. ibidem præcedenti.*

g *Nisi talibus.* Videtur ergo, quòd Ordinarius possit removere Executorem à Testatore depuratum quo minùs administret, maximè ubi subest justa causa, utpurà, quia non potest de sua Administratione reddere rationem, ut hic dicitur. Et facit ad hoc *Insti. de suspect. tu. §. suspectus est. ver. sed antequam.* Sed contra hoc opponitur *Insti. eo. ti. §. fi.* ubi patet, quòd licèt aliquis sit pauper, fidelis tamen & diligens non est removendus. Solutio. Ubi contra aliquem præsumitur de dolo, quia antea dolosè in talibus se habuit, bene potest removeri etiam antè Administrationem sibi commissam; ut *d. §. suspectus.* ubi de hoc in *Glossa.* Sic etiamsi in fuga constitutus existat, & illis fuga habeatur pro delicto, potest removeri; ut *not. Bar. l. impuberibus. ff. de suspec. tuto.* & ad idem facit *l. Iotorium. C. de omni agro des. li. 11. et in Auth. de exhibendis reis. §. si verò etiam quid. coll. 5.* sed propinquius ad propositum *C. de desertoribus. l. 2. li. 12.* Et quomodo fuga reddat quem suspectum, notat *Bart. ff. ad Syllan. l. lege Cornelia.* ibi videas. Si autem hoc, quod dicitur hic, intelligere velis ratione Paupertatis, tunc si potest satisdare, non est removendus, ut *dicto §. fi.* Si autem satisdare non possit, & alias diligens sit, non obstabit sibi sola Paupertas. Nam suspectus dicetur, non qui pauper est, sed quem mores faciunt suspectum. ff. *de suspec. tu. l. suspectum.*

Fuga reddit quem suspectum in Administratione.

h *Debitam.* Sume quod est *infrà, rationem.* Et de hac ratione debita reddenda etiam per Religiosos exemptos, dixi *supra. eo. c. Religiosa sinceritas. ver. rationem.*

i *Possint.* sc. De Jure & de facto. *Extra. de rescrip. sciscitatus.* Pro qua potentia vide notata *per Hostien. in summa. titulo de Rescriptis. §. fi.* Est enim regulariter verum, quòd si Executor impotentia Juris vel facti impeditus sit quo minus exequatur, quòd potestas agendi vel distribuendi transfertur in Episcopum. *C. de Episc. & Cle. l. nulli. et l. si quis ad declinandam.* Et hoc intellige verum, ubi unus solus deputatus est Executor; secus si sint plures: nam tunc uno deficiente, Administratio remanet penes alios, ut satis patet *ex. titu. c. fi. ad fi. li. 6.* Et nota, quòd ideo dicit, *possint &c.* quia quidam sunt, qui de per se non possunt, utpurà, Religiosi, qui nec habent velle nec nolle, ut legitur *ex. titu. c. 2. li. 6.* Et simpliciter Frater Minor dicitur non posse de Jure, quia talia sunt fratribus Minoribus prohibita, ut in *Clem. exivi. §. proinde. et §. verum. de verb. sig.* sic etiam & *Servis*; ut notat *Jo. An. in add. ad Spec. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. quid de Abbatibus. add. congruè quæritur.* Et idem intelligit de quocunque inhabili, & idem dicas de omnibus illis qui non possunt esse Executores Defunctorum, de quibus tractatur per *Specu. loco præalle. à vers. sæpe etiam. usque ad vers. insuper quærendum. per eundem.*

Impotentia reddit quem suspectum.

k *Oporteat.* Quia de ipsis non sunt sufficientes.

l *Sufficienter caveant.* Ut dixi *supra. eo. c. Religiosa. ver. sufficienter.*

m *Promittant.* Etiam cum Juramento, quod potest præcedere Administrationem *C. de dona. l. si quis pro redemptione. Respon. 1. & C. de Episc. audien. l. de creationibus.* cum similibus. Hæc tamen videndum est, an talè Juramentum à principio præstitum sufficiat, ut dè reddenda ratione, de qua hic loquitur, non teneatur ulteriùs jurare? Et videtur quòd sic: nam sufficit, quòd in uno negotio ab eadem Persona semel juretur. *Extra. de elec. significastis. Romana. et ibe. cum in Ecclesiis et c. legebatur. de jurejur. o. et si Christus.* Et hoc verum, nisi subsit causa de novo exigendi Juramentum. Facit ad hoc ff. *de dam. infec. l. qui bona. §. si quis stipulatur.* Potest enim causa subesse, quia primum forsan Juramentum solummodo erat de fideliter Administrando, & non de fideliter Computando, sive Rationem reddendo. Unde in Ratione reddenda potest esse contra eum Suspicio, licèt priùs bene Administraverit: *Ar. dicti §. si quis.* ubi dicit *Bart.* quòd quando causa est mutata, vel aliquid novum occurrit, quod movere possit animum Judicis, ut iterum jurerur; tunc non obstante primo Juramento, debet iterum jurare. Facit ad hoc *§. fi. in l. quoties.* ff. *de nov. act.*

n *Reddere rationem.* Sed nunquid in reddenda Ratione sufficit, ut Executor juret se distribuisse omnia & singula quæ devenièbant ad manus suas secundùm Voluntatem Defuncti; vel aliàs requiritur, quòd singula specificet per Parcellas, & probet per Testes? *Jo. An. in addi. ad Specu. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. quid si Executor jam habuit Legatum. add. per hunc §. tenet.* dicit, quòd Expensa notabiles, non tamen minutissimas, debet manifestare per Scripturam, & super earum veritate sufficiet eum jurare. *Ar. l. si quis pro redemptione. §. 1. C. de dona.* Sic quòd primò eas specificet, & postea de veritate earundem juret: & prædicta vera intelligi possunt de tali Executore, qui tentus, habitus, & reputatus est bonus & legalis; ut *no. ibi Spe.* Plura namque sunt, quæ de facili probari non possunt per Testes. ff. *de re mili. l. non omnes. §. à barbaris.* Ubi verò sunt aliqua Legata in specie, quæ de facili occurrunt probanda forsan per Testes; tunc de illis debet reddi Ratio specifica. In Eleemosynis verò minutis non oportet ita arctè sive rigorosè procedere, quia non possunt tam faciliter probari, immo in talibus sufficit Juramentum. Et sic videtur sentire *Cy. de Episc. & Cle. l. id quod pauperibus. ver. octavo quæro.* Et scias, quòd hæc Rationis redditio regulariter fit Administratione finitâ: faciunt ad hoc *no. per glo. in l. qui proprio. §. fi. ff. de procur. et l. sequen.* & hoc verum de Ratione universali. Ratio tamen particularis Gestionis potest etiam ante Officium finitum exigi, saltem si Executor aliqua malè gesserit. Faciunt ad hoc *no. per Doctr. C. de admi. tu. l. 2.* ubi de hoc *per Cy. post Ja. de Ra.* quem recitat *Jo. An. in add. ad Spec. loco præalle. ver. sed an simplex Commissarius. add.* quæ incipit, *de Episcopo.* Sed nunquid unus Executor tenetur reddere Rationem alteri suo Coexecutori? Videtur qd sic. ff. *de admi. tu. l. 3. in §. 1.* Contrà tamen facit Lex expressa *C. eo. ti. l. 2.* Et hoc verum est in Judicio, ut ibi. Sed extra Judicium petere potest unus Rationem reddi ab alio, ut videat quomodo Administratio procedit. Vel hoc debet fieri per † Superiorem, si quis sit, quæ fungitur vice Tutoris honerarii. ff. *de admi. tu. l. 3. §. 1.* Nam tales Executores debent sibi communicare Actus suæ Gestionis, licèt non possint compelli sibi reddere Rationem, & aliter deferri forsan potest ut suspectus. ff. *de admi. tu. l. actus.* Et hæc Delatio, & etiam Accusatio suspecti est publica, & cuilibet competit: ut *l. nulli. C. de Episc. & Cler. ad fi.* etiam in non relictis ad pias causas, cum *c. ultima voluntas. 13. q. 2.* non distinguat; & publicè interfit ultimas Voluntates exequi: ff. *quemad. test. ap. l. 2.* & maximè quando pia sine reliquis expediri non possunt; ut in *c. Johannes. extra. de Testa.*

Quæstio.

† *MS. Actor.* Supervicet

o *Super hoc.* sc. De reddenda Ratione.

p *Ordinarios.* Simile habes in *Cle. ea qui. de Testa.* per quam patet, nedum Subditos sed etiam Exemptos ad hoc teneri: sed ibi loquitur de Religiosis. Et qd etiam alii ad hoc tenentur, facit *Auth. de sanctiss. Episc. §. Oeconomos. & de Ecclesiastis. titu. §. si quis ædificationem.* Alias quare facerent Inventarium, nisi etiam redderent Rationem. Et fortè reddent rationem Legatariis præsentibus, quibus forsan integrè solutum non est, cum iplorum interfit. Facit ad hoc *C. de Autho. præst. l. fi. in fi. de elec. statuimus. li. 6. C. si mi. se ab hæred. absti. l. 1. et Auth.* ibi posita. *et no. per Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. sed an simplex Commissarius.*

q *Congruè.* sc. Finitâ Administratione: & hoc verum, ut reddatur Ratio Universalis; secus tamen, si petatur Ratio particularis, ut dixi *supra. ver. rationem.*

r *Item Statuimus.* Quarta pars secundæ partis: & quia Textus iste

In effectu ponitur *supra. eo. c. Religiosa sinceritas. in princ.* ideo hic plures omitto *Glossas*, de quibus ibi videre poteris.

a *Defunctum.* De hac Portione haberi debet recursus ad Consuetudinem loci, ut sc. aliquando sit tota substantia, quando viz. non supersunt Uxor nec Liberi; aliquando media pars, viz. quando superest Uxor, sed non Liberi; aliquando tertia pars, viz. quando supersunt Uxor & Liberi: vel potes istud intelligere de Portione forsan per Defunctum loco Religiosu legata, ubi elegit sepulturam, cujus loci Prælatu, vel alium forsan suum deputavit Executorem. Pro quo videre poteris quæ leguntur & *nota Cle. dudum. de sepul.* & vide qd dicam *infra. eo. ver. consuetum.*

b *Parochialis Ecclesia.* sc. In qua audivit Divina, & recepit Ecclesiastica Sacramenta. *de sepul. c. cum quis. li. 6.* Et quid si Parochianus erat in duabus Ecclesiis, ibi videas in Textu, & per *Doct.* & potes videre super hoc quæ scripsi *supra. de consue. c. t. ver. Ecclesiæ suæ.*

c *Consuetum.* Nota, non dicit de Jure communi debitum, sed potius se ad Consuetudinem referendo: nam & Consuetudo rationabilis & præscripta pro Lege habetur. ff. *de leg. l. de quibus. C. quæ sit longa Consuetud. per totum.* Et potest intelligi jus consuetum Mortuarium de bonis Defuncti Ecclesiæ debitum: de quo Jure dixi *supra. de consue. c. 1. quasi per totum.* Potest etiam esse Jus consuetum certa Portio Legatorum per Defunctum alteri Ecclesiæ sc. quam suæ Parochiali relictorum, in qua alia Ecclesia forsan elegit Sepulturam ipse Defunctus; & hæc Portio, ut communiter, in quarta parte consistit, & dicitur *Canonica Sepultura. c. 2. li. 6. ubi de hac per Jo. An. ver. Canonica.* Et circa hoc potes videre quæ leguntur & *no. de sepul. c. de his. & extra. eo. ti. c. requisisti.* Hanc tamen Portionem Consuetudo interpretatur, ut patet *de sepul. c. certificari.*

d *Statuimus.* Quinta pars secundæ partis.

e *Nullus Executor.* Sic sic nec Testamentarius, nec Legitimus, nec Dativus.

f *Aliqd.* Etiam quantumcunque modicum.

g *Titulo Emptionis.* Simile habes in Tutore. ff. *de contraben. emp. & ven. l. si in emptione. § fi. & l. non licet. C. de sacrosan. Eccl. Auth. quibuscunque.* Contrà tamen facit *l. non existimo.* ff. *de admi. tu.* per quam *l. Job. de Athona* in Constitutione *Otthoboni, Libertatem. ad fi.* tenet, quòd palam Executor tanquam quilibet alius potest emere rem Defuncti, non tamen clam: & sic tenuit *glo. in d. §. fi. verbo.* & facit ad idem *l. cum ipse. C. de emp. & ven. ubi de hoc per Cy.* Alii dicunt, ut *Petrus*, quòd in omnibus Administrationibus, quibus Persona principalis non succedit in Administrationé, verum est, quod non potest Administrator aliquis rem pertinentem ad suam Administrationem emere. Secus est in his in quorum Administrationem succedit Persona principalis, ut est videre in Pupillo, qui finitâ Tutelâ succedit in Administrationem, & talem Emptionem facit rescindi. *no. in dicta Auth. quibuscunque. per Cy.* Sed opinioni *Jo. de Athona concor. Bart. dicta l. si in emptione. §. fi.* & communiter omnes *Doctores*, sicut legitur & *no. d. l. cum ipse.* Etiam quoad Executores mihi videtur gratiâ salvandi Constitutionem istam, quòd dicta *l. non existimo.* non facit multùm ad propositum casûs nostri. Illa namq; Lex loquitur de mutuo recipiendo per Tutorem, non à Pupillo, sed à suis Contutoribus de bonis Pupilli; in quo casu locum habet Lex illa: hæc autem Constitutio locum habet in contractu Emptionis; in qua Leges plane loquuntur, quòd non potest fieri de bonis suæ Administrationi commissis, ut dicunt prima Jura, præsertim Lex illa, *si in emp. §. fi.* Adverte tamen, quòd magna est differentia inter Emptionem fiendam de bonis Pupilli viventis, & Emptionem fiendam de bonis alicujus Defuncti: nam in Emptione fienda de bonis Pupilli quâcunq; viâ datâ; dum tamen Pupillus ipse vivens sit, vel à jure ad adultam ætatem venerit, & vivat, semper remanet Persona principalis, quæ potest de damno suo conqueri, ut dixi *supra*, secundum *Petrū*. Non tamen sic est in dispositione bonorū Defuncti, qui non potest conqueri de mala Administratione Executorum suorum; & ideo videtur satis rationabiliter Ordinatū & Statutū, qd Executores Defuncti non emant, nec aliquid sibi approprient de bonis Defuncti, nisi prout hic Statuitur, juxta *no. Petri*, prout eum recitat *Cy. in dicta Auth. quibuscunq;*. Unum tamen scias, qd opinio *Jo. de Athona*, & aliorum, procedere potest, ubi per Executorem vendita est alteri extraneo res Defuncti bonâ fide, & justo pretio; qd tamen pretium Emptor solvere non curat, in quo casu Executor potest palam retinere rem sic venditam sibiipsi, & de suo pretium in utilitatem Defuncti convertere. Ratio est, quia in hoc casu Venditio fuit ab initio juste facta, unde Emptore nolente solvere, potest Executor palam & bonâ fide rem hujusmodi venditam sibi retinere. *At dicta l. non existimo.* & facit ad idem ff. *de leg. 3. l. pater. §. quæcunq;*. Non enim videtur in hoc casu nova Emptio, sed antiquæ Emptionis in personam Executoris translatio, prout clarè *no. per Bart. ff. de admi. tu. l. tutor rerum. ubi de hoc in glo.* Et idem erit ubi res venalis est exposita pro justo pretio, putà centum: quo casu, si non invenitur qui plus offerat, potest Executor bonâ fide & palam eam emere, non tamen clam: sic sentit *Jo. An. in add. ad Spe. ti. de instru. ed. §. nunc vero aliqua. vers. sed quid erit in Prælato. add.* quæ incipit, *contumatur hic*, circa medium. Ut tamen tollas Argumenta quæ solent fieri de Tutoribus, quòd possint emere res suæ Administrationi subjectas, vide quæ super hoc leguntur & *no. in l. pupillus. ff. de auctor. tuto.* ubi *Bart.* declarat hanc materiam in *vers.* qui sic incipit, *Ultimo pro declaratione.*

An Executor possit emere rem Defuncti?

Nota

h *Aliter.* i. e. Alio Titulo quocunque.

i *Nisi.* Excipit ab eo quod prius dixit, & ponit suam Exceptionem quintuplici consideratione, ut sequitur.

k *Donatum inter vivos.* Hæc est prima consideratio; qualis autem sit ista Donatio, legitur *Instit. de don. §. alie.* Et hic te intelligere oportet, quòd non loquitur de Donatione perfectissima, videlicet quæ fit per rei Traditionem, sed de ea quæ perfecta est, tamen absque Traditione. Nam si tradita esset, non esset opus Executori rem donatam recipere à seipso, vel alio post mortem Defuncti: & hic apparet, quòd Donatarius factus Executor Defuncti, possit rem sibi priùs à Testatore donatam recipere Auctoritate propriâ; & hoc verum, si non detineatur ab alio. Sed si detineatur ab alio, opus est Auctoritate Judicis. Faciunt ad hoc *no. de arbit. c. ex parte. ver. sublato. per Inno.*

l *Vel in suo.* Secunda consideratio.

m *Relictum.* i. e. Legatum.

n *Aut quod.* Tertia consideratio.

o *Labore.* Hoc intelligo in recompensationem laboris, quando nihil Executori relictum est, vel non sufficienter relictum. Justum enim est, ut illi consequantur stipendium, qui laboris impenderunt obsequium. *1. q. 2. sacerdos. 12. q. 2. Ecclesiasticis.*

p *Ordinarii arbitrio.* Sic ergo non potest remunerare semetipsum arbitrio proprio, quia sic esset Judex in Causa sua propria: contra illud *C. ne quis in sua causa. Jus sibi dicat. per totum, cum similibus.* Nec Judicis Laici arbitrio hoc facere posset, quia non esset in hoc casu Judex competens. *Extra. eo. c. tuo nos.* Maximè attentâ Consuetudine, quæ Jurisdictionem hanc tribuit Judicibus Ecclesiasticis; ut dixi *supra. eo. c. ver. Ecclesiasticorum libertatum.*

q *Vel si quid.* Quarta consideratio.

r *Sibi.* Scilicet Executori

s *Debitum.* Supple, aliâ ratione quàm aliquâ ex supradictis; tale enim debitum palam deducere potest Executor; ut *no. Jo. de Athona in Constitutione Otthoboni, Libertatem. glo. magna. ver. consequenter quæro.* Et quòd potest solvere sibiipsi, facit *l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tu. & no. si. de instru. ed. §. nunc verò aliqua. ver. sed pone. addi. supple et commissaria. per Jo. An. in addi. ad Spec.*

t *Aut pro.* Quinta Consideratio.

v *Moderatis.* Sume quod est *infrà. expensis.* Et hic nota, qd licet Executor de bonis Defuncti nihil debeat retinere ad usum suum proprium, ut hic dicitur; cui etiam dicto concordat quod legitur *eo. ti. c. 2. §. sane. li. 6.* ibi, *adimplere &c.* & facit ad idem *Extra. eo. c. tua. ad fi. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. à te peto.* Sumptus tamen Administrationis occurrentes in Litigio, vel alio honesto modo faciet de bonis disponentis. ff. *de procur. l. qui pupris. §. litis. Extra. de procur. cum pro causa.* Et hæc moderatio sic fieri debet, ut nec commodum, neque damnum sentiat. ff. *quemad. test. ap. l. sed si quis. ff. testa. l. 3.*

x *Cujus.* Scilicet Suspensionis.

y *Non obtineant.* sc. Dicti Executores sic suspensi.

z *Restituerint.* sc. In adimpletionem Voluntatis Defuncti, quatenus in specie vel in genere de ea constare potuit.

a *Defuncti.*

a *Defunctus.* Licèt Executor alterius Diœcesis fuerit.

b *Subditus.* Si in Diœcesi sint duæ Ecclesiæ Cathedrales, cui earum solvetur hæc pœna? Dic ut dixi *supra. de loca. & conduc. c. fi.* ver. *Ecclesiæ Calbe.*

c *Duplum.* Non computatâ in hoc duplo re quæ restitui debet. *Insti. de obliga. quæ ex delicto nascuntur. §. ulti.*

d *Solverint.* Factâ igitur solutione hujus dupli, videtur qd non sit opus Absolutione, sed per hoc eo ipso relaxatur hæc sententia Suspensionis. Textus tamen iste in principio, ibi, *cujus Absolutionem &c.* innuit contrarium, præsupponens qd etiam factâ tali Solutione necessaria est Absolutio: tu circa hoc dic ut dixi *supra. de fo. compe. c. 1. ver. satisfecerint.*

e *Propriis suis bonis.* Per hoc innuit, qd bona tali Executori provenientia à defuncto non dicuntur bona ipsius Executoris propria. Quæ autem sint bona sua propria, *no. per Archi. de rescri. p. c. Statutum. ver. de suo propria.* Et quid si talis Executor fuerit Clericus Beneficiatus, an possit solvere istud duplum de fructibus vel proventibus Beneficii sui? Dic, ut in eadem *Glo. per Archidi.* Sed quia hic dicitur, qd Executor nihil potest sibi appropriare de bonis Defuncti, nisi in casibus hic expressis: Quæro, quid si Testator plura bona legavit, sed Legatarii repudiant Legata, vel ante Testatorem mortui sunt; an illa bona possit sibi Executor applicare? Dic, quòd si Executor sit nudus Minister, ita quòd nullum commodum est habiturus, tunc non potest aliquid tale sibi applicare; secus, si non sit Minister nudus: sed cùm hoc sit Legatarius, & Jus habens; casus est in *l. si quis Titio. ff. de leg. 2.* Et quis dicetur Legatarius, quis Executor merus; dixi *supra. eo. c. Religiosa. ver. damnis.* Præmissa intelligo vera, ubi Testator de partibus deficientium nihil disponit, & fecit sibi Executores universorum bonorum; nam tales loco Hæredum sunt, & lucrantur illa, quæ nec in specie, nec in genere, per Testatorem disposita sunt: ut *no. Jo. de Athona* in Constitutione *Othoboni, Libertatem. glo. sua magna. ver. sed nunquid Executor cavere.* Tamen bene faciet talis Executor, si consilio Ordinarii talia disponat; prout in simili *no. Jo. An. in add. ad Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. & sciat. add. 4. ad fi.* ubi allegat *l. legatum. ff. de usufruc. lega. et. l. quadam prædia. eo. ti. ff. de condi. & dc. l. in testamento.* Item *Auth. de Ecclesia. titu. §. si quis in causam. et §. seq. coll. 9.*

Quæstio.

f *Omnia verò.* Sexta pars secundæ partis.

g *Mandamus.* Quomodo Præceptum importat, & an non observantia hujus Mandati excuset, *nota. supra. de consti. c. 1. ver. mandamus.*

h *Bina vice.* i. e. Qualibet Anni medietate semel. Simile *supra* habes *de offi. Archipres. c. 1. ver. quater in anno. & glo. sequenti.*

i *Solenniter.* i. e. Publicè Populo coadunato: sicut alias dictum est in *d. c. 1. ver. solenni. supra. de offi. Archipresby.*

k *ITA quorundam.* Hæc Constitutio est ejusdem cujus & præcedens, & habet quatuor dicta. In primo provider, nè per Ordinarios impediantur Executores ministrare bona Defuncti. In secundo ibi, *Nectum*, provident circa bona decedentium ab intestato. In tertio ibi, *Nisi forsan*, excipit ab eo quod prius dixit. In quarto ibi, *Sub pœna*, adjicit pœnam contrafacientibus.

Divisio.

l *Et infrà.* Hic deciditur causa, quæ movebat ad editionem hujus Statuti.

m *De bonis.* sc. Per se vel suo nomine disponendis.

n *Clericorum Beneficiatorum.* De his magis erat dubium, eò qd de Clericis non Beneficiatis Jura communia concedunt, ut de bonis suis possit liberè testari. *Extra. eo. c. quia nos.*

o *Quos testari posse.* Ista Litera potest legi implicativè, ut sc. implicet quoscunque Clericos Beneficiatos. Potest etiam legi restrictivè, ut comprehendat aliquos, & aliquos non; prout alias in simili legitur & *no. C. de summa Trini. & fide Ca. l. cunctos populos. ubi de hoc in prin. per Cy.* & ibi Concordantiæ. Et nota, quòd communiter & regulariter intelligendo procedit hoc, qd hic dicitur, inter omnes Clericos Beneficiatos: potest tamen fallere in quibusdam, utputà, in Religiosis Beneficiatis, qui testari non possunt. *Extra. eo. c. quia ingredientibus.* ut dixi *supra. eo. c. cum viris.* ubi etiam recitantur plures Personæ, quæ non possunt condere Testamenta, ut ibi patet *ver. condere Testamentum.*

p *Consuetudine.* De hac Consuetudine potes videre quæ scripsi *supra. de consue. c. nullus rectùr. ver. legata.*

q *Aliorum.* sc. Non Beneficiatorum.

r *Quorumcunque.* sc. Sive Clericorum, sive Laicorum.

s *Præterquam.* Hæc dictio, *præter*, hic ponitur exclusivè. Quandoq; tamen ponitur inclusivè. Super quia materia potes videre *no. per Archid. de immu. Eccle. c. decet. ver. præter. & de re. judi. c. ad Apostolicæ. ver. præter. li. 6.* Melius tamen *no. per Pau. de sum. Trin. & fi. Ca. c. 1. in pr. in Cle. et de pœnis. c. multorum. ver. Canonis. per eundem.* & plenè 33. q. 2. *Ebron. per Archid. C. de Transac. l. ager. per Ca. extra. de deci. c. dua. 2. per Jo. in col. de elect. dudum. 2. ver. de novo. per Jo. in no.* & dixi de hoc *supra. de judi. c. Item omnes illi. ver. præter voluptatem.*

Præter inclusivè & exclusivè ponitur.

t *Expresis permissis.* Sume qd est *infrà. nullatenus se intromittant*; & quoad meritum Gonduris, habes plures casus expressos, in quibus Ordinarii possunt se intromittere de bonis Testantium, non tamen ut bona ipsa sibiipsis applicent, prout continetur in Parte Decisa. Unus casus est ad effectum Probationis & Insinuationis Testamenti *supra. eo. c. proxi. §. testamenta.* Alius casus est, ut ab Executoribus exigant Inventarium; ut patet *supra. c. proxi. §. inhibemus.* Tertius est, ad effectum committendæ Administrationis ipsis Executoribus, cæteráq; faciendi quæ continentur *supra. c. proxi per totum.* veluti exigendi ab eis rationem de sua Gestione, & hujusmodi: sed hæc non concernunt dispositionem bonorum actualem, sed potius auctorizabilem. Et præterea de potestate expresè concessâ Ordinariis in bonis Defuncti, per se vel suo nomine disponendis, potes ponere Exemplum per ea quæ leguntur & *no. in l. nulli. et l. si quis ad declinandam. C. de Epis. et Cle.* Item per ea quæ leguntur & *no. in l. hæreditas. ff. de peti. hære.* Item *Extra. de testa. c. si hæredes. et c. ius nos. et c. Johannes*, cum similibus, una cũ Concordantiis & Remissionibus quas in *Glossis* prædictorum Jurium invenies: & circa hoc vide *no. per Hostis. de judi. c. cum sit. ver. Diœcesani. & C. communia de succes. dutb. omnes peregrini.*

Nota de potestate Ordinarii in bonis Defuncti.

u *Colorè.* Per quæ forsan fingant aliquid licitum, ut eo prætextu committant aliquid illicitum, quod esse non debet. *C. de sacrosanc. Eccle. l. qui sub prætextu.* cum similibus: & potes ponere Exemplum in casu Quæstionis quam movet *Jo. in no. ex ti. c. 2. §. sane. ver. liberè. li. 6. et Archi. super eo. ver.* & vide quod dicam *infrà. eo. ver. liberè.*

x *Intromittant.* sc. Ministrando hujusmodi bona, vel ea manibus suis applicando.

y *Executores.* Supple, ad hoc idoneos, nè sit contra *supra. eo. c. proxi. §. inhibemus. & supra. eo. c. Religiosa sinceritas.*

z *Liberè.* i. e. Sine impedimento Ordinarii: & sic possunt hujusmodi Executores liberè Administrare, dum tamen bonâ fide id faciant, & absque dolo & fraude. ff. *mandati. l. Creditor. §. Lucius. concor. ad idem. eo. ti. c. 2. li. 6. & ibi per Archi. ver. liberè.* Et dicitur *liberè* posse facere, quando non est opus requisitione alterius; ut *no. Doc. d. c. 2. §. sanè.* Et verum est, quòd Ordinarius non debet se intromittere de bonis Defuncti, nisi in defectu aliorum; ut bene notat *Archidia. d. §. sane. ver. liberè.* ultra medium *Glo.* ubi quærit de tali Quæstione. Testator in suo Testamento mandavit per suos Executores expendi, secundùm quod eis videbitur, centum pro malè ablatis incertis; nunquid hoc poterint, non obstante contradictione Episcopi dicentis, quòd hoc pertinet ad eum? *Hostien. in c. cum sit. ver. Diœcesani. extra. de judi.* dicit, quòd Executores non possunt talia disponere, quia est unus de casibus ad Episcopum specialiter pertinentibus. *Archi.* tamen *d. c. 2. de testa. li. 6.* tenet contrarium per plures rationes, & allegat dicta plurium Doctorum. *Jo. An. d. c. 2. in no.* videtur potius inniti opinioni *Hostiensis*, propter fraudem quæ posset intervenire in non plenè restituendo talia; licèt quoad Absolutionem à peccato sufficiat talia fieri per ipsum Defunctum vel Executores. Cum opinione *Archi. concor. Pau. in Cle. dudum. de sepul. §. per hujusmodi. ver. à jure. et Jo. Caldrini in d. §. sane. Jo. de Lignano* prout eum recitat *Dominicus de Sancto Geminiano. d. §. sane.* dicit, quòd opinio *Hostiensis* est vera de æquitate. Sed opinio *Archidia.* est vera de rigore Juris. *Lapus Ab. in Clem. 1. de pœnitcn. & remissio.* nititur concordare opiniones illas; sed ejus distinctio non multùm placet, quia recipit diversas impugnationes.

Quæstio.

Testamenta Clericorum de his, de quibus testari possunt, non impediantur per Ecclesiasticos Prælatos à commissis exequi. Ab intestato verò decedentium bona in pios convertant usus, nihil sibi præter laboris Mercedem vendicantes.

Idem.

ITa quorundam, *& infrà.* Statuimus, quòd Episcopi, & alii Inferiores Ecclesiastici Judices nostræ *Cantuariensis* Provinciæ [m]de bonis [n]Clericorum [o]Beneficiatorum, [p]quos testari posse cõstat de [q]Consuetudine Regni *Angliæ*, seu [r]aliorum testantiũ [s]quorumcunq;, [t]præterquã in casibus [u]expressè permissis, quovis quæsito [v]colore nullatenus se [x]intromittant, sed [y]Executores Testamentorũ ipsorũ [z]liberè permittant disponere de eisdem.

Aliis ergo videtur in hoc casu fore recurrendum ad consuetudinem Patriæ: & sic sentit *Franc. de Senis*, *Consilio suo* 38. Ego autem puto, quòd quoad Regnum istud hæc Constitutio sufficit ad excludendum Episcopum, unà cum Consuetudine in hac parte diutiùs observatâ, quæ talia relinquunt dispositioni Executorum, prout tenet *Archi.* & hic patet.

a *Necnon.* Secundùm dictum.

b *Ab Intestato.* Hic vide quæ scripsi *suprà. c. proxi. §. 1. verbo, intestatus.* & qd *7.* modis dicitur aliquis decedere Intestatus, notatur *C. de Coll. l. ut liberis. per Accurs.* Et nota, quòd etiam Pupillus, & alii qui non possunt condere Testamentà, juxta communem usum loquendi, dicuntur Intestati, si tales moriantur: unde ubi Statutum concedit Ordinario Administrationem bonorum ab Intestato decedentium, habebit Ordinarius Administrationem bonorum taliter decedentium. Ratio est, quia verbum, *Intestatus*, bene cadit in tales: & probatur *Instit. de hæred. quæ ab intest. in prin.* ubi dicitur, quòd *Intestatus* est, qui omnino Testamentum non fecit: nota, quòd dicit *omnino*, quasi diceret, sive quia noluit, sive quia non potuit. Si ergo dicas aliquem talem esse Intestatum propriè loquendo, satis constat locum esse Statuto. Si dicas talem fore Intestatum impropriè loquendo, adhuc locum habebit Statutum; quia tunc dicitur Intestatus secundùm communem usum loquendi: & verum est, qd Statuta debent intelligi secundùm communem modùm loquendi, qui prævaler omni propriæ significationi. *ut l. Labeo. de supell. le. per Bart. et l. librorum. §. qd tamen Cassius. de leg. 3. et notat. per Pe. de Anchoravo. extra eo. c. cum tibi. verſ. ulti.* Et ex illo *c. cum tibi*, potes colligere, qd qui extremam Voluntatem committit dispositioni alterius, non decedit Intestatus. Dic ut ibi per *Inno.* & alios.

c *Solutis debitis.* Ære namque alieno deducto, quæ supersunt *bona* dicuntur. *ff. de verbo sig. l. subsignatum. §. bona.* ubi in *Glo.* sunt plures Concordantiæ.

Quæ dicantur piæ Causæ.

d *Pias causas.* Utputà, inter personas miserabiles, viz. Pupillos, Viduas, Peregrinos, & Pauperes auxilio proprio destitutos; item ratione morbi vel ætatis expositos: facit *77. di. c. 2.* & *per totum.* dum tamen prædictæ Personæ pauperes sint, & non divites. *Extra. de offi. del. c. significantibus.* & ibi per *Jo. An. in 4. glo. et 5.* Et prædicta locum habent respectu Personarum; respectu verò Locorum potes ponere exemplum. *extra. de testa. c. si. et in l. si quis ad declinandam. & l. Orphanotrophos. C. de Epi. & Cle. extra. de reli. do. c. de Xenodochiis. et c. seq. 23. q. ult. c. quamvis. et l. Sancimus. C. de sacrosanc. Eccle. & ibidem l. illud. et l. unica. C. de mendic. vali. li. 12.* Inter pias etiam Causas numerantur quæ relinquuntur ad custodiam Civitatis. *Ar. extra. de immu. Ec. c. 1* & *2.* Item ad refectionem Pontium, Viarum, Murorum, & Fossatorum Civitatis, Castrorum, & similia; maximè ubi necessitas imminet. *C. de sacrosan. Eccl. l. ad institutionem. C. de ope. pu. l. omnes Provinciarum. cum similibus.* Item ad pias Causas numerantur Legata ad Ornamenta Ecclesiæ, vel pro ejus Fabrica, vel pro Luminaribus, vel Anniversariis, vel aliis ad Divinum Cultum temporalem vel perpetuum spectantibus. *Extra. eo. ti. c. fi.* Et idem est, secundùm quosdam, in his quæ legantur pro emendandis Forefactis. Circa quod vide notata *per Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. de hoc autem quæritur.* Et nunquid Legata pro malè ablatis dicantur Legata ad pias Causas, vide notata *per Jo. An. in addi. ad Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. add. inique sic incipit. de his infra.* Ad pias etiam Causas legatur generaliter ubicunque legatur pro Anima: in quo casu valet Legatum Patri & Matri pro Anima relictum, dummodo sint pauperes. *C. de Epi. & Cle. l. si quis ad declinandam. ver. ubi autem, et ver. quis enim pauperior.* Si verò divites sint, non videtur tale Legatum relictum ad piam Causam. *C. de sacrosan. Ec. l. illud.* Prædicta colliguntur *per Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. cum addi. Jo. An. ibi positis.*

e *Personis.* Sive Masculis, sive Fœminis.

f *Decedentium.* Hic oportet distinguere inter Clericos decedentes ab Intestato, & Laicos; item inter Clericos Beneficiatos, & non Beneficiatos. Et scias, qd quoad Clericos Beneficiatos decedentes ab Intestato, de Jure communi bona occasione Beneficii provenientia debentur Successori. *Extra. eo. relatum. 2. §. nomine.* Alia verò bona, quæ habuit Clericus contemplatione Personæ, priùs deferuntur Consanguineis, ut hic dicit, & illis deficientibus succedit Ecclesia. *12. q. ulti. ubi de hoc. & q. 3. c. quicunque.* Et sic debet intelligi *Extra. de suc. ab intestato. c. 1.* In Clerico autem non Beneficiato si decedat Intestatus, idem est quod dixi in Clerico Beneficiato quoad bona sua propria, quæ habet non contemplatione Ecclesiæ, sed Personæ; ut videlicet primo succedant Consanguinei, sive sint Agnati, sive Cognati: & facit ad idem *C. de hæred. decur. l. 1. 2. & 3.* His deficientibus succedit Uxor, si quam habuit. *C. de Epi. & Cle. l. si quis Presbyter. C. unde vir & uxor. l. unica.* Omnibus verò prædictis deficientibus succedit Ecclesia, sicut patet in dicto *c. 1.* Si tamen talis Clericus priùs fuerit servus, tunc bona sua debent dividi in quatuor partes. *Extra. de succ. ab intestato. c. 2.* In Laico autem decedente ab Intestato, deficientibus Consanguineis & Uxore, succedet Fiscus. Unde breviter scias, quòd in successione ab Intestato prima Causa est Liberorum, secunda Ascendentium cum quibusdam Collateralibus si extent, tertia Transversalium. Primæ duæ in infinitum protenduntur, tertia usque ad decimum gradum protenditur, sive sint Agnati, sive Cognati. *Instit. de legit. Agna. succ. in fi.* Istis autem deficientibus, si extat Uxor defuncti, ipsa succedet, post eam Fiscus. *C. unde vir & uxor. l. unica.* Excipiuntur tamen quidam casus, quibus alii præferuntur Fisco. Puta, decedit Miles, Navicularius, Cohortalis, vel Fabricensis. *C. de hæred. Navicular. per totum.* Item Socius Libertatis Imperialis. *C. si so. li. imper. sine hæred. l. 1. li. 10.* Sic etiam in bonis Clerici Intestati, deficientibus prædictis, Ecclesia præferetur Fisco. Præmissa colliguntur ex dictis *Petri de Ancharano. extra. de suc. ab intes. super Rubrica.* qui remittit ad *Cy. C. communia. de succes. l. itaque.* Et quoad Ecclesiam, quòd in casibus præmissis præferatur Ecclesia Fisco in bonis Clerici, notat idem *Petrus. eo. ti.* videlicet *de suc. ab intestato. c. sanctio. ver. 7. nota. ad finem.*

g *Consanguineis.* Hæc dictio generalis est, tam quoad Clericos, quàm ad Laicos. Et nota, quòd Clerici etiam viventes tenentur providere Consanguineis suis pauperibus, ut notat *Glo. de cohab. Cle. & mulie. c. 1. ver. subministrent.* Unde & eis mortuis debet de eorum bonis ipsis subveniri, ut patet ex præcedentibus. Facit ad hoc *ff. mandati. l. si mandavero. §. si tibi. 86. di. non satis.* Et qui dicantur *Consanguinei*, patet per *Hostien. in summa. ti. de consangui. & affi. §. 1. et 2. et per totum.* & patet ex dictis in *Glossa præcedenti, ff. de suis & legit. hæred. l. 1. §. fi.*

h *Servitoribus.* Sc. secundùm Servitii meritum, argumento eorum quæ leguntur *extra. eo. c. relatum. 2. §. licèt autem ibi servierant.*

i *Propinquis.* Horum appellatione qui continentur, potest colligi *C. de emen. propin. per totum.* Et potest dici *propinquus*, sive ratione sanguinis, sive ratione loci, secundùm *Famuensem.* *Propinquus.*

k *Aliis.* Etiam Extraneis, dummodo sint pauperes.

l *Defunctorum.* Sive Clericorum, sive Laicorum.

m *Distribuant.* Sic quòd non totum uni, sed singulis, prout opus habent, & secundùm †qualitatem bonorum. *12. q. 2. Vulterana. ad fi. cum 2. c. seq.* †*MS. Æna. Quantitatem.*

n *Nihil inde.* Simile habes *C. de Epi. et Cle. l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. C. de Donat. l. si quis pro redemp.* ibi, *omnem quantitatem &c.* Et facit ad rem *extra. eo. ti. c. tua nos.*

o *Sibi.* i.e. Ad usum suum proprium. *Concor. ad hoc C. de sacrosanc. Eccle. Auth. quibuscunq; ff. de offi. Præsi. l. 3.* Nam sibi aliquid retinendo redderet se suspectum; ergo id, ex quo suspicio nascitur, non potest dici sibi permissum. *ff. de falsa. l. si quis legatum. & l. uxori. C. de excus. tu. l. pietatis.* Contrà tamen facit *C. de sacrosanc. Eccle. Authen. si quis mulier. Auth. de sanctiss. Epis. §. Diaconissam. coll. 11. ff. de colla. bo. l. 1. §. fi. Fac. de Are.* sic distinguit, aut Executor est solus, aut sociatus: primo casu non potest sibi aliquid retinere, nec forte Personæ sibi valdè conjunctæ. *89. dist. decenter. 10. q. 2. hæc usur. in fi. et dicta Authen. quibuscunque. extra. de insti. c. fi. ff. de jurisdi. om. judi. l. qui jurisdictioni.* Et hoc verum, nisi ille conjunctus sit summè pauper. *Ar. ad hoc 76. dist. pasce.* Secundo casu poterit, ut prædicta *l. qd si uno. ff. qd cujusque univer. l. nulli.* & *l. planè. ff. de adop. l. si pater. §. qui duos.* Sic notatur per *Jo. An. in addi. ad Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed qu'd erit in Prælato. addi.* quæ incipit, *continuatur hic alia.*

Sed hic quæro, cùm hoc Ordinatum sit, quòd Consanguineis & Propinquis distribuantur bona decedentium ab Intestato, nunquid Ordinarius possit, aut teneatur, de Jure, aliquam partem hujusmodi bonorum distribuere inter filios Defuncti Spurios, vel Bastardos? *Jo. An. in addi. prælle.* dicit, quòd de quota aliqua Jure Filiationis nihil sibi debetur. Talibus tamen tanquam pauperibus, qui nihil per delictum paternum demeruerunt, per viam Eleemosynæ potest provideri. Facit ad hoc *Extra. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. c. cum haberet.* & quid ibi notatur in *fi. ulti. glo.* de aliis quæstionibus, quæ concernunt Executores legitimos, vide *per Spe. in d. §. nunc verò aliqua. verſ. Item circa legitimos. usque ad verſ. illud etiam quæritur. cum addi. Jo. An. ibi positis.* Unum tamen nota, quòd Executor talis legitimus tenetur de bonis Defuncti facere Inventarium, & de eorundem dispensatione reddere rationem; sicut planè legitur *C. de Epi. et Cleri. l. nulli. §. cum autem.* Inferiores viz. Ordinarii coram Episcopo, Episcopus coram Archiepiscopo, qui in hoc gerit vices Rectoris Provinciæ, de quo loquitur ibi Textus. Archiepiscopus autem de Administratis per eum coram suis Confratribus in Concilio Provinciali reddet rationem; non tamen ab eis, si quid suspicionè fecerit, redarguendus est, sed suo Superiori, viz. Papæ super hoc denunciandus. *Quæst.*

denunciandus. *Ar.* eorũ quæ leguntur & *no. extra. de Præben. grave.*

a *Nisi forsitan.* 3. dictum. Et nota, quòd hæc dictio, *forsitan*, potest sumi affirmativè: sic aliàs sumitur *Extra. de renunc. c. nisi cum pridem. §. pro conscientia.* & ibi *per Ber. in ver. forsitan.* Potest etiam legi dubitative, sicut aliàs sumitur in *c. magna. de vo. & vo. re. ubi de hoc in glo. vers. forsitan.*

b *Rationabile.* Ista Rationabilitas taxatur *infrà. eo. c. proxi.* ibi videas.

c *Retinendum.* Est enim regulare, qd pro debito naturali, ubi non datur Actio, potest quis uti Jure retentionis. ff. *communi. di. l. in hoc judicium.*

d *Sub pœnâ.* 4rũ dictum.

e *Ecclesiasticos Judices.* Intellige de Inferioribus Episcopo; nam Episcopi hac pœnâ non ligantur, eò qd de eis non fit mentio specialis. *de sen. Excom. c. quia periculosum. li. 6.*

f *Ipso facto.* Et sic pœna est sententiæ latæ.

g *Donec.* Pro ista Clausula quid importet, vide *supra. de foro compe. c. 1. ver. donec. & ver. satisfecerint.*

h *De præmissis.* sc. Impedimentis quoad Executores, de quibus dictum est in principio Capituli. Item de usurpatione bonorum decedentium ab Intestato, ut patet in *ver. necnon.*

i *Satisfecerint.* sc. In primo casu, restituendo bona his ad quos pertinet distribuenda. In secundo casu, distribuendo ipsa bona, ut hic mandatur.

k *Competenter.* Circa hoc vide quæ scripsi *suprà. de foro compe. c. 1. ver. competenter.*

Pro Approbatione & Insinuatione Testamenti nihil usurpet Superior; pro labore autem Scriba justam duntaxat Mercedem: quæ si supra viginti & circa centum Solidorum sit bonorum summa, non excedat XII Denarios, sed pro ratione istic assignatâ computetur. Similiter ultra centum Librarum Summâ erit hic assignata Mercedis ratio, quam excedens, ad dupli restitutionem cogatur.

Idem.

---

l *Adeò quorundam.* Hæc est Constitutio ejus cujus & præcedens, & habet quatuor partes. In prima taxat quid recipi vel non recipi debeat pro Insinuatione Testamentorum. In secunda ibi, *Quòd si aliquod*, taxat quid recipi debeat per laborantes circa Auditionem Computi secundùm minus & majus. In tertia ibi, *Si verò quicquã*, adjicit pœnam contrafacientibus. In quarta ibi, *In ipsa*, limitat tempus dandi Acquietantias super Administratione. *Divisio.*

m *Et infrà.* Hic deciditur causa movens editionem hujus Statuti, quæ satis patet in integra.

n *Pro Probatione.* i.e. Probationum receptione.

o *Approbatione.* i.e. Decreti super valore Testamenti prolatione. † MS. Aston: Probatione.

p *Insinuatione.* i.e. Apud Acta Judicis Publicatione vel Transsumptione. *C. eo. ti. l. publicati.* ubi de hoc, & dixi *supra. eo c. item quia locorum. ver. insinuationem.*

q *Quorumcunque.* Sive Divitum, sive Pauperum, sive Procerum, vel Plebeiorum.

r *Ordinarios.* Loquitur itaque de ipsis Judicibus, quos vult suum Officium impendere gratis: & concordat in simili *C. de Epis. et Cleri. l. nulli. §. cum autem. C. eo. ti. l. Consulta Divalia.*

s *Omnino.* i.e. Ullo modo: de hac dictione, *omnino*, habes *extra. de jureju. c. et si Christus.* ibi, *dico vobis non jurare omnino.* ubi exponitur *omnino*, i. e. pro quacunque causa levi. Aliquando exponitur *omnino*, i. e. nullo modo. ff. *de fidejus. l. Græc. §. illud.* Sed ibi sic exponitur, quia negatio subsequitur, dum dicit, *omnino non obligari* secus esset, si negatio præcederet. Item concordantias de hac dictione *omnino* ponit *Archi. de elect. c. licet Canon. ver. omnino. li. 6.*

t *Per Clericos. Vers.*

v *Insinuationes hujusmodi.* Ex hac litera apparet Approbationem & Insinuationem supponere pro eodem, viz. pro Actu Publicationis ipsius Testamenti: aliàs, si ponerentur ut diversa, repeteret quod priùs dixit de Approbatione. Hic tamen adverte, quòd Clerico scribenti hujusmodi Insinuationes limitat pro labore tantùm VI. Denar. Nunquid ergo si contingat Testes in Probatione Testamenti examinari, & oporteat eorum Depositiones scribi, contentabitur Clericus scribens tantùm VI Denariis? Puto quòd non: imò secundùm quantitatem laboris fiet sibi Remuneratio: & idem intelligo, si Testamentum prolixum sit in scriptura, & ipsum oporteat Registrari, ut viz. etiam tunc Registrarius pro suo labore congruam Remunerationem recipiat. *Ar. ad hoc Authen. de judi. §. in ea coll. 6.* 12. *q.* 2. *Ecclesiasticis. C. de offi. præfec. Præto. l. in nomine Domini. §. penul.* Et notabiliter ad hoc facit quod legitur in *Extravag. Jo.* 22. *cum ad sacrosanctæ §. si verò ejidem.* *Quæstio.*

x *Sex Denarios.* Hæc Summa limitatur ad certum, ut evitetur difficultas conveniendi cum Notario, qui aliàs circa hoc se gravem exhiberet. *de rescrip. c. statutum. §. Notarium. li. 6. C. de jure fisci. l. facultas. li.* 10. Et si quæras quare Constitutionis Lator ad hanc Summam taxavit, & non ad ampliorem vel minorem; Respondeo, quia sic sibi placuit, unde est pro ratione voluntas. ff. *de constit. prin. l.* 2. Eralem Summam pro labore arbitratus est sufficere. *Ar. C. de temp. in integ. restit. l. supervacuum.* Sed quæro, cujus sumptibus satisfiet Clericis hujusmodi scribentibus? Dic quòd sumptibus eorum qui procurant hujusmodi Insinuationes fieri, saltem de bonis Defuncti. *Ar. ad hoc C. de jure deli. l. scimus. §. in computatione.* *Quæstio.*

y *Quòd si aliquod.* Secunda pars.

z *In Computo.* sc. Numeratione sive calculatione Summarum bonorum contentorum in Inventario.

a *Triginta Solidorum.* sc. Usualium de Moneta *Angliæ.*

b *Excedere.* Sic ergo in Summa XXX Solidorum, vel minus, non habet locum, qd hic dicitur; sed usque ad summam illam erunt computantes liberi.

c *Centum Solidos.* sc. Usualis Monetæ: & sic intellige per totum hoc Capitulum. Est tamen verum, qd *l. Consulta Divalia. C. ev. ti.* loquitur de centum Solidis non usualis Monetæ, sed legalibus; qui Solidi, in quibus differunt, dixi *suprà. eo. ti. c. Item quia locorum. ver. Solidos.* sed plenius *suprà. eo. c. statutum. §. Testamentis. ver. Laicis.*

d *Pro Computo.* i.e. Auditione Computi, vel actu computandi, agendis omnibus sive in Jure sive in facto consistentibus.

e *Circa ipsum.* sc. Computum. Sed quid si in Auditione Computi imminet Citatio alicujus vel aliquorum facienda, forsan ex Decreto eorum qui sunt Auditores & Judices Computi: nunquid licebit his, quorum interest, pro talibus aliquid ultra Summam hic limitatam recipere, viz. ultra XII Denar. de quibus *infrà* sequitur? Æstimo quòd sic; quia hæc potiùs concernunt rationem Computi extrinsecam quàm intrinsecam, maximè cùm Computus de se non sit perfectus neque plenus. Hæc namque Constitutio habet intelligi de Computo pleno & perfecto, aliàs autem nihil actum esse dicetur. *C. ad Sylle. l. cum ad Sylleianum.* Nam Legislator non videtur de re imperfecta sensisse, ut ibi patet. *Concor.* habes ad idem eadem *l. in glo. alii.*

f *Acquietantiarum.* De materia Acquietantiarum videre poteris notata *per Cy. C. de transac. l. sub. prætextu. ver. juxta præmissa quæro. & C. de excep. l. si ex majore. per eundem, et dicam infrà. eo §. ulti*

g *Aliis quibuscunque.* Hæc Clausula generalis comprehendit omnes casus, de quibus Constitutionis Lator non potuit providere in specie; nam in Constitutione aliqua non possunt singuli casus occurrere valentes comprehendi. ff. *de legi. l. non possunt.* Potes tamen istud intelligere pro Membrana, pro Cera, pro Sigillo, & aliis, sine quibus talia expediri non possunt.

h *Episcopi.* De his principaliter loquitur, quia eorum circa prædicta principaliter versari debet Officium; ut patet in pluribus locis superiùs allegatis.

i *Ordinarii.* sc. Inferiores Episcopo.

k *Deputati.* i.e. Commissarii.

l *Ab eis.* sc. Episcopis, vel inferioribus Ordinariis, juxta ea quæ dixi *suprà. eo. c. statutum. §. testamentis. ver. approbatis. ver. sed numqd.*

m *Audientes Computi.* i.e. Auditores forsan ad hoc deputati.

n *Ministri alii.* Utputà, dictorũ Ordinariorum, Commissariorũ, vel Auditorũ Clerici servientes, vel alii in talibus Experientiam & praxim habentes. *Ar. ad hoc. C. de judi. l. certi juris.*

o *Computis.* i.e. Calculationibus.

p *Intendentes.* i.e. Operam dantes.

q *Ultra duodecim.* Minus tamẽ licet recipere. *C. de dila. l.* 1. ma-

xima

ximè ubi Partes conveniunt de minori Summa. *Ar. ff. de no. ope. nunci. l. 1. §. inde quæritur.* Sed si non conveniant, ad minus debetur ista Summa.

a *Recipere.* Etiam à gratis offerente. *Ar. ad hoc de censi. c. exigit. de rescrip. §. Statutum. §. si quis autem. li. 6.*

b *Si verò. Vers.*

c *Minus tamen.* Si ad modicum *minus* se extendat, bene poterit locum habere quod hic statuitur. *Arg. de con. di. 2. c. revera. ff. de in integ. resti. l. scio. ubi de hoc.*

d *Alii prædicti.* sc. Auditores, Commissarii, vel etiam Episcopi.

e *Labore.* sc. In audiendo hujusmodi Computum, & vacando eidem.

f *Aliis suprascriptis.* i. e. Quomodolibet agendis.

g *Penitus.* i. e. Prorsus ex toto. Sic aliàs sumitur *de offi. ordi. c. ordinarii. ver. penitus. per Fo. An. de Cleri. egro. c. unico. per Archi. li. 6.*

†*MS. Æton.* Sexaginta.

h *Sed si viginti. Vers.*

i *Literis.* sc. Acquietantiarum.

k *Si verò Summam. Vers.*

l *Non præsumant.* Sed quid si Inventaria hujusmodi excedunt centum Libras? Dic quòd tunc pro singulis Summis excrescentibus servabitur Ordo prædictus, quousque deveniatur ad alias centum Libras, & sic de cæteris; utrobique namque est eadem ratio, unde idem erit Jus. *ff. ad l. Aquil. l. illud autem. de pace jura. fir. §. ultimo. extra. de constit. utili. c. cum dilecta. §. nos igitur.*

m *Clericis tamen. Vers.*

duodecim Denarios [a]recipere non præsumant. [b] Si verò centum Solidorũ Summã aut ultra, [c]minus tamẽ viginti libris dicta contineant Inventaria, Computis intendentes, & [d]alii prædicti, pro ipsorũ [e]labore, Acquietantiarũ Literis, & [f]aliis suprascriptis, triũ Solidorum perceptione [g]penitus sint contenti. [h]Sed si viginti Libras aut ultra, minus tamen sexaginta librarũ summam habeant, ultra quinq; Solidos pro labore, [i]Literis, & scripturis aliis, non admittant. Si verò [†]quadraginta Librarũ aut ampliùs, minùs tamẽ centũ Librarũ summã attingant hujusmodi Inventaria, decẽ Solidos pro præmissis recipiat, & non ultra. [k] Si verò summa centũ Librarũ vel amplius, dicta cõtineant Inventaria, minus tamen centũ quinquaginta Libris summã continent, ultra viginti Solidos pro prædictis recipere nõ [l]præsumant. Sicq; ad ulteriora ascendendo, sive procedendo, pro singulis quinquaginta Libris excrescentibus præter & ultra dictos viginti Solidos, alios decem Solidos recipiant, & non ampliùs. [m] Clericis tamen pro singulis [n] Acquietantiarum Literis, quas scribunt in hac parte, ultra præmissos sex Denarios [o]accipere permittimus pro labore. Si [p] verò quenquam in aliquo casuum prædictorum ultra summam prætaxatam, quavis cautela in pecunia numerata, seu rebus aliis contingat accipere, [q]duplum ejus quod receperit ultra Fabricæ [r]Cathedralis Ecclesiæ [s] loci infra [t]Mensẽ [u]reddere teneatur. [x] Alioquin [y]extunc [z]Episcopi duplum ipsũ ultra prædictum [a]tempus [b]restituere differentes, sciant [c]ingressum Ecclesiæ eis esse [d]interdictum. [e] Inferiores verò ab [f]Officio & Beneficio noverint se [g]suspensos, [h]quousq; de duplo hujusmodi dictis Cathedralibus Ecclesiis [i] plenariam satisfactionem impendant. [k] In ipsa verò Probatione, Approbatione, vel Insi-

n *Acquietantiarum Literis.* Contra hoc videtur esse litera, quæ ponitur *suprà. in prin.* ibi, *Acquietantiarum literis &c.* Solutio. Litera debet intelligi inquantum concernit Episcopos, Ordinarios, Commissarios, Auditores, aut alios Ministros, quibus forsan ex suo Officio incumbit tales Acquietantias concedere & sigillare: hic loquitur inquantum concernit Clericos scribentes, quorum labor non erit sine Mercede. *C. de prin. agen. in rebus. l. agentes. li. 12.* & dixi *suprà eo. ver. insinuationes hujusmodi. ad fi.*

o *Accipere.* Non dicit quantum, sed moderata debet esse talis acceptio, ut sc. quantitas recipiendi moderetur, & commensuretur secundùm quantitatem laboris. Non enim debet recipiens esse onerosus, nec solvens nimis parcus, juxta illud, "Onerosus Creditor, nec delicatus Debitor audiendus est. *ff. de pig. act. l. si servus. in fi.* Debet enim in talibus attendi quod solitum est fieri. *de offi. ordi. dilectus. de sen. Excom. venerabili. §. denique. li. 6. cum similibus.* Stylus namque & Consuetudo Curiarum, & locorum singularium servanda sunt. *Ar. optimum ad hoc C. de jur. immu. l. 1. §. sed si quæ. & de constitu. ex literis. ubi de hoc per Hostien. de crimine fal. c. quam gravi. & per Inno. de offi. leg. quod translationem.*

p *Si verò quenquam.* Tertia pars.

q *Duplum.* Simile habes *de censi. c. 1. §. caveat. li. 6. & c. exigit. eo. li.* Et in hoc duplo forsan inerit aliquod simplum, illud sc. quod ultra recipit. Facit ad hoc *de censi. c. Procurationes. in fi. ubi de hoc in glo. ultima.* Et faciunt ad hoc notata *per Doct. c. plerique. de immuni. Eccle.* Ibi tamen dicit *Innocen.* quòd illud quod injustè receptum est, restitui debet illi à quo receptum est. Illud autem, quod adjicitur per viam pœnæ, habebit Ecclesia, & sic secundùm hoc in duplo inest simplum: litera tamen hujus Constitutionis videtur innuere, quòd istud duplum totum retinet nomine pœnæ, dum dicit, *duplum ejus quod recepit.* Et ad istud facit *Insti. de oblig. quæ ex malefi. nasc. §. fi.* Huic tamen qd primò dictum est videtur *concor. ff. de publi. & vectiga. l. hoc Edicto. §. quærentibus.* ubi dicit *Bart.* qd quando Statutum dicit, quòd aliquis solvat *duplum*, tunc unum est simplum rei persecutorium, & aliud pœnale. Ubi verò loquitur in materiis mere pœnalibus, duplatur illud quod erat simplandum. *ff. quod me. causa. l. si cum exceptione. §. 1. & §. quadruplatus.* Et illud simplum in dubio inest duplo, ut patet *d. §. quærentibus.*

r *Cathedralis Ecclesiæ.* Videretur potius hoc fore restituendum ei à quo malè receptum est. *de censi. c. exigit.* Dici potest, quòd illud malè receptum restitui debet, residuum verò applicabitur Ecclesiæ Cathedrali nomine pœnæ, secundùm *Inno.* qui sic sentit *de immuni. Eccle. c. quia plerique. ver. pauperibus.* Et ad hoc optimè facit iste Textus ejusdem *c. & in c. Procurationes extra. de censi.* Ista tamen litera videtur innuere, quòd totum istud duplum applicabitur Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis; unde tunc oportet dicere, quòd propter hoc duplum, simplum, etiam malè receptum, est restituendum; aliàs peccatum non dimittitur, ut *in re. jur. peccatum. li. 6.* maximè ubi Persona recipiens novit à quo vel à quibus recepit. Circa hanc materiam sc. malè receptorum, quomodo quis teneatur ad restitutionẽ, notatur optimè *de immuni. Ecc. c. quia plerique. per Inn. & de pœni. & remis. c. fi. per Hostien. in summa.*

s *Loci.* sc. Ipsius recipientis. Vel dic, *loci*, sc. in quo aliquid tale malè receptum est. *Ar. de foro compe. c. 1. §. contrahentes. cum glo. Docto. ibi positis. li. 6.*

t *Infrà mensem.* Simile habes *de censi. c. exigit. li. 6.*

u *Reddere.* Quomodo differunt *reddere* & *dare*, potes colligere *ff. depositi. l. 1. §. eleganter. ff. de statuli. l. Stichum. §. si heres.* Unum tamen pro alio quandoque ponitur. *Extra. de decimis. c. 1. ver. decimarum. circa medium. per Archidiac. li. 6.*

x *Alioquin.* sc. Si non reddat.

y *Extunc.* sc. Lapso Mense. *ff. de condi. & demon. l. 4.*

z *Episcopi.* Horum nuncupatione continentur & Archiepiscopi. ut *no. Fo. An. de sen. Excom. c. quia periculosum. ver. de Episcopis. li. 6. ibi videas.*

a *Tempus.* sc. Mensem.

b *Restituere.* Prius dixit *reddere*: & simile habes in *c. exigit. præalle. de censi. li. 6.* In casu tamen nostro stat impropriè, ut satis patet, cùm non loquatur de Persona à qua receptum est.

c *Ingressum Ecclesiæ.* Cum talibus enim incipiendum est primò à leviori pœna. Cui *concor. de offi. deleg. c. 2. li. 6.*

d *Interdictum.* sc. Ipso facto: unde si interim celebrent in Ecclesia sicut priùs, efficiuntur Irregulares: & si moriantur, non debent sepeliri in Ecclesia, nec in Cœmeterio. *de sen. Excom. c. is cui. li. 6.*

e *Inferiores.* Ex hoc, quod hic sequitur, potes colligere, quòd magis punitur minor quàm major. Pro quo dic ut *no. per Ber. & alios de jurejur. c. cum quidam.*

f *Officio & Beneficio.* Sufficisset dixisse solùm *ab Officio.* Nam suspensus ab Officio, per consequens suspensus est à Beneficio. *6. q. 1. si quis Presbyter. de app. c. pastoralis. 32. dist. ead.* Tu dic circa hoc ut dixi *suprà. de consti. c. 1. super eo. ver. ad fi.*

g *Suspensos.* Unde si interim celebrent ut priùs, efficiuntur Irregulares, nec possunt absolvi ab alio quàm à Papa. *de senten. & re judi. c. cùm æterni. de sen. Excom. cum medicinalis. li. 6.*

h *Quousque.* Et sic factâ restitutione statim sunt absoluti. *81. di. si qui. cum suis concor. de sponsa. c. non est.* & sic *no. Fo. An. de censi. c. exigit. ver. quousque. li. 6.* Et hoc verum intellige, quòd non requiritur sententia Absolutionis. Sed quia potest esse dubium, an satisfecerit necne, ideo super hujusmodi satisfactione necessaria est Declaratio. Circa quod vide quæ scripsi *suprà. de foro compe. c. 1. ver. satisfecerint.* ibi, *plenè.*

i *Plenariam.* Simile habes *de censi. c. exigit. li. 6.* ubi est omnino consimilis Litera.

k *In ipsa verò.* Quarta pars. Et dic, *in ipsa*, i. e. in ipso Actu Probationis vel Insinuationis.

a *Postea.* i. e. Inconcinenti, sive ex intervallo.

b *Ante.* Sume quod est *infrà. redditiones &c.* Esset enim quædam inconvenientia aliquem liberare à Computo, qui nullum vel minus plenum Computum reddidit.

c *Fideliter.* i. e. Plenarie. *Extra. eo. c. cum in tua.* Ut sic dictio *&*, ibi posita, ponatur pro *id est*, & sic stat expositivè. Ille namque, qui tenetur Rationes reddere, tenetur etiam de reliquis respondere. ff. *de condi. et demon. l. quærvis.* Et hoc verum intelligas in Executore particulari, secus in universali, qui est in loco Hæredis; ut dixi *suprà eo. c. statutum.* §. *inhibemus. ver. reddere rationem.* & §. *testamentum. ver. effectum, ad fi. glo.* & *ea. ti. c. statuimus. ver. propriis suis bonis.* Sed quæro, nunquid Ordinarius poterit talem Executorem liberare à Computo sine Ratione reddenda? Videtur qd sic, sicut aliàs de confectione Inventarii dixi *suprà. eo. c. statutum.* §. *inhibemus. ver. inventarium. ver. Ordinarius etiam.* Et sic per consequens poterit eum acquietare, Computo non recepto. Æstimo tamen contrarium esse verum; nam si Testator non possit liberare Executores à Ratione reddenda, ut legitur *Extra. eo. c. tua nos.* & dixi *suprà. eo. c. Religiosa. ver. rationem.* multo minùs Ordinarius hoc poterit: ratio est, quia esset contra Jus publicum. ff. *de adm. tu. l. quidam decedens.* ff. *de test. tu. l. jure nostro. cum similibus.* Redditio namque Rationis non solùm concernit Ordinarium, sed alios quorum interest; ut dixi *suprà. eo. c. statutum.* §. *inhibemus. ver. Ordinarius.* Aliàs, si Rationis redditio posset remitti, de facili daretur Executoribus via omnia terinendi & sibi appropriandi, contra illud quod legitur *extra. eo. c. tua nos.* ibi, *aliis usibus &c.* Facit *Insti. vi. bo. rap.* §. *Sed nè dum talia. de divor. quanto.* §. *penul. cum similibus.* Sic videtur sentire *Hostien. d. c. tua nos. ver. testatoribus.* Dicit tamen, quòd ubi Executor ex voluntate, & non ex necessitate sumit in se tale onus, non tenetur ad Rationem, nisi ex bono & æquo Judicis arbitrio faciendam. *Ar.* ff. *de ma. teſt. l. qui filium, ad fi.* ff. *de lib. leg. l. Aurelius.* §. *filias. ad fi. et l. creditor.* §. *inter cætera.* Et præmissis adde quæ dixi *suprà. eo. c. Religiosa. ver. rationem.* Sed ecce cùm Executor teneatur fideliter administrare bona Defuncti, & eis reddere Rationem, ut hic dicitur, & talis redditio Rationis, ut regulariter, fieri debet Administratione impletâ, ut dixi *suprà. eo. c. Statutum.* §. *inhibemus. ver. reddere rationem. ver. et scias.* Quæro, infra quod tempus debet compleri talis Administratio? Circa cujus Quæstionis Solutionem dicunt aliqui, quòd hoc debet fieri secundùm qualitatem injunctæ Executionis, & sic non est dare tempus certum. Alii dicunt, quòd debet fieri infra Annum à die Administrationis receptæ. *C. de Epiſc. et Cle. l. nulli.* §. *cum autem.* Tertia Opinio est, quòd Annus debet computari à die factæ Monitionis per Episcopum de exequendo. *Auth. de Eccle. titu.* §. *ſi autem quo facere. de hæred. & falſ.* §. *ſi quis non impleni. extra. eo. c. nos quidem.* Quarta Opinio est, quòd hoc tempus relinquitur Judicis arbitrio. *Ar. c. de canſis. extra. de offi. deleg.* ff. *de jure deli. l. 1.* *Petrus de Ancharano dicto c. nos quidem.* dicit, quòd ubi tempus est limitatum per Testatorem, tunc illud tempus currit à tempore adítæ Hæreditatis & scientiæ. ff. *de ſtatuli. l. ſtatulib.* §. *ſi quis here.* Aliàs autem ubi tempus non est limitatum, dabitur Terminus per Episcopum ad implendum piam Voluntatem Testatoris; & tunc tempus currit à die Monitionis; ut *dicto* §. *ſi quis non impleni. Fredericus de Senis* dicit, quòd hoc tempus erit Annale tantum; ut *dicto c. Nos quidem.* nisi ille, ad quem pertinet, fuerit justâ causâ impeditus: & sic ipse notat *Consilio* 124. & circa hoc vide notata per *Specu. ti. de inſtru. edi.* §. *nunc verò aliqua. in ver. illud etiam quæritur.* & ibi per *Jo. An. in add.* quæ incipit, *Hic omnino vide.* potes videre quales Expensæ allocari debent Executoribus in redditione Computi.

d *Acquietantiarum Literæ.* De his dedi Remissiones *suprà. eo. c. ver. Acquietantiarum.* Sed pone, quòd de facto Ordinarius ante Rationes fideliter redditas, fecit Executoribus Acquietantiam generalem de ulteriùs non reddendo Rationem, in quo valet talis Acquietantia? Dic, quòd valet quoad ea quæ prius fideliter Administrata sunt, & in Computum deducta, dum tamen dolus & fraus absint. Nam aliàs in generali Quietatione non veniunt Gesta per dolum vel fraudem: ff. *de lib. leg. l. Lucius.* & *l. Aurelius. in fi.* nisi etiam dolus expresse sit remissus; ut in *l. alienat. C. de tranſac.* Et hoc verum est, ubi adest; quia forsan aliqua de bonis aliqua retinent, & sic sunt in dolo: nam tunc ad talia non extenditur talis Acquietantia, ut *dicta l. Lucius.* & ff. *de pactis. l. tres fratres.* Si verò nihil eis adest, tunc dolus videtur remissus. Et sic intelligo *Glossam* quam habes *dicta l. alienat. C. de tranſac.* ubi verò talis Acquietantia concernit Administrationem futuram, nunquam potest intelligi remissus dolus, etiamsi hoc sit expressum. Facit *l. ſi unus.* §. *illud.* ff. *de pactis.* & *l. quidam decedens.* ff. *de admin. tu.* & sic stat *l. ſi quis rationes.* ff. *de libera. leg.* Immo non obstante tali Acquietantiâ tenetur ex bono & æquo reddere Rationem, ut prædixi *suprà. glo. proxima.* Hanc materiam habes *Bart.* ff. *de lib. leg. l. ab Aurelio.* §. *Gaius.* & notatur *per Petrum de Ancharano. extrà. eo. c. Jo. kannes. ver. quinto quæro.* & *alii* vers. *sequentibus.*

e *Suspensionis.* Hanc pœnam in hoc casu non incurrent Episcopi, eò quòd de eis non fit mentio specialis, ut patet in *c. quis periculosum. de ſen. Excommuni. li. 6.*

f *Sex Menſes.* Incipiendo hos sex Menses post Literas hujusmodi realiter concessas. Nam pœna quæ ipso Jure incurritur, non committitur ex delicto inchoato, sed consummato; sicut notatur *de Regu. Ju. c. in pœnis. per Jo. An. in Novel. li. 6.* ubi de hoc optimè.

De Sepulturis.

Nullus Ecclesiasticus permittatur apud Defunctum, nisi sit Consanguineus Psalterium dicturus, sub majoris Excommunicationis pœna.

Johannes Stratford.

g QUia sæpe, *& infrà.* h Statuimus in nostra Provincia, qd peractis à viris i Ecclesiasticis mortuorū k memoriis, l nulli m in privatis domibus, in quibus mortuorum corpora usque ad n Sepulturam o frequenter p requiescunt, de cæteroq receptentur ad r consuetas s nocturnas t vigilias peragendas, u defunctorum x amicis, nuncupatione Testamentorū quorumcunque, vel a postea, b ante Administrationis Computorum redditiones c fideliter factas, d Acquietantiarum Literæ Testamentorum Executoribus nullatenus concedantur sub pœna e Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ per sex f menses, quam contrafacientes incurrere Volumus ipso facto.

Quæstio.

Quæstio.

g *Quia sæpe.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford Cantuariensis* Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo ponitur Statuti Editio. In secundo ibi, *Defunctorum*, ponitur quædam exceptio. In tertio ibi, *Sub pœna*, adjicitur pœnæ comminatio. Divisio.

h *Statuimus.* Ex hoc apparet, quòd est Jus novum.

i *Ecclesiasticis.* Quorum Officium circa ea quæ sequuntur versari debet circa cætera eis incumbentia.

k *Memoriis.* i. e. Exequiis, de quibus habes 13. *q.* 2. *c. pro defunctis. et c. Animæ defunctorum. et c. q. c. non æstimemus.* ubi patet ideo generaliter pro Regeneratis omnibus solennes Orationes fieri, quia non discernimus qui sunt hi, quibus prosunt, aut quibus non prosunt. Et ideo melius est, ut talia superfluat his, quibus non obsunt nec prosunt, quàm qd desint his quibus prosunt, ut ibi dicitur.

l *Nulli.* Sume quod est *infrà. recipientur.*

m *Privatis domibus.* sc. Extra Ecclesias. Et idem intelligo in Ecclesiis: nam eadem, imò fortior est Ratio Prohibitionis, scilicet evitandi malas Conventicolas, & perpetrandi alia facinora; ut puta, Fornicationem, Adulterium, & hujusmodi, quæ numerantur sub parte decisa. In his namque fortior est Ratio quoad Ecclesias, quas decet omnis Sanctitudo. *de immunita. Eccle. c. decet. li. 6.*

n *Sepulturam.* i. e. Tempus Sepulturæ.

o *Frequenter.* sc. Secundùm communem usum Patriæ.

p *Requiescunt.* i. e. Remanent.

q *Recipientur.* sc. Per inhabitantes Domos hujusmodi.

r *Consuetas.* Sic ergo Consuetudo quæ tendit ad noxam, & ad scandalum eradicanda est. 8. *di. mala.*

s *Nocturnas.* Diurnas autem non prohibet. Nam tenebræ ad malè faciendum apetores sunt. ff. *de ventre inſpi. l. 1.* §. *tria lumina.* Unde & Furtum dicitur à *furvo*, i. e. *nigro*, quia fit nocte sit. *Insti. de obli. quæ ex malè. naſcun.* §. 1. Et qui malè agit, odit lucem. *Extra. de Offi. dele. c. conſulasti.*

t *Vigilias.* Consimili ratione sublatæ sunt Vigiliæ, quæ solebant fieri in Ecclesiis in Vigiliis Sanctorum, de quibus legitur 76. *diſt. noſce.*

u *Defunctorum.* Secundùm dictum.

x *Amicis.* Horum nuncupatione qui contineantur, habes ff. *de verb. ſig. l. ſæpe culpæ.* §. *amicos.* Et possunt dici *Amici*, Pater, Mater, Frater, Soror, & Consanguinei Defuncti; item Uxor, & Servientes Domestici; item Socius in Hospitio vel in Scholis: Concubina verò, quòd non sit dicenda Amica, notatur ibi. in *Glossa*, quia talis Amicitia procedit ex causa inhonesta. ff. *de verbo. ſig. l. liberorum.* Sic etiam & Amicitia quæ est inter Fures, Quis dicatur Amicus.

Fures, ut dicitur in *Gloſſa dicta* §. *amicos*.

a *Propinquis*. Scilicet ratione Sanguinis vel Affinitatis, non autem ratione Loci.

b *Et his*. Etiam Extraneis,

c *Pſalteria*. Idem credo in his, qui aliàs Orationes devotas dicere velint: ſed ſpecialiter dixit de *Pſalteriis*, eò quòd cum Pſalmis ad Sepulturam corpora Defunctorum deducuntur. 23. q. 5. *placuit*. Ubi notatur pro quibus Defunctis eſt orandum, pro quibus non. Et nota, quòd Pſalterium in ſe virtualiter continet materiam utriuſque Teſtamenti. Unde licèt Sacræ Literæ univerſaliter perlectæ & auditæ habeant quandam virtutem occultam fugandi Dæmones, alliciendi Spiritus Cœlicos, placandi etiam Trinitatem, ut vult *Origines* ſuper *Joſuæ Homi*. 20. habet tamen hoc ſpecialiter Scriptura *Pſalmorum*, prout pulchrè declarat *Richardus Hampole*, in Prologo *Pſalterii* ſui, ſic dicens: Grandis, *inquit*, abundantia Spiritualis ſolatii & gaudii, quod in Deo ſolo ſentitur, in eorum corda deſcendit, qui devotè cantant aut dicunt Pſalmos in laudem Domini noſtri *Jeſu Chriſti*; dulcedinem quippe diſtillant in corda dicentium, delectationémque in mentes eorum infundunt, ac inſuper animas incendunt Charitatis igne; interius quidem inflammando ac ferventes efficiendo, decoras ac ſpecioſas in conſpectu Dei reddendo, perſeverantéſque in Devotione ad ſublimitatem contemplationis ac ſonum Cœlicum ſuſtollunt. Quid plura? Cantilena Pſalmorum Dæmones fugat, Angelos in noſtrum auxilium excitat, peccata rollit, Deum placat, Perfectionem adducit; propellit inſuper & deſtruit cuncta adverſa, & anguſtias animorum, inter corpus & animam pacem ſtatuens, affert Cœleſte deſiderium necnon contemptum terrenorum.

Nota de effectu Pſalmodiæ.

d *Sub pœna*. Tertium dictum.

e *Receptatores*. Sine quibus tales hujuſmodi Vigilias exercere non poſſunt. Quid autem importet hæc dictio, *Receptatores*, notatur per *Archid. de hæreti. c. quicunque. ver. receptatoreſ. li. 6.*

f *Taliter*. ſc. Contra prohibitionem iſtam.

g *Formidare*. Comminatio eſt, non Sententia lata.

Si decedens tria aut plura reliquerit Animalia, & optimum alteri ſit debitum; ſit proximi valoris ipſius Eccleſiæ.

Robertus Winchelſey.

h QUia inter i Rectores Eccleſiarum & k Parochianos ſuos l lites cupimus extinguere, quæ frequenter oriuntur: m Statuimus, quòd ſi n decedens o tria ad minus, vel plura cujuſcunque generis in bonis Animalia habuerit; optimo cui de Jure fuerit debitum reſervato, Eccleſiæ ſuæ, à qua recepit Sacramenta, dum viveret, melius poſt optimum reſervetur.

De Parochiis, & alienis Parochianis.

In ſingulis Parochiis magnis duo vel plures ſint Preſbyteri juxta Parochianorum numerum, & Eccleſiæ facultatem, ut ritè miniſtrentur Sacramenta.

Stephanus Langton.

p ADinſtar Patriſfamiliàs q Evangelici plures Operarios in r Vineâ ſuam mittentis, ut quod unus non valeat explere, ſaltem ſollicitudo perficeret plurimorũ; f ſententialiter Definimus, ut in ſingulis t Parochialibus Eccleſiis, quarum eſt Parochia u diffuſa, x duo ſint vel y tres Preſbyteri, penſatâ pariter z magnitudine Parochiæ, & Eccleſiæ a facultate: b nè fortè (quòd abſit) ægrotante uno Presbytero, vel c debilitato, Parochianis d infirmantibus, aut Divinis e Officiis f volentibus intereſſe, Officia Divina g ſubtrahantur, vel negentur Sacramenta Eccleſiaſtica.

Nemo Sacramentum Euchariſtiæ Parochiano alterius Sacerdotis præbeat.

Johannes Peccham.

h ALtiſſimus de Terra, *& infrà*. Nullus i Communionem præbeat Parochiano alterius k Sacerdotis ſine ipſius l licentia manifeſta. Quam Ordinationem non

---

p *Dinſtar*. Iſta Conſtitutio fuit *Stephani* Archiepiſcopi, in Concilio *Oxon.* primo, & habet duo dicta. In primo ponit Statutum. In ſecundo ibi, *Nè fortè*, ponit rationem ſic Statuendi. *Diviſio.*

q *Evangelici*. Matth. 20.

r *Vineam*. Quid per hanc Vineam intelligatur, potes videre per *Nic. Gorran. & Notingham ſuper eo. Evangelio.*

f *Sententialiter Definimus*. Patet ex hoc, hanc Conſtitutionẽ non eſſe novi Juris editivam, ſed potiùs alicujus dubii tunc exorti definitivam ſive declarativam; ſicut aliàs ſoler dici *de ſenten. Excommuni. li. 6. c. decernimus. cum ſimilibus.*

t *Parochialibus Eccleſiis*. Quæ ſunt iſtæ, potes colligere per *Doctores. extra. eo. ti. per totum. & præcipuè per Hoſtienſem ſumma. & Jo. Andr. ibidem ſuper Rubri.*

u *Diffuſa*. i. e. Ampla.

x *Duo ſint*. Sume quod eſt *infrà. Preſbyteri. & concor. in ſimili 7. q. 1. Illud. & 1. q. 1. placuit.* ibi, *eorum &c.* Faciunt ad hoc *nota. per Bern. de conſecra. Eccle. c. cum ſicut. ver. conſecranda. de filiis Preſby. c. propoſuit. 81. di. in omnibus.*

y *Tres Preſbyteri*. Facit ad hoc *de conſe. diſ. 1. hoc quoque*. Sed ibi loquitur alio reſpectu. Sed nonne iſti Presbyteri erunt omnes intitulati in tali Eccleſia? Dic quod non: ſed unus debet intitulari, alii verò erunt ut Vicarii Temporales. Pro quo vide quæ ſcripſi *ſuprà. de Præben. c. 1. ver. pluribus rectoribus. et verb. plures Vicarii*. Poſſunt tamen duo eſſe intitulati, utpurà, unus ut Rector, alius ut Vicarius, ſicut dixi *dicto c. 1. verb. ſit perſonà.*

z *Magnitudine Parochiæ*, Sic quòd unus non ſufficit ad deſerviendum Curæ.

a *Facultate*. Sic quod ſufficiat omnibus. *7. q. 1. illud.*

b *Nè fortè*. Secunda pars.

c *Debilitato*. Sic quòd non poſſit miniſtrare in Cura ſibi commiſſa. *Extra. de Cle. ægro. c. 2.*

d *Infirmantibus*. i. e. Infirmis, quibus ad petitionem eorum ſine † tardatione miniſtrari debent Eccleſiæ Sacramenta. *ſuprà. de offi. Archipresby. c. ſi.* † *MS. Em.* Traditione.

e *Divinis Officiis*. ſc. Veſperis, Matutinis, Horis, & Miſſa.

f *Volentibus*. Libertatem importat, non neceſſitatem. Et intelligas iſtud de illis diebus, quibus Parochiani non tenentur intereſſe Divinis Officiis niſi velint, utpurà, diebus non Dominicis nec Feſtivis. Nam Dominicis & Feſtivis diebus tenetur quilibet Chriſtianus intereſſe Divinis Officiis, & præſertim Miſſæ in Eccleſia ſua propria. *Extra. eo. c. ut Dominicis. de conſe. diſt. 1. ſi quis extra.*

g *Subtrahantur*. Poſſet enim contingere neceſſitas miniſtrandi Sacramenta tali tempore, quo dici debeant Divina Officia. Unde ſi non ſit niſi unus Presbyter, aut oportebit ſubtrahi pro illo tempore Divina Officia, vel alias Adminiſtrationem Sacramentorum; & hoc eſt quod ſequitur, *vel negentur &c.*

h *ALtiſſimus*. Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham*, & eſt pars hujus *ſuprà. de ſum. Tri. & fi. Catho. c. altiſſimus. infrà. de cele. Miſſ. eo. c.* Item *de pœni. & re. eo. c.*

i *Communionem*. i. e. Sacramentum Euchariſtiæ: & vide circa hoc quod ſcripſi *ſuprà. de ſumma. Tri. et fide Catho. c. altiſſimus. ver. (communionem.*

k *Sacerdotis*. i. e. Curati.

l *Licentia*. Simile habes *de privil. c. 1. in Cle.* ubi ſtatuitur, qd Religioſi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum Unctionis Extremæ vel Euchariſtiæ

Eucharistiæ ministrare, Matrimoniáve solemnizare præsumunt, non habitâ super eis parochialis Presbyteri licentiâ speciali, ipso facto sunt excommunicati. Sed quid si Parochianus dicat se habere licentiam hanc à suo Curato, an ministraturus hoc Sacramentum habeat sibi credere? *Jo. d. c.* 1. videtur sentire quòd sic: & *concor.* ibi *Paulus. ver. licentia. qui* allegat ad hoc *de pœn. di.* 6. *placuit.* Sed nunquid Curatus non Presbyter possit dare hanc licentiam? dic quòd sic, nisi per Episcopum sit potestas Curæ Vicario commissa; quia tunc ille Vicarius reputaretur Presbyter, qui daret hanc licentiam, sicut notat *Paulus in loco præall. ver. Parochialis.* potest etiam Episcopus in sua Diœcesi hanc licentiam concedere, maximè ubi Ecclesia vacat. Sic etiam Archipresbyter Civitatensis ubi potest audire confessiones. *Extra. de offi. Archipres. c.* 2. non enim est absurdum curam ejusdem Loci & Parochiæ pluribus in solidum esse cómissam, ut notat *Inno. de præben. Cum non ignores.* facit ad hoc quod notat *Hosti. de pœn. & re. c. omnis.* ubi dicit, quòd Papa, Episcopus, & ejus Vicarius, Lazarus, & ejus Pœnitentiarius, dicuntur proprii & immediati Sacerdotes: sic recitatur per *Paulum in loco præall.* qui tamen, non obstantibus prædictis, reputat securius, ut impetretur licentia ipsius Sacerdotis Parochialis, prout sonat litera. *ar. ad hoc Extra. de decimis. c. ad audientiam.*

Quæstio.

intendimus ad [a] peregrinantes extendere, nec [b] necessitatis casui derogare.

De Decimis & Oblationibus.

Quicunque populi devotione ac debitum in Oblationibus faciendis aut Decimis persolvendis impedimentum, aut in suum usum injustè convertunt, Excommunicationis vinculo teneantur; nec absolvantur, priusquam populum ab errore reduxerint, & Ecclesiæ satisfecerint, idque à solo Diœcesano fiat, excepto mortis articulo.

Simon Mepham.

QUia [c] quidam [d] maledictionis Filii, in [e] nubentium Solennitis, [f] purificationibus mulierum, mortuorum [g] exequiis, [h] & aliis, in quibus ipse [i] Dominus in [k] ministrorum suorum [l] personis solebat [m] Oblationum [n] libamine [o] populariter honorari, ad unius denarii vel alterius [p] modicæ quantitatis Oblationem, populi devotionem [q] restringere sunt moliti; [r] residuum [s] Oblationis fidelium [t] suis pro libito vel alienis usibus [u] multoties applicantes. [x] Alii verò nō attendentes, quòd Dominus Omnipotens, cujus est [y] terra & [z] plenitudo ejus, & universi qui habitant in ea, [a] Decimas in signum [b] universalis Dominii sibi reddi [c] præceperit, & pro suo [e] cultu

---

[a] *Peregrinantes.* Viator namque cujuslibet Ecclesiæ Parochianus est. *argu. ad hoc ff. de judi. l. bares absens.* & circa hoc vide notata per *Hosti. in summa. de pœn. & re. §. cui confitendi sit. statim post princi.*

[b] *Necessitatis.* Nam sicut necessitatis tempore potest quilibet Presbyter confessionem alterius Parochiani audire, 26. *q.* 6. *si Presbyter. cum similibus nota. per Hostien. in summa. de pœn. & re. §. cui confitendum. ver. septimo tempore necessitatis.* sic potest & Eucharistiam ministrare. 50. *di. pœnitentes.* 1. *q.* 1. *c. si quis. §. ecce.* faciunt ad hoc quæ dixi *supra, de dona. c. unico. ver. absolutione.*

Divisio.

[c] QUia *quidam.* Hæc est Constitutio *Simonis Mephã Cantuariensis* Archiepiscopi. Et habet duas partes principales. In prima ponitur triplex motivum, sive occasio hujus Constitutionis edendæ. In secunda ibi *Nos igitur*, procedit ad Statutum pœnale.

[d] *Maledictionis.* i.e. Pœnæ æternæ, sicut notat *Card. de usur. c.* 1. *ver. Maledictionis. li.* 6. *& de cens. c.* 1. *ver. maledictionem. eo. li.*

[e] *Nubentium solennitis.* De quibus patet *Extra. de feriis. c. Capellanus.* Hæc enim solennia cessant certis temporibus, viz. à prima Dominicâ Adventus Domini usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè; & à LXX. usq; ad Octavam Paschæ inclusivè. Et à primo die Rogationum usq; post septem dies Pentecosten elapsos. Unde in Dominica Festi Trinitatis licitè possunt hujusmodi Nuptiæ celebrari sive solemnizari, ut patet *in d. c. capellanus. ad fi.* & sic sentit ibi *Anto. de Butrio*, dum dicit, alii incipiunt in Dominica in Albis, non Dominica post Pentecosten: & hi videntur Canonem violare.

[f] *Purificationibus mulierum.* De his habes *Extra. de purificatio. post partum, per totum.*

[g] *Exequiis.* De quibus dixi *supra. ti. proxi. c.* 1. *vers. memoriis.* Et de his legitur *Extra. de simonia. c. cum in Ecclesiæ.* Et debent fieri sine planctu. 16. *q.* 2. *quam præpostetum. cum tribus c. sequen.*

[h] *Et aliis.* Sc. Festis & temporibus, quibus populus consuevit Deo offerre.

[i] *Dominus.* Ille viz. qui absolutè est Dominus omnium, & cujus sunt omnia, & qui nullo indiget, sed omnia possidet, largitur, & distribuit: de quo statim *infrà* sequitur, & de quo dicitur *Matth.* 21. *Dominus his opus habet.*

[k] *Ministrorum suorum.* Sc. Rectorum, & Vicariorum, & aliorum Curam animarum habentium. Pro quo vide quæ scripsi *supra, de sum. tri. & fi. cath. c.* 1. *ver. ministri.*

[l] *Personis.* Tales namque Personæ Domini, qui eos misit, Personam repræsentant. 2. *q.* 5. *c habet. in fi.* ubi patet, quòd Deus honoratur in personis Ministrorum suorum.

[m] *Oblationum.* De his potes videre, quæ dixi *supra. de consue. c.* 1. *ver. oblationum.*

In veteri lege triplex fuit Oblationis modus.

[n] *Libamine.* i.e. Sacrificio, sive placatione. Scias enim, quòd in Veteri Testamento Oblatorũ triplex erat differetio: una in Animalibus, & dicebatur Sacrificium; nec ante octavũ diem Nativitatis potuit offerri. Alia in ficca materia, ut de Simila, Pane, & Thure, & hæc propriè dicebatur Oblatio. Tertia de liquidis, utpurà, Vino & Oleo, & propriè dicebatur Libamen vel Libatio. Sed his nominibus Scriptura indifferenter utitur. Hic verò ponitur pro Oblatione, quæ fit in pecunia secundùm morem *Angliæ*, & sic in materia arida.

[o] *Populariter.* i.e. Communiter, vel in cógregatione Populi. Vel dic *populariter*, i. è. per singulos de populo. Sicut dicimus de actione populari, quia competit singulis de populo. *ff. de popularib. per totum.* Solet namque populus in talibus solẽniis, de quibus hic dicitur, figillatim, & per capita singula aliquid offerre; quorum devotio retrahi non debet, sed potius augeri. *ar. ad hoc in Cle. cupientes de pœnit. de deci. c.* 1. *li.* 6.

[p] *Modicæ.* Viz. oboli vel quadrantis ut sic sit minus denario. Vel dic *modicam quantitatem* respici debere respectu populi ad talem solennitatem consluentis, ubi singuli consueverunt aliquid offerre: & sic hæc *modica quantitas* relinquitur arbitrio Judicis. *ff. de legi. tu. l. legitimos. in princi.* Scias tamen, quòd *modica* summa in Jure quandoque dicitur infra duos Aureos. *ff. de dolo. l. si olcum. in fi. cum l. seq.* quandoque duo pondo Auri. *ff. de judi. l. sed & si susceperit.* potest etiam hæc modicitas de Jure æstimari ad quartam partem. *ar. C. de inof. test. l. si quis in suo. in prin.* alias potest æstimari ad tertiam partem. *ar. l. nominationum. C. de decur. li.* 10. Potes circa hoc videre *l. hæc adjectio. ff. de verb. sig.* ubi glossa hoc relinquit arbitrio boni Judicis, ut prædixi, & huic dicto adhæreo.

[q] *Restringere.* Quod fieri non debet, ut dixi *supra. ver. populariter. ad finem glo.*

[r] *Residuum.* Sc. ultrà quantitatem sic restrictam.

[s] *Oblationis.* Sc. fiendæ, vel quæ fieri deberet cessante tali malitia. Nam si Oblatio facta esset, & à Sacerdote vice Dei eam recipiente, per ipsos offerentes vel alios esset ablata, tunc locum haberet id, quod legitur & notatur 16. *q.* 1. *c. quia sacerdotes. & duobus c. sequentibus.*

[t] *Suis.* Sume quod est *infra. usibus.*

[u] *Multoties.* Ex hac litera potes colligere, quòd hujusmodi applicatio non fuit causa principalis movens ad Editionem hujus Statuti, sed etiam quòd cessante tali applicatione quoad residuum incurratur pœna hic limitata, etiam propter restrictionem devotionis Populi.

[x] *Alii verò.* Secunda causa movens ad Editionem hujus Statuti.

[y] *Terra.* Ut in *Psalmo.* 23.

[z] *Et plenitudo ejus. Psalmo prædicto. & 13. q.* 2. *in Ecclesiastico.*

[a] *Decimas.* Tam prædiales, quàm personales.

[b] *Universalis dominii. Extra. eo. c. tua nobis. Levitici ulti. Numeri.* 25.

[c] *Reddi.* Et sic ex debito. 16. *q.* 1. *decimas. & c. revertimini.*

[d] *Præceperit* Et sic sunt sub præcepto, ut per multas Auctoritates ostendit *Innocen. Extra. eo. super Rubrica.* & non solum prædiales sed personales; quicquid super hoc dicat *Hostien. Extra. eo. c. in aliquibus.* Nam hoc sentire videtur *Augu.* 16. *q.* 1. *revertimini. & q.* 7. *majores.* declarans hoc pertinere ad illud præceptum Evangelii. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Item *Ambrosius.* 16. *q.* 7. *quicunque.* ubi *Jo. de Deo* expressè concludit. Decimas etiam personales esse sub præcepto. Hoc etiam aperte dicit *Grega. ca. q. pervenit.* ibi *præceptis Divini &c.* Facit ad hoc illud *Hieronymi* 16. *q.* 1. *Apostolicis.* Hoc etiam declarat Ecclesia, scilicet Decimas tam prædiales quàm personales pertinere ad præceptum Divinum. *Extra. eo. c. tua nobis. in fi.* cui etiam Declarationi concurit *Augu.* 16. *q.* 1. *decimæ.* Item *Grega. de conse. di.* 5. *Quadragesima. in fi.* Unde concludit *Antonius de Butrio* quòd non solventes Decimas personales damnantur. Sic ipse *ibi. Extra. eo. c. Parochianos. parum ante finem.*

[e] *Suo cultu.* Hoc igitur respectu non cadunt in Laicum, cum

ſit Jus merè ſpirituale, ſed eo reſpectu, quo ſolvuntur in ſignum Dominii, poſſunt Laici eas habere ex privilegio. Sic notat *Petrus de Ancho. Extra. eo c. tua nobis. ver. 8. nota.*

a *Clericis.* Laici namque Decimas Jure ſuo recipere non poſſunt. *Extra. eo. c. quamvis. & c. ad hæc.*

b *Malitioſe.* Malitia præſumitur, eo ipſo quòd immiſcent ſe rei ad ſe non pertinenti. *ff. de regu. juris. l. culpa.*

c *Impediunt.* Scilicet maledictionis filii, de quibus *ſuprà* dixit.

d *Faciunt.* Scilicet per alios.

e *Ingreſſum.* Habens namque ſervitutem quamcunque in fundo aliquo, viam eo ipſo habebit ad fundum, ut utatur ſervitute ipſa. *ff. de ſervitu. ruſti. præ. l. item ſic. §. qui habet.* & hoc verum, ſive ſit locus publicus, vel privatus, ut ibi patet. Ratio eſt, quia ſine acceſſu nullus eſt fructus. *ff. de ſervitu. urb. præd. l. binas.* facit ad hoc *ff. de contrahend. emp. l. qui fundum. §. in lege. ff. ſi uſusfru. pe. l. 1. §. uſusfructus.* ubi de hoc in gloſſa, & per *Bart.* in dicta *l. binas.*

f *Prædia. Prædium* eſt vocabulum generale ad fundum, agrum, vel poſſeſſionem. *ff. de verb. ſig. l. quæſtio.*

g *Colligendis.* Loquitur ſecundùm Conſuetudinem locorum illorum, quibus Decimæ ſparſim colliguntur per agros, quibus Garbæ Decimales à 9. partibus ſeparatæ in ſulcos projiciuntur. Sed nota, quòd licet Decima à 9. partibus ſeparata non ſit, poteſt tamen vendicari, quia ſtatim tranſit in Dominium Eccleſiæ etiam abſque traditione, ut notat *Jo. 16. q. 1. moderamine.* & talis Decima debet ſolvi ſtatim fructibus recollectis, & de fructibus integris nullis expenſis deductis. *Extra. eo. c. cum homines.* Sed quid ſi Conſuetudo ſit, quòd Colonus vel Dominus prædii exponat Decimas collectas, & in acervum poſitas, nunquid talis Conſuetudo poſſit impunè † reſtringi, ut videlicet Decimæ ipſæ ſparſim projiciantur? Dic quòd non: maximè ubi talis Conſuetudo eſt præſcripta. Eſt namque talis Conſuetudo rationabilis, & Eccleſiæ utilis, & ideò inviolabiliter obſervanda *Extra. de conſuetu. c. 1.* à contrario ſenſu. Nam & Colonus etiam de Jure tenetur non ſolùm Decimas hujuſmodi colligere, & coacervare, ſed etiam in horreum Sacerdotis afferre. *16. q. 1. revertimini. & q. 7. ca. 1.* & ſic tenet *Jo. An. Extra. e. c. ex parte. 2. & concor.* ibi *Petrus de Ancho. & Antonius de Butrio*, qui etiam ibi dicunt, quòd Sacerdos poteſt prohibere Domino Fundi, nè Fructus colligat, vel aſportet, niſi eo præſente, vel ejus nuncio. *arg. ad hoc C. quando & qui. quarta pars. li. 2.* ibi, *ſub aſpectu Curialium.* Et idem notat *Specu. Extra. co. ti. ad finem.* Ratio eſt, quia habet partem in Fructibus, igitur & in Fundo, quia ſunt pars Fundi. *ff. de rei vend. l. Fructus.* Sic etiam determinat *Guil. Naſo per l. Paulus. ff. de procu. & l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffi. teſta. & C. de litig. Authent. nunc ſi hæres.* Et idem tenet *Joban. An. in add. ad Specu. eo. ti. ad fi.* Et hæc vera ſecundùm *Antonium*, niſi Conſuetudo aliud habeat: ſed non valeret Conſuetudo, quæ daret occaſionem ſurripiendi. *Authent. ut nulli judi. §. quia verò.* Et ſic temperat *l. ſi Publicanus. ff. de publi.*

h *Cuſtodiendis.* Scilicet nè ſurripiantur, vel nè per beſtias diſſipentur.

i *Quo voluerint.* Contra hoc opponitur *ſuprà. de pecul. cleri. c. quia plerique.* Solutio. Dic hoc, quod hic dicitur, intelligi debere ſecundùm illum. Nam hæc voluntas debet gubernari ſecundùm rationem & Jura prius ordinata. Circa quod vide, quæ dixi *ſuprà. de cler. non reſi. c. in decimis. ver. arbitrio. in princi.*

k *Alii etiam.* Tertius abuſus.

l *Chirothecæ vel Caligæ.* Et ſic domum ſive munus.

m *Denitur.* Quod omnino eſt prohibitum. *16. q. 7. capi. decimas.*

n *Aſportant.* Litera iſta non diſtinguit, an aſportans ſit Laicus, vel Clericus, nec ego diſtinguo. *ff. de publi. ac. l. de pretio. cum concor. ibi poſitis.* Nam & Clerici Decimas prædiales ſolvent, ſicut & alii, *Extra. eo. c. ſuggeſtum. & c. ex parte.* nec refert, an talis aſportans ſit dives, vel pauper. Nam prætextu paupertatis non debet quis aliena tenere, vel peccare. *ff. de ritu. nupt. l. palam.* Decima namque eſt debita; & ideo jubetur reddi, non autem dari. *Extra. eo. ad Apoſtolicæ.* Et huic ſententiæ concordant notata per *Joban. 12. q. 1. quia tua. in glo. ſi.* Et ſic concludunt *Doctores Extra. eo. c. cum homines.* Sed quæro, quid ſi aliquis aſportari fecerit Decimas provenientes de aliquo Fundo per aliqua tempora, utpurà, per annum, biennium, vel triennium; aut amplius; iſte ſic aſportans vendidit vel alienavit hunc fundum alteri: Nunquid iſte Emptor, inquantum eſt Poſſeſſor Fundi, poſſit conveniri pro Decimis præteritis? Hæc quæſtio tangitur *Extra. eo. c. cum homines. per Petrum de Anchorano ver. tertio quæro.* Qui facit rationes ad utramque partem. Et finaliter dicit *Doct.* tenere, quòd ſit in electione Curati, ſive Beneficiati contra quem agat, vel contra novum Poſſeſſorem, vel contra illum, qui deſiit poſſidere. Allegat ad hoc *de re. eccl. non alie. c. ſi quis. ver. alienatis. per Bern.* & ſic ſecundùm eum tenet Dominus *Fredericus de Senis Conſilio 72.* & tangitur *per Archidiaco. 16. q. 1. ſi quis laicus. add. dicas quòd peccatum.* Et pro opinione iſta facit *c. paſtoralis. Extra. eo. ti.* ubi apparet quòd Decima eſt onus reale. Mihi tamen videtur, quòd in quæſtione iſta potius competeret actio effectualis contra auferentem, quia onus Decimæ reſpicit eum, qui percipit fructum. Hinc eſt, quòd Dominus de parte ſua, & Colonus de ſua ſolvunt Decimas. *Extra. eo. titu. capitu. tua nobis.* Ille igitur, qui fructus percipit, & non ille, qui non percipit, debet urgeri ad ſolutionem. Facit ad hoc *ff. de uſufruct. l. hactenus. & l. ſtipendia. de impenſ. in re. do. factis. & l. quæro. de leg. 1.* Conſtat enim, quòd licèt fructus debeantur ex prædio, non tamen † pro illis obligatur. *ff. de contraben. empt. l. ulti.* Nec obſtat *c. paſtoralis præalleg.* quia loquitur de fructibus indecimatis, qui in alium transferuntur, in quibus major eſt ratio, quòd cum onere transferantur quàm Poſſeſſio. Scio tamen, quòd licèt opinio iſta ſit æquior, alia tamen opinio quoad commodum Eccleſiæ eſt magis remediabilis. Tu igitur ſequere eam, quæ magis tibi placuerit. Hoc tamen intelligendo, quòd ſi ab uno eorum recuperata fuerit Decima, alius per hoc exonerabitur. *argu. ad hoc de Regu. Juris. c. Bona fides. li. 6.*

Quæſtio. *M.S. Æton.* † Infringi. *Quæſtio.* *M.S. Æton. add.* † Fundus.

o *Damnum.* Forſan eas diſpergendo, vel ad pluviam aperiendo, vel aliàs beſtiis ad devorandum exponendo.

p *Nos igitur.* Secunda pars.

q *Antiquorum Canonum.* Ecce tres exceſſus hic tanguntur; unus quoad delinquentes circa Oblationes. In quo caſu habes Canones antiquos. *10. q. 1. Quia ſacerdotes. & duobus c. ſequentibus. 13. q. 2. c. qui oblationes. & c. ſequen.* Secundus eſt circa impedientes Decimas percipi, & abduci per eos ad quos pertinet. Unde cum Decimæ hujuſmodi cadant ſub præcepto, ut dixi *ſuprà. e. ver. præcepit.* mortaliter peccant, qui eaſdem detinent, & ſacrilegium incurrunt. *16. q. 7. c. decimas. & 16. q. 1. In canonibus.* ubi patet, quòd hi, qui Oblationes vel Decimas aliquâ invaſione vel tyrannicâ poteſtate retinent, niſi moniti ſe emendaverint, perpetuo Anathemate feriendi ſunt. Et præmiſſis concordant, quæ leguntur & notantur *Extra. eo. tua nobis.* Et ad præmiſſa faciunt, quæ legunturr & notantur *in Cle. diſtendioſam. de judi.* Ex quibus ſatis patet, quòd Decimæ ſubtrahendæ non ſunt. Sed ſi bene conſidero, idem eſſet non ſolvere Decimas, ſicut eas à 9. partibus ſeparare, & poſtea impedire nè percipiantur, vel abducantur: quia ſolvere debet intelligi cum effectu. *Extra. de cleri. non reſid. c. relatum. cum concor. ibi poſitis in glo.* Tertius exceſſus eſt circa exigentes dona vel munera pro ſolutione Decimarum, cum tamen gratis ſolvi debeant, etiam nullis expenſis deductis: maximè in decimis prædialibus, ut patet *Extra. e. c. cum homines. & c. paſtoralis.* Et quoad caſum noſtrum habes ſuper hoc Canonem *16. q. 7. c. decimas.* ubi de hoc per *Jo. & Archid.*

r *In medium.* Ut ſcilicet Canones antiqui argumentum ſint & medium rationabile inter perverſitatem delinquentium & punitionem eorundem. Sed quomodo antiqui Canones in hac parte faciunt ad finem & concluſionem hujus Statuti, quo pronuncianur tales Excommunicationis Sententiâ involvi, forſan non benè video. Tu tamen vide, quòd dicam *infrà. c. ver. involvi.*

s *Inſti-*

singulos hujusmodi [a] Instigatores, [b] Impeditores, & [c] alios supradictos, per quorum nefandas [d] machinationes Ecclesiis, vel earum Rectoribus, seu Vicariis, aut [e] Ministris, quicquam [f] damni infertur, aut subtrahuntur [g] honoris aut commodi contingit, Præsentis [h] declaratione Concilii Declaramus, & Pronunciamus omnes & singulos in præmissis, vel eorum [i] alicquo in [k] posterum delinquentes, vinculo majoris Excommunicationis [l] involvi, [m] reservata loci Diœcesano eorum Absolutione, [n] ne, præterquàm in [o] mortis articulo, quousque [p] ipsorum ministerio in [q] contrarium laborantium [r] Ecclesiis fuerit [s] popularis devotio efficaciter restituta, ac viris Ecclesiasticis sic [t] læsis de hujusmodi excessibus plenarie fuerit [u] satisfactum.

Quicunque Decimis cujusque fructus colligendis impedimenta dederint aut impedierint, colligentesque molestaverint, majori Excommunicationi innodentur, non absolvendi extra mortis articulum præterquàm à Diœcesano suo.

Johannes Stratford.

a *Instigatores.* Quoad primum excessum.

b *Impeditores.* Quoad secundum.

c *Alios.* Sc. exigentes munera.

d *Machinationes.* Simile habes *Extra. eo. t. suo nobis. in princi.* Multiplicem viæ patent hominibus ad malum. *Auth. de nupt. §. initiores, coll. 4.*

e *Ecclesiis.* Scil. Cathedralibus, Collegiatis, vel Parochialibus, Regularibus, vel Sæcularibus.

f *Ministris.* Utputà, Clericis inferioribus.

Damnum. g *Damni.* Forsan in dissipatione, & deruptatione Decimarū dicitur *Damnum* omnis diminutio patrimonii. *ff. de damno infect. l. 3.* Item amissio lucri. *ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. mercis.* Et circa hoc vide notata per *Archidia. de offi. ord. c. canonici. ver. damnis. li. 6.* Et nota, quòd damnum inferens tenetur illud refarcire, licèt ad illum nihil pervenerit, prout notat *Jo. An. de Regu. Juris. c. peccatum. in fi. li. 6.* Et hoc verum intelligas de damno circa rem, non tamen de damno extra rem. Notatur ità *c. de nostra. de jurejur. per Bern.*

Pluribus de causis Sacerdos honorari debet. h *Honoris.* Sc. Ecclesiastici, sive Divini magis, quàm proprii ipsius Curati. *99. di. c. ecce.* nihilominus stare debet, quòd Sacerdos in in Persona Dei, cujus Minister est, honorari dicitur. *2. q. 5. habet. in fi.* Honorari etiam debet, quia est Persona publica, & ejus Oratio est quasi Oratio multitudinis, & ideo melior est cæteris paribus, quàm Oratio Personæ singularis. Tertiò honorari debet à Subditis, quia Prælatio se habet ad virtutem, sicut causa efficiens in aliis virtutem: unde ipsa Prælatio honorabilis est etiam in persona indigna. Dicit namque Philosophus *9. Ethico.* Dignius est in alio causam virtutis existere, quàm in se tantùm virtuosum esse.

i *Commodi contingit.* In primo casu *supra* posito, posset ponere exemplum, si accedentes ad solemnia nubentium Puberum, seu mulierum, mortuorum exequias, & alias solemnitates Divinas & Populares, solebant aliquid certum offerre, utputà, ipsorum quilibet denarium, obolum, vel quadrantem, aliamve rem qualemcunque, vel si Communiter duo vel tres aliquid certum consueverant offerre, quòd tunc habet locum, quod hic dictum in casu, quòd talis Oblatio restringatur. In secundo casu pone exemplum per ea quæ dixi *supra. eo. ver. colligendis.* Fiat enim commodū Ecclesiæ, quòd Decimæ in campis sive agris sparsim projectæ, ubi sic consuevit fieri, colligantur, custodiantur, & abducantur. Est etiam commodum Ecclesiæ majus, ubi sic consuevit fieri, ut Decimæ non projiciantur sparsim, sed magis in unum acervum, vel plures per ipsum Decimantem recolligantur. Unde qui contrarium facit, agit contra commodum consuetum.

k *Declaratione.* Simile habes *de elect. c. perpetuo.* ubi de hoc. *ver. Declaramus. per Archi. li. 6.* & *per Jo. An. de jurejur. c. 1. ver. declaramus. eo. li.* qui dicunt, quòd per hoc intelligitur Jus antiquum, non autem novum.

l *Præmissis.* Conjunctim.

m *Aliquo.* Sc. Singulariter.

n *In posterum.* Per hoc apparet hanc declarationem non concernere præterita, sed solum extunc futura: & sic ut dici debeat Jus novum potius, quàm antiquum. Contra hoc tamen facit clausula *supra* posita, *nihil novi statuentes &c.* & illa *præsentis declarationis Concilii &c.* ut dixi *supra. eo. ver. declaratione.* dic ut *infra glo. proximâ.*

o *Involvi.* Hæc littera potest intelligi dupliciter. Uno modo videlicet, ut ipso facto tales involvantur hac sententia: vel aliter, quòd mereantur involvi per Sententiam hominis. Ita quòd secundum unum intellectum sit Sententia lata, secundum alium Sententia ferenda. Apparet tamen, quòd capitula *superius allegata. ver. antiquorum canonum.* potius continent Excommunicationem ferendam, quàm latam. Et sic secundum illos Canones sequeretur Sententiam, de qua hic loquitur, esse ferendam, & non latam: quia hic refert se ad Canones antiquos. Sic etiam stat *c. indignè. 12. q. 2.* ubi loquitur de consimili materia. Sed forsan dicis, quòd hæc Sententia lata probatur. *17. q. 4. Omnes Ecclesiæ. 11. q. 3. Canonica. de sen. excommuni. c. conquestus.* Respondeo secundùm *glo.* eorundem, quòd non obstant, quia loquuntur in aliis casibus, ut in eisdem locis patet. Potest tamen dici, quòd ubi Consuetudo loci habet tales pro Excommunicatis, hoc sufficit, quia Consuetudo est optima Juris Interpres. Et sic notat *Jo. de Deo in dicto c. omnes Ecclesiæ*, secundùm quam opinionem posset justificari etiam secundùm antiquos Canones id, quod hic declaratur, videlicet eos, de quibus hic loquitur, Sententia Excommunicationis involvi ipso facto per Statutum enim hoc posse ordinari non est dubium, ut notat *Archid. dicto c. omnes Ecclesiæ*, sed hoc in casu, de quo Statuit non competit. Declaratio antiquorum Canonum hoc primo dicentium, non ponit nova. Ordinario in hac magis materia, ut scias quando dicendum sit Sententia lata, & quando ferenda, remitto te ad ea quæ remisimus scripta *supra. de sententia excommunicationis. ver. sub pœna anathematis*, sed forsan dicis, tales fore Excommunicatos ipso facto in casibus hic enumeratis, quia infringunt, seu violant Ecclesiæ libertatem. *Extra. de sponsa. excommunicamus. c. accessit.* & sic apparet constituentem intellexisse *supra. c. præterea. ver. aliæ præterea. & ver. quidam insuper. & per totum.* Respondeo, Hoc verum est in Ecclesiastica libertate universali, de qua ponit *Innocentius* exemplia dicto *c. accessit.* ubi inter cætera dicit, quòd talis est Privilegium de Decimis, Primitiis, & Oblationibus, scilicet quod sint Clericorum. *16. q. 1. revertimini. & c. decimæ.* Unde ex illo capite satis pl. cet eis, derquibus hic loquitur, Sententia Excommunicationis ipso facto involvi.

p *Reservata.* Hic ergo habes unum, immo tres de casibus Episcopali Absolutioni reservatis. De aliis dicendum est *infra* loco suo *sub titu. de pœn. & re.* Sed quæro nunquid habens ab Episcopo potestatem absolvendi in casibus sibi reservatis, possit tales absolvere ab hac sententia? Æstimo quòd sic: dummodo prius fiant quæ hic dicuntur. Nam sufficit hujusmodi Absolutionem fieri aut per Episcopum, aut per eum qui ejus potestate fungitur. *Extra. de offi. ord. c. inter Cætera. in fi.* *Quæstio.*

q *Mortis articulo. Concor. 17. q. 4. c. si quis suadente. de immunita. eccle. c. clericis. li. 6.* Iste enim Articulus semper excipitur, ut dixi *supra. de dona. c. unico. vers. Absolutione.* Et notatur *Extra. de offi. ord. c. pastoralis. per Bern.*

r *Quousque.* Morum importat, & hæc Clausula, quæ sequitur, præsupponit Satisfactionem debere precedere Absolutionem. Ratio est, quia Excommunicatio fertur propter offensam. *de sen. ex. c. ex parte.*

s *Ipsorum.* Sc. hic delinquentium.

t *In contrarium.* Scilicet malitiæ suæ prioris. Ut scilicet sicut prius laboravit in malum, sic nunc econtra laboret ad id quod est bonum. Est enim regulare, quòd si unum contrariorum sit malum, aliud est bonum. *8. q. 1. sciendum. 33. di. hostiensium.* Et notatur *per Bern. de jurejur. c. in electo. glo. 1.*

u *Ecclesiis.* Scilicet quibus præjudicatum est. Et intellige, quòd sub appellatione *Ecclesiæ*, continetur Prælatus ejusdem, quocunque nomine censeatur. *Extra. de testa. c. relatum. §. nomine.*

x *Popularis devotio.* Sc. quoad primum excessum, de quo fit mentio in principio hujus Constitutionis.

y *Sic læsis.* Illud potest referri ad omnes tres excessus hic positos, quia in unoquoque eorum est dare læsionem & damnum, ut satis apparet, & probatur ex litera quæ sequitur, *de hujusmodi excessibus &c.*

z *Plenarie.* Scil. ad omne damnum ratione malitiæ hujusmodi contingens & proveniens.

a *Satisfactum.* Quando sit plenarie satisfactum relinquitur arbitrio boni Judicis, sicut alias in simili notatur *per Archid. de offi. ord. c. si canonici. ver. satisfacere. li. 6.* Cujus capituli materia in ratione bene facit ad fundandum ea quæ hic statuuntur. Et hæc satisfactio fit non solum Personis damnificatis propter suum interesse, sed etiam Ecclesiis, ut *supra* dictum est, faciendo eis, seu quod Ecclesiarum Juri & honori derogatum est. Faciunt ad hoc notata *per Archid. dicto c. si Canonici. ver. condemnentur.*

Diviſio.

a *ERroris damnabilis.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Stratford Cantuarienſis* Archiepiſcopi: & habet duas partes principales. In prima recitat quatuor exceſſus circa ſolutionem Decimarum. In ſecunda ibi, *Nos igitur*, contrà hujuſmodi exceſſus facit hanc Conſtitutionem pœnalem.

b *Excidia.* Id eſt interfectiones.

c *Frugum.* Harum appellatione larga continetur Reditus, & non ſolum talis qui de frumentis & Leguminibus, verum etiam qui ex Vitis, ſylvis cæduis, Cretifodinis, & Lapidicinis capitur. *ff. de verb. ſig. l. frugem. in prin.* hic tamen ſtrictè ſumitur pro fructibus, qui ſolent in Garbas ligari: ſic aliàs ſtrictè ſumitur *ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. de eo.* Differunt enim Segetes, Meſſes, Fruges, & Bladа. Sunt enim *Segetes* dum ſeminantur, *Meſſes* dum metuntur, *Fruges* dum fruuntur, ſecundùm *Fannen.* Bladum verò dicitur, omne id quod in area teritur, ſive triturantur. *Sic notat glo. ff. de verb. obvig. l. triticum.* & ibi etiam ſic *nota, per Bart.* qui dicit, quòd appellatione *Bladi* continentur etiam ſemen Lini, & cæterorum, quæ teruntur, ſive triturantur in area.

Segetes, Meſſis, Fruges, & Bladum, differunt.

d *Garbam.* Hæ Garbæ etiam ad faſciculos, qui de ſylvâ cæduâ fieri ſolent, extendi poſſunt, præſertim cum & reditus *Sylvæ cæduæ frugum* nomine appellantur, ut dixi *ſuprà. in glo. proxi.*

e *Metentibus.* Sc. ipſas fruges. Et ex hoc *vel*, apparet Auctorem hic loqui de frugibus, inquantum ad meſſionem aptæ ſunt, ut puta, de Frumento, Hordeo, Fabis, Piſis, Avenis, Milio, & cæteris hujuſmodi, quæ meti ſolent.

f *Eis.* Sc. decima Garba.

g *Minimè computata.* Contra illud, de quo habes *Extra. eo. c. cum homines.* ubi dicitur, quòd Decima debet ſolvi reſpectu totius.

h *Errore calculi.* i. e. Computationis. *C. de errore calc. per totũ.* Potes ſic ponere exemplum. In una † area frugum ſunt in toto centum Garbæ, & ſic pro Decima debentur 10. Garbæ, ſi iſtæ decem Garbæ ſolvantur metentibus, tunc remanent ſolum 90. Garbæ, de quibus Decima ſe non extendit, niſi ad 9. Garbas, & ſic ſic fraus in una Garba qd eſſe nõ debet, quia Decima debet ſolvi ſine diminutiõe aliqua, ut patet *d. c. cum homines.* Sed quid ſi ſolvatur metentibus Garba 11. adverte per exemplum in computo ubi ſunt centum Garbæ in toto, Decima, ut prædixi, ſunt 10. Garbæ, ſubtrahendo 11. Garbam pro metentibus erit ſubtrahere 9. Garbas, & ſic remanent ſolum 91. Garbæ, de quibus Decima ſunt 9. Garbæ ſicut prius, & ultra hoc una Garba remanet currens ſub Decima Garbarum aliarũ; unde utrobique eſt fraus.

† *al.* Acra.

i *Pro decima.* Quæ in numero centenario eſſet decem, ut dixi *ſuprà. glo. proxi.*

k *Undecima.* Sc. totius. Paret enim *ſuprà glo. proxi.* qd 11. pars de centum facit 9. Garbas tantùm, & ſic minus Decima per unam Garbam, & etiam ſolvendo prius Decimam Garbam metentibus; quòd tunc Eccleſia de centum non habet niſi 9. Garbas, & ſic niſi 11. Garbam. Correſpondentia enim ſunt nonies undecim & undecies novem, ut ſatis ex prædictis apparet.

l *Contendentes.* Et male, immò propterea magis puniendi. *Extra. de præben. c. de multa.* ibi *contenderit &c.*

m *Mercenariis.* i. e. Servientibus conductis ſive conductitiis.

n *Autumnali labore.* i. e. Expenſis ſiendis circa talia laborantibus in Autumno. Major enim videretur ratio, ut deducantur expenſæ talium, quàm aliorum laborantium circa Agriculturam. Sed verum eſt, quòd mille expenſæ circa talia ſunt deducendæ, ut patet *Extra. eo. c. cum homines.*

o *Ante Decimationem.* Sc. totius. Nam poſt Decimationem factam ſuper integro non eſſet dubium.

p *Novi Teſtamenti.* Juxtà illud *Redite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Matth. 22. 16. q. 7. majores.* Et ſuper hoc pluſa videre poteris, quæ *all. Arch. eo. ti. c. 1. ver. debitas. li. 6.*

q *Veterũ.* Poteris circa hoc plures Remiſſiones videre *Extra. eo. ſuper rubrica. per Innocen.*

† *Contemnentes.* & propterea magis puniendi.

ſ *Quorundam.* Secundus exceſſus.

t *Laicorum.* De his ſpecialiter loquitur, quia Laici magis talia conſueverunt facere. Jukta illud quod legitur *de iudæis, cleri. c. clericis. li. 6.* Si tamen Clerici talia facerent, puto, quòd vigore hujus Conſtitutionis non ligarentur pœna *infrà* ſcripta; ſed aliàs ſecundùm Juris Communis exigentiam ligati ſint tanquàm violatores Eccleſiaſticæ libertatis. *de ſenten. excommun. c. noverit.*

u *Superſtitioſa.* i. e. Contra Deum & ejus Leges humanitus imaginata. *Superſtitioſus* enim ſonat in vitium, ſicut *Religio* ſonat in virtutem; prout notat *Arch. de regularibus, c. 1. ver. religioſis, li. 6.*

x *Noviter.* Hoc ideò dicit, quia hæc adinventio non comprehenditur inter alias, quæ recitantur *Extra. eo. tua nobis.* nec inter eas, quæ numerantur *ſuprà. c. proxi.*

y *Decimales.* i. e. Quæ verè ſint decimales ſecundùm intentionem dividentis decimam à 9. partibus.

z *Signatas.* i. e. Aliquo ſigno appoſito per quod cognoſci poſſunt pro talibus Decimis, prout in diverſis locis ſolitum eſt obſervari.

a *Terris.* Sive ſint agri, ſive prædia, ſive poſſeſſiones, ſive quocunque alio nomine vocitentur.

b *Dimittunt.* Supple, aliis Garbis non decimalibus inde abductis.

c *Eccleſiaſticorum.* Ad quos pertinent hujuſmodi Decimæ.

d *Garbas.* Sc. frugum manipulos in aliquam ligaturã redactos.

e *Alias res.* Scil. non redactas in talem ligaturam adinſtar Garbarum, ſicut in multis locis ſolet fieri de piſis, quæ non ligantur, ſed in unum cumulum colliguntur. Potes etiam hanc literam intelligere de fœno, & cæteris rebus, de quibus non ſolent fieri Garbæ.

f *De decimis.* Secus ergò eſſet, ſi ſic dimiſſa eſſent de 9. partibus.

g *Sic dimiſſis.* Sc. ſine ſigno.

h *Abducentes.* Quod ſatis licet, cum conſtat nullas Decimas de terris hujuſmodi fuiſſe receptas, vel ſaltem non integras Decimas. Proviſo tamen, quòd verum ſit has res eſſe Decimales. Alioquin in dubio eſſet Dominus fundi conſulendus pro certitudine habenda; *de pœni. di. 7. c. 2. Extra. de ſponſ. juvenis.*

i *Sceleratos.* Utpurè, raptores, prædones, & aliena aſportantes injuſtè.

k *Exclamant.* Vociferando contra eos, & eos tanquàm aliena auferentes diffamando.

l *Eoſque.* ſc. Servientes.

m *Arreſtari.* i. e. Citari verbo & facto.

n *Attachari.* Scilicet per Captionem corporis.

o *Sicut fures.* Cum tamen non ſint: quia ad effectum, quòd aliquis committat furtum, requiritur quòd auferens habuerit furandi animum, & quòd fuerit res aliena, cum cæteris de quibus dixi *ſuprà. de offi. Archipreſ. c. 1. §. quartum mandatum. in diverſis glo. ibi poſitis.* in caſu noſtro verum eſt Decimam etiam abſque traditione ſtatim tranſire in Dominium Eccleſiæ, ut notat *Jo. 16. q. 1. modernine.* Et ſuper hoc vide, quod dixi *ſuprà. eo c. proxi. ver. colligendi. per totam gloſſam.*

p *Ipſos.* Sc. ſervientes.

q *Dominos.* Sc. quibus ſerviunt.

r *Decimarum hujuſmodi.* Sic ergò præſupponunt, quòd verè ſint Decimæ, ut *ſuprà* dixit.

ſ *Inſeſtant.* i. e. Nocent.

t *Ipſorum etiam.* Verſ.

u *Decimæ.* Sic ergo pro rebus aliis, quæ non eſſent Decimæ, non haberet locum hæc Conſtitutio.

x *Alii præterea.* Tertius exceſſus.

y *Vias.* *Via* autem de Jure Civili inquantum eſt ſervitus, eſt Jus agendi jumentum vel vehiculum, eundi etiam, & ambulandi. Et continet in ſe Iter & Actum. *ff. de ſervi. ruſti. prædia. l. 1. §. via.* Et eſt ejus latitudo in directo 8. pedum, in anfractu 16. *ff. de ſervi. ruſti. præd. l. viæ latitudo.* Quæ enim ſunt Viæ publicæ, quæ privatæ, quæ vicinales

Vias.

vicinales, habes *ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. viarū. & §. privatæ.*

Iter duplicitèr capitur.

a *Itinera.* Iter poteſt ſumi dupliciter. Uno modo pro Jure ſervitutis. Alio modo pro commoditate eundi, ut notat *Dy. de Re. Jur. c. In toto. li. 6.* Et notatur *ff. de aliment. leg. 1. cum jus gloſſa.*

b *Per quæ.* Scilicet Vias, & Itinera.

c *Oportet.* Sc. de neceſſitate, quia non eſt dare aliam viam accomodam. Sic aliàs hæc dictio, *oportet*, neceſſitatem ſignificat. *C. unde vi. l. ſi quando. in fi. ff. de bonis. libe. l. 3. §. ut patronus.* Quandoque ponitur pro *expedit. ff. de leg. 2. l. non oportet.* Et de ſignificatione hujus dictionis notatur *de præſcrip. c. 1. ver. oportet. per Archid. li. 6. de ſupple. negli. prela. c. unico. verſ. cum oportuerit. per Wil. in Cle.*

d *Ipſæ.* Scilicet Decimæ.

e *Conſueverunt.* Intellige de Conſuetudine præſcripta ſecundùm ea quæ notat *Hoſtien. Extra. eo. c. ad Apoſtolica. ver. diu obtentam.* Et facit ad hoc *l. vii. ff. de loci. & itin. publi.*

f *Difficilia.* Sc. Itinera, forſan in locis montuoſis, petroſis, lutoſis, & paludoſis, aut aliàs ſtrictis, vel nocivis. *ff. de quid in loco publi. l. 2. §. deinde.*

g *Longos circuitus.* Utputà, circa ſylvas, vel alia loca incluſa.

h *Et per ea.* Scil. Itinera longa & difficilia.

i *Tantum.* Sic quòd non per alia loca conſueta.

k *Libertatem.* Quæ eſt, ut ſicut integræ & ſine diminutione Decimæ ſolvi debent: *Extra. e. c. non eſt. c. tua nobis. & c. ex parte*, ſic etiam eas liberè recipere & abducere impediri non debent, & maximè per vias in ea parte Uſitatas nemini præjudicium afferentes. Quod enim mihi non nocet, & alteri prodeſſe poteſt, hoc ſibi conferre reneor. *ff. de de aqua plu. arc. l. in ſumma. §. Item Varus. in fi.* & pro modico præjudicio neque plus neque minus, ut ibi dicit *glo. ver. nociturum.*

l *Quidam inſuper.* Quartus exceſſus.

m *In illis.* Sc. terris.

n *Quicquàm.* Licèt modicum.

o *Bladis.* De his vide *ſuprà. c. §. 1. ver. frugum.*

p *Remanet.* Et in hoc peccant: quia Decima ſtatim tranſit in dominium Eccleſiæ etiam abſque traditione. ut dixi *ſuprà. eo. c. proxi. verb. colligendis. circa medium.* ibi videas.

q *Scienter.* Secus ſi ignoranter, niſi eſſet ignorantia affectata. de qua dixi *ſuprà. de ſumma tri. & fi. catho. c. 1. glo. 2. ad fi.*

r *Ac circa.* Vers.

ſ *Impedimenta.* Prout patet, & dictum eſt *ſuprà. c. proxi. verſ. 2. & 3.*

t *Libertatem.* De quibus plenius patet per *Inno. de ſen. excom. c. noverit.* & dixi *ſuprà. c. c. 1. ver. involvi. ad fi.*

u *Furium Eccleſiaſticorum.* Inter quæ conſiſtunt Decimæ & Oblationes, *ut hic. & ſuprà. c proxi. per totum.* Et quicquid Domino conſecratur, numeratur inter Jura Eccleſiaſtica. *12. q. 2. nulli liceat. & c. quicunque nihilum.*

x *Periculum animarum.* Quia mortaliter peccant, & propter talia excommunicantur. *Extrà. c. pervenit. 12. q. 2. nulli.*

y *Nos igitur.* Secunda pars.

z *Salutari remedio.* Eo, ſcilicet quod ſequitur, videlicet ſententiæ Excommunicationis, quod Remedium ſalutare eſt, quia medicinale, prout legitur & notatur *de ſen. excom. cum medicinalis. li. 6.*

a *In præmiſſis.* Sc. conjunctim.

b *Aliquibus eorum.* Et ſic diviſim.

c *Fieri mandantes.* i.e. Præcipientes. Sed contra hoc opponitur: nam rei turpis nullum eſt mandatum; etiam nullus eſt contractus. *ff. mand. l. ſi vero non remunerandi. §. rei turpis. & l. ſi à rea. §. fi. ff. de fide juſ.* videtur ergo, quòd ex tali mandato nulla ſurgit obligatio. Solutio. Verum eſt, quòd nullum eſt mandatum, nullusque eſt contractus, quantum ad actionem patiendam inter mandantem & mandatarium, ſed quantum ad actionem patiendam ei in cujus perniciem mandatur bene oritur actio *ff. de injuriis. l. non ſolum. §. ſi mandato.* Sed quæro, quid ſi is, cui mandatur, non committat illud maleficium quod ſibi mandatur, an teneatur Mandans, præſertim in caſu noſtro, quo Decernitur talem incidere in pœnam Excommunicationis? quòd non videtur: *ff. de verbo. ſig. l. ſæpe. in fi. Inſti de ob. quæ ex del. naſ. §. opc.* In contrarium videtur quod ſit. *ff. de extraord. crimi. l. 1. circa prin.* Solet dici, quòd ubi delictum eſt atrox, tunc ex ſolo Mandato quis tenetur, ut puniatur pœna extraordinaria, ut in dicta *l. 1.* non autem ut puniatur ex delicto quod mandat fieri. Si verò delictum ſit leve, tunc non tenetur. *ff. de jurejur. l. Item apud. §. ſi curaverit.* ubi de hoc per *Dy.* & ſic notatur per *Bart. ff. de injur. l. non ſolum. §. ſi mandato. ver. hoc præmiſſo.* & ſubſequenter ibidem in *ver. ſed hujus gratia.* oſtendit, quòd quadruplex eſt Delictum. Unum leve, in quo non requiritur dolus, ut damnum Injuriâ datum, & ſic ſtat *l. liberhomo. ff. ad le. Aquil.* Item leve delictum eſt, etiamſi requiratur dolus; verſatur tamen circa rem modicam. *ff. de Reg. Jur. l. ad ea.* facit *l. ſi libertus. ff. de furtis.* & *ff. de pœnis. l. reſpiciendum. §. furta domeſtica.* ponuntur etiam de delicto levi exempla *ff. de accuſ. l. lenia.* Grave delictum eſt quodlibet crimen privatum, quod requirit dolum, & parit magnum præjudicium, & meretur magnam pœnam, ut furtum rei magnæ, ſicut patet dicta *l. reſpiciendum. §. furta condita. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor.* Et notatur in dicta *l. ad ea.* & idem eſt de qualibet Injuria, quæ infertur in perſonam, ut dicto *§. mandato. ſecundùm Bart.* Eſt enim quælibet Injuria perſonalis gravior qualibet reali. *ff. de pœnis. l. in ſervo. in fi.* Graviora delicta ſunt delicta publica, pro quibus non imponitur pœna mortis. Et in his duobus loquitur *gloſſa in dicta l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor.* Si vis ulterius quærere, an mandans teneatur, ac ſi ipſemet feciſſet vere vel interpretativè, vide quæ ſcripſi *ſuprà. de præcep. c. exhorrenda. ver. contrarium fecerit. verſ. ad cujus materiæ.*

Quæſtio.

Quadruplex delictum.

d *Nomine ve ſuo.* Hic vide quæ ſuper hoc ſcripſi *ſuprà. de judi. c. item omnes illi. ver. ſuo nomine.*

e *Juri.* Sc. Communi.

f *Approbatæ.* Supple, & præſcriptâ.

g *Quicquàm.* Supple *Juris, honoris*, vel *commodi.* ut *ſuprà. c. proxi.*

h *Subtrahitur.* Facit ad hoc *12. q. 1. prædia. & c. ſequenti.*

i *Aliquid.* Licèt modicum.

k *Eccleſiaſticam libertatem.* Sc. univerſalem ſecundùm *nota. Innocen. de ſenten. excom. c. noverit.* & idem intelligo, ſi hujuſmodi libertas ſit generalis, quoad unam Provinciam, vel ad unum Regnum, putà *Angliæ.* Nam conſuetudo cujuſlibet Regionis attenda eſt. *ff. de ven. inſpi. l. 1. in fi.*

l *Involvi.* Et ſic eſt latæ ſententiæ. Circa quod vide, quæ ſcripſi *ſuprà. c. proxi. ver. Involvi.*

m *Diœceſanis.* Simile habes *ſuprà. c. proxi. in fi.*

n *Specialiter.* Ex hoc videtur electa induſtria Diœceſani, ut ſic non poſſit hanc poteſtatem alii committere. *Argu. ad hoc Extra. de offi. deleg. c. fina.* Sed ibi loquitur, ubi perſonaliter aliquod onus injungitur; hic, ubi ſpecialiter. Unde licèt ejus induſtria quodammodo ſit electa, poteſt tamen in hoc caſu alteri committere vices ſuas, ſicut patet *Extra. de offic. ordi. c. Inter cætera. verſus finem.*

Decimæ de Sylvis cæduis, ſit de Frumento, perſolvantur.

Idem.

a *Quamquam*

Divisio.

a *Quanquam.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus & præcedens: Et habet duas partes, Secunda ibi, *Nos igitur*, In prima recitat quorundam contradictionem super solutione Decimarum, & unū dubium. In secunda apponit remedium cum declaratione illius dubii.

b *Abundantiam. Malachiæ* 3. 16. *q.* 1. *reverti mini.*

c *Dolentes.* Simile habes *de eccle. mis. c. dolentes.*

d *Veteris.* 2. *Paralipo.* 31. Ibi, *omnium quæ gignit humus &c.*

e *Sylvis cæduis.* De quibus *infra* sequitur.

Quid venit ligni appellatione.

f *Lignis.* Horum appellatione continētur generaliter omnes arbores prostratæ. *ff. de leg.* 3. *l. ligni.* §. *de cæteris.* proprie tamen *Lignū* non significat materiam ad ædificandum vel fulciendū, sed ad comburendum paratum, ut patet *in c. l.* ubi etiam apparet, quod circa hoc considerandæ est consuetudo Regionis, quid viz. contineatur appellatione *Ligni*rum. Nā & arundines loco lignorum in quibusdam partibus habentur, ut ibi patet *in §. lignorum appellatione.* Et circa hoc vide quæ leguntur & notantur *ff. de verb. sig. l. carbonum.*

g *Arborum cæduarum. Arborum* nomine quæ contineantur habes *ff. arbo. fur. cæsa. l.* 3. Quæ autem sint *Arbores cæduæ* patet infrius in Textu. Et legitur de his *ff. solu. matri. l. divortio.* §. *si fundum*, ubi notat *Bart.* quod Arbores fructiferæ non numerantur inter cæduas: & ibi notatur etiam *in glo.*

h *Excisis.* Sive de ramis, sive de stipitibus. Et dic *Excisis.* i. e. in minutas pecias concisis. *ff. de leg.* 3. *l. ligni.* §. 2.

i *Circa quæ. Sc.* signa.

k *Minus.* Sume quod est *infrà laboris.*

l *Fructus agrorum.* Qui consistunt in frugibus, & ex cultura, seminatione, & aliis laboribus plures exigunt sumptus. *Extra. c. tua nobis. in princi.*

m *Impendunt. Sc.* Domini Sylvarum, vel hujusmodi arbores & ligna excidentes.

n *Decimas. Scilicet* hujusmodi Sylvarum cæduarum.

o *Debentur.* Illis videlicet Ecclesiis *infrà* quarum Parochiarum limites situantur. Sunt namque hujusmodi Decimæ prædiales. *Extra. de Paroch. c. ulti. de decimis. c. quoniam.*

p *Contradicunt. Sc.* per rationem, quæ sequitur.

q *Legem moris.* i. e. Usūs, vel Consuetudinis.

r *Arbitrantur.* i. e. Æstimant, & malè: quia cum Decimas non solvere sit peccatum mortale, *Extra. e. pervenit.* 12. *q.* 2. *nulli.* & Decimæ debentur de præcepto *Legis Divinæ, ut patet Extra. e. c. tua.* Consuetudo circa eas non solvendas non habet locum, & hoc verum sive loquamur de Decimis prædialibus sive personalibus, sicut clare notatur *e. ti. c.* 1 *ver. decimarum. per Jo. An li.* 6.

s *In dubium.* Vers.

t *Nos igitur.* Secunda pars.

u *Sua portione.* Quæ consistunt in Decimis & Oblationibus. Item in portione Canonica proveniente ex funeribus. Item in aliis, quæ debentur ex Consuetudine. *Extra. de Simonia. c. ad Apostolicam.* & notatur *per Jo. An. eo. ti. c.* 1. *ver. aliarum rerum. li.* 6.

x *Diutinè.* Id est, per longa tempora.

y *Crimen. Sc.* Sacrilegii, quod incurrunt detentores Decimarum. 12. *q.* 2. *c. nulli.*

z *Non minuitur. Concor. Extra. de consue. c. cum tanto.*

a *Fames & penuria.* 16. *q.* 1. *reverti mini. & c. sequen. & q.* 7. *c. majores.*

b *Declaramus.* Est ergo non novi Juris introductiva, sed antiquorum Jurium declarativa. *de jure jur. c.* 1. *& ibi per Jo. ver. declaramus. li.* 6. *& de regula. c. Constitutionem. ver. prorogamus. per eundem. eo. li.*

c *Sylvam cæduam.* Hæc litera, quæ hic ponitur, sumitur de lege illa, *Sylva cædua. ff. de verb. sig.* hic tamen plus habetur in litera quam ibi.

d *Cujuscunque generis.* Vide circa hoc quod legitur *ff. arbo. fur. cæsa. l.* 3.

e *Vi cædatur.* i. e. Quæ matura est, & habilis ad cædendum. In hac enim significatione sumitur *ff. de usufruc. l. Sylva. ff. solu. matri. l. divortio.* §. *quod in anno. ff. de contraben. empt. l. cum manu fata.* §. *sylva cædua*, ubi patet, quòd arbores quæ proferunt glandes, dicuntur cæduæ.

f *Et quæ etiam.* Hanc literam & sequentem sic exponе: & *etiam*, *supple illam declaramus fore sylvam cæduam, quæ sc. sylva succisa rursus renascitur.* & hæc litera sumitur ex dicto *Servii* Jurisconsulti. *ff. de verb. sig. l. sylva. in prin.*

g *Renascitur.* Ex hoc loco colligunt aliqui, quòd alias sylva non dicetur cædua, nisi succisa renascatur: sed hic inrellectus non colligitur plānè ex hac litera. Ponit namq; hic, quòd *Sylva cædua* intelligitur dupliciter. Uno modo illa dicitur *cædua*, quæ sit hoc habetur ut cædatur, & ad hoc habilis est cujuscunque generis arbores sit, licet succisa nunquàm renascatur, & sic stat primum dictū. Alio modo dicitur *cædua*, quæ succisa renascitur, ut patet in 2. dicto. Et quòd ille sit verus inrellectus patet ex dictione, *etiam*, hic posita, dum dicit Textus, & *quæ etiam.* Unde licet In illa *l. sylva cædua. ff. de verb. sig.* non ponatur hæc dictio (*etiam*) in Textu, subaudītur tamen, ut notat ibi *glo. ver. cum esse.* & sic hic ponitur ampliativè, sicut aliàs sumitur consimiliter *de præben. c. cum in illis.* ubi de hoc. *ver. etiam si curam. per Archid. li.* 6. & nota, quòd secundum primum dictum hic positum satis colligitur, quòd de grossis arboribus prostratis solvendæ sunt Decimæ, & sic tenent *Innocen. Extra. eo. non est. vers. Item si arborem. & Hostien. & Jo. An. in no. & omnes quasi Doctores in eo. capite.*

h *Ex ea. Sc.* Sylva cædua.

i *Realem.* Sic dictam, quia provenit ex re ipsa.

k *Prædialem.* Sic dictam, quia ratione prædiorum debetur. *Extra. de paroch. c. si.*

l *Parochialibus. Concor. Extra. e. c. quoniam. & c. cum contingat.*

m *Matricibus.* i. e. Baptismalibus. His enim Ecclesiis, scil. Parochialibus & Baptismalibus, non autem Capellis subditis Decimæ solvendæ sunt. 16. *q.* 1. *de decimis. Extra. eo. cum contingat.* ubi de hoc. *de præscrip. c. ex transmissa. cum glo.* & notatur 16. *q.* 1. *c. quicunque. per Jo.* & 13. *q.* 1. *in summa.* hoc tamen potes intelligere verum, ubi Capella subdita non habet parochiam. 16. *q.* 1. *Ecclesiæ. & c. quicunque secundum Jo. Calderini*, cujus dicta & mentem aliorum recitat *Anto. d. c. cum contingat.* ubi videre poteris.

n *Sylvarum possessores.* Ex hac litera videtur, quòd Decima hujusmodi peti debet à Domino Sylvæ, & non ab emptore. Loquitur enim de possessoribus ipsarum Sylvarum, in quibus ligna exciduntur, magis quàm de possessoribus ipsorum lignorum, quorum possessio transfertur per venditionem, facta traditione cum solutione pretii, vel si venditor fidem emptoris secutus sit. *Insti. de re. divi.* §. *venditæ.* tamen quòd †emptor debeat decimas solvere facit benè *c. pastoralis. Extra. eo. ti.* & circa hoc vide quæ dixi *supra. e. c.* 1. *ver. assortans.* verum enim est, quòd Decima sequitur fructus, & cum onere Decimæ transferuntur fructus in alterum, ut patet dicto. *c. pastoralis.* & ideò potius peti debent ab eo, qui recipit fructus, quàm à Domino fundi, ut ibi apparet. Nec obstat quod dicitur, quòd in casu quo ipse Dominus sylvæ possessor, facit succidi Sylvam absque hoc, quòd transferantur ipsius Sylvæ fructus in alium, sic quòd directè sylvæ commoditas perveniat ad ipsum Dominum ipsius possessorem, sine medio alterius ipsam ad utilitatem suam prosternentis.

M.S. Seton. †quod tam Venditor quàm Emptor debeat.

o *Excisorum.* Non ergo crescentium, sed à solo separatorum. *Extra. eo. cum homines.*

p *Sicut fœni. Extra. e. pervenit.* ubi *Pe. de Ancho.* tenet, quòd in Decima fœni, de molendinis, piscariis, lana, & apibus, quæ de certis locis percipiuntur, non videtur considerandā Parochia habitationis, sed loci ubi consistit, licèt multum plus in horum fructu hominis industria operetur, quàm locus facit.

a *Censura*

Quanquam ex solventibus benè Decimas Deus fruguum omnium b abundantiam, & possessionum promiserit ubertatem; tamen c dolentes referimus, quòd nonnulli nostræ Provinciæ contra Testamenti d Veteris atque Novi doctrinam, de Sylvis suis Cæduis & e lignis f arborum Cæduarū g excisis, h circa quæ minus quàm circa i fructus Agrorum labori k impendunt, l Decimas Deo & Ecclesiis, quibus m debentur notoriè, propter hoc quòd ipsas in præteritū non dederunt, solvere n contradicunt: quod æstimant idcirco licere, quia o Legem moris de longa invaluisse Consuetudine p arbitrantur; in q dubium etiam revocantes quid Sylva cædua sit cēsenda. r Nos igitur Advertentes, quòd si sua s portione Ecclesia sit defraudata t diutinè, u crimen propterea non x minuitur, sed augetur; y ac fames, & penuria, omniumque rerum egestas opprimunt: benè Decimas non solventes, hujusmodi z Declaramus provisione Concilii a *Sylvam cæduam* illam fo e, quæ b cujuscunq; existens generis arborum in hoc habetur, c ut cædatur, d & quæ etiam succisa rursus ex stirpibus aut radicibus e renascitur, ac f ex ea Decimam utpote g realem & h prædialem i parochialibus ac k Matricibus Ecclesiis persolvendam, necnon l Sylvarum possessores hujusmodi ac præstationem Decimarum lignorum ipsorum m excisorum in eis, n sicut

a *Censura Ecclesiastica. concor. Extra. e. pervenit.*

b *Canonicè*, Sc. monitione præmissa. *Extra. e. c. pervenit.*

c *Immoderatæ.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus est superior & non dividitur.

d *Et infrà.* Hic decidítur usurpatio Laicorum dans occasionem huic Statuto.

e *Quoscunque Laicos.* Clerici igitur sub hac Constitutione, quæ est pœnalis, non comprehenduntur. *de pœni. dis. 1. cum concor.* Et ex hoc quod dicit, *quoscunque Laicos*, innuitur, quòd etiam Laici conversi, licèt sint personæ Ecclesiasticæ, non possunt Oblationes, de quibus hic loquitur, recipere sine pœna hic statuta. Non enim negari potest, quin tales Laici sint, sicut dixi *suprà. de loca. & conduc. c. vendentes. vers. Ecclesiasticis.* Et ad præmissa facit, quod legitur *de elect. c. ex eo. in fi. li. 6.* Contra hoc tamen facit *Extra. de decim. quamvis*, ibi, *in sæculo remanenti.* Dic ut ibi per *Jo. in no.* videlicet quòd tales Laici conversi respectu Ordinis possunt recipere Oblationes, non tamen respectu Personarum. Et vide *infrà. ver. Ecclesiasticarum personarum.*

f *Oblationes.* De his, quòd non pertineant ad Laicos, dedi Remissiones *suprà. e. c. 1. ver. antiquorum canonum. in prin.*

g *In Ecclesiis.* Sc. Parochialibus.

h *Capellis.* Etiam habétibus populum, vel non habentibus populum. De quibus patet in Constitutione *Othoboni. Gratia.*

i *Porticu.* Per quam scil. fit additus in Ecclesiam, vel Capellam. Et est ipsius pars. *ff. de dam. infect. l. penul. de leg. 1. l. cæter. §. hoc Senatus.*

k *Quocunque loco.* Supple, *extra locs prædicta.* Et cum hoc concordant notata per *Inno. de verb. sig. c. cum inter. glo. 1.*

l *Divino intuitu.* Quia sc. in loco Oblationis factæ est Crux aliqua, vel alicujus Sancti Imago, vel aliquid aliud consimile ad Divinitatis vel Humanitatis Christi, vel alicujus Sancti contemplationem pertinens. In cujus honorem ibi offerat quis munus suum pro peccatis. 10. *q. 1. quia sacerdotes. & c. seq.* Dicitur etiam talis Oblatio fieri *intuitu Divino*, ubi nulla talis apparet rei corporalis substantia, sed solum sit talis Oblatio ipsius Dei contemplatione in remedium peccaminum ipsius offerentis. Unde & Oblationes pro Animabus defunctorum intuitu Dei factæ à Laicis auferri vel retineri non debent. 13. *q. 2. qui oblationes. & c. seq.* vel ideò dicit, *Divino intuitu*, quia si fieret Oblatio titulo gratuito intuitu personæ cui offertur, vel intuitu certi usûs, utputà Pietatis, vel Eleemosynæ faciendæ, vel ad fabricam Ecclesiæ, vel ad sustentationem pauperum, vel alicujus certi oneris imminentis, & de offerentis intentione constat, tunc talis Oblatio converti debet in usum destinatum. *Extra. de statu mona. c. 1. cum similibus.* ubi de hoc per *Innocen.* Alioquin si non constat de intentione offerentis, præsumitur fieri intuitu divino. 12. *q. 3. Pontifices. Extra. de testa. requisisti.* Et si vis scire quæ contineantur appellatione *Oblationum*, vide quod legitur & notatur *de verb. sig. c. cum inter.*

m *Occupantes.* In malo sumitur. *Sic* aliàs sumitur *de elect. in bonâ lectio. c. generali. & c. tituli. c. præsenti. li. 6. cum aliis concor.* quas ponit *Archidia. dicto c. generali verbo occupare.* Sumitur etiam quandoque in bona parte. 7. *q. 1. faciunt. de pœnit. dist. 2. Charitas. vers. & quid. de consec. dist. 5. nunquam. cum concor. illic.* in *glossa prædicta per Archidia.* Et nota, quòd tales occupantes committunt Furtum & Sacrilegium, non quòd quælecunque Furtum, sed Furtum Peculatus, quod sit de re publica. 23. *q. 4. quid ergo. cum ibi notatis.* Et faciunt ad hoc notata per *Archid. de in integ. restit. c. Ecclesia. glo. 2. li. 6.* Quomodò autem differant *occupare & invadere* notatur dicto *c. generali, ver. occupare. per Jo. & Archi.*

Occupare *in bonâ & in malâ sumi.*

n *Quovismodo.* Omnem ergo modum continet. *Sic* & hæc dictio *quoquomodo* prout patet per *concor. de elect. c. indemnitatibus. ver. quoquomodo. per Archidia. li. 6.*

o *Cujusvis operis.* Utputà, Ecclesiæ ædificandæ, campanilis, vel alterius operis infra Ecclesiam vel extra construendi.

p *Consuetudinis.* Sicut enim Decimas ratione Consuetudinis etiam præscriptæ percipere non possunt Laici: *de præscrip. c. causam.* sic nec Oblationes. Nam Decimæ & Oblationes quoad hoc ad paria reputantur. *Extra. de decimis. c. quamvis.*

q *Ecclesiasticarum personarum.* Harum numero continentur etiam Laici conversi, & alii, de quibus dixi *suprà. de locato. c. vendentes. ver. personis Ecclesiasticis.* Et nota, quòd tales respectu Ordinis, non tamen respectu personarum licitè recipere possunt Decimas & Oblationes. Ut notant *Docto. de decimis. c. quamvis.* Et hoc verum, quando hujusmodi Decimæ & Oblationes ex concessione eorum, ad quos pertinent, spectant ad hujusmodi Laicos ad eorum sustentationem. Ut in *d. c. quamvis.* Secus ubi de Jure vel Consuetudine pertinent ad alios, ut in casu hujus Constitutionis.

r *Causa sufficienti.* Videlicet ad reparationem Ecclesiæ, ornamentorum, librorum, vel aliarum rerum Divino cultui necessariarum. Ubi hi, ad quorum onus hoc pertinet, sunt inopes, & forte refertur unus, qui per suam industriam velit providere omnia necessaria tali rei vel operi, sic quòd posset habere Oblationes in tali certo loco provenientes ad tempus.

s *Et legitima.* Hoc addit, quia licèt causa forsan foret sufficiens, tanquàm de se pia & meritoria, non tamen esset legitima, inquantum jura repugnant, nè tales Oblationes cadant sub dispositione Laicorum, ut dedi Remissiones *suprà. e. c. 1. ver. antiquorum canonum.* Fateur tamen, ut prædixi, quòd Laicus tantum posset prodesse Ecclesiæ, quòd esset causa sufficiens, quare Episcopus sibi posset concedere Oblationes, de quibus hic fit mentio, ad tempus. *ar. ad hoc Extra. de his quæ fi. à prælat. sine consen. Capi. c. cum Apostolica.* & vide circa hoc quæ scripsi *suprà de locato. c. licet. vers. suo nomine.* & *duabus glo. sequentibus*, vide etiam *suprà. de re. eccle. non alie. c. ut secundùm* [illegible] *ter. necessitas.*

t *Episcopum loci.* Sic ergo non per Archidiaconum, vel alium Ordinarium inferiorem. Facit quod *no. in simili de elect. cum ex eo. §. nos super.* & ibi per *Jo. An. ver. Episcopi.* & *vers. superiores. per Archi. li. 6.* Quod enim de uno conceditur, de alio videtur esse denegatum. *de præscrip. c. nonne. cum concor. ibi in glo.*

u *Primitus.* Scil. ante consensum Rectoris, vel Vicarii, alterìusve, ad quem spectat Oblationes hujusmodi recipere. Vel potes intelligere *Primitus*, i. e. antequàm Laicus se intromittat de hujusmodi Oblationibus, etiam illo ad quem pertinet consentiente: & hunc intellectum reputo veriorem. Pro quo vide *no. suprà. de testa. c. religioso sinceritas. ver. licentia.*

x *Quoniam.* Hæc est Constitutio *Roberti Winchelsey Cantuariensis* Archiepiscopi, secundùm aliquos libros, secundùm alios est *Bonifacii*, vel aliàs est Constitutio Communis Episcoporum congregatorum apud *Merton.* in Communi Concilio, prout vidi in uno libro valdè antiquo. Et habet principaliter quinque dicta. In quorum primo ponit causam condendæ hujus Constitutionis. In secundo ibi, *In primis*, [illegible]

Divisa

---

fœni, & Bladorum omni [a] Cẽsurâ Ecclesiasticâ fore [b] Canonicè compellendos.

Quicunque Oblationes intuitu Divino quovis loco factas, præter Ecclesiasticarum Personarum, quarum sunt, assensum, aut Episcopi sui approbationem sibi usurpant, majori Excommunicatione involvantur.

Idem.

[c] IMmoderatæ temeritatis, [d] *& infrà.* Præsentis deliberatione Concilii [e] quoscunque Laicos [f] Oblationes in [g] Ecclesiis, vel [h] Capellis, aut cujusvis earum [i] porticu, vel Cœmeteriis, seu [k] quocunque loco [l] Divino intuitu in nostra factas seu faciendas Provincia, [m] occupantes, auferentes, seu disponentes [n] quovismodo de ipsis, prætextu etiam [o] cujusvis operis, [p] Consuetudinis, aliove colore, nisi de consensu [q] Ecclesiasticarum Personarum, ad quas Oblationum hujusmodi perceptio pertinet, & ex [r] causa sufficienti & legitima per [s] Episcopum loci [t] primitus approbanda, ipso facto majoris Excommunicationis sententiæ Decernimus subjacere.

Decima uniformiter in tota Diœcesi Cantuariensi nullo deducto de omnibus frugibus persolvantur. Similiter de fructibus arborum, de seminibus omnibus, de herbis hortensibus, & de fœno ubicunque nascente. De agnis verò, & lacte juxta moderamen hic annotatum. Similiter de proventibus molendinorum, & pascuarum. Item Decima personales persolvantur de lucro ex opere Mechanico, & Mercatu. In petitione autem Legati principalis observetur cum Dei timore Consuetudo. Negantes autem persolvere, post tertiam Admonitionem, Excommunicentur.

Robertus Winchelsey.

[x] QUoniam propter di-

recitat plura dicta distinguentia diversa genera Decimarum, circa quæ seriatim ponit suam Ordinationem. In tertio ibi, *In petitione*, disponit quid fieri debeat circa petitionem Mortuarii. In quarto ibi, *Sed quoniam*, dat modum procedendi contra nolentes sponte solvere Decimas. In quinto ibi, *Rectores*, statuit pœnam contra negligentes procedere contra hujusmodi non solventes.

a *Consuetudines.* Quæ quomodo locum habeant, vel non, in Decimis solvendis, tractant *Doct. Extra. e. c. in aliquibus*, ubi dicit *Inno. post Ber.* quòd Consuetudo, ut non solvantur, vel minus plenè solvantur Decimæ, non valet. *alle. ad hoc 16. q. 7. quicunque. Extra. e. c. non est. & c. cum homines.* Et quomodo Consuetudo locum habeat, vel non, circa solutionem Decimarum ibi *nota. per Hostien.* Melius tamen per *Jo. in Novel. & per Pe. de Ancho. & Anto. de Butrio. post eum.* Et nota, quòd in Decimis realibus non valet Consuetudo, ut solvantur minus decimâ parte: sed in personalibus sic, *no. per Wil. in Clem. 2. de judi. ver. præstationem.*

Aliæ sunt Decimæ reales aliæ personales.

b *Decimas.* Scil. de his quæ *inferius* numerantur in Textu.

c *Rectores.* Idem intelligas de Vicariis, ubi sc. Decimæ ad eorum portionem pertinent. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de consuet. c. 1. ver. rectores Ecclesiarum.*

d *Rixæ.* Hic vide quæ scripsi *supra. de jurejur. c. Presbyteri stipendiariis ver. rixas.* & pro verbis sequentibus ibi videas *in vers. contentiones. & ver. scandala. & ver. odia.*

e *Provinciam.* Aliqui libri hic habent *Archiepiscopatum*, sed hæc dictio *Archiepiscopatum*, in quodam Concilio Provinciali tento in Ecclesia Sancti *Pauli London.* sub Domino *Henrico Chicheley* Archiepiscopo *Cantuariensi* de consensu Prælatorum & totius Cleri fuit suoducta, & loco ejus posita hæc dictio, *Provinciam*; Me tunc existente Prælocutore ipsius Cleri.

f *Uniformis.* Intellige hoc secundùm formam *infrà* positam, & in decimis *infrà* specificatis: & sic per hanc Constitutionem non tolluntur consuetudines diversæ, quæ consistunt in diverso modo Decimandi. Aliqui namque Decimant secundùm Garbas, eas projiciendo sparsim in sulcos. Alii Decimant secundùm acervos Garbis inviccm collectis. Alii Decimant non in campis, sed in horreo proprio. Alii ducunt illam Decimam ad horreum Sacerdotis. Unde in talibus & similibus non potest esse uniformis petitio Decimarum, saltem ut servetur idem modus reddendi, licèt sit uniformitas, ut integra solvatur Decima sine diminutione. *Extra. e. c. cum homines. & c. commissum.*

Multiformis est decimandi modus.

g *Proventuum.* Qui Sc. non consistunt in Decimis, sed in aliis Juribus, utputà, Oblationibus, Mortuariis, & hujusmodi. Et hic vide quod scripsi *supra. de locato. c. licet. ver. proventus. & c. c. ver. proventuum.*

h *In primis.* Secunda pars.

i *Frugibus.* Hic vide quæ scripsi *supra. c. c. 1. ver. frugum.*

k *Non deductis expensis. concor. Extra. c. c. pastoralis. & c. non est. & c. tua nobis.* quæ Capitula locum habent in Decimis prædialibus, de quibus expensæ non deducuntur, licèt in personalibus sint expensæ deducendæ, & quæ sit ratio *nota. d. c. pastoralis. ver. deducendas. per Ber.* & per alios Doctores noviores.

l *Integrè.* Simile habes *Extra. e. c. tua nobis. & c. pervenit. & c. in aliquibus.* quæ Capitula faciunt expressè contra opinionem quorundam Theologorum, qui dicunt sufficere aliquid dari pro Decima. De quo vide quod notat *Jo. An. e. 1. c. 1. li. 6. & in Regula Furii, qui prior. in quæstion. portorum. per eundem. in no. li. 6.*

m *Diminutione. Concor. Extra. e. c. tua nobis & c. ex transmissa. & c. ex parte Canonicorum.*

n *Fructibus arborum. Concor. Extra. e. ad Apostolicæ.*

o *Seminibus omnibus.* Quæ Sc. colliguntur sive in campis, sive in hortis, utputà, Lini, Milli, Canabi, grani Porrorum, Ceparum, Hyssopi, Caulium, Petrocilii, Rapis, Lactucarum, & aliarum herbarum hujusmodi. Et huic quod dicit, *de omnibus seminibus Decimam solvendam, concor. Extra. e. c. ex parte canonicorum.*

p *Herbis hortorum.* Utputà, Porris, Caulibus, Salgea, Petrocilio, Cepis, Allio, & aliis hujusmodi herbis avulsis vel collectis ad cibum, antequàm semen emittant. Et *concor. Extra. e. c. ex multiplici.* ibi, *universis leguminibus &c.* Et hic videre poteris quæstionem, quam ponit *Jo. An. de Decima porrorum in c. qui prior. de Rè. Jud. li. 6.*

q *Nisi.* Excipit ab eo, quod prius ordinavit

versas [a] Consuetudines in petendo [b] Decimas per diversas Ecclesias inter [c] Rectores Ecclesiarum & Parochianos suos [d] rixæ, contentiones, scandala, & odia maxima multoties oriuntur; Volumus & Statuimus, quòd in cunctis Ecclesiis per *Cantuariensem* [e] Provinciam constitutis [f] uniformis sit petitio Decimarum & [g] Proventuum Ecclesiarum. In [h] primis volumus, quòd Decimæ [i] de frugibus, non [k] deductis expensis [l] integrè, & sine aliqua [m] diminutione solvantur, & [n] de fructibus arborum, & de [o] seminibus omnibus, & de [p] herbis hortorum, [q] nisi Parochiani [r] competentem fecerint [s] redemptionem pro [t] talibus Decimis. [u] Volumus & Statuimus etiam, quòd Decimæ de [x] fœnis [y] ubicunque crescant, sive in magnis [z] pratis, sive in [a] parvis, sive in [b] Chiminis [c] exigantur, ibi sentit *Jo. An. in addi. ad fi.* Dic tu quòd pro Decimis subtractis in præteritum licitè admittitur compositio etiam cum Laicis. *Extra. e. c. cum homines.* ibi, *dignè &c.* Pro Decimis verò non solvendis in futurum compositio facta cum Laicis non tenet sine Judicis auctoritate, sicut nec consuetudo nec præscriptio juvat Laicum quoad Decimam præscribendâ vel retinendam. *de præscrip. causam. cum similibus.* Talis tamen compositio cum Clericis bene valet etiam sine superioris auctoritate, *d. c. ex multiplici.* ratio est, quia eas possidere non possunt, sed Clerici sic. *Extra. e. c. ad hæc.* sic *no. per Pe. de Ancho. d. c. cum homines. vers. secundo quæro. & concor. Anto. e. c.*

An super Decimis & inter quos potest intervenire compositio?

r *Competentem.* Sc. prope valorem ipsius Decimæ.

f *Redemptionem.* Sed an possit Curatus super his componere cũ Parochialibus, ut forsan aliquid recipiat minus Decima? videtur quòd non. Nam licet inter Clericos bene teneat compositio super Decimis, ut patet *Extra. e. ti. c. ex multiplici. de transac. veniens.* tamen inter Clericum & Laicũ non tenet, prout apparet *de transac. c. statuimus.* & hoc fatentur aliqui verum sine auctoritate Papæ. *Bern.* tamen *d. c. statuimus.* videtur sentire, quòd sufficit auctoritas Episcopi. Et in hoc concordat ibi *Hostien.* qui dicit, quòd illa *Decr. Statuimus.* edita fuit ad consultationem Laicorum & exponit literam ibi, *inter vos*, sc. Laicos, ut si Textus ille decidat, quòd inter Clericum & Laicum possit intervenire compositio super Decimis, ut sc. pro eis aliquid solvant annuatim, maximè super minutis Decimis, prout

t *Talibus decimis.* Scil. de fructibus arborum, de seminibus, & herbis hortorum, quæ revera Decimæ inter minutas computantur. Sunt enim Decimæ minutæ, quæ proveniunt ex Milio, Pavisio, Mentha, Aneto, & similibus. Juxta illud *Luc. 11. Væ qui Decimatis Mentham, & Rutam, & omne Olus &c.* prout sic *no. per Hostien. e. ti. c. ex multiplici. ver. minutis.* qui etiam ibi dicit, quòd in *Anglia* consistunt minutæ Decimæ in Lana, & Lino, Lacte, Caseis, & Agnis, minutæ etiam Decimæ consistunt in Partu Animalium Pullis, Ovis, & Decimis hortorum, sicut *no. Ber. e. ti. c. cum in tua. glo. 1.* Decima etiam Mellis & Ceræ numeratur inter minutas. *e. ti. c. nuncios.*

Decimæ minutæ.

u *Volumus.* Vers.

x *Fœnis.* Licèt hæc litera pluraliter loquatur, Textus tamen Juris Communis loquitur in singulari, prout patet *Extra. e. c. pervenit.* Et nota, quòd *fœnum* dicitur, non solùm quando siccatum est, sed etiam quando est virens. & in herba crescens, prout *no. Doctor. Marci. 6.* & ibi videtur Textus. Unde & de herba viridi etiam non siccata, si sic sumatur, vel necessaria sit ad pabulum animalium vel bestiarum, solvenda est Decima, ut hic. & *in d. c. pervenit.* ubi *Petrus de Ancho.* notat, quòd Decima proveniens de Molendinis, Piscariis, Fœno, Lana, & Apibus, quia de certis locis percipitur, est prædialis, debetque in talibus considerari Parochia, ubi talia consistunt, licèt hominis industria in his multò plus operetur, quàm faciat ipse locus. *Alle. ad hoc ex pastoralis. Extra. e.*

y *Ubicunque. Sc. infrà* fines & limites Parochiæ.

z *Pratis.* Hæc dicuntur talia loca, quibus ad fructum colligendum falce opus est. *ff. de verb. sig. l. pratum.*

a *Parvis.* Sc. pratis.

b *Chiminis.* i. e. Viis vel semitis, & est vulgare *Gallicorum.*

c *Exigantur.* i. e. Effectualiter petantur. Et *concor. Extra. e. c. Parochianos.* Et sic ex hoc apparet, quòd in Decimis requiritur exactio sive monitio. Aliàs debens solvere non censebitur in mora. *ar ad hoc Extra. e. non est.* ibi, *neglexerit &c. & e. ti. pervenit.* Et hoc verum intelligas quoad hoc, ut non solvens possit excommunicari; quia Excommunicatio nõ est ferenda propter delictũ, sed propter contumaciã. ut *c. cum medicinalis. de sen. excom. li. 6.* Quantum verò ad moram in non solvendo contrahendam, & omnem ejus effectum, non credo quòd monitio requiratur: quia tempus solutioni appositum pro homine interpellat. ut *Extra. de locato. c. potuit.* conjuncto quod notatur in *c. revertimini. 16. q. 1. cum similibus.* Facit etiam ad hoc, quia Decimæ debentur ex præcepto Divino, ut dixi *supra. e. c. 1. ver. præcepit.* Peccant ergo mortaliter eas non solventes. *Extra. e. c. ex transmissa.* Ad hoc etiam facit *Exodi. 22. Decimas & Primitias tuas non tardabis offerre.* Et hoc verum intelligas in partibus illis, in quibus Decimæ solvuntur, & prædicantur. Ubi verò non solvuntur nec prædicantur, opus est monitione sive exactione, antequàm non solvens dicatur peccare mortaliter. Sic notat *Hostien. cum aliis Extra. e. c. a nobis. in glossa magna. vers. quicunque ergo.*

a Prout

a *Prout expedit. Sc.* sive in fœno siccato consideratâ ipsius quantitate, sive in fœno viridi, sive aliàs in pecunia loco fœni. Pone enim quòd in Chiminis, vel parvis pratis de quibus hic loquitur non potest colligi tantum de fœno quantum facit aliquod notabile loco Decimæ, sed sunt forsan nisi duo, vel tres acervuli aut forsan unus solus acervulus, in hoc casu, quia de facili non potest solvi vera Decima ipsius fœni prout expedit, Ecclesiæ fiet recompensatio in pecunia secundùm æstimationem ipsius fœni, sicus aliàs *infrà* dicitur de agnis qui se non extendunt ad Decimam veram.

b *De nutrimentis.* Vers. c *Animalium.* Istâ Clausulâ *de nutrimentis animalium &c.* intellige de Animalibus quæ Decimare debentes nutriunt. Sic enim exponitur *Extra. e. c. ex parte tua. per Petrum de Anchora. ver. istud etiam. & per Jo. An. de eccl. edific. c. cum dicat. ver. nutrimentis. & per Gess. extra. e. ti. c. 1. vers. animalibus. in Cle. & per Jo. An. & Pau. e. ver.*

d *De Agnis.* Idem intellige de hœdis. Nam & hi in fructu sunt: *Justi. de rerum divi. §. in pecudum.* Et nota quòd Agni dicuntur quousque sint ætatis unius anni. *ff. de leg. 3. l. cum quæreretur. in prin.* Circa hoc tamen Consuetudo cujusque loci inspicienda est. Nam in quibusdam locis, cum ad tonsuram venerint, ovium loco sunt. *ff. de leg. 3. l. legatis servis. §. si.*

e *Sex obolos.* Hæc taxatio fit secundùm æstimationem unius Agni ad quinque Denarios, ut scil. pro singulis capitibus solvantur singuli Oboli. Licet enim in quibusdam locis Agnus plus valeat, quandoque tamen Legislator consideravit id quod communius, & frequentius accidit. *ff. de legi. l. nam ad ea.*

f *Septimum agnum.* Quare magis septimus, quàm sextus, vel octavus? solvat *Apollo.* Unum tamen considera, quòd in hoc verisimiliter relevatur Ecclesia, maximè in casu quo Agnus plus valeat quinque Denariis. Nam si valeat 8. 9. 10. vel amplius habet Curatus integrum Agnum resolvendo Obolum duntaxat pro capite. Unde & in casu quo quilibet Agnus de 6. Agnis valeret 10. Denarios, vel amplius, magis quàm Obolum pro capite exigere non poterit: quia licet una consideratione gravatus sit, alia tamen consideratione relevabitur. *ar. ad hoc ff. de jure dotium. l. Jure successum. §. 1. cum concor. ibidem positis.*

g *Rectori.* Idem intelligas de Vicario.

h *In recompensationem. Sc.* tium Agnorum deficientium de Decima.

i *Decimam illam.* Sc. septimum Agnum loco Decimæ.

k *Parochiano.* Idem intelligas de eo qui non est Parochianus, dum tamen habeat Agnos infra Parochiam alienam, sic quòd ibi teneatur solvere Decimam Agnorum.

l *Expectet.* Supple ubi non sunt plerè decem Agni, sic videlicet, ut nec septimo Agno recepto pro Decima, si tot sint, nec pecunia recepta loco Decimæ, ubi pauciores sunt quàm septem, expectet usque ad proximum annum.

m *Donec plenarie.* Sic ergo patet, quòd id quod defuit hoc anno indecimatum, suppleri potest & debet anno proximo sequenti. Facit ad hoc multum notabiliter *16. q. 7. c. quicunque. in prin.* ibi dum dicit, *minus fecit &c.* Huic tamen dicto obstare videtur opinio quam ponit *Jo. de Deo de consc. di. 5. quadragesima.* ubi argumentative innuit, quòd si Rusticus habeat 15. corbes vini, soluta Decima de decem, non tenetur de aliis quinque Decimare. Sed dic quòd *Jo.* ibi in hac opinione non refidet, nec multum urget ratio per eum ibi posita ad illud tenendum, si benè inspiciatur.

n *Possit recipere.* Hæc potentia habet respectum in casu quo existens à retrò uno anno tot habeat Agnos anno futuro quòd de eis possit impleri Decima. Sed quid si sic existens à retrò in 2. anno nullos habeat Agnos, nunquid tunc debeat Curatus expectare in alium annum, vel potest tunc petere Ovem quæ primo anno erat Agnus septimus si esset: vel aliàs ejus loco possit petere 7. Obolos? videtur quòd in hoc casu expectabit supplementum anni futuri, & hoc apparet ex Textu qui dicit, *ad alium annum &c.* Non enim dicit proximi annum. Facit etiam litera hæc quæ dicit, *donec plenarie &c. possit recipere.* Quod autem non possit 7. Agnum primi anni, vel pecuniam loco agnorum secundo anno, vel tertio repetere videtur: Nam à principio malè eligendo fuit in culpa, ergo in hoc sibi imputetur. *Insti. quod cum eo qui in al. po. §. caterum. Aut. qui. aut. na. eff. suc. §. 1. col. 6.* Potuit enim Jus suum habuisse ab initio in receptione septimi Agni resolvendo tres obolos, vel si pauciores erant recipiendo pro quolibet capite Obolum prout hic Statuitur: & quia hoc noluit, aliàs cum vellet, hoc facere nequibit. *C. si quis sibi vel alte. l. multum interest. in fi.* facit ad idem *l. cum ante scripti. C. de dona. de jure do. l. si genero.* & hoc verum puto quoad commodum personæ differentis ab initio septimum Agnum, vel in numero pauciori pro quolibet capite Obolum recipere. Respectu tamen Ecclesiæ cui debetur illa Decima, & cujus Jus subtrahi non debet, nec perire: item respectu illius qui ipsam solvere tenetur, & aliàs à peccato non excusatur, ut dixi *supra. e. ver. exigentur.* cessantibus Agnis, de quibus possit Decima hujusmodi suppleri aliis annis, puto quòd potest æstimatio ipsius Decimæ exigi potius Officio Judicis quàm Jure Actionis, nisi ore Restitutionis sibi subveniatur æquitate considerata. *arg.* †*al. add.* & porcellorũ.

illam recepit. Qui octavum recepit, det denarium. Qui vero nonum, det obolum Parochiano, vel expectet Rector usque ad alium annum, donec plenariè decimum agnum possit recipere, si maluerit: & qui ita expectat, semper exigat secundùm agnum meliorem, vel tertium ad minus de agnis secundi anni, & hoc pro expectatione primi anni. Et ita intelligendum est de Decima lanæ.

ad hoc ff. de instit. act. l. habebat.

o *Si maluerit.* Electionem ergo habet, unde si malè elegerit, imputet sibi ipsi, ut dixi *supra. in glossa precedenti.* & postquam semel elegerit, variare non potest. *ff. de tributo. actio. l. quod in parte dom. §. eligere.* maximè ubi nulla fraus intercessit. *ar. ad hoc ff. de opti. lega. l. scripsi. cum l. sequenti.* & facit ad idem *e. ti. l. apud Aufidium.*

p *Semper.* i. e. Omni tempore quo evenit talis casus. Sic exponitur *ff. solu. matri. l.* 1.

q *Vel Tertium.* Cujus ergo in hoc casu erit Electio; an scil. Curati, vel Parochiani? Dic quod Curati: quia, sicut hic patet, hæc alternativa cadit inter res, inter quas cadit affectio; unde utrumq; est in obligatione. *ff. de verb. oblig. l. si duo rei.* alterum tamen est in solutione, ut ibi: potest enim eligere secundum, sic etiam & tertium potest eligere, unum tamen quod elegerit, veniet in solutionem, & quòd Curati erit electio, facit litera hic in Textu, quæ dicit, *exigat &c.* & Statuitur hoc in favorem ipsius Curati, ergo ejus erit electio. *ff. de leg. 2. l. si ita relictum. §. Papinianus.*

r *Secundi anni.* In quo anno, si nulli sint Agni, dic ut *supra. e. ver. possit recipere.*

s *Pro expectatione.* Ex hoc etiam apparet, quòd istud ordinarium est gratia Curati, unde Ipsius erit Electio, ut dixi *supra. ver. ad tertium.*

t *Et ita.* Sc. sicut prædictum est de Agnis.

u *Decima lanæ.* Scil. si sint sex vellera, solum habeat Curatus pro quolibet vellere Obolum: si sint septem vellera, habeat septimũ resolvendo tres Obolos, vel expectet usque ad alium annum, ut *supra* dictum est. Sed ecce hic dicit Decimam lanæ solvendam, nunquid hoc sic intelligendo de omni Lana? Est enim lana ovina, ut hic, item leporina, anserina, & caprina. *ff. de leg. 3. l. si cui lana. §. lana.* Dic quòd sic: nam de omnibus, quæ fidelis homo acquirit, debet solvere Decimam. *Extra. e. c. ex transmissa.* unde & de pellibus lanaris solvi debet Decima. *ar. ad hoc d. l. si cui. §. lanæ. ad fi.* & hoc verum, ubi prius de vellere non est soluta Decima. Sed hic quæro, quid si in domo unius Patrisfamilias sint forsan quinque, vel sex Personæ habentes inter se decem Agnos, vel decem Oves, mistos cum Ovibus, vel Agnis Ipsius Patrisfamilias, nullus tamen ipsorum per se habet septem Agnos, vel septem vellera; nunquid de illis decem dabitur Curato unus Agnus, vel unum vellus nomine Decimæ? Videtur quòd sic. Nam *Levitici 27. dicitur, Ovis, & Bovis, & Capra quæ sub virga Pastoris transeunt, quicquid Decimũ venerit, sanctificabitur Domino, & non eligetur bonum, neque malum, nec altero commutabitur.* Sed dic quòd auctoritas illa locum habet in his quæ Decimare debentis propria sunt. Constat enim, quòd Animalia, quæ gregibus alienis admixta sunt, remanent eorum propria, non quorum sunt greges, sed quorum sunt ipsi Animalia, nec quoad jus Decimandi sapiunt naturam gregis, sicut patet *e. ti. c. 1. in Cle.* & ratio est, quia separabilia sunt. *ff. de aqua quotid. & æstiva. l. 1. §. Trebatius. Insti. de re. di. §. quòd si frumentum.* Potest tamen dici, quòd ubi filii, vel Filiæ in potestate Patris existentes, in peculio profectitio habent hujusmodi Agnos, vel Oves à bonis patris, vel matris, aut eorum occasione provenientes: tunc de talibus debet solvi Decima tanquàm de bonis ipsius Patris. *ar.* ad hoc *Insti. per quas pers. nobis ac. §. 1. circa medium cum glossa ibidem.* & idem puto de peculio adventitio, cujus usufructus ad patrem pertinet, ut patet *in loco prallc. ver. quod autem.* ut scil. ipsarum rerum quæ in fructu sunt, & patri acquiruntur, pater solvat Decimam servatâ proprietate Filio, vel Filiæ, ad quem, vel ad quam pertinet.

Quæstio.

Quæstio.

Quatuor anni partes.

a *Sed si oves.* Vers.

b *Hyeme.* De hoc tempore sicut & de cæteris anni temporibus dixi *supra. de offi. Archipres. c. ignorantia. in prin. ver. qualibet quarta annas.* Et durat Hyems à 9. Calend. Decembris, sc. Festo *Sancti Clementis*, usque 8. Calend. Martii, sc. Festum Cathedræ *Sancti Petri.* Ibi incipit Ver, & terminatur 8. Calend. Junii in Festo *Sancti Urbani.* Æstas incipit ibi, & terminatur 9. Calend. Septembris, in Festo Sancti *Bartholomæi.* Autumnus ibi incipit, & terminatur 9. Calend. Decembris, unde vers. *Dat Clemens hyemem, dat Petrus ver Cathedratis, Æstuat Urbanus, autumnat Bartholomæus.* Hic tamen ponitur *Hyems* largè, ut sc. comprehendat non solùm tempus prædictum, sed etiam partem Autumni, & partem Veris: ut sic appellatione *Hyemis* contineatur tempus quo solent imbres, & frigora occupare terrã, utputà, ab Æquinoctio Autumnali usque ad Æquinoctium Vernale: vel sumitur hic *Hyems* secundùm Consuetudinem Patriæ, juxta quam forsan circa Festum Sancti *Michaelis* solent oves mutari de una Parochia in alia, & ibi nutriuntur usque ad Festum Purificationis, vel *Sancti Petri*, aut Annunciationis Beatæ *Mariæ*, vel forsan à Festo *Omnium Sanctorum* usque ad Festum *Philippi & Jacobi*, secundùm varias Consuetudines. Consuetudo namque Patrisfamilias & etiam Regionis est attendenda. *ff. de fundo instru. l. cum de lanionis, §. asinam. de pecu. leg. l. Dominus. §. Testamento. cum glo.*

Versus.

c *Æstate.* Cujus consideratio habetur respectu Hyemis, ut dixi *in glossa præcedenti.* & facit ad idem *ff. de leg. 3. l. qui saltum.*

d *Nutriantur.* Advertè, quia de cubatione hic nihil loquitur, tamen *infrà. c. proxi.* loquitur de cubatione. Quod Capitulum videtur in quibusdam contrarium his quæ hic dicuntur, ut ibi patebit.

e *Dividenda est Decima.* Facit ad hoc *ff. de leg. 3. l. qui saltum. Extra. de testa. c. relatum. 2. ad fi.* qd Capitulũ bene nota: quia illud Capitulum non dicit divisionem æqualem fieri, sed congruam, viz. secundùm tempus permanentiæ in una Parochia, vel in alia. Hanc materiam, scil. ubi animalia nutriuntur sive in una Parochia, sive in diversis Parochiis, quomodo solvi debet Decima, tractat *Hostien. in summa. e. ti. §. cui danda sit. no. etiam 13. q. 1. c. Ecclesias. ver. pascit. per Jo. An. Extra. e. ad Apostolicæ. ver. personales. per Ber. & etiam Hostien.* Et hæ Glossæ tractant de hoc, an Decimæ animalium sint prædiales, vel personales. Et fiunt argumenta pro utraque parte. Concluditur tamen, quòd sint prædiales; unde dici consuevit, quòd si continuè pascantur, & morentur in una Parochia, ibi solvenda est Decima tanquàm prædialis. Et si per medietatem anni nutriantur, & cubant in una Parochia, & per aliam medietatem in altera, dividi debet Decima æqualiter, ut hic dicitur, & *per Docto. in d. c. ad Apostolicæ.* facit ad hoc *de sepul. c. cum quis. 2. Responso. li. 6. Hostiensis* vero in summa dicit, quòd debent dici mixtæ, quia partim à nutrimento prædiorum, partim ab opere hominis in custodiendo, proveniunt. Aliæ etiam super hoc sunt opiniones, quarum aliquas ponit *Hug. 16. q. 1. Decimas.* Item *Inno. Extra. e. c. commissum. Wil verò in Clem. 1. de Decimis. ver. animalibus.* ponit unam distinctionem ad Concordantiam opinionum, & dicit, quòd loquendo de agnis, lana, lacte, & hujusmodi, ut in casu nostro, vera est opinio illa, quæ vult, quòd debeatur Decima tanquàm prædialis. Pastor tamen, qui hujusmodi animalia custodit, solvet Decimam de sua mercede tanquàm personalem, hoc est, in loco ubi audit Divina, & recipit Ecclesiastica Sacramenta, sicut Miles de militia. *Extra. eo. e. non est.* Ecce ista materia concernit materiam Capituli sequentis: quod Capitulum, ut ibi dicam, in quibusdam videtur contradicere huic Capitulo, inquantum dicitur hic Decimam dividendam. Ibi enim, ut videtur, non eodem modo ordinatur. Unde pro declaratione hujus materiæ habes considerare, quoad oves, & animalia domestica, Decimasque de eis provenientes, quòd quandoq; oves continuè pascuntur, & manent in una Parochia per totum annum; & tunc non est dubium quin Decima lanæ agnorum, & lactis debeatur illi Ecclesiæ infra cujus Parochiam sunt hujusmodi oves; & est Decima prædialis, ut prædixi. Decima vero mercedis custodientium hujusmodi oves est personalis, ut notat *Wilan loco præll.* Decima vero pasturæ in hoc casu non æstimabitur si pastura sit propria ipsius cujus sunt oves, vel aliàs sit sibi Communis cum cæteris de Parochia: quia Decima herbæ sic depastæ, sine qua nutriri non possunt hujusmodi oves, solvitur in Decima lanæ, agnorum, & lactis: tamen quando pastura, vel pascua est Communis etiam aliis extraneis de alienis Parochiis, tunc considerari debet tempus moræ hujusmodi animalium in dictis pascuis, ut *infra. e. §. de pasturis. & infrà. c. proxi.* Si verò pastura sit aliena, tunc si vendita sit, vendens solvet Decimã de pretio tanquàm prædialem. Si verò gratis donata sit, tunc ipsam depascens solvet Decimam secundùm æstimationem ipsius herbæ. Sic intelligo notata per *Inno. Extra. e. commissum.* Et hoc verum quando in tali pastura donata pascuntur animalia nullam utilitatem Ecclesiæ aliàs afferentia, utputa Equi, Boves, & Asini: & alia animalia non fructifera. Sin autem utilitatem, & fructum Ecclesiæ afferant ad valorem ipsius herbæ, sicut est videre in ovibus, puto quòd sufficiet Decimam solvi in fructu proveniente ex hujusdi animalibus, Juxta *notata Inno. præall.* Quandoque oves per medietatem anni continuè pascuntur & cubãt in una Parochia, per aliam medietatem pascuntur & cubant in alia, & tunc dividenda est Decima, ut hic. Et sicut notant *Docto. in d. c. ad Apostolicæ.* & idem erit si continuè pascuntur in una Parochia, & continuè cubent in alia. *ar. ad hoc ff. ad municip. l. assumptio.* In hoc tamen casu dicunt quidam, quòd de lacte, fœtu, & lana dabitur Decima illi Ecclesiæ in cujus Parochia pascua sittata sunt: quia cum inde suscipiant totum nutrimentum, tales Decimæ prædiales censentur. *ar. Extra. e. commissum. & in hoc conco. Thomas in summa*, ut eum recitat *Jo. in summa confessorum. li. 1. c. 15. q. 3. Alanus* tamen & alii tenent ut prædixi. Et intelligo, quòd Decima dividenda est, ut hic dicit, non omnino æqualiter, sed secundùm formam limitatam *infrà. c. proxi.* ne aliàs sit huic contrarium, ut ibi dicam. Quandoque oves non continuè, sed interpolatim pascuntur in una Parochia, quandoque in alia, & tunc dic ut *infrà. c. proxi.* ubi plenius videre poteris.

f *Similiter.* Sume quod est *infrà. dividenda est Decima &c.*

g *Medio Tempore.* Sc. inter Æstatẽ, & Hyemẽ, vel prope finẽ Æstatis, & principium Hyemis, forsan per 15. dies ante finem Æstatis, vel 15. dies post adventum Hyemis, ita quòd istud medium tempus referatur ad tempus modicum, de quo vide *no. per Wil. de rẽ eccle. non alie. c. 1. ver. modicum tempus. & c. ver. per Jo. An. in Clẽ.*

h *A qua Parochia.* Supple, & quòd ibi continuè prius pascebantur ab initio Æstatis præcedentis: aliàs enim non haberet locum quòd dic dicitur, sicut patet *supràc. c. ver. dividenda est decima.*

i *Decima.* Sc. lanæ, ut *infrà* patet, ubi dicit, *tempore tonsionis &c.*

k *Duo domicilia. ff. ad municip. l. assumptio. §. viris prudentibus, de sepult. c. 2. li. 6.*

l *Si autem.* Vers.

An Decima animalium sit prædialis vel personalis.

m *Tonsionis.* Patet ex hoc, quòd loquitur tantùm de Decima lanæ.

n *De lacte.* Vers. & dic *lacte*, sive vaccarum, sive ovium, sive caprarum: nam in pecudum fructu lac lanaque fœtus habetur. *ff. de usufruct. l. in pecudum. Insti. de re. divi. §. in pecudum.*

o *Dum durat.* Hoc declarat *infrà.*

p *De Caseo.* Hujus commendationem ponit *Archi. 4. dis. c. de lacte.* ponens, ac si loqueretur in persona casei, hos versus.

Versus.

Ignari medici me dicunt esse nocivum,
Sed tamen ignorant cur nocumenta ferãm.
Expertis vero esse ratum qua commoditate
Languenti stomacho caseus addit opem.
Caseus ante cibum confert, si desuat alvus,
Si constipetur, terminat ille dapes.
Ad fundum stomachi dum sumpta cibaria trudit,
Vim digestivam non minus ille juvat.
Si stomachus languet, vel si minus appetat ille,
Fit gratus stomacho, concilians que cibum.

Quod autem hic dicit de caseo suo tempore Decimam solvendam, intellige quando lac, de quo fit caseus, non est decimatum: aliàs sequeretur, quòd bis solveretur Decima ejusdem fructus, quod esse non debet. *de reg. ju. c. bona fides. li. 6.* Si tamen prius solverit quis Decimam de lacte, & postea de 9. partibus fecerit caseum, non decimabitur caseus; Sed si caseum hujusmodi vendiderit, de lucro ipsius casei solvet Decimam personalem. *Extra. e. c. pastorali.*

q *Tempore suo.* Sc. quando fit caseus, utputà in Vere, vel Æstate, & intelligo ubi lac non est decimatum, ut dixi *in glo. præcedenti. vers. quod autem.*

r *De lacte.* Quando sc. non fit caseus.

s *Autumno & Hyeme.* His enim temporibus non solent fieri casei, & propterea dabitur Decima lactis. Et hic sumitur *Hyems* strictè pro quarta parte anni, largius tamen sumitur *supràc. ver. hyeme.*

t *Competentem.* Hæc competentia statim declaratur ibi, *ad valorem Decimæ.*

u *Commodum Ecclesiæ.* Videtur ergo, quòd Curatus potest componere cum Parochianis super Decimis, dum tamen exinde sequatur commodum Ecclesiæ; & hoc verum quoad Decimas præteritas, sed quoad futuras non

non, ſine auctoritate Epiſcopi, ut dixi *ſuprà. eo. c. ver. redemptionem.* & circa hoc vide notata 16. q. 7. c. 1. *per Archi.*

a *De proventibus. Verſ.*

b *Molendinorum.* Etiam ad ventum. *Extra. eo. c. ex tranſmiſſa. & concor. eo. ti. c. pervenit. & c. paſtoralis.*

c *Integrè. Sc.* ſine diminutione, ſic, ut ſolvatur Decima proventuum verè, ſicut proventus accidunt, viz. Decima menſura quorumcunque granorum molitorum ad commodum Domini Molendini, vel Molendinarii pertinentium; & ſic non ſufficit ſolvere Decimam, prout molendinum tranſit ad firmam, quoniam in firma de verisimili non eſt verus valor, cum firmarius ultra firmam aliquid ſperet lucrari: poſſem tamen dicere

a De proventibus autem
b Molendinorum volumus, quòd Decimæ fideliter & c integrè ſolvantur. De d Paſturis autem & e Paſcuis tam non f communibus quàm g communibus Statuimus, quòd h Decimæ i fideliter perſolvantur: & hoc per numerũ animalium & k dierum, ut expedit Eccleſiæ. l De Piſcationibus &

quòd ſi Dominus firmæ ſolvèret Decimam firmæ & firmarius Decimam de ſuo lucro; tunc eſſet ſatisfactum Eccleſiæ. Facit ad hoc *Extra. e. c. tua nobis. prope finem.* Sed quia lucrum, quod forſan proventurum eſt firma ſoluta, pendet ſub dubio, ideo certus eſt ut detur Decima ſecundùm quòd obveniunt proventus: Vel aliàs ſecundùm firmam, ſi Curatus hoc malueric, poteſt fieri ſolutio Decimæ. Et ſcias, quòd fructus provenientes ex molendino decimabuntur tanquàm prædiales, non deductis expenſis factis in re, circa rem, vel extra rem. Sed ſi res ipſa vendatur, tunc deduci debent expenſæ factæ in re, circa rem, & extra rem, & de reſiduo, ut de lucro, ſolvetur Decima. Verbi gratia, in molendino: Emi molendinum pro centum, quæ centum ſunt expenſæ in re, expendi in reparationem molendini 20. hæ ſunt expenſæ circa rem. Solvi pro Xenetis & Mediatoribus contractûs, vel pro Mercenariis, vel Jumentis 9. hæ etiam ſunt expenſæ extra rem, & ſic in toto expendi centum 30. retineo iſtud molendinum in manibus meis per ſex annos, & quolibet dictorum ſex annorum recipio de proventibus dicti molendini decem. De iſtis decem quolibet anno dabo unum nomine Decimæ, nullis expenſis deductis. Sed ſi in fine ſex annorum vendidero iſtud molendinum pro centum quinquaginta, ſolvetur Decima perſonalis; & ſic intelligi debet *c. paſtoralis. Extra. e. ſecundùm Inno.* Ecce ex hoc dicto *Inno. & Hoſti.* apparet, quòd expenſæ factæ extra rem non deducuntur, unde expenſæ factæ in molendino circa mercenarios, jumenta, molas, ferramenta, & hujuſmodi, ſecundùm eos non ſunt deducendæ. In hoc tamen caſu quidam alii *Doctr.* tenent contrarium, ut etiam ibi dicunt *Inno. & Hoſti.* quare *Joh. An.* in hoc caſu diſtinguit inter fructus qui germinant, & fructus qui non germinant: cujus diſtinctionem ibi videre poteris, mihi tamen placet dictum *Inno. & Hoſtien.*

d *De paſturis. Verſ.*

Paſcua & Paſtura differunt.

e *Paſcuis.* Viz. locis quæ paſcendis pecoribus deſtinata ſunt; *ff. de verb. ſig. l. ſylva cædua. §. paſcua.* Et differunt paſcua, & paſtura; nam *Paſtura* omne genus paſcendi ſignificat, ſive fiat in pratis, ſive in ſtipula, ſive in agris, ſive in campis. Sed *Paſcua* eſt locus principaliter deputatus pecoribus paſcendis, utputà, in montibus, motis, mariſcis, & planis non cultis, neq; aratis.

f *Communibus.* Loquitur ſecundùm Conſuetudinem Regionis, ſecundùm quam licet cuilibet commoranti in certa Parochia paſcere animalia ſua in certo loco ad hoc deputato: & propterea dicitur Paſtura Communis: & talis Conſuetudo tuenda eſt. *ar. ad hoc Extra. e. cum ſint. & c. ad Apoſtolicæ. in fi. ff. ſi ſervi. vend. ſi quis diuturno. de aqua plu. arc. l. 1. §. fi. Extra. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam.* & notatur *Extra. de arbi. c. dilecti. glo. i. per Hoſtien. & Jo. in no.*

g *Quam Communibus.* Id eſt privatis.

h *Decimæ. Sc.* tanquàm prædiales, ſicut *no. Inno. Extra. e. c. commiſſum.* Et vide quod ſcripſi *ſuprà. e. c. ver. dividenda eſt.*

i *Fideliter. Sc.* ut ſequitur. Quomodo autem ſolvi debet dixi *ſuprà. e. c. dividenda.*

k *Dierum. Sc.* quando animalia ſolum certis temporibus ibi paſcuntur: & ſic ſolvitur Decima pro rata temporis. Pro quo vide *infrà. c. proxi.*

l *De piſcationibus.* De his tractatur *Extra. e. c. paſtoralis.* & quoad expenſas deducendas, vel non, dic ut ſolet dici in Decimis molendini, de quibus dixi *ſuprà. eo. ver. integrè.*

m *Apibus. concor. Extra. e. ti. nuncios.* Et intelligas Decimam fore ſolvendam non de ipſis volatilibus, ſed de cera, & melle, ſecundùm *Goff. & Hoſti. ibi. & concor. Inno. & Jo. in no. & Anto. in c. c. Jo.* tamen in *add. e. c.* dicit, quòd etiam de ipſis apibus, quando collectæ ſunt, ſolvenda eſt Decima.

n *Bonis. Concor. Extra. e. non eſt. ibi, de omnibus bonis &c.* Cum igitur appellatione *bonorũ*, contineatur mobilia, & immobilia, *Extra. de teſta. relatũ*, videtur ex hoc, quòd etiã de immobilibus ſolvenda eſt Decima. Contrariũ tamen tenet *glo. Extra. e. c. paſtoralis. ver. lucro.* & ibi videas per *Hoſti. & e. ti. c. non eſt. per eoſdem.*

o *Juſtè acquiſitis. Concor. Extra. e. c. ex tranſmiſſa.* ubi de hoc. Et ſolet dici quod Decima prædialis ſolvi debet etiam de injuſtè acquiſitis, ut tenet *glo.* ibi & *Jo. An. 16. q. 1. Decima. & Goff. Extra. e. c. non eſt.* De perſonali verò Decima ſolet dici, quòd licet de illicitè acquiſitis debeatur; tamen non debet exigi à ſic malè & illicitè acquirente, nec recipi à volente. Pro quo latius videre poteris *d. c. ex tranſmiſſa. per glo.* & alios *Doct.* qui ponunt exemplum in meretrice. Tu tamen dic, ſecundùm *Innocen.* ibi, quòd à meretrice, & aliis hujuſmodi quamdiu non pœnitent, nõ debet Decima exigi, nec eorum Eleemoſyna recipi. Si tamen pœniteãt, debet retineri, quia pœnitens incipit eſſe quod prius non fuit. 30. *diſtinct.* Et etiamſi non pœniteat, poteſt Decimas ſolvere, oblationes, & Eleemoſynas facere de conſenſu Dioceſani. Et etiam hoc modo poteſt Sacerdos eas recipere, ſecundùm *Hoſtien.* ibi. Circa hanc materiam vide *no. per Inno. de ſenten. excommunica. c. cum voluntate.*

p *Renovantur.* Unde ſi eadem terra bis vel ter ſeminata fuerit, vel ſæpius fructum producat, toties danda eſt Decima. *Extra. e. c. ex parte Canonicorum.* facit ad idem *ff. ſol. ma. l. divortio. §. quod in anno.*

q *Debito modo.* Quia hìc loquitur de Decimis piſcationum, videamus quis ſit ille debitus modus. Solet dici, quòd ſi piſces capiantur in loco incluſo infra certam Parochiam, tunc illi Eccleſiæ ſolvenda eſt Decima tanquàm prædialis. Si autem locus, ubi capiuntur piſces, non ſit incluſus, ſed ſit dare tranſcurſum piſcium de una Parochia in aliam, ſicut videmus in flumine publico, in hoc caſu Decima erit perſonalis, ut ſc. ſolvat illi Eccleſiæ ubi capiens audit Divina, & recipit Eccleſiæ Sacramenta. Et hoc verum eſt, ubi alienus Parochianus libere piſcatur in tali flumine. Si autem non piſcatur liberè ſed pretio dato, vel aliqua portione piſcium, tunc de illo pretio, vel illa portione debitur Decima illi Eccleſiæ infra cujus Parochiam piſces capiuntur. De cæteris verò ſolvetur Decima tanquàm perſonalis, ut prædixi. Iſta notantur per *Doctr. e. c. non eſt.* ibi per *Inno. Hoſti.* & alios, qui idem notant etiam in Decimis avium, & ferarum: & faciunt *nota. per Wil. in Cle. 1. e. ti. ver. in animalibus.* De piſcibus verò qui in mari capiuntur *Ber. Extra. de feri. c. licet. glo. ſi.* videtur ſentire, quòd ſint prædiales. Sed *Jo. An. in add.* ibi *ſuper glo. ſi.* dicit, quòd dictum gloſſæ eſt verum quando piſcatur in vivario, ſive valle, vel piſcaria ſtabili infra Parochiam alicujus: nam tunc cenſetur Decima prædialis, ſed de lucro ſolvet Decimas perſonales, ſecundùm *Goff.* ſecus tamen quando capiuntur piſces in piſcaria non ſtabili, ſicut eſt in mari, vel aliis magnis fluminibus: quia tunc cenſentur perſonales. Unde quia ut dicitur in *d. c. licet. ſe congrua portio detur Eccleſiis &c.* habet intelligi non per viam Decimæ, ſed per viam Eleemoſynæ: & ſic concordat cum prædictis.

Nota de Decimis piſcationũ.

r *Statuimus etiam. Verſ.*

ſ *Decimæ perſonales.* Sic dictæ quia potiùs reſpectu perſonæ ſolvuntur, quàm rei, utpurà, de artificio, negotiatione, & malitia. 16. q. 1. *Decimæ. & nota. eo. ji. c. ad Apoſtolicæ. in glo.*

t *Artificibus.* i. e. Lucris artificum. *& concor. 16. q. 1. Decimæ.*

u *Mercatoribus.* Hoc ſtatim exponit. ſc. *de lucro &c.*

x *Lucro.* Quomodo differunt fructus, reditus, & lucrum notatur *per Doct. Extra. e. c. paſtoralis.* & dixi *ſuprà. de conſuet. c. 1. ver. fructus.* ibi omnino videas.

y *Negotiationis.* Quæ ſit in commerciis, ubi ſc. aliquid per aliquem datur, ut majora lucretur. *Extra. de verbo. ſig. c. forus. ver. negotium.* Et ſcias quòd in iſtis Decimis mere perſonalibus quæ conſideratur & debentur ex ſolo lucro, deducuntur expenſæ tam in re, circa rem, & extra rem factæ, ut notat *Doctr. e. ti. c. paſtoralis.* & dixi *ſuprà. e. verſ. de proventibus. ver. integrè.* Debent autem ſolvi hæ Decimæ ſtatim cum lucrum percipitur ſecundùm quoſdam, & hoc ſecurius eſt. Satis tamen eſt ſolvere in fine anni propter minuras. *de pig. c. ex literis. 16. q. 1. revertimini. ff. famil. erciſ. l. plane.* & notatur quòd de ſolo lucro debetur hæc Decima. Unde ſi emens mercem eam non vendat, ſed doner, vel ſibi retineat, non tenetur Decimare, quia non lucratur, & hoc verum ſecundùm *Anto.* ſi pecunia, de qua res fuit empta, prius erat decimata, aliàs ſi non fuiſſet decimata, deciмabitur totum, prout nunc valet: quia tota res ſuccedit loco pecuniæ. Facit ad hoc *Extra. de pecul. cler. c. ſi.*

z *Carpentariis.* i. e. Artificibus lignorum.

a *Fabris.* Hi ſunt artifices ferri.

b *Cæmentariis.* Hi ſunt artifices lapidum; & in his & ſequentibus ſemper intellige, ut detur Decima de ſolo lucro, deductis expenſis non tantùm utilibus, & neceſſariis, ſed etiam voluntariis, dũmodò non fiant in fraudem Eccleſiæ, ſecundùm *Inno. d. c. paſtoralis.*

Textoribus, Pandoxatricibus, & omnibus aliis [a] operariis, [b] ſtipendiariis, vt videlicet [c] dent Decimas de ſtipendiis ſuis, niſi [d] ſtipendiarii ipſi aliquid [e] certum velint dare ad [f] opus vel ad [g] lumen Eccleſiæ, [h] ſi Rectori ipſius Eccleſiæ [i] placuerit. [k] In petitione autem principalis [l] legati Volumus, quòd [m] Conſuetudo [n] Provinciæ cum [o] poſſeſſione Eccleſiæ obſervetur; ita quòd Rector Eccleſiæ, ſi fuerit, vel [p] Vicarius in petitione ſua, vel [q] Capellanus annuus Deũ in petitione illa [r] habeat præ oculis. Sed [s] quoniam inveniuntur multi Decimas [t] ſponte dare nolentes, Statuimus, quòd Parochiani [u] moneantur primò, ſecundò, & [x] tertiò, ut [y] Decimas [z] Deo & Eccleſiæ [a] fideliter ſolvant. Quod ſi ſe non [b] emendaverint, [c] primò ab ingreſſu Eccleſiæ [d] ſuſpendantur, & ſic [e] demum ad ſolutionem Decimarum per [f] Cenſuram Eccleſiaſticam, ſi [g] neceſſe fuerit, [h] compellantur. Si [i] autem dictæ Suſpenſionis relaxationem, vel abſolutionẽ petierint, ad [k] Ordinarium loci mittentur abſolvendi. Quia ſcil. poſt trinam Monitionem non ſolvunt Decimas, ſed permanent in malitia ſua.

a *Operariis.* Quales ſunt Tegulatores, Foſſarii, Meſſores, Faltatores, & conſimiles, qui pro opere diurno mercedem recipiunt.

b *Stipendiariis.* Sc. qui per annum pro certo Salario deſerviunt.

c *Dent Decimas.* Sc. de lucro; non autem de integro Stipendio, ſed deductis expenſis.

d *Stipendiarii.* Hoc itaque, quod ſequitur, non habet locum de omnibus præcedentibus, ſed de Stipendiariis tantum.

e *Certum.* Sive in pecunia, ſive in grano; aliave re certa.

f *Opus.* Sc. Fabricam, vel uſum Ornamentorum.

g *Lumen.* Coram corpore Chriſti Crucifixo, Reliquiis vel Imaginibus ad honorem Dei accendendum.

h *Si Rectori.* Supple, vel Vicario.

i *Placuerit.* Aliàs ſine Rectoris, vel Vicarii conſenſu hæc Commutatio fieri non poterit. *ff. de reg. ju. l. id quod noſtrum.* & intellige talem conſenſum eſſe perſonalem, nec debet præjudicare Succeſſori, quin poſſit Decimas hujuſmodi ad manus ſuas recipere, ſi velit: & hoc verũ, niſi auctoritas Epiſcopi interceſſerit. *Extra. de tranſ. c. venientes. & c. de cætero. & c. ſtatuimus* & faciunt ad hoc notata *Extra. e. ti. c. ex multiplici. per Ber. in glo. penult.*

k *In petitione.* Tertia pars.

l *Legati principalis.* Illud alibi dicitur Mortuarium. *ſuprà. de conſue. c.* 1. hic vero vocatur principale Legatum, quia decedentes ſolebãt, & in quibuſdam partibus adhuc ſolent, optimum, vel ſecundum optimum ſuum animal primo, & ante cætera legata Deo, & Eccleſiæ pro anima ſua legare.

m *Conſuetudo.* Sc præſcripta.

n *Provinciæ.* i. e. Parochiæ vel Dioceſis. Sic enim ſumitur *Provincia* ſecundùm quoſdam, *Extra. de ſponſ. c. non eſt.* & ſic ſumitur *C. ubi de crim. agi. oport. Auth. qua in Provincia.* non enim eſt in talibus per Provinciam Metropolitanam Conſuetudo uniformis; & ideo Conſuetudo cujuſque loci inſpicienda eſt. *ff. communia. prædi. l. venditor.*

o *Cum poſſeſſione.* Quando enim Conſuetudo eſt præſcripta, ſola Poſſeſſio ſufficit ad tuendum Eccleſiã in perceptione rei de qua agitur. 18. *q.* 2. *c. ult. per Jo.* 16. *q.* 4. *volumus.* Immo etiamſi Conſuetudo non ſit plenè præſcripta, Poſſeſſio continua facit præſumi pro Jure et Titulo poſſidentis, ſicut notatur *dicto c. ulti. per Jo. & Archid.*

p *Vicarius.* Ubi ſc. petitio pertinet ad Vicarium.

q *Capellanus annuus.* Sc. Parochiæ & Curæ deſerviens, cui ex ſuo Officio incumbit hujuſmodi Mortuarium exigere in abſentia Rectoris, vel Vicarii. *infrà. e. c. ſi.*

r *Habeat præ oculis.* Conſiderando viz. pauperrtatem ſive inopiam ejus à quo exigitur, & quòd non ſit nimis moleſtus in petendo forſan rem optimam de paucis quas habet Parochianus: non enim decet, ut Viri Eccleſiaſtici ſint improbi exactores. *de cenſ. c. ex parte.*

s *Sed quoniam.* Quarta pars.

t *Sponte.* Id eſt ſine compulſione.

u *Moneantur.* Sc. ut ſequitur: ſed per quem fiet hæc Monitio, hic non exprimitur, ſed ex ſubſequentibus apparet hoc fieri debere per ipſum Curatum, ut *infrà* dicam.

x *Tertiò.* Hæc eſt Monitio Canonica, ſic ut fiat ſecundùm formam. *c. Conſtitutionem. de ſenten excommunī. li.* 6.

y *Decimas.* Sc. tam prædiales, quàm perſonales.

z *Deo.* Deus enim ſibi in ſignum Univerſalis Dominii Decimas reddi juſſit, loco tamen ſui ad recipiendũ eaſdem Clericos deputavit, *Extra. e. ti. c. tua nobis.*

a *Fideliter.* i. e. Integrè, & ſine diminutione, ut *Extra. e. c. tua nobis in fi.*

b *Non emendaverint.* Quia ſcil. poſt trinam Monitionem non ſolvunt Decimas, ſed permanent in malitia ſua.

c *Primo.* Ordinem Statuit in puniendo, ut ſc. incipiatur à leviori pœna, ſecundùm ea quæ ſequuntur, & notantur *de offi. deleg. c. ſane.* 2.

d *Suſpendantur.* Per ipſum Curatum, ut apparet. *infrà. e. c. ſi* & debet Monitio, de qua hic loquitur, fieri in genere, & etiam Suſpenſio, ſicut in conſimili dicitur de Excommunicatione, *Extra. de offi. ordi. c. ſi ſacerdos.* nam in ſpecie non poterit talis Sacerdos fulminare Cenſuras, ut notat *Inno. de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum.* niſi hoc habeat ex Conſuetudine. Tu ſuper hoc vide quod dicam *infrà. verſ. Cenſuram Eccleſiaſticam.* Contra tamen hoc, quod dicitur hic, facit illa omnium Legum, & Jurium Sententia, quæ vult, quòd propriam injuriam non poteſt aliquis vendicare, nec eſſe Judex in cauſa propria. Pro qua materia vide quod ſcripſi *ſuprà. de foro compe. c.* 1. *ver. deſendant.* ubi inter cætera dixi, quòd aliud eſt procedere contra aliquẽ pro injuria concernente perſonã ſuã propriã; aliud pro injuria concernente Eccleſiã, ibi videas.

e *Demum.* Poſt hujuſmodi Suſpenſionem

f *Cenſuram Eccleſiaſticam.* i. e. Excommunicationem. & nota, quòd hic *Cenſura* ponitur antonomaticè pro Cenſura inter cæteras famoſiore. Conſtat tamen quòd Suſpenſio ſub Cenſura continetur. *Extra. de verb. ſig. c. quærenti.* & his quæ hic dicuntur, viz. quòd Curatus poteſt fulminare Cenſuras contra ſuos Parochianos, concordare videtur Canon. 26. *q.* 6. *in prin.* ſed melius 2. *q.* 1. *c. nemo. Epiſcopus.* ubi de hoc per *Jo.* & etiam per *Archi.* qui ſecundùm *Goffre.* dicit, quòd etiam Presbyteri Parochianos Excommunicare poſſunt, ut patet *d. c. nemo.* cum ſimilibus. ſic notat *Goff. Extra. de elect. c. tranſmiſſam.* tales namq; Prælati dicuntur, *Extra. de cle. ægro. c. tua.* Prælati autem habent Juriſdictionem. *de immu. eccle. c. non minus.* unde Excommunicare poſſunt, aliàs enim nulla eſſet Juriſdictio ſine coertione. *Extra. de offi. dele c. ex literis.* ad idem concordat *Jo.* 9. *q.* 3. *c.* 2. *glo.* 6. & idem ſentire videtur *Ho. in ſumma de ſen. excom. §. quis poſſit. ver. ſed quis eſt hic. cum ver. ſequen.* Prædicta ſecundùm quoſdam procedunt in habente Curam, vel Parochianos ſibi ſubditos. Quando ſcil. Curatus procedit contra ſibi ſubjectos: non tamen ut Excommunicationem ſolennem exerceat, quæ dicitur Anathema, de qua ſolennitate habetur 11. *q.* 3. *debent.* & 16. *q.* 2. *viſis.* illo namque modo excommunicare non poteſt; quia talis Excõmunicatio dicitur Mucro Epiſcopalis, ut notant *Bern.* & *Hoſtī. de offi. ord. c. cum ab Eccleſiarum.* abſque tamen illã ſolennitate bene poteſt Excommunicare, ubi ſic ſe habet Conſuetudo præſcripta. Nam Conſuetudo in talibus dat Juriſdictionem. 9. *q.* 3. *conqueſtus. de offi. ordi. duo ſimul. de ſo. compe. cum contingat.* ubi de hoc per *Hoſtī.* Hoc idem etiam fatentur aliqui, licèt non ſit Conſuetudo, ut ſc. talis Curatus etiam de Jure Communi poſſit excommunicare ſubditos ſuos. Pro quibus facit 24. *q.* 1. *§. his auctoritatibus.* ubi de hoc per *Jo.* & *Archi.* Quia in hac materia ſunt diverſæ opiniones: tu dic, quòd ſimplex Curatus Parochialis, ut Judex Ordinarius, & cum Cauſæ cognitione non poteſt Excommunicare in ſpecie; Generaliter tamen, & ſine Cauſæ cognitione bene poteſt ſecundùm *Abbatem*, qui ſic notat *in d. c. ſi ſacerdos.* Sic etiam ex cauſa poteſt ſpecialiter alicui interdicere Divinum Officium, & Eccleſiaſtica Sacramenta. *arg. dicti c ſi ſacerdos. & dicti c. nemo.* 2. *q.* 1. & ſic intelligas quod hic dicitur de Suſpenſione. Nam in talibus non exigitur Forma Judicii, ſeu Cauſæ cognitio, & in talibus ſufficit Ordo Sacerdotalis, ut notat *Archi. d. c. nemo. in glo. ſi.* Si autem talis Curatus non ſit Sacerdos; tunc non poteſt excommunicare, nec abſolvere quoad poteſtatem Clavium, quam non habet. *de pœni. & re. c. omnis utriuſq;* Unum tamen ſcias, & in hoc quaſi omnes *Docto.* concordant, quòd in hujuſmodi Excommunicationibus vel Cenſuris conſuetudo eſt tenenda, & tenet Excommunicatio per tales facta in genere; maximè ubi Epiſcopi hoc ſciunt & tolerant, & Excommunicatos per tales reputant Excommunicatos, & pro Excommunicatis abſolvunt: prout eſt videre in diebus Dominicis, & aliis Feſtivis, quibus Curati Uſurarios, Sortilegos, & alios hujuſmodi denunciant Excommunicatos, & etiam quando in aliquos pro damnis quorum ignorantur Auctores Sententias ferunt: & huic Sententiæ concordãt. *Tho. & Petrus in 4. ſententiarum. di.* 18. dicentes, quòd poſſunt excõmunicare in caſibus eis conceſſis à Jure, vel ab homine, vel à Conſuetudine: & ſic notatur *in dicto. c. ſi ſacerdos. de offi. ordi. per Henricum de Boſoyco.*

g *Si neceſſe fuerit.* Sc. quia non obſtante Suſpenſione permanent Contumaces. Nam creſcente Contumacia creſcere debet & pœna. *ff. de pœnis l. relegati.*

h *Compellantur.* Ex hoc apparet, quòd Decima eſt in Præcepto, & illam non ſolvere eſt peccatum mortale; aliàs non Excommunicaretur non ſolventes, ſecundùm *Hoſtien. Extra. e. pervenit.*

i *Si autem.* Verſ.

k *Ad Ordinarium.* Scil. Epiſcopum, vel ejus Officialem. Et ſimile habes 26. *q.* 6. *in prin.* hic enim reſervatur Abſolutio ſuperiori, ut major rubor ſit delinquenti: ad quod faciunt notata per *Jo.* 18. *di. c. ſi quis autem.* Aliàs regulare eſſet, quòd ille qui poteſt Excommunicare, poteſt etiam abſolvere. *de pœ. di.* 1. *verbum.* & notatur 21. *diſt. inferior. per Johan. & de majo. & obe. c. cum inferior. glo.* 1. *per Bern.*

An Curatus poſſit excommunicare ſuos Parochianos.

Born. ſuck ad idem quòd legitur & *nota. 24. q. 1. ſi Patres.*

a *Puniendi.* Sc. arbitrarie. *Extra. de offi. deleg. c. de Cauſis.*

b *Rectores autem.* Quinta pars.

c *Prædicto modo.* Sc. per Suſpenſionem, & Excommunicationem.

d *Formidinem.* id eſt Timorem.

e *Favorem.* Quia ſcil. non cupiunt diſplicere.

f *Cum effectu.* Sic quòd negligentia non poſſit ſibi imputari.

g *Suſpenſionis.* Sc. ad arbitrium Superioris: vel intellige de miſſori. *ar. l. in pœnis. ff. de pœnit. & de Regul. Furis. c. in pœnis. li. 6.*

h *Innodentur.* Ferendæ Sententiæ, non autem latæ.

i *Inobedientia.* Sc. in non parendo huic Conſtitutioni.

k *Quoniam.* Hæc Conſtitutio ſecundùm aliquos Libros aſcribitur *Roberto Winchelſey* Archiepiſcopo *Cantuarienſi.* vidi tamen unum Librum manùs antiquæ, ubi intitulatur, & aſcribitur *Otthoboni* quondà in *Anglia* Apoſtolicæ Sedis Legato. Et habet ſeptem dicta. In quorum primo ponit motivum Conſtitutionis edendæ. In ſecundo ibi, *Nos viam*, Statuit circa Oves continuè paſcentes, & cubantes in una Parochia, vel paſcentes in una, & cubantes in alia, à tempore tonſionis uſque ad Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme, quomodo ſolvatur Decima. In tertio ibi, *Quod ſi poſt*, Ordinat quid ſit faciendum poſt Feſtum Sancti *Martini*. In quarto ibi, *Decima verò*, diſponit quoad Decimam vaccarum, & quorundam aliorum Animalium. In quinto ibi, *Agni*, diſponit de Decima Agnorum, & fœtuum aliorum Animalium. In ſexto ibi, *Præcipimus*, ordinat de Decima Ovium occiſarum poſt Feſtum *Sancti Martini*. In ſeptimo ibi, *Et ſi Oves*, Statuit de Decima Lanæ Ovium extranearum in Parochia alicujus tonſarum.

Diviſio.

l *Pecorum.* Horum appellatione continentur quadrupedes, quæ gregatim paſcuntur, & etiam *Sues. ff. de leg. 3. l. legatis. §. pecoribus.*

m *Nos viam.* Secundum dictum.

n *Tonſionis.* Quæ ſolet fieri ultra medium Menſis Maii, & ante medium Menſis Junii.

o *Uſque ad Feſtum.* Hæc Clauſula poteſt legi, ut hæc dictio (*uſque*) ſumatur inclusivè, vel ut ſumatur excluſive; de quibus habes multa Exempla *de reſcrip. c. ſi gratioſè. ver. uſque. per Arch. li. 6.* Poteſt etiam legi pro *citra*, ut ſcil. dicatur uſque ad talem diem, i. e. citra talem diem, ut etiam ibi notat *Arch.* Ut tamen ſcias quando hæc dictio ponitur inclusivè; quando excluſive, ſcias, quòd hæc dictio (*uſque*) quandoque ponitur non reſpectivè, & tunc includit de neceſſitate. Verbi gratia, Volo ut Tibi provideatur uſque ad ſummam viginti Solidorum. In hoc caſu, quia voluntas mea nihil aliud reſpicit niſi rem comprehenſam; ideo de neceſſitate includit viceſimum Solidum. Facit ad hoc. *l. nam ſecundùm. ff. de leg. Præſt.* Potes etiam ponere exemplum. *C. de adop. l. cum in adoptivis. §. ſed ne articulum.* ibi, *uſque ad modum uſusfructus &c.* Quandoque ponitur reſpectivè, viz. ab uno termino ad alium: & hoc contingit quatuor modis. Nam quandoque apponitur ſuper loco, quandoque ſuper tempore, quandoque ſuper numero, quandoque ſuper gradu: de quorum ſingulis *nota. ff. de leg. 3. l. Patronus. §. Sempronio. per Bart.* quando apponitur ſuper loco, ſuper numero, vel gradu, non eſt materia noſtra: ſed quando apponitur ſuper tempore. Et hic adverte, quia aut illud tempus, quod apponitur ut terminus, ut in caſu noſtro, poteſt contineri ſub tempore terminato; utputà, Promitto tibi dare centum uſque ad Feſtum *Sancti Martini* in Hyeme: tunc ponitur inclusivè, ut *l. eum qui. §. qui ita. ff. de verb. oblig. & l. qui ante Calend. c. ti.* Fallit tamen ſi reſultaret pravus intellectus: verbi gratiâ, Statuo tibi Terminum, ut compareas uſque ad Diem Dominicum. Jam illa dies ponitur excluſivè, quia illa Dies non eſt Juridica: ita debet intelligi *l. 2. C. de temp. ap. & Extra. de dila. c. ulti.* Idem eſt ex verſimilitudine, ut ſi Promittam Tibi quotidie unum caponem pro prandio tuo uſque ad Diem Veneris. Hoc enim caſu ponitur excluſivè; quia Die Veneris non comeduntur carnes. Facit ad hoc *l. ſemper. ff. de Regn. Furis.* Quandoque Terminus appoſitus per dictionem *uſque*, de neceſſitate ſeparatur à Terminato, Verbi gratia, Do Titium coadiutorem Tutori uſque ad puberratem Pupilli, & volo terminare pupillarem ætatem: In hoc caſu Pubertas non includitur, immò eſt de neceſſitate ſeparata à Terminato, ſc. pupillari ætate unde ponitur excluſivè, ut *l. quæſitum. ff. de tutor. lis.* Fallit tamen, ſi de mente Teſtatoris, vel contrahentium aliter appareat: quia tunc iſta verba aliter, & impropriè ſumerentur, ut *l. cum filio ff. de leg. 3. & l. Pater. §. conditionis. ff. de condi. & demon.* Et prædicta intelligas vera, quando hæc dictio (*uſque*) apponitur ad terminandum tempora continua; ſed ſi apponeretur ad determinationem pluriun temporum diſcontinuorum, utputà, à tempore tonſionis uſque ad Feſtum *Sancti Martini* in Hyeme quolibet anno, tunc indiſtinctè ponitur inclusivè, *ar. ff. de leg. 3. l. Patronus §. Sempronio.* Unde ei doctrina præcedente apparet, quòd hic ſumitur inclusivè, ut ſc. Feſtum *Sancti Martini* includatur.

Dictio uſque inclusivè & excluſivè ponitur.

p *Continuè.* Civili modo debet intelligi, non ſc. ut quolibet momento ibi ſint. *ar. ad hoc ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. uxori. ff. de an. leg. 1. Mavis. §. accon.* cum concordantiis poſitis *per Card. de verb. ſig. c. ſi. ver. continuè. li. 6.* Ad idem faciunt notata *per Arch. eo. c. & c. ver.* & etiam *per Fo. An. eo. c.*

q *Paſcuntur & cubant.* Sic ut utrumq; ſit verum Hæc enim eſt naturâ Copulativæ, ut ſeu utraq; pars ſit vera. *Inſti. de hæredi inſti. §. ſi plures. ff. de verb. oblig. l. ſi quis ita.* cum concordantiis.

r *Ejuſdem temporis.* Sc. à tempore tonſionis uſque ad Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme inclusivè, ut dixi *ſuprà. c. ver. uſq; ad Feſtum.* Et ſi benè advertas, invenies hoc tempus quaſi medietatem anni, viz. ſex menſes, connumerando dies ab 11. die Maii, quo menſe ſolent Oves tondi, uſque ad 11. diem Novembris, quo die contingit Feſtum Sancti *Martini*: & ſic integra Decima illius temporis, ſive in lana, ſive in lacte, ſive in caſeis, debetur Curato, infra cujus Parochiam toto illo tempore paſcebantur, & cubabant. Hic tamen videtur repugnantia quoad hoc quod dictum eſt *ſuprà. c. proxi.* de Decima dividenda, ſc. ubi per medietatem anni paſcuntur, & cubant in una Parochia, & per aliam paſcuntur & cubant in alia: pro quo vide quæ dicam *infrà. e. ver. integrè.*

s *Poſtea.* Sc. poſt feſtum Sancti *Martini.*

t *Integrè.* i. e. Abſque † diviſione quoad tempus illud. Sed hic adverte, quia quoad Decimam lactis, & caſei hujuſmodi Ovium ſatis poteſt conſtare de integra Decima proveniente ſub illo tempore: unde quoad hanc Decimam poteſt ſatis concedi quod hic dicitur: quia cum lac & caſeus proveniant occaſione nutrimenti recepti in illa Parochia, ubi à tempore tonſionis uſque ad dictum Feſtum paſcebantur, & cubabant, ſatis æquum eſt, quòd de illo tempore ſolvatur integra Decima lactis, & caſei illi Eccleſiæ, ubi pro tunc continuè nutriebantur & cubabant; debetur namque talis Decima ſtatim tanquàm prælialis. Et ad hoc facit. Textus *ſuprà. c. proxi. §. de lacte.* ubi vult, quòd lac Decimetur dum durat, caſeus verò Decimetur tempore ſuo. *Joh. quoq; An. in add. ad Specu.* concordans præmiſſis *in Titulo de Decimis ſuper. 2. libello. ver. ſed dubitatur, ad finem.* dicit, quòd de lana ſtatim exigi poteſt Decima, cum nulla ſit cauſa differendi, ſicut eſt in agnis, & aliis ſeribus qui decimari debent ablactati, prout notat idem *Joh. An.*

M.S. Æ-ven. † Diminutione.

Decimæ ovium pertinent ad eum in cujus territorio à tempore Tonſionis uſque ad 11. Novembris paſcuntur & cubant pro toto, ſi toto tempore: & pro rata, ſi pro parte temporis. Si verò alibi paſcantur & alibi cubent, contividantur. Caterorum quoque animalium aut eorum fructuum Decima, pro loco & tempore ubi nata atque nutrita ſunt, vendicentur. Occidentes

ſolvendi; & debito modo a puniendi. b Rectores autem Eccleſiarum, ſeu Vicarii, aut Capellani annui, qui prædictas Decimas prædicto modo propter d formidinem hominum ſeu e favorem, timore Dei poſtpoſito, ut prædictum eſt, cum f effectu non petierint, pœna g ſuſpenſionis h innodentur, donec dimidiam Marcam Argenti pro ſua i inobedientia Archidiacono loci perſolvant.

tem animalia poſt Feſtum Martini, aut ſi moriantur oves, Decimam tamen legitimam ſolvere non recuſent. De lana autem fiat Decima ubi tondentur, niſi alibi prohibetur facta.

Robertus Winchelſey.

k Quoniam, ut audivimus, ſuper Decimis & nutrimentis animalium inter Eccleſiarum Rectores propter amotiones l pecorum ad diverſarum Parochiarum paſturas diverſis anni temporibus contentiones multimodæ oriuntur. Nos m viam pacis præparare volentes ſtatuendo definimus; & definiendo Statuimus, quòd ad Eccleſias, in quarum Parochiis oves à tempore n tonſionis uſque ad o Feſtum Sancti *Martini* in Hyeme p continuè q paſcuntur & cubant, Decimia lanæ, lactis, & caſei ejuſdem r temporis, licet s poſteà amotæ fuerint ab illa Parochia & alibi t tondeantur, u integrè

An. Extra. co. c. cum homines. & idem intelligit de lacte & caseo, nisi Sacerdote consentiente, quòd talis Decimæ solutio differatur. Sed licet prædicta secundùm sententiam hujus Constitutionis vera sint quoad Decimam lactis & caseis; tamen quoad Decimam lanæ quæ non solet solvi, nec potest solvi antequàm iterum tondeantur oves; videtur, quòd Constitutio ista non potest protedere, ut sc. integra Decima illius temporis solvatur ipsi Ecclesiæ, ubi Oves continuè pascebantur & cubabant; maximè cum in Constitutione præcedenti ver. *sed si oves.* Statutum sit, ut in casu ibi posito Decimæ dividantur. Sed dic, quòd ista Constitutio declarat, sive supplet id quòd in Constitutione præcedenti fuit minus dictum: nam ibi exprimit tantùm casum illum quo in Æstate, sub qua comprehendit partem ultimam Veris; & primam partem Autumni, Oves pascuntur & cubant in una Parochia; & sic per medietatem anni. In Hyeme verò, sub qua comprehendit partem ultimam Autumni & partem primam Veris continuè pascuntur & cubant in alia Parochia, ut sc. tunc dividatur Decima lanæ. Hic verò à dicta Ordinatione non recedens, *Statuit* quid sit faciendum in casu quo non sit date æqualitatem moræ in diversis Parochiis: sc. ut tunc dividatur Decima non æqualiter, sed ut hic dicitur, ut sc. in casu hic posito Curatus infra cujus Parochiam Oves continue pascebantur & cubabant à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini* in Hyeme habeat integram Decimam lanæ illius temporis; non autem totius anni, sed secundùm numerum Mensium, ut viz. si sint sex Menses, habeat medietatem, si quinque, habeat pro rata illius temporis; & alii etiam pro rata alterius temporis, prout *infrà* statuitur, & ordinatur.

a *Et ne fraus.* Vers.

b *Casu præmisso.* Sc. quando usque ad Festum *Sancti Martini* steterunt continue in una Parochia.

c *Amoveantur.* Supple, ad aliam Parochiam, & remanent ejusdem cujus erant prius.

d *Distrahantur.* i. e. Vendantur; & supple, sive statim, sive alias quandocunque ante tempus futuræ tonsionis.

e *Rectoribus.* Idem intelligas de cæteris Curatis.

f *Sufficienter.* Sume quod est *infrà. cavetur.* & erit sufficiens cautio per pignora, vel fidejussores. *ff. manil. si mandato. §. ulti.*

g *Decima.* Sc. pro quantitate illius temporis.

h *Quod si.* Vers.

i *Prædictum tempus.* Sc. à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini.*

k *Ad diversarum.* Utpotà, illius Parochiæ ubi tonsæ sunt; & alterius, vel forsan plurium aliarum; quàm illius ubi tonsæ sunt.

l *Quælibet Ecclesiâ.* Sc. infra cujus Parochiâ pastæ sunt oves & cubant.

m *Pro rata.* i. e. Pro parte sibi contingente.

n *Decimam.* Sc. lanæ, quia Decimam lactis, & caseî ibi contingentis pro tempore illo integram accipiet.

o *Earundem.* Sc. Ovium.

p *Minori.* Sume quod est *infrà.*

q *Spatio triginta dierum.* Sc. continuorum non interpolatorum, & habet in se hoc tempus Mensem communem: licet Menses aliqui in uno die excedant. Habet namque Januarius, Martius, Maius, Julius, Augustus, October, & December, quilibet mensis 31. dies. Residui habent quivis solum 30. dies: excepto Februario qui habet solum 28. dies. Unde versus, *Junius, Aprilis, September, atque November, Plus uno reliqui: sed habet Februarius octo.* Sed nunquid in hoc casu requiritur 30. diem esse completum, vel sufficiat artigisse tricesimum diem? Hic namque videtur, quòd defectus dici faciat ut in hac rata nihil veniat. Solet dici, quòd ubi favor tantum vertitur in Causa, tunc sufficit diem incipere. Si vero vertatur odium tantùm, tunc oportet impleri. Si autem vertatur favor, & odium, debet fieri computatio de momento in momentum. Notatur *de elec. c. cum in cunctis. ver. exegerit. per Bern. & 77. dist. c. Subdiaconus. per Jo.* Cum ergo hic vertatur favor illius infra cujus Parochiam pascuntur, sufficiet diem tricesimum artigisse. Et quod hic dicitur de rata pro tempore 30. dierum, intellige solummodo quoad Decimâ lanæ quæ non subito, sed magno tem. oris processu, sive successu crescit & augmentatur. Decima autem lactis, statim postquàm recipitur hic, peti potest ratione nutrimenti, per eum infra cujus Parochiam oves pascuntur & cubant; unde in Decima lactis aut caseî nihil venier in rata: *ar.* eorum quæ dixi *suprà. c. ver. integrè. in prin.*

Versus. Quæstio.

perfolvatur. [a] Et ne fraus fiat in [b] casu Præmisso præcipimus, quòd antequàm oves [c] amoveatur à pasturis, vel etiam [d] distrahantur, Ecclesiarum [e] Rectoribus [f] sufficienter de solvenda [g] Decima caveatur. [h] Quod si infra [i] prædictum tempus ad [k] diversarum Parochiarum pasturam transferantur, [l] quælibet Ecclesia pro [m] rata temporis portione [n] decimam percipiet [o] earundem, [p] minori triginta dierum [q] spatio in [r] rata temporis minimè [s] computando. [t] Si vero per totum [u] tempus prædictum [x] cubant in una Parochia, & pascantur continuè in alia, inter ipsas Ecclesias [y] Decima [z] dividatur. Quod [a] si post Festum Sancti *Martini* ducantur ad pascua [b] aliena, & [c] usque ad tempus tonsionis in [d] una vel diversis parochiis sive in propriis pasturis Dominorum suorum, sive alterius cujuscunque [e] pascantur, habita ratione ad numerum ovium pascua [f] æstimentur, & secundùm æstimationem pascuorum ab [g] eorũ [h] Dõinis exigantur [i] Decimæ.

r *Rata temporis.* Sc. quoad Decimam lanæ. Verbi gratia, sunt in Grege 300. Oves: & sit integra Decima vellerum sunt triginta, quæ forsan ponderant quater viginti Libras, hanc Decimam habebit integraliter illa Ecclesia, infra cujus Parochiam continuè pascuntur & cubant per totum annum. Si sint ibi per medietatem anni habebit medietatem, scil. quadraginta libras lanæ. Si per tres Menses habebit quartam partem, viz. viginti Libras. Si per quatuor Menses habebit tertiam partem, sc. 26. Libras, & dimidiam & quartam. Si per duos Menses habebit medietatem quartæ partis, sc. decem Librarum, & sic octavam totius. Si per unum Mensem ibi fuerint, habebit duodecimam partem totius, sc. sex Libras & dimidiam. Si vero per quinque Menses ibi fuerint, habebit medietatem, minus duodecima parte totius, & sic habebit 34. Libras & dimidiam. Et eodem modo computare poteris de alia medietate anni

s *Computando.* Ratio potest esse: quia minori tempore lana modicum augmentatur. Unde Lator hujus Constitutionis arbitratus est esse rationabile, ut pro augmento tanti temporis solvatur Decima.

t *Si vero.* Vers.

u *Tempus.* Prædictum, sc. à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini* in Hyeme.

x *Cubant.* i. e. Jacent.

y *Decima.* Sc. lanæ, lactis, & caseî. Et sic concordant superioribus, sc. quæ habentur in §. *nos viam.*

z *Dividatur.* Huic textui concordat quod dixi *suprà. c. proxi. §. sed si Oves. ver. dividenda est decima. prope fi. glo.* Hic tamen aliqui Libri habent talem literam in Textu, viz. quod Rector in cujus Parochia cubant, licet ibi caseus fiat, Decimam Decimæ caseî vel lactis duntaxat percipiet: cum aliàs ex stercoratione non modicam meliorationem sentiat, & percipiat utilitatem. Sed hanc literam reprobo tanquàm minus Canonicam. Primò, quia præsupponit, quòd unus Clericus alteri Clerico sibi æquali, & sic par pari de Juribus pertinentibus ad Ecclesiam suam habeat solvere Decimam, quod expresse est contra ea quæ leguntur *& no. Extra. c. c. novum genus.* Secundò, quia sic contradiceret sententiæ quam ponunt Docto. *Extra. è. c. ad Apostolicæ*, de Decima in tali casu dividenda, prout dixi *suprà. c. proxi. glo. supe. alleg. ad fi.* Posset tamen justificari juxta opinionem illorum qui volunt, quòd potius considerandæ est Parochia ubi pascuntur quoad solutionem Decimæ quàm Parochia ubi cubant: de qua opinione dixi *suprà. c. proxi. ver. dividenda est. ad fi. glo.* Et hæc opinio in hoc casu est satis æqua, ut viz. plus accipiat is in cujus Parochia continuè pascuntur, quàm is in cujus Parochia continuè cubant: unde quòd hic dicit *dividatur* &c. intellige non æqualiter, sed proportionaliter. *ar. ad hoc Extra. de testa. c. relatum. 2. in fi.* ibi, *per æstimationem congruam.* & ibi *nota. in glo. & per Doct.* Et sic multo major pars assignabitur ei infra cujus Parochiam pascuntur, quàm ei infra cujus Parochiam solummodo cubant.

a *Quod si post.* Tertium dictum: & ex hoc quod dicit, *post Festum*, satis patet quòd Festum *Sancti Martini* hic includitur, & dictio (*usque*) *suprà* posita stat inclusivè.

b *Aliena.* i. e. Aliarum Parochiarum, vel alterius Parochiæ.

c *Usque.* Inclusivè ponitur ut *suprà.*

d *In una.* Sc. Parochia. Et sume quod est *infrà. pascantur.*

e *Pascantur.* De cubatione non repetit.

f *Æstimentur.* Sc. quantum valeat Pastura tot Ovium per unum Mensem: quia pro minori tempore non habet locum solutio pro rata, ut *suprà* patet.

g *Eorum.* Sc. Pascuorum.

h *Dominis.* Hoc verum si Pascua vendantur; secus si gratis ibi pascantur Oves: quod dic ut dixi *suprà. c. proxi. §. sed ut oves. ver. dividenda est. versus fi. glo.*

i *Decimæ.* Non intelligas lanæ, sed herbæ in hujusmodi Pascuis avulsæ. Ratio hujus est; quia post Festum *Sancti Martini* non solet colligi lac de ovibus, nec de eis fieri caseus. Et ideò vult, quòd Decima solvatur secundùm æstimationē valoris Pasturæ pro tot ovibus ibi depastis.

depastis. Alioquin si ibi cubarent, & interim darent lac, & fieret caseus, tunc solverentur Decima lactis & casei, sicut contingeret, ut dixi *supra. ea. ver. integrè. in prin. & infrà* patebit in §. *Lecimus* vers. Decima autem lanæ in hoc casu solvenda est secundùm ratam temporis quo manent in una Parochia, vel alia: nam si continuè in una Parochia pascantur & cubant, etiam à Festo Sancti *Martini* usque ad tempus tonsionis, tunc illa Ecclesia habebit medietatem Decimæ lanæ, & quicquid etiam commodi interim de lacte, & caseo ibidem evenerit, ut dixi *supra. e. ver. ejusdem temporis. & ver. integre.* Si verò per totum illud tempus continuè pascantur in una Parochia, & cubant continuè in alia, servabitur quòd *supra* dictum est in *ver. si verò.* per totum. Si verò pascantur in diversis Parochiis, dividetur Decima lanæ secundùm ratã temporis quo in una Parochia, vel alia permanserint: dum tamen in rata unius minus tempus non computetur quàm 30. dierum, ut *supra* dictum est. Et circa hanc divisionem pone Exemplum ut dixi *supra. e. ver. rata temporis.*

a *Decima verò.* Quartam dictum.

b *Capris.* Idem est intelligendum de aliis Animalibus, de quibus sumitur hic.

c *Et pascuntur.* Sicque utrumque concurrit.

d *Solvatur.* Sc. integraliter pro illo tempore.

e *Decima.* Sc. lactis & casei.

f *Agni verò.* Quintum dictum.

g *Pulli Equini.* Hoc additur ob differentiam Pullorum Gallinarum, de quibus in Villa, qua natus sum, solent Decimæ solvi.

h *Gignuntur.* Id est concipiuntur.

i *Oriuntur.* Id est nascuntur.

k *In eisdem.* Sc. Parochiis diversis.

l *Particulariter.* i. e. Proportionaliter, sic viz. quòd unus non habeat totum, sed unusquisque, pro tempore quo fuerint in sua Parochia, habeat partem.

m *Quid verò.* Vers.

n *Non sufficit.* Utputà, quia non est nisi una vacca, quæ forsan non nisi alternis diebus mulgetur.

o *Pro Agnis.* De his, & de lana habes Ordinationem expressam *supra. c. provi. §. de nutrimentis.*

p *Aliis hujusmodi.* Utputà Porcellis.

q *Modicitatem.* Ut quia non haberur nisi unum tale, vel duo, vel tria.

r *Consuetudini Locorum.* Quæ alicubi est, ut pro qualibet vacca certum quid solvatur, & consimiliter pro vitulo, & aliis hujusmodi: & quòd Consuetudo in Decimis considerari debet, legitur & notatur *Extra. eo. c. in aliquibus.* Sed in contrarium facit, quia Decimæ debentur Jure Divino, *Extra. eo. c. tua nobis.* ergo Consuetudo non potest supra, vel infra aliquid Statuere. 21. *dist. Inferior.* Solutio. Consuetudo locum habet in Decimis multipliciter. Uno modo, ut viz. uni Ecclesiæ & non alteri debeantur. *Extra. eo. c. cum sint homines. & c. ad Apostolica.* Sed quòd laici minus solvant quàm Decimam non potest Consuetudine introduci, quia esset contra Jus Divinum: plus tamen posset deberi ex Consuetudine, putà 6. 7. 8. vel 9. Et de tali Consuetudine, sc. quando plus solvitur, potest intelligi *c. præditum. in aliquibus. secundùm Petrum de Ancharano. ea. c. ver. opponitur. ad fi.* Pluribus etiam modis aliis habet locum Consuetudo in Decimis, prout ibi ponuntur exemplificata per *Jo. An. in Novella* quæ ibi videre poteris. Quod autem hic loquitur de Consuetudine Locorum, intelligas de tali Consuetudine quæ non excludit Solutionem Decimæ; sed de tali quæ limitat ipsius Decimæ Solutionem ad commodum Ecclesiæ, scilicet ad verum valorem, vel amplius: prout legitur *supra. e. provi. ver. de lacte.*

s *Item præcipimus.* Secundum dictum.

t *Occiderit.* Prout in quibusdam Partibus Angliæ solet fieri, quandoque ad Staurum proprium, quandoque ut venundetur in Mercato.

u *Fortuitò.* Sc. de morina.

x *Decimam legitimam.* Sc. secundùm quantitatem temporis, ut prædictum est, habito scil. respectu ad tempus, quo in una Parochia, vel alia manserint.

y *Parochiali Ecclesiæ.* illi scilicet infra cujus Parochiam pascebantur, & cubabant pro tempore in rata computando.

z *Et si oves.* Septimum dictum.

a *Extraneæ.* Sc. alterius Parochiæ, vel tales quæ non sunt Oves alicujus ipsius Parochiæ, tales enim dicuntur ignotæ. *C. de hæred. instit. l. extraneum.*

b *Ibidem.* Sc. ubi tondentur.

c *Sufficienter.* Scil. per Testes fideles & idoneos, vel per Scripturam inde confectam.

d *Posset.* Sc. per illum, cujus sunt Oves, vel illum cui debetur Decima.

e *Alibi.* Sc. ubi pascebatur in Æstate, ut dictum est *supra. §. 1.*

f *Ibidem.* Sc. ubi tondentur.

g *Modo legitimo.* Scil. per Probationem legitimam, ut *supra* dictum est.

Admonendi sunt Parochiani fideliter persolvere Decimas lactis à tempore innovationis: item cæterarum rerum hic annotatarum sub Excommunicationis pœna.

Idem.

h *Sancta Ecclesia, & infrà.* Cum i sacro eloquio jubente de omnibus quæ k novàtur per annum m nullo tempore excluso, Decimæ sint cum omni integritate, & absq; n diminutione solvendæ: Liceatq; unicuique Capellano Parochiali, Rectori, sive Vicario o Parochianos suos per p Censuram Ecclesiasticã ad solutionẽ Decimarũ compellere: q õnibus Decimæ sunt petendæ. Et habet tres Jura Antiqua, & Constitutiones prius editas. In secunda ibi, *Omnibus*, mandat Monitiones fieri declarat specificè de quibus. In tertia ibi, *Quod si*, Præcipit nolentes solvere compelli per Censuras Ecclesiasticas. *Divisio.*

i *Et infrà.* Hic decidirur multiplex malitia Laicorum contra Jura Ecclesiastica, & præsertim circa non Solutionem Decimarum.

k *Sacro Eloquio. Levitici 27. 2. Paralip. c. 31.*

l *Novantur.* Immò & de omnibus quæ producit humus. 2. *Paralip. 31.*

m *Nullo tempore.* Facit ad hoc *ff. Sol. Ma. l.* Divortio §. *quod in anno. & Extra. e. c. ex parte Canonicorum. & c. cum in tua.*

n *Diminutione.* Si ergo non valet Consuetudo, ut minus quàm Decima solvatur: ut dixi *supra. ea. c. provi. ver. Consuetudini locorum.* Dicit etiam *Aug.* qui vult indulgentiam peccatorum promereri, reddat Decimam, & de 9. partibus faciat Eleemosynam. 16. *q. 1. Decimæ. in fine.*

o *Parochianos suos.* Hoc loco, intelligere debes Parochianos etiam illos, qui non habent ibi Domicilium, sed habent ibi Terras, Possessiones, vel alias res, ex quibus tenentur solvere Decimas; cui sententiæ concordant notata per *Johan. de Anbona* in Constitutione *Othoboni, Improbum, ver. tenentur.* Et hoc verum puto, ut scilicet tales possent moneri tanquàm Parochiani in genere, non tamen Excommunicari, si non solvant: quia licet Terræ sint infra Parochiam, Personæ tamen non sunt de Jurisdictione ejus, infra cujus Parochiam sunt Terræ. Ad cujus majorem declarationem vide notata *supra. de judi. c. quidam rusticus. ver. ante citationem factam. ver. tertio casu.*

p *Censuram Ecclesiasticam.* Cujus nomine continentur Suspensio, Excommunicatio, & Interdictum. *de verbo. sig. quæreni.* Et vide quæ ibi *supra. ea. c. quoniam propter. vers. sed quoniam. ver. Censuram.*

q *Omnibus.* Secunda pars.

a *Moneant*

a *Moneant.* Sc. trina vice, vel una pro omnibus, secundùm ea quæ leguntur *de sen. Excõmuni. c. Cõstitutionem in fi. li. 6.* Aliàs enim Excommunicans, vel aliam Censuram Ecclesiasticam exercens puniendus est, prout *no. de sen. excommuni. c. sacros* ubi de hoc plenius. Scias tamen, quòd quandoque ad effectum incurrendi pœnam latæ à Canone, vel à Jure, sufficit una requisitio partis, dũ tamen probari possit ad effectum, ut constituat eum qui requiritur contumacem: *de Decimis. c. 1. ver. factum. per Jo. An. in Clem.*

b *Ecclesiis suis.* Scil. de prædialibus, ubi sita sunt prædia de personalibus, ubi audiunt Divina, & recipiunt Ecclesiastica Sacramenta: *Extra. e. c. ad Apostolicæ.*

c *Lactis.* Sive vaccarum, sive ovium, vel caprarum, aliorumve animaliũ, de quibus colligitur lac.

d *Aliis Mensibus. Concor. supra. e. c. quoniã propter diversas. ver. de lacte.*

e *Bestiarum.* i. e. Sylvarũ, de quibus dictum est *supra. e. c. quamquam.*

f *Pannagiis.* i. e Pastu porcorum in nemoribus, & in Sylvis; utputà, de glandibus, & aliis fructibus arborum Sylvestrium, quarum fructus aliter non solent colligi.

g *Cæterarum.* Scil. arborum Sylvestrium.

h *Si vendantur.* Videlicet decimum denarium. Si autem non vendantur, sed porci gratis de hujusmodi fructibus pascantur: tunc quia tales fructus transeunt cum suo onere, *Extra. e. c. pastoralis.* Dominus porcorum solvet Decimam secundùm æstimationem fructuum hujusmodi, prout clarè notatur *Extra. eo. ti. c. commissum. per Innocen.*

i *Vivariorum.* i. e. Locorum; in quibus pisces pascuntur, & impinguantur, secundùm *Joannem. & no. de stá. mona. c. 1. ver. saltus. in Clem. per Johan. An.* Et de hujusmodi Vivariis habetur mentio *ff. de usufruct. l. usufructuariorum venari.* ubi Vivarium ponitur pro loco ubi feræ includuntur.

k *Piscariorum.* Id est vendentium pisces: & sic intelligas de lucro quod quærunt de piscibus quos capiunt: vel aliàs est in littera Piscariarum, & sic sumitur pro loco præparato artificiosè, ut ibi capiantur pisces. *Extra. eo. pervenit.*

Flumen & Fluvius *differunt.* *Stagnum.*

l *Fluminum.* Id est aquarum quæ sunt in fluvio. Est enim Fluvius perennis aquarum decursus; Flumen verò propriè est ipsa aqua, secundùm *Isidorum.*

m *Stagnorum.* Stagnum est aqua artificialiter collecta, non discurrens, sed stans; & est idem quòd lacus secundùm *Isid.* quomodo autem de locis prædictis, & aliis piscationibus solvenda est Decima, dixi *supra. eo. c. quoniam propter. §. de piscationibus. ver. debito modo.*

n *Arborum.* Etiam Grossarum, ut dixi *supra. eo. c. quamquam. ver. renascitur.* nec obstat quòd tales arbores non sunt in fructu. *ff. sol. matri. l. divortio. §. si fundum. ff. de usufruct. l. sed si grandes.* nam Lapicidinæ, quæ non renascuntur, non sunt in fructu. Ut dicta *l. divortio. §. si vir in fundo* & ramen de Lapicidinis debetur Decima, ut notat *Hostiensis Extra. c. c. pervenit.* Hoc etiam sic probatur, nam de lignis debetur Decima, ut notat ibi *Hostien.* & dixi *supra. eo. c. quamquam. ver. lignis.* ubi patet, quòd lignum propriè sumptum dicitur quod ad comburendum, non ad ædificandum, disponi ut: sed satis constat multas grossas arbores non valere ad ædificandum, sed potius ad comburendum: ergo si tales arbores prosternantur, debet de eis solvi Decima: Probatur etiam hoc per illud generale dictum, quod vult, ut de omni eo quod producit humus solvatur Decima. 2. *Paral.* 31. nec obstat si dicatur, quòd de istis arboribus non consuevit solvi Decima, nec ulla Decima soluta est à tempore cujus contrarii non est memoria: & sic in hoc videtur esse præscriptum, *Extra. de præscript. c. 1. li. 6.* quia verum est, quòd præscriptio locum habere non potest, ubi ille cui Jus competit, agere non potest, cum cesset materia super qua experiatur, ut hic in casu nostro; ubi videlicet per centum annos, vel ducentos forsan arbores in aliqua sylva non fuerunt prostratæ, & sic non potuit peti Decima: & pro tanto dicit *Innocen.* quòd contra habentem merum Imperium non præscribitur, si centum annis non occurrat casus quo posset dictum Imperium exercere. *Extra. de capel. mo. dilectus.* Patet etiam hoc per ea quæ *no. Jo. An. de cleri. conjug. c. Johannes.* ubi dicit, quòd contra Leges multas, quæ in Practica non occurrunt, non præscribitur; sed hodie eis uteremur, si casus contingeret. Idem notat *Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consuet.* Optime facit ad hoc *l. arboribus. ver. nam & fructum. ff. de usufruct.* & sic notatur *Extra. eo. ti. c. quoniam in prin. per Petrum de Ancho.* Præterea Thesaurus inventus non est in fructu, sicut patet *d. l. divortio. §. si fundum.* & tamen de Thesauro invento solvenda est Decima tanquàm de lucro, ut clarè notat *Petrus de Ancho. Extra. eo. c. pastoralis. ver. venio ad quæstiones.* Est enim lucrum quod provenit ex negotiatione. Item ex quasi negotiatione, ut in Salario Advocationis, vel Doctrinæ. Item extra omnem negotiationem, ut cum mihi donas centum, vel invenio thesaurũ, quę quàdoq; totũ consequor, quandoq; partem, *Instit. de re. divi. §. Thesauros.* & §. *sequen.* unde de omni lucro solvenda est Decima.

Lucrum quid sit

o *Pecorum.* De his dixi *supra. eo. c. prœsi. ver. pecorum.*

p *Columbarum.* Aliàs *Columbariorum.* Sc. domuũ, vel locorum ubi nutriuntur, & producuntur Columbæ.

q *Seminum.* De his dixi *supra. e. c. quoniam. ver. seminibus.*

r *Fructuum.* Hi sunt proprie agrorum, & arborum: impropriè verò dicitur fructus de animalibus, secundùm *Isidorum.*

s *Bestiarum Guarenarum.* Sc. Ferarum Bestiarum, quæ sunt sub Custodia certorum Custodum positæ, ut patet in Saltibus, Foresti, Partis, & aliis locis ad nutriendas feras bestias deputatis, *de stá. mo. c. 1. §. porro. in Clem.* & ibi per *Jo. An. ver. Guarenas.* & *eo. ver. per Paulum.* & ibi etiam *eo. ver. per Will.* qui in specie concordat expositioni prædictæ. sc. ut *Guarena* dicatur locus quoad Custodiam hujusmodi Bestiarũ: & idem notat ibi *Gesselinus.* & dicitur *Guarena à Guardia* quæ idem est quod Custodia: facit ad hoc natura Tituli *in li. Feudorum, de Etudo Guardiæ & Castaldiæ. Lib. 1. Tit. 21.*

t *Aucupitii.* Aliàs *Aucupii.* Simile habes *ff. de usufruc. l. Item si fundum. §. aucupiorũ.* & dicitur *Aucupiũ* id est *captio avium.* & talis Decima censebitur prædialis, vel personalis; sicut dictũ est de piscibus *supra. eo. c. quoniam. §. de piscationibus. vers. debito modo.* viz. de avibus, ubi includuntur in aliquo certo loco, ut Columbæ in Columbario, vel si capiantur in Nidis existentibus infra Parochiam alicujus, tunc Decima est prædialis. Alioquin si non includantur, erit personalis, ut notant *Doctr. Extra. eo. c. non est.*

Curtis. Curtilagium.

u *Curtilagium.* Vulgare est non omnium Patriarũ, sed certarũ. Est enim *Curtis* Manſio, vel Maneriũ ad habitandũ cum terris, possessionibus, & aliis emolumentis ad tale Manerium pertinentibus; prout satis colligitur in *li. 1. Feudorum. ti. de controversiis investituræ. §. si quis de manso.* unde *Curtilagium* dicitur locus adjunctus tali *Curti*, ubi leguntur herbæ, vel olera; sic dictus à *Curtis*, & *lego legis* pro colligere.

x *Vini.* i. e. Uvarum ad faciendum vinum: vel dic, quòd Decima ipsius vini noviter facti debet solvi, quando ex Consuetudine sic fieri solet. Sicut in quibusdam partibus solet Decimari Cervisia: & talis Decimatio est justior; quia si Curatus reciperet Decimas uvarum maturarum in domum possessoris collectarum, forsan modicum reciperet, propter defluentiam liquoris ex ipsis uvis in ipsarum Caviatione confractis.

y *Grani.* Generale est cujuslibet Seminis; per excellentiam tamen intelligitur specialiter de Frumento, secundùm *Joannem.*

z *Turvarum.* Vulgare Anglicorum est, & fiunt de terra dispositа, & præparata ad comburendum, sicut patet in Insula *Eliensi*, & aliis locis paludosis; & ligni appellatione continentur. *ff. de leg 3. l. ligni. §. lignorum. ver. quid mirum;* ubi etiam patet, quòd focalia, quæ colligunrur de stercoribus animalium, continentur appellatione lignorum, & sic Decimari debent.

a *Fabricantur.* Scil. per artem aliquam, sicut patet extra in Turvis quas componunt Tannatores pellium.

b *Fodiuntur.* Scil. absque tali arte, sed solùm fiunt mediante aliquo instrumento ad hoc præparato, per quod aptantur, & auferuntur.

c *Cygnorum.* Cygnus genus avis est habentis plumas albas, & est dictio *Græca, Latinè* verò dicitur *Olor.* & quoad pullos Cygnorum capiendorum à nido æstimo, quòd Decima erit prædialis, quia nascuntur in loco certo, & suscipiuntur à loco certo. Secus tamen dicerẽ, si caperentur Cygni volantes à loco incerto, sicut dictum est de piscibus *supra. e. c. quoniam. §. de piscationibus. ver. debito modo.*

d *Anatum.* Horum aliqui nõ solvunt Decimas, sicut nec de pullis Gallinarũ, eò quòd de ovis solvunt Decimã. Cõsuetudo tamẽ in partibus meis habet cõtrariũ, ut scilicet de ovis, quàm de pullis solvãt Decimam.

cimam. Et hæc Conſuetudo eſt valdè rationabilis propter incrementum indè proveniens; vel iſtud intelligi poteſt de Anatibus feris.

a *Thencii agrorum.* Id eſt Arborum creſcentium circa agros pro clauſura eorum.

b *Apum.* Ut dixi *ſuprà. e.c. quoniam. §. de proventibus. ver. Molendinorum.*

c *Venationum.* Quæ ſc. fiunt de feris Animalibus, circa quæ tenè Regulam quam poſui *ſuprà. e. c. quoniam. §. de piſcationibus. ver. debito modo.* Doctores namque circa Decimas ferarum Avium & Piſcium idem ſapiunt. *Extra, e. c. non eſt.*

d *Negotiationum.* De his, & pluribus aliis hic ſpecificatis, quæ numerantur inter Decimas Perſonales, ſolvenda eſt Decima, deductis expenſis tam neceſſariis, quàm utilibus & voluntariis niſi fiant in fraudem Eccleſiæ, ut notant *Doct. Extra. eo. ti. c. paſtoralis.* Et ſic de ſolo lucro ſolvenda eſt Decima in talibus, ut ibi patet.

ovorum, [a] thencii agrorum, [b] apum, mellis, & ceræ; molendinorum, [c] venationum, artificiorum, & [d] negotiationum, necnon agnorum, vitulorum, pullorum equorum, ſecundum [e] eorum valorem, & omnium proventuum [f] rerum aliarum [g] de cætero ſatisfaciant [h] competenter [i] Eccleſiis, quibus [k] de Jure tenentur, nullis expenſis ratione præſtationis [l] Decimarum deductis, ſeu retentis, [m] niſi tantum de præſtatione Decimarum artificiorum, & [n] negotiationum. [o] Quod ſi Monitionibus ſuis parere contempſerint, per Suſpenſionis, Excommunicationis, & Interdicti Sententias eos ad præſtationem [p] Decimarum hujuſmodi [q] compellant.

De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.

Nemo ante 18. *annum* Monachatum *ſine neceſſitate, aut evidenti utilitate profiteatur.*

Stephanus.

Quæſtio. Quæro ergo, quid Dicemus de Artificibus & Negotiatoribus Civitatis *London.* qui ex Ordinatione Antiqua in dicta Civitate obſervata tenentur ſingulis Dominicis diebus, & in principalibus Feſtis, & Sanctorum Apoſtolorum, & aliorum quorum Vigiliæ jejunantur, offerre pro ſingulis decem Solidis reditûs domûs quam inhabitant unum quadrantem: Nunquid excuſetur per hujuſmodi Oblationem à perſonalibus Decimis, quæ ſolvi debent ex lucro ſui Artificii vel Negotiationis? quòd non arguitur. Nam Decima prædialis & perſonalis ſunt Decimæ omninò diſtinctæ & ſeparatæ, ſic quòd in eis non habet locum confuſio. Et hoc ſatis patet, quia diverſis reſpectibus debentur, una viz. prædialis reſpectu † rei, alia reſpectu induſtriæ Perſonæ. *Extra. eo.c. paſtoralis. & c.ad Apoſtolicæ.* Patet etiam alia ratione, quia Decima prædialis debetur Eccleſiæ infra cujus Parochiã Prædium ſitum eſt; perſonalis verò debetur Eccleſiæ, ubi Perſona quæ debet eas ſolvere, audit Divina, & recipit Eccleſiæ Sacramenta. *16.q.1. quæſtis.13.q.1 §.1.* Cum ergo verum ſit, quòd Penſio, quæ provenit ex domo vel habitatione, eſt reditus prædialis, *ff.ſo.ma.l.divortio. §. in penſionibus 2* & de tali reditu debetur Decima ut notat *Hoſtien. Extra. eo. percenſi.* ſatis conſtat quòd ſolutio unius non liberat ab † obligatione alterius. Præterea Jus Parochiale conſiſtit non ſolum in Decimis, ſed etiam in Oblationibus: ſicut patet *Extra eo.ſup. Rubrica.* ubi Decimæ & Oblationes ponuntur ut diverſa: unde & quilibet fidelis tenetur in Dominicis Diebus, & aliis Feſtivis Diebus offerre. Et ad hoc cogi poteſt ſecundùm conſuetudinem Regionis, ut plenè notat *Hoſtien. ti. in ſumma. §. in quibus. ver. ſed nunquid*, allegat ad hoc *de conſe. diſt. 1. Omnis Chriſtianus. & c. Si quis.* Et illud intelligi debet de Oblatione corporali, nõ autè ſolum mentali. Cum ergo Ordinatio ipſa talè reditum aſſignet Eccleſiæ ſub nomine Oblationum, videtur quòd non ſit habenda talis Oblatio loco Decimæ, maximè perſonalis. Præterea ubi alicui poſſeſſioni adhæret aliquid onus certum, ut ſc. aliquid ſecundùm reditũ illius poſſeſſionis offerat eam inhabitans, ſicut præſupponitur in caſu iſto, ſi poſſeſſio ipſa ad manus alterius venerit, etiamſi *Judæus* ſit, tenebitur ad ſolutionem oneris antedicti: *Extra. de uſuris. c. quanto. ad finem.* Facit ad idem *Extra. e.c. de terris.* Talis namq; reditus eſt prædialis. Unde & *Judæi* Decimas prædiales ſolvere tenentur, & etiam Oblationes quæ de domibus, ſive Poſſeſſionibus, & à Perſonis inhabitantibus eas ſolvi conſueverunt, ut patet in Juribus prælegatis; non tamè ex Obligatione Perſonæ, ſed rei. Nam ad Perſonales Decimas non tenentur *Judæi*, ut notant *Doct. dicto. c. de terris.* Et hoc verum per modum Decimarum; ſecus tamen per modum intereſſe. Et ſic poſſunt intelligi *nota. 16. q. 1. Decimæ. per Joh. & Arch.* Et quod notatur per *Ber. Extra e.ſua nobis. ver. nequitiæ.* Cum ergo *Judæus* inhabitans talem domum tenetur ad Oblationes per alios ibi inhabitantes fieri conſuetas; non tamen tenetur ad ſolutionem Decimarum perſonalium ſequitur, quòd talis Oblatio non poteſt, nec deber computari in ſolutionem Decimarum perſonalium. Præterea Ordinatio prædicta indifferenter arctat quoſcunq; inhabitantes, ſive ſint Artifices vel Mercatores, vel quivis alii: unde poſito, quòd domus aliqua inhabiteturper talem qui non ſit Artifex, nec Negotiator, nec illum lucrum acquirat, ſi talis teneatur ad hujuſmodi Oblationes integrè ſolvendas, ut patet ex ſuperioribus; ſatis apparet quòd talis Oblatio non participat de Decimis Perſonalibus. Præterea præſuppoſito quòd talis Oblatio ſuccederet loco Decimarum perſonalium in parte, vel in toto, ſequerẽtur quædam abſurditates, & inconvenientiæ. Primò ſequeretur quòd ille qui non teneretur ſolvere Decimas Perſonales, eo quòd nihil lucratur, per talem Oblationem ſolveret illud quod non debetur, & ſic Eccleſia reciperet commodum de damno alieno, contra *l. nam natura. ff. de condi. indeb.* Secundò ſequeretur, quòd Mercator forſan in anno lucrans mille, eo quòd moraretur in domo, cujus Penſio non eſt forſan 20. ſolid. nihil aut modicum ſolveret de ſuo lucro. Ille verò qui inhabitaret domum cujus penſio eſſet 10. libr, dum nihil lucraretur in anno, ſolveret quod non eſſet ſolvendum, ut prædixi. Nec obſtat ſi dicas quòd Oblatio quæ fit Diebus Dominicis ſit decima pars reditus, quã Decimã deberet Curatus contentari, tanquàm pro Decima prædiali, ſicut patet per naturam totius Tituli *de Decimis*, unde quicquid ultra hoc offertur in aliis ſolennitatibus, debet computari pro ſolutione Decimarum perſonalium, quia, ut prædixi, ſic ſequeretur, quòd non aſtrictus ad Decimas perſonales eas nihilominus ſolveret, quòd eſſet inconveniens. Eſt & alia Ratio quæ ſequitur: quia quælibet Eccleſia Parochialis habebit dotem unde ipſius *Curatus* congruè poſſet ſuſtentari. *Extra. de cenſ. c. 1. de conſe. diſ. 1 nemo. 16. q. 7 pia mentis.* & non ſolum pro ſe, ſed etiam aliis miniſtris ut patet in locis prælictis. Patet exemplum in locis ruralibus ubi Curati habent manſum cum certa gleba eis aſſignata & nihilominus ultra hoc habent Decimas & Oblationes ſicut patet dicto *c. 1. de cenſibus.* Propterea ergo ordinatum eſt quòd Eccleſiæ dictæ civitatis eo quòd non ſunt dotatæ ultra Decimas reditus prædiorum quæ ſumuntur per vjam Oblationis in diebus Dominicis habeant conſimiles oblationes in aliis *Sanctorum* feſtivitatibus in recompenſam dotis ipſarum Eccleſiarum, prout ſatis colligi poteſt ex inſpectione ordinationis prædictæ. Unde per ordinationẽ hujuſmodi non poſſunt Curati excludi à Decimis perſonalibus ſicut patet ex præmiſſis. Quòd autem conſuetudo non poteſt excuſare non ſolventes hujuſmodi Decimas perſonales patet: quia cadunt ſub præcepto Divino contra quod non operatur conſuetudo. Et circa hoc vide quæ ſcripſi *ſuprà. eo. c. 1. ver. præcepit.*

M. S. Æm. add. † prædii ſive.

M. S. Æm. Solutiõe.

a *Rerum aliarum.* Quarumcunque, ſc. quas producit humus.

g *De cætero.* Etiã pro præteritis, facit ad hoc *16. q. 7. quicunque.*

h *Competenter. Sc.* congrue ſecundùm Conſuetudinem Patriæ ſic quòd non ſolvatur minus quàm Decima, quia debet ſolvi ſine diminutione. *Extra eo. c. non eſt.*

i *Eccleſiis. Sc.* infrà quarum Parochias Prædia Conſtituta ſunt de prædialibus. *Extra. eo. c. ad Apoſtolicæ.* de Perſonalibus verò illis Eccleſiis ubi ſolventes audiunt Divina, & percipiunt Sacramenta Eccleſiaſtica, ſicut patet *eo.c.* poteſt tamẽ eſſe de conſuetudine præſcripta cujus contrarii non eſt memoria, quòd Decimæ prædiales ſolvantur alteri Eccleſiæ quàm illi infrà cujus Parochiam Prædia ſita ſunt: *de reſt. ſpol. c. ad Decimas. li. 6. cum ibi notatis per Doct.*

k *De Jure.* Idem ſi de Conſuetudine, ut dixi in Gloſſa præcedẽti.

l *Decimarum. Sc.* prædialium.

m *Niſi tantum.* Incipit ab eo quod prædixit, & quod dicit, *tantum*, intellige quoad Decimas in hoc Capitulo ſuperius expreſſatas; ſic ut intelligantur Decimæ prædiales, nam Decimæ Piſcatiarum, Beſtiarum ferarum, Aucupitii & Venationum poſſunt in ſuis caſibus eſſe perſonales, ut notant *Doct. Extra. eo. c. non eſt. & dixi ſuprà. eo. c. quoniam. §. de piſcationibus. ver. debito modo.*

n *Negotiationum. Supple*, vel quaſi negotiationum, ut de Salario Advocati vel Doctoris: item de Militia, & omni Lucro. *16. q. 1. Decima. & q. 7. quicunque. Extra. eo. c. non eſt. & c. paſtoralis.*

o *Quod ſi.* Tertia pars.

p *Decimarum hujuſmodi.* Et ſic tam Prædialium quàm Perſonalium.

q *Compellant.* Quomodo autem hoc fiet dixi *ſuprà. eo. c. quoniam. §. ſed quoniã. ver. cenſurâ Eccleſiaſticam.* & ex hoc loco potes notare, quòd etiam Decima perſonalis cadit ſub præcepto, & illam non ſolvens peccat mortaliter: aliàs enim non excõmunicarentur nolentes ſolvere, ut hic præcipitur. Dicit enim *Antonius de Butrio, Extra. eo Capitu. tua nuper.* "Nota, *inquit*, per Eccleſiam declaratum, videlicet hanc Conſtitutionẽ, & per Canones, quòd Decimæ debentur ex præcepto Divino. Sileant propterea Theologi, quia ad eos nõ ſpectat declararé

M.S. Æton. †declarare, immò & dicta Sanctorum succúbunt declarationi Ecclesiæ. 20. *dist. per totum.* & maximè *c. de libellis.* hæc ibi per *Anto. in* 3. *notula.* & de hac Declaratione facta per Ecclesiam, habes optimè *eo. ti. c. tuis nobis. ad fi.* ubi loquitur, tam de Decimis Personalibus quam Prædialibus, ut ibi patet.

† determinare.

a QVia verò. Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi *Cantuariensis* edita in Concilio *Oxon.* primo.

b *Monachi.* Unde sic dicantur, habes 16. *q.* 1. *placuit Communi Concilio.*

c *XVIII. annum.* Fundatur hæc litera super his, quæ leguntur, & notantur *Extra. eo. c. quia in Insulis.* ubi dicunt *Doctores* quòd in Insulis istud speciale est propter asperitatem Loci & Religionis, quæ ibi asperior solet esse. Et non solum habet locum hoc quod hic statuitur in Monachis, sed etiam in Fratribus, & aliis

M.S. Æton. †Religionibus, quarum observantiæ sunt duræ & asperæ. Nec obstat, licèt Insula sit delicata, qualis est *Anglia* secundùm quosdam, quia sufficit, quòd Monasterium sit situm in Insula. Et sic sentire videtur ibi *Antonius de Butrio*, adhærens literæ, licet alii aliter dicant; argumento súpto à contrario sensu. Fatentur tamen ibi Doctores

† Religiosis.

se non vidisse hoc servari etiam in Monasteriis Insularibus. Et super hoc habes Decretum 20. *q.* 1. *quia in insulis.* & est *Polza.*

d *Non recipiantur. Sc.* ad Professionem, & oportet quòd intelligas de 18. anno completo, sicut aliàs solet dici de 14. anno. *Extra. eo. c. ad nostram.*

e *Necessitas.* Quia scilicet Monasterium caret Ministris inibi Deo servituris.

f *Utilitas. Concor. ad hoc Extra. de æta. & quali. c. quæris,* ubi, ut notat *Hostien.* ponderatur utilitas ratione Potentiæ, Scientiæ, vel Artificii, vel quia sunt in Temporalibus providi.

Divisio. g SAnctimoniales. Hæc Constitutio fuit edita per *Johannem Peccham Cantuariensem* Archiepiscopum, Et habet tria dicta. In primo ponit unum errorem quoad ingredientes Religionem, maximè quoad Moniales. In secundo ibi, *Nos errorem*, super hoc ponit præsens Statutum. In tertio ibi, *Idem etiam*, extendit suum Statutum ad alios Religiosos. Et est pars hujus *infrà. de statu Regularium. c. Sanctimoniales.*

h *Moniales.* De his, & de earum Clausura, videre poteris *de Statu Mona. c.* 1. *li.* 6.

i *Ætatis legitimæ. Sc.* 12. annorum. *Extra. eo. cum virum.* ubi de hoc in prima *glo. per Bern.*

k *Doli capaces.* Sequitur enim, quòd sint ætatis 12. annorũ, quòd sunt doli capaces, quia etiam statim post septem annos sunt doli capaces, ut notat *Bern. Extra. eo. ti. c.* 1. *verb. tondeatur.* & *de delic. puc. c.* 1. *glo.* 1. *per eundem.* non enim intelligas sic, quòd omnis doli capax est habilis ad Monachatum, nisi etiam concurrat cum hoc ætas di erctionis, ut *Extra. eo. dicto. c.* 1. sufficit tamen ad habendum Clericatum, ut ibi bene notatur, & hoc tene menti.

l *Ultra annum. Sc.* non computato anno 12. sed anno quocunque sequenti, quo sic ingrediens fierit in ipsa Religione. Verbi gratiâ, mulier completa ætate 12. annorum intrat Religionem, & ibi stat per annum integrum, in hoc casu habet locum quod sequitur.

m *Monasticè. Sc.* observando Regularem observantiã cum aliis.

n *Putant.* Et male. 20. *q.* 1. *puellæ.*

o *Non esse professas.* Ex eo viz. quia professionem expressam non emiserunt, ut *infrà* sequitur.

p *Benedictionem Episcopalem.* De qua habes 20. *q.* 1. *devotiõ. & Extra. de tempo. ord. c.* 1. *de his quæ vi metúve causa. c.* 1.

q *Voti emissi. Sc.* Per expressum.

r *Nos errorem.* Secunda pars.

s *Declaramus.* Sic ergo non est Novi Juris constitutiva, sed Antiqui declarativa.

t *Eas. Sc.* Moniales.

u *Ipso facto professas. Sc.* Tacitè.

x *Ultra annum.* Simile habes *Extra. eo. c. ex parte.*

y *Sponte.* Secus tamen foret, si coactè. *Extra. quòd me. causa. c.* 1. 20. *q.* 3. *præsens.*

z *Collegio. Sc.* Tanquàm Monialis, sic sc. ut se ingerat actibus Professarum, *Extra. eo. vidua.*

a *Regularem.* Sume quod est *supra. vitam.*

b *Adeo. i. e.* Intantum.

c *Nullatenus permittantur. concur. in simili* 27. *di. qd interrogasti.* Sed melius quoad casum istum *Extra. eo. c. ex parte.* & intelligas ea quæ hic dicuntur, quando habitus non sunt distincti quoad Novitias & Professas: si tamen habitus essent distincti, tunc quantocunque tempore quis ferat habitum probationis non censetur professus, secundùm *Innocen. d. c. ex parte.* & hoc verum intelligas, quando est Distinctio patens, viz. in Colore, Scissura, vel Forma, quod dic, ut in *Clem. eos. eo. ti.* ubi *Jo. An.* dicit, quòd in habitu Novitiorum latenter distincto, vel indistincto, vel indistinctissimo, dummodo receptus fuerit ab adulto delatio habitus per annum, inducit tacitam Professionem, & hoc indubitatum est. Delatio verò habitûs Novitiorum patenter distincti, vel indistinctissimi, ubi receptus fuerit ab impubere per lapsum anni, non inducit tacitam Professionem: & in hoc casu verum est quod notavit *Abbas*, *Extra. e. c. consulti.* qui dicit se vidisse Monachum, qui gestavit habitum per 20. annos, & tamen impetravit Literas de redeundo ad Sæculum. Circa hanc materiam vide quæ leguntur & notantur *eo. ti. c. Constitutionem.* §. *fi. li.* 6. & vide quod dicam *infrà. ver. proxi. ver. Religionis habitum.* Et hic scias, quòd Pubes obligatur ad Religionem sex modis. Primo, si recipit habitum Professorum, *eo. ti. c. Constitutionem. in fi. li.* 6. Secundo, si facit Professionem expressam. Tertio, si renunciat Mundo & ejus pompis, & Beneficio. *Decr. Statuimus. eo. ti.* Quarto, quando in Cõmuni habitu annũ Probationis implevit. Et idem hodie in habitu latenter distincto, *eo. ti. c. eos. in Clē.* Quinto, si juravit quòd nunquàm exiret. *de jurejur. c. si vero.* & *c. cum contingat. quòd me. cau. c. fina. C. si adver. vendi. Authent. sacramenta.* Sexto, quando sub hac conditione fuit manumissus pubes vel impubes. *de ser. non ordi. c. eo libentius. de condi. appo. c.* 2. Impubes autem ingressus Religionem completo 14. anno, obligatur quatuor modis. Primo, si tunc fecit Professionem in Religione quam prius intraverat. Secundo, si tunc recepit scienter habitum Professionis. Tertio, si tunc Professionem prius factam ratam habuerit. Quarto, quando complevit decimum quintũ annum in habitu indistincto, non tamen indistinctissimo. Omnia ista patent *eo. ti. c.* 1. *li.* 6. & ibi per Doctores 20. *q.* 1. *in summa.* & vide *infrà. eo. verb. Religionis habitum.*

An delatio habitus per annũ inducat Professionem.

Sex modis Pubes ad Religionem obligatur.

Quatuor modis impubes ad Religionem obligatur.

d *Ab Episcopis.* A simplici enim Sacerdote non potest fieri Consecratio, de qua hic loquitur. 26. *q.* 6. *c.* 1. 68. *ds. quamvis.*

e *Solennitate debita.* Pro qua recurras ad *Pontificale.*

f *Suo tempore. sc.* Dum fuerint ætatis 25. annorum, & non ante. 20. *q.* 1. *c. placuit.*

g *Velandas. sc.* Velo Consecrationis. Est namque velum Professionis, & datur post 12. annos. 20. *q.* 2. *puella.* Est etiam velum Consecrationis, & non datur ante 25. annos. 20. *q.* 1. *placuit.* & est velum Ordinationis, quod olim imponebatur Diaconissis in 40. anno. Est quoque velum Prælationis, quod in 60. anno datur Abbatissæ. 20. *q.* 1. *juvenculas.* de hoc quadruplici velo, notatur per *Jo.* 20. *q.* 1. *velamen.* & est velum Continentiæ Observationis, & hoc est Viduarum. *Extra. qui cle. vel eo. consuluit.* & secundùm quosdam est velum Converfionis. 37. *q.* 1. *viduas.*

Velatio multiplex.

h *Idem etiam.* Tertia pars.

i *Censemus.* Id est, Judicamus, sive statuimus.

k *Religiosis aliis. sc.* Quorum Religio approbatur per Sedē Apostolicam: nam in Religione à Sede Apostolica approbata, portatio habitus nullo modo obligat. *de vel. do. c. ne nimis. de voto c. unico. li.* 6. Et notatur per *Arch. in c. Constitutionem. eo. ti.*

Super

Moniales m Monasticè vixerint, n putant se o non esse professas, ac sibi licere redire ad sæculum pro eo quòd p Benedictionem Episcopalem cum solennitate q voti emissi minimè receperunt. r Nos errorem hujusmodi excludentes, præsentis auctoritate Concilii s Declaramus t eas u ipso facto professas existere reputandas, postquàm x ultra annum vitam y sponte in z Collegio duxerint a Regularem, b adeo ut ad sæculum redire c nullatenus permittantur; nihilominus d ab Episcopis cum e solennitate debita consecrandas suo f tempore, vel g velandas. Idem h etiam quantum ad professionis vinculum i censemus de monachis, & k Religiosis aliis

Quicunque in habitu, & cœnobio, seu conventu Religiosorum ultra annum probationis vixerit, licet solenniter professus non sit, ipso facto censeatur professus, & in Religione permanere cogatur.

Johannes Peccham.

g SAnctimoniales plurimæ, & *infrà.* h Moniales quædam intantũ decipiuntur, ut cum fuerint i ætatis legitimæ, & k doli capaces, postquàm l ultra annum inter

ſuper ver. in illa li. 6. & per Jo. An. Geſſ. in Cle. eos. e. ti. ver. Religiõe.

a *Quibuſcunque.* Et ſic etiam in Fratribus mendicantibus locum habet: quod dic, ut in *c. non ſolum. eo. ti. li. 6.*

b *Canonicum.* Tali enim Profeſſioni enim obſiſteret non approbatio Religionis, ut dixi *ſuprà. eo. verb. Religioſis aliis.* obſiſterent etiam omnes caſus illi, in quibus ingredientis Religionem non poſſet ſe Religioni obligare. Exemplum habes, de Impubere, qui invito Patre non poteſt ſe obligare Religioni. 20. *q.* 2. *puella.* Aliud exemplum habes de Uxore, quæ poſt carnalem Copulam non poteſt ſe Religioni obligare invito Viro. 27. *q.* 2. *ſi quis conjugum.* Item in Epiſcopo, qui invito Papâ non poteſt ſe obligare Religioni. *Extra. eo. c. licet.* & notatur 19. *q.* 1. *duæ ſunt. glo. ulti. per Jo.*

c *Eos.* Scil. Monachos, & Religioſos alios.

d *Ultra annum.* Simile habes *Extra. e. c. ex parte.* ubi de hoc *glo. ulti.* Et vide quod dicam *infrà. glo. proxi.*

e *Religionis habitum.* In Pubere, & habente diſcretionis Annos, ingredientem Religionem, hoc eſt ſatis certum, quòd talis Adultus ſcienter & ſponte recipiens habitum Novitiorum latenter diſtinctum, vel indiſtinctum habitum, vel indiſtinctiſſimum, illum deferens ultra annum, cenſetur tacitè profeſſus, ut dixi *ſuprà. e. ver. nullatenus permittantur.* Et hoc verum, niſi proteſtatus fuerit expreſſe, quòd non intendebat profiteri, etiamſi ultra annum geſſerit hujuſmodi habitum. Aliàs ſi ſimpliciter proteſtatus fuerit, quòd per declarationem habitûs non habuit animum profitendi, tunc per lapſum anni obligatur, prout notat *Petrus de Ancharano. Extra. eo. c.* 2. *ver.* 3. *quæro.* Et ibi etiam per *Inno.* & *Hoſti.* & *Jo. An.* Si autem nullam proteſtationem fecerit, recurre ad *c.* 1. *e. ti. li.* 6. diſtinguendo, videlicet inter illos qui portant habitum indiſtinctum, indiſtinctiſſimum, & diſtinctum. Et intellige habitum indiſtinctum, quando inter Profeſſos & Novitios non diſtinguitur habitus; ſed inter Profeſſos ac Converſos, & alios vitam Communem inter eos agentes, eſt diſtinctio. Quo caſu lapſus Anni poſt ætatem Diſcretionis inducit tacitam Profeſſionem. Quod dic, ſicut legitur *eo. ti. c. is qui. §. quòd ſi. per totum.* & §. *ſeq. li.* 6. Habitus verò indiſtinctiſſimus eſt, quando Profeſſi & Novitii, Converſi, Mercenarii, Deo obligati, ac alii cum eis Communem vitam agentes, ſimili penitùs habitu induuntur. In quo caſu refert inter illos qui infra Annos Diſcretionis Religionem intraverunt; & illos qui poſt ætatem, ſeu in ætate legitima. Primi namque non obligantur ad Religionem, nec intelliguntur tacitè profiteri per lapſum Anni. Alii verò per lapſum Anni obligantur, ſicut patet *eo. ti. c. is qui. §. quod ſi. per totum.* & §. *ſeq.* Habitus autem diſtinctus quandoque eſt patens, quandoq; eſt latens: patenter diſtinguitur altero de tribus modis, ſcilicet Colore, ciſſura, vel Forma. In quo caſu, quando habitus Novitiorum altero iſtorum modorum diſtinguitur ab habitu Profeſſorum, lapſus Anni non obligat, ut in *Cle. eos. c. ti.* ubi verò Diſtinctio habitus eſt latens, puta, ubi habitus ſunt aliàs omnino ſimiles; tamen habitus Profeſſorum benedicuntur; habitus verò Novitiorum non; vel quia habitus Profeſſorum datur in Capitulo, habitus autem Novitiorum in Choro; vel econtra: vel quia habitus Novitiorum datur ab uno, habitus Profeſſorum ab alio; vel unus datur cum ſolennitate, alius ſine ſolenni[illegible] nunc obligat lapſus Anni, ut patet in dicta *Clem. eos.* [illegible]*nici.*

Habitus indiſtinctus.

Habitus indiſtinctiſſimus.

Habitus diſtinctus.

f *Monaſterio.* Secus ſi extrà Monaſterium. *Extra. eo. c. ut Clerici.* Et *concor. notata per Jo. An. & Paulum in Clem. eos. eo. titu. ver Religione.*

g *Sponte.* Secus ſi coactè. *Extra. e. c. cum virum.* 20. *q.* 3. *præſens. & eo. ti. c. Conſtitutionem. in fi. li.* 6. ibi, *voluntarius &c.*

h *Sæculum.* Sic dictum, quia unum ſequitur aliud. Abeuntibus enim aliis alii ſuccedunt, ſicut notat *Archidia. eo. ti. c.* 1. *ver. ſæculum. li.* 6. Tu in hoc loco dic *Sæculum*, i. e. ſtatum Regularem. Sic ſumitur dicto *c.* 1. *per Jo. An. in Novella.*

i *Apoſtatas.* Id eſt retrò abeuntes. 50. *diſt. placuit.* §. *Apoſtatæ* ubi de hoc per *Archidia.*

k *Beneficiis.* Supple, obtinendis. Et *concor.* 50. *di. hi quæ.*

l *Sua Monaſteria.* In quibus ſcilicet recepti ſunt.

m *Juris exigentiam.* Circa hoc videas quod legitur, *Extra. de Apoſtatis. c. à nobis.* & *Extra. c. ti. c. ſi.*

n *Compellendos.* Scil. per Præſidentes Capitulis Generalibus. *Extra. eo. ti. c. fin.* Item per Epiſcopos, in quorum Diœceſibus tales inveniuntur. *Extra. de Apoſta. c. à nobis.* & *Extra. eo. ti. c. non eſt.* Et tales recipere compellendi ſunt etiam ipſorum Prælati, ut patet dicto *c. ſi.*

o *Le quibus.* Scil. Religioſis ſic dimittentibus habitum.

p *Inquiſitio.* Simile habes *Extra. eo. c. ſi.* & *concor. C. de agricolis & cenſ. l. omnes. li.* 11. *C. de ſervis fug. l. inquirendi.* & *l. quicunque.*

q *Ovino vellere.* Id eſt ſub Signis pietatis & innocentiæ. Eſt autem Ovis animal innocens, animal obediens, animal fœcundum, animal immolatitium. Tales itaque, de quibus hic habetur, prætendunt innocentiam quantum ad vultũ; obedientiam quantum ad mandata ſeu præcepta; fœcunditatis efficientiâ quantum ad opera Devotionis; reverentiam quantum ad Sacrificia.

r *Lupinum animum.* Id eſt interius in Conſcientia intentionem perdendi & mactandi, & peccatum ſuum diſſimulandi.

---

a quibuſcunque, quibus nihil obſiſtit b canonicum; & c eos, ſi d ultra annum e Religionis habitum in f Monaſterio g ſponte detulerint, & ipſo rejecto ad h ſæculum redierint, eſſe ſicut i Apoſtatas, ab Eccleſiaſticis k Beneficiis repellendos, & ad repetenda ſua l Monaſteria ſecundem m Juris exigentiam n compellendos, o de quibus fiat diligens p inquiſitio per Archidiaconos, quoniam multos hujuſmodi ſub q ovino vellere r lupinum animum novimus palliare.

De Voto & Voti redemptione.

Formam profeſſionis, ut melius obſervetur à profitentibus, Epiſcopi bis in anno faciant pronunciari.

Stephanus.

s Quia juxta t Scripturæ teſtimonium u vota noſtra x tenemur Deo reddere quæ vovemus, ſalubriter Decernimus y annectendum, ut Epiſcopi formam z profeſſionis in ſua Conſecratione prolatam a bis in anno b coram ſe legi c faciant d diligenter, e ut tanto melius ſponſionis propriæ recordentur, quanto ſæpius fuerit eorum auribus f inculcata.

Admoneatur populus non facere vota ſine matura deliberatione, nec mulieres ſine maritorum conſenſu, & Sacerdotum conſilio.

Edmundus.

s *Quia juxta.* Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* in Concilio *Oxon.* t *Scripturæ. Numeri* 30. *Pſal.* 75. *Eccle.* 5. *Iſai.* 19. *Extra. eo. magn. e.* & *c. licet.*

u *Vota.* i. e. Promiſſiones alicujus boni factas cum deliberatione. 27. *q.* 1. *de viduis.* 2. ſi namque fierent de re mala, vel ſine deliberatione, vel ſine diſcretione ex facilitate animi, non obligant. *Extra. eo. c. venientis.* & *de Regula. c. ad noſtram.* ubi de hoc per *Inno.* & *Archid. Extra. eo. c. unico. glo.* 1. *li.* 6.

x *Tenemur reddere.* Hic adverte, quòd in Voto conſideranda ſunt tria, ſcilicet Initium, Confirmatio, & Conſummatio. Initiatur Votum, cum propoſitum tantum in animo ſeminatur, & ex hoc non obligatur ſic proponens. *Extra. eo. literaturam.* Confirmatur per deliberationem cum conſenſu interiori, & obligat quoad Deum, maximè in Foro Pœnitentiali; 27. *q.* 1. *qui bono.* non tamen quoad Eccleſiam, quæ non judicat de occultis. 32. *q.* 5. *Chriſtiana. Extra. de Simo. ſicut tuis.* & *c. ſequenti.* Conſummatur, cum propoſitum deliberatum ore exprimitur, in quo caſu obligat quoad Deum, & quoad Eccleſiam. *Extra. eo. per tuas.*

In Voto tria ſunt conſideranda.

y *Annectendum.* Sc. Conſtitutioni quæ loquitur de Reſidentia Epiſcoporum in ſuis Eccleſiis Cathedralibus certis temporibus. De qua habes *ſuprà. de Cler. non reſiden. c.* 1.

z *Profeſſionis.* Quam Videre poteris in Libro Pontificali.

a *Bis in anno.* Ratio hujus *infrà* ſequitur. Sed nunquid ſufficiet hanc Literam fieri bina vice in una die, vel quòd fiat in binis diebus ſibi propè ſuccedentibus ad effectum ut ſatisfaciat huic Conſtitutioni? puto quòd non, inſpectâ mente Statuentis, ſed debet talis Lectura fieri in qualibet medietate Anni, ſive prope ipſius initium, medium, ſive finem ſemel: & ſic iterum in alia ipſius Anni medietate. Faciunt ad hoc notata per *Jo. An. de ſtatu Mona. c. in ſingulis.* & *de conſang.* & *affini. c. quòd dilectio.* vel potes iſtud intelligere ſecundum declarationem quæ ponitur in Conſtitutione *Othoboni, porro.* §. *fina.* ut ſcilicet hæc Lectura fiat in initio Adventûs, & in capite Quadrageſimæ.

b *Coram ſe.* Sic quòd auſcultent, & bene intelligant. *ff. de verbo. ſig. l. coram.*

c *Faciant.* Non ergo oportet quòd ipſimet legant.

d *Diligenter.* Sic ut bene percipiant, & intelligant quod legitur, ut dixi *ſuprà. eo. verſ. coram.*

e *Ut tanto.* Hic ponitur Ratio præmiſſorum.

f *Inculcata.* Id eſt multiplicata, vel iterata.

a PRæcipimus. Hæc Conſtitutio attribuitur *Edmundo* Archiepiſcopo.

b *Sacerdotes.* Sc. Curam animarum habentes.

c. *Sæpe.* Bina vel trina vice in Anno ad minus. Facit *Auth. de Teſtibus. §. quia verò in prin.* & notatur per *Archidia. de elect. c. quia ſæpe. in princi. li. 6.*

d *Populum.* ſc. ſuæ Parochiæ, & ſibi ſubjectum.

e *Mulieres.* Quæ facilius ſolent Vota emittere quàm viri, maximè cum ſunt in aliqua Tribulatione, & Anguſtia poſitæ. Et intelligas, quod hic dicitur, de mulieribus conjugatis, ut *infrà* patet.

In Voto tria requiruntur.

f *Deliberatione.* Ad Votum enim Tria requiruntur ex neceſſitate. Primum eſt Deliberatio. Secundum eſt Propoſitũ Voluntatis. Tertium eſt Promiſſio in qua perficitur. His ſecundùm quoſdam adduntur alia duo, ſc. Pronunciario oris, & Teſtimonium aliorum: prout iſta notantur per *Fo. in ſumma confeſſorum. li. 1. ti. 8. q. 2.*

g *Conſenſu virorum.* Mulieres enim Uxoratæ non habent voluntatem liberam, unde non poſſunt ſe firmiter obligare: quod dic, ut

M.S. Æton. plenius notatur *eo. ti. §. quis vovere poſſit. verſ. uxor. cum verſ. ſequentibus.* per *Hoſtien. in ſumma.* Scias tamen, quòd uxor ſine conſenſu Viri vovendo non peccat, quia in tali Voto intelligitur conditio; ſcil. ſi ſuus Superior conſentire voluerit, ſecundùm *Thomam in ſumma. Articu. 4.* Hanc etiam materiam plenius videre poteris *Extra. eo. c. ſcripturæ.* ubi dicit *Inno.* & concordant alii Doctores, quòd Uxor ſine licentia viri non poteſt emittere Votum abſtinentiæ, nec Peregrinationis cum effectu: quod ſi fecerit, Maritus poteſt revocare. *33. q. 5. manifeſtum.* & idem è contrario: quia Vir & Mulier non ſunt in talibus ad imparia judicandi. Fallit in Voto ultramarino, *Extra. eo. c. ex multa. §. quod autem.* & ſi ante nuptias alter eorum Votum emiſerit, quod non implevit, altero invito non implebit illud poſt Matrimonium contractum. *23. q. 1. noluit.*

h *Concilio Sacerdotum.* Iſtud non eſt neceſſitatis, ſed potius ſecuritatis. *Quæſtio.* Sed hic quæro, nunquid mulier in periculo, in infirmitate, vel aliquâ anguſtiâ poſita, vovens forſan de conſenſu viri teneatur reddere votum? Dic quòd ſic, ſi habuit intentionem obligandi ſe Deo, cogitans etiam de cauſa movente ad vovendum, ſc. infirmitate, periculo, & hujuſmodi; etiam de fine, ſc. evaſione illius periculi, vel Anguſtiæ. Sic tenet *Archi. 17. q. 4. c. ſunt qui opes.* & notatur per *Fo. in ſumma confeſſo. li. 1. ti. 8. q. 2.*

i VTrectius. Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* Archiepiſcopi in Concilio *Oxon.* Et facit tria. Primo recitat motivum Statuendi. Secundo ibi, *Statuimus*, procedit ad Statutum. Tertio ibi, *Ad hoc*, reſtringit Statutum ad quoſdam Prælatos. *Diviſio.*

k *Adminiſtratio.* Hæc dictio largè intellecta comprehendit non ſolum Officium aliquod in Monaſterio, ſed etiam Dignitatem, ſicut notatur *de reſcrip. c. 1. ver. Adminiſtrationibus. per Wil. in Cle.* & ibi per *Geſſ. c. ver.* Et dicuntur habere Adminiſtrationes, hi qui regunt Officia ordinata in Monaſterio, utputà, Camerarius, Veſtiarius, Eleemoſynarius, & hujuſmodi, ut notat *Archid. de conſue. c. 1. ver. Adminiſtrationes. li. 6.* Et circa hoc vide notata *de ſupp. neg. præla. c. unico. ver. Adminiſtrationes. in Clem.*

l *Clauſtralium.* Qui ſic dicuntur, eò quòd licet Adminiſtrationem ad extra habeant, nihilominus Clauſtrum ceſſante ſolicitudine circa eorum Officia exercere tenentur. Aliàs autem eſſent ſicut piſcis ſine Aqua. *16. q. 1. placuit Communi.*

m *Quieti.* Quæ conſiſtit in Contemplatione Cœleſtium. *Extra. de renunc. c. niſi cum pridem. §. nec putes.* Vel dic, *Quieti*, aliorum ſcilicet, qui nullam Adminiſtrationem habent, qui forſan alias non quietantur, niſi cognoverint ſtatum Monaſterii.

n *Statuimus.* Secunda pars.

o *Obedientiales.* Hi ſunt, qui ſub obedientia ſuorum Prælatorũ ſunt, & habent certa Officia adminiſtranda interius vel exterius. *Extra. c. c. cum ad Monaſterium. §. tales.* ubi tales Adminiſtrationes dicuntur Obedientiæ.

p *Prælati majores.* ſc. Abbates & Priores.

q *Aut bis ad minus.* Iſtud hodie laxatur, ut fiat ſaltem ſemel in Anno, in Conſtitutione *Othoboni. De Præla.* Et cõcordat quod habes *de reli. do. c. quia contingit. §. illi etiam.* ubi de hoc per *Fo. Anverſ. rationem. in Clem.*

r *In anno.* Supple, quolibet.

s *A conventu.* ſc. Quando Prælatus ſuperior reddere debet rationẽ. Alioquin, quando Obedientiarius reddat rationem, tunc tales deputari debent ab ipſo Superiore, viz. Abbate, vel Priore & Conventu, vel forſan à ſolo Superiore, ut apparet *de reli. do. c. quia contingit. §. illi etiam. in Cle.* ibi, *aliis quibus ſubſunt &c.* Securius tamen eſt; ut etiam fiat cum conſenſu Conventûs, ut hic.

t *Superioribus.* Inferior, ſcil. Obedientiarius coram Abbate. Abbas autem coram Epiſcopo, ut dicta *Cle. quia contingit. §. illi etiam.*

u *Conſuetudinem.* Quæ ſi ſit rationabilis, ſervanda eſt. Et in diverſis locis diverſa eſſe poteſt; unde Conſuetudo ſingularis unius loci derogat Juri Communi in eodem loco. *ff. de leg. l. de quibus. glo. 1. in fi. ff. Commu. prædi. l. venditor. §. fina.*

x *Reddant rationem.* i. e. Computum. Et intellige quando erunt ſuper hoc requiſiti, ſicut aliàs notatur per *Fo. An. in dicta Cle. quia contingit. §. illi etiam. ver. annis ſingulis.* Et hoc puto verum niſi Conſuetudo, de qua *ſuprà* dixi, limitet tempus hujus Computi, quia tunc abſque requiſitione debet ſe offerre ad Computum, quia tempus interpellat pro homine. *C. de contr. & commit. ſtipu. l. magnam.*

y *Ad hoc autem.* Tertia pars.

z *Prælatos.* i. e. Abbates vel Priores.

a *Monachis.* Scil. ſibi ſubditis per viam Conventûs.

b *Separatas.* i. e. Diviſas, vel diſcretas, ſecundùm ea quæ notantur & leguntur *de reſcrip. c. edoceri. Et concor. notata per Fo. de Aibona* in Conſtitutione *Othoboni. De Prælatis. ver. Adminiſtratione ſua.*

De Statu Regularium.

Tàm Obedientiales quàm Prælati faciant de rebus Monaſterii quater aut ſaltem bis coram ſuis rationem, ad quam de propriis, ſi qua habent, non tenentur Prælati.

Stephanus.

[1] VT rectius gerantur omnia, ſi exteriorum [k] adminiſtratio [l] Clauſtralium reſponderit † ritè [m] quieti, [n] Statuimus, ut tam [o] Obedientiales rerum Monaſterii quàm [p] Prælati majores quater [q] aut bis ad minus [r] in anno coràm fratribus [s] à Cõventu ad hoc deputatis, vel coram [t] ſuperioribus juxta Monaſterii [u] conſuetudinem [x] reddant de receptis & expenſis omnibus rationem. [y] Ad hoc autem illos [z] Prælatos ex iſta Conſtitutione nolumus obligari, qui poſſeſſiones habent à [a] Monachis, vel Canonicis Regularibus [b] ſeparatas.

Cœnobitæ in uno Dormitorio dormiant, & in uno Refectorio reficiantur, ex communi veſtiantur, neque pro veſtitu pecuniam recipiant, ſed in pios convertatur uſus vetus amictus, dum novum recipiunt.

Idem.

[c] QUia nonnunquàm [d] Serpens antiquus, qui jugiter ſedet [e] in inſidiis [f] ſanctis viris, quantò magis eos

c QUia nonnunquam. Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem, cujus & prior, & principaliter facit duo. Primo ponit motivum ſui Statuti. Secundo ibi, *Provida*, procedit ad Statutum. Et in iſto ſecundo dicto, primò diſponit circa Religioſos quoad loca dormiendi. Secundo ibi, *In uno*, diſponit quoad loca comedendi. Tertio ibi, *Nec ſingulis*, providet circa eorum veſtes. Quarto ibi, *Camerario*, providet, ne pecunia detur loco veſtium. Quinto ibi, *Nec Monacho*, prohibet pro veſtibus pecuniam dari, ſeu recipi; & adjicit pœnam contrafacientibus. *Diviſio.*

d *Serpens antiquus.* i. e. Diabolus, cujus alia nomina plura recitat *Archidia. 13. diſ. c. nervi. in princi.* Vocatur enim Leviathan, ut ibi. Item inimicus homo. *de elec. c. licet.* Item hoſtis verſutus. *16. q. 2. c. 1.* Item hoſtis antiquus. *2. q. 5. habet.* Item nequiſſimus hoſtis. *ad Eph. 6.* Item ſuperbus. *Job. 26.* Item mendax. *Joham. 8.* Item homicida, propter primam mortem quam intulit humano generi. *Gen. 2.* Item invidus. *Job. 8.* Item peccator juxta illud, *Cuſtodi me Domine de manu [illegible] ris. in Pſal.* Item immundus ſpiritus. *Lucæ 11.* Item ma[illegible] *Pſal. 14.* Item mancipium. *40. diſ. ſi Papa.* Item magiſter el[illegible] *46. diſt. c. 1.* Item Beelzebub. *21. diſ. §. 1.* Item Beemoth. *de pœni. ds. 2. principium.* Item Inſidiator. *7. q. 1. quamvis.* Item princeps mundi. *32. q. 2. c. pudor.* Item lupus rapax. *de elec. ne pro defectu.* Item antiquus Sophiſta, in Conſtitutione *Othonis. Cum ſit ars. in prin.* *Diverſa Nomina Diaboli*

e *In inſidiis.* Ex hoc enim dicitur inſidiator. *7. q. 1. quamvis.* juxta illud, *ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli. ad Eph. 6.*

f *Sanctis viris.* i. e. A peccato mundis, in fide firmis, & à terrenis ſeparatis.

invenit [a] ſolitarios, & abſque [b] conſolatione mutua converſantes, tantò facilius eos interdum ſuis inſultibus obruit & confundit: [c] Provida deliberatione Statuimus, ut tam Monachi quàm Canonici Regulares & Moniales in [d] uno Dormitorio pariter dormiant, & quieſcant, ſingulis perſonis [e] ſingulis lectis aſſignatis. [f] In uno etiam Refectorio [g] ſimul edant, neque per ſe cuilibet ſed [h] conjunctim omnibus victualia præparentur; [i] nec ſingulis eorum [k] pro veſtibus [l] Denarii tribuantur, ſed [m] talia per [n] certas perſonas ad hoc deputatas, putà, [o] Camerarios ſuos & Camerarias ſuas [p] diligenter expediantur, [q] qui vel quæ, ſicut bona & [r] facultates domus ſuſtinuerint, indumenta miniſtrent; & cùm [s] nova [t] tradunt, vetera [u] ab eis recipiantur indumenta, quæ in uſus pauperum vel alias [x] neceſſitates [y] de conſilio Abbatis vel Abbatiſſæ Convertantur. [z] Camerario autem vel Camerariæ non liceat alicui Monacho, vel Canonico, vel Moniali [a] dare Denarios, vel [b] aliquid aliud pro veſtimentis. [c] Sed nec Monacho, vel Canonico, vel Moniali liceat aliquid [d] recipere: [e] et ſi fecerint, & Camerarius [f] ab Officio deponatur; & [g] Monachus, vel Canonicus, vel Monialis [h] anno illo novis [i] careat indumentis.

a *Solitarios.* Id eſt ſingulares.

b *Conſolatione mutua.* Quæ habetur ex ſocietate plurium: juxta illud, *Melius eſt eſſe duos ſimul quàm unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.* Eccl. 4.

c *Provida.* Secunda pars.

d *Uno Dormitorio. Concor. Extra. de vita & hone. cler. c. quoniam.* Inquantum etiam de Monialibus loquitur, & quòd non debent ſe locare in ſingulis Cameris, habes 18. *q.* 2. *c. perniciosam.*

e *Singulis lectis.* Qui nõ debent eſſe aliorum lectis pretioſiores, ut patet in Cõſtitutione *Otthoboni. Illud quoque.*

f *In uno.* Verſ.

g *Simul edant.* Non tamen carnes. *Extra. e. c. cum ad Monaſterium.* §. *in Refectorio.* & quomodo Superior poteſt & debet tales vocare ad Recreationem, vide ibidem, & in Conſtitutione *Otthoboni. Statuimus.*

h *Conjunctim omnibus.* Quia pares ſunt, & ſanctæ fraternitatis nomine coæquales: ſicut legitur in Conſtitutione *Otthoboni. Illud quoque.* & hoc verum, niſi ratione debilitatis vel infirmitatis, quod dic ut *d. c. cum ad Monaſterium.* §. *in Refectorio.* & in Conſtitutione *Otthoboni. De infirmis.*

i *Nec ſingulis.* Verſ.

k *Pro veſtibus.* Quæ quales erunt, vide in *Clem. in agro. eo. ti. in princi.*

l *Denarii tribuantur.* Simile habes in Conſtitutione *Otthoboni. & quidem.* Dicit tamen *Antonius in c. cum ad Monaſterium. Extra. eo. ti. vers. nec æſtimet.* quòd Curia *Romana* tolerat, quòd Regularibus aliquid taxetur pro veſtibus, vel pro eis dentur aliquæ Poſſeſſiones: & ſic etiam ibi notavit *Wil. Naſo & Petrus de Ancho. ver. 16. nota.* Quid ergo ſi Abbas cum Conventu, cauſa vitandi ſcandalum & murmur, facit Statutum juramento firmatum, quòd ſinguli Monachi habeant certam pecuniam pro veſtimentis: Nunquid Abbas poſſit illud Statutum revocare? *Jo. An.* diſputat hanc quæſtionem in *Regula Juris. Non eſt obligatorium.* & tenet quòd non, quia cauſa Statuti eſt laudabilis & ſancta: & ſic Juramentum poteſt ſervari ſine interitu ſalutis æternæ. Et hoc verum intelligas, niſi Statutum tendat ad noxam: nam tunc puto, quòd tale Statutum non arctaret, quin poſſit diſſolvi. Argumento eorum quæ leguntur & notantur 63. *di. c. quia ſancta Romana.* & §. *ſicut.* Et notatur *Extra. e. ti. cum ad Monaſterium. verſ. quid ſi Abbas. per Jo. in Collect.* *Quæſtio.*

m *Talia.* Sc. veſtimentorum Adminiſtratio.

n *Certas Perſonas.* Propter difficultatem, quæ aliàs exinde ſequeretur ratione incertitudinis. Ad quod facit *ff. de teſt. tu. l. tutor incertus. Extra. de reſcrip. c. ad hæc.* cum ibi notatis.

o *Camerarios.* Ad quorum ſc. officia onera hujuſmodi ſunt deputata. Et de his dixi *ſuprà. e. c. 1. ver. Adminiſtratio.*

p *Diligenter.* Sic ſc. quòd ea de cauſa querelæ non ſit locus. Nam neligentia talium Officiariorum in hoc caſu non debet remanere impunita. *ff. de offi. Præſid. l. Divus.* §. *ſi.*

q *Qui vel quæ.* Sc. Camerarii vel Camerariæ.

r *Facultates.* Quæ in talibus inſpici debent, *Extra. de vi. & hone. cler. c. quoniam.* potius quàm Nobilitas Perſonæ. Omnes namque quoad hoc per Sanctam Fraternitatem ſiunt pares in Conſtitutione *Otthoboni. Illud quoque.*

s *Nova.* Sc. indumenta.

t *Tradunt.* Sc. Camerarii.

u *Ab eis.* Scilicet Religioſis recipientibus hujuſmodi indumenta.

x *Neceſſitates.* Utputà, in ſolutionem debitorum, ſic ſcil. ut vendantur, & pro eis pecunia recipiatur, ſi Monaſterium ære alieno forſan gravatum ſit: nam neceſſitas facit licitum, quòd aliàs eſſet illicitum. *de Præben. c. expoſuiſti.* 10. *q.* 3. *unio. de æta. & quali. eam te. de re. eccle. non alie. c.* 1. *in Clem.* Vel poteſt eſſe neceſſitas, ut ex eis reſarciantur alii panni ſartione indigentes, ubi Monaſterium eſt pauper.

y *De Conſilio.* Simile habes *Extra. e. c.* 2. *ad fi.* Et nota, quòd aliud eſt aliquid facere de Conſilio alicujus, aliud cũ Conſilio alicujus, aliud Conſilio, & aliud non facere ſine Conſilio. Circa quæ vide *nota. per Archi. ne ſede va. c. unico. ver. cum Conſilio. li.* 6.

z *Camerario.* Verſ.

a *Dare.* Primò prohibuit in genere pecuniã tribui pro veſtibus: nunc illud idem in ſpecie prohibet fieri per Camerarium.

b *Aliquid aliud.* Sc. loco pecuniæ. Facit ad hoc *Regula Juris. Cum quid. li.* 6. cum ibi notatis.

c *Sed nec Monacho.* Verſ.

d *Recipere.* Supple, pro veſtimentis. Et ſic habes hic triplicem Prohibitionẽ; unam in genere quoad univerſal: Regimen Monaſterii. Aliam quoad particularem Adminiſtrationẽ Camerarii. Tertiã quoad Perſonã ipſius recepturi. Et quoad Prohibitionem dandi & recipiendi, habes ſimile *de cenſ. c. exigit. li.* 6.

e *Et ſi fecerint.* Scil. ſi Camerarius pecuniam, vel aliquid aliud pro veſtibus dederit, vel veſtiendus aliquid hujuſmodi receperit.

f *Ab officio.* Sc. Camerariatûs.

g *Monachus.* Supple, veſtiendus. Et idem intellige de ſequentibus.

h *Anno illo.* Hic quæro à quo tempore computabitur iſte Annus? Dic quòd circa hoc inſpicienda eſt Conſuetudo Monaſterii, ut ſi aliquo certo tẽpore ſolent indumenta dari Monachis, tunc illo anno talibus non dentur hujuſmodi indumenta nova: quòd ſi non ſit conſuetudo talis, tunc Annus ſtatim incipiet poſt receptionem hujuſmodi Denariorum, ut ſic computetur à die in diem. *ff. de verb. ſig. l. anniculus.* Vel pores intelligere, ut Annus computetur ab Incarnatione Domini. 23. *di. In Nomine Domini. in prin.* Sed nunquid in hoc caſu recipiens Denarios pro indumentis tenetur eos reſtituere, & etiam carebit veſtibus illo anno? Dic quòd ſic: quia aliàs ſequeretur, quòd retineret proprium, contra illud quod legitur *Extra. eo. c. cum ad Monaſterium. in prin.*

i *Careat.* Si ergo talis Religioſus malè veſtiatur, an poſſit de ſibi donatis à parentibus veſtes emere, vide notata per *Jo. de Anbo.* in Conſtitutione *Otthoboni. Quia vero. ver. proprium non habeat.*

Mulieres & Virgines Deo dedicatæ utantur veſtibus pro magnitudine corporis decentibus, non ſericis, nec auro, aut argento ornatis; uno annulo, quo conſecratæ ſunt, contentæ. Quæ Lex Monachis quoque, & Canonicis Regularibus indicitur.

Idem.

[k] AD hæc quoniam ſexum muliebrem contra verſutiam antiqui hoſtis [l] minus fortem multiplici [m] remedio neceſſe eſt efficaciter communiri, Decernimus, ut [n] Moniales & cæteræ mulieres Divino cultui [o] dedicatæ velum vel [p] peplum

k *Ad hæc.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus & ſuperior. Et facit tria. Primo, prohibet ſuperfluum ornatum omnibus Religioſis. Secundo ibi, *Metiantur*, ſtatuit circa longitudinem veſtium. Tertio ibi, *Si qui autem*, adjicit pœnam. *Diviſio.*

l *Minus fortem.* Dicitur namque *Mulier* à *mollis* quaſi *mollier*; quia mollis eſt, & debilis reſpectu viri: & ideo virtus viri eſt major, & mulieris minor; ut patiens viro eſſet, ſcilicet nè † fœminis repugnantibus libido cogeret viros alias appetere, vel in alium Sexum prorueret, ſecundùm *Januen.* *Nota.* *M.S. Æton.*

m *Remedio.* De quo in parte legitur in Conſtitutione *Otthoboni. Moniales.* † factis.

n *Moniales.* Harum nomine continetur etiam Abbatiſſa. *de Simonia. c. ſi de privil. c. ex ore.*

o *Dedicatæ.* i. e. In Dei ſervitium per Profeſſionem, vel veli Profeſſionis ſuſceptionem tranſlatæ: & potes intelligere, quod hic dicitur, de Viduis, juxta ea quæ leguntur & notantur *de regul. c. vidua.*

p *Peplũ.* Hoc ſecundùm *Januen.* dicitur Matronale Palliũ ex Purpura ſignatum, cujus fimbriæ Aurei Staminis ſumitate reſplendent; *Peplum.*

&

& proprie est capitis: hic verò ponitur *Peplum* pro pannis lineis quos Moniales gerunt sub mento.

a *Sericum.* Simile habes *eo. ti. c. attendentes. in Cle.* ubi de hoc per *Jo. An. Gess. & Paul. ver. sericis.* qui notant, quòd nullam debent habere sericam Texturam. 21. *q.* 4. *c.* 1.

b *Nec ipsæ.* Sc. Moniales.

c *Zonas sericas. Concor.* in simili quoad Ornatum superfluum *eo. ti. Cle. ne in agro. in princi.*

d *Burneto.* Contra hoc facit *Cle. ne in agro. e. ti. in prin.* ubi apparet, quòd possunt uti panno Bruni coloris. *Solutio.* Dic, quòd ista debet intelligi secundùm illam: vel potest esse differentia inter Brunum colorem, & Burnetum; Brunus enim color potest fieri ex lana ipsa absq; Tinctura, ut notant ibi *Gess. super ver. coloris. & Jo. An. eo. ver.* quale est apud nos Russetum nigrum. Burnetum verò requirit Tincturā, & Artificium hominis quoad co'orem, & sic non obstat.

Brunum & Burnetum *differunt.*

e *Panno Irregulari.* Irregularis pannus dicitur ōnis alius pannus quàm pānus Nigri, Bruni, vel Albi coloris, ut patet per *Gess. glo. præall.* & clarius ibidē per *Paulum. ver. vestis.* quid ergo dicemus de habitu Fratrum de *Edynton.* & *Asbirge*, cujus color est Blodius intensus, mixtus cum modico Albo, & sic non est Niger, neque Brunus, neq; Albus? Mihi videtur secundùm intentionem dictæ *Clementinæ*, quòd non est habitus Regularis. Facit ad hoc 20. *q.* 1. *c. ulti. ad fi.* & consimiliter videretur forsan quibusdam de habitu Religiosorum Monasterii de *Syon* apud *Sbene*: quorū habitus color est de Russeto albo, sic facto per mixturam lanæ albæ cum modica parte lanæ nigræ. Sed illum habitum reputo satis Regularem, eò quòd non requirit pretiosam Tincturam, sed fit de ipsa lana, ipsius colore nulla arte mutato, nisi per mixturam. *ar. eorum quæ dixi supra. c. ver. Burneto.* nec obstat dictum *c. ulti. in fi.* quia loquitur de diverso colore secundùm Scissuram, ut notat ibi *Archidiaconus.*

f *Metiantur.* Secunda pars.

g *Dimensionem.* i. e. mensuram, prout stat in *infrà* exemplificat ibi, *longitudinem &c.*

h *Non excedant. Concor. in simili dicta Cle. nè in agro.* §. 1. cum ibi notatis.

i *Supertecto.* i. e. Cooperto.

k *Eis.* sc. Monialibus, & aliis Religiosis.

l *Cum Joseph. Gen.* 37. ibi, *fecit & Tunicam Polymitam &c. & infra. eo. c.* dicitur, *nudaverunt eum Tunica Talari, & Polymita.*

m *Et sola.* Vers.

n *Consecrata.* Hæc Consecratio non debet fieri nisi certis diebus, 20. *q.* 1. *devotis.* & Viduæ consecrari non debent, ut ibi patet in fine; nec Virgines ante 25. Annos; *c. q. c. placuit. & c. sequenti.*

o *Annulum.* Qui est signum Desponsationis. 30. *q.* 5. *nostrates.* Desponsatur enim Monialis in sua Consecratione, non Episcopo consecranti, sed Christo. Et est hæc Desponsatio representativa conjunctionis Christi ad Ecclesiam quantum ad ejus integritatem, sicut per Carnale Matrimonium repræsentatur Conjunctio spiritualis Christi ad Ecclesiam quoad ejus fœcunditatē. Notatur per *Archi.* 27. *q.* 1. *Videas.* 3. ubi etiam ponitur ratio, quare virgines consecrantur, & non Viduæ. Ratio est, quia integritatis significatio plenè potest esse in Continentiā Virginali, sed est semiplena in Continentia Viduali.

p *Si qui autem.* Tertia pars.

q *Commoniti.* Regulare enim est, quòd Vindictam præcedere debet Monitio. *Et concor. in simili eo. ti. c. attendentes. ad fi. in Cle. Disciplinā.* Simile habes *e. ti. c. ne in agro.* & est Regularis Disciplina, illa sc. quæ à Regula est introducta, quæ si certa sit, imponi debet. Alias autem erit arbitraria, secundùm quòd notant *Gess. & Wil. d. c. ne in agro.* §. *si quis. ver. disciplinæ. Hostiensis Extra. de Regula. c. ulti.* dicit, quòd Disciplina Regularis consistit in septem Gradibus. Primus est secreta Monitio. Secundus publica Correctio. Tertius minor Excommunicatio. Quartus Jejunio afflictio. Quintus Flagellorum Vapulatio. Sextus ad Deum Oratio. Septimus de Monasterio expulsio. Hæc dicit colligi ex 23. *c. Regulæ de Excommunicatis.* & 28. *c. de his qui sæpius cor. emen. solue.* & prædictis concordat *Paulus* in dicta *Clem. ne in agro. ver. disciplinæ.*

Regularis disciplina in 7. gradus consistit.

r *Ut, secundùm.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus & superior, & facit duo: primo ponit motivum hujus Constitutionis. Secundo ibi, *Decernimus*, ponit ipsum Statutum. *Divisio.*

s *Sanctiones. 2. q. 7. cum pastoris. de consec. di. 1. jubemus.*

t *Normam.* i. e. Regulā vel Exemplum.

u *Conversatione.* In qua debent excedere alios. 8. *q.* 1. *qualis.*

x *Copiositas.* i. e. Multitudo.

y *Decernimus.* Secunda pars.

z *Ipsi.* sc. Abbates.

a *Vel aliquem.* i. e. Unum eorum. Et ex hac litera apparet, quòd Abbas habens duos Capellanos, potest unum eorum continuè retinere; quia secundùm hanc literam, *Vel aliquem &c.* sufficit, quòd unum eorum mutet: unde uno duorum retento, poterit alium & quemlibet subrogatum in posterum mutare, sic quòd semper unus sibi placens & favorabilis remanebit cum eo. Erit namque in Electione ipsius Abbatis unum retinere, vel alium, secundùm naturam disjunctivæ, cujus alteram partem sufficit esse veram. *Extra. de rescrip. c. inter cæteras.* cum ibi notatis.

b *Capellanum aut Capellanos suos singulis annis, si fieri potest, mutent.*

Idem.

r VT secundùm Canonicas s Sanctiones Abbatibus, à quibus Minores vivendi u normam habent assumere, super honesta x conversatione testium y copiosìtas suffragetur, z Decernimus, ut a ipsi Capellanos suos vel b aliquem illorum singulis c mutent annis. d Qui autem habent e unum tantum, illum mutent f similiter, g nisi necessaria causa subfuerit: h quatenus si de vita eorum, quòd absit, scandalum oriatur, tanto plures innocentiæ suæ habeant i testes, quanto eorum vita k pluribus innotescit.

c *Mutent.* Requirit ergo hæc mutatio factum Abbatis, non autem aliquorum de Conventu: nam solus Abbas habet potestatem in Monasterio suo. 18. *q.* 2. *nullam.* Potest tamen Episcopus hanc mutationem facere rationabili causa subsistente, ubi Abbas non est exemptus. 18. *q.* 2. *Abbates.*

d *Qui autem.* Vers.

e *Unum tantum.* Sc. Capellanum.

f *Similiter.* Id est simili modo, viz. singulis annis.

g *Nisi causa subfuerit.* Supple, eum in illo officio retinendi, utpurà, quia vir sanctus & devotus esset ad illud officium quovis alio in Monasterio magis aptus.

h *Quatenus.* Hic ponitur Ratio præcedentium.

i *Testes.* sc. Exteriores. Est namque Testis superior Deus. 11. *q.* 3. *inter verba.* ibi, *Ecce in Cœlo Testis meus.* Item Testis interior, sc. Conscientia, ut patet *in c. c.* Item Testis exterior, sc. Proximus, ut hic, & 11. *q.* 3. *non sunt.* 12. *q.* 1. *nolo.*

k *Pluribus. De consec. di.* 1. *inhibemus.*

Moniales non recipiant præter Episcopi sui assensum cohabitatrices. Nulli autem Religioso sit loquendi nimia libertas, aut egrediendi commeatus, nisi approbatæ vitæ, & id cum consocio certo die rediturο. Superiori autem sit eorum in aliam domum transmittendi potestas, ubi consuetæ subjaceant disciplinæ. Onusque recipientium per alium ejus loco missum, aut per vestitus assignationem sublevetur.

Idem.

l INhibemus ne m Moniales infra n Septa

l *Inhibemus.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus etiam sunt præcedentes, & disponit circa quatuor. Primo, circa Sæculares Mulieres non admittendas ad perendinandum in domibus Monialium. Secundo ibi, *Item tam*, disponit circa silentium inter quoscunque Religiosos servandum. Tertio ibi, *Nec viris*, disponit circa egressum de Monasterio. Quarto ibi, *Hoc quoque*, disponit circa Translationem Religiosorum virorum ad alia loca. *Divisio.*

m *Moniales.* Quarum nomine continetur Abbatissa. *de Simo. c. ulti.*

n *Septa.* i. e. Clausuras: & intellige de Clausuris, non solum interioribus

teriorib⁹, ſed exteriorib⁹. Ad quod faciunt *no. per Paulum in Clem. ne in agro. §. rurſus. e. ti. ver. ſepta.*

a *Domorum ſuarum.* Supple, non ſolum interiorum, quæ vicinantur clauſtro; ſed etiam remotiorum, forſan propè portas. Facit ad hoc *glo. Pau.* quam allegavi *ſuprà. glo. proxi.*

b *Neceſſarias, ſervientes.* Voluptuoſæ itaque & deliciæ per hoc excluduntur, quales ſunt illæ quæ ſolum ſericis operibus inſiſtunt, vel ad pediſſequũ officium dũtaxat deputatæ ſunt. Item ad Balnea facienda aſſumptæ, *ar. l. impenſa. ff. de impen. in re. dota. fa.* & inter *ſervientes neceſſarias* intellige Coquiniſtas, Piſtrices, Pandoxatrices, Furnarias, & alias hujuſmodi, ad præparandum vel miniſtrandum victualia deputatas, & etiam ad alia, quæ neceſſitas aſſiduè fieri exigit, juxta ea quæ leguntur de expenſis neceſſariis. *ff. de impen. in re. do. fac. l. 1.* & per totum.

c *Mulieres.* Harum vocabulo continetur Infans, Puella, virgo corrupta, & omnes quæ ſunt Sexûs fœminei. *ff. de auro & ar. lega. l. argento. §. mulieb.*

d *Sæculares.* Secùs de Converſis: nam tales gaudent eiſdem Privilegiis quibus & hæ quarum Religioni ſe dederunt. *de ſen. excom. c. non dubium. cum ſua glo.* & huic, quod hic dicitur, *concor. e. ti. c. unico. li. 6.*

M.S. Æton. add. † Meritò.

e *Niſi.* Excipit ab eo, quod prius dixit.

f *Diœceſani.* Unde Archiepiſcopi conſenſus non ſufficeret; & hoc verum puto, niſi pro tempore Viſitationis Metropoliticæ, vel aliàs Vocationis Eccleſiæ Cathedralis ſibi ſubjectæ, maximè ubi hoc habet Conſuetudo. *de offi. ordi. c. præſentis. li. 6.* Nam aliàs de Jure Communi hoc non poſſet, ſecundùm quod *no. de cenſ. c. ulti. per Doct. li. 6.*

g *Item tam.* Secunda pars.

h *Silentium.* Quod eſt Juſtitiæ cultus. *5. q. 3. in loco.* & de ſilentii virtute bene *no. per Wil. in Proœmio Clemen. ver. ſilentio.*

i *In locis.* De quibus habetur *e. ti. c. cum ad Monaſterium. §. in refectorio.*

k *Temporibus.* Utpurà, certis horis in Clauſtro, ut pateat dicto *c. §. in Oratorio.* Item poſt Completorium debèt ſervari ſilentium, ut patet *in Regula.* 42.

l *Nec viris.* Tertia pars; & dic *Viris*, i. e. Monachis vel Canonicis.

m *Mulieribus.* Id eſt Monialibus.

n *Superioritus.* Sc. Abbatis vel Prioris, Abbatiſſæ vel Prioriſſæ, alteriuſve qui ad hoc deputatus eſt.

o *Egredi.* Simile habes in Conſtitutione *Othoboni. Moniales. & e. ti. c. unico. li. 6.*

p *Septa domus.* Hodiè deberent omnes Moniales recludi, ne exeant, ſicut legitur *e. ti. c. unico. li. 6.*

q *Certa cauſa.* Id eſt, Superiori cognita.

r *Eis*, ſc. Monachis, Canonicis, vel Monialibus.

ſ *Concedatur.* ſc. Per Superiorem.

t *Clauſtraliũ.* Sive Monachorũ, ſive Canonicorũ, ſive Monialium.

u *Nihil ſiniſtrum.* Ut quia ipſius mores boni ſunt ſufficienter in Monaſterio probati: & habes ſimile in Conſtitutione *Othoboni. Moniales. ad fi.*

x *Qui etiam.* Scilicet egreſſurus.

y *Semper.* Id eſt, omni tempore, & omni loco.

z *Collegã* i. e. Sociũ ejuſdẽ Religionis. *ff. de verb. ſig. l. Collegæ.*

a *Certus dies.* Quod dic, ut *infrà. e. c. ultimo.*

b *Hoc quoque.* Quarta pars.

c *Exceſſum.* Id eſt, Delictum.

d *Epiſcopus.* In Viſitatione ſua, vel etiam extrà: nam in Monaſteriis ſibi ſubjectis Diſpoſitio ſpectat ad Epiſcopum. *de reſ. do. c. 3.* ubi de hoc.

e *Prior conventualis.* Sc. qui eligitur à Conventu, & non eſt removendus, ſicut nec Abbas, abſq; cauſa magna. *Extra. e. c. Monachi, ad fi.*

f *Non habens Abbatem.* Simile habes in *Clem. ne in agro. §. ſi quis autem.* ubi *Paulus* hoc intelligit de eo qui non habet † proprium in Monaſterio, vel in Ordine, & de tali Priore fit mentio *Extra. e. ti. c. in ſingulis. in prin.* Et dicitur *Prior Conventualis* qui eligitur à Conventu, ſicut Abbas, & eſt Dignitas ſicut Abbatia, prout notat *Archidia. in c. licet de præben. ver. Dignitates. li. 6.* De Priore Cauſtrali, & aliis Prioribus, notabiliter tractat *Wil. in Extravag. execrabilis. ver. Prioratus.*

M.S. Æton. add. † Abbatẽ. Prior Cõventualis.

g *Quis.* Sc. Religioſus.

h *Ad tempus.* Sc. arbitrarium, non tamen ut ſic illi loco obligatus, tanquàm ibi locum habens quia Religioſus non poteſt habere locum in diverſis Monaſteriis. *de reli. do. c. ultimo.*

i *Domum aliam.* Valet namque ſæpius pro animæ ſalute loci mutatio. Nam plerunque quando mutatur locus, mutatur mentis affectus. 81. *di. valet.* Sed contra hoc opponitur: nam Religioſus delinquens, debet in proprio Monaſterio agere pœnitentiam. *27. q. 1. impudicat.* & *c. pervenit.* Solutio. Miſſio ad aliud Monaſterium, tunc locum habet, quando proprium Monaſterium eſt negligens, vel diſſolutum, aliàs non. Sic *nota. 16. q. 1. quidam.* & *27. q. 1. ſi quis Monacharum.*

k *Religionis ejuſdem.* Ratio eſt, propter diſparitatem habitûs, quæ non debet eſſe in uno Monaſterio. *16. q. 7. in nova.*

l *Neceſſe fuerit.* Quia forſan Monaſteria dicti Ordinis ejuſdem Epiſcopatûs ſunt diſſoluta.

m *Diœceſanum.* Sc. illius Epiſcopatûs ad quem mittitur.

n *Compellatur.* Hoc ideo dicit, quia Epiſcopus alterius Diœceſis, viz. à qua mittitur talis Religioſus delinquens, non poteſt compellere ſubditum non ſuum, ut talem Religioſum recipiat. Sed prius debet ſcribi Epiſcopo illius Diœceſis in quam mittitur, ſub Mutuæ Viciſſitudinis Obtentu, ut ipſe compellat Abbatem vel Priorem ſibi ſubditum talem miſſum recipere. Et in eventum, quòd Epiſcopus, cui ſic in ſubſidium Juris mittitur, nolit talem compulſionem adverſus Abbatem vel Priorem ſibi ſubditum facere, quis habet eum compellere, vide in parte ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſuprà. de foro compe. c. item omnes illi. §. & ut in præmiſſis. ver. invenit.* Verùm tamen quoad hanc compulſionem habetur aliud remedium per *c. ulti. de regu.* ubi patet, quòd talis compulſio fieri poteſt per Præſidentes Capituli Generalis.

o *Qui.* Scilicet Religioſus ſic miſſus.

p *Ibi.* Scilicet in Monaſterio ad quod mittitur.

q *In omnibus.* Scilicet Regularem obſervantiam concernentibus.

r *Gravata.* Quia forſan receptus eſt ultra Numerum limitatum: vel quia facultates Eccleſiæ non poſſunt tot Perſonis ſufficere.

ſ *Mittat.* Scilicet Prælatus eum recipiens.

t *Collegis.* Id eſt, Confratribus.

u *Nec prius.* Vers.

x *Plenè.* Expectando, ſc. ibidem uſque ad finem temporis limitati, & perficiendo pœnitentiam ſibi injunctam. Et *concor. Extra. e. ti. c. cum ad Monaſterium. §. 2.* ibi, *nec recipiatur* &c.

y *Commiſſo.* i. e. Foreſacto.

z *Pœnituerit.* i. e. Pœnitentiam peregerit & compleverit, prout ſatis oſtendit dictio, *plenè*, ſuperius poſita. Et iſtud intelligas, quando Delictum eſt grave, aliàs autem ſi eſſet leve, vel mediocre, ſufficeret pœnitentiam eſſe inceptam, licèt non eſſet completa. Pro quo vide quæ ſcripſi *ſuprà. de tempo. ordina. c. cum quanta. glo. penulti.*

a *Tunc.* Extremitatem temporis ſignificat. *ff. de condi.* & *demon. l. 4.*

b *Superiorem.* Sc. Epiſcopum, Abbatem, vel Priorem, qui eum illuc miſerat ad pœnitentiam peragendam.

c *Revocetur.* Et ſic apparet, quòd finito tẽpore non poteſt eo ipſo redire

redire absque revocatione sui Superioris. Ratio est, quia non habet velle, neque nolle: 12. *q.* 1. *non dicatis.* sed est sub obedientia Superioris sui. *Extra. e. t. c. cum ad Monasterium. ad fi.* Quid ergo si ipsius Superior eum non revocet finitâ pœnitentiâ, nunquid prælatus Monasterii, ad quod missus est, teneatur eum ulterius retinere? Puto quod ex necessitate non teneatur; non tamen debet eum inhumaniter expellere. Turpius enim ejicitur quàm non admittitur hospes. *Extra. de jurejur. c. quemadmodum.* sed debet Superior suus compellere eum revocare. Nam & si Apostata foret, eum recipere teneretur. *Extra. de Regula. c. ultimo.*

Quæstio.

[a] Si autem [b] Monasterium, in quo moratur delinquens, [c] neminem versâ vice mittere voluerit ad Monasterium delinquentis, Monasterium à quo venit ei [d] Vestes ministret.

Victus, nisi valetudo sit dissimilis, sit Correligiosis unus, totusque apponatur: fragmenta autem quæ superant, totâ in Eleemosynam erogentur, nec sit cuiquam contradicendi jus. Contradicens autem ab Officio celebrandi, aut à Communione Juspendatur. Moniales non vescantur contra morem in refectorio carnibus, nec quisquam in aliâ domum recipiatur sine Episcopi aut Superioris approbatione per literas facta. Nec fiet approbatio ultrà debitum numerum in onus domus recipientis. Confiteantur autem Moniales Sacerdotibus ab Episcopo deputatis. Nec alteri pateat sine rationabili causa ad Claustrum accessus.

---

a *Si autem.* Vers.

b *Monasterium.* i. e. Prælatus & Conventus Monasterii: & sic ponitur continens pro contento. Nam *Monasterium* est habitatio Monachorum, & aliorum Religiosorum, ut notat *Archid. de Regula. c.* 1. *glo.* 1. *li.* 6. Et faciunt notata per *Jo. An. de electio. c. in plerisque. ver. Monasterii. in Clem.*

c *Neminem. Sc.* de suis.

d *Vestes ministret.* Quarum nomine continetur etiam hæc quæ ad Lectum pertinent. *ff. de au. & ar. le. l. vestes.* Ex hoc apparet, quòd alimenta gratis habebit de Monasterio ad quod mittitur. Sed contra hoc opponitur *Extra. de Regula. c. ulti.* ubi apparet, quòd de suo Monasterio habebit omnia necessaria, & sic tenet ibi *Ber. glo. ulti.* Cui *concor.* ibi *Inno. Hostiensis* ibi dicit, quòd si talis Religiosus ab initio habuit bona propria, debet de eis ali, ut dicit *glo. Ber.* allegat ad hoc 16. *q.* 6. *de lapsis. Si* verò nulla habuit, vel habita non sufficiunt, tunc si tàm primum Monasterium quàm secundum sufficiant, providebit sibi primum in memoriam pristinæ Fraternitatis. *C. de quæstio. l. servos. ff. de re. judi. l. non tantum. ff. so. ma. l. si cum dotem. §. sin autem tantus. cum similibus.* Si verò primum non sufficiat, tunc secundum providebit. *de Instit. c.* 1. & *c. auctoritate.* 86. *di. pasce. & c. non satis.* Quòd si neutrum sufficiat, provideat Capitulum Generale. *ar. ad hoc c. ti. c. in singulis. §.* 1. *ad fi.* In subsidium autem ad Episcopum recurri debet. *ar.* 82. *di. c.* 1. 12. *q.* 1. *præcipimus. & c. Ecclesiasticorum.* Et omnia hæc possunt Præsidentes æquâ Auctoritate Papæ, hoc salvo, quòd Episcopum nequeunt dicere. *Extra. e. t. c. in singulis. §. ordinentur. & c. finali. §. quòd si Abbas. de majo. & obe. c. cum inferior.* Hæc *Glossa Hostien.* non solvit, oppositum quoad illud, quod hic dicitur. Nam ista Constitutio videtur velle, quòd à primo Monasterio habebit vestes; & à secundo habebit alimenta, etiam dato, quòd utrumque Monasterium sufficiat. Et forsan hujus Constitutionis Lator motus fuit ad hoc ex quadam æquitate, dividendo onera inter ipsa Monasteria. Sed quod dicit *Hostien.* majori nititur æquitate, hoc salvo, quòd si per talem in Monasterio secundo augmentetur Cultus Divinus, satis æquum est, ut ab ipso Monasterio recipiat alimenta in quandam recompensatam.

Divisio.

e *Omnem autem.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus est superiora, & principaliter facit tria. Primo *Statuit* circa refectionem & alimenta Religiosorum. Secundo ibi, *Ad hæc*, statuit circa moram eorum in aliis Monasteriis. Tertiò ibi, *Providcant*, providetur diversimode pro Statu Monialium.

f *Singularitatem.* Quæ in omni communitate reprobanda est. 41. *di. c.* 1. & maximè inter Religiosos: nam Religioso extra Claustrum singularitas non convenit. *Extra. e. t. Monachi.* Item hoc quoad habendum proprium. *e. ti. c. cum ad Monasterium. in prin.* Item nec quoad singularem observantiam: *e. ti. c. recolentes.* quia, ut ibi dicitur, qui communem cum aliis ritam suscipiunt, similem sentiant disciplinam.

g *In Refectorio.* Locù scil. deputato ad reficiendum, de quo habes *Extra. e. ti. c. cum ad Monasterium. §. in Refectorio.* & in illo loco refici debent ad minus duæ partes Conventus; in Constitution. *Othoboni. Statuimus.*

h *Aliter.* i. e. Aliquo modo, vel de aliis cibis: conformes enim debent esse in qualitate ciborum & potuum. 41. *di. quod dicis.*

i *Sed qui præest.* Hic respondet tacitè objectioni, quæ posset esse de debilibus & infirmis.

k *Sibi.* Simile habes *Extra. e. ti. c. cum ad Monasterium. §. porro.* ibi *Aush. Sc. &c.*

l *Interdum.* Non tamen quotidiè.

m *Talia. Sc.* esculenta.

n *Debilitas.* Quæ sæpius contingit Senibus, & aliis, quibus aliter quàm per infirmitatem subtrahitur vigor corporeus.

o *Vel infirmitas.* Ex hac disjunctiva *vel*, apparet, quòd aliud est infirmitas, & aliud debilitas. Pro quo vide *supra. de consti. c.* 1. *ver. infirmitas.* Et idem quod hic dicitur, de debilibus & infirmis, habes intelligere de delicatis, his viz. qui non possunt vesci cibis Communibus, nisi infirmentur. 41. *di. non cogantur.*

p *Viderit expedire.* Arbitrium boni viri denotat, ut dixi plenius *supra. de vi. & bo. cle. c. ulti. e. ver.* Patet ergo, quòd carnes non potest facere præparari pro talibus, quia hoc esset contra arbitrium boni viri. Nam hic loquitur de eo qui præest in Refectorio in quo carnes comedi non possunt, nec debent, sicut legitur *d. c. cum ad Monasterium. §. in refectorio.* immò nec extrà refectorium debent Monachi comedere carnes sine dispensatione Abbatis, ut colligitur *ex d. c. cum ad monasterium*, ubi de hoc per *Doctores* & præsertim *Jo. An. in no. Pe. de Ancho. & Anto. de Butrio*, qui cum aliis dicunt, quòd etiam Monachus in studio existens non posset comedere carnes nisi de licentia Abbatis. Facit *de conse. di.* 5. *carnem.* Non enim reperitur locus, in quo de Jure possint comedere carnes, nisi in Infirmitorio, ut patet *d. c. cum ad Monasterium. ver. sed nec Extra.* Nec obstat, quòd in *Regula* prohibetur eis esus carnium quadrupedum, ac si à contrario vellet, quòd bipedum carnes possunt comedere, utputà, Cygnorum, Aucarum, Pavonum, Perdicum, Phasianorum; & aliorum hujusmodi: quia in hoc casu Argumentum à contrario sensu non habet locum ratione Absurditatis inde secuturæ. Absurdum enim esset, si non possent comedere carnes hujusmodi quadrupedum, quæ, ut communiter, minus delicatæ sunt, quòd possint comedere carnes bipedum, quæ pro delicatis habentur. Et quòd in hoc casu non habet locum Argumentum à contrario sensu, facit *l. conventiculam*, cum ibi notatis *C. de epi. & clc.* Circa quod vide quæ scripsi *supra. de cohabi. cle. & mul. c.* 1. *ver. publice.* Quæro igitur cum Abbas, vel alius Præsidens in loco suæ Præsidentiæ possit talibus de recreatione providere, sicut hic apparet, sed plenius *d. c. cum ad Monasterium. §. quòd si quis.* de quibus Cibariis debet esse talis providentia? Hic adverte, verum est, quòd tales in Infirmitorio de Jure Communi possunt comedere carnes, & alia cibaria quæcunq; eis necessaria ad salutem, ut patet *d. c. cum ad Monasterium. §. porro.* In Refectorio satis constat ex prædictis, quòd talis recreatio non potest fieri de carnibus: nec video quòd in alio loco etiam extra Refectorium, quàm in Infirmitorio possunt Monachis ministrari carnes, sicut patet in dicto *vers. sed nec Extra.* Deber ergo talis recreatio, quando fit extra Infirmitorium, fieri de Piscibus salubribus, vel de Potagiis, Lacticiniis, aliisve Cocorum confectionibus non carneis, debilitati vel infirmitati indigentium convenientibus. Facit ad hoc Constitutio *Othoboni, ad hæc.* ibi. *alium competentem &c.* ubi tamen recipiuntur ad Refectionem in præsentia Abbatis; dicunt aliqui, quòd eorum Refectio potest esse de carnibus; sed hoc non dicit Textus *d. c. cum ad Monasterium.* sed dicit *melius & plenius*; et hoc intelligit *Jo. An.* quod fieri debeat de grossis Piscibus, æstimo quòd non intellexit de Balænis, Cetis grandibus, & aliis Beluis Marinis; quia in Religiosis Personis sumptio talium piscium reprobabilis est. 4. *di. denique.* Sed debet intelligi de Piscibus salitis & duris, qualis est Fungia; & aliis consimilibus, de quibus, ut Communiter, vivunt Hospitales. Si tamen eis ministretur de Piscibus Marinis, vel aquæ recentis boni incrementi non salitis sed recentibus, eas pro grossis Piscibus recipiant cum Gratiarum Actione, quia non video, quòd de carnibus eis ministrandum sit à parte Juris; licèt Consuetudo faciat in contrarium; quæ non obstat, quia non quod fit, sed quod fieri debet, inspiciendum est. *de elec. c. causam.* & multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta essent in Judicium tolerari non deberent. *de præben. cum jamdudum.* Nec contra Regulam Consuetudo videtur excusare Monachos in esu carnium, sicut nec contra Regulam valeret Consuetudo contra Votum continentiæ. Quòd tamen Abbas in Camera possit Monachos exhibere.

Quæsit.

exhibere de carnibus facit? quia ipſe Abbas non debet eſſe ſine Hoſpitibus, ſecundùm Regulam. Sed Hoſpites, ut Communiter, comedunt carnes, ergo & Abbas & Monachi Commenſales qui debent ſe conformare eis in cibis, ſic etiam comedant carnes. *ar. ad hoc* 41. *di. quiſquis.* Sed dicit *Hoſtien.* quòd Abbas melius faceret, ſi cauſa Hoſpitum non comedat carnes. Perfectiuſque eſt, & melius Exemplum, quòd tã ipſe quàm Monachi à carnibus ſe abſtineant, niſi ex cauſa debilitatis, vel infirmitatis, ut prædictum eſt. Mihi videtur, quòd dictum *c. quiſquis*, potius facit ad hoc, quòd Abbas debet ſe conformare ſuæ Regulæ, ut ſcil. comedat Piſces, etiam tam in præſentia Hoſpitum, quàm carnes. Et hoc benè probat Textus ibi, in *verſ. quiſquis verò.* ibi, *metas conſuetudinis bonorum &c.* Nec eſſet Perfectio, quòd unus vel duo Hoſpites ſupervenientes, volentes comedere carnes, attraherent Abbatem, & forſan cum eo plures de Conventu alias ſecundùm Regulam comeſturos Piſces, ut ratione Hoſpitum comedant carnes; quia ſic minor perfectio ſuffocaret perfectionem majorem, cum tamen contrarium eſſet dicendum, ut ſcil. ſupervenientes ſequantur mores eorum ad quos accedunt, etiam in cibis & potibus, ac abſtinentiarum modis. Et videtur ſuper hoc Textus 12. *di. Illa. verſ. mater mea.*

a *Omnia autem.* Verſ.

b *Sine ſubtractione.* i. e. Quòd nõ minus miniſtretur uni quã alteri.

c *Conventu.* i. e. Refectorio, ubi Conventus debet comedere.

d *Alibi.* Utputà, in Infirmitorio, vel Hoſpitum Receptaculo, vel in Camera Abbatis.

e *De omnibus.* Sc. tam cibis quàm potibus.

f *Totum reſiduum.* Hoc ſtatim declaratur ex hoc, quod dicit, *ſine diminutione &c.* unde ex hoc apparet, quòd de appoſitis tempore Prandii nihil debet reſervari ad Cœnam, etiamſi Panes aliqui tunc appoſiti remaneant integri, aliqua etiam Fercula remanſerint intacta; nec de Cœna in aliud tempus.

g *Eleemoſynarium.* Non ergo per quemcunque de Monachis ad libitum, ſed per eum qui tali Officio Præpoſitus eſt. Poteſt tamen alius Monachus de Adminiſtratione ſibi commiſſa, Eleemoſynam largiri, ut notat *Wil. de vi. & bonc. Cle. c. quoniam. ver. adminiſtrationem. in Cle.* & ibi *concor. Fo. Au. in ver. convertendum.* qui dicit, quòd licèt Religioſus non habens Adminiſtrationem non poteſt Eleemoſynam facere, Religioſus tamen exiſtens in Scholis, de licentia ſui Abbatis benè poteſt Eleemoſynam facere. *Alle. ad hoc Hoſti. in ſumma de pœni. & remiſ. §. quibus & qualiter. ver. quid de facientibus.* cujus ſententiæ *concor.* ibi *Geſſ. in ver. aſſignare.* ubi concludit *Geſſ.* quòd etiam Monachus non habens Adminiſtrationem, ſi viderit aliquem fame fortè periturum, benè poteſt facere Eleemoſynam: nam tali caſu quilibet ex præcepto ad hoc tenetur. 86. *di. non ſatis. & c. paſce.* & quia tunc omnia hæc ſunt Communia. 47. *di. ſicut bi. ff ad leg. Rho. de jac. l. 2. §. cum eadem.* & hoc ultimum intelligit verum, etiamſi Abbas contradixerit; quia in hoc caſu magis Deo quàm homini eſt obediendum. 11. *q. 3. Julianus.* & præmiſſis *concor. Archi.* 12. *q. 1. non dicatis. & concor. Fo. in ſumma confeſ. li. 2. ti. 8. q. 26.*

h *Egentibus.* Sc. ad corporis ſuſtentationem, maximè his qui ſuis manibus laborare non poſſunt: nam qui laborare poteſt, ſi ſe immiſceat Eleemoſynæ Imperatoris redigitur in Servitutem. *C. de mendi. val. l. 1. li. 11.* Et circa hanc materiam videas, quæ ſcripſi *ſuprà. de offi. ordi. c. 1. ver. Eleemoſynarios. & ver. Hoſpitales.* Juxta quod quæro, nunquid talis Eleemoſyna poſſit diſtribui in uſus Scholarium proficere volentium in ſtudio Grammaticæ, prout fieri ſoler in quibuſdam Monaſteriis, in quibus de remanentibus Monachorum in Eleemoſynaria exhibentur tales Scholares in magno numero? videtur quòd non: quia tales aliunde laborando, poſſunt ſibi vitæ neceſſaria quærere, ut prædixi, ergo &c. Maximè ſi occaſione talium ſubtrahatur Eleemoſyna ab egenis, & paupertibus magis indigentibus qui ſeipſos relevare non poſſunt; nam ſecundùm indigentiam Perſonarum danda eſt Eleemoſyna. 86. *di. fratres noſtrum.* Circa hunc paſſum adverte, quia hæc Quæſtio procedit aut in eo caſu quo Eleemoſynarius poteſt omnibus egentibus ſubvenire; & tunc tàm iſtis quàm cæteris ſatisfaciat: Exemplo *Lot & Abraha. 42. di. quicſtamus.* Si non ſufficiat omnibus, attendat ad Regulam *Ambroſii* 86. *di. non ſatis.* ubi tradit novem eſſe conſideranda circa Eleemoſynam diſtribuendã. Prima Conſideratio erit reſpectu Fidei, ut ſcil. Fidelis & Chriſtianus præferatur Infideli & Pagano. Secunda eſt reſpectu cauſæ, ut quia captivi ab hoſtibus tali Eleemoſyna indigent. Tertia eſt reſpectu Loci, verbi gratia, circa eos qui incarcerantur propter debitum, & ibi diverſis ſupplicijs fatigantur. Quarta ratione temporis, utputà, quia Cariſtia eſt victualium. Quinta eſt ratione modi, ut non totum uni, nec ſimul effundat omnia. Sexta reſpectu neceſſitudinis, ut ſc. propinquos ſanguinis ſui alijs præferat; ita viz. ut eos paſcat propter carnis ſuſtentationem, non autem dilet propter carnalem amorem. Septima eſt reſpectu ætatis, ut, ſc. Senes Juvenibus præferantur. Octava eſt reſpectu debilitatis, ut ſc. Claudi, Cæci, Valetudinarii, & ſimiles præferantur Sanis. Nona eſt reſpectu Nobilitatis ſive Verecundiæ qua quis ingenuoi prodit Natales. Et hæc Conſideratio attenditur maximè in his, qui à divitiis ſine ſuo vitio ceciderunt in egeſtatem. Et prædictis apparet, quòd in Eleemoſyna, de qua hic loquimur, ſi poſſit fieri, diſtribuenda eſt ſecundùm gradus prædictos, ubi major eſt indigentia. Poteſt tamen pro parte Religioſorum hujuſmodi, quantum eſt ad exhibitionem talium, qui, ut communiter, ſunt eorum Conſanguinei, vel alia propinquitate eis ligati, applicari ſententia *Augu.* quam ponit in Libro primo de Doctrina Chriſtiana; ubi dicit, quòd his, qui ſunt nobis magis conjuncti, quàm his, qui quadam ſorte nobis obveniunt, magis providere debemus. Sed tu hic adverte, quia eſt circa conjunctionem hujuſmodi diſcretio adhibenda, viz. ut fiat diſcretio Sanctitatis & Utilitatis, quia ſanctiori indigentiam patienti, & magis utili ad Commune bonum, eſt Eleemoſyna miniſtranda ſecundùm *Thomã in ſumma.* Ex quo videtur, quòd talibus benè poteſt hæc Eleemoſyna miniſtrari, dum tamen ſe diſponant ad Ordinem Monachatûs, vel ad Ordinem Eccleſiaſticum ſuſcipiendum: ad hoc etiam facit, quòd dicit ibidem *Thomas in ſumma. q. 31. arti. tertio.* quòd exhibitio Charitatis & Beneficiorum ad magis propinquos, vel magis attinentes eſt extendenda. Sed propinquitas unius hominis ad alterum poteſt attendi ſecundùm diverſa, in quibus homines ſibi adinvicem communicant: utputà Conſanguinei Naturali Cõmunicationes; Concives Civili; Fideles Spirituali; & ſic de aliis: unde ſecundùm diverſas conjunctiones ſunt diverſa Beneficia diſpenſanda; nam unicuique magis exhibendum eſt Beneficium pertinens ad illam rem, ſecundùm quam eſt nobis magis conjunctus; & ſic ex hoc proceſſu apparet, quòd his qui Scholatizant in Monaſterio, ut poſtea Religionem ingrediantur, vel aliàs Ordinem Eccleſiaſticum ſuſcipiant, cùm in hoc aliis ſanctiores exiſtant, & his à quibus ſuſcipiunt hujuſmodi Eleemoſynam conjunctione Spirituali magis appropinquant, præ aliis eſt talis Eleemoſyna facienda. Verum tamen eſt, quòd ſecundum diverſitatem Locorum, Temporum, & Negotiorum, magis ſubveniendum erit extraneo gravem patienti neceſſitatem, quàm alteri etiã Patri, vel Matri, tantam neceſſitatem non patenti. In talibus igitur non poteſt dari certa Regula, ſed relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis benè & Sanctè in ſua conſcientia ſapientis. Hoc tamen tene, quòd generaliter intelligendo Eleemoſyna danda eſt his, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, ut dixi in principio.

i *Simul.* Iſtud poteſt intelligi dupliciter. Uno modo reſpectu Eleemoſynæ dandæ, ut ſc. non fiat per vices, ſed ſimul. Poteſt etiam intelligi reſpectu Perſonarum quibus dabitur, ut ſc. detur venientibus ad Eleemoſynam non diverſis temporibus, ſed uno tempore. Quid igitur erit, ſi in magno Monaſterio ubi dimittuntur magnæ Reliquiæ, non veniant ad Eleemoſynam niſi duo, vel tres hõines, cũ tamen Reliquiæ ipſæ valeant ſufficere viginti, vel pluribus Perſonis, nunquid hi duo, vel tres habebunt totam Eleemoſynam? dic quòd non, ſed quantum ſufficit ad eorum indigentiam. Nam ut tales petentes Eleemoſynam ſuperabundent ad ſuperfluitatem in Eleemoſyna recipienda non eſt laudabile, ſed melius eſt pluribus indigentibus eam largiri. Unde Apoſtolus 1. *ad Corinth. 13. Si diſtribuero in cibis pauperum &c.* ubi *gloſſa* dicit, quod per hoc Cautela Eleemoſynæ docetur, ut pluribus proſit: nec obſtat, quod hic dicitur, totum reſiduum ſimul dari debere ſine diminutione; quia debet intelligi quando numerus egentium ad hoc ſufficit. Alioquin ſi numerus non ſufficiat, ut in caſu noſtro, puto quòd Eleemoſynarius poterit in Villa, vel Locis prope Monaſterium de Eleemoſyna hujuſmodi magis indigentibus providere.

k *Erogandum.* Gratis, ſcil. non poteſt ergo pro tali Eleemoſyna aliquid recipi, ſicut in quibuſdam Locis fieri conſuevit, & malè.

l *Prior.* Supple, non habens Abbatem.

m *Diſpenſare.* Habes ergo hic unum caſum, in quo Abbas non diſpenſat. Alius eſt, quòd cum Monacho qui in Apoſtaſia recipit Ordinem Sacrum, non poteſt diſpenſare. *de Apoſta. c. ulti.* & generaliter, ut Monachus aliquid faciat contra Jus, vel contra Regulam, vel contra bonos Mores, non poteſt diſpenſare. 9. *diſ. Eccleſiaſticorum. & c. conſuetudinem*, ſecundùm quoſdam. Tu verò circa hoc latius videas *ti. de Legat.* in materia diſpenſationis. *§. ſunt quoque. per Spec. & de ſtatu Mona. c. cum ad Monaſterium. ver. indulgentia. per Ber.* 20. *q.* 4. *f. alii. per Fo.*

n *Et quicunque.* Verſ.

o *Iſtud.* Sc. de Eleemoſyna largienda.

Quæſtio.

In Eleemoſyna notem ſunt conſideranda.

illud de [a] *indumentis*, [b] *admittere* vel [c] *observare* noluerit, si Sacerdos fuerit, à celebratione Divinorum, si minoris [d] Ordinis, vel Monialis, à communicatione [e] Corporis Christi usque ad [f] plenam satisfactionem [g] firmiter [h] suspendatur. [i] Item Prohibemus, nè aliquæ Moniales [k] singulariter [l] in Refectoriis comedant carnes, in [m] quibus non [n] solent [o] communiter carnes comedere. Ad [p] hæc per nullam [q] societatem vel [r] considerationem admittatur Monachus in alterius Monasterio ad [s] moram faciendam, nisi cum [t] Literis Episcopi sui, vel [u] Abbatis, vel [x] Prioris Conventualis non habentis Abbatem. [y] Idem inter [z] Canonicos Regulares & Moniales Volumus [a] observari. [b] Provideant etiam Episcopi quot Moniales in [c] omnibus necessariis [d] sustentari possint de [e] bonis Monasterii; nec [f] sustineant ultra numerum illum aliquem admitti; nec etiam [g] recipiatur aliqua, postquàm [h] redactæ fuerint ad [i] paucitatem, quæ sequitur ex Alienatione Personarum. Ubi verò vult transire ad parem Religionem, tunc petitâ & obtentâ licentiâ sui Abbatis, etiam cum Dispensatione sui Episcopi poterit transire. Et quod in hoc casu requiratur Dispensatio Episcopi, & ejus Licentia, notant *Inno. de renunc. c. ulti. & Archi. de elec. c. si Religiosus. glo. ulti. li. 6.* & tangitur per eundem 20. q. 1. *Monachum. glo. ulti.* & 18. q. 2. *ver. sed quæres. de præben. c. cum singula. in glo. Monachus. per Cardi. li. 6.* & ibidem per *Fo. An. in no.* Et hoc verum intelligo, ubi vult transire ad Monasterium alterius Diœcesis, secùs si ejusdem Diœcesis. Sic notat *Anto. de Butrio ultra alios Doct. in c. significatum. Extra. de Regula.* Si vero velit transire ad laxiorem Religionem, non potest, nisi de licentia solius Papæ, *no. per Fo. An. Cardi & alios. d. c. cum singula.* Quidam tamen *Doctores* in hoc articulo dicunt, quòd potest sufficere †licentia Episcopi, sicut poteris videre per Remissiones, *Extra. de Regula. c. significatũ.* ubi de hoc per *Inno. Hosti. & alios.* Pro quorum Opinionibus concordandis *Anto.* ibi sic dicit, quòd si nulla subest causa, requiritur licentia Papæ: & sic intelligit *Glo. c. cum singula.* Si verò subest causa, & ingrediens juvenis est, sufficit licentia Episcopi; si subest causa, & est maturus ætate tempore recessus, tunc si causa transitûs exigit celeritatem, sufficit licentia Episcopi; si non exigit celeritatem, tunc requiritur licentia Papæ; & sic intelligit Glossam *in d. c. cum singula.* Et per hanc viam reducit *Doctores ad Concor.*

M. S. E. ton. add.

† In hoc casu.

a *Indumentis.* Ut sc. pro eis pecunia non detur, neque recipiatur; *supra. eo. c. 2.*

b *Admittere.* Sume quod sequitur, *noluerit*, & hoc intellige post Promulgationem ejusdem, à quo tempore ligat post duos Menses etiam ignorantes. *Extra. ne cleri. vel mo. c. fi. glo. penul. de consti. c. 2. glo. fi. Autb. ut fact. c. no. consti. in prin.* Pro quo vide *supra de consti. c. ulti. ver. publicam notionem.* Et ex hac litera apparet, quòd subditus tenetur omnino admittere Constitutionem sui Superioris. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de consti. c. 1. ver. præcipimus. & ver. mandamus. & de sacra. unctio. c. cum sacri. ver. reluctantes.*

c *Observare.* Scil. post Admissionem.

d *Minoris ordinis.* Ut puta, Diaconus, & citra illum Ordinem.

e *Corporis Christi.* Quod recipere tenentur ad minus in prima Dominica cujusli-bet Mensis, sicut legitur in *Cle. ne in agro. c. ti. §. sane.*

f *Plenam satisfactionem.* Quæ consistit in observantia harum Constitutionum, & in agendo pœnitentiam à Superiore injunctam pro commissis. *Sed* ecce, *supra. in c. 2. hujus Tituli.* ubi prohibet pecuniam dari vel recipi pro vestibus, adjicit pœnam danti, ut sc. amoveatur ab Officio suo: Recipienti verò, quòd careat novis pannis eo anno. Hic verò adjicit pœnam Suspensionis à celebratione Divinorum, & à Communione Corporis Christi: videtur itaque, quòd tales affici debent duplici pœna, contra ea quæ leguntur, & *no. de judi. c. at si clerici. ad fi. cum concor.* ibi positis. Solutio. Ista pœna non est Sententiæ latæ, sed ferendæ, sicut nec illa *supra. c. c. 2.* Et sic cum duæ pœnæ pro uno delicto inveniuntur, locus est gratificationi, vel minor pœna debet imponi, prout *no. in glo. Ber. c. de causis. ver. certa. Extra. de offi. deleg. & no. in c. in pœnis. de reg. jur. li. 6. per Fo. An.*

g *Firmiter.* Id est, sine remissione.

h *Suspendatur.* Scil. per Sententiam.

i *Item prohibemus.* Vers.

k *Singulariter.* Non intelligas de una per se, sed de pluribus, quod satis patet ex hoc, quod dicit, *Moniales*, in plurali: sed quod dicit *Singulariter*, expone, i. e. non conformiter cum aliis, ut dixi *supra. c. c. in princi. ver. singularitas.*

l *In Refectoriis.* Idem intellige in aliis locis, quia in hoc casu non habet locum Argumentum à contrario sensu, ut dixi *supra. c. ver. viderit expedire.*

m *Quibus.* Sc. Refectoriis.

n *Non solent.* Immò non debent, ut dixi *supra. c. c. ver. viderit expedire.* Nam principium hujus Constitutionis generaliter loquitur de omnibus Religiosis: & intelligi debet tàm de Monachis, quàm de Canonicis Regularibus, & etiam Monialibus, ut patet *supra. c. ti. c. 2.*

o *Communiter.* i. e. In Communi modo reficiendi.

p *Ad hæc.* Secunda pars.

q *Societatem.* Forsan inter duo Monasteria contractam, ut eorum Monachos recipiant mutuò.

r *Considerationem.* Utputà, causa docendi Monachos, vel eos informandi in Musica, vel in Cantu, vel forsan quia in illo Monasterio Religio est arctior & melius observata, pro quo vide *infra. glo. proxi.*

s *Moram. Sc.* diutinam, per quam videretur alienus à suo Claustro. 20. q. 4. *Monachus.* Nam Monachus in Clausto sui Monasterii debet remanere, ut *no. per Archi. ne Cle. vel Mona. c. 2. li. 6.* & perpetuò stare in eodem Monasterio est de substantia Professionis luxi *de jurejur. c. sicut.* ubi de hoc per *Hostien.* nam in vocatione, qua vocatus est, stare debet. *Extra. de Regula. c. licet.* Et *concor. in simili* 16. q. 1. *qui verè.* Potest tamen ad tempus cum dispensatione Abbatis esse absens, ut ibi patet, & 19. q. 3. *statuimus.* Sed quid si Monachus velit transire ad aliud Monasterium causâ majoris Perfectionis, quia Religio ibi magis viget, & melius observatur, nunquid habebit locum quod hic dicitur, ut scil. *non admittatur sine Literis Episcopi vel Abbatis &c?* Hic adverte, quòd quandoque Monachus transit de uno Monasterio ad aliud causa levitatis, & in hoc casu verum est, quòd sine Literis non debet admitti in alio Monasterio. 30. q. 3. *statuimus.* & facit ad hoc quod *no. per Ber. d. c. licet. glo. sufficit igitur.* quandoque transit causa Perfectioris Vitæ: & tunc si transit ad Monasterium arctioris Religionis sufficit, ut, petitâ licentiâ sui Prælati licet non obtenta, hoc faciat, sicut patet *d. c. licet.* Fallit tamen hoc, si ex tali transitu sequeretur gravis jactura Monasterio à quo transit, vel etiam grave scandalum ratione transitus talis Personæ: Nam in hoc casu etiam si teneat transitus, potest repeti non jure ipso, sed per viam Restitutionis, secundùm *Inno. Hostien. & Fo. An. & alios* qui sic notant, *d. c. licet.* Ratio est, quia si propter lesionem in rebus temporalibus restitui debet Monasterio; multo fortius hoc erit in læsione quæ sequitur ex Alienatione Personarum. Ubi verò vult transire ad parem Religionem, tunc petitâ & obtentâ licentiâ sui Abbatis, etiam cum Dispensatione sui Episcopi poterit transire. Et quod in hoc casu requiratur Dispensatio Episcopi, & ejus Licentia, notant *Inno. de renunc. c. ulti. & Archi. de elec. c. si Religiosus. glo. ulti. li. 6.* & tangitur per eundem 20. q. 1. *Monachum. glo. ulti.* & 18. q. 2. *ver. sed quæres. de præben. c. cum singula. in glo. Monachus. per Cardi. li. 6.* & ibidem per *Fo. An. in no.* Et hoc verum intelligo, ubi vult transire ad Monasterium alterius Diœcesis, secùs si ejusdem Diœcesis. Sic notat *Anto. de Butrio ultra alios Doct. in c. significatum. Extra. de Regula.* Si vero velit transire ad laxiorem Religionem, non potest, nisi de licentia solius Papæ, *no. per Fo. An. Cardi & alios. d. c. cum singula.* Quidam tamen *Doctores* in hoc articulo dicunt, quòd potest sufficere †licentia Episcopi, sicut poteris videre per Remissiones, *Extra. de Regula. c. significatũ.* ubi de hoc per *Inno. Hosti. & alios.* Pro quorum Opinionibus concordandis *Anto.* ibi sic dicit, quòd si nulla subest causa, requiritur licentia Papæ: & sic intelligit *Glo. c. cum singula.* Si verò subest causa, & ingrediens juvenis est, sufficit licentia Episcopi; si subest causa, & est maturus ætate tempore recessus, tunc si causa transitûs exigit celeritatem, sufficit licentia Episcopi; si non exigit celeritatem, tunc requiritur licentia Papæ; & sic intelligit Glossam *in d. c. cum singula.* Et per hanc viam reducit *Doctores ad Concor.*

M. S. E. ton. add.

† In hoc casu.

t *Literis Episcopi.* Hoc, quod hic dicit de consensu Episcopi, intellige, quando transit ad aliâ Diœcesim, ut *supra* dixi *glo. proxi.* Ratio est, quia in hoc casu Episcopus admittit Clericum suum, & ideo ipsius interest, ne sine licentia sua transeat: secus tamen est, si velit transire ad aliud Monasterium ejusdem Diœcesis, quia tunc sufficerent Literæ sui Abbatis, prout notat *Anto. Extra. de Regula. d. c. significatum.* & dixi *supra. glo. proxi.*

u *Vel Abbatis.* Non intelligas, quòd utrobiq; sufficiat habere Literas unius, vel alterius; sc. sive Episcopi, sive Abbatis: sed distributivè legas; ut scil. in casu suo necesse sint Literæ Abbatis; & in casu suo necesse sint literæ Episcopi, secundùm ea quæ dixi *supra* duabus Glossis proximis. Et quòd Literæ in tali casu requirantur, cavetur expresse 19. q. 3. *Statuimus.* & 20. q. 4. *Monachum.*

x *Prioris Conventualis.* Qui æquipollet Abbati, ut dixi *supra. c. c. inhibemus. §. hoc quoque. c. ver. & glo. sequenti.*

y *Idem. Sc.* quod dictum est de Monachis.

z *Canonicos Regulares.* Qui non multum sunt sejuncti à consortio Monachorum. 20. q. 3. *c. præsens. ad finem.*

a *Observari.* Ut scil. non admittantur in aliis Monasteriis sine Literis Commendatitiis Episcopi, vel Superioris.

b *Provideant.* Tertia pars.

c *Omnibus necessariis.* In quibus continentur victus, & vestitus, & reparatio, & sustentatio bonorum, & ædificiorum Monasterii. *et ad hoc ff. de verb. sig. l impensæ.* Appellatione namque *Necessariorum* continentur Alimenta, Vestiarium, & Habitatio. *ff. de ali. & cibaria. l. legatis. & l. ul.* Pro quo faciunt *nota. per Archi. de præben. c. si Episcopus. ver. necessaria. li. 6.*

d *Sustentari.* Supple, sine penuria: simile habes *c. ti. c. unico. §. sane. li. 6.* quoad Ordines non mendicantium: & *concor. Extra. de insti. c. proxi.*

e *Bonis Monasterii.* Sic ergo secundùm Facultates metiendæ sunt expensæ, & non secundùm numerum Personarum possessiones quærendæ, *Autb. ut determi. sit nume. cleri. ultra mediam.*

f *Sustineant.* i. e. Patiantur.

g *Recipiatur. Sc.* per Abbatissam, & Conventum de Jure communi. *de Regula. c. si, cum sua. glo. li. 6.*

h *Redactæ fuerint.* Forsan per Mortẽ aliarum, vel forsan per Amotionem aliquarum in alia Monasteria: quia si fuerit necesse numerũ diminui, bene possunt aliquæ amoveri. In qua Amotione debet haberi ratio, ut †remaneant debiliores. 18. q. 2. *in nullo.* & sic *no.* † *al. Amo. per Vinc. de consti. c. pe. & per Anto. & Pe. de Ancho. de insti. c. 1.* ver.

Quæstio.

a *Firmiter.*

a *Firmiter.* Simile habes 16. *q.* 1. *c.* 1.

b *Si autem.* Vers.

c *Hanc formam.* Sc. ultra tot in numero, quot absque penuria possunt sustentari de bonis Monasterii.

d *Quàm Priorissa.* Supple, ubi non est Abbatissa.

e *Deponatur.* De Jure Communi pœna est, quòd talis receptio non tenet. *c. si, c. un co. §. sanè. li. 6.*

f *Idem.* &c. quòd deponatur.

g *Magistris.* De quibus patet exemplum in Ordine Sancti *Gilberti* de *Sempringham*, cujus Ordinis Principalis Pater appellatur *Magister.*

h *Prioribus.* Prout est videre in *Lincoln.* Diœcesi apud *Bolyngton*, & apud *Sixhill.*

i *Custodientibus.* i.e. Gubernantibus. Et de his loquitur Decretum 18. *q.* 2. *c. in Actione.* Sed hi in eodem Monasterio cum Monialibus morari non debent: 18. *q.* 2. *definimus.* & *c. in nullo.* sed habebunt Monasterium per se longè positum à Monasterio Puellarum. *c. q. c. Monasteria.* Nec in eodem Choro ad psallendum cum Monialibus debent in Ecclesia simul interesse. *c. q. c. perniciosam. prope finem.*

k *Admiserint.* Præsupponit Admissionem hujusmodi pertinere ad †Magistrũ vel Priorem; quod tamen de Jure† non puto verũ; quia de Jure Admissio hujusmodi Monialium spectat ad Abbatissam, vel Priorissam, ubi non est Abbatissa, & Conventus, ut dixi *suprà. e. ver. recipiatur.* Nec videtur quòd tales Magistri vel Priores sint deputati, ut aliquam Potestatem habentes, saltem quoad Moniales nisi certis in casibus, viz. uno casu, ut sint eis in Prælidiuni Administrationis & Gubernationis: item alio casu, ut sint eis Patres Spirituales ad Doctrinæ ædificationem, prout hæc colligi possunt 18. *q.* 2. *c. in decima.*

† *Al. add.* Episcopũ. † *Al. add.* Cõmuni.

l *Statuendum.* Ut sc. deponantur sic Admittentes, oportet ut istud intelligas de his, qui non sunt exempti; nam exemptos ligare nõ posset ista Constitutio *Nõ extra Territoriũ & c. de consti. c.* 2. *li.* 6.

m *Consueantur etiam.* Vers.

n *Ab Episcopis.* Sic ergo non possunt sibiipsis confessores eligere, sed ab Episcopo deputatos recipere: Ratio est, quia Episcopus habet curam omnium qui sunt in sua Diœcesi: & sumitur hoc *ex c. qui religiosis.* 18. *q.* 2. Fallit tamen hoc, quando sunt privilegiatæ, ut possint aliis confiteri, juxta ea quæ leguntur & *no. de pœni. & remiss. c. ulti.* vel ex suæ Religionis primæva Institutione Ordinatum sit quibus confiteri debeant: aliàs autem prædictis cessantibus, confiteri debent Curato Ecclesiæ infra cujus Parochiam degunt. *Extrà. de pœni. & remiss. c. omnis utriusque.* nam & hi ab Episcopis deputati existunt, in his, quæ ad Curam animarum pertinent.

Clerici appellatione non veniunt Monachi.

o *Clerici autem.* Vers. & intellige de Sæcularibus, quorum appellatione non continentur Monachi: nam Monachi vivere debent in Communi, ut patet *c. ii. c. cum ad Monasterium.* Sed Clerici Sæculares possunt habere proprium, sicut notat *Ber. de offi. ordi. c. licet. ver. sæculares.* Et quod appellatione *Clericorum* non contineantur Monachi, notat *Anto. Extra. de insti. c.* 1. propter hoc quod ibi dicitur, *Monachorum aut Clericorum.* in hoc tamen casu, idem quod hic statuitur de Clericis, debet intelligi de Monachis. 18. *q.* 2. *c. definimus. & tribus c. sequentibus.*

p *Laici.* Simile habes *de vi. & bo. cle. c. Monasteria.*

q *Frequentem.* Iterationem significat secundùm *Ber. d. c. Monasteria. Hostien.* tamen intelligit hoc secundùm modum loquendi usitatum, ut sc. tunc dicatur *Frequentatio*, quando homines incipiunt obloqui inrantum, ut fama perveniat ad Prælatum. 86. *di. si quid. de accus. c. qualiter.* 2. Unde secundùm eum, hoc remanet in arbitrio Judicantis, *ar. de offi. deleg. c. de causis.* Tu dic, quòd si præcessit Monitio, etiam semel, & illuc redierit, puniendus est. *ar. ad hoc. de cohabi. cle. & mul. c.* 2. Et sic sentire videntur *Anto. & Petrus. d. c. Monasteria.*

r *Claustrum Monialium.* i. e. Ad ipsas Moniales: & sic continens ponitur pro contento. Et simile habes *de excess. prælа. c. fi.* Nam non solum Monales, sed nec earum loca debent frequentari; quia secundùm *Hostien. in d. c. Monasteria.* sæpè intactis ab immunda violatione corporibus fugit ipsa Castitas de moribus. 32. *q.* 5. *nec solo.*

s *Rationabilis causa.* Consanguinitas non erit rationabilis causa, nam sub Cognati nomine poterit culpa tegi: & ideo etiam à Consanguineis cavendum est. *de cohabi. cleri. & mul. c.* 1. Quæ igitur sit causa rationabilis, relinquitur arbitrio Judicis. *Extrà. de offi. del. c. de causis.* vel poterit dici *rationabilis causa* propter Medicos, Sartatectores, Carpentarios, & hujusmodi, juxta *no. Fo. An. in c. periculosa. ver. causa. c. ii. li. 6.*

Religiosi & Regulares non indulgeant comessationi & compotationi, sed solum statutis horis reficiantur, nisi obtentâ veniâ, aut infirmi sint, aut in Prælatorum obsequio. Qui verò ex justa causa seorsum commorantur, habeant secum pro testimonio ad minus duos Seniores.

Idem.

t Quoniam inter alia vitia impetus u Gulæ viros Religiosos solet non mediocriter x infestare, Decernimus, ut nec Monachi, nec Canonici Regulares, nisi y horis statutis, potationi aut z comessationi a vacare præsumant. b Si verò sitiverint, c impetratâ licentiâ d regulariter e refectorium introeant, & sic f necessitati subveniant, non ut consulant g voluptati. h Ab hac tamen generalitate i infirmos k excipimus, & eos qui sunt in l obsequiis Prælatorum. m Ad hæc statuimus, ut cùm pro debilitate vel alia n justa de causa Monachi o seorsum in p Misericordia cõmorantur, q semper habeant secũ

Divisio.

t *Quoniam inter alia.* Ista est Constitutio ejusdé cujus & superiors & facit principaliter duo. Primo statuit circa abstinentiã Regularium quoad Potationes &c. Secundo ibi, *Ad hæc*, disponit pro eorũ Regimine dum sunt in misericordia.

u *Gulæ.* De quo vitio plenius videre poteris *suprà. de offi. Archipresb. c.* 1. *§. gulæ.*

x *Infestare.* Cum tamen à crapula & ebrietate eos præ cæteris conveniat abstinere. *de vi. & bone. cleri. c. à crapula.*

y *Horis statutis.* Supple, secundùm Regulares observantias: licèt enim quando esurimus sine culpa comedimus 5. *di. c. ulti. in fi.* & quicquid, & quantum placet. 41. *di. quisquis. & c. delicias.* Horæ tamen statutæ servandæ sunt, & ad comedendum secundùm Canones Statuitur hora Tertiarum. 44. *di. non liceat.*

z *Comessationi.* Quæ Clericis & Religiosis omninò prohibetur, sicut patet 44. *di. per totum.* & dicitur Comessatio frequens, & voluptuosa Comestio secundùm *Fanuen.*

a *Vacare.* i. e. Operam dare.

b *Si verò sitiverint.* Vers. & nota, quòd hic de esurie nihil dicitur, & propterea quantùm ad Comestionem extra tempora statuta hic non providetur.

c *Impetrata.* Non ergo sufficit petere Licentiam, nisi concedatur.

d *Regulariter.* Id est, secundùm observantiam Regularem.

e *Refectorium.* Non autem locum alium, sed locum ad talem usum deputatum.

f *Necessitati.* Sc. corporis quoad scim.

g *Voluptati.* i. e. Delectationi secundùm superfluitatem.

h *Ab hac.* Vers.

i *Infirmos.* Eos vix qui per Præsidentem ad Infirmitorium causa recreationis deputantur.

k *Excipimus.* Ut sc. non teneantur adire Refectorium.

l *Obsequiis Prælatorum.* i. e. Abbatum vel Priorum, quales sunt Capellani, & Administrationem habentes ad extra: hi namq; ad cellarium Abbatis, vel aliàs Officii sui, si sic se habeat usus, pro tali necessitate recurrere possunt.

m *Ad hæc.* Secunda pars.

n *Justa de causa.* Judicio Abbatis vel Prioris relinquenda.

o *Seorsum.* Extra locum consuetum ad reficiendum, utpotà, Refectorium, *Extra. c. c. ad Monasterium. §. in Refectorio.* & idem potes intelligere de Infirmitorio in casu suo. Item de Aula vel Camera Abbatis in casu suo. Nam in his locis non est opus provisione, de qua sequitur; quia in Refectorio cunctos supervidet Præsidens eidem; in Infirmitorio sola infirmitas cognita excusat cum supervisione Infirmarii; in Aula vel in Camera Abbatis sufficit supervisio ipsius Abbatis, in cujus Præsentia reficiuntur: oportet itaque intelligere hoc, quod hic dicitur, de his qui Dispensativè in aliis locis recreantur.

p *Misericordia.* i. e. Relaxatione austeritatis observantiæ Regularis ad tempus, & loquitur secundùm Consuetudines diversorum Locorum, in quibus Religiosi per septimanas alternatim recreantur, & sunt exonerati à Choro & observantia Claustrali.

q *Semper.* Sc. dum sunt in misericordia: & intelligas Civili modo, non scilicet, ut omni hora, & omni loco sint cum eis Præsentes, sed quòd cum eis de Monasterio egrediantur & regrediantur, & interim cum eis in loco misericordiæ conversentur; non enim intelligi debet de quolibet instanti. *ar. ad hoc ff. de servi. l. si cui. ff. de Edil. Edic. l. quid si venditor.* ubi patet qd non debet heri Interpretatio

[a] duos ad minus [b] Seniores, qui [c] aliorum levitates debitâ [d] correctione compescant. [e] Et qui postmodum in Capitulo testificentur qualiter [f] misericorditer fuerint conversati. [g] Idem inter Canonicos Regulares & Moniales Volumus observari.

Monialis, quæ non cogitur mendicare, non sit ultra tres dies naturales etiam cum socia, quantumcunq; sit bonæ famæ apud parentes aut notos suos, nisi urgente necessitate, aut causa legitima cum Episcopi assensu interveniente.

Johannes Peccham.

---

[h] SAnctimoniales pluri. mæ in [i] vagationis vitio delectantes [k] *Dinæ* vagantis exemplo, in consimile corruptionis scandalū, immò [l] longè pernicioſius [m] assiduè prolabuntur, cui periculo providentes, magis optantes earum [n] saluti consulere, quàm vanis earundem desideriis complacere, sub pœna [o] Excommunicationis Inhibemus, nè qua illarum etiam [p] cum socia, [q] nedum sola, apud [r] parentes vel [s] affines quantūcunq; [t] propinquos, nedum apud [u] extraneos quantumcunque [x] famæ, vel [y] eminentiæ vel [z] Religionis existant, ultra tres [a] dies naturales causa [b] recreationis [c] perendinare, seu pro quacunque [d] necessitate vel [e] occasione [f] ultra sex dies cessante [g] infirmitate commorari præsumant, [h] nisi locorum [i] Episcopis aliud [k] aliquoties ex [l] causa necessaria videatur, [m] de quo

M.S.E. ton. add. Ihujusmodi Moniales.

Extraneus

---

a *Duos.* Nam in ore duorum ad minus stat Testimonium solidum. *de Testib. c. in omni.*

b *Seniores.* Istud (ut credo) sumptum est *de c. 1. 12. q. 1.* Et nota, quòd *Senior* dicitur, quandoque ratione ætatis; quandoque ratione admissionis in Religionem; quandoque ratione Ordinis Presbyteralis. 83. *di. porro.* Sed hic sumitur *Senior* non solum pro Presbytero, sed pro Seniore in Religione: nec requiritur quòd tales simpliciter sint Seniores, sed sufficit, quòd sint de Senioribus. *Et ad hoc Extra. de elect. c. cum dilectus,* ubi sufficit electum esse dignum, licet multi alii fuerint digniores: & ibi sic notatur per *Jo. An. ver. digniores.*

c *Aliorum.* Duos comprehendit ad minus. *ff. de Testib. l. ubi numerus,* & sic cum duobus Senioribus, possunt esse quatuor in misericordia.

d *Correctione.* Sc. verbali, quæ debetur Senioribus super Juniores: non autem e contra. 2. *q.* 7. *Paulus.* & hoc verum, nisi malum Exemplū Senioris Juniores trahat ad interitum; ut ibi patet.

e *Et qui.* Sc. Seniores.

f *Misericorditer.* i. e. In misericordia existentes.

g *Idem.* Sc. quod dictum est de Monachis.

Divisio.

h *Sanctimoniales.* Hæc Constitutio est edita per *Johannē Peccham Cantuarien.* Archiepiscopum, & facit duo. Primo disponit circa absentiam Monialium à Monasterio. Secundo ibi, *Hanc autem,* restringit suum Statutum quoad quasdam Moniales.

i *Vagationis.* Quæ Personis Religiosis prohibetur. 16. *q.* 1. *quidam. & c. Monachi.* & maximè Monialibus, sicut patet *e. ti. c. unico. in princi. li.* 6. *& c. attendentes. in Clem.*

k *Dinæ.* Supple, Filiæ *Jacob* & *Leæ,* de qua legitur *Gen.* 34. quòd egressa ut videret mulieres Regionis vi oppressa est à *Sichem Filio Hemor.*

l *Longè pernicioſius.* Quia peccatum *Dinæ* non erat nisi simplex Fornicatio. Non enim legitur ipsam tunc fuisse maritatam; erat tamen Virgo, & sic in ejus corruptione aggravatum est Peccatum, & commissum est Stuprum, ut patet ibi in Textu: sed in corruptione Monialis non solùm committitur Stuprum, eò quòd fuerit Virgo; sed Adulterium, quia sponsa Christi. 18. *q.* 2. *definimus.* Item Incestus; 27. *di. virgines.* Item Sacrilegium; 27. *q.* 1. *virginibus.* Et horum omnium Incestus est gravius peccatum. 32. *q.* 7. *adulterii.*

m *Assiduè.* Id est studioſe, vel frequenter.

n *Saluti consulere.* Et meritò, quia Prælatorum manibus salus Animarum suorum Subditorum exigitur. *de Simo. c. licet Hely. de offi. ord. irrefragabili.*

o *Excommunicationis.* Scilicet ferendæ.

p *Cum Socia.* Non enim decet, ut Religioſi soli transeant extra Septa Monasterii, & maximè Moniales: nam etiam Abbatiſſa Monasterium exire non debet, nisi cum honestâ & decenti societate, sicut patet *e. ti. c. unico. §. verum quando. li.* 6. & tamen non nisi ex certa causa, ut ibi patet. Quicquid itaque hic statuatur, verum est de Jure Communi quòd Moniales remanere debent sub perpetua Clausura, nec exire debent quovismodo, nisi in duobus casibus limitatis in *c. unico. eo. ti. li.* 6. Unus casus est, quando alicui Monialium accidit infirmitas evidens, talis videlicet, propter quam non potest sine gravi periculo, seu scandalo morari cum aliis in Monasterio: hoc patet *d. c. unico. §. itaque.* Secundus casus est, quando Abbatiſſam, vel Priorissam oportet exire causâ Homagii faciendi, vel ad præstandum Fidelitatis Juramentum alicui Principi Sæculari, prout patet ibi, *ver. verum quando Abbatiſſa.* Et propterea Constitutio ista modicam vim obtinet respectu Juris Communis, quod tolli non potest per Constitutionem Inferioris. *de elect. c. ne Romani. in Clem.* Si igitur quæras de quo operatur ista Constitutio, maximè cum Jo. *Peccham* Auctor hujus Constitutionis bene noverat Constitutionem illam *Bonifacianam, e. ti. li.* 6. Responsionem bonam non video, nisi quòd illa Constitutio *Bonifacii* forsan non erat acceptata in *Anglia,* nec executa, prout in pluribus Monasteriis Monialium in *Anglia* hodiè videmus ad oculum: unde in hoc casu bene procedit ista Constitutio, quæ disponit circa ipsarum egressum. Sed tunc insurgit dubium quomodo possent Moniales resistere hujusmodi Constitutioni prædictæ; ut sc. non remaneant sic inclusæ? Nescio respondere, nisi propter tepiditatem Episcoporum quibus subsunt †. Considerare enim debent, quòd injunctio illius Capituli, *periculoso,* dirigitur Episcopis quibus subsunt hujusmodi Moniales, ut patet ibi, §. *& quoniam.* Item Abbatibus exemptis, & non exemptis, quibus subsunt aliquæ Moniales: sicut patet ibi, *ver. Abbates vero.* Sed verū est in Regno *Angliæ* pro majori parte, quòd Moniales quæ reguntur per Religioſos sunt inclusæ. Illæ verò quæ immediatè subsunt Episcopo, non sunt inclusæ: & sic apparet, quòd negligentia circa hoc remansit in Episcopis, nec potest contra illud Jus præscribi, prout ibi *no. Arch. super ver. obedientiæ.* Et sic Præscriptio Episcopos excusare non potest, juxta *nota.* ibi per *Arch.* qui allegat ad hoc *c. cum tanto. Extra. de consue.*

† *M.S.E. ton. add.* Ihujusmodi Moniales.

q *Nedum sola.* Hoc ideò dicit, quia quòd cum socia posset exire, videbatur quibusdam satis honestum ex causis *infrà* scriptis; viz. causa visitandi Parentes vel Propinquos, quod tamen hic reprobatur nisi ad tempus certum, & cum licentia; hoc intelligas ut *suprà. e. c. inhibemus. §. nec viris.*

r *Parentes.* Sc. Patrem vel Matrem.

s *Affines.* Utputà, Socerum, Socrum, Generum, Nurum, Novercam, Vitricum vel Privignum. *ff. de grad. l. non facile. §. affines.*

t *Propinquos.* Potest intelligi de propinquitate secundùm gradus; 35. *q.* 2. *de propinquis,* vel potest intelligi de propinquitate respectu ipsius Monasterii: & uterque intellectus est satis bonus.

u *Extraneos.* Sc. Nulla consanguinitate vel affinitate eis conjunctos: & nota, quòd *Extraneus* dicitur, quandoque omnis citra Parentem per Virilem Sexum descendentem. *C. de rei uxo. act. l.* 1. *§. extraneum.* Item *extraneus.* i. e. omninò ignotus. *C. de hære. insti. l. extraneum.* Item *extraneus.* i. e. non conjunctus. *Insti. de hære. quali. & diffe. §. cæteri.*

x *Famæ.* i. e. Bonæ opinionis sive æstimationis. *ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionum. §. æstimatio.*

y *Eminentiæ.* i. e. Status, vel Dignitatis.

z *Religionis.* i. e. Perfectionis, vel Sanctitatis.

a *Dies naturales.* Quarum quælibet consistit ex 24. horis, & comprehendit diem & noctem. *ff. de verbo. sig. l.* 2. *§. cujusque. in glo.*

b *Recreationis.* Id est solatii, opus est enim homini, ut quandoque habeat corporalem recreationem. Sunt namquè in homine, ut ait *Philosophus. 7. Eth.* naturales motus, & operationes ad laborem. Labor enim est contristativus, cujus ratione inquantum est labor, quilibet laborans indiget quiete, sic etiam quoad tristitiam quæ consurgit ex labore, indiget aliquo demulcente; sic ut delectatio corporis moderata sit quies in bono delectante.

c *Perendinare.* i. e. Unum diem, vel plures in otium trahere, secundùm *Fanuen.*

d *Necessitate alia.* Viz. à necessitate recreationis, potes ponere Exemplum ob necessitatem alicujus medelæ faciendæ vel recipiendæ.

e *Occasione.* Putà, consolandi Parentes infirmos, vel forsan ipsorum exequiis interessendi, si interim moriantur.

f *Ultra sex dies.* Supple, *naturales,* ut *suprà.*

g *Infirmitate.* Forsan ipsam arripiente, dummodo est ad extrà & sic infirmitas est sola causa eam excusans, si sit perendinās ultra tempus hic limitatum.

h *Nisi.* Excipit à prius dictis.

i *Episcopis.* Et sic Abbatiſſa non potest licentiare ultra tempus hic statutum.

k *Aliquoties.* Non tamen sæpè.

l *Causa necessaria.* Judicio suo relinquenda.

m *De qua.* Sc. licentiādo ipsas Moniales ultra tempus hic limitatū.

Casus in quibus licitè potest Monialis Monasterii exire.

a *Eorum.*

a *Eorum.* Sc. Episcoporum.

b *Conscientias oneramus.* Ipsi ergo in hoc sibi ipsis erunt Judices, prout *no. al. Arch. de rescrip. c. statuimus. §. assessorem. ver. relinquatur. li. 6.*

c *Hanc autem.* Secunda pars.

d *Illas.* Scil. Moniales.

e *Exterius.* i. e. Ad extra.

f *Coguntur.* Sc. necessitate compulsæ. Quia aliàs non habẽt sufficienter unde vivant: & sic, ut videtur, non loquitur de his, quarum Ordo fundatur super mendicitate. Vide *infrà. glo. proxi.*

g *Mendicare.* Contra istud opponitur *suprà. e. c. omnem. §. providean.* & *c. unico. §. sanc. e. ti. li. 6.* In quibus locis Ordinatur, quòd numerus Monialium debet ita moderari in Monasterio, quòd absque penuria possint sustentari de bonis Monasterii: ergo si sic observatum sit, non habebit locum, quod hic dicitur, sc. quòd cogantur mendicare: & hoc verum est in Monasteriis non mendicantium, sicut patet *d. §. sane. præall.* Intelligas ergo hoc, quod hic dicitur, quoad Moniales quæ vivunt ex mendicitate, & non habent Possessiones, neque reditus unde vivant. Nec obstat quòd dicit hic, *coguntur &c.* quia illa coactio potest verificari, non solum ubi Possessionatis deficiunt proventus temporales, sed etiam ubi nullas habent Possessiones, sed vivunt super mendicitate incerta, sicut faciunt Fratres: nam in talibus Monasteriis non præcipitur taxari numerum, sicut patet *d. §. sane. præal.*

h *Dum mendicant.* Ista litera, ut videtur, præsupponit, quòd mẽdicantes Moniales possunt egredi personaliter ad mendicandũ: hoc tamen non est verum de Jure Communi, quia quoad Clausurã cõprehenduntur universæ & singulæ Moniales cujuscunque sint Religionis vel Ordinis, sicut patet *e. ti. c. periculoso. §. 1. li. 6.* nec possunt exire, nisi in duobus casibus, de quibus dixi *suprà. e. ver. cum socia.* Oportet itaque, ut istam Constitutionem intelligas de non inclusis, prout Communiter stant Moniales per totam *Angliam.*

Divisio. i *Plures invenimus.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham* apud *Lambeth*, & habet duo dicta. Secundùm ibi, *Et quia.* In primo recitat quandam Abusionem. In secundo ordinat Remedium.

k *Sancti Augustini.* Utputà, Canonicorum Regularium, & aliorum, qui profitentur Regulam Beati *Augustini.* Sunt enim Tres Regulæ à parte Juris Communis, quarum alteri obligantur Religiosi, viz. Sancti *Benedicti, Basilii, & Augustini. 18. q. 2. pernicioso. Wil.* tamen in *Clem. 1. de decimis, ver. religiosi.* dicit, quòd omnes Religiosi militant sub una de tribus Regulis, viz. *Benedicti, Augustini,* vel *Francisci:* si *Franciscus* supplantaverit *Basilium* nescio. Scio tamen secundùm Decretalem Regula de Approbatis, est *Basilii* non *Francisci.*

M. S. Æton. † Prima.

l *Matricibus Ecclesiis.* Sic dictis, quia ab eis tanquàm Filiæ à Matribus procedebant. Aliter dicitur *Matrix Ecclesia,* illa quæ est major, & Baptismalis: quæ ideo dicitur *Matrix,* quia sicut Mater generat, sic illa regenerat per Baptismum: sic sumitur *de præscrip. c. 1. & c. ex transmissa. de transac. c. præterea. 2. & nota. de sentent. Excommuni. c. 1. ver. matricem. per Jo. An. in Clem. & concor.* ibi *Paulus. e. ver.*

m *Ultramarinis.* Inter Monachos patet Exemplum de *Cluniacensibus, Cisterciensibus,* & *Carthusiensibus:* patet etiam de Domo Sancti *Antonii London.* cujus Domus superior est in Regno *Navarr.* apud *Viennam,* & est Ordinis Sancti *Augustini.* Patet etiam hodie Exemplum de Domo de *Sion* Ordinis Sanctæ *Brigitæ London.* Diœcesis; cujus Domus Principalis est in *Wastena* in Regno *Swetiæ,* & vivunt sub Regula Sancti *Augustini.* Dicta tamen Domus de *Sion* hodiè non subjacet Domui de *Wastena* virtute Ordinationis Apostolicæ, quam vidi & palpavi.

n *Adhæserant.* Sc. Tanquàm membra, & ab eis dependentes, & eis subjectæ. *de rescrip. c. 1. in Clem.*

o *Separatæ.* Forsan Auctoritate Sedis Apostolicæ, vel de consensu Domus Superioris, quæ bene potuit renunciare Juri sibi competenti in Domo inferiori, & sibi subjecta: *Extra. de crimi. falsi. c. fi. de privil. si de terra. ff. de pact. l. pactum.* etiamsi illud Jus, sive Privilegium in Dei honorem inductum sit. *17. q. 4. nec vor.* & ibi per *Jo.* Nec obstat *c. si diligenti. in fi. Extra. de foro compe.* ubi apparet, quòd Juri indulto Collegio vel Universitati non potest renunciari: quia Jus competens alicui Collegio, vel Universitati, per singularium Personarum renunciationẽ non potest tolli, ut ibi patet: sed per renunciationem Universalem & Collegialiter factam sic. Ad quod facit dictum *c. si de terra.* nam si ibi tacitè tollatur Privilegium Collegio competens per non usum; ergo multo fortius hoc poterit fieri per expressum; requiritur tamen in hoc casu † Tractatus qui solet haberi i Alienationibus. *Extra. de his quæ fiã Præla. sine consen. Capi. c. tua nuper.*

M. S. Æton. † Contractus.

p *Cæremoniarum.* Quæ consistunt in variatione Obsequiorum, in discretione Ciborum, in differentiis Sacrificiorum, in expiatione Immunditiarum, in observatione Solennitatum, in differentiis colorum Vestium, & hujusmodi.

Cæremoniæ quibus consistunt.

q *Per quas. Sc.* Cæremonias.

r *Discrepant.* Id est, discordant.

s *Cæteris.* i. e. Omnibus: nam verbum *cæterorum,* omnia comprehendit. *ff. de verb. sig. l. cæterorum.* Et circa hoc vide *no.* per *Jo. An. e. ti. c. unico. ver. cæterorũ. li. 6.*

t *Ordinis.* Ordo & Religio idem significant, sicut plane concludit *Jo. An. eo. ti. c. unico. ver. Ordinem aut Religionem. li. 6.* ubi tamen ponit Remissiones in contrarium.

u *Non conveniunt.* Id est, simul cum eis non veniunt.

x *Generali. Extra. de sta. mo. c. in singulis. ver. hoc ipsum.*

y *Et quia.* Secunda pars.

z *Suo toto. VIII. di. quæ contra.*

a *Hujusmodi Domus.* Quæ scil. olim adhærebant domibus Alienigenis, sed modo sunt separatæ ab eis. Et dic *domus,* i. e. inhabitantes Domus ipsas, ut sic contentum intelligatur per continens.

b *Observantia.* De istis Cæremoniis dixi *suprà. e. ver. Cæremoniarum.* Et ex ista litera apparet, quòd Capitulum Generale Cæremonias talium tollere non potest. Sunt enim aliqui de Ordine Sancti *Augustini* qui utuntur Rocheto lineo, & desuper Capa nigra ante aperta. Aliqui totaliter uruntur Vestibus albis lineis, aut laneis. Aliqui utuntur desuper Capis nigris, clausis cum Cruce ante pectus impressa. Aliqui deferunt Indumenta alba cum Cruce appositâ: & sic in talibus, vult ipsorum Cæremonias eis salvas esse. Et idem intelligas de discretione Ciborum, Nam aliqui vescuntur carneis, aliqui non: aliqui certis temporis jejunant, aliqui non jejunant. Sic etiam aliqui utuntur ocreis, sicut Monachi. Alii utuntur Sotularibus, sicut Clerici Sæculares.

Religiosorum diversi habitus.

c *Specialiter.* Id est, singulariter, per singula eorum Monasteria. Et sic Generalis Monitio non esset sufficiens.

d *Locorum Episcopos.* Non oportet, quòd hoc fiat personaliter per ipsum Episcopum, sed sufficit, quòd per alium fiat ipsius Præcepto & Auctoritate, secundùm ea quæ dixi *suprà. de consti. c. 1. ver. vel eorum Officiales.*

e *Aliis Canonicis.* Supple, ejusdem Ordinis.

f *Vel si.* Vers.

g *Inter eos.* Sc. qui olim adhærebant Alienigenis.

h *Et alios.* Indigenas de Provincia *Cantuariensi.*

i *Substantialia.* Quæ consistunt in Tribus, sc. Abdicatione Proprietatis, Observatione Castitatis, & Obedientiæ. *Extra. de sta. mo. c. cum ad Monasterium. ad fi. & nota. Extra. de Regula. §. ad quid teneatur. per Hostien. in summa.*

k *Notabilis diversitas.* Hanc diversitatem secundùm sensum istius literæ, qualis esset, non bene concipio. Nam universi Religiosi tenentur ad tria supradicta, sicut patet *de sta. mo. §. in quibus conveniunt. per Hostien. in summa.* Sed intellige hanc diversitatem secundum diversitatem Regularis observantiæ quoad exercitium varium juxta Institutiones diversarum Religionum. Aliquorum enim Religiosorum Ordo instituitur principaliter ad opera vitæ contemplativæ, quæ

Religiosorum variis Institutio.

quæ consistit in studio, & Oratione, sicut Ordo *Carthusiensium*. Aliorum verò Ordo instituitur ad obsequia Hospitalitatis, & Infirmorum, ut Ordo *Crucigerorum*, & Sancti *Antonii Viennæ*. Quorundam verò Ordo instituitur ad Prædicationem, Doctrinam, & Consilium animarum, sicut patet in Fratribus *Prædicatoribus*, *Minoribus*, *Augustinen.* & *Carmelitis*.

Aliorum vero Ordo instituitur ad Militiam, ut *Hospitalarii*, & olim *Templarii*, ex quibus patet, quòd Religiones diversificantur secundùm diversos actus Exercitiorum; nam in una Religione castigatur corpus per abstinentiam, in alia per nuditatem, in reliqua per operationem manuum: unde per hæc diversa Officia, sive Exercitia, licèt tendentia ad eundem finem, dicuntur Religiones diversæ; tum ratione diversarum Institutionũ; tum ratione diversi Habitus; tum ratione diversæ Nominationis. Pro qua materia videre poteris notata per *Petrum de Ancho. Extra. de Regula. c. sanc. vers. secundo opponitur.*

versitas, sibiipsi [a] separatim constituant Capitulum Generale, [b] alioquin [c] hoc facere per censuram Ecclesiasticam [d] compellantur.

Religiosi novi qui sibi domũ, hospitale, aut Xenodochium construant, à loci Ordinario Regulam vivendi accipiant. Anachoritæ non fiant sine speciali Episcopi approbatione; nec facti, Sæcularibus hospitia sine honesta causa præbeant.

Edmundus.

a *Separatim.* Sic, sc. ut simul non conveniant in eodem loco.

b *Alioquin.* Sc. si nec cum aliis convenire, nec per se Capitulum Generale celebrare volunt.

c *Hoc facere.* Scilicet cum aliis convenire, vel per se Capitulum celebrare.

d *Compellantur.* Intellige de non Exemptis: quia Exempti per Episcopos ad hoc compelli non possent, cùm non sint eorum Subditi. *de consti. c. 2. li. 6.*

Divisio.

e *Quoniam Religionum.* Hæc Constitutio, quæ est *Edmundi*, facit tria. Primo Statuit circa Nova Loca Religiosa fundanda. Secundo ibi, *Ad hæc*, statuit quid fieri debeat circa *Anachoritas* vel *Reclusos*. Tertio ibi, *In Domibus*, prohibet, ne Personæ Sæculares in domibus hujusmodi *Reclusorum* hospitentur.

f *Diversitas.* Quæ consistit in multitudine Domorum Religiosarum secundùm quosdam; sed hoc non placet, quia quantumcunque multiplicaretur Religio *Nigrorum Monachorum* non esset nisi una Religio. Sed hæc diversitas attendi debet secundùm diversitatem Regularium habituum, & Sectarum, sicut patet *eo. ti. c. unico. li. 6.* Et in hoc *concor. Text. Extra. eo. ti. c. fi.* ubi prohibet Novam Religionem instituí.

g *Confusionem. Concor. Extra. eo. c. fi. & c. unico. li. 6.*

h *Domum.* Supple, Religiosam. i. e. Monasterium.

i *Hospitale.* Quod inter Loca Religiosa numeratur. *Extra. e. c. Ad hæc.*

Xenodochium quid sit.

k *Xenodochium.* Sc Locum ubi recipiuntur Senes & Debiles, secundùm *Wil. in Clc. per literas de præben.* vel dic quòd *Xenodochium* est Locus pius, ubi pauperes peregrini recipiuntur, sicut notatur 23. *q.* 8. *c.* 23. § *Sanctimo. per Jo.* & ibi ponitur differentia inter *Xenodochium*, *Gerontochomium*, & *Brephotrophium*. sed melius *eo. ti. c. de Xenodochiis. per Hostien. in Lectura.* qui super hoc dat Remissiones tam ad Jura Civilia, quàm Canonica: dicit tamen, quòd quandoque sumitur pro quolibet Hospitali, & sic sumitur *dicto c. de Xenodochiis.* secundùm eum: & de prædictis ponit *Arch. in loco prælleg.* hos versus.

Versus.

Pascitur in Brepho, Geron, Orphano, Noso, Xenoque;
Infirmus, vetulus, puer, infans, & peregrinus.

l *Fundare.* i. e. De vel a fundo in Structuram aliquam erigere.

m *De novo.* Sic ergo, de renovatione vel reparatione alicujus Loci talis antiqui, non debet intelligi hæc Constitutio: & sumitur hoc *ex c. fi. Extra. eo. ti.*

n *Regulam.* Secundùm quam ibi Instituendi vivere debent.

o *Institutionem.* i. e. Ordinationem quoad Statuta.

p *Loci Ordinario.* Sc Episcopo; sed contra hoc opponitur: nam in *c. fi. Extra. eo.* dicitur, quòd volens fundare Domum Religiosam de novo, accipiet Regulam & Institutionem de Approbatis: ex qua litera apparet, quòd talis Fundator potest per se, sine consensu Episcopi, eligere Regulam, & facere Statuta, dum tamen sint de Approbatis. Solutio. Ista Constitutio supplet ad illud quod in *d. c. ulti.* nimis confusè dictum erat: ut scil. talis Fundator non per se, sed ab Episcopo Regulam & Institutionem accipiat. Episcopus tamen videre habet, quòd sint de Approbatis, ut ibi dicitur: unde pro intellectu horum, quæ hic dicuntur, adverte, quia regulariter & de Jure Communi talia loca Religiosa, de quibus hic loquitur, sunt in potestate Episcopi, ut patet *Extra. eo. c. de Xenodochiis.* & hoc verum quoad Protectionem, non quoad Temporalia, quæ non debet sibi usurpare, sed dare operam, ut expendantur in illum usum ad quem destinata sunt, ut ibi patet. Quandoq; tamen talia Loca constituunt in Potestate alterius quàm Episcopi, forsan ex Statuto facto in Fundatione Locorum, vel aliàs ex Præscriptione legitima, vel Privilegio Papæ, sicut patet *eo. ti. quia contingit. in Clc. 1. Responsa.* secundum *Jo. An. in no. d c. de Xenodochiis.* & ille qui dicit talem Locum exemptum ab Episcopo, hoc probare debet, secundùm *Petrum de Ancho. e. c.* quæ Exemptio licet probetur in certis Capitulis, nõ tamen prodest in aliis. *Extra. eo. c. cum venerabilis.* Sic etiam Eremitæ subsunt Episcopo. 93. *dist. c. nulla.* & scias, quòd talibus Locis non possunt accedere Ecclesiæ, neq; Cœmeteria, neque Altaria, nisi auctoritate Episcopi, ut patet dicto *c. quia contingit.* nec possunt erigi talia Loca habentia Spiritualia Jura annexa sine auctoritate Episcopi; & secundùm quosdam Hospitale, vel Xenodochium, aut locus consimilis pius, non potest fundari eo modo, quòd Episcopus non possit se intromittere. *ar. c. requisisti. de testa. ff. de leg. 3. l. nemo potest. Wil. tamen de Monte Laud.* dicit, quòd sic, in *Clc. quia contingit. per c. unicuique. de conse. di. 1.* & hoc intelligas verum quoad Temporalia ministranda, ut putà, Hospitalitatem tenendam, & etiam in aliquo Oratorio ibi erecto, non tamen adinstar Ecclesiæ orandum absq; Missarum celebratione, Sacramentorumve aut Sacramentalium ministratione; quia super talibus in Spiritualibus Episcopus in sua Diœcesi erit Præordinator & Dispositor, ut prælixi: & sic apparet in *d. c. unicuique.*

M. S. Eton.

† Nimis.

q *Ad hæc.* Secunda pars.

r *Inclusi.* Intellige de singulariter *Inclusis*, quales sunt apud nos *Anachoritæ*: nam de Cõmuniter *Inclusis*, quales sunt vel esse debent omnes *Moniales. de sta. mo. c. unico. li. 6.* non debet hoc intelligi.

s *Alicubi.* Id est, in aliquo Loco.

t *Diœcesani.* Et sic inferior Episcopo hanc licentiã dare non potest. Cui *concor. in simili*, quod legitur & notatur in *Clem. 1. de jure patro.* unde nec Abbas potest licentiare Monachũ suum, ut includatur: nec obstat quod sequitur *de excess. Prælа. c. unico. ad fi. li. 6.* quia licet Monachi possint de licentia Abbatis ad vitã solitariã & Eremiticam transire, ut ibi dicitur; nõ tamẽ sic, ut ibi includantur soli, nec hoc ibi dicitur; sed loquitur volentibus habitare in Eremo cũ sociis suis, ut benè notatur per *Bern. de elect. c. cum Monasterium. glo. 2.*

u *Loci.* Hic aliqui Libri habent *Sociis*; sed hæc litera est convenientior: nisi intelligas de Inclusione totius Conventus, sicut patet in Monasterio de *Sion London.* Diœcesis. Debet enim Diœcesanus considerare, an Locus, ubi aliquis recludi desiderat, sit alicui Ecclesiæ propinquus, vel ab Ecclesia multum separatus. Item an sit in Urbe vel in Rure, quia tali incluso in suis necessitatibus citius provideretur in Urbe, ubi est multitudo Populi, quàm in Rure, ubi pauci sunt, & ut Communiter pauperes, qui non possunt talibus succurrere. Considerari etiam debet Locus, si sit prope aliquod Monasterium, ex cujus Eleemosyna possit sic Inclusus sustentari, vel longè à Monasterio. Nec obstat quod legitur *de excess. Prælа. c. unico. ad fi. li. 6.* Nam intelligi debet, ut dixi *suprà* super *ver. Diœcesani.*

x *Moribus.* Sc. an sit flagitiosus, vel virtuosus. Item an sit constans, vel cirò mutabilis. Nam omnibus in Christo piè vivere volentibus, necessaria est constantia in adversis. 7. *q.* 1. *Suggestum.* Item an sit in Vita Activa perfectus, & virtuosè confirmatus, quia minus perfectus, vel aliàs indispositus ad perfectionem Vitæ Activæ, non est de facili, nec sibi, nec aliis † profectum allaturus in Vita Contemplativa. Est namque Vita Activa dispositiva ad Contemplativã: unde dicit *Isid. de Summo bono.* qui prius in Vita Activa proficit, inde ad Contemplationem conscendit. Ideo quamdiu non pervenit homo ad perfectionem in Vita Activa, non potest esse in eo Vita Contemplativa, nisi secundùm quandam inchoationem.

M. S. Eton.

† perfectionem.

y *Personarum.* Utrum sc. sit Religiosus vel Sæcularis, Clericus vel Laicus, Vir vel Mulier, austeritatem vitæ prius expertus, vel non expertus, Juvenis vel Senex, vel alia hujusmodi.

z *Sustentari.* Utputà, quia sufficienter habent de proprio, unde vivere possint: tales namque Recluſi, si non sint alicui de Religionibus approbatis per professionem obligati, possunt habere proprium, adinstar Eremitarum, de quibus legitur & notatur 16. *q.* 1. *qui vere.* ubi de hoc. Aliàs autem si proprium non habeant, unde sufficienter vivere possint, de facili recludi non debent, nisi ad minus sustentationem habere valeant

leant cum aliis in Communi: utputà, quia talis recludendus Religiosus est, & vivere debet de bonis Monasterii. *ar. ad hoc de verb. sig. c. privilegium.* & *d. c. unico. de excess. prælа. ad fi. li. 6.* Ut autem talis Inclusus vivat de mendicitate non videretur esse securum, nisi esset de Ordine mendicantium, sic quòd sibi per alios mendicantes ejusdem Ordinis non inclusos de necessariis valeat secundùm Religionis observantias provideri. Cujus rei dispositionem in hoc casu non puto ad Episcoporum Ordinationē pertinere, eò quòd Communiter mēdicātes hujusmodi à Jurisdictione Episcopi sunt exēpti: tamen alios Jurisdictioni Episcopi subjectos, bene tenetur Episcopus aspicere, & videre, ne sub incerto suam sustentationem quærere cogantur. Incerta namq; mendicitas videtur in Jure reprobata, sicut patet *eo. ti. c. unico. ver. confirmatos. li. 6.* unde si talis recludi volens Clericus esset sub obedientia Episcopi existens, jure & rationabiliter poterit Episcopus ejus Reclusioni contradicere, in casu quo non haberet proprium, nec in Communi unde se sustentare sufficienter posset. Ratio est, quia mendicitas Clericorū est ignominia Episcoporū, *Extra. de renūc. c. ad supplicationē.* cum ibi notatis. In hoc enim casu non solū poterit dici, *mendicat in Plateis infœlix Clericus &c. 93. di. Diaconus sunt quos.* Sed mēdicitatē suā deplorat in domo reclusus Clericus infœlix, cujus miseriam sive inopiam non est qui aspiciat, quin sine succurrente sit fame & inopia periturus, contra illud 86. *di. c. pasce. cum similibus.* Cavendum ergo est Episcopo, nè aliquos includat, nisi de prædictis in hoc Capitulo descriptis: & etiam quòd de talium sustentatione futura certus sit; alioquin, ut rationabiliter judico, de sua Mensa talibus per eum iuclusis tenebitur providere, sicut & Clerico provideri tenetur, quem sine Titulo promoverit ad Ordines. *Extra. de præben. c. cum secundùm Apostolum.* Insuper circa hanc materiam scire debes, quòd licet vita solitaria conveniat contēplanti, qui jam pervenit ad perfectū, qd dupliciter esse potest: Uno modo ex dono Dei, ut in *Jo. Baptista.* Secundo per Exercitium virtuosi Actus: ex aliorum tamen societate juvatur homo dupliciter, sc. quoad intellectum, ut instruatur in his quæ sunt contemplanda: unde *Henri.* ad Rusticum Monachum *inquit*, placet quòd habes Sanctorū contubernium, nec ipse te doceas, 16. *q. 1. si Clericatus in fi.* Secundo quoad effectum, sc. ut noxiæ Affectiones hominis reprimantur exemplo, & Correctione aliorū; unde idem ad eundem. In solitudine, *inquit*, citò surrepit superbia, dormit quando vult, facit quod vult &c. Ad viventē in societate dicit, Non facies quod vis, comedes quòd juberis, subjicieris cui non vis, servies Fratribus, Præpositum Monasterii timeas, ut Deum diligas, vel Parentem &c. prout ista, & alia notantur *Extra. de Regulari. c. sanc. ver. 3. quæro. per Petrum de Ancho.*

a *In Domibus.* Tertia pars: & dic, *in domibus*, scil. ædificatis pro inclusione talium, de quibus hic loquitur.

b *Eorum.* Sc. Inclusorum: & intellige hoc verum ipsis viventibus, non autem forsan quando mortui sunt, vel a loco suæ Inclusionis recesserunt.

c *Sæculares.* Potes intelligere tam de Clericis Sæcularibus quàm etiam de Laicis: nam etiam Clerici Sæculares appellantur, *de præben. c. cum de Beneficio. li. 6.* & hoc quod hic dicitur, si intelligatur de Clericis, puto verum, sc. quòd non debent hospitari in talium Domibus, quamdiu sunt Sæculariter viventes; secus putarem, si in tali loco Contemplationi, & Orationi vacare vellent, ab occupatione Sæculari se penitus separantes; & idem forsan dicerem de Laico, qui totaliter Contemplationi & Orationi intenderet, absque inclusione aliqua: nam tales non sunt dicendi merè Sæculares sed Religiosi; secundùm ea quæ notantur per *Areb. de hæreti. c. ut officium. ver. Religiosas. li. 6.*

d *Hospitentur.* i. e. Maneant, vel morentur.

e *Honesta.* Pone Exemplum *suprà. e. ver. Sæculares.*

f *Manifesta.* i. e. Non latenti, sed aperte cognita.

Divisio. g *Cum secundùm Apostolū.* Ista fuit Constitutio *Stephani* in Cōcilio *Oxon.* Et facit duo. Primo providet, quid faciendum est quoad Custodiā Ecclesiæ, quando duo sunt Præsentati ad unam & eandē Ecclesiā. Secundo ibi, *Sed si ad Episcopum*, providet quid fieri debeat, in casu quo Collatio devolvatur ad Episcopum Jure devoluto: & est pars hujus *suprà. de insti. c. cum secundum Apostolum.*

h *Hoc.* Sc. quod sequitur.

i *Adjungendū.* Sc. illi Statuto quod habes *suprà. de insti. e. c.*

k *Præsentati.* Supple, per diversos se ejusdē Ecclesiæ Patronos fore prætendentes, ut *infrà* apparet §. *proxi.* Nā si duo essent Præsentati ab uno, siquidem præsentans esset Clericus, qui variare nō posset, præferri deberet primò Præsentatus. Si verò Præsentans esset Laicus, foret in gratificatione Episcopi, quem velit admittere. *Extra. e. c. cum autem.* ubi de hoc: & est ibi *Doctorū* Conclusio in substantia, quòd Patronus Laicus uno Præsentato potest postea alium Præsentare, & sic potest variare. Et est ratio, quia effectus rei, i. e. Tituius & Dominium Præsentatione Laici non confertur Admissione Episcopi non securâ: & ideo ante effectum consummatum habet locum pœnitentia. *ar. l. si convenerit. ff. de jurisd. omn. judi.* & *l. si cum dotem. §. ea autem tempore. ff. sol. ma.* Secus tamen esset, si illa Voluntas & Electio traheret secū suum effectum, quia tunc variatio non admitteretur: patet exemplum in Episcopo cōferente Beneficium, ut in *c. si tibi absenti. de præbē. li. 6.* & hinc est, quòd ille, qui habet Electionem ex contractu, potest variare postquàm elegerit, sed non ille qui habet Electionem ex ultima voluntate; quia in hac statim per Electionē transfertur Dōinū, & sic effectus cōsummatur: non tamē sic ibi, ut notatur *in l. eū qui certarum. §. 1. ff. de verb. obli. per Bart.* ubi dicit, qd ille qui habet potestatē declarādi, post declarationē semel factā, nō potest variare. Scias quoq;, quòd Patronus Laicus successive potest plures Præsentare, non tamen per Præsentationē secundi removetur primus, sed accumulatur primo: unde ex quo potest successive plures Præsentare, multo magis hoc potest à principio, sic, ut Episcopus eligat unum ex Præsentatis pluribus, secundùm *Jo. An. in dicto c. cum autem.*

l *Pendente lite.* Sc. inter Præsētatos, vel etiā inter Præsentantes.

m *Custodia.* Sc. Ecclesiæ, secundùm ea quæ leguntur, & notantur *Extra. de offi. ordi. c. cum vos.*

n *Si d si ad Episcopum.* Secunda pars. o *Cōcilii.* Sc. *Lateranēsis* de quo habetur *Extra. de concess. præben. c. nulla.*

p *Devolvatur.* Sc. per lapsū sex Mensiū in Patronatu Clerici. Aliàs quatuor mensium, ubi Laicus est Patronus. *Extra. e. c. cū propter.* Fit etiā Devolutio ad Episcopum, quando per Patronum Clericum Præsentatur indignus, juxta *no. per Ber. & alios de offi. ordi. cū vos.* Nō tamē fit Devolutio, quādo sciēter Præsentatur idignus per Laicū, ut notatur ibi per *Ber.* Et in hoc concordare videtur prima facie *Hosti. Extra. e. ti. cū autē.* ubi dicit, qdquādo primus Præsentatus est indignus, Laicus talem Præsentans merito potest pœnitere. *ff. de col. bo. l. nonnunquàm.* Dicit tamen, quòd Diœcesanus admittens secundo Præsentatum, dicitur facere gratiā Patrono, eo quòd posset talē repellere, ex quo minus idoneum Præsentavit. *Authent. de Sanctiss. Epis. §. si quis Oratorii domū. coll. 9.* Et sic videtur *Hostiē.* sentire contra *Ber.* vīz. quòd Laicus scienter Præsentans idignum, privatus est illa vice Potestate Præsentandi. Et sic notat in summa *Extra. eo. ti. §. quibus. vers. pœnā &c.* & *Extra. de sup. neg. prælа. c. 2. de re judi. c. cū Bertholdus.* & *Extra. e. c. cū propter.* Et cum *Hosti. concor. Inno. de fi. Presby. c. pro posuit.* & *Arch. de præben. c. 1. li. 6.* & *Gess. Extra. e. ti. c. 1. ver. obsistat in Cle.* & *de excē. prælа. c. unico. ver. idoneis. in Cle.* unde talis Præsentatio facta de indigno, secundùm eos ipedit secundam fieri etiam de digno. *Jo. tamē An. d. c. cum vos.* dicit quòd Laicus Præsētans indignum, potest usq; ad quatuor mēses Præsentare dignū, & sic variare. Aliàs autem secundum eum sequēretur, quòd ubi † Præsentavit dignum, posset variare, corrigendo quod bene fecit. Sed ubi Præsentavit indignum, non possit variare, corrigendo qd malè fecit, qd esset absurdum. *Henricus* tamen *de Bowyco* in hoc passu dicit, quòd Patronus Laicus etiam infrà quatuor Menses variare non potest, nisi Episcopus admittat variationem, sicut legitur, & *no. Extra. eo. ti. c. quod autem.* & *c. pastoralis.* Nec obstat ratio *Jo. An. secundum eum.* nam in Jure videmus hoc, quòd postulantes dignum re integra, sc. ante Præsentationem factam Superiori possunt variare. *Extra. de prælа. c. bonæ. 2. §. nec obstabat.* Et tamen postulantes scienter indignum, sunt privati ipso Jure, ut in *c. scriptum est. in fi. Extra. de elec.* Dicit tamen, quòd si Patronus Laicus scienter vel ignoranter Præferat indignum, tunc talis Præsentatio nō ipedit secundā Præsētationem fieri. Ratio est secundùm eū, quia Patronus Laicus variare potest īfra quatuor mēses, de consensu tamē Diœcesani, sicut patet ī Juribus prælegatis: addit etiam, quod si primo Præsentatus Episcopo per Laicum sit idoneus, non debet eum repellere, sed potius eum instituere, si pœnam animæ voluerit vitare, & etiam pœnam Canonicam, quam incurrere habet, secundùm ea quæ leguntur in *d. c. pastoralis. in fi. Extra. e. all.* ad hoc notata per *Hostien. Extra. e. ti. c. cum autem.* & *Inno. de re judi. c. cum Bertholdus. glo. 3.* & ibi *Hosti.* post eum. Et hanc Sententiam, scilicet quòd Laicus scienter Præsentans indignum, sit eā vice privatus potestate Præsentandi, videtur innuere *Jo. An. Cal. d. c. cum vos. per dictum §. si quis Oratorii domum.* dicens, quòd si Textus ille hoc decidat, durum est contra stimulum calcitrare. *Anto. de Butrio. de supp. neg. prælа. c. sicut.* ubi de hoc per *Hosti.* tenet cum *Jo. An.* Et idem

M.S. Æ. ton. add.

† Primò.

Possessionem Episcopus.

Stephanus.

> *Si duo ad eandem Ecclesiam præsententur, neutri pendente Lite committatur Custodia. Si verò Patroni præsentatorum contenderint, neutrum cum alterius injuria recipiat in*

[a] In domibus etiam [b] eorum personæ [c] sæculares nullatenus [d] hospitentur sine causa [e] honesta & [f] manifesta.

---

g CUM secundùm Apostolum, & *infrà.* [h] hoc merito duximus [i] adjungendum, ut si duo ad unam & eandem Ecclesiam fuerint [k] Præsentati, neutri eorum [l] pendente Lite [m] Custodia committatur. [n] Sed si ad Episcopum Jus conferendi talem Ecclesiam auctoritate [o] Concilii [p] devolvatur, cū Contentio

idem notat *Paulus in Cle. 1. ver. Canonicum. eo. ti.* qui Reſpondet ad §. *ſi quis Oratorii domum*, ſicut reſpondet *Fo. An.* viz. quòd ibi non dicitur, quòd Epiſcopus ordinet Eccleſiam, ſed ordinari procuret, ſupp. e, ad Præſentationem Patroni etiam Laici: & ſic etiam ſentit ibi *Fo. de Lig.* in recitatione opinionis *Geſ. ſuper. ver. obſiſtat.* Et *concor. Matthæus in c. ver. Concor.* etiam cum opinione *Fo. An. Dominicus de Sãcto Geminiano in d. c. 1. de præbe. li. 6.* qui recedens ab opinione *Arch.* remittit ad notata *Fo. An. d. c. cum vos.* Et huic parti ego aſſentio. Nec obſtat ratio *Henrici de Bowyc* quã facit de Poſtulantibus; quia habet locum in Clericis, & non in Laicis. Et licet Laicus variare non poſſit, poteſt tamen re integrã etiam Epiſcopo invito unum alteri accumulare, *Extra. eo. ti. c. cum autem.* & dixi *ſuprà. t. ver. Præſentati. ad ſi.*

ſit inter [a] duos Patronos, quorum uterque [b] Clericum ſuum præſentat, cùm ex Epiſcopi [c] Collatione nulli Patronorum qui poſtea [d] evicerit [e] Jus Patronatûs, præjudiciũ [f] debeat generari, Statuimus, ut Epiſcopus [g] neutri illorũ, qui præſentati fuerint, Eccleſiã illã conferat illa [h] vice, [i] niſi de utriuſque Patroni conſenſu: nè [k] ſaltem aliquale præjudicium allerantium. Quia ubi duo Patroni diſcordant, aliter providetur, ut ſæpius de Jure, quàm per Gratificationem. Scias ergo, quòd quandoque vertitur diſcordia inter Epiſcopum & Patronum, & tunc etiam poſt lapſum ſex Menſium non devolvitur poteſtas ordinandi Eccleſiam ad Epiſcopum, ſed ponet ibi Oeconomum, ſecundùm ea quæ leguntur, & notantur *Extra. de offi. ordi. c. cum vos.* Quandoque eſt Quæſtio inter Patronos ſolum ſuper proprietate Juris Patronatus, videlicet quis eorum ſit verus Patronus: & tunc ſi fuerint Clerici, expectandi ſunt per ſex Menſes, ſi Laici per quatuor Menſes. Poſtea verò poteſt Epiſcopus providere, ut hic dicitur. Quandoque eſt diſcordia non de Jure Patronatus, ſed de Perſona præſentanda, & tunc ſervari debet, quod legitur *eo. ti. c. 3. in principi.* ut ſcilicet is præferatur, ſi ſit idoneus, qui plurimorum Patronorum voces habet, dum tamen ſine ſcandalo fieri poſſit: & hoc verum, ubi ſunt Patroni plures quàm duo. Si verò tantùm ſint duo Patroni contendentes non de Jure Patronatus, ſed de Perſona præſentanda, quorum unus Præſentat unum, alius præſentat alium; dicit *Johannes An. Extra. eo. Capitu. cum autem. ver. relinquendum*, quòd ibi eſt argumentum, quod ſit locus gratificationi: hoc tamen non fatetur *Petrus de Anchora.* quia licèt, quando unus Patronus præſentat plures, locus ſit gratificationi, ut ibi patet; non tamen ſic fieri debet, quando duo à duobus præſentantur. Ratio eſt, quia ubi unus præſentat duos, in utrumque concurrit voluntas Patroni qui ſolus eſt; ſed ubi duo à duobus præſentantur, neuter Præſentatorum habet Præſentationem in ſolidum, ſed in partem, videlicet unius Patroni ſuffragium, quod non ſufficit, ſecundùm eum: unde etiam in hoc caſu, ſi non concordent infra tempus limitatum ad Præſentandum, providebit Epiſcopus, juxta Formam *Decretalis, quicunque. Extra. eodem.* maximè ubi ſine ſcandalo ipſemet non poteſt Eccleſiæ providere: & intelligo ſcandalum intervenire, quando forſan uterque Præſentantium minatur ſe velle occidere quemcunque ibi inſtiturum, alium ſcil. à Præſentato ſuo: ſic intelligit *Anto.* ſcandalum *Extra. e. c. 3.* & notatur *in eo. c. ver. ſine ſcandalo per Hoſti.* Et prædicta procedunt, quando uterque Patronorum eſt in poſſeſſione Præſentandi. Quandoque verò eſt quæſtio de Jure Patronatûs, & non conſtat quis poſſideat, quia adhuc eſt quæſtio de poſſeſſione: & tunc procedere poteſt finis *Capituli. Extra. e. c. quoniam.* Quandoque eſt quæſtio ſuper proprietate Juris Patronatûs, & neuter poſſidet; & tunc adhuc procedit id quod ibi dicitur in fine; ut ſcilicet Epiſcopus poſſit providere, ſi diſcordia non eſt reducta ad concordiam infra quatuor Menſes, ſi ſint Laici; aliàs ſex Menſes, ſi ſint Clerici. Quandoque verò eſt diſcordia de Jure Patronatus, & alter tantum eſt in poſſeſſione Præſentandi, & tunc ſi poſſidens præſenet ante motam Controverſiam, obtinere debet per ipſum Præſentatus, *Extra. eo. c. Conſultationibus.* Si autem poſſidens præſentaverit poſt Litem motam, bene tenet Præſentatio, ſed ejus validitas pendet ex futuro eventu: quia ſi obtineat Poſſeſſor, valebit Præſentatio, aliàs revocabitur: & ſic ſtat *c. 2. Extra. de in integ. reſti.* Et ſic debet intelligi contrarius ſenſus. *Extra. eo. c. ex literis.* ſecundùm *Anto.* qui ſic notat *Extra. e. c. quoniam. ver. ſecundo principaliter oppunitur.* Sed quæro quid ſi diſcordia ſit inter duos Patronos ſuper Jure Patronatus, quorum unus eſt Clericus, alter Laicus, infra quod tempus fiet Devolutio ad Epiſcopum; an lapſis quatuor Menſibus, vel lapſis ſex Menſibus? In hoc dubio Quidam dicunt, quòd Epiſcopus debet expectare per ſex Menſes, ſic quòd tempus conſideretur ex Perſonã dignioris, ſcilicet Clerici, *argu. ad hoc de arbi. capi. per tuas. de conſecra. Eccle. vel Alta. c. quod in dubiis.* Sed contra hoc facit *de officio dele. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo.* Alii ergo dicunt, quòd tempus iſtud conſiderari debet ex Perſona Rei, cujus Forum Actor ſequitur, *Extra. de foro compe. c. cum ſit.* unde ſi Clericus ſit Reus, expectabit Epiſcopus per ſex Menſes: ſi Laicus ſit, per quatuor Menſes expectabit. Sed prima opinio placet *Fo. An.* ſc. quòd indiſtinctè expectentur ſex Menſes. Nam de Jure Communi in Cauſa Juris Patronatûs, Forum Clerici & Laici eſt idem, *Extra. de judi. c. quanto.* Et cum hac opinione *concor. Hoſtien. in ſumma. e. ti. §. in quibus. ver. ubi autem.* & *Arch. e. ti. c. unico. glo. penul. li. 6. Hoſtien.* tamen in Lectura ſua *Extra. e. c. eam te.* videtur ſequi ſecundam opinionem. Et hæc probabilior eſt in Regno *Angliæ*, ubi Cauſa Juris Patronatus ſpectat ad Forum Regium.

Jus Patronatus.

Nota latè de materia Juris Patronatûs.

Quæſtio.

a *Duos Patronos.* Supple, ſe prætendentes, cùm tamen in veritate unus eorum ſolus ſit verus Patronus, & hoc præſupponit litera quæ ſequitur, *Qui poſtea evicerit &c.*

b *Clericũ ſuum.* Nam Laicus non poterit ad Beneficiũ Eccleſiaſticum Præſentari: ſic quòd ex illa Præſentatione Jus ſibi acquiratur, *Extra. de inſti. c. 2.* Et dixi *ſuprà. de inſti. c. ex ſolito. ver. clerico. Si* tamen Patronus per Literas ſuas præſentaverit aliquẽ nõdum ordinatum, qui tamen deſtinatione animi proponit ordinari, & ſic Præſentatus anteqã Literas ſic Præſentationis Epiſcopo exhibeat, ſe faciat in Clericũ ordinari, an tunc ſit per Epiſcopum admittendus, ac ſi ab initio fuiſſet Ordinatus? Videtur quòd ſic, quia talis animi deſtinatione fuit Clericus tempore receptionis Literarũ: & hoc videtur ſufficere. *ar. ad hoc ff. de mili. teſt. l. ex eo tempore.* Et faciunt ad hoc *no. per Ber. Compoſt. de reſcrip. c. cum adeo erat.* Econtra tamen, quòd principium debet inſpici, tenet *Ber. Extra. de tranſact. c. ex literis. glo. ulti.* ubi apparet, quòd non Clericus impetrans, ut ſibi provideatur de aliquo Beneficio, non poteſt virtute talium Literarũ conſequi illud Beneficium, licèt poſtea ordinetur: Et *concor.* ibi *Inno.* qui ad hoc *all. 1. q. 1. Principatus. ff. ad Macedo. l. ſi cauſa. ff. de ordi. judi. l. 1. ff. de Regu. Furis. l. qd ab initio.* Et *concor.* ibi *Hoſti.* qui dicit, quòd Data Literarum debet inſpici: *de reſcriptis. eam te. de præben. c. dilectus. 2.* Et idem ſentit ibi *Fo. An. in no.* & *in addit.* Et etiam *Anto. d. c. adeo. de reſcrip.* Et notabiliter facit Textus *de reſcript. c. ſi eo tempore. li. 6.* Sicut enim in Reſcripto quis aſſerens ſe eſſe Clericum, cum non ſit, vel tacens ſe Clericum cum ſit, carebit commodo Literarũ, ſicut notant *Docto. d. c. cum adeo.* & *c. ex literis.* Sic æſtimo fore dicendum, ſi in Literis Præſentationis exprimatur aliquem eſſe Clericum, cum ita non ſit, vel taceatur eum eſſe Clericum, cum ita ſit. Si tamen Patronus videns Laicum bene literatum, qui deſiderat aſcribi Militiæ Clericali, eum præſentaverit Epiſcopo ſub hac Forma, *Ad talem Eccleſiam &c. vacantem, Dilectum mihi in Chriſto A. Laicum, qui affectat aſcribi militiæ Clericali, Præſento Rogans, quatenus ipſum A. Clericũ ordinare, & ad eandem Eccleſiam admittere, &c. dignemini.* In tali enim caſu putarem, quòd poſtquàm talis fuerit Ordinatus, benè poſſet admitti ad illam Eccleſiam, ſi aliàs idoneus ſit, licèt tempore Datæ Literarum Præſentationis fuerit Laicus: ad quod reduci poſſunt notata per *Ber. Compoſt. dicto c. cum adeo.* & *per Joh. An. in c. 2. de inſti.* qui tradit Doctrinam, quomodo Laicus debeat impetrare, ut ſibi provideatur de Beneficio, ſic quòd gaudere poſſit commodo Literarum.

c *Collatione.* Sc. Jure ſibi devoluto ſecundùm tenorem *Decre. quoniam in quibuſdam. Extra. eo. ad ſi.* & *c. eam te.*

d *Evicerit.* i. e. Vincendo obtinuerit.

e *Jus Patronatus.* Cujus Definitio eſt talis, ſecundùm *Fo. An. Extra. c. ſuper Rubrica. Jus Patronatûs* eſt Jus honorificum, onerоſum, & utile, alicui in Eccleſia competens, pro eo, quòd de Diœceſani licentia, ſive conſenſu, illam Fundavit, Dotavit, vel Conſtruxit ipſe, vel is, à quo juſtam Cauſam habet.

f *Debeat generari.* Supple, quin in proxima Vacatione poterit Præſentari. *Extra. eo. c. cum propter.*

g *Neutri.* Huic Statuto concordare videtur dictũ *Inno. Extra. e. c. 1. ver. Miſſanũ.* ubi *in ver. ſi verò*, dicit, quòd ubi Patroni diſcordantes non concordãt infra tempus Juris, tunc Epiſcopus inſtituet aliũ auctoritate Conciliĳ. *de conceſſ. præben. c. 2.* Et hoc facere debet abſq; præjudicio illius, qui poſtea evicerit Jus Patronatûs. *Extra. eo. c. ſi vero.* & *c. cum propter.* Ex hoc enim quod dicit *Inno.* quòd Epiſcopus debet inſtituere aliũ, apparet, quòd non inſtituet aliquem de Præſentatis: levius namq, ferent Præſentantes, ſi in caſu Devolutionis Epiſcopus nullum eorum inſtituat, ſed tertium; argumento eorũ quæ leguntur & notantur *de Statu Mona. c. cum ad Monaſterium. §. porro. ver. quòd ſi ss.* & *de elect. c. conſideravimus. §. ſi.* Hic tamen ſcire debes, quòd licèt ubi unus Patronus Præſentat duos, locus ſit gratificationi, ut ſcil. Epiſcopus poſſit unum eorum, quem voluerit, admittere, ſicut legitur *Extra. eo. c. cum autem.* Tamen ubi duo Patroni Præſentant duos, ſicut hic dicitur, non erit locus gratificationi, etiam habendo reſpectum ad Jus ipſorum Præſentandi. Quia ubi duo Patroni diſcordant, aliter providetur, ut ſæpius de Jure, quàm per Gratificationem. Scias ergo, quòd quandoque vertitur diſcordia inter Epiſcopum & Patronum, & tunc etiam poſt lapſum ſex Menſium non devolvitur poteſtas ordinandi Eccleſiam ad Epiſcopum, ſed ponet ibi Oeconomum, ſecundùm ea quæ leguntur, & notantur *Extra. de offi. ordi. c. cum vos.* Quandoque eſt Quæſtio inter Patronos ſolum ſuper proprietate Juris Patronatus, videlicet quis eorum ſit verus Patronus: & tunc ſi fuerint Clerici, expectandi ſunt per ſex Menſes, ſi Laici per quatuor Menſes. Poſtea verò poteſt Epiſcopus providere, ut hic dicitur. Quandoque eſt diſcordia non de Jure Patronatus, ſed de Perſona præſentanda, & tunc ſervari debet, quod legitur *eo. ti. c. 3. in principi.* ut ſcilicet is præferatur, ſi ſit idoneus, qui plurimorum Patronorum voces habet, dum tamen ſine ſcandalo fieri poſſit: & hoc verum, ubi ſunt Patroni plures quàm duo. Si verò tantùm ſint duo Patroni contendentes non de Jure Patronatus, ſed de Perſona præſentanda, quorum unus Præſentat unum, alius præſentat alium; dicit *Johannes An. Extra. eo. Capitu. cum autem. ver. relinquendum*, quòd ibi eſt argumentum, quod ſit locus gratificationi: hoc tamen non fatetur *Petrus de Anchora.* quia licèt, quando unus Patronus præſentat plures, locus ſit gratificationi, ut ibi patet; non tamen ſic fieri debet, quando duo à duobus præſentantur. Ratio eſt, quia ubi unus præſentat duos, in utrumque concurrit voluntas Patroni qui ſolus eſt; ſed ubi duo à duobus præſentantur, neuter Præſentatorum habet Præſentationem in ſolidum, ſed in partem, videlicet unius Patroni ſuffragium, quod non ſufficit, ſecundùm eum: unde etiam in hoc caſu, ſi non concordent infra tempus limitatum ad Præſentandum, providebit Epiſcopus, juxta Formam *Decretalis, quicunque. Extra. eodem.* maximè ubi ſine ſcandalo ipſemet non poteſt Eccleſiæ providere: & intelligo ſcandalum intervenire, quando forſan uterque Præſentantium minatur ſe velle occidere quemcunque ibi inſtiturum, alium ſcil. à Præſentato ſuo: ſic intelligit *Anto.* ſcandalum *Extra. e. c. 3.* & notatur *in eo. c. ver. ſine ſcandalo per Hoſti.* Et prædicta procedunt, quando uterque Patronorum eſt in poſſeſſione Præſentandi. Quandoque verò eſt quæſtio de Jure Patronatûs, & non conſtat quis poſſideat, quia adhuc eſt quæſtio de poſſeſſione: & tunc procedere poteſt finis *Capituli. Extra. e. c. quoniam.* Quandoque eſt quæſtio ſuper proprietate Juris Patronatûs, & neuter poſſidet; & tunc adhuc procedit id quod ibi dicitur in fine; ut ſcilicet Epiſcopus poſſit providere, ſi diſcordia non eſt reducta ad concordiam infra quatuor Menſes, ſi ſint Laici; aliàs ſex Menſes, ſi ſint Clerici. Quandoque verò eſt diſcordia de Jure Patronatus, & alter tantum eſt in poſſeſſione Præſentandi, & tunc ſi poſſidens præſenet ante motam Controverſiam, obtinere debet per ipſum Præſentatus, *Extra. eo. c. Conſultationibus.* Si autem poſſidens præſentaverit poſt Litem motam, bene tenet Præſentatio, ſed ejus validitas pendet ex futuro eventu: quia ſi obtineat Poſſeſſor, valebit Præſentatio, aliàs revocabitur: & ſic ſtat *c. 2. Extra. de in integ. reſti.* Et ſic debet intelligi contrarius ſenſus. *Extra. eo. c. ex literis.* ſecundùm *Anto.* qui ſic notat *Extra. e. c. quoniam. ver. ſecundo principaliter oppunitur.* Sed quæro quid ſi diſcordia ſit inter duos Patronos ſuper Jure Patronatus, quorum unus eſt Clericus, alter Laicus, infra quod tempus fiet Devolutio ad Epiſcopum; an lapſis quatuor Menſibus, vel lapſis ſex Menſibus? In hoc dubio Quidam dicunt, quòd Epiſcopus debet expectare per ſex Menſes, ſic quòd tempus conſideretur ex Perſonã dignioris, ſcilicet Clerici, *argu. ad hoc de arbi. capi. per tuas. de conſecra. Eccle. vel Alta. c. quod in dubiis.* Sed contra hoc facit *de officio dele. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo.* Alii ergo dicunt, quòd tempus iſtud conſiderari debet ex Perſona Rei, cujus Forum Actor ſequitur, *Extra. de foro compe. c. cum ſit.* unde ſi Clericus ſit Reus, expectabit Epiſcopus per ſex Menſes: ſi Laicus ſit, per quatuor Menſes expectabit. Sed prima opinio placet *Fo. An.* ſc. quòd indiſtinctè expectentur ſex Menſes. Nam de Jure Communi in Cauſa Juris Patronatûs, Forum Clerici & Laici eſt idem, *Extra. de judi. c. quanto.* Et cum hac opinione *concor. Hoſtien. in ſumma. e. ti. §. in quibus. ver. ubi autem.* & *Arch. e. ti. c. unico. glo. penul. li. 6. Hoſtien.* tamen in Lectura ſua *Extra. e. c. eam te.* videtur ſequi ſecundam opinionem. Et hæc probabilior eſt in Regno *Angliæ*, ubi Cauſa Juris Patronatus ſpectat ad Forum Regium.

h *Illâ vice.* Ratio ſtatim ſequitur ibi, *ne ſaltem &c.*

i *Niſi.* Excipit ab eo quod prius dixit.

k *Vtriuſque.* In quo caſu tollitur Scandalum hinc inde, quod evitare debet Epiſcopus inquantum poteſt. *Extra. eo. c. 1.* & *2.*

l *Nè ſaltem.* Ratio præmiſſorum.

a *Videatur.*

a *Videatur.* Sc. in conceptu illius, cujus Præsentatus non instituitur.

† *Al.* Devolutionē.

b *Postmodum.* i.e. Post †Revolutionem factam Episcopo.

c *Evincerit.* In quo casu licebit evicenti Instituum per Episcopū Repræsentare. *Extra.e. c. si vero.* Et hæc Repræsentatio hoc operabitur, ut evincens per hoc constituatur in quasi Possessione Juris Patronatûs.

Divisio.

d *Si aliquo.* Hæc fuit Constitutio *Bonifacii* Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo Statuit quid faciet Episcopus, si evincens Jus Patronatûs in Foro Regio præsenter ad Ecclesiam adhuc vacantem: In secundo ibi, *Si verò*, ordinat quid fieri debeat si Ecclesia non vacaverit. In tertio ibi, *Licèat tamen*, provider Patrono evincenti, etiam si Ecclesia sit plena.

e *Foro Regio.* In quo tractatur Causa Juris Patronatûs de Consuetudine Regni *Angliæ*, licèt pertineat ad Forum Ecclesiasticū secundùm Canones. *Extra. de Judiciis. c. quanto.* ubi de hoc.

f *Episcopo.* Sc. ad quem pertinet Institutio.

g *Alteri.* Imputa, Abbati, Decano, vel Archidiacono, aut alicui consimili.

h *Pertinet.* Forsan de Consuetudine, Præscriptione, vel Privilegio *Speciali.*

i *Vacaverit.* Sc. de Jure & de facto. Et idem intelligo, si de Jure vacaverit, licèt non de facto, dum tamen incumbens prius amoveatur ab incumbentia facti. *de præben. c. licet Episcopus. li. 6.* Et hoc verum, quando dubitatur de Jure incumbentis; quia tunc opus est, ut vocetur Incumbens, *ut d. c. licet.* locus tamen aliùd foret si constat de non Jure incumbentis. Nam in hoc casu Episcopus posset absque Causæ cognitione auferre Possessionem ab Incumbente, sicut alias in simili potuit *de offi. ordi. c. ordinaris, per conferatur per Archid. li. 6.* Ratio est, quia in hoc casu Episcopus exequitur Officium suum: facit ad hoc *de instit. c. 3. de pactis, c. accepimus. & nota. per Inno. & Hosti. de reg. spo., accepit.* Et facit ad idem quod notant *Archi. de elec. c. licet Canon. ver. privatus. li. 6. ut lite pen. c. ubi, ver. conferantur. per eundem.* Tu verò circa hanc materiam vide quæ scripsi *supra. de concess. præben. c. sturientis. ar. iii. c. glo. hæc litera, potest intelligi. & c. c. ver. ipso facto.*

k *Ne Patrono.* Sc. evincenti.

Quæstio.

l *Injuria.* Esset enim Injuria Patrono, si vacante Ecclesia non admitteretur ejus Præsentatus, dum tamen sit idoneus. Sed quid si Ordinatio Ecclesiæ sit devoluta ad Episcopum per lapsū Temporis, cū tamen Episcopus nondū ordinavit de Persona ibidem instituenda, si Patronus post lapsum evincat Jus Patronatûs, ut præsentet ad Ecclesiam adhuc vacantem: nunquid Episcopus teneatur talem Præsentatum admittere, vel aliàs poterit liberè uti Jure sibi devoluto, juxta effectum *Decre. nulla, de concess. præben?* Puto quòd in hoc casu Episcopus non tenetur admittere Præsentatum talis, in exclusionem Juris sibi acquisiti per lapsum. Ratio est, quia Jus Episcopo quæsitum sine facto suo non debet ab eo auferri. *ff. de Reg. Jur. l. id qd nostrum.* potest tamen Episcopus Collatarium suum etiam ad Præsentationem talem Patroni admittere. *Extra. e. c. si vero.* & *infrà patebit in fi.*

m *Canonicum.* Ut quia sit Clericus, & ætatis sufficientis, aliàs habilis & idoneus ad ipsum Beneficiū obtinendum, secundùm ea quæ scripsi *supra de institu. c. ex solito. ver. clerico.* Et sub isto quòd dicit *Canonicum non obsistat*, potest intelligi id de quo dixi *in glo.* præcedenti, videlicet de Jure Episcopi ratione Devolutionis sibi factæ, juxta ea quæ leguntur *Extra. e. cum autem. cum similibus.*

n *Libere.* i. e. Sine inquisitione facienda super Jure Patronatûs, quia sufficit, quòd Rex per suas Literas testetur ipsum in sua Curia obtinuisse Jus Patronatûs. *ar. ad hoc de fide instru. c. cum dilectus.*

o *Si verò.* Secunda pars.

p *Justitiariis.* Sc. coram quibus Patronus obtinuit Jus Patronatûs.

q *Nunciare.* Ergo non oportet hoc fieri personaliter, sed per Nuncium, vel per Literas.

r *Excusando se.* Simile habes quoad mandatum Papæ. *Extra. de rescrip. c. si quando.*

s *Licèat tamen.* Tertia pars.

t *Iterum.* i. e. De novo.

u *Possidentem.* Supple, & Auctoritate Episcopi instituum, etiamsi sit per Episcopum Jure sibi devoluto instituus. *Extra. e. c. si vero.*

x *Ut sic.* Sc. per Præsentationem Patroni tum evincentis.

y *Declaretur.* Sc. quoad quasi possessionem Juris Patronatus, ut notant *Doc. Extra. e. c. si vero.* ubi notant *Petrus de Ancho. Anto. de Butrio* & alii, quòd Instituus per Episcopum debet evincenti hujusmodi recognoscere in Patronum. Et hic est præposteratio, ut sc. Institutio præcedat Præsentationem. Nec potest Patronus evincens alium Præsentare quam Instituum per Episcopum, ut notat ibi *Jo. An.* Ratio est, quia non debet retractari ex Causa superveniente quod gestum fuit licitè. *ff. de itinere actuq; privato. l. 2.* Si tamen Jure Patronatus evicto post temporis lapsum Ecclesia adhuc vacaret, nec dum provisū per Episcopum, Patronus evincens ad eum Præsentaverit, puto quòd bene tenebit Præsentatio, dum tamen sit de eadem Persona quam Episcopus instituere Decrevit Jure sibi devoluto, quia alium Præsentando non potest tollere Episcopo Jus sibi quæsitum ratione lapsûs, ut dixi *supra. e. ver. injuria.*

Divisio.

z *Per nostram Provinciam.* Hæc Constitutio facit principaliter duo. Primo ponit Statutum. Secundo ibi, *Quicquid*, adjicit pœnam contrafacientibus.

a *Et infrà.* Hic decidit quomodo Præsentatione quandoq; factâ de Beneficio pleno jebant Inquisitiones clandestinæ ignorantibus Possessoribus veris ipsorum Beneficiorū, & sic ut sæpius, spoliati sunt Possessione Beneficiorum suorum ipsi veri Possessores, aliis in eorum loco subrogatis.

b *Decanus.* Supple, Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, aut Decanus alius, ad quē Consuetudine præscripta, de Privilegio, vel aliàs pertinet sibi Præsentatos Instituere in Beneficiis Ecclesiasticis.

c *Prælatum alium.* Sc. à Decano, utpotè, Abbas, Prior Conventualis, & consimiles habentes de Consuetudine, Præscriptione, vel Privilegio Jus instituendi.

d *Auctoritas.* Supple, cum cæteros alios Prælatos inferiores in talibus excedens. *Extra. de hæreti. c. cum ex injuncto. in fi.*

e *Non arctatur.* Supple, secundùm intentionem Statuentis: sin verò arctetur secundùm ea quæ leguntur & notantur *de elec. c. ult. li. 6.* vide *infrà. §. proxi. ver. non teneri.*

f *Inquisitionem.* Sc. per quam solet inquiri de Jure Præsentatis, & meritis Præsentati, necnon de Vacatione Ecclesiæ, & ipsius Vacationis modo, aliisq; Articulis in talibus inquiri consuetis. Debet namq; Institutus ante Admissionē Præsentati de ōnibus & singulis talibus se diligenter informare, secundùm ea quæ dixi *supra. de Iudi. c. cum secundùm apostolii. ver. duos audiat.* Et cū cur. ad hoc, qd legitur *de elec. c. cū dilecti.*

g *Præsentationis.* Videtur itaque, quòd hæc Constitutio ad negotium Collationis, alterius ve Provisionis exerci non debet, maximè cū sit penalis, ut *infrà* patet, *ver. quicquid.* Differunt namque Præsentatio, Collatio, Provisio, Institutio, Ordinatio, & alia hujusmodi, prout plenius notatur *de præben. c. cum in illis. per Archid. li. 6.* Et vide quod dicam *infrà. e. ver. non tenere.*

h *Loci Capitulo.* Loquitur forsan secundùm morem Provinciæ, ubi observari solet, quòd habens Jurisdictionē aliquam de aliquo certo tempore in tempus, utpotè singulis Mensibus celebrat Capitulū Generale in aliquo loco suæ Jurisdictionis. Circa quā materiā vide qd scripsi *supra. de off. Archi. ver. Capitulo vicario.* Vel potes intelligere hoc, qd hic dicit, *de pleno loci Capitulo*, ut sc. istud Capitulū celebretur in loco, i.e. ipsa Ecclesia ad quam fit Præsentatio, sicut aliàs in simili ordinatur, de Præmunitione & Vocatione fienda in Ecclesia illa, ad quam aliquis electus est, de cujus Confirmatione agitur. *de elec. c. fi. li. 6.*

Cui Jus Patronatûs in Foro Regio addictum est, si non appareat legitimum impedimentum, & Beneficium vacat, recipiatur ab Episcopo aut Prælato, quod si non vacat, Regi occupatum nuncietur, concesso Patrono Præsentandi iterum possidentem auctoritate.

Bonifacius.

SI aliquo evincente Jus Patronatûs contra alium in [z] Foro Regio, scribat Rex [e] Episcopo, vel [g] alteri, ad quem Institutio [h] pertinet, quòd Præsentatum ab illo, qui evicit, admittat, si Beneficium [i] vacaverit, nè [k] Patronus fiat [l] injuria, & aliud nihil obsistat [m] Canonicum, admittatur [n] liberè Præsentatus. [o] Si verò non vacat hujusmodi Beneficium, Domino Regi, vel [p] Justitiariis, habet [q] nunciare Præ-

latus [r] excusando se, quia tale Beneficium non vacat, non potest Mandatum Regiū adimplere. [s] Liceat tamen Patrono [t] iterum, si voluerit, Præsentare [u] possidentem, ut [x] sic Jus evincentis Patroni in posterum [y] declaretur.

Nullus Prælatus excepto Episcopo inquirat de Præsentatione, nisi in pleno loci Capitulo; concesso prius prospiciendi spatio. Contra quod Statutum qua de cætero fient, irrita sint, restituto læso damno.

Johannes Peccham.

[z] PEr nostram Provinciam, [a] *& infrà.* Statuimus, & perpetuò Ordinamus, ut nullus [b] Decanus, seu quivis [c] Prælatus alius, exceptis personis Episcoporum, quorum hāc Ordinatione [d] auctoritas non [e] arctatur, [f] inquisitionē faciat de [g] Præsentationis alicujus ad Beneficium Ecclesiasticum negotio, nisi in pleno [h] loci Capitulo, eo cui

possessio [a] Ecclesiæ [b] incumbit [c] vocato legitimè, sub tanti temporis [d] spatio quo possit sibi [e] prudentum virorum [f] consilio prospicere, & [g] defensioni status sui de sufficienti remedio providere. [h] Quicquid autem de cætero contra hanc nostræ Ordinationis fuerit [i] attentatum decernimus penitus [k] nō tenere.

a *Ecclesiæ.* Ad quam sit Præsentatio, de qua hic loquitur.

b *Incumbit.* Loquitur itaque hæc Constitutio in casu quo Ecclesia sit plena, ut dixi *suprà* sub Parte decisa.

c *Vocato legitimè.* i.e. Nominatim, & in specie, quando de eo cōstat, secundùm ea quæ leguntur *de elect. c. si. §. ulti. li. 6.* Alioquin § de Incumbente non constat, debet fieri Vocatio in genere, ut ibi dicitur. Et circa hoc vide notata per *Inno. de major. & obe. c. humilis. & c. inter quatuor. eo. ti.* Et si fiat talis Vocatio in genere, debet fieri publicè, sicut aliàs notat *Fo. An. in d. c. ulti. de elec. ver. generaliter. li. 6.* Erit etiam Vocatio legitima, ut sc. observetur quod sequitur.

d *Spatio.* Erit enim hoc spatium competens, secundùm Locorum distantiam, Personarum & negotii qualitatem: potest tamen talis Terminus esse peremptorius, juxta notata *Docto. de offi. deleg. c. consuluit. & de accusa. c. ad petitionem. per Inno.*

e *Prudentum.* Sc. Advocatorum, vel aliàs Jurisperitorum.

f *Consilio.* Quod unicuique necessarium est, maximè in dubiis. 16. *q. 1. visis.* Et debet Consilium requiri ab his qui experti sunt, & moribus graves. 1. *q. 1. scitote.* unde qui talium Consilia recipere non curat, corripiendus est. 84. *di. c. 1.*

g *Defensioni.* Esset enim injustum aliquem suo Jure privari indefensum. Et ideo etiam ubi Judex procedit ex Officio ad utilitatem alterius, debet procedere cum Causæ cognitione, secundùm quod notat *Dominicus. c. ulti. de elec. li. 6. vers. nota quòd ubi interpenitur.*

h *Quicquid autem.* Secunda pars.

i *Attentatum.* Sc. Inquisitionem, de qua hic loquitur, alio modo faciendo, vel Vocationem Incumbentis omittendo. Et sic hæc Constitutio Institutionem faciendam de ipso Præsentato non tangit, utrum sc. valeat vel non, si hæc Ordinatio non servetur. Sed pro hoc vide *infrà. glo. proxima.*

k *Non tenere.* Simile habes in Confirmatione Electionis, sive in non concordia sive in concordia fuerit celebrata, ut sc. non teneat Confirmatio etiam per Episcopum facta, absque eo, quòd Coelectus, si quis sit, vel hi qui se opponere volunt, quando est unicus electus, nominatim vocentur, & Coelectus est certus, vel etiam Oppositores sunt certi. Alioquin si incerti sint, quòd vocentur in genere secundùm formam quæ habetur *de Elect. c. ulti. li. 6.* ubi *Doctores*, quos vidi, quoad concordantiam materiæ hujus, prout benè intelligens eos applicare poterit, ponunt Conclusiones quæ sequuntur. Una conclusio est, quòd in Negotio Electionis, de qua hic loquitur, non sufficit sola Citatio eorum quorum interest, sed opus est discussione Negotii: alioquin non valet Confirmatio. Et hoc apparet ex Textu dicti Capituli ultimi, dum dicit, *nullis vocatis, & non discusso Negotio.* Hæc est Conclusio *Fo. An. in no. dicto c. ul. ver. non discusso.* Ex qua Conclusione apparet, quòd in Negotio Præsentationis, quod æquivalet Negotio Electionis, ut *infrà.* dicetur, non sufficit Vocationem fieri, sed cum hoc opus est discussione Negotii. Alia conclusio est, quòd licet Confirmatio Electionis sine Vocatione facta, sit irrita & inanis, Electio tamen tenet in suo robore & vigore, ita quòd iterum quæri debeat de viribus ipsius Electionis: facit optimè *de elec. c. si Confirmationem. li. 6.* Hæc verò est Conclusio *Fo. in no. d. c. ulti. ver. Confirmationes. li. 6.* Ex qua Conclusione potest inferri, ut *suprà*, quòd in Negotio Præsentationis Institutio quæ habet vim confirmationis facta sine Vocatione (de qua præfertur) licèt non teneat Præsentatio, tamen remanet in suo vigore sic quòd iterum de eadem quæri & juxta eam procedi debet ad Admissionem Præsentati. *ar. c. si Confirmationem*, & eorum quæ *infrà* dicam. Tertia conclusio est, quòd si plures sunt Coelecti, vel plures Oppositores, singuli sunt vocandi, si de eis constet, secundùm *Fo. An. in no. in d. c. ulti. ver. Coelectus.* Ex qua conclusione inferri potest, quòd etiam in Institutione faciendā ad Præsentationē alicujus, si plures sint qui prætendunt aliquod Jus sibi competere in illo Beneficio, omnes sunt vocandi in specie, si de eis constet: alioquin vocabuntur in genere. Quarta conclusio est, quòd ubi constat de Coelecto, vel Oppositore, non debet fieri Vocatio per Edictum, sed in specie. Sic ergo idem sentire poteris in Negotio Præsentationis, ubi constat de Incumbente, vel pluribus Prætendentibus sibi Jus vel Titulum in eodem Beneficio. Colligitur hæc Conclusio dicto *c. ulti. vers. alias. per Fo. in no.* Quinta Conclusio est, quòd etiam ubi ab initio non constat de Contradictore, tamen est Contradictor de facto; si talis vocatus non nominatim, sed generaliter per Edictum, vel aliàs voluntariè, nulla Vocatione facta comparet, & suas Defensiones habeat, benè tenebit Confirmatio subsecuta, secundùm *Joh. An. in no.* qui sic notat in dicto *c. ulti. dicto ver. alias.* ubi ad hoc allegat multa Jura prægnantia, & multum Notabilia, eo non obstante, quòd Textus ibi videtur innuere contrarium: juxta quam Conclusionem poteris idem intelligere in Negotio Præsentationis, quantum attinet ad Institutionem inde secuturam. Et ex hac Conclusione poteris advertere, quòd ad expeditionem Actus non requiritur Citatio, ubi Citandus venit ad Judicium sine Citatione, & respondet Actui. Et *concor. ad hæc notata per Bar. in l. 2. ff. de in Jus vocan. & C. de senten. & interlo. omn. Judi. l. prolatam.* Concordat etiam huic sententiæ quod notat *Spe. ti. de Libelli concep. §. sequitur. vers. Item quidam dicunt.* & videtur casus 5. *q. 2. c. vocatio.* Sexta Conclusio est, quòd hæc Vocatio debet fieri in Ecclesia de cujus Prælatura agitur, non autem ubi facta est Electio sive Præsentatio: sic sentit *Archi. d. c. ulti.* cui etiam consentit ibi *Fo. An. in no. ver. in qua. & concor.* ibi *Pou. & Fo. de Imola.* quos recitat ibi *Dominicus de Sancto Geminiano* concordans cum eisdem: qui dicit, quòd Electio in Ecclesia denotat Electionem Ecclesiæ passivam, hoc est, ejus Ecclesiæ ad quam fit Electio. Allegat ad hoc Textum *in c. quam sit. in prin. de elec. li. 6.* Septima Conclusio est, quòd ubi est Citatio unica, debet heri peremptorie, aliàs non valeret, secundùm *Fo. dicto c. ulti. ver. peremptoria.* qui super hoc remittit ad *nota. Extra. de dila. c. 1. super glo. 2.* Et hoc verum Intelligit *Fo. de Imola*, nisi fieret Præceptum & Monitio per Judicem ipsi Coelecto: nam illud haberet vim Peremptorii secundùm eum, super quo est *Glo. singularis in c. consuluit. de offi. dele. ver. Terminum peremptorium. & concor. li 2. Ci quomodo & quando Judex.* ubi de hoc. Octava Conclusio est, quòd talis Vocatio debet heri non solum ubi Electio vel Præsentatio fit in discordia, sed etiam si fiat in concordia. Nam licet sit concors, potest tamen haberi Oppositorem, qui tunc esset vocandus. *ar.* ejus quod legitur *de elec. c. indemnitatibus. §. caterum. li. 6.* Aliàs si non apparet, fieret Citatio generalis, secundùm *Cardi. dicto c. ulti* prout eum recitat *Fo. An. in no.* ibidem, *ver. concordia.* Sed ut melius intelligas præmissa, revoco in dubium, Nunquid ea quæ Statuuntur in dicto *c. ulti.* quoad Confirmationem Electionis; sint etiam intelligenda quoad Confirmationem Præsentationis, quæ est Admissio & Institutio Episcopi, prout notat *Cardi. de insti. c. 1. ver. instituere. li. 6. Fo. An. d. c. ulti. glo. 2.* tenet quod sic: nec obstat secundùm eum, si dicatur dictam Constitutionem esse pœnalem, inquantum irritat Confirmationem aliter factam. Unde non debet extendi, prout in hoc Libro sæpius dictum est: quia, ut dicit *Fo. An. ibi in no.* Constitutio etiam pœnalis extenditur ad comprehensa sub mente: allegat ad hoc notata *de elect. c. si post quàm. li. 6.* maximè cum utrobique sit eadem Ratio in Præsentatione, sicut in Electione. Item secundùm eum dici potest, quòd dicta Constitutio non est pœnalis, quia non privat Jure quæsito per Electionem, sed cassat Confirmationem Electionis; & sic non potest dici pœnalis. Aliàs si diceretur, contrarium sequeretur, quòd Jura quæ cassant Testamenta aut Codicillos, vel dicunt Sententias non valere deficientibus certis Solennitatibus, essent pœnalia, quod non videtur verum, eo quòd non dirimunt Patrimonium vel Jus pristinum: si ergo non sit pœnalis, posset extendi, secundùm eum. Nec obstat quòd Textus dicti *c. ulti.* non exprimit de Præsentatione sed solum de Electione; quia hoc secundùm eum erat, ut concordaret vel congrueret Titulo, in quo posita erat illa *Decretalis*: & finaliter dicit *Fo. An.* quòd etiam quoad verba hoc satis colligitur, quia verum est secundùm eum, quòd verbum *Electio* extenditur ad Præsentationem, cujus dicto concordare videtur *Paulus de elect. c. 1. vers. eligatur. in Clem.* Et videtur Textus *Extra. c. 2.* ibi, *eligant Presbyterum &c.* Et ad idem facit ibi *c. 3.* dum dicit, *plurimorum eligitur consensu &c.* Et sic stat *c. à nobis. eo. titu. & de elec. c. querelam.* Et facit ad hoc, quod notatur *de elec. c. sciant. glo. antepenul. per Fo. An. li. 6.* Et huic sententiæ, videlicet *Fo. An. concor. Lapus de Castellio* dicens, quod sic observatur in Practica, prout ponit idem *Lapus alleg. 8.* Sicut etiam videtur consentire *Dominicus de de Sancto Geminiano dicto c. ulti.* Qui ex dictis *Fo. An.* incidenter infert, quòd Constitutio annullans Sententiam, vel Processum, vel Instrumenta ex defectu Solennitatis, non dicitur pœnalis, ex quo non dirimit † Patrimonium. Et itidem fatetur *Petrus de Ancho.* propriè loquendo, sed impropriè loquendo dicit, quòd talis Constitutio potest dici pœnalis. *alleg. ad hoc de elect. c. si religiosus. §. 1. li. 6.* Sed ibi privatur jure quæsito. Fortius tamen facit Textus & *glo. de rescrip. c. distendia. li. 6.* Hic verò, ut sciatis quando dicatur pœna, & quando non, oportet considerare, quòd propriè dicitur pœna læsio, quæ punit, & vindicat quod quisque commisit: ita dicit Textus *de pœni. di. 3. §. pœnitentia est quadam.* Et sic patet, quòd si Lex læsat Personam pro vindicta commissi, illa propriè dicitur pœnalis. Et ideo dicit Textus, & *glo. in dicto c. distendia. in fi.* quòd pœna est irritare Processum & Rescriptum. Ratio est, quia læditur ille ex eo, qui impetravit contra Jura: & læsio hæc, quia saltem perdit expensas quas fecit in Lite. Idem etiam dicit ibi *Dominicus*, si Lex privat Jure quæsito per Electionem; quia pœna est, cum læditur in ipso Jure, *de electio. c. si cupientes.* et *dicto Capitulo, Religiosus. li. 6.* Unde dato, quòd non diminuatur Patrimonium, dum tamen

Octo conclusiones Electionis & Confirmationis materiam concernentes.

Quæstio.

M. S. Ecclesiæ.

† Præobtentum.

☞

tamen læsio aliqua fiat pro vindicta, illa dicitur propriè pœnalis, ut vult ille Textus *de pœn. dist. 3. praall.* qui est sumè notandus secundùm eum. Ecce secundùm hanc sententiam, quam ponit *Dominicus*, apparet, quod non solum pœna arrenditur circa Jus quæsitum cotaliter auferendum, sed etiam alias circa damnum Personæ imminens etiam ratione expensarum perditarum, secundùm quam considerationem posset dici illam Constitutionem *de elect. c. ulti. li. 6.* fore pœnalem: quia ubi non tenet Cõfirmatio propter omissionem Solennitatis ibi requisitæ, licet ob hoc non omittatur Jus competens ex illa Electione, ut vult ibi *Joh. An.* & sic illâ consideratione non sit pœnalis; & tamen pœnalis illa consideratione, qua sic Confirmatus perdit expensas quas fecit circa talem Confirmationem invalidam. *ar.* eorum quæ leguntur & notantur *d. c. dispendia. de rescrip. li. 6.* Sed si benè videas illæ pœnæ exprimũtur in dicto *c. dispendia*, etiam quoad expensas. Et ideò non immeritò potest dici pœnalis quoad expensas; sed in casu illius *c. ulti.* nihil exprimitur de expensis à parte Juris hoc disponentis, sed potius læsio contingit in expensis propter fatuitatem propriam illius Electi, forsan in desiderando secum favorem sibi fieri in expeditione suæ Confirmationis, sive Vocatione, de qua fienda ibi providetur. Et adverte, quòd in dicto *c. dispendia.* præfatus *Dominicus in §. verùs quoque.* assignat illum Textum pro uno notabili, dicens quòd Lex quæ annullat Processum, vel Literas contensiosas, vel infert Condemnationem Expensarum, dicitur pœnalis. fatetur tamen *eo. c. §. 1. ver. non incidenter*, quòd Constitutio pœnalis licèt posset extendi ex identitate rationis; pœna tamen contenta non debet extendi ad casum non expressum. Ex quo dicto sequitur, quòd si illa Constitutio non extendatur ad præsentationes, pœna illius Capituli in eis non habebit locum. *ar. c. in panis. de Reg. Juris. li. 6.* De hac materia, quomodo & quando Constitutio pœnalis extendatur ad non expressa, scripsi *supra de concess. Præben. c. esurientis avaritia. ver. procurantes.* Hic tamen adverte, quòd prædicta Opinio *Jo. An.* non observatur, ut Communiter *in Anglia*. Et pro observantia illa quæ practizat Institutionem valere ad Præsentationem alicujus, licèt non fiat Vocatio secundùm formam dictæ *Decre. ulti. de elec. li. 6.* Contra dictam Opinionem *Jo. An.* moveo sic. Idem *Jo. An* sicut dixi *supra. e. c. 1. devolvatur.* conclusionaliter tenet, quòd Patronus Laicus Præsentans scienter indignum, propter hoc non amittit Jus suum illa vice, sed potest infrà tempus legitimum præsentare dignum. Modo video verum esse à parte Juris, quòd scienter eligentes indignum perdunt eâ vice Potestatẽ eligendi. *de elec. c. quamquam. li. 6.* Si ergo Electio, & Præsentatio ad patia reputantur, videretur, quòd Laicus etiam primo Eligens, & postea Præsentans scienter indignum, amitteret Jus suum illa vice, quod tamen dissuasi *Jo. An.* ut prædixi. præterea id quod dicit *Jo. An.* sc. quod Præsentatio est Electio, cujus etiam dicto *concor. Cardi. de instit. c. 1. ver. instituat. li. 6.* videtur non esse bene dictum; nam *eligere* est ex pluribus Personis unam legere, & ex pluribus votis legere. i. e. colligere, sicut notat *Hostien. in summa. de elect. §. in quibus. vers. ego dico.* Sed ut ibi dicit *Hosti.* hoc ultimum, scil. Electio activa, quæ ex pluribus votis consistit, non potest consistere nisi inter plures, & sic in Patronum unicum cadere non potest Electio: Sed ubi Jus tale cadit in unum, aut dicitur Præsentatio, aut Collatio, vel Provisio, sive Ordinatio. Alioquin verò dicitur Creatio, quandoque Institutio, quandoque Collatio, de quorum singulis *Hostien.* dat Remissiones in loco prædicto. Et hæc vera dicit, intantum enim, quòd si plures sint Patroni Laici, non pertinet ad eos Electio, sicut plenius notatur per eundem *§. quis possit. ver. Laicus autem.* Et quòd differant Electio & Præsentatio, satis colligitur ex alia Conclusione ejusdem *Jo. An. in no. dicto c. ulti. ad fi.* ubi quærendo, numquid illud Capitulum locum habeat in Collatione, Respondet quòd non: & ratio sua est, quia in Collatione non est medium inter Electionem & Confirmationem, sed in Præsentatione sic. Nam in Præsentatione ipsa Præsentatio est actus medius inter Electionem Personæ Præsentandæ, & Institutionem ejusdem, quæ est loco Confirmationis. Ex quo dicto sequitur, quòd Electio & Præsentatio differunt, & non sunt idem, etiam secundùm Opinionẽ ipsius *Jo. An.* Nec obstat quod *all. Jo. An. dict. c. 2. & 3. Extra eo. ti.* ubi Textus circa Patronos utitur verbo *Electionis*. Nam ibi, & in consimilibus verbum *Electionis* ponitur impropriè, ut patet ex his quæ dixi *supra* hoc eadem *glo. ver. præterea*. Electio namq; talis in uno Patrono non est Electio Canonica, quæ fit concurrentibus votis plurimis, sed ut secundùm votum unius, sicut anus Puer dicitur eligere pulchrum florem, vel pulchrum pomum, juxta notata *Hostien. de elec. §. 1. in summa sua.* Non ergo videtur bona Argumentatio à proprietate vocabuli stricte sumpti, prout est videre in *d. c. ulti. li. 6.* ubi Electio strictè sumpta sumitur pro Electione Canonica, ad significationem ejusdem large sumptæ, prout notat *Jo. An.* in Electionibus quæ præcedunt actum Præsentationis: nam sensus utriusque non est unus. Item præsuppositâ opinione *Jo. An.* & suorum sequacium, sequeretur ex hoc, quod electus à Patrono per viam Præsentationis ad aliquod Beneficium consentiens Præsentationi de se factæ, eunte effectualiter non petens se admitti & institui in eodem Beneficio infra tres Menses postquàm hujusmodi Præsentationi de se factæ consenserit, amitteret Jus sibi competens ex eadem Præsentatione, secundùm ea quæ in casu Electionis leguntur & notantur *de elect. c. quòd sit. li. 6.* Et sic etiam in cæteris quæ Statuuntur servari in Electionibus Canonicis, servari debent etiam eadem in Præsentatione simplicium Patronorum. Quorum tamen contrarium Communiter videmus observari, nec Consuetudo hoc servat, quæ dicitur Legum esse optima Interpres. *ff. de legi. l. Item si de Interpretatione.* His tamen non obstantibus fateor juxta opinionem *Jo. An.* magnam fore æquitatem, ut sc. etiam in Præsentatione fiat Vocatio, secundùm quod continetur in *d. c. ulti.* & quòd Institutio Præsentati fiat cum Causæ cognitione, maximè ubi probabiliter potest dubitari, an plures sint Patroni, sive veri, sive præterfi. Nam Instituens non debet esse præceps in admittendo Præsentatum. *arg. d. c. ulti.* & eorum quæ scripsi *supra. e. li. de instit. c. cum secundùm Apostolum. verbo. duos Menses.* Quis tamen non teneat Institutio omissa tali Solennitate reputarem in Regno *Angliæ* satis rigorosum, maximè cum Cõmunis Practica, & Consuetudo hujus Regni, ut Cõmuniter, aliud inducant & observet; & contra hunc rigorem optimè faciunt notata *Ber. Compost. Extra. de elect. c. quòd sicut. ver. Item quæritur utrum Confirmatio.*

Ut Visitationes Ecclesiarum fiant ab Archidiaconis sine ipsarum gravamine, nullum invitent nisi fuerit à Rectore Ecclesiarum invitatus, nec die Visitationis Capitulum celebrent, nisi in Burgo vel Civitate; nec Procurationem recipiant sine causa rationabili, nec pro Visitatione redemptionem extorqueant.

Stephanus.

[a] VT singula Ecclesiastica Officia in Ecclesia Dei ritè procedant, Statuimus, nè [a] Ad satisfaciendum nihilominus de [b] damno omnimodo quod idem [c] possessor [d] perpessus fuerit per Decanum, vel Prælatum alium [e] taliter clandestinè inquirentem, præsentis sanctione Concilii [f] condemnantes [g] ambitiosum ipsum ab hujusmodi † Officio, sic nequiter ambito, [h] excludentes [i] perpetuò, & nihilominus [k] eundem ab [l] omni obtentu alterius Beneficii [m] Ecclesiastici per [n] triennium suspendentes.

† *Al.* Beneficio.

De Censibus & Procurationibus.

Eligere quid sit.

Electio & Præsentatio differunt.

a *Ad satisfaciendum.* Vers.

b *Damno omnis.* Hic vide quod scripsi *supra. de procura. c. unico. vers. damna omnia.*

c *Possessor.* i. e. Incumbent, præsertim Titulo colorato de quo, & pro ejus Jure quid importet, vide quod scripsi *supra. de concess. præben. c. esurientis avaritia. ver. primum amoveri.*

d *Perpessus fuerit.* Supple, occasione talis Processus clandestini contra eum facti & habiti.

e *Taliter.* Sc. extra plenum Loci Capitulum, & non facta Vocatione, ut hic Statuitur.

f *Condemnantes.* Est itaque hæc Constitutio edita per viam Sententiæ jam latæ quoad restitutionem hujusmodi damnorum, & est sensus, quòd ipso Jure ligantur, & tenentur ad restitutionem, sic quod non sit opus Ministerio hominis, nisi quoad declarationem, sicut aliàs legitur & notatur *in c. secundùm leges. de hæreticis. li. 6.*

g *Ambitiosum. Ambitio* est ad honoris Mundi fine suffragio temporis, & sine merito laboris velle promoveri. 61. *di. miramur.* Ambitio. quid sit. ad fi. & quòd sit peccatum mortale, & ideo reprobanda, notatur *de rescrip. c. ulti. glo. 1. per Archi. li. 6.*

h *Excludentes.* Simile habes *2. q. 1. c. Apostolica. 1. q. 6. sicut ii. de transla. Episcopi. c. quanto. ad fi.*

i *Perpetuo.* i. e. Quamdiu vixerit, & concordat in simili. *ff. pro socio. l. 1.* ubi de hoc per *Accur.* Sic etiam ponitur 71. *di. c. sanctorum. ff. de procura. l. & in perpetuum. de rescrip. c. ulti. li. 6.*

k *Eundem.* Scilicet ambitiosum.

l *Omni obtentu.* i. e. Adeptione, etiam per viam permutationis, secundùm ea quæ scripsi *supra. de procu. c. exhorrenda. ver. obtinendum.*

m *Ecclesiastici.* Quod scilicet haberi non potest sine Institutione Canonica.

n *Triennium.* Istud Triennium incipere debet à tempore quo constat ipsum contra ipsam Constitutionem deliquisse per declarationem Judicis competentis.

[a] VT singula. Ista Constitutio, quæ fuit *Stephani* Archiepiscopi edita in Concilio *Oxo.* primo, facit quatuor. In prima Divisio. parte disponit de uno Moderamine quoad Archidiaconos visitan-

ctes, & ipſorum Procurationes. In ſecunda ibi, *Si tamen*, ordinat etiam cum quodam moderamine nè Archidiaconi aliquos invitent ad Procurationem. In tertia ibi, *Unde ut ab eis*, tollit occaſionem invitandi. In quarta ibi, *Ad hæc*, ſtatuit de Procuratione non recipienda, niſi cùm Archidiaconus perſonaliter viſitat.

a *Graves.* Sic viz. quòd aliquid Subditis ſuis occaſione Viſitationis ipſorum Archidiaconorum imponatur contra formam inferius ſtatutam, aut alia Canonum inſtituta, 10. *q.* 3. *relatum. Extra. e. c. prohibemus. & c. ſopita.*

b *Eccleſiis ſibi ſubjectis.* Sunt enim quædam Eccleſiæ, licèt infra ambitum alicujus Archidiaconatus conſtitutæ, quæ tamen ipſi Archidiacono non ſunt ſubjectæ, utputà, Eccleſiæ Regulares, quales ſunt Monaſteria Monachorum, Canonicorum Regularium, & Monialium. *Extra. de offi. Archid. c. ulti.* ubi de hoc per *Inno. Hoſti. Jo. An.* & alios. Sic etiam ſi Archiepiſcopus aliquas Eccleſias ſuæ Juriſdictioni reſervavit in ſpecie, ita quòd in eis Archidiaconus nullam Juriſdictionem exerceat, tales Eccleſiæ non dicentur ipſi Archidiacono ſubjectæ, ſicut eſt videre in multis Locis, ubi Archiepiſcopi, & Epiſcopi exercent Juriſdictionem immediatam, & peculiarem.

c *Statutum.* Sume quod eſt *infrà, numerum.*

d *Concilio Generali. Extra. e. c. cum Apoſtolus.*

e *Evectionis numerum.* Viz. quinque aut ſex, ſicut patet dicto *c. cum Apoſtolus. §. quocirca.* An autem ultrà hunc numerum debeatur Procuratio Perſonis pluribus, quàm ſint Evectiones, recitantur Opiniones per *Hoſti. & Jo. An. poſt cum de exceſ. præl. cum ad quorundam.* ut videlicet ſecundùm opinionem aliquorum, quantus eſt numerus Evectionum cum ſuis Seſſoribus, tantus ſit ultra hos numerus Perſonarum peditum ad cuſtodiendum equos. Aliorum opinio eſt, quòd pro ſingulis tribus equis ultra eorum Seſſores, ſit unus Pedeſter ad dictos tres equos cuſtodiendos. Tertia opinio eſt, quòd ſinguli duo equi ultra ipſorum Seſſores habebunt unum Cuſtodem. In his tamen *Jo. An. & Hoſtien.* relinquunt hujus rei Terminationem boni Judicis arbitrio ſecundùm Regionis conſuetudinem. Quorum opinioni conſentio, maximè ubi de more Regionis eſt, quòd Cuſtodes equorum non ſunt equites ſed pedites: ubi tamen Perſonæ deputatæ ad equorum Cuſtodiam ſunt equites, & non pedites, ut Communiter obſervatur apud Prælatos in *Anglia*, ſatis rationabile eſt, quòd Perſonæ non debeant excedere numerum Evectionum. Sufficere namque poſſunt juxta morem *Angliæ* duæ Perſonæ ad cuſtodiendum ſeptem equos, ſic quòd Archidiaconus circa latus ſuum habeat quatuor Perſonas ipſo exiſtente quinto; & ſic in toto cum ſeptem equis erunt ſeptem Perſonæ & non plures. In exceſſu tamen unius, vel duarum Perſonarum Pedeſtrium, non erit vis, ſecundùm *Hoſti. dicto c. cum ad quorundam.*

f *Excedant.* Quòd ſi fecerint, poteſt eis denegari Procuratio, ſecundùm ea quæ notat *Inno. d. c. cum ad quorundam. de exceſ. præla. ar. pro illis.* Et hoc intellige verum quòad numerum ſuperfluum, quem forſan adduxit Prælatus ultra debitum numerum, prout notat *glo. Ber. d. c. cum Apoſtolus. ver. conſenti exiſtant.* unde licet Archidiaconus plures ſecum ducat, viz. ultra numerum debitum, tamen non negabitur Procuratio uſque ad numerum de Jure limitatum, ad inſtar petitionis, quæ ſi ultra debitum concepta ſit, eſt tamen ad debitum redigenda, non autem in totum neganda: ut *l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de leg. 2.* Si autem ſuperflui non poſſunt ab aliis ſeparari, ut quia Archidiaconus hoc recuſat, tunc poterit Procuratio omnibus denegari, ut ſic utile per inutile vitietur. *ff. de aqua. quoti. & eſtip. l. 1. §. Item quæritur.* Et ad hoc *Petrus de Ancho* allegat *l. in fideicommiſ. ff. de uſur.* ubi reproba petitio ratione incertæ Partis poteſt negari in totum. Et ſic ip'e *no. d. c. cum Apoſtolis. ver. quærit glo.*

Utile per inutile vitiatur.

g *Viſitationis nomine.* Quæ Viſitatio qualis eſſe debet quoad Archidiaconum, dixi *ſupra. de offi. Archi. c. 1. ver. viſitatione.* Et nota, quòd dicit *Viſitationis nomine*; nam ſi alia de cauſa Archidiaconus circueat ſuum Archidiaconatum, nihil poteſt exigere à Subditis. *Extra. e. c. procurationes.* cum ibi notatis. Et ibi videas *glo. Ber. in ver. viſitationis.*

h *Debitam.* Sume quod eſt *infrà, procurationem.* Et dicitur *Procuratio debita*, quæ fit in victualibus ipſi Archidiacono, cum perſonaliter viſitat pro ſe & ſuis cum ſeptem Evectionibus ad majus: patet quoad Evectiones *Extra. e. c. cum Apoſtolis.* quoad Procurationē fiendam in victualibus, patet *e. ti. c. Romana. & c. exigit. li. 6.* debet tamen hæc Procuratio ſolvi ſecundùm facultates Eccleſiæ viſitatæ. *Extra. e. c. cum nuper.* ut viz. Eccleſia quæ magis abundat, largius Viſitanti exhibeat; illa verò quæ minus abundat, minus in expenſis exhibeat. *Extra. eo. c. cum Apoſtolus. & dicto c. cum nuper.*

i *Invitare.* Nè Prælatus Eccleſiæ ſe per hoc gravatum fore rationaliter conqueri poſſit. *Extra. e. c. cum inſtantia.* circa medium. Et facit ad hoc quod legitur *de of. ordi c. ut juxta.* 10. *q.* 3. *cavendum.*

k *Si tamen.* Secùda Pars.

l *Honore Archidiaconi.* Nè ſc. ſolus forſan in Menſa ſedeat abſque ſolatio aliquorum bonorum virorum, qui eum conſolari ſciant, & poſſint.

m *Eccleſiarum.* Scilicet Viſitatarum.

n *Sed ipſi.* Vers.

o *Ne forte.* Redditur ratio præmiſſorum.

p *Non gravarent. Extra. c. cum Apoſtolus.* 10. *q.* 3. *cavendum.*

q *Unde ut eis.* Tertia Pars.

r *Neceſſitas.* i. e. Occaſio.

ſ *Die Viſitationis.* Poteſt enim Viſitator una die morari apud Eccleſiam Viſitatam. 10. *q.* 3. *inter. juxta ſſ.* Ultra verò unum diem morari non debet ibidem, niſi neceſſitas aliud inducat, prout notat *Arebid. eo. ti. c. Romana. §. deinde. ver. redeat. li.* 6. Quo caſu quamdiu ibi morari contingit, procurari debet ſumptibus Eccleſiæ Viſitatæ, ſicut notat *Jo. An.* ibidem, *e. c. ver. viſitatis. in no. li.* 6. Et ſic intelligi poteſt quod legitur 10. *q.* 1. *placuit.* licet alii dicant, quòd illud *c. placuit.* ſit correctum per *c. inter cætera. præalle.* quod vult, ut per unum diem ſolum ibi moretur. *Hoſti.* verò in *ſumma de of. Archi. §. quod ſit. ver. patet ex præmiſſis.* dicit, quòd Viſitans poteſt recipere Procurationem duplicem: unam viz. in Cœna diei qua venit ad Eccleſiam, & Viſitat Presbyterum, aliam in Prandio diei ſequentis qua Viſitat Populum. Et ſic recitatur *c. ti. c. ſælicis. ver. una die. per Archi. li.* 6. Sed mihi videtur, quòd ſive Viſitator veniat de ſero unius diei ad Cœnam, & facto Prandio de mane tranſeat ad aliam Eccleſiam, ſive de mane veniat, & tam in Prandio quàm in Cœna etiam per totam noctem ibi moretur, in proximo mane tranſiturus ad aliā Eccleſiam, non recipit niſi unam Procurationem unius diei, quia utrobique Prandium & Cœna computantur pro una Procuratione, ſic quòd dies unius Procuratoris computetur ſecundum diem naturalem, viz. 24. horas, juxta notata *Doctō. ff. de verb. ſig. l.* 2.

t *Capitulum.* In quo congregantur Rectores & Vicarii ipſius Archidiaconatūs, ad Communes Tractatus, & alia inibi facienda, ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſupra. de conſti. c. quia incontinenti. ver. Capitulis ruralibus.*

u *Niſi.* Excipit ab eo quòd *ſupra* dixit,

x *Forte.* Temperamentum Philoſophicum eſt, juxta illud, *Sub dubio forte reſpondent ſæpe periti. ff. de annuis. leg. l.* 2. *glo.* 1. Et poteſt ſumi affertivè; & ſic ponitur *Extra. de teſta. c.* 2. ubi de hoc. *verb. forte. de reſcrip. c. ſuper literis. glo. antepenulti. de pœni. di.* 1. *quamorbem. per Jo.* Et ſic ſtat hic, ſignificans talem eventum.

y *Burgo.* i. e. Caſtro ſecundùm quoſdam, vel ubi ſunt crebra Caſtra. Vel dicitur *Burgus*, ubi ſunt per limites Habitacula plura conſtituta, ſecundùm *Januenſem.* Et nota quòd *Burgus* dici poteſt Villa quæcunque, alia à Civitate, in qua eſt Univerſitas approbata; hoc probatur *C. de fund. rei priva. l. penul. li.* 11. & notatur *ff. de leg. 1. l. ſi hæres. §. vicis. ad fi. per Barto.* *Burgus.*

z *Civitate.* In qua ſcilicet, ſecundùm communem uſum loquendi, eſt Sedes Epiſcopalis, & habet Majorem, & Gubernatores in Dignitate conſtitutos: ſic notat *Barto. in Extravag. quoniam nuper. ver. Lumbardiæ. coll.* 11. & tangitur per eundem *dicta l. ſi hæres. §. vicis. ff. de leg. 1.* Quæ verò ſit differentia inter Civitatem, Urbem, Caſtrum, Caſtellum, Villam, Oppidum, & Municipium, notatur *de ſen. excom. c. ſi civitas. ver. villa. per Jo. An. in no. li.* 6.

a *Eccleſia.* Quæ ſcilicet viſitatur. Ratio hujus eſt, quia in talibus Burgis, & Civitatibus abundant Hoſpitia. Et eſt, ut communiter, in eis copia Victualium, ſic quòd propter ſupervenientes non oportet Curatum Eccleſiæ Viſitatæ gravari in ſua Procuratione ultra expenſas Archidiaconi, & Familiæ ſuæ.

b *Ad hæc.* Quarta pars.

c *Aliquo modo.* Scilicet nec in Victualibus, nec in Pecunia, nec in aliqua alia re loco Pecuniæ. *arg.* eorum quæ leguntur & notantur *c. ti. c. Romana. §. procurationes. li.* 6. ibi, *quolibet alio modo &c.*

d *Procurationem.* Supple, quæ debetur nomine Viſitationis.

e *Rationabili.* Utputà, quia Archid. infirmus eſt, vel aliter legitimè impeditus

Archidiaconi nimium [a] graves [b] Eccleſiis ſibi ſubjectis exiſtant, diſtrictius inhibentes, ne [c] Statutum in [d] Concilio Generali [e] evectionis numerum [f] excedant, ſed [g] Viſitationis nomine [h] debitam ſibi recipiant Procurationem. Nec ad eam Procurationem venientes extraneos, ut ſecum veniant, [i] invitare præſumāt. [k] Si tamen pro [l] honore Archidiaconi [m] Eccleſiarum Rectores velint aliquos invitare, hoc nullatenus prohibemus. [n] Sed ipſi Archidiaconi nullum invitent, [o] nè forte qui per ſuum adventum Eccleſias [p] non gravarent, tamen gravent per invitatos: [q] unde ut eis ſubtrahatur [r] neceſſitas invitandi, Prohibemus, nè Archidiaconi [ſ] die Viſitationis ſuæ apud Eccleſiam quam viſitant [t] Capitulum celebrent, [u] niſi [x] forte in [y] Burgo vel [z] Civitate [a] Eccleſia ſit Conſtituta. [b] Ad hæc Archidiaconis diſtrictius Inhibemus, nè [c] aliquo modo [d] Procurationē recipiant ſine cauſa [e] rationabili, niſi illo die quo

impeditus quo minus poſſit perſonaliter viſitare: nam in hoc caſu poterit per alium viſitare, & per alium ſuum Officium exercere, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de offi. ordi. c. ſi Epiſcopus. li. 6.* ubi de hoc per *Dominicum de Sancto Geminiano, ver. quæro an iſte Textus.* qui dicit, quòd eadem ratione qua Epiſcopus impeditus poteſt viſitare per alium, ſic & quilibet Archidiaconus, ſive Ordinarius inferior.

a *Perſonaliter.* Ad perſonalem enim Viſitationem tenetur quilibet Ordinarius, cui competit Officium Viſitationis, ſicut patet *eo. titu. c. Romana. li. 6. Extra. de procurationes.* ſi tamen rationabiliter impeditus ſit, poteſt Viſitationis Officium per alium exercere, ut dixi *ſuprà. c. proxi. glo.* in quo caſu, & etiam ſi perſonaliter Viſitaverint, quantum habent recipere nomine Procurationis in pecunia, ubi Viſitatus vult ipſis nomine Procurationis ſolvere pecuniam, hodie limitatum eſt per Conſtitutionem *Benedictinam*, quæ incipit, *Vas Electionis*, ibi videas.

b *Redemptionem.* Simile habes 10. *q.* 1. *relata.*

c *Pro Viſitatione. i. e.* Ut non viſitentur Subditi: & ſic exponas, pro viſitatione ſc. non facienda, qd non licet. 10. *q.* 1. *relata.* ubi de hoc per *Archi.* vel potes intelligere pro Viſitatione non factâ, forſan quia Epiſcopus eodem anno viſitavit, & ſuſpendebat Juriſdictionem Archidiaconi: & ſic Archidiaconus vult ab eis aliquid loco Procurationis exigere, quod non licet, ut hic, ubi non viſitavit. Si tamen viſitet, benè valet Redemptio Procurationis debitæ in Viciualibus, ut ſc. pro Procurationibus hujuſmodi aliquid certum accipiat. 10. *q.* 3. *c. relatum.* ubi de hoc per *Archi.* Sed quæro, nunquid Archidiaconus poſſit à Suis ſubditis aliquid exigere per modum Charitativi Subſidii, in caſu quo non viſitavit ſuum Archidiaconatum, ſecundùm Juris exigentiam, & ſic non poſſit Procurationes habere? Dic quòd non: quia Archidiaconi nullas Exactiones, vel Tallias exigere debent à ſuis Subditis ad opus ſuum proprium. *Extra. e. c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. ver. Archidiaconi vero.* Ibi tamen *Bern. in ver. exactiones*, videtur tenere, quòd idem quòd ibi dicitur de Epiſcopo, habeat locum in Archidiacono. *Hoſtien.* tamen & *Jo. An.* ibidem tenent contrarium, viz. quòd non poteſt exigere Charitativum Subſidium. *alle. ad hoc de exceſſ. prælo. ad hæc. & c. accedentibus ad finem.*

Queſtio.

d VT *Archidiaconi.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus & præcedens: & eſt pari hujus *ſuprà. de offi. Archidia. c. ut Archidiaconi.*

e *Exactiones.* Simile habes *Extra. eo. c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. ver. Archidiaconi verò.* & circa hoc vide quod dixi *ſuprà. c. proxi. glo. ulti.* Quot verò modis ſumitur *Exactio*, vide per *Card. de Judi. c. 1. glo. ulti. li. 6.*

f *Perſonales.* In hoc addit ad ea quæ leguntur *Extra. eo. c. cum Apoſtolus. §. prohibemus. verſ. Archidiaconi verò.*

Diviſio.

g ITem contra. Hæc eſt Conſtitutio *Bonifacii* Archiepiſcopi: & habet duo dicta. In primo ordinat de Procurationibus & Exactionibus non faciendis, vel recipiendis per Apparitores Archidiaconorum. In ſecundo ibi, *Bedelli*, adjicit pœnam.

h *Apparitores.* De his, & pluribus nuncupationibus talium, vide *ſuprà. de judi. c. excuſſis. §. Statuimus. ver. Apparitores.*

i *Decanorum.* Supple, Ruralium, qui etiam ſub Archidiacono quandoque certum Miniſterium habent, ut dixi *ſuprà. de judi. c. 1. in prin. ver. Decani Rurales.*

k *Executorilus.* Sc. Mandatorum eis directorum, ſecundùm illud quod legitur & *no. Inſti. de actio. §. tripli.*

l *Neceſſitatibus.* i. e. Negotiis tangentibus Officium Archidiaconi.

m *Hoſpitia.* i. e. Manſiones, ſive Inhabitationes.

n *Capellanorum.* Supple, Parochialium.

o *Presbyterorum.* Sc. non Parochialium, ſed forſan Cantarias habentium, vel Annalia celebrantium.

p *Clericorum.* Supple, Sæcularium, ad differentiam ejus quod ſequitur.

q *Vel Religioſorum.* Ex hac litera non intelligas, quin Religioſus Ordinatus comprehendatur appellatione Clerici, ſaltem large ſumpto vocabulo, licet cùm aliquis ſit Religioſus, non tamen Ordinatus, non continetur appellatione *Clerici*, ſecundùm quod notatur per *Jo. An. de Privil. c. exemptionem. glo. ulti. li. 6.* Unum tamen hic adverte, quod ex hac litera *Religioſi* colligi poteſt, quòd Religioſi *ſui unt* eſt ſubſunt Archidiacono, *Archidiaquod quomodo verum ſit, cons.* habes *no. per Oſt. Extra. de offi. Archi. c. dilecto.*

r *Eos.* Sc. Apparitores.

ſ *Ratione Procurationis.* Forſan quam peteret talis Apparitor nomine Domini ſui, quia nomine proprio nullam Procurationem petere poterit ſecundùm ea quæ ſcripſi *ſuprà. c. c. 1.*

t *Vel alterius ſervitii.* Supple, Officium talis Apparitoris concernentis quàm ad executionem Mandatorum ſui Domini. Nã Remunerationem talis Servitii tenetur ſibi ipſum mittens impendere, ſecundùm ea quæ leguntur, & *no. de offi. ordi. c. ſi Epiſcopus. li. 6.* Si tamen concernat laborem ſuum aliunde impenſum, ſecus eſt, quia dignus eſt † Mercenarius Mercede ſuâ: juxta ea quæ notavi *ſuprà. de ſacro. unc. c. cum ſacri. ver. ſingulis Eccleſiis.* *M S. Æſon.* † Operarius.

u *Exigant.* i. e. Petant.

x *Gratiarum Actione.* Quæ reddenda eſt omni qui quicquàm tribuit ex liberalitate, licèt non ex neceſſitate. Et *concor. in ſimili. c. ti. c. 2. in Cle. §. nos igitur.*

y *Eis.* Sc. Apparitoribus.

z *Hoſpitibus.* Sc. eos recipientibus, & ſic activè ponitur. Quandoque tamen ponitur paſſivè, pro ipſo recepto, juxta illud: *Sum qui ſuſcipior, & qui me ſuſcipit Hoſpes.* *Verſus.*

a *Apponentur.* Loquitur de cibis & potibus, quæ cadunt ſub Hoſpitalitate, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de offi. ordi. c. ſtatuimus. ver. Hoſpitales.* patet ergo, quòd non ſentit de donis, vel munetibus, circa quæ laborare non debent Archidiaconi erga Subditos: neque per ſe neque per ſuos, ut legitur *ſuprà. c. proxi.* cum ſuis Remiſſionibus.

b *Illis.* Sc. Appoſitis.

c *Neque.* Verſ.

d *Nuncios.* Quibus ſi ſimplices Nuncii ſint, licèt etiam jurati ſint, non eſt credendum, ut *no. Archidia. 82. diſ. propoſuiſti. add.* adde, *dicas audaciter.*

e *Seipſos.* Ratio hujus eſt, quia induſtria Perſonæ eſt electa, & tales Apparitores erunt jurati de fideliter exequendis ea, quæ ſpectant ad Officium ſuum, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de judi. c. quidam Ruralium. verſ. coram teſtibus. ver. tu igitur.* unde non poſſunt talia expedire per alios. *Extra. de offi. deleg. c. ulti.* Quandoque tamen talibus mandatur, ut per ſe vel per alios executionem faciant, quo caſu ſufficit, ut per alios, id quod præcipitur fieri, faciant, dummodo juſtè & legitimè fiat: alioquin non excuſabitur fieri faciens. *arg.* eorum quæ notantur per *Joh. 3. q. 7. c. in gradibus. glo. 1.*

f *Bedelli.* Secunda pars. Et dic *Bedelli*, i. e. *Apparitores*: & ſic habes aliud vocabulum, quo nominantur quandoque hujuſmodi Apparitores, ultra ea quæ dixi *ſuprà. de judi. c. excuſſis. §. Statuimus. verſ. Apparitores.*

g *Contra hoc.* Sc. quod *ſuprà* dictum eſt.

h *Puniantur.* Juſtum eſt, ut hæc punitio fiat primò, & principaliter per ipſorum Dominos, Archidiaconos videlicet, vel Decanos. *arg.* eorum quæ leguntur *de ſtatu Mona. c. ulti.* ubi de hoc *in glo.* 1. Corrigere namque debet quis potius factum ſuum, quàm expectare, ut ab aliis corrigatur, ſecundùm ea quæ *no. de reſcrip. c. ab excommunicato. glo.* 2. Si tamen ipſorum Domini eos non puniant, poſſunt ipſorum Superiores, Epiſcopi videlicet, vel eorum Officiales eos punire,

Bonifacius.

g ITem contra gravamina & exceſſus, quæ per Bedellos ſeu h Apparitores Archidiaconorum & i Decanorum ſubditis infe.ri didicimus, remedium adhibere volentes, Statuimus, ut cùm pro faciendis k executionibus, aut pro aliis l neceſſitatibus m Hoſpitia Rectorum, Vicariorum, ſeu n Capellanorum, vel aliorum o Presbyterorum, p Clericorum, q vel Religioſorum r eos declinare contigerit, nihil omninò ſ ratione Procurationis, t vel alterius ſervitii u exigant ab eiſdem; ſed cum x gratiarum actione recipientes ea quæ y eis ab z Hoſpitibus a apponentur b illis, contenti exiſtant. c Neq; per d Nũcios, & Subbedellos, ſed per e ſeipſos executiones faciant præceptorũ. f Bedelli verò, qui ſcõtra hoc fecerint, & oneroſi ſeu injurioſi ſubditis Dominorũ ſuorũ inventi fuerint, graviter h puniãtur, & gravatis

Apparitores ad cujuſcunque Clerici Hoſpitium miſſi nihil ratione Procurationis aut alterius ſervitii exigant, contenti quod gratis & libenter dabitur. Neque per Subbedellos, aut Nuncios, ſed per ſe exequantur commiſſa. Bedelli autem contra hæc facientes puniantur, & gravatis duplum reſtituant.

punire, etiam non solùm in casu negligentiæ, sed per viam simplicis querelæ, secundùm ea quæ *no. Extra. de offi. ordi. c. pastoralis. glo. 1. per Ber.*

a *Duplum.* Simile habes *e. ti. c. exigit. li. 6.*

b *Tenẽtur.* An ipso Jure, vel per Sententiam, potes videre quæ notavi *suprà. c. li. de consti. c. quia incontinentia. ver. tenentur.*

[a] duplum restituere [b] teneantur.

Pro scriptura Literarum Inquisitionum, Institutionum, vel Collationum, & Commissionum non exigetur ultra 12. Denarios. Pro Literis cujuslibet Sacri Ordinis non ultra sex Denarios. In cæteris verò Ordinarii Ministris suis satisfaciant. Pro Sigillatione autem Literarum nihil à Clericis extorquebitur. Extorquens duplum reddere cogatur.

Johannes Stratford.

Divisio.

[c] SÆva & miserabilis. Hæc est Constitutio *Johannis Stratford*, non tamen contenta inter Constitutiones ejusdem, quarum Exordium sic incipit, *Sponsam Christi.* & habet quinq; dicta principalia: in quorum primo, recitat certa gravamina circa certas Literas Subditis liberandas & sigillandas, à Jure Communi exorbitantia, per Superiorum Officiarios, ut sæpius Subditis illata. In secundo ibi, *Nos igitur*, providet de remedio quoad scripturam hujusmodi Literarum. In tertio ibi, *In certis*, providet in genere super aliis Ordinariis ipsis Ministrantium stipendiis. In quarto ibi, *Pro sigillatione*, disponit super Feudis pro Sigillo, & certorum Officiorum non recipiendis. In quinto ibi, *Et ne*, adjicit pœnam contrafacientibus.

d *Cupiditas.* Quæ est Radix omnium malorum. *47. di. c. bonorum. de pœni. 2. quia radix.* & in proœmio *Decretalium. super vers. cupiditas.* Circa quod vide *nota. de Consti. c. nam concupiscentiam. ver. oriuntur. per Ber.*

e *Literis Institutionum.* de quibus dixi *supra. de Instit. c. 1. & c. ex solito.*

f *Admissorum.* Sc. per Episcopos, quorum officium est tales admittere, & auctorizabiliter instituere. *Extra. de hæreti. c. cum ex injuncto. in fi.*

g *Literis Ordinum.* De quibus legitur & notatur *Extra. de cler. peregri. c. 1.*

h *Scripturarum.* Potes adjungere etiam pro Charta in qua scribitur. Et circa hæc, & etiam ea quæ sequuntur, vide quæ scripsi *suprà. de instit. c. 1. glo. ulti.*

i *Sigillis.* i. e. Sigillorum appositionibus.

k *Multoties.* Et ideo citius est, & fortius talibus resistendum. *ar. ad hoc ff. de pœnit. l. Capitalium. §. grassatores. & l. si diutino.* ubi de hoc in *Glossa*, juxta illud; *multis grassantibus opus est exemplo. de pœnit. c. 1. §. civitas autem. in Clem.*

l *Immensæ.* i. e. Magnæ.

m *Canone. 1. q. 2. Sicut Episcopum.*

n *Archidiaconorum.* Vers.

o *Aliorum.* Supple, ipsis Archidiaconis in dignitate, & honore æqualium, vel eis in talibus inferiorum: ad Superiores namque, vel majores, hæc Clausula referri non debet secundùm ea quæ leguntur & notantur *de rescrip. c. sedes Apostolica.*

p *Clerici.* Supple, Scribentes in ipsorum Officiis.

q *Certificatorias Literas.* Similè Constitutionem habes *suprà. de institu. c. Item quia*; quoad Literas Certificatorias super inductione Admissi ad Beneficium Ecclesiasticum non differendas: ubi videas quæ scripsi *suprà. ver. Certificatorias literas.*

r *Inquisitionum.* Quæ præcedere debent Admissiones hẽndas ad Beneficia Ecclesiastica, secundùm ea quæ scripsi *suprà. de Jur. Patro. c. per Provinciam.*

s *Factas.* i.e In debitam Formam conceptas: & idem intelligas si eas facere dilulerint. *ar.* eorum quæ habes in simili *suprà. de instit. c. Item quia. ver. facere. & glo. sequentibus.*

t *Præsentatu.* Vel ipsorum Procuratoribus.

u *Prius.* Sc. ante Traditionem.

x *Nimis excessivã.* Respectu Scripturæ in talibus Literis cõtentæ.

y *Nos igitur.* Secunda pars.

z *Abusum.* Id est pravum usum, & simile habes *de offi. ordi. c. quamvis. li. 6.*

a *Abolere. i.e.* Delere. *C. de Edic. Divi. Adri. tol. l. fi. de abo. per totum.*

b *Scriptura.* Sub hac intellige Chartam comprehendi, secundùm ea quæ scripsi *suprà. de instit. c. 1. ver. Charta.* Nam ut ibi patet in textu, pro Charta nihil debet sumi: & *concur. Extra. de simo. c. 1.*

quoque, & suorum Officialium, nec non & [o] aliorum [p] Clerici [q] Certificatorias Literas [r] Inquisitionum super Beneficiis vacantibus [s] factas tradere renuunt [t] præsentatis, nisi [u] prius excessivam [x] nimis summam pecuniæ habeant pro scriptura. [y] Nos igitur hunc [z] abusum [a] abolere volentes, præsentis deliberatione Concilii duximus Ordinandum, quòd pro [b] scriptura [c] Literarum Inquisitionum, [d] Institutionum, vel [e] Collationum, & [f] Commissionum [g] ad inducendum, vel [h] Certificatoriis [i] ipsarum [k] in Beneficiis [l] ultra 12. Denarios, [m] pro Literis verò cujuslibet [n] Sacri Ordinis ultra sex Denarios [o] dicti Clerici per se vel per alios [p] non recipiant quovismodo. [q] In cæteris verò [r] Ordinarii suis teneantur [s] ministris [t] stipendia constituere [u] quibus debeant [x] meritò contentari. Pro [y] Sigillatione verò Literarum hujusmodi, aut [z] Mariscallis pro introitu, seu [a] Janitoribus, [b] Hostiariis, vel [b] Barbitonsoribus

c *Literarum.* Supple, *Certificatoriarum Inquisitionum*, ut sequitur; & aliarum Certificatoriarum quæ sequuntur.

d *Institutionum.* De quibus habes *suprà. de instit. c. ex solito.*

e *Collationum.* De quibus habes *suprà. de instit. c. 1.*

f *Commissionum.* Quæ solent fieri per Episcopos, pro his, qui admittuntur ad Beneficia Ecclesiastica, & diriguntur tales Commissiones, ut Communiter Archidiacono vel ejus Officiali, secundùm ea quæ notavi *suprà. de instit. c. Item quia. ver. superioris.*

g *Ad inducendum.* Sc. sic Admissos in corporalem Possessionem hujusmodi Beneficiorum.

h *Certificatoriis.* Repete, *Literis.*

i *Ipsarum.* Sc. Inductionum, non autem intelligas Inquisitionum: quia de his dixi *suprà.* & quòd hæc Litera intelligi debeat de Certificatoriis Inductionum, patet ex litera quæ sequitur.

k *In Beneficiis.* Si enim hæc litera deberet referri ad Literas Certificatorias Inquisitionum, non diceret *in Beneficiis*, sed *ad Beneficia.*

l *Ultra. XII. Denarios* minus tamen recipere possunt & debent: nam in Litera Institutionis, Collationis, vel Mandati ad inducendum, minor est labor in scriptura quàm fit in scriptura Certificatorii Institutionis, vel Inductionis. Statuitur ergo hic, quòd pro Litera Certificatoria Inquisitionis solvantur 12. Denarii. Item pro Litera Inductionis solvantur tantum: pro Literis tamen Institutionis, & Commissionis ad inducendũ, non debent solvi nisi 12. Denarii. Et consimiliter pro scriptura Literarum Collationis & Commissionis ad inducendum, non debent solvi nisi 12. Denarii: & hoc sonat hic Litera, dum dicit, *Institutionum, vel Collationum, & Commissionum ad inducendum.*

m *Pro Literis.* Vers.

n *Sacri Ordinis.* Viz. Subdiaconatũs, Diaconatũs, & Presbyteratũs, de quibus dixi *suprà. de temp. ordi. c. eos qui. ver. sacros Ordines.*

o *Dicti Clerici.* Oportet, quòd referas ad Clericos Episcoporum, quorum Episcoporum est Clericos ordinare, & ad eorum Clericos spectat sic Ordinatis exinde Literas conficere, & tamen de talibus Clericis *suprà* non fit mentio per expressum, sed tales Clerici tacitè includuntur in principio Capituli sub illa Clausula, & *Literis Ordinum pro scripturarum labore. &c.*

p *Non recipiant.* Et sic excludit etiam gratis oblatum. Pro quo vide quæ scripsi *suprà. de instit. c. 1. glo. ulti.*

q *In cæteris.* Tertia pars, & dic, *In cæteris*, quæ remuneratione digna essent ultra scripturam: utpotè pro conceptione Literarum hujusmodi, & aliis ipsorum laboribus.

r *Ordinarii.* Sive sint majores, sive minores.

s *Ministris.* Supple, quibuscunque, & in quocunque Officio positi fuerint.

t *Stipendia.* i.e. Salaria, unde possunt onera suis Officiis incumbentia sustentare: vide circa hoc quæ notavi *suprà. de instit. c. 1. glo. fi.*

u *Merito.* i. e. Rationabiliter.

x *Pro Sigillatione.* Quarta pars.

y *Mariscallis.* Qui regunt Aulas Episcoporũ, & Loca interiora.

z *Janitoribus.* Sc. qui observant Januas.

a *Hostiariis.* Qui observant Ostia.

b *Barbitonsoribus.* Quorum officiũ est, Ordinandorum Coronas aptare, ut in conspectu sui Ordinatoris deferant Tonsurã congruentem. Circa quod vide qd scripsi *suprà. de offi. ordi. c. 2. ver. Coronam.*

a *Clericis.*

Episcoporum à [a] Clericis minoribus vel majoribus Ordinibus Decoratis, nihil omnino exigi Volumus, vel [b] persolvi, nè cujusvis [c] specie velaminis solutio pro Sigillis Literarum, vel [d] introitu supradictis in [e] quæstum damnabilem convertatur. [f] Et nè [g] temeritas [h] provisa remedia violans prætereat [i] impunita, si contra præmissa quicquam recipiatur, ab aliquo [k] duplum sic recepti reddi [l] Præcipimus [m] infra mensem. [n] Alioquin Clerici Beneficiati receptorum per ipsos iniquè duplum restituere [o] differentes, ab Officio [p] & Beneficio noverint se [q] suspensos: [r] Clerici verò non Beneficiati, & Laici ingressum Ecclesiæ sibi noverint interdictum, [s] quousque de duplo satisfactionem impenderint [t] solventibus [u] competentem.

Visitationis officium diligenter & personaliter pretio rationabili à Canonibus instituto fiat, numerusque uno die visitandarum pro earum commodo deligatur, immoderatus autem exactor pœna Suspensionis ab Officio mulctetur.

Idem.

[v] QUamvis Lex Naturæ *& infrà.* Præsentis auctoritate Concilii † Inhibemus, nè quis Procurationem [x] ratione Visitationis solvendam ab [y] aliqua præsumat recipere Ecclesia, nisi Visitationis [z] officium eidem [a] diligenter impenderit, [b] scrutatis [c] personaliter, & [d] inspectis per [e] ipsum [f] cum effectu quæ fuerint [g] indaganda. [h] Si quis verò [i] plures visitare voluerit Ecclesias uno die, Procuratione [k] unica in victualibus [l] vel pecunia, [m] ad quam omnes & singulas sic die unico visitatas [n] proportionabiliter [o] faciat contribuere, prout tradunt [p] Canones, sit contentus. [q] Et si nocte præcedente [r] Visitationem in quavis Ecclesia faciendam ad [s] sumptus Rectoris seu Vicarii visitandi, seu [t] die Visitationis in prandio steterit cum eisdem, veram æstimationem [u] sumptuum hujusmodi in procuratione, si eam in [x] pecunia [y] visitans licitè duxerit exigendam, computare,

---

a *Clericis.* Junge quod est *infrà, Decoratis.*

b *Persolvi.* Etiamsi velint gratis aliquid solvere, ut innuit hæc litera.

c *Nè cujusvis.* Ratio præmissorum.

d *Specie.* i. e. Occasione vel Causa.

e *Introitu.* Quoad Marischallos, & alios supradictos.

f *Quæstum.* i.e. Alicujus rei acquisitionem.

g *Et nè.* Quinta Pars.

h *Temeritas.* i. e. Præsumptio, vel audacia.

i *Provisa remedia.* De quibus *supra* dictum est.

k *Impunita.* Contra illud quod legitur *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, prope finem.*

l *Duplum.* An autem in hoc duplo inerit simplum, vide *supra, de testa. c. adeo quorundam. §. quod si quicquam. ver. duplum.*

m *Præcipimus.* Scil. sub Pœna quæ sequitur.

n *Infrà mensem.* A tempore receptionis. Et habes simile *Extra. e. t. b. exigit.*

o *Alioquin.* Vers.

p *Differentes.* Sc. ultra Mensem.

q *Et Beneficio.* Videtur quòd sufficisset dixisse solùm, *ab Officio.* Pro quo vide quæ scripsi *supra, de Consti. c. quia inconsiderantiæ. ver. ab Officio & Beneficio. ver. sed cum hic loquatur.*

r *Suspensos.* Ipso facto.

s *Clerici verò.* Vers.

t *Quousque.* Igitur factâ Restitutione non est opus Absolutione. Est tamen opus Declaratione quòd est satisfactum, pro quo vide quæ scripsi *supra de fo. comp. c. contingit. ver. satisfecerint.*

u *Solventibus.* Sic igitur aliis solvendo non excusantur. Quid ergo si solvens per ipsum qui recepit diligenter & exactissimè quæsitus, inveniri non poterit infra mensem, & sic non possit illud duplum restituere, forsan quia nimis distat, vel omnino ignotus est, vel mortuus est; & sic non stat per recipientem, quin reddant infra mensem, an incidat in hanc pœnam? Pro Argumentis ad hanc quæstionem remitto te ad notata per *Dy. & Joh. An. in vo. in c. peccatum, de Reg. Ju. li. 6.* Quorum videtur esse Conclusio talis, viz. quòd difficultas superveniens, quæ reddit Restitutionem impossibilem, excusat debitorem, nisi culpa præcesserit Casum, quia tunc non excusatur propter Casum. Hanc materiam tangere videtur *Bart. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. illud inspiciendum. ver. habemus videre.* ubi dicit, quòd in omnibus Casibus in quibus ex mora committitur pœna; quia tunc mora non potest committi propter difficultatem, sic nec pœna: ut *l. 2. ff. si quis cau.* & *l. Celsus. ff. de arbitris.* Secus tamen esset, si pœna committeretur ex conditionis eventu. *ar. ad hoc ff. de verb. ob. l. in illa stipulatione si Cal.* *Quæstio.*

x *Competentem.* Junge quod *supra* dicitur, *satisfactionem.* Et in hoc casu intelligas Satisfactionem competentem, ubi res est parata, ut Restituatur, si eam recepturus ipsam restituenti donaverit. Ad quod faciunt bene notata per *Jo. An. & Dy. de Reg. Jur. c. peccatum. li. 6.*

y QUamvis Lex naturæ. Hæc est Constitutio ejusdem cujus & superior, & facit quinque. Primò Statuit de non recipienda Procuratione, ratione Visitationis, Visitationis Officio personaliter non impenso. Secundo ibi, *Si quis,* disponit addita pœna circa Procurationes hujusmodi recipiendas in pecunia. Tertio ibi, *Verumque,* provider contra alia Gravamina Ordinariorum, etiam circa procurationes hujusmodi recipiendas. Quarto ibi, *Si visitata,* ordinat super hujusmodi Procurationibus, ubi aliqua Capella est à Parochiali Ecclesia dependens. Quinto ibi, *Item quia,* recitato quodam abusu, provider de Remedio pœnali. *Divisio.*

z *Ratione Visitationis.* In aliis verò Procurationibus quæ debentur ratione Consuetudinis, vel ratione Pacti in Fundatione apposito, non habet locum quod hic dicitur: de talibus enim Procurationibus habes *Extra. eo. c. quanto.* & *c. Procurationes.* & *c. eum nuper. 18. q. 3. Eleutherius.*

a *Aliqua.* Qualiscunque fuerit Sæcularis, vel Religiosa.

b *Officium.* Quod in quo consistit, habes *c. ti. c. Procurationes. §. porro.* & *c. ti. c. Romana. §. sane. li. 6.* Sed melius *10. q. 1. placuit.*

c *Diligenter.* Non perfunctorie.

d *Scrutatis.* Id est, inquisitis.

e *Personaliter.* Simile habes *supra. c. c. 1.* ubi de hoc dixi, *ver. personaliter,* & *c. ti. c. felicis. li. 6.*

f *Inspectis.* Pone Exemplum *supra. de offi. Arch. per totum.*

g *Ipsum.* Visitantem.

h *Cum effectu.* Sic quòd nihil desit de his quæ spectant ad Officium suum.

i *Indaganda.* i.e. Inquirenda vel investiganda.

k *Si quis.* Secunda Pars. Et adverte, quia ille *vers.* & præcedens loquuntur non solum de Archidiaconis & Ordinariis inferioribus, & eis æqualibus, sed etiam Superioribus, quod patet ex hac litera, *Si quis,* quæ indefinite ponitur, i.e. *aliquis.*

l *Plures Ecclesias.* Quod satis licet, sicut patet *c. ti. c. felicis. §. adjicientes. li. 6.*

m *Unica.* i. e. Ad unam Ecclesiam pertinente.

n *Vel pecunia.* Si hoc voluerint Visitati, *c. ti. c. felicis. li. 6.* vel aliis erit Electio Visitantium, ubi hoc habent sibi concessum ex Privilegio speciali, sicut patet in *Extravagan. Benedicti,* quæ incipit, *Vas Electionis.*

o *Ad quam.* Scil. Procurationem, sive in Victualibus, sive in pecunia.

p *Proportionabiliter.* Sc. secundùm ratam Procurationis debitæ à singulis hujusmodi Ecclesiis.

q *Faciat.* Sc. Visitator: & huic *concor. nota. Arch. eo. ti. c. felicis, ver. plura. li. 6.*

r *Canones. Eo. ti. c. felicis. §. adjicientes. li. 6.* ubi de hoc. Ratio autem, quare Visitans plures Ecclesias uno die non recipiet nisi unam Procurationem, est, quia Visitatio est Principale, Procuratio Accessorium; ideo Visitationi unius diei non debet accedere Procuratio plurium, nec convenit, quòd Accessorium sit majus suo Principali. *de Reg. Jur. c. Accessorium. li. 6.*

s *Et si nocte.* Vers.

t *Diem.* i.e. Diem Visitationis.

u *Sumptus.* Hic tangit materiam, de qua dixi *supra. eo. c. 1. ver. die Visitationis.*

x *Die Visitationis.* Quando sc habet visitare populum, ut dixi *supra. e. c. 1. c. ver.*

y *Sumptuum.* Sc. factorum tam in Cœna quàm in Prandio.

z *Pecunia.* Cujus appellatione, in hoc casu non solùm continetur Pecunia numerata, sed potest secundùm Compositionem, vel Consuetudinem præscriptam esse certa mensura, quæ consistit in aridis, vel in liquidis, vel alia re danda pro qualitate Taxata; vel etiam sine aliqua Taxatione, dùmodo servetur moderamé secundùm ea quæ leguntur *d. e. felicis.* Appellatione namq; *Pecuniæ* continetur quicquid habent homines. *1. q. 3. totum.* Hæc tamen quantitas taxata est hodiè secundùm diversitatem certarum Provinciarum, sicut patet in dicta Constitutione *Benedicti,* quæ incipit, *Vas Electionis.* & hoc sive personaliter, sive per alios visitent. *Quæ veniant appellatione Pecuniæ.*

a *Visitans.* Sic apparet, quòd Electio erit Visitantis non Visitati: sed hoc intelligas, quando Visitantes super hoc habent Privilegium, ut sc. possint Procurationem exigere in pecunia, sicut legitur *in d. Constitutione Benedicti. Vas Electionis.* Alioquin Electio pertinet ad Visitatum, sicut patet *in dicto c. felicis. li. 6. e. ti.*

M.S. Æton. add. † districtius.

a *Allocare.* Sc. ubi ſumptus facti in Victualibus ad minus extenduntur, quam ſit quantitas recipienda in pecunia.

b *Vel pro ea.* Sc. Procuratione recipienda in pecunia.

c *In totum.* i. e. In integram Procurationem.

d *Ita quod.* Declarat, quod prius dixit.

e *Sumptus hujuſmodi.* Sc. factos in Cœna vel in Prandio.

f *Solidam Procurationē.* i. e. Illud quod ſolet nomine integræ Procurationis recipi in pecunia.

g *Superexit.* Utrùm, ſi Procuratio in pecunia ſolvenda, ſit ad aliquod certum tempus limitata, & ſumptus, de quibus hic dicitur, ad minus ſecundū verā æſtimationē ſe extendant, tunc in eo quod reſtat ſatisfaciat Viſitanti de reſiduo ſuæ Procurationis in pecunia.

h *Recipere.* Si hoc non eſſet prohibitum, bene poſſet viſitans recipere ſibi gratis oblatum à volente ſecundùm ea quæ notat *Jo. An. de Reg. Ja. c. peccatum. ver. reſtituatur, li. 6.*

i *Si quis autem,* Verſ. adjiciens pœnam.

k *Aliter fecerit.* Quàm, ſcil. dictum eſt ab illo §. *ſi quis verò.*

l *Reſtituerit.* Non dicit cui, ſed intellige de Reſtitutione facienda illi, qui gravatus eſt, pro quo vide notata *Inno. & aliorum Docto. Extra. de immu. Eccl. c. quia plerique. & de Reg. Ju. c. peccatum. li. 6.*

m *Verùm quia.* Tertia pars.

n *Alii Ordinarii.* Archidiaconi æquales, & inferiores eis.

o *Honoris Prærogativa.* Utputà, quia ſunt viri Excellenter Literati. *Extra. de præben. c. de multa. ad fi.* vel aliàs viri excellenter promoti, aut in magnis Officiis Conſtituti, quos convenit magis honorari contemplatione eorum, quorum Officiis & Miniſteriis inſiſtunt. *2. q. 5. aliàs. 4. c. habet. in fi. 93. di. præcipimus, ubi de hoc.*

p *Nobilitate Generis.* Hi dicuntur Perſonæ ſublimes. *Extra. de præben. c. de multa. in fi.* Qui, ſc. orti ſunt de Nobilibus Parentibus ratione ſanguinis, & talis Nobilitas præferur literaturæ. *Extra. de præben. c. de multa.* & Nobili parcendum eſt magis quàm ignobili. *de pœnit. c. fi. cum glo.* Sic etiam in Beneficiis conferendis attenditur Nobilitas. *de majo. & obe. c. Statuimus. in glo.* Solet dici tamen, quòd Nobilitas morum plus ornat, quàm Genitorum. 40. *di. nos qui. de præben. c. venerabili.*

q *Veſturarum.* De quibus habes *ſuprà. eo. c. 1.*

r *Canonibus. Extra. c. c. cum Apoſtolus.*

s *Onerantur.* Intellige de facto, quia de Jure hi, qui ſunt ultra numerum Statutum, poſſent repelli: pro quo vide *ſuprà. c. c. 1. ver. excedant.*

t *Solet ſolvi.* In *Anglia* Communis uſus habet, ut nomine Procurationis Archidiaconus recipiat in pecunia. 7. Solidos. & 6. Den. hoc eſt, pro ſeipſo, & equō ſuo 18. Den. & pro quolibet alia Evectione cum ſuo ſeſſore 12. Den. Ubi verò Conſuetudo ſummam Procurationis non limitat, recurrendum eſt ad ea quæ habentur in *Extravag. Benedicti*, quæ incipit, *Vas Electionis. §. in Almania.*

u *Nos Viſitatis.* Verſ.

x *Voluerint.* Et ſic optio non erit Viſitantis, ſicut aliàs patet *eo. ti. c. ſalicis.*

y *Si viſitata.* Quarta pars.

z *Capellas.* Etiam Parochiales & Curatas.

a *Ecpendentes.* Secundùm ea quæ leguntur & notantur *de ætat. & quali. c. cum te.* ubi de hoc. An autem hæc dependentia, vel annexio poſſit acquiri per Præſcriptionem, vide notata per *Joh. An. in no. de Reg. Jur. c. qui contra. li. 6.*

b *Pro Eccleſia.* Sc. majoris, à qua Capella dependet.

c *Capellarum hujuſmodi.* Sc. dependentium; & ſic apparet, quòd ab Eccleſia una poſſunt plures Capellæ dependere: & hoc ſatis approbat experientia in pluribus locis *Angliæ.*

d *Una Eccleſia.* Hujus contrarium videtur tenere *Joh. An. de ætat. & qualita. c. cum te. in no.* ubi dicit, quòd quælibet Capellarum dependentium ſolvet ſingularem Procurationem, ſi ſufficiant, & habent Populum. Nam Epiſcopus quodlibet membrum ſuæ Diœceſis reſpicere habet. *de offi. ordi. c. irrefragabili. 9. q. 1. de perſona.* & cum hoc dicto *Jo. An. concor. Anto. dicto c. cum te.* & *Jo. in coll. Extra. hoc eo. ti. c. auctoritate.* & ibi per *Henri. de Bozaco.* Prædicta intellige vera, quando Capella dependens habet Curatum proprium, alium à Curato ſuperioris Eccleſiæ; ſecus tamen eſt, quando Prælatus ſuperioris Eccleſiæ eſt Curatus utriuſque, & exercet tamen ibi Curam per Vicarium non perpetuum, ſed temporalem, & removibilem ad libitum: talis namque Miniſter non eſt certus, quod requiritur ad effectum, ut ſubeat Viſitationem, & ſolvat Procurationem in loco Capellæ ſecundùm ea quæ *no. d. c. auctoritate. in prin.* per *Jo. in Col.* facit ad hoc *de reli. do. c. de Xenodochiis.* Et bene faciunt ad hoc *no. per Inno. d. c. auctoritate.* Et ad idem faciunt *no. per Paulum in Clem. quia contingit. de reli. do. ver. & provenitus. ad fi.* & ſic intellige, quod hic dicitur, & quod *no. Archid. eo. ti. c. perpetuo. ver. viſitatis. li. 6.*

† Al. al. Unici, &

e *Cujus.* Scilicet Diœceſis.

f *Eccleſia.* Supple, Parochialis Principalis, à qua Capella dependet. *Sed quid ſi* Eccleſia ſit unius Diœceſis, Capella verò annexa eidem, & unita, aut ab ea dependens, eſt alterius Diœceſeos: nunquid tunc habebit locum quod hic dicitur, ut ſcilicet non ſolvatur niſi una Procuratio? Dic quòd ſi Ordinarius Loci dictæ Capellæ prius habuit in ea Viſitationem, & Procurationem ratione Viſitationis ejuſdem; tunc per talem unionem, ſive dependentiam, non auferrur priori Ordinario poteſtas eam viſitandi, & per conſequens nec Procuratio, quæ debetur ratione Viſitationis, *ar.* eorum quæ leguntur & notantur *de reli. do. c. quia Monaſterium.* Et faciunt ad idem *no. per Specu. de Jure Patrona. ad fi.* *Queſtio.*

g *Unicam.* i. e. Quæ concernit Eccleſiam principalem.

h *Eccleſiæ Cathedrali.* Sc. lecti ſic Viſitati.

i *Item quia.* Quinta pars.

k *Ipſos.* Sc. defectus.

l *Pecuniariis pœnis.* Hic vide quæ ſcripſi *ſuprà. de offi. Archid. c. eiſdem. ver. pœna Canonica.*

m *Non parentibus.* i. e. Non obedientibus.

n *Cenſuris.* i. e. Per Cenſuras.

o *Extorquent.* Sc. ad uſum proprium, ut ſequitur.

p *Debite reparari.* Quia pœnæ adtantum ſe extendunt, vel amplius.

q *Jactura.* i. e. Damno.

r *Pauperum* Sc. Parochianorum, qui habent contribuere ad talem pœnam levandam.

ſ *His diebus.* Sc. tempore hujus Conſtitutionis.

t *Oppreſſorum inſolitè.* i. e. Præter, & ultra antiqua onera tunc inſolitè currentia, & exacta.

u *Nequiter impinguantes.* i. e. Replentes, vel pingues, vel craſſas facientes. Et adverte ad id, quod hic dicitur, *Nequiter*; quod idem eſt quòd *injuſtè*: ubi tamen videtur contradicendum à parte Juris, ſecundùm ea quæ *no. ſuprà. de offi. Archid. c. Archidiaconi. verſ. ſub pœna.* Sed quoad pœnam hujuſmodi diſpenſandam, illa Conſtitutio limitatur per iſtam, ut *infrà* patebit.

a *Igitur*

a *Igitur nè.* Verſ. ubi apponitur remedium contra præmiſſa.

b *Tales.* ſc. Propter non reparationem factas.

c *Occaſio malignandi.* Præſertim Laicis, qui Clericis oppidò ſunt infeſti. *de immu. Eccl. c. Clericis Laicos. li. 6.*

d *Deceat.* Secundùm honeſtatem: non ſolùm enim conſiderare debent quid liceat, & quid expediat, ſed etiam quid deceat. *Extra. de vo. & vo. reli. c. magna.*

e *Quæſtibus.* i. e. Lucris: & *concor.* ad hoc 23. *di. c. hii igitur.*

f *Inhoneſtis.* Omnem enim inhoneſtatem vitare debent Clerici. *Extra. de vi. et ho. Cleri. c. Clerici officia.* Et quæ ſint eis Officia inhoneſta, *nota. tit. de Cleri. conjug. ver. ſed quam dicit. per Specul.*

g *Anhelare.* Simile habes 88. *diſt. c. 2.* 91. *di. in princi.*

h *Ditari.* 23. *di. c. hii igitur.* 12. *q. 2. fraternitas.*

i *Statuimus.* Verſ.

k *Exacta.* i. e. Levatæ.

l *In Reparationem.* Concordant ad hoc *nota. de pœnis. c. 2. per Bern.* & facit ad idem, quia pœnæ Civiles converti debent in opus publicum: *C. de modo mul. l. 1.* & ſic in hoc caſu videtur, quòd pœna ſuccedit loco rei. Alioquin poſſet levari pœna, & etiam res ipſa. Circa quod vide *no. per Jo. & Archid. 25. q. 2. ſi Eccleſia.* & vide, ſi placeat, quæ notavi *ſuprà. de offi. Arch. c. Archidiacons. ver. ſub pœna.*

m *Pœnæ hujuſmodi.* ſc. Nomine non Reparationis defectuum.

n *Item licet.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem, cujus & ſuperior, & habet duo dicta. In primo ponit quendam abuſum. In ſecundo ibi, *Statuimus*, diſponit de remedio; & eſt pars hujus *infrà. de purg. ca. c. Item licet.* *Diviſio.*

o *Ordinariorum.* ſc. Qui ſunt Archidiaconis æquales vel inferiores.

p *Id faciant.* i. e. Divina celebrent.

q *Liberalitatem.* Quæ commendanda eſt; nam ea ſunt in noſtris Officiis gratioſiora, quæ cùm liceret non impendere, tamen causâ dilectionis impendimus. 28. *q. 1. jam nunc.* Nec debet quis Liberalitatis ſuæ pœnam pati. *ff. de Ædili. Edic. l. adres.* Et hæc dicitur *Liberalitas*, eò quòd ex debito ad hoc non tenetur, nec ex neceſſitate: nam in neceſſitatibus non dicitur quis Liberalis. *Extra. de Præben. c. relatum. ubi de hoc. ver. liberalitatis. per. Bern.*

r *Sacerdotes hujuſmodi.* ſc. Divina celebraturi.

ſ *Clericos.* ſc. Ipſorum Ordinariorum.

t *Sua nomina.* ſc. Hujuſmodi Sacerdotum.

u *Matriculis.* i. e. Libris ſive Chartis, in quibus ſolent ſcribi nomina talium.

x *Exactionem cenſualem.* ſc. Penſionariam. 1. *q. 3. quæſitum. ad ſi. ff. de cenſibus. l. atatem. cum duabus Legibus ſequen.*

y *Circiter.* Ad modicam quantitatem refertur, ut notat *Bart. de deſponſ. impuber. c. ult. ver. circiter.* Et ſic poteſt hic intelligi *circiter*, ut referatur ad Obolum, vel Denario minus. Et nota, quòd *circiter* refertur ad Numerum, *circa* refertur ad Locum, & *circum* ad Tempus; prout *no. Cardi. de offi. ordi. c. Romana. verſ. circa. li. 6.* Tu tamen dic, quòd *circa* refertur ad locum & ad tempus. Eſt enim Temporalis, dum dicitur, *circa* 20. *annos.* Eſt Localis, quando dicitur, *circa Eccleſiam.* Sed *circum* eſt tantùm Locale; ut ſi dicatur, *circum Montem*, vel *circum Villam. Circiter* verò refertur ad Numerum & ad Tempus tantùm, non autem ad Locum, ſecundùm *Januenſem.* Et tangitur per *Archid. d. c. Romana. ver. circa. li. 6.* Circa, circiter, & circum differunt.

z *Statuimus.* Secunda pars.

a *Sacerdotibus.* ſc. Admittendis ad celebrandum Divina.

b *Pro quo.* ſc. Denario.

c *Regiſtrentur.* i. e. In Matricula, de qua dixi *ſupra*, ponantur vel ſcribantur.

d *Primis Admiſſionibus.* Videtur loqui de talibus Sacerdotibus, qui de novo veniunt ad aliquem Archidiaconatum, qui non poſſunt publicè in aliqua Ecc[leſia] ibidem celebrare, niſi [conſtet] de eorum [bus], & quòd [litte]ras commendatitias, [ſic] ad celebrandum [mi]ſſi, ſecundùm ea [quæ] guntur & notantur *ſupra. de Cle. pereg. c. 1. & 2.* Hanc autem inveſtigationem facere debent Prælati Viſitantes in ſuis Viſitationibus; & ſic, ſicut hîc patet, poſſquam de Ordinibus, Moribus, & Converſatione, & vitâ talium Sacerdotum conſtiterit, poſſunt ad celebrandum Divina ibidem admitti, & in ejus rei ſignum nomina eorum debent in Regiſtro ipſius Ordinarii immatriculari. Unde in aliis Viſitationibus ſive Scrutationibus non oportet ipſorum Literas revideri, nec ipſorum nomina iterum immatriculari, cùm jam ſatis noti & cognitiſint. Circa qd vide qd ſcripſi *ſupra. de Cle. pereg. c. 1. ver. conſiterit.* Et ſic malè faciunt, qui in ſingulis Viſitationibus ſuis pro inſpectione Literarum Ordinum, & earum approbatione quicquid recipiunt, cùm talis immatriculatio fieri non debeat niſi ſemel, ſc. in prima Admiſſione, ſicut hic patet.

e *Celebratione Divinorũ.* Hæc referas ad eos qui ſunt in Ordinibus Eccleſiaſticis, ſaltem Sacris conſtituti, qualis eſt Archidiaconus, qui debet eſſe Diaconus, *de æt. & quali. c. 1.*

f *Ingreſſu Eccleſiæ.* Hoc referas ad eos qui non ſunt Ordinati, vel ſaltem ſunt in minoribus conſtituti, ut ſic hic ſint duæ pœnæ referendo ſingula ſingulis. Sic aliàs *no. in ſimili de homicid. c. pro humani. prope fi. ubi de hoc per Archid. li. 6. ver. Excommunicationis, & co. ver. per Jo. in no.*

g *Eccleſiæ Cathedralis.* Sic tamen quòd Simplum reſtituat his à quibus injuſtè recepit; ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de teſta. c. adeò quorundam. §. ſi verò quenquam. ver. Eccleſiæ Cathedralis.*

h *Cùm Apparitorum.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus eſt ſuperior, & habet tria dicta. In primo ſtatuit tam quoad Epiſcopos quàm Archidiaconos de numero Apparitorum. In ſecundo ibi, *Qui cum Rectoribus*, prohibet exactiones eorundem. In tertio ibi, *Quod ſi plures*, adjicit pœnam contrafacientibus. *Diviſio.*

i *Approbatione.* Simile habes *de homici. c. pro humani. §. ſacri. li. 6.*

k *Equitem.* i. e. Equitantem.

l *Duntaxat.* i. e. Tantùm, vel Tantummodo: & hoc intellige ſic, qd Epiſcopus non habeat plures Apparitores equites; per hoc tamen non prohibetur Epiſcopo quin plures habeat pedites, maximè ubi inter ipſũ & Archidiaconũ eſt dare prævention̄: ſecundũ ea quæ no. *Doct. de offi. ordi. c. paſtor. ſuper glo. proxi.* ubi de hoc multũ bene per Jo. *Andr.*

---

a Igitur nè propter b tales exactiones pœnales adverſus Archidiaconos, & alios Ordinarios, & eorũ Miniſtros detur c occaſio malignandi, nec Eccleſiaſticos viros d deceat e quæſtibus f inhoneſtis & pœnalibus g anhelare, vel h ditari; i Statuimus, qd pœnæ hujuſmodi, quoties k exactæ fuerint, l in reparationẽ convertãtur hujuſmodi defectuũ repertorũ, ſub pœna Suſpenſionis ab Officio, quã contra præmiſſã ſibiipſis m pœnas hujuſmodi applicãtes, donec ſic percepta ad reparationẽ dictorũ defectuũ cum effectu aſſignent, incurrere Decernimus ipſo facto.

Pro n Sacerdotum celebraturorum Regiſtratione unicus exigatur Denarius, plures autem exigens ab Officio aut ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendatur, donec duplum rependerit.

Idem.

o ITem licet quis purgari, & *infrà.* Illum Archidiaconorũ, & ſuorũ Officialiũ, aliorumq; o Ordinariorũ deteſtantes abuſum, quo à Sacerdotibus in ſuis Juriſdictionibus celebraturis Divina, priuſquã p id faciant, certã & exceſſivã quantitatẽ pecuniæ exigunt; q liberalitatẽ, qua r Sacerdotes hujuſmodi ſ Clericos t ſua nomina inſerentes in u Matriculis de uno Denario ſolebant † reſpicere, in x exactionem cenſualem VI. Den. vel y circiter, illicitè convertentes: z Statuimus, qd de cætero à dictis a Sacerdotibus ultra Denarium unicum, b pro quo ipſorum nomina c regiſtrentur in d primis admiſſionibus eorum ad celebrandum Divina, dicti Archidiaconi, & cæteri Ordinarii, aut quivis eorum Miniſtri recipere non audeat quoviſmodo; ſub pœna Suſpenſionis à e celebratione Divinorum, & f ingreſſu Eccleſiæ, quam contrafacientes incurrant, quouſq; duplum receptorum hujuſmodi fabricæ g Eccleſiæ Cathedralis locorum perſolvant.

Suffraganei duntaxat unum Apparitorem equitem habeant. Archidiaconi verò pro ſingulis Decanatibus Apparitorem unum non equitem, ſed peditem. Nec in Capitulis Collectas exigant, ſed gratis datas pecunias gratanter accipiant. Tranſgreſſores autem ab Officio ſuſpendantur, tam Deputans quam Deputatus.

Idem.

h CUm Apparitorum, & *infrà.* Præſentis i approbatione Concilii Statuimus, qd ſinguli noſtri Suffraganei unum Apparitorem k equitem habeant l duntaxat pro Diœceſibus eorundem; Locorum verò Archidiaconi noſtræ

---

† *MS. Æton.* recipere.

n *Sacerdotum celebraturorum.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus eſt ſuperior, & habet tria dicta. In primo ponit quendam abuſum. In ſecundo ibi, *Statuimus*, diſponit de remedio; & eſt pars hujus *infrà. de purg. ca. c. Item licet.* *Diviſio.*

o *Item licet.* Vide ſuperiùs.

p *Id faciant.* i. e. Divina celebrent.

q *Liberalitatem.* Vide ſuperiùs.

r *Sacerdotes hujuſmodi.* ſc. Divina celebraturi.

ſ *Clericos.* ſc. Ipſorum Ordinariorum.

t *Sua nomina.* ſc. Hujuſmodi Sacerdotum.

u *Matriculis.* i. e. Libris ſive Chartis, in quibus ſolent ſcribi nomina talium.

x *Exactionem cenſualem.* ſc. Penſionariam. 1. *q. 3. quæſitum. ad ſi. ff. de cenſibus. l. atatem. cum duabus Legibus ſequen.*

y *Circiter.* Ad modicam quantitatem refertur, ut notat *Bart. de deſponſ. impuber. c. ult. ver. circiter.* Et ſic poteſt hic intelligi *circiter*, ut referatur ad Obolum, vel Denario minus. Et nota, quòd *circiter* refertur ad Numerum, *circa* refertur ad Locum, & *circum* ad Tempus; prout *no. Cardi. de offi. ordi. c. Romana. verſ. circa. li. 6.* Tu tamen dic, quòd *circa* refertur ad locum & ad tempus. Eſt enim Temporalis, dum dicitur, *circa* 20. *annos.* Eſt Localis, quando dicitur, *circa Eccleſiam.* Sed *circum* eſt tantùm Locale; ut ſi dicatur, *circum Montem*, vel *circum Villam. Circiter* verò refertur ad Numerum & ad Tempus tantùm, non autem ad Locum, ſecundùm *Januenſem.* Et tangitur per *Archid. d. c. Romana. ver. circa. li. 6.* Circa, circiter, & circum differunt.

z *Statuimus.* Secunda pars.

a *Sacerdotibus.* ſc. Admittendis ad celebrandum Divina.

b *Pro quo.* ſc. Denario.

c *Regiſtrentur.* i. e. In Matricula, de qua dixi *ſupra*, ponantur vel ſcribantur.

d *Primis Admiſſionibus.* Videtur loqui de talibus Sacerdotibus, qui de novo veniunt ad aliquem Archidiaconatum, qui non poſſunt publicè in aliqua Ecc[leſia] ibidem celebrare, niſi [conſtet] de eorum [bus], & quòd [litte]ras commendatitias, [ſic] ad celebrandum [mi]ſſi, ſecundùm ea [quæ] guntur & notantur *ſupra. de Cle. pereg. c. 1. & 2.* Hanc autem inveſtigationem facere debent Prælati Viſitantes in ſuis Viſitationibus; & ſic, ſicut hîc patet, poſſquam de Ordinibus, Moribus, & Converſatione, & vitâ talium Sacerdotum conſtiterit, poſſunt ad celebrandum Divina ibidem admitti, & in ejus rei ſignum nomina eorum debent in Regiſtro ipſius Ordinarii immatriculari. Unde in aliis Viſitationibus ſive Scrutationibus non oportet ipſorum Literas revideri, nec ipſorum nomina iterum immatriculari, cùm jam ſatis noti & cognitiſint. Circa qd vide qd ſcripſi *ſupra. de Cle. pereg. c. 1. ver. conſiterit.* Et ſic malè faciunt, qui in ſingulis Viſitationibus ſuis pro inſpectione Literarum Ordinum, & earum approbatione quicquid recipiunt, cùm talis immatriculatio fieri non debeat niſi ſemel, ſc. in prima Admiſſione, ſicut hic patet.

e *Celebratione Divinorũ.* Hæc referas ad eos qui ſunt in Ordinibus Eccleſiaſticis, ſaltem Sacris conſtituti, qualis eſt Archidiaconus, qui debet eſſe Diaconus, *de æt. & quali. c. 1.*

f *Ingreſſu Eccleſiæ.* Hoc referas ad eos qui non ſunt Ordinati, vel ſaltem ſunt in minoribus conſtituti, ut ſic hic ſint duæ pœnæ referendo ſingula ſingulis. Sic aliàs *no. in ſimili de homicid. c. pro humani. prope fi. ubi de hoc per Archid. li. 6. ver. Excommunicationis, & co. ver. per Jo. in no.*

g *Eccleſiæ Cathedralis.* Sic tamen quòd Simplum reſtituat his à quibus injuſtè recepit; ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de teſta. c. adeò quorundam. §. ſi verò quenquam. ver. Eccleſiæ Cathedralis.*

h *Cùm Apparitorum.* Hæc Conſtitutio eſt ejuſdem cujus eſt ſuperior, & habet tria dicta. In primo ſtatuit tam quoad Epiſcopos quàm Archidiaconos de numero Apparitorum. In ſecundo ibi, *Qui cum Rectoribus*, prohibet exactiones eorundem. In tertio ibi, *Quod ſi plures*, adjicit pœnam contrafacientibus. *Diviſio.*

i *Approbatione.* Simile habes *de homici. c. pro humani. §. ſacri. li. 6.*

k *Equitem.* i. e. Equitantem.

l *Duntaxat.* i. e. Tantùm, vel Tantummodo: & hoc intellige ſic, qd Epiſcopus non habeat plures Apparitores equites; per hoc tamen non prohibetur Epiſcopo quin plures habeat pedites, maximè ubi inter ipſũ & Archidiaconũ eſt dare prævention̄: ſecundũ ea quæ no. *Doct. de offi. ordi. c. paſtor. ſuper glo. proxi.* ubi de hoc multũ bene per Jo. *Andr.*

add. Nã in hoc casu esset inconvenies, qd Archidiaconus in numero Apparitorum excederet Episcopum, cujus vice principaliter fungitur; sicut patet: *de offi. Archid. per totum.* nisi loquimur ad illum finem, qd Archidiaconus levia corrigat, & majora referat Episcopo; prout ibi legitur & *no. in c. ad hæc.* & sic mediante Archidiacono Apparitores in singulis Decanatibus constituti essent etiã Apparitores Episcopi, sicut alias solet dici de Decanis Ruralibus; sicut legitur *d.c. ad hæc. §. fi.* Et sic quantum est ad Episcopum, intelligi potest qd hic dicitur, ut viz. ipsi Decani sint ejus Apparitores, secundùm ea quæ leguntur & notantur in Constitutione *Othonis, Tanto*: & nihilominus quòd in eisdem Decanatibus Archidiaconus habeat singulos Apparitores pedites, qui subsint ipsis Decanis. *Ar. eorum quæ leguntur d.c. tanto. ad fi.* ibi, *aut suos certos nuncios &c.*

a *Non equitem.* Ex hoc apparet, qd non intelligit de Decano, cui attribuuntur duo Equi: *extra. eo. c. cum Apostolus.* sed de Apparitoribus tam sub Archidiacono quàm Decano; ut dixi *supra. glo. proxi.*

b *Tantummodo.* Sic ut in uno Decanatu non sit nisi unus.

c *Qui cũ.* Secunda pars: & dic, *qui*, sc. Apparitores.

Provinciæ pro suorũ Archidiaconatuum singulis Decanatibus unum Apparitorẽ [a] non Equitem, sed Peditem habeant [b] tantũmodo incedentem. [c] Qui cum Rectoribus, aut Ecclesiarũ Vicariis ultra noctem [d] & diem unicam singulis Quarteriis in Anno, [e] ipsorũ sumptibus non morentur, [f] nisi per [g] eosdẽ invitati fuerint ad morandum specialiter. [h] Nec in Capitulis generalibus Collectas in pecunia, seu alias de Lanis, Agnis, vel [i] rebus aliis faciant aliquales, [k] gratis tamẽ eis data cum gratiarũ actione recipere valeant. [l] Quod si [m] plures [n] contra hoc fuerint deputati, vel [o] eorũ aliqui [p] præmissa repertifuerint temerè violare, [q] deputantes eosdem tamdiu ipso facto ab Officio & Beneficio sint [r] suspensi, donec hujusmodi amoverint Deputatos, [s] quos etiam ab Apparitorũ officio [t] perpetuò Suspendimus ipso facto.

d *Et diem.* sc. Artificialem, cùm tamen dies & nox faciunt diem unum naturalem; ut *no. Accurs. ff. de verb. sig. l.* 2.

e *Ipsorum.* sc Rectorum, vel Vicariorum.

f *Nisi.* Excipit ab eo quod prædixit.

g *Eosdem.* sc. Rectores, vel Vicarios.

h *Nec in Capitulis.* Vers.

i *Rebus aliis.* Quid si faciat tales Collectas, an illud qd recipit faciat suum? Videtur qd sic: quia in hoc casu transfertur dominium, secundùm ea quæ *no. Fo. 90. d.c.* 2. *ad fi.* Econtrà videtur, qd non: nam pecunia sic data potest repeti: ut notat idem *Fo.* 14. *q.* 5. *c. ult.* & ibi videas *no. per Arch.*

k *Gratis.* sc. Absque instantia vel sollicitatione.

l *Quod si.* Tertia pars.

m *Plures.* sc. Apparitores.

n *Contra hoc.* sc. Statutum.

o *Eorum.* sc. Apparitorum.

p *Præmissa.* sc. Superiùs eis prohibita.

q *Deputantes.* sc. Archidiaconos. Nam, ut videtur, Episcopos hæc pœna concernere non potest, ut dicam *infrà. glo. proxi.*

r *Suspensi.* Ex hoc apparet, qd non concernit Episcopos, quia hæc pœna non ligat Episcopos, nisi de eis quoad hoc fiat mentio specialis, *de sen. Excom. c. quia periculosum. lib. 6.*

s *Quos.* sc. Deputatos.

t *Perpetuò.* Mihi videtur, qd illa pœna est irregularis, cùm talis Apparitor occupando tale Officiũ ad deputationẽ sui Superioris non delinquat; & ubi non est delictum, non convenit esse pœnam. 20. *q.* 4. *non aſſeramus. de re. Ec. non alie. c.* 2. *in glo.* Nisi intelligas hoc respectu eorum qui contrafaciunt his quæ hic eis prohibentur in §. *quo cum rectoribus. & §. seq.*

Divisio. u AD *excitandos.* Hæc Constitutio est *Stephani* Archiepiscopi, & habet quatuor dicta. In primo statuit circa Divina Officia devotè celebranda. In secundo ibi, *universa*, disponit circa Sacramenta devotè ministranda. In tertio ibi, *Presbyter autem*, ordinat quid agendum sit, ubi oportet eodem die bis celebrare. In quarto ibi, *Ad hæc*, statuit in quibus casibus licet bis eodem die celebrare.

Vinea Domini. x *Vineæ Domini.* i. e. In Ecclesia militante, cujus Palmites sunt omnes Justi à primo *Abel* usq; ad ultimũ Electũ qui in fine mundi est nascturus. Alias autẽ *vineæ Domini* dicitur generalis Justitia, secundùm *Gris.* quæ excolitur & plantatur per operationum efficaciam, cujus Palmites sunt Castitas, Mansuetudo, & virtutes cæteræ.

Denarius. y *Denarium.* i. e. Vitam beatam. In Denario namque est figura Sphærica vel rotunda, in qua non est invenire principium neq; finem, per qd designatur vitæ æternitas. In Denario etiam est Imago Regis sculpta, in quo figuratur plena conformitas quæ erit in Patria. Itẽ in Denario est materia pretiosa, in quo denotatur summa Fruitionis jucunditas. Item in Denario est pulchritudo gloriosa, in quo insinuatur corporis glorioſi † formositas. Item *Denarius* dicitur à *decem*, qui est primus limes Numerorum, in quo notatur præmium debitum pro observantia Decalogi. Et, ut dicit *Papi. Denarius* dictus est, quia pro X. Nummis reputabatur: valebat enim X. Nummis usualibus. Sic & æterna fœlicitas excellenter valet, quicquid Decalogi observantia mereri potest.

† MS. Æton. Conformitas.

De Celebratione Missarum.

Officium Divinum diligenter & solerter peragatur. Sacramenta ritè consecrentur, & administrentur; nec Jejunium frangat iterum celebraturus. Iterum autem nemo celebrabit, nisi in Natali Dominico, et Paschate, & in Exequiis mortuorum, urgente diei & defuncti Officio.

Stephanus.

[a] AD excitandos affectus laborantiũ in [x] Vinea Domini Sabaoth, ut verè retributionis valeant [y] Denarium recipere post [z] laborem, Decernimus, nè [a] opus Dei fiat [b] ab aliquibus [c] negligenter, præsertim cùm in [d] generali Concilio sit Statutũ & [e] Præceptũ, ut Clericus in minoribus Beneficiatus, absens ex causa probabili, putà studii, excusatur ab Horis dicendis, si in Beneficio faciat eas dici per Substitutum. Sic quoque occupati circa administrationes temporalium excusari poterunt ab Ecclesia officianda, dum tamen equitando vel alias dicant Horas. Infirmi etiam excusantur tam à dicendo quàm ab audiendo, ubi infirmitas talis est, quæ directè vel occasionaliter dicenti vel audienti generaret mortis periculum: talibus namque infirmis non est Lex posita. *Ar. ad hæc de obser. jeju. c. consilium. §. fi.* Secus tamen, si infirmitas non sit gravis: *Ar. l. ff. de re. ju. l. quæsitum. ad fi.* quo casu, si possent dicere, ad hoc tenentur: alias autem eas audire debent. Postquam autem convaluerint, an teneantur redicere, vide quod dicam *infrà. eo. c. sacerdotes. ver. suppleant.*

† MS. Æton. Horas dicendas.

c *Negligenter.* Tali namque maledictio irrogatur, juxta illud *Hiere. 48. Maledictus qui facit opus Dei negligenter:* & hoc intelligas, quando negligentia est accurata & malitiosa; secus tamen esset de negligentia levi vel leviſſima, quæ fortè ex nimia contemplatione seu meditatione contingit, secundùm *Inno.* & alios *Docto. extra. eo. c. dolentes. ubi de hoc.* Unde si simul cantantes in Choro ex tali negligentia aliquem Versum omittant, non peccant secundùm *Inno.* & hoc verum, mortaliter; tamen venialiter peccant, secundùm *Hostien.* Nec est propter hoc à Capite reincipiendum sine magna causa, quia forsan posset talis reinceptio generare scandalum. Unde etsi ex tali negligentia omitteretur Psalmus integer, ob eandem causam non deberet repeti sive iterari, secundùm *Inno.* ibi. Alias autem, si absque scandalo iterari posset, debet iterari. Consultè tamen faciet omittens talem Psalmum, ut illum dicat sub silentio, cæteris interim procedentibus in nocturno. Ubi verò aliquis solus vel cum socio privatim extra Chorum dicit Officium Divinum, tunc si ex negligentia levi aliquid omittat, non tenetur iterare, ut dixi in principio. Aliàs, si ex negligentia accurata, tenetur redicere, secundùm *Hostiensem*, & notatur 91. *di. c. Clericus. per Arch.* Negligentia.

Sed quæro, an peccet Clericus dum est in Officio, si cogitet super aliquo alio bono Temporali vel Spirituali? Dic, quòd homo disponere se debet, nè aliis intendat, nisi necessitas vel utilitas, quæ dilationem non capit, cogat eum de aliis cogitare. Verumtamen, quia secundùm *Boetium*, aliàs Beatum *Bernardum*, " Cor hominis vagum est, & mobilius est omni mobili; & propterea qd homo non est adeò fortis, ut tales cogitationes evitet, non semper in his mortaliter peccat, sed venialiter. Caveat tamen, nè in his nimiùm excedat, secundùm *Inno.* & nimium frequenter, secundùm *Fo. An. d.c. dolentes.*

z *Laborem.* Sine quo virtuosè exercito non acquiritur merces fœlicitatis. *de conse. dist. 5. jejunium.*

a *Opus Dei.* Quod consistit in his quæ pertinent ad Divinum Officium exequendum, & ad ministrationem Sacramentorum, & ad doctrinam & eruditionem Subditorum.

b *Ab aliquibus.* Etiamsi in minoribus sint Ordinibus, secundùm *Hosti.* & hoc fatentur *Docto.* & communiter in Beneficiatis. De his enim qui sunt constituti in Sacris, licet non Beneficiati, non est dubitandum; secundùm ea quæ *no. Wil. de cele. Miss. c. gravi. in Cle. ver. horas Canonicas.* Unde Ordinati in Sacris, & etiam Beneficiati sub Titulo Ecclesiastico, tenentur ad Horas Canonicas, secundùm *Wil. loco præallo.* ubi notat, qualiter differunt quoad † dicendum hi qui sunt Ordinati in Sacris, ab his qui sunt in minoribus, sc. Beneficiati. Dicunt tamen *Petrus* & *Abbas*, quòd Clericus in minoribus Beneficiatus, absens ex causa probabili, putà studii, excusatur ab Horis dicendis, si in Beneficio faciat eas dici per Substitutum. Sic quoque occupati circa administrationes temporalium excusari poterunt ab Ecclesia officianda, dum tamen equitando vel alias dicant Horas. Infirmi etiam excusantur tam à dicendo quàm ab audiendo, ubi infirmitas talis est, quæ directè vel occasionaliter dicenti vel audienti generaret mortis periculum: talibus namque infirmis non est Lex posita. *Ar. ad hæc de obser. jeju. c. consilium. §. fi.* Secus tamen, si infirmitas non sit gravis: *Ar. l. ff. de re. ju. l. quæsitum. ad fi.* quo casu, si possent dicere, ad hoc tenentur: alias autem eas audire debent. Postquam autem convaluerint, an teneantur redicere, vide quod dicam *infrà. eo. c. sacerdotes. ver. suppleant.*

d *Generali Concilio. Extra. eo. c. dolentes.*

e *Præceptũ.* Ibi, *districtè præcipientes &c.* Et hoc intelligas quantum est dicere; nam *dicere* est in Præcepto, ut ibi patet, secundũ *Fo. An.* Sed alia quæ in devotione consistunt, ibi suadendo ponuntur, qd satis

ſitis patet ex eo qd ibi dicitur, *quantum vis Deus dederit &c.* Durum enim eſſet ponere in vim præcepti; nam ſic injiceret Eccleſia laqueum, & alligaret onus importabile, contra *c. de viduis. 27. q. 1.* Circa hanc materiam, viz. dicendi Horas Canonicas, quomodo eas omittens peccat, vel non, vide *no. Doctor.* viz. *Inno. Hoſti. et Jo. An. extra. eo. ti. c. 1. et c. dolentes.*

& optimè per *Henri. de Bonyco. lib. 1. cap. 31. dic. 6. Clericus. per totum.* & dixi *ſuprà. eo. ver. ad aliquibus.*

Officium nocturni.

a *Nocturnus.* De quo habes *extra. eo. c. 1. in fi.* Et ſecundùm *Jo. An.* ibidem Officium nocturnum ſtat in tribus, ſc. Matutinis, quæ fient mediâ nocte; Primâ, quæ fiet diluculo; & Completorio, qd dici debet in crepuſculo.

Officium diurnum.

b *Diurnum.* Qd ſc. conſtat in Tertia, Sexta, Nona, & Veſperis, ſecundùm *Joh. An.*

ut Divinum Officiù [a] nocturnù, pariter & [b] diurnù, ſecundùm qd [c] Deus dederit, [d] ſtudioſè celebretur & [e] devotè, [f] Univerſa quoque [g] Sacramenta Eccleſiaſtica, & præcipuè Baptiſmatis & Altaris devotiſſimè, prout Deus inſpiraverit, miniſtrentur. [h] Verba quoq; Canonis, præſertim in [i] Conſecratione Corporis & Sanguinis Chriſti, [k] plenè & [l] integrè proferantur. [m] Presbyter autem, [n] poſtqua Dominicum corpus & ſanguinem ſumpſerit in Altari, ſi in eodem die [o] Miſſarum ſolennia ipſù celebrare oporteat, iterato [p] vinum Calici infuſum, vel [q] digitis ſuperfuſum, ſumere non [r] præſumat. [s] Ad hæc duximus Statuendum, diſtrictiùs inhibentes, ne Sacerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die extra [t] diem Natalis Domini, & [u] Reſurrectionis Dominicæ, vel poſtquam Dominicum corpus & ſanguinem ſumpſerit, ita & incommiſcibilis, ſecundùm *Jo. An. poſt Pe. et Abbatem d. c. quod in dubiis. & concor. Pe. de Anchoria. & Anto. eo. c.*

c *Deus dederit.* Hoc dicit compatiendo fragilitati humanæ: ac ſi diceret, durum eſſet tam devotionem animi quàm mentis aſſiſtentiam, & alia de quibus cavetur in dicto *c. dolentes.* cadere ſub præcepto, ſed talia relinquuntur diſpoſitioni Divinæ, ſecundùm *Hoſtien.* ibi; licet Officium Divinum dicere cadat ſub Præcepto; ut dixi *ſuprà. eo. ver. præcepto.*

d *Studiosè.* ſc. Non ſyncopando, nec aliquid omittendo quoad Officium oris, ſecundùm *Hoſti.* Scias tamen, qd ſyncopans, vel loquens cum Syncopa, orans vel celebrans, dummodo intendat dicere, quod dicit Eccleſia, conficit, ſi utatur verbis in propria ſignificatione, nec intendat inducere errorem; prout *no. Anto. d. c. dolentes. ver. quæro quando dicatur.*

e *Devotè.* Quoad officium cordis, ut ſc. qd dicit ore, procedat ex corde, 23. *di. Pſalmiſta.* juxta illud, *Qui Pſalmos reſecat, vel verba reciſa volvat, Non plus inde feret, quàm ſi ſua lingua taceret.* Et iterum, *Dum cor non orat, in vanum lingua laborat.* Canus namq; non conſiſtit in modulatione, nec verborum multitudine, ſed in corde, 92. *di. c. 1. et 2.*

Verſus.

f *Univerſa.* Secunda pars.

g *Sacramenta.* De quibus dixi *ſuprà. de ſacramen. ite. c. ſignorantiâ.*

h *Verba quoque, Verſ.*

i *Canonis.* De quo dixi *ſuprà. de offi. Archid. c. ut Archidiaconi. ver. Canon Miſſæ.*

k *Conſecratione,* i, e. In verbis Conſecratoriis, in quibus propriè conſiſtit Canon Miſſæ, ſecundù *Hoſti. extra. eo. c. cum Martha. in prin.*

Forma duplex.

Forma enim verborù quoad corpus eſt talis: *Hoc eſt enim corpus meù*, hæc tamen Conjunctio *enim* non eſt de ſubſtantia Formæ, ſed de bene eſſe, unde non debet omitti. Aliud namq; eſt Forma neceſſaria, ſine qua non poteſt fieri Tranſubſtantiatio; & aliud eſt Forma debita, ſine

Sal. Debet.

qua non †poteſt fieri, ſecundùm *Tho. li. de veritate. parte 6. c. 11.*

l *Plenè.* ſc. Abſque omiſſione.

m *Integrè.* i, e. Sine fractione verborum. Si tamen celebrans verba hujuſmodi ſyncopaverit, an conficiat? Dic ut dixi *ſuprà. ea. ver. ſtudioſè.* Sed quid ſi mutetur forma verborum? Dic ſecundùm *Alber.* in Libro *de Miſſa*, qd ſi mutetur in alia verba, non conficitur ibi corpus Chriſti, etiamſi illa verba eundé ſenſù habeant. Et ſimiliter dicit de diminutione; quia ſi ita dicatur, *hoc eſt meum*, non conficitur, quia remanet indeterminatù quid ſit illud *meum*: ſimiliter ſi dicat, *hoc eſt corpus*, quia non ſignificat proprium corpus Chriſti. Secus tamen videtur dicendum, ſi verbis Conſecratoriis non ſeparatis aliquid addatur, qd inducit erroré; ut ſi dicatur, *hoc eſt corpus meum dilectum*, vel *ſanctum*, vel aliquid hujuſmodi; tamen qui ſic fecerit, valde increpandus eſt; ſecundùm *Jo. in ſumma confeſ. li. 3. c. 14. Rub. de Sacramento Euchariſtiæ. ſtatim poſt principium.*

Queſtio.

n *Presbyter autem.* Tertia pars.

o *Miſſarum.* Pluraliter loquitur, forſan pro Feſto Nativitatis Domini, vel alia de cauſa, ex quibus eodem die licet plures Miſſas celebrare, ut *infrà* patebit. Et licèt pluraliter loquatur, idem tamen intelligas, ſi unâ aliâ Miſſam iterum eodem die ipſù celebrare oporteat.

p *Vinum.* Non enim debet talis perfuſio eſſe de Aqua, ſed de Vino. *Extra. eo. c. ex parte.* Sed quid ſi non poſſit bibere Vinum, an poſſit celebrare? Dic qd non, imò nec promoveri; ut *no. Jo. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli.* ibi videas. Et hoc intellige verum, ſi Vinum recipiam faciat ſumenti abominationem; aliàs ſecus, ſecundùm *Jo. in cap.* qui ſic notat *Extra. eo. c. ex parte. ver. ſed numquid non bibens.*

Queſtio.

q *Digitis ſuperfuſum.* Ex hac litera colligi poteſt, qd prima infuſio debet eſſe in Calice, ſecunda ſuper digitos etiam in Calice, & utraq; de Vino: unde errant, qui primò perfundunt digitos, & etiam qui in ſecunda infuſione apponunt Aquam. Et ſcias, qd licet aliquid de ſanguine remanear in Calice, ipſum tamen Vinù ſic infuſum non vertitur in Sanguinem, ſecundùm *Doctor. d. c. ex parte.* Nec obſtat *Extra. de conſecra. Eccl. vel Altaris. c. quod in dubiis.* ubi Oleum non ſit ſacratum, mixtum cum ſacro, efficitur ſacrum; quia conſecratum remanet Oleum, & ideo non eſt mixtum, ſi liquorem Olei commiſcet ſibi, ſed Vinum tranſit in ſanguinem, & ſic aliud Vinum admixtum non eſt ejuſdem liquoris. Item ſicut ſanguis ille eſt incommunicabilis, ita & incommiſcibilis, ſecundùm *Jo. An. poſt Pe. et Abbatem d. c. quod in dubiis. & concor. Pe. de Anchoria. & Anto. eo. c.*

r *Non præſumat.* Ratio eſt, quia ſi faceret, non eſſet jejunus, & celebratio Miſſæ debet fieri jejuno ſtomacho. *7. q. 1. nihil.* In tantum, qd nec poſt medicinam receptam debet celebrare; ut notant *Doctor. d. c. ea parte.* nec antequam cibus digeſtus ſit, recipi debet corpus Chriſti, *de conſecr. 2. tribus.* Unde & modici ſumptio Aquæ calidæ vel frigidæ impedit Celebrationem. Et debet eſſe hæc abſtinentia poſt mediam noctem, à quo tempore incipit dies; ut ibi notat *Anto.* Concordat etiam *Pe. de Ancho.* qui allegat ad hoc *Extra. de accuſa. c. ſi confiteris. de offi. del. c. conſuluit.* Si tamen contra præmiſſa celebret, licèt peccet, tamen conficit. *de conſe. di. 2. liquido.*

s *Ad hæc.* Quarta pars.

t *Diem Natalis Domini.* Qua die poteſt tres Miſſas celebrare, ſecundùm ea quæ leguntur & *no. extra. eo. c. conſuluiſti.* ubi ratio redditur in *Glo.* & ibi notatur quid ſignificent dictæ tres Miſſæ. Significat enim prima Miſſa tempus ante Legem, & ideo celebratur in tenebris. Secunda ſignificat tempus ſub Lege, quo tempore incipiebat ſciri Chriſtus, ſed non clarè, & ideo celebratur inter diem & noctem. Tertia ſignificat tempus Gratiæ, & cantatur in plena luce, ad deſignandum Chriſtum veniſſe, *qui eſt Lux vera, & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Jo. 1. Vel dic, ſecundùm *Jo. An.* quòd prima Miſſa ſignificat Generationem Chriſti æternam, quæ occulta eſt, & ideo celebratur in nocte. Secunda ſignificat Nativitatem Chriſti, partim naturalem quia ex Muliere, & partim occultam quia ex Virgine; ideo celebratur in mane. Tertia ſignificat Generationem Spiritualem, quæ fit per Gratiã, & illa celebratur in Tertia, quia clarèſcit ſecundùm veritatem.

Quid ſignificant tres Miſſæ die Natalis Domini celebrata.

u *Reſurrectionis Dominicæ.* i.e. In die Paſchæ; de illo ſc. die, qd in eo poſſit bis celebrari, non invenio Textum alicujus Juris vel Canonis. Sed iſtud ideo fortaſſis hic ordinatur, quia contingit ſæpiùs, qd in una magna Parochia non eſt niſi unus Presbyter, qui commodè illo die non poſſet in Miſſa ſolenniori de die omnes Parochianos ſuos communicare, & oportet qd ſervientes illo die miniſtrent & præparent ea quæ ad ipſorum ſervitia ſpectant erga Adventum Dominorù ſuorù & Magiſtrorum; unde tales communicari poſſunt & debent in prima Miſſa. Et ſic iſtud, qd hic dicitur, poteſt comprehendi ſub illa clauſula de qua loquitur Textus *extra. c. conſuluiſti.* ibi dum dicit, *niſi cauſa neceſſitatis.* Et poteſt dici Cauſa neceſſitatis, ſi factâ Miſſâ aliquis moriatur, pro quo oportet eodem die Miſſã celebrare: vel qd hic dicit, ſc. qd unus Sacerdos poteſt celebrare duas Miſſas in Feſto Reſurrectionis Dominicæ, poteſt intelligi de una quæ celebrari debet Sabbato Sancto de nocte, & de alia quæ celebratur in die. Pro quo vide quæ dicam *infrà. eo. lineamina. §. nullus inſuper. ver. tertiam.* Honeſtatis etiam cauſâ poſſunt eodem die plures Miſſæ celebrari, utputà, ſi factâ Miſſâ ſuperveniat aliqua magna Perſona, quæ velit Miſſam audire; ſicut *no. Ber. d. c. conſuluiſti.* ubi dicit, qd etiam cauſâ Utilitatis hoc poteſt fieri: ſed hoc intellige, quando Utilitas concernit Perſonã aliam quàm ipſius Sacerdotis celebrantis, ſecundùm *Anto.* ibidem. Unde pro lucro dicentis Miſſam, vel ejus conſolatione vel militare, non debet bis in die celebrare. Sic etiam licet bis celebrare in die, quando deeſt Euchariſtia ad opus infirmorum, ſi hoc perpendat Sacerdos ante Perfuſionem, & eſt ſibi notoriè nunciata infirmitas Parochiani. Per hoc autem quod dixi de magna Perſona ſuperveniente, poteſt intelligi de Epiſcopo, qui abſq; Miſſa tranſire non debet; ut patet *de privil. c. ſili. 6.* Sic quoq; ſecundùm *Hoſti.* ibidé eodé die licet bis celebrare propter defunctos, propter peregrinos, propter hoſpites, propter commeantes, propter infirmos, propter tantatè Presbyterorù, quando unus præeſt duabus Eccleſiis. Item quando eodé die contingit Anniverſariũ defuncti. *Extra. eo. c. cum creatura.* Et præmiſſa intellige vera, ſi non ſit alius Sacerdos paratus ad celebrandum, ſecundù *Jo. An. et alios Doct. d. c. conſuluiſti.* Aliàs caſus eſt, ſecundù *Henri. de Bonyco*, propter neceſſitatẽ Nuptiarũ, ubi tempus laberetur: ſic ipſe *no. eo. ſ. c. te referente.* Scias tamen, qd in nullo caſuum prædictorum licet ultra duas Miſſas celebrare, excepto die Nativitatis Domini: & hoc probatur *de conſe. di. 1. ſufficit. ubi de hoc per Jo. ver. aliquam. & concor. Doct. in d. c. conſuluiſti. et no. per Jo. in ſumma confeſ. li. 3. c. 24. ſub Rubri. de*

Caſus quibus bis in die poteſt Miſſa celebrari.

Sacramento Eucharistiæ. c. in quibus casibus. De prædictis dantur
Versus. *Una dies Missam tantùm exposcit[ulat] unam.* (Versus.
Accipitur certè Defunctus cum Peregrino;
Infirmus communeans, Domini Natalis, & Hospes,
Et mulier nubens cum tempus labitur illi.

a *Mortuorum.* Hoc statim declarat.

b *Videlicet.* Est declaratio ejus qd prius dixit.

c *Tumulandum.* Ex hac litera apparet, qd in die septimo, xxx, vel Anniversario alicujus Defuncti non erit rationabilis causa celebrandi duas Missas; & hoc satis verum puto, ubi Consuetudo Patriæ hoc habet, qd sc. ubi est in Ecclesia unus solus Sacerdos non solet in talibus celebrari nisi una Missa. Nam Consuetudo Patriæ in hoc attendenda est, secundùm quod notat *Henr. de Bonycoteo. ti. c. de referente.* Attendenda est etiam Constitutio Provincialis & Synodalis aliquid statuens in ea parte, ut hic, & quòd sic celebraturus hoc non faciat intentione corrupta: & ad hoc *concor. notat. per Arch. de conse. di. 1. sufficit. ver. pro defunctis.* Cùm enim in qualibet Missa semper fiant Suffragia pro Defunctis, *de conse. di. 1. visum.* sufficit, ut ubi non est nisi unus Sacerdos in Ecclesia, quòd in uno die una celebretur Missa, quæ debet esse de Festo, etiamsi tale Anniversarium vel alicujus Defuncti memoriam fieri contingat eadem die. Alioquin si eodem die non contingat aliquod Festum, tunc potest Anniversarium vel talis memoria heri solenniter. Si tamen Ecclesia aliqua obligatione legitima astringatur ad tenendum in specie Anniversarium alicujus Defuncti, cum Missa speciali pro Defunctis; tunc si tale Anniversarium contingat die Festo, Missa illius diei debet fieri solenniter & in publico, altera verò Missa potest & debet fieri in privato. Alioquin si nullum Festum concurrat, tunc dicta Missa Anniversaria pro Defuncto fiet solenniter, & Missa de die fiet in privato: & sic intelligo ea quæ leguntur & notantur *extra. eo. ti. c. cum creatura.* & sic sentire videtur ibi *Pe. de Anthorano. ver. secundo nota.*

d *Et tunc.* sc. Quando eodem die Defunctus est tumulandus.

e *Prima Missa.* Hic dat ordinem dicendi duas Missas eodem die, ut viz. Missa de die præcedat Missam pro Defunctis: & idem intelligas de aliis Missis, ubi unus solus est Sacerdos.

f *De die.* Quæ non debet omitti propter aliquam Missam peculiarem, *Extra. eo. c. 2.* & quam diebus Dominicis quilibet tenetur audire. *de conse. di. 1. Missam.*

g *Pro defuncto.* Ex hoc Ordine colligit *Jo. An. extra. eo. c. consuluisti.* quòd post Missam de die, si aliquis moriatur, potest Sacerdos celebrare Missam pro Defunctis, sed non è converso; ratio est, quia à Defunctis nullus regreditur, & ideo celebratâ Missâ Defunctorum non celebratur postea de die. Sed quia omnes tendunt ad mortem, ideo celebrata Missa de die, potest postea pro Defunctis celebrari. Et pro hac Consuetudine facit 11. *di. c. Ecclesiasticarum.*

h *Sacerdotes.* Hæc est Constitutio *Jo. Peccham*, Archiepiscopi *Cantuariensis*, & facit tria. Primò statuit circa Curatos, nè obligent se Missis peculiaribus, per quas impediri valeat ipsorum Officium Canonicum. Secundò ibi, *Nec præsumant*, statuit circa Annalia celebranda quoad non Curatos, cum certis circumstantiis in ea parte opportunis. Tertiò ibi, *Illos autem*, adjicit de quibusdam monitionibus & correctionibus in personas contrafacientium exequendis.
Divisio.

i *Universi.* Supple, habentes Curam Animarum, ut *infrà* patet ibi, *commissam sibi officiare Ecclesiam.*

k *Peculiarium.* viz. De Trinitate, de Sancto *Michaele*, de Sancto Spiritu, & aliis hujusmodi extra tempora Festorum eorundem; secundùm ea quæ leguntur & *no. extra. eo. c. 2.* Et ex hoc apparet, qd non licet Curato celebrare Trentale, aliàs Trigintale Sancti *Gregorii* pro Anima alicujus Defuncti, sic viz. ut propter hoc omittat Missam de die, cui de Jure communi astringitur, ut solet notari. *d. c. 2.* Et hoc verum intelligas quando solus est, secus si esset alius in Ecclesia, qui posset celebrare de die. Cui dicto *concor. Hostien. dicto c. 2. ver. contentur.* Nam propter tales peculiares Missas non debet populus abstrahi à Missis solennibus de die. *de conse. di. 1. c. & hoc attendendum.* Nec diebus Dominicis aut Festivis debent tales Missæ cantari in publico antè Missam solennem ipsius diei, prout *no. d. c. & hoc attendendum. per Arch.*

in exequiis [a]mortuorū, [b]videlicet cùm corpus alicujus eodem die fuerit [c]tumulandum; [d]& tunc [e]prima Missa [f]de die, posterior verò [g]pro Defuncto celebretur.

Obnoxius Canonico Officio non assumat aliud. Nec quisquam Annalia suscipiat, nisi quotidie pro defuncto celebret: nec plura suscipiat quàm socios celebraturos habeat; nec pro una Celebratione duplex recipiat pretium, aut unam tantùm prodesse Defunctis, quantum multas putet.

Johannes Peccham.

[h]Sacerdotes caveant [i]universi, nè Missarum [k]peculiarium, seu [l]familiarium se Celebrationi [m]obligent, quò minus valeant [n]Canonico Officio [o]commissam sibi [p]officiare Ecclesiæ, ut tenentur. [q]Nec præsumant [r]aliqui [s]Annalia celebranda suscipere, nisi [t]pro defuncto celebrent [u]quotidie, vel [x]procurēt [y]specialiter celebrari. [z]Nullus insuper [a]plura recipiat Annalia celebranda, quàm habet [b]socios Sacerdotes; illo casu excepto, quo

1 *Familiarium.* i.e. Pro Familiaritate vel Familia alicujus certæ Personæ, vel aliquarum Personarum ante horam congruam Missas coram eis celebrari volentium.

m *Obligent.* Sive scripto, sive verbo, etiam per nudam promissionem: nam talis Promissio, si sit licita, obligat promittentem. Ad quod vide *no. per Bern. de Præben. c. relatum. gl. 2.* & facit ad idem 12. *q. 2. c. quicunque suffragio. per Jo.* Deus namque inter Juramentum & simplicem Promissionem non facit differentiam.

n *Canonico Officio.* i.e. Missa de die, quæ non debet omitti propter alias, ut prædictum est. Et nota, qd tantè dicit, *Canonico Officio*, ac si per hoc innuat, qd Missæ sic de Officiis Canonicis, non tamen de Horis Canonicis. *Sic no. eo. ti. c. 1. ver. Canonicas. per Jo. An. in Cle. & eo. ver. per Wil. & concor. ibi Paulus. eo. ver.*

o *Commissam.* Sume qd est *infrà. Ecclesiam.* & ex hac litera apparet, qd loquitur de Sacerdotibus habentibus Curam Animarum.

p *Officiare.* Celebrando ibi Missas, & alia Divina Officia. *25. di. perlectis. ver. ad Presbyterum.*

q *Nec præsumant.* Secunda pars.

r *Aliqui.* sc. Sacerdotes, etiam non Curati.

s *Annalia.* i.e. Missas celebrandas per Anni spatium, vel alias temporaliter, sic quòd non sint ad Officia talia dicenda intitulati, nec perpetui, sed temporales, & elapso tempore remotivi.

t *Pro Defuncto.* Loquitur in casu quo Sacerdos sit conductus per Annum, ut specialiter celebret pro Anima alicujus Defuncti. Et idem intelligas, si convenerit per Annum celebrare pro vivente.

u *Quotidie.* Hoc intellige, ut sc. assiduè hoc faciat, nisi corporis infirmitate fuerit impeditus; & quanto frequentius potest, salvâ honestate suâ & debitâ Devotione. *Extra. de Præben. c. significatum.* Nam ut *quotidie* quis ad hoc arceatur, non convenit Juri communi, ut ibi patet. Unde dicit *Augustinus*, Quotidie Eucharistiæ Communionem percipere nec laudo nec vitupero. *de conse. di. 2. quotidie.* Ubi enim Sacerdos sentit suum fervorem & amorem erga Deum augeri, potest quotidie celebrare. Si autem sentiat suum Devotionem minui, bonum est quandoque abstinere, ut cum majori reverentia & devotione postea accedat. *Sic* notat *Jo. in summa confes. li. 3. ti. 24. sub Rubr. de Sacramento Eucharistiæ. 6. utrum quilibet die.*

x *Procurent.* Hoc intellige, quando rationabiliter impediuntur, quo minus possint hoc facere in Persona propria, nec fuit super hoc speciale pactum initum, ut hoc faceret per se, secundùm ea quæ leguntur & *no. de Præben. c. significatum.* Nam si personæ industria esset electa, non posset alteri delegari. *de offi. del. c. multi.*

y *Specialiter.* Sic, ut hic videtur, non sufficit talis Defuncti memoriam fieri sub suffragiis generalibus, sed debet fieri cum specificatione aliqua, forsan nomine ipsius Defuncti. Sed contra hoc faciunt notata *Jo. de conse. di. 1. visum. & c. de nominibus.* ubi apparet, qd in nulla parte Missæ debent Defunctorum nomina specificari, sed sufficit pro eis orare in genere. *Arch.* tamen ibi videtur innuere contrarium: dicit enim dicto *c. visum.* qd in secundo memento potest Sacerdos notare nomina quæ voluerit; & hoc verum intelligo mentaliter, non autem secundùm vocem nominaliter. Potest tamen populo etiam in Missæ tempore fieri specialis recommendatio alicujus Defuncti, vel aliquorū Defunctorum, utpotè, eo tempore quo in conspectu populi Sacerdotes fundunt communes preces, ut & tunc nominatim & in specie aliqui populo recommendentur, pro quibus habeant specialiter orare: & sic possunt intelligi quæ leguntur & notantur dicto *c. visum. & c. sequenti.*

z *Nullus insuper. Vers.*

a *Plura Annalia.* i.e. Pro pluribus Animabus suffragia in Anno impendenda.

b *Socios Sacerdotes.* Ex hac litera videtur, qd quis poterit in seipsum plura Annalia suscipere, sic tamen qd habeat tot Sacerdotes quot poterunt ea singulariter adimplere, quis in persona sua propria hoc onus, sicut hic apparet, cadere non potest. Et quia Author hujus Constitutionis erat Frater, & ut videtur per istud Statutum, nititur Presbyteris absentibus forsan de sua Fraternitate per aliquem præsentem in partibus talem celebrationem Annalium acquirere: hinc est, qd hanc materiam modo & formâ quibus sequitur investigare decrevi. Quæro ergo, an liceat Fratribus non Curato, præsertim *Quæstio.* Fratri

Fratri Mendicanti pro ſeipſo recipere aliquod Annale celebrandum pro ſtatu Vivi vel Anima Defuncti, pactione intervenient de aliquo Salario ſibi per Annum, aut aliud certum tempus ex de cauſa perſolvendo? Dic qd ſi aliàs ex Officio aſſumpto ad hoc teneatur, tunc non licet aliquid recipere ex pacto vel conventione; quia ſi faceret, eſſet *Simonia. 1. q. 3. vendentes.* & notatur per *Archi. 1. q. 3. c. judices. in glo.* adde, *dicunt qd Sacerdos.* Et intelligo Officium aſſumptum, ubi aliquis talis priùs aſtrictus eſt legitimè & Canonicè in genere vel in ſpecie ad tale Officii peragendum. Si verò non teneretur ex Officio aliis debito ſeu aſſumpto ad hoc faciendum, & non eſt Beneficiatus, ut patet in Fratre Mendicante, vel quia aliàs pauper eſt; tunc pro Divinis vel Miſſis celebrandis nihil debet recipere ex pacto, ſed ut moretur in aliqua Eccleſia, & ibi celebret Divina, & ut impendat operas ſuas, quas aliàs non teneretur impendere circa talia: ſive ſit dives, ſive pauper, poteſt ex pacto aliquid recipere ratione laboris ſui, & ratione operarum hujuſmodi, & moræ ibidem faciendæ, non pro dicendo Officio Divino. Faciunt ad hoc notata *per Ber. & alios de Præben. c. ſignificatum.* & *per Inno. de Simonia. c. non ſatis.* & per eundem *extra. ne Prælati vices ſuas. c. quoniam.* ubi etiam de hoc per *Hoſti.* Et in hac ſententia concordant quaſi omnes *Doctores.* & notatur per *Archi. d. c. judices.* & *per Fo. An. in ſumma confeſſ. ti. de ſimonia. q. 39.* & *per Henricum de Bowyco. extra. de Præben. c. ſignificatum. di. 2.* & *d. c. ſignificatum. per Anton. de Butrio.* Secundò quæro, numquid habens in ecclesia ſua plures Sacerdotes non Beneficiatos, ſed ad percipiendum hujuſmodi Annalia aliàs habiles, poteſt uni ex eis vel pluribus acquirere talis Annalis celebrationem; & ipſum acquirentem, & eum cui acquirit, ad idem effectualiter obligare? Ex hoc Capitulo videtur quòd ſic. Sed contra hoc opponitur: nam alteri ſtipulari nemo poteſt. *Inſti. de inutilis ſtipul. §. ſi quis alii.* & §. *alteri.* cum ſimilibus. Unde & ſecundùm Jura communis Theorica eſt, quòd quæcunque geriamus, niſi in perſonam noſtram initium ſumant, inutilem actum efficiunt. *ff. de act. et obl. l. quæcunque.* Item Promiſſio requirit Perſonam promittentem, & Perſonam cui promittitur, & rem promiſſam; unde requiritur quòd Perſona cui promittitur ſit præſens, ita quòd in Perſonam ſuam contrahatur Obligatio. *Inſti. de inutil. ſtipul. §. Item verborum obligatio.* Sed dic quòd talis Promiſſio, ſi fiat ipſi qui præſens eſt ſtipulanti, ſic tamen ut effectus rei promiſſæ cadat in perſonam alterius licèt abſentis, talis Promiſſio bene tenet: Verbi gratiâ, Promitto tibi ſtipulanti, quòd ſolvam *Titio* Socio tuo hoc Anno centum, ſic quòd dictus *Titius* hoc Anno ſpecialiter celebret pro Anima tuâ: hæc Promiſſio facit Pactum, & bene valet, dum tamen tua ſic fieri intereſſit, qui hoc ſtipularis. *ff. de verb. obli. l. Stipulatio iſta. §. ſi quis inſulam.* & *d. l. quæcunque. præſti.* Ratio eſt, quia totus actus hujuſmodi in perſonis noſtris initium ſumit, licèt terminetur in perſona tertia. Si verò tua non intereſt ſic fieri, tunc ab initio non habet effectum, ſed ſuperveniente tuo intereſſe confirmabitur. *Ar. l. quatenus. §. ſimiliter. ff. ad Vell.* & *l. Stichum. §. aliquando. ff. de ſolu.* Prædicta locum habent, ut ſcil. tibi, cui hæc promiſeram, queratur obligatio. Sed an per hoc obligetur ille, cui vel in quem dirigitur effectus ipſius Obligationis ad faciendum id, cujus contemplatione talis ſit Promiſſio? Dic quòd non: quia etiam ipſe, cui ſic promittitur, promittens factum ejus ut factum alienum, non obligatur. *ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. 1. Inſti. de inutil. ſti. §. ſi quis alium.* Et hoc verum, niſi ſic promittens ad hoc habuerit poteſtatem ab eo, cujus nomine promittitur. *Ar. ad hoc Inſti. per quas perſo. no. acqui. §. penal.* Vel aliàs ille, cujus nomine ſic promiſſum fuerat, poſtea hoc ratum habeat: ut in *Regu. Juris. ratihabitionem. li. 6.* cum ibi notatis. Hanc materiam latiùs videre poteris, ſecundùm ea quæ notat *Bart. ff. de pactis. l. 1.* & *ff. de verb. oblig. l. Stipulatio iſta. §. ſi ſtipulor alicui.*

a *Procurans.* i. e. ſollicitans vel indocens.

b *Suffragia.* Quæ continentur in quatuor, quæ recitantur *13. q. 2. c. animæ defunctorum.*

c *Expreſſè.* i. e. Per verba aperta, voluntatem ſuam in hoc exprimentia: & circa hoc vide quod ſcripſi *ſuprà. de Cle. pere. c. ulti. ver. expreſſè caveri.*

d *Defuncti.* Pro quo fieri debent Suffragia.

e *In Miſſa.* ſc. Dicenda pro Anima ipſius Defuncti.

f *Alii.* ſc. Defuncto.

g *Copulari.* i. e. Conjungi.

h *Nec credat.* Verſ. ubi reſpondet tacitè Quæſtioni ſive Objectioni. Diceret namque forſan aliquis, quòd obligatus dicere Miſſam ſpecialiter pro *Johanne*, item dicere Miſſam ſpecialiter pro *Richardo*, item dicere Miſſam ſpecialiter pro *Gulielmo*, poſſet in una Miſſa ſatisfacere his tribus. Sed iſtam Opinionem reprobat in ſequentibus.

i *Specialiter & in ſolidum.* Hoc quod dicit, *ſpecialiter & in ſolidum*, tollit opinionem contrariam: quia ſicut ex pacto ſpeciali promittens mihi ſoli aliquid ſolvere, vel aliquam rem tradere, violat pactum, ſi in illius rei Solutione vel Traditione aliquem mecum participem efficiat. *ff. de verb. obli. l. cum quis ſibi.* cum concordantiis ibi poſitis in *Glo.* Clariùs tamen ad propoſitum *Extra. de jureju. c. ea te.* cum ibi allegatis. Sic & in caſu noſtro, maximè cùm nec Proprietas, nec Poſſeſſio, nec uſus rei poteſt eſſe apud duos in ſolidum ſimul & ſemel. *ff. commo. l. ſi ut certo.* §. *ſi duobus vehiculum.*

k *Licèt Canon. de conſe. di. 5. non mediocriter.*

l *Dicat.* Supple, in effectu ſententiam quæ ſequitur, quia eadem verba non habet, immo habet iſta verba. Cùm igitur pro centum Animabus Pſalmus vel Miſſa dicitur, nil minus, quàm ſi pro unoquoque iſtorum diceretur, accipitur. Et hæc ſunt verba Beati *Hieronymi*, ut ibi patet in Superſcriptione, ſuper qua Litera ibi dicit *Fo. de Deo*, quòd hoc, quod ibi dicitur, poteſt eſſe verum triplici ratione. Una eſt, quia in Sacramentis non datur Spiritus Sanctus ad menſuram, ſed omnia facit communia. *de conſe. di. 4. nec quicquam.* & *c. quærit.* Vel poteſt illa Litera intelligi de ipſo celebrante, ut videlicet tantum valeat ei qui Miſſam celebrat pro uno, ac ſi pro centum eam celebraret. Tertiò poteſt illa Litera intelligi ſecundùm materiam ibi præſuppoſitam, ut ſc. non minus valeat una Miſſa dicta cum hilaritate mentis pro duobus, quàm ſi pro quolibet diceretur cum mentis anxietate. Et hanc ultimam ſententiam amplectitur hic Author. *Hug.* tamen dicit hoc quod dicitur in *d. c. non mediocriter.* eſſe verum in Pſalmis & Miſſis, quæ generaliter cantantur pro omnibus, licèt ſpecialiter pro aliquibus videantur dici. De Jejuniis tamen, Eleemoſynis, & aliis Orationibus, hoc non reputat eſſe verum, quia talia non proſunt, niſi eis pro quibus fiunt ſpecialiter. Et iſte eſt verus intellectus ſecundùm eum, quia nec Pſalmus nec Miſſa dicuntur fieri ſpecialiter, niſi propter illum qui facit illum vel illam cantari. *Bern. Hiſpanus*, ut dicit *Archi.* tenet illud *Hieronymi* eſſe verum, ſi æqualiter pro omnibus dicatur Miſſa. *Sed* ſi intuitu unius dicatur, licèt etiam dicatur pro omnibus, plus proficit ei pro quo Orans ſpecialiter intendit. Et hanc ſententiam dicit *Archi.* eſſe veram, ſecundùm Theologos. In hac materia dicunt Beatus *Thomas* & *Petrus* in Scriptis, & idem recitat *Fo. in ſumma confeſſ. ti. de pœn. et re. Rubri. de ſuffragiis defunctorum. q. 169. utrum ſuffragio &c.* viz. ſecundùm opinionem propoſitam, quòd Suffragia pro aliquo facta ſpecialiter æquè proſunt omnibus æqualis meriti, quantum ad liberationem ſeu utilitatem, ſed non æqualiter quoad honorem: ſicut Candela accenſa in menſa pro Divite, æqualiter facit ad ſociorum menſæ utilitatem, ſed magis ad Divitis honorem. Solet tamen communiter ab aliis dici, quòd cùm Suffragium ſit virtutis finitæ, & deriveatur per intentionem facientis pro quo voluerit, plus valet ei pro quo ſit quantum ad liberationem à pœna: tamen quantum ad gratulationem & interiorem conſolationem, ſecundùm quod unus in Charitate exiſtens gaudet de bonis alterius; ſic valet omnibus in Charitate exiſtentibus, & plus ei qui eſt in majori Charitate. Secundùm quod iſta notantur *de rel. & vene. ſanctor. c. audivimus. per Henri. de Bowyco.* & circa hoc vide *no. per Fo. An. de ſepult. c. 3. et de cele. Miſſ. c. cum Marthæ. ver. ſed numquid facta pro una per Fo. in coll.*

m *Pro defunctis.* ſc. In genere.

n *Uno quolibet.* ſc. In ſpecie.

o *Loquitur.* ſc. Canon.

p *Anxiato corde.* Et ſic ſequitur opinionem quam ponit *Fo. in dicto c. non mediocriter.* exponendo quod ibi dicitur ad Literam. De aliis Opinionibus dixi *ſuprà. ea. ver. dicat.*

q *Abſit enim. Verſ.*

r *Intenſivè.* i. e. Tam effectualiter.

s *Licèt enim*, Reſpondet tacitè Objectioni, quæ poſſet fieri de efficacia Sacramenti.

t *Sacrificium.* Sic dictum, quia Prece Myſticâ conſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ Paſſionis, & hoc pertinet ad corpus Chriſti. Sed generaliùs accipis *Iſidorus Sacrificium*, cum dicit, *Sacrificium* eſt Victima, & quæcunque in Ara cremantur ſeu ponuntur.

Nota de effectu Miſſæ pro defunctis dicta.

Quæſtio.

quod est [a]Christus, [b]infinitæ sit virtutis, non tamen in Sacramento vel [c]Sacrificio suæ immensitatis summam plenitudinem operatur. [d] Alioquin pro uno mortuo nunquâ oporteret Missam dicere, nisi unam. [f]Operatur enim in hujusmodi [g]Mysteriis, [h]distributione certâ suæ plenitudinis, quam ipse eisdem Lege ineffabili alligavit. [i]Illos autem, qui pro [k]Annalibus, vel [l]Anniversariis celebrandis stipendia [m]receperunt, [n]nec ex [o]certa malitia vel [p]accidia satisfaciunt, ut tenetur, Monemus, ut omissa [q]suppleant, & [r]ad plenum satisfaciant in futurum. Et quandocunq; id non [s]fecerint, [t]fructus taliter [u]receptos pro Animabus illorum, qui eis [x]talia contulerunt, erogent [y]pauperibus. Aut si [z]utrumq; istorum [a]sponte neglexerint, sicut fraudatores [b] fidelium ab Ordinariis suis asperè [c]corrigantur.

---

a *Est Christus.* Non secundùm Figuram, ut quidam Hæretici dicunt, sed secundùm Veritatem, scilicet idem Christus qui de Virgine natus, & pro nobis passus est, secundùm *Thomam* & *Petrum*: & *concor. Ambrosius de consecra. dist. 2. c. omnia.*

b *Infinitæ sit virtutis. de consecra. dis. 2. nihil. 1. q. 1. multi. de conse. di. 2. iteratur.* Et dicitur *virtutis infinitæ*, quia ejus virtus non limitatur ad mensuram certam seu finitam. *de conse. dis. 4. nec quicunquam.*

c *Vel Sacrificio.* In quo differunt *Sacramentum* & *Sacrificium* vide *suprà. de sacra unctio. c. cum sacri. ver. sacrificiis.*

d *Alioquin.* Scilicet si operaretur summam plenitudinem.

e *Nisi unam.* Quia si in Sacramento vel Sacrificio Altaris Christus operaretur summam suam plenitudinem, & virtutis suæ infinitatem una Missa sufficeret non solùm ad unam, sed etiam ad omnes Animas de Purgatorio eruendas.

f *Operatur enim.* Scilicet Christus.

g *Mysteriis.* Quæ scilicet sunt in Sacramentis & Sacrificiis. Et differt *Mysterium* à *Sacramento* & *Sacrificio*, secundùm ea quæ dixi *suprà. de sacra unctio. c. cum sacri. ver. sacrificiis. in fi.*

h *Distributione certâ.* Scilicet finitâ & limitatâ, secundùm merita eorum qui dicta Sacrificia offerunt, & omnia secundùm merita eorum pro quibus offeruntur. Valent namque Suffragia Ecclesiæ ipsis Defunctis secundùm majus & minus pro diversitate meritorum in mortuis, vel pro Charitate vivorum, qui magis sollicitantur pro aliquibus quàm pro aliis, secundùm *Tho. in li. de veritate. li. 7. c. 5.*

i *Illos autem.* Tertia pars.

k *Annalibus.* i. e. Suffragiis per Annum dicendis.

l *Anniversariis.* Potest supponere pro eo quod *suprà* dixit, *Annalibus.* Et est *Anniversarium* certum Officium non solùm uno die, scilicet in fine Anni, sed etiam omni die per Annum dicendum pro Defunctis, sicut notant *Doctores*, videlicet *Bern. extra. eo. c. cum creatura. glo. 1. de Præben. c. significatum.* ubi sic notatur per *Anto. & Jo. An. in Addi.*

Anniversarium.

m *Receperunt.* Forsan in Reditibus, vel aliquâ Pensione Annuâ, ad hujusmodi Anniversarium celebrandum instituta, ut solet notari dicto *c. significatum. & extrà. eo. c. cum creatura.*

n *Nec.* Sume quod est *infrà. satisfaciunt.*

o *Certa malitia.* Quia voluntarie hoc omittunt absque impedimento rationabili. Si enim rationabile esset impedimentum; utpote cæcitas, vel infirmitas, excusabilis esset omittens; tenetur tamen in aliis facere Recompensam, ut in Psalmis & Orationibus: secundùm *Fob. in summa confes. li. 1. titu. 7. Rubri. de offi. Cleri. in princi.*

p *Accidia.* De qua dixi *suprà. de offi. Archipresb. c. ignorantia. S. 7. vers. vers. accidia.*

q *Suppleant.* Aliis diebus vel horis, quibus ad talia non astringuntur, Suffragia sic omissa celebrando vel faciendo celebrari: & sic ex hoc loco potes colligere, quòd Officium Divinum omissum aliàs est supplendum, & plenariè rejicendum. De qua materia quædam tetigi *suprà. eo. c. 1. ver. negligenter.* ibi videas. Et diligenter advertè, quòd hic dicit *ex certa malitia vel accidia &c.* nam si infirmitas gravis esset in causa, excusabilis esset intantum quòd non teneretur postea redicere; secundùm *Jo. An.* qui sic notat *extra. eo. c. 1. glo. ulti.* allegat ad hoc *de Cleri. non resid. c. ad audientiam.* Commendabilius tamen est, ut etiam cessante impedimento, suppleatur quòd omissum est, secundùm eum: ubi verò ex oblivione vel negligentiâ omisit, tunc de peccato omissionis est sibi Pœnitentia injungenda, & satis conveniens est, quòd Sacerdos imponat ei Pœnitentiam in eo quo deliquit, scilicet in Officio omisso redicendo; vel committer in aliam pœnam, si magis credat proficere, secundùm *Hostien. & Jo. An. in loco prælle.* Et hoc verum, nisi tanta fuerit Horarum omissarum multitudo, quòd quasi impossibile esset ei redicere. *Arg. ad hoc ff. de Regu. Furis. l. impossibilium. Extra. de pœnis. c. fi.*

r *Ad plenum.* Nihil omittendo.

s *Non fecerint.* Scilicet hujusmodi Anniversarium non celebraverint, vel omissum non supplèverint.

t *Fructus.* Apparet ex hoc quod loquitur, ubi Terræ cerræ vel certi Reditus sunt assignati pro celebrando Anniversario alicujus, sicut patet in Cantariis, & aliis hujusmodi.

u *Receptos.* Officio debito pro his non impenso.

x *Talia.* sc. Emolumenta.

y *Pauperibus.* Quia absque peccato non possunt Fructus hujusmodi retinere, Officio non impenso. Et sic ex hoc apparet, quòd non faciendo Officium pro quo receperunt Terras, Possessiones, vel Reditus à Defuncto, non amittunt ex hoc dominium rei sic donatæ. Circa quod vide quod dicam *infrà. glo. ulti.*

z *Utrumque.* Scilicet tam supplere Officium omissum, quàm in causa non suppletionis, Officii hujusmodi Fructus receptos dare pauperibus.

a *Sponte.* sc. Nulla necessitate urgente.

b *Fidelium.* sc. Defunctorum.

c *Corrigantur.* Sic ergo apparet, quòd bona eis donata ut faciant tale Officium, vel annuatim celebrent tale Anniversarium, ob cessationem ab Officiis hujusmodi non possunt ab eis auferri, sed debent alio modo castigari. Sed contra hoc opponitur *C. de dona. quæ sub modo. l. 2.* ubi apparet, quòd dominium rei donatæ sub modo sive ob certam causam, propter non observantiam promissorum, ipso Jure revertitur ad Donatorem. Solutio. Dic hoc esse speciale in casu illo, quando fit Donatio ut præstentur Alimenta: & sic solvit *Pe. de Ancho. extra. de condi. appo. c. verum.* Sed nunquid propter non observantiam hujusmodi promissorum possit Donatio sic facta revocari? Videtur quòd sic. *Arg. d. c. verum. extra. de condi. appo.* Sed dic quòd illud operatur ibi pactum, quod fuit ibi appositum, ut sc. Donatio posset revocari, si non servarentur promissa: unde ubi non intervenit tale Pactum, non debet fieri talis Revocatio, sed potiùs agi ad interesse. *ut l. ex conditione. C. de rescindendi. & ad hoc concor. nota. per. Host. & Jo. An. de foro compe. c. postulâsti.*

Cognito Cantuariensis Episcopi obitu, singuli Confratres Coepiscopi superstites solenne faciant Officium defunctorum & privatè & communiter. Cognito autem obitu Diœcesani singuli Sacerdotes singulas Missas pro eo celebrent, non exempti ex Mandato, exempti verò de gratia & liberalitate sua.

Idem.

[d]SAnctum & salubre, & *infrà.* Statuimus, ut pro singulis Episcopis *Cantuariensis* Provinciæ decedentibus residui [e]Confratres superstites [f]solenne faciant [g]Officium defunctorum, non solùm in Capellis suis singulis, sed etiam cùm post decessum alicujus vel aliquorum Episcoporum hujusmodi [h]recenter in [i]Concilio, vel [k]aliàs pro utilitate Ecclesiæ pariter congregâtur. [l]Præcipiètes insuper, & in virtute Obedientiæ firmiter injungentes, ut singuli Sacerdotes tam Sæculares quàm [m]Religiosi dicant [n]Missas

d *Sanctum.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus & præcedens, & *Divisi* habet tres partes. In prima statuit de solennibus Exequiis pro Episcopis decedentibus, singulariter & in communi faciendis. In secunda ibi, *Præcipientes*, ordinat de Missis pro Diœcesano defuncto celebrandis. In tertia ibi, *Rogamus*, hoc idem fieri requirit etiam ab exemptis.

e *Confratres.* i. e. Coepiscopi.

f *Solenne.* sc. Cum Cantu.

g *Officium Defunctorum.* i.e. Institutum pro Defunctis, ut sunt Exequiæ; de quibus legitur 13. *q. 2. anima defunctorum.*

h *Recenter.* i. e. Primo.

i *Concilio.* sc. Provinciali.

k *Aliàs.* i. e. Alio tempore, vel alio loco.

l *Præcipientes.* Secunda pars.

m *Religiosi.* Supple, *non exempti*, ut differat à sequentibus.

n *Missas.* Et sic per hanc Constitutionem non arctantur ad Exequias pro eis dicendas.

singulas, [a] cùm de Diœceſani obitu eis fuerit [b]veritas intimata, pro ipſius Anima à peccati maculis expianda. [c]Rogamus inſuper Sacerdotes exemptos Religioſos, &, ſi qui ſint, etiã Sœculares, ut Ordinationem iſtã, ſalvis in aliis Exemptionis ſuæ Privilegiis, [d]gratis ſuſcipiant, vel [e]eam ſaltem [f]auctoritate propriã ſibi conſtituant obſervandam. [g]Sciturі quòd [h]grati erimus [i]gratiæ, & [k]dolebimus, ſi quos invenerimus de [l]ingratis.

a *Cum.* i. e. Poſtquam, vel Quando. *C. de probat. l. cum res. ubi de hoc. ff. de offic. conſul. l. unica.* § *ſi.*

b *Veritas intimata.* Quomodo autem hæc *veritas* ſciri poterit, ſcil. an aliquis ſit mortuus, notatur ff. *quemadmo. teſta. aperi. l.* 2. §. *ſi dubitetur. per Bart.* Et huic quod hic legitur ſimile habes *de elec. c. ubi periculum.* §. *penul. li.* 6.

c *Rogamus.* Tertia pars. Et adverte, quia Sacerdotibus non exceptis præcipit, ſicut patet in §. præcedẽti. Exemptos verò rogat; ratio eſt, quia in talibus non ſubſunt Juriſdictioni Metropoliticæ. *de privile. c.* 1 *li.* 6.

d *Gratis.* Hoc dicit, quia ad hoc arctari non poſſunt.

e *Eam.* ſc. Ordinationem.

f *Auctoritate propria.* Non autem in vim hujus Ordinationis.

g *Sciturі. Verſ.*

h *Grati.* Rependendo, ſc. bonum pro bono.

i *Gratiæ.* i. e. Gratæ voluntati, vel gratæ operationi.

k *Dolebimus.* i. e. Triſtabimur.

l *Ingratis.* i. e. Non gratis, vel gratiam facere nolentibus.

In elevatione corporis Chriſti pulſentur Campanæ, ut Officio intereſſe nequeuntes, ſaltem videantur remitti peccata, apparet, quòd contra Jura Divina & Humana conceduntur, & Divinæ Juſtitiæ non concordant, cui Humana debet ſe conformare. 11. *q.* 3. *revera.* Præterea alibi legitur, quòd Deus non dimittit dedecus culpæ ſine decore juſtitiæ. *de conſe. di.* 4. *baptiſati.* Et Beatus *Auguſtinus* dicit, qd opus eſt miſericordiæ peccanti peccata dimittere: ſed oportet, ut juſtus miſereatur juſtè. *de pœni. di.* 1. *quem pœnitet.* Præterea, pœnam Inferior à Superiore inflictam tollere non poteſt. 21. *di. inferior. & in Cle. nè Romani. de elect.* Hinc eſt, quòd de Pœnitentia impoſita per Papã non poteſt Epiſcopus minuere, nec inferior Prælatus de impoſita per Epiſcopum; ut notatur *de ſortileg. c.* 2. & facit qd notatur *de accuſa. c. cum P. in glo. fina.* Sed Deus qui eſt Superior, pœnitentem abſolvendo à culpa, mediante cordis contritione, obligat ſeu dimittit obligatum ad pœnam. *de pœni. di.* 1. *ſi peccatum. & c. ſicut primi.* ergo &c. Præterea, Satisfactio eſt pars Pœnitentiæ. Nec dicitur Pœnitens, qui non ſatisfacit. *de pœni. di.* 1. *tres ſunt. et c. non ſufficit. et c. quamobrem.* Unde qui non ſatisfacit cùm poteſt, non abſolvitur à Deo: 14. *q.* 6. *ſi res aliena.* niſi in Baptiſmo. *de conſe. di.* 4. *ſine pœnitentia.* Unde legitur, quòd habemus duas Tabulas ad peccata expiandã, ſcil. Baptiſmum & Pœnitentiam. *de pœni. di.* 1. *c. ſecunda poſt naufragium. de ſumma Trini. c.* 1. Sed de Indulgentiis non habemus expreſſum, nec in Canone Bibliæ, nec in Evangelio, nec in Epiſtolis talem conceſſam fuiſſe poteſtatem Apoſtolis, vel eorum Succeſſoribus legimus; nec Beatum *Petrum*, nec *Paulum*, vel alios Apoſtolos talia conceſſiſſe; Ergo quod non eſt Sanctorum Patrum Auctoritate ſancitum, ſuperſtitioſã adinventione non eſt præſumendum. 2. *q.* 5. *conſuluiſti.* 31. *q.* 2. *ſi dormierit.* Præterea, poteſtas ligandi & ſolvendi eſt tradita Miniſtris Eccleſiæ ad ædificationem, non ad deſtructionem. *de pœ. di.* 6. *c.* 1. facit 23. *q.* 4. *non in perpetuum.* Sed Indulgentia, quæ eſt gratuita remiſſio pœnæ peccatorum, tendit ad deſtructionem; quia per eam remanent delicta impunita, contra *c. ut famæ. de ſen. Excom. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.* Item tribuit incentivum delinquendi facilitas veniæ: unde cùm illa, quæ invitant homines ad delictum, ſint de genere malorum, nulla pactione confirmantur: ut *l. convenire. ff. de pac. dotal.* & facit *c. ut Clericorum. cum ibi notatis. de vi. et ho. Cler.* & facit ad idem *l. inſpiciendum. in prin. ff. de pœnis.* Ibi neque enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, prout unaquæque res poſtulat, ſtatuendum eſt: & facit ad hoc *l.* 1. *poſt princi. ff. ad Turpil.* ubi pœna Legis auctoritati reſervatur, non Præſidentis arbitrio committitur. Ex his omnibus concludendum videtur, quòd hujuſmodi Indulgentiæ ſint contra Jura Divina, & contra ſacros Canones atque Leges. Ad oppoſitum tamen, quòd Indulgentiæ hujuſmodi ſint validæ, facit, quia hoc fatentur omnes Theologi, ſicut patet in ſcriptis ſuis. [r]Item omnes Canoniſtæ, ſicut patet hoc eodem *titu. in antiquis. li.* 6. & in *Clem. per totum.* & ſignanter in *Cle. ſi dominum. de re. & vene. ſancto. in fi.* & probatur auctoritate *Auguſtini* dicentis, " Quod quilibet Sacerdos remittit, Deus remittit. *de pœni. di.* 1. *quem pœnitet. ante medium.* Item hoc ſervavit Eccleſia, à tempore cujus contrarii memoria hominum non exiſtit. Et Beatus *Gregorius*, qui fuit Sanctus, hoc ſervavit: nec putandum eſt totam Eccleſiam errâſſe. Nam dictum eſt *Petro* in Perſona totius Eccleſiæ, *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Luc.* 22. *de pœni. di.* 2. *ſi enim inquit.* Præterea, hoc idem probatur per illud Privilegium datum *Petro* & Succeſſoribus ſuis, *Quodcunque ligaveris &c.* 20. *diſt. in prin.* 24. *q.* 1. *quodcunque.* Præterea in *Exod. c.* 21. legitur de Indulgentiis ſive Remiſſionibus, quæ fiebant in Anno Jubilæo; & notatur 8. *di. in prin.* Et ab his Juſtificationibus cepit Jus Conſtitutionis, ut ibi dicitur, & de quibus habetur *de pœ. di.* 1. *qui domum.* ad quarum Remiſſionum exemplificationem fiunt Remiſſiones Anno Jubilæo, ut patet in *Extravag. Bonifacii*, quod incipit, *Antiquorum.* Præterea cauſa poſtiſſima Validationis Indulgentiarum eſt Unitas Eccleſiæ, viz. corporis Chriſti Myſtici, in qua multi viri ſancti opera pietatis & Miſericordiæ ſupererogaverunt ultra menſuram ſuorum Delictorum, dum patienter opprobria, contumelias, & infinitas paſſiones & cruciatus, quæ non merebantur, ſuſtinuerunt; ut dicam *infrà. de pœni. & re. c. cum ſalubriter. ver. theſaurus myſticus.*

---

m *Altiſſimus.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem, cujus & proxima præcedens. Et eſt pars hujus *ſuprà. de ſum. Trini. & fide Cath. c. altiſſimus. ſuprà de Parochiis. eo. c. & infrà. de pœn. & remiſ. eo. c.* & habet quinque dicta. In primo ponitur Statutum, ſive quædam Ordinatio, tendens ad exaltationem cultûs ſive reverentiæ quæ exhibenda eſt Sacramento Altaris. In ſecundo ibi, *Statuimus*, hortatur, ut quilibet Sacerdos ad minus Miſſam celebret ſemel in Hebdomada. In tertio ibi, *Parochiales*, ſtatuit circa Sacramentum Euchariſtiæ, non miniſtrandum eis de quorum Confeſſione non conſtat. In quarto ibi, *Nullus etiam*, prohibet nè miniſtretur Parochiano alterius ſine licentia ejus ſpeciali. In quinto ibi, *Quam Ordinationem*, ponit Clauſulam reſtrictivam Ordinationis prædictæ. *Divisio.*

n *Elevatione.* Quæ fit, ut populus illud adoret.

o *Pulſentur.* Ut ſc. ſonent ex una parte ad minus, ut dicitur in Textu.

p *Campanæ.* Non intelligas de pluribus illo tempore ſimul pulſandis in una Eccleſia, quia ſufficit unam ſonari; ſed pluraliter loquitur reſpectu plurium Eccleſiarum. Et hæc pulſatio fieri debet de Campanis illis quæ longiùs poſſent audiri, quod ſatis patet per rationem quæ ſequitur.

q *Ut populares.* Verſ. ubi ponitur finis, ob quem ſic ſtatuitur.

r *Flectant genua.* Saltem Cordis. *Argu. ad hoc de immu. Eccle. c. decet. li.* 6.

ſ *Indulgentias.* A quibus tales Indulgentiæ conceſſæ ſunt, hic non exprimitur. Sufficit tamen, ſi ſint conceſſæ, quòd per eos qui volunt conſequi ipſas Indulgentias, fiant ea pro quibus fiendis conceduntur Indulgentiæ hujuſmodi. Aliàs, ſi quis non faciat ad propter quod conceditur Indulgentia, ipſam non conſequitur, etiamſi libentiſſimè illud faceret, cùm tamen non poteſt; ſecundùm *Tho.* & *Albertum*, & notatur per *Fo. in ſumma confeſ. li.* 3. *ti.* 34. *q.* 187. Et quia hic occurrit aliquid ſcribendum circa materiam Indulgentiarum, poteſt, ut videtur, non improbabiliter ſuaderi, quòd parum proſunt vel prodeſſe poſſunt Indulgentiæ, quæ ut communiter à Prælatis Eccleſiæ conceduntur. Nam aut intelliguntur conceſſæ impœnitentibus, aut pœnitentibus: ſi impœnitentibus, non videtur poſſe defendi, quòd Indulgentia comitetur eos; nam manente culpâ impoſſibile eſt remitti pœnam. *de conſe. di.* 4. *Baptiſmi vicem. de pœ. di.* 3. *ſanè cavendum.* Item impœnitens retinet odium Dei, & ſic culpam, quibus ſtantibus impoſſibilis eſt Remiſſio. *de pœni. di.* 1. §. *hoc idem. & c. voluiſſent.* Et ideo Regula Juris eſt, quòd *Venia peccati non datur niſi correcto. de Reg. Juris. c. peccati. li.* 6. Quod autem hujuſmodi Indulgentiæ non proſint pœnitentibus, probatur: nam pœnitentibus debet imponi Pœnitentia juxta qualitatem & quantitatem delicti. 47. *di. omnes.* ibi, *Sicut exhibuiſtis membra &c.* Et alibi dicit Canon, *Quanto tempore errâſſe te nôſti, tanto humilia teipſum. de pœni. di.* 1. *vide benignum. & Apocal.* 18. *Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date ei tormenta & luctus. Et ſecundùm quantitatem Delicti erit Plagarum modus. Deuter.* 25. *de pœ. di.* 1. *quia divinitatis.* Imò, ut dicit Canon, *Productior debet eſſe Pœnitentia, quàm Delictum. de pœni. diſt.* 1. *c. in præſentia. & c. productior.* Cùm ergo per hujuſmodi Indulgentias, nullâ prævià ſatisfactione, *Nota latè de materia Indulgentiarum.*

Genua flectant. Nec miniſtretur Corpus Domini, niſi eis quos conſtat confeſſos eſſe, & Parochianos ejus, in qua recipiant, Eccleſia; niſi permiſſionem habeant, aut peregrini ſint, aut neceſſitas urgeat.

Idem.

[m] Altiſſimus, & *infrà.* [n] In elevatione corporis Chriſti ab una parte ad minus [o]pulſentur [p]Campanæ, ut [q]populares, qui Celebrationi Miſſarum non valent quotidie intereſſe, ubicunq; fuerint, ſive in agris, ſive in domibus, [r]flectant genua, [ſ]Indulgentias conceſſas à pluribus

Hi enim non ceſſant orare pro nobis, & Eccleſia fundit preces ad eos, ut orent ad Deum pro nobis, ut patet in Letaniis. Et facit ad hoc 13. *q.* 2. *animæ defunctorum.* Et Beatus *Paulus* pollicetur pro ſuis ſine intermiſſione ad Deum Orationes porrigere. 22. *di. ſacroſancta.* Præterea, his ceſſantibus, meritum mortis & Paſſionis, & effuſionis ſanguinis Chriſti remiſſionem peccatorum operatur. *de conſe. diſt.* 2. *quia corpus.* Ipſe enim obtulit ſe hoſtiam pro peccato. *de conſe. di.* 2. *non eſt.* Et illa pœna & Martyrium, quæ injuſtè pertulit, quinimò minima ejus gutta ſanguinis erat ſufficiens ad ablutionem delictorum noſtrorum. Unde *Iſa.* 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & pro tranſgreſſoribus oravit.* Sua igitur merita & Sanctorum nobis communicans, poteſtatem *Petro* & Succeſſoribus ſuis dedit ligandi & ſolvendi. Iſta igitur Indulgentia pœnæ pro peccatis infligendæ conceditur verè pœnitentibus & confeſſis, in remunerationem præmii Sanctorum Martyrum quaſi-ſufficientes ſint debitores, & pro nobis ſatisfaciendo liberent nos à pœna. Diſpenſationem verò iſtorum meritorum, quibus à pœna peccatorum poſſumus liberari, Chriſtus (ut dixi) *Petro* commiſit, & Succeſſoribus ſuis, qui etiam Epiſcopis in partem ſollicitudinis vocatis talia commiſerunt, ſicut & alia; ut in *c. mandata. extra. de Præſump.* Reſtat igitur reſpondere ad contraria: & primò ad id quod dicitur, quòd impœnitentes non gaudent Indulgentiis, quia Venia non datur niſi correcto: fateor. Sed pœnitenti datur, vel proponenti ſe corrigere, & ſic jam corde contrito bene valent, ſi tamen hoc habeat forma Indulgentiæ. Pro quo facit 17. *q.* 1. §. *ſi ergo.* Papa enim qui habet ſummam poteſtatem, & in quo repræſentatur Eccleſia, indulgendo, videtur nobis communicare opera Sanctorum, & Paſſionis Chriſti, & ſic ſatisfacere & ſolvere pœnam pro delicto peccatori infligendam. Et per hoc ſimul Juſtitia cum Miſericordia conſervatur; quia prior eſt Contritio, quæ accedit ad Juſtitiam, & ſequitur Indulgentia, quæ eſt ad partem Miſericordiæ. Ad hoc *de pœni. di.* 1. *nullus debitæ.* Et per hoc etiam ſolvitur aliud contrarium. In quo dixi, qd Satisfactio debet præcedere, ut Pœna remittatur: & qui non ſatisfacit, non dicitur Pœnitens; nam Contritio pro Satisfactione habetur: & alius, ſc. Sanctorum merita, quæ communicat Eccleſia pro peccatoribus, ſatisfacere dicitur; ut in *c. qui per alium. de Reg. Jur. li.* 6. Ad aliud contrarium, in quo dixi, quòd Indulgentiæ ſunt ad deſtructionem, non ad ædificationem fidelium, ex eo quòd *facilitas veniæ &c.* Reſpondeo, quòd imò præbent remedium contra peccatum vitandum, ratione Contritionis, ad quam diſponitur homo, ut eis poſſit gaudere. Et cum hac concurrit Gratia gratum faciens, quam meretur ex humilitate & opere pio. Caveat tamen, nè iſtam Gratiam ſuſcipiat quis pravo corde, negligendo propter ipſam Indulgentiam bona opera in poſterum. Tales namq; licèt propter Indulgentiã reddantur immunes, tamen ex contemptu poſſunt ligari. 11. *q.* 3. §. *cum ergo.* 24. *q. notandum.* Unde dicit Canon, quòd negligentia & ſuperbia parit offenſam, & loquitur de contemnente ſatisfactionem pro delicto. *de pœni. di.* 1. *prædixerit.* Non ergo contemni debet Pœnitentia injuncta, vel Satisfactio propter Indulgentiæ ſuſceptionem. Ad illud quod dixi de iſtis Indulgentiis, nullo Jure caveri; Dico, quòd imò cavetur in illo privilegio, quod datum fuit *Petro* & Succeſſoribus ſuis, *Quodcunque ligaveris &c.* de quo *ſuprà* dixi; tacitè namq; illud generale privilegium hoc includit. Hanc materiam tangit *Petrus de Ancho. de pœni. & remiſ. c. abuſionibus. ver. circa iſtas Indulgentias. in Clem.* qui ſuper eadem remittit ad ea quæ notat *Gaſpar. de Cald. extra. de pœni. et remiſ.* in repetitione quam facit *ſuper c. noſtro. eo. ti.*

a *Statuimus.* Secunda pars.

b *Quilibet Sacerdos.* Sive Curatus, ſive non Curatus.

Caſus quibus Sacerdos à celebratione Miſſarum excuſari poteſt.

c *Canonica neceſſitas.* Quæ poteſt ex diverſis cauſis conſiderari; ut quia Suſpenſus eſt, vel Excommunicatus, vel Interdictus, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de ſenten. et re. judi. c. cum æterni. li.* 6. *extra. de Clem. excommunica. vn. c. ulti. per Doct.* vel quia eſt in peccato Mortali; vel quia ſibi contingit Indevotio, vel mentis hebetudo, vel immunditia corporalis per pollutionem in ſomnis. Pro quibus pleniùs vide notata per *Jo. in ſumma confeſ. li.* 3. *ti.* 24. *q.* 73. Et circa pollutionem in ſomnis poteſt breviter dici, quòd ubi pollutio talis ortum habet à peccato Mortali, abſtinendum eſt ex neceſſitate; ubi non habet ortum ex Mortali peccato, abſtinendum eſt ex honeſtate. Eſt tamen in arbitrio polluti abſtinere, vel non abſtinere. Ubi verò dubium eſt, debet etiam pollutus ex neceſſitate abſtinere, ſecundùm *Petrum*, qui ſic notat, ut recitat eum *Jo.* loco prælallegato. Et vide quod circa hoc legitur & notatur *di.* 6. *c. teſtamentum.* Poteſt etiam dici *neceſſitas Canonica*, ſi non habeat naturalem digeſtionem cibi, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur in *c. ſi conſtiterit. de accuſ.* Item infirmitas, quod dic ut notatur 7. *q.* 2. *in ſumma. per Jo.* Item quia non poteſt abſque periculo corporis jejunare, quia Miſſa non eſt dicenda niſi à jejuno. 7. *q.* 1. *nihil. cum glo. de cele. Miſſ.*

Epiſcopis habituri. e Statuimus inſuper, ut b quilibet Sacerdos, quē c Canonica neceſſitas non excuſat, d conficiat e omni Hebdomada f ſaltem ſemel. g Parochiales inſuper Sacerdotes caveant diligenter, nè alicui dent h corpus Domini, niſi i priùs k conſtet l eis m ipſum n confeſſum

d *Conficiat.* Aliqui Libri habent, *conficatur*, ſed illa Litera eſt corrupta & erronea; & hoc patet, quia totum iſtud Capitulum loquitur in materia Sacramenti Euchariſtiæ: & in Monachis ſtatutum eſt, quòd non arctantur ad Confeſſionem niſi ſingulis ſex menſibus, ut patet in *Clem. nè in agro. de ſtatu. Mo.* §. *ſane.* Clerici verò Sæculares & Laici non arctantur niſi ſemel in anno: *Extra. eo. ti. c. omnis utriuſque.* licèt quoties peccaverit quis, toties expediat confiteri, ſecundum *Inno. ibi. ver. ſemel.* Et dic, *conficiat*, i. e. Miſſam celebret, in qua Confeſſionem omittere non debet, nec propter alicujus peccati conſcientiam debet fingere ſe conſecrare, cùm hoc non faciat, quia ſic faciens dupliciter offendit: offendit enim Deum, & Populum decipit. *Extra. eo. c. de homine.* Et non ſolùm debet conficere, ſed etiam communicare. *de conſe. di.* 2. *relatum.*

e *Omni Hebdomada.* i. e. Septimana.

f *Saltem ſemel.* Et hoc fiat die Dominica, ſi fieri poterit, juxta illud *Aug.* "Quotidie Euchariſtiæ communionem accipere nec lau-"do, nec vitupero; omnibus tamen Dominicis diebus ad communicandum hortor. *de conſe. diſt.* 2. *c. quotidie.* Et iſta Conſtitutio facta eſt ad invitandum Presbyteros frequentiùs celebrare, qui forſan vix quater in Anno conſueverunt celebrare; ſecundùm ea quæ leguntur *Extra. eo. c. dolentes.* Et hic nota, ſecundùm *Thomam*, qd licèt quidam dicant Sacerdotem non peccare, qui dimittit celebrationem Miſſæ, niſi habeat Populum ſibi commiſſum, vel ex obedientia teneatur celebrare; tamen quia, ut *Grego.* dicit, cùm creſcunt dona, rationes creſcunt donorum. Ideo cùm Sacerdoti ſit data poteſtas nobiliſſima, reus eſt negligentiæ niſi uratur eã ad honorem Dei & ſalutem Animæ ſuæ, & aliorum vivorum & mortuorum; ſecundùm illud 1 *Petri* 4. *Unuſquiſque, ſicut accepit gratiam, alterutrum illam adminiſtret &c.* niſi forſan aliquis ex familiari Spiritûs Sancti inſtinctu dimitteret: ſicut legitur in quodam ſancto Patre, in Vitis Patrum, qui Ordinatus nunquam poſtea celebravit; Sacerdos enim tenetur Deo Sacrificium reddere, licèt nulli homini teneatur. Sacerdotibus enim præceptum eſt, *Hoc facite in meam commemorationem.* Et ſic dicit *Thomas* in ultima parte *Summæ. q.* 82. *arti.* 1. & addit, quòd ſaltem videtur qd celebrare teneatur in præcipuis Feſtis, & maxiè in illis diebus in quibus fideles communicare conſueverunt.

g *Parochiales.* Tertia pars.

h *Corpus Domini.* i.e. Euchariſtia, de cujus materia plura dixi *ſuprà. de ſumma Tri. et fide Ca. c. altiſſimus.* qd eſt pars hujus Capituli, & alia poteris videre *eo. ti. c. ſi dominium. in Clem. et extra. eo. c.*

i *Priùs.* i. e. Antequam illud miniſtret. (*cum Martha.*

k *Conſtet.* Ut *infrà* ſequitur, ibi, *teſtimonio &c.*

l *Eis*, Scilicet Sacerdotibus.

m *Ipſum.* ſc. Cui illud habent miniſtrare.

n *Confeſſum.* Sed nunquid contritus, non tamen confeſſus, recipiendo Corpus Chriſti peccat? Dic, ſecundùm *Petrum*, quòd peccator contritus ante Confeſſionem, volens communicare, aut habet copiam Confeſſoris, qui eum poſſet abſolvere, aut non: ſi ſic, tunc peccat ſine Confeſſione communicando, quia ad Sacramentum Eccleſiæ requiritur reconciliatio ſecundùm judicium Eccleſiæ; aut non habet, tunc ſi imminet aliqua neceſſitas communicandi, ut quia timet ſcandalum populi, vel amiſit loquelam, & tunc non peccat, ſi hoc faciat cum propoſito confitendi quando poterit; ſi verò non imminet aliqua neceſſitas, tunc peccat: & his *concor. Albertus. diſt.* 16. Hic tamen quæro, quæ eſſet cauſa hujus prohibitionis, quòd non miniſtretur alicui Corpus Chriſti, niſi ei quem priùs conſtet eſſe confeſſum? Ratio poteſt eſſe, quia exiſtenti in peccato mortali non eſt miniſtrandum. *de offi. ordi. c. ſi ſacerdos. de gari conſe.*

Quæſtio.

An non confeſſo debeat Euchariſtia Sacramentum dari?

conſe. di. 2. qui ſcelerate. & *c. ſequenti.* Circa hoc tamen dic, quòd ſi Sacerdos ſciat peccatum alicujus qui petit Euchariſtiam, & illud peccatum occultum eſt, & exigit in occulto; debet ei denegare, & eum monere ne in publico petat. Si autem Euchariſtiam petat, in manifeſto debet ei dare. *de conſe. di. 2. c. non prohibeat.* Et hujus ratio eſt quadruplex.

Una eſt, quia pro peccato occulto pœnam publicam inferens, eſt revelator Confeſſionis, aut proditor Criminis. Alia eſt, quia quilibet Chriſtianus habet Jus in perceptione Euchariſtiæ, niſi illud per peccatum Mortale amittat. Unde cùm in facie Eccleſiæ non conſtet talem amiſiſſe jus ſuum, non debet ei in facie Eccleſiæ denegari; aliàs daretur facultas malis Sacerdotibus pro ſuo libito punire hac pœna quos vellent. Tertia eſt propter interitudinem ſtatûs ſumentis, quia Spiritus ubi vult ſpirat; unde ſubitò poteſt eſſe compunctus, & à peccato mundatus, & Divinâ inſpiratione ad Sacramentum accedere. Quarta eſt, quia eſſet ſcandalum ſi denegaretur. Et his concordat *Alber. in h. de Miſſa. in fi.* Si verò peccatum eſt manifeſtum, debet ei denegari, ſive in occulto ſive in manifeſto petat; prout hæc notantur per *Fo. in ſumma confeſ. li. 3. c. 24. q. 78.*

d. Digniorum.

a *Teſtimonio.* Illius forſan cui confeſſus eſt; aliàs aliorum, qui viderunt eum auriculariter & per modum Confeſſionis loquentem cum Sacerdote.

b *Fudicio.* i. e. Oſtenſione, vel demonſtratione.

c *Et hujuſmodi.* Reſpondet tacitè quæſtioni. Forſan aliquis quærit, quis certificabit Sacerdotem qd talis confeſſus eſt? Cui reſpondet, ut hic patet.

d *Suſceptoris.* i.e. Suſcipere volentis Corpus Chriſti.

e *Sacramento.* i. e. Juramento. Circa hoc vide quæ dicam *infrà. de pœni. & remiſ. c. ſacerdos. ver. vel Epiſcopi.* ubi apparet, qd credendum eſt nudæ aſſertioni dicentis ſe eſſe Confeſſum. Sed hoc qd hic dicitur, intellige quando Sacerdos habet eum probabiliter ſuſpectum; quo caſu poteſt ab eo exigere Juramentum.

f *Saluti ſuæ.* Non eſt enim præſumendum, quòd aliquis ſit immemor ſuæ ſalutis. *C. ad l. Jul. repe. l. fi.*

g *Nullus etiam.* Quarta pars.

h *Sacram Communionem.* i.e. Euchariſtiam, ſive Corpus Chriſti.

i *Præbeat.* Id eſt, miniſtret.

k *Alterius.* Tali videlicet, qui non ſit Parochianus ſuus.

l *Sacerdotis.* Qui, ſupple, præeſt Curæ Animarum, ut patet ex hoc quod dicit, *Parochiano &c.*

m *Ipſius.* Scilicet Sacerdotis.

n *Licentia.* In Religioſos, qui hodie miniſtrant Parochiano alieno Sacramentum Extremæ Unctionis, vel Euchariſtiæ, vel qui ſolemnizant Matrimonium inter Parochianos alienos ſine licentia ſpeciali Curati, ferur ſententia Excommunicationis ipſo Jure. *de privil. c. 1. in Clem.* Hic tamen non fertur in contrafacientes aliqua pœna. Et ſic hæc Conſtitutio modicum prodeſſe poterit quoad contrafacientes, ſecundùm notata per *Doctor. de cenſ. c. 2. li. 6.*

o *Quam Ordinationem.* Quinta pars. Et intellige de Ordinatione de qua loquitur §. *proxi.*

p *Peregrinantes.* Viatores namque cujuſlibet Eccleſiæ Parochiani exiſtunt. *Argu. ff. de judi. l. hæres abſens.* Unde & Scholaris, divertens ſe ad ſtudium, dum ibi moratur, efficitur pro tempore Parochianus ejus, in cujus Parochia degit, ſecundùm ea quæ notat *Hoſtienſis in ſumma. de paroch. §. quis intelligatur Parochianus. ver. quid de Scholaribus.* maximè quando hoc faciunt Scholares de licentia Prælatorum ſuorum, ut ibi dicitur. Et potes intelligere aliquem eſſe peregrinantem, non ſolùm ſi longè à ſua propria Parochia peregrinetur; ſed et ſi proprium relinquens domicilium, aliud ſibi quærit iter faciendo, vel navigando. *Ar. ad hoc ff. ad munici. l. Labeo. in prin. & l. ejus. §. Celſus.*

q *Periclitantes.* i. e. In periculo mortis conſtitutos. Pone exemplum in puniendis ultimo ſupplicio, quibus non eſt negandum Sacramentum Pœnitentiæ; ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de pœni. & remiſ. c. 1. in Cle.* nec per conſequens Sacramentum Euchariſtiæ: *Extra. de pœni. et remiſ. c. quod in te.* licet non ſemper hoc ſit verum, ut legitur & notatur *de ſenten. Excom. c. ſi. li. 6. ubi de hoc per Fo. et Archidia.*

r *Neceſſitati caſui.* Supple, *alteri cuicunque.* Neceſſitas namq; facit licitum, quod aliàs foret illicitum. *de Præben. c. expoſuiſti.*

fuiſſe [a] Teſtimonio vel [b] Judicio fide †digno. [c] Et hujuſmodi Certificationis onus ipſius [d] ſuſceptoris imponimus [e] Sacramento, qui habet ea quæ [f] ſaluti ſuæ ſunt neceſſaria procurare. [g] Nullus etiam [h] ſacram Communionem [i] præbeat Parochiano [k] alterius [l] Sacerdotis ſine [m] ipſius [n] licentia manifeſta. [o] Quam Ordinationem non intendimus ad [p] Peregrinantes extendere, vel [q] periclitantes, nec [r] neceſſitatis caſui derogare.

Celebrans in Loco non Conſecrato ſine Diœceſani permiſſione, menſe uno de facto ſuſpenſus ſit à Celebrandi Officio; nec Diœceſanus permittat, niſi Magnatibus à Conſecrato latè diſtantibus. Prælatis tamen & Regiis Capellanis hic Canon non præjudicat.

Johannes Stratford.

[s] QUàm ſit inhoneſtum, & *infrà.* De Fratrum noſtrorum, & totius Concilii aſſenſu Decernimus [t] quemcunque in [u] Oratoriis, [x] Capellis, aut [y] domibus [z] non Conſecratis, ſeu in [a] loco minimè [b] Dedicato ſeu [c] delibato [d] Miſſarum Solennia, [e] Diœceſani

10. q. 3. unio. de æta. et qualit. exim te. de re. Eccle. non alie. c. 1. in Clem. Unde ſolet dici, quòd Neceſſitas non habet Legem. *de conſue. c. quanto. de conſe. diſt. 5. diſcipulos. in glo.*

[s] *Quam ſit inhoneſtum.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Stratford*, & habet quatuor dicta. Primò prohibet ſub pœna Miſſas celebrare in Oratoriis non conſecratis, publicis vel privatis, ſeu locis non Dedicatis, ſine licentia Epiſcopi. Secundò ibi, *Licentiam*, diponit quibus perſonis debet concedi talis licentia. Tertiò ibi, *per hoc*, reſtringit hoc Statutum quoad certas perſonas. Quartò ibi, *Sacerdotes*, excipit ab hoc Statuto Sacerdotes Regum & Reginarum *Angliæ*, & liberorum ſuorum. *Diviſio.*

t *Quemcunq;.* ſc. Sacerdotem, & intellige etiam de exempto; nam etſi ſit exemptus, in hoc tamen caſu ſubeſt coertioni Ordinarii loci, *de privile. c. auctoritate. li. 6.*

u *Oratoriis.* Supple, *etiam publicis*, de quibus loquitur Textus *de privile. c. auctoritate. li. 6.* ſecundùm *Archid.* ibidem, qui illud intelligit de Eccleſiis, prout aliàs ſumitur Oratorium. 42. *di. c. ulti.* Et ſic ibi notatur per eundem in ſuo *Roſario.* Quandoq; tamen Oratorium ſumitur pro loco privato, quod deputatur ad Orandum, & ſic ſumitur hic: unde, ſecundùm *Fo. An. Oratorium* differt ab *Eccleſia*; nam in Eccleſia ſtatuitur certa dos pro Rectore, & aliis neceſſariis. *de conſe. di. 1. nemo. Oratorium* verò dicitur, quod non eſt ædificatum ad Miſſam dicendam, nec dotatum, ſed ordinatum ad Orandum. *de conſe. di. 1. unicuique.* Et tale Oratorium poteſt quis ædificare ſine conſenſu Epiſcopi, tamen ſine licentia Epiſcopi non poteſt ibi Celebrari; ſed hanc licentiam non concedet in majoribus Feſtivitatibus. *ex. diſ. Clericos. & c. ſi quis.* Et hujuſmodi Oratoria quandoque conſtruuntur ex neceſſitate, cùm ibi non ſit Eccleſia vicina, & tunc debet permittere Epiſcopus, ut ibi Celebretur, & non aliter; ut *d. c. unicuique. & c. ſi quis.* In dictis tamen Oratoriis non poſſunt imponi Campanæ ſine auctoritate Epiſcopi. *Extra. de privile. c. patentibus.* Fiunt enim hujuſmodi Oratoria ad Orandum, non ad Celebrandum, niſi auctoritas Epiſcopi interveniat, vel aliud privilegium à Sede Apoſtolica impetretur. *de privile. c. in hiis.* Et expreſſum eſt *Authent. ut nullus fabricet Oratoria domum. §. 1. col. 7.* Prædicta notantur *de cenſ. c. ult. per Fo. in ro.* Eccleſia et Oratorium differunt.

x *Capellis.* Simile habes *de conſe. di. 1. concedimus. de privil. c. auctoritate. li. 6.* Et poteſt *Capella* dici idem quod Oratorium, vel quæ præparata eſt non ſolùm causâ Orandi, ſed etiam Miſſas celebrandi, tamen cum Epiſcopi auctoritate, ſed non habet propriam parochiam ei deputatam: & dicitur quandoque etiam *Capella*, licèt ſit dedicata, ad differentiam Eccleſiæ majoris à qua dependet, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de ma. & obe. c. Presbyteri. verb. Capellarum.*

y *Domibus.* Quæ ſc. non habent ſimilitudinem Oratoriorum, neque Capellarum.

z *Non conſecratis.* Hoc referas non ſolùm ad domos, ſed etiam Capellas & Oratoria.

a *Loco.* Supple, ubi nec eſt Oratorium, nec Capella, neq; domus, utputà, ſub Divo, vel in Tentorio; *de conſe. di. 1. concedimus.* niſi in caſu neceſſitatis, ut ibi patet. Et facit ad hoc quod hic dicitur *de conſe. di, ſicut. & 4. c. ſequenti.*

b *Dedicato.* Iſtud quod dicit *dedicato*, ſive *delibato*, idem eſt qd prius dixit, *conſecrato. de conſe. di. 1. ſicut.*

c *Delibato.* Aliàs eſt in litera *delibuto*: differunt namq; *delibare & delibuere.* Eſt enim *delibare* idem quod ſacrificare, immolare, ſummare, contingere, vel parumper degustare; ſed *delibuere* idem eſt qd inungere, vel liquore perfundere, & hoc ſolet fieri in Templi vel Eccleſiæ Dedicatione. *de conſe. di. 1. c. 1. in prin.* Sed iſtud quod hic dicitur, ſumitur ex *c. ſicut. de conſe. di. 1.* ubi habetur in Textu *delibatis*, i.e. *conſecratis*, ſecundùm *Fo.* ibi. Delibare et Delibuere differunt.

d *Miſſarum ſolennia.* De Maturinis verò, & aliis Horis, non ſic eſt prohibitum; ut notat *Archid. de conſe. di. 1. c. Eccleſias.*

e *Diœceſani.* Supple, *vel Papa.* Sed nunquid Archiepiſcopus poſſit licentiam, de qua hic dicitur, concedere extra Diœceſin ſuam? Ex hac litera videtur quòd non, æſtimo tamen quòd ſic: quia concedere talem licentiam non concernit Juriſdictionem contentioſam, ſed voluntariam, ſecundùm ea quæ notantur *per Ber. de pœni. & remiſ. c. noſtro.* & quicquid ſit de Jure, ſic obſervat Archiepiſcopus de Conſuetudine,

a *Non obtentâ.* Non ergo ſufficit licentiam petere, niſi obtineatur.
b *Canonum. De conſe. di. 1. ſicut. cum 4. c. ſequenti.*
c *Divinorum.* Id eſt, Miſſarum.
d *Celebratione.* Simile habes *de conſe. di. 1. c. nullus.*
e *Per menſem.* Incipiendo ſc. ſtatim ab illo die, quo in tali loco celebraverit.
f *Incurrere.* Sume qd eſt *ſuprà. decernimus.*
g *Licentiâ.* Secunda pars.
h *Locis hujuſmodi.* ſc. Oratoriis, Capellis, domibus, aut locis aliis ſupradictis.
i *Conceſſam.* ſc. De præterito.
k *Concedendam.* ſc. De futuro. Simile habes *de homici. c. 2.* ubi videas. *Jo. An. ſuper ver. providere. li. 6. & defen. Excom. c. Romana. ver. futuris. per eundem.*
l *Perſonis aliis.* ſc. Singularibus.
m *Magnatibus.* i.e. Potentibus in populo, quibus etiã Epiſcopi licentiam audiendi Miſſas extra Eccleſiam Parochialem niſi cum magna difficultate concedere non debent. *de conſe. di. 1. c. certũ.*
n *Nobilibus.* i.e. Nomine & genere præclaris. Et hic nota, qd *Nobilitas* eſt qualitas illata per Principatum tenentem, qua quis ultra honeſtos Plebeios acceptus oſtenditur. Hanc deſcriptionem ponit *Bart. C. de digni. l. 1. li. 12.* ubi notabiliter tractat de Nobilitate, ponendo ibi quatuor opiniones ſuper eo, viz. quis dicatur *Nobilis*; & ibi ſubſequenter declarat ſingula contenta in deſcriptione prædicta. Et ex dicta Definitione colligi poteſt, quòd Milites, & eorum Superiores, habent dici *Nobiles.* Et idem intelligo de Armigero, cui conceditur Officium vel Adminiſtratio, cui Dignitas & Nobilitas annectuntur. ff. *de muner. & hon. l. honor.* Et intelligo illa Officia habere Nobilitatem & Dignitatem annexam, quæ ſic habentur in Provincia ſeu locò ubi tale Officium adminiſtratur. Hoc probat ex dicto *Inno. in c. de multa. extra. de Præben. et per Textum* ff. *de mune & hone. l. fi. in prin.* ibi, *Quæſtura in aliqua civitate inter honores non habetur.* Et ſic ille cenſendus eſt *Nobilis*, qui major eſt popularibus & Plebeiis in Dignitate & Honore, & pro Nobili reputatur. Et nota, quòd *Nobilium* ſtatus conſideratur in multis. Primò in obtinenda Licentia, de qua hic loquitur. Secundò in pœnis infligendis. Quod dic ut *no. 24. q. 1. quæ contra pacem. de jurejur. cum quidam.* ff. *de pœnis. l. quædam. cum ſimilibus.* Tertiò in Honorum exhibitione, Salutatione, & Sedis inter Judices aſſignatione. *C. de advo. diver. judi. l. 2. & 3. C. ubi Sena. vel cla. l. 3. §. ſedendum.* & notatur *3. q. 9. neceſſe.* Quartò in Beneficiorum obtinendorum pluralitate. *de Præben. c. de multa. in fi.* Quintò in facienda de eis cæteris paribus electione. *Auth. de defenſ. civi. c. interim. coll. 3. de appel. c. conſtitutis. ver. impotentiam.* Sextò in facienda Beneficiorum æquali diſtributione, & in aliorum bonorum liberâ adminiſtratione ff. *de dona. l. filius. §. nonnunquam.* ff. *de admi. tu. l. cum populares. §. tu. jurejur. l. quæro. cum ſimilibus.* Pro iſtis vide *Geſſ. in Extravag.* quæ incipit, *Execrabilis. verb. generis claritatem.*

Nobilium Status in multis conſiſtit.

o *Notabiliter diſtantibus.* Utputà, per unum Milliare, vel ultra. Et facit in ſimili *Extra. de Eccle. ædi. c. ad audientiam.* Sed ibi loquitur de Oratorio publico: unde melius facit *de conſe. di. 1. ſi quis extra.*
p *Notoriè debilibus.* Eriam licèt non ſunt nobiles, ſed aliàs propter debilitatem non poſſunt accedere ad Eccleſiam,
q *Infirmis.* Quomodo *infirmi* differant à *debilibus*, dixi *ſuprà. de conſti. c. quia incontinenti. e. prope finem. ver. infirmitas.*
r *Irritam.* ſc. Ipſo Jure. ſ *Per hoc tamen.* Tertia pars.
t *Prælatis.* Viz. Abbatibus, Decanis, Archipresbyteris, & Archidiaconis. Et hic vide quod ſcripſi *ſuprà. de ſacra. ſterau. vel non. c. ignorantia. ver. Prælati Eccleſiæ.*
u *Religioſis.* ſc. Qui non ſunt Prælati.
x *Oratoriis ſuis.* Solent namque Abbates, & hi qui ſuperiùs exprimuntur, in ſuis habitationibus Oratoria habere, non ſolùm ad Orandum, ſed etiam ad Celebrandum.
y *Ab antiquo.* Mos namque fideliſſimæ Veruſtatis ſervandus eſt. *C. de itſtiã. l. teſtamenta.*

[a]non obtentâ licentiâ, contra [b]Canonum prohibitionem de cætero celebrantem, Suſpenſionem à [c]Divinorum [d]celebratione [e]per menſem [f]incurrere ipſo facto. [g]Licentiâ autem ab Epiſcopis noſtræ Provinciæ Miſſas in [h]locis hujuſmodi non conſecratis [i]conceſſam celebrandi, & in poſterũ [k]concedendâ [l]perſonis aliis quàm [m]Magnatibus, ſeu [n]Nobilibus moram facientibus in locis ab Eccleſiis Parochialibus [o]notabiliter diſtantibus, aut [p]notoriè debilibus vel [q]infirmis, [r]irritam Decernimus, & inanem. [ſ]Per hoc tamen [t]Prælatis, & Rectoribus, & Canonicis Eccleſiarũ Cathedralium, vel [u]Religioſis nõ intendimus derogare, quo minus ipſi in [x]Oratoriis ſuis [y]ab antiquo [z]conſtructis Miſſas poſſint licitè celebrare, ſeu facere celebrari, ſicut fieri [a]conſuevit. [b]Sacerdotes inſuper, quos in Oratoriis, ſeu Capellis Regũ, aut [c]Reginarum [d]*Angliæ*, [e]liberorũm ve ſuorum erectis vel erigendis Miſſas celebrare contigerit, pœnâ prædictâ Nolumus coarctari.

z *Conſtructis.* Idem intelligas de conſtruendis in loco antiquorum. *Ar.* eorum quæ leguntur & notantur *de Judæis. c. 3.* Secus tamen ſi talia Oratoria de novo fuerint ædificata. *18. q. 2. c. de Monachis*, ubi vide notata per *Archi.* Et circa hoc vide quæ leguntur & notantur *de conſe. di. 1. c. de fabrica.* Nam in Oratoriis de novo conſtructis, ad effectum quòd in eis Miſſæ celebrentur, requiritur licentia Epiſcopi, ut ſuperiùs dictum eſt.
a *Conſuevit.* Hoc intellige verum, maximè eo caſu quo talis Conſuetudo habuit ortum à conſenſu Epiſcopi, qui, ut in talibus Oratoriis celebrari poſſint Miſſæ, conceſſit à principio, ſicut aliàs ſolet notari, ſecundùm *Doct. extra. de inſtitu. c. cum veniſſent.* quòd Inſtitutio auctorizabilis non poſſet pertinuiſſe ad Archidiaconum *Richmond*, niſi prius eam habuiſſet ex conceſſione Archiepiſcopi *Eboracenſis*: aliàs autem talis Conſuetudo introducta contra Canones, non valeret. Circa quod vide notata per *Hoſti. de conſue. c. cum venerabilis. glo. ulti.*
b *Sacerdotes.* Quarta pars.
c *Reginarum.* Quæ hoc nomine decorantur quamdiu Regibus viventibus conjunctæ ſunt. Nam Rege mortuo Uxor ejus definit eſſe Regina. *no. 27. q. 2. c. ſcripſit. glo. 1. per Jo.* & facit ad hoc Textus *de ſo. compe. c. ex parte.* ibi, *quondam Reginæ &c.* Et hoc verum intelligas quoad Adminiſtrationem, nam nomen retinet quouſque cum inferiori contraxerit. *C. de nup. l. cum te. ff. ad munici. l. filii. §. vidua.* Sed & tunc conſuevit nomen à Principe impetrari. ff. *de ſena. l. fœmineæ. & l. nupiæ. ſic no. per Hoſtien. d. c. ex parte. glo. 1. & ea. c. glo. ult. per Ber.*
d *Angliæ.* Unde ſi Rex vel Regina alterius Terræ veniret in *Angliam*, non poſſet facere in tali Oratorio coram ſe celebrari ſine licentia Epiſcopi abſque hoc, quòd Sacerdos ſic celebrans incurreret pœnam hic inflictam: nam quod in uno conceditur, in aliis videtur eſſe denegatum. *de præſump. c. nonne. cum ſimilibus.* Et hoc verum, niſi aliunde cum talibus fuerit ſuper hoc ſufficienter diſpenſatum.
e *Liberorum ſuorum.* Horum appellatione qui contineantur, vide ff. *de verb. ſig. l. liberorum.* & quòd Filii Naturales tantùm in hoc caſu contineantur appellatione *liberorum*, facit *l. generaliter. §. ult. C. de inſti. et ſubſti.* & circa hoc vide notata per *Jo. An. in Cle. unica. de Baptiſmo. ver. liberi.* qui videtur concludere, quòd appellatione *liberorum*, quoad Commodum vel Honores, non continentur Filii Naturales tantùm. Et concordat ibi *Paulus ea. ver.* Unum tamẽ ſcias, qd appellatio *liberorum* non extendit ſe ad omnes Inferiores in infinitum, ſed propriè verbum *liberorum* porrigitur ad Nepotes, ultra quos alii poſteri nuncupantur; ut *l. Juriſconſultus. §. parentes. ff. de gradibus.* ſic notat *Bart. d. l. liberorum. ad ſi.*

Nè conſecretur Euchariſtia, niſi Calice Aureo vel Argenteo.

Richardus.

[f]PRæcipimus, nè conſecretur [g]Euchariſtia niſi in Calice de Auro vel Argento; & nè [h]Stanneum Calicem aliquis Epiſcopus amodò benedicat, Interdicimus.

f *Præcipimus.* Hæc eſt Conſtitutio *Richardi* Archiepiſcopi.
g *Euchariſtia.* Quid ſit, vide *ſuprà. de offi. Archi. c. ut Archidiaconi. §. provideant. ver. Euchariſtia.*
h *Stanneum Calicem.* Pro intellectu ejus quod hic dicitur, vide quod ſcripſi *ſuprà. de ſum. Trini. & fide ca. c. altiſſimus. ver. in calice.* & circa hoc vide *Lotto. in c. fi. extra. eo. ti.* ubi tractatur hæc materia.

Sacerdos Hoſtiam Sacram ante perceptionem ore ſuo non tangat, et ſi eam de Patina ſumit, etiã Patinã perfundi aqua faciat, alioquin ſolum Calicem. Habeat præterea Pannum, quo ſe mundet, aptum.

Edmundus.

[i]IN celebratione Miſſæ [k]pacem daturus Sacerdos hoſtiam Sacram ante perceptionem ore ſuo non tangat, et ſi eam de Patina ſumit, etiã Patinã perfundi aqua faciat, alioquin ſolum Calicem. Habeat præterea Pannum, quo ſe mundet, aptum.

i *In celebratione.* Hæc eſt Conſtitutio *Edmundi*, & habet tria dicta. In primo ſtatuit, nè Euchariſta apponatur in Miſſa ori Sacerdotis ante ipſius perceptionem. In ſecundo ibi, *ſi verò*, ordinat quid fieri debet, quando Euchariſtia ſumitur de Patina. In tertio ibi, *Habeat quoque*, ſtatuit quid facere debet Sacerdos poſt ſumptionem Sacramenti. *Diviſio.*
k *Pacem.* i.e. Oſculũ Pacis, qd triplici de cauſa datur in Miſſa. Prima eſt, quia fideles poſt Chriſti mortem & Reſurrectionẽ Domini ſui pacem & concordiam Angelorum ſe promeruiſſe gratulantur, cujus ſignum eſt Oſculũ. Secunda eſt, cùm ſint filii Dei Patris, & Eccleſiæ Matris, *12. q. 2. qui abſtulerit.* Fratres ſunt in Chriſto, & ideo reficiendi ſũt uno pane, & diuendi cõmuni hæreditate, qd ſimiliter notatur per *Quare pacis Oſculũ datur in Miſſa.*

per Oſculum. Tertia eſt, quia in Oſculo caro carni & ſpiritus ſpiritui conjungitur: ut nos, qui Carnis propagine de *Adam* deſcendentes conjungimur, etiam Charitatis vinculo connectamur. Qui ergo connectuntur ſe invicem odientes, *Judæ* Proditoris Oſculum imitantur. Et nota, qd poſt Pacis Oſculum ſumit Presbyter Euchariſtiam, quaſi diceret, Qui in Unitate Pacis non eſt, non accedat; non enim eſt dignus ſumere Euchariſtiam. Et adverte, qd Pacis Oſculum datur primò Viro, quia Vir eſt Caput Mulieris. 33. q. 5. *cum caput.* Vir autem non datur Fœminæ. Nec ſi caro Viri & Fœminæ propè acceſſerint, ad libidinem accendantur. Hæc notantur *de conſec. di. 2. c. pacem. per Archi.*

a *Hoſtiam Sacramenti.* i. e. Euchariſtiam.

b *Ore ſuo.* ſc. Eam oſculando.

c *Non debet.* Poteſt tamen cum ipſa Hoſtia tangere labrum Calicis, & illud oſculari; & ſic ſolet obſervari ſecundùm uſum *Sarum.*

d *Si verò.* Secunda pars.

e *Patina.* i. e. Operculo Calicis; ſic dicta, quia patens eſt, & ampla.

f *Quidam faciunt.* Maximè Religioſi aliqui, licèt non omnes.

g *Eam.* ſc. Hoſtiam ſacram.

h *Sumat.* ſc. Sacerdos.

i *Poſt celebrationem Miſſæ.* Poteſt intelligi poſt Communionem ſumptam, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *extra. eo. c. ex parte.* Et ſic Miſſa ſumitur ſtrictè, ut ſc. incipiat in Hymno Angelico, *Gloria in Excelſis: Extra. de elec. c. quod ſicut. §. ulti.* & finiatur receptâ Communione, ut dicto *c. ex parte.* Vel potes intelligere, ut hoc, quod hic dicitur, fiat finitâ totâ Miſſâ, & hoc innuit Litera ſequens ibi, *aquâ perfundi &c.*

k *Aquâ.* Ex hac Litera apparet, qd non loquitur de tempore ſtatim poſt Communionem, quia tunc debet Calix Vino perfundi. *Extra. eo. c. ex parte.*

l *Perfundi.* i. e. Spargi, vel lavari.

m *Habeat quoque.* Tertia pars.

n *Circundatum.* Id eſt, involutum.

o *Coopertum.* Scil. in aliqua Theca.

p *In quo.* Scil. Panno mundiſſimo.

q *Ablutos.* Per ſuperfuſionem Vini in Calicem: *ſuprà. eo. c. 1. §. Presbyter.* vel per ablutionẽ factã in Lavatorio. Sed hodie ut communiter iſtud non ſervatur, niſi qd juxta Lavatoriũ habetur Manutergiũ.

r *Linteamina.* Hæc eſt Conſtitutio *Walteri* Archiepiſcopi, & habet quinque dicta. In primo ordinat, ut ornamenta & indumenta Altaris ſint munda. In ſecundo ibi, *Verba Canonis*, provident circa verba Canonis, plenè, & integrè, & devotè proferenda. In tertio ibi, *Nullus inſuper*, ſtatuit circa Miſſam Parochialem celebrandam. In quarto ibi, *Item nullus*, diſponit de Celebranti Miniſtrante, & de Lumine habendo. In quinto ibi, *Prohibemus*, ſtatuit circa ſtatum Presbyteri celebrantis. *Diviſio.*

r *Linteamina.* i. e. Velamina de Lino facta, quibus Altare cooperitur, de quibus loquitur Decretum *de conſec. di. 2. ſi quis per negligentiam.*

ſ *Corporalia.* Quæ ſc. non debent fieri ex Serico, ſed ſolùm ex Panno lineo puro terreno ab Epiſcopo Conſecrato. *de conſe. di. 1. c. ex conſulto.* Nec debet confici neque benedici *Corporale* de Panno miſſo in confectionẽ Farinæ, vel alterius rei ad hoc, qd ſtet rigidum ſuper Calicem; ſed erit de Lino puro abſque mixtione alterius rei, ſive pretioſioris, ſive vilioris. Et erit candidum atq; mundum, quia ſignificat Sindonem, in qua Corpus Chriſti fuit involutum; & debet fieri de puro Lino, quia ſicut Linum multis tonſionibus deducitur ad Candorem, ita etiam & Corpus Chriſti per † Lignum ſignatum per multas tribulationes venit in Gloriam. Et conſimiliter Eccleſia multis paſſionibus & preſſuris ad Candorem vitæ æternæ perducitur; ſicut notatur per *Archidia. d. c. ex conſulto.* † *MS. Eton.* Linum.

t *Pallæ.* i. e. Veſtimenta Altaris, ſc. Sindones & Corporalia, quæ quia quadrangulæ ſunt, ideo dicuntur *Pallæ*, à quodam muliebri Pallio quadrangulato; ſecundùm *Archi. de conſe. di. 1. c. Altaru. Hoſtienſis extra. de cuſtodia Euchariſtiæ. c. 2. verſ. Pallas;* dicit, quòd *Pallæ* ſunt Mappæ, quæ ponuntur ſuper Altare ſub Corporali.

u *Indumenta.* Quibus ſc. induitur Altare.

x *Integra.* Id eſt, non fracta.

y *Mundiſſima.* i. e. Valdè munda. Et huic concordat quod legitur *de conſe. di. 1. c. veſtimenta.*

z *In Canone deputatas.* ſc. Per Diaconos, & alios Eccleſiæ humiles Miniſtros. *de conſec. diſt. 1. nemo.*

a *Salvatoris noſtri.* ſc. Jeſu Chriſti. Eſt namque in Sacramento Altaris verè Corpus Chriſti & ejus Sanguis. *de conſe. diſ. 2. c. nos autem.* cum quatuor Capitulis ſequentibus.

b *Cœleſtis Curiæ.* i. e. Angelorum.

c *Quam.* ſc. Curiam.

d *Intereſſe.* Ait enim *Greg. in Homilia Paſchali.* Quis, *inquit*, fidelium dubium habere poſſit in ipſa Immolationis Hoſtiæ, ad Sacerdotis vocem Cœlos aperiri, & in illo *Jeſu Chriſti* Myſterio, Angelorum Chorus adeſſe, ſumma & ima ſociari. *de conſe. di 2. c. quid ſit.*

e *Verba Canonis.* Secunda pars.

f *Sanctum Sacramentum.* i. e. Euchariſtiam, quæ ideo dicitur *Sacramentum*, quia ſub tegumento Corporalium rerum Divina Virtus ſecretſus in Corporis & Sanguinis Chriſti operatur effectum. *de conſe. di. 2. ego Berengarius.*

g *Pertinent.* De his dixi *ſuprà. eo. c. 1. §. univerſa. ver. conſecratione.*

h *Integrè.* Hic vide quæ ſcripſi *ſuprà. eo. c. 1. ver. integrè.*

i *Devotione.* Ut ſc. mentis intentio firmiter applicetur ad Deum, & ad pronunciationem verborum. Intentio namque ſemper eſt neceſſaria, vel ſpecialis, vel generalis; & non ſolùm requiritur intentio Conſecrantis, ſed etiam intentio iſtud Sacramentum Inſtituentis. Unde ſi aliquis Sacerdos ſtaret in foro, & ſuper omnes panes proferret formam verborum etiam cum intentione Conſecrandi, non fieret ibi Tranſubſtantiatio: & hoc non eſſet propter defectum virtutis verborum, ſed propter defectum intentionis illius, qui hoc Sacramentum inſtituit; qui non intendit quòd cum tali ludibrio vel ſtultitia, fieret Conſecratio, ſed pro utilitate vel neceſſitate Eccleſiæ generalis vel particularis, ſecundùm *Thomam, de veritate. li. 6.* Huic tamen dicto videtur contradicere *Fo. in ſumma confeſ. li. 3. c. 24. Rubri. de ſacra. Eucha. q. 108.* ubi dicit, quòd Sacerdos ſtans in foro poſſet Conſecrare omnes panes in foro, qui eſſent coram eo, etiamſi non ad uſum hominum, ſed ad Veneficia facienda, vel aliàs ad irriſionem Sacramento uteretur. Et allegat *Tho.* in ultima parte *ſummæ. q. 74. ar. 2. Petrus* tamen *di. 10. q. ultima.* dicit, quòd Sacerdos poteſt Conſecrare quantamcunque materiam, dummodo intendat Conſecrare ad uſum & alimentum Fidelium. Sed dimittendo hanc intentionem non poteſt, quia deeſt intentio faciendi quod facit Eccleſia. Et huic ſententiæ concordat *Hugo de Sancto Victore*, dicens, quòd Sacramentum irritum putatur, ſi contra intentionem Eccleſiæ celebretur. Hanc materiam tangit *Fo. in colla. extra. eo. c. ex parte. ver. ſed nunquid Sacerdos.* ubi recidit in opinionem illam quam recitat *Fo. in ſumma confeſ.* Quod primo dixi, magis amplector. *In Sacramento Altaris duplex requiritur intentio.*

k *Non tamen.* Verſ.

l *Moroſus.* i. e. Tardans.

m *Præmiſſis.* i. e. Pronunciatione verborum Canonis.

n *Faſtidium.* i. e. Tædium.

o *Auditoribus.* Qui utplurimùm ſolent ex prolixitate Orationis, vel aliàs Officii Divini anxiari; cùm tamen brevis Oratio, facta cum animi Devotione, melior ſit quàm Oratio prolixa cum anxietate cordis. *de conſe. di. 5. non mediocriter.* Circa hoc vide quæ ſcripſi *ſuprà. de feriis. c. 1. ver. oratione.*

p *Officium ſuum.* Quod ſc. conſiſtit in Spirituali Miniſterio, & diligenter eſt exequendum. 12. *di. de his.* Hic tamen intelligit principaliter de Officio Miſſæ, in quo debet quilibet Sacerdos ſummè eſſe devotus.

cerdos [a]Hoſtiã Sacram ori ſuo non apponat, quia ante perceptionem ipſam [b]ore ſuo tangere [c]non debet. [d]Si verò de [e]Patina, ſicut [f]quidam faciunt, [g]eam [h]ſumat, [i]poſt celebrationem Miſſæ tam Patinã quàm Calicem faciat [k]aquâ [l]perfundi, vel ſolum Calicem, ſi eam non ſumat de Patina. [m]Habeat quoq; Sacerdos juxta Altare pannum mundiſſimum alio panno [n]circundatũ undique & honeſtè ac decenter [o]coopertum; [p]in quo poſt ſuſceptionem Sacramenti ſalutaris digitos cum labiis [q]ablutos emundet.

Sacerdos curet, ut omnia Euchariſtiæ deſervientia ſint integra & munda, utque verba Conſecrationis debitè pronunciet; nec celebret antequam Matutinas Primam & Tertiam perlegerit, nec ſine Clerico Superpellicio induto, nec ſine Lumine, nec in peccato Mortali.

Walterus.

[r]Linteamina [ſ]Corporalia, [t]Pallæ, & alia [u]indumenta Altaris [x]integra ſint, & [y]mundiſſima, & ſæpe abluantur per perſonas ad hoc [z]in Canone deputatas, ob reverentiam & præſentiã [a]Salvatoris noſtri, & totius [b]cœleſtis Curiæ, [c]quã Sacramento Altaris conficiendo & confecto non eſt dubiũ [d]intereſſe. [e]Verba Canonis, in his præſertim quæ ad [f]ſanctum Sacramentũ [g]pertinent, plenè, [h]integrè, & cum ſumma animi [i]devotione proferantur. [k]Non tamen ſit ita [l]moroſus Sacerdos in [m]præmiſſis, quòd [n]faſtidium ingerat [o]auditoribus, & [p]Officium

suum privet [a] Devotionis pinguedine; [b] quia Muscæ morientes perdunt suavitatem Unguenti, id est, pinguedinem Devotionis. [c] Nullus insuper Sacerdos [d] Parochialis præsumat Missam celebrare, antequà [e] Matutinale persolverit Officium, & [f] Primâ, & [g] Tertiam [h] de die. Item [i] nullus [k] Clericus permittatur ministrare in [l] Officio Altaris, nisi indutus sit [m] superpellicio, & tempore quo Missarū Solennia peraguntur, accendatur [n] duæ candelæ, vel ad minus una. [o] Prohibemus quoque, nè ullus Sacerdos lapsus in peccatum [p] Mortale ad Altare præsumat accedere [q] celebraturus, antequà [r] confiteatur. Nec putet, ut quidam errantes crevisse

a *Devotionis pinguedine.* Quæ esse debet in Conscientiæ puritate, & fervore spiritûs quoad Deum. *de consec. di. 2. c. nihil.*

b *Quia muscæ.* Ponitur ratio mystica præcedentium: & intellige per *muscas* Cogitationes immundas, quandoq; occurrentes tempore Divini Officii, quæ quidem Cogitationes corrumpunt Devotionem, sicut & Muscæ corporales corrumpunt suavitatem Unguenti: & sumitur hoc de Scriptura, *Ecclesiastes* 10.

c *Nullus insuper.* Tertia pars.

d *Parochialis.* i. e. Curâ gerens alicujus Parochiæ.

e *Matutinale.* Sumq; qd est *infrà*, *Officium*, & est *Officium matutinale*, totum illud quod continetur in Nocturnis, & in Laudibus: sicut notat *Archi. 91. di. c. Presbyter.* Qui enim non dictis Matutinis celebrat, mortaliter peccat, cùm hoc sit contrà generalem consuetudinem ab Ecclesia approbatam; & non solùm in hoc casu delinquit Sacerdos Parochialis, de quo hic loquitur, sed etiam quicunque alius Sacerdos. Faciunt ad hoc notata per *Hostien. in summa extra. eo. §. & qualiter. vers. debet autem. & nota. per Fo. in summa confes. li. 3. c. 24. Rub. de Sacra. Eucharistiæ. q. 130.*

f *Primam.* Dicit *Fo. in summa confes.* ubi *suprà.* quòd celebrans antequam dicat primam, non peccat mortaliter, nisi sit contra Consuetudinem loci, aut contra Statutum Synodale aut Provinciale: unde quia hic in hac Constitutione expressè cavetur, peccat contrafaciens, secundùm opinionem prædictam. Et ex isto loco potest colligi, qd in Festo Natalis Domini celebraturus primam Missam, quæ solet cantari antè Laudes, debet priùs perficere Matutinas & Primam; & consimiliter celebraturus Secundam Missam, quæ cantatur post Laudes: & hoc verum dici potest quoad Primam dicendā de honestate pro conscientia magis servanda; sed qd priùs perficiat Matutinas videtur esse de necessitate, ut dixi in *glo.* præcedenti. Nihilominus Consuetudo generalis potest salvare facientes in contrarium, ut ibi patet; nec obstat qd hic dicitur, quia loquitur de celebraturo Missam solennem diei, quæ debet celebrari Hora Tertia, ut dicā *infrà. glo. proxi.* vel loquitur de aliis diebus quàm de die Nativitatis Domini, ubi Consuetudo generalis excusat, sed in aliis temporibus non excusat. Sed quæro, nunquid celebrans antequam dixerit Matutinas de Beata Virgine, peccet mortaliter? *Wil. eo. ti. c. 1. in Clem. ter. horas Canonicas.* videtur innuere qd sic: saltem ubi tales Matutinæ dicendæ sunt ex Consuetudine alicujus Ecclesiæ, sicut & aliæ Horæ Canonicæ, quia tunc habentur pro Horis Canonicis. Secus tamen credit in Scholatizantibus, vel alia Occupatione licita abstrahentibus & rationabiliter occupatis. *Quæstio.*

g *Tertiam.* Illud qd hic dicitur, habes intelligere de Missa Parochiali; nam in illa Missa, secundùm Canones, maximè diebus Festivis, debet dici Hora Tertia. *de consec. di. 1. c. nocte.* Ratio est, quia i. là horâ Dominus linguâ *Judæorum* Crucifixus est, & illâ horâ Spiritus Sanctus descendit super Apostolos, ut ibi legitur. Diebus verò Profestis dici debet in Sexta; diebus verò Jejuniorum in Nona. *de consec. di. 1. solent.* Ratio est, quia horâ sextâ Dominus manibus militum Crucifixus est, & horâ nonâ expiravit. Sic notat *Fo. in summa confes. libro tertio. ti. 24. Rubri. de consec. Eucharistiæ. q. 129.* In Sabbatis verò quatuor temporum potest Missa dici in Vespera, Sabbato sancto dici potest in noctis initio. *75. di. quod à patribus. & c. ordinationes. 76. di. c. fi.* Consuetudo tamen interpretatur, qd in his diebus omnibus, à Prima usque ad Nonam in Quadragesima, & usque ad Vesperam in Sabbatis quatuor temporum, publica & solennis Missa celebratur. Privatæ verò Missæ possunt celebrari in prima parte diei. *de consec. di. 1. necesse. de hoc nota. extra. eo. ti. c. 1. di. 2. per Henri & eo. ti. §. et quando. in prin. per Hosti. in summa.* Ante diem verò celebrare non licet, nisi in duabus noctibus, sc. Nativitatis Domini quando Christus natus est, & nocte ipsius Resurrectionis circa ipsius noctis principium, ut patet ex Oratione, *Deus qui hanc sacratissimam noctem.* Sic *no. per Fo. in summa confes. dicta q. 129.* ubi etiam dicit, quòd qui scienter ante diem celebrat, cùm sit contra Constitutionem Ecclesiæ generalem, peccat mortaliter, nisi super hoc per Episcopum vel Superiorem dispensetur: in casu ut si aliquem vel aliquos contigerit infirmari ad mortem, nec posset haberi Eucharistia nisi ante diem confiteretur. Est namq; regulariter verum, qd Missa debet celebrari de die, non de nocte: quia Sacramentum Eucharistiæ pertinet ad tempus Gratiæ, quod per diem significatur, juxtà illud ad *Ro. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit:* & notatur per *Archi. de consec. di. 1. nocte.*

h *De die.* i. e. Festo, qd celebratur illo die: Servitium namq; de die non est omittendum, ut dixi *suprà. eo. c. 1. ver. tumulandum.* & *c. 2. ver. peculiarium.* Illud tamen quod hic dicit, non est omnino servandum de Horis Servitii Beatæ Virginis.

i *Item nullus.* Quarta pars.

k *Clericus.* Supple, Parochialis.

l *Officio Altaris.* i. e. In tempore Missæ, vel alio quo Sacerdos exequitur Officium Altaris.

m *Superpellicio.* Hujus Habitûs mentionem facit *Hostien. extra. eo. c. sanè. ver. habitu.*

n *Duæ Candelæ.* Est enim à parte Juris ordinatum, quòd Sacerdos sine lumine Ignis non celebret Missam. *Extra. eo. c. ulti. & ibi de hoc.* Si tamen faciat, nihilominus conficit, licèt graviter peccet, secundùm *Hostien.* ibi, & concordant alii Doctores. Et nota; quòd Candelas in Celebratione Missæ arsuras convenit esse de Cera potiùs quàm de alia materia. Candela namque sic ardens significat ipsum Christum, qui est splendor Lucis æternæ. *Extra. eo. c. sane.* Unde & Candela in sui compositione significat Christum propter tria: componitur namque Candela ex Cera, Lychno, & Lumine. Sic quoque Christus constat ex Carne Virginea sine semine generatus, sicut procedit Cera ex Ape sine generatione vel coitu Apis. Lychnus, qui est candidus, significat in Christo animam candore Innocentiæ adornatam. Lumen verò significat ejus Divinitatem carni unitam. De his sic dicitur *Cantic. 5. Dilectus meus candidus propter Animam candidā, & rubicundus propter Divinitatē fulgidam. Electus ex millibus propter carnem sine peccato genitam.* *Nota de materia Candelæ accensæ in missa requisita, & quid significet.*

o *Prohibemus.* Quinta pars.

p *Mortale peccatum.* Quod dicitur voluntas retinendi vel consequendi quod justitia vetat. *15. q. 1. definitio.* Quæ enim peccata dicuntur *mortalia*, legitur *25. di. §. alias.* Et sunt *peccata mortalia* omnes Transgressiones Decalogi. Item ea quæ enumerat Apostolus ad *Ro. 1.* Item ad *Galatas 5.*

q *Celebraturus.* Alia tamen facturus quæ pertinent ad Officium suum, accedere non prohibetur, licèt fuerit constitutus in peccato Mortali, ut hic apparet; quia qd de uno prohibetur, de alio videtur esse concessum. *ff. de condi. et dem. cum ita legatum. ff. de leg. 1. cum lex.* Et habes super hoc *concor. extra. de præsump. c. nonne. per Ber. glo. ult. 25. di. qualis. per Fo.* Sacramenta namquè à malis Sacerdotibus ministrata, quamdiu tolerantur, non sunt contemnenda. *1. qd 1. non nocet. et c. significâsti*, cum aliis ibi sequentibus. Talis tamen Sacerdos nocet sibiipsi, adinstar Facis Cereæ accensæ, qui sibi detrimentum præstat, aliis tamen in tenebris lumen ministrat, & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. *15. q. ulti. c. ulti.* Et cùm velut Lixivium lavat alios, ipsemet tamen non lavatur. *83. di. nihil.*

r *Confiteatur.* sc. In foro Pœnitentiæ Sacramentalis, ut sc. vocaliter fiat homini. Licèt enim ante incarnationem Christi sufficeret Confessio mentalis soli Deo facta, postquam tamen Deus factus est homo, debet fieri Confessio Vocalis homini Vicario Christi. Et licèt per Contritionem deleatur peccatum, tamen Confessio Vocalis necessaria est, vel in re quando habetur opportunitas, vel in proposito quando eam Necessitatis articulus excludit, & non contemptus Religionis. Et ista necessitas Confitendi post Contritionem non est in tali casu propter necessitatem remedii, cùm peccatū jam dimissum sit, sed propter †oblationem Præcepti, secundùm *Thomam, de veritate. li. 6. c. 24.* Et qd existens in mortali peccato non debet celebrare sine Confessione prævia, legitur & notatur *extra. eo. ti. c. de homine. ubi de hoc. glo. ulti.* Sed cui debet talis Sacerdos confiteri, dicam, Deo dante, *infrà. de pœni. et remis.* loco suo. Sed nunquid existens in peccato mortali, ad hoc accedens Sacramentū, peccat mortaliter? Dic, secundùm *Pe.* qd aut talis habet Conscientiam peccati mortalis, aut non: si habet, aut illa Conscientia surgit ex certitudine sufficienti, ut quia scit se forticatū esse, vel aliud simile fecisse: aut ex certitudine probabili, ut quia morosè delectatus est, & timet fuisse mortale peccatum ipsum consensum; aut ex levi, ut quia homo scrupulosus, qui timet de levi delectatione, nè fuerit peccatum mortale. In primo casu peccat mortaliter, similiter in secundo, sed non in tertio: nam in primo contemnit, in secundo discrimini se disponit, in tertio non. Si autem non habet conscientiam peccati mortalis, aut hoc est quia præparavit se, & discussit præparatione sufficienti, sc. diligentissimè Conscientiā suam examinando & peritos consulendo; aut probabili, sc. Conscientiam suam examinando & confitendo; aut negligenti. Primo casu non peccat, sed remissionem peccatorum, etiam siquæ latent, accipit & meretur. Secundo casu non peccat, sed tamen remissionem peccatorum non accipit nec meretur. Tertio casu peccat mortaliter, maximè si negligentia sit magna. Sic notatur per *Fo. in summa confes. li. 3. ti. 24. Rub. de Sacra. Eucha. q. 69.* Sed nunquid habens Conscientiam peccati mortalis, contritus tamen, sed non con- † MS. *Fum.* Obligationem. *Quæstio.*

confeſſus celebrans peccet? Dic, aut talis habet copiam Confeſſorum, qui poſſint eum abſolvere, & tunc peccat, aut non habet, tunc ſi imminet aliqua neceſſitas celebrandi, ut quia timet ſcandalum populi, vel jam incepit myſterium Sacramenti, vel amiſit loquelam, & tunc non †peccat, dum tamen hoc faciat cum propoſito confitendi cum poterit. Si verò talis neceſſitas non imminet, tunc peccat. Sic notat Jo. loco quo *ſuprà. q.* 70. & concordat *Alber. di.* 16. & circa hoc vide notata per *Bern. extra. ea. c. de homine. glo. ulti.* & ibi per *Henri. de Bowyco.*

† *MS. Æton. add.* Mortaliter.

a *Confeſſionem generalē.* ſc. Quæ fit in introitu ad Altare, vel ad horam primā, vel ad Completorium. Eſt enim duplex Confeſſio generalis: una ſc. Sacramentalis, quæ fit quandoq; in ſecretis quoad Venialia in generali enumeratis, in ſpecie aliquibus gravioribus peccatis, de quibus confitens meminit: & talis Confeſſio prodeſt ad remiſſionem Venialium tam quoad culpam quàm quoad pœnam, in toto vel in parte, quadruplici reſpectu. Uno viz. ex contritione Confitentis, alio ex humilitate Confeſſionis, tertio ex oratione Sacerdotis, inquantum eſt perſona publica; quarto ex vi Clavium, inquantum fungitur vice Chriſti. Alia eſt Confeſſio Generalis, non Sacramentalis, quæ ſc. fit publicè coram multis in Officio Divino, ut prædixi; & talis Confeſſio habet effectum quoad dimiſſionem Venialium ex tribus primis dictorum quatuor, ſed non ex quarto, ſc. ex vi Clavium, ſecundùm *Jo. in ſumma confeſſ. li. 3. ti. 34. Rub. de remiſ. pecc. q.* 156. ubi conſequenter Quæſtione ſequenti dicit, quòd Confeſſio generalis cum Contritione generali delet etiam peccata Mortalia oblita, qui ad hoc allegat *Augu. Magiſtrum Sententiarum*, & *Ray.* Subſequenter verò *q.* 158. dicit, quòd ſecundùm *Ray.* ſex modis delentur peccata Venialia. Uno modo per Euchariſtiæ dignam ſuſceptionem. *de conſe. di. 2. c. cum omne crimen. & c. ſi quotieſcunque.* Alio modo per Aquæ Benedictæ aſperſionem. *de conſe. di. 3. aquam.* Tertio modo per Eleemoſynarum largitionem & jejunia. *di. 82. Presbyter. de pœni. di. 1. medicinam. & c. quamobrem.* Quarto per Orationem, præcipuè Dominicam, ſc. *Pater noſter. de pœni. di. 3. de quotidianis.* Quinto per generalem Confeſſionem, quæ fit quotidie in Eccleſia. *d. c. de quotidianis.* Sexto per Epiſcopalem Benedictionem. *1. q. 1. multi. in fi. & c. dictum.* Et prædicta intellige vera, quando aliquis hoc recipit cum animi devotione. Et præmiſſa recitantur per *Hoſtien. in ſumma de pœni. & re. §. 5. ver. per ſtipulam.* Septimo per Unctionem Extremam. *de ja. unc. c. unico. in prin.* Octavo per devotam Pectoris tunſionem. *de pœni. di. 1. tres ſunt unctiones.* Hos duos modos ponit *Hoſtien. de pœni. & re. c. omnis utriuſque.* Et præmiſſa quæ dixi de remiſſione Venialium, intelligè vera in eo qui non eſt in peccato Mortali; ut *no. de pœni. di. 1. perfecta. in ulti. glo.* Mortale enim ſive Veniale poteſt dimitti, ſed non econtrà; quia Mortale opponitur Charitati, Veniale fervori Charitatis; ſublato verò priori, tollere ſecundum poſſumus, ſed non è converſo, *no. per Jo. An. in prœmio. li. 6. ſuper ſalutatione. glo. ulti.* Nono per Confeſſionem factam proximo etiam non Sacerdoti. *de pœni. di. 1. quem pœnitet.* Decimo per Baptiſmum. *de pœni. di. 1. tres ſunt.* Undecimo per Cordis contritionem. *de pœni. di. 1. c. ſi.* Hos tres modos addit *Archi. de pœni. di. 3. de quotidianis.* ubi de his plenè notatur.

Confeſſio generalis duplex.

Pluribus modis Venialia delentur.

dunt, qd mortalia deleantur per [a]Confeſſionem generalem.

Sacerdos ſtipendiarius, aut de ſuo vivens, non uſurpet in diſtributionibus Jus Rectoris ſub Excommunicationis pœna. Interſit autem intra Cancellos Divinis Officiis Superpellicio indutus, & coadjuvans; nec celebret diebus feſtivis, aut præſente defuncto, niſi poſt Evangelium majoris Miſſæ.

Robertus Winchelſey.

[b]PResbyteri [c]ſtipendiarii, necnon alii Sacerdotes, [d]propriis ſumptibus vel per alios [e]ſuſtentati, Divina celebrantes in Provicia noſtra non [f]recipiant [g]Oblationes, Portiones, Obventiones, Denarios pro Requeſtis, Trigintalia, vel aliquâ [h]certâ quotam, præſertim [i]Oblationes pro [k]corporibus mortuorum [l]præſentibus, non obtentâ licentiâ à Rectoribus, vel Vicariis Eccleſiarũ, in quibus celebraverit, nec ea ullo [m]modo aſportent in præjudicium Rectorum, vel Vicariorum Eccleſiarum prædictarum, vel eorũ vices gerentium, nè [n]ſententiam majoris Excommunicationis in hac parte [o]latam incurrant. [p]Decernimus etiam, ut Presbyteri hujuſmodi infra noſtram Provinciam celebrantes [q]interſint in Cancello in Matutinis, Veſperis, et aliis Divinis Officiis [r]debitis horis induti Superpelliciis, quæ ſibi [ſ]propriis expenſis providebũt, & nõ in navi Eccleſiæ, cœmeteriis, vel [t]campis.

a *Confeſſionem generalē.* Quæ fit in introitu ad Altare, vel ad horam primā, vel ad Completorium. Eſt enim duplex Confeſſio generalis: una ſc. Sacramentalis, quæ fit quandoq; in ſecretis quoad Venialia in generali enumeratis, in ſpecie aliquibus gravioribus peccatis, de quibus confitens meminit: & talis Confeſſio prodeſt ad remiſſionem Venialium tam quoad culpam quàm quoad pœnam, in toto vel in parte, quadruplici reſpectu. Uno viz. ex contritione Confitentis, alio ex humilitate Confeſſionis, tertio ex oratione Sacerdotis, inquantum eſt perſona publica; quarto ex vi Clavium, inquantum fungitur vice Chriſti. Alia eſt Confeſſio Generalis, non Sacramentalis, quæ ſc. fit publicè coram multis in Officio Divino, ut prædixi; & talis Confeſſio habet effectum quoad dimiſſionem Venialium ex tribus primis dictorum quatuor, ſed non ex quarto, ſc. ex vi Clavium, ſecundùm *Jo. in ſumma confeſſ. li. 3. ti. 34. Rub. de remiſſ. pecc. q.* 156. ubi conſequenter Quæſtione ſequenti dicit, quòd Confeſſio generalis cum Contritione generali delet etiam peccata Mortalia oblita, qui ad hoc allegat *Augu. Magiſtrum Sententiarum*, & *Ray.* Subſequenter verò *q.* 158. dicit, quòd ſecundùm *Ray.* ſex modis delentur peccata Venialia. Uno modo per Euchariſtiæ dignam ſuſceptionem. *de conſe. di. 2. c. cum omne crimen. & c. ſi quotieſcunque.* Alio modo per Aquæ Benedictæ aſperſionem. *de conſe. di. 3. aquam.* Tertio modo per Eleemoſynarum largitionem & jejunia. *di. 82. Presbyter. de pœni. di. 1. medicinam. & c. quamobrem.* Quarto per Orationem, præcipuè Dominicam, ſc. *Pater noſter. de pœni. di. 3. de quotidianis.* Quinto per generalem Confeſſionem, quæ fit quotidie in Eccleſia. *d. c. de quotidianis.* Sexto per Epiſcopalem Benedictionem. *1. q. 1. multi. in fi. & c. dictum.* Et prædicta intellige vera, quando aliquis hoc recipit cum animi devotione. Et præmiſſa recitantur per *Hoſtien. in ſumma de pœni. & re. §. 5. ver. per ſtipulam.* Septimo per Unctionem Extremam. *de ja. unc. c. unico. in prin.* Octavo per devotam Pectoris tunſionem. *de pœni. di. 1. tres ſunt unctiones.* Hos duos modos ponit *Hoſtien. de pœni. & re. c. omnis utriuſque.* Et præmiſſa quæ dixi de remiſſione Venialium, intelligè vera in eo qui non eſt in peccato Mortali; ut *no. de pœni. di. 1. perfecta. in ulti. glo.* Mortale enim ſive Veniale poteſt dimitti, ſed non econtrà; quia Mortale opponitur Charitati, Veniale fervori Charitatis; ſublato verò priori, tollere ſecundum poſſumus, ſed non è converſo, *no. per Jo. An. in prœmio. li. 6. ſuper ſalutatione. glo. ulti.* Nono per Confeſſionem factam proximo etiam non Sacerdoti. *de pœni. di. 1. quem pœnitet.* Decimo per Baptiſmum. *de pœni. di. 1. tres ſunt.* Undecimo per Cordis contritionem. *de pœni. di. 1. c. ſi.* Hos tres modos addit *Archi. de pœni. di. 3. de quotidianis.* ubi de his plenè notatur.

b PResbyteri. Hæc eſt Conſtitutio *Roberti Winchelſey*, cujus pars eſt *ſuprà. de majo. & obe. c. Presbyteri. & de jurejur. c. Presbyteri. infrà. de pœni. & remiſſ. c. Presbyteri.* Et iſtud Capitulum habet tres partes principales. Secunda pars ibi, *Decernimus.* Tertia pars ibi, *Dicti verò.* Diviſio.

c *Stipendiarii.* Hi ſc. qui de aliorum ſtipendiis vivunt, & nullum certum Titulum in Eccleſia ubi celebrant habent. Exhibentur tamen ut celebrent infra Eccleſiam aliquam continuè per Annum, vel aliquod tempus.

d *Propriis ſumptibus.* Ut quia Beneficium ſeu Patrimonium habent unde vivunt, vel aliàs nullum habentes ſtipendium, neque aliquid ſupradictorum, ſed vivunt ex ſuo labore honeſto.

e *Suſtentati.* Utputà, per aliquos Dominos ſeu Magnates, quorum obſequiis inſiſtunt, non tamen ſic ut aſſiduè in aliqua Eccleſia deſerviant, ſed quia forſan per vices illuc adveniunt celebraturi.

f *Non recipiant.* Supple, ad uſum ſuum proprium.

g *Oblationes.* De his & pro aliis ſtatim ſequentibus, vide quæ ſcripſi *ſuprà. de jurejur. c. Presbyteri. ver. oblationes.* cum *glo.* ibi ſequentibus.

h *Certam Quotam.* Utputà, duas, tres, vel quatuor partes.

i *Præſertim.* i. e. Maximè. Conſimiliter exponitur *de conſec. Præben. ſi ſoli. ver. præſertim. per Archi. li. 6.*

k *Corporibus.* i. e. Animabus corporum præſentium. Fiunt enim tales Oblationes, ut Sacerdos celebrans eorum Animas ſuis precibus ſpecialiùs habeat recommiſſas.

l *Præſentibus.* Idem etiam intelligas de his quæ fiunt corporibus abſentibus; cùm utrobique ſit eadem ratio, ergò idem Jus. ff. *ad l. Aquil. l. illud.*

m *Ullo modo.* Quòd tamen Sacerdos celebrans de Oblationibus habeat unum Denarium, prout obſervatur in quibuſdam locis, non reputo incongruum, maximè de conſenſu Rectoris vel Vicarii.

n *Nè ſententiam.* Ratio præcedentium.

o *Latam.* ſc. In Conſtitutione *Oxon.* primò, de quo cavetur *infrà. de ſen. Excom. c. auctoritate. §. 1.* Tales namque privant Eccleſias Jure ſuo, & committunt Sacrilegium. *infrà. de pœni. & re. c. Presbyteri.*

p *Decernimus.* Secunda pars.

q *Interſint.* Hic vide quod legitur & notatur *ſuprà. de majo. & obe. c. Presbyteri ver. ubi. & glo. ſeq.* & etiam vide quæ ſcripſi ibi ſuper *ver. parebunt. ver. ſed quæro nunquid.*

r *Debitis horis. Concor. Extra. ea. c. 1.* ubi *Hoſtien. ſuper ver. competentibus.* dicit, quòd *horæ competentes* eſt illa, qua creditur populum ad Eccleſiam acceſſurum, aliàs etſi non ſperetur adventus populi, ſervari tamen debent horæ debitæ, ut ſc. horæ Officii correſpondeant horis diei, & quòd non fiant reciprocè ſed gradatim; ſicut legitur & notatur *de offi. Archipresby. c. 2.* Prævenire tamen tempus quandoq; licet, ut ſc. Maturinæ dicantur de ſero pro die ſequenti, & hoc ex cauſa licita & honeſta; verbi gratiâ, cauſâ videndi Lectiones de manè, vel propter aliam licitam occupationem. Secus tamen eſt ſi hoc fiat propter laſciviam, ut quia velit quietiùs vacare ſomno, nam tunc non eſſet ſine peccato, ſecundùm *Thomam*, & notatur per *Jo. in ſumma confeſſ. li. 1. ti. 7. Rub. de officio Clericorum. q.* 20.

ſ *Propriis Expenſis.* Contra hoc opponitur. Nam nemo cogitur propriis ſtipendiis militare. *de præſcrip. c. cum ex officii. 10. q. 2. precariò. 13. q. 1. §. his ita.* cum ſimilibus. Nec tenetur quis de ſuo facere beneficium. *28. q. 1. jam nunc. ad finem.* Solutio. Quandoq; alicui officio ſive obſequio annexum eſt aliquod emolumentum de jure recipiendũ, & in tali caſu exercens illud officium non cogitur propriis ſumptibus militare, ſed recipere poteſt commodum illi obſequio ſic annexũ. Et ſic ſtant Jura ſuperius allegata, ſicut *no. Hoſti. de Simonia. circa ſit Romanus.* Ubi verò tali obſequio certum commodũ annexũ non eſt de Jure, tunc ubi tale obſequium imminet neceſſariò faciendum, ille qui ad hoc tenetur, debet illud facere ſumptibus propriis, ut hic; maximè quando pro ſuo Officio recipit Salarium competens, undè poterit ſuſtentare onera illi Officio pertinentia. *23. q. 1. militare.* Et facit ad idem *10. q. 3. cavendum.* ubi de hoc per *Jo.* & *Archi.*

t *In navi Eccleſiæ.* i. e. In illa parte quæ eſt extra Cancellum. Et dicitur *Navis* propter amplitudinem, eò quòd pars illa ſit ampla adinſtar medii Navis qd eſt amplum, cùm tamen uterq; finis ſit anguſtus. Eſt enim Eccleſia Navis Spiritualis, de qua ſic ait *Chryſoſtomus*. "Navigat Eccleſia inſtructa fidei gubernaculo, fœlici curſu per hujus Sæculi mare, Deum habens Gubernatorem, Angelos Remiges, portantes Choros omnium Sanctorum, erectâ in medio ſalutari arbore Crucis, in qua Evangelicæ fidei vela ſuſpendens, flante Spiritu Sancto ad Portum Paradiſi perducit. De hac Navi loquitur Canon 40. *diſt. ante omnia.* ubi legitur, quòd Periculum eſt Prælato, qui Navem Eccleſiæ regit, & Remum tenere non novit. Chryſoſtomus.

u *Campis.* In Eccleſiis enim dicendæ ſunt Horæ Canonicæ, quia ad hoc deputatæ ſunt. *de conſe. di. 1. per totum.* Ex cauſa tamen poſſunt

possunt Presbyteri extra Ecclesiam dicere Horas Canonicas, quando viz. oportet eos intendere circa administrationem Temporalium; tunc enim possunt dicere vel equitando vel stando in Domo vel in Campo, secundùm *Inno. extra. eo. c.* 1. Infirmi etiam excusantur à dicendo in Ecclesia; sic tamen qd infirmitas sit talis, qd obesset vel obesse timeretur, si in Ecclesia ad dicendum vel etiam audiendum interessent. Infirmis namq; Lex posita non est. *Extra. de obser. jeju. c. consilium.* §. *si* Quòd autem in Ecclesia Horæ sunt dicendæ, est Textus notabilis 92. *dist. c. ulti.* ubi de hoc.

a *Et si.* Vers.

b *Per Præsidentes.* sc. Ipsis Ecclesiis. Et nota, qd *Præsidens* est dictio generalis, comprehendens quècunque ipsius Ecclesiæ Gubernatorem quocunque nomine censeatur, dummodo sibi immineat Cura Animarum. Pro quo vide quod scripsi *suprà. de majo. et obe. c. Presbyteri. ver. parebunt.*

c *Correpti.* i. e. Castigati, vel reprehensi.

d *Elatos.* i. e. Superbos.

e *Cervices.* i. e. Signa superbiæ verbo vel facto. *Cervix* enim est posterior pars Colli, sicut Gula anterior, & per Etymologiam dicitur quasi *Cerebri via*, quia per eam Cerebrum ad medullam Spinæ Dorsi dirigitur. *Cervix* etiam significat *superbiam*; præsertim in pluralis ut hic; quandoq; etiam in singulari, ut *Job.* 15. *Concurrit adversus eum erecto Collo, & pingui Cervice.*

f *Propter hoc.* i. e. Correptionem eis factam.

g *Protegant.* Forsan suscitando odia, scandala, vel contentiones; de quibus legitur & notatur *suprà. de jurejur. c. Presbyteri.* ubi videre poteris.

h *In virtute obedientiæ. Concor. suprà. de majo. & obe. c. Presbyteri.* ubi de his quæ hic habentur in Textu, habes *Glossas* super *ver. obedientiæ. & in glo. sequentibus.*

i *Dicti verò.* Tertia pars.

k *Festivis.* Quibus sc. Populus solet convenire ad Divina.

l *Missas suas.* Scilicet privatas.

m *Lectum Evangelium.* Imò videtur, qd non ante Solennem Missam finitam. *de conse. di. 1. c. & hoc attendendum.* Ratio est, quia Missæ privatæ sic dici debent, quòd Populus non abstrahatur à Missa majori de die, imò & omnes hujusmodi Sacerdotes tenentur illi Missæ interesse, ut ibi dicitur. Unde si Missæ privatæ non possunt dici nisi in conspectu populi, potiùs debent dimitti, secundùm *Archi.* ibi. Ratio est, quia audità tali Missâ populus recederet, & non expectaret Missam solennem. Fallit tamen hoc quoad Moniales, ut ibi dicitur, quia in talibus mos non est egredi in publicum, sed Claustris Monasterii contineri. *de statu re. c. periculoso. li. 6.*

n *Majoris Missæ.* Quæ celebrari debet Horâ Tertiâ, secundùm ea quæ dixi *suprà. eo. c. Linteamina. ver. tertiam.* Et in diebus Dominicis & Festivis debet audiri completè per quemlibet de populo, ita qd in fine accipiat Sacerdotis benedictionem. *de conse di. 1. Missas. et c. seq.* Unde si Parochianus alterius, talibus diebus in alterius Ecclesia inveniatur, si contempto proprio Presbytero illuc accedat, ut Missam audiat, expelli debet. *Extra. de Paroch. c. 2. ubi de hoc.*

o *Compleant.* Pertinet enim ad Sacerdotem Missam inceptam complere. 7. *q.* 1. *nihil.* ubi de hoc. Sed meliùs *de conse. di. 1. nullus Episcopus.* Si tamen Sacerdoti superveniat ægritudo vel infirmitas, alius potest eam supplere: quod dic ut *d. c. nihil.* Latiùs tamen, secundùm diversa dubia, per *Jo. in summa confes. li. 3. ti. 24. Rubri. de sacra. Eucha. q. 60.*

p *Nisi de licentia.* Excipit à prædictis, & sic hic colligi potest, qd Inferior Episcopo potest de & super hujusmodi Missis celebrandis dispensare: qd verum puto, quando per Celebrationem priùs factam non timetur de subtractione populi à Missa solenni. Secus autem dicerem, ubi populus per hoc verisimiliter subtraheretur ab auditione hujusmodi Missarum solennium. In quo casu puto, qd nec Episcopus contra Concilia *Agathensia* & *Aurelianensia*, in quibus Statuitur, ut Populus audiat completè Missam hujusmodi solennem, absque magna & rationabili causa valeat dispensare. De dictis Conciliis habetur *de conse. dist. 1. Missas. & c. sequenti.*

q *Obtenta.* Non itaque sufficit petere, nisi Consensus Præsidentis obtineatur. Sed quid si aliquis Presbyterorum hujusmodi contrafaciat? Dic qd procedetur contra eum secundùm modum quem habes *suprà. de jurejur. c. 2. & de majo. & obe. c. Presbyteri.* ubi de hoc per totum; & in *Spe. d. c. Presbyteri. ver. juramento.*

Quæstio.

r *Effrænata.* Hæc est Constitutio *Simonis Islepe Cantuariensis* Archiepiscopi, & habet duo dicta. In primo ponitur Statutum. In secundo ibi, *Sub pœna*, adjicit pœnam. *Divisa.*

s *Non Beneficiati.* Qui dicuntur *Beneficiati*, dixi *suprà. de ti. & bone. Cle. c. exterior habitus. ver. Beneficio Ecclesiastica.* Quo cognito, satis apparet qui dicuntur *non Beneficiati. Inst. de his qui sunt sui vel alieni juris. §. 1.*

t *Idonei.* Hoc primâ facie præsumendum est. *Extra. de præsump. c. ult.* & pro hoc nota *Glo. ult. extra. de scrut. in ord. fac. c. unico.* Et hoc verum quoad qualitatem intrinsecam cum qua homo nascitur, utpotà, qd sit castus, pacificus, sobrius, & hujusmodi. Secus tamen est in his quæ concernunt qualitatem extrinsecam, utpotà, Literaturam: nam talis qualitas non præsumitur, nisi probetur. Pro quo vide notata *Jo. An. de elec. c. si forte. ver. scientiæ. li. 6.* Et eligendus ad regimen Ecclesiæ probandus est, & de ejus idoneitate inquiri debet, saltem quoad illa quæ in Jure exprimuntur. *Extra. de elec. c. cum in cunctis. & ex. ti. c. licet Canon. li. 6.* Cui dicto *concor. no. per Cardi. d. c. si forte. vers. scientiæ. li. 6.* De hac materia potes videre notata *Fob. de Deo. 2. q. 7. quærendum. glo. ultima.*

Non Beneficiati, & ad Curam Animarum idonei, si ad eam per Diœcesanum requiruntur, non detractent officiare ultra XX. dies sine legitimo impedimento, aut suspendantur ab Officio.

Simon Islepe.

Effrænata, & *infrà.* De Fratrum nostrorũ consilio & assensu, Statuimus & Ordinamus, quòd Capellani quicunque non Beneficiati, præsertim idonei Curis Animarũ, Ecclesiis, seu Capellis Parochialibus, moderatis sibi constitutis Salariis, post-

u *Curis Animarum.* Quibus deservire debet per Sacerdotem proprium, non autem conductum. 21. *q.* 2. *c. præcipimus.* ubi de hoc. Ex quo Canone apparet, quòd non esset opus Requisitione, de qua hic loquitur, eò quòd quis tenetur deservire Curæ suæ per seipsum. Sed intellige illud Capitulum, *Præcipimus*, ut sc. regimen Animarum non tradatur ad Firmam Presbytero conductitio, nam hoc esset illicitum. *Extra. nè Prælati vi. suas. c.* 3. Qd tamen tali Presbytero Prælatus simpliciter committat vices suas, postea constituendo sibi Salarium non esset illicitum. 12. *q.* 2. *charitatem.* Ad quod faciunt notata *per Inno. in c.* 2. *extra. nè Præla. vi. suas. & per Fo. d. c. præcipimus.* Et hoc verum, quando principalis Curatus ablens est de licentia Episcopi. Nam regulare est, qd non licet Curato se absentare à Cura sua sine licentia Episcopi. *de Cleri. non resi. c.* 3. Potest tamen ex causa necessaria ad tempus modicum deservire Curæ suæ per Substitutum, dato ei pretio, utpotà, profectione necessariâ imminente, vel ubi contingit ex justa causa eum abesse, secundùm ea quæ notantur *per Inno. & Hosti. d. c.* 3. *nè Præla. vi. suas. in prin.* Et licèt quis super regimen Curæ suæ resideat personaliter, potest tamen ad tempus propter casus supervenientes assumere sibi socium coadjutorem, cui potest constituere Salarium unde vivat; & hoc multoties expedit, tum propter amplitudinem Parochiæ, tum propter infirmitatem ipsius principalis Curati, tum propter insufficientiam in ministrando Sacramenta, & alia facienda quæ spectant ad ejus Officium. Ad quod faciunt notata *d. c. præcipimus. per Fo. & 7. q.* 1. *si quis in Clero. per eundem. de elec. c. cum ex eo. li. 6. ubi de hoc. ver. ab eis. & glo. seq. per Fo. An. in no. & per Archi. vers. deseviatur.* Et circa hoc vide notata *Hosti. & Fo. An. de Præben. c. extirpandæ.*

x *Capellis Parochialibus.* Ubi sc. Parochianis deservitur de Ecclesiasticis Sacramentis & Sacramentalibus, sic qd non teneantur accedere ad Ecclesiam majorem pro Divinis audiendis vel recipiendis Sacramentis, & habent ad hoc Sacerdotem specialiter † limitatum, secundùm ea quæ dixi *suprà. de censibus. c. quamvis lex naturæ. ver. una Ecclesia.* Quòd enim Capella quandoq; habeat Parochiam, legitur *de verb. sig. c. cum inter.* † *MS. Ann. deputatũ.*

y *Moderatis.* Simile habes *de rescrip. c. Statutum. §. assessorem. li. 6. et §. insuper. eo. c.* Et debet hoc Salarium moderari juxta Curæ quantitatem, Personæ humilitatem, & Patriæ consuetudinem. *Ar. eorum quæ notantur d. §. assessorem. ver. moderando. per Fo. An. & ver. competenti. per Archi.* Hæc autem moderatio limitatur *infra. eo. c. proxi.* ubi videas.

z *Constitutis.* sc. Per Ordinarium loci, vel Judicem in ea parte competentè; non autè secundùm voluntatem ipsius propriâ, per quam poterat forsan Salarium nimis excessivum: &, ut hic patet, hoc Salarium debet limitari per ipsum Judicem requirentem, non ex Conventione fienda inter partes, sed ex ipsius Judicis Officio.

a *Salariis.* Quomodo autè ista Salaria in casu isto, & in aliis casibus lucra temporalia licitũ sit recipere per eos, qui sunt deputati ad Divinũ Officiũ celebrandum, est advertendũ, qd quandoq; talia Salaria sive lucra recipiuntur ex pacto, quandoq; gratis, quandoq; Judicis officio

Nota de Salario Presbytero Conductitio constituendo.

Officio ut hic; quandoque uno reſpectu, quandoque alio. Si talia Salaria recipiantur ex pacto, vide quæ dixi *ſuprà. eo. c. ſacerdotes.* §. *nec præſumant. ver. ſocios ſacerdotes.* Ut autem gratis aliquid Temporale recipiant qui Divina adminiſtrant, puto ſatis eſſe licitum, dum tamen detur, ut recipiatur purâ intentione. 1. *q.* 2. *quam pio.* & legitur & notatur *de ſimonia. c. dilectus.*

in fi. & notatur *per Hoſtien. in ſumma de ſimonia.* §. *qualiter. ver. ſolutio ex paſta. & in eo. ti. c. cum in Eccleſiæ. ver. requiratur.* poſitis [a] privatis ſeu [b] peculiaribus obſequiis [c] quorumcunque, [d] ante omnia officiare & intendere teneatur, cũ per loci Diœceſanũ ſeu Ordinariũ Judicẽ in hac parte [e] competentem ſuperiorem hic dicitur, nam Cura Animarum non debet omitti propter obſequia hujuſmodi: ſed ante omnia debẽt deſerviri Curæ Animarũ, ut hic dicit. In caſu namq; neceſſitatis, non ſolùm tales, ſed etiam Monachi poſſunt ſumi ad regimen Animarum. 55. *di. priſcis. ubi de hoc. per Archi. glo. ult.* 16. *q.* 1. *in ſumma per Fo.* & videtur Textus 16. *q.* 1. *c. in parochia. & ibi per Archi.* Quid ergo ſi in aliquo Collegio ſint plures Sacerdotes communiter viventes, & non ſit copia Sacerdotum in partibus per quos poſſint deſerviri Curam Animarum; an tales Sacerdotes poſſunt compelli ſubire Curæ Animarum juxta ordinationem hujus Conſtitutionis? Pro declaratione hujus materiæ eſt advertendum, qd hîquem ſubire Curam Animarum, poteſt conſiderari diverſo reſpectu: unus eſt, ut ſubeat Curam Animarum ſub Officio perſonæ ad hoc principaliter † aſſumendæ per viam Tituli perpetui, qualis eſt Rector, vel Vicarius, aut alius Adminiſtrator Eccleſiæ perpetuò intitulatus, & tunc non habet locum iſta Conſtitutio; quia loquitur de his tantùm qui deſervire debent certo Salario eis conſtituto, & eſt regulariter verum, qd Beneficium non conferatur in invitum, nec compellitur quis creſcere invitus. 74. *di. gelaſia.* & notatur 7. *q.* 1. *Epiſcopus de loco.* ubi de hoc per *Fo.* qui tamen credit, qd poſſit compelli, & male, ſecundùm *Hug.* & *A. chi.* ibi; & hoc verum, ſi perſeveraverit in nolendo, aliàs autẽ de nolente poteſt heri volens. Ad qd faciunt notata per *Fo.* 40. *di. ante omnia.* 1. *q.* 6. *ſicut.* 8. *q.* 1. *in ſcripturis.* 23. *q.* 4. *diſplicet.* Et qd talis præciſè non poteſt compelli, notat *Archi. de poſtul. Prala. c.* 1. *ver. teneatur. li.* 6. Fatetur tamen, qd talis vocatus ad regimen Animarum, ſi reputet ſe ad hoc habilẽ, peccat mortaliter ſi non conſentiat. Sic ipſe notat *de electi. c. ſi electio. ver. recuſat. li.* 6. Et hoc verum in caſu neceſſitatis, ubi alius deeſt idoneus, prout colligi poteſt dicto *c. in ſcripturis. ver. quies itaq;.* & ideo in hoc caſu ſc. neceſſitatis, puto qd talis poſſet, urgente neceſſitate tali, compelli ut ſuſcipiat Curam Animarum, non tamen directè & ſimpliciter, ſed indirectè & cauſativè; utputà, per pœnam arbitrariã ei ratione peccati aliàs infligendam, ſecundùm ea quæ notantur per *Doct. de ætat. ei qui. c. quærit.* & faciunt ad hoc notata per *Fo.* 74. *diſt. in ſumma.* & 7. *q.* 1. *ſciat.* Alia conſideratio eſt, ut aliquis vocetur ad Curam Animarum, non ut intitulatus, ſed ut Coadjutor ipſius intitulati, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. eo. ver. curis animarum.* Et in hoc caſu loquitur hæc Conſtitutio, quæ loquitur de non Beneficiato compellendo, ut dimiſſis obſequiis peculiaribus inſiſtat Curæ Animarum. Unde ſi in aliquo Collegio ſint Sacerdotes non perpetui, nec admiſſi ſunt pro perpetuo, ut vivant de proventibus Collegii, ſed admittuntur ad tempus eis certo Salario conſtituto, æſtimo, quòd imminente tam neceſſitate quàm utilitate alicujus Eccleſiæ curatæ, poſſunt tales requiri juxta hujus Conſtitutionis formam, ut omiſſis hujuſmodi peculiaribus obſequiis inſiſtant Curæ Animarum; dum tamen eis conſtituatur Salarium uberius, vel ad minus æquale illi qd receperunt in tali Collegio; quia ſicut invitus non compellitur creſcere, ut dixi, ſic nec ſine ſua culpa debet decreſcere. 74. *di. gelaſia. de tranſla. Epiſc. c.* 1. Per quæ Jura etiam dici poteſt, quòd habens ex Teſtamento vel Statuto, aliâve ordinatione, per Annum Salarium decem Marcarum, pro illo Anno non poteſt compelli ut deſerviat alicui Curæ, niſi Salarium ſibi conſtituendum moderetur ad minus ad tantum vel æquale, quia Officium ſuum non debet ſibi eſſe damnoſum. ff. *quemad. teſta. aperi. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus.* Secus tamen ſecus, ſi tales eſſent perpetuati; nam talis perpetuatio facit eos ut habeantur quaſi pro Beneficiatis, maximè quando forma ſive modus eos perpetuandi approbatur ab Epiſcopo vel Papa in ordinatione Statutorum ipſius Collegii. *Ar. ad hoc* 16. *q.* 7. *decernimus.* 63. *di. c. principij li.* & faciunt ad hoc notata *extra. de offi. vica. c. ad hæc.* ſed melius *de reſcrip. c. poſtulâſti.* ubi *Inno.* notat, qd Beneficium habere videtur, qui aliquam poſſeſſionẽ habet ab Eccleſia. 16. *q.* 1. *poſſeſſiones.* Vel ſi habet Penſionem vel Reditum. *de reſcrip. ad audientiam.* Et hoc verum, ubi talia habet in Beneficium perpetuum, ut ibi notat *Fo. An. in add. & in no.* quibus etiam concordat *Anto. de Butrio.* Sic viz. qd talia Beneficia à perſona hujuſmodi tolli non poſſent niſi per Judicem Eccleſiaſticum, nec aliis concedi quàm Clericis.

Obſequia privata & publica differunt.

a *Privatis.* Ut quia celebrant aliquod Annale pro vivo vel defuncto. Licèt enim interſit, & ſanctum & ſalubre ſit pro talibus exorare: *ſuprà. eo. c. ſanctum.* publica tamen utilitas hujuſmodi privatæ utilitati præferenda eſt. *de regu. c. licet. ante ſi. cum glo.* 7. *q.* 1. *ſcias. per Fo. et de poſt. præl. c. bona.* 1. *glo.* 3.

b *Peculiaribus.* i. e. Ad proprium commodum principaliter ſpectantibus. Et differunt hujuſmodi obſequia privata ſive peculiaria ab obſequiis publicis, quia publica ſunt quibus deputatur Populus; privata verò ſunt, quibus nullus populus deputatur. 12. *di. de his. ver. officia publica. per Fo.*

c *Quorumcunque.* Sic ergo, ut videtur, tales non Beneficiati etiam exiſtentes in domibus Epiſcoporum, aliorumq; Prælatorum, & Magnatum, atq; Nobilium, poſſunt requiri vigore hujus Conſtitutionis, ut omiſſis eorum obſequiis deſerviant Curæ Animarũ: verbum enim indefinite prolatum generaliter eſt intelligendum. *Extra. de verb. ſig. c. tua nobis. ubi de hoc.* Poteſt tamen ſatis rationabiliter dici, qd hi qui deſerviunt in Capellis Regum & Principum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, aliorumq; Magnatum, quibus à Jure vel Privilegio conceſſum eſt Miniſtros Eccleſiaſticos in ſuis Capellis tenere & habere, regulariter non poſſant nec debent requiri ſecundùm formã hujus Conſtitutionis; tum quia obſequia talium non ſunt omnino privata, tum quia ſine talibus Miniſtris non poſſunt hujuſmodi Magnates ſuas Capellas, ſecũdùm qd eis conceſſum eſt, honeſtè ſervare, & in eiſdem Deo deſervire; & ſic conceſſio eis facta eſſet eis quodammodo inutilis, qd eſſe non debet: quia conceſſo tali Magnati vel Domino, qd poſſet tenere & habere Capellam cum Officio Divino in eadem continuè ſolenniter celebrando, videntur ſibi conceſſa omnia, ſine quibus hujuſmodi Capella teneri non poteſt. ff. *de juriſdi. om. ju. l.* 2. cum concordantiis ibi poſitis in *glo.* Itẽ qd Generalitas, de qua hic loquitur, non debet extendi ad ea, de quibus non eſt verisimile ſtatuentẽ intellexiſſe. *de dec. c.* 2. §. *ſtatuimus. li.* 6. *de regu. ju. c. in generali. de offi. vica. c. eo. li.* Fateor tamen, qd ſi ſit tanta paucitas Sacerdotũ in partibus, qd non poſſunt haberi Presbyteri, qui deſervire debeant Curæ Animarum, & in talibus Capellis ſit dare copiam Sacerdotum non Beneficiatorum; tunc bene poſſet de talibus heri requiſitio, ut

Quæſtio.

† al. affingnandæ.

d *Ante omnia.* Id eſt, præ omnibus, & ſuper omnia. 35 *di. ante omnia. in princi. per Archid.*

e *Competentem.* Sume quod eſt *ſuprà. ordinarium Judicem.* Et intelligo in hac parte Judicem competentem Officialem Epiſcopi, qui cum Epiſcopo habet idem Conſiſtorium. *de conſue. c.* 2. *li.* 6. Licet enim talis Officialis non poſſit abſque commiſſione Epiſcopi Curam Animarum alicui authorizabiliter committere, poteſt tamen requiſitionem facere, de qua loquitur hæc Conſtitutio; ſicut aliàs in ſimili dixi *ſuprà. de conceſſ. Præben. c. ſurrientis avaritia. ver. competentes.* In Archidiacono verò ſeu ejus Officiali mihi videtur, qd non ſit Judex in ea parte competens, in quantum hoc facere niteretur jure

re

re proprio: secus si ex commissione Episcopi. *Extra. de offi. Archid. c. cum satis.* Si tamen Archidiaconus de Consuetudine præscripta cum concessione Episcopi præviâ, vel aliàs ex privilegio speciali habeat potestatem committendi auctorizabiliter Curam Animarum; puto qd in his casibus potest dici Ordinarius competens ad faciendũ requisitionem: quia hic agitur, maximè in locis illis ubi Jure proprio potest exercere talem potestatẽ. Circa qd vide quæ scripsi *suprà. de instit. c. Cum secundũ Apostolum. ver. non admiserit.* Et idem intelligo de quocunq; alio habente hujusmodi potestatẽ. Sed nunquid Archiepiscopus vel ejus Officialis dicendus sit in hac parte Judex competens ad faciendam requisitionem, de qua hic dicitur? Videtur qd non: quia certi sunt casus quibus Metropolitanus potest exercere suam Jurisdictionem in subditos Suffraganeorum suorum; de quibus notatur *extra. de offic. ordi. c. pastoralis. per Ber. de sup. negli. Prælа. c. 1. ver. concessum per Card. li. 6.* ed iste casus non est unus ex eis, ergo &c. Econtra videtur: nam Archiepiscopus potest facere Canonem seu Constitutionem Provincialem totam Provinciam tangentem, & illà Constitutione etiam ligantur Subditi Suffraganeorum, dummodo illam sciant, vel ipsorum ignorantia non sit crassa & supina; ut plenè notat *Card. de sen. Excom. c. Romana. § porro. ver. sententiæ. li. 6.* potestque ipsam pœnæ adjectione juvare, ut notatur ibidem, & *Extra. de sen. Excom. c. à nobis. per Ber. Inno. & alios.* Unde si aliquis in pœnam talis Constitutionis inciderit, qui non sit de Diœcesi Archiepiscopi, sed Subditus sui Suffraganei: In hoc casu à tali sententia non solùm potest Episcopus absolvere suum Subditum, sed etiam Archiepiscopus; ut notant *Docto. de Præben. c. grave. & ibi per Hosti. & Jo. in no.* Et est ratio: quia ejus, cujus est ligare, est solvere, & econtrà. *ff. de Reg. Jur. l. 3.* Cùm ergo Archiepiscopus possit incidentem in pœnam Constitutionis Provincialis absolvere, ergo etiam potest contra tale Statutum delinquentem punire. Et hoc fortificatur sic. Ubi causa aliqua concernit statum totius Provinciæ, ibi Archiepiscopus est Judex competens in tota Provincia, etiam quoad Subditos Suffraganeorum, ut clarè legitur & notatur *extra. de instit. c. 3. & ibi per Inno.* Sed Constitutio Provincialis concernit statum totius Provinciæ, pro cujus meliori directione ordinatur, Ergo &c. Facit *de Præben. c. grave. cum ibi notatis. de accus. sicut olim. cum similibus.* Sic etiam ubi vitium aliquid in Provincia est commune, ejus correctio spectat ad Metropolitanum. *Extra. de cele. Miss. c. penul.* Præmissis etiam concordat qd legitur & notatur *de rescrip. c. ad hæc. cum similibus.* Præmissis tamen non obstantibus, puto qd in hoc casu non possit Archiepiscopus vel ejus Officialis facere requisitionem, de qua loquitur hæc Constitutio, quoad Subditum Suffraganei, nisi hoc habeat ex Consuetudine præscripta. Nam Consuetudo bene potest sibi in talibus dare Jurisdictionem, ut notat *Card. d. c. 1. de sup. neg. Prælа.* & est expressum *de offi. ordi. c. Romana. §. 1. et 2. li. 6.* Quòd autem non possit hanc requisitionem facere de Jure communi, patet ex illà Regula, quæ vult, quòd Archiepiscopus vel ejus Officialis non potest se intromittere de Subditis Suffraganeorum, nisi ubi reperitur expressum in Jure; ut patet in dicto *c. 1. prael. de sup. ne. Prælа. li. 6.* Nec obstat, si dicatur Archiepiscopum, vel ejus Officialem posse exercere Jurisdictionem in causa concernente Statutum, auctoritate ipsius Archiepiscopi editum, ut ipsum Statutum exequendo tueatur: quia licet habeat talem Jurisdictionem in causa concernente Statutum, non tamen habet Jurisdictionem in persona quæ nondum deliquit contra Constitutionem illam, sed ligata est ipsius Jurisdictio quoad ipsam personam, quæ ejus requisitioni obedire non tenetur. Et pro hoc bene faciunt notata per *Jo. An. in addi. d. c. pastoralis. super glo. Ber. in ver. exceptis quibusdam.* Fateor tamen, qd si talis Sacerdos per alium Judicem competentem monitus sit sub pœna hic contenta; & cessante rationabili impedimento monitionibus hujusmodi non paruerit, & sic inciderit in pœnam hujus Constitutionis; tunc bene licebit Archiepiscopo, vel ejus Officiali, talem pronunciare incidisse in hujusmodi pœnam, & ipsum propter inobedientiam punire, sicut posset eum ab hujusmodi pœna absolvere; prout *suprà* dictum est. Facit ad hoc quod legitur & notatur *10. dis. c. 3. ad fi.* ubi patet, quòd violans Constitutionem Superioris facit injuriam Statuenti, ut ibi notatur per *Archid.*

Quæstio.

Annalia Defunctorum celebrantes, nec Curam Animarum habentes, sint septem Marcis, aut tribus cum cibariis contenti; habentes autem octo, aut quatuor cum victu, nisi Diœcesanus aliter statuerit. Transgressor autem Excommunicetur,

Simon Sudbury.

EFfrænata, *& infrà.* Quanquam bonæ memoriæ Dominus *Simon Islepe* dudũ *Cantuariensis* Archiepiscopus, Prædecessor noster, dum in humanis agebat, de Fratrum suorum consilio & assensu, [k] Statuerit, & Ordinaverit, qd Capellani Annalia celebrantes & cæteri Animarũ Curæ non intendentes, quinq; Marcarũ; Ecclesias verò seu Capellas Parochiales, & Curã eisdẽ imminentẽ officiantes sex Marcarum summã pro suis stipendiis annuis deberent contentari, in Sacerdotes non parentes Statuto hujusmodi, pœnam Suspensionis ab Officio ipso facto imponendo. [l] Nos tamen [m] temporum qualitate attentâ de Fratrum & Suffraganeorum nostrorum consilio & assensu, Statuimus, ut quicunque in nostris Civitate, Diœceſi, seu Provincia *Cantuariensi* pro [n] Animabus Defunctorum Annalia celebraturi, septem Marcis, [o] aut cibariis & tribus Marcis, alii autem qui Curæ Animarum deservient octo Marcis, aut cibariis & quatuor Marcis sint [p] annuatim cõtenti, nullatenus ultrà id [q] recepturi, [r] nisi aliquam propter inobedientiam [a] requisiti. [b] Sub pœna Suspensionis [c] ab Officio, [d] quam, si sic requisiti (ut præmittitur) infra viginti dierum spatiũ, cessante legitimo [e] impedimento, non paruerint [f] cum effectu, eo ipso se noverint [h] incursuros.

a *Requisiti.* i.e. Moniti.

b *Sub pœna.* Secunda pars.

c *Ab Officio.* Sc. Sacerdotali.

d *Quam.* Scil. Suspensionem.

e *Impedimento.* Utpotè, infirmitate, vel aliâ consimili.

f *Cum effectu.* Sic scilicet ut ibi maneat. Non enim sufficit ut hodie illuc veniat, & infrà tres vel quatuor dies recedat. Faciunt ad hoc quæ legunntur & notantur *de Cleri. non resi. c. relatum.* ubi habes qd verba cum effectu sunt accipienda.

g *Eo ipso.* Et sic ipso Jure.

h *Incursuros.* Scilicet auctoritate hujus Constitutionis.

i *Effrænata.* Hæc est Constitutio *Simonis Sudbury*, & habet quatuor dicta. In primo recitat Statutum Prædecessoris priùs editum. In secundo ibi, *Nos tamen*, illud Statutum ampliat. In tertio ibi, *si quis*, Clericis contrafacientibus adjicit pœnam. In quarto ibi, *sententiis*, limitat tempus à quo habeat ligare hujusmodi pœna. *Divisio.*

k *Statuerit.* Istud Statutum ponebatur in parte decisa Capituli præcedentis, quod ideo ibi subjicui, quia hic recitatur.

l *Nos tamen.* Secunda pars.

m *Temporum qualitate.* Leges namque & Constitutiones convenire debent temporibus suis. *dist. 4. c. erit. & ibi de hoc in glo. & concor. 23. q. 4. si Ecclesia.* ubi notat *Jo.* quòd ex tempore, loco, & persona, concordabimus Canones. Allegat ad hoc *29. di. c. 1. 2. & 3.* unde solet dici, Distingue tempora, & concordabis Jura. *2. q. 1. si peccaverit.*

n *Animabus Defunctorum.* In his ergo qui celebrant pro statu viventium, non habet hæc Constitutio locum, ut videtur: quia Statutum pœnale non est extendendum ad casus non expressos, sed strictè debet intelligi, sicut patet in suis terminis. *de pœn. di. 1. pœna.* Solet tamen dici, quòd ubi est omnimoda similitudo, tunc sit extensio; prout notat *Johan. An. de temp. ordi. c. 1. ver. Italiæ. li. 6* Et sic a paritate rationis idem erit de celebrante pro vivis, sicut & pro defunctis. Tu supet hoc videas quæ scripsi *suprà. de concess. Præben. c. esurientis avaritiæ. ver. procurantes.* ibi plenè videas.

o *Aut Cibariis.* Cujus itaque erit electio in hoc casu, utrum solventis, vel recipientis? Dic quòd electio erit solventis, in cujus favorem hoc positum est, secundùm ea quæ notantur per *Card. de Reg. Juris. c. in alternativis. li. 6. & ibi per Johan. An.* sed meliùs per *Dy.* Potes etiam circa hoc videre notata per *Bart. ff. de leg. 2. l. Lucio.*

p *Annuatim.* i.e. Per Annum.

q *Recepturi.* Supple, ex conventione sive pacto, quod qualiter intervenire potest in talibus, dixi *suprà. eo. c. Sacerdotes. ver. nullus insuper. vers. socios Sacerdotes.* Gratis enim oblatum potest licitè recipere ultra summam prædictam, dum tamen hoc fiat sine fraude hujus Constitutionis: quia Fraus & dolus nemini patrocinari debent. *de testamentis. c. officii. de ea qui duxit in matri. quam pol per adulte. c. 1. de rescrip. c. sedes. cum similibus.* Liberalitas tamen Offerentis tollere posset suspicionem fraudis in hac parte. *18. di. de Eulogiis. ubi de hoc. de Simonia. c. dilectus. 2. in fi. cum similibus.* Caveat tamen recipiens nè etiam gratis oblatum recipiat quasi exactum, quia tunc non videtur gratis recipisse; secundùm ea quæ notantur per *Archid. d. c. Statutum. ver. exigat. li. 6.*

r *Nisi aliter.* Excipit ab eo quod prius dixit.

a *Diœcesanus.*

ter loci [a] Diœceſanus cum his qui [b] Curæ Animarum deſervient, [c] primitus decreverit faciendum. [d] Si quis autē [e] Clericus contra hanc noſtram Conſtitutionem dando ſeu [f] recipiendo venire præſumpſerit, Excommunicationis ſententiā incurrat ipſo facto; à qua niſi per [g] Diœceſanum loci, in quo deliquerit, non poterit abſolvi. [h] Sententiis verò in præſenti Statuto noſtro contentis poſt [i] publicationem ejuſdem juxta Canonū [k] exigentiā contrafacientes, eiſdem ligari Volumus & involvi.

De Baptiſmo, & ejus effectu.

Baptiſterium ex competenti materia factum, & decenter coopertum, non alii uſui mancipetur. Aqua poſt Baptiſmum non ultra ſeptem dies in eo ſervetur, & in qua Laicus Baptizavit, in ignem projiciatur, aut cum vaſe Eccleſiæ uſui deputando ad Eccleſiam deferatur. Modus Baptiſmi à Laico factus diligenter inquiratur, levantes Infantem tantùm tres ſint, nec quiſquam extra neceſſitatis caſum Baptizet, aut pœnitentiam injungat.

Edmundus.

[l] BAptiſterium habeatur in qualibet [m] Eccleſia Baptiſmali [n] lapideum, vel [o] aliud [p] competens†, quod [q] decenter [r] cooperiatur, & reverenter obſervetur, & in [s] alios uſus [t] non convertatur. [u] Aqua verò, in qua Baptizatus fuerit puer, ultra [x] ſeptē dies in Baptiſterio non ſervetur. [y] Si verò puer [z] à Laico [a] domi [b] propter neceſſitatem fuerit Baptizatus, & [c] veſtimenta. Sed nunquid in hujuſmodi Baptiſterio ſive Fonte Baptiſmali liceat abluere Corporalia, vel Pallas Altaris, vel indumenta Sacerdotalia? Dic quòd non: quia talia lavari debent in Sacrario; ſicut legitur *de conſe. di. 1. nemo.* ubi traditur doctrina per quos, & ubi talia ablui debent, videlicet in Pelvi ad hoc ordinato, qui etiam ad alios uſus converti non debet, ut ibi dicitur.

†*al. add.* Vas.

---

a *Diœceſanus.* Inferior ergo non poteſt hujuſmodi Salarium aliter moderare, ut patet ex hac Litera.

b *Curæ Animarum.* His namque aſſignandum eſt quandoque Salarium largius quàm octo Marcarum, ſecundùm quantitatem & magnitūdinem Curæ qualitatémque perſonæ hujuſmodi Curæ deſerviturę. Nam juſtum eſt, ut ſecundùm magnitudinem quantitatémque Oneris & Laboris ad majus vel ad minus æſtimetur Salarium ſive Stipendium Miniſtrantis. Faciunt ad hoc quæ notavi *ſuprà. eo. t. proxi. ver. moderatis.* & vide notata per *Jo. An. de reſcrip. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. ver. officium. & ea. ver. per Archid. li. 6.*

c *Primitus.* i. e. Antequam recipiant Curam Animarum, vel deputentur hujuſmodi Curæ miniſtrandæ. Et ex hac litera appareret, quòd Capellano celebraturo pro Anima alicujus Defuncti non debet Epiſcopus Diœceſanus dare licentiam, ut amplius recipiat quàm ſeptem Marcas. Ratio eſt, quia non ſubeſt cauſa.

d *Si quis autem.* Tertia pars.

e *Clericus.* Hæc itaque Conſtitutiō non arctat Laicos, ſaltem quoad pœnam hic poſitam. Quare autem non fuit idem Statutum quoad Laicos, poteſt eſſe ratio; quia contra Laicos in eadem materia emanavit Statutum Regium etiam pœnale, editum (ut audivi) in Parliamento *Glocestriæ*, ubi etiam facta fuit hæc Conſtitutio 16. die Novembris, Anno Domini †1368. Et intelligē hic Clericum omnem illum, qui recepit Ordinem Clericalem, ſecundùm ea quæ *no. de Præben. c. 2. glo. 1.* Facit ad hoc *de judi. c. cum non ab homine. de ætat. & quali. c. cum contingat. in fi.*

†*MS. Æton.* 1378.

f *Recipiendo.* Supple, ex pacto.

g *Diœceſanum loci.* Sic ergo per Archiepiſcopum non poteſt abſolvi, licēt aliàs à ſententia lata per Conſtitutionem Provincialem poſſit Archiepiſcopus abſolvere etiam Subditum Suffraganei ſui, ſecundùm *no. Doctō. de Præben. grove.* Ratio eſt, quia hic Archiepiſcopus videtur renunciāſſe illi Juri limitando Abſolutionem, ut hic continetur. Et hoc verum intelligo quoad Abſolutionem primariam. Secus tamen dico, ſi Epiſcopus nollet talem abſolvere, vel in ea †impendenda malitioſè ſe haberet: nam tunc bene poſſet Archiepiſcopus vel ejus Officialis talem abſolvere, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de ſen. Excommuni. c. venerabilibus. §. ſane. li. 6.*

†*MS. Æton.* imponenda.

h *Sententiis.* Quarta pars.

i *Publicationem ejuſdem.* Aliàs autem non ligaret ignorantes. Circa quod vide quæ ſcripſi *ſuprà. de conſti. c. hujus autem. ver. publicam notionem.*

k *Exigentiam.* Secundùm ea ad quæ remiſi *ſuprà. glo. proxi.*

Diviſio. BAptiſterium. Hæc eſt Conſtitutio *Edmundi*, & habet ſeptem dicta. In primo ordinat de loco ubi fieri debet Baptiſmus. In ſecundo ibi, *Aqua*, diſponit circa Aquam, in qua aliquis eſt Baptizatus, diutius non ſervandam. In tertio ibi, *Si verò puer*, ſtatuit quid fieri debet cum Aqua Baptiſmatis, quando puer Baptizatus eſt domi ob neceſſitatem. In quarto ibi, *Item Sacerdos*, ponit doctrinam quid fieri debet, quando Laicus Baptizat in neceſſitate. In quinto ibi, *Ad levandum*, ſtatuit quantus erit numerus Compatrum. In ſexto ibi, *De Baptiſmate*, mandat quòd inferior Sacerdote non Baptizet niſi in neceſſitate. In ſeptimo ibi, *Si verò*, ordinat circa Exorciſmum ſupplendum, quando puer in neceſſitate Baptizatur.

l *Baptiſterium.* Id eſt, locus ſive ſtatio Baptiſmatis, ſcilicet Baptizatorium.

m *Eccleſia Baptiſmali.* Sive Cathedrali ſive Parochiali, tali viz. quæ habet populum; nam in Eccleſia Collegiata vel Conventuali quæ non habet populum, non debet eſſe Baptiſterium. 18. *q. 2. præcipimus.* Dicitur etiam Eccleſia Baptiſmalis reſpectu Capellarum ſubjectarum, quarum plebis infantes in ea Baptizantur, & non in ipſis Capellis, imò ad ipſas Eccleſias Baptiſmales tanquam Matrices pro Baptiſmo recurritur; ſecundùm ea quæ notantur *de ſen. Excommu. c. 1. ver. matricem. per Jo. An. in Cle. & ea. ver. per Paulum. &* de talibus Eccleſiis loquitur *Decre. 1. extra. de no. o. nun.* & 16. *q. 1. de decimis.* & de his notatur *eo. ti. c. unico. ver. deputati. per Joban. in Cle. & ea. ver. per Geſſ.*

n *Lapideum.* Simile habes *de conſe. di. 4. c. omnis Presbyter.*

o *Aliud.* Sc. de alia materia congrua & honeſta, tali viz. quæ ſit ſolida, durabilis, & fortis, ac Aquæ infuſæ reſtrictiva.

p *Competens.* Sic quòd Baptizandus poſſit in eo mergi.

q *Decenter.* i. e. Honeſtè, vel convenienter.

r *Cooperiatur.* Ut aqua ſervetur munda, & ſupple, *cum ſera claudatur*, nè Laicis vel aliis ad Aquam ejuſdem pateat acceſſus ad aliqua nefaria exercenda, ſicut aliàs ordinatur de Euchariſtia, & Chriſmate. *Extra. de cuſt. Eucha. c. 1.* Nam idem obſervari debet de aliis Sacramentis, ut ibi patet in Rubrica; & hoc innuit Litera quæ ſequitur, *reverenter obſervetur &c.* & eſt expreſſum *infrà ti. proxi. c. 1.* Vas.

ſ *Alios uſus.* Scilicet prophanos.

t *Non convertatur. Concor. ad hoc de conſe. di. 4. c. omnis Presbyter.* Sic etiam nec Ligna, ex quibus ædificatur Eccleſia conſecrata. *de conſe. di. 1. c. ligna.* Sic etiam nec Pallæ Altaris, nec Veſtimenta Eccleſiæ debent in alium uſum converti; ſicut patet *ea. di. c. Altaria.*

u *Aqua verò.* Secunda pars.

x *Septem dies.* Nè ſcilicet corrumpatur per diutinam ſtationem.

y *Si verò puer.* Tertia pars.

z *A Laico.* Idem intelligas ſi à Clerico.

a *Domi.* Sc. ubi natus eſt puer, vel in alio loco quàm in Baptiſterio ad hoc deputato. Et nota, quòd extra Eccleſias, ubi ſunt Fontes Baptiſmales deputati, regulariter non licet aliquem Baptizare; fallit tamen in liberis Regum vel Principum, vel ubi talis neceſſitas emerſerit, propter quam nequeat ad Eccleſiam abſque periculo acceſſus haberi; ſicut legitur *eo. ti. c. unico. in Clem.*

b *Propter neceſſitatem.* Quia forſan timetur de ejus morte imminenti, quo caſu cuilibet licet Baptizare: 30. *q. 1. ad limina.* etiam Patri, ut ibi legitur. Concordant etiam ad præmiſſa notata 93. *di. Diaconos.* Unde & Hæreticus tempore neceſſitatis poteſt Baptizare, dum tamen cum intentione Baptizandi ſervet formam Eccleſiæ. 24. *q. 1. ſi quem fortè.* Et circa hoc vide notata *de Cleri. non ordi. minis. c. 1.* Et non ſolùm poteſt eſſe neceſſitas in periculo mortis, ſed etiam quia in partibus eſt hoſtilitas, vel incurſus Latronum, aut inundatio aquarum, vel quid ſimile in via vel in loco, vel damnum pecuniarium; ut ſi ſub pœna pecuniaria eſſet prohibitum, nè quis ad talem locum accederet; prout iſta notantur *eo. ti. c. unico. in Cle. per Paulum. ver. aut talis.* Scias tamen, quòd Laicus ſine neceſſitate Baptizans peccat. 1. *q. 1. quod quidem.* Nam Baptizare, propriè eſt officium Sacerdotis: 50. *Diſt. qui ſub gradu.* & hoc eſt verum ſolenniter, ut ibi notatur per *Joban. & Extra. de corpo. vitio. c. ſignificavit.* & ibi per *Bern. glo. 3.* & concordat *Johannes in ſumma confeſ. li. 3. c. 24. q. 16.* facit ad hæc *de conſecra. diſt. 4. c. mulier. & c. ſequen.* 30. *q. 3. c. ſuper quibus.* & concordat ad præmiſſa dicit *Thomas, in ultima parte ſummæ. q. 67. articu. 4.* quòd licēt Presbyter Baptizare poſſit, præſente Epiſcopo, quia de Officio ſuo eſt; tamen præſente Presbytero Clericus Baptizare non debet, nec Laicus præſente Clerico, nec Mulier præſente Viro.

Quare Baptismus fiat in Aqua.

a *Aqua.* Quæ qualis esse debet, dixi *suprà. de sacra. ite. vel non. c. qd in constitutione. ver. legitimè factum.* Et nota, qd ideo Baptismus potiùs fit in Aqua quàm alio liquore; quia sicut Aqua sordes corporis & vestes abluit; sic Baptismus maculas Animæ sordesq; vitiorum mundando abtergit. Alia ratio est, ut nullum inopia excusatio, quod posset fieri si in Oleo, Vino, aut alio liquore fieret, cum multi careant his, & talia cariora sunt Aquâ. Tertia ratio est, ut apud omnes inveniatur communis Baptizandi materia. Quarta ratio est, quia Aqua quæ manavit de latere Christi fuit signum hujus Sacramenti, prout ista notantur *de conse. di. 4. c. 1. per Arch.* Tu potes aliter dicere, qd ideo Baptismus fit in Aqua & non in alio liquore, quia cùm homo per primi Parentis peccatum incurreret immunditiam, ignorantiam, & concupiscentiam, per Baptismum ab his tribus liberamur malis. Et hoc notatur in proprietatibus Aquæ, sc. in puritate, perspicuitate, & frigiditate: Baptismalis enim Aqua suâ puritate nos mundat, perspicuitate nos illuminat, atque suâ frigiditate ab æstu Concupiscentiæ nos teperat. Hæc notantur per *Tho. de veritate l. 6. c. 8.*

b *Vel ad Ecclesiam.* Et hoc eligibilius est, si propè sit, & commodè illuc possit deferri.

c *Vas illud.* Sc. in quo Puer Baptizatus est. Et hæc litera, ut videtur, innuit, quòd Baptismus debet fieri in aliquo vase, sic quòd in Aquam mergi possit Baptizandus. Et talis Immersio debet esse trina, nisi Consuetudo habeat ut sit unica tantùm. *de conse. di. 4. de trina. cum glo. Fo.* Tamen hoc non intelligas de necessitate Baptismi, sc. ut fiat Immersio, sed potest fieri etiam per modum Effusionis vel Aspersionis. Et hoc maximè est verum, quando Consuetudo Ecclesiæ hoc patitur, vel quando necessitas incumbit propter defectum†, sive propter periculum pueri de cujus morte timetur, vel etiam propter imbecillitatem Sacerdotis non potentis sustentare Infantem: in his enim casibus, & similibus, sufficit quòd Caput aspergatur, vel super Caput Aqua effundatur, vel in Aquam mergatur, tanquam pars principalior. *Ar. ad hoc. ff. de reli. & sump. fu. l. cum in diversu.* Scias tamen, qd licèt per aspersionem vel effusionem Aquæ possit fieri Baptismus, ubi esset talis Consuetudo; laudabilior tamen est Consuetudo ut fiat per Immersionem. Et licèt Immersio possit solùm esse una, ut dixi in principio; probabilior tamen est Consuetudo quæ ter immergit, quia significat fidem Trinitatis, & triduum Sepulturæ Christi. Hæc tamen significatio non est de substantia Sacramenti, secundùm notata *Fo. in summa confes. li. 3. c. 24. & q. 15.* qui ad fundationem præmissorum allegat *Tho. Pe. & Alber.* dicens secundùm *Tho.* qd graviter peccaret, qui contra Consuetudinem Ecclesiæ tantùm semel immergeret, licèt non sit de substantia Sacramenti. De hac materia vide qd amplius dicam *infrà. eo. ti. c. quod in constitutione. ver. immersio.*

† *MS. Aton. add.* Aquæ.

d *Comburatur.* Tale namq; vas, licèt non sit sacrum, ratione tamen veneerationis Sacramenti non debet converti ad usus privatos sive prophanos, sicut legitur in simili de aliis materiis non sacris, sacris usibus deputatis incendio comburendis. *de conse. di. 1. c. signa. & c. sequenti.*

e *Usus Ecclesiæ.* Sc. ut in illo laventur vestimenta Ecclesiæ, vel possunt talia vasa verti ad usum Prælati Ecclesiæ in aliquo ministerio honesto; secus tamen in usu servili vel inhonesto, secundùm ea quæ in simili leguntur & notantur *de conse. di. 1. c. signa.*

f *Item Sacerdos.* Quarta pars.

g *Laicum.* Supple, & quemlibet alium in casu necessitatis minùs solenniter Baptizantem.

h *Diligenter.* Non perfunctoriè: sic viz. ut scire & intelligere possit omnes circumstantias adjuvantes vel aggravantes.

i *Quid dixerit.* Sc. quoad verba quæ sunt de substantia Sacramenti: de quibus & sub qua forma præferri debent, vide plenius quæ scripsi *suprà. de sacra. iter. vel non. c. qd in constitutione. ver. legitimè factum.*

k *Quid fecerit.* Sc. utrum Infantem in aquâ immersit, vel aquam super eum effuderit, vel ipsum aquâ asperserit, & quali aquâ. Nam sicut in Sacramento Baptismi de substantia est Verbum, sic etiam de substantia est Elementum. De quo etiam dixi *suprà. de sacra. ite. vel non. c. quod in constitutione. ver. legitimè factum.*

l *Diligenti.* Sic ut eruat veritatem, & se informet de singulis circumstantiis in ea parte requisitis.

m *Fide plena.* Viz. per Testes, qui interfuerunt Baptismati: & viderunt qd factum est, & audierunt prolationem verborum, & qui ea distinctè intellexerint, & qd probatio sit certa & non dubia. *Extra. de proba. c. in præsentia.*

n *Distincte.* Sc. quoad prolationem verborum; de quibus & quomodo in eis defectus prolationis facit Baptismum nullum, dixi *suprà de sacra. iteran. c. quod in constitutione. ver. legitimè factum.*

o *Formæ Ecclesiæ.* De qua habes *infra c. proxi. & extra. eo. c. 1.*

p *Anglico.* Supple, vel alio Idiomate intelligibili.

q *Approbet factum.* i.e. Habeat puerum pro Baptizato.

r *Sin autem.* Supple, non sit sibi facta plena fides, imò probabiliter dubitet an puer sit rite Baptizatus.

s *Formam Ecclesiæ.* Viz. si videat eum non Baptizatum, secundùm formam Decretalis primæ, *Extra. eo.* Si verò dubitet secundùm formam *Decre. extra. eo. c. 2.* Et de hac duplici forma loquitur *c. proxi. infrà. eo.*

t *Ad levandum.* Quinta pars.

u *Tres ad plus.* Imò, ut videtur, non plures quàm unus accedere debet ad levandum puerum de sacro Fonte. *de conse. di. 4. c. non plures. de cogna. spiri. capi. ulti. li. 6.* Ubi dicit *Archidiaconus*, quòd si plures quàm unus ad hoc accedant, peccant, quia faciunt contra prohibitionem Canonicam. Hoc tamen non servatur ubique, secundùm *Hug.* Unde etsi plures accedant, licèt id fieri non debeat, tamen contrahitur Compaternitas; ut patet dicto *c. ulti.* & notatur per *Archi. 30. q. 4. c. quod autem.* ubi apparet, quòd plures quàm unus possunt accedere ad levandum. Et hoc satis concedi potest, ubi Consuetudo non resistit, sed potiùs assistit. Nam in hoc casu levis est culpa, quæ de facili remittitur, secundùm *Fo. in n. dicto c. ulti.* Permittitur namque quòd plures accedant ad levationem ratione amicitiæ, quæ inter tales contrahitur, secundùm *Albertum* in Scriptis, qui dicit, quòd si centum accedant, & tangant puerum, cum omnibus contrahitur Cognatio Spiritualis: & idem notat *Hostiensis de cogna. spiri. c. Martinus. ver. Tebergam.* Hic tamen limitatur numerus, quòd scil. ad plus non accedant ad Infantem levandum nisi tres. Istud itaque Statutum non præcipit, ut plures quàm unus accedant, sed nè ultra tres recipiantur ad levandum: & sic non obstat quod legitur *de consecratione. d. 4. c. non plures.*

x *Recipiantur.* Scilicet per Sacerdotem Baptizantem, cujus est dirigere ea quæ pertinent non solùm ad Substantiam, sed etiam ad Solennitatem hujus Sacramenti. Et ex hac litera apparet, quòd Sacerdos potest recipere ad sic levandum tres personas, & sic potest facere aliquid contra prohibitionem Canonis Statuentis, quòd non sit nisi unus Patrinus. *de consecratione di. 4. non plures.* Sed hoc intelligas, scil. ut Sacerdos possit hoc facere permissivè, non autem præceptivè: potest namque permittere quòd tot accedant; non tamen ex sua propria auctoritate disponere.

y *Maris.* i. e. Masculi.

z *Duo Mares.* Loquitur potiùs secundùm Consuetudinem, quàm secundùm Jura. In talibus namque potest Consuetudo habere locum, sicut & in hoc, quòd fiat Immersio unica vel trina: *de conse. di. 4. de trina.* vel quòd fiat Aspersio vel Effusio, secundùm ea quæ dixi *suprà. eo. vas illud.*

a *Fœmina.* Non enim solus Masculus, sed Fœmina potest aliquem levare de sacro Fonte; sicut patet *de cogna. spiri. c. ulti. li. 6.* Sed contra hoc opponitur: nam Fœmina cognationem contrahere non potest, cùm non possit Adoptare. *Inst. de adop. §. fœmina.* Solutio. Verum est, quòd Cognationem lega'em, quæ fit per Adoptionem, non potest Fœmina contrahere, ut ibi patet: & *C. de adp. l. mulierem.* & notatur 56. *di. c. Ismael.* Cognationem tamen Spiritualem bene potest contrahere, ut hic etiam activè contrahendo, quia non est differentia in sexu quoad hoc. Facit ad idem *Extra. de cogna. spiri. c. veniens.* De differentiis verò & convenientiis Sexuum plenè notatur in *Specu. ti. de procura. §. 1.* ubi *Speculator* ponit 37. Casus, quibus conditio mulierum est deterior quàm virorum, & 11. Casus quibus est melior, & 13. in quibus conveniunt. Dictis verò 37. Casibus potes addere alium, 20. *q. 2. Statuimus.* ubi dicitur, quòd mulier non potest Monacham velare. Alium etiam Casum potes colligere *de sta. re. c. 1. li. 6.* ubi patet, quòd Abbatissa non potest visitare loca sibi subjecta, secundùm *Lapum Abbatem.* Sed quia hic agitur de Patrinis recipiendis ad levationem Pueri de sacro Fonte, & ultra tres non admittantur; scire debes, qd etiam ad talem numerum non potest indistinctè quilibet admitti: nam Abbates & Monachi non possunt de Baptismo Filios & Commatres habere. *16. q. 1. placuit communi. de Consecratione. di. 4. non licet.* Et idem intelligo de Canonicis Regularibus. *Argu. ad hoc. Extra. de postu. c. non ex parte.* Et hoc verum in Levando sive Suscipiendo, secus tamen est Baptizando: prout notat *Joh. 18. q. 2. c. per venit. & dicto c. non licet.* Sic idem intelligas de aliis Religiosis, vere. Albas & Monachas de sacro Fonte levare.

gioſis, ſecundùm *Albertum*, in ſcriptis *in glo. ſuper Ray. ti. de cogna. ſpiri. ſuper ver. ſuſcipere.* & notatur per *Henricum de Bowyco. eo. ti. c. ex literis.* Scire etiam debet, quòd Patrini adhibiti in Baptiſmo Fidejuſſores ſunt Baptizati apud Deum: *de conſecra. di. 4. vos ante omnia.* & tenentur docere eum Symbolum & Orationem Dominicam, & alia quæ pertinent ad ſalutem, ſicut ibi patet. Et notatur per *Jo. An. in no. de cog. ſpiri. c. 1. li. 6.* Requiritur quoque quoad vinculum cognationis ſpiritualis contrahendum, qd ipſe Patrinus per ſe ſuſcipiat Puerum de ſacro Fonte, nec poteſt hoc facere per Procuratorem. Nam Compaternitas non contrahitur per Procuratorem, ſed requiritur Actus Corporalis. *Extra. de cogna. ſpiri. c. veniens. & eo. ti. c. 1. li. 6.* ibi, *ſuſcepit &c.* & ſic ibi notatur per *Archid. & Jo. An.* poſt *eum in no. & de Regu. Juris. c. poteſt quis. in Novel. per eundem.* & idem tenet *Bart. l. Gallus. §. forſan. ff. de liberis & poſtbu. Angelus de Perufio* diſtinguit; aut fit actus Levationis per Procuratorem, & tunc procedit Opinio *Arch.* aut fit per Nuncium, & tunc bene poteſt contrahi Paternitas. *Arg. l. & licet. ff. de conſti. pecu.* Sed Dominus *Jo. de Imola* dicit, quòd verius eſt tenere Opinionem *Arch. & Jod. An.* quia Opiniones eorum pariter concludunt, & quia in actibus Spiritualibus inſeparabilibus a perſona non eſt differentia inter Procuratorem & Nuncium; ut notatur per *Jo. An. ver. credendum. in glo. Clem. 1. de renun. & in l. qui ita. §. 1. ff. ad Trebel. et l. qd modo. ff. de acquiren. poſſeſ. per Bart.* Solet tamen dubitari, an requiritur quòd Patrini reſpondeant Interrogationibus in Catechiſmo factis, vel ſufficit quòd ipſi præſentes annuendo conſentiant? Quòd debeant reſpondere, expreſsè videtur *de conſecra. diſt. 4. c. parvuli.* ubi de hoc per *Archid.* qui dicit *Hoſtienſem* ſic tenere *in ſumma ſua. ti. de ſponſal. ſub Rubrica de Matrimoniis. §. qualiter contrahantur. ver. & nunquid.* & ſic videtur tenere idem *Archid. dicto c. parvuli. & de cogna. ſpiri. c. 1. ver. cognationem ſpiritualem. li. 6.* Alii tamen *Doctores*, viz. *Wilhelmus* ſuper *Ray. ti. de cogna. ſpiri. ſuper ver. Baptiſmum. & ver. Confirmationem. & Jo. in ſumma confeſ. eo. ti. q. 22.* & *Aſtexanus eo. ti. in fi.* tenent contrarium, dicentes, quòd non credunt Reſponſionem Patrinorum eſſe de ſubſtantia rei quoad Compaternitatem contrahendam, & pro iſta Opinione facit Textus in *dicta c. 1. li. 6.* qui loquitur de Suſcipiente, nec facit mentionem de Reſpondente. Tu dicere potes, quòd ubi Baptizatus eſt Infans, ita quòd non ſciat nec poſſit reſpondere pro ſeipſo, tunc neceſſaria eſt Reſponſio Patrinorum: & ſic ſtat dictum *c. parvuli.* Secus tamen eſt in his qui poſſunt & ſciunt reſpondere pro ſeipſis. Hanc Solutionem ponit *Henricus de Bowyco, Extra. de cogna. ſpiri. c. veniens.*

Quæſtio. Sed quæro, nunquid in tali Levatione ſive Suſceptione requiritur tactus ipſius Baptizati ad effectum contrahendæ Compaternitatis? *Archid. de conſecra. di. 4. c. non plures.* dicit quòd ſic: & cum eo concordat *glo. Wil. ſuper Ray. ti. præalle. & Jo. in ſumma confeſ. eo. ti. q. 21.* & pro hac materia videas notata *per Archid. 30. q. 4. c. quod autem.* ubi dicit, quòd ſufficit tangere Linteum, in quo forſan Puer eſt involutus, licèt non tangat ipſum Puerum. Pro quo videas quod notat idem *Archid. de cogna. ſpiri. c. ulti. li. 6. in fi.*

a *Amplius.* Sc. Quàm ad numerum trium Perſonarum.

Mala ex pluralitate Patrinorū proveniēntia. b *A malo.* Dicitur enim talis pluralitas Patrinorum fieri *à malo*, ratione mali inde ſecuturi. Unum malum eſt, quia licèt unus ſolus Baptizandum ſuſcipere debeat, ut patet *de conſecra. diſt. 4. c. non plures.* ſi tamen plures accedant, contrahunt per hoc quandam cognationem Spiritualem cum Levato, & ejus Parentibus, & aliis, de quibus legitur *de cogna. ſpiritu. c. nedum. li. 6.* & ut dixi *ſuprà. eo. ver. tres ad plus.* Et ſic etiam Matrimonialiter commiſceri adinvicem non poſſunt talem cognationem contrahentes ſine peccato. Aliud malum eſt, quia quot Patrinos habet Filiola, tot Maritos amittit. Econtrà, quot Matrinas habet Filiolus, tot Uxores amittit. Tertium malum eſt, propter impedimenta ex tali cognatione inſurgentia, etiam quoad perſonas illas; de quibus legitur & notatur *de cogna. ſpiri. c. 1. li. 6.* Et circa hanc materiam poteris videre notata *Hoſtien. in ſumma. de cognatio. ſpiri. §. quot ejus ſpecies. in princi.* Sed quæro, nunquid in Baptiſmate Adulti requiritur præſentia & aſſiſtentia Patrinorum, qui eum ſuſcipiant de ſacro Fonte? Videtur quòd non: quia Adultus ſatis poteſt, & ſcit & debet reſpondere pro ſeipſo: *de conſecratio. di. 4. cum pro parvulis, et c. prima igitur.* ſic tamen non eſt in Parvulis, & ideo opus eſt, ut alius reſpondeat pro eis. Econtrà tamen videtur, nam Confirmandus, etiamſi ſit Adultus, debet teneri in Confirmatione, in ſignum quòd non debèt præſumere à ſeipſo habere robur; ſed ad ſignificandum quòd per ſe ſtare non poteſt, tenetur ab alio. *de conſecra. di. 4. c. in Catechiſmo, cum duobus Capitulis ſequentibus.* & notatur per *Archid. de conſecra. di. 5. c. ſpiritus.* Et iſtud puto verius, tum quia Baptizatus eſt ſæpiùs admonendus, ut ſit firmus in Fide, ut dicit Textus *de conſe. di. 4. c. vos ante omnia.* Et talis Admonitio debet fieri per Patrinum, tum quia Presbyter Baptizans tenetur omnes Baptizatos per ſe inſtruere ſemper: & quia multis impedibus non poſſet facere hanc inſtructionem, committit curæ Patrini levantis; prout notat *Archid. dicto c. vos ante omnia.* Unde cùm hæ rationes etiam concludant in Adultis, ſatis poteſt dici, quòd etiam in Baptiſmo Adulti debet Patrinus intervenire. Et ſic notatur *de cognatione ſpirituali. capit. ulti. verſ. quid de adulto.* per *Dominicum de Sancto Geminiano. li. 6.*

In Baptiſmo Fœminæ duæ Fœminæ & unus Maſculus; qd enim [a] amplius eſt, [b] à malo eſt. [c] De Baptiſmate etiã, & [d] pœnitẽtia Præcipimus, qd [e] Diaconi Pœnitẽtias dare, vel Baptizare [f] non præſumãt, [g] niſi in his ca-

☞

ſibus cùm Sacerdos [h] non poteſt, vel [i] abſens eſt, vel [k] ſtultè vel [l] indiſcretè non vult, & [m] mors imminet puero vel [n] ægroto. [o] Si verò Baptizatus fuerit puer à [p] Laico, [q] præcedentiã & [r] ſubſequentia

c *De Baptiſmate.* Sexta pars.

d *Pœnitentia.* Quæ duo quoad miniſtrationem eorundem pariſicantur, ut ſcilicet non miniſtrentur niſi à Sacerdote, qui dictorum Sacramentorum eſt debitus Miniſter, excepta causa neceſſitatis. De primo, ſcilicet quoad Baptiſmum, ſic ſcribunt communiter omnes Theologi, qui dicunt, quòd alius non Sacerdos Baptizans præter articulum Neceſſitatis peccat. Et hoc dixi *ſuprà. eo. verſ. 2. ver. propter neceſſitatem.* De ſecundo, ſcilicet Pœnitentia, quòd ſit proprium Officium Sacerdotis & non alterius, qui non eſt Sacerdos, patet ex hoc; quòd ſolùm Sacerdotibus Dominus dedit poteſtatem ligandi & ſolvendi. *de pœni. di. 1. c. verbum Dei.* Et notatur *de pœni. & remiſſ. §. quibus confitendum ſit. in princi. per Hoſtien. in ſumma.*

e *Diaconi.* Iſtud ſumptum eſt à Canone *de Conſecra. di. 4. conſtat. & 94. di. Diaconos.* ubi legitur, "quòd Diaconi non debent Baptizare abſque juſſu Epiſcopi vel Sacerdotis, niſi contingat ipſum Sacerdotem longius abſentari, & neceſſitas extrema compellat. Nam in caſu neceſſitatis, abſente Presbytero, poteſt Diaconus ſuo Jure Baptizare, & Corpus Chriſti erogare Infirmis: ſed in Eccleſia præſente Presbytero, non poteſt, etiamſi neceſſitas exigat, niſi juſſus à Presbytero, putà, cùm multi ſint qui indigent Baptiſmo, & Presbyter non poteſt omnibus ſufficere. Similiter, ſi multi volunt accipere Corpus Chriſti, nec Presbyter ſufficit omnibus; prout iſta notantur dicto *capit. Diaconos. per Johannem.*

f *Non præſumant.* Sc. Jure ſuo.

g *Niſi in his.* Excipit à præmiſſis.

h *Non poteſt.* Quia feſſus eſt, vel impotens.

i *Abſens eſt.* Hoc dic ut dixi *ſuprà. ver. Diaconi.*

k *Stultè*, i.e. Obtuſi ſenſibus.

l *Indiſcretè.* Quia forſan non vult Baptizare, niſi data pecunia; vel fingit ſe fore aliud facturum, quod non requirit conſimilem accelerationem. *de conſe. di. 4. c. quicunque.*

m *Mors imminet.* Quo caſu, non ſolùm Diacono, ſed etiam Laico, & cuicunque alteri licet Baptizare; ut dixi *ſuprà. eo. §. 2. ver. propter neceſſitatem.*

n *Ægroto.* Qui deſiderat Confiteri. Tali namque caſu poteſt non ſolùm Diaconus, ſed etiam Laicus Confeſſionem Ægroti audire; immo & Mulier hoc poteſt. *de pœni. diſt. 1. quem pœnitet. de conſecra. di. 4. ſanctum eſt.* Et hoc verum, ad oſtendendum Fidem Sacramenti; Sacramentum tamen deficit, quia nullus poterit verè abſolvere † niſi Sacerdos. *Ar. ad hoc. extra. de ſumma Trinitate & fide Catholica. c. 1. §. una.* & notatur *de pœniten. & remiſſio. §. quibus confitendum ſit. ver. 7. tempore neceſſitatis. per Hoſtien. in ſumma.*

† *MS. Æton. add.* ut verũ ſit Sacramentum Pœnitentiæ.

o *Si verò.* Septima pars.

p *Laico.* Sc. In caſu neceſſitatis.

q *Præcedentia.* Scilicet Exorciſmi & Catechiſmi, de quibus dicam *infrà. c. proxi.*

r *Subſequentia.* Scilicet ſignatio cum Chriſmate in vertice cum Oratione ſecuta. *de Conſecratione. di. 4. poſtquam aſcenderit.* Tradi etiam ſibi debet Candida Veſtis, quæ ſignificat Innocentiam & Puritatem Chriſtianam. *de Conſecratione. diſt. 4. poſt Baptiſmum.* Traditur etiam ſibi & Cereus, qui ſignificat Fidei & Morum claritatem, ſecundùm *Johannem, in ſumma confeſſ. li. 3. c. 24. q. 44.* & notatur *de conſecra. di. 4. c. ſive parvuli. per Archid.* & ſic fieri debent alia, prout in Manuali continetur.

a *Mersionem.* In qua fit Baptismus: & an hujusmodi *Mersio* debeat esse trina vel unica, & an sufficit super Baptizandum aquam aspergere, dixi *suprà. eo. vers.* 2. *ver. vas illud.* & vide quod dicam *infra. eo. c. fi. ver. immersio.*

b *A Sacerdote.* Cujus solius Officium est solennitatem Baptismi agere. *de consecra. di. 4. c. consulat.* & dixi *supra. eo. c. parte* 2. *ver. propter necessitatem.*

c *Circa Sacramentum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & habet quatuor partes. In prima recitat abusum quem præcipit emendari. In secunda ibi, *Forma autem*, ostendit quæ sit forma Ecclesiæ in Baptizando, & quomodo verba proferri debent. In tertia ibi, *Ad si Sacerdos*, instruit quid fieri debeat, quando dubitatur de Baptismo. In quarta ibi, *Attendant*, statuit circa Nomina Baptizandis imponenda.

Divisio.

d *Sacramentum Baptismi.* In quo consistat illud Sacramentum sunt Opiniones. Prima est, quòd ipsa Aqua est Sacramentum Baptismi. Secunda est, quòd passio Tinctionis sive Ablutionis, est Sacramentum Baptismi. Tertia est, quòd Character, qui in Baptismo confertur, est Sacramentum Baptismi. Tu dic, quòd in Baptismo sunt tria; unum quod est Sacramentum & non Res, sc. Aqua abluens, sive ablutio. Secundum est Res & non Sacramentum, sc. Peccati remissio & Gratiæ infusio. Tertium est Res & Sacramentum, sc. Character Animæ impressus in Baptismo. Aqua igitur Verbo Domini sanctificata, proprie est Sacramentum, sicut & species Panis in Sacramento Altaris; & Character secundariò, sicut & verum Corpus Christi: sic notatur *eo. ti. super Rubri. per Inno.* cum quo concordant alii *Doctores*, in eodem loco scribentes, & sic notatur *per Fob. in summa confes. li. 3. ti. 24. q. 1. ad finem.*

In Baptismo tria requiruntur.

e *Periclitantibus.* i.e. Periculum Experientibus.

f *Parvulis.* Idem intelligas de adultis cupientibus Baptizari, quando constituti sunt in periculo mortis.

g *Necessitatis.* Non solùm mortis sed alterius necessitatis, secundùm ea quæ dixi *suprà. eo. c. 2. vers. 2. ver. propter necessitatem.*

h *Quibuscunque.* Etiam Hæreticis vel Schismaticis, fidelibus & infidelibus, dummodo habeant intentionem Baptizandi, & servent formam Ecclesiæ. *de consec. di. 4. c. constat. in fi. cum aliis c. seq.* & notatur *extra. eo. ti. c. de quibus, per Henricum de Bowyco in princi. sua distinctionis.*

i *Casibus hujusmodi.* Ex hac litera apparet, qd in talibus non solùm ponderari debet Mortis articulus, sed etiam casus ex quibus incurritur periculum inevitabile; secundùm ea quæ dixi *suprà. eo. c. proxi. vers. 2. vers. propter necessitatem.* & facit ad hoc *de consecra. di. 4. c. hi qui.*

k *Taliter. Sc.* In articulo necessitatis inevitabili.

l *Baptizare. Supple*, sine solennitate. Alias autem si eum solennitate Baptizaret, etiamsi Clericus esset, peccaret mortaliter; prout notat *Alex. li. 4. ti. de baptizantibus. ar. 2. ad fi.* Sic tamen Baptizans Baptismi Sacramentum conferret, nec taliter Baptizatus deberet rebaptizari, secundùm eum.

m *Hujusmodi Baptismum.* Sc. Factum à non Presbytero tempore necessitatis.

n *Ad salutem* i.e. Ad salvationem ipsius Baptizati. Pro qua materia vide quæ scripsi *suprà. de sacra. ite. vel non. c. ignorantia. ver. debent recipi. & ver. salute.*

o *Forma debita.* Unà cum elemento Aquæ, de quibus dixi *suprà. de sacra. ite. vel non. c. ignorantia. ver. debent recipi. & c. quod in Constitutione. ver. legitimè factum.*

p *Taliter Baptizatos.* Sc. Per Laicos, vel alios non Sacerdotes tempore necessitatis.

q *Iterum Baptizari.* Circa hoc vide quæ dixi *suprà. de sacra. iter. c. quod in Constitutione. ver. iterare.*

r *Quidam tamen.* Verl.

s *Stolidi.* i. e. Fatui, superbi, vel insipientes.

t *Sic Baptizatos. Sc.* Per non Sacerdotes, vel etiam per Sacerdotes absque solennitate in necessitatis articulo, servatâ tamen formâ & materiâ debitâ.

u *Parvulos.* Idem intellige etiam in adultis.

x *Sacramenti injuria.* Secundùm ea quæ scripsi *suprà. de sacra. iteran. c. quod in Constitutione. ver. iterare. et c. sacerdotes. ver. iterato confirmandos. & ver. irregularis. & c. sacramentum. ver. iterari.*

---

a mersionem expleantur vel suppleantur b à Sacerdote.

Sacerdos à Laicis Baptizatũ non rebaptizet, sed Exorcismum & Catechismum super eum dicat. Verba enim Baptismi etiam vulgariter dici possunt. In dubiis autem Baptizet sub conditione, nec Nomina lasciva aut ludicra imponi sinat.

Johannes Peccham.

c Circa d Sacramentum Baptismi quosdam comperimus deliquisse. Cùm enim e periclitantibus f Parvulis in g necessitatis inevitabili articulo, h quibuscunq; Laicis vel mulieribus sit concessum in i casibus hujusmodi periclitantes k taliter l Baptizare, & m hujusmodi Baptismum constet n ad salutem sufficere, si o forma debita teneatur, nec debere p taliter Baptizatos q iterum Baptizari. r Quidã tamẽ s stolidi Sacerdotes t sic Baptizatos u parvulos non sine x Sacramenti injuria rebaptizant; qd, nè de cætero fiat, firmiter inhibemus: y sed super sic z Baptizatos a dicantur b Exorcismi, & c Catechismi propter reverentiã Ecclesiæ taliter d statuentis. e Forma autem Sacramenti in vulgari lingua consistit non solùm in f signis, Exorcismus potest fieri per Exorcistas, maximè quando Sacerdos est aliunde multùm occupatus; & sic loquitur dictum *c. sive parvuli.* Ubi tamen sit Baptismus, non servato tali interstitio temporis, sed sit Baptismus absque ulteriori expectatione, unà cum Exorcismis adtunc immediatè præcedentibus, debent fieri hujusmodi Exorcismi per ipsum Sacerdotem, ad cujus Officium pertinet solenniter Baptizare. Et sic stant Capitula in contrarium allegata: & idem intelligo, ubi aliquis in articulo † necessitatis Baptizatus est, ut scil. per Sacerdotem suppleantur Exorcismi, & alia quæ ex parte Solennitatis Baptismi consueverunt præcedere vel subsequi Immersionem; ut patet *suprà. eo. c. proxi. in fi.* Nam hodie hujusmodi Officium Exorcistarum non haberur in usu.

† *MS. Æm. Mortis.*

y *Sed super.* Vers.

z *Baptizatos.* sc. Servato modo legitimo.

a *Dicantur.* Hic non dicit per quos: sed hoc videtur supplere *suprà. eo c. proxi. in fi.* ibi, *à Sacerdote &c.* Sed quoad Exorcismus videtur quòd possint, immo debeant fieri per inferiores Clericos, sc. Exorcistas, quorum Officium est per Increpationes & Conjurationes potestatem Spirituum malignorum per manuum impositionem abigere & effugare à Catechumenis & Energumenis. 25. *di. perlectis.* Cui etiam sententiæ convenit quod legitur *de consecra. di. 4. c. sive parvuli.* ibi, dum dicit, *Exorcismis et Exsufflationibus Clericorum.* Econtrà videtur, quòd Exorcismi fieri debeant per Sacerdotes. *de consec. di. 4. c. postquam se. et c. debinc. et c. sequenti.* Solutio. Ubi adulti sunt solenniter Baptizandi ad Pascha vel Pentecosten, tunc solet observari, quòd ante viginti dies Baptismi ad Purgationis Exorcismũ currant Baptizandi. *de consec. di. 4. c. ante viginti dies.* Et ille

b *Exorcismi.* i.e. Increpationes & Conjurationes adversùs Diabolum, ut recedat à Baptizando. Ad hoc enim statuti sunt Exorcismi. *de consec. di. 4. c. debinc. & c. sequenti.* Et nota, quòd Exorcismi habent effectum in Corpore & in Anima, quia minuunt potestatem Diaboli, nè tantum possit in homine sicut ante, & nè Baptismum & alia bona in ipso impediat; sed prædicta potestas totaliter in Baptismo tollitur: sicut etiam *Pharao* prius flagellatus est, Populo nondum egresso de *Ægypto*, & postea totaliter in Mari Rubro, quod est figura Baptismi, submersus est. Sic notatur per *Jo. in summa Confessorum. li. 3. c. 24. q. 43.* & notatur per *Archid. de consecra. di. 4. c. sive parvuli.*

c *Catechismi.* Id est, instructiones sive informationes in Fide. Hi enim duo, scilicet Catechismus & Exorcismus, sunt præparatorii ad Baptismum; sicut legitur *de consecra. di. 4. c. ante Baptismum.* cum multis Capitulis ibi sequentibus. Et nota, quòd *Catechismus* tribus de causis institutus est. Primò propter institutionem de Articulis communibus ad Fidei institutionem & susceptionem. Secundò propter responsionem ad Fidei Professionem. Tertiò propter sponsionem ad Fidei observationem. Quia verò Adultus proprium peccatum habet, & per se respondere potest, requiruntur hæc ab eo. Parvulus autem, quia non habet peccatum actuale, nec per se credere potest, requiruntur hæc ab eo per Vicarium, qui pro eo respondet de Fidei observantia: & notatur per *Archid. de consecra. di. 4. c. ante Baptismum.*

d *Statuentis.* Cujus Statuti in talibus humiliter obediendum est.

e *Forma autem.* Secunda pars.

f *In signis.* sc. Exterioribus, qualia sunt Signatio in fronte & in pectore. *de consec. di. 4. c. postea.* Item Exsufflatio. *ea. di. c. postquam. & c. sitit nostis.* Salis datio. *eadem dist. c. exbinc. & c. sal.* Item Salivæ ad nares & aures appositio. *ea. di. c. postea tanguntur.* Item pectoris & inter scapulas cum Oleo inunctio. *ea. di. c. deinde à sacerdote.* Item Fontis consecratio. *eo. c. in fi. & c. venit.* Item Patrinorum accessio. *ea. di. c. parvuli. cum tribus c. sequen.* Item in vertice Chrismatio. *ea. di. c. postquam ascendit.* Item candidæ vestis cum Cereo traditio. *ea. di. c. post baptismum.* Ista enim sunt potiùs de solennitate Baptismi quàm de substantia, juxta illud Metricum:

Sal, Oleum, Chrisma, Cereus, Chrismale, Saliva,
Flatus, virtutem Baptismatis ista figurant.
Hæc cum Patrinis non mutans esse, sed ornant.

Nota de forma Baptismi.

a *In*

a *In ordine.* Unde tranſpoſitio ordinis verborum Sacramentalium vitiaret Baptiſmum. Pro quo vide quod ſcripſi *ſupra. de ſacra. ite. c. quod in Conſtitutione. ver. legitimè factum.* & ibi videas pleniùs pro his quæ pertinent ad formam verborum in Baptizando. Et nota, ſecundùm *Inno. & Hoſti. extra. eo. ti. c.* 1. quòd ordo verborum formæ Baptiſmi ſic ſervari debent, quòd nec literaliter nec in vulgari licet aliquid interponere, vel anteponere, vel addere aliquid in ipſa forma, intendendo id eſſe de forma, nec formam eſſe ſine ipſo. Et quoad additionem, hoc intellige verum, quando addens credit illud additum eſſe de forma: ſi tamen ex ſimplicitate vel devotione aliquid addat, non dico diminuat, vel ordinem præpoſteret, verus eſſet Baptiſmus, etiamſi ex malitia vel Hæreſi adderet, dummodo non crederet illud additum eſſe de forma. Circa hoc potes videre notata *Extra. eo. ti. §. quæ ſit ejus forma. verſ. quid ſi aliquid. per Hoſti. in ſumma. & ver. quid ſi ordo. per eundem.* ubi dicit, quòd non eſt vis, an dicat, *Ego Baptizo te*, an ſic, *Ego te Baptizo* &c

† *M S. Æton.* intendit.

verumetiã [a] in ordine [b] eorundẽ verborũ, quibus [c] ipſum eſt [d] divinitus Sacramentum [e] inſtitutum, [f] quo Chriſtus Dominus illis verbis & ſtaliter ordinatis, [g] ut ſunt in lingua Latina, [i] regenerativam contulit poteſtatem. Dicatur ergo à ſic Baptizantibus, **I Chriſten thee in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghoſt**; vel aliàs in lingua Materna ſecundùm Conſuetudinem Patriæ, vel in Gallico ſic, *Ie te Baptize au nom du Pere, & du Filz, & du ſainct Eſperit.* [k] Quòd ſi Sacerdos rationabiliter [l] dubitet, an [m] parvulus in [n] forma debita Baptizatus ſit, tenens modum [o] Decretalis cum Exorciſmis & [p] Catechiſmo dicat: [q] *Si Baptizatus es, ego non rebaptizo te*; [r] *Si nondum Baptizatus es, ego Baptizo te, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.* [s] Attendant etiam [t] Sacerdotes,

b *Eorundem verborum.* Unde loco hujus verbi, *Baptizo*, non poſſet dici, *balneo*, vel *lavo*, vel *tingo*, ſecundùm *Inno. extra. eo. c.* 1. ubi plura circa formam Baptiſmi ponuntur. Notat enim ibi inter cætera, quòd licet hoc Pronomen, *Ego*, non ſit de Baptiſmi ſubſtantia; tamen hoc Pronomen, *te*, eſt de ſubſtantia: & *concor. ibi Hoſti. & Antonius. Petrus* tamen *de Ancho. in eo. c. ver. circa formam verò.* dicit *per l. cum pater. §. donationis. ff. de leg.* 2. ubi dicitur, "quòd non refert cùm quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur; qd forte non eſſet maledictum, qd omiſſio Pronominis, *te*, non vitiaret Baptiſmum, ſi Baptizans aliàs proferat verba apta: & ſic verba in dubio referri videantur ad illum qui in Aqua merſus eſt, & non ad aliam rem; quia maligna interpretatio non eſt facienda, nec talis qui vitiet actum: ut *l. quoties. ff. de re. du.* & hoc dicit idem *Petrus* fore æquius, licet *Inno. Hoſtien. & Jo. An.* tenent contrarium. Ego tamen æſtimo Opinionem *Inno.* & ſequacium fore amplectendam ut ſecuriorem, & magis certam. Ad quod faciunt notata *extra. de Presbyt. non baptiza. c. veniens. prope fi.* In his namque, in quibus vertitur periculum Animæ, quod non eſt æquius vel mitius, ſed quod tutius eſt ponderandum, 50. *diſ. ponderet. in fi. & c. eos. et extra. de ſponſal. c. juvenis.* & ſic notat idem *Petrus in dicto c. veniens. ver. quinto nota.*

c *Ipſum.* Sume quod eſt *infrà. ſacramentum.*

d *Divinitus.* Id eſt, à Deo.

e *Inſtitutum.* Facto ſc. & Exemplo, quando Chriſtus Baptizatus eſt a *Johanne*: Verbo autem & Præcepto inſtitutum eſt, quando dixit Diſcipulis ſuis, *ite Baptizate omnes Gentes*, &c. *Matth. ulti.* Sic ſentire videtur *Archidia. poſt Goſſ. de conſe. di. 4. in ſumma.*

f *Quo.* Scilicet ordine.

g *Taliter.* Id eſt, ſub tali ordine.

h *Ut ſunt.* Supple, *ordinata.*

i *Regenerativam.* ſc. Spiritualiter, ſecundùm ea quæ notantur *de conſecra. diſ. 4. c. ex quo. per Jo.* Duæ enim ſunt Generationes; una Carnalis, quæ eſt a Patribus per ſucceſſionem; & alia Spiritualis, quæ fit per Baptiſmi Generationem. 32. *q. 4. recurrat. de conſe. di. 4. c. regenerante.* & *c. præcedente.*

Generatio duplex.

k *Quòd ſi Sacerdos.* Tertia pars.

l *Dubitet.* Si enim conſtiterit aliqué eſſe Baptizatũ per hominẽ habentem ad hoc poteſtatem, utputà, per Presbyterum extra caſum neceſſitatis, vel in caſu neceſſitatis per quemcunque alium habentem intentionem Baptizandi, & ſervantem formam Eccleſiæ; talis non debet iterum Baptizari. *C. nè ſanc. Baptiſsitere. l.* 1. *et quaſi per totum.* Si verò per Hominem non ſit Baptizatus, ſed per Angelum bonum, & de hoc conſtet; tunc etiam ſecundũ *Petrum* non eſt talis rebaptizandus: quia licet ad ejus, ſc. Angeli Officium non pertineat Baptizare, poteſt tamen ex Dei ſpeciali mandato hoc facere; & hoc præſumitur, quia Angelus bonus nunquam uſurpat Officium alienũ ſine ſpeciali mandato Dei. Sic etiam & Eccleſia per bonum Angelum conſecrata, non eſt reconſecranda. Et huic ſententiæ concordat *Thomas*, qui ponit Exemplum de Eccleſia Sancti *Michaelis*, & notatur per *Archi. de conſe. di. 4. c. proprie. ver. baptizandus.* & per *Jo. in ſumma confeſ. li. 3. c. 24. q.* 28. Si autem aliquis ſit Baptizatus per malum Angelum, & de hoc conſtet; Baptizandus eſſet ſic Baptizatus, ſecundum *Petrum* & *Thomam*, quia talis poteſtas nec ex Officio nec ex ſpeciali mandato poteſt competere malo Angelo, de quo præſumendum eſt, quòd non haberet intentionem Baptizandi, ſed potiùs decipiendi. Iſte tamen Textus loquitur in caſu dubii, ubi notatur qd Dubium poteſt eſſe ſive ratione Juris, ſive ratione Facti patet Exemplum, quando aliquis natus eſt in Captivitate *Saracenorum*: nam ſi quis natus eſt de Parentibus Fidelibus, & inter Fideles nutritus, præſumitur Baptizatus. *Extra. de Preſby. non baptizato. c. veniens.* De Jure autem poteſt eſſe Dubium, ſecundùm *Hoſtien. extra. eo. c.* 2. ut quis dubitatur, an fuerit forma ſervata vel non. Et hoc verum, ſecundùm *Jo. An.* ubi propter opiniones eſt Juris dubium; tunc namque habet locum qd hic dicitur; & *Extra. eo. c.* 2. ut ſcilicet teneatur certum, & dimittatur incertum. *de pœni. diſt. 5. ad finem.* Et ad hoc facit dicto *rationabiliter*, hic poſita in Textu. Poteſt etiam eſſe dubium de Facto, ſi Infans recenter natus expoſitus foerit, & in eo vel circa eum non appareant ſigna Baptiſmi; ut dicunt *Doctores dicto c.* 2. & ad hoc facit *de conſe. diſt. 4. c. parvulos.*

m *Parvulus.* Idem intelligas de Adulto.

n *Forma debita.* Hæc litera concordat Opinioni *Hoſtien.* de qua dixi *ſupra. hoc §. gloſſa* 1.

o *Decretalis. Extra. eo. c. de quibus.*

p *Catechiſmo.* Quid ſit Catechiſmus, dixi *ſupra. eo. ver. Catechiſmus.* Et nota, quòd Catechiſmus præcedere debet Baptiſmum. *de conſecra. di. 4. c. ante Baptiſmum.* Et eſt ratio, quia cùm ſalus Baptiſmi fiat per virtutem Fidei, neceſſarium eſt, ut Baptizando requirantur ea quæ ſunt de neceſſitate Fidei, & ſunt tria, videlicet Fidei ſuſceptio, Fidei profeſſio, & Fidei obſervatio; quibus ſi Baptizandus ſit Adultus, reſpondet in propria perſona: *de conſe. di. 4. cum pro parvulis.* Parvuli Deo reſpondent per alios, ſc. Patrinos, qui non reſpondent ut in perſona propria, ſed ut in perſona ipſius Parvuli. *de conſecra. diſ. 4. quæriu.* Et eſt ſenſus, ſecundùm *Augu.* cùm Patrinus reſpondet, *Credo*, id eſt, Præſtò ſum Fidei Sacramentum recipere; vel poteſt intelligi, ſecundùm *Dionyſium*, de obſervatione Fidei in futuro. Et ſic, ſecundùm *Thomam*, quando Patrinus dicit, *Credo*, duplex poteſt eſſe ſenſus: unus eſt, ac ſi in perſona Infantis diceret, *Credo*, i. e. cùm ad perfectam ætatem venero, Fidei conſentiam. Alius ſenſus eſt, *Credo*, i. e. Ego Patrinus operam dabo ad hoc, ut Infans, cùm pervenerit ad ætatem adultam, credet. Patrini namque tenentur ſic ſuſceptum in Articulis Fidei informare; ut dixi *ſupra. eo. c.* 1. *verſ. ſemina. ver. ſcire etiam debes.* Et circa præmiſſa videre poteris notata *de conſe. diſ. 4. c. ante Baptiſmum. per Archidia.*

q *Si Baptizatus.* Hæc Forma Baptizandi in dubio ponitur *Extra. eo. c.* 2.

r *Si nondum.* Ex hac Litera videtur, quòd aliquis Baptizari poteſt ſub Conditione. Sed contra hoc opponitur *de Reg. Jur. c. actus legitimi. li. 6.* Solucio. Dic, quòd quædam eſt Conditio de præterito, vel de præſenti, & iſta non eſt propriè Conditio, nec ſuſpendit actum: *l. cùm ad præſens. ff. ſi certum peta.* & talis eſt illa, de qua hic fit mentio. Alia eſt Conditio de futuro, & talis non poteſt adjici in Baptiſmo, utputà, *Baptizo Te ſi iveris Romam*, vel *ſi feceris talem Eleemoſynam.* Eccleſiæ namque Sacramenta ſunt purè & ſimpliciter conferenda. 1. *q.* 3. *quam pio.* Et ex Practica iſta potes colligere aliam, quòd ubi dubitatur in Judicio de revocatione Mandati Procuratoris priùs in Judicio exhibiti, & ſic propter dubium periit à Procuratore *Satisdatio. ut l.* 1. *C. de procura.* Si Procurator velit ſub hac forma ſatisdare, ſi appareat Procuratorium revocatum, *Satisdatio* ſit valida: aliàs, ſi non appareat revocatum, habeatur pro non præſtito, unde bene videtur talis modus *Satisdandi.* Et huic ſententiæ concordat *Petrus de Ancho.* & *Anto. d. c.* 2.

An Baptiſmus conditionalis valeat?

s *Attendant.* Quarta pars.

t *Sacerdotes.* Non dicit, Parentes, vel Compatres. Et ſic ex hac Litera videtur, quòd Parentes vel Patrini non habeant libertatem imponendi Nomina Baptizandis ad libitum, ſed quòd potius talis Nominatio dependeat ex judicio Sacerdotis. Et hoc verum puto, ubi per Parentes vel Patrinos imponuntur Nomina inhoneſta, & in laſciviam ſonantia, ut hic dicitur. Secus tamen crederem, ſi per Parentes vel Patrinos imponantur honeſta Nomina, & bene ſonantia. Quòd autem Parentes poſſent ſuis Natis Nomina imponere, vel imponenda aliis committere, facit Scriptura Evangelica *Lucæ* 1. ubi nato *Zacharia* filio, *Mater dixit ipſum debere*

vocari

nominari Johannem: cujus dictis Pater tunc mutus consentiens scripsit, *Johannes est nomen ejus.*

a *Lasciva.* Id est, in luxuriam vel dissolutionem sonantia.

b *Nomina.* Sicut enim in veteri Lege tempore Circumcisionis Nomina ipsis Circumcisis imponebantur; sic & hodie Baptizandis imponenda sunt. *de consc. dis. 4. c. Baptizandi.* Et hoc ideo, quia in Baptismo meretur Baptizatus, ut nomen ejus scribatur in libro Vitæ, secundùm *Archidia.* ibi. Et facit ad hoc *de consc. di. 2. quia passim.*

c *Quæ,* sc. Nomina.

d *Lasciviam,* i. e. Dissolutionem vel luxuriam. Et idem intelligo, si Nomina hujusmodi in aliquam aliam turpitudinem sonaverint: ut dicam *infrà, eo. glo. ulti.*

e *Permittant.* Sacerdotum enim, ut hic apparet, non est imponere Baptizandis Nomina, sed hoc potiùs pertinet ad Parentes vel Patrinos. Possunt tamen Sacerdotes refrænare volentes imponere Nomina turpia vel malè sonantia, ut hic dicitur.

f *Parvulis.* Idem intelligas de Adultis, etiamsi nomina talia in lasciviam sonantia prùs habuerint imposita. Circa quod vide *infrà. glo. ulti.*

g *Baptizatis,* i. e. Baptizandis, quia Nomina debent eis imponi ante Baptismum; ut dixi *suprà. ver. nomina.*

h *Præcipuè.* Hæc dictio includit, quòd etiam idem servari debet circa Masculos, sed multò magis circa Fœminas. Et habes simile ff. *de testibus. l. 1. ubi de hoc. in glo. ver. præcipue.*

i *Fœminini.* Fœminarum namq; honestati magis providendum est, propter verecundiam sexûs. *de judi. c. mulieres. li. 6.*

k *Et si.* Vers. l *Contrarium fiat.* Sc. quòd in Baptismo imponatur Nomen sonans in lasciviam.

m *Episcopos.* Ad quos solùm pertinet Confirmandos Chrismare in fronte. *Extra. de consue. c. quanto.*

Quando mutatio Nominis sit licita, & quando non.

n *Corrigatur.* Sc. Mutando Nomen, & honestius Nomen imponendo. Sed contra hoc opponitur *C. de muta. nomi. l. 1.* ubi prohibita est mutatio Nominis. Solutio. Ut plenius instruaris circa hoc, quando mutatio Nominis est licita, quando non: dic quòd per Superiorem illius, cujus Nomen mutatur, licitè potest talis mutatio fieri. Patet Exemplum *Gen. 17.* ubi Dominus mutavit Nomen *Abram,* & vocavit eum *Abraham.* Patet etiam Exemplum de *Petro,* qui primò vocabatur *Simon*; ut notat *Jo. An. in proœmio li. 6. ver. Bonifacius.* Per seipsum verò, cujus Nomen mutatur, si fiat in Nomine Appellativo, non valet talis mutatio, & talia Nomina sunt immutabilia. ff. *de leg. 1. l. si quis in fundi vocabulo.* Ratio est, quia talia nomina habentur sine impositione hominis, ut ibi patet. Si verò talis mutatio fiat in Nomine Proprio, & mutans sit Servus, non est licita talis mutatio sine Domini voluntate: si verò sit Liber, & mutatio fiat in alterius læsionem, vel ut alius ex hoc decipiatur, sic est mutatio illicita. *ut d. l. 1. allegata pro contrario.* Et præsumitur fraus, si in uno tantùm casu mutat sibi Nomen, sed non in omni casu. Facit *l. falsi nominis. in prin.* ff. *de falsi. ubi de hoc.* Secus tamen si generaliter in omni casu mutaverit sibi Nomen, nam tunc non præsumitur fraus. Ubi verò aliquis mutat sibi Nomen sine alterius læsione, ut quia habet Nomen turpe, & vult assumere Nomen honestum, sic est mutatio licita: Nam interest cujusque habere Nomen honestum & bonum, juxta illud, *Curam habe de bono nomine. Eccle. 41.* Unde ex tali casu potest fieri mutatio Nominis, ut hic apparet. Et idem potest fieri, si quis habeat bonum Nomen, & satis honestum, ubi mutatur ex causa legitima, sicut fit in assumpto ad Papatum; prout notatur in Proœmio *li. 6. ver. Bonifacius. per Jo. An. Arch.* Et quod dixi de mutatione Nominis liberi hominis, intellige etiam de mutatione Nominis Servi, quando fit de voluntate Domini. Hanc materiam tractat *Dominicus de Sancto Geminiano, in Proœmio li. 6.* & etiam notatur *per Stephanum, in Proœmio Clem.* qui inducit *Glo. in Epistola ad Ro. in prin.* ubi dicitur, moris fuit Sanctorũ Patrum, qd quando mutabantur in melius, mutabatur eis Nomen. Et huic sententiæ concordat *Bart. d. l. falsi nominis.* ubi dicit, qd Miles & Doctor mutant Nomina in receptione sui statûs.

Divisio.

o *Quod in Constitutione.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus & præcedens, & habet duo dicta. In primo declarat Constitutionem prius editam. In secunda ibi, *Alii autem,* statuit in aliis Consuetudinem antiquam fore observandam.

p *Otthoboni.* Quæ incipit, *Ingredientibus.* & approbat Constitutionem *Othonis,* quæ incipit, *ad Baptismum.*

q *Generale Baptisma.* De quo habetur *de consc. di. 4. c. non ratione. & c. duo tempora.*

r *Paschæ & Pentecostes.* Intelligunt hoc quidam non de ipso die, sed de Vigilia, sc. in ipso Sabbato, qd Requiem significat. *Archi.* tamen *de consc. dis. 4. c. duo tempora.* dicit, quòd generalis Baptismus heri non debet in his temporibus ante Vesperas Sabbati, tunc enim quando incipit dies Dominicus celebrandus est; & si ante celebratur, male fit: non enim fiet hujusmodi Baptismus intuitu Sabbati, sed diei sequentis: unde notabiliter dicit Litera, *Paschæ & Pentecostes.*

s *Reservandis.* Hoc non dicit Litera in Constitutione *Othoboni, Ingredientibus.* nec in Constitutione *Othonis, ad Baptismum.* Sed volunt dictæ Constitutiones, quòd Fideles frequenti Prædicatione inducantur, ut in his temporibus suos Parvulos faciant Baptizari.

t *Neglectum.* Eò quòd dictis temporibus non Baptizabant.

u *Declarandum.* Contra hoc opponitur *Extra. de consti. c. ulti.* ubi legitur & notatur, quòd ad Statuentem & ad nullum alium pertinet declarare vel interpretari Constitutionem prius editam: & ad hoc facit *Extra. de sen. Excom. c. inter alia. 11. q. 1. §. ex his omnibus. C. de legibus. l. 1. & ulti.* & huic sententiæ *concor. de offi. Archi. c. Ordinarii. li. 6. ubi de hoc per Card. in ver. recurrendum.* Solutio. Ubi verba Constitutionis vel Statuti sunt ambigua vel obscura, tunc interpretatio erit ipsius qui Statuit, & sic stant contraria: ubi tamen sunt satis clara & aperta, ut est videre in dicta Constitutione *Othoboni*; tunc inferior Prælatus potest declarare intellectum talis Statuti, sicut aliàs solet notari per *Doctò. extra. de judi. c. cum venissent.* Vel dic, quod ubi Declaratio Statuti est Juri consona, tunc bene tenet Declaratio Statuti facta per Inferiorem; ut clare patet *Extra. de consue. c. cum dilectus.* Ubi verò Statutum est adeò obscurum, quòd non potest haberi congrua Expositio, tunc recurrendum est ad Statuentem. Sic notatur ff. *de justi. & jur. l. omnes. vers. 6. principaliter sub q. 3. per Bart.*

x *Dies octo.* Alibi ordinatur spatium octo Mensium: *de consc. di. 4. Judæi.* sed illud habet locum solummodò in *Judæis,* ut probentur an verè convertantur, vel fictè. Et corrigitur *eo. d. c. nè quid abst.* ubi limitatur tempus 40. Dierum.

An Puer in utero Matris possit baptizari?

y *Maternis uteris.* Si namque adhuc esset in Utero, Baptizari non potest. *de consc. di. 4. c. qui in maternis.* Ratio ibi redditur: & alia ratio est, quia licèt talis sit notus Deo, non tamen est notus Ecclesiæ, nec subjici potest operationi Ministrorum Ecclesiæ. Unde & *Aug. li. 2. de Baptismo parvulorum.* sic ait: " *Sicut qui non vixerit, non potest mori; ita qui natus non fuerit, non potest renasci.* Et hoc intelligas verum in Aqua visibili; prout notat *Archi. d. c. qui in maternis.* Potest tamen talis ex speciali privilegio Dei in Utero sanctificari, & nihilominus natus debet Baptizari; quia per Baptismum Character imprimitur, & augmentum Gratiæ conferrur, secundùm *Jo. in summa confes. li. 3. ti. 24. q. 31.* qui etiam in Capitulo ibi sequenti dicit, quòd si Puer non sit perfectè natus, tamen caput Pueri vel aliud membrum appareat, si non timeatur periculum mortis, expectanda est totalis egressio Pueri ex Utero. Aliàs autem si periculum mortis immineat, tunc egress. à parte principali, sc. Capite, in quo operationes Animæ magis manifestantur, ut quidam dicunt, Baptizari debet. Et notatur *5. di. c. baptizari. per Archi. qui all. l. cũ in diversis. ff. de reli. & sump. fu.* Non tamen sic erit de aliis partibus, ut de Manu, vel Pede; quamvis non noceat, si aspergantur partes illæ Baptismali Aqua, quia Divina Misericordia non est arctanda. Si tamen postea Puer plene nascatur, non est rebaptizandus, secundùm quosdam. Et hujus sententiæ videtur esse *Hugo. de consc. di. 4. c. propric. super ver. trium millium.* Et pro hac sententia facit, qd Anima est tota in qualibet parte Corporis. Et sic sentit *Astex. l. 4. ti. de baptizandis. arti. 2. q. 7.* dicens, qd si alia pars quàm Caput abluta sit, & decedat ante perfectam Nativitatem, piè potest talis Puer reputari Baptizatus, ut in Cœmeterio sepeliatur. Scias tamen, qd si Puer taliter in aliquo membro ante perfectam Nativitatem Aquâ Baptismatis ablutus, postea perfectè nascatur, & vivat; non erit malum, si ad majorẽ cautelam Baptizetur sub hac Forma, *Si non es Baptizatus &c.* ut *Extra. eo. c. 2. et suprà. eo c. proxi. §. qd si sacerdos.* De hac materia tractatur *de summa Tri. & fi. Cath. c. ubi. ver. regenerans. ver Wil. in Clem. & Extra. eo ti. c majores. di. 2. per Henricum de Bewyco.*

a *Absque*

al. corrigantur.

Uteris, si [a] absque periculo servari valeant, usque ad [b] tempora illa reserventur baptizandi; ita tamen quòd medio tempore inter nativitatem Puerorum hujusmodi & perfectum Baptismũ recipiant [c] Catechismum, solaque diebus Baptismi supersit [d] immersio facienda. [e] Alii autem, qui aliis Anni temporibus nati extiterint, [f] tum propter mortis periculum, quod sæpe pueris imminet [g] improvisum, tum propter simplicitatem Parentum, qui circa formam Baptismi sunt de facili erraturi absque ulla offensionis nota, juxta [h] vetustam Consuetudinem, vel [i] incontinenti cùm nati fuerit, vel [k] postea, prout placuerit [l] ipsis Parentibus Baptizentur.

a *Absque periculo.* Scilicet mortis.

b *Tempora illa.* Scilicet Paschæ & Pentecostes.

c *Catechismum.* Supple, etiam cum Exorcismis, & aliis quæ solent præcedere Baptismum.

d *Immersio.* De *immersione* hujusmodi, an debeat esse trina, vel unica, & an sufficit Aspersio, dixi *supra. eo. c.* 1. *vers. vas illud.* Et solet dici, quòd Aspersio in Capite, vel Perfusio sufficit, ut quis dicatur Baptizatus. Sic notat *Hugo de consec. di.* 4. *c. propriè.* *Fo.* verò in *eo. c. ver. trium millium.* dicit, quòd sufficit si Aqua tangat Pedem Baptizati. *Ar. ad hoc de consec. di.* 4. *c. nec quenquam.* Sicut alias sufficit apprehensio possessionis in parte fundi, dum tamen ejus animi sit, ut totum intendat possidere. ff. *de acquir. pos. l. possideri.* §. 1. Facit ad hoc *de pœnit. dis.* 1. *vulgaris.* & ad hoc concordat *Inno. extra. eo. c. debitum.* qui dicit, quòd sufficit quòd modica Stilla Aquæ projecta à Baptizante tangat Baptizandum. Et concordat ibi *Hostien.* qui hoc putat satis consonum esse juri & æquitati, licèt tutius sit quòd totus mergatur in aqua. Et verisimile est, qd non per modum Immersionis, sed Aspersionis Baptizaverit Apostolus *Petrus*; ad cujus Prædicationem legitur unâ die quinq; millia, & aliâ die tria millia conversos ad Fidem Baptizâsse. *Allium* 2. & 3. *c.* Et legitur *d. c. propriè. ubi de hoc. per Archi.* *Thomas* verò, *Albertus*, & *Petrus*, prout recitat *Fo. in summa confes. tit. de Baptismo. q.* 14. videntur tenere, quòd in tali Aspersione requiritur ad minus qd fiat in Capite, nec sufficit qd fiat in alio membro. Mihi videtur sic dicendum, salvo judicio saniori, qd in Baptismo generali, de quo loquitur illud *c. propriè.* ubi scilicet est dare multitudinem talem, qd Baptismus non potest per singulos expediri, sed oportet, necessitate urgente, quòd fiat generaliter, sic scilicet dicendo, *Ego Baptizo vos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, quod satis licet, ut notat ibi *Archi. ver. consecrarit.* Sufficit, quòd Aqua aspersa tangat aliquam partem corporis, ut dicunt *Inno.* & *Fo. de Deo.* & eorum sequaces. Ubi verò non est talis necessitas ratione multitudinis, sed possunt per se singuli Baptizari, tunc habeat Caput Aqua perfundi.

e *Alii autem.* Secunda pars.

f *Tum.* Id est, unâ ratione sive considerazione.

g *Improvisum.* i.e. Subitò. Et hic scias, secundùm *Tho.* quòd laudabilius est qd Puer quàm citiùs poterit Baptizetur, quam quòd longo tempore expectetur, maximè usque ad adultam ætatem; & hoc propter tres rationes. Prima est propter imbecillitatem naturæ, secundùm quam talis puer possit de facili mori, ut hic. Et in hoc casu, si decederet sine Baptismo, damnaretur. Alia ratio est propter infestationes Dæmonum, qui non habent tantam potestatem in pueris Baptizatis, & à peccato Originali mundatis, quantam habent in non Baptizatis; & hoc verum quantum ad corporalia nocumenta. Tertia ratio est, quia in pueritia facilius homo inducitur, & assuescit in his quæ sunt Christianæ Religionis, & fortiùs inhæret; & hæc ratio assignatur per *Dionys. in fi. Ecclesiasticæ Hierarchiæ.* prout notat *Fo. in summa confes. ti. de Baptismo. q.* 40. Quarta ratio subjicitur hic, sc. propter simplicitatem Parentum, qui in casu periculi mortis forsan errarent in forma Baptizandi. Unum tamen nota, quòd licèt Baptismus puerorum non sit multùm differendus; Adultis tamen, cùm convertuntur, non est statim Baptisma conferendum, sed debet differri usque ad aliquid certum tempus, triplici ratione. Prima est propter cautelam Ecclesiæ, nè scilicet decipiatur, forsan conferens Sacramentum fictè accedentibus. Secunda est, ut ante Baptismum de Fide plenè instruantur. Tertia est propter reverentiam Sacramenti, dum scilicet in Solennitatibus præcipuis, videlicet Paschæ & Pentecostes, homines ad Baptismum admittuntur. Si tamen tales Adulti plenè essent instructi in Fide, vel infirmitas, vel aliquod aliud mortis periculum immineret, statim sine dilatione deberet Baptizandi.

h *Vetustam Consuetudinem.* Quæ dicitur Optima Legum Interpres. *Extra. de consue. c. cum dilectus.*

i *Incontinenti.* Et hoc securius est.

k *Postea.* Sic tamen quòd ultra tempus Paschæ non differatur Baptismus nati ante Pascha, nec ultra Pentecosten differatur Baptismus pueri nati inter Paschа & Pentecosten.

l *Ipsis Parentibus.* Sed quid si Parentes nolint, vel effectualiter non procurarint pueros suos Baptizari, saltem tempore alicujus Solennitatum prædictarum, sed eos servent usq; ad pleniorem ætatem Baptizandos? Mihi videtur in hoc casu, quòd tales Parentes errantes in hoc, venient per suos Ordinarios corripiendi, maximè propter pericula & rationes, de quibus dixi *supra. eo. ver. improvisum.* & ut suos parvulos Baptizari faciant celeriùs quo fieri poterit, sunt cogendi; maximè ubi Consuetudo approbata est, ut quàm citiùs fieri poterit post nativitatem pueri Baptizentur. Namque cùm in hoc casu nulla esset Parentum rationabilis excusatio, quæ moveret ad differendum Baptismum; sic differendo præsumeretur contra tales parentes, quòd nollent esse conformes quoad hoc moribus aliorum inter quos conversantur, contra illud de quo legitur 41. *di. quisquis.* Et nihilominus tales possent reputari suspecti de Hæresi eorum, qui non credunt Baptismum esse necessarium ad salutem, maximè quoad eos qui nati sunt de parentibus Baptizatis: contra quorum Hæresim habes scripturam *Augustini*, illam Opinionem damnantis. *de Consecratione. dis.* 4. *c. si Baptizatus.* Ubi etiam per *Archid.* notatur aliud dictum *Augustini* sic dicentis: "Quomodo præputium remanet in illis quos genuerunt Circumcisi, & quomodo licèt Palea humanâ diligentiâ à Grano separetur, remanet tamen Palea in Fructu, qui pullulat ex Grano taliter mundato in terram projecto: sic peccatum remanet in his quos genuerunt Baptizati. Ibi videas.

Aqua Baptismatis & Chrisma diligenter clausa custodiantur, in qua re negligens tribus mensibus ab Officio suspendatur. Et si per hoc nefas contigerit, gravius puniatur.

Edmundus.

[m] Fontes [n] Baptismales sub Sera clausi teneantur [o] propter Sortilegia; Chrisma similiter & Oleum sacrum [p] sub Clavi [q] custodiantur. [r] Si verò is ad quem spectat custodia, [s] incautè [t] ea reliquerit; [u] tribus mensibus ab Officio [x] suspendatur. [y] Et si [z] per ejus [a] incuriam aliquod [b] nefarium contigerit, [c] graviori subjaceat [d] ultioni.

m *Fontes.* Hæc fuit Constitutio *Edmundi* Archiepiscopi, & habet duo dicta. In primo ponit Statutum. In secundo ibi, *Divisa si verò*, adjicit pœnam.

n *Baptismales.* Quibus sc. fit Baptismus.

o *Propter sortilegia.* Quæ honestius est tacere quàm dicere. 43. *dist. sit rector.*

p *Sub clavi.* Claves enim inventæ sunt, ut res diligentiùs conservetur; & ille qui tradit Claves, videtur tradere res quæ sub Clavibus clauduntur. *ut l. clavibus. ff. de contrahen. emp.*

q *Custodiantur.* Supple, per Sacerdotem. *Ar. ad hoc extra, de cele. Miss. c. sanc. in prin.*

r *Si verò.* Secunda pars.

s *Incautè.* i. e. Negligenter.

t *Ea.* Scilicet Fontem, Chrisma, vel Oleum sacrum.

u *Tribus mensibus. Concor. Extra. eo. c.* 1.

x *Suspendatur.* Scilicet per sententiam. Sed quid si hæc Suspensione durante, in aliam Suspensionem ex alia culpa incidat, an tempus secundæ Suspensionis incipiat statim currere, vel finito tempore Suspensionis primæ? Dic ut notatur in *Cle. 2. de magistris. ver. sequentes. per Fo. Au. & de elec. c. cum in cunctis. ver. triennio. per eundem in ea.*

y *Et si. Vers.*

z *Ejus.* Scilicet Custodis.

a *Incuriam.* i. e. Negligentiam.

b *Nefarium.* Puta, Sortilegium, vel aliud hujusmodi.

c *Graviori.* Arbitrariæ tamen. *Extra. de offi. deleg. c. de causis.*

d *Ultioni.* i. e. Pœnæ; & sic ex hoc apparet, quòd Custodi negligenti imputatur eventus omnium malorum, quæ ex sua negligentia

De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & Olei sancti.

Eucharistia in Tabernaculo clauso, idque in Pixide decenti, nè atteratur, custodiatur, & singulis Dominicis innovetur.

Johannes Peccham.

gligentia sequuntur; & hoc fatentur *Doctores* in foro contentioso, non tamen in foro Animæ: nam licet perhibens falsum testimonium sit reus omnium malorum quæ inde sequuntur, in judicio tamen Animæ non imponeretur Pœnitentia nisi de falso testimonio, licet aggravaretur per mala secuta. *Ar. Jo. Neratius. § 1. ff. de servo corrup.* & habes ad hoc *concor. extra. eo. c. 1. ver. graviori.*

Divisio.

a *Ignissimum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & habet tres partes. In prima statuit circa custodiam Eucharistiæ. In secunda ibi, *Quod quidem*, ordinat pro ipsius frequenti innovatione. In tertia ibi, *Sacerdotes*, adjicit pœnam negligentibus.

DIgnissimum Eucharistiæ Sacramentũ Præcipimus de cætero [b] taliter custodiri, ut in qualibet [c] Ecclesia Parochiali fiat [d] Tabernaculũ, [e] cum clausura decens & honestũ, secundũ Curæ [f] magnitudinem & Ecclesiæ [g] facultates, in quo ipsum Dominicum corpus non in bursa vel loculo propter comminutionis periculũ nullatenus collocetur, [h] sed in Pyxide pulcherrima [i] lino candidissimo interius adornata; ita qd sine omni [k] diminutionis periculo [l] facilè possit extrahi & imponi. [m] Quod quidem venerabile [n] Sacramentum omni [o] die Dominica [p] præcipimus [q] innovari. [r] Sacerdotes autem in custodia Eucharistiæ negligentes puniri Præcipimus secundùm regulam [s] Concilii generalis; & [t] graviùs, si in negligentia [u] perseverent.

b *Taliter.* Sc. sub forma quæ sequitur.

c *Ecclesia Parochiali.* Id.m intelligas in Capella Curata habente populum, ubi sc. populus ejusdem ab Ecclesia majori Eucharistiam non recipit, sed à Sacerdote specialiter deputato, ut Sacramenta ministret in eadem Capella.

d *Tabernaculum.* Sic dictum, quia de Tabulis sit factum, vel quia Tabulis vel lignis sit appensum. Quandoque tamen *Tabernaculum* ponitur pro tota Ecclesia, ut notat *Archi. 16. q. 7. & hæc. ver. templum.* Quandoque ponitur pro Tentorio, quo utuntur in expeditione militari manentes. Quandoque ponitur pro domo Deo dedicata, quadrata, oblonga, tribus parietibus clausa; & sic sumitur *Exodi* 26. sicut notat *Archi. de vel judi. c. 1. ver. tabernaculum. li. 6.*

e *Cum Clausura.* Simile habes *extra. de cele. Mis. c. sane.* ubi dicitur, quòd in loco singulari, mundo, & signato, debet servari Eucharistia. Et ex hoc videtur, quòd usus observatus in *Anglia*, ut scil. in Conopeo pendeat super Altare, non est commendabilis, quia contra mentem dicti *c. sane.* ubi statuitur, qd non custodiatur in loco patenti sed singulari. Licèt enim Consuetudo *Anglicana* commendabilis sit illa consideratione, qua citiùs repræsentatur nostris aspectibus adoranda non tamen est commendabilis eo respectu quo ponitur in loco publico, sic qd ad eam manus temerariæ de facili valeant extendi. Nam licèt in Cupa, quæ forsan clausa est, pendeat; tamen ad illam deorsum mittendam, vel forsan cum illa Cupa totaliter auferendam, manus temerariæ de facili possunt apponi. Et ideo, ut mihi videtur, commendabilior est usus aliorum locorum quæ vidi, viz. in *Hollandia* & *Portugallia*, in quibus ordinatur unus locus singularis honestus prope Altare, in quo reponitur Eucharistia sub Clavibus infra parietes vel locum bene munitum conservanda, sic qd nullus ad ipsam Eucharistiam accedere poterit, nisi Sacerdos loci illius Clavem custodiens.

f *Magnitudinem.* Quæ requirit locum ad hoc celebriorem.

g *Facultates.* Quæ in sumptibus hujusmodi faciendis inspiciendæ sunt. *Extra. de vi. & hon. Cle. c. quoniam ut ait. ubi de hoc per Bern. glo. 1.*

Quæstio.

Sed quæro, quorum vel cujus sumptibus fieri debet hujusmodi Tabernaculum, an scil. sumptibus Curati vel Parochianorum? Videtur quòd Curati. Et hoc satis patet ex hoc quod hic dicitur, *Ecclesiæ facultates*, cùm Facultates ipsæ attendi debeant non respectu Parochianorum, sed respectu Curati; prout colligi potest ex concordantiis ibi positis *d.c. quoniam. glo. 1.* & ad hoc facit *infrà. de Ecc. ædi. c. 2.* ubi Parochiani non arctantur, nisi ad Pyxidem honestam pro Corpore Christi. Unde cùm ibi non fiat mentio de Tabernaculo, & Parochiani teneantur solummodo ad ibi expressa, ut ibi patet in *§. ult.* apparet, quòd onus talis Tabernaculi pertinere debeat ad Curatum, & non ad Parochianos. Et hoc verùm puto, nisi Consuetudo aliud operetur; nam Consuetudo in talibus consideranda est, ut ibi patet: posset enim Consuetudo dare ut pertineat ad Parochianos solummodo, vel solùm ad Curatum, vel qd onus esset inter eos commune. Et ad hoc facit Litera hic posita, *secundùm Curæ magnitudinem & Ecclesiæ facultates*, ut scil. *magnitudo Curæ* referatur ad Parochianos: hoc autem quod dicit, *Ecclesiæ facultates*, referatur ad Curatum.

h *Sed in Pyxide.* Sic ergo Tabernaculum & Pyxis non supponunt pro eodem, quia Pyxis poni debet in Tabernaculo, sicut hic patet.

i *Lino candidissimo.* Non autem ex Serico. Pro quo vide rationem *suprà. de cele. Mis. c. linteamina. ver. corporalia.*

k *Diminutionis.* Quæ èrò contingeret, si poneretur in loco arcto.

l *Facilè.* i.e. De levi sine compressione.

m *Quod quidem.* Secunda pars.

n *Sacramentum.* Sc. Eucharistiæ.

o *Die Dominica.* Supple, *ad minus.* Nam & aliis diebus innovari potest, instante necessitate; quia Presbyter semper habebit Eucharistiam paratam propter infirmantes. *de cons. di. 2. c. Presbyter.* Nec obstat *eo. d. c. tribus*, ubi prohibetur Hostias plures in Altari dimissas reservare, quia verum est qd non debent reservari ad opus consecrantium, sed ad opus morientium, sic ut ibi *no. per Jo.* Et qd sic debeat Eucharistia ad tale opus reservari, habes *de offi. Archipres. c. officium.* & pro confirmatione hujus Constitutionis, quæ vult qd Eucharistia non reservetur ultra unam hebdomadam, videtur Textus, *extra. de sentent. Excom. c. permittimus. ubi de hoc per Hostien.*

p *Præcipimus.* Sic ergo peccat faciens contrarium. Pro quo vide quod scripsi *suprà. de consti. c. quia incontinentia. ver. præcipimus.*

q *Innovari.* Supple, & Hostias, si quæ fuerint remanentes à Sacerdote, & ejus ministris, videlicet Diacono & Subdiacono, recipi & consumi. *de consecra. di. 2. c. tribus.*

r *Sacerdotes.* Tertia pars.

s *Concilii generalis. Extra. eo. c. 1.*

t *Gravius.* Ad arbitrium Ordinarii. *Extra. de offi. dele. c. de causis.*

u *Perseverent.* Multis namque graffantibus opus est Exemplo. *ff. de pœnis. l. aut facta.* Et potes intelligere hoc quod hic dicitur de graviori pœna, quando sc. pœnâ semel incursâ, nihilominus iteràtò deliquit: nam talis, ut videtur, perseverantia sive continuatio in delicto non exigit nisi unam pœnam. Facit ad hoc *ff. de furtis. l. inficiando. §. si infans.* ubi habetur, quòd ex continuatione temporis non sequitur pluralitas delictorum. Et pro meliori intellectu hujus materiæ nota secundùm *Bart. in eo. §.* quòd quædam delicta committuntur Negligendo, quædam Faciendo. In delictis quæ committuntur Negligendo ut hic, quandoque præcedit dispositio seu præceptum de faciendo, & si non fiat, imponitur pœna: prout patet Exemplum in casu isto, ubi præcipitur Eucharistiam securè custodiri, additâ pœnâ contra negligentẽ; & in tali casu, dicit *Bart.* quòd tunc commissa est Negligentia, quando lapsum est tempus limitatum in dispositione. Quid si tempus non fit appositum, sicut est videre in casu nostro, ubi præcipitur sola custodia absque limitatione temporis? Tunc commissa est Negligentia, quando tantum tempus est elapsum, qd res fienda commode potuit explicari. Si tamen inciperet à conditione, tunc diceretur commissa Negligentia, quando defiit posse fieri; ut *l. ista stipulatio. ff. de verb. obli. & l. si ita stipulatus esset ab te. & l. insulam. & l. continuus. §. Item qui insulam. eo. titu. cum similibus.* & hoc tenet *Inno. extra. de Præben. c. extirpandæ. secundùm eum.* Et hoc præsupposito dicit *Bart.* quòd si aliquis fuerit negligens per longissimum tempus, totum hoc est una Negligentia, & meretur unam Pœnam, nisi ex pluralitate Terminorum inducerentur plures Negligentiæ. Verbi gratiâ, aliquis negligit vindicare mortem Defuncti, vel negligit petere † Curatorem patri furioso; totum hoc est una Negligentia. *ut l. 1. C. de his qui. ut indig. & C. de Epis. & Cler. Auth. si captivi. & de Episcopali audi. Auth. liberi furiosi.* Et ideo si Syndicus † *MS. Æm.* Comitatûs, qui tenetur denunciare maleficia, staret per plures menses nihil denunciando; non essent tot Negligentiæ quot Menses *add.* fuerunt, sed una tantùm Negligentia: & prædicta intelligit vera, bonum nisi pluralitas Terminorum aliud induceret. Exemplum ad hoc in *Auth. credentes. C. de hæreti.* ubi propter primam Contumaciam Excommunicatur; postea si fuerit Contumax per annum, plus punitur. Simile habes in missione in Possessionem, quæ fit in Actione reali; nam pro prima Contumacia fit Missio: si est postea Contumax per annum, non auditur postea nisi de proprietate. *ut l. si quis. §. sed et si quis. C. de præscrip. 30. anno.* Et ideo si per Judicem vel per Legem essent statuti diversi Termini ad aliquid faciendum, pro quolibet Termino posset dici una Negligentia & una Contumacia, & pro qualibet imponeretur nova pœna. Si verò committantur plura delicta faciendo, vide notata ulteriùs per *Bart. in loco præalle.* & vide quòd dixi *suprà. de vita & hon. Cler. c. quamvis. ver. quotiescunque.*

De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.

Calix sit argenteus cum aliis Vasis decentibus, & Sindone munda; quæ attrita, aut pro Reliquiis custodiatur, aut coram Archidiacono comburatur.

Stephanus.

An continuatio in delicto unam pœnam exigat, vel plures?

Divisio. a *Ad exemplum.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi, edita in Concilio *Oxonia* primo, & habet duas partes. Secunda ibi, *Vetera quo nc.* In prima per viam Exempli ponit Statutum circa vasa Ecclesiæ ordinanda. In secunda etiam Statuit quid fieri debeat de veteribus Corporalibus ad usum Ecclesiæ non idoneis.

b *Salomonis.* Regis *Israel*, de cujus Regni initio fit mentio 3 *Reg.* 2. *c.*

c *Domus Domini.* De qua legitur 3 *Reg.* 6. *c.*

d *Fabricata.* Sc. vasa, ut *suprà* dicitur in Textu. Sed inquantum hic dicitur, *omnia vasa Domûs Domini fuisse fabricata de Auro purissimo*, videtur obviare Textus Scripturæ 3 *Reg.* 7. ubi apparet, quod vasa quæ fecit *Salomon* in domo Domini fuerunt de Aurichalco, & de Ære. Sed dic quod in domo Domini fuerunt Vasa multiplicia, quædam scil. quæ serviebant ministerio Altaris, & illa fuerunt de Auro purissimo, ut hic dicitur, & patet *d. c.* 7. *prope fi.* ubi dicitur, quòd Hydreas, Fuscinulas, & Phialas, & Mortariola, & Thuribula, fecit de Auro purissimo; alia erant Vasa communia, utputà, Mare fusile, Luteres & Bases, Lebetes, & alia hujusmodi, & hæc Vasa erant de Aurichalco, & de Ære, ut ibi dicitur.

e *Calicem.* Scil. unum ad minus.

f *Argenteum.* Vel Aureum. Et hoc magis concordaret exemplo *Salomonis* assumpto, non autem Ligneum, nec Vitreum, nec Æreum habebit quis Calicem; quod dic ut dixi *suprà. de sum. Trin. & fi. Ca. c. altissimus. ver. in calice.*

g *Vasis aliis.* De quibus *infrà. ti. præx. c. ut Parochiani.* Et ultra illa de Jure debent esse in Ecclesia tres Pelves; una in qua lavabuntur Corporalia, alia in qua lavabuntur Pallæ Altaris, tertia in qua lavabuntur Vela. *de consecra. di. 1. c. ritus per ignorantiam. de consc. dist. 4. c. omnis Presbyter.*

h *Sindonem.* i. e. Corporale; sic sumitur *de consc. dl. 1. c. nemo per ignorantiam.* & erit de panno Lineo, ut hic patet: nam *Sindon*, dicitur Lineum Amictorium Mulierum, qua humeri cooperiuntur; & quandoque simpliciter ponitur pro Panno Lineo, *Matth.* 27. ubi dicitur, *et accepto corpore, Joseph involvit illud in Sindone munda*; & quòd Corporalia erunt de Lino, dixi *suprà. de cele. Miss. c. Linteamina. ver. corporalia.*

i *Vetera quoque.* Secunda pars.

k *Non idonea.* Quia fracta, vel consissa, vel vetustate consumpta, aut alias inhonesta.

l *Altaribus.* Quæ consecrari non debent, nisi sint lapidea. *de consecra. di. 1. Altaria si non.*

m *Loco reliquiarum.* Sine quibus Altaria consecrari non debent. *de Consecratione. di. 1. c. de fabrica. et c. placuit.* Si tamen consecretur Altare sine Reliquiis, tenet Consecratio, secundùm *Hugo.* ibi. Malè tamen facit, qui sine Reliquiis consecrat, si alio modo fieri possit, ut notat *Archidiac.* ibi. Unde licèt Reliquiæ non sint de substantia Consecrationis Altaris, ubi tamen non habentur Reliquiæ, solent aliqui apponere Corpus Christi: & hoc aliqui *Doctores* dicunt debere fieri, etiamsi habeantur Reliquiæ. Et licèt hoc posset dici verum quoad Consecrationem Ecclesiæ, sicut notatur *de Consecratione. di. 1. c. Ecclesias.* non tamen puto hoc verum in Consecratione Altaris, ut scilicet Corpus Dominicum loco Reliquiarum sepeliatur in Altari, licèt communis Opinio faciat in contrarium; prout notatur *de Consecratione Ecclesiæ vel Altaris. §. & qualiter. per Hostiensem in summa.* Ratio hujus dicti patet ibi per *Hostiensem in fi.* Alia ratio est, quia Corpus Christi est Cibus Animæ. *de consc. di. 2. c. inillo. et c. non ipse. et c. panis.* Item quia non debet servari, nisi ad opus Infirmorum. *de consc. dist. 2. c. tribus.* Et non debet poni ad alium usum quàm ad eum pro quo institutum est, nam debet comedi: *de consc. dist. 2. c. accipite.* ubi dicit, *Accipite, & Comedite*, non dicit *Accipite, & Conservate*, sive *Recondite.* Et facit ad idem *de Consecratione. dist. 2. c. comperimus. Extr. de celebratione Miss. c. ex parte.* Quod tamen Corporale vel ejus pars detur in Consecratione Altaris loco Reliquiarum, non videtur esse absurdum, ut hic patet. Et de his vide notata *de consc. di. 1. c. placuit. per Archidiaconum.*

n *Vel in præsentia.* Sufficit itaque alterum eorum fieri. *Extra. de rescrip. c. inter cætera.*

o *Archidiaconi.* Supple, vel alii Visitatores.

p *Comburantur.* *de Consecratione. di. 1. c. Altaris.* ubi Statuitur, quòd Cineres vel in Baptisterium, vel in parietes, vel in fossis Pavimentorum jactentur, sic quòd introeuntium pedibus non conculcentur.

Eucharistia ad Ægrotos decenter cum Luce & Campana à Sacerdote Superpellicio induto deferatur, & à populo se in via prosternente adoretur; negligentes autem rigidè corrigantur.

Johannes Peccham.

q DIgnissimum, *& infrà.* Statuimus, ut Sacramentũ Eucharistiæ r circumferatur cum debita s reverentia ad ægrotos, Sacerdote t saltè induto Superpellicio, gerẽte u Orarium cum x lumine prævio in y lucerna cum z Campana, ut populus ad reverentiam debitam excitetur, a qui ad b prosternendum se, vel † c adorandum saltem d humiliter e informetur Sacerdotali prudentia, ubicunq; f Regẽ Gloriæ sub panis g latibulo evenerit h deportari;

q *Dignissimum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & est pars hujus *supra. ti. proxi. c. dignissimum*, & habet duo dicta. In primo statuit circa Reverentiam Sacramento Altaris exhibendam in ejus deportatione ad Infirmos. In secundo ibi, *& de hoc*, imponit super hoc sollicitudinem Archidiaconis. *Divisio.*

r *Circumferatur.* Sume quod est *infrà, ad infirmos sive ægrotos.*

s *Reverentia.* Quam statim declarat ibi, *Sacerdote &c.*

t *Saltem.* i. e. Ad minus: & sic tolerari potest, licèt Minister Sacerdotis non sit indutus Superpellicio, licèt hoc pulchrius sit quòd & ipsius Minister Superpellicio induatur, consideratâ qualitate Beneficii & facultatibus ejusdem. † *al.* orandũ.

u *Orarium.* i. e. Stolam, qua Sacerdos in omni obsequio Divino uti debet, & suo collo imponitur, ut significet se jugum Domini suscepisse. 23. *di. Ecclesiastica. ubi de hoc per Archi.* & de hoc legitur 25. *dist. unum est.* Quandoque tamen *Orarium* ponitur pro ornamento Mulieris, viz. Peplo, quo Mulieris caput velatur. 27. *q.* 1. *c. Monacho. per Fo.*

x *Lumine prævio.* Ratio est, quia est candor lucis æternæ, & non præcedit Lumen ad fugandum tenebras sed ratione prædictâ. *Extra. de celebratione Missarum. c. sanc.* ubi etiam Statuitur, quòd Sacerdos Eucharistiam reverenter gerat ante pectus suum, & quòd Tabernaculum, in quo portatur, operiatur mundo velamine. Et ex his apparet, quòd Lumen, de quo hic loquitur, portari debet per Ministrum; nam Lumen præcedere debet, ut hic dicitur, & dicto *c. sanc.* Si tamen contigerit casus necessitatis, sic quòd Presbyter nullum Ministrum habere posset paratum ad deferendum Lumen, puto quòd non esset inconveniens, ut Presbyter Lucernam cum Lumine ad unum de suis Brachiis suspensam gestaret, & Campanam, modo quo posset meliori, pulsaret. Sic enim faciunt Presbyteri in amplis Parochiis, quando transeunt ad Infirmos in locis remotis existentes; qui quandoque equitantes Lucernam cum Campana applicant collo Equi, & in hoc non sunt reprehendendi, quia Necessitas non habet Legem. *Extra. de consuet. c. quanto.*

y *Lucernâ.* Ne scilicet lumen vento vel pluvia extinguatur.

z *Campana.* Ratio hujus statim sequitur in Textu. Scias tamen, quòd si Sacerdos reverteretur vacuus sine Hostia, debet extinguere Lumen, & facere quòd non pulsetur Campanula, ne populus adorando committeret Idololatriam, secundùm *Hosti.* qui sic notat dicto *c. sanè.*

a *Qui.* Scilicet populus.

b *Prosternendum.* Sc. genua, &c. ad terram flectendo.

c *Adorandum.* Cum inclinatione capitis, & cordis devotione, & manuum expansione, sive etiam elevatione, cum Orationis devotæ vocali expressione, ut scil. sic dicatur secundùm *Hostiensem, Salve, Lux mundi, Verbum Patris, Hostia vera; Vera Caro, Deitas integra, verus Homo. Salve, caro Christi, qui pro me passa fuisti. Intus me munda, Christi caro, sanguis, & unda.* Et consimili modo dicatur in elevatione Corporis Christi in Missa. Alias Orationes ponit *Ant. d. c. sanc. de cele. Miss.* quas non curo recitare. Ego tamen soleo sic dicere *Ave, verum corpus, natum ex Maria Virgine! Vere passum, immolatum in Cruce pro Homine! Cujus latus sulcatum vero fluxit sanguine. Esto mihi prægustatum mortis in examine, O dulcis, O pie, O Jesu, fili Mariæ.* *Oratio de Corpore Christi.* *Alia Oratio.*

d *Humiliter.* Cum inclinatione capitis, ut prædixi, oculisque in terram demissis, ac concussis visceribus.

e *Informetur.* Scilicet Populus.

f *Regem Gloriæ.* i. e. Ipsum Christum secundùm Humanitatem glorificatum.

g *Latibulo.* i. e. Specie sive occultatione.

h *Deportari.* Sed numquid Homicida, vel alius flagitiosus fugiens ad Corpus Christi deportatum in via, defenderet ab Ecclesia,

ac si fugeret ad Ecclesiam? *Hostien. in c. sanct. de cele. Miss.* ponit super hoc Opiniones, dicens, qd communis Opinio Magistrorum est, qd non debet defendi: *Hostiensis* tamen concludit, tenendum esse usq; ad sanguinis effusionem, qd talis debet ab Ecclesia defendi, & ad hoc facit multa Argumenta, cujus sententiæ etiam *concor. Fo. An. in add.* & *in no.* & idem *Petrus de Ancha.* & *Anto. co. c.* & etiam *Fo. in coll.* & *Henricus de Bowyco.* Secus tamen est, secundùm eos, in his quibus infirmis, vel in carcere positis, vel aliàs ad mortem tendentibus, per Sacerdotē portatur Corpus Christi; nam talibus non subvenitur per Ecclesiam ad hoc, ut à carcere liberentur, licèt honestum sit, ut illa die quâ Communionem recipiant, illis subveniatur ad Justitiā differendam: & sic potest intelligi quod notatur 13. *q.* 1. *c. si.* ubi *Archi.* concordat cum dicto *Hosti.*

a *Et de hoc.* Secunda pars.

b *Archidiaconi.* Supple, & alii Visitantes.

c *Et quos.* Supple, Sacerdotes.

d *Circa hoc.* Quod sc. hic statuitur.

Negligentia. e *Negligentes.* Negligentia enim grave peccatum est, & contingit quandoq; ex parte ejus qd prætermittitur per negligentiam: quo casu, si illud prætermissum sit de necessitate salutis, sive sit actus, sive circumstantia, erit peccatum Mortale. Quandoq; contingit ex parte causæ, ut si voluntas in tantum sit remissa circa ea quæ Dei sunt, ut totaliter à charitate Dei deficiat; talis enim negligentia sequitur ex contemptu. Alioquin si negligentia contingat in prætermissione alicujus actūs vel circumstantiæ, quæ non sit de necessitate salutis, nec hoc fiat de contemptu sed ex aliquo defectu fervoris, qui interdū impeditur per aliquod Veniale; tunc Negligentia non est peccatum Mortale sed Veniale, secundùm *Tho.* qui sic notat, *secunda secundæ. q.* 54.

f *Disciplina.* Quæ malæ vitæ ultrix est. 23. *q.* 5. *c. ad fidem.*

g *Rigida.* i. e. Aspera, vel austera. Debet tamen talis rigiditas temperari cum mansuetudine. *de judic. c.* 1. *in Clem. de pœnis. c.* 1. *§. volumus. eo. li.*

Divisio. h *Si Rector.* Hæc est Constitutio *Edmundi*, & facit quatuor. Primò, ponit Statutum. Secundò ibi, *Idem*, illud extendit. Tertiò ibi, *Nam cum*, ponit rationem. Quartò ibi, *Semper tamen*, providet de adhibendo moderamine.

h *Si Rector.* Hic loquitur de Rectore, ut de Rectore Ecclesiæ Parochialis: qd patet ex eo, quòd statim *in Vers.* sequenti loquitur de Vicario. Quandoq; tamen *Rectoris* appellatio se extendit ad quemcunque Prælatum Ecclesiæ, ut dixi *supra. de consuetu. c. nullus Rector. ver. Rectorum.*

i *Ecclesiæ.* Sc. Parochialis.

k *Decedens.* Videtur quòd hæc Constitutio referri debet ad aliam Constitutionem ejusdem Auctoris, de qua habetur *supra. de consue. c. nullus Rector.* ubi apparet, quòd nullus Rector decedens post Festum Annuntiationis potest disponere de fructibus illius Anni nondum receptis ad sua legata persolvenda; ubi vide per Me scripta *ver. decesserint. et glo. seq.* Et qd hic statuitur est de defectibus contingentibus ex parte decedentium, per Constitutionem Domini *Otoboni. Improbam.* etiam Ordinatur ex parte viventium, & Beneficiis ipsis incumbentium.

l *Domos Ecclesiæ.* Utpotà, Mansum Rectoriæ, vel Vicariæ, & alia ædificia quæcunq;, quorum ædificatio sive reparatio spectat ad ipsum Rectorem immediatè. Secus tamen puto dicendum de illis domibus, quarum ædificatio sive reparatio immediatè pertinet aliis secundùm Feudi dationem ab antiquo, utpotà, Inquilinis, Vasallis, & aliis consimilibus, qui secundùm suam Tenuram tenentur ad hujusmodi reparationem faciendam. Ad quod vide notata per *Fo. de Atho.* in Constitutione *Otoboni. Improbam. ver. ædificia.*

m *Diruta.* i. e. Totaliter prostrata.

n *Ruinosa.* i. e. De proximo, vel verisimili casura.

o *Bonis ejus.* Sc. Rectoris. Ex hac litera apparet, qd bona per Rectorem Ecclesiæ acquisita, dici possunt ipsius propria bona. Et hoc satis innuit hæc dictio *ejus*, hic posita in Textu. Circa qd vide *no. de recip. c. Statutum. ver. suo proprio. li.* 6. *per Archid.* Et adverte, qd bene dicit *ejus*, quia de bonis pertinentibus ad alios non est hæc portio deducenda. Unde de fructibus, quos tales non sunt luerati nec lucraturi, nec faciunt suos, quia forsan non residerunt in Beneficiis suis; *Extra. de Cler. non resid. c. penulti.* & *per totum. et eo. ti. c. unico. li.* 6. vel quia debentur Fabricæ Ecclesiæ, vel Episcopo, secundùm ea quæ leguntur & *no. Extra. ut Ec. Bene. sine di. c. ut nostrum in fi. de verb. sig. c. cum nobis. de resci. c. si propter de Præben. si tibi concesso. li.* 6. & quia natura Beneficii est talis, qd Beneficiati non faciunt fructus suos, ut sunt Rectores Eleemosynariarū, Leprosariarum, seu Hospitalium, qui non faciunt fructus suos, sicut legitur *de relig. do. c. quia contingit. in Cle. secundùm Fo. An.* & *Gess. ibi super ver. usus suos.* non est hæc portio deducenda. Res namq; aliena ad talem usum obligari non potest: ff. *de pig. ac. l. si rem alienam. C. si res ali. pig. da. fit. per totum.* nec etiam potest in causa Judicati capi vel distrahi. ff. *de re. judi. l. à Divo Pio. §. si super rebus.*

p *Ecclesiasticis.* i. e. Jure & nomine Ecclesiæ obvenientibus; talia enim bona sunt per viam tacitæ Hypothecæ ad reparationem hujusmodi faciendam obligata, sicut *no. Fo. de Atho.* in Constitutione *Otoboni. Improbam. ver. fructibus.* Sed *Quæstio.* quid si bona sua Eccl. siastica non sufficiant ad hujusmodi defectus reparandos, an debeat talis reparatio suppleri seu fieri de bonis suis Patrimonialibus, si quæ habuerit? Dic, quòd si bona Ecclesiastica expenderit in meliorationem Patrimonii sui, vel si propter nimiam diligentiam propriorum negotiorum neglexerit negotia Ecclesiæ procurare, & sic Ecclesia sit damnum passa, tenetur satisfacere de bonis suis Patrimonialibus. Ad quod facit *Extra. de elec. c. quod sicut. §. fi.* Et idem intelligas, si ex culpa seu negligentia Procuratoris sui Ecclesia damnum passa sit. *Ar. ad hoc Extra. de offi. Archid. c. ea quæ. de sta. Mo. c. cum ad Monasterium. §. pennl. ff. de custo. & exh. reo. l. fi.* Pro qua materia poteris latiùs videre *no. de præsu. & re. §. quibus & qualiter. in prin. per Hosti. in summa.* & *per Henr. de Bowyco. Extra. de præs. Cleri. c. ulti.*

q *Deducatur.* Scil. per ipsum morituram, qui de Consuetudine potest testari de rebus etiam jure & nomine Ecclesiæ acquisitis, secundùm ea quæ scripsi *supra. de consue. c. nullus Rector. ver. legata.* Alioquin hoc fieri debet auctoritate Ordinaria, cujus Officium est, utilitati Ecclesiæ providere. 21. *di. Cleros.* 8. *q.* 1. *c. qui Episcopatum.* & ad hoc facit Constitutio *Otoboni. Improbam.* prælegata.

r *Sufficiat.* Sed quid si non habeat tantum in bonis? Dic, quòd exigi debent hujusmodi bona, quatenus se extendunt, *Ar. eorum quæ leguntur & no. Extra. de solu. c. Odardus.* ubi patet, quòd non idonei Debitoris admittitur particularis Solutio, etiam Creditore invito.

Sed quid si bona dimissa sufficiant ad hujusmodi Reparationem, *Quæstio.* vel forte non sufficiant, sunt tamen plures Creditores vel Legatarii, qui petunt debitum vel legata, & simul concurrunt; an in hoc casu aliqui aliis præferri debent? Dic, quòd in hoc casu, si Legatarii tanquam Creditores petant legata sibi relicta, & Prælatus Ecclesiæ petat sumptus Reparationis Ædificiorum Ecclesiæ, talis Prælatus debet præferri cæteris Legatariis; nam Legata solvi non debent nisi priùs deducto ære alieno. ff. *de separa. l. creditoribus.* & *l. quotiès. ff. ad Trebell. l.* 1. *§. denique.* In aliis verò Creditoribus concurrentibus cum Ecclesia in petitione debiti, vide notata per *Dy. in c. quis prior. de Reg. Jur. li.* 6.

s *Reparandum hæc.* Sc. diruta, vel ruinosa. Et intellige hanc Reparationem fieri debere secundùm indigentiam & qualitatem rei reparandæ; ut sc. impensæ sint necessariæ, non voluptuosæ. *Ar. ad hoc ff. de impensis in res dotales factis. l.* 1. *cum legibus sequentibus.* & notatur per *Fo. de Arbona* in Constitutione *Otoboni. Improbam. ver. indiguerint.*

t *Defectus Ecclesiæ.* Hæc litera potest intelligi de defectibus Ecclesiæ, quæ pertinent ad Curatum ipsius Ecclesiæ in solidum. Sic qd non pertineant ad alios, utputà, in Cancellu, & aliis ad onus Rectoris de Jure vel Consuetudine spectantibus; vel potest intelligi de defectibus in Ecclesia contingentibus, qui spectant ad alios, non tamen sic, quin Curatus teneatur ad tales defectus reparandos contribuere, secundùm ea quæ leguntur & *no. Extra. eo. ti. c.* 1. *et ci. de illis.* Pro qua materia scire debes, quòd circa Reparationem defectuum Ecclesiæ, sc. quis debeat eos reparare, primò attendenda est Consuetudo; nam in quibusdam partibus, ut in *Anglia*, Reparatio pertinet de Consuetudine ad Parochianos, & hanc Consuetudinem servare possunt compelli. *Extra. de Sim. c. ad Apostolicam. de obser. jeju. c. consilium. §. sanctorum.* & *§. item de illis.* & *c. fi.* Cessante verò tali Consuetudine recurrendum est ad portionem Fabricæ deputatam; ut sc. ille ad Reparationem hujusmodi teneatur, qui dictam portionem recipit. 10. *q.* 3. *c.* 1. & *c. unic.* Ubi verò non est Consuetudo, nec talis portio est ad Fabricam assignata, vel portio illa est minus sufficiens; tunc illi, qui sunt in Ecclesia ipsa Beneficiati, habent ad hujusmodi Reparationem, secundùm quod percipiunt, contribuere. *Extra. eo. t. 1.* & *c. de bi.* & *no. d. c.* 1. *per Hosti.* & *Fo. An. in add.* & *in no. et per Fo. in col.* & 16. *q.* 1. *si Monachus. in fi. per Archi.* & 12. *q.* 1. *c. quatuor. per totum.* & vide quod dicam *infrà. c. proxi. ver. navis Ecclesiæ.*

De Ecclesiis Ædificandis.

Rectoris decedentis bonis Ecclesiasticis reparetur Domus Ecclesiæ, quam dereliquerit ruinosam; quod & Vicarius faciat, si multum commodum perceperit, habitâ tamen rationabili consideratione.

Edmundus.

[a]Si Rector alicujus [i]Ecclesiæ [k]decedens [l]domos Ecclesiæ reliquerit [m]dirutas, vel [n]ruinosas, de [o]bonis ejus [p]Ecclesiasticis tanta portio [q]deducatur, quæ [r]sufficiat ad [s]reparandum hæc, & ad alios [t]defectus [a]&de hoc [b]Archidiaconi in suorū remissionem peccaminum sint solliciti. [c]Et quos [d]circa hoc [e]negligentes invenerint, [f]disciplina [g]rigida castigent.

---

a Idem

a *Idcirco Statuimus:* Secunda pars.

b *Illos Vicarios.* Non ergo circa omnes, ſed illos duntaxat de quibus ſequitur.

c *Modicam Penſionem.* Cujus Taxatio potiùs relinquitur arbitrio Judicis quam alicui limitationi certæ: pro quo vide qd ſcripſi *ſupra. de Decimis, c. 1. ver. modicè.* & qd no. ff. *de impenſis in res. dotal. facti. l. omino. in glo. 3.* & *ibi per Bart. in fi.*

d *Nam cùm,* Tertia pars, & eſt ratio præmiſſorum.

e *Præmiſſa,* Sc. reparationem hujuſmodi defectuum.

f *Teneantur,* ſc. illi Rectores & Vicarii recipientes omnes Proventus Eccleſiæ. Et dic *teneantur de Jure,* qd vult ut ipſum ſequantur onera ad quem ſpectant emolumenta. ff. *de re. ju. l. ſecundùm naturam. C. de cad. toll. l. 1. §. pro ſervo. de re. ju. c. qui ſentit. li. 6.* cum concordantiis ibi poſitis *per Jo. An. & Dy.* & circa hanc materiam vide notata per *Jo. de Atho,* in Conſtitutione *Othoboni. Improbam. ver. tenentur.*

g *Portio.* Quæ ſc. ſufficiat ad hujuſmodi Reparationem.

h *Inter debita.* Sc. ipſius Defuncti; & ſic habes hic, quod Beneficiatus poteſt eſſe Debitor Eccleſiæ cui præeſt: & ad hoc facit *de pecul. Cle. c. ulti.* & *de re. Eccl. non alie. c. ſi quis Presbyterorum. ubi de hoc in glo. fi. 12. q. 1. monemus, ubi de hoc.*

i *Semper tamen.* Quarta pars.

k *Facultates Eccleſiæ.* Secundùm quarum conſiderationem hæc Reparatio eſt facienda, quia in Beneficio pinguiori requiruntur Ædificia magis ſumptuoſa quàm in Beneficio minus pingui, ſicut & in Ornamentis Eccleſiæ. Ad quod vide quæ leguntur & notantur *de cele. Miſſ. c. 1. in Cle. §. in multis. ubi de hoc. ver. indecentibus. per Jo. An.*

Diviſio. VT *Parochiani.* Hæc eſt Conſtitutio *Roberti Wincheſſey,* & habet tres partes. In prima recitat cauſam ſui Statuti. In ſecunda ibi, *Volumus,* procedit ad Statutum. In tertia ibi, *Cætera,* ponit certam limitationem quoad non expreſſa in ipſo Statuto.

m *Eccleſiarum.* Sc. Parochialium.

n *De cætero.* Hoc ideo dicit, quia forſan prius erat dubium de his quæ hic decidunt.

o *Defectibus.* Supple, reformandis, ſive reparandis, vel reſciendis.

p *Inter Rectores,* Supple, vel Vicarios; ubi forſan ex Ordinatione Vicariæ, vel compoſitione, onus Eccleſiaſticum tranſitum eſt in ipſum Vicarium.

q *Ambiguitas.* i. e. Dubitatio, maximè quando Jura vel rationes applicari poſſunt ad unam partem, vel ad aliam; ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de judi. c. 1. li. 6. ubi de hoc. ver. ambiguum.* per *Card.* Quandoq; *ambiguitas* eſt in oratione, ut ibi, *Aio te Æacidem Romanos vincere poſſe;* & ibi, *Si omnes conſenſerint, ego non contradico,* prout eſt in fallacia Amphiboliæ: de qua notatur *per glo. ff de rebus dubiis. l. in ambiguis.* Poteſt etiam *ambiguitas* eſſe in verbo vel dictione. ff. *de leg. & Senatuſcon. l. in ambigua.* & *de peti. hæred. l. utrum. C. de acqui. poſſ. l. nemo.* Item in intentione: ff. *de judi. l. ſi quis intentione ambigua.*

Vaſui. r *Succeſſivis.* i. e. Ex poſt ſequentibus.

ſ *Volumus.* Secunda pars.

t *Præcipimus.* Contrarium ergo facientes peccant. Circa qd vide quæ notantur *ſupra. de conſue. c. quia incontinentia. ver. præcipimus.* Iſtud verò Præceptum originem & fundamentum habere potuiſſet à Conſuetudine præcedente, per quam inductum eſt, talia, de quibus hic loquitur, pertinere debere ad Parochianos, ſicut etiam ad eos pertinet conſtructio ſive reparatio Navis Eccleſiæ; ſicut dixi *ſupra. eo. c. præxi. ver. defectus Eccleſiæ.*

u *Teneantur.* Sc. Parochiani.

x *Invenire.* Suis ſumptibus.

y *Legendam.* i. e. Librum in quo ſcribuntur Lectiones in Officiis Matutinis legendæ, quæ quandoque ſumuntur de Prophetiis, ut puta, de *Iſaia* in Adventu, quando agitur de Temporali, niſi in ſecundo Nocturno diebus Dominicis, quando leguntur Lectiones de Sermonibus, aut *Maximi* Epiſcopi, videlicet Dominicâ primâ & ſecundâ; aut *Auguſtini,* viz. Dominicâ tertiâ vel quartâ. In tertio verò Nocturno leguntur Lectiones de Evangeliis, & approbatorum Doctorum Homiliis. Et idem fit in Feriis quatuor Temporum, quæ contingunt in Adventu. In die verò Natalis Domini tres primæ Lectiones ſunt etiam de Prophetia *Iſaiæ.* Lectiones verò ſecundi Nocturni ſunt de Sermone *Iſidori* Epiſcopi: tres ultimæ Lectiones ſunt de Homiliis. Sic etiam in die Epiphaniæ tres primæ Lectiones ſunt de Prophetia *Iſaiæ*; mediæ Lectiones de Sermone Beati *Leonis.* Per Octavas ſunt Lectiones de Sermonibus diverſorum Doctorum, ſc. *Leonis* Papæ, aut *Martini* Epiſcopi. Quandoque Lectiones hujuſmodi ſumuntur de Epiſtolis *Pauli,* ut puta, a Dominica prima poſt Octavas Epiphaniæ uſque Dominicam in Septuageſima, quo die leguntur tres primæ Lectiones de Libro *Geneſis*; & ſic conſequenter uſque ad primam Dominicam Quadrageſimæ. Mediæ verò Lectiones ſunt de Sermonibus Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica prima Quadrageſimæ ſunt Lectiones ſex de Sermone Beati *Leonis* Papæ. Per Hebdomadam verò ſunt Lectiones de Sermonibus diverſorum Doctorum. Dominica ſecunda leguntur tres primæ Lectiones de Libro *Geneſis,* viz. Hiſtoria *Iſaac,* & ſic per totam Hebdomadam. In Dominica tamen ſunt mediæ Lectiones de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica tertia leguntur Lectiones Libri *Gen.* de Hiſtoria *Joſeph,* & per totam Hebdomadam. In Dominica verò ſunt mediæ Lectiones de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica quarta leguntur Lectiones de Libro *Exodi,* & per totam Hebdomadam cum mediis Lectionibus. In Dominica de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica in Paſſione, & in Ramis Palmarum, legitur *Jeremias,* & per totam Hebdomadam cum mediis Lectionibus de Sermonibus *Johannis* & *Maximi* Epiſcoporum. Feria ſecunda poſt Octavas Paſchæ legitur *Apocalipſis,* & ſic ſubſequenter uſque ad Feriam ſecundam Hebdomadæ quartæ, quo die legitur Epiſtola Beati *Jacobi*: & ſic per totam Hebdomadam infra Octavas Aſcenſionis Domini leguntur Lectiones de Actibus Apoſtolorum. Dominica prima poſt Feſtum Trinitatis legitur Liber *Regum* inchoatâ Hiſtoriâ. In principio legitur Liber *Eccleſiaſticus.* In Hiſtoria, *Si bona,* legitur Liber *Job.* Durante Hiſtoriâ, *Peto Domine,* legitur Liber *Tobiæ.* Cùm venerit Hiſtoria *Adonai,* legitur Liber *Judith.* Advenientè autem Hiſtoriâ, *Adaperias,* legitur Liber *Machabæorum.* Poſtremò, in Hiſtoria, *Vidi Dominum,* legitur Prophetia *Ezechielis.* Cæteris verò temporibus leguntur Lectiones aut de Sermonibus, aut Homiliis, aut Vitis Sanctorum excepto die Commemorationis Animarum, quo die leguntur Lectiones Libri *Job,* viz. prima, *Job.* 7. ſecunda & tertia, *Job.* 10. quarta, *Job.* 13. quinta & ſexta, *Job.* 14. ſeptima, *Job.* 17. octava, *Job.* 19. & nona, *Job.* 10.

z *Antiphonarium.* Sic dictum ab Antiphonis in illo Libro contentis. Et dicitur *Antiphona,* i. e. contra Pſalmum ſonans; vel quia pars una illius cantatur ab una parte Chori, alia ab altera: & dicitur ab *anti* qd eſt *contra,* & *phona* quod eſt *ſonus,* ſecundùm *Joannem:* vel, ſecundùm *Papiam, Antiphona* Græcè dicitur vox reciproca, duobus Choris alternatim pſallentibus. Et nota, qd talis Antiphonarium non ſolum continebit in ſe Antiphonas, prout ipſa dictio nudè ſonat, ſed etiam continebit Invitatoria, Hymnos, Reſponſoria, Verſus, Collectas, Capitula, & alia quæ pertinent ad decantationem Horarum Canonicarum, tam pro Matutinis, quàm Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperis, & Completorio. De Pſalterio non loquor, quia de eo *infrà* fit mentio &c.

a *Gradale.* Sic dictum a Gradalibus in tali Libro contentis. Strictè tamen ponitur *Gradale* pro eo qd gradatim † ponitur poſt Epiſtolam; hic tamen ponitur pro Libro in genere, in quo contineri debent Officium aſperſionis Aquæ Benedictæ, Miſſarum inchoationes, ſive Officia, *Kyrie,* cum verſibus *Gloria in Excelſis, Gradalia, Halleluja,* & *Tractus, Sequentiæ, Symbolum cantandum in Miſſa, Offertoria, Sanctus, Agnus, Communio,* & ea quæ ad Chorum ſpectant in Miſſæ Solennis decantatione. † *MS. Aſcen. cantatur.*

b *Pſalterium.* i. e. Librum, in quo Pſalmi continentur.

c *Troperium.* i. e. Librum Sequentiarum; & hoc neceſſarium eſt, quando Sequentiæ non habentur in Gradalibus.

d *Ordinale.* i. e. Librum, in quo ordinatur modus dicendi & ſolennizandi Officium Divinum.

e *Miſſale.* i. e. Librum, in quo continebuntur omnia ad Miſſam ſingulis diebus dicendam pertinentia.

f *Manuale.* Sic dictum à *manu,* quia aſſiduè haberur ad manum, & in eo continebuntur omnia quæ ſpectant ad Sacramentorum & Sacramentalium miniſtrationem: Item Benedictiones tam Fontium quàm aliorum ſecundùm uſum Eccleſiaſticum Benedicendorum. Et hic, in hoc loco, *Manualis* nuncupatione, puto etiam contineri ea quæ ſunt uſitata in Proceſſionibus Eccleſiaſticis quandocunque fiendis; ut ſic etiam

In Eccleſiis Parochialibus omnis ſupellex rei Divinæ, aut Parochiali appertuna hic annotata reperiatur.

Robertus Wincheſſey.

VT Parochiani [x] Eccleſiarum ſingularum noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ ſint [y] de cætero certiores de [z] defectibus ipſos contingentibus, ne [a] inter Rectores & ipſos [b] ambiguitas generetur temporibus [c] ſucceſſivis, [d] Volumus de cætero, & [e] Præcipimus, qd [f] teneantur [g] invenire omnia inferiùs annotata, viz. [h] Legendam, [i] Antiphonarium, [k] Gradale, [l] Pſalterium, [m] Troperium, [n] Ordinale, [o] Miſſale, [p] Manuale,

Liber Processionalis dicatur *Manuale*, licèt hic de eo non fiat mentio specialis; in Jure tamen Manuale sumitur pro quodam Beneficio, *sive* quadam portione quæ obvenit Clericis de obventionibus in Officio Ecclesiastico, utpotà, in Distributionibus quotidianis, quæ fiunt inter Prædendatos in Ecclesiis quibus sunt residentes. Item in Anniversariis, & aliis Distributionibus hujusmodi, quæ solent fieri in certis Ecclesiis; prout no. per *Hostien. Extra. de verbor. signific. cap. Manualia.*

a *Calicem.* Advertè, qd ea, quæ præcedunt & quæ subsequuntur, pertinere debentia ad inventionem Parochianorum, ponuntur in hoc Capitulo in numero singulari, viz. hoc modo, *Ordinale, Missale, Manuale, Calicem*, &c. Ex quo videtur, quòd Parochiani non teneantur ad plura de eodem genere invenienda quam hic expressa, etiamsi Ecclesia eis indigeat; & sic, ut videtur, in aliis quibuscunque. Præterea, quæ hîc ponuntur & exprimuntur, cnus ea inveniendi pertinebit ad Curatum, vel ad eum qui recipit Proventus Ecclesiæ, juxta illud; *Commoda qui sentit, jungas onus emolumento.* Et ad hoc facit Clausula posita in fine hujus Capituli, quæ vult, quòd cætera hic non expressa pertinent ad Rectorem vel Vicarium, &c, secundùm Consuetudinem in ea parte approbatam: possem tamen in hoc casu satis consonanter Juri dicere, quòd ista locutio singularis contineat in se etiam pluralitatem in eodem genere, sicut aliàs videmus in casu Legis, *si quis ita.* §. *si quis filio.* ff. *de Testa. tu.* ubi patet, quòd Pater dans Tutorem filio in singulari, videtur etiam dedisse pluribus, si plures habuerit. Et ad hoc facit Lex *Servius.* ff. *de verbo. sig.* ubi patet, quòd singularis locutio extenditur ad plures ejusdem sexûs. Cui sententiæ concordat quod legitur ff. *de leg. 1. l. qui filiabus.* §. *si quis ita. de leg. 3. l. si plures.* Eâdem enim ratione qua Parochiani tenentur providere suis sumptibus de singulis hic specificatis in singulari, eâdem ratione tenentur providere de pluribus, si Ecclesia pluribus indigeat. Nam & numerus singularis verificatur etiam in pluribus, cùm à Jure profertur, ut hic, ff. *de neg. ge. l. 1.* §. *1. & l. 2.* §. *hominem. ff. de vi bo. rap.* Hæc quoque est indefinita prolata à Constitutione Provinciali, quæ vicem Legis habet Regulam tradere cupientis; unde æquipollet suo universali, secundùm ea quæ notantur per *Card. de elect. c. ut circa. ver. Ecclesiasticorum. li. 6.* maximè cùm sit eadem ratio omnium contentorum sub dictione indefinitè positâ, secundùm ea quæ notantur per *Dy. de Re. Jur. super Rubri. li. 6.* & hic vide quòd dicam *infrà. eo. c. ver. Imagines principalem.*

Versus.

b *Vestimentum principale.* i. e. Pro Festis principalibus; & ex hoc quod specialiter statuit de Vestimento principali inveniendo per Parochianos, videtur eos exonerare in aliis Vestimentis, videlicet pro usu Dietum Perialium inveniendis. Nam quod de uno specialiter dicitur, in aliis videtur esse negatum. ff. *de condi. & demon. l. cum ita legatum. ff. de leg. 1. cum lex.* Consuetudo tamen in talibus attendenda est, ut dicit *infrà. in fi.*

c *Casula.* i. e. Planeta, quâ induitur Presbyter celebraturus Missam. Et dicitur *Casula*, quia adinstar parvæ Casæ totum hominem tegit, secundùm *Januensem.*

d *Dalmatica.* i. e. Veste Sacerdotali vel Diaconali; sic dicta, quia primò in *Dalmatica* Regione contexta est.

e *Tunica. Tunica* dicitur antiquissima Vestis, quasi *Tonica*, quia in motu incedentis sonum facit. Et est propriè *Tunica* de pellibus, secundùm *Januensem.* Hic tamen ponitur pro Veste Subdiaconali, qua utitur in Officiando Sacerdoti ad Missam.

f *Capa.* Sic dicta, quia totum hominem capiat.

g *In Choro.* i. e. Illo loco Ecclesiæ ubi canunt, qui in Choro sunt. Chorus namque est multitudo in Sacris collecta, secundùm *Januensem.* Sacerdos enim extra temporis Missæ, dum exercet Divina Officia, præsertim dum ministrat Incensum ad Altare, vel dicit Collectas, utitur Capâ.

h *Appendiciis.* Sc. Amictibus, albis Cingulis, Manipulis, & Stolis.

i *Frontale.* i. e. Apparatum pendentem in fronte Altaris, qui apparatus aliàs dicitur Palla. *de conse. di. 1. c. Altaris.*

k *Magnum Altare.* Sc. Illud ad cujus honorem Ecclesia est Dedicata. Et solet hujusmodi Altare collocari in Choro tam quàm in Solenniori loco Ecclesiæ. Et ex hoc quod dicit de Apparatu magni Altaris per Parochianos inveniendo, videtur de aliis innuere contrarium, secundùm ea legantur & notantur *Extrà. de præsump. c. nonne. glo. ulti. in fi.* Consuetudo tamen in talibus consideranda est, ut dixi *supra. eo. ver. Vestimentum principale.*

l *Tribus Tuellis.* Duobus sc. ponendis super Altare subtus Corporale. Tertium verò erit ad usum Lavatorii pro manibus tergendis. Sed Canon, ut videtur, requirit quatuor Tuellos in Altari, *de conse. di. 2. c. si per negligentiam.* Et ideo secundùm communem usum super duos Tuellos duplicatur Corporale, ut sic sint quatuor Lintei.

m *Tria Superpellicia.* Ad usum scilicet trium Ministrorum Ecclesiæ, viz. Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi.

n *Rochetum.* Quod differt à Superpellicio, quia *Superpelliciums* habet Manicas pendulas, sed *Rochetum* est sine Manicis, & ordinatur pro Clerico ministrante Sacerdoti, vel forsan ad opus ipsius Sacerdotis in Baptizando pueros, ne per Manicas ipsius brachia impediantur.

o *Pyxidem.* Supple cum clausura.

p *Honestum.* Videlicet ex Ebore, Argento, vel alia materia decenti.

q *Osculatorium.* Sc. Pacis ad Missam.

r *Fontem.* sc. Baptismalem.

s *Imagines.* Sc. Sanctorum, quæ non sunt contemnendæ, sed reverendæ. *de conse. di. 3. venerabiles.* Sunt namque tales Imagines & Picturæ Sanctorum Libri & Scripturæ Laicorum. *de conse. di. 3. peritatum.* Ipsarum tamen Imaginum pictura non est adoranda, sed res per ipsam repræsentata; sicut patet *d. c. venerabiles. & c. peritatum.* Et nota, quòd triplex fuit ratio institutionis Imaginum: una est ad instructionem rudium, qui eis quasi quibusdam Libris edoceri videntur. Secunda est, ut Incarnationis Mysterium, & Sanctorum Exempla magis in memoria nostra essent, dum quotidie oculis nostris repræsentantur. Tertia est ad excitandum Devotionis affectum, quæ ex visis efficaciùs excitatur quàm ex auditis. Scias tamen secundùm *Joh.* quòd Adoratione Latriæ non licet adorare Imagines, sed Adoratione Duliæ, sic; est enim Latria cultus soli Deo debitus, sed Dulia est servitus quæ debetur Creaturæ. Unde Versus: *Dulia sit Servo, debetur Latria Christo.* Vel sic, *Mortalis Duliam, Latriam die Omnipotenti.* Adoramus itaque Deum ipsum super omnia diligendo, credendo in eum, Sacrificium illi offerendo, & super omnia Reverentiam exhibendo: sed Adoramus Crucem & Imagines Reverentiam exhibendo, non in ea credendo, vel super omnia diligendo, vel Sacrificium impendendo; nam hoc esset Idololatriam exercere, secundùm *Archid. d. c. venerabiles.* Sed quæro an Humanitas Christi sit adoranda cum cultu Latriæ? Dic, quòd habendo respectum ad Humanitatem Christi, inquantum sit Creatura, non obstante quòd est Verbo unita, non est ei Adoratio Latriæ exhibenda. Dicit enim *Glossa* super illud *Psalmi, Adorate Scabellum pedum ejus &c.* quòd Caro Christi adoratur à nobis, non Adoratione Latriæ, quæ soli Creatori debetur; sed illa quæ Dulia dignior est, & dicitur *Hyperdulia*, quasi supra Duliam ad Latriam accedens. Si autem haberatur respectus ad Verbum, cum quo una Adoratione Christi Humanitas adoratur, sic Humanitati Christi Latriæ cultus debetur: una namque Adoratione adoratur suppositum & natura, ita quòd natura per suppositum. Christus autem est nomen Personæ in duabus naturis, secundùm *Damascenum, li. 3. c. 3.* & ideo una & eâdem Adoratione adoratur Christus & ejus Humanitas. Quare dicit *Aug.* Ego, *inquàm*, Dominicam Carnem, imò perfectam in Christo Humanitatem ideo adoro, quia à Divinitate suscepta & Divinitati unita est, ut non alium & alium, sed unum eundem Deum verum, & Hominem verum Dei Filium esse confitear. Denique si hominem separaveris à Deo, illi nunquam credo nec servio: ve uti si quis Purpuram vel Diadema Regis jacens inveniat, nam ea non conabitur adorare; cùm verò eis Rex indutus fuerit, periculum mortis incurrit, si ea cum Rege quis adorare contempserit. Ita etiam in Christo Domino Humanitatem, non solam vel nudam, sed Divinitatem unitam, sc. unum Dei filium, Deum verum & Hominem verum, si quis adorare contempserit, æternaliter morietur.

Quæstio.

Quæstio.

Sed nunquid Imago Christi sit adoranda cultu Latriæ? Dic, quòd si consideretur Imago, prout est quædam Res, sic nulla honor sibi deberetur, sicut nec Ligno vel Lapidi; si autem consideretur ut Imago, tunc, quia idem motus est in Imaginem, inquantum est Imago & Imaginatum, unus honor debetur Imagini & Imaginato. Et ideo cùm Christus Latriâ adoretur, ejus Imago debet similiter Latriâ adorari. Nec obstat *Exodi* 20. ubi dicitur, *Non facies tibi Imaginem, nec sculptam similitudinem*, quia illud pro eo tempore erat prohibitum, quo Deus Humanam naturam non assumpserat: tunc enim, cùm Deus omnino Spiritus esset, infigurabilis erat. Secus autem est, postquam naturam assumpsit Humanam. Sed ecce de Cruce Christi, utrum sit adoranda Adoratione Latriæ, solet dubitari. Pro quo die, quòd honor sive reverentia non debetur

nisi

nisi ratione bili Creatura, Insensibili namque non deberur nisi ratione † naturæ Rationabilis, & hoc dupliciter. Uno modo inquantum repræsentat naturam Rationalem, alio modo inquantum ei conjungitur quocunque modo. Primo modo solent homines venerari Imaginem Regis, secundo modo ejus Vestem; utrumque autem veneratur eadem Veneratione qua venerantur ipsum Regem. Si ergo quæratur de Cruce, in qua Christus fuit crucifixus, utroque modo est a nobis veneranda, uno sc. modo inquantum repræsentat Figuram Christi extensi in ea; alio modo ex contactu ejus ad Christi membra, & ex hoc quod ejus sanguine est perfusa: unde utroque modo est adoranda eadem Adoratione cum Christo, sc. Adoratione Latriæ, & ideo Crucibus alloquimur & deprecamur quasi ipsum Christum. Si autem loquamur de effigie Canis Christi in alia materia, sc. lapidis, vel ligni, sic veneramur Crucem tantum ut Christi Imaginem, quam veneramur Adoratione Latriæ, ut dictum est *supra*. Quidam tamen dicunt, quod Thus ipsis Christis, in qua pependit Christus, inquantum est res quædã, non adoratur eadem Adoratione, sc. Latriæ cum Verbo, cui non pertineat ad personam Verbi quasi pars ejus: sed Adoratione Hyperduliæ, inquantum est res quædam Christi, secundum *Thomam*; Matri vero Christi non debetur honor Latriæ, pro eo qd est pura Creatura; quia tamen est Mater Dei, quasi dicas quoddam excellentissimũ, ita qd excellentius puræ Creaturæ convenire non potest, ideo sibi convenit non tantùm honor Dulix, sed etiam Hyperdulix. Sanctorum quoq; Reliquiæ sunt bis venerandæ sunt; nam (ut dicit *Augustinus*) qui ad aliquem afficitur, ea quæ de eo relinquuntur post mortem venerantur, non tantùm corpus aut partes corporis, sed etiam aliqua exteriora, ut vestes, & similia. Manifestum autem est, qd Sanctos Dei venerari debemus tanquam Christi membra, filios, & amicos, & Intercessores nostros, & ideo Reliquias Sanctorum quæ scimus in eorũ memoriam honore congruo venerari debemus; nam & ipse Christus hujusmodi Reliquias convenienter honoravit, in præsentia eorum Miracula faciendo. *Ar. ad hoc Extra. de relig. vene. Sanctorum. in antiquis. h. 6. & in Clem. per totum.*

a *In Ecclesia*, i.e. In corpore Ecclesiæ.

b *Imaginem principalem*. Sc. illius Sancti, ad cujus honorẽ Ecclesia consecrata est: qd intelligo, ubi talis Imago est imaginabilis. Nam ubi talis Ecclesia fundata est in honorem omnium Sanctorũ, non puto posse unã Imaginem de omnibus Sanctis repræsentantes; sed sic oportet plures fieri, aut nullam. Sic etiã ubi Ecclesia consecrata est in honore plurium Sanctorum, ut puta, *Petri & Pauli, Cosmæ & Damiani, Cornelii & Cypriani*, & aliorum hujusmodi, requiruntur plures fieri Imagines quam unam. Numquid itaq; in his casibus & similibus Parochiani tenentur ad Expensas omnium hujusmodi Imaginum, ubi plures requiruntur? Videtur qd non: quia hoc foret excedere Legem; sed non est nostrum excedere Legem; ut *l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. & de testa. mili. l. qd constituti. et ad municipal. l. constitutionibus.* ergo &c. Item Statuta sunt stricti Juris. *Instit. de act. §. actionum.* Sed in his quæ sunt stricti Juris, casus non expressus habetur pro omisso; *ff. de verb. ob. l. quicquid astringendæ.* & casus omissus Juris communis est positioni relinquitur. *ff. sol. ma. l. si cum dotem in prin. et de li. & postbu. l. commodissime.* Econtrà tamen videtur, nam Statuta sunt Jus Civile, ergo extendunrur de similibus ad similia. *ff. de leg. l. non possunt.* & ibi hoc notat *glo. in consuetudine.* & est casus in Lege *de quibus. co. ti. in prin. & C. quæ sit longa consue. l. 1.* Item Stipulatio est stricti Juris, & tamen reclpit interpretationem extensivam. *ff. de verb. ob. l. si ita stipulatus fuc. o per te non fieri.* Dic itaq; qd Statuta bene extenduntur ad ea, ne quibus in eis disposita non possent commode sortiri effectum. *Ar. ad hoc d. l. si ita stipulatus fuero per te. & ff. de ayb. Juan distinguemus. §. de officio. de juris. o. in. l. 2. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum.* Sic quoque in casibus quibus est eadem ratio, fit extensio, quando casus occurrentes per Jus commune non sunt decisi, ut hic in casu nostro, & sic stat *d. l. de quibus. in prin. & C. quæ sit longa consue. l. 1.* & ita debet intelligi g *hoc in d. l. non possunt.* Si tamen casus occurrens esset decisus per Jus commune, tunc absque extensione stabitur dispositioni Juris communis. Et sic stant illa Jura quæ volunt, qd non est nostrum Jura extendere; & in casu illo, licet Constitutio loquatur in singulari, debet tamen intelligi pluraliter. *Ar.* eorum quæ scripsi *supra. eo ter. collectio.*

c *Clausuram Cœmeterii*. Propter Porcos, & animalia alia, quæ possent illuc decurrere. Sunt enim Cœmeteria circa Ecclesiam ab aliis locis dividenda: 23. *q.* 1. *c. tum prim.* & circa Ecclesiam majorem continebit Cœmeterium 40. passus, sed circa Ecclesiam minorem continebit 30. passus. 17. *q.* 4. *sicut antiquitus.* In Cœmeterio non debent poni ædificia, nisi Clericorũ. 12. *q.* 1. *c. necessaria.*

d *Reparationem*. i.e. Refectionem: & idem intelligas de nova constructione quando opus erit.

e *Navis Ecclesiæ*. i.e. Corporis Ecclesiæ, sive illius partis quæ extra Cancellum est. Et quòd hic dicit Reparationem Navis Ecclesiæ pertinere ad Parochianos, intelligo de Consuetudine: secus tamen de Jure communi, ut dixi *supra. eo. t. preci. ver. defectus Ecclesiæ*. Et nota, quòd ad hanc Reparationem contribuere debent Nobiles & Ignobiles, secundum *Jo. An. Extra. eo. t. 1.* ubi dicit, quòd non credit, quòd posset excusari aliquis, licet velit renunciare usui ipsius Ecclesiæ.

f *Interim*. Scil. in dealbatione Parietum: item in Sedilibus prærarandis, & aliis hujusmodi, quæ pertinent ad decorem Ecclesiæ. † *MSc. Æm.* reparandis.

g *Exterius*. Scilicet in coopertura.

h *Imaginibus*. Scilicet Crucifixi, & aliorum Sanctorum.

i *Cætera*. Tertia pars.

k *Omnia*. Et sic universaliter intelligitur: nam qui *omne* dicit, nihil excipit. *ff. de damno infect. l. damni. §. emptor. ff. de leg. 3. l. si cui ædes. Comandati. l. a Procuratore. ff. de leg. 3. Jo. extentibus. & l. Fulianus. in princi.*

l *Aliis*. Scil. ad usum Ecclesiæ necessariis.

m *Non expressis*. Et sic expressio aliquorum facit intelligere, quod non sit idem in aliis non expressis. Facit ad hoc *Extra. de Decimis. c. ad audientiam. de præsump. c. nonne.*

n *Diversas Consuetudines*. Quæ forsan interpretantur inventionem aliarum rerum hic non expressarum pertinere ad Curatum, vel forsan ad Parochianos. Talis namque Consuetudo, quæ certam interpretationem alicui dubio præbet, non est mutanda. *ff. de leg. l. minime. cum l. sequenti. Extra. de consue. c. cum dilectus.*

o *Approbatas*. De quibus potes videre plura Jura, *Extra. de consue. super Rubrica. per Jo. in no.* Et intelligo illam Consuetudinem esse *approbatam*, in qua concurrunt requisita ad esse Consuetudinis, dum tamen sit rationabilis & legitime præscripta. Quod dic ut legitur & notatur *Extra. de consue. c. ultimo.* & ibi videas *glo. penult. & fi. cum Doct. superadditis.*

p *Et Vicariis*. Potes hoc intelligere, ut scilicet ubi sunt Rectos & Vicarius in eadem Ecclesia, quòd sumptus, de quibus hic loquitur, sint communiter inter eos, saltem secundùm quantitatem Beneficii unius & alterius. Quod verum intelligas, ubi non est Ordinatio certa ad quem spectabit Reparatio talis, vel ministratio hujusmodi sumptuum. Ad quod vide notata *per Hosti. Jo. An. et alios. Extra. eo. ti. c. 1.* Si enim contingit hoc onus ferre, ne deberet ad Rectorem in solidum, vel ad Vicarium in solidum, tunc hæc Littera legi debet sic, ut solvatur cuilibet secundùm onus sibi incumbens.

q *Ad quos pertinent*. Hoc dicit propter eos, forsan qui nec sunt Rectores, nèq; Vicarii. Et tamen de consuetudine, vel compositione, vel ordinatione aliqua provisio aliquarum rerum hic non expressarum ad usum Ecclesiæ necessariarum pertinet ad tales, qui neque sunt Rectores neque Vicarii. De Consuetudine potes ponere Exemplum in Parochianis multarum Ecclesiarum, qui omnia inveniunt, exceptis duobus Cereis, quos invenit Curatus. Et in quibusdam Ecclesiis etiam Parochiani inveniunt omnia luminaria Ecclesiæ, & etiam reparant Cancellum, & omnia sustinent, quæ ad Ecclesiam interius & exterius pertinent, sicut satis constat in multis Ecclesiis † *Londini*. De Compositione etiam potest tale onus ad Parochianos spectare, vel alios, prout est videre in Ecclesiis Parochialibus erectis, vel Collegiatis, in quibus Parochiani operantur forsan ad certa inveniendã sive reparanda, cæteris pertinentibus ad ipsum Collegium. Et idem contingere potest ex dispositione ultimæ Voluntatis alicujus Defuncti, qui forsan de suis Possessionibus aliqua disposuit in usum Ornamentorum alicujus Ecclesiæ, & augmentationem cultus Divini, in eadem fere per suos Hæredes perpetuo ministranda. † *Civitatis.*

r *In omnibus*. Sc. necessariis, de quibus in hoc Constitutione non fit mencio.

s *Reparari*. i.e. iterum vel retrò parari.

t *Statuimus*. Hæc est Constitutio *Simonis Mepham*, & habet duo dicta. In primo statuit circa inquisitionem capiendam super defectibus domorum, ac aliarum rerum Ecclesiasticarum. In secundo ibi, *Integrum*, statuit, quòd pecunia assignata & liniçia ad Reparationem hujusmodi defectuum fideliter convertatur in usum hujusmodi, & non alium. *Divisio.*

u *Inquisitio*. Quæ fieri potest non solùm ad impetrationem alicujus, cujus interest, sed etiam Judicis Officio; argumento eorum

Quæstio.

Inquisitio de rebus Ecclesiasticis non nisi ad juratos fide dignos pertinet.

Simon Mepham.

STatuimus, quòd nulla [u] Inquisitio super de-

[a] in Ecclesia, [b] Imaginem principalem in Cancello, [c] clausuram Cœmeterii, [d] Reparatione [e] Navis Ecclesiæ interius, & [g] exterius, tam in [h] Imaginibus quàm in Fenestris vitreis; Reparationem Librorum, & Vestimentorum, quandocunque contigerit eadem Reparationibus indigere. [i] Cætera autem [k] omnia tam in Reparatione Cancelli quàm in [l] aliis hic [m] non expressis secundùm [n] diversas Consuetudines [o] approbatas à locorum Rectoribus & [p] Vicariis, seu ad quos pertinent, habent [r] in omnibus [s] reparari sumptibus eorundem.

rum quæ leguntur in Constitutione *Othoboni. Improbam.* ubi apparet, quòd Ordinarius etiam nullo petente potest facere domos Ecclesiæ congruè reparari de fructibus ipsius Beneficii. Et potest talis Inquisitio (de qua hic loquitur) fieri, etiam nullâ famâ præcedente. Ratio est, quia non fit ad amovendam Personam, sed ad corrigendum sive emendandum Defectus, secundum ea quæ leguntur & notantur *Extra. de Eccl. Benefi. sanc dimi. conser. c. unico. circa medium, de colluſ. dcie. c. 2.* & sic notatur per *Hostiensem. d. c. vnico. vers. maximè.* Et hoc verum est etiam in Inquisitione Fiscali, quæ fit contra certam Personam. Nam in Inquisitione generalissima, quæ fit in Concilio Generali vel Provinciali; item in Inquisitione Generali, quæ fit circa statum unius Ecclesiæ, Castri, vel Civitatis, non requiritur ut fama præcedat, sicut notat *Joh. An. Extra. de accuſ. c. qualiter. 2. ver. pervenit.* Unde in talibus, in quibus non requiritur ut fama præcedat, sufficit Processum formari de plano, & sine strepitu, & sine figura Judicii, maximè ubi proceditur ex Officio mero, secundùm ea quæ notantur per *Jo. An. in no. Extra. de poſtul. Præl. li. 1. ver. requiſitus.* Et circa hanc materiam videas quæ scripsi *suprà. de conſti. c. exterior habitus. ver. inquirant.*

Fal. add. locis.

a *Domorum.* de quibus dixi *suprà. eo. ti. c. 1. ver. domos Eccleſiæ.*

b *Aliorum.* Supple, Bonorum pertinentium ad ipsorum Beneficiatorum Onus, & Reparationem, utputà, Cancelli, Librorum, Mutorum, Fossarum, Sepium, Clausurarum, & aliorum hujusmodi.

c *Eccleſiaſticum.* Scil. quodcunq; : nam ista Litera indefinitè loquitur, unde generaliter debet intelligi. *Extra. de conjug. leproſ. c. 2. ubi de hoc. glo. antepenulta. ff. de Aleato. l. 2. §. penul.*

d *Alterius præjudicium.* Utputà, obtinentis illud Beneficium si vivat, aut Executorum, vel Administratorum bonorum suorum si mortuus sit.

e *Viros fide dignos.* Utputà, Artifices quibus, in his quæ ad Artem suam spectant, fides adhibenda est. *C. de re mili. l. ſemel. li. 12. Auth. de non ali. §. qd autem. Coll. 1.* ubi patet, quòd in æstimatione fiendæ ædificiorum diruторum, ruinosorum, vel aliàs totaliter ablatorum, recurrendum est ad Mechanicos, & Artifices, una cum supervisione Virorum Ecclesiasticorum: ex quo etiam Textu fundari potest illa Practica, secundùm quam consuevit mandari, ut in talibus Inquisitionibus recipiantur tam Clerici quàm Laici majorem in ea parte notitiam habentes. Qui autem dicantur *fide digni*, potes colligere *Extra. de teſtib. c. teſtimonium. & c. licet ex quadam. qui matri. accuſ. poſ. c. inſuper. 21 q. 7. matrimonium poteſt. & c. teſtes.*

f *In forma Juris.* Ut sc. jurent se, non privato odio, neque amicitia, neq; pro aliquo commodo qd habuerunt, vel habent, vel habituri sunt, deposituros. *Extra. de teſtib. c. quotiès.* ubi de hoc videas.

g *Juratos.* Simile habes *Authen. de non ali. §. quod autem.*

h *Cujus interest.* Utputà, ipsius Beneficiati si vivat, vel aliàs Executorum suorum si mortuus fuerit.

i *Primitùs.* i. e. Antequam procedatur ad Inquisitionem.

k *Evocato.* Sc. per Citationem legitimam: illi namq; qui interesse habent, Citandi sunt, quandocunq; tractatur de eorum præjudicio. *ff. de adop. l. nam ita. & ibi per Accurſ.* Et intellige, qd si il'e, cujus interest, sit certus, debet Citari in specie; aliquin si incertus sit, debet Citari in genere. *de elect. c. ſi li. 6. Cùm ab hæred. ſe obſti. Authen. ſi omnes. et l. 2. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quam per. l. fal. et c. ſi. Extra. qui mis. a. b. poſſ. de m. et obed. inter quatuor. cum glo.* & ibi plenè per *Inno. Hoſti. & Jo. An.* & *eodem caſu.* Et nota, qd etiam omnes, quorum interest, Citandi sunt in genere, quando Judicis Officium imploratur, seu per modum Actionis proponitur; secus tamen est, quando proponitur certa & propria Actio, nam tunc Judex non tenetur Citare nisi specificatos. *no. d. c. ſi. de ma. et obe. per Jo. in no.* Sic itaque patet, qd præsens debet esse id, contra quem formatur Inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit; & exponenda sunt ista Capitula de quibus fuerit Inquisitio facienda, &c. de quibus legitur *Extra. de accuſ. c. qualiter. 2. §. debet.* In hoc tamen casu, quando viz. Inquisitio capitur potiùs super statum rerum Ecclesiæ quàm ad amotionem Personæ, sufficit Capitula edi in genere, licèt non in specie, secundùm quosdam: circa qd vide notata per *Inno. de purga. ca. c. accepimus.* & ibi per *Hoſti.* nec in hoc casu dabitur exceptio contra Testes; argumentis eorum quæ leguntur & notantur *de re. judi. c. cum J. & d. in ſi. & no. Extra. de elect. c. per inquiſitionem. glo. 1.* ubi etiam notatur, quòd si is, contra quem inquiritur, sit absens per contumaciam, potest procedi ad Inquisitionem Lite non contestatâ; quod satis conceditur, ubi nullus prosequitur, sed agitur Officio Judicis. *de procur. in noſtra de purg. ca. c. 1. ſecundùm Hoſtien.* Petrus & Abbas dicunt, quòd in Generali Inquisitione non fit Litis Contestatio: in speciali verò vocabitur is contra quem proceditur, qui, si veniens responderit, habebitur pro Contestatione. Si sit contumax, potest procedi contra eum absq; Litis contestatione. *Extra. ut lite non conteſt. c. quoniam. §. ſuns & alii.* ubi de hoc. Et circa hanc materiam vide *no. Archid. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. & Extra. de teſta. c. cum olim. glo. 1. ad ſi. per Innocen.*

l *Integram.* Secunda para.

m *Æſtimationem.* Hoc ideo dicit, quia Inquisitio in casu hujus Constitutionis æstimare debent pro quanto defectus reperti possent congruè reparari, quorum dicta is qui poterit Judex qui inquirit. *ff. ſi Menſor fal. mo. dix. l. ſi duobus. §. competit. in fi.* Et si per dolum vel latam culpam injustam æstimationem fecerint, tenebuntur Parti læsæ ad interesse; sicut patet *eo. ti. l. ulti.*

n *Repertorum.* Per Inquisitos, &. vel aliàs, ut sequitur.

o *Inquiſitionem.* Supple, ea pram Judicis auctoritate.

p *Compoſitionis.* Quia forsan Partes inter se conveniunt de aliqua certa Summa solvenda nomine Reparationis.

q *Facta extiterit.* Scil. æstimatio hujusmodi defectuum.

r *Diœcesanus.* Sic ergo Inferior, viz. Archidiaconus, non poterit vigore hujus Constitutionis exequi id quod sequitur: & similiter habes in Constitutione *Othoboni. Improbam.* ubi patet, quòd licèt Archidiaconus possit monere Beneficiatum, ut faciat congruam Reparationem, soli tamen Episcopo competit, ut de fructibus recipiatur tantum quantum sufficiat ad Reparationem hujusmodi defectuum.

s *Converti faciat.* Per Censuras Ecclesiasticas, & alia Juris remedia, etiam per Sequestrationem fructuum, sicut notatur *d. c. improbam. ver. ceſſaverit. & ver. fructibus. per Jo. de Athon.* & sic habes hic, quòd pecunia soluta alicui Beneficiato ad Reparationem faciendam, converti debet in illum usum & non in alium. Facit ad hoc *ff. de re. eo. qui ſub tu. ſunt. l. magis. §. illud. ver. nè tamen. de adminiſtr. re. ad civ. perti. l. 1. cum ſimilibus.*

t *Ipsius arbitrio.* Supple, justo; alioquin Appellationi locus foret. *Arg. ad hoc ff. de operis libert. l. ſi libertus. C. de contrahen. empt. l. fi.* & notatur *Extra. eo. ti. c. 2. verſ. peremptam. per Joh. in Novel.*

De poſſeſſionibus ad Eccleſias reſtituendas non pertinentibus, earum poſſeſſores pro legitimis non Conſuetudine conſervantur.

Johannes Stratford.

u LIcèt Parochiani, & *infrà.* Præsentis approbatione Concilii duximus Statuendum, qd ta Religiosi quàm x alii y quicunq; z possessiones, aut prædia, seu a reditus, quæ de b Gleba c reficiendarum Ecclesiarum competentem d ipsius arbitrio moderandum.

Diviſio.

u *Licèt Parochiani.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford*, & habet duo dicta. In primo ponitur Statutum. In secundo ibi, *Ad quod*, adjicitur modus exequendi dictum Statutum.

x *Alii.* Sc. Non Religiosi.

y *Quicunque.* Supple, Clerici vel Laici. Nam Constitutione Archiepiscopi editâ in Concilio Provinciali ligantur omnes de Provincia. *de ſenten. Excommunii. c. Romana. §. porro. cum glo. Jo. An. ibi ſuper. ver. ſententia.*

z *Poſſeſſiones aut prædia.* In quo differunt ista, habes *ff. de verb. ſig. l. quæſtio. §. fundo.*

a *Reditus.* Cujus nomine pretium non continetur. *ff. de leg. 2. l. codicillis. §. 1.* Quæ autem contineantur nomine *Reditûs*, & quæ sit differentia inter Reditus & Fructus, *no. de elect. c. generali. ver. reditus. per Jo. & Arch. li. 6.* Item quæ est differentia inter Reditum Fundi, & Usumfructum Fundi, habes *ff. de uſufruc. leg. l. Fundi.* Et quod nomine *Reditûs* contineatur partus Ancillæ, non tamen est in Usufructu, habes *ff. ad Trebel. l. deduĉta. §. ad Hereditatem. cum glo. ver. non retinębis.*

b *Gleba*, i. e. Terra, in qua consistit Dos Ecclesiæ: & sic hic *Gleba Eccleſiæ* sumitur pro Dote Ecclesiæ, quæ erit prorsus libera. *Extra. de cenſi. c. 1. de Decim. c. novum genus.* Aliàs autem *Gleba* dicitur durus Cespes cum herba, secundùm *Januenſem.* *Gleba.*

c *Reficiendarũ Eccleſiarũ.* Ex hac litera apparet, qd si Terræ existentes intra Parochiam aliquam pertineant ad aliam Ecclesiam, & sint de Gleba sive de Dote Ecclesiæ alterius, debent tamen contribuere

buere terras hujuſmodi obtinentes ad Reparationem & Ornamenta illius Eccleſiæ, infra cujus Parochiam ſita ſunt. Nec obſtat *c. 1. de cenſi.* qd vult Terras illas, quæ ſunt de dote alicujus Eccleſiæ, eſſe liberas; quia verum eſt quoad Tributum Sæculare, ſecus tamen eſt in Tributo Eccleſiaſtico, ut ibi patet. Igitur in caſu noſtro, ad Tributum tale qd eſt Eccleſiaſticum, bene tenebitur obtinens tales Terras quæ ſunt de Gleba vel Dote alterius Eccleſiæ. Et hoc quod hic dicitur, videntur confirmare notata per *Jo. de Anbo.* dictâ Conſtitutione. *Improbam. ver. ad hoc tenentur.* ubi videtur innuere, quòd onus Reparationis Eccleſiæ concernens Parochianos, eſt onus reale, dicens, qd unuſquiſq; Parochianus tenetur ad Reparationem Eccleſiæ, juxta portionem Terræ quâ poſſidet infra Parochiam, & ſecundùm numerum Animalium. Allegat ad hoc *l. ult. C. de immu. nemi. conce. li. 10. de omni agro deſer. l. penul. li. 11. cum concor. ubi allegatis.* Dicit etiam, qd Religioſi etiam Exempti ad hoc tenentur. *Arg. C. de ſacroſan. Eccl. l. ad inſtructionem. ff. de Veteranis, l. ult.* Religioſi tamen iſtud non admittunt, ſecundùm eum. Pro quibus facit *l. reſcripto. ff. de munc. et bono. §. ſi. cum glo. Ecce animadvertendum eſt ad iſta.* Et ut ea meliùs intelligas, ſcire debes, quòd quædam ſunt Prædia quæ merè Tributaria ſunt, quoties caſus talis Tributi ſolvendi evenerit; & talia onera dicuntur merè Patrimonialia, quando ſcilicet ex eis fiunt aliquæ Contributiones ratione ipſarum Poſſeſſionum; ſicut legitur *ff. de munc. et bono. d. l. reſcripto. §. ultì.* Verbi gratiâ, ut quilibet muniat viam ante domum ſuam, hoc eſt onus domûs, ut *l. Ædiles. ff. de via publica.* Item qd recipiantur Hoſpites in domo, eſt onus domûs. *ff. de munc. & bona l. 3. §. munus.* Et tale onus poteſt imponi cuilibet Indigenæ, & etiam forenſi, ac Eccleſiis, *C. de Epi. & Cle. l. de bis. et l. jubemus. C. de ſacroſanct. Eccl.* niſi Eccleſiæ eſſent à talibus ſpecialiter liberatæ; quia forſan talia Tributa ſunt eis ſpecialiter remiſſa. Facit ad hoc *l. 1. C. de Epiſ. et Cle.* Alia ſunt onera non merè Patrimonialia, ſed imponuntur Perſonis pro rebus, & dicuntur *Collecta*, & talia onera non poſſunt levari ab Eccleſiis. *C. de Epiſ. et Cle. Authen. Item nulla Communitas. et dicta l. de bis.* Et ſic intelligitur *dicta l. reſcripto. §. ulti. in fi.* quam allegat *Johannes de Anbona.* pro Religioſis. Ratio eſt, quia *Collecta* eſt onus quod imponitur Perſonæ pro rebus; ergo ſi Perſona non eſt Subdita ratione Domicilii, vel Originis, non poteſt ei imponi: *ut d. l. reſcripto. §. ſi. & ff. ad muni. l. libertus. §. ſola.* & hæc vera, niſi Communitas, cui ſolveretur Collecta, haberet ſuper hoc ſpeciale Privilegium, ut dicto *§. ſola. ubi de hoc per Bart. & d. l. reſcripto. §. ſi. per eundem.* Ex prædictis ſatis apparet, quòd cùm pecunia ſolvenda ad onus Reparationis (de qua hic loquitur) non debeat imponi per modum Collectæ, ſed levari per modum Contributionis, ut hìc dicitur, quòd à tali onere exſufari non poſſunt Religioſi quicunque, immo nec Epiſcopus, argumento ejus quod legitur *ff. de munc. & bono. l. munerum. §. Patrimoniorum.* ibi, *nec Pontifex &c. et ibi per Archi. & Bart.*

Quæſtio. Sed quæro, quomodo levabitur ab hujuſmodi Religioſis iſta Contributio? Dic, ſi agatur coram Judice Eccleſiaſtico, levabitur per Monitiones legitimas, & per Cenſuras Eccleſiaſticas. *Ar. ad hoc Extra. de cenſ. c. cum inſtantia. in fi. eo. ti. c. venerabili. et c. ſequenti.* Poſſunt etiam ad hoc compelli auctoritate Judicis competentis, & per captionem Pignoris. *C. de rapi. et diſtra. pig. Tribut. cauſa. l. 2. li. 10.* Et hoc expedit, quando ſunt Excepti.

Dictio ſeu, variè ſumitur. [a] *Seu dote,* Idem importat quod *ſupra* dixit de Gleba; & ſic hæc dictio, *ſeu*, hic ponitur identice, vel aliàs expoſitivè; ſic aliàs ponitur *de ſta. Mona. c. periculoſo. et ibi verſ. ſeu. per Archid. li. 6.* & ſic verbis multiplicatis idem repetit; ſicut aliàs notatur *de libi. conſe. c. exceptionis. ver. ſeu ſimila. per Imo.* Quandoque ponitur ampliativè. 63. *di. ego Ludovicus, ubi de hoc.* Quandoque disjunctivè. 75. *di. c. ulti.* Circa quam materiam videas notata per *Bart. ff. de au. & argen. leg. l. ſi quis ita.*

b *Non exiſtunt.* Unde pro illis Terris quæ exiſtunt de dote Eccleſiæ ſeparandæ, non debet eas Tenens contribuere, ut hic patet.

c *Obtinentes.* Hoc refertur ad tempus hujus Conſtitutionis.

d *In poſterum.* i. e. In futurum, ſcilicet poſt tempus hujus Conſtitutionis.

e *In ipſis.* Sc. Parochiis.

f *Alibi.* Sc. extra ipſas Parochias: & ſic hoc quod hic dicitur, habet locum etiam in Forenſibus; pro quo vide quod notavi *ſupra. eo. ver. reſciendarum Eccleſiarum.*

g *Quævis onera.* i. e. Eccleſiaſtica, ut ſequitur.

h *Ipſorum Eccleſiam.* Sc. ædificandam, reparandam, aut aliàs ſuſtentandam.

i *Ornamenta.* Quæ debeat eſſe decentia ſecundùm Eccleſiæ facultates. *de cele. Miſſ. c. 1. §. inſuper. cum glo. in Clem.*

k *Eis.* Sc. Parochianis.

l *In his.* Sc. oneribus quoad Eccleſias, vel earum Ornamenta.

m *De Jure.* Quia ad hoc tenentur per aliquam Conſtitutionem exinde editam, ſicut patet *ſupra. eo. c. ut Parochiani.*

n *Conſuetudine.* Quæ in diverſis locis arctat populum ad Reparationem Eccleſiæ, ſicut notant *Doctr. Extra. eo. c. 1.* & talis Conſuetudo ſervanda eſt. *Extra. de Simo. c. ad Apoſtolicam.* Et hoc caſu dicit *Jo. An. dicto c. 1.* quòd omnes tam Nobiles quàm Ignobiles contribuent ad hujuſmodi Reparationem; nec credit, quòd poſſit excuſari aliquis, licèt velit renunciare uſui ipſius Eccleſiæ.

o *Quantitatibus.* Quæ conſiderari debent ſecundùm valorem Reditus. *ff. de leg. 1. l. ſi fundum. §. 1. cum ſua glo.*

p *Cæteris Parochianis.* Hæc litera innuit, quòd etiam illi qui morantur ad extra, habent tamen Terras ad intra, cenſeri debent inter Parochianos illius Eccleſiæ ubi ſunt Terræ; & hoc intelligo verum reſpectu rerum & onerum realium, quæ imminent infra Parochiam ubi Poſſeſſiones ſitæ ſunt, non tamen reſpectu Perſonarum; facit ad hoc *C. de mulie. in quo loco munera ſexui congruentia &c. l. 1. li. 10. ff. de Publicanis. l. Imperatores. de cenſ. l. forma. §. ſi vero quis agrum.* & notatur *extra. de Paro. §. ulti. prope fi. per Hoſti. in ſumma.*

q *Contribuere.* Hæc litera oſtendit, quòd loquitur de onere reali, quod exigitur ver viam Tributi, non autem per viam Collectæ: & huic *concor. C. de Apochis publicis. l. 1. cum glo. in ver. contributione.*

Diviſio. r *Porro, & infrà.* Hæc eſt Conſtitutio *Bonifacii*, & habet quatuor dicta. In primo ſtatuit circa alimenta non ſubtrahenda fugientibus ad Immunitatem Eccleſiæ. In ſecundo ibi, *Confugientes*, ſtatuit quid fieri debeat contra abſtrahentes tales ab Eccleſia vel aliis malefacientes his qui abjurârunt terram. In tertiò ibi, *In Eccleſia*, diſponit circa Cuſtodiam eorum qui fugiunt ad Eccleſiam, ut ſcilicet ipſi Cuſtodia non fiat in Eccleſia vel Cœmeterio. In quarto ibi, *Illos quoque*, oſtendit qui ſunt vitandi ab Eccleſia.

Quid ſit Immunitas Eccleſia? s *Immunitatem Eccleſiæ.* i.e. Libertatem Eccleſiæ: ſic accipitur *ff. de Fur. innmu. per totum.* & notatur *Extra. eo. §. 1. per Hoſtien. in ſumma.* vel dic, quòd Immunitas eſt Privilegium quo gaudet Eccleſia, ut in ambitu ſuo non fiat pugna, vel inſultus, vel rapina per 30. vel 40. paſſus. 17. q. 4. *ſicut antiquitus. et no. 12. q. 2. c. cum devotiſſimam. glo. 2. per Jo. Archidiaconus* tamen dicit, quòd Immunitas eſt libertas vel ſecuritas ipſius Eccleſiæ quaſi extra munera Sæcularia; & ſic *concor. cum Hoſti.* Dicto tamen *Jo.* annuere videtur *Wil. de paui. et re. c. 1. glo. 2. in Cle.* qui dicit, quòd Immunitas Eccleſiæ conſiſtit in hoc, quòd ad eam confugientibus nec victualia neceſſaria, nec veſtes, nec quies auferatur, nec exitus ad latrinas uſque ad locum debitum; nam nulla neceſſitas debet arctare illum qui Clauſtris Dominicis ſe defendendum commiſit. 17. q. 4. *definivit. Joh. in ſumma Confeſ. li. 1. ti. 14. q. 1.* dicit, quòd Immunitas eſt Privilegium Eccleſiaſticæ libertatis vel Perſonarum vel rerum ad eandem pertinentium.

t *Fugientibus.* Supple, vel illic reſidentibus. 17. q. 4. *definivit.*

u *Alimenta.* Quæ debent talibus miniſtrari de bonis ſuis propriis, ſi ea habeant; alioquin manibus ſuis propriis vivant operando. Qd ſi nullum horum fieri poterit, tunc credit *Hug.* qd Eccleſia debeat talibus providere tanquam pauperibus: & ſic intelligitur *glo. Jo. 17. q. 4. definivit.* ſecundùm *Lauren.* & *Ber. Hiſpa.* ibidem; & hic ibi notatur per *Archi. in add. Dic quid facient.* Et intellige, qd *Alimentorum* appellatione continentur Cibaria, Veſtimentum, Habitatio, Calciamenta, & alia hujuſmodi, ſine quibus corpus ali non poteſt. *ff. de ali. leg. l. 1. et l. legatis. ff. de tranſact. l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de verb. ſig. l. ultim. cum l. ſequen.*

Quid veniat ai Cibariorum appellationc?

x *Impedierint.*

a *Impedierint ministrari.* Tales sunt hodie ipso facto Excommunicati per Constitutionem *Otthoboni. Ad Tutelam.* & etiam omnes illi qui fugientes ad Ecclesiam, vel Cœmeterium, vel Claustrũ, inde abstraxerint violenter, vel etiam delinquentes in aliis casibus iti enumeratis. Et ibi videas *no. per Fo. de Aibo super ver. si aliquem.* Et qd alimenta, vestis, quies, & cætera hujusmodi, non debent à talibus subtrahi, habes *C. de his qui ad Eccl. confu. l. præsenti. §. ex his.*

b *Arbitrium Ordinariorum.* Huic dicto concordant notata *eo. ti. §. ulti. in prin. per Hostien. in summa.*

c *Per Censuram.* Sive Suspensionis, sive Excommunicationis, sive Interdicti, secundùm tempora illa; nam Censura aggravari debet secundùm qualitatem delicti, & hoc hic relinquitur arbitrio Episcopi: hodiè tamen expeditum est, quòd tales sunt ipso facto Excommunicati per Constitutionem *Otthoboni*, quæ incipit, *Ad Tutelam.*

d *Arceantur.* i. e. Puniantur.

e *Confugientes.* Secunda pars.

f *Cœmeterio.* Quod etiam Immunitate gaudere debet, ut salvet fugientem ad illud. Patet hoc in Textu dictæ Constitutionis *Otthoboni. Ad Tutelam.* & 17. q. 4. *c. si quis contumax.* ubi de hoc per *Arch.* qui notat, quòd Ecclesia & Cœmeterium gaudent eodem Privilegio. Quod dic ut ibi, & *Extra. eo. c. ulti.*

g *Abjurationem terræ.* Loquitur secundùm Consuetudinem Regni *Angliæ*, ubi fugiens ad Ecclesiam pro aliquo crimine, abjurans terram deducetur ad proximum Portum ut exeat terram, salvâ sibi vitâ & membris. Scias tamen, quòd Clericus pro Felonia fugiens ad Ecclesiam pro Immunitate habenda, asserens se esse Clericum, Regnum non compellitur abjurare. Quod dic ut *infrà. eo. c. ulti. §. Item Clericus.*

h *Via publica.* Quæ quomodo differat à Via privata vel vicinali habes ff. *nè quid in lo. pu. l. Prætor ait. §. viarum. et §. viam.* ubi patet, qd *Via publica* dicitur illa, cujus Solum publicum est relictum, ac directum certis finibus latitudinis, ab eo qui Jus publicandi habuit, ut ea publicè iretur & commearetur; & debet esse ad minus 8. pedum in directum, & 16. in anfractum, ut notat ibi *Glossa.*

i *Extrahentes.* Violentiam significat. Sin autem talis abjurans voluntate propriâ declinet à Via publica, non habebit locum quod hic dicitur, dum tamen dolo vel fraude ad hoc non fuerit inductus. Faciunt ad hoc notata per *Henricum de Bozoyco. Extra. eo. c. Ecclesia. §. qu; extra Ecclesiam. ver. Item privilegia.* ibi, dum dicit, *Si exeat voluntariè.* Unde si Judex voluntariè exeuntem occiderit, vel ejiam volentem abstraxerit, & morti addixerit, non propter hoc videbitur Ecclesia offensa, quia sola violentia punitur. *Extra. eo. c. inter alia. §. 1. secundùm Gosfr. et Hosti. Extra. eo. c. ult. et concor. Hug. 17. q. 4. definivit, et Arch. c. q. c. verum. glo. 2. et Wil. d. c. 1. de pœni. et rem.ff.* Sed quid si Via publica rupta sit, vel aquis operta sive repleta, ita quòd abjurans non poterit per eam absque periculo transire; nunquid tunc sibi liceat aliunde incedere, etiam extra Viam publicam? Dic quòd sic: & ad hoc habes Textum notabilem, ff. *quemadmo. servi. amit. l. locus. §. ulti.* ubi dicitur, qd in tali casu proximus vicinus in fundo suo Viam dare debet. *Quæstio.*

k *Cum sub.* Ponitur ratio præcedentium & subsequentium.

† MS. Æton. Crucis.

l *Ecclesiastica protectione.* In cujus signum tales consueverunt in manibus gestare signum Crucis, ad designandum quòd sub protectione † Ecclesiæ consistant.

Diversæ pœnæ Sacrilego infligendæ.

m *Omnibus pœnis Sacrilegii.* Pœna Sacrilegii, secundùm Jura communia, quandoque est Excommunicatio lata: 17. q. 4. *si quis suadente.* & hoc verum, quando committitur in personam Ecclesiasticam. Quandoque est Excommunicatio ferenda, scil. quando fit in rebus Ecclesiæ. 17. q. 4. *si quis domum.* Quandoq; pro Sacrilegio infligitur pœna pecuniaria. *c. q. c. quisquis. et c. si quis contumax.* & notatur *ea. causa. et q. c. Sacrilegium.* Per *Fo.* tamen secundùm Jura Civilia, pœna Sacrilegii est austerior quam secundùm Canones; sicut patet ff. *ad l. Jul. Pecul. l. Sacrilegii.* Quandoq; est Damnatio ad Bestias. Quandoq; Sacrilegus vivus comburitur. Quandoq; in Furca suspenditur. Quandoq; pœnâ Metalli damnatur. Quandoq; deportatur in Insulam. Quandoq; verò Sacrilegus pœnâ Capitis punitur. *eo. ti. l. Sacrilegi.* Sacrilegium quandoq; impedit promovendum. *Extra. de elect. c. venerabilem. ubi de hoc in glo. ver. Sacrilegium.* Interdum etiã Sacrilegus deponitur. 24. q. 3. *non in perpetuum. ubi de hoc per Fo.* Tu autem circa præmissa scias, qd committens Sacrilegium in personam Ecclesiasticam, est Excommunicatus ipso facto: 17. q. 4. *c. si quis suadente.* sed committens Sacrilegium in rebus Ecclesiæ, est Excommunicandus *de so. compe. c. conquestus.* Quandoq; Sacrilegium committitur in Ecclesia, & tunc si fiat cum incendio, vel effractione, talis Sacrilegus est ipso Jure Excommunicatus. *de sen. Excommuni. c. conquesti, et c. cum pro causa.* Si fiat sine incendio, vel effractione, ut quia rem in Ecclesia dimissam aufert, tunc debet Excommunicari. *de furtis. c. fi.* & circa hoc vide notata in Constitutione *Otthoboni. Ad tutelam. §. quæ autem. ver. observari. per Fo. de Aibo.* Et quia hic occurrit materia Sacrilegii, nota, qd decem modis committitur Sacrilegium, quos recitat *Archid. de pœnis. c. falcis. in prin. li. 6.* & quòd Sacrilegium sumatur duobus modis, videlicet strictè & large; alias propriè & impropriè notantur *d. c. falcis. ver. sacrilegos. per eundem.* & dicam *infrà. eo. c. proxi. ver. Sacrilegi.*

n *Percellantur.* i. e. Puniantur.

o *Una.* Sc. pœna.

p *Minimè consumente.* Hoc potes † sanè intelligere, inquantum talis pœna concernit Forum Spirituale & etiam Forum Temporale; nam pro Sacrilegio potest agi in utroque Foro. *Extra. de so. compe. c. cum sit.* Unde pœna inflicta in Foro Ecclesiastico non impediet pœnam infligi in Foro Sæculari, ut *infrà* dicam; & sic pro uno delicto plures pœnæ inferuntur. Et habes simile *de pœnis. c. falcis. li. 6. ubi de hoc. vers. per hoc. per Arch.* Et ibi patet, qd per pœnam Canonicam non tollitur pœna Legalis. Cui sententiæ *concor. C. de sepult. viola. l. qui sepulchra. in fi.* ubi saris de hoc per *Cy.* Facit etiam ad hæc ff. *de li. bo. ex. l. 3. in prin. ff. de ac. & ob. l. quotiès in prin. et eo. si. l. cum ex uno. C. de sacrosan. Eccl. l. placet. in fi.* Opponitur tamen contra præmissa ff. *de accus. l. Senatus. & l. qd Senatus.* ff. *de injuriis.* Circa hoc dicunt aliqui, qd ubi agitur ad interesse, tunc una pœna non tollit aliam, ut in primis *concor.* Secus tamen est ubi agitur ad vindictam, ut in *concor. secundo alleg.* & sic sentire videtur *Dy. d. l. qd Senatus.* Alii dicunt, quòd ubi plures pœnæ adinventæ sunt pro uno delicto, & pœnæ ipsæ sunt diversæ, tunc una non tollit aliam; ut *d. l. qui sepulchra. & l. quotiès. cum similibus.* tamen quando pœnæ sunt similes, tunc inquantum concurrunt, una tollit aliam; & sic in pœnis fit omnino pariliras, non refert quæ earum infligatur. Ad quod facit *Extra. de fi. instru. c. pastoralis.* & notatur *d. c. falcis. ver. ediderunt. per Fo. Ant. in no. li. 6.* Sic etiam patet in simili, qd ubi ex uno delicto insurgit offensio plurium, tunc delinquens pluribus pœnis affici debet. De hoc legitur *de re. judi. c. cum æterni. §. sciturus. li. 6.* Et sic ex præmissis habes limitationem ad Textum *Decre. ait si Clerici. de judi.* quæ *Decretalis* vult, quòd pro uno delicto non debet quis affici duplici pœnâ: & circa hoc vide notata *per Arch. 17. q. 4. definivit, verb. Regiæ.* *An una pœna aliam tollat?*

† MS. Æton. satis.

q *In Ecclesia.* Tertia pars.

r *Cœmeterio.* Quod gaudet eodem Privilegio cum Ecclesia, ut dixi *suprà. eo. verb. Cœmeterio.*

s *Custodia.* Quæ solet fieri, ne hujusmodi confugientes evadant; non tamen video, qd deberet fieri talis Custodia nec infra Ecclesiam nec extra, quin ad minus ad eam confugiens liberè possit † transire extra Ecclesiam, si Cathedralis sit, per 40. passus in circuitu; si Parochialis sit, per 30. passus. 17. q. 4. *Sicut omnipotens. & c. definivit.* Quod tamen fallit in Civitatibus & Burgis, ubi propter strictitudinem loci sic servari non potest, ut ibi notat *Glo.* & est *Textus c. q. c. quisquis.* &, ut videtur, talis Custodia est frustratoria. Nam ubi aliquis pro delicto fugit ad Ecclesiam, sic quòd gaudere debeat Immunitate, sufficit qd componat cum eo in quem deliquit, intantum quòd postea non posset de ipso delicto accusari criminaliter; sicut plane notat *Fob. 17. q. 4. c. revera. et concor. ibi Arch.* Et hoc verum, ut sibi imponatur pœna mortis, vel alia corporalis: tamen à pœna pecuniaria Ecclesia non salvabit eum, sicut notant *Doct. Extra. eo. c. inter alia, ubi de hoc per Fo. An.* Unde dicit *Hostiensis*, quòd in hoc viri Ecclesiastici delinquunt, qui confugientes salvare contendunt in totum, ita quòd nec pœnam pecuniariam patiantur; & quia sic excedunt suos Terminos, exeduntur à non suis Terminis, quia Principes & Domini Temporales, cùm Malefactor extra Ecclesiam ponit pedem, ipsum capiunt, & dum est intus ipsum obsessum retinent, requiem, vestes, & victualia denegando, &, quod gravius est, in Ecclesias violenter irruunt, & loca singula inquirunt, inventos extrahunt & puniunt; & sic ubi deberet una potestas per aliam adjuvari, ut *c. i. de no. operis nunc.* contingit contrarium, qd una per alteram violatur, dum suis Terminis & justitiæ non contenti, injusta committunt, & sic novus error ex alio nascitur. *ut l. ex diverso. ff. de rei vend.* † MS. Æton. evadere

t *In forma Juris.* Sc. Monitione Canonica præmissa; ut inde exeant. *de senten. Excommuni. c. sacro.*

u *Illos quoque.* Quarta pars.

x *Tueatur Ecclesia.* Scilicet constructa auctoritate Episcopi vel Archiepiscopi in suis Diœcesibus, alias auctoritate Papæ. Nam si sine auctoritate Papæ, Archiepiscopi, vel Episcopi, in suis Diœcesibus fuerit constructa, non gaudebit Immunitate, nec

nitate, nec dicetur Ecclesia. *Extra. de rel. do. c. ad hæc.* argumento sumpto à contrario sensu, & *no. per Host. de cens. c. auctoritate.* qui dicit, quòd solum illæ Ecclesiæ gaudebunt immunitate, in quibus Episcopus posuit primarium lapidem. Et concordat *Fo. in summa confes. hoc titulo. q. 7.* & est expressum *Authent. ut nullus fa. ora. do. in prin. coll. 5.* Nec refert an talis Ecclesia sit consecrata necne: dum tamen sit ordinata per ipsum, ut ibi celebrentur Divina. *Extra. e. c. Ecclesia.* & notatur per *Innocen. ib. c. inter alia. glo. 3.* & per *Wil. de pæ. & re. c. 1. glo. 2. in Clc.* & licèt *Ber. & Abbas. in d. c. Ecclesia.* dicant, quòd Ecclesia, ubi non sunt adhuc Divina Officia celebrata, non gaudet immunitate: *Goffr. tamen Host. & Fo. An.* in hoc contradicunt, dummodo sit dedicata Deo per Episcopum. Non enim multum inspicienda est Celebratio: unde & Oratoria privatorum, licèt ibi celebrentur Divina, immunitate non gaudent; ut notat *Host. d. c. Ecclesiæ.* Et concordat ibi *Fo. An.* Et idem notat *Host. in cens. c. auctoritate.* Et concordant *Wil. & Geff. d. c. 1.*

MS. Æton. add. † Episcopum,

cleſia, quos † Canones præcipiunt esse tuendos.

Bona Ecclesiastica invadentes, aut Jura infringentes Excommunicatione feriantur; pertinacium loca interdicto puniantur, nec absolvantur ante damni reparationem: attachiantes autem, aut distringentes ad hoc Judices aut Prælatos pœna attachiatorum mulctentur.

Idem.

[b] VT [c] invadentibus [d] bona Ecclesiastica, &

Quæ personæ gaudeant immunitate Ecclesiæ.

a *Canones Præcipiunt.* Ut in hoc passu, quæ sc. personæ gaudeant immunitate Ecclesiæ fugiendo ad eam, melius instruaris; nota, quòd Judæus, vel Paganus, vel minus Catholicus fugiens ad Ecclesiam non gaudebit immunitate ejus; *C. de his qui ad eccle. confu. l. 1.* licèt quidam dicant contrarium, & notatur *17. q. 4. c. definivit. in prin. per Archi.* Vir autem Catholicus fugiens ad Ecclesiam, si in Ecclesia deliquerit, non juvabitur per eam; quia frustra invocat Ecclesiæ auxilium, qui in eam committit. *ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis. Extra. e. c. fi.* Si verò deliquit extra Ecclesiam, tunc si servus sit, & fugit propter magnam atrocitatem Domini, qui forsan mortem ejus satagat, tunc serva quod legitur *Insti. de his qui sunt sui vel ali. jur. §. Dominorum.* Si verò servus fugiat propter modicam sævitiam, tunc servari debet quod habes *C. de his qui ad eccl. confu. l. præsenti. §. sanè.* Si autem servus fugiat sine aliqua sævitia Domini, & hoc fiat sine delicto, tunc idem fiat ut in proximo casu Præcedenti. Si hoc faciat propter delictum, & modicum illud sit; quia forsan surripuit unam mensuram vini, vel cervisiæ, ut potaret, vel aliud hujusmodi, tunc similiter habet locum ille § *sanè.* Ubi verò servus fugit ad Ecclesiam propter delictum non facile, nunc si timeat puniri à Domino suo, restituetur sibi securitate prius præstitâ, prout continetur *d. l. præsenti. ver. si servus.* Si verò timeat puniri ab alio, forsan per Judicem, vel per viam accusationis, tunc dic idem quod statim dicam in libero; quia non est habenda acceptio personarum apud Deum. *Authent. de monachis. ad fi.* Si verò liber homo fugiat ad Ecclesiam, tunc si fugiat propter tributum non solutum, potest extrahi de Ecclesia, secundùm illud quod legitur *Authent. de manda. princi. §. tributorum.* Si fugiat propter delictum, quodcunq; illud sit, duobus casibus tantùmodo exceptis, gaudebit immunitate secundùm Jura Ecclesiastica sive Canonica. Hi autem duo casus excipiuntur *Extra. e. c. inter alia.* Et in hoc Jura Civilia disponentia succumbunt Canonibus *de no. op. nunc. c. 1.* Et hanc Theoricam ponunt *Pe. de Ancho. & Anto. de Butrio. Extra. e. c. inter alia.* Si autem pro delicto alio quam tributorum aliquis fugiat ad Ecclesiam, tunc dicit *Petrus* antedictus, quòd quia de Jure Cõmuni debitor non potest capi pro debito, ut *l. ob es. C. de act.* & *ob. & de pig. c. Iator.* idcò non debet extrahi. Et sic debet intelligi quod legitur *d. l. præsenti.* Sed contra hoc opponitur. Nam licèt Papa, vel Imperator pœnam, quæ Jus publicũ respicit, remiserit, tamen Jus partis non videtur remisisse. *ar. no. in l. 1. C. de in jus vo.* Item Ecclesia liberat fugientem solum à pœna corporali, ut *d. c. inter alia. 17. q. 4. c. definivit.* & *c. reum.* ubi de hoc per *Arch.* non tamen tollitur, quin aliâ pœnâ puniatur, sed permittitur, ut patet *d. c. inter alia.* Solutio. Loquendo de Jure Communi locum habet quod primò dixi: sed loquendo de Jure Municipali, quod permittit debitorem capi, potest etiam fugiens ad Ecclesiam pro debito extrahi. Hoc probatur etiam de Jure Communi in casibus quibus licèt capere debitorem. Nam in eisdem casibus non tuebitur eum Ecclesia, sicut patet in debitore tributorum ut *d. §. tributorum.* & *de exact. tribut. l. nemo.* ubi de hoc. Præmissa intellige vera, maximè quando sic habet cõsuetudo quæ attendi debet in hujusmodi exactione; ut notat *Innoc. d. c. inter alia. ver. punitate. in fi.* Unde *Petrus de Ancho. d. c. inter alia. prope fi.* dicit, quòd in casibus quibus debitor vel delinquens fugit ad Ecclesiam, Prælatus Ecclesiæ in casu quo non potest extrahi, debet eum custodire nè fugiat. Et in casu quo potest extrahi, debet hoc pati. Et si in his deprehendatur in culpa, tenebitur ad damna & interesse, secundùm ea quæ notantur *d. c. definivit. per Arch.* Dicit enim ibi *Archid.* nõdũ talis, qui non gaudebit immunitate, extrahendus est per ipsum Sacerdotem, etiamsi sit publicus latro, qui morti tradendus est; nec in hoc casu videtur Sacerdos eum morti tradere, sed lic. *23. q. 5. cum laicus.* Unde si talem defendat, tenebitur quantum actor jurabit in litem de damno sibi contingente propter culpam Sacerdotis, Judice tamen illud moderante. Hæc ipse notat dicto *c. definivit. ver. non obstante.*

Quæritur.

Quærò in casu quo aliquis non debeat gaudere immunitate, nunquid potest extrahi per Judicem Sæcularem? dic quòd si talis sit Clericus, & de Jurisdictione Ecclesiæ, non debet extrahi per Judicem Sæcularem, sive deliquerit infra Ecclesiam sive extra. Si verò sit Laicus, & sub Jurisdictione Judicis Sæcularis, tunc si deliquerit infra Ecclesiam, & sic infra Jurisdictionem Episcopi, non debet extrahi per Judicem Sæcularem, sed per Episcopum dandus est Judici. Et sic stat quod legitur *Authent. ut licèat matri & avi. §. quia verò. Coll. 8.* Si verò delinquat extra Ecclesiam & infra Jurisdictionem Sæcularem & fugiat ad Ecclesiam, tunc Judex Sæcularis ipsum de Ecclesia extrahere potest, dummodo ipsum recenter fugientem prosequatur, ut eum capiat. Sic potest intelligi quod legitur *Authent. de manda. prin. §. sed neque homicidas.* Secus tamen esset, si aliquandiu ipse fugiens esset receptus in Ecclesia. *Argumen.* ad hoc *Insti. de re. divis. §. quicquid. cum similibus.* Sic notatur *Extra. eo. c. inter alia, in prin. per Foban. in coll.* Item quæro in casu quo fugiens ad Ecclesiam gaudebit immunitate, nunquid Episcopus posset eum extrahere? *Innocen. & Hostien. in dicto c. inter alia.* videntur innuere quòd sic: ut videlicet detrudatur in arctum Monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam, vel puniendus aliâ Ecclesiastica pœnâ. Faciunt pro hac opinione plures rationes. Una est, quòd immunitas adinventa est contra Sæculares potestates, non contra Ecclesiasticas. *17. q. 4. capitu. frater.* ibi, *quòd nec Potestatibus nec Principibus unquàm licuit perpetrare.* Alia ratio est, quia Ecclesia non præsumitur privilegiasse contra se. *de cens. capitu. cum instantia.* Tertia ratio est, Judex Ecclesiasticus non imponit pœnam mortis, vel mutilationis membrorum, à quibus debetur immunitas fugienti; ut dicto *c. inter alia. & 36. q. 1. de raptoribus. Foban. An.* dicto *c. inter alia.* dicit contrarium, videlicet quòd extractio violenta non potest fieri de subdito vel de servo per Judicem Ecclesiasticum. Ad quod adducit *l. 2. C. de his qui ad eccle. confu.* ibi dum dicit, *neminem licere confugientem. &c.* Item Canonem *17. q. 4. sicut. & c. reverti.* ibi, *nemo confugientem extrahere audeat. &c.* Præterea Canones defendunt confugientes, ergo Prælati non debent eos impugnare. *de natis ex libe. ven. capitu. 1.* Item patere legem, quam ipse tuleris. *de constitu. capitu. cum omnes.* nec obstat, quòd Judex Ecclesiasticus non imponit pœnam mortis vel mutilationis: quia textus in *c. inter alia.* loquitur generaliter de omni pœna. Sed apertiùs *Authent. de manda. prin. §. quòd si delinquentes. Colla. 3.* Unde nec *Glossa* prædicta *Innocen. & Hostien.* loquitur de pœna, sed de pœnitentia: secundùm *Foban. An.* & ipsius opinioni concordant *Antonius & Petrus de Anchorano. dicto capi. inter alia. & Henricus de Bowyco. Extra. eodem capitu. Ecclesia.* Ex præmissis potest inferri, quòd Clericus convictus coram Judice Sæculari, & receptus in carceres Episcopi, evadens de carceribus, & fugiens ad Ecclesiam nullo modo inde est extrahendus per potestatem Judicis Sæcularis: potest tamen per Episcopum inde extrahi, & remitti ad carceres ad custodiam, non tamen ad pœnam; servatâ tamen distinctione; an in actu recenti talem fugientem prosequatur, vel aliàs postquam se per aliquod tempus receperit in Ecclesia, ut *supra* dixi.

Quæritur.

---

[b] VT *invadentibus.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus est superior, & habet tria dicta. In primo statuit contra invasores bonorum Ecclesiasticorum, & perturbatores Ecclesiasticæ libertatis. In secundo ibi, *Et si qui*, statuit contra spoliantes Ecclesias possessionibus suis. In tertio ibi, *Et si iidem*, apponit remedium contra attachiatores & distringentes occasione prædicta.

Divisio.

[c] *Invadentibus. Invadere* propriè locum habet in bonis immobilibus: sed *occupare* in bonis mobilibus. *no. de pœni. dist. 1. c. charitas. verb. occupare. per Arch.* qui dicit, quod quandoque unum ponitur pro reliquo, & ponit ibi Remithones. Ab hoc notat idem *Archid.* quòd Invasor est qui rem alienam alienat; hoc ipse notat secundùm *Lanc. 54. di. absit. ver. Domino.* primo autem dicto concordant *Jo. An. de elect. c. generali. verb. occupare. & Arch. e. ver. li. 6.*

Invadere & occupare differunt.

[d] *Bona Ecclesiastica.* Immobilia propriè intelligendo: potest tamen intelligi etiam de mobilibus; ut dixi *in glo. præcedenti.*

a *Ecclesiasticas libertates.* Quæ consistunt in Privilegiis concessis super spiritualibus. Item in Privilegiis concessis super Temporalibus. Item in Privilegiis generalibus Ecclesiæ concessis, & etiam in Privilegiis singularibus cõcessis cuicunq; Ecclesiæ; quod prosequere secundum *nota. Inno. de sen. excommuni. c. noverit.* & vide *nota. Arch. de jurejur. c. 1. ver. Ecclesiasticæ libertati. li. 6.*

b *Infringentibus.* Directè aliquid faciendo, per qd violetur Libertas Ecclesiæ per vim expulsivam, vel abstarivam.

c *Perturbantibus.* Scil. ope, vel auxilio, absque facto corporali. vel *Perturbationem* intellige, quando derogatur Libertati Ecclesiæ per vim turbativam, secundùm ea quæ leguntur & notantur *de fo. compe. c. conquestus.*

a Ecclesiasticas libertates b infringentibus & c perturbantibus d obvietur, provide duximus Statuendum, quòd hujusmodi e malefactores f sacrilegi & g excommunicati per locorum Ordinarios nuncientur. h Et si in sua i pertinacia per k unum mensem l perseveraverint, m tunc n terræ suæ & o loca in quibus commorantur, supponantur p Ecclesiastico interdicto, & q neutra relaxetur Sententia, donec de r damnis & s injuriis t satisfecerint competenter. u Et siqui Divino non deferentes x honori, Ecclesiam y possessionibus aut libertatibus z spoliaverint, occupantes Oblationes Ecclesiæ. 10. *q.* 1. *quia Sacerdotes. & c. sequen.* & notatur dicto *c. conquestus. de foro competen. per Johan. in coll.*

d *Obvietur.* Malitiis enim hominum est obviandum. *ff. de rei ven. l. in fundo. de Simo. c. nobis.* ubi de hoc per *Bern. ver. malitiosè fecisse.* Et puniendi sunt Clerici, qui non opponunt se invadentibus bona Ecclesiastica. Quod dic ut legitur & notatur *de elect. c. generali. li. 6.* & ibi per *Card. ver. non opponunt, & ver. permiserint. per Archi.*

e *Malefactores.* Sc. invadentes bona, infringentes & perturbantes libertates Ecclesiarum.

Quòd dupliciter Sacrilegus dicitur.

f *Sacrilegi.* Hic habes scire, quòd *Sacrilegus* dicitur aliquis dupliciter. Uno modo strictè sive propriè, quando sc. res Sacra de loco Sacro surripitur, secundùm leges: sed secundùm Canones, sufficit alterum, ut patet 17. *q.* 4. *quisquis. in fi.* Et facit ad hoc *ff. ad l. Jul. pecul. l. divus. ff. de pœnis. l. aut facta.* Et notatur *C. de furtis. l. Fundum.* & tunc quæ sit pœna sacrilegii legitur *ff. ad l. Jul. pecul. l. Sacrilegii pœnam. in prin. & l. Sacrilegii capite.* Et nota 17. *q.* 4. *Sacrilegium.* Alio modo sacrilegium sumitur largè sive improprie, & extenditur ad alia crimina, sicut patet *C. de epis. & cle. l. si quis in hoc genus. & C. de sacril. per totum.* Sic stat litera quam habes de pœnis *c. fœlicis. li. 6.* Et sic stat hic quoad infringentes libertates Ecclesiæ. Sic etiam stat *supra. c. proxi.* Et circa hoc vide notata per *Archid. d. c. fœlicis. ver. sacrilegos. li. 6.* Et quòd invadens bona Ecclesiastica sit Sacrilegus, habes 17. *q.* 4. *c. sunt qui. & c. omnes. & c. sacrilegium. & c. sicut qui.*

g *Excommunicati.* Sc. à Canone sive Jure sic statuente. Sed cùm hic loquitur de duobus, sc. de invadentibus bona Ecclesiastica; item de infringentibus libertates Ecclesiæ vel eas perturbantibus; ubi fundabimus tales fore ipso facto excommunicatos? Videtur namque quòd invadentes hujusmodi bona sint excommunicandi. *de fo. compe. c. conquestus.* ubi de hoc. Et sic Communiter tenent *Doctores* ut ibi patet. Quod tamen Sacrilegi sint ipso facto excommunicati videtur per *c. canonica. 11. q. 3. de sent. excom. c. cum pro causa. 17. q. 4. c. omnes. Jo. An. in d. c. conquestus.* recitat super hoc opiniones diversas. *Phi.* dixit Violatores Ecclesiarum ipso Jure fore excommunicatos, alios verò non; ut *d. c. conquestus. & 17. q. 4. quisquis. Goffre.* dixit Violatores & Incendiarios Ecclesiarum fore excommunicatos: alios verò non. *Petrus & Abbas.* dixerunt, quòd si Sacrilegium committitur in personam Ecclesiasticam, sic committens est excommunicatus ipso Jure, ut in *c. si quis suadente. 17. q. 4.* Si committitur in rem Ecclesiasticam, non est excommunicatus, sed excommunicandus. Si in ipsam Ecclesiam cum incendio vel effractione, ut quia fregit fores Ecclesiæ, excommunicatus est. Et idem dicunt, si in Ecclesia quis aliquem opprimit. *de sen. excommuni. c. conquesti. & c. cum pro causa.* & ibi hoc tenet *Glo.* Si verò sine incendio vel effractione fiat Sacrilegium, ut quia aliquis de Ecclesia librum vel calicem incautè dimissum auferat, non est excommunicatus. *de furtis. c. fi.* ibi enim nihil de absolutione mandatur. Habes ergo pro Regula, quòd cum Sacrilegii multæ sunt species, ut notat *Inno. c. cum pro causa. in ver. violatores. & glo. 17. q. 4. sacrilegium.* quòd regulariter Sacrilegus non est ipso Jure excommunicatus majori Excommunicatione. Fallit in Incendiario, & Violatore, seu Spoliatore Ecclesiæ. Et idem si violaverit Claustrum cum incendio vel effractione, ut dicit *Hosti. d. c. cum pro causa.* Fallit secundo in Violatore & Sacrilego Personæ Ecclesiasticæ, ut *d. c. si quis suadente.* Fallit tertiò in percutiente vel capiente aliquem in Ecclesia, & sic violante immunitatem Ecclesiæ, ut in *d. c. cum pro causa. 17. q. 4. omnes.* In violante autem Jura & Privilegia Ecclesiæ, dic ut in *c. non minus. Extra. de immuni. eccl.* ut scil. Monitio debeat præcedere. Alioquin si moniti se non corrigant, possunt denunciari Excommunicati, ut ibi patet. Et sic intelligo quòd hic dicitur, hoc salvo, quod habes super hoc in Constitutione *Othoboni. ad tutelam.* Fallit etiam in violenter auferente rem de Ecclesia, secundùm *Hostien. d. c. cum pro causa.* Sed hoc non tenet ibi *Jo. An.* nisi fiat cum incendio vel effractione. Dicit tamen *Inno.* quòd talis, qui violenter aufert rem de Ecclesia, est excommunicatus minori Excommunicatione. 17. *q.* 4. *si quis vi. & c. si quis vocente.* Fallit quoq; quando per hominem lata est Sententia in quemcunque Sacrilegum lædentem Ecclesiam, vel auferentem rem de Ecclesia, ut facit Textus cum *glo.* 17. *q.* 4. *omnes.* & *dicto c. cum pro causa.* Fallit insuper quando aliqui sunt Violatores Ecclesiarum ipsarum, ut quia corpora Ecclesiarum violenter rapiunt. Sic sentit *glo. in c. conquesti. & d. c. cum pro causa. de sen. excom.* Et hinc notantur *de fo. compe. d. c. conquestus. per Anto. de Butrio.* Item impedientes Jurisdictionem Ecclesiæ, sic quo minus possit ad eam liber accessus haberi, sunt excommunicati. Ut in *c. quoniam. c. ti. li. 6.* Item de novo usurpantes Guardiam vel Custodiam Ecclesiæ vacantis, & illo prætextu bona Ecclesiarum vacantium occupantes sunt excommunicati. *de elect. c. generali. li. 6.* Sic etiam invadentes vel

h *Et si.* Vers.

i *Pertinacia. Pertinax* est qui impudenter perperam tenet quod incepit. Et differt *Pertinacia* à *Perseverantia*: quia *Pertinacia* est in malo, sed *Perseverantia* in virtute. Unde pertinax idem est quòd valdè vel impudenter tenens, durus, irrevocabilis, indocilis, vel obstinatus. *not. 1. de sum. tri. & si. Cath. c. 1. ver. pertinaciter. per Jo. in Cle.* *Pertinacia & Perseverantia differunt.*

k *Unum mensem.* Sc. postquàm fuerint nunciati excommunicati.

l *Perseveraverint.* Sc. non desistendo ab inceptis, nec obediendo Mandatis Ecclesiæ.

m *Tunc.* Sc. elapso Mense.

n *Terræ suæ.* In his includuntur illæ Terræ in quibus habet usum fructum tantùm. Nam in multis casibus Usufructus est pars Dominii. *ff. de usufruct. l. 4.* & ibi notatur. Et si talis habeat Terras in diversis locis pro diviso, tunc omnes illæ partes suæ subjacent Interdicto; sed si pro indiviso, secus est, nè innocens puniatur. *argu. ff. de au. & arg. le. l. quintus.* facit *de præben. c. ultimo in fi. li. 6. 12. q. 1. §. ult.* Et nota, quòd si talis posteà novam Terram acquirat, illa Terra non includitur. *de rescri. c. ulti. & c. ti. c. literas. in Cle.* Et si talis vendiderit Terram sic interdictam, nihilominus remanet interdicta: quia onus rei transit cum ipsa re. *de deci. c. pastoralis. & c. cum non sint. de pigno. ex literis.* cum similibus. Non est enim iste modus tollendi Interdictum, quod debet relaxari per Judicem, qui tamen cessante fraude & causa Interdicti se facilem exhibebit. *Arg. ad hoc de sepulturis. c. sacris.* & notatur per *Jo. Calderini loco præall. §. 2. ver. sed quid si interdicitur. cum ver. sequen.* & hic vide quod scripsi *supra. de foro. compe. c. i. ver. terræ.*

o *Loca.* Hic etiam vide quod dixi *supra. de foro compe. c. 1. verb. loca.*

p *Ecclesiastico Interdicto.* Hoc Interdictum erit generale respectu villæ, Territorii, Castri, vel Oppidi, aut alterius communitatis, ubi tales morantur, licèt ibi una tantum fuerit Ecclesia; immò & si nulla ibi fuerit Ecclesia, idem dicendum est; prout notat *Jo. Calderi. in tractatu suo de Ecclesiastico Interdicto. §. 1. ver. de secundo.* nam quando locus est interdictus, ut hic dicitur, Interdictum dicitur generale. *Extra. de verbo. sig. cum in partibus. ad fi.* & tale Interdictum loci generale non potest ad cautelam relaxari. *de sentent. excommuni. c. præsenti. li. 6.*

q *Neutra sententia.* Sc. nec Excommunicationis, nec Interdicti.

r *Damnis.* Quid continetur nomine *damnorum*, dixi *supra. de procura. c. exhorrenda. ver. damna omnia.*

s *Injuriis.* Quæ possunt consistere re, verbis, & literis. Re, ut puta, per manuum injectionem. Verbis, utputà, per convitii illationem. Literis, per Scripturæ interpositionem, de quibus plenius videas. *Extra. de injuriis. §. quot modis. per Hostien. in summa.* Quomodo autem differunt Damna & Expensæ, legitur & notatur *de injuriis. c. in nostra.* & quòd Injuria differat tam à Damnis quàm Expensis colligi potest *c. ti. c. olim.* ubi apparet, quòd *Injuria* præsupponit iniquitatem & injustitiam contra Juris dispositionem.

t *Satisfecerint.* Qualis debet esse talis Satisfactio quoad Damna, potes colligere *Extra. de injuriis. sub rubrica de damno dato. §. inquantum detur per Hostien. in summa.* & quoad Satisfactionem Injuriæ habes *titu. de injuriis. §. & inquantum detur. per eundem.*

u *Et siqui Divino.* Secunda pars.

x *Honori.* Ob quem & Divinum cultum ampliandum Possessiones Temporales datæ sunt Ecclesiis. 12. *q.* 2. *capitu. prædia.* ibi, *Deo nostro.* &c.

y *Possessionibus.* Sc. Temporalibus, quas licitè tenet Ecclesia. 22. *q.* 1. *c. expedit. & c. futuram. & c. videntes. & quasi per totum.*

z *Spoliaverint.* Prius locutus est de invadentibus bona Ecclesiastica

sustica: modò loquitur de his qui spoliaverint Ecclesiam suis Possessionibus. Et nota, quòd *spoliare* dicitur, non solum qui aliquem expellit de Possessione, sed qui venienteem ad Possessionem rei quam prius habuit non admittit. Notatur per *Jo. An. in Cle. 1. de fo. compe. ver. expulsores.* Sic etiam & is qui aliquem prohibet uti Jure suo, videtur ipsum spoliare. Notatur *de elect. c. querelam. per Inno. de resti. spol. c. cum ad sedem. per Doct.*

a *Supradictis.* Sc. secundùm formam superius expressatam, ut sc. primo procedatur contra eos per Excommunicationem, & tunc demum per Interdicti sententiam.

b *Plenam Restitutionem.* Simile habes *supra. de resti. spo. c. fi.* ubi de hoc *glo. penul.* ubi apparet, quòd *plena Restitutio* dicitur, quando quis restituitur in omnem statum pristinum; & tunc dicitur res plenè restituta quando libertas usûs rei restituitur: pro qua materia vide notata per *Inno. de causa Possessionis & proprietatis. c. cum super. ver. restituendum, ver. hoc tamen bene fatemur.* & ad id quod hic dicitur facit *c. quanquam. in fi. de cens. li. 6.* An autem restitui debent Fructus medii temporis, vide notata per *Joh. 2. q. 5. c. super. cum glo. ulti.*

c *Satisfactionem condignam.* Cui autem fiet ista Satisfactio, sunt opiniones: videtur enim quibusdam sufficere, si satisfaciat Prælato Ecclesiæ, maximè quando in rebus Ecclesiæ sit transgressio. Facit ad hoc *17. q. 4. c. si quis contumax.* & sic videntur sentire *Archi. de cens. quanquam. glo. ult. li. 6.* & hoc verum, quando Injuria sit loco; secus si fiat Personæ. Nam unc habebit locum quod habetur *de sen. excom. c. parochianos.* Primo tamen dicto videtur concedatur id quod habes *17. q. 4. si quis in atris.* Sed illud locum habet, quando Injuria fit loco, Potest nihilominus Injuria fieri etiam Personæ & loco, quo casu utrique satisfaciendum est. *arg. ad hoc de sen. excom. c. cum desideres. in fi.* In hoc passu dicit *Dominicus de Sancto Geminiano dicto c. quanquam.* quòd ubi Prælatus Ecclesiæ ratione rerum Patrimonialium aliquid solvit indebitè, tunc sibi est Restitutio facienda. *arg. ad hoc 12. q. 4. sacerdotes.* Sed ubi solvit pro rebus Ecclesiæ, tunc Restitutio facienda est Ecclesiæ, vel ipsi Prælato nomine Ecclesiæ. *arg. dicti c. sacerdotes.* Ubi verò agitur de Satisfactione facienda pro Injuria, tunc si Injuria concernat privilegia Ecclesiæ, vel rerum Ecclesiasticarum, vel Patrimonialium, debet fieri Satisfactio Prælato Ecclesiæ nomine Ecclesiæ; ut *d. c. si quis contumax.* si autem Injuria facta sit Personæ, tunc ipsi Personæ faciendæ est Restitutio; ut *d. c. Parochianos.*

d *In forma Juris.* De qua habetur *11. q. 3. c. debent.* & *in Clemen. 1. de pœnis. §. quòd si terra.*

e *Solenniter.* Ut dixi per Remissiones in *Glossa* præcedenti.

f *Et si iidem.* Tertia pars.

g *Tam ipsi.* Sc. delinquentes principaliter, & procurantes districtiones hujusmodi.

h *Quam distringentes.* Sc. executivè. Et potes istud intelligere tam de Judice id decernente, quàm de Ministro Decretum Judicis exequente; quod dic ut *infrà. de pœnis. c. 1.*

i *Editis.* De quibus habetur *infrà. de pœnis. c. 1.*

pœnis subjaceant [a] supradictis, & in ipsos usque ad [b] plenam restitutionem & [c] satisfactionem condignam [d] in forma Juris Excommunicationis sententia [e] solenniter proferatur. [f] Et si iidem sacrilegi faciant Judices aut Prælatos propter hoc attachiari & distringi, [g] tam ipsi [h] quàm distringentes pœnis in attachiatores & districtores [i] editis feriantur.

Ballivi, & cæteri Officiarii Regii, si quicquam injustè ab Ecclesia occuparverint aut exegerint, Excommunicentur, nisi admoniti desistant. Et si Dominus Rex admonitus damnum non resarcierit, procedatur contra eum Jure in talibus solito. Quod autem de Regiis Officiariis dictum est, de aliis quoque intelligendum est.

Idem.

[k] COntingit aliquando, quòd Domino Rege Ecclesiarum [l] Cathedralium vel [m] Conventualium [n] custodiam obtinente, cù secundùm Chartam libertatum ab eode Domino Rege & suis Prædecessoribus [o] Ecclesiæ concessarum tantundem [p] rationabiles exitus capere debeat, ac [q] rationabilia servitia, & hoc sine [r] destructione hominum & [s] vastatione rerum: [t] Ballivi tamen [u] ejus per [x] Tallias immoderatas [y] bona Tenentiù vacantis Ecclesiæ auferunt violenter, [z] Parcos, [a] Nemora, & [b] Vivaria destruunt, [c] domos consumere festinant & [d] dissipant bona, Pauperes malè tractant, & non solum ad ea, quæ ratione Custodiæ obtinere [e] consueverat, manus extendunt, sed etiam ad bona [f] superstitù, ut [g] Blada, & [h] Instaura, [i] & alia quibus [k] Capitula & [l] conventus [m] sustetari deberent, [n] & alia quæ ratiõe molumentã pro tempore Vacationis de bonis talis Ecclesiæ Temporalibus, & hoc ratione Consuetudinis, quia Custodia Spiritualium & Temporalium de Jure Communi pertinet ad Capitulum. *de majo. & obe. c. cum olim. & c. ii. c. unico. li. 6.* De Consuetudine tamen potest pertinere ad alium, sicut legitur & notatur *de offi. ord. c. præsens. li. 6. & de elect. c. statutum. in Cle.* Et quod ad Regem, vel alium Dominum Temporalem talis Custodia pertinere potest de Consuetudine, vel ex Ordinatione in Fundatione Ecclesiarum, habes in dicto *c. generali. de elec. li. 6.*

o *Ecclesiæ.* Potes intelligere de Ecclesia particulari, cui concessa est talis Libertas, vel de Ecclesia *Anglicana* in genere, cui concessæ sunt Libertates multæ in generali per Reges *Angliæ.*

p *Rationabiles exitus.* i. e. Proventus exeuntes de Terris & Curiis ad Prælatum Ecclesiæ talis, dum vixit, pertinentibus: & dicuntur *exitus rationabiles*, qui recipiuntur salvâ rerum substantiâ de quibus recipiuntur, sicut contingit in Usufructu: *ff. de Usufruc. l. 1.* & qui recipiuntur secundùm onus positum in Fundatione, vel secundùm Consuetudinem Antiquam; sic quòd nihil imputatur de novo. *de elec. c. generali. li. 6.*

q *Rationabilia Servitia.* Quæ solent præstari per Tenentes secundùm Consuetudinem Manerii de quo tenent; & talia Servitia de Jure † Civili dicuntur onera: quæ quidem onera quandoque sunt realia, quandoque personalia, quandoque mixta, de quibus aliqua dixi *supra. de offi. vica. c. quoniam autem. ver. onera Ecclesiastica.* *MS. Æton.* † Cõmuni.

r *Destructione hominum.* i. e. Tenentium, qui destruuntur quandoque per onera importabilia eis imposita.

s *Vastatione rerum.* Supple, *ad ipsa Beneficia vacantia spectantium & pertinentium*, ut *infrà* sequitur.

t *Ballivi tamen.* Vers.

u *Ejus.* Sc. Regis.

x *Tallias.* Simile habes *Extra. de cens. c. cum Apostolus. §. prohibemus.* & sunt *Tallia* idem quòd Exactiones, ut ibi patet, & *c. c. §. Archid.* verò. Vel dic *Tallias.* i. e. Collectas, ut exponit *Hosti. d. c. prohibemus. ver. Tallias.*

y *Bona Tenentiù.* Et sic ultra illa bona quæ solèt provenire de rebus ipsius Ecclesiæ: & hi Tenentes possunt numerari inter eos, qui tenent Terras in Feudum ab Ecclesia. *de judi. c. cæterum. de fo. c. verù.*

z *Parcos.* i. e. Sylvas inclusas pro feris conservandis, vel hic sumitur continens pro contento, & est sensus, *destruunt Parcus*, i. e. Bestias feras contentas in Parcis.

a *Nemora.* i. e. Sylvas non clausas, prosternendo arbores aptas ad ædificandum, vel ad aliud commodum afferendum ipsi Ecclesiæ utiles & necessarias.

b *Vivaria.* i. e. Lacus, vel Stagna pro piscibus conservandis.

c *Domos consumere.* Eas forsan demoliendo, vel in statu debito non conservando.

d *Dissipant bona.* Contra illud de quo legitur *de elec. c. generali. §. ult. li. 6.*

e *Consueverant.* Sc. secundùm modum positum forsan in Fundatione, vel secundùm Consuetudinem Antiquam quæ in talibus consideranda est: ut dicto *c. generali* cavetur.

f *Superstitum.* i. e. Viventium, utpotà, Capitulorum, seu Conventuum, vel aliàs singularium Personarum ipsius Ecclesiæ, vel aliarum ad quas de Consuetudine, vel Statuto, aut Privilegio, talia pertinent, secundùm ea quæ leguntur *de elec. c. statutum. in Clem.*

g *Blada.* Dum triturantur in Horreis, secundùm ea quæ notavi *supra. de decimis. c. erroris damnabilis. ver. frugum.*

h *Instaura.* Utpotà, in Animalibus.

i *Et alia.* Quæ sc. ad fructuum & utilitatem victûs pertinent.

k *Capitula.* Respectu Ecclesiarum Cathedralium.

l *Conventus.* Respectu Ecclesiarum Conventualium.

m *Sustentari deberent.* Quia sunt de Jure, vel Consuetudine talibus usibus deputata.

n *Et alia.* Sc. bona, sive emolumenta.

Divisio.

k *Contingit.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus & superior, & habet quatuor dicta. In primo recitat Gravamina solita fieri circa Custodiam Ecclesiarum vacantium per Regem & suos Ministros. In secundo ibi, *Ut igitur*, providet contra Gravamina præmissa per remedium penale quoad Ministros Regios. In tertio ibi, *Et nisi*, providet de remedio quantum est ad ipsum Regem. In quarto ibi, *Et eadem*, extendit suum Statutum ad alios Inferioris status.

l *Cathedralium.* In quibus est Sedes Episcopalis.

m *Conventualium.* Utpotà, Abbatiarum, & Prioratuum Religiosorum, in quibus Episcopus nullam habet Cathedram † collatam.

† *Al.* Collocatam.

n *Custodiam.* Hæc autem Custodia aliàs Guardia appellatur. *de elec. c. generali. li. 6.* Et ex tali Custodia debentur Regi certa e-

a *Baroniæ.* Id eſt, Dominii Temporalis.

b *Non poſſunt.* De hoc exemplificat ſtatim, dum dicit,

c *Viz. decimas &c.* Hæ enim ſub tali Cuſtodia, de qua hic loquitur, cadere non poſſunt; quia Decimæ & Oblationes in ſignum Dominii univerſalis Deo & ejus Miniſtris reſervatæ ſunt. *Extra. de Decimis. c. tua nobis. 16. q. 1. c. revertimini.* Et ſub regimine Domini Temporalis cadere non poſſunt. 16. *q.* 1. *c. in Canonibus. & q.* 3. *placuit.* 12. *q.* 1. *expedit.* & circa hoc vide notata in dicto *c. tua nobis. ver. aliena. per Bern.*

d *Appropriatas.* i. e. In proprios uſus conceſſas, annexas, ſive incorporatas.

e *Alia ſimilia. Sc.* Quæ ſunt omninò Spiritualia, utputà, quia de Juriſdictione Spirituali proveniunt, & nõ reſpectu alicujus Dominii, vel Curiæ Temporalis, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de elec. c. Statutum. in Clem.*

f *Occupare.* In malũ ſonat: pro quo vide quod ſcripſi *ſupra. de decim. c. immoderatæ. ver. occupante.*

g *Ut igitur. Secũda Pars.*

h *Eſchaetores.* Id eſt, Confiſcatores.

i *Cuſtodias. Sc.* Eccleſiarum Cathedralium, vel Conventualium vacantium.

k *Prælati.* Cautè loquitur, ſc. ſub vocabulo generali, hic viz. quòd includit quẽcunque etiam Epiſcopo inferiorem; qui Juriſdictionem habet in loco de quo agitur: & hoc eſt quod ſequitur, *qui Juriſdictioni præſunt*, non limitando, an talis ſit Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, inferiorve Prælatus.

l *Publice.* Id eſt, coram multitudine Populi.

m *Solenniter.* i. e. In loco publico, videlicet in Eccleſia aliquo die Solenni, vel Feſtivo. Vel dic *Solenniter*, i. e. Solennitate à parte Juris requiſita, ut ſc. Monitione Canonicâ præmiſſâ hoc fiat ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de ſen. excom. c. Conſtitutionem. §. ulti. li. 6.*

n *Interdicant.* i. e. Prohibeant, & hæc prohibitio locũ habet Monitionis, & per viam Monitionis fieri debet, ut dixi *ſupra. glo. proxi.*

o *Excommunicationis. Supple, latæ*, ut *infrà* ſequitur.

p *In genere.* Id eſt, non ſpecificando nomina eorum. Sed contra hoc opponitur *de vi. & bon. cle. 1. in Cle. de ſen. excom. c. Conſtitutionem. li 6. de ſen. excom. c. gravis. ad fi. in Cle.* In quibus patet, quòd Monitio fieri debet nominatim, & in ſpecie, & non in genere. Solutio. Illud Capitulum primum *de vi. & bo. cler. in Cle.* loquitur in incurſione pœnæ non latæ ipſo facto, ſed incurrendæ prius Monitione præmiſſâ, quòd Monitionem in ſuis Terminis obſervari convenit, ut ibi dicitur: ſed hic loquitur de Monitione fienda non ad evitandum pœnam infligendam, ſed jam inflictam, & ideo nimirum, ſi in illo caſu requiratur Monitio ſpecifica. Hic autem fiat talis Monitio in genere, cum verum ſit à parte Juris, quòd in pœna jam à Canone ſive Conſtitutione inflicta non oportet Monitionem præcedere, ſicut notatur *Extra. de appel. c. reprehenſibilis. ver. ipſo ſuo genere. per Ber.* & ſic Monitio, de qua hic loquitur, ſit ex ſuperabundanti, & ex gratia, non autem ex neceſſitate, licèt in caſu quo quis incurrat Excommunicationem ipſo facto, ante Denunciationem opus ſit Citatione ipſius, qui dicitur incidiſſe, & Declaratione ſuper ipſo facto. *de hæreti. c. cum ſecundùm leges. li. 6.* Ad dictum *c. Conſtitutionem.* Reſpondetur, quòd illud, quòd ibi dicitur, ſpeciale eſt in illo caſu: & hoc apparet ex Textu ibi, dum dicit, *in hoc caſu &c.* Ac ſi diceret ſecus poſſet dici in aliis caſibus. Et notatur ibi per *Jo. An. ver. nominatim.* Et quòd ubi Sententia Excommunicationis eſt generaliter ferenda, ſive denuncianda, ſufficit, ut generalis Monitio præcedat: ſecundùm æquitatem videtur ſentire *Garſ. in d. c. Conſtitutionem.* ut eum ibi recitat *Jo. An. in no.* licet in caſu illius *c. Conſtitutionem.* quod ibi dicitur ſit ſecurius. Nec etiam obſtat *c. gravis. præalle.* quia ibi fit mentio, ut nominarim & in ſpecie fiat Monitio, ſicut & in aliis *c. præalle.* Unde in talibus caſibus ubi Jura exigunt Monitionem fieri nominatim, illa forma ſervanda eſt. Ubi tamen diſponit Lex, ſive Conſtitutio, ut Monitio fiat in genere, ſufficit illum modum ſervari, ut hic. Si autem requiratur Monitio, & non caveatur expreſſe, an fieri debeat in genere, vel in ſpecie, quantum ad pœnam incurrendam in genere, puto, quod ſufficiat Monitio generalis. Secus tamẽ ſi pœna infligenda ſit in ſpecie; quia tunc requiritur Monitio ſpecialis. Et circa hoc vide quæ notavi *ſupra. de vi. & bone. cle. c. exterior habitus. ver. moniti.*

q *Quod ſi.* Verſ.

r *Eos. Sc.* ſic delinquentes.

ſ *Latam.* In Conſtitutione *Stephani* Archiepiſcopi editam in Concilio *Oxon.* de qua habes *infrà de ſen. excom. c.* 1. §. 1.

t *Donec.* Hic vide quæ ſcripſi *ſupra. de fo. compe. c.* 1. *ver. donec. & tribus glo. ſeq.*

u *Quam Sententiam. Sc.* Excommunicationis.

x *Contempſerint. Sc.* dicti Eſchaetores, & Ballivi. Et quia hic non fit mentio de tempore, quo dictam ſententiam contempſerint, relinquitur Judicis arbitrio. *de offi. deleg. c. de cauſis. ff. de jure delibe. l.* 1.

y *Alias pœnas. ſupra. c. c. ut invadentibus.*

z *Et niſi.* Tertia pars.

a *Super hoc.* Id eſt, ſuper tali uſurpatione.

b *Monitus.* Secundùm formam quam habes *infrà. de pœnis. c.* 1.

c *Statutum. infrà. de pœnis. c.* 1. *de elec. & generali. li. 6.* ubi patet, quòd hi, qui Regalia, Cuſtodiam, ſive Guardiam Advocationis, ſive Defenſionis Titulum in Eccleſiis, Monaſteriis, ſive quibuſcunque aliis piis locis de novo uſurpare conantur, & bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum hujuſmodi occupare præſumunt, quantæcunque dignitatis honore præfulgeant, ſunt ipſo facto Excommunicati.

d *Et eadem.* Quarta pars.

e *Pertineant.* Ratione Juris Patronatûs.

Quicunque Judices Eccleſiaſticos infrà dicendo modo gravant, Excommunicationis ſententia innodentur, & publicè denuncientur, non niſi à Diœceſanis abſolvendi.

Johannes Stratford.

f ACcidit novitate perverſa, quòd cùm Eccleſiarum g Prælati de h morum diſciplina, peccatis, & k exceſſibus ſubditorum nituntur inquirere, l Magnates, & alii m Poteſtates n Sæculares officia impedire o molientes Dominus Rex a ſuper hoc b monitus competenter reſtituerit, ſeu reſtitui fecerit ſic ablata, & damna reſarcierit, vel reſarciri fecerit per ſuos illata; procedatur, contra eũ, ſicut in aliis caſibus Regem tangentibus eſt c ſtatutum. Et d eadem, quæ de Rege et ejus miniſtris ſuperius ordinantur, in aliis Dominis inferioribus, & eorum miniſtris, ſi forſan ad eos cuſtodia hujuſmodi e pertineat, volumus obſervari.

f *Accidit novitate perverſa.* Iſta Conſtitutio fuit *Johannis Stratford*, & habet duas partes principales. In prima fit recitatio Gravaminum diverſorum per Sæculares perſonas Judicibus Eccleſiaſticis, & contra Eccleſiaſticam Libertatem illatorum. In ſecunda ibi, *Nos igitur*, apponit remedium per Statutum pœnale. *Diviſio.*

g *Prælati.* Quicunque † Juriſdictionem obtinentes. *Al. add.* † Eccleſiaſticam.

h *Morum.* Circa quorum, ſi indiſciplinati ſint, reformationem ſollicitus eſſe debet quilibet Prælatus habens Juriſdictionem: quia hoc ſolùm bene agitur, ut vita hominum corrigatur. 23. *q.* 5. *prodeſt.* & Imperator noſter dicit, Legibus noſtris mores intendimus corrigere. *C. de ſecun. nup. l.* 1. *ad idem. 46. diſt. c.* 1. *Extra. de vita & bone. cleri. c. ut clericorum.* Plus namque valent boni mores, quàm divitiæ multæ. *ff. de tu. & cu. da. ab his. l. ſcire.*

i *Peccatis. Peccatum* eſt voluntas retinendi vel proſequendi, quod Juſtitia vetat. Et uſque adeò Peccatum voluntarium malum eſt, ut nullo modo ſit peccatum, niſi ſit voluntarium. 15. *q.* 1. §. *licet.* vel *Peccatum* eſt mali perpetratio; ut notatur *de pœni. diſt.* 1. *ſi peccatum.* vel ſecundùm *Augu. Peccatum* eſt dictum, factum, vel concupitum contra Legem Dei. *Peccatum.*

k *Exceſſibus.* De quibus notatur *de exceſſ. præla.* §. *communiter. per Hoſtien. in ſumma.*

l *Magnates.* i. e. Potentes in populo.

m *Poteſtates.* i. e. Viri in Poteſtate poſiti, ratione Officii quibus cum potentiores ſint, pares eſſe non poſſumus. *C. ne liceat poten. l.* 1. & dicitur in maſculino genere hic *Poteſtas* nomen Magiſtratûs. *Extra. de homici. c. tua nos. §. ad ultimum.* quandoque in fœminino ponitur pro eodem *Extra. de judi. c. ſignificaverunt.*

n *Sæculares.* Non ergo comprehendit Poteſtates Eccleſiaſticas, cum ſit Statutum pœnale, & ſtrictè ſervari debeat in ſuis Terminis. *diſt. de pœni. diſt.* 1. §. *pœna.*

o *Molientes.* i. e. Quærentes, machinantes, parantes, excogitantes, vel

vel diſponentes: & eſt *moliri* aliquid cū mora vel difficultate agere; & eſt propriè de magnis rebus machinari. Notatur 3. q. 5. *accuſatoribus. ver. molimur. per Archi.* 33. q. 2. *requiriſti. ver. molitur. per eundem.*

a *Eorum.* Scil. Prælatorum.

b *Ipſorum.* Sc. Magnatum, ſive Poteſtatum.

c *Tenentibus.* Liberis, ut differat à ſequenti.

d *Nativis.* i.e. Tenentibus, qui ſunt ſervilis conditionis, & dicuntur *Nativi*, quia naſcuntur ſervi. *Inſti. de jur. per. §. ſervi autem.* & de Jure Regni dicuntur *Nativi*, qui in matrimonio nati ſunt ex Patre ſervo, licèt Mater ſit libera: quod tamen de Jure Civili non procedit, quia de Jure Civili partus ſequitur ventrem. *Inſti. de ingē. §. 1.* & idem eſt ſecundùm Canones. *Extra. de natis ex libe. ventre. c. unico.*

e *Ordinariorum.* Hos priùs nominavit Prælatos: nam & quilibet Prælatus Ordinarius dici poteſt. *de judi. c. determinatum.* 15. q. 3. c. 1. *quod* dicit ſecundùm ea quæ notantur *de offi. ordi. §. quid per ſines ver. quid de ſubditis. per Hoſti. in ſum.*

f *Criminum.* Ex iſta litera & illa quæ habetur *ſuprà* ibi. *peccatis & exceſſibus &c.* videtur, quòd Crimen & Peccatum idem important. Scias tamen, quod Crimen ſecundùm quod notat *Ff. Au.* 23. *di. unum oratium. §. nunc autem. ver. nomine.* ſumitur quatuor modis: & ibi vide notata per *Archi.* Quomodo autem differunt Peccatum & Crimen, habes notatum 81. *di. c.* 1. ubi apparet, quòd *Crimen* dicitur grave Peccatum, quod eſt accuſatione digniſſimum. Et circa hoc vide notata *de Reg. Fur. c. peccatum. per. Jo. And. li.* 6. Et hic vide quæ dicam *infrà de ſen. excom. c.* 1. *ver. crimen.*

g *Quorum.* Sc. Criminum, ſive Exceſſuum.

h *Conſuetudine.* Quæ dat Juriſdictionem *de judi. ſi vitoſi. ver. conſuetudine. de conſuc. c.* 3. *li.* 6. etiam privatæ perſonæ non tamen tanquàm privatæ ſed nomine Beneficii. *de ſo. compe. c. cum contingat.*

i *Calculis.* i. e. Computis. *C. de errore calculi.* per totum.

k *Per eos.* Sc. ſubditos.

l *Seu computis.* Expoſitio eſt illius quod *ſuprà* dixit, *calculis.*

m *Teſtamentariis Juribus.* De quibus plenius dixi *ſuprà. de teſtamentis.* per totum.

n *Sui Dominii.* Sc. talium Tenentium vel Nativorum.

o *Coram eis.* Sc. Ordinariis.

p *Et ne in locis.* Ubi ſc. Prælati vel Ordinarii accedūt ad ipſa loca.

q *Sui Dominii.* i. e. Dictorum Tenentium, vel Nativorum. Et huic literæ repetendo ſuppleſ illud quod *ſuprà* dicitur, *ne &c.*

r *Præmiſſa.* Sc. Inquiſitio de † majoribus indiſciplinatis peccatis & exceſſibus ſubditorum, & ut in talibus fiant debitæ correctiones. Item ut Teſtamenta probentur, & inſinuentur, & Adminiſtratorum Compuſa audiantur.

s *Impediunt.* Per ſe.

t *Procurant.* Ope, conſilio, perſuaſione, & cooperatione. Nam iſtis modis maleficia perpetrantur. 50. *di. ſi quis viduam.* 23. q. 8. *ulti. c. ulti. in fi. de homici. ſicut dignum.* 81. *di. ſanctæ. de cler. pug. in duello. c.* 2. *in fi. de ſervo cor. l.* 1. *§. ſuadere. ff. de verb. ſig. l. ſæpe. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcun. §. ope.*

u *Sibique.* Sc. Magnatibus, vel Poteſtatibus.

x *Uſurpant.* In mala parte ſumitur. Et habes ſimile *de elec. c. generali. ver. uſurpare. per Archidia. li.* 6.

y *Alii præterea.* Etiam non Magnates, neque Poteſtates. Et hic recitat aliud gravamen.

z *Exercentes.* Supple, de Conſuetudine, vel de Jure.

a *Culpis.* i. e. Delictis; vel infamiis.

b *Pœnitentias corporales.* Utputà, fuſtigatione, ſive diſciplinationes, de quibus loquitur *c. felicis. de pœnis. §. cum autem. li.* 6. Et talis pœna corporalis major debet imponi vili quàm Nobili, ut notat *Jo.* 24. *q.* 1. *c. qui contra. ver. ignobiles.* 41. *di. non coganiur. per eundem. Extra. de jure jur. cum quidam per Ber.*

c *Pecuniarias.* Quas ſecundùm opinionem quorundam ad proprium lucrum non recipiet Prælatus, ſed converti debent ad utilitatem Eccleſiæ. *de pœnis. c.* 2. *in glo.* Nam & pœnæ Civiles convertuntur in opus publicum. *C. de modo mul l.* 1. de hoc videas *Extra. de offi. ordi. c. irrefragabili. in fi.* Et vide hic quæ notavi *ſuprà. de offi. Archi. c. eiſdem. ver. pœna Canonica. & ſ. Archid. ver. ſub pœna.*

d *Cogentes.* Compulſione auctoritatis, quæ ſit per Cenſuras.

e *Eoſdem.* Sc. pœnitentias.

f *Licet.* Sc. imponere Pœnitentias corporales vel pecuniarias talibus delinquentibus. Et hic advertendum eſt circa impoſitionem hujuſmodi pœnarum maximè pecuniarium per viros Eccleſiaſticos infligendarum, quòd diverſæ ſunt opiniones. *Joh. de Deo* 12. *q.* 2. *c. in nullo* arguit, quòd ubi Eccleſiaſticus Judex poteſt opponi pecuniaria infligi, ubi allegatur prout & comparuit & quòd ubi de crimine agitur, non per modum accuſationis, ſed Civiliter, poteſt infligi pœna pecuniaria per Judicem Eccleſiaſticum. Notatur *de offi. ordi. c. dilectus. verb. eundē. per Hoſtien. & c. c. per Fr. in fi.* Sed in contrarium facit *c. ti. c. irrefragabili. in fi. & de pœnit. c. licet.* Sed *Hoſtien.* dicit, quòd contraria loquuntur in privata perſona, vel eum cauſa avaritiæ viri Eccleſiaſtici pœnas exigunt, & extorquent. Alii dicunt, quòd ubi pœna Spiritualis impoſita eſt à Jure, tunc his, quibus non licet illam mutare, ſit ſuis inferiores Prælati, non eſt licitum pœnam pecuniariam infligere. Et notatur per *Doct. l. c. licet. & per Hoſti. in ſumma. de offi. ordi. §. quid pertinet.* & notatur 8. *di. quoniam quidem. glo. ulti. per Jo.* Alii dicunt, quòd ubi pœna pecuniaria non timetur, tunc non eſt infligenda; alias autem ſic: quia illa pœna infligenda eſt, quæ magis timetur, ut notatur 94. *diſt. dictum. per Jo.* Ubi etiam notat *Archid.* quòd in Foro Judiciali Eccleſiæ non poteſt recipere pecuniariam pœnam pro culpis commiſſis, niſi ubi invenitur à Canone deſignatum. Idem tamen *Archi.* notat 330 *q.* 4. *ea vindicta.* quòd ubi pœna pecuniaria plus ſimetur, tunc ſecundùm *Hug.* Epiſcopus in bonis propriis Clericum punire poteſt. Et hoc credit *Jo. in Coll.* verum, quando proceditur per viam Inquiſitionis ex Officio: ſecus ſi per viam Accuſationis, quia tunc debet fieri juſtitia ſicut petitum eſt. Sed in *c. vendibilibus. de ſen. excom. li.* 6. *§. denique*, apparet quòd tales pœnæ pecuniariæ non poſſunt levari de Jure Communi, ſed potius de Conſuetudine. Et hoc verum intelligit *Jo. in Coll.* quando pœna certa limitata eſt in Jure, nec ſic talis qui diſpenſare poteſt. Secus ſi diſpenſare poſſit: quia ſive puniendo ſive ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. 23. *q.* 5. *prodeſt.* Vel forſan melius dici poteſt, quòd id, quod ibi dicitur, loquitur in Judice non Ordinario delinquentis, ſecundùm eum. Tu circa hoc videas, quæ dixi *ſuprà. de offi. Archi. c. eiſdem. verſ. pœna Canonica.*

g *Pœnitentiis corporalibus.* Hæ quinquplices ſunt. Nam una eſt Jejunii ſive Abſtinentiæ per Macerationem, de qua habetur 90. *di. ſi quis contriſtatus.* Alia verberationis. 23. *q.* 5. *Circumcelliones.* Alia ſervitutis. 50. *q.* 1. *de ſervoribus.* Alia Publicationis omnium Bonorum. 43. *diſt. Adrianus.* Alia Exilii. 45. *diſt. in ſynodo. in fi.* De his pœnis plenius notatur per *Jo. in ſumma confeſ. li.* 3. *t.* 32. *q.* 1.

h *Modum excedunt.* Pœna namque debet commenſurari delicto. *de re eccl. non alie. c.* 2. *glo. fi. de jure patrona. c. paſtoralis. glo. fi. de tranſla. epiſc. c. quanto.* & ſecundùm gravitatem delicti pœna imponi debet. 24. *q.* 1. *non aſſeramus. Authent. ut fratrum ſuis. Coll.* 9.

i *Redemptiones pecuniarias.* Ut fil. pœna corporalis mutetur in pecuniariam.

k *Fuſtigari poterunt. Extra. de rapto. c. in Archiepiſcopatu. de Judæis. c. poſtulaſti.* Et hoc, ſi fiat per eum qui poteſt ſuper crimine diſpenſare, ubi certa pœna in Jure limitata non eſt, & proceditur ex Officio mero. Nam in talibus Judex æquitate ſervatâ procedere debet declinando in humaniorem partem, ſecundùm quod perſonas, cauſas, loca, & ipſa tempora videri poſtulare. *Extra de tranſac. c. ex parte*, non tamen debet levare pecuniam ex avaritiæ fomite. Quod intelligo fieri, quando ſibi retinet, niſi forte ubi Statutum eſt, ſi quis tale quid commiſerit, tantum ſolvat: tunc enim poteſt levare & retinere. Sic loquitur ſecundùm quoſdam *Extra. de offi. ordi. c. dilectus. & Extra. de deli. pue. referente.* verum tamen tale Statutum non videtur rationabile: quia ſicut dicit *Hoſti. in ſumma de conſuetudine. §. qualiter probari. ver. ulti.* per talia Statuta invitantur homines ad crimina commitenda: talis namque non timet pœnam pecuniæ, qui ſuſpendio non terretur, *Ar.* ad hoc *Inſti. vi bono. rap. §. ſed ne dum talia.*

An Judex Eccleſiaſticus pœnam pecuniariam infligere poſſit.

Pœnitentiæ corporales ſunt quinquplices.

M.S. Æton.

† Moribus.

a *Admittentes.* i. e. Recipientes.
b *Super his.* Sc. extorsionibus, sive pecuniis sic receptis.
c *Eos.* Sc. viros Ecclesiasticos.
d *Sibi.* Sc. viris Sæcularibus.
e *Compellunt.* Per Brevia Regia, & per processum Judicum Sæcularium.
f *Mulctas.* Quæ imponi non debent, nisi propter veram contumaciam, sicut notant *Fac. Butrig. & Bart. C. de epis. & cleric. & rescrip. l. fi.* & nota, quod Mulcta & Pœna differunt. Nam *Pœna* est ordinaria, *Mulcta* verò arbitraria. Unde in Mulctis appellatur, non in Pœnis. *C. de appel. l. & in mulctis. ff. de verb. sig. l. aliud.* §. 2. & *l. si quæ pœna.* De materia Mulctarum habes plenè notatum *de sen. & re judi. rubrica de mulcta, per Hostiens. in summa.* ibi videas.

Mulcta *differt à* Pœna.

g *Ea occasione.* Quia scil. à delinquentibus recipiunt pecunias.
h *Imponi.* Per ipsos Judices Sæculares.
i *Procurant.* Scilicet opere, consilio, & persuasione.
k *Faciunt.* Operatione.
l *Frequenter etiam.* Tertium Gravamen.
m *Multi.* Supple, *Sæculares*
n *Turmis.* Id est, societatibus hominum, propriè turgina, secundùm *Fanuen.* improprie tamen loquendo centines pauciores.
o *Strepitu.* i. e. Clamore, rumore, & magno sonitu.
p *Ibidem.* Sc. ubi exercentur Judicia Ecclesiastica.
q *Alia.* Quæ sc. non pertinent ad Causas, vel Lites.
r *Confunditur.* i. e. Frustratur.
s *Prælatorum.* i. e. Judicum Ecclesiasticorum.
t *Suspenditur.* i. e. Retardatur.
u *Culpam.* i. e. Transgressionem.
x *Facilè.* i. e. Faciliter.
y *Homines.* Sc. in talibus Turmis † viventes.
z *Pœnâ.* Sc. per aliquam Legem appositâ.
a *Reprimit.* i. e. Retrahit, vel refrænat.
b *Sibi.* i. e. Transgressoribus hujusmodi.
c *Pœnalem.* Sume quod est *supra. impunitatem.* & dicitur Impunitas esse eis pœnalis ratione pœnæ quæ debetur peccato talium. Tales namque peccant mortaliter, quia faciunt contra præceptum Juris, ut notat *Hug. 19. dist. c. nulli.* ad quod facit *de cons. & glo. c. 2. de concess. præben. c. 2.* ibi, *damnabiliter.* & notatur per *Bart. ff. de jurejur. l. si quis pro eo.* unde nisi pœniteant, nutriunt sibi pœnam æternam.
d *Antiqui hostis.* i. e. Diaboli, qui aliquando dicitur Leviathan. *13. dist. c. nervi.* Quandoque inimicus Homo. *Extra. de elec. c. licet.* quandoque Hostis versutus, *16. q. 2. c. 1.* quandoque Hostis antiquus, ut hic, & *2. q. 5. habet.* quandoq; nequissimus Hostis. *ad Ephe. 6.* quandoque Superbus. *Job. 26.* quandoque Mendax. *Job. 8.* quandoque Homicida. Quandoque Peccator. in *Psal.* quandoq; Spiritus immundus. *Lucæ 11.* quandoq; Spiritus malignus. in *Psal. ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus.* quandoque Serpens, *6. dist. testamentum.* quandoque Mancipium, *40. dist. si papa.* quandoque Magister elationis. *15. dist. c. 1.* quandoque Beelzebub. *21. dist.* §. 2. quandoque Behemoth, *de pœn. dist. 1. principium.* quandoque Insidiator. *7. q. 1. quæritis.* quandoque Leo & Draco. *c. c. & c. q.* §. *hoc tunc. in fi.* & hæc *no. 13. dist. d. c. nervi. glo. 1. per Archi.* quandoque etiam dicitur Princeps mundi. *32. q. 2. c. 1. per Johan.*
e *Levem additum.* Quia Diabolus citius vincit eos, quos reperit in aliquo peccato, quàm eos qui sunt in conversatione bona. Vel dic, *Levem additum*, quia de facili consentiunt ad malè agendum; nec, ut deberent, suggestioni Diabolicæ resistunt.
f *Alii siquidem.* Quartum Gravamen.
g *Multas.* Tam Clericos, quàm Laicos.
h *Pro eo.* Id est, ea de causa.
i *De Jure.* Simile habes *de immu. eccle. c. 1. li. 6.* & pone exemplum *Extra. de foro compe. c. cum sit. 11. q. 1. Christianis. & ex latum. & c. experientia. & quasi per totum, de cler. conjug. c. clerici.* §. 1. *li. 6.*
k *Consuetudine.* Supple, *antiquâ. de immu. eccle. c. quoniam* (*ut intellexim.*) *li. 6.* talis namq; Consuetudo præscripta dat Jurisdictionem, ut notatur *Extra. de judi. c. novit. per. consuetudine. de consue. c. 3. li. 6.* etiam privatæ personæ, non tamen tanquam privato, seu nomine Beneficii. *de foro compe. cum contingat.* quod nota. Dat etiam Jurisdictionem in causis Laicorum, pro quo vide *Extra. de foro compe. c. licet.*
l *Ibidem.* Sc. in foro Ecclesiastico.
m *Necnon.* Vers.
n *Ministros.* Videlicet Actorum Scribas, & Registrarios Clericos scribentes, & Apparitores.
o *Super his.* Sc. Causis spectantibus ad Forum Ecclesiasticum.
p *Aliàs.* hic. Aliis modis.
q *Tenentibus.* Ex hac litera apparet, quòd tota ista Constitutio refertur ad id, quod in principio dixit de Magnatibus & Potestatibus, quorum nomine comineri possunt & hi, qui Curias inter Tenentes suos habent & servant, quibus auctoritative imperare possunt; nam & tales Potestatem in suos Tenentes habere dicendi sunt, ut notat *Accurs. ff. de testibus. l. idonei.*
r *Et alii.* Non suis tenentibus.
s *In ipso.* Sc. foro Ecclesiastico.
t *Non desistant.* Simile habes de *immuni. eccle. c. quoniam* (*ut intellexim.*) *li. 6.* ibi, *à Lite, Causa, seu quæstione desistere compelluntur.*
u *Imponunt.* Ex hac litera patet, quòd loquitur de habentibus Jurisdictionem in Subditos, quia privato non liceret tales Impositiones facere.
x *Affligunt.* I. e. Cruciant, destruunt, dissipant, vel devastant.
y *Vexant.* I. e. Molestant, vel turbant.
z *Alii vero.* Quintum Gravamen.
a *Episcopos.* Prius locutus est in generali de injuriis factis Judicibus Ecclesiasticis quibuscunque; hic loquitur in speciali de injuriis factis ipsis Episcopis.
b *Notorie.* Exempla habes *infrà. de pœnis. c. 1.*
c *Ad ea de.* Ubi le primaria vel secundaria Cognitio pertinet ad eos.
d *Pro exercitio Jurisdictionis.* Hæc litera potest intelligi dupliciter. Uno modo quando volunt exercere Jurisdictionem suam propriam non impediendo alienam. Alio modo quando volunt uti Jurisdictione propria, Suspendendo pro tempore alienam, sicut contingit videre in casu Appellationis etiam querelarum, quæ referuntur ad Judicem superiorem.
e *Licita & Canonica.* Quod primâ facie præsumitur. *ar. ad hoc de fi. instru. c. cum dilectus. de except. c. ad audientiam.* Sin autem Mandatum sit illicitum, dic ut notatur *de offi. dele. c. pastoralis. ver. & si sciat. per Bar.* Sed quod præsumendum est Decreto Judicis, optimè facit *Extra. de renun. c. in præsentia. de re judi. c. sicut, & c. cum inter. ff. de re. ju. l. res judicata.*
f *Debitè.* Sc. secundùm Formam Mandati.
g *Impediunt.* Sc. per se. h *Procurant.* Per alios.
i *Mandata hujusmodi.* Sc. Episcoporum, de quibus in specie loquitur hæc Clausula. Et sic, quod hic dicitur, non extenditur ad alios Nuncios Judicum inferiorum cum in Constitutione pœnali, qualis est ista, stricta interpretatio sit facienda. *ff. de pœnis. Interpretatione. de pœ. di. 1.* §. *pœna.* Et sic in Nunciis Abbatum, Priorum, Decanorum, & Archidiaconorum non habet locum pœna inferiùs imposita, sed in

Nunciis

vent, [m] necnon Advocatos postulantes pro eis, & Procuratores, aliosque [n] ministros, & Ecclesiasticos Judices cognoscentes [o] super his indictari, attachiari, carcerique mancipari, & [p] alias in foro Sæculari multipliciter fatigari faciunt & procurant, fuisque [q] tenentibus [r] & aliis ad forum Ecclesiasticum pro causis seu negotiis [s] in ipso de Consuetudine vel de Jure tractandis recurrentibus, si [t] non desistant, & in foro Sæculari super his litigent, [u] imponunt sæpissimè graves mulctas, ipsosque [x] affligunt, & [y] vexant injustè multimodis laboribus & expensis. [z] Alii verò [a] Episcopos Jurisdictionem suam in Civitatibus seu locis aliis eis subditis debitè exercere volentes, in & super his quæ spectant [b] notoriè [c] ad eosdem, seu [d] pro exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticæ mandata sua [e] licita et Canonica destinantes, executionèsque eorum [f] debitè faciendas [g] impediunt, vel impediri [h] procurant injustè, ac nuncios [i] mandata hujusmodi deferen-

M.S. *Acton.* † Venientes.

[m] *Necnon.* Vers.
[n] *Ministros.* Videlicet Actorum Scribas, & Registrarios Clericos scribentes, & Apparitores.
[o] *Super his.* Sc. Causis spectantibus ad Forum Ecclesiasticum.
[p] *Aliàs.* hic. Aliis modis.
[q] *Tenentibus.* Ex hac litera apparet, quòd tota ista Constitutio refertur ad id, quod in principio dixit de Magnatibus & Potestatibus, quorum nomine comineri possunt & hi, qui Curias inter Tenentes suos habent & servant, quibus auctoritative imperare possunt; nam & tales Potestatem in suos Tenentes habere dicendi sunt, ut notat *Accurs. ff. de testibus. l. idonei.*
[r] *Et alii.* Non suis tenentibus.
[s] *In ipso.* Sc. foro Ecclesiastico.
[t] *Non desistant.* Simile habes de *immuni. eccle. c. quoniam* (*ut intellexim.*) *li. 6.* ibi, *à Lite, Causa, seu quæstione desistere compelluntur.*
[u] *Imponunt.* Ex hac litera patet, quòd loquitur de habentibus Jurisdictionem in Subditos, quia privato non liceret tales Impositiones facere.
[x] *Affligunt.* I. e. Cruciant, destruunt, dissipant, vel devastant.
[y] *Vexant.* I. e. Molestant, vel turbant.
[z] *Alii vero.* Quintum Gravamen.
[a] *Episcopos.* Prius locutus est in generali de injuriis factis Judicibus Ecclesiasticis quibuscunque; hic loquitur in speciali de injuriis factis ipsis Episcopis.
[b] *Notorie.* Exempla habes *infrà. de pœnis. c. 1.*
[c] *Ad ea de.* Ubi le primaria vel secundaria Cognitio pertinet ad eos.
[d] *Pro exercitio Jurisdictionis.* Hæc litera potest intelligi dupliciter. Uno modo quando volunt exercere Jurisdictionem suam propriam non impediendo alienam. Alio modo quando volunt uti Jurisdictione propria, Suspendendo pro tempore alienam, sicut contingit videre in casu Appellationis etiam querelarum, quæ referuntur ad Judicem superiorem.
[e] *Licita & Canonica.* Quod primâ facie præsumitur. *ar. ad hoc de fi. instru. c. cum dilectus. de except. c. ad audientiam.* Sin autem Mandatum sit illicitum, dic ut notatur *de offi. dele. c. pastoralis. ver. & si sciat. per Bar.* Sed quod præsumendum est Decreto Judicis, optimè facit *Extra. de renun. c. in præsentia. de re judi. c. sicut, & c. cum inter. ff. de re. ju. l. res judicata.*
[f] *Debitè.* Sc. secundùm Formam Mandati.
[g] *Impediunt.* Sc. per se. [h] *Procurant.* Per alios.
[i] *Mandata hujusmodi.* Sc. Episcoporum, de quibus in specie loquitur hæc Clausula. Et sic, quod hic dicitur, non extenditur ad alios Nuncios Judicum inferiorum cum in Constitutione pœnali, qualis est ista, stricta interpretatio sit facienda. *ff. de pœnis. Interpretatione. de pœ. di. 1.* §. *pœna.* Et sic in Nunciis Abbatum, Priorum, Decanorum, & Archidiaconorum non habet locum pœna inferiùs imposita, sed in

Nunciis

Nunciis Officialium Episcoporum puto quòd habeat locum hæc pœna. Nam tales Officiales habent idem Consistorium cum ipso Episcopo. *de consuetu. c. 2. li. 6.* Unde cum inter Nuncios Episcopi & sui Officialis sit omnimoda similitudo, bene potest dici idem fieri debere, quod hic dicitur de Nunciis ipsius Episcopi. Et in hoc casu non dicitur fieri pœnæ extensio, sicut notatur *de tempo. ordi. c. 1. per Fo. An. li. 6.*

a *Volentes.* Loquitur itaque hæc Constitutio in actu faciendo, non tamen in actu jam facto. Et sic, ut videtur, hæc Constitutio non habet locum contra eos qui permittunt executionem fieri, sed post ipsam factam tales Nuncios malè tractant. Et hoc puto verum ex vi verborum hujus Statuti, quæ hoc non dicunt. Si tamen tales Nuncii per injuriosa facta hujusmodi impediantur post factam executionem in partibus, ne certificent Judicem die limitato, tunc, cum talis Certificatio sit pars Mandati eis directi, æstimo, quòd etiam impedientes vel procurantes impediri tales Nuncios, quo minus certificent Judicem, vel cætera faciant, quæ sunt requisita post executionem Mandati in partibus, alligantur pœnâ hujus Constitutionis, & etiam illius, *quoniam ut intelleximus. de immu. ecc. li. 6.* Nam & tales nuncii etiam non sunt ad Judicium vocandi usq; ad eorum Nunciationem finitam, *ff. de in jus vo. l. 2. ver. sed nec eum.* ubi de hoc per *Bart.*

b *Malè pertractare.* Omnem modum injuriosæ pertractationis includit.

c *Injuriosè.* Ex hac litera apparet, quòd si aliquis talem Nuncium auctoritate Judicis servato processu legitimo capi fecerit attachiari, vel arrestari pro aliqua offensa prius facta, & ipsum secundùm legis Regni exigentiam fecerit Carceribus mancipari, non tenebitur hac pœna quæ *infrà* sequitur: quia non dicitur fecisse injuriam, qui utitur remedio Jure sibi competenti. *de elec. c. cum Ecclesia Vulturnen. cum suis glo.* Et hoc verum puto, si non fuerit talis Captio, Arrestatio, vel Processus animo malignandi, sed justitiam consequendi. Non enim dicendus est quis *injuriosè* aliquid fecisse, nisi culpa intervenerit. *Extra. de injuriis. c. ulti.* Et *injuriosè* aliquid fieri judicandum est ex animo. *15. q. 1. c. illud.* Unde si non intervenerit animus male faciendi non est dicendus fecisse *injuriosè. C. de injur. l. si non convitii. ff. ad l. Aquil. l. sed & si. §. ulti. & ff. de injur. l. illud.* Scias tamen, quòd si dubitetur quo animo aliquis tale quicquam fecerit, videndum est quale sit ipsum factum, utrum viz. sit factum vel dictum de se injuriosum vel indifferens. Primo casu, quando dictum vel factum est injuriosum, tunc aut de sui natura est hujusmodi, utputà, aliquem verberare, vel opprobrio se reprehendere, tunc præsumitur animus malus nisi probetur contrarium, ut dicta *l. si non convitii.* Si verò non sit dictum vel factum injuriosum de sui natura, sed ex aliqua circumstantia aggravante, nunc etiam in tali persona, contra quam est præsumptio juris, præsumitur animus malus. Verbi gratiâ, Aliquis sciens aliquem habere Mandatum ut Citet eum, vel aprehendat suum, volens eum impedire vel aliunde vexare, absque aliqua causa rationabili prævia fingit contra eum aliquam Actionem de qua non clarè constat: talis præsumendus est malo animo hoc fecisse. *ff. de injuriis. l. injuriarum. §. si quis per injuriam.* Secus si prius habuerit justam Causam cum ipso litigandi, vel eum aliis in Judicium trahendi, & de Causa sua constet, maximè cum jam primo potuit eum convenire & non ante: nam non facit injuriam, qui utitur Jure suo. Et Juris executio non habet injuriam. *ff. de injur. l. injuriarum. §. is qui jure.* Ubi verò Judex ex Officio suo aliquem talem adjicit Carceribus, vel ponit sub Arresto, vel aliquid contra eum mandat; præsumitur ex persona Judicis quòd hoc non fecit injuriosè. *ff. de injuriis. l. injuriarum. §. si qui jure publico.* Et idem si alius de Mandato Judicis aliquid fecerit quod ad justitiam pertinet, sicut patet *d. l. injuriarum. §. si quis quod decreto.* Ad hoc etiam patet exemplum in Magistro verberante Discipulum. Nam non præsumitur fecisse animo injurioso. *ff. ad l. Aquil. l. sed si quicunque. §. si magister.* Ubi verò factum est indifferens, quia factum vel dictum sic potest habere indifferenter ad bonum vel ad malum; tunc quia dubium est quo animo id factum est vel dictum, debet interpretari in meliorem partem, *de Reg. Jur. c. essete.* Sit huic concordant nostra per *Bart. d. l. injuriarum. §. is qui jur. & per Cy. C. de injur. d. l. si non convitii. ver. Septimò quæro.* Si tamen per conjecturas aliquas apparet de proposito facientis vel dicentis, tunc præsumitur animus malus. *ff. ad l. Corne. de sic. l. 1. §. & qui hominem.* Si non apparet de proposito per conjecturam aliquam tunc non præsumitur animus. Ad quod vide notata per *Cy. C. ad l. Corneli. de sic. l. si quis cum tela. vers. Ultimo quæro.*

tes & facere debitè justas executiones [a] volentes, capere, verberare, & [b] malè pertractare [c] injuriosè præsumunt. [d] Quidam etiam [e] Domini temporales, & eorum [f] Ballivi bona decedentium ab intestato in suis [g] districtibus ad ipsos Dominos prætendentes fore, quamvis [h] erroneè devoluta, nè per Ordinarios bona hujusmodi pro debitorum solutione sic decedentium, ac in alios pios usus pro ipsorum animarum salute convertantur utiliter, prout [i] consensu Regio, & Magnatum Regni *Angliæ* tanquam [k] pro Jure Ecclesiasticaque libertate [l] ab olim extitit ordinatum, impediunt in derogationem [m] Ecclesiasticæ libertatis Jurisque, & Jurisdictionis [n] Ecclesiasticorum impedimentum & læsionem enormem. [o] Nos igitur præsentis deliberatione Concilii omnes & singulos in præmissis vel eorum aliquibus [p] delinquentes, seu præmissa vel eorum aliqua [q] facientes, [r] consensum ad ea dantes, [s] Consilium, [t] auxilium, vel favorem, aut ea, vel eorum aliqua in suis facta negotiis, [u] nominibus eorum [x] rata vel accepta habentes, hoc sacro approbante Concilio pronunciamus majoris Excommunicationis sententiâ innodari: quorum absolutionem [y] Diœcesanis locorum [z] specialiter reservamus, &

d *Quidam etiam.* Sextum Gravamen.

e *Domini Temporales,* Supple, Temporalem Jurisdictionem habentes.

f *Ballivi.* i. e. Judices illius Jurisdictionis: & est vulgare *Normannorum & Gallicorum,* ut notat *Dotto. de immu. ecc. c. quoniam ut intelleximus. in prin. li. 6.*

g *Districtibus.* Sic dictis à *distringendo,* & propriè pertinet ad crimina vel excessus. *de proba. licet. in prin. & nota. de elec. c. ne Romani. ver. districtu. per Wil. in Gl.* Idem tamen *Wil. de re judi. c. pastoralis. ver. Extra districtum. 1. Cle.* dicit, Districtus, quòd Districtus, Territoriũ, & Diœcesis quasi pro eodem supponunt, unde nihil aliud sit *idem* sunt quàm universitas agrorum infra fines cujusvis loci existens, ubi scil. aliquis jus obtinet imperandi. *Extra. de proba. c. licet.* Et dicitur *Districtus* à *distringendo,* & *Territorium* à *terrendo,* eò quòd ibi fit Districtus delinquentium ad terrorem, ut in *l. pupillus. §. Territorium. ff. de verb. sig.* & ad quem pertinet Districtus vel Territorium notatur per *Wil.* *significant,*

h *Erroneè.* Error iste patet ex his quæ leguntur & notantur *supra. de testa. c. ita quorundam. §. nec non.* & ibi ver. *ab intestato. & ver. decedentium. & c. statutum.* ubi de hoc ver. *intestatis.*

i *Consensu Regio.* Ista litera fortificat id quod dixi *supra. de testa. c. statutum. §. testis.* ver. *approbatis. & ver. & Ecclesiasticarum libertatum.* & nota bene, quòd dicit *de consensu Regis* quia talis Ordinatio etiam in favorem Ecclesiæ mero motu Regio & † duorum Temporalium facta non valeret, nisi quatenus ad requisitionem Ecclesiæ fieret, vel postea ab Ecclesia approbaretur. *Extra. de consti. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.* ubi de hoc. † *Al.* Dominorum.

k *Pro Jure.* Sc. prius ordinato, & in viris Ecclesiasticis stabilito: quòd dic ut *supra. de testa. c. statutum. §. testis. & c. ita quorundam. cum* ibi notatis, junctis *Glossis* ad quas remissi *supra. c. ver. erroneè.*

l *Ab olim.* Cujus Regis temporibus hoc Ordinatũ sit, non reperio.

m *Ecclesiasticæ libertatis.* De qua dixi *supra. de testa. c. statutum. §. Testamentis. ver. Ecclesiasticarum libertatum.*

n *Ecclesiasticorum.* Supple, *Judicum.*

o *Nos igitur.* Secunda pars principalis.

p *Delinquentes.* Aliquo sc. modorum qui sequuntur & sic generalitatem continet, ut scil. referatur ad quemcunque modum circa præmissa vel eorum aliqua delinquendi: & sic dictio & quæ sequitur, ponitur expositivè pro *id est,* & sic sumitur *71. dist. primatus. in fi. ver. Advocationis. per Archid.*

q *Facientes.* In Persona propria: vel dic ut dixi *supra. de judi. c. item. omnes. vers. fecerint.*

r *Consensum.* Consentientes namque & agentes pari pœna puniuntur. *Extra. de offi. deleg. c. 1.* ubi notatur de consensu quadruplici per *Bern.*

s *Consilium.* Quomodo differat à consensu, & quòd quandoque ponitur pro consensu, notatur *ne sc. va. c. 1. ver. cum consilio per Fo. An. li 6.* Et circa hanc materiam quomodo aliquis teneatur ex consilio, vide *supra. de fu. compe. c. decrum. ver. consilium.*

t *Auxilium vel favorem.* De his videas *d. c. decrum.* sub eisdem verbis.

u *Nominibus eorum.* Hic vide quod scripsi *supra. de judi. c. item omnes. ver. suo nomine.*

x *Rata.* i. e. Firma, stabilia, sive immutabilia.

y *Diœcesanis.* Sic itaque Abbates, Archidiaconi & inferiores Judices non possunt tales absolvere.

z *Specialiter reservamus.* Ex hoc apparet, ut videtur, quòd Archiepiscopus non potest tales absolvere, nisi in sua Diœcesi: nam reservando Diœcesanis Absolutionem talium, videtur sibi in ipsorum subditis Absolutionem abdicare: arg. ad hoc *Extra. de præben. c. gra-*

ce. ubi reservatio Absolutionis facit, quòd alius non potest absolvere, qui alias hoc facere posset, ut ibi notatur. Sed illa *Decretalis* non obstat, quia loquitur in casu quo Superior reservat sibiipsi Absolutionem: hic tamen Superior reservat Inferioribus sc. Episcopis Absolutionem, & hæc reservatio hoc operatur, quòd Inferior Episcopo Diœcesano non poterit tales absolvere; per hoc tamen non excluditur Superior, ut est Archiepiscopus, quin possit etiam tales absolvere. Nam licet Episcopi possunt absolvere incidentes in pœnam Canonis Provincialis Concilii, ubi non sit reservatio alteri, nihilominus & ipse Archiepiscopus hoc idem potest facere; ut notant *Jo. An. Anto. & Petrus de Ancho. in d. c. grave.* & ad idem faciunt notata per *Doctor. Extra. de sen. excom. c. nuper.*

a *Quater.* Illis sc. temporibus quibus & aliæ Sententiæ promulgantur, ut legitur *infrà. de sen. excommuni. c. ulti.*

b *In genere.* Ubi sc. ignorantur nomina, & personæ delinquentium. Alioquin si Personæ notæ sint, tunc præmissa Citatione, ut allegent Causam rationabilem, quare nominatim, & in specie denunciari non debeant Excommunicati, nullâ causâ rationabili propositâ possunt nominarim & in specie pro sic Excommunicatis declarari & denunciari. Circa quod vide quod dixi *suprà. c. c. contingit. vers. in genere.* circa medium.

delinquentes hujusmodi [a]quater annis singulis in cunctis Ecclesiis Parochialibus nostræ *Cantuarien sis* Provinciæ Excommunicatos [b]in genere præcipimus publicè nunciari.

Ecclesiasticam sententiam contemnentes à Regia potestate in carcere detineantur, nec detenti per Breve Regium liberentur: liberati autem contra jus & favorem Ecclesiæ publicè excommunicati denuncientur, & societate hominum interdicantur, cum omnibus cum eis communicantibus.

Idem.

[o]SÆculi Principes potestatem recipientes [d] à Deo, quòd Ecclesiæ [e] Sacerdotes [f] superborum cervicibus imponere [g] nequeunt, [h] solent ab [i] ipsis [k] terrore [l] disciplinæ suæ [m] potestatis [n] gladio, [o] extorquere. [p] Unde veneranda tradit [q] antiquitas, quòd si [r] excõmunicati [s] humilitatis gratiâ & [r] reconciliatiõis [u] affectum [x] animo obdurato [y] arroganter [z] abjicient, invocata [a] Regia potestas [b] in auxilium tenetur [c] ex debito rigore severitatis rebelles hujusmodi cõpescere [d] custodia carcerali.

Divisio. SÆculi principes. Ista Constitutio est ejusdem, cujus & superior; & habet tres partes. In prima ponitur Proœmium ad dicenda. In secunda ibi, *Sed contingit*, ponit tres abusiones contra Libertatem Ecclesiasticam. In tertia ibi, *Contra quæ*, provident circa prædicta.

Qui possùt dici Principes. c *Sæculi principes.* i.e. Reges, & alii Potentes, qui in hoc sæculo principantur. Et sumitur hoc ex *Decreto. 23. q. 5. c. principes.* Et nota, quòd Deus aliquando dicitur Princeps. *Isa. 9.* ibi, *Princeps pacis.* Item Angelus dicitur Princeps. *Josuæ 5. Ego sum Princeps exercitus.* Item Papa. *de consec. di. 1. corpora.* Item Episcopi dicuntur Principes. *de majo. & obed. si quis.* Item alii Judices Ecclesiastici. *17. q. 4. definiunt. in fi.* Item Imperator. *de rejudi. c. ad Apostolicæ. in prin. li. 6.* Item Rex. *Extra. de sacra unct. c. unic. ver. unde in veteri. de accus. veniens.* Item qui libet Principans in Populo. *de majo. & obe. c. omnis. Exod. 22. Principi populi tui non maledices.* Diabolus etiam dicitur Princeps mundi. *Joh. 14.* Et dicuntur *Principes* quasi primum locum capientes. Et quandoque Princeps dicitur aliquis ex nomine Dignitatis, ut Princeps *Walliæ* & alii hujusmodi. Et tales inferiores sunt Regibus; majores tamen sunt Marchionibus, & Ducibus. Hoc probatur ex ordine literæ in. *c. fundamenta. §. ut ergo. de elec. li. 6.* ubi loquendo de Imperatore Rege, & principe, subdit de Marchione, Duce, & Barone. Et circa hoc vide notata *Joh. An. de hap. c. unico. ver. Regum. in Clem. & per Pau. c. c. ver. principum.*

d *A Deo.* A quo est omnis Potestas. *de judi. c. novit. 23. q. 4. quæsitum. Ad Romanos 16. 22. q. 1. sic enim.* & notatur *de homicid. c. 1. ver. tribuatur à Domino. per Archi. li. 6.*

e *Sacerdotes.* Tales, sc. qui præsunt populo, ut Judices.

f *Superborum.* i.e. Rebellium, sive contumacium.

g *Nequeunt.* Supple, *effectualiter.*

h *Solent.* De Consuetudine, quæ in ea parte Legis vicem habet. *Extra. qui mà. ne. pos. c. & detur. glo. 1.* & Consuetudo Regionis diligenter inspicienda est. *ff. de funda instr. l. cum de lanionis. §. ostium. ff. de pecu. leg. l. Dominus. §. Testamento. cum glo.*

i *Ipsis.* Sc. rebellibus, sive contumacibus.

k *Terrore.* Simile habes *23. q. 5. principes.*

l *Disciplinæ.* Id est, Castigationis.

m *Potestatis.* Id est, Jurisdictionis, sive meri Imperii. *ff. de verb. sig. l. potestatis verbo. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui universas.*

n *Gladio.* Id est, animadversione.

o *Extorquere.* Id est, suis Præceptis, sive suo Imperio ad obediendum compellere. & *concor. in simili. Extra. de vita & hone. cle. c. ut clericorum. cum concor. ibi positis. ver. cubiculo.*

p *Unde veneranda.* Vers.

q *Antiquitas.* Hæc dicitur veneranda, ut hic, & *Extra. de transl. Epis. c. quanto. cum glo. 3.* & ibi per *Jo. in no.* qui inter cætera dicit secundùm *Hosti.* quòd Antiquitas standum est, nisi in ea deprehendatur manifestus error. *9. di. c. neque.* vel nisi ex causa immutetur vel reformetur. *43. di. §. verum. de consti. cum omnes. de consue. c. cum consuetudinis.* Et quòd Antiquitati reverentia adhibenda sit, habes *19. q. 3. c. conquestus.*

r *Excommunicati.* Ab homine vel a Jure, & supple pro talibus denunciati; nam tunc Excommunicatio est publica, quod in casu isto & cõsimilibus requiritur ut videtur. *Ar.* eorum quæ leguntur & notantur *Extra. de excep. c. exceptionem.* ubi de hoc per *Ber. ver. publice.* & ad hoc optimè facit *de re. judi. c. ad probandum.* ubi de hoc per *Bern. glo. 1.* Et circa hoc vide notata per *Jo. An. in Clem. 1. de sepul. ver. publice. & per Pau. c. ver.* & circa hoc vide notata per *Ber. Compos. de conjuc. c. cum dilectus. ver. sed quem dices.* Scias tamen, quòd sufficit pro denunciatione, si veniat ad notitiâ excommunicati, vel quòd in Judicio coram multitudine feratur Sententia Excommunicationis. Sic videtur sentire *Jo. An. in dicta Clem. 1. ver. publice.*

s *Humilitatis gratiam, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Jaco. 4.*

t *Reconciliationis.* Per quam incorporatur sic Excommunicatus Ecclesiæ cum prius fuerit ab Ecclesia per Excommunicationem separatus. Excommunicatus namque est membrum Diaboli. *11. q. 3. c. omnis Christianus.* & *c. sequenti.*

u *Affectum.* Id est, desiderium.

x *Animo obdurato.* Actu sc. voluntatis resistentis monitis, aut gratiæ. Et talis obduratio non est à Deo, sed à culpa ipsius obdurati. Aliquando verò obduratio est pœna prout dicit naturalium interruptionem, secundùm quam homo non est habilis, sed ineptus ad gratiam; & hoc modo propriè non est à Deo, sed aliquo modo est à Deo, non sicut à causa efficiente; quia nullam habet causam efficientem eum sit defectus; nec sicut à causa deficiente, quia Deus non est causa deficiens, sed est à Deo tanquam à non infundente gratiâ. Licet itaque Deus non impertiatur gratiam, non tamen perficit malitiam; nec potest Deus dici tota causa, nec simplex, nec prima. Non tota, quia hominem carere gratiâ contingit duobus modis, sc. ex eo quòd non vult recipere, & ex eo quod Deus non dat, & sic est ex homine & Deo; non autem tota ex Deo. Deus etiam non est talis obdurationis simplex causa, quia Deus non vult hominem carere gratia nisi secundùm quòd ipsum carere bonum est. Sed constat quòd ipsum ea carere simpliciter non est bonum, ergo Deus simplex causa non est. Deus etiam non est prima causa, quia talis obduratio non est nisi ex suppositione alterius culpæ. Circa hanc materiam vide notata per *Archi. 23. q. 4. vasis iræ. ver. relictos.* *Obduratio.*

y *Arroganter.* Id est, superbè.

z *Abjicient.* Contemnendo Sententiam Excommunicationis.

a *Regia potestas.* Hæc litera ostendit, quòd per Principes, de quibus *supra* fit mentio, intelliguntur Reges.

b *In auxilium.* Et sic per invocationem Brachii Sæcularis succurri debet Jurisdictioni Judicis Ecclesiastici. Circa quod vide quod scripsi *suprà. de cohabi. Cle. & mulie. c. 1. ver. Brachium sæculare.*

c *Ex debito. 23. q. 5. principes. in fi. & c. administratores.*

d *Custodia carcerali.* Talis enim Custodia licet non sit ad pœnam *ff. de pœnis. l. aut fustibus. §. solent. de pœnis. c. quamvis. in fi.* & est tamen malefactoribus debita, ut alias legitur *de sen. excom. c. si clericos. li. 6.* Et quomodo differt à vinculis notatur *ff. ex quibus. causis. l. succurritur §. fi.* Sed cum Judex Ecclesiasticus habet potestatem incarcerandi suos subditos delinquentes, ut patet *d. c. si clerici.* Quæro ad quid opus est, ut Judex Ecclesiasticus scribat Regiæ Majestati pro incarceratione talium? Dic quòd deficiente potestate Ecclesiastica in corrigendo subditos, sive defectus ipse sit in facto, ut *Extra. de offi. ordi. c. 1. 13. q. 5. administratores. 96. di. cum ad verum.* sive in Jure, ut *Extra. de judi. c. cum non ab homine.* recursus habetur ad Judicem Sæcularem in subsidium, & sic exercitium potestatis Sæcularis circa hoc est Subsidiarium, non autem sibi competit per viam Principalitatis. Unde ubi Judex Ecclesiasticus ex potestate propria non potest aliquid exequi effectualiter in suos subditos, tunc potest in subsidium invocare auxilium Judicis Sæcularis. Patet exemplum in casu nostro; in quo Judex Ecclesiasticus non habet potestatem in Regno *Angliæ* tales rebellet incarcerare, & ideo oportet in hoc haberi recursum ad auxilium Judicis Sæcularis, & posset ipsum compellere ad hoc, ut legitur & notatur *d. c. administratores. & d. c. principes.* Secus tamen foret, ubi Judex Ecclesiasticus posset tales sufficienter *Quæstio.*

sufficienter & ad condignum punire per seipsum. Ad quod vide notata de judi. c. cum non ab hominc. ver. nota quòd cessantibus. per Ante. de Burio.

a *Sed contingit.* Secunda pars.

b *Manifestis offensis.* Quia viz. non parere juſſui Judicis in emendando quod malefactum uti. *Extra. de verb. sig. c. ex parte.* 1. ubi de hoc *glo.* 2. & idem in aliis juſſibus Judicum qui conſiſtunt in faciendo, utputa, juſſus reſtituere non reſtituit. *ff. de rei vendi. l. qui reſtituere.* Item juſſus debere non exhibet. *ff. de appel. l. creditor.* vel *ſi juſſus.* In talibus namque & ſimilibus contemptus dicitur offenſa, ut notat *Archi. de ſenten. excom. c. ſolet. ver. manifeſta. li. 6.*

c *Significationem.* A quo vocabulo nuncupatur Breve Regium ſolitum in hac parte emanare, quod dicitur, *Significavit.*

d *Prælatorum. Sc.* Majorum utputà, Epiſcoporum, ad quorum ſignificationem duntaxat emanare ſolet Breve prædictum.

e *Conſuetudo Regni.* Quæ diligenter attendi debet, ut dixi *ſuprà. e. ver. ſolent.*

f *Obtinet.* Antiquitatem & longævitatem Conſuetudinis importat, à qua non eſt recedendum, niſi in ea deprehendatur error manifeſtus, vel niſi ex cauſa rationabili immutetur vel reformetur. 63. *di.* §. *verum. de conſti. c. cum omnes. de conſue. c. cum conſuetudinis.* & notatur per *Hoſtien. & Jo. in no. de tranſla. Epiſcopo. c. quanto.* Et hæc Conſuetudo locum habet, quando excommunicati ſuſtinens ipſam *Excommunicationem* per 40. dies.

g *Epiſcopi.* Qui ſignificaverunt tales fore excommunicatos.

h *Mandatis Eccleſiæ.* Quantum ad executionem Juſtitiæ conſideratione rei & cauſæ, de qua agitur *de ſen. excommuni. c. de cætero. & c. ex tenore. de offi. deleg. c. prudentiam.* §. *ſexta.*

i *Parendo Juri. Sc.* in his quæ concernunt ipſam cauſam pro qua aliquis citatus eſt, ut ſc. non ſit contumax in non comparendo; ſed per ſe, vel Procuratorem finem negotii expectet. *Extra. ut lite non conteſ. c. quoniam frequenter.* §. *in aliis.*

k *Cautionem.* Quid contineatur hoc verbo, habes notatum *de reſti. ſpo. c. ex tranſmiſſa. ver. ſufficientem cautionem.*

l *Ipſos. Sc.* excommunicatos ſic captos.

m *Faciant.* Mittendo ſc. Cuſtodibus ut ipſos liberent.

n *Alioquin. Vers.*

o *Debitam ſatisfactionem.* Hoc intellige quando voluntati Creditoris ſatisfit, ut notat *Archi. de uſur. c. quanquàm. ver. ſatisfactum. li. 6.* Tu dic ut dixi *ſuprà. de foro. compe. c. 2. ver. competenter.*

An excommunicatus abſque ſatisfactione abſolvi poſſit?

p *Nec poſſunt. Sc.* de Jure. *Extra. de judi. c. 1.* & legitur & no. *Extra. de verbo. ſig. c. ex parte.* 1. Pro qua materia ſcias ſecundum *Hoſtien.* quòd quandoque aliquis excommunicatur propter contumaciam ſimplicem, & tunc ſufficit cautio juratoria, ut *d. c. ex parte.* Ubi vero contumacia eſt pregnans, tunc neceſſe eſt ut ſatisfaciat de his quæ in ſententia implicita ſunt; ſive agatur de intereſſe, ſive de expenſis. *Extra. de judi. c. 1.* Sed ubi aliquis eſt excommunicatus pro Offenſa vel Delicto, ſi per talem offenſam Deus tantum offenditur, tunc ſi pœniteat, licèt Pœnitentiam condignam nondum perfecerit, poteſt tamen abſolvi, niſi aliàs per eum Eccleſiæ ſit illuſum: ut patet in eo quod legitur & notatur *de hæret. c. ad abolendam.* §. *illos quoque.* Ratio eſt, quia ſi expectaret peractionem Pœnitentiæ, forſan ſtaret in Excommunicatione per longum tempus, tantum viz. quantum duraret Pœnitentia. Ubi verò aliquis eſt excommunicatus pro Furto, vel Rapina, vel alia injuria hujuſmodi irrogata, ubi ſc. verſatur Hominis intereſſe vel commodum Pecuniarium; tunc requiritur ſatisfactio prævia, ut hic, & *d. c. ex parte.* & 23. *q. ulti. peſſimam. de rapt. c. 1. de uſur. c. cum ſit.* & ſic notatur per *Hoſtien. dicto c. ex parte.* Aliter diſtinguitur ſuper hoc *Extra. de judi. c. 2. di. 2. per Henricum de Bowyco.* Tu dic quod quando quis excommunicatur pro manifeſta Offenſa, non abſolvitur nec olim, nec hodiè ante ſatisfactionem præmiſſam. Si Offenſa eſt dubia, tunc ſecundum antiqua tempora non abſolvebatur ante exitum Judicii. 11. *q. 3. ſi Epiſcopus forte.* ubi de hoc. Sed hodiè ſi quis conqueritur de pullitate Sententiæ, adhuc non abſolvetur ex neceſſitate, ſed auditur proſequens Judicium, niſi petat abſolvi ad Cautelam: & tunc poteſt abſolvi præſtita cautione de ſatisfaciendo. *Extra. de offi. deleg. c. cum contingat. & c. prudentiam.* § *ſexta.* cum ibi notatis. & *de ſenten. excom. per tuas.* Si verò aliquis ſic excommunicatus pro contumacia, tunc non abſolvitur antequàm ſatisfaciat, i. e. actu cauſam reaſſumat; & ſic contumaciam purget. Nam ſic ſatisfacere dicitur. Item niſi ſatisfaciat de expenſis. *de ſen. excommuni. venerabilibus.* 9. *ſecu. li. 6.* Et ſecundùm hoc nihil immutatur de Jure Antiquo. Et ſecundùm hunc caſum procedit *Decretalis prima. de Judi.* quando viz. contumacia eſt manifeſta: ſed ſi contumacia eſt dubia olim non abſolvebatur, niſi cauſa haberet exitum ſuum, & poterat proſequi Judicium ut Reus etiam excommunicatus. *de judi. c. intelleximus, ar. dicti c. ſi Epiſcopus forte.* hodiè ſi contendit nullitatem Sententiæ non abſolvitur ex neceſſitate, licèt petere poſſit abſolvi ad cautelam: ut *dicto c. per tuas.* & *c. cum contingat. de ſent. excom. c. licet. li. 6.* Si autem contendat Juſtitiam Sententiæ; tunc olim non arctabatur ad perendam abſolutionem, ut dixi: hodiè tamen arctatur, licèt enim excommunicatus ut Reus poſſit eſſe in Judicio; ut dicto *c. intelleximus. de excep. cum inter.* & *c. ſignificaverunt.* tamen ex eo quòd abſolutionem non petit, & petere poteſt in ingreſſu Judicii contumax eſt, & contemnere videtur, & ſic contemptum incurrit, & peccat, & non auditur, niſi petat abſolvi. Ut dicto *c. per tuas.* Hæc omnia procedunt, niſi aliquis excommunicatus eſſet, quia jacet in Peccato poſquàm ſemel abſolutus eſt: quia poſtea ſi excommunicaretur, non abſolveretur ante finem Judicii. *Extra. de offi. ordi. ſignificavit.* Sic enim intelligi debet hæc materia, ut notat *Ante. de Burio. Extra. de judi. c. 1. ver. venio ad glo.* qui dicit, quòd ſic debeat intelligi *Domini de Rota. ſuâ Concluſione 69.*

q *Nec de Jure tenentur. Sc.* obedire talibus Præceptis Judicum Sæcularium. *Extra. de judi. c. decernimus.*

r *Vicecomitibus.* Qui ſcil. tales incarceratos habent in cuſtodia.

ſ *Cautione hujuſmodi. Sc.* de ſtando mandatis Eccleſiæ, & parendo Juri.

t *Accepta. Sc.* per ipſos Vicecomites.

u *Suggeſto inſuper.* Secundum gravamen.

x *Regiæ Curiæ.* Ad quam non pertinet de talibus judicare. *Extra. de judi. c. decernimus.*

y *Partium.* Id eſt, partis. Et ſic plurale ponitur pro ſingulari; cui concordat *de app. c. 1. verſ. partium. per Archidia. li. 6.* Et concordat 1. *diſt. omnes.* ubi de hoc. Et *Extra. de privil. c. ut privilegia. glo. ſi. Extra. de reſcrip. c. 2. Gloſſa.* 1.

z *Excommunicatur. Sc.* talis incarceratus.

a *Non habitâ mentione.* Nec parte ullo modo ad hoc vocatâ: cum tamen tales ad inſtantiam alicujus excommunicati abſolvi non debeant niſi parte vocatâ & præſente, vel ſaltem per contumaciam abſente, ut plenius notatur per *Spec. titulo de contumacia.* §. *nunc dicamus. ver. ſed pone.* ibi videas.

b *Ac quandoque.* Tertia uſurpatio.

c *Ut prius.* Sc. minus veraciter.

d *Pro tali cauſa.* Id eſt, in tali cauſa ſive lite; nam cauſa Excommunicationis eſſe debet non ipſa litis ſive diffenſionis materia, ſed contumacia non parentis Judicis mandatis ſive Juri. 11. *q. 1. nemo Epiſcoporum.* & *q. 3. ſi Epiſcopi.* & *c. certum.* quod dic, ut *de ſen. excommuni. c. ſi quem. in Gloſſa.* & *de verb. ſig. ex parte. in glo.*

e *Non pertinet.* Utputà, quia cauſa eſt merè temporalis, videlicet Contractus Emptionis & Venditionis Terrarum, & Tenementorum, & hujuſmodi.

f *Pro cauſa.* i. e. In cauſa hujuſmodi.

g *Non alia.* Supple, ſpectante ad Forum Eccleſiaſticum.

h *Super cauſa Excõmunicationis.* i. e. Super lite in qua talis fuerat

excommunicatus: vel intelligi potest de processibus limitantibus causam, quare talis est excommunicatus.

a *Fides aliqua.* Cum tamen per processum hujusmodi liqueat, quòd causa in qua proceditur sit mere Ecclesiastica.

b *Adhibetur.* Cum tamen tanta sit Judicialis Auctoritas, quòd semper præsumi debet pro ipsa, donec aliquid contra ipsam legitime comprobetur. *Extra. de renunci. c. in præsentia. cum concor.* ibi in *glo.* ed nunquid requiritur quòd processus Judicis Ecclesiastici ostendatur coram Judice Sæculari, ut exinde fiat sibi fides? Puto quòd non: sufficit enim quòd per libellum oblatum, vel aliàs rationabiliter ostendatur Causam in qua proceditur esse mere Ecclesiasticam, & Judex Sæcularis in hoc casu habet credere sententiæ Judicis Ecclesiastici, & ad ejus requisitionē executionem facere. *ar.* ad hoc *ff. de custo. reo. l. non est dubium. Gul.* tamen *de Cu.* tangit materiam consimilem. *ff. de jurisdi. om. judi. l. magistratibus.* & *Bart. ff. de custo reo. l. diuus.* ubi dicit quòd Judex sæcularis non tenetur ex necessitate processui Judicis Ecclesiastici consentire; sed potest de novo causam examinare, & secundū qd sibi videbitur illum de quo agitur punire, ut in *Auth. de sanctiss. episc.* §. *Si vero crimen. coll. 9.* Sed illud habet locum ubi Causæ Examinatio non solum pertinet ad cognitionem Judicis Ecclesiastici, sed etiam Sæcularis. Secus tamen est ubi cognitio solum pertinet ad Judicem Sæcularem, nisi subsidiariè assistendo Ecclesiæ ad coercendum ejus Decretis & mandatis rebelles, ut in casu de quo hic loquimur. Et huic dicto concordant notata 23. *q.* 5. *administratores. in prin. per Archi.* Et vide quod dicam *infra. de purga. ca. c. clerici. ver. pro. convictis. in fi.*

Excommunicationis hujusmodi [a] fides aliqua [b] adhibetur; sed sic Excōmunicati in [c] supradictis casibus ad Mandata & [d] præcepta hujusmodi [e] indebite liberantur, [f] propter quæ Ecclesiasticorum Judicum [g] confunditur Officium, dum Laici [h] clave Potestatis & [i] Scientiæ penitus destituti, [k] quos sic tenet obsequendi necessitas, quòd de his quæ ad Jurisdictionem Ecclesiasticam pertinent ipsis [m] cognoscendi vel imperandi prohibetur Auctoritas, [n] falcē in [o] messem nituntur mittere alienam, Excommunicatorumque sic liberatorum indebitè Communione nefanda, tam Vicecomites & Ballivi liberantes eosdem, quam cæteri Populares variique Fideles Communicantes cum Excommunicatis hujusmodi pestiferè [p] maculantur, & animarum inde gravia pericula [q] cumulantur. [r] Contra quæ providere [s] zelantes Statuimus, quòd Excommunicati in nostra provincia capti [t] sic exeuntes à carcere contra Libertates & Consuetudines [u] Ecclesiæ *Anglicanæ*, ad [x] ipsorum [y] majorem confusionem & [z] ruborem [a] solenniter in locis [b] insignibus, [c] pulsatis campanis, [d] candelis accensis, Excommunicati publicè nuncientur: ac ipsorum [e] Commercium ad eorum [f] commodum & Fidelium Communio [g] inhibeatur omnino; Communicantesq; cum eisdem [h] illicitè [i] Censura Ecclesiastica [k] sine delectu acriter puniantur.

c *Supradictis casibus.* Scil. isto ultimo, & duobus præcedentibus.

d *Præcepta hujusmodi. Sc.* contenta in Brevibus Regiis.

e *Indebitè.* i. e. Contra Justitiam.

f *Propter quæ. Sc.* sic indebitè facta & usurpata.

g *Confunditur.* i. e. Extinguitur. *ff. de nego. gest. l. fidejussor.* Vel dic *confunditur.* i. e. turbatur, sive frustratur.

h *Clave potestatis.* Quæ non cadit in Laicum, sicut notat *Inno. de consue. c. quanto.* & allegat ad hoc 20. *di.* §. 1. & de hac Clave quid sit & an sint duæ Claves, notatur per *Jo.* 20. *di. in summa.* qui dicit quòd una tantum est Clavis. Et concordat ibi *Hug.* Alii tamen dicunt, quòd duæ sunt Claves, scil. Poreſtatis, & Scientiæ. Quam materiam latius tractat *Hostien. in summa. sub titulo de remiss.* §. 1. Et scias quòd Clavis Potestatis consistit in potestate ligandi & absolvendi; in qua Ecclesiasticus Judex dignos recipere, & indignos excludere debet à Regno. Et secundùm quosdam Claves sunt duæ, scil. Scientia discernendi, & Potestas ligandi & absolvendi. Et hæc, scil. potestas ligandi & solvendi, immediatè aperit seram peccati. Sed *Clavis* quæ dicitur *Scientia* ostendit cui aperienda sit illa Clavis. Et sic videtur sentire *Januen. in suo Catholico. ver. Clavis. Jo. tamen in summa confes. li. 3. ti. 34. q. 72.* sequitur opinionem eorum qui dicunt, quòd una est Clavis tantum, sc. Potestatis. Nec obstat quòd dicitur pluraliter *Claves*: quia ideò dicuntur *Claves* pluraliter propter plures Clavis effectus, qui sunt ligare & claudere, aperire & solvere. Et huic opinioni concordat *Petrus* in scriptis dicens, quòd sicut in sole potentia liquefaciendi & indurandi una est in radice, & duæ in effectibus: una tantum est Clavis in radice, & duæ in effectibus. Et secundùm eum *Clavis* dicitur potestas judicandi in foro animæ non corporum: & hæc potestas judicandi integratur ex duobus, scil. ex potestate discernendi in causæ examinatione, & definiendi in causæ terminatione per sententiam condemnatoriam vel absolutoriam. Prima potestas appellatur scientia. Secunda appellatur potentia. Et huic dicto satis concordat *Tho.* secundùm eum. Et circa hoc dicit *Ray.* quòd si in aliquo inveniatur scientia conjuncta potestati, non est ideo dicendum, quòd scientia, sc. speculativa, quæ est habitus, sit Clavis; sed quia necessaria est potestatem habenti, sicut lucerna in tenebris ambulanti.

Nota de duplici Clave.

i *Scientiæ.* Quæ est necessaria in examinatione materiæ, ut prædictum est. Et hæc etiam quoad potestatē ligandi vel absolvendi non cadit in Laicum, sed competit solis Sacerdotibus, ut notat *Jo. in summa confes. li. & ti. prædictis. q.* 174.

k *Quos. Sc.* Laicos.

l *Obsequendi.* i. e. Obediendi. Et sumitur ex hoc, quod habes *Extra. de consti. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ.*

m *Cognoscendi.* Sc. suo nomine tanquam jus habentes. Alioquin, an nomine Ecclesiæ & nomine alieno possint talia pertractare, dic ut notant *Doctо. Extra. de judi. c. decernimus.* ubi de hoc per *Henr.* & optime per *Anto. de Butrio.*

n *Falcem.* i. e. Judicandi exercitium.

o *Messem alienam.* i. e. Jurisdictionem alienam.

p *Maculantur.* Quia Communicas excommunicato majori Excommunicatione incurrit minorem, & nisi desisterit majorem. *de ele. ex. mi. c. 2. & si. de sen. excom. c. quod in dubiis.* Et circa hoc vide quæ leguntur & notantur *Extra. de his quæ vi metusve causa. c. sacris. de sen. excom. c. statuimus. li. 6.*

q *Cumulantur.* Quia talis Communicans excommunicato secundùm quosdam peccat mortaliter. Circa quod vide qd notat *Joban. An. in n. Extra. de his quæ vi metusve causa. c. sacris. ver. quinto & ultimo quæro.* ubi super hoc recitat opiniones plurium. Finaliter tamen concludit quòd sic Communicans peccat venialiter tantum, nisi in sex casibus. Primus est, quando hoc facit in contemptum Clavium. Secundus est, quando facit in contemptum superioris & contra ejus monitionem. Tertius est, quando Communicat excōmunicato in crimine damnato. Quartus est, quando Communicat ei qui est excommunicatus cum participibus. Quintus est, quando in Divinis tali communicat. Sextus est, quando nimis frequenter tali cōmunicat. De hac etiā materia notant *Doctо. de excep. c. exceptione.*

Casus quibus communicans excommunicato peccat mortaliter.

r *Contra quæ.* Sc. tria usurpata præmissa.

s *Zelantes.* i. e. Charitatis favore cupientes.

t *Sic exeuntes.* Id est, aliquo trium modorum de quibus præfertur.

u *Ecclesiæ Anglicanæ.* Quæ in sui totalitate quandam Universitatem importat respectu suiipsius: & sic ejus libertas potest dici Universalis, licèt in aliquibus differat à libertate Ecclesiæ generaliter Universalis; secundùm ea quæ dixi *supra. de judi. c. Item omnes illi. ver. Ecclesiastica libertatis.*

x *Ipsorum.* Sc. excommunicatorum.

y *Majorem confusionem.* Hæc est causa, quare publicè denunciatur aliquis excommunicatus. 11. *q.* 3. *curæ.*

z *Ruborem.* Simile habes *de excep. c. pia. in prin. li. 6.*

a *Solenniter.* Sc. ut sequitur.

b *Insignibus.* i. e. Nobilibus & præcipuis & magnæ famæ. Sic notatur per *Archi. de rescrip. c. Statutum. ver. insignibus. li. 6.*

c *Pulsatis campanis.* Simile habes *de pœnis. c. 1. in Clem.*

d *Candelis accensis.* Supple, & in terram projectis ac pedibus conculcatis. 11. *q.* 3. *c. debent.*

e *Commercium.* i. e. Emptio vel Venditio, sive aliàs mercium commutatio. Et habes simile *Extra. de Judæis. c. postulasti.*

f *Commodum.* Tali namque omne beneficium ex legibus descendens denegatur. *Auth. de privil. dotis.* §. *antepenul. coll. 8.* Et quòd tales excludi debeant ab his actibus qui tendunt ad suam utilitatem, notatur *de excep. c. pia. excluduntur. per Jo. & Archi. li. 6. de præben. c. pro illorum. glo. penulti.* & ibi per *Doctо.*

g *Inhibeatur.* Monitione nominatim prævia, secundùm quod legitur *de sen. excommuni. c. constitutionem. li. 6.*

h *Illicitè.* Quia post monitionem eis factam, & non de personis exceptis, de quibus habes 11. *q.* 3. *c. quoniam multos.*

i *Censura Ecclesiastica.* i. e. Excommunicatione Minori, quando non sunt moniti ut desistant. *de sen. excommuni. c. Statuimus. li. 6.* vel Excommunicatione Majori post monitionem nominatim eis factam, ut in dicto *c. constitutionem. de sen. excommuni. li. 6.*

k *Sine delectu.* Id est, absque differentia sive acceptione personarum. *C. de postul. l. quisquis.* Item *sine delectu.* i. e. passim vel indistinctè. *ff. de ritu nup. l. palam. in prin. ff. de postul. l. 1. §. 1.*

a *Quia*

Diviſio.

a *Via Divinùs.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & habet duas partes. In prima ponit unam Uſurpationé reprobatam. In ſecunda ibi, *Præſentis*, declarat tales uſurpatores fore excommunicatos, & pro excõmunicatis ſuè denunciandos.

b *Divinis.* i. e. Eccleſiaſticis. Nam Jus Canonicum Jus Divinum dicitur, ſicut patet *de priuil. c. cum de diverſis. lib. 6.* de his Canonibus habes *Extra. de conſti. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 96. diſt. bene quidem. Extra. de re. eccl. non alie. c. cum laicis.*

c *Sæculi legibus.* Sc. Imperatorum. Exemplum habes 63. *di. Valentinianus. C. de epiſc. & cle. Auth. Clericus. in fi. & Authi. ſtatuimus.*

d *De rebus. Extra. de re. eccl. non alie. c. cum laicis.* Item intelligas de ipſis Eccleſiis & Perſonis Eccleſiaſticis, *Extra. de conſti. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ.* & idem in Eccleſia & de Eccleſiaſticis Dignitatibus. *16. q. ulti. non placuit. & t. laicis.*

Res Eccleſiaſtica duplex eſt diſpoſitio.

e *Diſponendi.* i. e. Ordinandi, ſtatuendi, vel alias miniſtrandi. Scias enim quòd duplex eſt diſpoſitio rerum Eccleſiæ. Una eſt Legis promulgandæ & hæc non competit Laicis in rebus Eccleſiæ, ut *96. diſt. bene quidem. Extra. de conſti. c. Eccleſia.* Alia eſt exercendæ adminiſtrationis vel diſpoſitionis: & hæc eſt triplex. Nam alia eſt Auctoritatis, & hæc eſt ſolius Epiſcopi. *11. q. 2.* per totum, *10. q. 1. decretum.* alia eſt Miniſterii, & hæc eſt œconomi, qui debet eſſe Clericus, *89. di. indicatum. & c. ſequenti, 16. q. ulti. in nona.* Alia eſt providentiæ & ſolicitudinis, & hæc competit Laicis, utpurà, Patrono. *16. q. ulti. c. filiis.* & notatur *16. q. ulti. c. laicis. per Arch.*

f *Laicis.* Supple Jure proprio: nomine tamen alieno ponunt Eccleſiaſtica notata per Laicos expediti; ut dixi *ſupra. c. 6. proxi. ver. cognoſcendi*

g *Uſurpationis.* Verſ. & dic *uſurpare* idem eſt quòd præſumere, vel illicitè rapere vel habere.

h *Contumelia.* i. e. Injuria, & propriè illa quæ ſtat in verbis, *2. q. 7. c. puto. ver. contumelia. per Arch.*

i *Suæ poteſtatis.* i. e. Facultatis ſic faciendi. Sic ſumitur verbum *poteſtas. ff. de nov. act. l. quoties. §. in poteſtate. ff. de verb. ſig. l. poteſtatis verbo. in fi.*

k *Ignorantes.* Et in hoc caſu an debeant præſumi ſcientes vel ignorantes, vide *no. per Jo. An. de Reg. Juris. c. præſumitur. li. 6.*

l *Terminos limitatos.* Ut ſcil. de rebus vel Perſonis Eccleſiaſticis ſe non intromittant contra ea ad quæ remiſi *ſupra. eo. ver. Divinis.* & regigi *ſupra. c. proxi. §. ac quandoque.* Et nota quòd aliquis tranſgreditur terminos ſibi limitatos, quando ingerit ſe vel intromittit de re ad ſe non pertinenti. *ff. de Reg. Ju. l. culpa.* & hic. Et plures alios caſus ſuper hoc habes notatos per *Ber. Extra. de ſepul. c. 1. glo. ulti.* quibus diverſos alios caſus addit ibi *Joh. An. in no. ſuper. c. glo.* Et ſpecialiter quoad propoſitum quando aliquis occupat illud quod de Jure ad alium pertinet. *Extra. de elect. c. venerabilem.*

m *Potius.* Sc. quàm per ignorantiam; quia ſcienter & voluntariè talia agunt ſuperbo animo & malitioſo, quæ ſunt eis de Jure omnino illicita. Nec ignorantia poteſt tales excuſare. Pro quo vide quod ſcripſi *ſupra. de ſumma tri. & fi. catho. c. 1. glo. 1. ver. per ignorantiam.* & vide circa hoc quod *no. per Dy. de Reg. Ju. c. ignorantia. li. 6.*

n *Non ſervantes.* Et ſic tranſgredientes, quod non licet. *Extra. de ſepult. c. 1. ad fi.*

o *Arbores.* Quarum nomine quæ continentur, habes *ff. arbo. furtim cæſa. l. 3.*

p *Capellarum.* Supple dependentiũ ab ipſis Eccleſiis Matricibus.

q *Cœmeteriis.* In quibus poni non debent ædificia niſi Clerico rum. *12. q. 1. neceſſaria. & c. nulla.* ubi de hoc. Et quantum ſpatium continere debet Cœmeterium, habes *17. q. 4. ſicut antiquitus.* & nota quòd appellatione *Cœmeterii* continetur totus fundus qui infra clauſuram ipſius continetur. *17. q. 4. frater.* ibi, *ad Eccleſiæ Scpid, &c.*

Idem.

Herbarum, Arborum, aut Fructuum in Cœmeteriis naſcentium Uſurpatores violenti, Majoris Excommunicationis Sententiâ multati, à Communione Fidelium, donec ſatisfecerint, repellantur.

Quia Divinis & ſæculi legibus prohibetur, nè de rebus Eccleſiaſticis diſponendi Laicis ſit facultas, uſurpationis illius contumelia longè noſcitur depellenda, qua quidam noſtræ Provinciæ Eccleſiarum Parochiani ſuæ poteſtatis ignorantes terminos limitatos, ſeu arroganter potius non ſervantes, arbores ac herbas in Eccleſiarum ac Capellarum noſtræ Provinciæ Cœmeteriis creſcentes, ſuæ voluntatis arbitrio proſternentes, ac etiam evellentes, ſeu mo tentes præter & contra voluntatem Rectorum aut Vicariorum, Eccleſiarum aut Capellarum hujuſmodi, ſeu Cuſtodum deputatorum per ipſos, eas ſuis aut Eccleſiarum vel aliorum uſibus ſuis ſacrilego applicare noſcuntur; unde & animarum pericula, Contentiones, & Scandala gravia inter Eccleſiarum Prælatos & Parochianos eorum quaſi quotidie ſuſcitantur: Præſentis Auctoritate Concilii Declaramus temerarios hujuſmodi contemptores Majoris Excommunicationis ſententiis latis tam in Conſtitutione *Otthoboni* quondam Apoſtolicæ Sedis Legati in *Anglia*, quàm in Concilio *Oxonienſi* contra violatores Eccleſiaſticæ Libertatis exiſtere involutos. Quos poſt uſur-

r *Voluntatis arbitrio.* Hoc importat excluſionem rationis conſiderationè Juris talia prohibentis, & etiam conceſſionem Rectoris vel Vicarii ad ralia non conſentientis.

s *Proſternentes.* Quoad arbores radices in ſolo dimiſſa.

t *Evellentes.* Sive arbores ſive herbas una cum radicibus. Vel poteſt dici *Evulſio*, quando herba creſcens in cœmeterio per animalia eſt depaſta.

u *Metentes.* Hoc refert ad herbas quæ meti ſolent radice dimiſſa.

x *Præter & contra voluntatem.* Intellige *Præter voluntatem*, quando ſit Rectore vel Vicario ignorante; *contra voluntatem* intelligè, quando ſit aliquo eorum ad quem pertinet contradicente. Et circa hoc vide quod dixi *ſupra de Judi. c. Item omnes illi. ver. præter voluntatem.*

y *Rectorum aut Vicariorum.* Ubi ſc. in Eccleſia eſt dare ſolum Rectorem, vel ſolum Vicarium. Sed ſi in eadem Eccleſia ſit dare Rectorem & Vicarium, ad quem ipſorum tales arbores aut herbæ pertinebunt, poſſet dubitari. Sed dic quòd pertinebunt ad Rectorem, niſi in portione Vicario aſſignata de eis fiat mentio in ſpecie, aut in genere, ut ſc. ad ipſum Vicarium pertineant: nam tunc pertinebunt ad Vicarium ſecundùm ea quæ notavi *ſupra, de conſue. c. nullius. glo. 1. & ea. ſi. c. 1. ver. Rectores Eccleſiarum.*

z *Cuſtodum.* Utputà, Procuratorum, vel aliorum miniſtrorum ſuorum.

a *Eas.* Sc. arbores aut herbas.

b *Suis.* Sc. propriis.

c *Eccleſiarum.* Sc. ad uſum fabricæ Eccleſiæ, quod etiam non licet abſque conſenſu Rectoris vel Vicarii ad quem pertinent. Et ſic habent aliqui libri in fine hujus Cõſtitutionis. Sed illa litera non eſt de veritate ipſius Conſtitutionis à principio. Sed ſatis æquum eſt, ut nec Rector nec Vicarius proſternat hujuſmodi arbores niſi propter cyidentem neceſſitatem reparationis Manſi Rectoriæ, vel ipſius Cancelli. Laici verò nullo modo debent eas proſternere auctoritate propria. Sed ſi Navis Eccleſiæ indigeat reparatione, Rector vel Vicarius non reddet ſe difficilem in concedendo eis licentiam, ut ad illum uſum unam, vel duas proſternant.

d *Aliorum.* Sc. extraneorum.

e *Auſu ſacrilego.* Tales namque, qui res Eccleſiæ invadunt Sacrilegium committunt, *17. q. 4. ſunt qui. & c. ſacrilegium. & c. omnes.* Item qui injuſtè vexat Eccleſias Sacrilegus eſt. *12. q. 2. c. prædia.* Item qui Eccleſiam vaſtat. *17. q. 4. ſicut qui.* Item qui violat Monialẽ. *27. q. 1. ſciendum.* Item Clericus Aruſpices, Incantatores, Hariolos, & cæteros hujuſmodi conſulens. *26. q. 5. ſi quis Epiſcopus.* Item qui alios indiſcretè proſequitur detrahendo. *24. q. 3. non in perpetuum.* Item qui violat immunitatem Eccleſiaſticam. *17. q. 4.* per totum. Item in illis caſibus qui enumerantur *c. q. 5. ſacrilegium. & c. ſequenti. §. qui autem. & c. conſtituit.* Item qui Clericum percutit contra Jura, *c. q. ſi quis.* Item in aliis caſibus quos diligens inveſtigator poterit invenire. *Qui dicuntur ſacrilegi.*

f *Unde.* i. e. Ex quo facto.

g *Animarum pericula.* Quia peccant mortaliter facientes contra præceptum Canonum. Quod dic ut dixi *ſupra. de conſti. c. incontinentia. ver. præcipimus.*

h *Prælatos.* i. e. Rectores ſive Vicarios.

i *Quaſi quotidiè.* Hæc dictio *quaſi*, nota eſt diminutionis ſecundum *Dy.* licet aliquando ſit nota veritatis, ut notat *Bart. ff. ad l. Cornel. de ſic. l. ſi in rixa.* verſus finem. *Dictio quaſi variè ſumitur.*

k *Præſentis.* Secunda pars.

l *Declaramus.* Antiqui Juris Demonſtratio eſt, ſicut alias notatur *do jurejur. c. 1. ver. declaramus. per Jo. An. li. 6.*

m *Contemptores.* Sc. Canonum in ea parte editorum.

n *Conſtitutione Otthoboni.* Quæ incipit *Ad Tutelam. §. ulti.*

o *Concilio Oxonienſi.* De quo habetur *infrà. de ſen. excom. c. auctoritate. §. 1.*

p *Quos.* Sc. delinquentes.

pationem [a] in his [b] de cætero factam [c] illicitè Excommunicatos fore [d] Præcipimus [e] rite & Canonicè [f] publicè nunciari [g] per Rectores aut Vicarios, qui Eccleſias ſuas offenſas ſenſerint ex præmiſſis: ac Uſurpatores prædictos in eorum confuſionem & ruborem à [h] Communione Fidelium Decernimus [i] repellendos, [k] donec pro præmiſſis effectualem emendam [l] offerant, & [m] fecerint [n] competenter.

a *In his.* Sc. Applicatione arborum vel herbarum ſuis, vel aliorum uſibus de quibus *ſuprà.* dicitur.

b *De cætero.* Unde quoad denunciandum tales Excommunicatos non applicat Conſtitutionem ſuam ad commiſſa præterita, ſed ad futura tantum.

c *Illicitè.* Sc. auctoritate propria, vel ſine licentia Rectorum, vel Vicariorum, vel ſuorum deputatorum.

d *Præcipimus.* Ex hoc videtur, quod negligens in hac parte peccet. Pro quo vide quod ſcripſi *ſuprà. de cenſi. c. quia incontinenti. ver. præcipimus.*

e *Rite.* i. e. Cum debita ſolennitate. Vel dic *rite*, i. e. Juris ordine ſervato, ut ſc. prius vocetur delinquens propoſiturus cauſam rationabilem quare pronunciari non debeat incidiſſe in dictam ſententiam. Ad effectum namque, quòd aliquis denuncietur excommunicatus à Canone vel Conſtitutione, requiritur citatio prævia. *Caſi per vim, vel alio modo. l. ſi. de malis obe. c. inter quatuor. de cenſ. c. ſi. in Clc. cum glo. & ibi per Uhi.* nec eſt vitandus antequàm conſtet, ut ibi *no. per. Geſſ.* & ſuper hoc ferri debet Sententia Declaratoria, ut legitur *in c. Cum ſecundùm leges. de hæret. li. 6.*

f *Publicè.* Sc. in Eccleſia coram populo inibi congregato.

g *Per Rectores.* Ex hac litera apparet, quòd ſimplex Curatus poteſt abſq; Mandato Superioris pronunciare aliquem incidiſſe in pœnam Canonis latæ ſententiæ. Et hoc poteſt ſimpliciter concedi in caſu iſto. Et hoc non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie: quia ſufficit quòd iſta Conſtitutio hoc ſimplici Curato concedat. Et circa hoc vide quod dixi *ſuprà. de decimis. c. quoniam propter diverſas. §. ſed quoniam. verſ. Cenſuram Eccleſiaſticam. prope fi.* vocabitur tamen ut dixi *ſuprà. e. ver. rite.*

h *Communione fidelium.* Ex hoc apparet quòd hæc Conſtitutio intelligi debet, etiam quòd tales Curati poſſint talem denunciationem facere in ſpecie: quia ad effectum quòd Excommunicatus repellatur à Communione fidelium requiritur notitia perſonæ ſuæ.

i *Repellendos.* Præmiſſa monitione nominatim eis qui eorum conſortium evitare debent. *de ſen. excommuni. c. Conſtitutionem. li. 6.* & hoc ad effectum ut eis communicantes incidant in ſententiam Majoris Excommunicationis, ut ibi patet.

k *Donec.* Et ſic ſatisfactione factâ eo ipſo reſtituuntur Communioni fidelium, ut videtur, etiamſi non fuerint abſoluti. Pro quo vide quod dixi *ſuprà. de foro compe. c. 1. ver. ſatisfecerint.*

l *Offerant.* Sc. ſponte.

m *Fecerint.* Sc. realiter & in effectu.

n *Competenter.* Quæ ſit competens ſatisfactio, potes colligere ex his quæ ſcripſi *ſuprà. de foro compe. c. 1. ver. competenter.*

Diviſio. o *Sciatis.* Hoc capitulum excerpitur ex Reſponſionibus Regiis, Et habet tria dicta. In primo declaratur in quibus locis Eccleſiaſticarum perſonarum poſſunt, & in quibus non poſſunt Miniſtri Temporales diſtringere. In ſecundo ibi, *Item Clericus*, dicitur quòd Clericus pro Felonia fugiens ad Eccleſiam non debet compelli abjurare Regnum. In tertio ibi, *Item appellatori*, dicit quòd Clericus faciens appellum in cauſa Criminali nihilominus gaudebit beneficio Eccleſiaſticæ libertatis.

p *Feudo Eccleſiæ.* i. e. Terris pertinentibus ad Eccleſiam.

q *Via Regia.* Cujus ſc. ſolum eſt publicum, & in qua cuilibet libere tranſire licet. *ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. viarum.*

r *Olim.* i. e. Ab antiquo.

r *Dotatæ.* Nam ſine dote Eccleſia conſecrari non debet, ut legitur & notatur *Extra. de cenſi. c. 1.* & talis Dos debet eſſe libera à quocunque ſervitio ſæculari, ut ibi dicitur.

t *Perquiſitis.* Sive ad uſum ſuum proprium, ſive ad uſum Eccleſiæ proprium namque poſſunt Clerici Sæculares habere, & ideo dicuntur Sæculares, quia ad modum Laicorum, qui verè Sæculares dicuntur, poſſunt proprium habere & inde diſponere pro ſua voluntate, ſecundum quòd patet *de teſta. per totum. & no. de offi. ordi. c. licet. glo. 2.*

u *Poſſunt fieri.* Contra hoc opponitur *de immu. eccl. c. 1. li. 6.* ubi patet quòd à Perſonis Eccleſiaſticis non poſſunt exigi vel eis imponi Collectæ, vel Tallliæ, vel quæcunque exactiones fieri per perſonas Sæculares pro domibus, prædiis, vel poſſeſſionibus quibuſcunque ab eiſdem Eccleſiis vel Perſonis Eccleſiaſticis legitimè acquiſitis, vel acquirendis, etiamſi poſſeſſiones hujuſmodi ſint intra diſtrictum Virorum Sæcularium. Solutio, hæc loquitur de poſſeſſionibus acquiſitis in quibus Domini Temporales prius habuerunt jus diſtringendi, quòd jus amittere non debent per hoc quòd tales poſſeſſiones acquiruntur viris Eccleſiaſticis. Nam ubi alicui terræ, vel loco imminet aliquod onus reale, res ipſa tranſit cum ſuo onere. 6. *q. 1. ſi quis laicus. Extra. de decimis. c. cum in tua. de cenſi. c. 1.* ubi de hoc. Dictum verò *Cap. 1.* allegatum pro contrario loquitur de poſſeſſionibus certo onere non oneratis ſecundùm *Arch. ibi, ver. acquiſierunt.*

x *Item Clericus.* Secunda pars.

y *Felonia.* i. e. Crimine per eum commiſſo, utputà, Furto, Homicido, & hujuſmodi.

Ex Reſponſionibus Regiis.

Nec in feudo Eccleſiæ, nec in via Regia, nec in fundis, quibus olim Eccleſia ſunt dotatæ, fiant à Laicis diſtrictiones. Nec Clericus ad Eccleſiam confugiens Regnum abjurare cogatur, nec appellans repellatur.

° Sciatis quòd cum dudum, *& infrà.* Placet Domino Regi, nè diſtrictiones de cætero fiant in [p] feudo Eccleſiæ, nec in [q] via Regia nec in fundis, quibus [r] olim Eccleſiæ ſunt [r] dotatæ: in poſſeſſionibus tamen à perſonis Eccleſiaſticis [t] perquiſitis [u] poſſunt fieri diſtrictiones prædictæ. [x] Item Clericus pro [y] Felonia fugiens ad Eccleſiam pro [z] Immunitate habenda, [a] aſſerens ſe eſſe [b] Clericum, non [c] compellitur Regnum abjurare, [d] Legi Regni ſe reddens gaudebit [e] Eccleſiaſticâ libertate juxta laudabilem Conſuetudinem Regni hactenus uſitatam. [f] Item appellatori in [g] forma debita tanquam Clerico per Ordinarium petito libertatis Eccleſiaſticæ [h] beneficium non negetur.

Ne Clerici vel Monachi Sæcularia negotia ſuſcipiant.

Nec Monachus, nec Regularis quicquam Eccleſiæ ſuæ ad firmam retineat, nec cuſtodiam Prædii aut Manerii ad longum tempus ſuſcipiant, nec Eccleſiam, in qua ſibi aliquid Juris, vendicat, ad firmam capiat.

Stephanus.

[i] Cum viris Religioſis, [k] *& infrà.* Decernimus, ut nec Monachus, nec Canonicus Regularis Eccleſiam, Manerium, Prædium, vel quodlibet aliud [l] Eccleſiæ ſuæ au-

z *Immunitate habenda.* Ne ſc. gravetur in vita vel in membris, vel incarceretur *Extra. e. c. inter alia.*

a *Aſſerens.* Hoc dic, ut legitur *de ſent. excommuni. c. ſi Judex. li. 6.*

b *Clericum.* Etiamſi ſolum habeat primam tonſuram. *ar. ad hoc Extra. de ætа. & quali. c. cum contingat.*

c *Non compellitur.* Ac ſi diceret, Laicus compelli poterit, & hoc ſecundùm conſuetudinem Regni poſtquàm per 40 dies ſteterit in Eccleſia, quæ tamen conſuetudo, ut mihi videtur, non eſt rationabilis: quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ vult quòd Eccleſia pro ſemper habeat tales defendere & tueri. Pro quo vide quod dixi *ſuprà. e. c. 1. §. in Eccleſia. ver. cuſtodia.* & quòd talis conſuetudo non valet, facit *de elec. c. cum terra. & c. ſacroſancta. & c. Maſſana.* Et circa hoc videas notata *8. di. c. fruſtra.*

d *Legi Regni.* Quæ vult quòd talis maneat in carceribus Epiſcopi ſalvâ ſibi vitâ, & membris.

e *Eccleſiaſtica libertate.* Ut ſc. reddatur Epiſcopo ſuo judicandus.

f *Item Appellatori.* Tertia pars. Et hic dicitur *Appellator*, ille qui fatendo crimen commiſſum alium accuſat de eodem crimine. *Appellans*

g *Formâ debitâ.* Forma debita eſt ut Ordinarius per ſe, vel per alium loco ſuo coram Judice Sæculari ſecundùm formam *c. ſi judex. de ſenten. Excommuni. li. 6.* oſtendat ipſum eſſe Clericum, & ſic petat eum liberari per Eccleſiam judicandum.

h *Beneficium.* Ut ſc. ſalvetur à morte vel membrorũ mutilatione.

Diviſio. i *Cum viris.* Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* edita in Concilio *Oxon.* & habet tria dicta. Secundùm ibi, *Diſtrictius.* Tertium ibi, *Item viri.* Materiæ contentæ ſatis patent.

k *Et infrà.* Hic deciditur quòd Viris Religioſis non licet poſſidere proprium, qui ſe & ſua pariter in ipſo Religionis ingreſſu Domino dedicarunt.

l *Eccleſiæ ſuæ.* Scilicet in qua profeſſus eſt. Et idem intelligas de Manerijs vel Prædijs pertinentibus ad Eccleſias aliorum, & etiam de Manerijs & Prædijs Laicorum. Et hoc clarè colligitur in Conſtitutione *Otthoboni. ad firmam.* ibi dum dicit, *ſive à proprio prælato, ſive alio quocunque, &c.*

a *Ad*

deat [a] ad firmam [b] retinere. [c] Diſtrictius etiam Inhibemus, nè alicui Monacho, vel Canonico Regulari, qui non ſit aliàs [d] obedientialis, [e] cuſtodia Manerii committatur, ita quòd ex ipſius [f] longa mora vel [g] converſatione [h] ſcandalum oriatur: quòd ſi contra præſumptum fuerit, per Superiorem [i] emendetur. [k] Item viri [l] Religioſi non capiant [m] Eccleſiam ad firmam, in qua ſibi [n] aliquid Juris vendicant, [o] ſaltem poſt mortem [p] Perſonæ: quòd ſi fecerint, [q] Superioris arbitrio puniantur.

Clerici Beneficiati, aut in Sacris conſtituti, non ſint procuratores, aut Seneſcalli locorum Secularium, nec Judices in cauſa ſanguinis, nec Scriptores aut Dictatores literarum ad pœnam ſanguinis ſpectantium.

Idem.

[r] PRæſenti Decreto Statuimus, nè Clerici [s] Beneficiati, aut in [t] Sacris Ordinibus Conſtituti [u] villarum Procuratores [x] admittantur; videlicet ut ſint Seneſcalli aut Ballivi talium adminiſtrationum, occaſione quarum [y] Laicis in reddendis [z] ratiociniis obligentur: nec [a] Juriſdictiones exerceant Sæculares, præſertim illas quibus [b] Judicium ſanguinis eſt annexũ.

---

a *Ad firmam.* Reddendo ſc. Monaſterio certum quid annuatim ſic quòd reſiduum remaneat ipſorum Monachorum diſpoſitioni propriæ. Talis namq; Firmæ retentio quodammodo cauſaret Monacho vel tali religioſo proprium, quòd quantumcunque modicum ſit, ſibi non licet, ut notat *Jo. de Atho.* in Conſtitutione *Othoboni. Qui vero. ver. proprium non habeant.* arguit pro & contra, & ſoluit, & diverſas quæſtiones quærit quas ibi videas. Et circa hoc vide quod legitur & notatur *Extra. eo. c. ſecundùm.*

b *Retinere.* Et ſic hæc prohibitio refrænat recipientẽ. Sed Conſtitutio *Othoboni* quæ incipit *Ad firmã.* prohibet etiam talia de quibus hic dicitur, dari ad firmam. Et hic addẽdo ad conſtitutionem iſtã refrænat concedentem, & adjicit pœnam, de qua ibi videas.

c *Diſtrictius.* Secunda pars.

d *Obedientialis.* i. e. Quin remaneat ſub obedientia prælati ipſius Monaſterii, ſic quòd non poſſit Jure proprio & per viam Adminiſtrationis perpetuæ Officium ſibi commiſſum adminiſtrare, & nullatenus à tali Officio removeri ad libitum ipſum deputantis.

e *Cuſtodia manerii.* Supple, vel Eccleſiæ aut alterius rei, ut in Conſtitutione *Othoboni* quæ incipit, *Monachos.* ubi de hoc per *Jo. de Atho.* qui quærit an talis Religioſus poſſit in Eccleſia curata intitulari? ibi vide in *ver. vel Eccleſiæ.*

f *Longa mora.* i. e. Abſentia à Monaſterio.

g *Converſatione.* Inquantum ſc. ſolus in tali loco maneat. Monachi namque & Canonici Regulares non debent ſoli in Capellis, vel Eccleſiis commorari. *Extra. de capellis Mona. c. ſi. glo. ulti.* in Conſtitutione *Othoboni*, quæ incipit, *Monachos. de ſta. mo. c. ut in agro. §. ad hæc in Clem.* ubi *Jo. An. in ver. ad clauſtrum.* concludit, quòd Religioſus Obedientialis, talis viz. qui ſolo nutu poteſt revocari, debet ſecum habere ſocium alium Religioſum ejuſdem Ordinis. Secus tamen ſi ſit admiſſus ad Eccleſiã Parochialem, vel ſit Præfectus tali loco quòd ratione Adminiſtrationis illius loci nihil Commune habet cum Monaſterio. Nam tunc ſocium habere non tenetur, ibi videas.

h *Scandalum oriatur.* Monachi namque & Regulares in Monaſterio ſeu Clauſtro manere debent, quia mortui ſunt mundo. 16. *q.* 1. *qui verò. & c. placuit.* 2. & eis à Canone præcipitur ut intra Clauſtrum morentur, ut. *c. q. c. juxta.* Et Monachus non docentis ſed plangentis officium habet. 16. *q.* 1. *Monachus.* Unde Monachum per omnia ſingulariter agere oportet. 16. *q.* 1. *c.* 1. Et deber in ſolitudine contemplationis permanere quantum eſt in ſe, ut *c. q. ſi cupis. in prin.* cum ſimilibus. Et perpetuo ſtare in Monaſterio eſt de ſubſtantia profeſſionis. *de jurejur. c. ſicut.* & ibi per *Hoſtien.* Poteſt tamen ad tempus ex diſpenſatione ſui prælati abeſſe, ut ibi dicitur. Ad quod facit 19. *q.* 2. *ſtatuimus.* Si verò Religioſus ſolus ſtaret in Eccleſia ſive Capella, prædio ſive Manerio extra Monaſterium, ex hoc forſan generaretur ſcandalum, quod oriri poſſet ex carnali concupiſcentia quæ imminet, & eſt ſequela ſolitariæ vitæ Religioſi inter homines converſantis, ſecundùm *Jo. An.* qui ſic notat *Extra. de capellis mona. c. ſi.*

i *Emendetur.* Hujus emendationis regulam unam ultra conſtitutionem iſtam habes in Conſtitutione *Othoboni*, quæ ſic incipit, *Monachos.* Aliam habes *in Cle. ne in agro. de ſtatu. mo. §. ad hoc.*

k *Item viri.* Tertia pars.

l *Religioſi.* Non intelligas hoc de Viris Religioſis ſingularibus, ſed ſecundùm quod communitatem important.

m *Eccleſiam.* Forſan eis appropriatam de novo, cujus tamen Rector vivit, & adhuc intitulatur in eadem. Vel potes intelligere de tali Eccleſia in qua vendicant ſibi aliquam penſionem vel portionem, & hoc eſt quod ſequitur.

n *Aliquid Juris vendicant.* Sive per viam totalitatis in caſu approbationis, vel per viam partis in caſu portionis vel penſionis.

† *Al.* Appropriationis.

o *Saltem poſt mortem.* Ratio eſt, nè ſub hoc colore detur eis vitioſus ingreſſus ad occupandum ſive talem Eccleſiam, ſive tale Jus ſine Superioris auctoritate.

p *Perſonæ.* i. e. Rectoris.

q *Superioris.* i. e. Epiſcopi quando non ſunt exempti. Alioquin Papæ, quando ſunt exempti.

r *Præſenti.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & Præcedens, *Diviſa.* & habet tria dicta. In primo prohibet Clericis Beneficiatis & exiſtentibus in Sacris exercitium Judiciorum Sæcularium. In ſecundo ibi, *His quoque*, prohibet nè Judicium Sanguinis tractetur in locis ſacris. In tertio ibi, *Auctoritate*, prohibet Clericos dictare literas pro pœna Sanguinis, vel eas ſcribere, vel ubi Judicium Sanguinis tractatur intereſſe.

s *Beneficiati.* Tales viz. delicet qui Titulum Canonicum in ipſis Beneficiis obtinent, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de cohab. cleri. & mulie. c.* 1. *ver. Beneficiati. in prin.*

t *Sacris Ordinibus.* Idem in non ſacris. *Extra. e. c. Sed nec*, ibi *Clericorum quiſquam.*

u *Villarum Procuratores.* Simile habes *Extra. e. c. Sed nec.*

x *Admittantur.* i. e. Aſſumantur, ſupple nes ſunt. *Extra. e. c. ſed nec.* nam Laicis non licet advocare Clericos à Divinis Officiis, 21. *q.* 3. *Cyprianus.* & 48. *diſt. c. ultimo.*

y *Laicis.* Secus tamen videtur in Adminiſtrationibus talibus quæ pertinent ad Clericos. Argumento ſumpto à contrario ſenſu: quia hoc non videtur eſſe prohibitum, ergo dicemus conceſſum. *ff. de procu. l. mutus. Extra. de ſimonia. c. cum eſſent.*

z *Ratiociniis.* Id eſt, computis, contra illud de quo habes *Extra. de oblig. ad ratiocinia. c. unico.* nam & Laicus obligatus ratiociniis ante rationem redditam non poteſt ad Ordinem Clericalem aſſumi. Ratio eſt, nè infametur Eccleſia, ut ibi patet: multo fortius poſt Clericatum aſſumptum non poteſt talia exercere.

a *Juriſdictiones exerceant ſæculares.* Concordat *Extra. e. c. ſed nec.* & dicit *Jo. An. c. ti. c. ſententiam.* quòd ſi Clericus ſit Advocatus in cauſa ſanguinis ſola Advocatio non facit eum irregularem, ſed vindicta ſanguinis, ſi ille contra quem advocat occidatur. Et hoc ſine dubio verum eſt quando advocat contra reum de crimine accuſatum: ſed ſi ad ejus defenſionem advocat & eſt abſolutus, accuſator verò condemnatus pœna Talionis, eſt etiam irregularis ſecundùm eum. Remittit tamen ad notata de hoc plenius *Extra. de poſtul. c.* 1. Tu circa hoc vide quod dixi *ſuprà. de temp. ord. c. in primis. verſ. Advocatos in cauſa ſanguinis.* Et pro hac materia quomodo ſcil. Clerici prohibentur exercere Juriſdictionem Sæcularem vide quæ legunur & notantur in Conſtitutione *Othoboni. Cum honeſtatis.* ubi de hoc per *Jo. de Athona.*

b *Judicium ſanguinis.* Simile habes *Extra. e. c. Clericis*, & pro hac materia plenius intelligenda, ſcias quòd Clericus non exiſtens in Sacris, proponens tamen ordinari ad Sacros Ordines, non poteſt exercere Judicium ſanguinis, quia de tali judicabitur idem quod de eo qui eſt in Sacris. 51. *di. c.* 1. & 2. 23. *q.* 5. *c.* 1. 2. & 3. & notatur per *Hoſtien. Extra. e. c. ſicut.* & *c. ſententiam.* Si verò proponat ordinari, eſt tamen Beneficiatus, idem dicendum eſt ac ſi eſſet in Sacris; ſecundùm quod notat *Hoſtien.* ibi. Et hoc verum quantum ad hoc, quòd ſi Irregularitatem incurrat debeat ſuo Beneficio privari, *Extra. de homic. c. ſicut dignum. de cle. excommuni. mi. c. latores. de cle. pug. in duel. Henr. in §.* niſi cum eo Canonicè diſpenſetur, ut ibi. Si verò talis non eſt Beneficiatus: tunc poteſt abſque peccato Cauſam ſanguinis agitare. Nam contrahere Matrimonium & bigamus effici poteſt. *Extra. de bigamis. c.* 1. *de vita & bone. cleri. c. Clericus ſi tonſuram.* Incurrit tamen Irregularitatem in caſibus quibus incurrerent exiſtens in Sacris. *Extra. de cle. excommuni. mi. c.* 2. & *c. Clerici.* ubi de hoc per *Hoſti.* Sin autem Clericus ſit in Sacris Conſtitutus, tunc ut Judex in perſona propria cognoſcere vel judicare non poteſt. *Extra. eo. ti. c. Clericis. & c. ſententiam.* nec ut Ordinarius, nec ut Delegatus. *Extra. de rapt. c. in Archiepiſcopatu.* ubi de hoc. Si tamen ipſemet habeat Juriſdictionem Temporalem ſuo Beneficio annexam, tunc generaliter poteſt conſtituere aliquem Laicum Vicarium ſuum vel Ballivum, qui de omnibus Malefactoribus faciat vindictam. Quod dic ut notat *Bern. diſto c. Clericis. in glo.* 2. & *Hoſtien.* poſt eum.

Poteſt

Poteſt etiam tali ſpecialiter committere certam cauſam, ſicut patet *eo. ti. c. Epiſcopus, li. 6.* quod dic ut notat ibi *Joh. An.* in gloſſa *ſua prima*, & in *no. ſuper ver. obtinens.* Scias inſuper quòd Clericus in Sacris aliquem ad pœnam ſanguinis accuſare non poteſt ſecundùm *Doct. in dicto c. Clericis.* & ſecundùm ea quæ notat *Henr. de Bentyco. dicto c. Clericis. ver. in ſecundo caſu.* nec etiam poteſt eſſe Teſtis vel Tabellio in cauſa ſanguinis: ut dicto *c. clericis. & c. ti. c. ſicut. & c. ſententiam.* Alia circa hanc materiam videas *infrà. eo. c. §. auctoritate.* In diverſis *Gloſſis* ibi poſitis.

a *His quoque.* Secunda pars.

b. *Locis ſacris.* Hoc ſtatim exponit.

c *In Eccleſia.* Concordat *de immuni. Eccle. c. decet. li. 6. & c. ti. cum in Eccleſia.*

d *Cœmeterio.* Et ſic cœmeterium gaudet eadem immunitate cum Eccleſia, ut quod in uno prohibetur, prohibitum videatur & in reliquo. Facit *c. 1. de conſecrat. eccle. vel altaris. li. 6.*

e *Auctoritate.* Tertia pars.

f *Concilii.* Scil. præſentis.

g *Beneficiatus.* Idem de Jure Communi intelligas in non Beneficiato. *Extra. e. c. ſententiam.* ibi, *nullus Clericus, &c.* Et idem dicas in hoc quod ſequitur de Clerico Conſtituto in Sacris, ut patet dicto *c. ſententiam. ver. nec quiſquam.*

h *Pro pœna ſanguinis.* Iſtud ſumitur *Extra. eo. c. ſententiam.*

i *Scribere.* Etiamſi talis Clericus ſcribens ignoraverit capturam inde ſecutam tendere ad mortem. Nam ex tali ſcriptura incurrit Irregularitatem, ſecundùm *Joban. An. dicto. c. ſententiam.* ratio ſua eſt: quia homines non conſueverunt capi pro nihilo, & Lex promotionis in facto, non in voluntate conſiſtit, ut patet *25. q. 1. in c. fi.* & credere debuit hoc evenire poſſe. *de homi. c. ſi qui. li. 6.* & ideo debuit ſe ſubtrahere. *de ſer. non ordi. c. 1. Petrus* tamen *de Anchorano* in dicto *c. ſententiam.* credit quòd ex qualitate Perſonæ ejus qui capi mandavit, debet Clericus in hoc reputari culpabilis, vel non. Nam ſi Judex Cauſarum Civilium, vel alius qui non conſuevit capere homines pro crimine, ſed pro debito, hoc ſcribi mandaverit alicui Clerico, licet poſtea captus ex illa captura morti addictus fuerit; quia forte erat primò de crimine condemnatus, vel poſt illam capturam factam pro debito de crimine Capitali convincitur: tunc Clericus ſic ſcribens non erit Irregularis. Secus tamen dicit ſi ſcripſiſſet literas captionis ad inſtantiam Judicis Cauſarum Criminalium, vel illius qui habet cognitionem de Civilibus & Criminalibus. Et idem *Petrus* intelligit dictum *Joban. An.* & huic dicto concordat *Anto. de Butrio. dicto c. ſententiam.* dicit inſuper ibi *Joban. An. poſt Innocen.* quòd Clericus ſcribens dicta teſtium authenticè in cauſa criminali, ſi ex illis dictis mors ſequatur, efficitur Irregularis, alias ſecus. Sola namque ſcriptura in nullo caſu Irregularem conſtituit ſcribentem, quamvis aliàs puniri poſſit: quia rem prohibitam exeret. Sed quæro quid ſi Clericus non ſcribat, ſed legat tales literas quibus mandatur aliquem criminoſum capi & poſt lecturam talis capitur, an Clericus ſic legens ſit Irregularis? *Joban. An.* dicit quòd ſic: quia ex lectura ſua homicidium eſt ſecutum. Nec prodeſt ſibi ſi dicat ſe ignorâſſe tenorem: quia debuit primo ſibiipſi legere, & reperto tali tenore dicere quòd ipſas legere non erat ſui officii. *Argu. ad hoc Extra. de homi. c. ſicut dignum. & Extra. ne cle. vel mo. c. Clericis. §. 1. & ſi.*

Quæſtio.

k *Dictare.* Contra iſtud opponitur *23. q. 4. c. illud.* Solutio. Illud loquitur in Laico qui erit immunis à culpa, non tamen ab Irregularitate. Et quod hic dicitur de dictatore, intellige etiam ſi dictet ut Judex, vel ut Aſſeſſor, vel aliàs ut Juris Peritus. Qualitercunque enim dictet, ſi ſequitur vindicta ſanguinis, Irregularis eſt, etiamſi non ipſe, ſed alius pronunciet: quia proferenti præbet auxilium & conſilium, ſecundùm *Joban. An. dicto c. ſententiam.* Secundo contra hoc opponitur *C. ut omnes tam civiles quàm militares. l. una.* Solutio. illud loquitur ubi agitur non Criminaliter, ſed Civiliter contra Officialem depoſitum, ſecundùm *Vincen.*

l *Interſit.* Scias tamen quòd hoc ſolo, quòd Clericus in Judicio vel extra talibus intereſt, non incurrit irregularitatem; niſi interſit ut auctoritatem vel opem præſtans, ſecundùm *Innocen.* qui ſic notat *Extra. eo. c. ſententiam. ver. interſit.* Et ſimiliter Irregularis eſt ſecundùm *Hoſtien.* qui hoc notat *Extra. de homici. c. ſicut dignum.* etiam ſi ſic intereſſendo conſilium præbeat, operam, vel favorem. Et facit ad hoc quod notat *Hoſti. de vit. pug. in duello. c. 2.* & in ad aliquem Clericum ſpectet ipſa Juriſdictio Temporalis: tamen vindictæ nullo modo intereſſe debet. Facit ad hoc optime *Extra. de excoſſ. præl. c. ex literis.* & notatur per *Speculatitu. de legato. §. juxta. ver. quid ſi Epiſcopus.* & hoc verum eſt auctorizando, conſilium, opem, vel operam dando, ut prædixi. Unde Clerici qui ſuſpendio alicujus vel Duello interſunt ex ſola curioſitate, licet graviter peccent, non tamen incurrunt Irregularitatem, ſecundùm *Innocen. dicto c. ſententiam.* & concur. *Joh. in ſumma confeſ. li. 2. ti. 1. q. 22. & q. 54.* & ſuper hac materia videas quæ notatur per *Vbi. Extra. de fil. pre. c. ne in agro. & parro. ſuper verb. intereſſe. in Clem.* & ibi nota. *Geſſ. in eadem. §.*

m *Noverint.* Vers.

n *Hujuſmodi.* Se. ſcribentes, dictantes, vel intereſſentes, ut ſic referatur ad hoc quod altimo dictum eſt. Vel poteſt referri ad omnes de quibus prædixit. Nam clauſula poſita in fine refertur ad principium, & econtra. *ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura. §. fi. Extra. de appellatio. c. ſecundo requiris, & c. antepenult.* Scias tamen quòd hæc eſt ſemper referenda, quòd non diſcordet Juri. *de reſcript. c. cauſam. cum glo. penulti. & c. olim. per Doctos.*

o *Protectione.* Iſtud ſumptum eſt ex eo quod habes *Extra. eo. c. 2. in fi.* Sed quæro quæ eſt iſta protectio quâ redduntur indigni? quidam dicunt quòd tales perdunt privilegium Clericale, ſic quòd poſſunt trahi in cauſam coram Judice Sæculari, & quòd capi poſſunt per Judicem Sæcularem ceſſante Privilegio Clericali. Sed iſtud dictum *Glo.* reprobat dicto *c. ſecundo.* & idem *Vincen. Tancredus, Phi. Goffre. Innocen. & Hoſtien.* niſi monitio fuiſſet facta in ſynodo per Epiſcopum ſuper his ſub pœna amiſſionis omnis Privilegii Clericalis: quia illa loco trinæ monitionis habebitur. *de appella. præterea. de loc. c. 1.* & hunc intellectum probat litera in *dicto. c. 2.* ibi, *publicè denuncians, &c.* Unde ſi poſt talem monitionem factam Clericus eam contemnens eſſet incorrigibilis: tunc ſi judex Sæcularis eum in Perſonis vel bonis diſtringeret Eccleſia non proteget eum. Sin autem talis monitio non præceſſerit, ex hoc ſolo quòd negotiis Sæcularibus ſe immiſcet non eſſet privatus protectionis Eccleſiaſticæ beneficio, ſecundùm *Doctos.* qui hæc notant *dicto. c. ſecundo.*

Quæſtio.

• His quoque duximus adjungendum, nè ſcilicet Judicium ſanguinis in [b] locis Sacris tractetur, [c] in Eccleſia videlicet vel [d] cœmeterio. [e] Auctoritate quoque [f] Concilii diſtrictius Inhibemus, nè quis Clericus [g] Beneficiatus, vel in Sacris Ordinibus conſtitutus literas [h] pro pœna ſanguinis infligenda [i] ſcribere vel [k] dictare præſumat, vel ubi Judicium ſanguinis tractatur vel exercetur, [l] interſit. [m] Noverint enim [n] hujuſmodi ſe Eccleſiaſticâ [o] protectione indignos, cum per eos in Eccleſia Dei per talia præſumpta ſcandalum generetur.

LIBER QUARTUS.

TIT. I.

De ſponſalibus & Matrimonio.

Matrimonium cum reverentia contrahatur, ante habitis tribus Edictis ritè denunciatis, neque contracturi in ſecreto fidem dent.

Walterus.

---

notatur per *Vbi. Extra. de fil. pre. c. ne in agro. & parro. ſuper verb. intereſſe. in Clem.* & ibi nota. *Geſſ. in eadem. §.*

m *Noverint.* Vers.

n *Hujuſmodi.* Se. ſcribentes, dictantes, vel intereſſentes, ut ſic referatur ad hoc quod altimo dictum eſt. Vel poteſt referri ad omnes de quibus prædixit. Nam clauſula poſita in fine refertur ad principium, & econtra. *ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura. §. fi. Extra. de appellatio. c. ſecundo requiris, & c. antepenult.* Scias tamen quòd hæc eſt ſemper referenda, quòd non diſcordet Juri. *de reſcript. c. cauſam. cum glo. penulti. & c. olim. per Doctos.*

o *Protectione.* Iſtud ſumptum eſt ex eo quod habes *Extra. eo. c. 2. in fi.* Sed quæro quæ eſt iſta protectio quâ redduntur indigni? quidam dicunt quòd tales perdunt privilegium Clericale, ſic quòd poſſunt trahi in cauſam coram Judice Sæculari, & quòd capi poſſunt per Judicem Sæcularem ceſſante Privilegio Clericali. Sed iſtud dictum *Glo.* reprobat dicto *c. ſecundo.* & idem *Vincen. Tancredus, Phi. Goffre. Innocen. & Hoſtien.* niſi monitio fuiſſet facta in ſynodo per Epiſcopum ſuper his ſub pœna amiſſionis omnis Privilegii Clericalis: quia illa loco trinæ monitionis habebitur. *de appella. præterea. de loc. c. 1.* & hunc intellectum probat litera in *dicto. c. 2.* ibi, *publicè denuncians, &c.* Unde ſi poſt talem monitionem factam Clericus eam contemnens eſſet incorrigibilis: tunc ſi judex Sæcularis eum in Perſonis vel bonis diſtringeret Eccleſia non proteget eum. Sin autem talis monitio non præceſſerit, ex hoc ſolo quòd negotiis Sæcularibus ſe immiſcet non eſſet privatus protectionis Eccleſiaſticæ beneficio, ſecundùm *Doctos.* qui hæc notant *dicto. c. ſecundo.*

Quæſtio.

FINIS Tertii.

Matrimonium

Diviſio.

MAtrimonium. Hæc eſt Conſtitutio *Walteri Raynald.* Archiepiſcopi, & habet quatuor dicta. In primo ſtatuit circa Matrimonium reverenter & publicè celebrandum. In ſecundo ibi, *in matrimonio*, mandat certa Edicta ſervari circa Bannorum editionem. In tertio ibi, *Si quis*, limitat pœnam contrafacientibus. In quarto ibi, *Prohibeant*, hortatur de quibuſdam ſervandis in contractibus matrimonialibus, quæ fiant antè ſolennizationem eorundem.

a *Matrimonium.* Hic poſſet tractari, quid ſit Matrimonium, unde dicatur, quomodo contrahatur, ubi fuit inſtitutum, quæ ſunt cauſæ inſtitutionis ejuſdem, quæ ſunt ejus bona, & quæ ipſius impedimenta. De quibus ſingulis *Inno.* proſequitur *Extra. eo. c. juvenis.* ſed plenius *Jo. An. in ſummula libri quarti Decretalium.* Sed quæro an ſit differentia inter Sponſalia, & Matrimonium? Dic quòd fie: & hoc patet, quia ponuntur ut diverſa per hanc copulativam *&*, cujus natura eſt ut copulet inter diverſa, ſicut notatur *ff. de Furis & Factis igno. in rubrica.* & ſi eſſent idem, ponerentur diverſis vocabulis. ut *l. ſi idem. C. de cadicil.* & quòd ſint diverſa, patet ex diverſitate definitionum. Sunt enim *Sponſalia* repromiſſio futurarum nuptiarum. *ff. de ſponſ. l. 1.* ſed *Nuptiæ* ſive *Matrimonium* eſt Viri Mulieriſque conjunctio individuam vitæ conſuetudinem retinens. *27. q. 2. in prin.* & ibi notatur. *in ſumma.*

Quæſtio. Matrimonium & Sponſalia *differunt.*

b *Sacramentum.* De quibus dixi *ſuprà. de ſacra. iteram.* per totum. Et ſic ex hac litera habes quòd Matrimonium eſt Sacramentum. Unde *ad Eph. 5. Sacramentum hoc magnum eſt.* Sacramentorum enim importat aliquod remedium ſpirituale Sanctificationis à peccato in re ſenſibili homini exhibitum. In Matrimonio verò eſt remedium effectivè contra peccatum in ſignis ſenſibilibus, unde Matrimonium eſt Sacramentum. Eſt enim remedium duplex, quoddam curativum, quoddam præſervativum. Primum confertur in aliis Sacramentis. Secundum in Sacramento Matrimonii. Conjunctio autè exterius apparens per ſigna aliqua eſt Sacramentũ tantum: conjunctio verò animarũ interius eſt Sacramentũ & rẽs. Effectus autẽ gratiæ quæ ibi confertur eſt res, & non Sacramentũ: res, inquã, primò ſignata: res verò ſignata ſecundario eſt cõjunctio Chriſti & Eccleſiæ. *Thomas* verò dicit quod forma hujus Sacramenti ſunt verba ſive ſigna quibus conſenſus matrimonialis exprimitur: materia autem ſunt ipſi actus exteriores. Hæc *Jo. in ſumma confeſ. li. 4. ti. 2. q. 2.*

c *Cum honore.* Qui attenditur non ſolum in reverentia mutuo impendenda, ſed in adminiſtratione eorum quæ corpori ſunt neceſſaria. Vel dic *cum honore*, i. e. cum modeſtia & abſque laſcivia.

d *Reverentia.* Quæ erit honor Deo in receptione ipſius Sacramenti cum pavore exhibitus. *2. q. 8. ſicut inquit. ver. reverentia. per Arch.*

e *De die.* Hic nota, ut ſc. melius intelligas quando eſt Dies quãdo eſt Nox, quòd in lege *hæc verba. ff. de verb. ſig.* dicitur, aut eſt Dies, aut eſt nox, unde ut notat *Bart. in leg. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu.* Nox non eſt aliud niſi privatio lucis, & Dies non eſt aliud niſi poſitio lucis: ut colligitur in *c. conſuluit. Extra. de offi. del.* & propterea ſecundùm quoſdam, ſi dubitetur an ſerum vel mane attribuatur Diei aut Nocti, dicit quòd de ſero poſt ſolis occaſum remanente luce non eſt Nox. Item de mane albeſcente cœlo eſt Dies: quia quando Nox recedit eſt Dies. Idem tamen *Bart. in l. aut fabia. §. tempus. ff. de pœnis, dicit*, ſerum dici poteſt quando ſol receſſit, remanet tamen adhuc aliquod lumen propter claritatem cœli, & tunc Nox eſt: quia ſol eſt ſuper terram. Et eodem modo dicit de mane: quia mane poteſt intelligi quando ſol non eſt ſuper terram, ſed de proximo venit: quia cœlum jam albeſcit & tunc Nox eſt, ut *dicta. l. Titius. §. Lucius.* ſed ſi ſol de proximo incipit eſſe ſuper terram, tunc Dies eſt. *C. de cuſto. Reorum. l. 1.* quòd autem Dies intelligitur quando ſol oritur habes *Extra. de homicidio. c. ſi perfodiens.* ubi etiam *Jo. An.* tractat utrum ſerum & mane attribuatur Diei vel Nocti, ibi videas.

f *Facie Eccleſiæ.* i.e. Conſpectu Eccleſiæ populi ſic congregati in Eccleſia. *Extra. de clandeſt. deſponſ. c. cum inhibitio. §. pari modo.*

g *Cum riſu.* Simile habes *5. q. 4. c. in loco.*

h *Contemptu.* Id eſt, vilipenſione, vel cura modica. *2. q. 7. metropolitanum. glo. ex contemptu. per Arch.*

MAtrimonium, ſicut alia [b] Sacramenta, [c] cum honore & [d] reverentia [e] de die & [f] in facie Eccleſiæ, non [g] cum riſu & joco ac [h] contemptu celebretur. [i] In Matrimonio quoque [k] Contrahendo [l] ſemper [m] tribus diebus [n] Dominicis [o] vel Feſtivis [p] à ſe diſtantibus, quaſi tribus [q] Edictis, perquirant [r] Sacerdotes à Populo de [ſ] Immunitate Sponſi & Sponſæ. [t] Si quis autem Sacerdos hujuſmodi [u] Edicta non ſervaverit, pœnam nuper [x] in Concilio ſuper hoc [y] ſtatutam non evadat. [z] Prohibeant etiam [a] Presbyteri frequenter Matrimonium contrahere volentibus ſub [b] pœna Excommunicationis, ne [c] dent ſibi [d] fidem [e] mutuò de Matrimonio [f] contrahendo, niſi in [g] loco celebri coram [h] publicis & [i] pluribus perſonis [k] ad hoc convocatis.

De Desponſatione Impuberum.

Ante tempus legitimum non contrahatur Matrimonium ſine diſpenſatione pro bono pacis.

Edmundus

i *In matrimonio.* Secunda pars.

k *Contrahendo.* Sc. ante ipſius ſolennizationem.

l *Semper.* i.e. Omni tempore & inter quoſcunq; Matrimonium fieri contrahendum. Quod dic ut dicam *infra. de clandeſt. deſponſ. c. 1. ver. ſolennem editionem. & c. humana concupiſcentia. §. ſacerdotes. ver. ſuos parochianos.*

m *Tribus diebus.* Iſtud limitat illud quod legitur *Extra. de clandeſt. deſponſ. c. cum inhibitio. §. 2.* & illud quod habetur *infra. de clandeſt. deſponſ. c. 1. ibi, pluribus. &c.*

n *Dominicis.* Ubi videlicet nulli ſunt dies feſtivi intermedii.

o *Vel feſtivis.* Inter quos etiam numerari poteſt dies Dominicus, ſi ſic occurrat. Vel poteſt intelligi quando in una Hebdomada à Dominica in Dominicam tres occurrunt dies Feſtivi. quod dic ut *infra. glo. proxi.*

p *A ſe diſtantibus.* Ad minus ut videtur uno die intermedio. Et facit ad hoc quod legitur & notatur *de ſent. excommuni. c. conſtitutionem. li. 6.* ſed puto quòd ſi tres dies Feſtivi ſucceſſivi concurrant ſicut contingit in Hebdomada Paſchæ & Pentecoſtes ſufficit, quòd ſingulis trium dierum hujuſmodi Banna edantur: *diſtare* namque idem eſt quòd *differre* vel *remotum eſſe.* Cum itaque tres dies ſucceſſivè feſtivales differant adinvicem, ſic quòd unus dies non eſt reliquus; ſufficit ſi in quolibet illorum dierum Banna hujuſmodi proclamentur: non tamen poſſunt expediri, ſic quòd tertina vel bina vice proclamentur in una die, ut hic innuitur. & facit ad hoc *ff. de pigno. ac. l. ſi convenerit. in ſi.* cum ſua *glo. ff. de publi. judi. l. inter accuſatorem.*

q *Edictis. ff. de judi. l. ad peremptorium.*

r *Sacerdotes.* Supple parochiales.

ſ *Immunitate.* Id eſt, libertate, hoc eſt, an ſint liberi ad contrahendum.

t *Si quis.* Tertia pars.

u *Edicta.* i. e. Proclamationes ſive denunciationes.

x *In concilio.* i. e. Generali. *Extra. de clandeſt. matri. c. cũ inhibitio.*

y *Statutam.* Hæc pœna eſt Suſpenſionis per triennium ab officio, ut ibi patet.

z *Prohibeant.* Quarta pars.

a *Presbyteri.* Supple, qui præſunt curæ animarum.

b *Pœna Excommunicationis.* Sc. ferendæ, & eſt comminatio.

c *Dent.* Sc. contrahere volentes.

d *Fidem.* i.e. Securitatem mutuæ ſervitutis. Multipliciter enim dicitur fides, ut notat *Jo. 22. q. 1. c. monet te.* & dicitur hic *Fides* quædam promiſſio facta fide præſtita: & eſt promiſſio fide præſtita, quæ ſic per Deũ, vel per fidẽ ipſius promittentis, ſecundùm *Inno.* qui ſic notat *Extra. de his quæ vi metuve cauſa fi. c. ad aures.* & notatur *de ſepul. c. 1. ver. fide interpoſitâ. per Archid. li. 6.* ubi habes quòd fidei interpoſitio tantum ligat, ſicut & Juramentum. Et concordant notata per *Hoſtien. Extra. eo. ti c. 2. ver. fidem dederunt.* *Fides.*

e *Mutuo.* i. e. Hinc inde, invicem, alterutro, vel viciſſim. Requiritur namq; in Matrimonio conſenſus utriuſq; nam ubi alter contrahentiũ non cõſentit, non cõtrahitur matrimoniũ. *Extra. eo. c. tua nos.*

f *Contrahendo.* Loquitur itaque de Sponſalibus, quæ ſunt de futuro, ut dixi *ſuprà. e. §. 1. ver. Matrimonium.* vel potes intelligere de matrimonio celebrando, i. e. in facie Eccleſiæ ſolennizando: ſic tamen quòd contractus ipſe matrimonialis præcedens publice fuerit initus, ut hic dicitur.

g *Loco celebri.* Id eſt, à multis frequentato, ſive ſolenni & † aperto: ſic quòd in latebris non fiat. † *Al.* Aperto

h *Publicis.* Utputà, Tabellionibus. Vel dic *publicis*, i.e. palam, & in publico præſentibus.

i *Pluribus.* Duobus ad minus. *ff. de teſti. l. ubi numerus.*

k *Ad hoc.* Id eſt, ad audiendum contractum talem fieri, & inde teſtificandum. Et nota quòd ſi ſecundùm hanc Conſtitutionem non debeant contrahi Sponſalia de futuro, niſi palam & publicè coram teſtibus qui velint & valeant in ea parte teſtimonium perhibere, multò magis hoc fieri debet quando per verba de præſenti contingit contrahi Matrimonium: cum in Sponſalibus de futuro de conſenſu partium poſſit reſiliri à tali contractu, & in aliis caſibus de quibus notatur *eo. ti. ſub rubrica. de ſponſalibus. §. & qualiter diſſolvatur. per Hoſtien. in ſumma.* ſed in matrimonio contracto de præſenti non *Extra. eo. c. ſi inter.*

a Ubi

Diviſio.

a VBi non eſt. Hæc eſt Conſtitutio Edmundi *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, & habet tria dicta. In primo ponit quaſi Juris Regulam. In ſecundo ibi, *Igitur*, elicit quandam concluſionem ex ea. In tertio ibi, *Hujus ergo*, ponit quandam inhibitionem circa præmiſſa.

b *Conſenſus utriuſque.* Sc, contrahentium. Et iſtud ſumitur *ex c. 2. Extra. de deſponſ. impube.*

c *Non eſt conjugium.* Cõcordat ad idem 30. q. 2. c. *abs.* unde ſi alter contrahentium ſit furioſus, non tenet quod actum eſt. *Extra. e. c. dilectus.* & idem ſi alter fuerit infans. *Extra. e. c. literas. & c. acceſſit.* tales namq; nõ habent judiciũ animi. *Extra. de corpo. vici. c. ex parte.*

d *Igitur.* Secunda pars.

e *Pueris.* Intellige propriè de majoribus ſeptennio, minoribus tamen 14. annis. *Extra. de ætat. & quali. c. 2. glo 1. & in proœmio. 6. li. ad fi. in prin. magnæ glo.* hic tamen ſumitur *Puer* pro minore ſeptem annis, ut patet ex hoc quòd ſubditur, *in cunabilis. &c.*

f *Puellas.* Quæ quanto plus creſcunt, tantum in eas plus expendendum eſt. *ff. de ali. & cibar. lega. l. cum unus. §. fi. in glo.*

g *In cunabulis.* Hæc Sponſalia nulla ſunt, cum conſenſus omnino deficiat: ut patet in his quæ notat *Hoſtien. Extra. eo. c. puberes. ver. generare.* & in *c. literas. ver. cunabulis.* dic ut ibi.

h *Nihil faciunt.* Supple, quoad vinculum Matrimonii, nec etiam quoad Sponſalia niſi poſt ſeptenium verbo vel facto appareat eos perdurare in eadem voluntate: nam tunc ex tali voluntate ſive conſenſu incipiunt inter eos eſſe Sponſalia, ſicut legitur *c. ti c. ſi infantes. in prin. li. 6.*

i *Uterque puerorum.* Et ſic conſenſus unius non ſufficeret, ut patet 30. *q. 2. c. ubi. & c. ti. c. ſi infantes. in prin. li. 6.*

k *Tempus diſcretionis.* Hoc intellige quoad vinculum Matrimonii: ſed quoad Sponſalia ſufficeret, ſi poſt ſeptimum annũ completum uterq; eorum permaneat in eadem voluntate; *ut d. c. ſi infantes.*

l *Conſentiat.* Sc, contractui præcedenti. Quod dic ut legitur & notatur *Extra. eo. c. de illis.* & ſic habes hic quòd actus nullus à principio tractu temporis convaleſcit, quando ſupervenit cauſa habilis ad actum de novo creandum: ſicut eſt conſenſus tacitus vel expreſſus, de quo in *Regula Furis. Non firmatur. de Regu. Furis. li. 6.*

m *Hujus ergo.* Tertia pars.

n *Decreti.* De quo ſic mentio 30. *q. 2. c. ubi.* Et dicitur *Decretum*, quod ſtatuit Papa de conſilio Cardinalium ſuorum ad nullius conſultationem. 100. *diſt. c. 1. Canon* dicitur, id quod ſtatuitur in Univerſali Concilio. *de tiga. c. altercationis. li. 6. Decretalis Epiſtola* eſt, quam ſtatuit Papa vel ſolus, vel cum Cardinalibus ad conſultationem alicujus. 59. *di. hæc ad nos. Dogma* eſt, quod conſiſtit in Doctrina fidei Chriſtianæ. 23. *di. qui Epiſcopus. Mandatum* eſt, quod conſiſtit in Doctrina de moribus. 23. *di. hinc igitur. Interdictum* eſt, quo nulla pœna adjicitur. 32. *diſt. interdixit. Sanctio* eſt, ubi pœna adjicitur. 36. *di. c. 2.* & ſimile habes *eo. ti. d. c. ſi infantes. li. 6.*

Decretum. Canon. Decretalis Epiſtola. Dogma. Mandatũ. Interdictũ. Sanctio.

o *Ætatem.* Hæc ætas quoad Sponſalia eſt 7. annorum ubi finitur infantia tam in viro, quàm in fœmina quoad matrimonium. In Fœmina eſt 12. annorum. In maſculo 14. annorum: & ſic in pubertate quoad ſui principium eſt inequalitas, ſed quoad ſui finem equalitas in maſculo & in fœmina: quia in utroque ſexu finitur pubertas in 25. anno. *C. ſi minor ſe major. dixe. l. 1. & C. ſi major factus. l. fi. & Inſti. de cura. in prin.* Sed quæ eſt ratio, quare non conveniunt ſexus in tempore medio, ſicut in fine Infantiæ & in fine Adoleſcentiæ? nam in principio pubertatis diſcrepant & citius pubeſcit Fœmina quam maſculus. Quidam dicunt quòd ratio eſt, quia mulier calidior eſt, unde citius imperrat veniam ætatis quàm maſculus. *ut. l. 2. C. de his qui ve. ætа. impetrant.* Alii dicunt quòd ratio eſt, quia difficilius eſt agere quàm pati. *Pla.* dixit quòd ratio eſt, quia mala herba cito creſcit. & notatur *Extra. eo. c. literas. per Jo. An.* tu dic, quòd ſufficit Juriſtæ dicere, quòd natura pubertatem facit diſparem in ſexu, cum percipiamus naturaliter pubeſcere Fœminas in 12. anno, Mares vero in 14. Unde lex poſitiva debet concordare naturæ. 4. *di. erit autem. Inſti. de adop.* circa medium. Et notatur per *Jo. An. eo. ti. c. ſi infantes. in glo. 2. in no. li. 6.*

Quare citius pubeſcit fœmina quàm maſculus.

p *Legibus. Inſti. qui. mo. tu. finitur. §. pubertatem.*

q *Canonibus. Extra. e. c. puberes. 20. q. 2. ſi puella.*

r *Non pervenerit.* Requiritur enim in contrahere volentibus ætas completa. *Extra. e. c. puberes.* Scias tamen, quòd ſi maſculus ante 14. annum completum poſſit generare, etiamſi non eſſet niſi 9. annorum (ſicut narrat Grego. in Dialogo de quodam impubere 9. annorum qui imprægnavit nutricem ſuam, & notatur 20. *q. 1. in ſumma.*) & etiam puella ante 12. annum, & ſi in ſeptimo anno poſſet concipere, jujxta communem

VBi non eſt [b] Conſenſus utriuſque [c] non eſt Conjugium. [d] Igitur qui [e] pueris dant [f] puellas [g] in cunabulis, [h] nihil faciunt; niſi [i] uterque puerorum, poſtquàm venerit ad [k] tempus diſcretionis, [l] conſentiat. [m] Hujus ergo [n] Decreti Auctoritate Inhibemus, nè de cætero aliqui, quorum uterque vel alter ad [o] ætatem [p] Legibus conſtitutam & [q] Canonibus determinatam [r] non pervenerit, [s] conjungantur: niſi [t] urgente neceſſitate prohibita, ſuper hoc à Sede Apoſtolica dispenſatum fuerit.

bene teneret contractus, & conſeruetur Matrimonium, ſecundùm *Hoſtien. & Jo. An.* qui ſic notant. *Extra. eo. ti. c. puberes.* & hoc verum ſecundùm eos dum tamen tales coire potentes diſcretionem habeant, *ut ad hoc deſponſ. c. juvenis.* & huic ſententiæ concordant *nota. Jo. An. c. tic. ſi infantes. ver. ſuppletur. li. 6.* Sed contra præmiſſa opponitur & videtur quòd omnino judicabitur Pubertas ex annorum numero, non ex potentia generandi, ut *Inſti. qui. mo. tu. fi. in prin.* Solutio. Contrarium loquitur quoad Tutelam & Curam: ſed quod dixi locum habet quoad Matrimonium, in quo ſufficit quòd aliquis aptus ſit ad generandum, ut *ſuprà* dixi, & ſic aliter in Matrimoniis, aliter in Tutelis & Curis conſideratur pubertas, ut ex prædictis apparet. Et circa hanc materiam vide notata in *d. c. puberes. per Henr. de Bovejco.* Sed quæro pone teſtator reliquit mille cuidam puellæ cũ nupſerit, illa nubit in decimo anno & apparet viripotens, nunquid conſequitur relictum ex prædictis? videtur qd ſic: & quia illud relictum debetur in Conſequentiam Matrimonii, in eo ergo, ut in Matrimonio metiamur ætatem. Quod verum intelligas quando conſtat per aſpectum vel aliter quòd ſit apta, aliàs præveniendo in nuptiis tempus à Jure ſtatutum non præſumerem eam aptam: & in hoc ætatis taxatio quæ ſit à Jure eſt utilis & neceſſaria, ut niſi ſc. contrarium appareat ſemper ei ſtetur. Item quæro, quid ſi quis complevit 14. annum, & apparet quòd nullo modo poteſt generare, ſit talis contrahat cum muliere viripotente, an tenebit Matrimonium? Quicquid aliqui dicant, tu dic quòd tenet Matrimonium. Sic notat *Inno. & Hoſti. d. c. puberes.* & hoc verum niſi talis naturaliter eſſet frigidus & maleficiatus, & ſic intelligitur *c. quòd ſedes. Extra. de frigi. & maleſi.* Unde ſi mulier inſter ut ſeparetur à tali, quia vult fieri mater, conſulit *Hoſti.* ut Judex expectet donec maſculus ille compleverit 18. annum, & poſtea per menſem vel duos, ut videat ſi duret talis impotentia: quo caſu ſeparentur ſervata ſolennitate, de qua *Extra. de frig. & maleſi. c. 1.* Movetur autem *Hoſt.* ex eo quòd ætas 14. annorum licet regulariter apta ſit ad Matrimonium, tamen quandoque prorogatur. *Authent. de nup. §. per occaſionem. Coll. 4.* ætas enim 18. annorum eſt plena pubertas: & hac ratione, quia lex conſidit quòd in tali ætate quis poſſet generare, ad omne majus limitat poteſtatem adoptandi uſq; ad illam ætatem, quæ ante poſſet naturaliter non generare: & ſic Adoptio in hoc imitatur naturam. *Inſti. de adop. §. minorem. ff. de adop. l. Arrogator, §. penul. & ff. de ali. leg. l. Mela.* ubi etiam dicit in muliere ſpectandos 14. annos quantum ad plenam pubertatem, & ad hoc facit *Extra. de regula. quia in inſul.* & cum hac opinione *Inno. & Hoſti. concordant Petrus de Ancho. d. c. puberes. & Jo. An.* & propterea ſi in naturaliter frigido vel maleficiato expectamus triennium, quod dic ut *Extra. de frigi. & maleſi. c. laudabilem.* multò magis hoc erit in illo in quo non apparet per aſpectum ariditas vel defectus in membro: ſed ſolum temporale vitium ob defectum forte naturæ, infirmitatem, vel aliam cauſam quæ non eſt conſideranda in Matrimoniis. *ut l. ſed eſt quæſitum. & l. ſi quis poſthumos. ff. de li. & poſt.* Ubi dicitur, quod natura in homine & conſuetudo ſpectanda potius eſt quàm temporale vitium aut valetudo propter quam abducitur homo quandoque à generandi facultate.

Queſtio.

Queſtio.

s *Conjungantur.* Ratio eſt, quia tales ſæpe reſiliunt & pœnitentiâ ducti à ſponſalibus illis recedunt, quod ſatis licet: & tamen remanet quoddam vinculum ſive quidã nexus ex quo inducitur Juſtitia publicæ honeſtatis, propter quã neuter de conſanguinitate illius Sponſi poterit illam ſic repudiatam ducere, nec ſc. ille Sponſus poterit aliquam ducere de conſanguinitate Sponſæ. ut patet *Extra. de ſponſ. c. Furcnis. & c. Sponſa.* Alia ratio eſt, quia damnoſum eſt Reipublicæ tot perſonas impediri per hujuſmodi Sponſalia ſic ad libitum diſſolvenda.

t *Urgente neceſſitate.* Et ſic urgente neceſſitate aliàs prohibita conceduntur. facit *c. licet. Extra. de feriis.* ubi de hoc. Sed quis cognoſcet utrum ſubſit iſta neceſſitas, ſive non? Dicit *Jo. An. poſt Hoſtien.* quòd Diœcetanus, ſine cujus licentia poſt debent contrahere, ut *Extra. eo. c. ubi. & c. continebatur. & c. duo pueri.* ſimiliter contracta non debent ſine ejus Auctoritate diſſolvi. *Extra. e. c. acceſſit. & c. de illis cum 3. c. ſeq.* Et hæc quidem, ſc. de licentia obtinenda in contrahendo & diſſolvendo ſecundùm *Petrum de Ancho. & Jo. An.* eſſent obſervanda etiam in majoribus propter multa pericula animarum, ut patet *Extra. de ſponſ. c. cum in tua. & de clandeſt. deſponſ. c. ſ.* & ut in hoc ſit ſimile Matrimonium carnale Matrimonio ſpirituali. *Extra. de inſti. c. 3. de renun. admonet. & c. quod in dubiis.* & multo magis ſecundùm eos iſta locum haberent quando extraneus ignotus venit ad aliquem Civitatem: dicit namque *Jo An.* quòd ratione Sacramentorum intantum ſubjacet Laicus prælato ſuo, quòd ſicut Clericus non eſt recipiendus ſine literis ab extraneo, *Extra. de cleri. non reſi. c. fraternitati*, ſic nec Laicus.

Extra.

Extra. de parochis nullus. de pœn. & remiss. c. omnis. & expressè dicitur de Laico *de consec. dist. 5. non oportet.* Cavere ergo debet Sacerdos nè Parochianâ suam desponset extraneo inconsulto Curato ipsius extranei vel Ecclesiæ. Quilibet enim Pastor debet agnoscere ovem suam, & propriæ, non extraneæ curam habere; hoc tamen, ut dicit *Hostiensis*, malè præditatur & pejus servatur. Et ut dicit *Petrus de Ancho. Extra. eo. c. ubi. ad fi.* expediret hoc in multis locis practizari: quia dicit se vidisse unum Virum qui simul habuit viventes quatuor Mulieres, cum quibus publicè contraxit in facie Ecclesiæ, viz. unam in Rhodo, aliam in Insula Cretæ, tertiam in Pyrano, & quartam Venetiis: & cùm prima legitima probabatur mortua, voluit remansisse cum quarta, quæ tamen recusabat & aufugit ab eo cum hoc scivit. & pro ea facit *Extra. de eo qui duxit uxorem, &c. c. 1.* & ibi de hoc.

a *Bono pacis.* Hæc enim est una de causis secundariis, quare contrahatur Matrimonium, secundùm *Hostiensem*. qui de hoc tractat *ti. de matri. §. & quare. in summa sua in prin.* Sunt namque duæ principales causæ quare contrahatur Matrimonium. Una est susceptio sobolis, alia est vitatio fornicationis, 32. q. 2. §. *bis ita.* secundariæ verò causæ sunt multæ; scilicet Personarum conjunctio, Amicorum & Divitiarum acquisitio, Patris reformatio, Uxoris pulchritudo, & similia.

Causæ Matrimonii contrahendi.

a bono pacis talis conjunctio toleretur.

De Clandestina Desponsatione.

Denuncietur frequenter in frequenti populo à Suffraganeis, omnes Sacerdotes Matrimoniis, non præhabitis tribus Edictis seu Bannis, interesse aut præsse præsumentes, triennio ab Officio suspendendos. Item extra Ecclesiam Parochialem sine Diœcesani venia solennizantes, anno ab Officio suspendendos.

Simon Mepham.

b QUia ex c Contractibus Matrimonialibus absque d Bannorum editione præhabita initis, nonnulla e pericula evenerunt, & f manifestum est g indies provenire, h Omnibus & singulis Suffraganeis nostris Præcipimus Statuendo, quòd Decretalem i *Cum inhibitio.* (Qua prohibetur, nè qui Matrimonium contrahant, Bannis non præmissis in singulis k Ecclesiis Parochialibus suæ Diœcesis l pluribus diebus m solennibus, cùm major populi affuerit n multitudo) exponi o faciant p in vulgari, q & eam firmiter observari, quibusvis r Sacerdotibus etiam s non Parochialibus, qui Contractibus Matrimonialibus ante t solemnem editionem Bannorum initis præsumpserint

Divisio.

b *Quia ex contractibus.* Hæc est Constitutio *Simonis Mepham*; & habet tria dicta. In primo ponit motivum Constitutionis edendæ. In secunda ibi, *Omnibus*, procedit ad Constitutionem pœnalem contra Sacerdotes, qui interfuerint contractibus Matrimonialibus Bannis non editis. In tertia ibi, *Quivis*, statuit contra Sacerdotes solennizantes Matrimonium extra Ecclesiam Parochialem absque licentia Diœcesani.

c *Contractibus, Matrimonialibus.* Qui non solum possunt fieri utraque parte præsente, sed alterâ absente; ut viz. contrahatur Matrimonium per Procuratorem, sicut legitur & notatur. *de procur. c. ulti. li. 6.* & in hoc casu requiritur Mandatum speciale, ut ibi dicitur; nec potest talis Procurator allum substituere, ut ibi dicitur, absque speciali Mandato; & si revocetur Mandatum talis Procuratoris etiam ipso ignorante re integra non tenebit contractus, ut ibi dicitur. Ratio est, quia deficit consensus Mandatis; & sic videtur, quòd ubicunque actus gesti per Procuratorem debet adesse verus consensus Domini pro substantia actûs non est necesse quòd revocatio transeat in notitiam Procuratoris. Secus tamen dici potest, ubi non requiritur consensus verus, sed sufficit fictus, sicut est in Judiciis; quia tunc oportet, quòd transeat in notitiam Procuratoris vel Judicis. De quo vide quod legitur & notatur *de procur. c. 2. li. 6. & in Clem. cum illusa. de renun.* Scias tamen, quòd quando quis contrahit per Nuncium, vel per Epistolam cum absente, tunc sive in contractu Matrimonii, sive in aliis contractibus sufficit revocatio ante contractû, etiamsi non transeat in notitiam Procuratoris vel Partis; quia censetur revocatum Mandatum, nec postea obligatur, ut *l. si pater. ff. de ma. vindicta.* & est ratio, quia Nuncius vel Epistola solum præbet ministerium nudum, ut pica vel organum. *ff. de constit. pecunia. l.* & *licet. C. si quis sibi vel alteri. l. multum interest.* ubi de hoc. Deficiente ergo consensu tempore Præsentationis, nihil agitur etiamsi Nuncius non fuerit certioratus, licèt *gl. in l. 1. ff. de cautelen. emp.* etiam in Nuncio vel Epistola teneat contrarium; ubi autem aliquis contrahit per Procuratorem vel Syndicum, tunc quia non suo, sed alterius facto & ministerio obligatur, ut notatur in *d. l. multum interest. & Instit. de inutil. stipu. §. alteri.* Illum in quem consensum suum transtulit necesse est certiorari. *ff. quòd jussu. l. 1.* & *gl.* ibi posita; & ad idem facit *ff. mandati. l. si mandassem. ff. de publi. l. si quis prohibuerit. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. §. 1.* Fallit tamen in casu dictæ *Decretal. 2. de procur. li. 6.* In aliis verò casibus, nunquid sit necesse contrahentem certiorari, recurre ad notata in *c. ex parte Decani. de rescrip. super gl. sic in tertia. per Jo. An.* Ratio autem specialitatis illius *c. 1.* exprimitur ibi in Textu, viz. quia loquitur in contractibus, in quibus requiritur consensus utriusque Partis: notatur per *Paulum & Wil. in Clem. 1. de renun.* Et ex hoc videtur, quòd in omnibus casibus, in quibus subesset ista ratio, procederet dispositio illius *c. ult. de procur. li. 6.* Et ita dicit ibi *Jo. de Imola* tenere *Cy. in l. mandatum. C. mandati.* Et de ista materia vide per *gl.* & alios Scribentes. *d. c. unico. de renun. in Clem.*

d *Bannorum*, i. e. Proclamationum publicarum *Extra. c. c. cum inhibitio.* vel dic *Bannorum*, i.e. Denuntiationum: sic exponitur *Extra. de sponsa. c. cum in tua.* Vel *Banna* possunt dici Edicta publicè proposita; ut notat *Petrus de Ancharano. d. c. cum in tua.*

e *Pericula.* Sc. Animarum quæ sc. insurgunt ex diversis impedimentis, propter quæ Matrimonium non potest inter tales contrahi.

f *Manifestum est.* Sc. per experientiâ, & rei evidentiam. Cui concordant notata per *Jo. An. de usuris. c. 1. ver. manifestos. li. 6.*

g *Indies.* Id est, de die in diem.

h *Omnibus.* Secunda pars.

i *Cum inhibitio. Extra. eo. ti.*

k *Ecclesiis Parochialibus.* Quarum Jus Parochiale consistit in multis; putà, quòd in diebus Festivis Parochiani in ipsis Missas audire debent, & non alibi. Item in Pœnitentiis, Sepulturis, Benedictionibus, Nubentium Oblationibus, & Decimis persolvendis, sicut notatur per *Jo. An. Extra. de Parochiis super Rubrica.*

l *Pluribus.* Et si duo ad minus. *ff. de testibus. l. ubi numerus*; in *Solennibus.* Id est, Festivis.

m *Multitudo.* Et sic non sit aliquis, qui possit prætendere ignorantiam.

o *Faciant.* Non ergo tenentur hoc facere personaliter.

p *In vulgari.* Sc. idiomate omnibus intelligibili.

q *Et eam.* Sc. *Decretalem.*

r *Sacerdotibus.* Idem intelligit *Jo. An.* de Clericis, sicut patet *d. c. cum inhibitio. ver. sacerdos.* Et concordat ibi *Hostiens.* qui dicit, quòd etiam Laici ex mente illius Constitutionis non debent taliter interesse. facit ad hoc *C. de fal. monet. l. 1. de sen. excom. c. quanto.*

s *Non Parochialibus.* Id est, non habentibus Curam animarum.

t *Solennem Editionem.* i.e. Publicam, secundùm formam dicti *c. cum inhibitio.* Vel potest dici *Solennis*, quando fit tribus diebus Solennibus separatim à se distantibus. Et sic approbat Consuetudo quæ in hoc servanda est, secundùm *Hostien. d. c. cum inhibitio. ver. competens.* maximè si Synodalis Constitutio super hoc facta sit. Et sicut in carnali Matrimonio contrahendo debent præmitti Banna publica, ut hic; sic etiam in Matrimonio spirituali contrahendo. *de elect. c. si. li. 6. Sed* in hoc est differentia, quia ibi Confirmatio non præmissis Edictis non venit; hic verò venit, quia non est tanta potestas Papæ in dissolvendo carnale Matrimonium, sicut spirituale: facit quod notatur *de convers. conjug. c. ex publico.* Sed quæro ubi debet fieri hujusmodi Editio Bannorum? *Inno.* in dicto *c. cum inhibitio.* dicit, quòd debet proponi in omnibus Ecclesiis illius loci, ubi contrahere volentes habitant, vel saltem in pluribus earum; quod maximè servari debet, quando sunt diversarum Parochiarum: tamen secundùm *Hostien.* hoc non servatur; immò sit in una Ecclesia tantum ut plurimum; & sufficit, quòd fiat publicè, secundùm eum, ita quòd ad omnes pervenire possit. *Extra. de postulan. c. 1.* Et licet Textus in *d. c. cum inhibitio.* dicat in Ecclesiis Banna edi debere; sufficit tamen si extra Ecclesiam in locis competentibus, putà, Prædicationibus, proponantur. *de sen. excom. c. Responso.* Sed ideo dictum est de Ecclesiis, quia ibi, ut plurimum convenient homines. Facit ad hoc quòd notatur in *Cle. causam. de elect.* & notatur in *d. c. cum inhibitio. per Jo. An. in addi. ver. in Ecclesiis.* Et *c. ver. per Petrum de Ancharano. ver. secundo quæro.* Sed quid si illi, qui contracturi sunt, habitent in uno loco, & sint de alio oriundi ipsi & Parentes eorum, ubi fiet Bannorum Editio? Videtur quòd in Ecclesiis habitationis Parentum, quia ibi melius scietur veritas Parentelæ, si aliqua sit, & ibi licet debet investigatio, ubi melius sciri potest. *de elect. c. scriptum. de purga. can. c. cum P.* Tutius tamen est, quòd fiat in utroque loco. Nam expedit in loco habita-

Quæritur.

habitationis Parentum, quia ibi de Parentela, si qua viget, habebitur plenior notitia. In loco verò habitationis Partium habebitur certitudo, an cum aliis ibi contraxerunt. Et hic benè attende secundùm intellectum *Inno.* quòd Constitutio *cum inhibitio.* in illegitimitate prolis punit non solum eos, qui contra dictam Constitutionem decernunt contraxisse in gradu prohibito, sed etiam quocunque alio impedimento Canonico Matrimonium appareat postea non tenere, ut filii inde nati reputentur illegitimi, quantumcunque Parentes contraxerunt bona fide, si non servaverunt dictam Constitutionem. Et sic licèt dicta Constitutio tractet de impedimento ratione Consanguinitatis, habet tamen locum in quocunq; alio impedimento Canonico, ut eo detecto filii censeantur illegitimi, si non fuerit hæc forma servata. Et hoc tenet *Joh. An. Extra, qui si. sint le. c. ex tenore.* ubi de hoc per *Petrum de Anchorano.*

a *Interesse.* Sacerdotes namque non debent interesse actui qui geritur contra Jura. Similiter nec Testis Testamento Usurarii manifesti, *de usur. c. quanquam. li. 6.* Et facit ad hoc Lex *Jubemus.* §. *hic, Zabellionibus. C. de epis. & cler.* nec refert, an Sacerdotes hujusmodi sint Regulares vel Sæculares. Nam etiã exemptio non prodest ratibus in delictis: quod dic, ut legitur & notatur *de privil. c. 1. li. 6.*

b *Ab officio.* Et per consequens Beneficio, quod sine Officio non consistit 81. *dist. c. si quis amodo.* & *c. si quis Sacerdotum.* & 1. q. 1 *si quis objecerit.* Quid autem si primâ Suspensione durante interfit aliis Matrimoniis prohibitis? An secundæ Suspensionis triennium incipiet finito primo triennio, & tertium finito secundo, & sic de singulis, vel una in reliquam confundatur, quatenus concurrunt? Dic ut in *Cle. 1. de Magistris. per Joh. An.* Et vide circa hoc quod notatur *Extra. de elec. c. cum in cunctis. & ff. ad Turpill. l. senatus.*

c *Infligendo.* Per Sententiam, ut notat *Jo. An.* dicto *c. cum inhibitio. in addi. ver. suspendatur.* Et sic hoc, quod dicit, *infligendo*, refertur ad Episcopum in sua Diœcesi, qui in hoc erit executor illius Constitutionis, *Cum inhibitio.*

d *Contrahentes.* Sc. Banns Solenniter non præmissis.

e *Etiamsi nullum.* Scil. *impedimentum*, quod est *infrà.* simile habes dicto *c. cum inhibitio. vers. sed his.*

f *Pœna debita.* i. e. Condigna. Et erit arbitraria, cùm non exprimatur. *Extra. de offi. deleg. c. de causis.* Et sic habes quòd contrahentes etiam licitè puniuntur, si contempserint Statutũ Ecclesiæ. Sic etiam Miles inobediens Magistro Militum punitur, etiamsi culpa felicem habuerit exitum. *ff. de re mili. l. 3. §. in bello.* Magna namque præsumptio est transgredi Canones, ut *d. c. cum inhibitio. de majo. & obe. c. illud.* Hodie verò sic contrahentes, ut aliqui volunt, sunt ipso facto excommunicati. Quod dic ut legitur & notatur *infrà. c. c. proxi. §. clandestina.*

g *Quinis etiam.* Tertia pars.

h *Regularis.* Etiam exemptus, ut dixi *suprà. §. proxi. ver. interesse.*

i *Solennizationem.* Quæ non debet fieri nisi post Banna Canonicè edita, & non potest fieri à prima Dominica Adventûs usque ad Octavas Epiphaniæ exclusivè; & à Dominica 70. usque ad primam Dominicam post Pascha inclusivè; & à prima die Rogationum usq; ad septimum diem Festi Pentecostes inclusivè, licèt quoad vinculum his diebus contrahi possit. *Extra. de feriis. c. Capellanus. in fi.* Ex quo Textu, quicquid ibi dicant *Hosti. & alii Docto.* apparet, quòd in Dominica Trinitatis licitè possunt Nuptiæ celebrari: nec obstat ratio *Hosti.* quam ponit de tribus Hebdomadis computandis à die lunæ in Rogationibus; & sic secundùm eum Dominica Trinitatis est ultimus dies trium Septimanarum. Unde non possunt Nuptiæ celebrari usque ad diem lunæ post dictam Dominicam, secundùm eum & sequaces suos; quia dico, quòd sufficit Legislatorem contrarium declarâsse & determinasse, ut viz. in Dominica proxima post Pentecosten possit hujusmodi solennizatio fieri. *ff. qui & à quibus. l. prospexit.* nec commendo illam expositionem, quam ibi ponit *Hostien.* in Dominica, i. e. post Dominicam, sc. in crastino Dominicæ; quia si Papa sic intellexisset, sic expressisset. *de decim. c. ad audientiam.*

k *Ecclesiam Parochialem.* Cujus nomine intelligitur etiam Capella habens Jura Parochialia: ut patet *infrà. c. c. proxi. ad fi.*

l *Episcopi Diœcesani.* Et sic Archidiaconi & alii Ordinarii inferiores hanc licentiam dare non possunt. Nam quod de uno conceditur, per consequens de altero denegatur. *ff. de condi. & de. l. cum ita legatum. ff. de legi, l. cum lex.*

m *Speciali licentia.* i. e. Nominatim & in specie facta, sic viz. ut in hac specialitate specificentur tam Persona Solennizationem hujusmodi celebratura, quàm Personæ inter quas fieri debet Solennizatio: cui dicto in simili *concor. Jo. An. de privil. c. religiosi. ver. speciali, in Clem.* & sic fieri autum est. *Arg. ad hoc de do. & contu. c. 2. de sen. excom. c. Constitutionem. li. 6. de sentent. excommuni. c. gravis. in Clemen.* Dicunt tamen *Jo. An.* & *Paulus* in dicto *c. religiosi* quòd sufficit, ut Parochiano detur licentia facta specificatione Sacramenti, licèt non exprimatur nomẽ Sacerdotis: & quòd Sacerdoti detur licentia facta specificatione Sacramenti, licèt nomina contrahentium non exprimantur. *Arg. ad hoc de tempo. ordi. c. 1. de offi. vica. c. ulti. de præben. c. si Episcopus. li. 6.* Quicquid autem ipsi dicant, tutius tamen est, ut fiat specificatio prout prædixi. Et sic sentit *Gess.* in dicto *c. religiosi.* Sed quæro, *Quæstio.* quid si cupientes inter se Matrimonium solennizari, dicunt se ab Episcopo Diœcesi obtinuisse hanc licentiam, nunquid Sacerdos, à quo petitur hanc solennizationẽ fieri, debeat eis credere? *Jo. & Pau.* dicto *c. religiosi.* videntur concludere, quòd sic, per id quod notatur *de pœ. dis. 6. placuit.* quia Sacramenta, de quibus loquitur illud *c. religiosi.* dantur propter † recipientes tantum, ut dicunt: & propterea cum Sacramenta prædicta concernunt Forum conscientiæ, credendum est eorum assertioni. 1. *q. 7. Sancimus. de Homicid. c. significasti.* 11. contra hoc tamen facit; nam in Sacramento Ordinis, ut conferatur à non suo Episcopo, requiritur, quòd hat plena fides de licentia, & quandoque de causa, *de tempo. ordi. c. 1. & 2. li. 6.* cum Concordantiis. Sed hoc secundùm eos ideo fit, quia illud est Sacramentum dignitatis. 1. *q. 1. §. si ergo.* & *§. ecce si Clerici.* & facit quod notatur *de conjug. servo. c. 1. in glo. 2.* nec Sacramentum Ordinis datur alicui propter se tantum, sed propter alios. Ecce si benè concipio, mihi videtur, quòd ratio *Jo. An.* & *Pauli* quam ponunt, quare sit credendum Parochiano asserenti se habere licentiam à Curato suo, quòd possit recipere dicta Sacramenta sacerdote etiam Religioso, benè procederet in duobus Sacramentis ibi specificatis, scil. in Sacramento extremæ Unctionis, & Sacramento Eucharistiæ, quæ duo Sacramenta pœnitentibus, & in Foro conscientiæ ministrantur, & propter ipsos recipientes tantum. Sed in tertio Sacramento ibi posito, sc. Solennizationis Matrimonii, mihi videtur, quòd non concernit Forum conscientiæ magis quàm Sacramentum Ordinis, de quo prædixi; nec concernit recipientes tantum, sed etiam alios, viz. prolem sive sobolem inde suscitandam pro earum legitimatione; & propterea, sicut in Sacramento Ordinis, requiritur, ut fiat plena fides de licentia, ut prædixi: sic erit etiam in Sacramento Matrimonii, cum eadem sit ratio ergo idem erit Jus. *ff. ad l. Aquil. l. illud.*

† *Al.* Cupientes.

n *Eidem.* Sc. Solennizationi.

o *Interesse.* Sc. extra Ecclesiam Parochialem, vel Capellam habentem Jura Parochialia.

p *Integrum.* Computandum à tempore sententiæ Declaratoriæ super hoc ferendæ, in quantum pœna, quæ sequitur, est sententiæ latæ. Alioquin si sit sententiæ ferendæ, computabitur à tempore quo fertur Sententia: pro quo vide quod dicam. *infrà. glo. proxi.*

q *Sit suspensus.* Sc. ipso facto, ut patet *infrà. c. proxi. ad finem. Quando Canon dicit sententiam latam.* Sed quia *Glossa* variæ sunt, quando Canon, vel Constitutio dicatur sententiæ latæ, & quando ferendæ: scias, quòd quandoque Canon, vel Lex loquitur per participium præteriti temporis, & tunc regulariter est sententiæ latæ. sic stat *Glossa. de elec. c. cupientes. §. cæterum. ver. suspensos. per. Jo. li. 6.* Et hoc verum, maximè quando ponitur cum adjuncto, ut *eo ipso*, vel *ipso facto*, vel si dicat *Auctoritate hujus Constitutionis sit ipso Jure privatus*: sic stant Textus & *Glossa. de elec. c. licet Canon. li. 6.* & ibi per *Jo. in vers. privatus.* & facit ad hoc *Glo. de hæreticis. c. quicunque.* Ubi hæc verba, *sit innodatus*, important Excommunicationis Sententiam ipso Jure: ut ibi notat *Jo. An. ver. innodetur.* fallit tamen hoc, ubi alio Jure apparet, quòd sit ferendæ, ut in *c. 2. de fo. compe.* ubi ista verba, *sit Sequestratus*, sunt sententiæ ferendæ & non latæ. Quandoque verba non proferuntur in præteritum: & tunc, si sint verba propria sive declaratoria, est Canon latæ Sententiæ, verbi gratiã, cùm dicitur sic: *Decernimus viribus carere*, maximè si addatur *omnino*, ut *d. c. licet Canon.* ubi sic notatur per *Jo. in verb. carere.* vel si dicat *Decernimus non valere. de elec. c. si cui. ver. valere. per Jo. li. 6.* Si verò verba sint dispositiva, tunc si verba sonent in futurum, & respiciunt actum Judicis, verbi gratiã *priventur, excommunicentur*, & similia debẽt intelligi indubio ferendæ Sententiæ, ut notat *Jo. An. de elec. c. cupientes. §. si vero. ver. priventur. li. 6.* facit ad hoc *Glossa. de reg. Jur.*

---

a eidem b interesse, pœnam Suspensionis b ab Officio per triennium c infligendo, & hujusmodi d contrahentes, e etiamsi nullum subsit impedimentum f pœna debita percellendo. g Quivis etiam Sacerdos, sive Sæcularis sive h Regularis extiterit, qui i Solennizationem Matrimonii extra k Ecclesiam Parochialem absque l Episcopi Diœcesani m speciali licentia celebrare præsumpserit, aut n eidem o interesse, per annum p integrum ab Officio q sit suspensus.

Quicunque Matrimonia prohibita non ritè solennizant, de facto excommunicentur, & quater singulis annis publicentur. Non ritè autem solennizant etiam hi, quicunque extra locum legitimum id faciunt.

Johannes Stratford.

ſtur. c. in penit. li. 6. Fallit tamen hoc, quando junguntur hæc verba, vel ſimilia, *eo ipſo*, vel *ipſo facto*, ut dicit *Glo. Fo. d. c. in penit.* & eſt Textus cum *glo. de elect. ſi religioſus. li. 6.* ibi, *ipſo facto eximibus vacuetur.* Idem ſi dicat, *omnino priventur. de panis. c. in quibuſdam.* vel ſi dicat, *prorſus*, ut notat *glo. Fo. d. c. panis.* & hæc intellige verà, niſi ex ſequentibus vel præcedentibus appareat, quòd ſint latæ Sententiæ, ut eſt Textus *de elec. c. ne pro defectu.* & *c. ti. quiſquis.* in Textu junctâ *Gloſſa. Si* verò verba non reſpiciant actum Judicis, & talia ſint, quòd poſſint trahi ad præteritum & futurum, quia in futurum poſſunt intelligi prout puniunt factum de futuro; ſed factum quando erit factum poſſunt concernere ut de præterito, tunc ſi verba repetiantur in ſimili declaratâ, quòd ſint latæ ſententiæ, latæ intelliguntur, etiam in ſimili materia. Sic ſtat *glo. Extra. de crimine falſi. c. dura.* & in *c. Clericis. ne Clerici vel mo.* junctis *Doct.* ibi, & juncto Textu. 17. *q.* 4. *ſi quis ſuadente.* Si verò non reperitur declaratum, tunc in dubio intelliguntur ferendæ, niſi jungatur tale verbum in oratione cum verbo quo adjicitur in alia pœna verbum *ipſo jure*, quia tunc qualificatur utraque pœna, ut eſt Textus *de vi. & hon. cler. c. ii. li. 6.* & facit ad hoc Lex *jam hoc jure. ff. de vul. & pu. ſubſt.* Sed ſi verba diriguntur ad Canonem provulgantem, intelliguntur latæ ſententiæ; maximè ſi additur verbum *ſtatuimus*, vel ſimile. *de elec. cupientes. §. cæterum.* & ibi per *Fo.* in verbo *excludentes.* ubicunque autem cadit probabilis dubitatio, an ſit ferendæ, an latæ, in dubio debet intelligi ferendæ. Quia hæc eſt mitior pœna; ut notatur dicto *c. cupientes. §. ſi vero. ver. priventur. per Fo. An. li. 6.* Hanc Theoricam ponit *Antonius. Extra. de foro. compet. c. ſi diligenti. ver. & ex hoc nota.*

Diviſio.

a *Humana concupiſcentia.* Iſta eſt Conſtitutio Domini *Johannis Stratford* Archiepiſcopi *Cantuarienſis* & habet quinque partes. In prima ſtatuit contra contrahentes Matrimonia ſcientes aliquod impedimentum ſubeſſe Canonum, vel de eo præſumptionem veriſimilem habentes. In ſecunda ibi, *Sacerdotes*, ſtatuit contra Sacerdotes ſolennizantes talia Matrimonia prohibita, vel etiam licita inter non ſuos Parochianos. In tertia ibi, *Clandeſtina*, ſtatuit contra contrahentes Matrimonia clandeſtina, & ea fieri procurantes, & eis intereſſentes, adjiciendo pœnam in ſingulis caſibus ſupradictis. In quarta ibi, *Et quod quater*, mandat pœnam hujuſmodi quater annis ſingulis publicari. In quinta ibi, *Sane*, declarat Conſtitutionem Prædeceſſoris ſui, alias editam in Concilio Provinciali circa Contractus Matrimoniales.

b *Et infrà.* Hìc deciduntur quædam pericula, & abuſiones, quæ ſæpius contingebant in Contractibus Matrimonialibus, contra quæ hic providetur.

c *Etenim.* Sic itaque futura reſpicit, & non præterita.

d *Matrimonia.* Nunquid idem dicendum ſit in Sponſalibus de futuro? dic quod non: quia hæc Conſtitutio, cum ſit pœnalis, non excedet caſum ſuum; ſic ſentire videtur *Fo. in Coll. Extra. eo. c. cum inhibitio.* Et etiam *Fo. An. in addi.* qui dicit, quòd non ſine Myſterio Author uſus eſt hoc vocabulo, *Matrimonia.* Et aliud eſt promittere contrahere & aliud contrahere, ſecundùm eum *Hoſtienſis* tamen dicit, quòd ex mente Statuentis idem dicendum eſt: nam multis modis talia Sponſalia tacitè confirmantur, & tranſeunt in Matrimonium præſumptum. *Extra. de ſponſ. c. adoleſcentes.* & ſic eadem ratio probationis remanet, ergo idem Jus. *Extra. de tranſla. epiſc. c. inter corporalia.* ſed quod prius dixi, putò verius in caſu hujus Conſtitutionis.

e *Solennizari facientes.* Sed quid ſi tantummodò contraxerunt, ſed non proceſſerunt ad Solennizationē, nunquid incidant in pœnam hujus capituli? videtur quòd non: quia iſta litera requirit duo; ſcilicet Contractum & Solennizationem, ergo non ſufficit alterum intervenire ſine reliquo *Ar.* eorum quæ leguntur & notantur, *de re judi. c. 1. li. 6.* & ibi per *Card. ver. juſtitiam.* & per *Fo. An. ver. prodigus.* In contrarium tamen facit, quia ſcientes impedimenta Canonica ratione quorum prohibetur contrahi Matrimonium, ex ſolo contractu obligantur ad pœnam, licèt ulterius proceſſum non fuerit, *de conſang. & affi. c. 1. in Clem.* & hoc puto verius etiam in hoc caſu. Ratio eſt, quia copula hic poſita copulat inter ea quæ tendunt ad eundem finem, ſive effectum; & ideo ſufficit alterum eorum intervenire, ſecundùm ea quæ ſolent notari per *Doct. de reſcrip. c. 2.* & ibi optimè per *Antonium.* Secus tamen eſſet, ſi tenderent ad diverſos effectus, ut etiam ibi ſolet notari,

f *Impedimenta Canonica.* Nedum Divina, ſed etiam humana, prout notatur 35. *q.* 1. §. *his ita. in glo. Extra. de reſt. ſpol. c. literas. ver. Divina lege.* & impedimenta hujuſmodi plura ſunt, prout notatur per *Inno. Extra. de ſponſ. c. juvenis. prope ſi.* & *in ſum. Fo. An. ſuper li. 4. Decr.* Quid ergo ſi Sententia lata eſt in Cauſa Matrimoniali ſeu Matrimonio, à qua Appellatum eſt ſi Appellans pendente Cauſa Appellationis nubat alteri, nunquid incidit in pœnam hujus Conſtitutionis? Effectus hujus quæſtionis eſt, nunquid talis Sententia poſſit dici impedimentum Canonicum? videtur quòd ſic: quia talis Sententia offendit illum, contra quem lata eſt, ſure verum Matrium ejus pro qua lata eſt, quo præſuppoſito pro vero non poterit tenere Contractus cum alia. *Extra. de offenſ. c. cum inter.* facit ad hoc quia res judicata pro veritate accipitur. *ff. fam. herc. l. cum putarem.* & quia ex Sententia ſit Jus inter partes, *Extra. de re judi. cum inter.* & quia pro Sententia Judicis præſumendum eſt, ſecundum ea quæ leguntur & *no. de temp. c. in præſentia.* Sufficit enim, quòd ſe contrahens habeat ſuſpitionem veriſimilem de impedimento, ut *infrà* dicetur in Textu. In contrarium tamen facit; quia Conſtitutio iſta loquitur de impedimento perpetuo, tali viz. quod non ſolum impedit Matrimonium contrahendum, ſed quod diriminit jam contractum: ſed impedimentum proveniens ex Sententia non eſt hujuſmodi, maximè quando eſt ab ea Appellatum, ergo &c. Hoc patet, quia ſive dicamus quòd Appellatio ſuſpendat ſive extinguat pronunciatum, prout legitur. & *no. ff. ad Turpil. l. 1.* ſatis poſſibile eſt Sententiam ipſam poſſe infirmari, aut ex eiſdem Actis, aut ex de novo in Judicium deducendis, juxta *l. per hanc. C. de temp. & repara. appella.* Sententia igitur non poteſt dici impedimentum perpetuum, niſi ex eventu quo fuerit confirmata. In quo etiam caſu non tranſiret omninò in rem judicatam in præjudicium alterius Matrimonii veri. *Extra. de re judi. c. latæ.* Et hanc partem puto veriorem, ſc. quòd ſic contrahens, ſciens Sententiam prius contra ſe latam, non incidit in pœnam hujus Conſtitutionis, niſi hoc faciat lapſo tempore ad proſequendum; & finiendum ſuam Appellationem, & negligens fuerit in ea proſequenda. Nam tunc Sententia prius lata rata manet; *de appel. c. cum ſit.* & *c. reprehenſibilis.* & *c. ſæpe.* nec obſtat quòd dicitur, res judicata pro veritate accipitur, & quòd ex Sententia ſit Jus inter partes; quia illa vera ſunt, quando non eſt Appellatum, ſed Sententia tranſivit in rem judicatam, ut patet *d. c. cum inter.* nec obſtat, quia præſumitur pro ſententia Judicis. Nam illa præſumptio benè recipit probationem in contrarium, ut patet dicto *c. in præſentia.* Fateor tamen, quòd talis, quia facit contrà tacitum Interdictum Eccleſiæ, aliàs eſt arbitrariè puniendus, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *de ſponſ. c. veniens.* & *c. cum Apoſtolica.*

g *Scientes.* Secundùm rei veritatem. Et hæc ſcientia poteſt comprehendi ex auditu. 3. *q.* 4. *omnibus. in princi. cum glo. 1. de jurejur. c. ex literis. per Inno.* & nimirum ſi ſcienti non ſubvenitur, quia ſeipſum decipit. *ff. quod cum falſo tu. l. 1. in fi.* & ſic habes, quòd ignorantes non ligæ hæc Conſtitutio: quod intellige verum in ignorantia facti probabili, & non affectata, ſcil. quia ignorant inter eos fore impedimentum aliquod. Si verò ignorant Jus, noſcientes illud, quòd eſt impedimentum, fore impedimentum, utputà, ſciunt ſe eſſe † attinentes in quarto gradu, & ſic ſciunt gradum; ignorant tamen in illo gradu contrahere fore prohibitum, tunc ligat ipſos Conſtitutio. *de re. jur. ignorantia. li. 6.* cum ſuis concordantiis. Si verò alter contrahentium ſolus hoc ſciat, ille ſolus ligatur: facit ad hoc 34. *q.* 2. *non ſatis. C. ſo. ma. ſi ignorans.* quia ſi contraxerint ignorantes, poſtea tamen ſciunt impedimentum, & cohabitant, non ligantur, cùm hæc Conſtitutio non puniat cohabitantes, ſed contrahentes, & inter ſe Matrimonium ſolennizari facientes; facit ad hoc *ff. de his qui no. infam. l. quid ergo. in princi. C. de uſuc. tranſfor. l. 1. ad fi. ff. de uſuris. l. qui ſcit. in fine. ff. de bo. liber. l. qui cum major. & de anno. l. 3. §. ſcio.* Sic tamen contrahentes & cohabitantes, carnaliter commiſcentes peccant. *Argu.* ad hoc 1. *q.* 1. *eos. in fi. de ſimonia. ſicut tuis. C. de ince. nupt. l. cum antiq. de ſenten. excommunicatio. Inquiſitioni.* & pro hac materia vide notata *Fo. han. An. de conſangui. & affini. c. eos. ver. ſcienter. in Clem.*

Quæſtio.

MS. Æton. † attingentes.

h *Præſumptionem veriſimilem.* Scire namque, & ſcire debere, æquiparantur. *ff. de acquiren. hære. l. ſi duo.*

i *Eorundem.* Sc. impedimentorum.

k *Sacerdotes.* Secunda pars.

l *Prohibitorum hujuſmodi.* Etiam inter ſuos Parochianos, ut differat à caſu ſequenti.

m *Licitorum.* Id eſt, non prohibitorum. Edictum namque de Matrimonio contrahendo eſt prohibitorium certarum Perſonarum. *de ſponſ. c. cum apud.* alias dici debet permiſſorium: quia quilibet admittitur qui non prohibetur. Quandoque enim Edicta ſunt regulariter permiſſiva; & tunc omnes admittuntur qui non prohibentur: & tale eſt Edictum de Matrimoniis; & de Procura-

toribus. *ff. de procura. l. invitus.* §. 1. Quandoque Edicta sunt prohibitiva, & in illis omnia sunt prohibita, nisi sint expresse concessa: & ita est illud de Collegiis illicitis, & quod notatur *de transla. Epis. c. inter corporalia.* §. *sed neque.*

a *Suos Parochianos.* Quando viz. neuter contrahentium subest ipsi Solennizaturo Matrimonium Jure Parochiali. Quid ergo si unus contrahere volentium sit Parochianus suus, alius verò est de aliena Parochia, an habebit locum pœna hujus Constitutionis, si non interventerit licentia eorum quorum interest, ut *infrà* dicitur? Videtur quòd non; quia istud Statutum quod est pœnale strictè debet intelligi. Unde cum pluraliter loquatur de Parochianis, videtur quòd non habeat locum in uno: ad quod facit *l. delectatio.* § *fi. ff. de verb. sig.* In contrarium tamen facit *ff. de vi bo. rap. l. 2.* §. *sed & si unus. & c. l.* §. *quidait Prætor. ff. de neg. gest. l. 3.* & hoc puto verius. *Ar.* dictarum Legum quæ volunt, quòd Statutum loquens de delicto plurium, habeat etiam locum in delicto unius: & sic sentit *Bart.* in dicto §. *sed & si unius. prælle.*

Quæstio.

b *Diœcesanorum.* Qui cum habeant curam in solidum per totam Diœcesim, possunt licentiam, de qua sequitur, concedere ubique per totam Diœcesim. *Ar.* ad hoc *Extra. de succes. ab intest. c. fi. de sepul. c. 2. per Jo. An.* dic pro hoc ut notatur 10. *q. 1. in summa.* fallit tamen si de consuetudine vel Privilegio Episcopus non possit immediate adiri, sed inferior, ut Archidiaconus. *de offi. ordi. pastoralis. per Jo. An. super glo. 1. & c. ti. c. cum Episcopus in no. li. 6.*

c *Curatorum.* Quoad suos Parochianos tantum: circa quod vide quod scripsi *suprà. c. c. 1. ver. urgente necessitate.*

d *Super hoc.* Sc. super Solennizatione etiam Matrimonii liciti.

e *Licentia.* De qua scil. constare poterit per Epistolam, vel per Testes: quod dic ut dixi *suprà. c. c. 1. ver. Speciali licentia.*

f *Non obtenta.* Et sic non sufficit petere licentiam, nisi realiter obtineatur. Quandoque tamen sufficit petere licentiam, licet non obtineatur. *Extra. de regu. c. licet. glo. magna.*

Multis modis Matrimonium dicitur Clandestinum.

g *Clandestina.* Tertia pars. Et hic scias, quòd Matrimonium dicitur *Clandestinum* multis modis: Primo, quando sit sine Testibus; *Extra. c. c. 2.* Secundo, quando sit sine Solennitate posita. 30. *q.* 5. *c. aliter.* quia sc. Sponsa non ferìtur ab habentibus eam in Dominio, sive potestate, nec traditur dotata, nec postquam ducta est abstineat contrahentes à commixtione carnali biduo, vel triduo. *Si* tamen omnia hæc non intervenerint, non est peccatum. 30. *q.* 5. *c. nostrates. in fi.* Tertio, quia non præmittuntur publicæ Denunciationes, sive Banna publica. *Extra. c. c. cum inhibitio.* & *suprà. c. c. quia ex contractibus.* alios tres modos ponit *Hosti. c. ti. c. 1.* & *Jo. An. in d. c. cum inhibitio.* Et sunt hi in effectu. Primo, quando pubes alteri ligatus contrahit sine licentia Ecclesiæ. *de despons. impube. c. accessit.* & *c. constitebatur.* Secundo, quando impubes contrahit, quamvis de primis Sponsalibus agatur. Tertio, si contrahit pubes contra Interdictum Ecclesiæ specialiter factum, *Extra. de spon. duorum. c. tua.* vel generaliter factum, *Extra. de ma. contract. contra. inter. Eccl. c. 1.* & per totum: & hoc sive Interdictum sit expressum, ut ibi, sive tacitum, ut quia Lis pendet, *Extra. de sponsa. veniens.* & *c. cum Apostolica.* Scias tamen, quòd in quolibet casuum prædictorum tenet Matrimonium contractum quoad Deum, nisi aliud perpetuum impedimentum obstet: quod dic ut notatur *Extra de spon. duorum. c. penulti.*

h *Ecclesiis.* Sc. Parochialibus, vel aliis cum generaliter loquatur.

i *Oratoriis.* Hic vide quod scripsi *suprà. de decimis. c. quam sit. verb. Oratoriis.*

k *Capellis.* Sive Curam animarum habentibus, sive non.

l *Vi vel metu.* Si ergo absque vi vel metu hoc fiat, non habebit locum pœna quæ hic sequitur in casu Celebrationis Matrimonii clandestini. Argumento sumpto à contrario sensu: & potest esse ratio; quia contrahentes clandestinè, & sacerdotes Matrimonia hujusmodi solennizantes, aliàs satis puniuntur, secundùm ea quæ habes *Extra. eo. c. cum inhibitio.* Unde non non esset justum tales duplici pœna conteri, cum una sit sufficiens. *Extra. de judi. c. at si clerici. in fi.* Sed quia interpretatio Communis facit in contrarium, quæ opinatur, quòd etiam contrahentes & solennizantes Matrimonia clandestina, & eis scienter interessentes, etiam nec vi nec metu interveniente incidant in hanc pœnam, ut illam Communem interpretationé defendas, remitto Te ad notata *suprà. de cohabi. cler. & muli. 1. ver. publice.* ubi scripsi quàdo fallit argumentũ à contrario sensu sumptũ.

m *Facientes.* i. e. Compellentes, & intelligas hoc, sive vis sive metus adhibeatur Sacerdoti solennizanti, sive ipsis contrahentibus, sive ipsorum Parentibus, aut amicis, sine quorum consensu forsan ipsi contrahentes talem Solennizationem non subirent.

n *Prædictorum.* Sc. clandestinorum, maximè Bannis non præmissis, aliàs potes intelligere de quibuscunque Matrimoniis contrahi prohibitis ratione alicujus impedimenti Canonici, ut dictum est in *vers. 1. & 2.* ut viz. facientes vi vel metu talia Matrimonia solennizari, vel eis interessentes, & conscii eorundem, incurrant pœnam hic limitatam: sed quod prius dixi reputo verius ex mente Statuentis, & hoc satis apparet ex litera quæ sequitur.

o *Hujusmodi Solennizationi, &c.* Quæ referri habet ad Solennizationem factam vi vel metu, de qua proximè dixit.

p *Interessentes.* Repete quòd est *suprà. scienter.* & sic intelligi potest quod sequitur.

q *Conscii præmissorum.* ut exponatur sic, *scientes præmissa.* vel potes dicere *conscii præmissorum*, etiamsi non interfint, sed fuerint absentes, volentes tamen, & consentientes, quòd talia fiant. Nam consentientes & agentes pari pœna puniendi sunt. *Extra. de offi. deleg. c. 1. cum concor.* ibi in *glo.* Sed secundùm hunc intellectum oportet, quòd habeas in litera sic, *& conscii præmissorum*, Communis tamen litera sic habet *interessentes conscii præmissorum*, & hæc litera est planior, quia secundùm hanc literam nihil subintelligitur quoad interessentes, sed declarat qualis interessentia reprobatur; sed si interponatur hæc Copula, &, sic ut copulat diversa, & ut comprehendat etiam absentes conscios talis Solennizationis, tunc quoad interessentes, oportet subintelligere scienter, ut *suprà* dixi, & ideo planior est litera quæ potest stare sine subintellectu.

r *Et quòd quater.* Quarta pars.

s *Celebrantes.* i. e. Contrahentes vel solennizantes: & sic hæc dictio *Celebrantes* potest referri tam ad eos qui invicem contrahunt, quàm ad eos qui contractum solennizant: & puto quòd in hoc loco sub vocabulo *Celebrantium*, etiam talibus Solennizationibus interessentes, & eas approbantes contineantur. Nam & hoc importat significatio vocabuli *Celebrare.* Est enim *Celebrare* idem quòd *Festivare, Solennizare, Frequentare*, vel *Celebria agere*; quæ omnia locum habent approbativè in ipsis qui talia approbando interfunt: faciunt ad hoc notata *suprà. ne cle. vel mo. c. præsenti. ver. interfit. in prin.*

t *Bannis non editis.* Secundum exigentiam *Decr. cum inhibitio. extra. eo.* vel aliàs secundùm exigentiam Statuti Provincialis in ea parte editi, vel Consuetudinis certum modum hujusmodi Bannorum Editionis limitantis, ut dixi *suprà. eo. c. 1. ver. Solennem editionem.*

u *Aliàs.* Sc. quàm Bannis non editis: & hoc contingere potest quinque modis, ut dixi *suprà. eo. ver. clandestina.*

x *Statutis à Jure.* Hic habes scire, quòd contrahens Matrimonium clandestinè contra Solennitatem illius *c. aliter.* de qua dixi *suprà. c. ver. clandestina.* & non aliter, modicam pœnam meretur à parte Juris, nisi in hoc, quòd sine Benedictione Solenni, vel sine Oblatione in Ecclesia more solito factâ, Sponsus Sponsam suam carnaliter cognoverit. Nam tunc uterque peccat, quia venit contra Consuetudinem generalem Ecclesiæ, & Contemptor Ecclesiasticæ Consuetudinis, sicut Prævaricator Legis Divinæ, punitur. 11. *di. in hu.* Illi verò, qui contrahentes clàm sine Testibus solum delinquùt, merentur aliquando pœnam perpetuæ Excommunicationis, aliquando perpetui Adulterii, sc. si antequàm Contractum inter eos initum publicaverint, ad secunda vota transierint. *de sen. excommuni. c. inquisitioni. de rest. spol. c. literas.* §. *porro.* In tertio casu, sc. quando non eduntur Banna, tunc habet locum quod legitur *Extra. c. ti. c. cum inhibitio.* In quarto casu, quando sc. Pubes contraxit sine licentia Episcopi, qui prius fuit alteri † alligatus, etiam solum ex contractu sponsalitio, puniendi sunt contrahentes arbitrariè, & etiam alii suam præsentiam exhibentes scienter, secus tamen si ignoranter. *Arg.* ad hoc *de despons. impu. c. duo pueri. in fi. de divor. c. porro. 33. q. 2. Seculares.* In quinto casu, ic. quando impubes contrahit sine licentia Episcopi, dic, ut legitur & notatur *de despons. impube. c. si infantes. li. 6.* In sexto casu remitto te ad ea quæ leguntur & notantur *de matri. contract. contra inter. Eccle. per totum.*

MS. Alienation.

† Obligatus.

y *Nihilominus arceantur.* Sic ergo hic habes, quòd Lex sive Constitutio nova imponens pœnam diversam à Legibus antiquis super certo delicto, non videtur tollere antiquam pœnam, sed potius statuere accumulativè: pro quo vide *glo. Joh. An. in c. licet Canon. de elec. li. 6. vers. privatus. ver. & dico.* juxta quam *Glossam* notat ibi *Dominicus de Sancto Geminiano*, quòd ubi una Constitutio imponit pœnam ipso Jure super actu per antiquam Legem etiam damnato, non intelligitur sublata Lex antiqua, nec pœna antiquæ Legis, quæ potest concurrere cum pœna novæ Legis.

Pœna Legis nova non tollit antiquam

z *Sanè,*

a *Sanc.* Quinta pars.

b *Quia ex Contractibus.* Hanc Constitutionem habes *supra. c. proximo.*

c *Corticem.* i. e. Superficialem intellectum.

d *Multorum.* Supple, minus benè sapientium.

e *Sui fine.* Ibi sc. ubi dicitur, *Quivis etiam Sacerdos, &c. usque in fi.*

f *Dubia.* Quia potest habere duos intellectus diversos, ut scil. unius intellectus sit, sicut litera jacet, quòd Ecclesiæ Parochiales Matrices, extra quas non debeat fieri Solennizatio, de qua dicit hic. Et sic in Capella etiam Curata dependente ab Ecclesia Parochiali non posset hoc fieri, inquendo quòd Capella licet Curata, non tamen dici potest Ecclesia Parochialis, cum à seipsa Principalitatem non habeat, sed ab Ecclesia Parochiali tanquam Matrici dependeat, secundùm ea quæ aliàs dixi *supra. de Censibus. c. quamvis Lex naturæ. ver. una Ecclesia.* Alius intellectus posset esse, ut etiam talis Capella contineretur sub nomine Ecclesiæ Parochialis. Et iste intellectus hic approbatur, saltem quantum ad eos qui subjacent tali † Ecclesiæ Jure Parochiali.

MS. Æt. tm.

† Capellæ.

g *Obscura.* Hæc obscuritas colligitur eadem ratione quâ & dubietas, de qua præfertur in Glossa præcedenti.

h *Declaramus.* Sic ergo Successor declarat Constitutionem Prædecessoris sui; pro qua materia vide quod scripsi *supra. de consuetu. c. statutum. §. hæc autem. ver. interpretatione.*

i *Vel Capellam.* In hoc habet locum Dèclaratio, ut scil. appellatione *Ecclesiæ Parochialis* contineatur & Capella habens Jura Parochialia.

k *Jura Parochialia.* Quæ & in quibus consistant, notatur plenius per *Ff. An. Extra. de Parochiis. super Rubrica:* & tetigi supra hoc *a. ii. c. 1. ver. Ecclesiis Parochialibus.*

l *Ab antiquo.* Sc. per spatium 40. annorum ad minus, cum Ordinatione Episcopi à principio. *16. q. 1. quia in cunctis.* ubi patet, quòd ad solum Episcopum spectat constituere Ecclesiam, vel Capellam Parochialem. Et hoc verum puto in his Capellis quibus instituitur aliquis ut perpetuus Curatus ejusdem, licèt dependeat talis Capella ab Ecclesia superiori, ut notatur *16. q. 1. c. plures. in princi. per Archid.* Tales namque Capellæ possunt præscribere Decimas, & alia Jura Spiritualia contra Matricem Ecclesiam. *de præscrip. c. ex transmissa.* sin autem in tali Capella non sit institutus proprius Curatus perpetuus, sed remotivus ad libitum Prælati majoris Ecclesiæ, potest nihilominus in casu talis Capella habere Jura Parochialia, videlicet ex Consuetudine præscripta. Consuetudo namque multum potest in transferendo Jus unius Ecclesiæ ad aliam. *Extra. de Decimis. c. dudum. & c. & ad Apostolicæ. & c. cum in tua. & c. cum sint.* Similiter hoc fieri potest ex Compositione. *Extra. de Decimis. c. ex multiplici.* Item ex Privilegio. *de Deci. c. ex transmissa. & c. à nobis.* Item ex Præscriptione, ut dicto *c. cum in tua. & de præscrip. c. de quarta.* cum similibus. Et circa hanc materiam, videlicet quomodo ad Capellam subditam Ecclesiæ Matrici possunt pertinere Decimæ, & alia Jura Parochialia, vide, si placeat, notata per *Anto. de Butrio. de Decimis. c. cum contingat. vers. venis igitur ad secundum. & vers. sequentibus.*

FINIS *Quarti.*

a Sanè quia Constitutio bonæ memoriæ *Simonis Mepham*, quondam *Cantuariensis* Archiepiscopi, Prædecessoris nostri proximi, quæ incipit, *Item* b *Quia ex contractibus*, juxta verborum suorum c corticem opinione d multorum in e sui fine videtur f dubia seu g obscura, ipsam Constitutionem reddere pro futuro cupientes indubiam, eam sic intelligendam fore, hoc approbante Concilio, h Declaramus, quòd quivis Sacerdos, Sæcularis vel Regularis, qui Solennizationi Matrimonii extra Parochialem Ecclesiam i vel Capellam habentem k Jura Parochialia sibi competentia l ab antiquo, interesse præsumpserit, pœnam in ea latam subeat ipso facto.

m *Sint in quolibet.* Hæc est Constitutio *Edmundi* Archiepiscopi, & facit ad tertiam partem Rubricæ, *ti. de denunciationibus.*

n *Decanatu.* Scil. Rurali.

o *Duo vel tres.* Supple, ad assignationem Archiepiscopi, ut infrà sequitur. Et hæc Constitutio aliquid adjicere videtur ultra id quod legitur *Extra. eo. c. sicut olim.* quod loquitur de Personis idoneis, providis, &c. & honestis per singulas Dioeceses ad ea ia in Concilio Generali referenda assignandis. Hic autem Ordinat, ut tales Personæ usque ad numerum hic limitatum sint non solum in Diœcesi, sed in singulis Decanatibus, qui per singulas Diœceses solent esse plures vel pauciores, secundum latitudinem & amplitudinem ipsarum Diœcesium. Et sic potest ista Constitutio intelligi de talibus viris ordinandis per Provinciam. Sed hoc non dicit hæc litera, quia non loquitur de Provincia, sed generaliter, non faciendo mentionem de Provincia vel de Diœcesi. Quòd autem tales deputentur in Diœcesi Archiepiscopi satis convenit Juri, ut *no. Cardi. de offi. ordi. c. 1. ver. suffraganeorum. li. 6.* Et vide quod dicam *infrà. e. ver. mandatum Episcopi.*

LIBER QUINTUS.

TIT. I.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denuncitionibus.

Quod excessus Clericorum per Viros ad hoc deputatos ad Archiepiscopum renunciari debeant.

Edmundus.

p *Deum habentes præ Oculis. Extra. e. c. qualiter & quando. 1. de re judi. c. 1. li. 6.*

q *Excessus publicos.* i. e. Notorios, de quibus magna & publica regnat infamia: nam tales, de quibus hic loquitur, & *Extra. eo. c. sicut olim.* referre habent solum ea de quibus fama laborat, & talibus, etiam licèt jurati non sint, creditur in notoriis, & aliis quibus assistere debent Judici. *ff. ad Turpil. l. ab accusa. §. nunciatores.* & in talibus eis creditur sine inscriptione. *4. q. 4. §. aliquando. & C. de accusa. l. ea quidem.* Si verò excessus non sint notorii, non crederetur uni Officiali, nisi probetur. *C. e. ti. 1. singuli.* juratis tamen, ex quo plures sunt, creditur quousque reprobentur. *Extra. de Test. cogen. c. præterea.*

r *Prælatorum.* Sc. Episcoporum, qui inquantum Suffraganei sunt, subjacent immediatè Archiepiscopo, & ejus Officiali, & etiam Officiales ipsorum Episcoporum, quod dic ut legitur & *vide de offi. vica. c. 1. li. 6.*

s *Aliorum Clericorum.* Sc. subditorum ipsorum Suffraganeorum, & ad effectum quòd hujusmodi excessuum correctio debitè fiat, in Concilio Provinciali bene procedit, quòd hic ordinatur, secundùm ea quæ leguntur & *no. Extra. eo. sicut olim.* non tamen ut Archiepiscopus, seu ejus Officialis eos corrigat, vel in eos Jurisdictionem exerceat, nisi in casibus notatis per *Ber.* & alios Doctores. *Extra. de offi. ordi. c. pastoralis. de sup. neg. prala. c. unico. per Cardi. li. 6.* & vide quæ dicam *infrà. glo. proxi.*

t *Mandatum Archiepiscopi.* Contra hoc opponitur *de offi. ordi. c. 1. li. 6.* ubi patet, quòd Archiepiscopus non potest deputare Officiales foraneos in Diœcesi Suffraganeorum suorum. Nam cum ipse Archiepiscopus non possit in tali Diœcesi talere, non potest ibi Officiale constituere, nec potest ibi aliquid exercere qd concernit Potestatem Judicialem, ut ibi innuitur. Solutio. Illud locum habet quando tales Officiales deputantur sic, ut ibi habeant Jurisdictionem, qd non licet, ut ibi dicitur. Hic verò loquitur de talibus, qui nullam Jurisdictionem exercebunt, sicut aliàs legitur *Extra. e. c. sicut olim.* Sed tamen denunciabunt Archiepiscopo, vel ejus Officiali excessus publicos & notorios, in quibus, eo quòd tales excessus sunt incorrecti, statim deprehenditur negligentia ipsius Diœcesani: sicut aliàs patet *de censibus. c. 1. §. natura. li. 6. & d. c. sicut olim. per Ber. & alios.*

u *Vel ejus Officialis.* Qui habet idem Consistorium cum ipso Archiepiscopo, saltem in his quæ concernunt Potestatem suam Metropoliticam. *de consue. c. non putamus, li. 6.* & idem puto in his quæ concernunt ejus Officium Jure Legationis *Extra. de offi. leg. c. 1.* nam inquantum Archiepiscopus est Legatus natus, non convenit ut ejus potestas in hoc separetur ab his quæ ad ipsum spectant Jure Metropolitico, maximè cum utraque Potestas simul & semel ei accrescat, adeptâ Dignitate Archiepiscopali: & sic una & eadem Dignitas, diverso Jure censeri non debet. *12. q. 2. c. cognovimus.* unde & Jura quæ loquuntur de Archiepiscopo *Remensi*, qui etiam

etiam est Legatus in sua Provincia, ut communiter loquuntur de ejus Officiali, patet exemplum *de offi. ordi. c. 1. §. officiales. & foro compe. c. 1. li. 6. de appel. c. Romana. de pœni. c. 1. de sen. excom. c. Romana. e. li.* ac si Jura vellent innuere, quòd licèt principalis Jurisdictio remaneat in Archiepiscopo & apud eum, secundario tamen ejus exercitium transferrur in ejus Officialem generaliter constitutum: & hoc satis sonat hæc literâ, quæ circa Mandatum hujusmodi patificat Officialé Archiepiscopi ipsi Archiepiscopo, nec reperies in toto Corpore Juris Canonici in aliquo Textu mentionem factam de Auditore causarum Curiæ alicujus Archiepiscopi, sed quòd post ipsum Archiepiscopum quarumcunque causarum in foro suo Judiciali Cognitio, examinatio, & terminatio, perrinere debent ad ejus Officialem Generalem. Fateor tamen quòd licèt hoc conveniens & Juri consonum sit, ut sc. Officialis Archiepiscopi Legari nati exerceat & suppleat vices ipsius Archiepiscopi, in his quæ generaliter ipsius Forum Jurisdictionale concernunt; sicut & alii Officiales Suffraganeorum suorum consimiliter faciunt in his quæ generaliter ad ipsorum Forum pertinent, sicut clarè patet *d. c. Romana. de app. li. 6.* Debet tamen hujusmodi Officialis in rescribendo ad appellationes vel querelas uno modo vel alio interpositas, secundum earum qualitatem rescribere, ut scil. in his quæ spectant ad Archiepiscopum Jure Legationis; aliquid in Rescripto inseratur, per quod sciri possit, quòd rescribens aliter fundat Jurisdictionem in illo casu quàm in alio, quando sc. scribit Jure Metropolitico: & sic intelligo *c. 1. de offi. leg. præalle.*

Officialis ipsis [a] denuncient.

De Simonia.

Jus Sepultura & Sacramenta Ecclesiastica nulli denegentur ob defectum pecuniæ, nec pro Chrismate quicquam petendum: petens autem Anathema sit.

[a] *Denuncient.* Hic scias, quòd quædam est Denunciatio Evangelica, & ad eam quilibet admittitur, etiam infamis, nisi perseveret in crimine: nullus tamen ad hanc tenetur, nisi sicut ad alia opera pietatis, & in ea requiritur trina Monitio, & est ejus effectus principalis, ut anima salvetur, & non requirit Juris ordinem; & de hac habetur *2. q. 1. si peccaverit.* ubi de materia Denunciationis prolixè tractatur per *Archi.* Alia est Denunciatio Judicialis; & hæc est duplex, quia alia publica alia privata. Publica fit per Officiales Judicis, & solum in notoriis; ut hic, nequerequirit Monitionem præcedentem: de hac notat *Joh. An. Extra. e. sicut. super glo. fi. & nota. 4. q. 4. c. aliquando. per Jo.* Privata est quæ competit læso propter suum interesse, & potest fieri in Foro Sæculari *ff. de offi. procons. l. nec quicquam. §. de plano.* ac etiam in Foro Ecclesiastico. De his tamen quæ possunt expediri in Foro Ecclesiastico, ut si est miserabilis Persona, vel quando conqueritur de eo qui non habet Superiorem, vel de Judice faciente oppressionem. *Authent. ut diffe. judi. §. sin autem. Coll. 9.* Nè si fieret generaliter, omnes Causæ per hanc viam traherentur ad Forum Ecclesiasticum, & requiritur in ea Monitio, si fiat in Foro Ecclesiastico, alias non: & requiritur Ordo Juris, & plena probatio, de hac loquitur *c. novit. Extra. de judi.* ubi de materia Denunciationis tractatur per *Henri. de Bowyco*, sed satis prolixè per *Anto. de Butrio.* Quædam est Denunciatio Canonica, & hæc est duplex: quia quædam est generalis, quædam specialis. Generalis est, quæ fit de eo quod pertinet propriè ad Forum Ecclesiasticum, putà, quia Subditus denunciat Prælatum criminosum, vel aliquos non legitimè in Matrimonio copulatos; & requiritur triplex Monitio, & fit tantum in negotio Ecclesiastico. Specialis est, quæ fit tantum propter proprium interesse, viz. ut aliquis removeatur à Beneficio, quia mihi competit, & requiritur triplex Monitio, & in hac Judex non procedit nisi Parte prosequente. Secus in generali. Quædam est Denunciatio Regularis quæ fit secundùm Consuetudinem Religiosorum: & de hac materia latius videre poteris *de reli. do. c. 1. per Cardi. li. 6. & d. c. si peccaverit. per Archi. de judi. c. novit. per Anto. & in Extravag.* quæ incipit, *Ad reprimendam. per denunciationem. per Bart. Coll. 11.* & ex hac litera habes, quòd non solum Episcopus in sua Diœcesi, sed etiam Archiepiscopus in sua Provincia, potest hujusmodi Denunciatores constituere, & quilibet Ordinarius, sive Judex ad quem pertinet correctio criminum: facit ad hoc *ff. de offi. præfec. vigilum. l. 1. §. quies. C. de decu. l. 1. li. 12.* & facit ad idem *l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turpill. & l. ea quidem. C. de accusa.* & Denunciatur potest constitui ille qui admittitur ad accusandum, & non alius: ad quod faciunt *nota. per Ber. Extra. de testibus. c. in causis*, & talis Denunciationis effectus est, ut in crimine gravi non credatur tali Denunciatori, ut patet *de Custo. re. l. Divus.* & dicta *l. 1. C. de Decu. & l. ea quidem. præall.* In levibus tamen delictis creditur talibus, quando deputantur ad referendum illud quod reipsa inveniunt, & verè illud quod ipsi viderint; sic stat *l. 1. §. quies. ff. de offi. Præfecti vigilum.* facit ad hoc *l. levia. ff. de accusa.* Si vero Denunciator non mittitur ad referendum id quod videt, sed id quod reperit ex auditu & fama aliorum, tunc talibus Denunciatoribus non creditur ad condemnationem, sed ad effectum inquirendi: & sic stat *l. divus.* Sed nunquid talis Denunciator debet se subscribere, sicut ille qui accusat? Dic quòd non. Textus est dicta *l. ea quidem. & Extra. e. ij. c. super his*, talis tamen Denunciator, si non probaverit quod denunciata puniendus est extraordinarie, non tamen ad pœnam Talionis; hoc probatur *Extra. de calumnia. c. fi.* cum ibi notatis. Et si Judex virtute talis Denunciationis procedat simpliciter ad infligendum pœnâ, tunc contra Denunciantem possunt opponi exceptiones quæ opponi possent contra accusatorem, dicendo quòd talis non est legitimus Denunciator. Si tamen Judex procedat per inquisitionem, tunc exceptiones ortæ contra personam Denunciatoris cessabunt: hoc probatur *Extra. de simonia c. licet Hely.* Et hæc notantur *ff. de custo. reo. d. l. Divus. per Bart.* ubi etiam videre poteris de aliis dubiis hanc materiam concernentibus.

Multiplex est Denunciatio.

An soli Denunciatori credendū sit.

Quæstio.

Stephanus *in Concilio Oxon. primo.*

[b] FIrmiter Inhibemus, nè cuiquam pro [c] aliqua pecuniâ [d] denegetur, [e] Sepultura, vel [f] Baptismus, vel [g] aliquod Sacramentum Ecclesiasticum, vel etiam Matrimonium contrahendum [h] impediatur,

[b] *Firmiter Inhibemus.* Hæc est Constitutio *Stephani* in Concilio *Oxon* primo, & habet tres partes. In prima prohibet, nè pro aliquo Sacramento ministrando exigatur pecunia. In secunda ibi, *Abhinc*, reprobat, ut aliquid exigatur vel recipiatur pro Chrismate, vel Oleo sancto. In tertia ibi, *Si quis*, adjicit pœnam. *Divisa.*

[c] *Aliqua pecunia. Sc.* solita solui vel recipi in ministratione alicujus Sacramenti.

[d] *Denegetur.* Nec differatur. *Extra. ea. c. ad Apostolicam.*

[e] *Sepultura.* Quæ vendi non debet. *8. q. 2. §. item quæritur per Jo. & c. sibi sequentibus. de sepul. c. abolendæ.* ubi apparet in Textu & in *Glosa* quòd in loco sacro, ut putà, Ecclesia vel Cœmeterio pro Sepultura nihil exigi debet; immo nec pro Officio Sepulturæ, ut notat ibi *Ber.* & hoc verum quoad Officium, quando Clericus ratione Beneficii ad hoc tenetur; secus si non teneatur ratione Beneficii, dummodo non fiat ex pacto, quia tunc esset Simonia. *Extra. e. 21. c. contentum.* secundùm *Hostien. & c. non satis.* Dicit tamen *glo. fi. d. c. abolendæ.* quòd licèt Clerici exigere non possint aliquid pro Sepultura hujusmodi; ergo tamen possunt Laici pias & laudabiles Consuetudines observare. Et adverte secundùm *nota. Hostien. in e. c.* quòd petens Consuetudinem servari debere, sibi caveat. Nam si per eat pro Terra, vel Officio, succumbet, nec proderit sibi allegare Consuetudinem, ut *d. c. abolendæ.* Si autem dicat, quòd pro quolibet mortuo consuevit tantum donari Presbytero vel Ecclesiæ, obtinebit, ut in *c. ad Apostolicam. Extra. e.* & vide *glo.* huic similem *13. q. 2. §. Item quæritur.* Sed quæro nunquid propter debitum defuncti, possit seu debeat differri Sepultura? Dicit *Tancre.* quòd sic in *Anglia*, & sic hoc olim erat Statutum. *Extra. de appel. c. quia fronte.* in parte decisa. Sed ut dicit *Jo. An.* hoc tanquam iniquitatem continens fuit sublatum de Textu. Mors namque omnia solvit. *Auth. de nup. §. deinceps.* nam licèt in vita possit debitor pro debito incarcerari quàdoque, ut *Extra. de solu. c. Odardus.* Cadaver tamen à tali vinculo est solutum per rationem prædictam, ut *ne. Extra. de sepultu. c. ex parte. i. ad fi.* per *Petrum de Ancho.*

Quæstio.

[f] *Baptismus.* Sed quid si Sacerdos nolit aliquem Baptizare nisi data sibi pecunia? Dic secundùm *Tho. in summa. articulo. 2.* prout eum recitat *Jo. in summa confes. li. 1. ti. 1. q. 45.* quòd in casu necessitatis quilibet potest Baptizare. Et quia nullo modo est peccandum; ideo in tali casu perinde habendum est, ac si non esset Sacerdos qui Baptizaret: unde tunc qui gerit curam Pueri, licitè potest eum Baptizare, vel à quocunque alio licitè facere Baptizari: posset tamen licitè à Sacerdote aquam emere, quæ est purum elementum corporale. Sin autem esset adultus qui Baptismum desideraret, & immineret periculum mortis, nec Sacerdos vellet eum sine pretio Baptizare, debet, si possit, per alium Baptizari. Quod si non posset ad alium habere recursum nullo modo deberet pro Baptismo pretium dare, sed potius absque Baptismo fluminis decedere. Supplèretur enim ei ex Baptismo flaminis quod ex Sacramento deesset. Et ad hoc faciunt *nota. per Jo. 1. q. 1. c. Baptizandis.* & ibi per *Archi.*

[g] *Aliquod Sacramentum.* Supple vel Sacramentale: ad quod facit quod legitur & notatur in Constitutione *Othonis. Sacramenta. & c. audiu.* & in Constitutione *Othoboni. Quoniam caca.*

Quæstio.

[h] *Impediatur.* Quid igitur si Sacerdos, cujus Parochianus intendit nubere mulieri alterius Parochiæ, non vult consentire ut Matrimonium hujusmodi Benedicatur extra Parochiam suam, nisi datâ prius pecuniâ vel saltem promissâ? Dic, quòd si talis Sacerdos non intendit vendere licentiam Benedictionis faciendæ, sed providere sibi super portione Oblationum & Proventuum quæ ipsum contingunt de nuptiis, non

et

est Simonia, licèt fortè plus ei detur vel promittatur quàm habiturus esset, si ipsemet illam Benedictionem faceret. Si tamen ex certa scientia majorem exegerit summam, quàm præsumatur debere valere portio ipsum contingens, meritò præsumi potest, quòd non sibi tantum providere voluit de portione sibi debita, & eam ad Firmam dare, sicut aliquando fructus Ecclesiæ dantur ad Firmam, sed etiam licentiam Benedictionis faciendæ vendere. Et similiter sacerdos, qui non vult dare Parochiano suo licentiam alteri confitendi nisi pro pecunia, Simoniam committit. *no. per Fo. in summa confes. li. 1. ti. 1. c. 36.*

a *Quoniam si quid.* Ver. ubi ponitur ratio præmissorum.

b *Consuetū fuerit.* Sc. ab antiquo, & per tempus præscriptibile, licèt ex voluntaria præstatione. Nam ex quo tanto tempore solverunt, præsumuntur prius se ad id voluntariè obligasse, ut notat *Fo. Am. d. c. ad Apostolicam. post Inno.* quem ibi omninò videas pro his quæ concernunt ea quæ in talibus consueta sunt fieri.

c *Erogari.* Sc. tempore ministrationis hujusmodi Sacramentorum.

d *Super hoc.* Scil. quod Consuetum est fieri.

Al. Generali.

e *Posmodum*, i. e. Post ministrationem Sacramenti.

f *Per ordinarium loci.* i. e. Per Episcopū. *Extra. c. ad Apostolicam.* & sic Sacerdos non erit Judex in re propria, sed Diœcesanus si videat Consuetudinem laudabilem & probabilem, ad coërtionem procedat; aliàs abstinebit, secundùm *Fo. Am. d. c. ad Apostolicā, ver. per Episcopū.*

g *Ecclesiis*, Quarum nomine ad earum jura consequenda agere debent, & convenīri possunt earundem Prælati & Curati: *de rescrip. c. edoceri*, cum ibi *no. in gl. super. ver. Officio suo teneantur*, ubi patet, quòd nomine Ecclesiæ continetur Prælatus, & econtra *8. q. 1. Scire debes. ff. de re. du. l. civibus.*

h *Generali Concilio. Extra. e. c. ad Apostolicam.*

i *Absonum.* Secunda Pars.

k *Exigatur.* Sc. à nolente.

l *Erogetur.* Sc. gratis, quod dic ut dixi *suprà. de sacra unctio. c. cum sacri. ver. tradendum.* & *ver. singulis Ecclesiis.*

m *Toties. Extra. e. s. non satis.* & *c. ea quæ.* & *c. intantum.* in Constitutione *Otbonis, Sacramenta*, & in Constitutione *Otboboni. Quoniam cæca.*

n *Si quis verò.* Tertia pars.

o *Contra hæc.* Sc. quæ dicta sunt à principio Capituli.

p *Anathemate.* i. e. Excommunicatione solenni: de quo habes 11. *q. 3. debet.* vel *Anathemate*, i. e. superna maledictione. Sic exponitur 23. *q. 4. Guilisarius. in prin. per Archi. de sen.* & *re judi. c. Apostolica. ver. anathematis. per Archid.* qui ibi dicit, quòd *Anathema* nihil aliud est quàm separatio à Deo. 24. *q. 3.* cerum est.

q *Sit innodatus.* Ipso facto. Quod dic ut dixi *suprà de clandest. desponsa. c. 1. ver. sit suspensus.*

r PRæterea Statuimus. Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens; & non dividitur.

s *Nullus.* Scilicet Abbas, vel Prior, aut alius ad quem pertinet talium receptio.

t *Pro receptione. Concor. Extra. e. c. veniens.* & *c. quoniam.* ubi scire debes, quòd si quæratur An ingrediens Monasterium tempore suæ receptionis, ante, vel post, aliquid absque vitio Simoniæ ipsi Monasterio dare possit? distinguendum est, An hoc faciat pacto interveniente, conditione, vel modo; & sic talia fieri non licet. 1. *q.* 3. *eos.* & *Extra. ut eccle. bene sine dimi. confe. c. unico.* Nullo tamen istorum interveniente dicit *Bern. c. ti. c. tuas nos. super. ver. purè consentiant.* quòd bene licet tempore receptionis ingredienti aliquid offerre, & admittentibus illud recipere ad quod facit *Extra. e. c. tuas nos. de proba. c. in præsentia. de succes. ab intes. c. cum dilectus. in fi.* Et huic dicto *concor. Fo. Vinc. Innc. Goffre.* & *Fo. An. d. c. tuas nos.* & *Archi. d. c. eos. gl. ulti.* Potest tamen in talibus de facili committi Simonia mentalis, quæ vitanda est. Et propterea honestius & securius est nihil dare tempore receptionis: *ar. Furiosum all. per Bern. d. c. tuas nos. 1. q. 1. emendari.* & *q. 1. quàm pio. Extra. e. audivimus. de vi.* & *bone. cleri. c. cum ab omni.* Et hæc intellige vera cessante omni Constitutione. Si tamen fieret per Episcopum Constitutio in Fundatione alicujus Monasterii, quòd quicunque daret tantum, recipiatur ad illam Religionem; sic tamen quòd Constitutio non sit perpetua sed temporalis, nec fiat in fraudem Simoniæ, & sit intentio Constituentis, quod non pro rebus dandis, sed principaliter propter Divinum cultum augmentandum, & Devotionem dantis recipiatur ad Spiritualia, bene tenet talis Constitutio, dum tamen dignus sit ille qui recipitur, aliàs non: *no. in gl. Wil. super Ray. c. ti. §. 12. Pone quod aliquis.* & *per Fo. in summa confes. li. 1. ti. 1. q. 54.*

Nihil pro receptione Religiosi expectatur, & si ob paupertatem domūs habitum solvere teneatur intrans, nihil ultrà recipiatur.

Idem.

u PRæterea Statuimus, Concilio † præsenti approbante, ut x nullus de cætero y pro receptione z alicujus in a Religionis domum, b pecuniam, vel aliud quicquam ab eo c extorquere præsumat, d adeo ut si pro paupertate domūs ingrediens debeat e vestire seipsum, prætextu vestitum nihil ultra f justum pretium ab eo penitùs recipiatur.

u *Alicujus*, Sive viri sive mulieris.

x *Religionis domum.* Ut sc. ibi inter ipsos Religiosos gerat habitum, & inter eos sustentetur.

y *Pecuniam.* i. e. Aliquod temporale. Cum enim omne temporale in pecuniam possit redigi, omne tale nomine pecuniæ continetur. *C. de Contin. pe. l. 2.* & *ar. 1. q. 3. c. totum.*

z *Extorquere.* Id est, à nolente exigere. Sed quid si Consuetudo sit in Monasterio, per quam Taxatum est quantum quilibet ingrediens dare debet, nunquid talis Consuetudo sit approbanda? Dic quòd non. *Extra. eo. c. intantum.* & *c. sicut pro certa.* Sed nunquid dando quod Consuetum est committatur Simonia? Dic, si detur ex conventione, vel compulsione prævia, tunc est Simoniacum. *Extra. e. veniens.* Pro hoc. 1. *q.* 2. §. 1. & *c. quàm pio.* & *c. nullus Abbas.* & per totum. Et idem si ingrediens gratis recipiatur, & postea compellatur ad talem Consuetudinem observandam. *Extra. e. audivimus.* & *c. Jacobus.* Si verò cessante omni compulsione & conventione, gratis datur id quod est Consuetum, tunc non committitur Simonia quoad militantem Ecclesiam, quamvis sit Simoniacum quoad Deum. *ar. Extra. de Usur. c. consuluit.* 14. *q.* 3. *plerique.* & est expressum *Extra. e. c. fi.* Potest tamen, ubi Monasterium est pauper, circa hoc adhibere remedium, ut viz. Monasteriales gratis recipiant ingredientem. Et si non possint ingredienti de necessariis providere, agant contra ingredientis parentis ad alimenta, ad quæ tenentur: ut *no. Extra. de conver. infide. c. ulti.* Vel si parent mortuus sit, agant ad partem Hæreditatis suæ, ut in *Authent. de sanctiss. Episc. §. nullam. coll. 9.* Ita notat *Hostien. in summa. e. ti. §. quæ pœna. ver. quid de monasteriis.* & *Fo. in summa confes. li. 1. ti. 1. q. 51.* & *q. sequenti.* Et *no. Extra. e. c. intantum. per Henricum de Bowyco.*

Quæstio.

Quæstio.

a *Adeo.* Vers.

b *Vestire seipsum.* Hæc paupertas, ut videtur, non posset habere locum nisi inter Mendicantes. Quod dic ut dixi *suprà. de statu Regu. c. Sanctimoniales.* §. *hanc autem. ver. mendicare.*

c *Justum pretium.* Moderandum, supple si oporteat, per Ordinarium loci secundùm qualitatem Personæ ingredientis, & habitus illius Religionis, & secundùm commune pretium panni talis coloris in Patria illa, qua domus ipsa situatur. *ff. ad legem Fal. l. pretia. ff. ad l. Aquil. l. si servum.*

d PRæterea. Hæc est Constitutio *Edmundi* Archiepiscopi, & continet triplicem Prohibitionem circa venalitatem Missarum. Secunda ibi, *Et ne super*, Tertia ibi, *Et ne superflua*, usq; ad finē.

Divisio.

e *Venalitatem Missarum.* Quam non licet facere. 1. *q.* 3. *c. vendentes.*

f *Pro annalibus.* i. e. Missis per annum celebrandis.

g *Tricennalibus.* i. e. Triginta Missis celebrandis. Alias est in Textu *Triennalibus.* i. e. per Triennium celebrandis. Et adverte hanc Prohibitionem fieri, ut scil. aliquid detur, vel legetur pro hujusmodi Missis celebrandis. Nam secundùm *Wil. super Ray.* dare vel recipere aliquid Temporale pro Spirituali Simoniacum est, sive detur pro Sacramento, sive pro Officio, sive pro Oratione, secundùm quòd *ly pro*, notat Appreciationem. Si verò notat causam motivam, non primam vel principalem, sed remotam & occasionalem; tunc licitum est dare vel accipere Temporale pro Spirituali. Et huic dicto concordat *Tho. in summa. ar. 3. Archid. 63. di. Agathosa.* dicit, quòd præpositio *pro*, quandoque notat Appreciationem sive commutationem, & secundùm hoc nunquam concedendum est, quòd Temporale detur pro Spirituali, vel contra

An licitū dare Temporale pro Spirituali.

econtra. Quandoque notat causam efficientem, quandoq; finalem. Ubi ergo aliquis dat vel legat, seu disponit aliquid Temporale pro re Spirituali tanquam pro pretio illius rei Spiritualis, tunc talis dispositio est illicita, quia significat Appreciationem. Si tamen significet causam finalem, ut sc. sit sensus, quòd tale quid detur propter Venerationem Sacramenti, sive propter Venerandum Sacramentum, licitè potest hoc fieri. Similiter si notat causam efficientem, ut sit sensus, quòd tale quid datum sit pro Devotione, quam aliquis habet ad Sacramentum, licitè potest eum monere aliquid dare in perceptione Sacramenti. Unde in casu hujus Constitutionis considerando aliquid dari, vel legari pro Missis celebrandis, sic quòd hæc dictio (*pro*) significet Appreciationem, bene procedit Constitutio hoc fieri prohibens. Aliis autem respectibus supradictis non procedit quod hic dicitur.

a *Missarum.* Idem intelligas de aliis rebus Spiritualibus præsertim Sacramentis & Sacramentalibus.

b *Vel alii.* Sc. Clerici.

c *Dare.* Sc. inter vivos.

d *Legare.* Sc. ut sequitur.

e *In Testamento.* Et ista Constitutio (ut videtur) sumpta est de notatis *Inno. Extra. ne præla. vices suas. c.* 3. qui reprobat, ut pro Annalibus, vel alia Missarum Celebratione detur vel promittatur, aut alias relinquatur aliquid certum. Sit hoc verum quando sit ex pacto personali. Vel sic, ut hæc dictio, *pro*, significet Appreciationem, ut dixi *suprà. e. ver. Tricennalibus.* Si tamen onus fuerit impositum Rei de qua Celebrans recepturus sit Salarium suum, utpurà, si legetur certus reditus ad usum talem, ut ex tali reditu inveniatur Capellanus unus annuatim; & quòd Capellanus recipiens reditum teneatur sub certa forma celebrare vel officiare in Divinis, secus est; quia tunc Res transit cum suo onere. *Extra. de decimis. c. pastoralis. de dona. c. cum dilectus.* Et sic videtur sentire. *Jo. An. Extra. de præben. c. significatum.* Quærit enim ibi quæstionem, An sit licitum pro Anniversario dare vel legare certos reditus, ut de illis fiat Anniversarium? *Inno.* ut prædixi, dixit, quòd non; sed tamen *Hosti.* dicit contrarium: nam aliàs secundum eum infiniti essent Simoniaci, & multæ Ecclesiæ per hoc illaquearentur, cùm quotidie pro Anniversariis relinquuntur. Dicit ergo *Hostiensis* quòd non est licitum convenire per pactum, ut tot Denarii dentur pro certo numero Missarum. Sed quando onus adjicitur Rei sive Spirituali sive Temporali, bene licet, & erit tutius secundùm *Hosti.* ita verba concipere. Relinquo tali Ecclesiæ 10. Libras annuas super tali Domo, vel ducentas Libras ad emendum 10 annuas Libras in Anniversario meo, & inter illos tantum, qui intererunt & officia verint, dividendas secundùm Consuetudinem Ecclesiæ: & 10go Prælatum & Capitulum Ecclesiæ, ut Anniversarium meum faciant sicut decet. Sed contra istud dictum *Hostiensis* posset opponi. Nam res quæ sunt inanimatæ & non sentiunt, non possunt propriè dici onera realia; quia ipsæ res non sunt aptæ suscipere, sed personæ; ut Missæ, Divinum Officium, & similia. Res enim ipsæ hujus Ministerii non sunt capaces. Unde licet verba oneris dirigantur ad res, ut res istæ habeant illud onus, tamen effectus dirigitur ad Personam, ut quòd talis dicat Officium. Non enim inspiciendum est cum quo quis loquatur, sed in quem voluntati intentio dirigatur. *ff. de leg.* 11. *l. cum pater. §. donationis.* Præterea non dicitur onus reale si Persona recipit à re, sed quando res à re. Et ideo differt Ususfructus ab aliis Servitutibus; quia Ususfructus dicitur Servitus Personalis, aliæ reales. Facit quod *nota. in l. Gaius. ff. de annuis legat. & de servitu. l. ut pomum.* Præterea secundùm prædictam opinionem esset facile excludere Simoniam, imponendo sc. onus rei, & dicendo, Quicunq; voluerit habere has 10. Libras, vel tot reditus Fundi mei, dicat tot Missas. Salvando tamen dicta *Hostiensis* & sequacium, posses dicere, quòd quandoque transfertur proprietas rei in Ecclesiam cum prædicto onere, & valet cum talis conditio vel modus Spiritualis sit, ad hoc *Extra. de rer. permuta. c. ad quæstiones.* Quandoque privatus retinet sibi rem, & destinat fructus illi qui dixerit tot Missas, & non valet, quia non est res effecta Sancta Sanctorum, sed primo casu sic: unde postquam res est intra Ecclesiam magis licet adjicere onera illis, qui postea intitulantur in ea, cum res Spiritualis quodammodo cum Spirituali opera permutatur. Et de ista materia, An in Collatione Beneficii vel Promotione possint adjici conditiones & modi, habes notata *Extra. de elec. c. significasti. & 8. q. 3 in Synodo & 100. di. in ea Synodo.*

f *Et ne super.* Secunda Prohibitio.

g *Super hoc.* Sc. pro Annalibus vel Missis celebrandis.

h *Vera.* i. e. Aperta.

i *Palliata.* i. e. Velata.

k *Sacerdotibus.* Sc. sic celebraturis.

l *Aliis.* Sc. ipsorum nomine. Nam qui per alium facit ipsemet fecisse intelligitur, in Regula Juris; *Qui per alium. li.* 6.

m *Prohibemus.* Ratio est, quia tale factum contineret Simoniam: *Extra. e. c. cum in Ecclesiæ corpore. 1. q. 2. quàm pio. de pact. c. ulti.*

n *Et ne superflua.* Tertia Prohibitio.

o *Onerent.* Recipiendo, sc. in se onus Celebrandi tot Annalia ex Conventione.

p *Sacerdotes.* Sive Seculares sive Regulares.

q *Honestè.* Quia forsan propter multitudinem hujusmodi Annalium oporteret sæpius in die celebrare, vel alias Missas dicendas omittere, vel quia evenerit eis aliquis casus, propter quem non possunt cum honestate Missam celebrare.

r *Sufficere non possunt.* Quia plura sunt Annalia quàm Sacerdotes ea celebraturi.

s *Propter quæ.* Sc. Annalia explenda.

t *Ipsos.* Sc. Sacerdotes, qui recipiunt onus hujusmodi Annalium.

u *Sub certo pretio.* Ubi gratiâ, ut det sit oneratus alteri Sacerdoti per annum 10. & sic inter eos erit Locatio & Conductio; cum tamen omnis pactio & conventio in talibus cessare debeat. *Extra. e. cum in Ecclesiæ corpore.* Sed quòd Sacerdos possit locare operas suas, facit *c. significatum. Extra. de præben.* in qua materia *Glossa* ibi distinguit inter habentem Beneficium Ecclesiasticum unde possit vivere, & talis non poterit locare operas suas Spirituales, ut *d. c. cum in Ecclesiæ corpore. 23. di. hû igitur. 21. q. 2. c. ulti.* aliis poterit locare, ut *d. c. significatum.* quod est verum, nisi celebret illâ intentione ut pecuniam recipiat, tunc enim graviter peccaret, licèt Simoniam non committeret, secundùm *Tanc. Joh. An.* remittit ad *nota. de cle. non resid. c. uno. li. 6. in fi. glo. penult. Inno. & Hosti.* de isto articulo plenè tractant *Extra. ne præla. vi. su. c.* 3. ubi dicunt, quòd intitularus non potest locare operas suas Spirituales Parochianis, etiam obtentu sumptuum sine vitio Simoniæ. *Extra. ne. c. sua.* Si tamen egeat, cogentur Parochiani assignare sibi, unde sustentari possit. 16. *q.* 1. *Statuimus. de Paroch. c. ut Dominicis. per Joh. An.* Si verò extra Parochiam locet, & est omnino pauper, quamvis non liceat locare operas Divinas, licèt tamen locare corporales, & potest se astringere ad morandum cum aliquo Domino ad tempus; & serviendum sibi in licitis; putà, scribere, pueros informare, illum associare, & alia similia, quæ possunt fieri salva Ordinis honestate. *Extra. e. c. ne Dei.* Et erit tutius ab hac Promissione excipere operas Spirituales, vel seorsum ab illo contractu Locationis operæ corporalis promittere gratis hanc operam Spiritualem, ut sic contractus invicem non commisceantur. *Extra. de re. permu. c. ad quæstiones.* Et prædicto modo non solum pauper, sed dives locare poterit operas, ut pro Mansione quam facit in Ecclesia, vel aliis Servitiis, vel in recompensationem damnorum quæ sustinet occasione illius moræ, non pro Divinis officiis recipiat pretium. Ista sunt verba *Joh. An. post Innocen. & Hostien. dicto c. significatum.* Ex, quibus patet, quòd Sacerdos non debet mente gerere, nedum verbis exprimere, quòd locet operas Spirituales pro illa mercede quam recipit. sed tunc remanet difficultas. Pone enim, quòd operam suam corporalem de assistiando, scribendo, pueros informando, & similia non conduceret quis pro 10. quia ad hoc non est aptus, sed quia expertus est in officio Divino aliquis conducit eum pro 30. aliàs non conducturus pro 10. & hoc ipsorum quilibet bene novit: Nunquid conscientia eum remordebit, licèt verbis actum aliter appareat inter eos? Certe sic. Deus enim interrogat cor, non verba. Quid ergo erit? Credo in hoc casu differre pauperem à divite sic locantem, ut dives in hoc peccet plus scil. locando pro opera sua Spirituali quàm corporalis opera mereatur. Pauper verò possit, qui potest sibi quærere victum ex honesto artificio, 91. *di. clericus victum. & qui seminat Spiritualia, non est magnum, &c.* ut *cap. cum ex officii. Extra. de præscript.* sic sentit *Petrus. de Ancho. d. c. significatum. ver. Secundo opponitur. ad fi.*

An Sacerdos possit locare operas suas.

x *Conductitios.* Sic dictos, quia operæ eorum ad talia conducuntur.

y *Vel ea.* Sc. Annalia.

z *Vendere.* Forsan pro minori pretio quàm ipsimet vendentes essent recepturi, sic quòd integra commoditas sit remansura penes ementem.

a *Id.* Sc. recipere in se onus plurium Annalium ad quæ explenda non potest honestè sufficere.

a *Suspensio*

a *Suſpenſionis.* Cum ſimpliciter hoc dicat, de qua Suſpenſione debeat intelligi, vide *ſupra. de ſacro unctio. c. cum ſacri. ver. ſuſpenſionis.*

b *Prohibemus.* Circa hanc prohibitionem, & ejus materiam, vide quod legitur, & *no. ſupra. de cele. miſ. c. ſacerdotes.* quod poterit allegari pro contrario. Sed dic, ut ibi.

Diviſio.

c NUlli liceat. Hæc eſt Conſtitutio *Richardi* Archiepiſcopi, & habet duo dicta. In primo ponit Statutum prohibitorium. In ſecundo ibi, *Quod ſi*, adjicit pœnam.

d *Eccleſiam.* Sc. ſemel fundatam, dotatam, & conſecratam.

e *Dotalitatis.* Hæc littera poteſt intelligi diverſimodè. Uno modo ut intelligatur *nomine Dotalitatis*, i. e. Donationis Filiæ Patroni ipſius Eccleſiæ alicui Viro maritandæ, ſic viz. ut Maritus recipiat fructus talis Eccleſiæ in dotem ad ſuſtinendum onera Matrimonii: ſed hoc foret omnino illicitum. Alio modo poteſt intelligi, quòd Jus Patronatûs alicujus Eccleſiæ transferatur in Maritum cum Fundo dotali, ita quòd ipſum Jus Patronatûs tranſeat cum Univerſitate, & hoc non eſſet illicitum. Nam illo modo poteſt Jus Patronatûs vendi: quod dic, ut legitur & *no. Extra. de jure patro. c. ex literis.* Poſſet etiam tale Jus in alium transferri Titulo Donationis: *Extra. de jure patro. c. illud.* etiam in Laicum, dum tamen conſenſus Epiſcopi interveniat. Nam ſine conſenſu Epiſcopi non valet Donatio Juris Patronatûs in Laicum, ut *no. Hoſtien. in ſumma de jure patro. §. qualiter transferatur. ver. donatio.* & ſequenti. Et hoc verum eſt ſecundùm *Joh. An. in d. c. illud.* quando ſcil. Donatio Juris Patronatûs facta eſt †privato, ad quod *all. c. præterea. de Jure Patro.* & *c. 1. e. ti. li. 6.* Eccleſiæ tamen, vel loco Religioſo, benè teneret facta talis Donatio, ut ibi notatur. Vel iſtud quod dicit *nomine Dotalitatis* poteſt intelligi ſic, ſc. ut una Eccleſia non detur in dotem alterius Eccleſiæ de novo fundatæ & dotandæ. Nam Eccleſiæ prius fundatæ & dotatæ non debent amittere ſua Jura priſtina propter novarum Eccleſiarum conſtructionem. *16. q. 1. quicunque.* Poteſt tamen una Eccleſia incorporari, & uniri alteri Eccleſiæ de novo fundatæ, ut ſcil. fructus, & proventus talis Eccleſiæ tranſeant in uſus propriòs Miniſtrorum Eccleſiæ de novo conſtructæ. Et quòd Dos ipſius novæ Eccleſiæ conſiſtat in perceptione fructuum, & proventuum Eccleſiæ antiquæ, facit ad hoc quod legitur, & *no. de exceſſ. prælа. c. ſicut unire.* In hac materia, ſc. utrum Patronus Laicus poſſit dare Jus Eccleſiæ, vel ipſam Eccleſiam, vel quid aliud Juris quod in ea habet, variæ ſunt Opiniones. Pro quibus ſcire debes, quòd Patronus Laicus Eccleſiam dare non poteſt ſine auctoritate Epiſcopi, *ut d. c. illud.* Sed cum conſenſu Epiſcopi benè poteſt. *Extra. de dona. c. paſtoralis.* Et in hoc *concor. Ber. Inno.* & *Hoſti. d. c. illud.* Perſonam tamen idoneam poteſt Laicus Patronus Epiſcopo ad Eccleſiam vacantem præſentare, ſecundùm Diſtinctionem quam ponit *Henricus de Bonyco de Jure patro. c. ſi.* Si verò Laicus Patronus velit dare Jus Patronatûs cum auctoritate & conſenſu Epiſcopi, hoc benè poteſt cuicunque, ſive loco Religioſo, ſive Clerico, ſive Laico. Sed ſi abſque auctoritate ſeu conſenſu Epiſcopi hoc faciat, tunc ſecundùm *Ber. d. c. illud.* cum quo *concor. Inno.* non poteſt. *Hoſti.* tamen dicit, quòd cum conſenſu Epiſcopi poteſt dare cuicunque. *de Jure patro. c. nullus.* & *c. præterea.* ſine auctoritate Epiſcopi, vel conſenſu, loco Religioſo, vel Clerico nomine Eccleſiæ poteſt donare, ſed Laico ſine conſenſu Epiſcopi dare non poteſt, ſecundùm *Hoſti. d. c. illud.* & *e. ti. c. ex inſinuatione*, ubi eſt hoc expreſſum ſecundùm eum: nec etiam Clerico intuitu Perſonæ. Et in hoc *concor. Jo. An. s. ti. c. ſignificaſti. Tanc.* verò *d. c. ex inſinuatione.* tenet, quòd ſi conditio Eccleſiæ fiat deterior per talem Donationem, tunc non valet Donatio facta in privatum, ſine conſenſu Epiſcopi, ut ſi deterior Patronus datur. Et ſic loquitur *c. præterea.* alias benè valet, ſecundùm *Arch. 16. q. 7. pia mentis. in glo. adde quam poteſt patronus* &c. & *de jure patro. c. unico. ver. loco Religioſo. li.* 6. Dicit tamen †*Pbi.* quòd Laicus Laico Jus Patronatûs ſine auctoritate Epiſcopi donare non poteſt, & ſic loquitur *c. præterea.* ſed Clerico ſicut & ſic loquitur dictum *c. ex inſinuatione.* vel loco Religioſo, ut *d. c. illud.* Et eſt ratio, quia per hanc conceſſionem melior fit conditio Eccleſiæ, cum Laici magis conſueverunt gravare Eccleſias, quàm Clerici vel Religioſi. *Ar. 2. q. 7. Laicos.* Item quia Clerici ſi lædant, vel vexant Eccleſias, facilius coërcentur per Eccleſiam. *89. di. indicatum.* Et hæc opinio ſecundùm *Arch.* qui hoc *no. d. c. unico. li. 6.* ibi confirmatur. Et idem tenet *Fo. in ſumma confeſſ. li. 1. ti. 1. q. 84. Henr. de Bonyco. d. c. illud.* dicit, quòd opinio *Hoſti.* poteſt probabiliter ſuſtineri per illud *c. unicum. de jure patro. li. 6.* quod ſtatuit, & concedit Laicum Patronum poſſe conferre Jus Patronatûs eidem, vel alteri Eccleſiæ, aut loco Religioſo abſque conſenſu Epiſcopi; igitur in aliis caſibus denegaſſe videtur. *ar. ff. de judi. l. cum prætor.* & *Extra. de præſump. ei nonne.* Et hoc tenet *Jo. An. d. c. illud.* dicens, ſe credere, quòd non poteſt donari privato ſine conſenſu Epiſcopi, per *dictam Decre. præterea.* & per *dictam Decr. unicam. li. 6.* quæ innuit, hoc eſſe ſpeciale in Eccleſia, vel Religioſo loco.

An Laicus Patronus Jus Patronatus donare poſſit?

†*MS.* Laico.

‡*MS. Hoſt.*

Ne quis Eccleſiam nomine Dotalitatis transferat, vel pro Præſentatione aliquid accipiat.

Idem.

cNUlli liceat dEccleſiam nomine eDotalitatis ad faliquę transferre, vel gpro Præſentatione alicujus Perſonæ pecuniam, vel aliquod haliud Emolumentum ipacto interveniente krecipere. lQuod ſi quis mfecerit, & nin Jure oconvictus vel pconfeſſus fuerit, qipſum, tam rRegiâ quàm sNoſtra freti auctoritate, tPatronatu uejuſdem Eccleſiæ xin perpetuum yprivari Statuimus.

f *Aliquem.* Sive Clericum ſive Laicum.

g *Pro Præſentatione.* Et ſuper hoc debet Præſcoratus præſtare Juramentum, ſi exigatur ab eo. *ſupra. de jurejur. c. 1.* Et vide quod ioi dixi ſuper *ver. Præſentationem.*

h *Aliud Emolumentum.* hic videas qd dixi *ſupra. de jurejur. c. 1. ver. aliquid.*

i *Pacto interveniente.* Circa hoc vide quod dixi *ſupra. de jureju. c. 1. ver. pactionem.*

k *Recipere. in d. c. 1. ſupra. de jureju.* loquitur de dato vel promiſſo ex parte Præſentati; hic autem ſit prohibitio quoad Præſentantem, qui nihil ei occaſione debet recipere, ut hic dicitur. Et circa hoc vide quod dixi *ſupra. d. c. 1. ſuper ver. aliquid. in prin.* Et vide pro hoc, quod legitur & notatur in Conſtitutione *Urbboni, Quia plerumque* ubi ſtatuitur, quod talia pacta viribus omninò carent, & carere debent.

l *Quod ſi quis.* Secunda pars.

m *Fecerit.* Supple, contrarium alicujus præmiſſorum.

n *In jure.* Id eſt, in Judicio, ſive loco in quo Jus redditur. *ff. de juſti. & jure. l. penulti.*

o *Convictus.* Sc. per Teſtes, vel Inſtrumenta, Sententiâ ſuper hoc latâ, *Extra. de cohab. cle. & mu. c. quæſitum.* & *c. veſtra.* & quod requiritur Pronunciatio, habes *de offi. del. c. judex. li. 6.* Et habes ſuper hoc *Gloſſam* notabilem *ff. de jurejur. l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. ver. probatum eſt. per Accurſ.*

p *Confeſſus.* Repete in Jure, & talis confeſſio ſufficit ut factum dicatur notorium, ſicut patet *d. c. veſtra.* Nam confeſſus in Jure pro Judicato habetur. *Extra. de fidejuſ. c. 2. glo. 3.* Scias tamen, quòd confeſſus poſt Litis Conteſtationè condemnari debet per Sententiâ. Sed confeſſo ante Litis Conteſtationem ſolum debet fieri Præceptum de ſolvendo. *de elec. c. dudũ. 2. ver. in jure propoſitam. ff. ad l. Aquil. l. proinde. §. notandum. in glo. 2. q. 1. c. 1. per Jo.* Et talis confeſſio poteſt revocari poſt Præceptũ. *de verb. ſig. c. ex parte. 1. glo. fi.* & non eſt alibi.

q *Ipſum.* Sc. ſic conjunctum vel confeſſum.

r *Regia.* Sume quod eſt *infrà. auctoriate*, quæ intervenit in hac parte, quantum de facto Rex *Angliæ* cognoſcitur in Cauſâ Juris Patronatus, & dicit hanc Cauſam ad Forum ſuum pertinere, cum tamen contrarium ſit verum de Jure Canonico, per ea quæ leguntur & *no. Extra. de judi. c. quanto.*

s *Noſtrâ.* Sc. Metropolitica, inquantum hoc actum ſit in Concit *Patronatu.* Id eſt, Jure Patronatûs. (lio Provinciali.

u *Ejuſdem Eccleſiæ.* Quam ſcil. in alium tranſtulerit nomine Dotalitatis, vel aliàs pro Præſentatione ad eam aliquid receperit pacto interveniente.

x *In perpetuum.* Iſtud poteſt dupliciter exponi. Uno modo ut dicatur *in perpetuum*, i.e. ad tempus vitæ ſuæ. *ff. pro ſocio l. 1.* Alio modo ut intelligatur *in perpetuum*, i.e. ſine temporis præfinitione. *C. de diverſis. reſcrip. l. falſo. ff. de excep. doli. l. pure. §. 1.* ſecundùm quem intellectum videretur, quòd ejus hæredes etiam privarentur hujuſmodi Patronatu, quod eſſet inconveniens: nam aliquem ſine culpa ſua puniri, grave eſſet, 30. *di. ſatis perverſum.* quod dic ut legitur & *no. de Reg. Furũ. c. ſine culpa. li. 6.* Et ideo in hoc caſu mihi videtur primam expoſitionem fore veriorem, ut ſc. non extendatur ad hæredem, quia regulare eſt, quòd filius non debeat puniri pro crimine Patris. *C. ne filius pro patre.* Fallit tamen ubi Jura expreſſe cavent Filium puniri pro delicto Patris, ſicut eſt videre in pluribus Juribus, viz. *C. ad l. Jul. Maje. l. quiſquis. de hære. c. 2. li. 6.* ubi de hoc per *Fo. An. in ver. filii. Extra. de pœnis. c. in quibuſdam.* & cum privatio, de qua hic loquitur, poteſt intelligi duobus modis; uno modo, viz. ad vitam ſolummodo delinquentis; Alio modo, ut ſc. extendatur ad ſuos poſteros, intelligam de mitiori & benigniori pœna. *de Re. juris. c. in pœnis.* cum ibi notatis. *per Doct. li. 6.* maximè cum non fiat mentio de hæredibus, ut aliàs patet *d. c. in quibuſdam. ver. hæredi. per Bern.* & ad hoc optimè facit Textus in *§. ſi. Authent. de Capitulis Corradi. Coll. 10.* Ut tamen clariorem habeas notitiam, quando propter delictum Patris, Filius, & alii Poſteri amittere debeant Jus quod competiit Patri, & ſpeciabiter Jus Patronatûs, ut in caſu iſto, vide *nota. per Henricum. d. c. in quibuſdam. di. ulti.*

In perpetuum capitur dupliciter.

y *Privari.* Per ſententiam, ut videtur, cùm hoc ſonet in futurum, ſecundùm ea quæ dixi *ſupra. de clandeſt. deſponſ. c. 1. ver. ſit ſuſpenſus.* & quia hæc privatio habet relationem ad Judicem hic pronunciare debentem, & non ad verba propria ipſius Statuentis, ut ibi dixi.

Divisio.

[a] *Vtomnis.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi edita in Concilio *Oxon*, & habet tres partes. In prima prohibet Beneficium vel Officium, quod consistit in merè Spiritualibus, dari ad Firmam. In secunda ibi, *Si verò*, statuit quid fieri debeat, ubi reditus Temporales sunt annexi. In tertia ibi, *Si quis*, limitat pœnam contrafacientibus.

Officium, quod in merè Spiritualibus consistit, nulli detur ad Firmam, sed licet reditum annexum sic dare; Transgressor autem convictus per annum suspendatur ab Officio.

Stephanus *in Concilio Oxoniensi.*

[a] VTomnis [b] Cupiditatis & [c] avaritiæ [d] cultus expellatur ab Ecclesiæ Dei [e] Ministris, Statuimus, ut Archidiaconatus, vel [f] Decanatus, vel aliquid [g] Officium quod in Spiritualibus [h] merè consistit, [i] nulli detur [k] ad Firmam. [l] Si verò certus [m] reditus huic Officio sit annexus, [n] ille de Superioris [o] licentia dari possit ad Firmam, sicut de aliis Beneficiis est [p] Statutum. [q] Si quis autem contra præsens Statutum Nostrum venire præsumpserit, Archidiaconus, vel Decanus, hujusmodive [r] Officium habens, & [s] super hoc [t] Canonicè si fuerit convictus per [u] Episcopum suum à [x] tali Officio [y] suspendatur per annum, & alius [z] interim [a] constituatur, qui discretè gerat [b] vices illius.

Cupiditas semper sonat in malum.

[b] *Cupiditatis.* Quæ est radix omnium malorum. 47. *di. c. bonorum. de pœ. di.* 2. *quia radix.* & in Prœmio *Decre. super ver. cupiditas.* & dic, ut in *c. nam concupiscentiam. de consti. per Ber.* Et nota, quòd Cupiditas nisi addatur *cujus rei* semper sonat in malum; & dicitur *Cupidus* qui aliena desiderat. 47. *di. vitium. ver. concupiscentias. per Archi.* & ut dicit *Seneca*, Fortior est qui Cupiditatem vincit quàm qui Hostem subjicit. Et idem ait, Ferocissima pestis est Cupiditas, quæ solet egenos facere quos capit; quia finem quærendi non invenit. Et dicit Canon, quòd mens Cupiditati dedita citò deviat à verò. 83. *di. nihil. & 96. di. bene quidem.* Quòd autem multa mala proveniant ex Cupiditate *no. per Fo. de Athons* in Constitutione *Othonis. Ad eliden dum. ver. nimia cupiditate.* & dicitur cæca, ut ibi *no. in vers. cæcati.* & in Constitutione *Othoboni. Quoniam cæca. in prin.* & in Constitutione *Ita mortalium.* Et quæ sit differentia inter Cupidum, Avarum, & Parcum, notat *Ber. Extra. de consue. c. ex parte. ver. prodigalitatis.*

Avaritiæ plures effectus.

[c] *Avaritiæ.* Quæ est in retinendo; sed Cupiditas est in acquirendo. *ff. de Ædili. Edic. l.* 1. §. *fi. cum glo.* Et qualiter Avarus peccet abscondendo pecunias, nota optimè 47. *di. Sicut hi.* & ibi per *Fo. An. peccat quis in retinendo ultra necessaria, & An pauperes habeant Actionem contra talem.* de materia etiam Avaritiæ plura potes videre notabilia *de elec. c. avaritiæ. ver. cæcitas. per Fo. An. li.* 6. & *e. ver. per Card.* & *glo.* 1. 2. & 3. *per Arch.* Et idem notat *Wil. in Extravag. execrabilis. in Clc.* & ibi benè. Et de Avaritia, & ejus triplici genere notatur 47. *di. sicut hi. per Archid.*

[d] *Cultus.* i. e. Religio, quam credentes adhibent Avari pecuniæ tanquam Deo, & propterea dicitur *Idolorum Servitus, ad Ephe.* 5.

[e] *Dei Ministris.* Id est, Clericis. Et nimirum; est enim magnum Avaritiæ vitium, quia sicut dicit *Beda*, fidem tollit, concordiam dissipat, Charitatem violat, & immunerabilia mala generat, Teste Apostolo qui ait, *Radix omnium malorum est cupiditas.* Avaritia siquidem viscеribus Pietatis caret, Patrem nescit, Matrem ignorat, Fidem & Amicitiam non custodit, Propinquo vel Proximo non miseretur, sed Propinquos velut extraneos abjicit.

[f] *Decanatus.* Scil. quicunque, cui annexa est Jurisdictio Ecclesiastica. *Extra. e. c.* 1.

[g] *Officium.* Qui dicantur habere *Officium*, & quot modis dicitur *Officium*, notat *Archid. de consue. c.* 1. *vers. Duo Officia. li.* 6. & ibi vide quæ sit differentia inter Officium, Dignitatem, & Personatum.

[h] *Merè.* Sic sc. quòd non habeat mixturam Temporalium.

[i] *Nulli.* Sc. neque Clerico neque Laico.

[k] *Ad firmam.* Simile habes in Constitutione *Othoboni. Ecclesiar.* propè finem, & quid hoc significet, dixi *supra. de locato. c. vendentes. ver. de finibus hujusmodi.* & dic, *ad Firmam*, i. e. sub annuo pretio sive censu. *Extra. e. c.* 1. & 2. Si tamen habens Jurisdictionem Spiritualem assignet alicui pro suo Salario certam summam, sic quòd Officialis respondeat sibi pro integro lucro, hoc bene licet. 12. *q.* 2. *charitatem. & c. quicunque. & no. per Bern. Extra. c. c.* 1. Cui *concor. Inno. Hosti. & Fo. An. e. ti. c.* 2. & *Archid.* 1. *q.* 3. *in summa, Glossa suâ ultimâ. & Goffre. in summa. c. ti.* §. *potest autem. & Hostien. c. ti. in summa, circa prin. ver. Item est secunda ratio. & concor. Fo. in summa confes. e. ti. q.* 1. Si autem habens Jurisdictionem talem velit eam committere alteri, sic ut solvat sibi certum pretium, & pro labore suo sibi retineat residuum, hoc non licet; immo recipiens tali modo Officio suo privandus est, & à Clero perpetuò amovendus, secundùm *Hostien. d. c.* 1. Et sic committens potestatem conferendi, tale Officium amittet, ut *d. c.* 1. & hoc verum quamdiu vixerit, *Authen. de capitulis Corradi. c. Item si clericus.* Alias est unicum *c.* & est in §. *fi. Coll.* 10. nihilominus Districtione Canonica percellendus est, i. e. deponendus cum nota infamiæ. Hæc enim est districtio Canonica *Simoniaci.* 1. *q.* 3. *c. si secundùm Hosti. & Fo. An. e. ti. c.* 2. *in fi.* officia verò Spiritualia pro pretio annuo vendi non possunt. *Extra. de Simonia. c. ad nostram.* In Temporalibus verò Officiis licèt turpe lucrum sit ea vèdere, non tamen coëmittitur Simonia, cum non vendantur Spiritualia, nec annexa Spiritualibus. 1. *q.* 3. *Salvator.* Et *no. Extra. de Simonia. c. tua nos. secundùm Innocen. & Hosti. d. c.* 1. & *cõcor. Astex. de Simonia. artic.* 9. *ver. ad hoc nota.* & hoc verum intellige de tali Officio Temporali quod nõ est annexum Spiritualibus, ut est Ballivatus, Castaldia, & hujusmodi: nã tale Officium bene potest certo pretio tradi ad Firmam absque vitio Simoniæ, ut notant *Doctores* prædicti. Si tamen tale Officium Temporale esset annexum Spiritualibus, non liceret illud certo pretio vendere, sicut *nota. de Simonia. c. consulere.* Jurisdictio tamen Temporalis nullo modo potest ad Firmam dari. *Authent. Iudices. sine quo suffra. per totũ. Coll.* 2. & notatur per *Henr. Extra. e. ti. c.* 1. *dist.* 2.

[l] *Si verò.* Secunda pars.

[m] *Reditus.* Sc. Têporalis.

[n] *Ille.* Scil. reditus.

[o] *Licentia.* Secundùm ea quæ leguntur & *no. suprà. de loca. c.* 1.

[p] *Statutum. Suprà. de locato. c.* 1. & 2. *& per totum.*

[q] *Si quis autem.* Tertia pars.

[r] *Officium habens.* Quod sc. consistat in merè Spiritualibus.

[s] *Super hoc.* Sc. violatione hujus Statuti.

[t] *Canonicè convictus.* Sc. per Testes, Instrumenta, vel Confessionem propriam; quod dic ut dixi *suprà. ti. præci. c. ulti. ver. convictus. & glo. sequenti.*

[u] *Episcopum suum.* Et sic Archidiaconus hoc facere non potest, nisi ex speciali Commissione Episcopi.

[x] *Tali Officio.* Sc. Archidiaconatûs vel Decanatûs, vel alio od consistit in merè Spiritualibus: & intelligas *Officio*, i. e. exercitio Officii.

[y] *Suspendatur per annũ. Concor.* 1. *q.* 1. *quicquid.* nihilominus, si excessûs enormitas hoc exposcerit, potest deponi. 81. *di. dictum.*

[z] *Interim.* Id est, durante illo Anno.

[a] *Constituatur. Sc.* per Episcopum.

[b] *Vices.* Id est, Jurisdictionem, sic exponit *Hostien. e. ti. c.* 2. *glo.* 1.

[c] *Reverendissimæ Synodo.* Hæc est Constitutio Domini *Thomæ Arundell*, edita in Concilio *Oxon.* & habet tres partes. In prima prohibet Magistris Artiũ & Grammaticæ, nè doceant vel instruant Discipulos suos de Fide & Sacramentis Ecclesiæ contra determinata per Ecclesiã. In secunda ibi, *Nec permittant*, mandat quòd nõ permittant eos publicè disputare de Fide seu Sacris Ecclesiæ. In tertia ibi, *Contrarium*, providet de pœna contra facientes contrarium. *Divisio.*

[d] *Et infrà.* Sub illa parte Decisa continetur quædam prolixa Haranga, de qua pater in integra, & est pars hujus *suprà. de cle. peregr. c.* 2. & sunt pars hujus omnia Capitula *infrà* in hoc Titulo sequentia, & *infrà. de Hære.* per totum.

[e] *Nova Testa.* Id est, olla, vel alia res sive materia quæcunque, quæ de terra argillosa coquitur, & ponitur hic *vers. per Ber. Extra. de præsump. c. cum juventute. ver. expietur.* & notat, quòd per *Testam* in hoc loco intelligitur Anima pueri nondum informati & eruditi, quæ (ut ait Philosophus) est sicut Tabula rasa sive nuda, in qua nihil est depictum; & ideo antequam sit erudita, oportet, quòd superveniat instructio, sicut notatur per *Wil. eo. ti. c.* 1. *ver. instructionis efficaciam. in Clem.* hæc autem instructio debet esse de virtutibus & operibus virtuosis, & præcipuè pueris quatuor sunt docenda. Primum est, ut exhibeant Deo & Servis ejus Reverentiã. Secundùm est, ut exhibeant Patri Obedientiam. Tertium est, quòd in semetipsis servent Pudicitiam. Quartum est, quòd erga Proximos servent Verecundiam. Et nota, quòd Reverentia erga Deum consistere debet in quatuor, scil. ut Deum timeant, ad Officium Ecclesiasticum conveniant, Orationi insistant, & Confessionem crebrò faciant: & debet talis Doctrina imprimi dum aliquis infans est. Infantia namque est ætas, sicut Cera, flexibilis, & impressionum faciliter receptibilis: unde *Quintilianus l.* 1. *de Institutio-*

Quatuor sunt pueris docenda.

Reverentiæ erga Deum in quatuor consistit.

De Magistris, & Potestate docendi.

Ludimagistri doceant fidei Catholicæ consona, nec sinant Scholasticos contra eam sentire, aut disputando tenere; nec altiora quam sapere possunt tractare: contrarium autem facientes puniantur.

Thomas Arundell.

[c] REverendissimæ Synodo, [d] *& infrà.* Similiter quia id *Quod nova* [e] *Testa*

Institutione Oratoria. Quod durum est citius frangitur quàm flectatur. Ætas (*inquit Quintilianus*) hominis tunc maximè formanda est, cùm simulandi est nescia, & præceptionibus facillimè cedit: fringes enim citius quàm corriges, quæ in pravum duruerunt. De his ponì possunt multa Exempla. Bruta in ætate iuvenili facilius edomantur. Aves domestificantur. Aves captæ in nido melius gatriunt. Et *Horatius* sic ait, *Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.* & hoc est quod sequitur.

capit, [a] *inveterata sapit*, Statuimus, & Ordinamus, quòd [b] Magistri, sive quicunq; [c] docentes [d] in Artibus aut [e] Grammatica [f] pueros, seu [g] alios [h] quoscunque in [i] primitivis scientiis in-

a *Inveterata sapit.* Unde *Vegetius de re mili.* non tantum celerius sed perfectius imbuuntur, quæ à Pueris addiscuntur, propter quod, vix resipiscunt à malâ Consuetudine, qui imbuti sunt peccatis in juvenili ætate, quia non potest Æthiops mutare pellem suam. *Eccl. 6. Fili à Juventute tua accipe Doctrinam, & usque ad canos invenies Sapientiam.*

b *Magistri.* Hi differunt à Doctoribus. Nam *Magistri* dicuntur Liberalium Artium, *Doctores* verò, qui docent ipsa Elementa. *Ar. Extra. de vi. & bone. cle. c. ut quisque. Papias.* dicit quòd *Magister* dicitur major in statione. Nam Sterion *Græcè, Latinè* Statio dicitur, quasi major stans constituatur; & hi debent esse viri idonei & literati, & tales qui docere possent. *Extra. e. c. quia nonnulli.* & si assumptus imperitus est, tenetur. *ff. ad leg. Aquil. l. idem juris.* §. 1. & si docere non possit, reprobari potest, licet alias approbatus sit. *ff. de mu. & hon. l. ut gradatim. ver. reprobari nota.* 37. *di. de quibusdam. in prin. per Archi. Jo. An. in glo. 3. co. ti. c. 2. in Clem.* dicit, quòd Doctores dicuntur in Jure Canonico vel Civili. Magistri verò in Theologia, vel in Artibus.

c *Docentes.* Qui sc. non receperunt Gradum Magisterii.

d *In Artibus.* Sc. liberalibus. Quæ sunt 7. sc. Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria, & Astronomia. de quibus, & ad quod ordinantur *nota.* 37. *di. c. de quibusdam. per Archid. ver. liberalium Artium.* & de his nota versus, quos ponit *Hostiens. in summa. Extra. co. ti. §. quam scientiam. in prin.* hic tamen apparet, quòd per hoc quòd dicit *Artibus*, intelligitur Sophistria, Logica, & Philosophia; ita quòd strictè ster terminus iste, & hoc innuit littera quæ sequitur, aut *Grammatica*, &c. Ac si non comprehenderet Grammaticam sub hoc, quòd dicit *Artibus*, vel hoc dicit, ut magis clareat de intentione Statuentis.

Artes liberales, 7.

e *Grammatica.* Quæ dividitur in Literam, syllabam, dictionem, & orationem, ut ait *Hugo. Didascalicon. parte 2.* & cujus congruitas inspicitur in Jure. *ff. de au. & arger. le. l. Plautius. de rescrip. ad Audientiam. in glo. Ar.* contra 38. *di. quamvis. §. sed licet. & c. scedula.* & hujus artis doctrina potest proficere ad vitam æternam, dum fuerit in meliores usus assumpta. 37. *di. si quis Grammaticam.* ubi dicit *Archid.* quòd Grammatica, Dialectica, & Rhetorica dicuntur Trivium quadam similitudine, quasi triplex via ad idem, sc. eloquentiam, Arithmetica, Musica, Geometria, & Astronomia quadam similitudine dicuntur Quadruvium, quasi quadruplex via in idem, scil. Sapientiam.

f *Pueros.* Infrà ætatem 14. Annorum in Masculis; & qui primò addiscere debent vocem articulatam, literam, syllabam, pedes, accentus, & sic de aliis, sine quibus vix poterint postea instrui in aliis Scientiis.

g *Alios.* Sc. majores 14. Annis in Masculis; 12. verò in Fœminis.

h *Quoscunque.* Etiamsi Fœminæ sint. nam sub vocabulo Masculini generis comprehenditur & Fœmina: pro quo vide Remissiones. *supra. de summa tri. & fi. extr. c. 1. ver. ne quis.* Et pro hujus materiæ Declaratione scire habes, quòd masculinum quandoq; profertur à Lege, quandoque à Statuto, quandoque à Privilegio, quandoq; in Rescripto, quandoq; ab Homine sive in Testamentis, sive in Contractibus, vel aliis Dispositionibus. Primo casu, aut masculinum profertur in materia, quæ non potest Fœmininu sexui convenire, & tunc solus Masculinus sexus includetur. Nam si Lex dicat, *si quis non fecerit se Ordinari incurrat talem pœnam*, nó includitur fœmina, quæ non est capax Ordinum. *de pœ. & re. c. nota.* Aut profertur in materia utriq; congruente; & tunc aut profertur sub Nomine Communis generis, & tunc comprehendit utrumq; ut notat *glo. Jo. An. in Clem. 1. de elect.* unde dicendo *homines*, includit Masculum & Fœminam: & idem notat *Glo. Jo. An super. ver. cuilibet. in Clem. 1. de Regula.* & hoc intellige verum, nisi ex verbis Legis appareat, quòd non intendit sub nomine Communis generis includere nisi Masculinum, & ita procedit *glo. 23. q. 5. hinc Imago.* aut profertur sub nomine Masculini generis; & tunc aut illa vel alia Lege excluditur Fœmina, & non includit Femininum sexum; si verò illa vel alia Lege non excluditur Fœmina, tunc si profertur per verba qualitatis, ut dicendo, *Religiosus*, in materia pœnali non includitur Fœminum. Sic intelligit *Paulus Textus, in Clem. ex. de consangu. & affi.* & allegat Textum *de Simonia. quoniam. §. penúl.* facit Textus 27. *q. 1. impudicas*, ubi exprimit Monachos & Monachas; & assignat *Paulus* rationem. Nam si in materia pœnali nomen qualitatis in Masculino genere prolatum non includit masculinum: aliud ubi mutatur sola qualitas, ut patet *de sen. excommuni. c. si sententia. li. 6.* multo minus includit Fœminium, ubi mutatur qualitas & sexus. Aut non profertur per verba qualitativa, sed substantifica: & tunc in materia favorabili & etiam odiosa odio rationabili includitur etiam Fœmina, ut probat *glo. 2. Jo. An. de elect. c. generali. in fi. li. 6.* Ratio est, quia ita peccant Fœminæ sicut Masculi, licet quandoq; minus puniatur, ut notat *Archi. 17. q. 4. si qui suadente.* Si verò materia sit odiosa odio irrationabili, tunc non comprehenditur, ut *l. quisquis. C. ad l. Jul. Maje.* facit ad hoc *c. ubicunque de pœnis. li. 6.* Super secundo dic, Aut Statutum est conforme Jure Communi, vel præter Jus Commune, & tunc dic idem quod dictum est de Lege: quia talia Statuta recipiunt interpretationem à Jure Communi. *Extra. de consti. c. ex literis. & de Cle. non resi. c. de cætero. & c. ad audientiam.* & ita potest intelligi dictum *Archi. c. si quis suadente.* qui dicit, quòd Statuta Ecclesiastica concipiunt Fœmininum sub Masculino, etiam in materia odiosa: & licet ibi assignet rationem diversitatis inter Statuta Ecclesiastica & Sæcularia, ista videtur melior, quia Ecclesiastici non possunt statuere contra Jus, sed secundum Jus, vel præter: ut *in Cle. ne Romani. de elec.* & talia Statuta recipiunt interpretationem Judicis: ergo sicut Jus extenditur, ita & talia Statuta; Aut Statutum est contra Jus Commune, & tunc istud dependet à dubio, an quando Masculinum concipit Fœminium, hoc faciat ex propria significatione vocabuli, an ex interpretata & lata significatione. *Archid. in d. c. si quis.* tenet, quòd sit potius ex interpretata. *all. ff. de verb. sig. quisquis.* & ita tenet *glo. in d. l.* Sed dicit Dominus *Fob. de Imola.* quòd *Bart.* ibi distinguit: quia quædam sunt nomina masculina quæ habent separatum nomen Femininum, ut equus & equa, Rex & Regina, *de offi. deleg. c. fi. §. 1. li. 6.* & tunc eodem casu quo comprehendit Fœmininum est ex interpretatione, ut *l. pronunciatio. ff. de verb. sig.* Quædam sunt nomina Communia, ut homo, & tunc comprehendit Fœminium ex propria significatione, ut *l. hominis. ff. de verb. sig.* & notat *glo. Jo. An. in Clc. 1. de elect.* Quædam sunt signa adjectiva, ut quisquis, quilibet, siquis, & similia quæ respiciunt aliam substantiam; & tunc si adjiciantur termino Communi, Masculinum concipit Fœmininum ex propria significatione, ut *d. l. hominis.* Si adjiciatur signo Masculino concipit ex interpretatione, ut dicta *l. pronunciatio.* Si proferatur indeterminatè, ut dicendo, *si quis rapuerit*; & tunc oportet, quòd habeat determinationem à signo Communi, ut intelligatur si quis homo; & per consequens ex propria significatione comprehendit per superius dicta; & hoc probat Textus in dicta *l. quisquis. ff. de verb. sig.* ubi dicit apertè, verbum hujusmodi *si quis*, Fœminam comprehendit: non autem dicit ad Fœminium porrigitur vel extenditur; & licet diceremus quòd esset interpretativa, tamen haberet locum in Statutis, quia est interpretatio passiva, quæ habet locum in Statutis, ut *no. Bart. in l. omnes populi. ff. de justi. & ju.* Unde ex præmissis potest fieri conclusio, quod quando Masculinum profertur à Statuto sub termino Communi, vel quando profertur cum termino singulari, idem est dicendum quod dictum est *supra* de Jure Communi. Si autem profertur sub nomine Masculino, tunc non cõprehendit Fœmininum, ex quo exorbitat à Jure Communi per supradicta; & per hoc infertur, quòd si Statutum excludat Matrem ut non succedat Filio, per hoc excluditur ut non succedat Filiæ, ut notat *Archid. in dicto c. si quis suadente.* Tertio casu, quando profertur in Privilegio, *Archi.* ubi *supra* tenet, quòd extendatur. Unde si mihi concessum est Privilegium immunitatis pro me, & filiis meis, vel posteris, includit & Fœminas, & est ratio, quia Privilegium Principis est latè interpretandum, *de verb. sig. olim. de dona. cum dilectus.* quod dicit intelligendum juxta *nota. de consang. & affi. c. quòd dilectio. & per Compost. de rescript. causam quæ.* & sic remanet *Archi.* quasi innuat id quod dixit esse verum, quando Privilegium non concerneret præjudicium tertii; quia si concerneret præjudicium tertii, strictè interpretaretur: posset igitur concludi isto casu prout est dictum *supra* in Statuto, utrum distinguatur vel proferatur per verba Communia vel adjectiva; si per verba Masculini generis distinguatur; quia aut concernit præjudicium contedentis & comprehendit Fœmininum, aut concernit præjudicium tertii, & non comprehendit Fœminium; quia tunc strictè debet fieri interpretatio, ut notatur in locis prælegatis. Quarto casu in Rescriptis *Archi.* ubi *supra* tenet, quòd sub illa clausula *quidam alii*, includitur Fœmina, ut notat *Compost. in c. sedes. de rescrip.* Quinto casu quando profertur ab homine in legatis vel aliis dispositionibus, tunc aut fit expressio sub proprio nomine, & non concipit Fœminium, ut *l. si quis ita cum sua glo. ff. de testa. tute.* & in hoc est secus, si proferatur à Lege jus Cõmune condantes, ut in prima Cõstitutione *C. §. fi. & no. per Dy. in Regula. quod alicui. de Re. Ju. li. 6.* Aut profertur sub nomine appellativo, & tunc aut constat de mente proferentis, & illi standũ est ut in *l. Lucius. §. quæsitũ. ff. de leg. 2.* aut non constat de mente, & tunc aut loquitur in materia favorabili, & includit Fœminium; aut in materia odiosa, & non includit; ut in Juribus *all. in glo. 2. d. c. generali. de elec. per Jo. An. li. 6.* Ista colligunturde dictis *Dominici de Sancto Geminiano. post alios Docto. d. c. generali. de elect. li. 6.*

An masculinum genus includat Fœminium.

i *Primitivis scientiis.* Quæ addisci non possunt sine notitia literarum,

rarum, quarum figuras primò noſcere habent, & ut ſciant eas artificioſe conjungere, & demum rectè pronunciare; prima namque rudimenta tenaciter inhærent pueris, ſive bona ſive mala. Unde *Hieronimi. epiſtola* 87. Ipſa (*inquit*) literarum ſtudia teneris melius inſeruntur ingeniis, idq; penitus inhærere ſoler ſenſibus quod prius ſederit in mente; nec nimis imbui debent doctrinis Poetarum Fabuloſis, nè earum delectationibus illiciantur. Unde narrat *Valerius li.* 6. *c.* 3. *qd Lacedemonii* Libros *Archilonis* à Civitate ſua exportari fecerunt, quia eorum parum verecundâ & pudicam Lectionem arbitrabantur: noluerunt enim eam puerorum ſuorum animis imbui, ne plus moribus nocerent, quàm ingeniis prodeſſent.

a *Fide Catholica.* De qua *ſuprà. de ſum. tri. & fi. ca. c.* 1. *per totum.*

b *Sacramento Altaris.* de quo *ſuprà. de ſum. tri. & fide catb. c. altiſſimus. per totum.*

c *Sacramentis Eccleſiæ.* De quibus *ſuprà. de ſacra. iter. vel non. c. ignorantia.*

d *Theologica.* i.e. Loquête de Deo, vel Scriptura Sacra.

ſtruentes de [a] fide Catholica, [b] Sacramento Altaris, ſeu aliis [c] Sacramentis Eccleſiæ, aut materia aliqua [d] Theologica, [e] contra determinata [f] per Eccleſiam ſe nullatenus intromittant inſtruendo eoſdem, nec de [g] expoſitione Sacræ Scripturæ, niſi in exponendo [h] textum, prout antiquitus fieri [i] conſuevit. [k] Nec permittant [l] Scholares ſuos ſive [m] Diſcipulos de fide Catholica, ſeu Sacramentis Eccleſiæ [n] publicè [o] diſputare, etiam vel [p] occultè. [q] Contrarium autem [r] faciens, ut [s] fautor errorum & [t] ſchiſmatum per loci [u] Ordinarium graviter [x] puniatur.

e *Contra determinata.* Injuriam namque facit Judicio Reverendiſſimæ Synodi, qui ſemel judicata ac rectè diſpoſita revoluere, & publicè diſputare contendit. *C. de ſum. tri. & fi. catho. l. nemo Clericus.* 25. *q.* 2. *cum piæ. & c. Eccleſiaſticæ.* 35. *q.* 9. *loci noſtri.*

f *Per Eccleſiam.* Supple congregatâ in Conciliis Generalibus. *ar. dictæ. l. nemo Clericus.* quæ loquitur de determinatis per Concilium Generale *Chalcedonenſe*: talia namque Concilia Generalia repreſentant univerſalem Eccleſiam, quæ dicitur Catholica. 15. *di. per totum. ubi in c. Sancta Romana.* recitantur Concilia & etiam opuſcula, quæ admittuntur per Eccleſiam: de Conciliis quoque approbatis habetur 16. *di. c. ſexta Synodus.* & quaſi per totum. Et talia Generalia Concilia abſque Auctoritate Sedis Apoſtolicæ congregari non poſſunt. 17. *di. per totum.*

g *Expoſitione Sacræ Scripturæ.* Quæ ſecundùm quatuor ſenſus exponi poteſt, ſc. Hiſtoricè, Tropologicè, Allegoricè, & Anagogicè. Senſus Hiſtoricus eſt, qui narrat Hiſtoriam ſicut res fuit geſta; & ille ſenſus eſt ſatis notus: ſed pro aliis tribus ſenſibus nota hunc verſum. *Credu, amas, ſperas, docet Al, Trop, Anagogia.* Allegoria eſt credendorum; Tropologia amandorum; Anagogia ſperandorum: unde ſenſui Allegorico Reſpondet Fides; Senſui Tropologico Charitas; ſenſui Anagogico Spes. *Verſus.*

h *Textum.* Scilicet ſcripturæ.

i *Conſuevit.* Scil. Grammaticaliter, & ſic ſecundùm ſenſus Myſticos vel Morales non debent eam exponere, quia hoc non pertinet ad ipſorum facultatem ſive doctrinam: & Culpa eſt ſe immiſcere Rei ad ſe non pertinenti. *ff. de Reg. Fu. l. culpa.*

k *Nec permittant.* Secunda pars.

l *Scholares.* Sic dictos à *Schola* quam exercent: vel dicuntur Scholares à *Scholon Græcè*, qd eſt *vacatio Latinè*: & *vacare* in hoc loco nõ ſignificat vacuum eſſe vel fieri, ſed *vacare* idem eſt quod intendere, ut patet in his verſibus. *Verſus.*

Vive vacans ſtudio, quaſi nunquã ſis moriturus.
Vive carens vitiis, quaſi vitâ cras cariturus.

m *Diſcipulos.* Sic dictos à *diſcendo*: & quæ pertineant ad Diſcipulum, ut bene addiſcant, notatur 38. *di. nullus. in fi. per Archid.*

n *Publicè.* Sc. in conſpectu populi: vel *publicè*, i.e. turbis coadunatis & audientibus. *C. de ſum. tri. & fi. Catho. l. nemo. in prin.*

o *Diſputare.* Regulare enim eſt, quòd nemini licet diſputare de fide: fallit tamen ut dicam *infrà. ti. proxi. c. nullus. ver. diſputare præſumat.* ibi videas.

p *Occultè.* i.e. Privatim: cui concordant notata per *Cy. C. de ſum. tri. & fi. catb. l. nemo. ver. Gloſſa quærit.* & in quocunq; Laico habes idem. *de hæreti. c. quicunque. ver. inhibemus. li.* 6.

q *Contrarium.* Tertia pars.

r *Faciens.* Sc. aliter docens, ſe intromittens, inſtruens vel exponens, quàm *ſuprà* dictum eſt.

s *Fautor errorum. Error* enim eſt aliud pro alio putare. 22. *q.* 2. *in quibus. & no.* 38. *di. c. quamvis. glo.* 1. *per Jo.* Eſt enim differentia inter Errorem, Titubationem, Ignorantiam & Neſcientiam. Nam *Ignorantia* *Ignorantia* in mala parte ſumitur, quando quis ſcire debet qd ignorat. *Neſcientia.* *Neſcientia* accipitur in bona & in mala ſignificatione, nam omnis ignorans neſcit, ſed non è contra, ut *d. c. quamvis.* & ſic iſta duo verba copulantur. *C. per quas perſo. nobis acqui. l. ſi duo.* Sed *error* eſt aliud pro alio putare, ut *ſuprà dixi.* & ſic *errare* eſt aliud quàm *ignorare*, & hoc ex eo patet quòd dicitur, quòd poſſeſſio acquiritur ignoranti. *ff. de acqui. poſſ. l. ſi me.* Titubatio eſt cũ hinc inde diverſa & cõtraria ſcire videar. Nam alicui eorum animum magis applico. Et ſic *no. ff. de juris. & facti igno. ſuper Rubrica.* Et *no. per Archid. d. c. in quibus. & in Regula Furis ignorantia. de Reg. Fu. per Jo. li.* 6. *Error.* *Titubatio.*

t *Schiſmatum. Schiſma* eſt receſſus ab Eccleſia in parte vel in toto, vel aliàs *Schiſma* eſt illicita diſceſſio eorum inter quos unitas eſſe debet, ſeu illicitus ab univerſitate vel unitate diſceſſus ſecundùm *Goffre.* Vel *Schiſma* eſt illicita diviſio per inobedientiam ab unitate Eccleſiæ facta. 24. *q.* 3. *c. inter Schiſma.* & in principio differt ab Hæreſi: nam *Hæreſis* in ſui principio habet perverſum dogma, quod non habet Schiſma. Sed ſi perduret, cadit in Hæreſim: quia fingit ſe ab Eccleſia rectè receſſiſſe, & ideo cenſetur Hæreticus, ut *d. c. inter Schiſma.* & *no. de Schiſmati. c.* 1. & 2. *per Hoſtien. in ſummâ.* *Schiſma.*

Johannis Wickliff, aut alterius liber novus non interpretabitur, donec à 12. *Univerſitatis delectis ſuppoſitis approbatus fuerit, aut tranſgreſſor fautor Hæreſeos cenſeatur.*

Idem.

[y] QUia inſuper nova via frequentius ſeducit [z] quàm antiqua, Volumus, & Ordinamus, quòd nullus [a] Libellus ſive [b] Tractatus per [c] *Johannem Wickliff*, aut [d] alium quemcunq; [e] tempore ſuo vel [f] citra noviter compoſitus, ſive in poſterum componendus, amodò [g] legatur in Scho-

u *Ordinarium.* i.e. Epiſcopum Diœceſanum.

x *Puniatur.* Arbitrariè cum pœna non ſit expreſſa. *Extra. de offi. del. c. de cauſis. cum concor. ibi alleg. per Bern.*

y *Quia inſuper.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdé cujus & præcedens, *Diviſa.* habet duo dicta. In primo ponit Statutum. In ſecundò ibi, *Quod ſi quis*, diſponit de pœna infligenda contrafacientibus.

z *Quàm antiqua.* Juxta illud, *Sepe Viatorem nova, non vetus orbita fallit.*

a *Libellus.* i. e. Parvus Liber vel Codex. Alitet in Jure multipliciter ſumitur *Libellus*: quod dic ut *no. de libel. concep. §. quot autem modis. per Specul.*

b *Tractatus.* i.e. Sententia frequenter hac & illac ad libitũ tracta. Et poteſt dici *Tractatus*, Liber elicitus, ſive Tractus de materiis, ſive quæſtiõibus dubitabilibus. *ff. de præſcrip. ver. I. naturalis. §. ſed ſi facio.*

c *Johannem Wickliff.* Hæreſiarcham magnum, qui multas Hæreſes antiquas reſuſcitavit in *Anglia* tempore ſuo, & ex cujus doctrina tota *Bohemia* intoxicata extitit; & eſt de Præſenti intantum, quòd Papa *Martinus* quintus modernus contra ipſius *Bohemos* Fidei Orthodoxæ rebelles Cruciatam erexit hoc anno Domini 1429. ſub ductura Reverendiſſimi Patris Domini *Henrici*, tituli ſancti *Euſebii*, Presbyteri Cardinalis *Angliæ* dicti *Winton*: in partibus *Germaniæ*, *Hungariæ*, & *Bohemiæ* Apoſtolicæ Sedis Legati: & dicti *Johannis Wickliff*, corpus, quod erat ſepultum in Eccleſia Parochiali de *Laterworth. Lincoln:* Diœceſi ubi fuit Rector, de Mandato & Decreto Sedis Apoſtolicæ fuit exhumatum, & ejus oſſa combuſta, cineribus eorundem projectis in proximum amnem ad damnationem & deletionem memoriæ ſuæ, Reverendo Patre Domino *Richardo Flemyng*, *Lincoln.* Epiſcopo moderno præmiſſa exequente, Anno Domini 1428.

d *Alium quemcunque.* Clericum ſive Laicũ in Latina lingua vel alia; generaliter enĩ loquitur, & ideo generaliter ĩtelligi debet. *Extra. de conju. lepro. c.* 2. *glo. antepenul. ff. de alcato. l.* 1. *§. penult.*

e *Tempore ſuo.* Sc. poſtquam incepit Hæreſes ſuas ſeminare uſque ad mortem ejuſdem.

f *Citra.* Id eſt, à tempore mortis ſuæ. Cis enim & *citra* idem ſignificant; niſi quòd *cis* eſt tantum locale, ſed *citra* quandoque temporale, ut hìc, quandoque locale. Item *cis* propriè præponitur propriis nominibus montium & fluviorum, ut *cis Rhenum, cis Alpes.* Sed *citra* præponitur appellativis nominibus locorum, ut *citra Forum*: ſed quãdoq; per improprietatem *cis* præponitur appellativis, *citra* propriis. Et de hac dictione *citra*, habes *ff. ſami. herc. l. ſi filia. §. Papinianus.* *Cis & citra differunt.*

g *Legatur.* Per viam doctrinarionis, ſecus per viam examinationis, vel potes intelligere de ſimplici Lectura, ſecundùm ea quæ continentur *Extra. c. c. cum ex injuncto. in prin. ſub parte Deciſa.* ubi recitatur, quòd in urbe & Diœceſi *Meten.* Laicorum & Mulierũ multitudo non modica Evangelium, Epiſtolas *Pauli*, Pſalterium, Moralia *Job*, & plures alios Libros ſibi fecit in Gallico ſermone transferri, tranſlationem hujuſmodi adeo acceptans, ut ſecretis conventiohibus talia inter ſe Laici & Mulieres eructare præſumerent, & ſibi invicem prædicare; qui etiam eorum aſpernabantur conſortium, qui ſe talibus non immiſcerent, & à ſe reputabant alienos, qui aures & animos ad talia non opponunt. Quo; cum aliqui Parochialium Sacerdotum

ſuper

super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de scripturis, quòd ab his non deberent aliqualiter prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem Sacerdotum suorum fastidiebant, & cum ipsis per eos verbum salutis proponebatur, se habere melius in Libellis suis, & prudentius se posse id eloqui submurmurárunt in occulto. Unde Papa contra tales processit & statuit, prout continetur in Textu illius *c. cum ex injuncto.*

a *Aulis.* i.e. Habitaculis Scholarium in Universitatibus.

b *Hospitiis.* Quæ propriè sunt Scholarium, sed domus Burgentium, secundùm *Jasuen.* Et de hujusmodi Hospitiis fit mentio *Extra. de loca. & conduc. c.* 1. Et Aula & Hospitium in hoc loco supponunt pro eodem.

c *Aliis locis.* Quæ scil. aliis vocabulis nuncupantur; ut pută, Cameris, Introitibus, & hujusmodi.

d *Ipsum.* Sc. Libellum vel Tractatum.

e *Doceatur.* Potest supponere pro eodem quod *suprà* dixit, *legatur.* Est enim de more docentium, ut primò litera legatur, deinde exponendo declaretur, ut melius intelligatur.

f *Nisi.* Excipit ab eo quod prædixit.

g *Universitatem.* In Communi, quæ tamen de difficili in unam concordant Sententiam. *ff. de orig. jur. l.* 2. §. *deinde. cum glo. ff. de acquir. her. l. si quis mihi.* §. 1. *in glo.* Et intelligas hoc fieri per Universitatem quod fit per ejus Regentes, ut patet in *glo. præalle.* Et Jus Universitatis potest consistere in uno. 65. *di. si forte. per Fob.* & ibi per *Arch.* & *Extra. de postul. præla. c. gratum. per Bern.* & *ff. de leg.* 1. *l. si grege. per Barth.*

h *Ex eisdem.* i.e. Ex altera earundem. Non enim sufficeret, quòd essent sex de una Universitate & sex de alia, sicut patet ex litera quæ sequitur ibi.

i *Ipsarum altera.* Et dic, *ipsarum altera*, prout casus contigerit in una vel in alia.

k *Discretione laudabili.* Sic sc. ut Archiepiscopus primò habeat notitiam Personarum hujusmodi eligendarum, & de eis eligendis consentiat. Et nota quòd in hoc casu discretio Archiepiscopi non debet esse affectionata, neque voluntaria, sed laudabilis, i. e. digna laudari, eo quòd ad tale opus examinandum consentit in Personas idoneas, & bonis moribus pollentes. Nec erit electio Universitatis libera, quæ forsan posset deputare ad talem examinationem Personas inhabiles & suspectas.

l *Duxerint eligendas.* Sic igitur electio hujusmodi Personarum pertinet ad Universitatem deliberatione Archiepiscopi super Personis eligendis prius habitâ.

m *Primitus.* i. e. Antequam legatur in Scholis &c, vel aliàs, secundùm ipsum doceatur.

n *Unanimiter A.* e. omnibus & singulis in unam Sententiam convenientibus: & sic non statur majori parti. Quod dic, ut notant *Doctores de constit. c. cum omnes.* & optime ibi per *Henr.*

o *Per eosdem.* Sc. Universitates, vel aliàs per 12. Personas. Et sume quod est *infrà. approbetur* &c. Et optimè facit ad hoc *Extra. e. ti. c. Fraternitatis. cum sua glossa.*

p *Deinde.* Vers. Et dic *deinde*, i. e. post approbationem hujusmodi Universitatum, vel 12. Personarum.

q *Expresse.* Et sic tacita approbatio in hoc casu nõ sufficit. Quomodo autè dicatur aliquid *expresse* fieri, dixi *suprà de postu. c.* 1. *glo. ulti.*

r *Universitatis, nomine.* Cujus vice fungebantur dictæ 12. Personæ.

s *Auctoritate.* Sic ergo auctoritas approbatiõis hujusmodi nõ stat in ipsis 12. Personis, sed in Universitate ipsas eligente; quia dictæ 12. Personæ in facto proprio auctorizare non possent. Quod dic, ut notatur per *Jo. A. de re. eccl. non alie. c.* 2. *ver. mensa sua. in Clem.*

t *Stationariis.* i.e. His, in quorum statione libri sunt expositi ad vendendum. Est enim *Statio* locus ubi naves vel merces tutè stare possunt ad tempus. *ff. de stu. l.* 1. §. *non autem.* Et sic similiter potest *Statio* dici locus ille, ubi aliquis pro tempore exponit aliquas merces venales, *arg. ad hoc. ff. de judi. l. hæres absens.* §. *at si quis.* Et *Statio* dicitur locus ubi stat exercitus congregatus. 1. *Regum* 14. *Veni*, & *transeamus ad Stationem Philistinorum.*

u *Copietur.* Id est, cum labore scribatur, sive exempletur. Copia enim sine labore haberi non potest.

Collatio variè sumitur.

x *Collatione.* i.e. Lectura unius ad alterum, ut sc. concordent sic, quòd neq; plus neq; minus sit in uno quàm in reliquo. Alio modo sumitur *Collatio*, *C. de colla. bono. per totum.* Ibi enim sumitur *Collatio* pro communicatione rei propriæ in Communi, ut *nota. ff. de colla. bona. super Rubrica.* Aliquando ponitur pro erogatione: sicut patet in Collatione Beneficiorum, & notatur *de præben. c. cum in illis*, *ver. Collationem. per Archid. li.* 6.

y *Petentibus.* Id est, quærentibus, vel postulantibus.

z *Justo pretio.* Non secundùm affectionem singularem, sed secundùm Communem æstimationem. *ff. ad l. Fal. l. pretia rerum.* Et debet judicari *justum pretium*, considerata Vicinitate, & Consuetudine locorum, & rei qualitate, secundùm quod notat *Cy. C. de rescin. vendi. l. rem majoris pretii. ver.* 9. *quæritur.* Si tamen Res sit publicè venalis, tanti valet quanti vendi potest. *ff. de condi. furti. l. si servus. cum* Concordantiis ibi positis in *Glossa.* Et hoc verum, quòd res tantum valet quanti vendi potest homini scienti qualitatem rei, ut *l. mortis causa capio. in fi. ff. de dona. causa mortis.* facit *l. si quos. C. de rescin. vendi. no. per Bart. d. l. pretia rerum.* Item intellige quanti vendi potest Communiter, & in loco publico. Et intellige, quòd sic potuerit vendi pluribus hominibus, & pluribus diebus, non una die, vel uno momento, ut *d. l. pretia. in fi.* Et ibi notatur per *glo.* & *per Bart.* Item debet intelligi, quando tractatur de æstimatione rei mobilis; sed quando tractatur de æstimatione rei immobilis, sit æstimatio secundùm *Glossam* posita in *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Dic ut ibi.

a *Detur.* Sc. gratis, sine pretio.

b *Originali.* Sc. Libello vel Tractatu.

c *Extunc.* Id est, à tempore Collationis factæ cum copia.

d *Perpetuo remanente.* Ut ad illud possit haberi recursus in casu quo postea Libellus sive Tractatus ipse, ad extra communicatus, sit defectivus.

e *Quod si quis.* Secunda pars.

f *Seminator Schismatis.* Id est, divisionis ab unitate.

g *Fautor Hæresis.* Sic igitur habes hic unum casũ quo quis dicitur *Fautor Hæresis.* Alius est, quando aliquis in poreſtate Judiciaria sive publica Constitutus omittit condemnatos ab Ecclesia de Hæresi fugare vel punire. 23. *q.* 3. *qui potest.* & *q.* 5. *qui vitiis.* & *q.* 8. *præterea.* Nam si is, qui potest punire Hæreticos, scienter hoc negligit, videtur favere eis. *Extra. de Hæreti. c.* 2. *de bonis. sicut dignum.* §. *illi verò.* Negligere enim, cum possit perturbare perversos, nihil aliud est quàm favere. *ff. ad l. Aquil. l. scientiam. in prin. de noxa. act. l. in omnibus. de sen. ex communi. quanta.* 2. *q.* 7. *negligere.* 87. *di. error.* & dicit Lex, quòd Rectores similì pœna puniuntur, si facinora negligerint vindicare. *C. de Sara.* & *Paga. l.* 1. *in fi.* Nam non caret scrupulo occultæ societatis, qui cum potest, manifesto facinori desinit obviare. *d. c. negligere.* & *c. error. C. de commerciis. l.* 2. *cum similibus.* Alius est in casu qui habetur de Hæreticis. *c. ut officium. in fi. li.* 6. Item privata Persona quæ juravit indicare Hæreticos, & non indicavit, dicitur *Fautor Hæresis.* 11. *q.* 3. *quisquis.* Ad hoc facit 22. *q.* 2. *qui audit.* & *c. hoc videtur.* Is etiam qui non juravit indicare, interrogatus à Judice de Hæreticis, & scienter eos celans, & recusans eos indicare, censebitur Fautor: quia ubi ex debito tenetur quis aliquid indicare, illud scienter celando videtur favere. Sed quilibet Christianus, etiam sine Juramento, tenetur ex debito denunciare Hæreticum, seu indicare, cum teneatur hoc facere in delinquente delicto minori. *ar. ff. de Jure Fisci. l. ex quibusdam.* §. *Divus. de offi. præsi. l. congruit. cum similibus.* Potest etiam quis favere verbo excusando Hæreticum, non ex lubrico linguæ, nec per jocum, sed in conventiculis; vel cum inter laicos dicit illos non esse tales quales dicuntur. Sic etiam privata Persona non capiendo vel non detinendo Hæreticum, si hoc dolosè faciat, intelligitur *Fautor Hæresis.* Et sic stat 23. *q.* 3. *c. si. de senten. excommuni. c. dilectio. ver.* & *quidam.* Secus est, quando hoc non dolosè facit. Et sic stant notata per *Archid. de Hæreticis. c.* 2. *vers. fautores. li.* 6. ubi nota, quod de Advocatis, qui eos defendendo excusant, an dicantur Fautores? Et dicit, quòd falsi excusatores dici debent Fautores, 11. *q.* 3. *timendo.* 2. *q.* 1. §. *fi.* 23. *q.* 3. *c. ita.* Ex quibus duobus Capitulis colligitur, quòd etiam colorate defendens dicendus est favere; scæus si ex lubrico linguæ. *ff. ad l. Jul. Ma. l. famosi.* & idem si joco. *ff. de ac.* & *ob. l. obligationum substantia*, 23. *q.* 2. *quod ait.* Item procurans talibus alimoniam, vel subministrans aliqua, per quæ liberantur, vel alia similia, favere dicitur. 23. *q.* 3. *est injusta. ff. de furt. l. si pignore. de Hæreti. c. accusatus.* §. *sacerdotes. li.* 6. & *c. inquisitionis.* §. *prohibemus.* Item Fautor est, qui talem liberat precibus, 14. *q.* 6. *c.* 1. *ver. illud quæro.* Ista notantur per *Archid. d. c.* 2. *ver. Fautores. de hæret. li.* 6. Et prædicta intelligas in eo, qui scienter talia facit. Nam in omnibus delictis attenditur scientia & propositum *ff. ad l. Cor. de sic. l. 1. cum. Extra. de sen. excommuni. c. cum voluntate. cum similibus.* Alium etiam casum habes, in quo aliquis dicitur Fautor Hæresis *infrà. c. proxi. ad fi.*

Casus quibus quis dicitur Fautor Hæresis.

z *Puniatur.*

a *Puniatur.* Sc. arbitrariè, ut ſequitur.

b *Delicti qualitas.* Pœna namque commenſuranda eſt delicto. 24. q. 1. *non aſſeramus.* Sed pone, quòd quis non edidit aliquem talem Libellum, vel Tractatum erroneo continentem, ſed talem Librum ab alio compoſitum ſcienter recipit, & penes ſe retinet, nunquid per hoc cenſetur Hæreticus ſive credens? Dic quòd non, ſed ſurgit vehemens ſuſpicio Hæreſis, contra eum; quia nullus debet tales Libros ſcienter ſuſcipere, vel tenere, imo magis comburere; vel Epiſcopo reſignare, ut per eum comburantur. *Extra. de ſumma tri. & fi. ea. c. dãnãus. in princ. & in fi. Extra. de hæret. c. Fraternitas.* Cui *concor. C. de epi. & Cle. l. Mathematicos. de hæreti. l. quicunque. 3. q. 1. ſi quis.* Unde propter ſuſpitionẽ quæ oritur contra eum ex retentione talis Libri, erit ſibi indicenda Purgatio, in qua ſi defecerit, erit tanquam Hæreticus puniendus. Qd dic ut notatur *infrà. titu. proxi. c. 1. ve ſ. purgaverit.*

[a] puniatur, prout [b] delicti qualitas flagitabit.

Scriptura Sacra non tranſferatur in linguam vulgarem, nec tranſlata interpretetur, donec rite fuerit examinata, ſub pœna Excommunicationis, & notâ Hæreſeos.

Idem.

[c] PEriculoſa res eſt, teſtante [d] Beato *Hieronymo*, Textum [e] Sacræ Scripturæ de uno in aliud [f] Idioma tranſferre, [g] eò quòd in ipſis tranſlationibus [h] non de facili idem ſenſus in omnibus retinetur, prout idem Beatus *Hieronymus*, etſi inſpiratus fuiſſet, ſe [i] in hoc ſæpius fatetur errâſſe. [k] Statuimus igitur & Ordinamus, ut nemo deinceps Textum aliquem Sacræ Scripturæ [l] auctoritate ſua in linguam Anglicanam vel aliam tranſferat per viam [m] Libri vel Libelli, [n] aut Tractatûs, [o] nec legatur aliquis [p] hujuſmodi Liber, libellus, aut Tractatus jam [q] noviter tempore dicti *Johannis Wickliff*, ſive citra compoſitus, aut in poſterum componendus in parte vel in toto, publicè vel occultè, ſub pœna majoris [r] Excommunicationis, quouſque per loci [s] Diœceſanum, ſeu ſi [t] res exegerit, per [u] Concilium Provinciale ipſa tranſlatio fuerit [x] approbata. [y] Qui verò contra hoc fecerit, ut [z] fautor Hæreſeos & [a] erroris ſimiliter [b] puniatur.

Nemo propoſitiones Hæreſim ſapientes, quamvis per extorſionem verborum, aut inſuetam interpretationem ad Catholicum ſenſum trahi poſſint, proponat, aut aſſerat, ſub Excommunicationis pœna, niſi revocet.

Idem in eodem.

[c] PRæterea cum [d] terminis Philoſophicis aut aliis humanitùs adinventis concludi non poterit omnium terminator, Beatuſq; *Auguſtinus* veras concluſiones, quæ Religioſarum auriù fuerant offenſivæ, ſæpius revocavit, [f] Statuimus, & ſub [g] obteſtatione Divini Judicii Inhibemus ſpe-

Diviſio. c *Periculoſa.* Iſta Conſtitutio eſt ejuſdem cujus & præcedens, & habet quatuor dicta. In primo ponit cauſam motivam ſui Statuti. In ſecundo ibi, *Statuimus*, ſtatuendo prohibet Scripturam Sacram trãsferri in linguam *Anglicanam*, vel aliam, auctoritate propriâ ipſius tranſferentis. In tertio ibi, *Nec legatur*, prohibet uſum ſive lecturam certorum Librorum tranſlatorum. In quarto ibi, *Qui contra fecerit*, adjicit Decretum punibile præmiſſorum.

d *Beato Hieronymo Textum.* Textus eſt Liber Doctorum continens tractatum ſine literæ vel ſententiæ expoſitione. Vel *Textu* eſt ipſe tractatus Libri ſine expoſitione literæ vel ſententiæ, ſecundùm *Fanucn.*

e *Sacræ Scripturæ.* Id eſt, Bibliorum, quæ continent Vetus & Novum Teſtamentum. 9. *diſt. ſi quis neſciat.*

f *Idioma.* i. e. Proprietatem loquendi.

g *Eo quòd.* Verſ.

h *Non de facili.* Simile habes. *ff. de excuſ. tu. l. 1. primo Reſponſo in glo.* ubi patet, quòd propter difficultatem transferendi, aliquando dictio *Græca* ponitur in Legibus *Latinis.* Et facit ad hoc 38. *dis. c. locutio.*

i *In hoc.* Sc. tranſlatione Scripturæ.

k *Statuimus.* Secunda pars.

l *Auctoritate ſua.* i. e. Judicio ſuo. Secus ſi auctoritate Epiſcopi, ut patet *infrà. c. ver. nec legatur.*

m *Libri.* Sc. de novo compilandi, ut patet *infrà. ver. ſequen.* Secus ſi hoc fiat per modum Sermonis publici, exponendo Textum in lingua Vulgari. Et quod dicit, *per viam Libri* intelligere potes ſic, videlicet, ut inde conficiat Librum continentem tota Biblia. Appellatione namque *Libri* ſimpliciter ſumpti continetur Liber completus & integer, & non ſecundùm partes numerales, prout ſæpius unum Volumen dividitur in plures Libros, ut patet in Bibliis. Ad quod facit *ff. de leg. 3. l. librorum.* vel potes intelligere ſic, ut ſcil. unum Librum particularem Textûs Bibliorum tranſferat. Nam talis particularis tranſlatio poterit dici *Libellus*, ut ſequitur.

n *Aut Tractatus.* Sic videlicet, quòd de dictis Doctorum, vel propriis, aliquem Tractatum componat applicando Textum Sacræ Scripturæ, & illius ſenſum transferendo in Anglicum, vel aliud Idioma. Et eodem modo poteſt intelligi, quod dicit de Libro ſive Libello, *ut* ſcil. Textum Sacræ Scripturæ in tali Libro vel Libello applicet, & Textum ipſum tranſferat in aliud Idioma.

o *Nec legatur.* Tertia pars.

p *Hujuſmodi Liber.* Scil. tranſlatus de Textu Sacræ Scripturæ.

q *Noviter.* Sume quod eſt *infrà. compoſitus.* Et ex hoc quòd dicit, *noviter compoſitus*, apparet, quòd Libros, Libellos, vel Tractatus, in Anglicis, vel alio Idiomate prius tranſlatos de Textu Scripturæ legere non eſt prohibitum. *concor. ſupra. co. c. proxi.* §. 1.

r *Excõmunicationis pœna.* Scilicet ferenda, & ſic comminatio eſt.

s *Diœceſanum.* Non igitur poteſt hoc fieri per inferiorem, niſi de ipſius Mandato.

t *Res exegerit.* Quia forſan materiæ in tali Libro, Libello, vel Tractatu contentæ requirunt altiorem indaginem, & plurium ſapientium inveſtigationẽ. Vel quia concernunt Fidem, vel Eccleſiam Univerſalem, & ipſius regimen, & alia hujuſmodi.

u *Concilium Provinciale.* Quòd ſingulis annis ſemel ad minus debet celebrari. *Extra. de accuſ. c. ſicut olim.*

x *Approbata.* Ratio eſt, quia licet nudus Textus Scripturæ fuerit tranſlatus, poteſt tamen transferens in tranſlatione errare. Vel ſi Librum, Libellum, aut Tractatum compilaverit, poteſt, ut frequenter accidit, cum veris falſa & erronea admiſcere.

y *Qui contra fecerit.* Quarta pars.

z *Fautor Hæreſis.* Hîc habes alium caſum præter eos de quibus dixi *ſupra. c. proxi. co. ver. in quo aliquis dicitur Fautor Hæreſis.*

a *Erroris.* Quia præſtat occaſionem aliis inducendi in errorem, qui ex talis Libri, Libelli, vel Tractatus lectura inficerentur.

b *Puniatur.* Fautor enim Hæreſis reddit ſe vehementer ſuſpectum de Hæreſi. Et ex tali ſuſpicione poteſt inquiri contra tales. 13. q. 3. *bi qui.* & poteſt eis Purgatio indici ad arbitrium inquirentis; in qua ſi defecerint, tanquam Hæretici poterunt condemnari. *Extra. de hæret. c. excommunicamus. §. quæ autem. de præſump. c. literas. de purg. ca. c. inter ſollicitudines.* Item talis ſubjacet pœnæ Excommunicationis ipſo Jure. *Extra. de hæret. c. ſicut ait.* Et poſtquàm fuerit ſic excommunicatus, efficitur infamis, & inteſtabilis activè & paſſivè: & tali omnes actus legitimi ſunt penitus interdicti, *Extra. de hæret. c. excommunicamus. §. credentes.* Item nullum Beneficium Eccleſiaſticum poteſt aſſequi. *de hæreti. c. 1. & c. Statutum. li. 6.* Item non eſt tradendus Eccleſiaſticæ Sepulturæ ſi talis decedat, ut *d. c. 2. in prin.* Et dicto *c. ſicut ait.* Item tales ſic excommunicati, & in ſuo exceſſu perſiſtentes, ſunt de Jure Civili in perpetuum deportandi, publicatis omnibus eorum bonis, prout traditur in quadam Conſtitutione *Frederici* Imperatoris, quæ incipit, *Et Patronorum*, & eſt ſervanda, ſicut patet *de Hæreticis. c. ut inquiſitionis. li. 6.*

Diviſio. c *Præterea.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & habet tria dicta. In primo ponit motivum ad ſtatutum ſequens. In ſecundo ibi, *Statuimus*, procedit ad Statutum. In tertio ibi *Si quis autem*, adjicit pœnam contrafacienti.

d *Terminis Philoſophicis. 36. di. omnem.*

e *Revocavit. 23. q. 6. vides. 12. q. 1. certe. 26. quæſt. 4. quodam loco.*

f *Statuimus.* Secunda pars.

g *Obteſtatione Divini Judicii.* i. e. Damnationis æternæ in extremo calculo, quando ſeparabuntur Oves ab Hœdis. *Sic* exponit *Hoſtien. Extra. de temp. ord. ſ. quæſitum.* prope finem. Et tali Præcepto contrarium faciens peccat mortaliter, ſicut notat *Wil. de ſo. cõpe. c. 2. § ſane. propè finem in Clem.* & talis obteſtatio ſive adjuratio eſt loco

loco Juramenti. Et poteſt habere locum in Matronis inſpicientibus mulierem. *Extra. de frigi. & maleſi. c. fraternitatis.* Item ubicunque Judex ex mero Officio procedens, vult parcere Juramento; ſicut quando examinat Electionem, nec contradictor apparet, *Extra. de elec. c. nihil eſt.* Item quando Viſitando inquirit generaliter de Statu Eccleſiæ & Perſonarum.

de cenſi. c. Romana. § *ſane. per Hoſtien li.* 6. Et notatur per *Hoſti. de appel. c. Conſtitutis.* 2. *ver. adjuravit.* & in Conſtitutione *Othoboni. Paſtor bonus. ver. obteſtatione Judicii.* Et quæ ſit differentia inter Teſtari, Conteſtari, Proteſtari, Obteſtari, Deteſtari, & Atteſtari, notatur 3. *q.* 9. *Teſtes. in prin. per Archi.* Et eſt *Obteſtari*, adjurare, ſupplicare, preces impendere. 14. *q.* 6. *ſi res. ver. obteſtamur. per eundem.*

a *Gradus.* Id eſt, Dignitatis. Vel dic, *Gradus*, i. e. Magiſterii, ſive Doctoratûs, ſive Baccalauriatûs, ut ſic referatur ad Gradum Scholaſticum.

b *Status.* i. e. Sæcularis, vel Regularis.

c *Conditionis.* Sc. liberæ vel ſervilis. Et ſic ponitur pro qualitate, ſive ſtatu Perſonæ. *ff. de teſtibus. l.* 3. & notatur *Extra. de condit. appo.* §. *quid ſit conditio. per Hoſtien. in Summa.*

d *Bonis moribus.* Dicit enim *Alexander Anglicus in* 2. *Summæ ſuæ. & Aſtex. li.* 2. *ti. de Hæreticis. arti.* 1. quòd Ratio Fidei primo & principaliter eſt circa articulos Fidei, & per oppoſitum Hæreſis. Secundò Fides extenditur ad illa, quæ docet Sacra Scriptura circa mores, ut quòd Fornicatio eſt peccatum mortale, & per oppoſitum Hæreſis. Tertiò Fides extenditur ad Hiſtorias in Bibliis contentas, & per oppoſitum Hæreſis.

e *Neceſſaria doctrinam.* Talem, ſine qua non poteſt veritas inveniri abſque Argumentis ſonantibus contra Fidem, ſive contra bonos mores.

f *Diſputando.* Publicè, huic concordat *l. nemo. C. de ſumma. tri. & fide Cath.* ubi patet, quòd nec Clericus nec Laicus debet publicè diſputare de Fide: & de Laico, quòd non debet publicè diſputare de Fide vel occultè, eſt Textus *de Hereticis. c.* 2. §. *inhibemus. li.* 6.

g *Communicando.* Privatim; & ſic habes hic, quòd etiam Clerico non licet publicè vel privatim diſputare de materia Fidei repugnante, vel bonis moribus, præterquam ſi neceſſaria doctrina Facultatis ſuæ hoc expoſcat. Pro cujus materiæ intellectu ſcire debes, quòd Laicus nullo modo debet diſputare de Fide publicè vel occultè; & ſi fecerit, excommunicandus eſt. *de hæret. c.* 2. §. *inhibemus. li.* 6. etiamſi fuerit vir optimè literatus, utputà, Doctor Canonũ, ſecundùm *Jo. An.* ibi *ver. laice.* De Clericis verò diſtingue. Nam aut vult diſputare cum infidelibus, aut cum fidelibus. Si cum infidelibus, tunc ſi hoc faciat dubitans de Fide, volens cum Argumentis experiri Fidem, malè facit, & peccat; quia dubius in fide infidelis eſt. *Extra. de hæreti. c.* 1. Si verò diſputet de Fide, non tamen de ea dubitans, ſed volens confutare infideles, vel aliàs ad exercitium, hoc modo laudabile eſt, ut fiat in publico, maximè cum audientes ſint ſatis inſtructi, & ſolidi in Fide, quia coram talibus diſputare de fide nullum eſt periculum. Sed circa ſimplices diſtinguendum eſt, aut ſunt ſollicitati ſive pulſari ab infidelibus, putà *Judæis*, vel Paganis, ſeu Hæreticis, nitentibus in eis corrumpere Fidem; & tunc neceſſe eſt publicè diſputare de Fide, dummodo inveniantur aliqui ad hoc ſufficientes & Idonei, qui errores confutare poſſunt. Per hoc enim ſimplices firmabuntur in Fide, & tolletur infidelibus decipiendi facultas. Unde *Gregorius*, Sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita ſilentium indiſcretum eos, qui norunt inſtrui, in errore relinquit. Aut ſimplices in nullo ſunt ſollicitati ſuper hoc, & tunc periculoſum eſt publicè diſputare de Fide coram ſimplicibus, quorum Fides ex hoc erit infirmior, quòd aliquod diverſum audierunt ab eo quod credunt: & ideo non expedit eis, ut verba infidelium audiant diſputantium contra Idem, hæc *Jo. in ſumma confeſ. ti. de pæ. & re. Rubricella. de impedimentis potentia. q.* 206. Et *Aſtex. li.* 2. *ti. de fidelitate. arti.* 3. Et cum prædictis concordat *Wil. in c. ſuper Cathedram. de ſepulturis.* §. *in Eccleſiis. ver. mandaret.* dicens, quòd cum infidelibus diſputare non licet, maximè de ſecretis Fidei. 23. *q.* 3. *cum quibus.* nihi forte tales nimis provocent Magiſtros in Theologia, vel alios Doctores Fidei; quia tunc debent per aliqua verba prudenter eos tranſire & eludere; nam tunc nihil Reſpondere non eſſet utile propter audientes, qui forte crederent, quòd non haberet homo quod reſponderet. 43. *di. in mandatis. in fi.* Aut vult diſputare cum Fidelibus & inter Fideles; & tunc ſi quæris de Epiſcopis, aut aliis Prælatis Curam habentibus, vel de Magiſtris in Theologia; & tunc publicè convocando turbam non licet, ut hic. & *ar. ad hoc Extra. de hæret. c. excommunicamus.* §. *quia verò.* Si verò in Scholis, & cauſâ exercitii, & de aliis quam de principalibus articulis Fidei, & tunc licet, ut hic. Inferioribus verò Clericis non licet, ſecundùm *Henricum de Bowyco*, qui ſic notat *de Hæreticis. c. cum ex injuncto. di.* 2. *in fi.* Fallit in hoc caſu, ſc. hujus Conſtitutionis, in quo inferioris Gradûs Clerici poſſunt diſputare, & Communicare ea quæ pertinent ad neceſſarium Doctrinã Facultatis ſuæ.

Quibus licitum ſit de Fide diſputare.

cialiſſimè, ne quis, vel qui cujuſcunque [a] gradus, [b] ſtatus, aut [c] conditionis exiſtat, concluſiones aut propoſitiones de fide Catholica aut [d] bonis moribus adverſè ſonantes, præter [e] neceſſaria doctrinam facultatis ſuæ in Scholis aut extra [f] diſputando, aut [g] communicando [h] proteſtatione præmiſſâ, vel [i] non præmiſſâ, [k] aſſerat vel [l] proponat, etiamſi quadam verborum aut terminorum [m] cautelositate defendi poſſint. [n] Nam Teſte Beato *Hugone* [o] de Sacramentis, *Sæpius quod bene dicitur, non bene intelligitur.* [p] Si quis autem poſt [q] publicationem præſentium, hujuſmodi concluſiones aut propoſitiones [r] convictus fuerit [s] ſcienter propoſuiſſe, ſeu aſſeruiſſe, niſi [t] monitus

h *Proteſtatione præmiſſa.* Eſt enim Proteſtatio denunciatio cum teſtatione facta, *ut l. deteſtatio. ff. de verb. ſig.* Et quatuor ſunt ſpecies Proteſtationis. Una eſt declaratoria Voluntatis Proteſtantis. Alia eſt prohibitoria ſive inhibitoria, ne quid fiat. Tertia eſt incitatoria, ut quid fiat. Quarta eſt certificatoria illius quod eſt, vel quod non eſt. De tribus ultimis nil ad nos in materia præſenti; ſed de prima tantum, viz. de Proteſtatione declaratoria Voluntatis Proteſtantis; quæ quandoque fit circa quod conſiſtit in voluntate Proteſtantis; quandoque circa id quod conſiſtit in Voluntate Proteſtantis & alterius; quandoque circa id quod conſiſtit in voluntate Proteſtantis de Jure, ſed poteſtas deficit in Facto; quandoque circa id quod conſiſtit in voluntate & poteſtate Proteſtantis de facto, ſed de Jure non; quandoque circa id quod nullo modo pendet ex voluntate ſive poteſtate Proteſtantis; ſed Juris vel alterius. Quatuor primas conſiderationes omitto ad præſens, & accedo ad quintã, quæ eſt quando illud, de quo fit Proteſtatio, non dependet ex voluntate, neque ex facto Proteſtantis, ſed Juris; ut in caſu noſtro: & ſatis poſſet dici, quòd Proteſtatio talis nil operatur in hoc caſu, quia Lex contradicit Proteſtationi, dum præcipit, ne talis diſputatio, de qua hic loquitur, fiat. Et quia ſolum poteſt quis diſputare, vel Communicare in talibus ſecundùm quod permittit Lex, & non ſecundùm voluntatem ſuã propriam, facit *l. Edicta. C. de edendo. Extra. de dila. c. expoſuit. ff. de leg.* 1. *l. nemo poteſt.* & ad hoc faciunt notata *ff. de no. op. nun. l. non ſolum.* §. *ex morte. ver. & quia iſte. per Bart.* ubi tractat de materia Proteſtationis per duo folia & amplius, proſequendo ſigillatim membra, de quibus prædixi; & ſpecialiter ad propoſitum ſub membro 1. *verſ. circa quintum.* De hac materia Proteſtationis, ſi vis illam ampliare, vide notata per *Cajet. de Reg. Juris. c. in generali.* & ibi per *Joh. An. in no.* Et vide etiam notata per *Henri. de Bowyco. Extra. de conditioni. appo. c. ſi.* & *de conſtitu. c. cum M.* & ibi per *Jo. An.* Sed optimè ultra omnes ibidem per *An. de Butrio*, qui diſtinguit hanc materiam per tres articulos principales. Primus eſt, quando Proteſtatio obviat facto, & econtra, & ambo ſubitaneo concurrunt in tempore. Secundus eſt, quando factum præcedit, & Proteſtatio ſubſequitur. Tertius eſt, quando Proteſtatio obviat facto, ſed Proteſtatio præcedit, & factum ſubſequitur, ibi videas.

Proteſtationis ſuæ ſpecies.

i *Non præmiſſa.* Nec forte ſecuta; quòd ſi ſecuta fuerit diſputatio, hujuſmodi Proteſtatio non juvat, quia non pendet à poteſtate Proteſtantis tollere diſpoſitionem Juris, ut dixi *ſuprà. glo. præxi.*

k *Aſſerat.* Per viam concluſionis.

l *Proponat.* Per viam dubitationis.

m *Curioſitate.* Quæ ſecundùm *Hugonem de Sancto Victore*, eſt intellectûs humani libidinoſa proſtitutio, paſſim quamlibet veritatem amplectens, & veritatis primæ fluenta adulterans. Notatur per *Archi. de poſtul. Prælat. c.* 1. *ver. curioſitas. li.* 6. Sed hic ponitur *curioſitas* pro ſubtilitate, aliàs ponitur pro ſollicitudine, vel inveſtigatione. *ff. de nova. l. doli. in fi.*

Curioſitas.

n *Nam Teſte. Ver.* ubi redditur ratio præcedentium.

o *De Sacramentis. Verſ.*

p *Si quis autem.* Tertia pars.

q *Publicationem.* Quæ quomodo debeat fieri, dixi *ſuprà. de Conſtitu. c. hujus autem. ver. publicent. & duabus glo. ſeq.*

r *Convictus.* Sive Teſtibus, ſive Inſtrumentis, ſive Confeſſione propria. *C. de pœnis. l. qui Sententiam. de judi. At ſi Clerici. C. de execu. rei judi. l. fi.* Et intellige pronunciatione ſecutâ, ut dixi *ſuprà. de Simonia. c. nulli. ver. convictus.*

ſ *Scienter.* In delictis namque attenditur Scientia, & propoſitum. *ff. ad l. Cor. de ſic. l. Divus. de ſenten. excom. c. cum voluntate.*

t *Monitus.* Per ſuum Superiorem & Ordinarium. Et debet hæc Monitio, ut videtur, eſſe trina. *arg. ad hoc de vi. & bone. cleri. c.* 1. *li.* 6. Sed hoc eſt ideo, quia ſic Jure cavetur. Nam ubi Jus dicit *ter moneatur*, non ſufficit una Monitio etiam peremptoria, ut notat *Joban. An. de vita & bone. cleri. c.* 1. *in glo. verſ. tertio. in Clem.* Alias autem ad conſtituendum quem contumacem, ut incurrat penas Legis, ſufficit una Monitio non ſolùm Judicis, ſed etiam Partis, ut notat *Jo. An. de decimis. c.* 1. *ver. faſtã in Cle.* & quòd ſufficit unica Monitio, facit Textus *de Sta. mona. c.* 2. *in fi.* Et *glo.* ubi,

ulti. Fo. An. in Cle. Sed melius ibi per *Paulum*. Et *concor. Geß. super ver. reſipiſcant.* ubi videre poteris, an ſufficit Monitio generalis.

a *Correxerit.* Sc. afferendo palam & publicè contrarium illius, quòd prius malè tenuit, vel aliàs dubitando propoſuit, & hoc in eodē loco ubi ſic propoſuit vel aſſeruit, ut *infrà* patet in Textu. Et hoc ſanius eſt, ut quis potius corrigat factū ſuum, quàm expectet corrigi ab alio *de reſcrip. c. ab excommunicato. glo. 1.* Abbas namque *Joachim* correxit propriam ſcripturam, & propria manu ſubſcripſit. *Extra. de ſum. tri. & fi. Cath. damnamus.*

b *Infrà menſem.* Computandum à tempore Monitionis.

c *Donec in loco.* Nunquid igitur, poſtquam fecerit ea quæ hic præcipiuntur, ſit ipſo facto abſolutus à Sententia Excōmunicationis de qua hic loquitur, vel aliàs veniet abſolvendus, vide qd dixi *ſuprà de fo. compe. c. 1. ver. ſatisfecerint.*

d *Publicè.* Id eſt populo congregato.

e *Arbitrium Ordinarii.* Cujus eſt †ordinare de vero intellectu talis concluſionis ſive propoſitionis. Et nota, quòd cautè dicit *Ordinarii*, non autē *Diœceſani*, ut per hoc includat Cancellarium Univerſitatis in qua forſan talis deliquerit, qui in hoc caſu meritò poteſt dici Ordinarius talis delinquentis.

† *Al.* Judicare.

f *Publicè prædicaverit.* Sc. in publico Sermone. Et ſic taliter delinquēs tenetur ad duo; Unum eſt, ut fateatur delictum in loco quo ſic aſſeruit ſive propoſuit, aliud eſt, ut verum & Catholicum intellectū talis concluſionis ſive propoſitionis prædicet publicè, ut hic dicitur. Et quòd teneatur ad utrumq; patet ex litera quæ dicit, *& verum Catholicum &c.* Ponitur enim hæc litera copulativè; & ſic comprehendit utrumque *Inſti. de hæredi. inſtitu. §. fi.*

Diviſio.

g R *Everendiſſimæ.* Hæc eſt Conſtitutio *Thomæ Arundelli.* Archiepiſcopi, & habet ſeptem dicta principalia. In primo ponit Statutum ſuum circa eos qui licitè poſſunt prædicari verbum Dei, & qui non, præſertim circa Rectores, & Vicarios Eccleſiarum, & alios, qui miſſi ſunt ad prædicandum. In ſecundo ibi, *Sacerdotes*, limitat prædicationem hiſdam per Sacerdotes Parochiales. In tertio ibi, *Ne hoc*, providet circa licentiam miſſis ad prædicandum concedendam. In quarto ibi, *Si qui autem*, adjicit pœnam contra facientibus. In quinto ibi, *Quod ſi hujuſmodi*, imponit pœnam Prædicatori hujuſmodi repugnanti contra poteſtatem ſic Statuendi. In *Sexto* ibi, *Præterea*, ſtatuit pœnaliter contra recipientes hujuſmodi Prædicatores quàm in forma hic limitata. In Septimo ibi, *Inſuper*, dat ipſis Prædicatoribus inſtructionem de materiis per ipſos prædicandis.

h *Sæcularis.* Supple, Sacerdos, nam alius à Sacerdote non eſt Perſona habilis ad prædicandum verbum Dei, niſi ſit Curatus. In quo caſu Diaconus poteſt prædicare Subditis ſuis. 16. *q. 1. c. adjicimus.* Nec obſtat 92. *di. in ſancta.* ubi videtur, quòd ad Diaconum pertinet prædicare; quia illud locum habet, quando hoc facit ex delegatione Superioris poteſtatem ad hoc habentis; vel ibi ſumitur pro Lectione Evangelica, ſecundùm *Jo.* ibi. Nec obſtat 19. *di. c. ſecundùm Eccleſiæ. circa medium.* ubi dicitur, quòd non quæritur quis vel qualis prædicet, ſed quæ prædicet, quia loquitur ſecundùm antiqua tempora. Vel dic, non quæritur quis, ſc. Epiſcopus, vel alius ad hoc poteſtatem habens, vel auctoritatem; vel ibi loquitur de ſecreta Prædicatione non per modum Prædicationis, ſed per viam Monitionis, quā quilibet poteſt facere; etiā Monachus. 16. *q. 1. c. 1. & c. juxtà.*

Verbi Dei plures effectus.

i *Verbum Dei.* Quod quandoque eſt cauſa correctionis, & ita per conſequens remiſſionis. Facit enim verbum Dei in cordibus noſtris plura ex quibus ſequitur peccati dimiſſio. Frangit enim corda noſtra per timorem *Jere. 23. verba mea quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram.* Item conterit per dolorem, in *Pſalmo. Cor contritum & humiliatum &c.* Item liquefacit per amorem *Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt &c.* & in *Pſalmo. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens.* Et iſtos tres effectus habet contra cordis duritiem. Trahit etiam ſurſum per cordis deſiderium. *Cant. 1. Trahe me poſt te &c.* Item ebibit propter delectationem, in *Pſalmo, Memor fui & delectatus ſum &c.* Itē vivificat. Unde Apoſtolus *ad Hebræos. Vivus eſt Dei ſermo.* Et Beatus *Ber.* Si mortuus in peccatis fueris, vives ſi vocem Filii Dei audieris. *Si cor tuum induratum eſt, emittet verbum ſuum & liquefaciet illud.* Et alludit verbis Evangelii, ubi dicitur, *venit hora, & nunc eſt, quando qui in monumentis ſunt, ſc. mortui in peccatis, audient vocem Filii Dei, & qui audierint vivēt.* Itē ſanat. *Iſa. 18. Omnipotens ſermo tuus, Domine, ſanat omnia.* & in *Pſalmo. Miſit verbum ſuum & ſanavit eos.* Item vulnerat aliquando vulnere timoris, aliquando vulnere amoris, ut per primum reſipiſcat à malo, per ſecundùm operetur bonum; & iſte Gladius eſt penetrabilior omni Gladio, ut dicit Apoſtolus ad *Heb.* In quo triumphat qui ipſum accepit. Unde dicit Beatus *Ber.* Accipe Gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. Item eſt illuminativum, facit enim hominem cognoſcere peccata ſua, ut Beatus *Bern.* dicit. Si tenebras ignorantiæ plangis, audi, quid loquatur in te Dominus, *Lucerna pedibus meis verbū tuum.* Et *Greg.* Clavis apparitionis, eſt ſermo correctionis. 43. *di. c. 1.* Et notatur 1. *q. 1. c. interrogo. per Archi.*

k *A Jure ſcripto.* Circa hoc vide *infrà. c. 6. ver. Curatum verò.*

l *Privilegio.* De hoc vide *infrà. iſto §. 1. verſ. privilegio ſpeciali.*

m *Officium.* Simile habes *Extra. de offi. ordi. c. Vicarii autem Curatorum, aut temporales Curati prædicent ſolummodo cum precibus conſuetis, quæ in Conſtitutione* Ignorantia. *habentur; Examinatio autem gratis fiat. Tranſgreſſores & fautores pro Hæreticis habeantur & excommunicentur.*

Thomas Arundell, *in Concilio Oxonienſi.*

g R Everendiſſimæ Synodo, *& infrà.* Statuimus, Decernimus, & Ordinamus, quòd nullus h Sæcularis, aut Regularis ad prædicandum i verbum Dei k à Jure ſcripto minimè auctorizatus, l privilegiove ſpeciali munitus, m officium ſive exercitium Prædicationis n ejuſdem verbi Dei in ſe o aſſumat, p populove aut Clero q quovismodo prædicet in Latino ſermone ſeu vulgari r in Eccleſia, ſ aut extra, niſi primo t Diœceſano illius loci, in quo prædi-

---

De Hæreticis & Schiſmaticis.

Nullus, niſi legitimè examinatus & approbatus, verbi Divini Prædicationem aſſumat. Curatus autem omnis perpetuus à Jure commiſſus reputabitur; nec admiſſus, ſi ſuſpendatur, ultra ſe ingerat.

ſe a correxerit b infra menſem, auctoritate præſentis Conſtitutionis majoris Excommunicationis Sententiam incurrat ipſo facto, & pro Excommunicato publicè nuncietur, c donec in loco, ubi ſic propoſuit aut aſſeruit, d publicè ſuum delictum fateatur, & verum Catholicum intellectum ejuſdem concluſionis ſeu propoſitionis ad e arbitrium Ordinarii f publicè prædicaverit in una Eccleſia, aut diverſis, prout ipſi Ordinario videbitur expedire.

---

inter cætera, circa medium.

n *Ejuſdem verbi Dei.* Quod quandoq; auferrur à Prædicatore propter improbitatē, & importunitatē proferentis. Juxta illud Prophetæ, *Quare tu enarras Juſtitias meas. 3. q. 7. §. item teſtatus.* Et dicit *Greg.* Juſtum eſt, quòd non habeat linguam, quæ non habet viram. Et dicit *Gloſſa* ſuper illud Pſalmi. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis.* Obmutescit facundia ſi ægra ſit conſcientia. Caveant igitur Prædicatores, ut verbis congruant facta, & ne deforment iniquitatis opera. Magiſterium diſciplinæ aliquando auferrur propter imperfectionem & inſufficientiam proferentis, ut patet in *Jeremia*, qui recuſavit officium Prædicationis, quia ſe imperfectum ſciebat. 8. *q. 1 in Scripturis.* Aliquando auferrur propter malitiā audientium 11. *q. 3. c. quandoq.* Aliquando propter perſecutionē, ſive ejus timorem, & ſic *Petrus* negavit Chriſtum. 6. *q. 1. imitare.* Sed propter hoc verſatem tacere malum eſt. 11. *q. 3. timendo.* Ad idem 44. *di. diſpenſatio.* Et notatur per *Archi.* 11. *q. 3. nolite timere. ver. pronunciare.*

o *Aſſumat.* Etiam rogatus.

p *Populo.* Cujus nomine non continetur Clerus in pœnalibus, nec econtra. *de ſen. excom. c. ſi ſententia. li. 6.*

q *Quovismodo prædicet.* Ut ſc. nec per viam publicæ Exhortationis, nec per viam publicæ Collationis, nec per viam publicæ Sermocinationis, & hoc verbaliter concrando populum; nam prædicare facto, dando de ſe bonum exemplum cuilibet licet; ut notatur *de conſe. di. 5. noviſſime.* Et de hoc 61. *q. 3. c. 1. & de ſepult. c. dudum. ver. prædicare. per Paulum in Cle.* Sic etiam per viam ſalutaris monitionis licitum eſt homines ad bonum admonere. *Extra. a. t. cum ex injuncto. circa princi.*

r *In Eccleſia.* Debet enim fieri Prædicatio in Eccleſia, vel alio loco publico & honeſto; non autem in privatis domibus, ne naſcatur ex hoc ſuſpicio Hæreſis 30. *di. ſi quis. Extra Eccleſiam.*

ſ *Aut extra.* Scil. in Cœmeterio, vel placeis publicis, prout eſt conceſſum Fratribus. *de ſepult. c. dudum. ver. prædicare. per Paulum in Clem.*

t *Niſi primo.* Excipit ab eo quòd prædixit.

u *Diœceſano.* Ad quem in ſua Diœceſi principaliter hoc pertinet, ut patet *in Cle. dudum. de ſepult. §. in Eccleſiis. ad fi.* Et ibi per *Paulum in verſ. mandaret.* qui dicit, quòd Epiſcopus loci, vel Superior Prælatus Sacerdotis majorē gerit curā in Eccleſia quàm ipſe Curatus, allegat ad hoc *de pæ. & re. c. ſi Epiſcopus. li. 6.* Sed quid ſi Epiſcopus mortuus eſt, dic, tunc illud qd hic dicitur, poteſt expediri per Cuſtodē Spiritualitatis, qui de Cōſuetudine ſuccedit, & adminiſtrat vice Epiſcopi in Provincia *Cantuarienſi*, aliàs autē de Jure Cōmuni hoc

hoc fiet per Capitulum *ar. ad hoc de ma. & obe. cum olim.* & *de Hæreticis, c. 3. in Clem.* & si Diœcesanus vivens sit ablens, tunc potest hoc fieri per ipsius Vicarium Generalem. *ar. ad hoc, de temp. ordi. c. cum nullus.* §. *Episcopo. li. 6.* si non habeat Vicarium, recurrendum est ad Archiepiscopum, qui ejus negligentiam habet suppletre. *9. q. 3. cum simus,* & facit *de Jure Patro. c. nullus.* & similiter fieri debet, si Episcopus sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus, *ar. ad hoc Extra, de concess. præben. c. quia diversitatem.* & *d. c. cum simus.* Sed nunquid Episcopus Extra suam Diœcesim possit talia expedire? Dic quòd sic; quia est voluntariæ Jurisdictionis. Facit quod notatur *de offi. le. c. novit.* posset etiam dici, quòd Abbas exemptus, qui in Subditos suos habet Jurisdictionem Episcopalem, ita quòd dictus Abbas nulli subsit Diœcesano, nec ejus Subditi, hanc licentiã facere possit. *ar. ad hoc de privil. c. Abbates. li. 6. ad fi.* Et faciunt ad præmissa notata per *Paulum in Cle. dudum, de sepult.* §. *Statuimus, ver. ad præsentiam.* Sed huic ultimo dicto obstare videtur Textus *Extra e. c. excommunicamus,* §. *quia vero.* ibi, *Catholico Episcopo loci* &c. Et sic sentit ibi *Inno. in glo. nota ergo,* nisi specialiter super hoc sit Privilegiatus. Nam & ipse Abbas hoc non posset facere, nisi à Sede Apostolica, vel loci Episcopo, vel aliàs miraculosè missus sit, ut *Extra. eo. c. cum ex injuncto.*

Quæstio.

a *Se præsentet. Sc.* personaliter, & *concor. de jure patro. c. nobis* & *c. ulti.* Cum enim in talibus requiritur Examinatio & Idoneitas, opus est præsentia talis licentiandi sive mittendi. Et ad hoc faciunt notata per *Paulum in Cle. dudum. præsbi. ver. representant.*

b *Examinationem subeat.* Debent enim Prælati tales admissuri primò se instituere de eorum habilitate, moribus & scientia, ut *infrà.* sequitur; & facit ad hoc *78. di. c. quod est cito.*

c *Moribus.* Ut sit vitæ probatæ, discretus, modestus, atque peritus ad tale Officium exequendum, ut in *d. c. dudum.* §. *statuimus, in Cle.* & quòd sit potens operæ & sermone; talis viz. qui eos, quibus missus est, ædificare poterit verbo & exemplo. *Extra. de offi. ordi. c. inter cætera.*

d *Scientia.* Quæ debet esse sufficiens, licet non eminens. *de rem. nisi cum pridem.* §. *pro defectu. de elect. cum nobis olim.*

e *Idoneet.* Id est, irreprehensibilis, utilis, & tali negotio conveniens sive aptus.

f *Diœcesanum.* Non igitur per Abbatem, vel alium, nisi Privilegiatus sit super hoc, ut dixi *supra. c. ver. Diœcesano. in fi.*

g *Mittatur.* Aliàs enim prædicare non debet. *Extra. eo. c. cum ex injuncto.* §. 1. & *c. excommunicamus,* §. *quia vero.*

h *Qualitatem Personæ.* Quæ inspicienda est, secundùm ea quæ dixi *supra. c. ver. moribus.*

i *Nec etiam.* Vers.

k *Præmissorum.* Sive à Jure, sive à Privilegio, vel Missione speciali deputatorum.

l *Missione. Sc.* ubi specialiter missus est.

m *Auctorizatione. Sc.* à Jure vel Privilegio.

n *Fides.* Id est, sufficiens evidentia sive Probatio.

o *Formã competenti.* Scil. secundùm modum sive formam quæ sequitur.

p *Ita videlicet.* Declarat quod prius dixit.

q *Auctorizatus est.* Qualis est omnis Episcopus, etiam in aliena Diœcesi; Quod dic, ut dixi *supra. de cle. non resi. c. prateres. ver. prædicant verbum Dei.* Et Papa, ubique ut ibi dixi. Item inferiores Prælati in Curis suis, etiamsi solum sint Diaconi, ut etiam ibi dixi. Auctorizati etiam sunt à Jure Magistri in Theologia, ut notat *Inno. Extra. eo. ti. c. excommunicamus.* §. *quia vero. glo. nota ergo.* Et *concor. Archi. 16. q. 1. adjicimus.* qui dicit, quòd tali, vel alteri idoneo Prædicatori bene noto, potest etiam Curatus Ecclesiæ dare licentiam prædicandi; & hoc intelligit *Archi.* verum in transitu. Sed Papa potest ubique generaliter concedere, & quilibet Episcopus per suam Diœcesim. *Extra. de offi. ord. c. inter cætera.* Quod tamen non potest Inferior, ut notat *Hosti. d.* §. *quia vero. ver. Episcopo loci.* Præmissis concordant notata *per Wil. in Cle. de privil. c. 1. ver. licentia speciali.* Item fratres Prædicatores & Minores auctorizati sunt de Jure Communi, ut possint liberè prædicare secundùm formam eis limitatam *in c. dudum.* §. *non autem. de sepult. in Cle.* §. *ad sumera.* Hoc tamen aliqui intelligunt eis competere de Privilegio speciali. Quorum dictis consentio, originaliter, considerando hanc potestatem eis concessam; quod tamen Privilegium hodiè incorporatum est in Jure Cómuni, prout patet *d. c. dudum.* Et de talibus Privilegiis incorporatis legitur, & *no. Extra. de rescript. c. cum Dilectus.*

r *Limitata in c.* Ut sc. quilibet veniat in statu suo, Papa k. ubique, loci copus etiam ubique, nisi prohibeatur ab Episcopo alterius Diœcesis. Curatus quilibet in loco Curæ suæ, Doctor in Theologia approbatus ab eo ad quem pertinet, vel aliàs ab Episcopo approbatus, quando ad hoc invitatus, vel rogatus est. Fratres verò in suis Ecclesiis, & loco ubi morabitur; & in plateis publicis, & aliàs secundùm quod traditur *de sepult. c. dudum in Clem.*

s *Privilegio speciali.* Potest sonare exemplum de Fratribus *Augustinensibus* & *Carmelitis,* qui non cepiunt circa prædictionem eodem Jure cum Prædicatoribus & Minoribus, nisi super hoc habeant Privilegium speciale; notatur per *Paulum* dicto *c. dudum. ver. prædicatorum.*

t *Vicaria.* Non solum perpetuo sed etiam Temporali, dum tamen habeat Regimen Ecclesiæ, & geras Curam animarum Parochianorum ejusdem. Ad quod faciunt notata per *Paulum d. c. dudum, ver. sacerdotibus. in Clem.*

u *Realiter.* Sic viz. ut possint illud videre, legere, & intelligere.

x *Qui vero.* Vers.

y *Præcendunt.* Id est, Allegant.

z *Sigillo suo magno.* Sic ergo sigillum Armorum, vel Signetum suum non faceret fidem, sed requiritur Sigillum suum, quo utitur generaliter in expeditione Ecclesiasticorum negotiorum, ut sic illud Sigillum sit Authenticum. *de fide instru. c. 2.* ubi *Ber. ver. authenticum sigillum.* dicit, quòd Sigillum Episcopi, & Sigillum Capituli dicuntur Sigilla Authentica. Item Sigillum Magni Principis, cui de consuetudine creditur. Et ut Sigillum dicitur Authenticum debent apparere Characteres & Ordita. *ff. qui testa. fa. poss. l. ad Testamentum.* §. *Signum de pa. di. 2. principium in qui. ver. quidnam boni.* Et notatur *per Ber. de fi. instru. c. inter dilectos. ver. sed dimitto.* & sicut notat *Archi.* Sigillum Prælati cujuslibet Ecclesiæ Collegiatæ est Authenticum, & cujuslibet Prælati Ordinarium Jurisdictionem exercentis de Jure vel Consuetudine: hoc ipsemet *no. 11. q. 3. cum c. addidit, ad idem, infrà. c.* Et circa hoc vide notata per *Jo. de Anbono* in Constitutione *Othonis. Quoniam Rebellionum. ver. Sigillo Authentica,* ubi habes Textum qui declarat, quæ sunt Sigilla Authentica; ibi videas. Sed quid si Episcopus de novo consecratus, vel electus, confirmatus, nondum habeat Sigillum hujusmodi paratum ad manus, habet tamen Sigillum Armorum vel Signetum, an sufficiat alterum eorum talibus literis apponere? videtur quòd sic, dum tamen tale Sigillum sit notum; quia etiam Sigillo alieno sigillare poteris, dum tamen sit notum. *ar. C. de testamen. l. si unus* & sic sentire videtur *Inno. Extra. de appella. c. significavit. in prin.* Sciat tamen, quòd quando Sigillum apponitur ad præstandum Auctoritatem Scripturæ principaliter & non secundario, tunc requiritur, quòd tale Sigillum sit Authenticum: secus si apponatur non principaliter sed secundario: nam tunc sufficit privatum Sigillum, dum tamen Characteres habeat. *ff. de testa. l. ad Testamentum.* §. *penul.* Cum ergo in casu nostro Sigillum apponi debeat principaliter per viam Auctoritatis & non secundario, requiritur appositio Sigilli Authentici, ut hic dicitur. Et aliàs non est credendum talibus Literis: ad hoc faciunt notata per *Antonium de Butrio. de fi. instru. c. 2.* §. *verùm ad materiam Sigilli. vers. ad tertium. in prin.*

Quæstio.

a *Curatum verò.* Vers.

b *Perpetuum.* Qualis est Episcopus in sua Diœcesi, Rector & Vicarius in sua Parochia, & quilibet alius perpetuo intitulatus ad Beneficium, cui imminet Cura animarum.

c *A Jure. Secundùm ea quæ dixi supra. eo. ver. auctorizatus est.*

d *Si tamen.* Vers.

e *Præcipsorum. Sc.* auctorizatorum à Jure, munitorumve Privilegio speciali, aut missorum per loci Diœcesanum.

f *Aut Hæresi.* Dicitur enim *Hæresis* secundùm quosdam ab *error* & *rectus,* inde *Hæreticus,* i. e. errans à recto, sive rectitudine Fidei Catholicæ: facit *C. de hæreticis. l. 2. in fi.* Alii dicunt, quòd *Hæresis* dicitur ad *hæriscon, ris.* quod idem est quod *divido. dis.* unde *Hæresis,* i. e. divisio ab unitate Fidei. Sic notat *Azo in Summa sua. C. e. b.* Et ad hoc facit *7. q. 1. denique. 4. q. 1. quod autem.* Alii dicunt quòd *Hæresis* dicitur ab *hæreo,* & *error,* unde *Hæresis,* i. e. adhæsio erroris, & *Hæreticus,* quasi adhærens errori. Error tamen per se non facit Hæreticũ, sed

Hæresis.

sed adhærere errori facit Hæreticum, ut patebit *infrà*. *Hieronymus* verò in quadam Epistola dicit, quòd *Hæresis* dicitur ab electione, quia Hæreticus eligit sibi illam opinionem, quam putat sibi meliorem. (24.q.3. *Hæresis*.

a *Prædicâsse*. In publico.

b *Asseruisse*. Sive in publico, sive in privato.

c *Docuisse*. In Scholis, vel in instructione privata.

d *Superiorem*. Indistincte dicit, nec referendo Superioritatem, respectu Episcopi, nec respectu Prædicantis. Unde potest intelligi de Superioritate sive uno modo sive alio intellecta. Si intelligas de Superioritate respectu Episcopi, habes intelligere Superiorem in hoc casu Archiepiscopum in sua Provincia, vel alias Legatum Sedis Apostolicæ à latere missum, aut Inquisitorem Hæreticæ pravitatis, talem viz. qui habet potestatem specialem etiam inquirendi contra Episcopos, ut patet *eo. ti. c. inquisitionis. li. 6.* Potest etiam Abbas, vel alius habens Jurisdictionem quasi Episcopalem in suos Subditos, hoc casu dici Superior respectu talis infra Jurisdictionem suam delinquentis, secundùm ea quæ dixi *supra. c. ver. Diœcesano*. Talis namque potest Suspensionem, vel Prohibitionem facere, de quâ hic loquitur, licet licentiam ad prædicandum dare non tollit, ut ibi dixi. Et potest esse Ratio, quia in Suspendendo delinquentem vertitur Fidei favor, & ideo ampliandus. Sed in dando licentiam prædicandi vertitur magnum periculum; & ideo fieri non debet, nisi per eum cui Jura hoc concedunt per expressum, sc. per Episcopum, vel ejus Superiorem, ut apparet *Extra eo. c. excommunicamus. §. quia verò*. Et ad præmissa facit *c. odia. de Reg. Jur. li. 6.*

e *Prædicatione hujusmodi*. Sc. indefinitè, non addendo infra Diœcesim certam, sive locum certum. Alias si Suspensio sive Prohibitio, de quâ hic loquitur, extenderet se solummodo ad certum Territorium, tunc forsan extra illud posset talis licitè prædicare: pro quo vide quæ Scripsi in simili *supra. de pœn. c. 1. ver. privatus existat*. Sed istud dubium salvatur ex Textu, qui *infrà* sequitur, ibi, *extunc &c.*

f *Suspensus*. Judicialiter per Sententiam.

g *Prohibitus*. Extrajudicialiter, vel alias viva voce.

h *Extunc*. Sc. post Suspensionem, vel Prohibitionem hujusmodi.

i *Alicubi*. i. e. In alio loco, vel in alia Diœcesi. Et sic hæc litera satis tollit dubium, de quo tetigi *supra. c. ver. prædicatione hujusmodi*. Nam hæc litera innuit, quòd eo ipso quòd talis est Suspensus à Prædicatione in una Diœcesi, est etiam suspensus per totam Provinciam. Ratio potest esse, quia semel malus adhuc præsumitur esse malus. *de Reg. Jur. c. semel. li. 6.* Et concordantias habes *ff. de re mil. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de accus. l. si cui. §. iisdem*.

k *Suspendentis*. Sive Successoris sui si mortuus sit; quia Successor eodem Jure censetur cum eo cui succedit. *Extra. ut lite pendente. c. Ecclesia. 1. cum glo. 2. de Reg. Juris. ii qui in jus. li. 6.*

l *Justum arbitrium*. i. e. Justum Judicium: quod ideo hic dicitur *arbitrium*, quia in Jure non habet certam determinationem, sed relinquitur arbitrio Judicis. *Extra. de offi. dele. c. de causis*. Et *concor. huic dicto Extra. c. ad abolendam. §. præsenti. & c. excommunicamus. §. adjicimus*. Et debet moderate arbitrium suum juxta exigentiam Jurium & Canonum in casu simili statutorum, quatenus de eis constare poterit; quia propriâ voluntate non potest uti, nec aliquid injustum facere. Quod dic ut dixi *supra. de cle. non resid. c. in decimis. ver. arbitrio. in prin.* Et poterit dici *arbitrium injustum*, quando aliquid præcipitur contra Deum, vel Pietatem, vel Æquitatem. *Extra. de jurejur. c. Quintavallis*. vel quando præcipitur aliquid in præjudicium tertii. *de jurejur. c. veniens*. vel quâdo præcipitur aliquid in quo facilis est contravencio: ut si mandet sub pœna, qd nullum verbum dicat contumeliosum: nam hoc facile potest accidere, quia lingua sæpe labitur. Et ideo de facili non debet ipsius lubricum trahi ad pœnam. *ff. ad l. Jul. ma. l. famosi*. Item quia justè posset proferri aliquod verbum contumeliosum continens veritatem. *ff. de injuriis. l. eum qui nocentem*. Et sic est contra Jura tale mandatum, ut dicto *c. Quintavallis*. & notatur in eo *c. per Anto. vers. venio ad quintum. in prin.*

m *Defectum suum*. Non dicit delictum; quia potest esse, quòd erravit non ex proposito, sed ex inadvertentia. Et ideo magis imputabitur sibi in defectum quàm in delictum. Vel intellige defectum secundùm quod legitur in *l. amissione. in prin. ff. de capi. di.* ubi patet, quòd defectum incurrit, qui ab his, sub quorum Imperio consistit, recedens confert se in numero Hostium; & talis est quilibet qui ab Imperio Ecclesiæ recedit, erronea vel hæretica prædicando, & confert se in numero errantium, vel hæreticorum, qui sunt hostes & inimici Fidei.

Nota de diversis pœnis suspectis de Hæresi infligendis.

n *Purgaverit*. Hic nota, quòd eis qui non sunt damnati de Hæresi, sed sunt de ea suspecti, possunt injungi pœnæ pœnitentiales, per quas talis suspectus purgabit innocentiam suam. Et talis Purgationis injunctio relinquitur arbitrio Episcopi, vel Inquisitoris, ut patet *Extra. eo. c. ad abolendam. §. præsenti, & c. excommunicamus. §. adjicimus*. Et hæ pœnæ Purgatoriæ sunt multæ. Quarum una est abjuratio Hæresis, de qua habetur dictum *c. ad abolendam. & c. si. c. accusatus. li. 6.* Et de Hæreti suspectis, qui fecerat Hæresin abjurare, non videtur vere redire, nec videtur vere correctus, & ideo tanquam Hæreticus est damnandus. *Extra. eod. ad abolendam. §. Laicos. & c. excommunicamus. §. si qui vero*. Alia pœna potest esse Incarceratio, seu detrusio in Monasterium & pœnitentiam peragendam, hoc est, ut pœniteat, & per hoc possint apparere in eo veræ signa, & veræ evidentiæ, an ambulat in tenebris vel in luce, & ne, velut pecus morbosum inter homines existens, inficiat alias oves sanas. De hoc habetur *Extra. eo. ti. c. 1. in Cle*. Potest etiam pœna pecuniaria talibus imponi cum sit arbitraria, proviso tamen, quòd illa pœna magis sit timenda quàm aliæ pœnæ pœnitentiales; utpotà, quia dives est & cupidus, & dolet cordialiter de pecunia solvenda. Facit ad hoc *Extra. ut lite non contest. c. quoniam frequenter. in fi. 33. q. 4. ca vindicta. & eadem causa. q. 5. prodest*. Item si propter cupiditatem & avaritiam est fœneratus diutius ad Usuram, & postea reddiderit se suspectum, dicens, quòd Usura non est peccatum, potest tunc puniri in perditione pecuniæ, ut sic puniatur in eo in quo deliquit: *Extra. de jure patron. c. pastoralis. cum similibus*. Et eadem ratione, si Purgandus expenderit certam summam pecuniæ in sustentationem & alimoniam Hæreticorum, poterit puniri, ut tantum conferat in opera Pietatis. Talis tamen pœna non debet imponi Clericis, qui tantum vivunt de bonis Ecclesiæ, & non habent Patrimonium: nam bona Ecclesiarum non debent diminui, ut in *Cle. 2. c. ti. §. nec scienter*, & delictum Personæ non debet in præjudicium Ecclesiæ redundare: de *Reg. Juris. c. delictum. li. 6.* Si verò habeat Patrimonium, tunc potest eis talis pœna imponi, quia ratio prædicta prohibens cessat omnino. Alia etiam potest esse pœna, ut talis Delinquens ædificet Ecclesiam, vel Hospitale, vel ut inducat pauperes, vel ut mariter & dotet Virgines, vel faciat alia opera Pietatis: ut in *Auth. de Eccle. titul. §. si quis autem ædificationem. Coll. 9.* & ita debet intelligi *e. ti. c. accusatus. §. si vero pro his*. Item si talis malè locutus fuerit de Fide, vel per sua verba in aliquo se ostendit malè sentire de Fide, faciet eum in Triviis, vel Prædicationibus recognoscere, & detestari suum errorem. Item si olim inde fuerit notatus, vel minus Catholicus, quia nunquam visitavit Ecclesiam, nunquam audivit Divina Officia, nunquam jejunabat, vel observabat Mandata Ecclesiæ; injungi sibi poterit, ut tot diebus in Hebdomada jejunet, & ut qualibet die visitet Ecclesiam, & ut assidue audiat Divina, & visitet limina Apostolorum, & aliorum Sanctorum. Item si diutius fuerat fœneratus, & repertus sit dixisse Usuram non esse peccatum, poterit puniri; ut Usuras receptas restituat, & amplius non teneretur: & sic intellige quod notatur *eo. ti. c. accusatus. §. de quæstionibus. li. 6.* Et si sic justus restituere, non restituat, potest procedi contra eum tanquàm contra deficientem in Purgatione, ut *infrà* dicam. Item si publicè detestatus sit Fidem Catholicam, vel publicè se ostenderit Infidelem; injungi sibi poterit, ut ad tempus portet Crucem magnam & patentem, assumptam super pannos superiores in signum Conversionis, & in detestationem erroris, sicut alias similes pœnas imponere potest Episcopus, per quas i qui purgandus est, taliter se corrigat, quod præteritæ conditionis rebellio per Virtutis sequentis obedientiam valeat expiari. *Extra. de no. op. nun. c. 2. in fi.* & per quas Delinquens puniatur in eo in quo deliquit, & per quas is, qui ostendit se esse corruptum, ostendat se esse nunc incorruptum, & per quarum observationem ejus infamia convertatur in famam; & omne scandalum sopiatur. Sic debent intelligi *c. ad abolendam. §. possunt. & c. excommunicamus. §. adjicimus, cum similibus*, quæ volunt, quòd sic Delinquentes e purgent ad arbitrium Episcopi. Caveat tamen Episcopus, quòd semper inspectâ qualitate Personæ, imponat illam pœnam quæ magis sit timenda, ut prædixi *supra. ver. potest etiam*. & quòd pœnitentia sit talis, quam credat verisimiliter fore implendâ, & non deferendam. *di. 5. pœnitentes*. Clericus etiam culpabilis in præmissis potest ad tempus suspendi ab Officio & Beneficio. *21. di. nunc autem. in glo. sed videtur. in fi.* & notat *Archi. e. ti. c. ut commissi. ver. consilio. li. 6.* Aliæ etiam sunt pœnæ Pœnitentiales multæ, de quibus Jura faciunt mentionem, quas causâ brevitatis omitto. Scias tamen, quòd si Purgandus deficiat in Purgatione, quia pœnam seu pœnas sibi injunctas non adimplet, potest tanquam Hæreticus condemnari. *Extra. e. ti. c. excommunicamus. §. si quis vero ex his. & de præsump. c. literas. in fi. de purga. ca. c. inter sollicitudines. in fi.* Si tamen talis fuerit impeditus, fortè valetudine, vel temporis asperitate, vel alio justo impedimento, excusatur. *ff. de excus. tu. l. cum ipse. & l. non solum. §. fi. ff. si quis cautio. l. 2. §. 3.* Si tamen potest aliquid sibi imputari, quia potuit prævenire impedimentum, tunc non excusatur. *ff. si quis cau. l. 2. §. si quis. cum concor*. Et licet fuerit impeditus rationabili impedimento; nihilominus postea

perager

peraget Pœnitendam sibi injunctam; quia illud præceptum continet duo, viz. quòd agat Pœnitentiam, & quòd intra diem hoc faciat. Unde licèt dies sit transacta, durat tamen Præceptum de Pœnitentia peragenda. *ff. de arbitris. l. Celsus. de do. & contu. c. cum dilecti.* Cum verò Pœnitentias injunctas perfecerit, tunc ad tollendum omnem infamiam ortam contra eum, poterit publicè in Prædicationibus pronunciari vir boni Testimonii. *Extra. de purg. Can. c. ex tuarum. 15. q. 6. c. 1. 2. q. 5. ad hæc. & c. omnibus.* quòd si purgâdus ipse morte præventus sit; tunc dic, quòd si Pœnitentiæ injunctæ fuerit tales, quæ possent per alios explicari, cum sumptu tamen; utputà, fabricare Ecclesiam, vel Hospitale, maritare vel dotare Virgines, vel solvere pœnam pecuniariam, vel restituere Usuras, vel facere aliqua sumptuosa opera Pietatis; tunc si is, cui talia injuncta erant, ante ea implera decedat, Hæredes ipsius habebunt ea de Temporalibus suis adimplere: & idem dicunt aliqui in Pœnitentia personali, quæ potest per alium explicari, sicut est jejunare, & orare: nam Jejunia Cognatorum, & Orationes Sanctorum liberant & solvunt animas Defunctorum. *26. q. 7. ab infirmis. 13. q. 3. animæ defunctorum.* Si verò Pœnitentiæ sint ita personales, quòd non possunt per alium explicari; ut audiri Theologiam, vel singulis diebus audire Missam, abjurare & detestari errorem, confiteri qualibet Hebdomada; tunc tales Pœnitentiæ non transeunt ad Hæredes, immò servantur Purgatorio. Nam mortuus est indulgendum non injungendum. *28. q. 3. c. 1.* & pœna debet tenere suos Actores. *C. de pœnis. l. sanximus. Extra. de his quæ fi. à maj. parte. Capi. c. quæsivit.* & sic intelligendum est quod legitur & notatur *in. ti. c. accusatus.* §. *si vero. li. 6.* & quæ ibi notat *Archi.*

a *Restitutus.* Per ipsum qui ab initio hoc potuit concedere. Et sic hæc Restitutio fiet per Episcopum, non autem per Judicem inferiorem, qui forsan talem delinquentem suspenderit, vel prædicare prohibuerit: & hoc satis sonat litera ista, quæ dicit, *legitimè fuerit Restitutus.* Et sic secundùm istum intellectum Suspensio talis, sive Prohibitio, & Pœnitentiæ injunctio potest fieri per unum, sed Restitutio per alium. Et huic dicto concordant quæ scripsi *suprà. de offi. vi. c. quoniam autem.* §. *proviđeat. ver. Diœcesanis.*

b *Super quo.* Sc. Super Restitutione sua.

c *Locum quemcunque.* Supple, infra Provinciam *Cantuariensem.*

d *Modo supradicto.* Sc. ut veniens in vocatione qua vocatus est, ista, de quibus hic dicitur, exhibeat Rectori, vel Vicario loci ubi voluerit prædicare.

e *Tenetur.* Etiam licèt ab eo non petatur; ut apparet ex Textu *suprà. ca. in vers. nec etiam.*

f *Sacerdotes.* Secunda pars.

g *Parochiales.* Sc. qui positi sunt ad regendas Parochias.

h *Vicarii Temporales.* Qui idem significant quod Sacerdotes Parochiales. Et dicuntur *Temporales*, quia non sunt intitulati, sed mercenarii & conductitii; secundùm ea quæ notantur *de offi. vica. c. unico. vers. perpetuis. in Clc. per Uni.*

i *Non perpetui.* Quia non intitulati.

k *Formâ supradictâ.* Sc. nec de Jure Communi, nec de Privilegio, nec de licentia Episcopi speciali.

l *Officia hujusmodi.* Id est, curam † Parochianorum tanquàm Vicarii Temporales.

† MS. Animarum.

m *Illa solâ.* Hîc vide quæ dixi *suprà. de sum. tri. & fide cath. c. altissimus. ver. sacerdotes.* (litera jacet.

n *Simpliciter.* i. e. Absque Themate, vel alia Solennitate, sicut

o *Precibus consuetis.* Sc. in diebus Dominicis post Offertorium solicis fieri ad Populum.

p *Johannis. Paschasii.*

q *Ignorantia Sacerdotum.* De qua; quomodo sit tolerabilis, quomodo non, dixi *suprà. de sum. tri. & fi. cath. c. 1. gla. 1.*

r *Quam.* Sc. Constitutionem.

s *Haberi.* Sc. in Scriptis.

t *Ipsa.* Sc. Constitutio.

u *Possolat.* Quod dic, ut dixi *suprà. de offi. Archipres. c. ignorantiæ.*

x *Et ni.* Tertia pars.

y *Difficultatis ve alterius.* Quæ varia potest esse secùndum diversas conditiones hominũ, quandoq; rationabiles, quandoq; irrationabiles & præsertim in casu isto, ex eo quòd concessuri Licentia prædicandi, forsan reddent se difficiles in adeundo eorum pœnitentiam, vel alias quærendo aliquas Dilationes imaginarias.

z *Ad noxam. Concor. de rescrip. c. statutum. in prin. li. 6.* ubi dicit *Archi.* quòd Noxa est Noxa quandoq; ponitur pro culpa, quãdoq; pro crimine, quandoq; pro peccato, quandoque pro pœna. Alii dicunt *Noxam*, i. e. delictum, sic sumitur secundùm *Card. & Jo. An. de excep. c. pia. ver. noxam. li. 6.* & simile habes *45. di. c. licet.* Et sic improprie ponitur hæc dictio *Noxa*, ut notat *Archi. c. ver. d. c. pia.* quia propriè *Noxa* dicitur ipsum corpus delinquens, *Noxia* verò ipsũ delictum. *Insti. de noxa ac.* §. *noxa.* Juxta illud, *Noxia delictum, Delinquens Noxa vocatur.* Et notatur *Extra. de Regula. c. consulti. in 2. glo.* & ibi per *Hostiẽ ver. Noxa.* Mihi videtur, quòd in hoc loco Noxa possit exponi pro nocumento: & sic potest intelligi in *d. c. pia. cum similibus.* licèt aliter sumatur in aliis locis quandoq;, ut potest apparere diligentius intuenti. *Versus.*

a *Diœcesani.* Ex hac litera apparet, quòd Statuens non sensit has Literas concedi debere per inferiorem Episcopo.

b *Eisdem.* Sc. licentiandis ad prædicandum.

c *Exactione.* Etiamsi sic licentiandus gratis voluerit aliquid solvere, sicut aliàs legitur & notatur *de censibus. c. exigit.* & ibi *ver. a volente. per Jo. An.* & *de rescrip. c. statutum. verb. exigat. per Cardi.* & *Archi. li. 6.*

d *Quorum interest.* Hoc refertur quoad Examinationem.

e *Spectare dignoscitur.* Hoc refertur quoad confectionem Literarum.

f *Celeriter.* Huic concordat quod legitur & notatur *Extra. de Iudæis & condu. c. penulti. & fina.* Sed melius *de sen. & re judi. c. jurgantium.* ubi notant *Ber.* & alii *Doctores* de materia celeritatis; & quòd est commendabilis. Et concordant notata per *Archi. 8. di. mala consuetudo.* ubi de hoc sunt multæ concordantiæ, & in *c. fi. de elec. ver. celeritate. li. 6. per eundem*, ubi ponũtur multæ concordantiæ ad oppositum, sc. quòd non fit aliquid celeriter agendum, sed morosè: & habes Allegationes pro & contra. *93. di. c. 1. per Archid.* qui dicit, quòd fiẽ festinandum est, nè quid justo tardius fiat. Nam non debet Judex accelerando præcipitare Sententiam, nec debet esse nimiã morositate tardus. Cui dicto optimè convenit *ff. de admi. tu. l. tutor qui.* §. 1. Et hæc celeritas adhiberi debet secundùm qualitatem Personarum, Negotiorum, & Circumstantiarum: ut *d. l. tutor. & ff. de verb. obli. l. continuus.* §. *cum ita stipulatus.*

g *Gratis.* Ista litera probat quod dixi *suprà. ver. exactione.*

h *Si qui autem.* Quarta pars.

i *Antiqui Juris.* Ut patet ex Allegatis *suprà*, & præsertim *Extra. de. c. cum ex injuncto. & c. excommunicamus.* §. *quia vero.*

k *Scienter.* Ignorantia igitur excusat talem: quod verum intelligas in ignorantia facti probabili, & non affectata, secundùm ea quæ notat *Jo. An. de cons. ang. & assi. in Clc. ver. scienter. & c. ver. per Paulum.* Nam ignorantia Juris, sive hujus Constitutionis, non excusaret, ut notant *Doctores* prædicti in loco prærallegato, maximè post Publicationem ejusdem; & postquàm venerit ad ejus notitiam. Quod dic ut dixi *suprà. de consti. c. hujus autem. ver. publicam notionem.* Vel dic quod si aliquis implicitè tenet, & sequitur quod docet, & prædicat Sancta *Romana* Ecclesia, licèt explicando erret, motus quãdam ratione naturali, viz. quòd Pater sit major & prior quàm filius, tunc excusabitur. *Extra. de sum. tri. & fide catho. c. damnamus. 24. q. 3. dicit Apostolus.* Sed si implicitè & explicitè errat non excusatur; quia Religio erga Deum est quasi de Jure naturali. *ff. de justi & jure. l. veluti.* Item si ignoret Cultum qui est publicè omnibus notus verè vel præsumptivè. Nam secundùm Apostolum ad *Corinth. 13. In omni Terram exivit sonus eorum*, & hic ignorans est in lata culpa *ff. de verb. sig. l. edere.* §. *fi. Et late. & l. magi.* Ideo non excusatur, cum facilè poterit consulere Peritiores. *ff. de hi. poss. l. in bonorum. 1. q. 1. notandum. cum similibus.*

a *Formam.* Quæ etiam in ſcriptura attendenda eſt. *de cele. miſ. c. in quadam.* & ibi *per Ber. ver. ſed phlegma dixiſſet.* Et quòd forma Legis ſervari debet, faciunt notata *per Jo. Andr. in Cle. 1. de jure patro. ver. inhibentes.*

b *Deſcriptam. Suprà. e. §. 1.* Et in hac forma continentur plura. Primum eſt, prædicaturi perſonalis præſentatio corã Epiſcopo. Secundum eſt, ipſius examinatio. Tertium eſt, idoneitatis Approbatio. Quartum eſt, ipſius ad prædicandum Miſſio. Quintum eſt, ſuæ miſſionis authentica Oſtenſio. Sextum eſt, prius ſuſpenſi vel prohibiti à prædicatione Ceſſatio. Septimum eſt, talis ſic ſuſpenſi Correctio ſive Purgatio. Octavum eſt, ſic correcti & ſuſpenſi legitima Reſtitutio. Nonum eſt, ſuæ Reſtitutionis literalis & realis Oſtenſio. Decimum eſt, quoad Sacerdotes parochiales Conſtitutionis *Jo. Peccham*, quæ incipit, *Ignorantia ſacerdotum.* in docendo vera obſervatio.

c *Temeritate propria.* Quæ apparet in hoc, quod non ſervatis præmiſſis ingerit ſe ad prædicandum.

d *Prædicando.* Quoviſmodo publicè ut apparet, *ſuprà. e. in prin.* & ibi dixi. *ver. quoviſmodo.*

e *Reſervamus.* Et ſic Epiſcopi Diœceſani non poſſunt tales etiam ſuos ſubditos abſolvere, qui aliàs ipſos abſolvere poſſent ſi non obſtaret iſta reſervatio. *Extra. de ſen. excõmuni. c. ſuper. cum ſimilibus.*

f *Quod ſi hujuſmodi.* Quinta pars.

g *Prædicatores. Sc.* formam prædictam non obſervantes.

h *Contemptu.* Ut dixi *ſuprà. glo. proxi.*

i *Excommunicationis Sententiam.* Quam ratione non obſervationis prædictæ formæ ipſo facto incurrebant.

k *Minimè ponderantes.* i. e. Non advertentes, vel de ea non curantes.

l *Secundo.* Id eſt, aliâ vice.

m *Ingeſſerint. Sc.* abſque auctoritate Superioris ut præfertur.

n *Prædicando.* Publicè.

o *Dicendo.* Ad partem.

p *Aſſerendo.* In communicatione.

q *Pertinaciter.* Id eſt, impudenter, vel obſtinatè, irrevocabiliter, vel obſtinatè.

r *Verbo.* Importat idem quod dixit *prædicando, dicendo, &c.* Nam ex verbis deregitur intentio voluntatis. *ff. de ſupelle. l. Labeo.* Et propria voluntas in confeſſione manifeſtatur, *de conſe. di. 4. cum parvulis.* & *c. ſi quis mulier. 12. q. 2. bis autem.*

s *Facto.* Quia facie & operatur exterius id quod manifeſtat intentionem ſuæ voluntatis ad intra. Non enim refert an verbis vel factis quis declaret voluntatem ſuam, *ff. de leg. l. de quibus, in fi. 20. q. 3. quem progenitores. 11. q. 3. exiſtimant.* & ex factis præſumitur de affectu, *C. de dolo. l. dolum. ff. de excep. doli. l. 1. in fi. Extra. de bigamis. c. nuper. 32. q. 5. quid erit.* & *c. ſicut enim.* imo plus eſt aliquid factis facere quàm verbis ad declarandum voluntatem, *Extra. de appel. c. dilecti. & concor. Extra. de conſti. c. cum ac teſſiſſent. de regu. c. 1. in fi. li. 6.*

t *Innuendo.* Nam & levi argumento devians à judicio Catholicæ Religionis puniri poteſt ut hæreticus. *C. e. l. 2. ad fi.* Et vide quod dicam *infra. e. c. penult. in fi. ver. innuens.*

u *In Perſonis Prælatorum.* Qui ſunt Rectores Eccleſiæ quoad Judicia & Statuta edenda & reddenda inter ſuos ſubditos, 93. *di. legimus. 21. di. catholicæ.*

x *Prædicta.* De quæ *ſuprà. §. proxi.*

y *Superiores locorum.* Iſta litera facit ad hoc quòd in Juriſdictionalibus ad alios Prælatos quàm Epiſcopos poteſt cõtingere punitio eorum de quibus hic loquitur. Poſſunt enim eſſe Superiores locorum quales ſunt Abbates & alii exempti, qui in locis & perſonis ibi ſubjectis habent ex privilegio vel conſuetudine quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, ut dixi *ſuprà. e. §. 1. ver. ſuperiorem.*

z *Aggravetur.* Scil. ut ſtatim ſequitur.

a *Debite.* Sc. eis vocatis & ad hoc citatis & præſentibus, ſeu per contumaciam abſentibus.

b *Et inhibeatur.* Hic ponitur forma aggravationis.

c *Eiſdem.* Scilicet active & paſſive.

d *Omnis Communio.* Secundum ea quæ ſequuntur *c. 11. c. excommunicamus. §. credentes. & §. ſequitur.* Forma autem Inhibitionis fieri debet ſecundùm ea quæ ſequuntur & notantur *de ſen. excom. c. ſtatuimus. & c. conſtitutionem. li. 6.*

e *Super his.* Sc. quod verbo & facto pertinaciter renuerint vel ſilverint ſic non poſſe ſtatui per Eccleſiam in perſonis Prælatorum ejuſdem.

f *Convicti.* Per teſtes vel alias probationes legitimas, & in hac convictione requiritur pronunciatio, ut dixi *ſuprà. de Simo. c. nulli. ver. convictus.* & debet hæc pronunciatio eſſe, non ſc. ut pronuncietur hæreticus, ſed ut pronuncietur ſic dixiſſe, verbo actuve feciſſe, per quod ſatis apparet eum ſentire quòd Eccleſia non poſſet ſic ſtatuere, & ſic per conſequens de hæreſi ſuſpectum eſſe: & niſi reſipiſcat pro Hæretico damnandum fore.

g *Reſipiſcant.* i.e. A tali opinione recedant. Et ſic habes hic quòd poſtquam aliquis pertinaciter defenſaverit aliquem errorem vel hæreſin & ſuper hoc convictus fuerit, poteſt pœnitere & ad unitatem Eccleſiæ redire; Quod dic, ut legitur & notatur *Extra. eo. c. ad abolendam. §. præſenti.* & ibi per *Ber. ver. ſponte recurrere.*

h *Abjurare int.* Scire enim debes, quòd omnis qui eſt graviter ſuſpectus de hæreſi, volens redire ad unitatem Eccleſiæ poteſt compelli hæreſim abjurare, *Extra. e. ad abolendam. §. præſenti. & c. accuſatus. in prin. li. 6.* Et de hæreſi ſuſpectus, qui recuſat hæreſim abjurare non videtur verè redire, nec videtur vere correctus, & ideo tanquam Hæreticus eſt damnandus, ut patet *d. c. ad abolendam. c. laicus. & c. excommunicamus. §. ſi qui vero.* & *no per Archi. d. c. accuſatus. ver. orta.*

i *In forma Eccleſiæ.* Hæc forma colligitur *ex. c. Ego Berengarius. de conſe. di. 2.* & *ex c. Inter ſollicitudines. de purga. ca. ſecundùm Archi.* qui ſic notat in *c. accuſatus. ver. abjuravit.*

k *Ordinarium.* Scilicet Epiſcopum, vel talem qui de tali cauſa poſſit cognoſcere.

l *Declaretur.* Deregitur namque aliquis Hæreticus verbis & factis, ut dixi *ſuprà. e. ver. facto. & glo. præcedenti.* Et ſciendum quod aliquis cenſetur Hæreticus multis modis. Is namque qui male ſentit vel docet de Fide, de Corpore Chriſti, de Baptiſmate, peccatorum Confeſſione, Matrimonio, vel aliis Sacramentis Eccleſiæ & generaliter quòd ſit de aliquo prædictorum, vel de articulis fidei aliter prædicat, docet vel ſentit, quam doceat ſancta mater Eccleſia, dicitur Hæreticus. *Extra. de ſum. tri. & fi. ca. c. 1. & 2. Extra. e. ad abolendam. 23. q. 1. hæc eſt fides.* Nam omnino cenſetur Hæreticus, qui non tenet id quod docet & ſequitur Sancta Romana Eccleſia. 11. *di. c. ſi. & c. nolite. de ſum. tri. & fi. ca. c. 1. li. 6.* Cenſetur etiam Hæreticus omnis ille qui falſam opinionẽ de Fide Catholica gignit vel ſequitur. 24. *q. 3. hæreſis. & c. hæreticus. cum ſequentibus.* Poteſt tamen inter tales quoad nomen aſſignari differentia. Nam gignens errorem proprie dicitur Hæreticus, ſed ſequens errorem poteſt dici credens errori; Item ille qui gignit errorem proprie dicitur Hæreſiarcha ſicut ille qui pertinaciter defendit errorem. 24. *q. 3. quæ aliorum.* Alio modo dicitur Hæreticus quicunque ſacram Scripturã aliter intelligit quàm Spiritus Sãctus flagitet & ſic errat in expoſitione ſacræ Scripturæ. 24. *q. 3. hæreſi. 37. di. relatum.* Dicitur etiam Hæreticus qui ex contemptu Romanæ Eccleſiæ contemnit ſervare ea quæ Romana Eccleſia ſtatuit, & etiam qui deſpicit & negligit ſervare *Decretales*, quaſi videantur contra Claves. 25. *diſt. de libellis. 19. di. nulli.* Hæreticus etiam eſt omnis ille qui pervertit Eccleſiæ Sacramenta, 1. *q. 1. eos qui pecuniam. 5. q. 3. ſed licet.* Dicitur etiam Hæreticus omnis qui quomodocunque ab unitate Catholicæ Fidei & Communione fidelium divisus eſt, 2. *q. 1. quod autem. 7. q. 1. denique.* Is quoque qui dubitat de Fide Catholica, poteſt dici Hæreticus, *Extra. c. c. 1.* Nam ut dicamur fideles, debemus firmiter credere & ſimpliciter confiteri. *Extra. de ſum. tri. & fi. ca. c. firmiter. & c. ti. c. fideli. li. 6.* Dubietas etiam in fide eſt contra fidem, *C. de Judæi. l. cælicolarum. & Extra. ille e. ti. c. firmiſſimè.* ubi de hoc. Hæreticus etiam appellatur qui Romanæ Eccleſiæ privilegium ab ipſo ſummo Eccleſiarum Capite conatur eripere. 12. *di. c. omnes.* Hæreticus etiam dicitur qui non recipit neque credit id quod prædicant Sancta quatuor Evangelia, *C. e. ti. l. quicunque.* Hæreticus etiam dicitur largo modo, omnis qui præciſus eſt ab Eccleſia, & ſic excommunicatus dicitur hæreticus. 4. *q. 1. c. 2.* Et de hac materia *no. 24. q. 3. ſic. §. qui ergo hæreticus. in glo. vero modo.* & per *Ber. d. c. firmiſſime.* & *per Archi. c. ſicut. 2. ver. prim. li. 6.* Sed ſtricto modo loquendo generaliter poteſt dici, quòd Hæreticus eſt ille qui à recto tramite & judicio Catholicæ Fidei derectus fuerit deviare. *C. de hæreticis. le. 2.* Vel aliter ſtricto modo & proprie Hæreticus eſt, qui falſam de Fide Catholica opinionem ſentit & gignit, 24. *q. 3. hæreſicus.* Et de hac materia vide quod legitur *de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam. in prin.* Et inſuper ſcias quod Hæreticus eſt, qui male ſentit in nova & falſis

Multis modis cenſetur qui Hæreticus.

falsis opinionibus contra doctrinã Ecclesiæ, licet non sint contra Articulos Fidei, ut *nō. de astur. c. 1. in glo. non solum. per Fo. An. in Clem.*

a *Extunc.* Sc. post declarationem. Nam ante declarationem, si paratus sit corrigi, licet errei, non est dicendus Hæreticus. 24. q. 1. *hoc est.* per *Fo.* & *c. quæ dignior. in glo.* & q. 3. *dixit. in glo.*

b *Schismaticis.* Quia volunrarie dividunt se ab Ecclesia, & vide quod dixi, *supra. de magist. c. 1. ver. schismaticum.*

c *Juris effectum.* Ut sc. eis non faveatur, neque credatur, nec receptentur, nec defendantur ab aliquibus, & quòd contra eos tam per Judices Ecclesiasticos quã Sæculares ad ipsorum eliminationẽ, destructionem, & punitionem procedatur secundùm quod in legibus & sacris continetur Canonibus: & ad effectum ut incurrant pœnas Hæresis ipsò facto, ut sequitur statim.

[a] extunc pro Hæreticis & [b] Schismaticis ab omnibus reputentur ad omnem [c] Juris effectum, Hæreseosque & Schismatis [d] pœnas in Jure expressas incurrant [e] ipso facto, & [f] præsertim ut bona eorundem ipso Jure censeantur [g] confiscata, & ab illis [h] quorum interest, [i] occupentur. Ipsorumque [k] fautores, [l] receptatores, & [m] defensores,

Pœnæ Hæreticis inflictæ.

d *Pœnas in Jure expressas.* Hic loquitur de pœna tam Hæresis quàm Schismatis; unde quoad pœnas Hæresis habes scire, quòd in Jure reperiuntur multæ pœnæ quæ Hæreticis ipso Jure infliguntur. Sunt enim Hæretici ipso jure excommunicati, *Extra. e. c. ad abolendam. in prin.* & *c. excommunicamus. §. credentes.* Et hoc sive sint manifesti sive occulti. *c ti. c. 1. circa fi in glo. Hic patet. per Fo. in Clem.* & notat *Archi. de sum. tri.* & *fi. cath. c. fideli. de sen. excom. cum quis. li. 6.* Item omnes eorum fideles liberantur & omnis obligatio eis quæsita dissolvitur, *Extra. e. c. fi.* Item in filiis dissolvitur vinculum patriæ potestatis. *e. ti. c. 2. §. fi. li. 6.* & ipsi filii, fratres, & sorores debent eis deferre, 28. q. 1. *si fideles.* Et cum eis dissolvitur conjugalis servitus, & potest fieri separatio à thoro. 28. q. 1. *c. uxor.* & *c. idololatria.* & habetur *Extra. de divor. c. quanto.* & *c. ex literis.* Et si talis Hæreticus post lapsum redierit ad unitatem Ecclesiæ, tunc si non erant separati Judicio Ecclesiæ, alter conjux tenetur omnino redire ad alium. *Si* verò erant per sententiã separati, tunc erit in electione illius qui remansit in fide, an velit redire ad conjugem vel Religionem intrare, quia non posset in sæculo permanere, nec alium recipere vivente illo, qui est modo conversus, cum ipse dicatur per pœnitentiam esse sanatus. 32. q. 1. *quod autem.* Et ita debet intelligi *Extra. de divor. c. de illa.* & *c. quanto. de convers. conjug. c. fi.* Item Hæretici sunt infames & inhabiles activè & passivè. Item non possunt creari Judices, vel Tabelliones, vel Rectores Civitatum vel locorum. Item omnes actus legitimi eis interdicuntur à Jure, nec possunt aliquod Beneficium Ecclesiasticum obtinere. Item si tales decedãt non sunt sepeliendi in sepultura Ecclesiastica, prout præmissa probantur *Extra. c. excommunicamus. §. credentes.* & *c. ti. c. 2. li. 6. C. ti. li. Manichæi. C. de apostatis. l. 2.* confiscari etiam debent omnia bona eorum, ut *infra* sequitur. Quod dic ut *infra. e. ver. confiscata.* De Jure etiam Civili imponuntur certæ pœnæ secundùm antiqua Jura, sicut patet *C. e. l. quicunque. in fi.* Sed hodie indistinctè illi qui per Judicem Ecclesiasticum sunt damnati de Hæresi, quales sunt pertinaces & relapsi, qui non petunt misericordiã ante sententiam, sunt damnandi ad mortem per sæculares potestates, & per eos debent comburi seu igne cremari, ut patet in quadam Constitutione *Frederici*, quæ incipit, *ut commissi. §. item mortis.* Et in alia Constitutione ipsius, quæ incipit, *inconsutile. §. contra tales*; quæ sunt servandæ, ut patet *c. ti. ut inquisitionis. in prin. li. 6.* & *c. fi. e. li.* quæ autem sit pœna schismaticorum, *no. per Hostien. in summa de schismaticis. §. qua pœnâ.*

e *Ipso facto.* Requiritur tamen sententia declaratoria, ut patet *c. ti. c. cum secundùm leges. li. 6.* De pœnis autem pœnitentialibus, quæ non damnatis, sed tantum suis rectis imponi solent ab homine, dixi *supra. c. §. 1. ver. purgaverit.*

f *Præsertim.* Id est, maximè. *de confess. præben. c. si soli. ver. præsertim. per Archi. li. 6.*

g *Confiscata.* Simile habes in crimine læsæ Majestatis. *C. ad l. Jul. ma. l. quisquis.* & *l. si cui. Concor. ff. de dona. l. donationes.* Sic etiam in quibusdam aliis criminibus confiscantur bona. *C. de incestis nup. l. cum ancillis.* & *de rap. virg. l. 1. de vestig.* & *commiss. l. commissa. cum similibus.* Unde talis pœna habebit multo fortius locum in tam gravi crimine. *Extra. e. c. vergentes. 6. q. 1. si quis Dominus.* Et intelligas quòd statim commisso crimine non totum perdit talis administrationem bonorum hujusmodi sed etiam Dominium. Et est casus *e. ti. c. cum secundùm leges. li. 6.* Item tales desinunt posse aliqua bona possidere, & per consequens non possunt præscribere. 23. q. 8. *per totum.* 8. *di. quo jure.* junctis *c. cum possessor. de re. ju. li. 6.* Sed circa materiam hujus confiscationis bonorum est sciendum, quòd licet bona talium sint ipso facto seu ipso jure confiscata, necessaria tamen est Sententia Declaratoria Judicis super ipsa confiscatione vel adempticne bonorum. Et hæc Sententia solummodo heri debet per Judicem Ecclesiasticum, & non per Judicem Sæcularem. *e. ti. c. ut inquisitionis. §. prætile. omn.* & *dicto c. cum secundùm leges. li. 6.* Et hæc pœna vendicat sibi locum solummodo in illis quos constat esse Hæreticos, vel qui de hæresi sunt damnati. *e. ti. c. ad abolendam.* & *de verb. sig. c. super quibusdam.* & *e. ti. c. accusatus. §. porrò. li. 6.*

h *Quorum interest.* Interest enim uxoris ut habeat dotem, quam non perdet, nisi scienter cum hæretico contraxisset. *e. ti. c. decretali. li. 6.* Si tamen ipsa Mulier propter hæresim suam damnata ut pœnã amitteret dotem & confiscaretur dos ipsius. *ff. de ho. dam. l. quando que legibus.* Filii verò secundum jura Cæsarea interesse non habent, neque possunt in talibus bonis succedere, ut patet *e. ti. c. cergent. i.* & *e. ti. cum secundum leges. li. 6.* & est expressum in quadam Constitutione *Frederici*, quæ incipit, *Gaudeamus* & in alia, quæ incipit, *Commissi.* Et sunt approbandæ *e. ti. c. ut inquisitionis. li. 6.* Fallit tamen in duobus casibus. Primus est, quando filii statim revelant hæresim patris. *C. ad l. Jul. ma. l. quisquis.* & *c. fi. E.* habetur in dicta Constitutione *Frederici*, quæ incipit, *Commissi. §. caterùm. ver. nec quidem.* Secundus est, quando filii tanto tempore possederunt bona quod ea præscripserunt, concurrentibus his quæ habentur *e. ti. c. fi. li. 6.* Et nota quòd quando Judex Ecclesiasticus viderit bona Hæretici fore publicanda, faciet ipsa annotari & describi & demum cogat scientes ad ipsa judicanda. *C. de ho. proscrip. l. si quis. de jure deli. l. sancimus. §. licentia.* & *de his qui ad ec. confu. l. præsenti. §. sicubi. cum similibus.*

Propter Hæresim viri uxor dotem non perdit.

f *Auctoritatem.* i.e. Vim ſive deciſionem.

g *Conſtitutionum.* Sive Provincialium, ſive Synodalium.

h *Condentis.* Sive ſit Papa univerſaliter, ſive Archiepiſcopus in ſua Provincia, ſive Epiſcopus in ſua Diœceſi.

i *In dubium.* Sc. utrum ſic poſſet Statuere, necne.

k *Doceat.* Et ſic includit Prædicationem.

l *Adorationem.* i. e. Cultum, ſive Venerationem.

m *Crucis glorioſæ.* De cujus Adoratione vide quæ dixi *ſuprà. de Eccl. ædi. c. ut Parochiani. ver. imagines.*

n *Peregrinationes.* Quæ non ſunt contemnendæ, quia à Sanctis Patribus ſunt approbatæ. 30. *di. ſi quis per ſuperbiam.*

o *Reliquias.* De harum Veneratione quæ dixi *ſuprà. de Eccl. ædi. c. ut Parochiani. ver. Imagines. in fi. & Extra. de relic. & ve. Sanct.* quaſi per totum.

p *Caſibus conſuetis.* Sc. pro recta Fide ſervanda. *de conſe. di. 2. ego Berengarius.* Item pro Obedientia præſtanda. *de jurejur. ego Epiſcopus.* Item pro Expenſis factis in Lite. 2. *q.* 1. *In primis.* circa medium. Item pro Indemnitate rerum Eccleſiæ. 8. *q.* 3. *Artaldus.* Item pro delectu Teſtium. 22. *q.* 1. *c. ut noveritis.* Item pro aſſeveranda Innocentia. 2. *q.* 5. *ſi quis Presbyter.* Item pro Calumnia vitanda. 2. *q.* 1. *in primis.* Quatuor etiam Caſus recitantur, in quibus licitum eſt Jurare, videlicet pro Pace ineunda, Societate coeunda, pro Teſtimonio ferendo, item ob defectum Teſtium. 22. *q.* 1. *omne.* De hac materia ſolent notari Verſus:

Caſus quibus licitū eſt Jurare.

Verſus.

Pax, & Fama, Fides, Reverentia, Cautio Damni,
Defectus Veri poſcunt Jurando caveri. & *no. de elect. c. ſignificâſti. ver. pro fide. per Hoſtienſem.* Alii caſus notantur per *Arch. in dicto c. omne.* quos ibi videas. Et circa hoc vide notata per *Wil. in Clem.* 1. *de jurejur. ver. reſpondit.*

q *Proceſſionibus.* De quibus habes *de Conſecratione. di.* 3. *Jejunia. ver. vacandum. per Arch.* Et potes intelligere de Proceſſionibus ad Crucem in Navi Eccleſiæ, ut ſolet fieri certis temporibus.

† *MS. Æton. hos.*

r *Genuflectionibus.* Quæ tamen ad † Horas fieri non debent à Feſto Paſchæ uſque ad Feſtum Pentecoſtes incluſivè, in ſignum Reſurrectionis Dominicæ. 76. *di. c.* 7. §. *non autem. & di.* 30. *c. ſi quis Presbyter.* Item nec aliquo die Dominico. *de Conſecratione. di.* 3. *quoniam ſunt.* Secus tamen eſt in diebus Jejuniorum. 26. *q.* 7. *Sacerdos.* Et quod dicit hic, *Genuflectionibus*, poteſt referri ad hoc quod dixit de Imagine Crucifixi, & Imaginibus aliorum Sanctorum, & etiam ad Reliquias Sanctorum, ut ſcil. coram eis fiant Genuflectiones.

s *Inclinationibus.* Inclinatio enim Capitis ſignificat Devotionem Mentis ſive Cordis, ut habetur & legitur in *c. decet. de immuni. Eccl. li.* 6. ibi, *Capitis inclinatione &c.*

t *Thurificationibus.* i. e. Incenſationibus vel Sacrificationibus, ſecundùm *Fanuenſem. Sacrificium* enim dicitur omne id quod in Altari crematur, ſecundùm *Iſidorum*: & ſic *Incenſum* ſive *Thus crematum* in Altari poteſt dici Sacrificium, & tale Sacrificium adhuc remanet in Novo Teſtamento, ſicut & obſervabatur in Veteri Teſtamento, licèt alia Sacrificia Veteris Teſtamenti ceſſaverint. Et eſt ratio, quia Thurificatio ſignificat quod ſemper faciendum eſt, ſcil. Orationem, & mentis ad Deum Devotionem; ita quòd ipſa Literalis obſervantia Moralis eſt. In Thurificatione namque honoratur Deus, ſicut honoratur in magnitudine & pulchritudine Templi materialis. Significat enim magnitudo Templi materialis Imaginem Templi *Spiritualis*, quod eſt Regnum Cœleſte, vel Anima Juſti, quæ major eſt toto Mundo, non mollis corporis diſtenſione, ſed virtute & poteſtate, ut dicit *Auguſtinus.* Et tale Sacrificium poteſt dici ſpecies Latriæ, quæ eſt cultus ſoli Deo debitus. *Latria* namq; conſiſtit in quinque, ſc. Oratione, Adoratione, Jurarione, Sacrificatione, & Laudatione, ut notat *Philip. de Pergamo ſuper Catonem, par. e proſaica, Præcepto primo.* Unde de eodem Thure ſive Incenſo, quo Thurificatur Altare, non deberent Thurificari Clerici, vel etiam Laici, ſed de alio Incenſo non Benedicto. Et ſic ſentire videtur *Magiſter in Hiſtoriis Exodi* 30. *c. ad ſi.* Et hinc eſt qd quædam Ordinaria habent, ut in Benedictione nuptiarū Incenſato Altari, non Thurificentur Sponſus & Sponſa de eodem Thure, ſed de alio.

Latria in quinque conſiſtit.

u *Oſculationibus.* Quæ ſunt Religionis: unde dicitur, *Recepit eum in oſculo pacis.* Baſia verò ſunt amoris, Suavia luxuriæ & libidinis. Unde Verſus:

Verſus.

Baſia Conjugibus, ſed Oſcula dantur Amicis,
Suavia laſcivis miſcentur grata Puellis.

Item Oſcula damus Filiis, Pacem Amicis. Baſia Uxoribus, Suavia Scortis. Item Oſcula ſunt charitatis, Baſia blanditiei, Suavia voluptatis, ſecundùm *Fanuenſem.*

x *Oblationibus.* Quaſi fiant Reliquiis, vel in honorem Sanctorum, contemnens Anathema ſit. 30. *di. Si quis, per ſuperbiam.*

y *Luminarium accenſionibus.* Non ad tenebrarum effugationem, ſed ad oſtendendum quòd ipſi Sancti cœleſti lumine à Deo ſunt illuminati, in quibus viventibus in hac vita effulſit lumen Fidei, Gratiæ, & Doctrinæ.

z *Peregrinationibus.* Quæ non ſunt contemnendæ, ut dixi *ſuprà, eo. ver. peregrinationes.*

a *Conſuetis.* Conſuetudo namque Eccleſiaſtica diligenter eſt obſervanda, cujus tranſgreſſor puniendus eſt ut tranſgreſſor Legis. 11. *di. in his rebus. cum ſua glo.*

b *Ac Juramenta.* Verſ.

c *Tactis Sacroſanctis.* Hic vide quod dixi *ſuprà. de jureju. c. Preſbyteri. ver. & in pectis.*

d *Super ipſis.* Hujus materiæ declarationem vide in loco ad quem remiſi *ſuprà. glo. proxi.*

e *Fore præſtanda.* Nam in talibus recuſans Jurare, cenſeri debet Hæreticus. 22. *q.* 1. *non eſt. ubi de hoc per Jo. Extr. co. ti. c. Excommunicamus. §. ulti.* Error enim illorum, qui dicunt, qd nulla veritas eſt firmanda Juramento, potuit occaſionem habere ex illo dicto Evangelii *Matthæi* 5. *Ego autem dico vobis non jurare omnino.* Item *Jaco.* 5. *Ante omnia, Fratres mei, nolite Jurare.* Item *Auguſtinus*, in quodam Sermone dicit ſic, "Falſa Juratio vitioſa eſt, "vera Juratio periculoſa eſt, nulla Juratio ſecura eſt. Sed contrarium manifeſtè oſtenditur, ſc. quòd licitum eſt Jurare. *Gen.* 22. dicitur, *Per Memet ipſum Juravi, inquit Dominus, qd ſi quis &c. Juravit enim per ſeipſum, qui non habuit majorem per quem Juraret.* Unde ſi Deus, qui eſt ſummè perfectus, Juravit, ſequitur, qd non eſt contra Statutum Perfectionis Jurare. Sufficit enim homini perfecto, qd ſit ſicut Magiſter ejus: Magiſter enim noſter Deus eſt. *Matth.* 23. *Unus eſt Magiſter veſter:* & *Jo.* 13. *Vos vocatis Me, Magiſter, & Domine, &c.* & Angelus Juravit *per viventem in ſecula. Apocal.* 10. Item Apoſtolus juravit, ad *Rom.* 1. *Teſtis eſt mihi Deus.* Cùm igitur jurent Deus, Angelus, & homo Sanctus, mirum eſt quomodo non vult Hæreticus Jurare, quaſi Deo, Angelis, & Sanctis ſanctior eſſe velit: ſed videtur potiùs aſſimilandus Diabolo, Diabolum enim non meminī me legiſſe Juraſſe ad confirmationem Veritatis. Argumenta verò, quibus utuntur Hæretici ad confirmationem Erroris ſui, valde debilia ſunt. Si enim ex hoc quod dicitur, *Jacobi* 5. *Fratres mei nolite Jurare*, peccatum eſſet Mortale Jurare, ſequeretur, quòd cùm Dominus diceret *Matth.* 23. *Nolite Patrem vobis vocare ſuper Terram*, eſſet

per Eccleſiam, prout in Decretis, Decretalibus, & Conſtitutionibus noſtris Provincialibus, ſive locorum [b] Synodalibus continentur, [c] niſi ad habendū verum intellectum [d] eorundem, publicè aut occultè [e] diſputare præſumat; aut [f] auctoritatē eorundem Decretorū, Decretalium, aut [g] Conſtitutionū Provincialium, poteſtatémve [h] condentis eadem [i] in dubium revocet, ſive contra determinationem eorundem [k] doceat, & præſertim circa [l] adorationem [m] Crucis Glorioſæ, Imaginum Sanctorum veneraciones, ſeu [n] peregrinationes ad loca aut [o] Reliquias eorundem, aut contra Juramenta in utroque Foro, Eccleſiaſtico videlicet & Temporali in [p] caſibus conſuetis & more ſolito præſtanda: ſed ab omnibus deinceps doceatur communiter, atq; prædicetur Crucem, & Imaginem Crucifixi, cæteraſq; Imagines Sanctorū in ipſorum memoriam & honorem quos figurant, ac ipſorū loca & reliquias [q] Proceſſionibus, [r] Genuflectionibus, [s] Inclinationibus, [t] Thurificationibus, [u] Deoſculationibus, [x] Oblationibus, [y] Luminarium accenſionibus, & [z] Peregrinationibus, necnon aliis quibuſcunque modis & formis, quibus Noſtris & Prædeceſſorum Noſtrorum temporibus fieri [a] conſuevit, venerari debere, [b] ac Juramenta [c] tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis, & [d] ſuper ipſis in caſibus in Jure expreſſis, & in utroque Foro uſitatis, ab omnibus, quorum intereſt, legitimè [e] fore præſtanda.

esse: Mortale peccatum vocare aliquem Patrem super Terram. Item si ideo in nullo casu Jurandum est, quia Dominus dicit *Matth. 5. Dico vobis non jurare omnino.* Igitur cùm aliquis dicit, alicui colligenti Petrocilium, ut non omnino colligat illam Herbam, sive illud Petrocilium, sequeretur, qd eum prohiberet ut nihil inde colligeret; qd manifestè falsum est, secundùm communem modum loquendi, & etiam secundùm Logicos. Alium namque sensum facit Negatio præposita signo universali, alium postposita: præposita enim æquipollere facit Particulari Negativo, postposita verò suo contrario, sc. Universali Negativo. Unde differt dicere, *non omnis homo currit*, & *omnis homo non currit.* Christus autem non dixit, *omnino non Furabis*, sed dixit, *non Furabis omnino.* Unde non prohibuit omnem Jurationem, sed prohibuit nè Jurares omnino, i. e. sine causa, nè viz. ex quacunque levi causa veniatur ad facilitatem Jurandi, & ex facilitate ad consuetudinem, & ex consuetudine ad Perjurium. Nec obstat illud *Jacobi 5.* ubi dicit, *Nolite Jurare omnino*, nam in hoc removet indiscretam Jurationem, vel qd pro qualibet causa non sit Jurandum; quia non pro levi causa. *2. q. 5. Si quis Presbyter.* Vel dic aliter, qd non prohibet simpliciter Juramentum, sed voluntatem libidinosam Jurandi, & ideo dixit vulgatiter, *Nolite*; quia ad Jurandum non debet quenquam de honestate spontanea Voluntas inducere. *22. q. 2. c. non est. & c. si peccatum.* Unde dicit, *Nolite*, i.e. *non velitis*, vel, *non placeat vobis.* Quod autem subjicit, *omnino*, exponunt quidam, i. e. *ubique*; vel dic, *omnino*, i.e. ita tanquam per se esset bonum Jurare; *vel omnino*, i.e. sine causa, vel levi ex causa, sive indifferenter in omnibus, & per omnia. Hanc materiam tetigi in Lectura *Decretorum. 22. q. 1. in prin.* Ad dictum *Augu.* respondetur, qd sicut transire Mare est periculosum, & non transire securum, & tamen quandoq; necessarium est transire Mare; sic etiam quandoq; necessarium est Jurare, licèt Jurare non sit (securum.

a *Contrarium.* Secunda pars.

b *Innuens.* Ex hoc apparet, qd non solùm verbo, sed etiam signo, vel nutu potest quis delinquere: & hoc verum quoad ostensionem mentis sive intentionis ad intra. Nam sivè benè agendo sive malè, potest quis nutu voluntatem suam exprimere. Facit ad hoc *ff. de leg. 3. l. nutu.* Et dicitur aliquis nutu aliquid ostendere, quando ad Interrogata consentit, vel fàcit aliqua signa, per quæ voluntas ejus ostenditur, sive perpenditur: ut *l. servo invito. §. si pupillo. ff. ad Trebel. secundùm Fac. de Are.* Et prædicta intelligo vera, non solùm de eo qui non potest loqui, sed etiam de eo qui potest loqui: magis tamen eligit voluntatem suam ostendere signis quàm verbis, & quòd sit talis qui non perdidit intellectum; aliàs si perdidisset intellectum non teneretur. *Ar. l. jubemus. C. de testa.*

c *Per nos Statutis. Suprà, eo. c. proxi. §. qui autem.*

d *Pœnas Hæreseos.* Præmissâ Sententiâ sive pronunciatione contra tales, per quam declarentur Hæretici.

e *In eventum.* Scilicet si post abjurationem iterum lapsus fuerit in errores pristinos.

f *Pro tali.* Scil. Hæretico & Relapso.

g *Juris effectum.* Ut scil. puniatur pœnis Hæreticorum, & pœnis Relapsorum.

h *Finaliter.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & habet decem dicta. In primo ponit Exordium fundatum triplici motivo. In secundo ibi, *Considerantes*, recitat causam Principalem condendi istam Constitutionem. In tertio ibi, *Ad supplicationem*, recitat super hoc requisitionem Cleri. In quarto ibi, *Volentes*, procedit ad Statutum, per quod mandat certam Inquisitionem fieri. In quinto ibi, *Et si aliquem*, adjicit pœnam his qui inventi sunt culpabiles post Monitionem eis factam. In sexto ibi, *Et si ipsi*, adjicit pœnam negligentibus facere Inquisitionem prædictam. In septimo ibi, *Quod si ipsi*, provident in eventum quo ipsi Inquisitores fuerint inventi culpabiles in his quibus mandatur inquiri. In octavo ibi, *Quod si quis*, aggravat pœnam contra violantes has Constitutiones quæ sunt in hoc Titulo. In nono ibi, *Ad hæc*, providet de modo procedendi contra Hæreticos. In decimo ibi, *Habita quoque*, mandat contra convictos legitimè Sententiam ferri, & ipsos Canonicè puniri.

Divisio.

Quardiani, Præpositi, Custodes, vel Principales Collegii, Aulæ, vel Introitûs cujuscunq; Universitatis singulis mensibus ad minimum semel inquirant, an quisquam Propositionem non Catholicam, aut Doctrinam non sanam proposuerit, aut sustinuerit, inventos admoneant desistere & revocare, recusantes & jure & loco mulctent, sicut & ipsi pertinaciter negligentes mulctandi sunt. Et sicut contra suspectum de crimine læsæ Majestatis largè multisque modis procedi potest;

---

ita contra suspectum de Hæresi omni libertate hic inferiùs notata procedi fas est.

Idem.

[h] Finaliter quia ea quæ de novo & insolitè emergunt, novo & maturo [i] indigent auxilio; [k] & ubi majus est periculum, ibi cautius est [l] providendum, & fortius resistendum: [m] nec injustè minus nobile discretè [n] abscinditur, ut qd nobilius est perfectius nutriatur. [o] Considerantes igitur, & [p] dolenter referentes, quomodo [q] Alma Universitas Oxonia, quæ sicut [r] vitis abundans suos [s] palmites fructuosos ad honorem Dei, multiplicémque profectum & p. otectionem Ecclesiæ suæ diffundere consuevit, jam [t] partim versa in [u] labruscas [x] uvas acerbas gignit, [y] quibus [z] indiscretè [a] comestis à pluribus [b] in Lege videl. Dei [c] reputantibus se peritos, [d] dentes obstupescere, sc. quòd

i *Indigent auxilio. de jura. cal. c. ceterum.* & ibi *per Bern. glo. 2. ff. de interr. ac. l. de ætate. §. ex causa. ff. de ventre inspi. 2. 1. in principio.*

k *Et ubi.* Secunda invectio.

l *Providendum. Contr. de elect. c. ubi periculum. li. 6. ff. de carbo. Edicto. 1. 1. §. Et si quis. 42. dist. quiescamus.*

m *Nec injustè.* Tertia invectio.

n *Abscinditur. 81. di. Item quia. in fi.*

o *Considerantes.* Secunda pars.

p *Dolenter.* Simile habes *de elect. Miss. c. dolentes.*

q *Alma.* Simile verbum habes *de sen. Excommuni. c. alma. li. 6.* Et dic, *Alma*, i.e. Sancta, Pulchra, Nutriens, seu Excelsa. Et *nota. de reli. & venè. sanct. c. amicus. li. 6. ver. Alma. per Arch. li. 6.*

r *Vitis abundans.* Viti comparatur Universitas Studentium, primò propter scientiæ ab ea procedentis tanquam humoris nutritivi effusionem. Item secundò, quia sicut Vitis, ut ait *Isid.* citò firmatur in radice; sic Universitas citò firmari debet in his quæ sunt Catholicæ Fidei. Tertiò, quia sicut Vitis, quæ flexibilis est, arbores vicinas quasi quibusdam Brachiis amplectitur atque stringit: sic Universitas debet omnem Scientiam & Sanctitatem Doctrinæ sibi per Charitatem copulare. Quartò, quia sicut Vitis in suis Palmitibus nunquam desinit fructificare; sic & Universitas Studentium non definet in suis Palmitibus, i. e. Magistris & Doctoribus, bonæ Doctrinæ & bonæ Operationis fructus emittere. *Vitis comparatur Universitati Studentiũ. Universitas.*

s *Palmites.* i. e. Doctores & Magistros, quorum verba Doctrinæ Sapientiæ plena redduntur, in Scholaribus tanquam proficere incipientibus folia primò emissa de Vite, in proficientibus verò ad Gradum Scholasticum præbent flores; sed in † pervenientibus, quales perfectis, sunt Magistri & Doctores, ostendere habent fructus: & hoc est quod sequitur, *fructuosos &c.* † *MS. Æton.*

t *Partim.* i. e. Non totaliter, sed in parte.

u *Labruscas.* i. e. Vitem Sylvestrem, sic dictam, quia in labris & extremitatibus Terræ nascitur, i.e. juxta vias & semitas.

x *Uvas acerbas.* Quæ & vocantur *Labruscæ: Isa. 5.* & sic Labrusca ponitur tam pro Arbore quàm pro Fructu. Et per *Uvas acerbas* hic intelligitur perversa & erronea Doctrina, sive Iniquitas, vel fructus malæ operis, secundùm *Aymonem* in loco prælegato.

y *Quibus.* Scil. Uvis acerbis.

z *Indiscretè.* i. e. Non discernendo Doctrinam bonam à mala, sanam ab insana, sapidam ab insipida, maturam ab immatura, acerbam à dulci.

a *Comestis.* i. e. Incorporatis, vel aliàs in stomachum mentis assumptis.

b *In lege Dei.* Quæ natura constat *di. 1. omnes leges.* & omnè qd fas est *Legis Divinæ* nomine continetur. *ex. di. c. ex verbis.* Lex etiam Ecclesiastica dicitur *Lex Divina*, ut clarè notat *Arch. de præscrip. c. ulti. ver. humana. li. 6.* Et videtur Textus *de privil. c. cum de diversis. li. 6. Job.* tamen *An.* ibi dicit, qd *Lex Divina* dicitur solùm illa, quæ continetur in Sacra Pagina: & hinc dicto concordat *Wil. in prooemio Clem. ver. sanctio.* ubi dicit, qd *Lex Divina* est duplex, sc. Vetus & Novum Testamentum, ut notatur in principio *Decretorum. & 8. di. Moyses.*

c *Reputantibus.* Quales sunt hi qui fruuntur Prudentiæ suæ, contra id quod legitur & notatur *de constitutionibus. c. nè innitaris.*

d *Dentes. Jeremiæ 31.* dicitur, *Patres comederunt Uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Per *Uvam* enim *acerbam* intelligi potest Scriptura malè intellecta, quæ ipsorum sic malè intelligentium dentes, i. e. Sensus interiores facit obstupescere, sc. quòd

non ſapiunt neque ſentire poſſunt ſuavitatem, de qua dicitur, *Guſtate & videte, quàm ſuavis eſt Dominus.* Vel Uva acerba eſt fructus collectus ante tempus, ut ait *Greg. in li. 11. moralium.* unde qui ſe intromittit de expoſitione Sacræ Scripturæ antequam ipſam maturè intelligat, Uvam acerbam comedit, & non ſolùm in ſenectipſo, ſed etiam in aliis audientibus, quibus talem cibum miniſtrat, dentes obſtupeſcere facit. Nam dum erroneâ Doctrinâ animus paſcitur, panem juſtitiæ edere non valet, quoniam ligati dentes, i. e. ſenſus, ex erronea habitudine, juſtitiam, quæ intus ſapit, edere nequaquam poſſunt.

a *Filiorum.* i.e. Ipſorum ſic indifferet comedentium, & Scripturam ſibi incorporantium per erroneum intellectum, qui ſunt Filii Univerſitatis, de qua hic loquitur. Vel dic, *Filiorum*, i.e. Auditorum eorum, viz. qui talem doctrinam audiendo recipiunt, qui reſpectu docentium dici poſſunt Filii.

b *Lollardiæ.* Sic dictæ à *Lolio*: quia ſicut Lolium infcit ſegetes, ſic *Lollardi* multoties inficiunt Fideles ſimplices, inter quos converſantur.

c *Extraneas.* i. e. Extraneæ, vel ad extra ſitas.

d *Remotas.* Hoc dicit propter Regnum *Bohemiæ*, quod hoc vitio *Lollardiæ* infectum fuit à longo tempore. Ad cujus Reformationem Reverendiſſimus Pater Dominus *Henricus*, Tituli Sancti *Euſebii*, Presbyter Cardinalis † *Winton.* hoc Anno Dom. 1429. de Menſe *Junii*, cum exercitu copioſo Gentium armorum exivit *Angliam*, dirigens Cruciatam ſibi commiſſam versùs Regnum illud.

† *MS. Æton. add. Angliæ* Epiſcopus.

e *In eadem.* Scilicet Univerſitate.

f *Diviſis lapidibus.* i. e. XII. Articulis fidei; *Apo.* 21. ubi patet, quòd Fundamenta murorum Cœleſtis *Hieroſolymi* fuerunt ex duodecem Lapidibus pretioſis: vel per *Lapides* intelliguntur ſolidæ Doctrinæ, quæ per Hæreſes dividuntur & diſſolvuntur. *Lapides* namque ſignificant Dogmata Veritatis; ut in *Levit. c.* 24. ubi præcipitur, alios Lapides reponi pro his qui ablati fuerunt de domo Leproſa, Lapides enim, in quibus Lepra eſt, Doctores ſunt Hæreſum. Vel per *Lapides* intelliguntur Teſtimonia Scripturæ, quæ per Hæreticorum perverſam expoſitionem, & intellectum perverſum, à Lapidibus ſolidis veræ Doctrinæ dividuntur: unde *Salomon. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit Lapides in hyeme. Eccleſiaſtici* 22. Hæreticus enim nititur alienis impendiis, id eſt, extraneis Interpretationibus ædificare domum Animæ, applicando Sacram Scripturam modo extraneo ad Errorem ſuum confirmandum. Sed vindictâ ultionis juſtæ diſſolvetur duritia nefandæ actionis, quæ aſſimilatur hyemi, quæ non ſinit aliquid creſcere.

☞

g *Ad ſupplicationem.* Tertia pars.

h *Et Suffraganeorum.* Hic ponitur, &, expoſitivè pro *id eſt*: & ſic aliàs ponitur ff. *de pactis. l. ſi intra. di. 2. Plebiſcita. ubi de hoc per Arch.*

i *Aliorum Prælatorum.* Sc. Abbatum, Decanorum, & Archidiaconorum.

k *Præſentium.* Non dicit, *vocatorum*, quia ad Provinciale Concilium non ſunt alii vocandi de neceſſitate, niſi Epiſcopi. 18. *di. quoniam quidam. & c. Epiſcopus. & c. placuit. & c. ſi Epiſcopus.* Si tamen alii veniant, admittendi ſunt; immo vocandi ſunt, quando de eorum factis agitur; vel quia eorum conſilium eſt neceſſarium. *Extra. de hiis quæ ſi. à Præla. ſine conſenſu Capituli. c. ſi.* 63. *diſt. obeuntibus.*

l *Abſentium.* Scilicet Prælatorum.

m *Rivulo.* i. e. Provincia, ſive ejus parte. Vel dic, *Rivulo*, i.e. Magiſtris, ſive Doctoribus ab Univerſitate exeuntibus: vel *Rivus* ſignificat Prædicationem Verbi Dei, *Iſa.* 30. *Erunt ſuper omnem collem elevatum Rivi currentium aquarum.*

n *Fons.* i. e. Univerſitas, à qua procedit Doctrina ſive ſana, ſive non ſana, ſicut aqua procedit à Fonte in Rivulum.

o *Infectus.* Per Hæreſes & Errores.

p *Aquam.* i. e. Doctrinam ſive ſcientiam Prædicationis, juxta illud, *Aqua profunda ex ore viri, & torrens redundans fons ſapientiæ. Proverb.* 18.

q *Volentes.* Quinta pars.

r *Matris Eccleſiæ.* Non ſolùm *Anglicanæ*, ſed Univerſalis, quæ *Mater* ideo dicitur, quia ſicut Mater Carnali; nos generat, ſic & Eccleſia tanquam Mater Spiritualis nos regenerat per Baptiſmum. Facium notata per *Card. de privil. c. cum de diverſis. li. 6.*

ſ *Guardianus.* Iſtud vocabulum, & ea quæ ſequuntur, intelligi debent ſecundùm Vulgare Univerſitatis prædictæ; in quâ, horùm qui præſunt Scholaribus, aliqui vocantur Guardiani, aliqui Præpoſiti, aliqui Cuſtodes, maximè in locis Collegiatis.

t *Principalis.* Iſtud vocabulum ponitur pro eo qui præeſt loco, in quo non eſt Collegium, ut ſequitur.

u *Singulis menſibus.* Non limitat uſq; ad qd tempus, & ſic debet intelligi pro perpetuo. Qd dic ut legitur & notatur *Extra. de conſti. c. ex literis.*

x *Ad minus.* Poteſt ergo pluries hoc facere, ſi velit.

y *Inquirat.* Nullâ famâ præcedente, quia non agitur ſpecialiter, ut pro crimine pœna Ordinaria imponatur, ſed ut rationem reddat Subditus de Talento ſibi commiſſo, ad qd quilibet tenetur. Item quia talis inquiſitio ſe principaliter ad correctionem Morum, quam facere debent hi, quibus hoc committitur, auctoritate hujus Conſtitutionis, ut Conſtituentis Provincia purgetur malis hominibus. *ff. de offi. Præſi. l. cognovit,* & ad hoc faciunt *no. per Doct. in c. grave. Extra. de Præben. & ibi per Petrum de Ancho. ver. quæro dicitur hic.* & circa hanc materiam vide quæ dixi *ſuprà. de conſti. c. exterior habitus. ver. inquirant. prope fi.*

z *Scholaris.* Cujus appellatione non comprehenditur Doctor, nec econtra; ut *no. Jo. An. in proœmio Decretalium.* Et nota, qd ſex ſunt neceſſaria Scholari, ut proficiat in Literarum ſcientia. Primum eſt Conſtantia, ſive Stabilitudo; nam Conſtantia parit, ſed Inconſtantia parta diſſolvit: Conſtantia etiam colligit, ſed Inconſtantia collecta diſpergit. Secundum eſt, qd ſuam complexionem diligenter conſideret, quia aliter debet laborare Melancholicus, aliter Cholericus. Tertium eſt, qd Magiſtrum diligat & venererur, & credat his quæ docentur ab eo. Quartum eſt, quòd cum Magiſtro cohabiter. Quintum eſt, bonorum Sociorum atq; fidelium adinventio. Sextum eſt, Sumptuum atque Expenſarum ſufficiens proviſio. Hæc *Boetius in li. de Diſciplina Scholarium. in prin.* qui etiam tradit duo, à quibus bonus Scholaris abſtinere debet. Primum eſt, ut abſtineat à Mulierum conſortio: ſecundum eſt ut abſtineat à conſortio Detrahentium & Bilinguium. *In ſtatuto Scholaſticæ requiruntur.*

a *Inhabitans.* Etiamſi non ſit Scholaris; & ſic poteſt comprehendere Magiſtros & Doctores.

b *Neceſſariam Doctrinam. Concor. ſuprà. de magiſtris. c. ſi.*

c *Et ſi aliquem.* Quinta pars: & dic, *aliquem*, ſc. Scholarem, vel Inhabitantem.

d *Super hoc.* Sc. qd aſſeruerit, tenuerit, defenſaverit, vel propoſuerit, ut *ſuprà* dictum eſt.

e *Suſpectum.* Supple, probabiliter. Nã Suſpicioni temerariæ non eſſet adhærendum, ut notatur *6. q. 1. oves. per Jo. & Arch. 50. di. ferrii. in glo. de præſump. c. quanto. per Bern. & 2. q. 1. ſemper. per Jo.*

f *Moneat.* Etiamſi ſemel fiat talis Monitio, ſufficit, ſecundùm ea quæ notantur per *Jo. An. de deti. c. 1. in Clem. gloſſa*, quæ incipit, *Etſi.* Verſ. (concordat.

g *Etſi.* Verſ.

h *Iteratò.* i.e. Aliâ vice.

i *Eadem.* Sc. per ipſum aſſerta, tenta, defenſata, vel propoſita.

k *Conſimilia.* Sc. ſonantia contra Fidem vel bonos Mores.

l *Aliàs ſtatutas. Supra. de magiſtris, c. ſi. & ſupra hoc. eo. ti. c. Item quia. & ſuprà. c. proni.*

a *Reaſſumpſerit,*

majoris Excommunicationis Sententiam incurrat ipso facto. Et nihilominus si Scholaris fuerit qui sic [a]reassumpserit, quicquid [b]extunc in eadem Universitate fecerit, non stet sibi pro forma. [c]Et si Doctor, Magister, aut [d] Baccalaureus fuerit, eo ipso ab omni [e]actu Scholastico sit suspensus, & in [f]utroque casu Jus quod habet in Collegio, Aula, vel Introitu amittat ipso facto, & per ipsos Guardianos, Custodes, Præpositos, Principales, sive [g]alios, ad quos hoc spectat, [h]realiter expellatur, & statim [i]via legitima substituatur [k]Catholicus loco suo. [l]Et si ipsi Guardiani, Præpositi, sive Custodes Collegiorum, aut Principales Aularum, sive Introituum, in quibus degunt hujusmodi personæ suspectæ, [m]detectæ, aut diffamatæ, negligentes fuerint circa [n]inquisitiones, & [o] executiones prædictorum, per [p]decem dies [q]continuos à notitiæ tempore [r]veræ vel [s]præsumptæ publicationis præsentium, eo ipso Sententiam majoris Excommunicationis incurrant. Et [t]nihilominus omni Jure quod in ipsis Collegiis, Aulis, sive Introitibus [u]se habere prætendunt, ipso facto sint privati, & ipsa Collegia, Aulæ, vel Introitus effectualiter [x]vacent: [y]& factâ [z] super hoc legitimâ [a]declaratione per ipsos, [b]quorum interest, novi substituantur Guardiani, Custodes, Præpositi, seu Principales, prout secundùm antiquum morem Universitatis prædictæ vacantibus Collegiis, Aulis, sive Introitibus fieri [c] consuevit. [d] Quod si ipsi Custodes, Præpositi, sive Guardiani, vel Principales prædicti, de & super hujusmodi Conclusionibus aut [e] Propositionibus diffamati suspe-

Appellatione Scholarium *qui comprehendantur.*

a *Reassumpserit.* Conclusionem sc. Propositionem, vel Opinionem male sonantem in Fide vel bonis Moribus.

b *Extunc.* Sc. post Monitionem sibi factam, & reassumptionem

c *Et si Doctor.* Vers. (hujusmodi.

d *Baccalaureus.* Ex hac litera videtur, qd *Baccalaureus* non comprehenditur appellatione *Scholaris.* Sed contra hoc facit *de Simo. c. fi.* ubi appellatione *Monachorum* continetur Abbas: per quam *Decret.* dicit *Vinc.* qd appellatione *Scholarium* continetur etiam Doctor. Et facit ad hoc *de procur. c. quia in causis*, Et hoc dicit verum in materia indifferenti & promiscua Doctoribus & Scholaribus. *Sic* & Familia comprehendit Dominum, ff. *de verb. sig. l. familiæ.* & Populus Senatores. *Inst. de jure natu.* §. *plebiscitum.* Sed in contrarium facit *de concess. Præben. c. post electionem.* ubi appellatione *Capituli* non comprehenditur Decanus. Sed ad hoc respondetur secundùm *Ægidium*, qd est allegatio, quia aliquando soli Capitulo scribitur, & comprehenditur Decanus. *de Præben. c. quia in cunctis.* §. 1. *li.* 6. *de elect. cum nobis olim. de elec. c. Mastana.* Et hæc intelligit *Jo. An.* vera in materia favorabili; sed in materia odiosa, ut hic, & in Rescriptis ad lites, & in Privilegiis, appellatione *Scholarium* non comprehenduntur Doctores, *de rescrip. c. sedes. de re. jur. c. odia. li.* 6. *de loca. c.* 1. Nec obstat *c. fi. de Si.* quia per Abbatiam non definit quis esse Monachus, sed per Doctoratum definit quis esse Scholaris. Fatetur tamen *Jo. An.* qd appellatione *Scholarium* comprehenduntur Rectores eorum, & hoc probant Leges prallegatæ. Si tamen Doctor vel Magister in una Facultate sit Scholaris in alia, bene comprehenditur appellatione *Scholaris*, præterquam in materia stricta & odiosa, in qua mixta non comprehenduntur sub simplici. Argumento eorum, quæ notantur *l. 2. in prin. ff. de verb. obli. et in l. si ita. ff. de li. & postbu. Jo in Cell.* in Procemio *Decr.* dicit, qd Baccalaurei & Inceptores comprehenduntur nomine *Scholarium.* Et hoc puto verum respectu Doctorũ, & largè intelligendo *Scholarem*; secus tamen strictè intelligendo de non Graduato, sed proficiente ad Gradum, ut in hoc loco; vel ideo hic separat Scholares à Baccalaureis, quia aliam pœnam infert Scholaribus, aliam Baccalaureis, & ideo ob diversitatem pœnæ ponit eos ut diversos.

e *Actu Scholastico.* Qui sonat magis ad institutionem aliorum per modum docendi, quàm ad receptionem institutionis per modum audiendi. (calaureus.

f *Utroque casu.* Sive sit Scholaris simplex, sive Doctor, aut Bac-

g *Alios.* Qui forsan sunt loco hujusmodi Guardianorum, Præpositorum, Custodum, sive Principalium.

h *Realiter.* Non solùm verbo, sed reipsa, ut sc. expellatur actualiter.

i *Via legitima.* Sc. secundùm consuetudinem Collegii, Aulæ, vel Introitûs.

k *Catholicus.* Scil. qui talibus erroribus non sit involutus, nec de eis suspectus vel diffamatus.

l *Et si ipsi.* Sexta pars.

m *Detecta.* Sc. in Inquisitione, de qua *suprà.*

n *Inquisitiones.* Supple, faciendas.

o *Executiones.* Sc. expulsionis à Collegio, Aula, vel Introitu.

p *Decem dies.* Et sic hoc, qd hic statuitur observandum, singulis Mensibus debet fieri, & Executioni mandari infra 10. dies primos cujusliber mensis, ut evitetur pœna hujus Constitutionis.

q *Continuos.* Sc. occurrentes in singulis mensibus, de quibus hic dicitur.

† *MS. Æton.* Licitè.

r *Veræ.* Quia constat eis de ipsa publicatione per auditum suum proprium, aliàs ignorantia publicationis Constitutionis †lucidè probata excusat etiam post duos Menses a tempore publicationis. *de constit. c.* 2. *glo. fi.* & ibi bene *per Inno.* & 82. *dist. c. proposuisti. ubi de hoc per Jo. An.*

s *Præsumptæ.* Quia forsan major pars hominum ipsius Universitatis novit publicationem hujus Constitutionis fore factam, duo tamen vel tres dicunt se hoc ignorare; in quo casu ipsorum ignorantia eos non excusat, cum sit crassa & supina: quod dic ut dixi *suprà. de sacra. unct. cum sacri. ver. ignorantia crassa. et glo. sequenti.*

t *Nihilominus.* i. e. Præter hanc pœnam.

u *Se.* i. e. Guardianos, Custodes, sive Principales.

x *Vacent.* Sc. Officio talis Guardiani, Custodis, Præpositi, sive Principalis.

y *Et factâ.* Vers.

z *Super hoc.* Scilicet super negligentia Guardianorum, Custodum, Præpositorum, sive Principalium.

a *Declaratione.* Quæ necessaria est regulariter in omni sententia lata à Jure, ut patet *ea, ti, c. cùm secundum leges. li.* 6.

b *Quorum interest.* In hoc casu potest verè interesse Cancellarii *Oxoniæ*, in quantum sc. habuit Jurisdictionem in tales. Aliàs autem pertinebit ad Episcopum loci, vel ad eum qui † *MS. Æton. add.* secundùm Fundationem talis Collegii, Aulæ, vel Introitûs noscitur in illo † & loco. Personis ejusdem habere Jurisdictionem.

c *Consuevit.* Sc. per electionem, vel quamcunque aliam provisionem.

d *Quod si ipsi.* Septima pars.

e *Propositionibus.* Supple, sive opinionibus, ut sic ea quæ dicta sunt in præcedentibus videantur esse repetita hic. Cui dicto *concur. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. in fi. & lasti. ad l. Aquil. §. hoc autem capite.*

Sed contra hoc opponitur ff. *ti bo. rapt. l. Prætor.* §. *critique.* Circa hoc solet dici, quòd dicta in præcedentibus, quæ pertinent ad Legis dispositionem, intelliguntur repetita in sequentibus, ut in primis concordantiis; secus in his quæ pertinent ad facti narrationem, ut *d.* §. *critique.* Sed contra hanc solutionem opponitur, & videtur, quòd etiam ea quæ pertinent ad facti narrationem, videantur repetita. *ff. de incen. ru. nau. l.* 1. *in prin.* junctâ *l.* 3. §. *quod ait Prætor. eo. ti.* Sed dic qd quandoque Lex disponit circa plura in diversis Orationibus; tunc quod dictum est in una Oratione, non intelligitur repetitum in alia circa facti narrationem, ut *d.* §. *critique.* Quandoque Lex disponit circa plura in eadem Oratione, ita quòd omnia illa regantur ab eodem verbo; tunc dictum in uno intelligitur repetitum in alio, & ita loquitur contrarium. Nam cùm omnia ab eodem verbo regantur, qualitas quæ respicit illud verbum, respicit ipsum uniformiter quoad omnia. Pro hac solutione facit ff. *de fun. instru. l. Scia.* §. *Gaio.* Pro clariori tamen doctrina, dic aut est una Lex habens plura capitula, aut sunt plures Leges separatæ & distinctæ: primo casu, aut quæris de his quæ pertinent ad facti narrationem, aut de his quæ pertinent ad Juris dispositionem. Primo casu, aut illa plura Capitula inseruntur sub diversis Orationibus, & tunc non intelliguntur repetita in sequentibus, ut *d.* §. *critique. & eo. ti. l. in prin.* aut inseruntur sub eadem Oratione, & tunc intelliguntur repetita, ut hic: & *d. l.* 1. conjunctâ *l.* 3. §. *qd ait Prætor. præall.* Secundo casu, quando quæris de his quæ pertinent ad Juris dispositionem, tunc aut dicta in præcedentibus sunt contra Jus commune, & exorbitant à Jure communi, & non intelliguntur repetita in sequentibus. *Ar. ad hoc l. uxor.* §. *uxori. ff. de le.* 3. *& qd notat glo. in l. talis scriptura. in fi. de leg.* 1. facit *de re jur. c. quæ à jure. li.* 6. & quod notatur *l. in bis. ff. de legibus.* Si verò à Jure communi non exorbitant, tunc aut quæris an intelligantur repetita in proximis Capitulis sequentibus, & dic quòd intelliguntur repetita; ut *d. l. quemadmodum. in fi. & ff. de adult. l. mariti.* §. *hoc quinquennium.* aut quæris an intelligantur repetita in aliis Capitulis distantibus, mediatis à pluribus aliis Capitulis, & non intelliguntur repetita. *Insti. de re. di.* §. *Item Lapilli.* Et hoc verum, nisi ut statim dicam in diversis Legibus separatis. Secundo principali casu, quando diversæ Leges vel diversa Statuta procedunt, aut una Lex procedit per modum regulæ; tunc in omnibus aliis Legibus intelligitur repetita. *Ar. l. regula. circa* §. *ff. de juris & facti. igno.* Et pater Exemplum in *l. de unoquoque. ff. de re. judi.* ubi ponitur regula, quòd in unoquoque judicio debet pars Citari. Supervenit *l.* 2. *C. de Sen. ex periculo reci.* quæ tradit formam, qualiter

Appellationi Scholarium *qui comprehendantur.*

An quæ in præcedentibus dicta sunt in sequentibus repetita intelligantur?

liter feratur ſententia, & non repetit de Citatione partis, cenſetur illud intelligitur repetitum, quia in alia Lege per modum Regulæ eſt traditum. *Si* verò non procedit per modum Regulæ, tunc aut una Lex venit ad interpretationem alterius, & tunc omnia quæ dicuntur in Lege interpretata, intelliguntur repetita in Lege interpretante: ut *l. nihil. ff. de conjun. cum eman. li. & in Auth. de filiis ante do. in. ma. §. 1. Si* verò una Lex non procedit ad interpretationé primæ, tunc dicta in una non intelliguntur repetita in alia. *ut l. 1. §. meminiſſe. & §. quid tamen. ff. de ven. inſpi.* Iſta notantur per *Bart. ff. de vi bo rap. l. Prætor ait. dicto §. erit autem.*

a *Per nos.* Scil. Archiepiſcopum *Cantuarienſem.*

b *Ordinarium loci.* Puto quòd Cancellarius *Oxoniæ* poterit in hoc caſu dici *Ordinarius loci* ad effectum Monitionis, de qua hîc loquitur, faciendæ, ſicut & Guardiani, Cuſtodes, Præpoſiti, & Principales poſſunt conſimiles Monitiones facere Scholaribus, & aliis commorantibus in Collegiis, Aulis, ſive Introitibus ſuo regimini commiſſis, ut *ſupra* patet; & hoc quantum ad eos in quos Cancellarius habet Juriſdictionem Ordinariam, alias non.

c *Extunc.* i. e. poſt Monitionem ſic factam & attentationem in contrarium.

d *Supra dictum eſt. de magiſtris. c. ſi. & ſupra. hoc eo. ti. c. Item quia. et c. ſequenti.*

e *Incurrant.* Supple, etiam ipſo Jure.

f *Quod ſi.* Octava pars.

g *Ultima Conſtitutionis.* Quæ incipit, *Finaliter.*

h *Quocunq;.* Sc. caſu.

i *Superiùs.* Scilicet in hoc *tit.* & *tit. de magiſtris. per totum. de Cler. peregri. c. 2.*

k *Alias.* Quam *infrà* ſcripta.

l *Ibidem.* i. e. In alia parte hujus Statuti.

m *Obtinendum.* Obtentis tamen gaudere poterit, cùm hoc Statutum, quod eſt pœnale, non ſit extendendum ultra caſus in eo expreſſatos. *de pœ. diſ. 1. c. pe. de re. juris. c. in pœnis. li. 6.*

n *Extunc.* i. e. Poſtquam ſic temere & pertinaciter dicta Statuta violare præſumpſerit.

o *Spe Veniæ.* Simile habes *de elect. c. 1. in fi. li. 6.* & ſic Inferior Archiepiſcopo non poteſt hanc pœnam relaxare, ſecundùm ea quæ *no. Arch. d. c. 1. ver. minima. & de Regu. c. non ſolum. ver. ſuſpenſos. li. 6.* & cum *Arch.* concordat ibi *Paulus*: ſed *Hoſtienſis* videtur tenere contrarium per *c. nuper. de ſen. Excom. Fo. de Imola* nititur concordare Opiniones: nam aut Suſpenſioni adjicitur certum tempus, & tunc procedit dictum *Archi.* quia tunc Inferior à Conſtituente non poteſt ante illud tempus abſolvere. Et ſic ſtat *glo. Fo. An. de clec. cupientes. §. ea verum. ver. ſuſpenſos. li. 6. & glo. Fo. An. ver. Excommunicationis. in Cle. 1. de Hæreticis. ad fi.*

p *Ad hæc.* Nona pars.

q *Præmiſſa.* Quæ ſcilicet continentur in hoc Titulo, & *ſupra. ti. præcedenti.*

r *Legibus diverſis. C. de Hæreticis. l. Manichæos. eo. ti. c. vergentis. 6. q. 1. §. verum. ver. ſi quis cum militibus.*

ſ *Diſſimilis culpa.* Major namque eſt culpa quæ committitur in Deum, quàm quæ committitur in Hominem, ut ſtatim ſequitur.

t *Majeſtatem. Extra. eo. c. vergentis. cum ibi allegatis.*

u *Cùm ergo.* Verſ.

x *Per Indicia.* i. e. Per Demonſtrationes leves, ſufficientes tamen; *indicare* namque quatuor comprehendit, ſcilicet Delationem, Argutionem, Accuſationem, & etiam Convictionem. *ff. de verb. ſig. l. indicaſſe.* Et poteſt intelligere *Indicia*, ut ſcilicet non ſolùm procedat contra tales per Accuſationem vel Inquiſitionem, ſed etiam per Denunciationem; ſic quòd aliqua via data poſſit conſtare de commiſſo crimine, ut patet in *Extravag.* quæ incipit, *Ad reprimendum. Coll. 11.*

y *Summariè.* i. e. Breviter: ita tamen quòd totam ſubſtantiam comprehendat, nihil omittendo de ſubſtantialibus; quam materiam latiùs proſequere, ut notat *Bart.* in dicta *Extravag. Ad reprimendum. ver. Summariè.*

z *De plano.* Quid hoc importet, vide *Bar. in Extravag. prædicta. ver. de plano.*

a *Citatione præmiſſa.* Sc. ut ſequitur.

b *Per Nuncium.* De hac materia vide *Bar. in loco prælle. ver. per nuncium*, & de Citatione per Literas vel Edictum, vide ibi in duabus *glo. ſequen.* & circa hoc vide quæ ſcripſi *ſupra. de judi. c. quidam ruralium. ver. loco. & ver. publicè coram Teſtibus. & ver. ante Citationem factam.*

c *Per Literas.* Hîc vide notata *Bar. in loco prælle. ver. per literas.* & vide *Gloſſas* ad quas tè remiſi *ſupra. glo. proxi.*

d *Per Edictum.* Qd dic ut in dicta *Extravag. Ad reprimendum. ver. per Edictum.*

e *Lite non conteſtatâ.* Iſtud fundatur in dicta *Extravag. Ad reprimendum.* Et ſic in caſu quo poteſt perveniri ad Sententiam definitivam Lite non conteſtatâ, illa contumacia habet vim Conteſtationis. *C. ubi in rem actio. l. 2.*

f *Receptionem.* Quam facere debet Judex pro utraq; parte, ut ſc. inquirat veritatem pro utraque parte. *C. quomodo & quando Judex. Auth. qui ſemel.* & poteſt abſentem abſolvere. *C. de judi. l. properandum. §. ſin autem ex geſtis.* Et ſic apparet, quòd ſola Contumacia non habetur pro Confeſſione, ut notat *Bart. ff. ad Syllei. l. lege Cornel. §. ſi.*

g *Definitivam Sententiam.* Vides ergo Caſum, in quo abſente Reo poteſt Cauſa liquidari, & definitivè pronunciari in Criminalibus capitalibus.

h *Volumus.* Verſ.

i *Declaramus.* Et ſic hoc, quod hîc ſtatuitur, eſt Antiquorum Jurium demonſtratio. *& concor. de jurejur. c. 1. ver. declaramus. per Fo. An. li. 6.*

k *In præmiſſis.* Scilicet quæ prohibentur per totum hunc Titulum, & *ſupra. ti. proxi.*

l *Sciſſuræ.* Quæ ſit per Hæreſim, quæ ſonat in diviſionem, ut dixi *ſupra. eo. c. 1. verſ. aut hæreſes.*

m *Detecti.* Quorum detectionem utile eſt ante omnia in Scriptis facere redigi per Notarium publicum, ſeu per aliam Perſonam idoneam in præſentia duarum Perſonarum diſcretarum, ſecundùm ea quæ leguntur *eo. ti. c. ut officium. §. verum quia. li. 6.*

n *Vehementer ſuſpecti.* Quales ſunt omnes ſcienter Hæreticos viſitantes, eiſdem Eleemoſynas dantes, ducatum præbentes, ſimiliáque facientes, in quibus nihil apparet expreſſum quoad approbationem ritûs eorundem. Nam ſi verbo vel facto aliquid exprimatur, quod approbat ipſorum ritum, tunc tales dicentur Hæreticè credentes, & tanquam Hæretici venient judicandi. *nota. per Archi. eo. ti. c. 2. verſ. credentes. li. 6.* Vehementer etiam ſuſpecti ſunt, qui ſcienter receptant Hæreticos, & qui eis favent, ut ibi notatur. Item audiéntes Sermones vel Prædicationes Hæreticorum ſemel tantùm. Item recipientes Libros reprobatæ lectionis, niſi illos ſtatim incendio vel alio modo deſtruxerint. Vehementèr etiam ſuſpectus eſt, qui defendit Perſonam Hæretici, nè veniat ad manus Judicis examinandus. Item Prælati & Principes, qui negligunt punire condemnatos de Hæreſi, ſunt de Hæreſi vehementer ſuſpecti. Item Jurantes indicare Hæreticos, ſi eos ſcienter celaverint. Item eos verbo vel facto excuſantes, cùm noverint eos eſſe Hæreticos, etiamſi coloratè eos tantùm excuſaverint; ſecus tamen ſi ex lubrico linguæ faciant hæc. Item procurantes talibus † Alimoniam, ſive miniſtrantes aliqua per quæ poſſent evadere, & etiam tales precibus liberantes. Iſta colliguntur ex Eleemoſynotatis *per Archi. & Fo. in no. poſt cum d. c. 2. li. 6.* Contumax

Qui dicuntur de Hæreſi ſuſpecti.

† MS. *Ann.* Eleemoſynam.

max quoque in causa Fidei, est vehementer suspectus de Hæresi, *eo. ti. c. cum contumacia. li. 6.* Item habens familiaritatem continuam cum Hæreticis. Item accedens cum eis ad occulta Conventicula. Item à communi Conversatione hominum, vitâ, & moribus discrepans, sicut hæc notat *Archi. eo. ti. c. accusatus. li. 6.* Item impediens, nè veritas in causa Fidei inveniatur. *d. c. accusatus.* §. *Sacerdotes.* Et nota, quòd ad probandum suspicionem hujusmodi, sufficit levis Probatio, licèt non sufficiat ad Condemnationem. C. *de hæreti. l. 2. de præsump. c. literar.* & notatur per *Archi. eo. ti. c. filii & hæredes. li. 6.*

a *Casuum prædictorum.* Qui recitantur in *c. hujus tatu. & ti. præcedentis.*

b *Bonis moribus.* i. e. Virtuosis actibus, quibus contrariantur mali mores, qui in pluribus reperiuntur: & primò in Juvenibus, ut communiter, sub numero senario continentur. Sunt enim Juvenes, ut communiter, primò Passionum suarum insecutores, secundò sunt instabiles, tertio sunt nimis crudeles, quartò sunt verbosi & contumelioſi, quintò ut plurimùm sunt mendaces, sextò non habent in suis factis moderationem. Mores verò mali *Senum*, ut communiter, stant in tribus, viz. primò quòd sunt nimiùm timidi & suspicioſi, secundò quòd sunt cupidi & avari, tertiò quòd sunt de factis aliorum multùm judicativi. Sunt etiam Mores mali Nobilium, & sunt decem: non dico omnium, sed aliquorum. Primus est Injustitia, secundus contemptus Ecclesiæ & Personarum ejusdem, tertius est contemptus Parentum & Progenitorum, maximè ubi à fortuna nobilitantur; quartus est rerum alienarum per violentiam occupatio, quintus est Crudelitas in Subditos, sextus est Adulatoribus inclinatio, septimus est Inferiorum oppressio, octavus est Intemperantia, nonus est Guerrarum commotio, decimus est inanis Gloria. Sunt etiam quidam Mores mali Curialium sive Aulicorum, eorum videlicet qui Curiales sunt, aut quacunque conditione Curiis sunt astricti, & eorum mali Mores sunt decem. Primus est quòd sunt Ambitioſi, secundò sunt Adulatores, tertiò sunt Munerum receptores, quartò sunt Officiorum venditores, quintò sunt falsi Simulatores, sextò sunt Legum iniquarum adinventores, septimò sunt erga alios invidi, octavò sunt Rumorum exploratores, nono sunt veritatis concelatores, decimo sunt otioſi & comessationibus dediti. Mores etiam mali Mechanicorum sive Plebeiorum sunt septem, secundùm septem Artes Mechanicas sive Operationes quibus dediti sunt, secundum *Hugonem li. suo Didascalicon. parte 3.* Prima Ars Mechanica dicitur Lanificium, & comprehendit sub se multos Artifices; quia comprehendit Incidentes, Consuentes, Tondentes, Colorantes, barbas radentes, qui omnes circa Pilos operantur, & Lanam. Item continet †Notarios, Pelliparios, Corearios, & hujusmodi, qui circa pelles operantur. Item Macellarios sive Bocherios, & tales qui circa carnes operantur. Et horum mali Mores ut communiter sunt invidia, furta, fraudes, mendacia, voluptates, perjuria, & amicitiarum violatio. Secunda ars Mechanica est Armatura, cui subalternantur omnes qui cum Dolabro vel Malleo operantur, viz. Fabri Ferrarii, Aurifices, Monetarii, qui Malleo operantur. Item Naulèti, Cæsores lignorum, Cementarii, Domos, Muros, & Turres ædificantes, qui omnes Dolabro operantur. Item sub hac Arte continetur Ars Sagittariorum & Balistariorum, & hi, ut communiter, subjacent malis Moribus, quia utplurimum sunt infideles, ignari, & ad utiliter operandum debiles & otioſi, & ad faciendum quod est illicitum omnino parati. Tertia est Navigatio, sub qua comprehenduntur omnes operantes in aquis, & utentes Navibus circa aquas, quorum mali Mores sunt pusillanimitas, inconstantia, & cordis timiditas. Quarta Ars est Agricultura, sub qua continentur omnes qui Agris, Arboribus, & Pascuis deputentur, quorum mali Mores sunt Dei ignorantia, illegalitas, Decimarum subtractio, erga Dominum suum infidelitas, & pigritia sive otium. Quinta Ars est Venatio, quæ dividitur in Ferinam, Aucupium, & Piscatoriam; & horum mali mores sunt Divini Servitii oblivio, Sabbati violatio, ab Ecclesia suburactio, & utilioris laboris prætermissio. Sexta Ars est Medicina: Medicorum verò mali mores sunt imperitia, negligentia, avaritia, homicidium, infidelitas, & inobedientia. Et sub hac Arte continentur Physici, Chirurgici, & Pigmentarii, quorum etiam mali Mores sunt verborum scurrilitas, incontinentia, jactantia, fallacia, & incompassio. Septima est Ars Theatrica, i. e. scientia Ludorum, & horum mali mores sunt illusio, lasciva, vanitas, & voluptas. Sub prædictis Artibus comprehenduntur Mercatores, quorum mali Mores sunt fraudulentia, malitia, rapina, mensurarum diminutio, mercium commixtio, ponderum inæqualitas, horramenta impia, perjuria, mendacia, usura, avaritia, infidelitas. Præter hæc est reperire malos mores Divitum, & sunt quatuor. Primus est Superbia, secundus Contumelia, tertius Intemperantia, & quartus est Cupiditas. Finaliter etiam occurrit dicere de malis Moribus Pauperum, qui sunt duo: primus est Furtum, secundus est Blasphemia. Per istos malos mores sic succinctè enumeratos, potes per contrarium colligere, qui sunt boni mores, quos impugnare non licet, ut dicitur hic; quorum declarationem prolixam si desideres habere, vide notata per *Philippum de Pergamo super Catonem, secunda Prologali parte. per totum.* *Divitum. Pauperũ.*

in aliquo a casuum prædictorum, sive alio articulo quocunque in Fide Catholica, aut b bonis moribus malè sonante, auctoritate loci Ordinarii alteriusve c Superioris Citentur d personaliter, si apprehendi poterint, per Literas, sive per Nuncium †juratum. Sin autem e per Edictum ad locum habitationis ipsius delinquentis ubi morari communiter consuevit, & in Ecclesia sua Parochiali, si certum habuerit domicilium, publicè propositum; f alioquin in Ecclesia Cathedrali loci g originis suæ, h& in Ecclesia Parochiali illius loci in quo sic prædicavit,

c *Superioris.* Utputà, Archiepiscopi, Legati à latere, vel Inquisitoris Hæreticæ pravitatis.

d *Personaliter.* i. e. Apprehensione personali: & hic vide quæ dixi *suprà. de judi. c. Item omnes illi. ver. personaliter.*

†*MS. Æton. add.* Publicũ.

Mali mores Juvenum.

Senum.

Nobilium.

Curialium.

Mechanicorum.

†*al.* Notorios.

e *Per Edictum.* Sume qd est *infrà. publicè propositum.* Pro Citatione, de qua hic fit mentio, vide quæ dixi *suprà. de judi. c. quidam ruralium. per totum. & c. sequenti. ver. personaliter invenire. & glo. sequentibus.*

f *Alioquin.* i. e. Si certum non habeat domicilium.

g *Originis.* i. e. Nativitatis. *Si* enim Domicilium haberet, magis inspiceretur locus Domicilii quàm Originis, juxta notata per *Archi. de Præben. c. præsenti. verb. moraretur. li. 6.* Et ut plenius istam materiam intelligas, scire debes, qd Episcopus, vel alius Judex in hac parte competens, potest procedere super hoc crimine contra quascunq; Personas, non solùm existentes de sua Diœcesi vel Provincia, sed etiam contra Alienigenas vel Forenses delinquentes ibidem, sicut dicitur in aliis criminibus. *ff. de offi. Præsi. l. 3. & 3. q. 6. placuit.* & claré probatur *C. ubi de crimi. agi oportet. Auth. quo in Provincia.* Et hoc quantumcunq; tales sint excepti: nam reatus talis omnem Exceptionem & Dignitatem excludit. *C. ubi Sena. vel Cla. l. 1. in fi.* & ita probatur *eo. ti. c. ut officium.* §. *deniq;. & c. ut commissi. ver. & econtra. li. 6.* Unde ubi aliquis deliquit vel commisit in hoc crimine infra Jurisdictionem Judicis cognoscentis, & antequam recedat præventus est Citatione, non est opus ut postea Citetur, prout hic ordinatur; quia talis præventus Citatione, non dicitur mutare Forum. *Ar. ff. de jur. o. judi. l. cum quadam puella. Extra. de fo. compe. c. proposuisti.* Si non erat Citatione præventus, nec habet certum Domicilium, ut hic dicitur, tunc potest Citari in illo loco in quo deliquit, prout hic *infrà* dicitur, ibi, *in Ecclesia Parochiali loci ipsius in quo sic prædicavit vel docuit.* Ad omnè tamen justitiam servandã, & ut magis præsumatur Citationem venire ad ejus notitiã, expediens est, qd talis Citatio fiat in Ecclesia Cathedrali Originis suæ, ut hic dicitur. Et hoc verum puto, ubi constat de loco Originis, vel saltem de Diœcesi in qua oriundus est, & Diœcesis illa subsit procedenti contra talẽ, utputà, Archiepiscopo in sua Provincia. Aliàs enim, si Episcopus procederet contra talẽ delinquentem in sua Diœcesi, cùm tamen esset oriundus de alia; opus esset Citatione sub mutuæ Vicissitudinis obtentu, & in Juris subsidium, secundùm ea quæ leguntur & notantur *suprà. de judic. c. Item omnes illi.* §. *ulti. qd dic ut ibi.* Unde si in Diœcesi Originis inveniatur, potest & debet remitti ad locum ubi deliquit; qd dic ut *d. c.* §. *ult. ver. invenit.* Ubi autem aliquis deliquit in pluribus locis sive Diœcesibus, tunc in omnibus potest conveniri, & contra eum procedi, & per singulos Judices potest puniri, dum tamen pœna sit iterabilis; secus in pœna non iterabili, utputà, in morte, & sic stat *Glos.* quam habes *ff. de furtis. l. vulgaris* quæ incipit, *Imò videtur.* Aliàs, si pœna sit iterabilis, à pluribus potest puniri: nam iterata delicta iterationem pœnæ cumulant & inducunt. *ff. de pœnis. l. relegati. de jure Patro. l. 1.* Et unum delictum non minuit pœnam alterius: *ff. de pœ. l. nunquam.* maximè ubi in pluribus locis deliquit, & separatim, & ex intervallo; unde non insurgunt ejus crimina ab eodem facto, sed ex diversis, quia sæpiùs hoc commisit; & ex quolibet ipsorũ factorum resultat effectus, viz. qd novam committit offensam. *per l. Manichæos. C. eo. ti.* Et ideo non est mirum, si pro qualibet offensa veniat puniendus. *Ar. ad hoc ff. de injuriis. l. Prætor edixit.* §. *si plures. ad l. Aquil. l. illud.* §. *fi. C. de Episcopali audi. l. nemo.* §. *hi igitur. de judi. c. cum non ab homine. cum similibus.* Imò talis, cui propter Hæresim injuncta est Pœnitentia in uno loco, si postea in alio loco committat Hæresim, aggravatur ejus conditio, ad effectum qd censeri potest re'apsus, intrantũ qd nulla misericordia est habenda; ut patet *eo. ti. c. accusatus.* §. 1. & *c. super eo. li. 6.* & *Extra. eo. c. ad abolendam.* §. *illos quoq;.* Et si talis fugiat à loco ubi poterit conveniri, nihilominus potest contra eum etiam absentem procedi, & sic est speciale in crimine Hæreseos. *Extra. de do.* & *contu. c. veritatis.*

h *Et in Ecclesia.* Per hanc Copulativã, &, videtur qd non sufficiat alterã istarũ Citationũ fieri, sed debet fieri utraq;. *Ar. ad hoc Insti. de hære. inst.* §. *fi.* Et hoc verum puto, si talis oriundus fuerit infra Provinciam Statuentis, & constet de loco suæ Originis. Alioquin si Alienigena fuerit, vel non constet de ipsius Origine, putò hanc ultimam sufficere;

ſufficere, vel ad majus quàm alla Citatio fiat in Eccleſia Cathedrali Diœceſeos in qua deliquit. Argumento eorum quæ leguntur & notantur *ſuprà. de judi. c. item omnes illi.* §. 1.

a *Certificatorio legitimo.* Secundùm ea quæ notavi *d.c. Item omnes illi. ver. certificatorio.*

b *Sic citatum.* Sc. aliquo modorum de quibus præfertur.

c *Abſentem.* Sc. per Contumaciam, & hoc eſt qd ſequitur, *comparere negligentem*, quo caſu ſi Cauſa, pro qua citatur, poſſit liquidari, quantumcunq; ſit abſens; condemnari poterit, non obſtantibus his quæ leguntur & notantur ff. *de pœnis. l. abſentem.* Nam ſpeciale eſt in Cauſa Hæreſeos, ut abſens condemnari poſſit. *Extra. de do. & contu. c. veritatis. 86. di. tanta.* & notatur *per Archi. eo. ti. c. ut commiſſi. glo. qualiter procedi.* Si autem Cauſa liquidari non poteſt, tunc talis ex ejus contumacia pronuntiari poterit vehementer ſuſpectus de Hæreſi, maximè quando Citatus eſt ad reſpondendum de Fide, vel ſe excuſandum ſuper Inquiſitione Hæreſeos formata contra eum; & in hoc caſu talis Contumax non debet condemnari, ſed poteſt Excommunicari: in qua Excommunicatione ſi ſteterit per annum animo indurato, tunc illa Suſpicio vehemens tranſit in violentam præſumptionem, ad effectum qd tanquam Hæreticus poſſit condemnari. *eo. ti. c. cum contumacia. li. 6.* & circa hoc vide notata per *Archi. eo. ti. c. accuſatus. in prin. ver. vehemens. li. 6. & eo. c. ſuper. ver. orta. per eundem.* Et ſi talis abſens priùs dederit Fidejuſſores de Judicio ſiſti, poterit eis indici pœna pecuniaria. ff. *de cuſto. reorum. l. ſi quis reum.*

d *Summariè & de plano.* Quid hæc verba importent, dedi tibi Remiſſiones *ſuprà. eo. ver. ſummariè. & ver. de plano.* & circa hanc materiam vide quæ leguntur & notantur *de verb. ſig. c. ſæpe. & de judi. c. diſpendioſam. in Clemen.*

e *Strepitu.* Quid hoc importat, & hoc quod ſequitur, *figura Judicii*, habes per *Bart. in dicta Extravag. Ad reprimendum. eo. ver. Coll. 11. et d. c. d ſpendioſam. et in Clē. ſæpe. de verb. ſig.*

f *Lite non conteſtata.* Vide quod dixi *ſuprà. eo. verſ.*

Hæreticus Hæreticum accuſare poteſt.

g *Teſtium receptionem.* Cujuſcunque conditionis fuerit. *eo. ti. c. in fidei. li. 6.* Etiam Criminoſi, Infames, Excommunicati, & etiam Socii ejuſdem criminis, ut ibi patet; & ſic Hæreticus contra Hæreticum teſtificari poteſt, ut ibi notat *Archid.* & probatur *6. q. 1. c. ſi quis cum militibus. de Simonia. c. 2.* Scias tamen, qd duæ ſunt exceptiones quæ poſſunt opponi contra perſonas Teſtium, & propter quas Teſtes repelli poſſunt antequam deponant, & ſi depoſuerint, omnino detrahitur eorum Fidei; viz. ſi probentur eſſe Conſpiratores, vel inimici capitales. *Extra. de accuſa. c. repellantur. & c. cum oporteat. Authen. de teſt. §. ſi verò odioſi. Coll. 7.* Aliæ verò exceptiones legitimæ poſſunt opponi contra Teſtes, ſeu contra eorum dicta poſtquam depoſuerint falſum. *Extra. de teſtibus. c. ex tenore.* Item quòd ſunt ſingulares. *de Teſtibus. c. literas.* Item quod ſunt contrarii, varii, & obſcuri, vel ſimiles. *eo. ti. c. accuſatus. §. licet. & c. ſi. li. 6. de re. judi. cum J. & A. de Simo. c. per tuas. & c. tanta.* Debent namque in hoc crimine, ſicut & in aliis, Probationes eſſe juce clariores. *C. de proba. l. ſciant cunctis. cum notatis. Extra. de teſt. c. venient.* Et ſecundùm quoſdam in Cauſa Hæreſeos requiruntur tres Teſtes. Sic notat *Archi. eo. ti. c. ut officium. in glo. li. 6.* Et nota, quòd ubi generaliter inquiritur de Hæreſi, ſi Teſtes inducti ad convincendum aliquem ſuper Hæreſi ſint in ſuis Depoſitionibus ſingulares; utputà, quia unus deponit de uno Articulo, alius de alio, dum tamen tendant ad probandum nequitiam ejuſdem ſceleris, ſufficit ad condemnationem. *C. e. l. Arriani. C. de pœnis. l. qui ſententiam.* Secus eſt, ubi ſpecialiter inquiritur contra aliquem ſuper certo articulo, ſive ſuper certa ſpecie. ff. *de Teſtibus. l. ob crimina. §. teſtes.* Ratio autem, quare unuſquiſque admittitur ad accuſandum aliquem ſuper hoc crimine, non autem ad teſtificandum, eſt iſta; quia ad dictum Teſtis proceditur ad Sententiam condemnatoriam: ff. *de offi. Præſid. l illicitas. §. veritas.* ſed ad dictum Accuſatoris proceditur ſolùm ad inveniendum veritatem. Facit quod notatur *Extra. qui matri. ac. poſſ. c. nobis.* Poteſt tamen ille, qui eſt Accuſator, etiam fore & Teſtis; quia non eſt Cauſa propria, ſed Dei, nec vertitur Accuſatoris proprium commodum vel Incommodum, ſed ut puniatur injuria facta Deo. *C. eo. ti. l. Manichæos.* & facit ad hoc *Extra. de teſtibus. c. ſuper eo. de ſpon. c. cum in tua. qui matri. ac. poſſ. c. videtur.* Et requiſitus ad ferendum teſtimonium in hoc crimine, ſi recuſaverit, poteſt ad hoc compelli: *Extra. eo. c. Excommunicamus. §. adjicimus.* nec excuſatur Voto vel Juramento in contrarium eo ipſo, nec aliquo Privilegio, ut notat *Canghinus Hugolini* in Tractatu ſuo *de Hæreticis. c. 13. Rubrica, qui & quot teſtes admitti debeant in hoc crimine.* Et Teſtis, qui in hac Cauſa falſum deponit, poteſt puniri per Judicem cognoſcentem pœnâ arbitrariâ. *C. de teſti. l. nullum.* Et dicitur Teſtis falſus, qui ſcienter & doloſè exprimit falſum, vel concelat verum. *Extra. de falſit. c. 1.* Et ſi Teſtis hujuſmodi vacillaverit, poteſt poni in quæſtionibus; ff. *de quæſtionibus. l. ex libero. & l. de minore. §. Tormenta.* dum tamen ſanguinem per hoc non eliciat. *23. q. ulti. bis à quibus. de rap. in Archiepiſcopatu. & hoc eo. ti. in Clē. c. 1.* Et ſi dictum Teſtis ſit ita obſcurum, quòd per hoc veritas non poteſt elici, iterum examinari debet ut clarè deponat. *Extra. de teſtibus. c. per tuas. et c. cùm clarum. ff. de quæſtio. l. repeti.* Sed quid ſi Teſtis, poſtquam depoſuit in cauſa Fidei contra Hæreticum, venit coram Judice, & dicit ſe depoſuiſſe falſum, & retractat dictum ſuum, dicens quòd malitiosè hoc dixerit; nunquid ſtabitur primo dicto, vel ſecundo? Dic quòd ubi primo depoſuit de Fide contra Hæreticum, ſtabitur primo dicto, quia potuit ſubornari poſtea per ipſum, contra quem depoſuit, vel ſuos amicos; & ſic præſumitur corruptus, unde ſuæ revocationi non ſtabitur. *Extra. de præſump. c. literas. de teſt. cum cauſam. 2. de teſti. cog. c. præterea.* & ibi notatur per *Inno.* cui concordat *Authen. de teſt. §. quoniam. coll. 7.* Si verò depoſuerit pro Hæretico, vel pro eo contra quem proceditur, & jam vult deponere contra eum, admitteretur, & ſtabitur dicto ſecundo, niſi appareat, quòd modò deponat ex odii fomite, vel ex animi levitate; *eo. ti. c. accuſatus. §. licet. li. 6.* & ratio eſt favor fidei, & deteſtatio criminis, ut ibi patet. Poterit tamen talis Teſtis, qui falſum depoſuit, à Judice puniri propter falſitatem ſuam, ut *ſuprà* dixi.

Quæſtio.

h *Probationes Canonicas.* Quæ poſſunt eſſe plures. Una poteſt eſſe Facti evidentia, quia deprehenditur in errore. *Extra. de accuſ. c. evidentia. cum ibi notatis.* Alia poteſt eſſe per Teſtes, ut dictum eſt *ſuprà. Gloſſa proxima.* Facit ad hoc *Extra. de teſt. c. in omni negotio.* Alia poteſt eſſe per Confeſſionem propriam, *C. quorum ap. non reci. l. 2. ff. de cuſtod. re. l. ſi confeſſus. de quæſtio. l. 1. § ſi quis ultro.* & iſta Confeſſio poteſt eſſe triplex. Uno modo verè, quando fit ore proprio; *15. q. 6. c. 1.* aliis duobus modis præſumptivè, videlicet per Facti evidentiam. *28. di. priſquam.* Item propter fugam & contumaciam. *3. q. 8. decernimus. Extra de præſump. c. nullus. cum ibi notatis.* Quarto modo poteſt fieri Probatio per Inſtrumentum, quando videlicet Tabellio audivit aliquem prædicare errorem, vel docere: nam crimina quandoque probantur per Inſtrumentum. *ut d. l. 2. C. quorum app. non rec.* & notatur *C. ad l. Aquil. l. contra negantem. ff. ad Turpil. l. in ſenatus.*

i *Habitâque.* Decima pars.

k *Informatione.* i. e. Probatione.

l *Idem Ordinarius.* Ex hac Litera videtur, quòd Ordinarius ipſe non poteſt cognitionem in cauſa Fidei alii vel aliis delegare: & hoc poteſt intelligi verum quoad prolationem Sententiæ; ſed Præparatoria, & media Litis poſſunt delegari, utputà, receptiones Denunciationum, formationes Inquiſitionum, Citationes Perſonarum, examinationes Teſtium, & cætera hujuſmodi. Et ſic quoad Inquiſitores Hæreticæ pravitatis declaravit *Clemens* Papa in quadam *Extravaganti*, quæ incipit, *Licet communibus. §. ut igitur.* Et hoc verum puto, quando Epiſcopus procedit contra Exemptos, quo caſu procedit ut Delegatus Sedis Apoſtolicæ. *Extra. eo. c. ad abolendam. in fi.* Secus forſan eſſet, quando procedit Jure ſuo Ordinario, ut accedant notata per *Johannem An. eodem titulo. c. ut commiſſi. in principio li. 6. & c. 2. in princi. in Clem.*

m *Sententiet.* Scilicet condemnando vel abſolvendo, prout merita Cauſæ exegerint. Debet tamen ante Sententiam, quantum poterit, ipſum reducere ad Fidei Catholicæ unitatem, ad exemplum boni Paſtoris, qui ſuas Oves errantes colligit & reducit, *23. q. 6. c. 1.* & incarcerando, & corpus affligendo: *23. q. 5. addere. 23. q. 6. quod erraverat. & c. ſequenti.* ut quem Dei timor à malo non revocat, ſaltem compeſcat ſeveritas Diſciplinæ. *C. de emen. propin. l. 1. de elec. c. cum in cunctis. §. Clerici.* Facit ad præmiſſa *23. q. 5. pervenit. & c. contra Idolorum. de offi. ordi. c. irrefragabili.* Sin autem Epiſcopus reperiat ipſum pertinacem, ferat Sententiam, pronunciando ipſum Hæreticum, & ipſum tanquam Hæreticum condemnando, illúmque relinquat Judicio Sæcularis poteſtatis puniendum: *Extra. eo. c. ad abolendam. §. præſenti. & §. Laicus.* & hoc verum, ubi damnatus eſt Laicus; at ubi eſſet Clericus, debet diligenter attendere, an velit illum ſolum deponere ab Officio & Beneficio, an velit etiam quòd degradetur, ut relinquatur puniendus per Judicem Sæcularem, prout exegerit qualitas delicti. Nam tunc demum degradandus eſt, & tradendus Judici Sæculari puniendus, quando venerit in profundum malorum, & fuerit incorrigibilis. *Extra. de judi. c. cum non ab homine.* Quomodo autem talis tradendus ſit, habes *de verb. ſig. c. novimus. & de pœnis. c. degradatio. li. 6.* Formas autem Sententiarum contra tales videre poteris per *Canghinum Hugolini*, Tractatu ſuo *de Hæreticis*, prope fi.

a *Declaret,*

a *Declaret.* Hæc declaratio poteſt fieri reſpectu eorum quæ dicta ſunt *ſuprà.eo.c.1.§. quod ſi hujuſmodi.* Item reſpectu eorum quæ dicta ſunt *ſuprà.eo.c.2. §. quod ſi ſecundo.* Item reſpectu eorum quæ dicta ſunt *ſuprà. eo. c. 3. § fi.* Item reſpectu eorum quæ dicta ſunt *ſupra. hoc eo. c. §. et ſi ipſi.*

b *Puniatq;* inquantum ſc. ipſius, de quo agitur punitio, pertineat ad Judicem Eccleſiaſticum.

c *Qualitatem delicti.* Aliter namq; puniendus eſt levi ſuſpicione quam gravi ſuſpicione & notabili, aliter ex certa ſcientia, aliter ex lubrico linguæ lapſu, aliter contumax ſive pertinax, aliter ſtatim pœnitens & mandatis Eccleſiæ obedire paratus, aliter ſemel convictus, & nihilominus pœnitens; aliter poſt †converſionem recidivans & relapſus; aliter credens Hæreticis, aliter favens eiſdem, vel eos receptans, ſive defendens. Habes namq; ſcire, qd credens Hæreticis & Hæreticus pari pœna puniuntur; quia quos par facinus coinquinat & æquat, eos par pœna punit. *C. de Epiſc. & Cle. l. ſi quanquam.* Facit *Extra. eo. ti. c. penulti. §. ſi. de verb. ſig. c. ſuper quibuſdam. in prin.* Et qui ultra ſemel ſcienter vadit ad audiendum Dogma vel Prædicationem Hæreticorum, dicitur eis credens; quia par crimen eſt prohibita diſcere & docere. *C. de Maleficis & Mathema. l. culpa.* Et ex binario actu videtur crimen trahi ad Conſuetudinem. *C. de Epiſcopal. audi. l. 3.* Ad quod facit *de vi. & bonc. Cler. c. Monaſteria.* Alioquin ſi tantùm ſemel iverit, & poſtea ulterius ire noluerit, tunc non videtur credens, quia non videtur approbaſſe quod poſtea evitavit. *Extra. de præſump. c. ex ſtudii. ff. de ritu nupt. l. plenum. de divor. l. divortium.* & notatur per *Archidiac. eo. tit. c. 2. li. 6.* Et nota, quòd talis Hæreticus ſive credens, ſi redeat ante ſententiam, ſive in ipſo primordio cùm incidit in errorem, vel poſtea cùm deprehenſus ſit in errore, vel quando inquiritur contra eum, & paratus ſit deteſtari ſuum errorem, & humiliter petere miſericordiam, admittendus eſt, ſi tamen ex puro corde & fide vera non ficta redeat. *eo. ti. c. ut officium. §. proviſo. li. 6. de pœ. di. 3. inter hæc. de conſe. di. 4. oſtenditur. 27. di. quod interrogaſti. 1. q. 1. ſicut ſibi.* Ratio eſt, quia Eccleſia non claudit gremium redeunti. *C. de jejun. Tri. & ſi. Ca. l. ſi. & hoc eo. ti. c. ſuper eo. li. 6.* Similiterſi quandocunque ante ſententiam redire voluerit ſecundùm arbitrium Judicis procedentis, admittendus eſt; prout planè notat *Cunghinus Hugolini, tractatu ſuo De Hæreticis, Rubrica de Hæreticis, ſeu Credentibus pertinacibus & relapſis, quando ſunt ad miſericordiam recipiendi.* ultra medium. Et ſcias, quòd ſic rediens & receptus ante ſententiam conſequetur miſericordiam & gratiam, ut non puniatur pœnis Hæreticorum convictorum de Hæreſi, & ut evitet pœnas corporales, quæ aliàs de Jure ſunt Hæreticis infligendæ. Conſiderabit tamen talem ad gratiam recipiens, quòd ſic rediens puro animo & fide non ficta redeat. Conſiderabit etiam an ſit relapſus, nécne: nam ſi fuerit relapſus verè vel fictè, aliàs interpretative, ſecundùm quoſdam, poteſt eum detrudere in arctum Monaſterium ad pœnitentiam perpetuam peragendam. *Extra. eo. c. ad abolendam. §. illos.* Tu dic hodie ut legitur *eo. ti. c. ſuper eo. li. 6.* viz. ut talis relapſus recipiatur ad Eccleſiaſtica Sacramenta quoad ſalutem Animæ, non autem quoad evitandum pœnas corporales, ut ibi patet. Si verò non fuerit Relapſus, & Judex velit ſibi facere gratiam, non detrudetur in Monaſterium, ſed erit ſecundùm arbitrium Judicis ſibi alia Pœna pœnitentialis †indicenda, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. eo. c. 1. §. 1. ver. purgaverit.* Et ſi talis rediens ſit Clericus, non debet deponi ab Officio & Beneficio, ſed poteſt ſuſpendi ad tempus; ſicut notat *Archi. eo. tit. c. ut commiſſi. ver. conſilio. li. 6.* Ubi verò talis redire non vult, ſed omnino manet pertinax & incorrigibiſe, tunc procedendum eſt contra eum, ut dixi *ſuprà. eo. ver. ſententiet.*

d *Superius.* In diverſis Capitulis hujus Tituli, & *ſuprà. ti. proxi. per totum.*

e *Ipſius.* Scilicet Citati.

f *Non obſtante.* Sed quid ſi fuerit præſens. Tunc dic, quòd debit ante omnia cautionem de Judicio ſiſti, & parendo Mandatis ad arbitrium Judicis; & ſi non caverit, poterit incarcerari, propoſitiſque ſibi Articulis ſuper quibus convenitur, ſi errorem ſuum fateatur, recipietur ad miſericordiam, ſicut dictum eſt *ſuprà. ver. qualitatem delicti.* injunctâ ſibi pœnitentiâ ſalutari; in qua peragenda ſi defecerit, tanquam Hæreticus punietur. *Extra. de purga. ca. c. inter ſollicitudines. in fi. & de præſumpt. c. literas.* Et quando ſic confitetur crimen ſibi impoſitum, poteſt interrogari ſi habeat ſocios ejuſdem criminis, & quos, per id quod habetur *eo. ti. c. Excommunicamus. §. adjicimus. C. de Maleſi. & Mathe. l. ſi.* Tamen reſponſio talis quoad alios non ſufficiet ad convictionem, ſed faciet ad præſumptionem ſive judicium. *Extra. de confeſ. c. 1.* Si verò errorem ſibi impoſitum negaverit, & petat Copiam inquiſitionis factæ contra eum, & forſan dictorum Teſtium, per quos Judex movetur ad procedendum contra eum, non erit copia ſibi deneganda. *Extra. de accu. c. qualiter et quando. §. debet.* Si tamen Judex viderit, qd ex conceſſione talis Copiæ poſſit aliquid periculum imminere forſan propter perſonas Teſtium, quod totum relinquitur diſcretioni & conſcientiæ Judicis; tunc non dabit Copiam. *eo. ti c fi. lib. 6.* Sed dicet Judex illi, qd det in ſcriptis nomina illorum quos habet ſuſpectos, & cauſam purà inimicitiæ vel conſpirationis, & ſimiles exceptiones, per quas Teſtes in hoc crimine repelluntur; de quibus dixi *ſuprà. eo. ver. teſtium receptionem.* Et ſi Judex invenerit, quod det pro ſuſpectis nomina illorum qui promovent inquiſitionem, vel qui probant crimen, & ſimiliter probet cauſas per ipſum propoſitas; tunc detractum intelligit fidei ipſorum Teſtium, & illis probationibus non obſtantibus abſolvet ipſum inquiſitum, aliquin proceder & condemnabit illum ex dictis illorum Teſtium. Et ſi probatio facta fuerit per unum Teſtē ſolū bonæ opinionis & bonæ famæ contra negantem crimen ſibi impoſitum, tunc inquiſitus poterit torqueri, ut eruatur veritas. Sic ſtat quod legitur *eo. ti. c. 1. in Clem. & concor. 2. q. 1. In primis. 35. di. ante.* Nam ſemper durius agitur cum eo qui †victus confiteri recuſat. *C. de Maleſ. & Mathema. l. ſi excepta.*

De Apoſtatis.

Locorum Ordinarii diligenter inquirant, an ſub eis vivant qui Religionem, quam profeſſi ſunt, deſeruerunt; inventoſque omni Beneficio, aut Officio ſi habeant, privantes, ad priſtinum Religionis ſtatum, aut ſaltem laxiorem, redire compellant, niſi à ſummo Pontifice fuerint diſpenſati.

Johannes Peccham.

g PRæterea ſunt nonnulli, quos apparet per h facti evidentiam, i Sæculum intendere k perpetuò relinquere, & per l certa indicia in Clauſtri m excubiis velle toto ſuo tempore Domino n militare:

Diviſio.

g *Præterea.* Hæc eſt Conſtitutio *Jo. Peccham*, & habet principaliter duo dicta. Secundum ibi, *Quocirca.* Primum dictum facit tria: primo recitat factum; ſecundo ibi, *Quamvis*, recitat deciſionem Juris ſuper illo facto; tertio ibi, *Quidam tamen*, ponit receſſum à Jure illo. Secundum etiam dictum facit tria: primo ſtatuit & ordinat de remedio quoad Clericos; ſecundo ibi, *Quod ſi ſint*, providet de remedio quoad Laicos; tertio ibi, *Hanc autem*, reſtringit Ordinationem priùs factam.

h *Facti evidentiam.* Ut quia ſtatim profitetur. Nam Profeſſio ſtatim facta, non præcedente experientia Religionis ſive Regulæ, obligat profitentem ad Religionem in genere, non ad aſſumptam præciſè. Talis etiam, de cujus animo citò conſtat, non habet beneficium tridui, ſicut nec ille qui ex præcedenti voto Profeſſionem facit; ut notatur in *c. conſtitutionem. de Regula. li. 6.* Facti evidentia eſt, quando aliquis expreſsè dicit ſe velle Sæculo renunciare, ut legitur & notatur *de Regula. c. ſtatuimus.* Item ſi recipiat Habitum Profeſſorum, ut ibi etiam notatur. Item ſi ingreſſum Religionis præceſſit propoſitum profitendi de quo hic conſtat: nam propoſitum & intentio ingredientis eſt principaliter conſideranda in Profeſſione, ſicut & in omni alio negotio: ut *l. non omnis. ff. ſi certum pet.* cum ſimilibus. Sic etiam ſi præceſſit Votum. *de Regu. c. porrectum.* Item ſi priùs renunciavit propriis, & poſtea ingrediatur Suſcipiens Habitum Profeſſorum. Pro quibus vide notata *Doct. de Regu. c. conſulti. & ibi per Petrum de Ancho. ver. ſecundo quæro.*

i *Sæculum.* i. e. Sæcularem vitam.

k *Perpetuo.* i. e. Quamdiu vixerint.

l *Certa indicia.* Ut quia ſcienter ſe ingeſſit actibus Profeſſorum. *de Regula. c. vidua.* Ex actibus namque & moribus percipitur alicujus ſtatus & conditio. *ff. ad Macedo. l. 1. de elect. c. quod ſicut. de elect. do. c. 1. ff. de ſolu. l. Ticia. & de ſen. Excommunic. ſi Judex. li. 6.* Vel *Indicia* in hoc caſu ſunt, ſi priùs renunciavit Beneficio, vel de bonis propriis priùs diſpoſuit, ſecundùm *Jo. An. de Regu. c. non ſolum. ver. indiciis. li. 6.* & circa hoc vide notata *per Archid. eo. ver.*

m *Excubiis.* i. e. Vigiliis.

n *Militare.* Sc. Spirituali Militia, quæ ſecundùm Apoſtolum non eſt adverſùs carnem & ſanguinem. *Job. 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram:* & in hac militia, ut ibi ait *Greg.* debet homo eſſe induſtriâ providus, diſciplinâ exercitatus, virtute præditus, conſtantiâ animoſus. Alia eſt Militia Virtutis, quam exercere debent Prælati & Prædicatores contra hoſtes Fidei, item contra Hæreſim & errorum adinventores, juxta illud ad *Tim. 2. Labora ſicut bonus Miles.* Tertia eſt Militia Votivalis, quæ pertinet ad eos, qui ex Divino Amore & Fidei devotione devovent & exponunt ſe contra hoſtes infideles, ut ſunt *Milites Templi, Fratres Alemanni de Pruſſia.* Quarta eſt Militia Humanalis, quales ſunt omnes milites temporis noſtri, quibus quatuor ſunt neceſſaria. Primo ut ſint Diſciplinati & electi, ſecundò quòd ſint viribus præditi, tertiò quòd ſint duri & aſperè nutriti, quartò quòd ſuo Principi & ſibi invicem ſint mutuâ fidelitate connexi.

Nota de quadruplici Militia.

In Militia humana Militiæ quatuor requiruntur.

† *al.* Contrictionem.

† *MS. Æton.* injungenda.

† *MS. Æton.* convictus.

Verſus.

[a] *Qui.* Scil. ſic intendentes abſolutè renunciare ſæculo.

[b] *Carnali deſiderio.* Quod poteſt eſſe circa Gulam, Accidiam, & Luxuriam, quæ tamen à Clericis maximè debent elongari; ut legitur *de vi. & bonc. Cler. c. à crapula.* & in Conſtitutione *Othonis. Licet ad profugandum.* ubi de hoc *per Fo. de Athona.* Quòd autem ex luxuria hujuſmodi multa mala accidant, patet per hos Verſus. *In coitu ſex damna luo, nam denarium do, Offendoq; Deum, de turpi lare redundo, Humoremq; bonũ proprio de corpore fundo; Apocopo vitam, ſtudium cum lumine perdo.*

[c] *Vomitum.* i. e. Priſtinam malam vitam.

[d] *Sæculum.* i. e. Actus Sæculares.

[e] *Sydera errantia.* i. e. Planetæ; & hæc ſydera ſunt ſeptem: ſc. *Saturnus, Sol, Jupiter, Mars, Venus, Mercurius, Luna.* Et dicuntur *Planetæ*, i. e Errantes, quia ſingulis diebus movent ortum & occaſum. Unde dicuntur *Planuntæ*, i. e. errorem incutientes: Planetæ enim non errant, imò eundem motum & eandem legem movendi nunc habent quam habuerunt ab initio ſuæ conditionis; ſed errare videntur mortalibus, cùm ita variant ortus & occaſus per diverſa loca. Unde potiùs debent dici *Planuntæ*, i. e. errare facientes, quàm *Planetæ*, i. e. errantes: non enim ipſi errant, ſed nos errare faciunt circa motus eorum.

[f] *Quamvis igitur.* Secunda pars primæ partis.

[g] *Jura. Extra. de Regula. c. conſulti. & c. ſtatuimus.*

[h] *Religione aliqua.* Sc. in genere. Cui concordat quod legitur *de Regula. c. non ſolum. & c. Conſtitutionem. l. 6.*

[i] *Laxiri.* Supple, ad minus: nam artiorem ingredi poteſt talis ſi voluerit, cùm non inveniatur prohibitum.

[k] *Quidam tamen.* Tertia pars primæ partis.

[l] *Attritæ.* i. e. Inverecundæ, vel obſtinatæ.

Apoſtaſiæ definitio, & ejus tres ſpecies.

[m] *Apoſtaſiæ.* Eſt autem *Apoſtaſia* temerarius receſſus à ſtatu Fidei, Obedientiæ, vel Religionis, quam quis profeſſus eſt ſe tenere; & ſunt tres ſpecies Apoſtaſiæ, ſc. Perfidiæ, Inobedientiæ, & Irregularitatis: Perfidiæ, quando aliquis recedit à Fide, 2. *q.* 7. *non poteſt.* Inobedientiæ, quando aliquis ſponte tranſgreditur præceptum licitum Prælati ſui, vel ſacris Canonibus non obedit, 3. *q.* 4. *alieni. de ma. & obe. ſi quis. & c. illud.* maximè quando ſcit quod tenetur obedire: Irregularitatis, quando aliquis ab Ordine ſuo ſive ſtatu ſumptæ Religionis, cui profeſſus eſt, recedit, ut hic; & *Extra. eo. c. præterea. & c. ſi.* & talis Apoſtaſia contingit multis modis, ſc. dimittendo Tonſuram, accipiendo Uxorem cùm ſit in Sacris, abjiciendo Religionis Veſtem vel Clericalem, item redeundo ad Sæculum. *de vita & honeſtate Cleri. c. ex literis. de ſen. Excommuni. in audientia. et c. perpendimus.* Quod autem dictum eſt de Clericis Sæcularibus, intelligè de conſtitutis in Sacris, ut in *d. c. 1. & cod. tit. c. tuæ.* Item generaliter poteſt dici Apoſtata, omnis qui recedit à Deo mortaliter peccando, ſecundùm *Aſtex. eod. tit.*

[n] *Infamiam.* Tales namque Apoſtatæ ſunt infames. *de Regula. c. conſulti.*

[o] *Abſolutè.* i. e. Simpliciter, vel ex toto. Et ſimile verbum habes *de Regu. c. beneficium. li. 6.*

[p] *Ostenderit.* Per facti evidentiam, & certa indicia, ut prædictum eſt in *ver. indicia.* ubi dixi, quod unum indicium eſt, ſi prius renunciavit Beneficio quod habuit. Et hoc verum intelligas, quando ſimpliciter & ſine proteſtatione renunciavit. Sed ſi cum proteſtatione, quòd non intendit per id dimittere Sæculum, hoc fecerit, tunc non procederet quod ibi dixi: & ſic reſpondet ad *c. ex tranſmiſſa. Extra. de renun.* Nam quando ſimpliciter renunciat Beneficio, & poſt intrat Religionem, videtur voluiſſe vitam mutare; quia omnino veriſimile eſt, quòd ſi voluiſſet manere in hoc Sæculo, non renunciâſſet Beneficio, tot laboribus & expenſis acquiſito. *de renun. ſuper hoc.* Et ſic ſentit Dominus *Fo. de Imola. d. c. non ſolum. de Regula. li. 6.* Alia Exempla ponit *Fo. An. de Regula. c. Statuimus. ſuper glo. 2.* viz. ſi nunc confiteretur, quòd tempore ingreſſûs habuit animum dimittendi Sæculum, ſecundùm *Inno.* vel, ſecundùm *Hoſtienſem*, ſi in ingreſſu illud expreſſit, vel quia ſe & ſua Monaſterio obtulit expreſſè, vel quia propriis omnino renunciavit, vel quia Caſtitatem & Obedientiam ſolenniter promiſit. Alia ſigna ponit *glo. 23. diſt. Clerici.* ut ſi magnam Tonſuram ſibi fecit, quia illa eſt ſignum Converſionis. Huic etiam dicto concordare videtur *glo. 1. de Regula. c. 2.*

[q] *Hieroſolyma.* i. e. Monaſterio, ubi per Contemplationem eſt Viſio Pacis.

[r] *Ægyptum.* i. e. Sæculum, ſive Mundum: ubi nihil aliud eſt quàm tenebræ peccatorum.

[s] *Quocirca.* Secunda pars principalis.

[t] *Ordinarii loco um.* i. e. Epiſcopi. Et hoc apparet ex hoc quod ſequitur, *de ſubtractione Officii & Beneficii*: & huic dicto *concor. de Regu. c. non eſt.* aliàs enim Ordinarii ad inveſtigationem, de qua hic dicitur, faciendam dicerentur Præſidentes Capitulo Provinciali, juxta illa quæ leguntur & notantur *de Regu. c. ulti.*

[u] *Tales.* Sc. ſub forma prædicta Apoſtatantes.

[x] *Inveſtigent.* Id eſt, perquirant.

[y] *Subtractionem.* Non dicit, privationem, quia tales nullum Titulum in Officiis ſive Beneficiis hujuſmodi habere poſſunt; cùm etiam ſi talia Officia ſive Beneficia priùs habuerint, vacant, ex eo qd Religioni aſtringuntur, ut hic dicitur. Ad qd facit *de Regula. c. Beneficium. li. 6.* & circa hoc vide quod dicam *infrà. glo. proxi.*

[z] *Beneficii Eccleſiaſtici.* Ad quod poſtquam Religioni aſtricti ſunt, aſſumi non debent. *de Regu. c. ſuper eo.* Sed contra hoc opponitur 16. *q.* 1. *doctus. et c. ſi quos.* Ex quo videtur, quòd Monachus poteſt aſſumi ad Curam Eccleſiæ Parochialis. Ad hoc reſpondent *Doct.* qd de Jure communi Monachus non poteſt aſſumi ad talem Curam, ſed diſpenſativè ſic: de qua materia notatur *Extra. de ſta. Mo. c. qd Dei timorem.* Alii dicunt, qd ad talia non poſſunt exire niſi vocentur, & hoc cũ diſtinctione. *Decre. poſt tranſlationẽ. de renun.* Nec obſtat *c. ex tranſmiſſa. eo. ti.* quia ibi non apparuit an voluit vitam mutare, necne. Nec obſtat *de Regu. c. poſtulaſti.* quia ibi loquitur in minore: ſ. d *c. ſuper eo.* loquitur in adulto. Et ſic, ſecundũ aliquos *Doct.* Clericus Sæcularis tranſiens ad Religionem poteſt ad Officia ſive Beneficia Clericorum Sæcularium reaſſumi, eo modo quo ab initio poterat aſſumi. In hoc tamen caſu, viz. reaſſumptionis, dicit *Ant. de Butrio*, qd ſibi videtur quòd non poterit reaſſumi, nè in eo notetur tanta variatio. Nec obſtat *Decre. poſt tranſlationem.* quia loquitur quando aſſumitur ad Epiſcopatum. Unde dicit, qd licèt Monachus aſſumi poterit ad Eccleſiam Curatam, non tamen Clericus Sæcularis ad Religionem tranſiens poteſt reaſſumi ad Beneficium quod priùs habuit, quia poſſet dubitari, an propter Religionem tranſiverit. De quo recurrendum eſt ad notata in *c. poſt tranſlationem. de renun.*

An Monachus poſſit ad Curam Animarum aſſumi?

[a] *Si quod habeant.* Quia de facto promoventur ad aliquod Beneficium Eccleſiaſticum, dum ſunt ſic manentes in Sæculo. In quo caſu poſſet dubitari, cui quærit illa quæ taliter Beneficiatus acquirit? Dic qd ſi contemplatione Eccleſiæ hoc faciat, tunc illi Eccleſiæ acquirit ad quam eſt juſtè promotus. *de Teſta. c. cum in officiis.* Si contemplatione perſonæ ſuæ acquirat, Monaſterio acquirit. In dubio verò ſi acquirat ab extraneo, præſumitur contemplatione Eccleſiæ; ſi à conſanguineo præſumitur contemplatione Perſonæ. *de Teſta. c. requiſiſti.* Notatur per *Anto. de Butrio. de Regu. c. ulti. verſ. quid ſi Monachus.*

[b] *Priſtinum.* Scil. Monaſterium, de quo exierunt.

[c] *Laxiorem. Concor. de Regu. c. conſulti.* Et iſtud intelligas verum, quando ingrediens Religionem non profitetur aliquam Regulam in ſpecie, nec obligat ſe alicui Religioni in ſpecie. Nam ſi in ſpecie eſſet profeſſus vel obligatus, non poſſet tranſire ad laxiorem abſq; Diſpenſatione. *de Regu. c. licet.* Secus tamen eſt, ubi in genere ſe obligat. *de Regu. c. Conſtitutionem. li. 6.* Unde non tenetur ingredi Religionem ejuſdem Ordinis ſive qualitatis, ſed ſufficit qd ingrediatur Religionem diſparis qualitatis, dum tamen tria ſubſtantialia Religionis ibi fuerint obſervata; ut ſatis colligitur *d. c. ſuper eo. et c. conſulti.* cum ſimilibus.

[d] *Quant. Concor. de Regu. c. ſuper eo.*

[e] *Regulæ.* i. e. Obſervantiam. De diverſitate Obſervantiarum in Religionibus, poteſs videre quæ dixi *ſuprà. de vel. do. c. 1. ver. notabilis.*

[f] *Qd ſi ſint.* Secunda pars ſecundæ Partis. *Diverſitas.*

[g] *Ipſi.* Scil. Laici ſic redeuntes.

[h] *Salutis ſuæ.* i. e. Animarum ſuarum.

[i] *Studia.* i. e. Loca Religioſa, ubi ſtudere & contemplari poterunt ea quæ pertinent ad ſalutem Animarum ſuarum.

[k] *Redeant.* Scil. ſi in ſpecie aliquam Religionem profeſſi fuerint, ad eam redire debent. Si in genere profeſſi ſunt, vel ſe obligaverint Religioni, tunc ingredi debent aliquam de Approbatis, ut dixi *ſuprà. eo. ver. laxiorem.*

[l] *Cenſuram.* Quæ triplex eſt. *Extra. de verb. ſig. c. quærenti.*

[m] *Hanc autem.* Tertia pars ſecundæ partis.

[n] *Illos.* Scilicet ingredientes loca in quibus profeſſi ſunt, vel Deo ſe obligaverunt. *Gloſ. li. 6.*

[o] *Sedes Apoſtolica.* Quæ nunquam moritur. *de reſcrip. c. ſi gratia.*

a *Examinã,*

De His qui Filios occiderunt.

Nè Fœmina tenellos nocte opprimant, alive periculo exponant.

Edmundus.

[a]FŒminæ commonentur, ut [b] pueros [c]cautè [d]alant; & [e]juxta se [f]in nocte non collocent [g] teneros, [h] nè opprimantur. [i] Solos † juxta [k]aquas sine [l]Custode non relinquant, [m]& hoc omni die [n]Dominica eis [o]dicatur.

De Homicidio.

Parente in Partu Mortuâ Partus exsecetur.

Edmundus.

[p]SI mulier mortua fuerit [q]in partu, [r]& hoc bene [s]constiterit, [t] scindatur, si [u]Infans vivere [x]credatur; [y] procurato tamen, quòd os [z]mulieris [a]apertum teneatur.

Quicunque Rectorem, aut ejus Vicarium aut occiderit, aut occidi fecerit, omni Beneficio ac Officio spolietur, ejusque Posteritas ad quartam usque Generationem ad Beneficia inhabilis habeatur.

Idem.

[b]SAcri provisione [c] Concilii, Statutum est, quòd si [d]Patroni, [e]Advocati, aut [f]Feudatarii, aut [g]Vicedomini Rectorem Ecclesiæ, Vicarium, vel [h]Clericum ipsius Ecclesiæ per se vel per alios [i]occidere vel mutilare ausu nefario præsumpserint, Patroni Patronatum, Advocati Advocatiam, Feudatarii Feudum, Vicedomini Vicedominatum prorsus [k]amittant, [l] et Posteritas tamen, quòd os [z]mulieris [a]apertum teneatur.

---

a *Fœminæ.* Hæc est Constitutio *Edmundi*, & non dividitur.

b *Pueros.* Sume quod est *infrà. teneros.*

c *Cautè.* i. e. Diligenter, & cum prævidentia periculorum.

d *Alant.* i. e. Nutriant, sive educent.

e *Juxta se.* Scilicet in eodem † loco.

f *In nocte.* Scilicet dum dormiunt. †*al. le.* 20.

g *Teneros.* Sc. dum sunt in ætate tenera.

h *Nè opprimantur.* Ratio prohibitionis prædictæ: & *concur. Extra. eo. c. ulti. 2. q. 5. consuluisti.* Juxta quâ materiam secundum *Ray.* scire debet, qd si Pater vel Mater scienter occidat Filiũ vel Filiam, debet induci ut intret aliquod Monasterium, ubi peccata sua per Pœnitentiam deploret. Si tamen propter carnis fragilitatem ad hoc induci non potest, concedenda est ei licentia contrahendi Matrimonium, nè pluribus aburatur gravi Pœnitentiã ei injunctâ in Sæculo remanenti. *Si* verò talis habet Consortem vivũ, vel Filios parvos, à quibus non potest recedere, non debet induci ut intret Monasterium, nisi Conjux etiam velit ingredi Monasterium, & sufficienter possit provideri de Educatione Parvulorum. Ubi verò Pater vel Mater opprimit Filium juxta † *al. add.* in domibus ubi Ignis fuerit, vel solos

se in Lecto, debet agere Pœnitentiam, secundum quosdam, trium Annorum, quorũ unus est in pane & aqua: *Extra. eo. c. ulti. 2. q. 5. consuluisti.* ubi habetur quasi idem quod hic ordinatur. Et cum prædictis concordat *Hosti. eo. ti. §. 3. in summâ sua.* Tu dic secundùm *glo. Ber. in d. c. ulti.* sc. qd si scienter hoc faciat, major est Pœnitentia injungenda quàm pro alio Homicidio. Si autem casu & gravi culpâ præcedente hoc fiat, tunc injungetur Pœnitentia 5. vel 7. Annorum. *Ar. 50. di. Si qua fœmina. de pœ. & re. c. quæsitum.* Si autem levis culpa præcesserit, Pœnitentia trium Annorum est indicenda; ut *d. c. ulti.* Ubi autem nulla præcesserit negligentia vel culpa, non est aliqua Pœnitentia † imponenda. *Ar. Extra. de homic. c. ex literis.* Et hoc verum de Jure, ad Cautelam tamen propter ambiguum est eis aliqua Pœnitentia injungenda. *Ar. ad hoc. 23. q. 5. Excommunicatorum. & c. interfectoribus. 34. q. 2. in lectum.* Et nota, secundùm *Hostiensem* ibidem, quòd si Culpa sit occulta, etiam Pœnitentia erit occulta; si verò Culpa fuerit manifesta, etiam Pœnitentia erit manifesta. Major etiam Pœnitentia injungenda est, quandò suffocantur in Lecto quàm quando in Cunis, & major Sacerdoti quàm Laico. *Extra. de verb. sig. c. quæsitum.* †*MS. Ætun.* injungenda.

i *Solos.* Sc. pueros.

k *Aquas.* Supple, vel Ignem.

l *Custode.* Supple, Discreto. Nam idem esset, nullum Custodem dimittere, &, indiscretum dimittere. *ff. qui satisf. co. l. quotics.*

m *Et hoc.* Sc. ut observent prædicta.

n *Dominica.* Supple, vel aliis Festis, quibus populus confluit ad Divina.

o *Dicatur.* Supple, per Curatum, sive gerentem Curam ipsius Ecclesiæ.

p *SI Mulier.* Hæc est Constitutio *Edmundi*, & non dividitur.

q *In partu.* i. e. Tempore pariendi.

r *Et hoc.* Scil. quòd sit mortua.

s *Constiterit.* Utputà, quia corpus est tactu frigidum, nec est in ea reperire Respirationem, neque Pulsum.

t *Scindatur.* Sc. Venter Mulieris. *& concor. ff. de mortuo infe.*

u *Infans.* i. e. Partus in Ventre. *(l. negat.*

x *Credatur vivere.* Alias autem, ut videtur, duplex inconvenientia sequeretur: una esset Homicidium, quòd contingeret in partu vivo; secunda esset, qd Partus non Baptizatus sepeliretur cum Matre in loco sacro. In qua materia adverte, quod inter *Doctores* fuerunt variæ Opiniones. Dixit enim *Hugo*, quod mulier prægnans sepulta in loco sacro, etiam Partu non excisso, debet ibi manere, etiamsi Partus vivificatus esset. Alii dixerunt, quòd Etiam debet Mulier, & si Partus vivat, Baptizetur Puer. Si mortuus sit, extra locum sacrum sepeliri debet. *Ar. ad hoc. de consc. di. 1. Ecclesiasti.* Facit *de consc. di. 4. si quid est. & c. si quis mulier. & duabus c. præcedentibus. ff. de extr. l. si prægnans. & l. fabia. ff. de usucap. l. si aliena. in fi.* Sed neutra istarum Opinionum placet *Hostiensi*, prout patet *de consc. Eccl. vel Alta. §. an sit iterandæ. ver. quid si mulier.* cum ibi sequentibus. Prima non placet, quia sic committeretur Homicidium. Secunda non placet indistincte: quia qui ratione admittitur Mulier prægnans ad Baptismum, ut in Juribus prælegatis; eadem ratione potest admitti ad Sepulturam, ut sic Partus, etsi Baptizatus non sit, habeatur tamen pro Baptizato, quantum ad hunc Articulum pertinet; nè Incisio inutiliter facta, putà, quia constat quòd partus mortuus est, horroretur inducat. *Ar. ff. de rei. ven. l. quæ Religiosis. de consc. Eccl. vel Altaris. c. quod in dubiis.* Unde dicit *Hostiensis*, qd si pro certo constet Partum esse mortuum, non incidetur Mulier, sed cum Partu sepelietur, & sic vera est sententia *Hugo.* Non obstant Jura, quæ volunt, qd Paganus non sepeliatur in loco sacro; quia verum est in eo qui separatus est à ventre Matris. Secus tamen est si in utero Matris Christianæ fuerit, quia tunc de facili discerni non potest. Facit ad hoc *Extra. de sepultu. Mo. c. super quodam. de sepult. c. sacris.* Si autem certum est qd Partus vivat, vel dubitatur, tunc fiat ei locum secunda Opinio ut hic. & *ff. de ver. inf. l. negat.* & facit ad idem *ff. de stat.*

bo. l. Imperator. y *Procurato.* Id est, Proviso.

z *Mulieris.* Sic in parietudo morientis.

a *Apertum.* Cum baculo, clavi, vel instrumento alio, sic viz. qd Aer possit intrare, nè ob defectum respirationis suffocetur Partus.

b *SAcri provisione.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & habet duo dicta. In primo recitat id qd Statutum est ab Antiquo. In secundo ibi, *Et hoc*, mandat illud Statutum sa- *Divisa.* pius denunciari.

c *Concilii. Sc.* Generalis. *Extra. de pœnit. c. in quibusdam.*

d *Patroni.* An sit differentia inter Patronum, Advocatũ, & alios de quibus hic dicitur? Dicunt aliqui qd non; imò pro eodem significant ut in *c. præterea. Extra. de jure Patron.* ubi de hoc sunt opiniones inter *Inno.* & *Hosti.* & qd significant idem, notant *Ber.* & *Hosti. de jure Patro. c. quia Clerici. glo. 1.* & pro hoc facit *de fi. Mo. c. in singulis. §. fi.* Et qd Advocatus & Patronus idem significant, patet *de jure Patron. c. cum autem.* & qd supponant pro eodem, notat *Card. de elect. c. generali. ver. custodia. li. 6.* & ex. *ver. per Jo. An.* & etiam *concur. Arch. ex. c. ver. Gardiani. & duabus glo seq.* Aliqui tamen dicunt, qd *Advocatus* intelligitur non pro Patrono Ecclesiæ, sed pro Defensore, ut solet notari *de elect. c. venerabilem. ver. Advocato. per Bern.*

e *Advocati.* Qui idem significant in hoc loco qd *Patroni*, ut dixi in g'a. præcedenti; & sic dico, *seu*, hic posita, debet exponi pro *id est*: nam dictio, *seu*, posita inter diversa voce, idem tamen significantia, exponitur pro, *id est*, secundùm *Arch. de elect. c. generali. ver. defensionis. li. 6.* & idem intelligas de dictione, *aut*, quæ sequitur.

f *Feudatarii.* Tales viz. qui aliquas Terras tenent in Feudum ab Ecclesia.

g *Vicedomini.* Vicedominus ponitur quandoq; pro Patrono, ut *Extra. de jure Patro. c. præterea.* quandoq; ponitur pro Vicario in temporalibus generali; *de jud. c. examinata. de constit. vel inutili. c. examinata.* & sic sumitur *19. di. c. volumus. ver. ordinet. per Arch.*

h *Clericum.* Supple, quemcunq; Beneficiatum qui sustentatur de bonis ipsius Ecclesiæ.

i *Occidere.* Possunt excipi casus, de quibus legitur *de sententia Excommuni. c. 3. §. nec ille*, dic ut ibi: & de hac materia vide latiùs tractata *Doct. de pœnit. & in quibusdam.*

k *Amittant.* Per sententiam. Argum. eorum quæ *no. Extra. de sponsa. c. si diligenti. ver. causam per dicti per Ber.* Sed in *d. c. in quibusdam.* unde istud sumitur, dicit Textus, *prorsus dimittant.* per qd dicunt *Hosti.* & *Jo. An.* ibidem, qd tales ipso facto absq; ulla sententia incidunt in has pœnas. Et *concur. Card. de præscrip. c. fi. ver. ipso jure. li. 6.* & ad hoc facit qd dixi *suprà. de clande. desponsa. c. 1. ver. sit suspensus.* Ad quem verò tran ferri debeat jus hujusmodi Patronatûs, vide per *Doct. d. c. in quibusdam.*

l *Et posteritas.* Vers. ubi apparet, qd Filius punitur pro delicto Patris, & sic unus pro alio punitur, contra id qd legitur *de his quæ fi. à ma. parte ca. c. quæsivit.* Sed circa hoc dic ut proxime *no. ff. c. in* *An unus pro alio pu- i de- bant?* *quibusdam.*

quibusdam. di. 4. per Henr. de Bonyco. cujus dicta, summarie collecta, sunt hæc; qd duplex est pœna, æterna scil. & temporalis: æternâ pœnâ non punitur unus pro alio, nisi in crimine participet, vel succedat. *1. q. 4. §. Item Moyses.* & *§. seq.* Fallit in peccato Originali, quod ab *Adam* in omnes descendit, & potest esse ratio: quia quando *Adam* peccavit, nondum aliquis ex illo fuit. † materialiter seminatus. *24. q. 3. bis ita. ver. unde peccato.* Et sic semen suum corruptum & abominabile factum est, nec potuit postea aliquis non corruptus de tali semine generari; & ideo cùm formato corpori de tali semine infundatur anima, necessariò est qd ipsa Anima quodammodo inficiatur & corrumpatur. Unde à tali peccato quod naturaliter inest, a Natura corrupta procedens, non potest quis purgari nisi per Baptismum, sine quo salvari non possumus. *de consec. di. 4. placuit. de pœn. di. 2. non est mirum. ver. quicunque.* Temporalis pœna est triplex: quædam circa corpus, & illâ non punitur unus pro alio. *C. de pœnis. l. sancimus.* Quod intellige verum de pœna per hominem infligenda: secus tamen est in pœna quæ infertur ultione Divina, qua quandoque unus pro alio punitur, ut patet *de pœ. dist. 1. sed & continuo. de excess. Prælat. c. Clerici. 1. q. 4. Item pro peccato. circa medium.* Alia est pœna circa statum, ut Servitus & infamia; & hæc quandoque punitur unus pro alio, ut hic. & *7. q. 1. verum. 15. q. 8. Cum multæ. de pœnis. c. ad aures. de fil. Presby. quasi per totum.* Tertia est pœna realis, & hæc punitur unus pro alio; ut *d. §. Item pro peccato. C. ad l. Jul. Mai. l. quisquis. de hæreti. c. vergentis. ff. communi divi. l. si u cum quo.* Ecclesiastica etiam pœna punitur quandoque unus pro alio, ut hic; & *d. c. in quibusdam.* & hæc pœna Spiritualis est quadruplex. Prima est Excommunicationis, & illâ non punitur unus pro alio. *24. q. 3. si hæres. de sen. Excommunicationis. Romana. §. fi. li. 6.* Secunda pœna est Interdicti loci, & illâ frequenter punitur unus pro alio. *de offi. Deleg. sanc. & c. P. & G.* Hâc tamen pœnâ non debet Universitas puniri pro delicto Personæ singularis. *Extra. de his quæ fiunt à majo. parte Capi. c. quæsivit.* nisi sit Dominus loci; ut *d. c. sanc. de usuris. c. 1. versus finem.* Tertia pœna est remotionis ab Oblationibus, & hæc pœna punitur Familia propter delictum Domini. *17. q. 4. miror.* Quarta pœna est Interdictionis ab Ordinibus, & illâ pœnâ punitur Maritus ob delictum Uxoris. *34. di. Si cujus.* Circa quod vide notata per *Jo. 1. q. 4. in summa. & per Car. d. c. 1. de usuris. li. 6.* Et casus quibus aliquis punitur vel privatur Jure suo sine culpa, notantur per *Ber. de consil. c. cognoscentes. de privil. antiqua. 22. di. renovantes. per Joh. & Arch. 17. q. 1. qui bona. in magna gl. circa fi.* Et nota, quòd Deus quinque de causis punit aliquos in hac vita, sicut patet per hos Versus.

Versus.

Est qui torquetur, ne fastus ei dominetur: ut *Paulus.*
Est qui torquetur, ut ei meritum cumuletur: ut *Job, & Tobias.*
Est qui torquetur, Deus ut sic glorificetur: ut cæcus natus.
Est qui torquetur, ut perpetuò crucietur: ut *Herodes.*
Est qui torquetur, ut crimine purificetur: ut *Maria Soror Moysi. Numeri 12. de pœ. & re. c. cum infirmitas.*

Vel aliter:

Ut prosit, ut damnet, ut expiet, ut mereatur,
Ut pateat Christi Gloria, pœna datur. Hos Versus ponit *Archid. 24. q. 3. in summa.*

† *M. S. Æton.* naturaliter.

a *In Collegium Clericorum.* Sc. quoad Beneficia Ecclesiastica obtinenda.

b *Quartam generationem.* Scilicet per lineam masculinam, & non fœmininam. *de pœ. c. ubicunque. li. 6.*

c *Assumatur.* Supple, nec tales Beneficia Ecclesiastica prius habita de novo cum aliis permutare permittantur, cùm sint inhabiles ad Beneficia. Argumento notatorum per *Jo. An. in Cle. 1. de pœ. ver. obtinendam. et ibidem per Gess.*

d *Prælatiæ.* Intellige in linea masculina, ut dixi *supra. vers. generationem.*

e *Et hoc.* Secunda pars.

f *In Ecclesiis.* Ubi sc. est frequentia & multitudo populi.

De Furtis.

Nè quis Latrones apud se retineat.

Stephanus.

* PRohibemus sub g interminatione Anathematis, h nè quis Latrones ad latrocinium faciendum in servitio suo i retineat, nec eos scienter in k terris suis habitare permittat.

* *Prohibemus.* Hæc est Constitutio *Stephani* in Concilio *Oxoniensi.*

g *Interminatione Anathematis.* Comminatio est non Sententia lata, secundùm ea quæ dixi *supra. de testi. c. Religiosa. §. et quia. ver. sub pœna Anathematis.* & facit ad hoc *c. vela. um. de jure Patro.* *de immu. Eccl. c. non minus. et c. cum Ecclesia.* & sic notatur *per Goff. de matrim. contra. contra interdic. Eccl. c. 2. de magistris. c. quanto.* Dicit tamen, quòd si intentio sic dicentis sit statim ligare contrafacientes, statim ligantur. *Ar. ad hoc ff. de acqui. poss. l. qui absenti.* Facit ad hoc *Extra. de eo qui furti. ordi, susce. c. 1.* & videtur casus 63. *dist. Salonitana.* ubi de hoc optime per *Arch. Wil. in Clem. unica. de excess. Præla. ver. interminationem.* distinguit hoc modo: aut primo erat lata Sententia Excommunicationis, & postea intervenit talis Comminatio, & tunc infert Sententiam latam; *de sentent. Excommuni. c. à nobis. 1.* & idem dicendum est, quando post hujusmodi interminationem sequitur talis Clausula, *qd si contra fecerit, sciat se Excommunicatum.* & sic notatur per *Hostis. d. c. non minus.* Aut non præcessit talis Sententia, & tunc aut Interminatio prolata est à Jure, & non infert Excommunicationem; *30. di. per totum. et d. c. cum Ecclesia.* & ita intellige quod notat ibi *Alanus*, & similiter *Ber. in glo. penul. et Hostis. & Jo. An. post eos.* Ubi autem talis Interminatio profertur ab Homine, tunc respicitur † Judex: nam si dicat sic, *Prohibemus sub pœna Excommunicationis nè aliquid tale fiat*, & hoc faciat animo promulgandi Sententiam, statim ligat, alias verò non ligat: & in hac materia *Wil.* remittit ad notata *per Hostis. de sagit. c. 1.*

† *MS. Aliud* intentio Judicis

h *Nè quis.* Et sic nec mulier: quod dic ut dixi *supra. de Magistris. c. 1. ver. quousque.*

i *Retineat.* Talis namque videtur esse particeps furti. *Extra. eo. c. qui cum fure.*

k *Terris suis.* i. e. Dominiis. Tales namque qui potestatem habent, tenentur purgare Terras suas malis hominibus. *ff. de offi. Præs. l. 3. et l. congruit.*

De Clerico Venatore.

Foresta, aut Parci, i. e. Leporarii, aut Omichonis transgressor seu invasor Clericus puniatur aut in rebus, aut in corpore pro satisfactione.

Bonifacius.

l STatuimus, quòd si quis Clericus de transgressione m Foresta, aut n Parci alicujus diffamatus fuerit, & o convictus legitimè coram Ordinario suo, vel p confessus ei dem, per suum q Diœcesanum, si r bona habeat, pro qualitate transgressionis graviter s redimatur; & illi, cui damnum vel injuria est illata vel u noxa, hujusmodi x redemptio assignetur. y Si autem z non habeat bona, suus Episcopus ipsum, prout culpa poposcerit, graviter puniat a in Persona, b nè propter impunitatis fiduciam pateat Præsumptoribus licentia c delinquendi.

l *Statuimus.* Hæc est Constitutio *Bonifacii*, & habet duo dicta. Secundum ibi, *Si autem.* Contenta patent in Litera. *Divisio*

m *Foresta.* Ubi sunt Feræ non inclusæ. *de donat. cum diversi. ver. Forestam. per Hostien.*

n *Parci.* i. e. Loci ubi sunt Feræ inclusæ.

o *Convictus.* Per Testes.

p *Confessus.* Judicialiter coram Episcopo, ut hic dicit: nam talis Convictio sive Confessio coram Judice Sæculari sibi non obesset ad ipsius Condemnationem. *Extra. de judi. c. at si Clerici.*

q *Eidem.* Sc. Clericus.

r *Diœcesanum.* Et sic ad Judicem Laicum hujus rei cognitio non pertinet. Cui *concor. de foro compe. c. 2.*

s *Bona.* Sc. Propria non Ecclesiastica: nam propter delictum Personæ Ecclesia damnificari non debet. *de Reg. Ju. c. delictum. li. 6.*

t *Redimatur.* i. e. Ad redemptionem ponatur.

u *Noxa.* i. e. Delictum.

x *Redemptio.* Sc. per Episcopum limitata.

y *Si autem.* Secunda pars.

z *Non habeat.* Sc. talis Clericus.

a *In persona.* Et sic qui non luit in Bursa, luet in corpore. *de da. & contu. c. finem. in glo. fi. 12. q. 2. fraternitat. in glo.* Et hoc verum, quando pœna est imponenda propter delictum; secus si propter debitum, propter quod pœna corporalis non debet imponi. *de sol. c. Odardus.*

b *Nè propter.* Ratio præcedentium.

c *Delinquendi.* Pœna igitur unius erit metus multorum. *de rehab. Cle. et Mul. c. 3. glo. fi.* Sed contra ista quæ hic dicuntur, opponitur: nam feræ bestiæ nullius in bonis sunt, & ideo occupanti conceduntur. *Instis. de re. di. §. fera. ff. de acqui. re. do. l. 1.* Unde licitum est tales Feras capere, non solùm in fundo proprio, sed etiam alieno; ut patet ibi *l. 3. Si* igitur cuilibet licet tales Feras capere, igitur injustum est ut eas capiens puniatur, quia quod legitime fa-

Statu

tum est, poenam non meretur. *C. ad l. Jul. de adult. l. Graecus.* Solutio. Absq; poena licitum est tales Feras capere, nisi à Lege vel ab homine, cujus interest, prohibeatur. Prohibere etiam quis potest alium, ne fundum suum ingrediatur; ut patet *d. Q. Scæv. et d. l.* 3. Quo casu non licet absque poena talia facere. Unde cum per Statutum Regni sit prohibitum in alieno fundo Bestias venari, contrafaciens est merito puniendus, ut hic dicitur.

Divisio.

a CUm secundum. Haec est Constitutio *Joh. Peccham*, & habet quatuor dicta. In primo recitat qualis sit Dignitas Ordinum in Ecclesia Dei. In secundo ibi, *contra Dignitatem*, recitat quandam irreverentiam, quæ consuevit fieri Sacramento Ordinis. In tertio ibi, *Quia igitur*, ponit Statutum circa præmissa. In quarto ibi, *Minores*, statuit de modo conferendi minores Ordines.

De eo qui furtivè Ordines recepit.

Ordines ritè suscipiantur minores non cum majoribus, & ii quidem gradatim cum discretione Ordinum, Officiorum, & Charactetum, ac Gratiarum Suscipientibus patefacta.

Johannes Peccham.

a CUm secundùm Doctores b Theologos c militia Clericalis d septem muniatur Ordinibus, e singulorum f Characteribus g in anima consignatis, per h singulos etiam accipiens augmentum i Gratiæ, nisi Ordinati, k † fictè Ordinem recipiant, seu l crimine irretiti, m expedit n plurimum ipsos Ordines o minimè recipere p inculcatos; q quoniâ inculcatio Reverentiam minuit, & r Gratiam per consequens, quæ per

b *Theologos.* Quasi omnes, ut dixi *suprà. de vi. et bon. Cle. c.* 1. *ver. Ordines.* (*militare.*

c *Militia Clericalis.* De qua dixi *suprà. de Apo. c. unico. ver.*

d *Septem Ordinibus.* De quibus dixi *suprà. de vi. & bo. Cle. c.* 1. *ver. Ordinis.* Ultra quam *Glossam* nota, qd Theologi dicunt, qd Episcopo competit certum Ministerium circa corpus Christi Mysticum, quod est Ecclesia: nec competit illud Inferioribus, sicut est conferre Sacramentum Confirmationis in Fronte, & Ordinis, & alia de quibus 25. *di. perlectis. ver. ad Episcopum.* & 68. *dist. quatuor.* Unde dicunt characterem solum imprimi in his Ordinibus, qui relationem habent ad corpus Christi verum, non mysticum; &, secundum eos, Psalmistatus non est Ordo. Facit 77. *di. illud.* 93. *di. Subdiacono.* Sic etiam dicunt, qd Episcopatus non est Ordo. Facit *de scrut. in ord. faci. c.* 1. *in fi. de sacra unctio. c.* 1. *ad fi.* in quibus dicitur Episcopus Episcopum Consecrare, Presbyteros Ordinare; intendo, qd alia sit Consecratio, alia Ordinatio, unde olim Presbyteri præsidebant ex se unum quem Episcopum vocabant. 93. *di. legimus. ver. quid autem.* Sed de Psalmistatu patet contrarium. *de aeta. et qualit. cum contingat. ubi de hoc.* De Episcopatu etiam qd sit Ordo, patet *in c. quoties. de purg. c.* ibi, *sui Ordinis. &c. Dominicus de Sancto Geminiano* in Proœmio *li.* 6. *ver. Episcopus.* dicit, qd sibi videtur, opinionem Theologorum non esse bonam: nam Ostiarius habet custodiam Januæ, ut patet 21. *di. Clerici.* Exorcistæ etiam habent adjurare Exorcizandos, & sic non habent certum Ministerium deputatum circa corpus Christi verum, i. e. confectionem Eucharistiæ, & tamen Theologi fatentur istos esse Ordines. Dicit ergo pro decisione istarū Opinionū, qd in Primitiva Ecclesia non erat differentia inter Presbyterū & Episcopū: sed quia Presbyteri ordinabant alios indiscretè, *Petrus* cum aliis Apostolis restrinxerunt potestatem characteris, ut non possent conferre Sacramenta quæ hodie reservantur Episcopis, & Provinciis certas personas creaverunt habentes potestatē illā, quos vocaverunt Episcopos. Hæc patent ex notatis *per glo. super ver. ad hæc. 93. di. legimus.* Unde quando Episcopus consecratur, relaxatur restrictio illa Characteris, & ampliatur ad Sacramenta quæ fuerunt interdicta. Et ex hoc possunt reduci istæ opiniones ad concordantiā, ut sc. dicatur, qd Episcopatus non est Ordo, ita ut in eo conferatur novus character, & sic procedere potest opinio Theologorū. In quantū tamen potestas Episcopalis quoad Sacramenta sibi reservata dependet à potestate Ordinis, sic potest dici Ordo, quia Ordo dicitur sacrū Signaculū, quo confertur Spiritualis potestas & officium faciendi ea quæ pertinent ad illum Ordinē, prout notat *Inno. de Schismaticis. c.* 1. Et sic procedere potest opinio Canonistarum: & sic sentit *Ant. de Butrio. de elect. c. in plerisque. in Cle.* & vide Paper hoc quod dixi *suprà. de vi. et bo. Cle. c.* 1. *ver. ordinis.*

e *Singulorum.* Sc. Ordinum.

f *Characteribus.* In quolibet namque Ordine imprimitur Character specialis, & conferitur specialis potestas: & Character unius Ordinis non præsupponit Characterem alterius. Nam recepto posteriori Ordine, & primo prætermisso, non reordinatur quis in eodem Ordine quē recepit. *Extra. de Cleri. per sal. promisit. c. unico.* Et scias qd Characterem Ordinis cujuscunq; præcedit Character Baptismi, quia Baptismus est fundamentū omnium Sanctorum. *Extra. de Presbytero non baptizato. c.* 1. *et c. veniens.* Sed Character Confirmationis non præexigitur de necessitate, sed de congruo sic. *Sic no. per Fa. in summa confes. li.* 3. *ti.* 22. *q.* 6. *et* 7. Sed quæro, in quo actu Ordinationis imprimitur Character? Dic secundùm qd notat *Fa. in summa confes. li. prædicto q.* 10. qd in collatione Ordinis per aliqua quæ ibi fiunt, Suscipiens præparatur & disponitur, utputa, per Benedictionem, manuum Impositionem, & hujusmodi, per unicū tamen actum Character imprimitur, sc. per † Ministerii traditionem. Character enim in Ordine, res & signum est. Oportet igitur quòd habeat aliquid pro signo exterius, in quo conferatur. Illud autem potissimè videtur esse hoc qd magis cum illo habet similitudinem, qualis est traditio instrumenti apti ad officium Ordinis, in quo fit potestatis Ordinis significatio, & expressio verborum in qua fit ipsius Officii determinatio. Primum est loco Materiæ, secundum est loco Formæ; ideo in illo actu peratur fieri Characteris impressio, non in aliis. Quia verò in diversis Ordinibus diversæ sunt Potestates, & diversi Characteres; ideo in diversis actibus fit Characteris impressio. Nam in duobus supremis fit in † *al.* furtivè. Impositione manuum, quæ est Organum Organorum, & Organū Consecrationis & ministrationis Sacramentorum, secundum *Petrum*: Sed *Ibo.* dicit, qd Character Sacerdotalis imprimitur in exhibitione Calicis cum Vino & Hostia, quia ibi congregatur principalis actus ejus, Character autem Diaconatus in exhibitione Librorum Evangeliorum; & huic dicto magis consentio. Sed in *li. 6. de veritate. ti. de Sacramento Ordinis. ver in quolibet Ordine.* tenet qd prius dictum est. Sed primo dicto concordat *Fa. in Coll. de temp. ord. c. vel non est compos. ver. sed in quo actu.* Subdiacono verò imprimitur Character in Calicis Consecrati traditione, ut dicunt *Pe.* & *Alber.* In Acolytho verò imprimitur in Urceoli, seu Candelabri traditione, secundum *Pe.* sed *Thomas* dicit, quòd Acolythus recipit Characterem ex verbis Episcopi, eò quòd accipit Urceolum & Candelabrum, & hujusmodi, de manu Archidiaconi; & magis, ut dicit, recipit Characterem in acceptione Urceoli quàm Candelabri: &, ut mihi videtur, potest esse ratio, quia ministerium Urceoli, quod præparatur ad ministrandum Vinum & Aquam, magis & propinquius respicit Consecrationem Eucharistiæ, quàm Candelabrum & Cereus, licèt *Albertus* videatur dicere contrarium. Exorcistæ autem, secundùm *Pe. dist.* 24. imprimitur Character in traditione Libri Exorcismorum, Lectori in traditione Libri in quo lecturus est, Ostiario in traditione Clavis, & hoc cum singulis verborum formis. An aurem necesse sit Instrumenta, de quibus dictum est, tangi per ipsos Ordinandos, vel si aliquid omissum sit, vide notata per *Hostiens. in summa. de sacra Unctione. §. qui et à quo. ver. si probabiliter.* &, ut dicit *Petrus*, solus Ordinator manum imponit ad Ordinationem faciendam. Alii verò Presbyteri assistentes manus levant ad Communionem Ecclesiæ & concordiam significandam. Item in traditione Instrumenti, quam facit Ordinator, fit Characteris impressio: in traditione verò, quam facit Archidiaconus, fit potestatis collatæ expressio.

g *In anima.* Est namque Character distinctivum signum, quo quis ab aliis distinguitur, ad aliquid Spirituale deputatus, secundum *Gabionensem.*

h *Singulos.* Scil. Ordines.

i *Gratiæ.* Sc. Gratum facientis, quæ necessaria est non solùm ad digne suscipiendum Sacramentum, sed etiam ad digne ministrandū.

k *Fictè.* Quia absolutè coactus recipit contra voluntatem suam Ordines. Quo casu nullum recipit Ordinem, sicut nec in tali casu reciperet Baptismum. *Extra. de Baptis. et ejus effec. c. majores. circa finem. vi. 50 dist. Presbyteros.* Vel pone exemplum secundum ea quæ dixi *suprà. de temp. ord. c. cos. ver. temporalem tantùm.*

l *Crimine irretiti.* Pro qua materia vide qd dixi dicto *c. eos alleg. in fi. ulti. glo. ver. prius perpetrat. et glo. præcedenti.*

m *Expedit.* Vers.

n *Plurimum.* id est, valdè. o *Minimè.* Pro. non.

p *Inculcatos.* i. e. Multiplicatos, vel plures simul eodem die.

q *Quoniam.* Ponit rationem.

r *Gratiam.* Sc. gratis facientem, ut prædixi. Scias enim, qd *Gratia* dicitur tripliciter. Primò generaliter, & sic *gratia* est Adjutorium Divinum Creaturæ gratis impensum, & indifferenter ad quemcunq; actum; & sine hujus Gratiæ adjutorio nihil possumus facere, nec in esse durare. Secundò dicitur *Gratia* Specialiter, & talis Gratia dicitur gratis data, sc. Donum quo se homo præparat ad suscipiendum Spiritus Sancti Donum. Hujus enim Gratiæ est revocare Liberum Arbitrium à malo, & excitari ad bonum; sine qua nullus facit sufficienter quòd in se est, ut præparet se ad salutem. Tertio dicitur *Gratia* propriè, sc. Donum datum Divinitus ad merendum; qd quidem Donum *Gratia*, gratum faciens, dicitur, sine qua nullus potest mereri, nec in bono proficere, nec ad Gloriam pervenire. Ista triplex Gratia sumitur ex verbis Apostoli ad *Corinth* 15. ubi dicitur, *Gratiâ Dei sum id quod sum*, quoad primam; &, *Gratia ejus in me vacua non fuit*, quoad secundam; sed *Gratia ejus semper in me manet*, quoad tertiam. Et nota, quòd *Gratia*, gratum faciens, distinguitur in Operantem, & Cooperantem. *Gratia operans* dicitur *Gratia triplex.*

Gratia præveniens, & incipiens, ac liberans, quæ peccatum expellit:

Quæstio.

† *al.* Instrumenti.

Gratia

Gratia cooperans dicitur subsequens, & perficiens, ac adjuvans: quòd liberum Arbitrium adjuvat, & ei cooperatur in merito. Et circa hanc materiam vide notata per *Jo. An. & Pau. de Magistris. c. 1. ver. cooperante. in Clem.*]

a *Irreverentiam.* Quæ fit in receptione plurium Ordinum uno die; sicut & quædam irreverentia fit Sacramento, quando quis celebrat pluries in uno die quàm semel, exceptis casibus à Jure permissis. *de cele. Miss. c. consuluisti.*

b *Ingratis.* Tales namq; faciunt id ex quo non merentur, & sic repercutitur ab eis Gratia gratũ faciens.

c *Contra Dignitatem.* Secunda pars.

d *Quinq; simul.* Hoc exemplificat ad istarim: & dic *simul*, i. e. unum post alium eodem die.

* *al.* Mysteria.

e *Non sacros.* Ut sunt Hostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolythatus.

f *Uno sacro.* Sc. Subdiaconatu.

g *Uni homini.* Ac si innueret, qd pluribus singulariter tot Ordines licite possent conferri.

h *Unde.* Vers.

i *Provinciis.* In quibus forsan Consuetudo est in contrarium, secundùm ea quæ *no. per Bern. Extra. de temp. ord. c. de eo, glo. 2.*

k *Non facilitèr.* Quia forsan Scandalũ generaret; ut notat *Bern. d. c. de eo*, & concordant notata *per Jo. 75. dist. erudiantur.*

l *Ut ascendentes.* Ratio dicti præcedentis.

m. *Canticum Graduum.* Quod constitit ex 15. Psalmis, vtz. incipiendo Psalmum, *Ad Dominum cùm tribularer*, & finiendo cum Psalmo, *Ecce nunc Benedicite.* Hi enim 15. Psalmi intitulantur *Canticum Graduum*, adinstar 15. Graduum quibus ascendebatur in Templum *Salomonis*, quod fuit Figura Templi cœlestis, ad quod 15. Gradibus ascenditur, non passibus pedum, sed promotione Affectuum. Et meritò dicitur *Canticum*, quòd est Exultatio Mentis habita pro Æternis: unde *Canticum Graduum* idem est quod Exultatio de Ascensu Spirituali, & Spirituales Gradus sunt quindecim. Primus est exitus à peccato. Secundus est Protectionis Divinæ invocatio. Tertius est Gaudium de Vitæ puritate. Quartus est Constantia. Quintus est Gratiarum Actio. Sextus est Confidentia in Domino. Septimus est Jocundatio super generali Resurrectione. Octavus est Laus Divinæ Providentiæ circa rædificationem Ecclesiæ. Nonus est cum Pace timor Domini. Decimus est Patientia in adversis. Undecimus est vehemens Gratiæ expetitio. Duodecimus est humilitas Servi Dei. Tredecimus est zelus proficiendi in bono. Quartus decimus est Charitas Fraterna. Quintus decimus est Charitas Divina.

Gradus Spirituales xv.

n *Probati extiterint. 77. di. quicunque.*

o *Gradatim.* Non subitò, nec per saltum. *Extra. de Cle. per saltum prom. per totum. & concor. ff. de munc. & bon. licet gradatim 77. di. c. 1. 2. & 3.*

p *Quia igitur.* Tertia pars.

q *Singulis Ecclesiis.* i. e. Singularum Provinciarum.

r *Pia. 9. dist. Sanè.*

s *Tenemur eligere. 12. di. novit.*

t *Præcipimus.* Vers.

u *In his.* Sc. Clericis Ordinandis, vel pluribus Ordinibus eodem die conferendis.

x *Canonicas Sanctiones.* Hic aut quæris de solis minoribus Ordinibus conferendis, aut de conferendis solis majoribus, aut de conferendis tam minoribus quàm majoribus. Et scias, quòd diversis & separatis Personis singulari er possunt singuli Ordines eodem die conferri. Sed Quæstio nostra procedit, an plures Ordines possint simul eodem die conferri uni Personæ? & quatenus ad majores Ordines dic breviter, quòd non licet omnes, nec etiam duos simul eodem die conferre. *de temp. ord. c. literas*, ubi patet de duobus; de tribus patet *eo. ti. c. cum dilectus.* An autem omnes minores Ordines possunt simul uni Personæ conferri, dicunt *Doctores*, quòd quatuor possunt simul conferri, si talis sit Consuetudo Patriæ, ut patet in *c. Cum H. Extra. de eo qui fur. Ordines*

An unio die possint plures Ordines conferri?

[a] irreverentiam repercutitur ab [b] ingratis. [c] contra Dignitatem igitur tam Reverendissimi Sacramenti fore dignoscitur, [d] quinque simul, quatuor scilicet O. dines [e] non sacros cum [f] uno sacro, alicui [g] uni homini exhibere. [h] Unde in nonnullis [i] Provinciis alicui quatuor minores Ordines [k] non faciliter simul conferuntur, [l] ut ascendentes Clerici ad Christi † Ministeria quasi [m] Canticum Graduum concinentes, cùm [n] probati extiterint in minoribus Officiis, [o] gradatim demũ proficiant ad majora. [p] Quia igitur ex [q] singulis Ecclesiis, quæ [r] pia, quæ Religiosa, quæq; honestiora sunt, [s] tenemur eligere, & ea tanquam fasciculum in *Anglorum* mentibus colligare, [t] Præcipimus, ut Episcopi [u] in his sequantur [x] Canonicas Sanctiones; [y] minores etiam Ordines, quando id potest fieri, [z] bono modo pro Sacramenti [a] Reverentia dentur aliquoties saltem [b] combinati. Et recipientes eos seu simul, seu singulatim, in [d] vulgari lingua [e] publicè [f] instruantur de [g] distinctione Ordinum, Officiorum, & [h] Characterum, ac de profectu Gratiæ, quæ in singulis Ordinibus continetur, & dignè accedentibus augmentatur.

De Excessibus Prælatorum.

Capellani annui bonæ famæ sine rationabili causa non deponantur; verùm si Parochialis Sacerdos, aut Vicarius de infamia, & præcipuè de incontinentia notoriè diffamatus fuerit, amoveatur, aut puniatur acriter per Rectores, nisi & ipsi acriter puniri velint.

Edmundus.

MOnemus Rectores Eccle-

Dividitur.

sarum inter minores contineatur; & ideo, secundùm eum, melius est dicendum qd sic, cùm Textus ibidem loquatur indistinctè. Mihi videtur, quòd opinio *Hostiensis* intelligi potest vera, ut scilicet sit generali celebratione Ordinum prima Tonsura non detur cum aliis quatuor in aperto: potest tamen eodem die apte inchoationem Missæ celebrationis Ordinum privatè conferri, & sic potest intelligi opinio *Joban. in Coll.* Sed nunquid cum uno de minoribus Ordinibus possit eidem Personæ eodem die conferri Ordo Subdiaconatus? *Hostiensis & Johannes And. Extra. de eo qui furtivè Ordines recepit. Capitu. Cum H.* dicunt plane quòd non; quibus concordat *Joban. in Coll. dicto. c. 3. de temp. ordin.* & concordat *Jo. in Summa confess. lib. 3. tit. 22. q. 13.* & videtur hoc satis decisum in *Capit. Cum H.* ubi delictum talis patet ex tribus. Primò, quia recipienti Ordinem Subdiaconatus cum minore Ordine eodem die imputatur temeritas. Secundò, quia ejus excessus magnus & multus esse judicatur. Tertiò, quia ab executione Ordinis susceptì suspenditur, ut ibi patet.

y *Minores.* Quarta pars.

z *Bono modo.* i. e. Absque scandalo.

a *Reverentia.* Quæ tunc habetur, quando sigillatim recipiuntur.

b *Combinati.* Scilicet duo una vice, & postea duo alia vice. Sed hoc quod hic dicitur non est de necessitate, sed potius de honestate.

c *Simul.* Ex hac litera patet, quod Statuens non intendebat prohibere per hanc Constitutionem, quin omnes minores Ordines possent uni personæ eodem die conferri.

d *Vulgari lingua.* Tali scilicet quam Ordinatus sciat & bene intelligere.

e *Publicè.* Sc. tempore Ordinationis.

f *Instruantur.* Per Episcopum, vel alium de mandato suo.

g *Distinctione Ordinum.* Quæ habetur *25. di. perlectis.*

h *Characterum.* De quibus dicti *supra. eo. tit. Characteribus.*

i *Monemus.* Hæc est Constitutio *Edmundi*, & habet tria dicta. In primo ordinat de Capellanis non de facili amovendis. In secundo ibi, *Sed si*, disponit pro punitione Rectoris Ecclesiæ, qui negligens est in deregendo Sacerdotem Ecclesiæ Parochialis incontinentem. In tertio ibi, *Et tam*, provident de puniendo Curatos, qui negligentes fuerint in denunciatione Clericorum inferiorum suæ Parochiæ super incontinentia suspectorum.

Dividitur.

a *Antiqui*

siarum, nè Capellanos [a] annuos sine [b] causa rationabili studeant [c] amovere, maximè si honestæ fuerint conversationis, & laudabile de sua conversatione habeant [d] Testimonium. [e] Sed si de incontinentia Parochialis Sacerdotis [f] Scandalū ortum fuerit, cùm [g] circa hoc vigilans debeat esse Rector Ecclesiæ, si per famam vel inquisitionem Episcopo [h] de hoc priùs constiterit quàm per Rectoris [i] denunciationem, tunc Rector tanquam [k] conscius puniatur [l] arbitrio Superioris. Et similiter de Vicariis est censendum: [m] & tam Rectores & Vicarios quàm [n] annuos Sacerdotes graviter puniendos esse Decernimus, nisi super denunciatione excessuum, & præcipuè Incontinentiæ, in quibus [o] notabiles [p] Clerici inventi fuerint, in suis Parochiis fuerint vigilantes.

a *Annuos.* Sive Parochiales sint, sive Stipendiarii non Beneficiati in Ecclesia.

b *Causa rationabili.* Causa rationabilis poterit esse, si non servaverint ea de quibus legitur *suprà. de majo. & obed. c. Presbyteri. de jureju. c. Presbyteri. de cele. Miss. c. Presbyteri. de pœn. & remiss. c. Presbyteri.*

c *Amovere.* Hic habes quòd Rector Ecclesiæ potest ex causa amovere Presbyterum non Beneficiatum in Ecclesia sua, nè contra voluntatem suam celebret in eadem. Et huic concordant notata per *Arch. de temp. ord. c. nullus. glo. 1. li. 6.*

d *Testimonium.* Per Literas commendatitias; & alia de quibus dixi *suprà. de Cleri. peregri. c. 1. & 2.*

e *Sed si.* Secunda pars.

f *Scandalum.* i. e. Publica infamia.

g *Circa hoc. Sc.* nè Parochialis Sacerdos sit incontinens.

h *De hoc.* Scilicet Scandalo.

i *Denunciationem.* Pro hac materia vide quæ scripsi *suprà. de accusa. c. 1. ver. denuncient.* Et si vis dilatare materiam, vide Remissiones ibi positas. Unum tamen hic adverte, quia ex hoc loco apparet, quod aliquis teneatur denunciare illum contra quem regnat Scandalum super aliquo crimine. Cui concordant notata, & etiam quæ leguntur 22. *q. 2. Si quis per capillū.* Et hoc potest intelligi verum, quando sunt Testes, quibus Denuncians possit talem convincere. Aliàs autem debet tacere, & latenter eum corripere, secundùm *Archidiac.* dicto *cap. Si quis per capillum.* vel saltem dicere debet tali Personæ quæ poterit prodesse. 22. *q. 5. Hoc videtur.* Vel, secundùm *Johannem An.* dicto *Capit. si quis per capillum.* ad hoc potest compelli ex Officio Judicis, non Jure Actionis. Et facit ad hoc ff. *de offi. Præsi. l. 4.* & est ratio, nè maleficia remaneant impunita. *de sententia Excommunicationis. ut famæ.* cum Concordantiis ibi notatis. Sed quia prædicta locum habere possent in Accusatione, melius est ut hoc intelligas quod hic dicitur de Denunciatione, quæ fit Ecclesiæ, si peccatum non emendetur. *Extra. de judi. c. novit.* Et sic erit Denunciatio Evangelica, non autem Canonica; cùm loquatur de peccato commisso, non autem committendo, ut notat *Archidiaconus. 2. q. 1. Si peccaverit. in add.* adde, *dicit Bern.* inquantum tamen est peccatum publicum non requiritur Monitio, juxta illud, "Publicè peccantem coram omnibus argue: 45. *di. sed illud.* quia tunc non solùm peccat in se, sed in alios per malum exemplum. 11. *q. 3. præcipuè.* & notatur per *Archid.* dicto *c. si peccaverit. in 7. q. sua.*

k *Conscius.* Juxta illud *Augustini*, de verbis Domini, "Si negligas peccatorem corrigere, pejor eo factus es; nam error, cui non resistitur, approbatur. 83. *dist. error.* Talis namque ex cura commissa ad hoc tenetur, ut notat *Archid.* dicto *cap. si peccaverit.* & facit ad hoc 23. *q. 4. duo.*

l *Arbitrio Superioris. Extra. de offi. Deleg. c. de causis. ff. de jure deli. l. 1.* Et similiter ista similitudo, quæ extenditur ad Vicarios, potest intelligi dupliciter. Uno modo, ut scilicet in loco ubi est Rector, per ipsum denuncietur Vicarius, contra quem Scandalum regnat. Alio modo, ut ubi non est Rector sed Vicarius, quòd talis Vicarius habeat denunciare Capellanum suum Parochialem, sicut aliàs faceret Rector. Et si in una Ecclesia fuerint Rector, & etiam Vicarius, aut Presbyter Parochialis, dicerem, quòd quoad Presbyterum Parochialem scandalizatum, Denunciatio, de qua hic loquitur, fieri debet per eum cujus sumptibus exhibetur ipse Presbyter Parochialis, potiùs quàm per eum qui talem Presbyterum non exhibet, & hoc quoad pœnam de qua hic loquitur infligendam.

m *Et item.* Tertia pars.

n *Annuos.* Id est, Parochiales, ut *infrà* apparet ex Textu; cùm dicit, *suis Parochiis*, &c. Quæ Litera verificari non potest in Presbytero non Parochiali, sed Stipendiario.

o *Notabiles.* Id est, Infamati.

p *Clerici.* Quorum nomine intelligo & Sacerdotes stipendiarios, vel aliter in ipsa Ecclesia promptos. *Extra. de cohabitat. Cleri. & mulie. cap. 2. glo. 1. de verbor. significat. c. Cum tibi.* juncta *glo.* Et etiam alios in minoribus Ordinibus constitutos. *de Præben. cap. 2. glossa 1.*

De Privilegiis.

Nemo sub pœna Excommunicationis absque Episcopi licentia expressa, vel probabiliter præsumpta, Confessiones audiat, nisi à Jurisdictione Ordinaria, & Diœcesana, & Metropolitana, teneatur sui Privilegii sit exemptus.

Johannes Peccham.

[q] SAcramentum Pœnitentiæ, *& infrà.* Sunt præterea nonnulli, qui prætextu quorundam [r] Privilegiorum generalium à Sede Apostolica obtentorum contra [s] intentionem Apostolicam, scilicet [t] dantis Privilegiū, [u] spretâ auctoritate Pontificali ipsorum Pontificū, irrequisito beneplacito & assensu, [x] ingerunt se Subditorum [y] eorundē [z] Confessionibus audiendis. [a] Quorū præsumptiones Volentes reprimere, ut tenemur, Prohibemus sub pœna [b] Excōmunicationis, [c] nè quis decæterò absq; Episcopi licentia expressa vel probabiliter [d] præsumpta Confessiones audiat [e] suorū [f] Subditorum, [g] nisi in audiendis [h] Confessionibus à [i] Jurisdictione Ordinaria, & Diœcesana, & [k] Metropolitica, materiam latiùs prosequere per *Hostiensem in summa. eo. tit. §. quæ sunt species. & §. quid operetur.* & per *Henricum eo. tit. di. 1.*

q *Sacramentum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & habet tres partes. In prima recitat quorundam abusum. In secunda ibi, *Quorum*, ponit prohibitionem contra talem abusum. In tertia ibi, *Et si qui*, disponit pro remedio contra facientes contrarium; & est pars hujus *infrà. de pœniten. & remiss. c. Sacramentum.* *Divisio partes.*

r *Privilegiorum generalium.* Utputà, eorum quæ pluribus personis, vel ratione plurium personarum vel rerum conceduntur. Exemplum habes *Extra. eodem titulo. c. Cum & plantare. de præscrip. veniens. & c. auditis. de fil. Presby. ex tua.* Idem potes dicere, quando uni generalis potestas conceditur; ut *d. c. ex tua. de offi. lega. quòd translationem.* & hanc

s *Intentionem.* Quæ in talibus inspicienda est. *de offi. Del. cap. super eo. de resti. spol. audita. de Præben. cum causam. & c. ulti.*

t *Dantis.* i. e. Papæ concedentis.

u *Spreta auctoritate.* Simile habes *eodem titulo. c. cum & plantare.*

x *Ingerunt se.* Et sic per consequens suspecti sunt. ff. *de procura. l. quæ omnia.*

y *Eorundem.* Sc. Pontificum.

z *Confessionibus.* Sc. in foro pœnitentiali.

a *Quorum.* Secunda pars.

b *Excommunicationis.* Ferendæ.

c *Nè quis.* Sc. sic generaliter privilegiatus.

d *Præsumpta.* Scilicet quando talis vocatus est vel licentiatus per Curatum immediatum ipsius Subditi. Argumento ad hoc *eod. titulo. cap. 1. in Clem. de pœ. & re. c. omnis. ver. si quis autem.*

e *Suorum.* Sc. Episcoporum.

f *Subditorum.* Quales sunt omnes suæ Diœceseos. *de succ. ab intesta. c. si. de sepul. c. 2. per Jo. An.* Vel potes istud intelligere de audientibus hujusmodi Confessiones, & imponentibus publicas Pœnitentias, quarum impositio pertinet ad solos Episcopos. *De excess. Præla. c. accedentibus.* Sed quod prius dixi est verius, nam generaliter loquitur de Confessionibus audiendis.

g *Nisi.* Excipit ab eo quod prædixit.

h *Confessionibus audiendis.* Et sic opus est, ut in Privilegio de hoc fiat specificatio, sicut patet in Privilegio generali concesso Fratribus ad audiendum Confessiones; prout legitur in *c. dudum. de sepul. in Clem.*

i *Jurisdictione Ordinaria.* Quæ quomodo differat à Lege Diœcesana, notatur *de offi. Ordi. c. dilectus. per Bern. glo. 2.*

k *Metropolitica.* Scilicet, Archiepiscopali.

a *Sit exemptus.* Sc. audiens: & hoc dicit propter Fratres, de quibus & eorum Privilegio, quoad hujusmodi Confessiones audiendas, fit mentio in *c. dudum. de sepul. in Clem.*

b *Et siqui.* Tertia pars.

c *Procedatur.* Per Episcopum, vel alium Judicem competentem.

d *Abusores.* Privilegium namque meretur amittere, qui ibi permissâ abutitur potestate. 11. *q.* 2. *privilegium. 74. dist. ubi ista.* Et quomodo sit talis Abusus, vide notata per *Hostiensem. in summa. eo. ti.* §. *quomodo amittatur. per totum.* Sed specialiter quoad istum casum, *Vers. Sed & dici potest. per Hosti. in summa.* & circa hoc vide notata per *Doc. Extra. de postula. Prælo. c. gratum.* & *de rescrip. c. quia nonnulli.*

expresso tenore sui Privilegii, [a]sit exemptus. [b] Et siqui contrarium facere præsumpserint, [c]procedatur contra eos sicut contra Privilegiorum temerarios [d]abusores.

De Purgatione Canonica.

Nè quis ad Purgationem compellatur, qui non est apud bonos & graves infamatus: & nè quis sit Judex in propria Causa.

Stephanus.

Divisio.

[e]Cæterùm, *& infrà.* Hæc est Constitutio *Stephani*, & habet duo dicta. Secundum ibi, *Nec in sua.*

f *Judices alii.* Sc. Archidiaconis, vel eorum Officialibus æquales, sive eorum Inferiores: nam ad Superiores non extenditur hæc Clausula, *alii*, quàm sint Personæ specificatæ. *Ar. ad hoc. de rescrip. c. Sedes Apostolica.* cum ibi notatis per *Doct.*

g *Suggestionem.* i. e. Detectionem, sive Denunciationem.

h *Præconum.* i. e. Apparitorum.

Purgatio Canonica.

i *Purgationem.* Sc. Canonicam, quæ quid sit, notatur per *Hostiensem in summa. eo. tit.* §. 1. Et potest dici breviter, quòd Purgatio Canonica est super objecto crimine, proprio Juramento, vel si oporteat, Juramento compurgatorum de ipso crimine diffamati innocentiæ ostensio.

k *Compellant.* Ratio est, quia Purgatio non est alicui indicenda, nisi fuerit infamatus apud bonos & graves, ut statim sequitur: & concordat ad hoc *Extra. eo. ti. c. nos inter.* & *c. cum in juventute.* & 2. *q.* 5. *si mala.* Requiritur tamen, quòd hæc infamia non habeat ortum ab inimicis. 11. *q.* 3. *in canonicis.* & notatur per *Bern. de offi. ord. c. ex parte. glo. fi.* ubi etiam & hoc idem notant *Tanc. Phi. Vincen.* & *Hostiensis.* Tu tamen idem dicas, etiamsi ab inimicis orta sit, & pervenit ad graves Personas. *Extra. eo. cum dilectus. ver. bonos & graves. per Bern.* cum quo concordant *Hostiensis* & *Jo. An. ibidem.* & dicto *c. cum in juventute.* & *de accus. c. veniens. in fi.* & *Arch. 2. q. 7. c. testes.* & *Vid. de offi. ord. cap. 1. ver. in ungimus. in Clem.* Et sic propter levem suggestionem non est indicenda Purgatio, ut hic: *et 2. q. 5. cap. quanto. ubi de hoc per Jo. et Archidiac.* Sic etiam si non sit diffamatus, non debet ei indici Purgatio, ut notant *Doctores. d. c. ex parte.* Aliàs autem si non diffamato indicatur Purgatio, locum habet Appellatio, ut notat *Hostiensis d. c. nos inter.* Et licet, ubi est suspicio verisimilis apud Ordinarium, & alios, poterit Ordinarius procedere ad inquirendum contra Subditum etiam absque infamia præcedente; ut *no. de accu. c. 2. glo. i. in fi. per Archidiac. li. 6.* Secus tamen est, quando vult procedere ad Purgationem, quæ est probatio seu ostensio innocentiæ. Est enim probatio negativè, qua Reus sine causa, i. e. sine infamia, onerari non debet; ut notat *Archidiac. 2. q. 5. cap. habet hoc præterea. glo. antepenul.* Ad quod facit ff. *de proba. l. circa.* & *Extra. de proba. c. 2.* Sed qd solius Episcopi suspicio sufficiat ad hoc, ut possit inducere Purgationem, notat *Inno. de accu. c. qualiter. 2. glo. nota quod hic. et de Simonia. c. licèt Hely. glo. 1.* & concordant ibi *Hosti. et Wil. de offi. ord. c. 1. ver. injungimus. in Clem.* Ad hoc allegatur *c. omnibus. 2. q. 5. in fi. et Extra. eo. c. Si quis de gradu.* ubi idem notat *Vinc.* & hoc clarè potest colligi *Extrà. eo. c. Inter. ver. attendentes.* ibi, *vehementem suspicionem*, &c. Et idem innuit *Abbas. eo. tit. c. cum dilectus. glo. de alio. ver. nobis autem videtur.* ubi dicit, quòd sive scandalum, sive periculum, sive infamia, sive suspicio gravis sint contra aliquem, Prælatus suus potest procedere ad inquisitionem: vel si non inveniat probationes, indicet Purgationem; quam si præstiterit, pronunciabit eum virum boni Testimonii, & absolvet ab infamia, ut *d. c. inter.* & *eo. tit. c. extuarum. et c. omnibus.* Sic etiam notat *Hosti. eo. ti. c. Cum P. ver. privare.* Et faciunt notata *Inno. de accu. cum oporteat. glo. 3. et per Jo. d. c. omnibus.* ubi *Arch.* notat, qd solius Episcopi occulta suspicio non sufficit, ut *6. q. 2. placuit.* Sed secus, ubi est verisimilis suspicio apud Episcopum, & alios: & hæc opinio tenetur communiter. *Henr. de Bowyco.* dicit se non credere sufficere suspicionem Episcopi, & aliorum, absque fama ad indicendam Purgationem, ut *d. c. ex parte. de offi. ord.* nisi sit scandalum; aliàs autem si sit scandalum, tunc propter hujusmodi scandalum evitandum potest indici Purgatio. *Ar.* eorum quæ leguntur & notantur *de renun. c. nisi.* §. *pro gravi. de no. ope. nunci. c. cum ex injuncto.* & sic, secundùm eum, possunt intelligi opiniones eorum qui volunt, quòd ubi aliquis est suspectus de enormi crimine, quamvis accusator deficiat, & mala fama non subsit, cogitur seipsum purgare; prout notatur *7. q. 1. c. si. glo. ab Episcopo. per Arch.* nam enorme crimen dici potest, quod scandalum generat; licèt aliàs de se non esset enorme. Nec obstat *c. inter. præall.* quia loquitur copulativè, non disjunctivè, secundùm eum. Et huic dicto concordat *Jo. in Coll. eo. ti. c. si quis Presbyter.*

l *Nisi.* Excipit ab eo qd prædixit.

m *Bonos.* i. e. Honestos: tales viz. qui sunt inter vicinos suos bonæ famæ, & opinionis illæsæ.

n *Graves.* i. e. Maturos; & non verbis, nec animo nec actu leves, sed providos, & discretos, secundùm ea quæ notat *Innocen. de accu. c. cum oportet. glo. 2.* modicum post principium. Nam omnis persona dicitur gravis, quæ non est levis. *Extra. de testi. c. licet ex quadam. glo. 1. per Innocen.* Nec requiritur ad hoc quòd dicatur *gravis* dignitas Personæ, sed quòd sit bonæ famæ, & opinionis illæsæ. Et Gravitas consideratur respectu antiquitatis, & bene meriti, quia Senibus in dubio major fides est adhibenda. *No. dicto c. licet ex quadam. vers. quærit. glo. per Anto. de Butrio.*

o *Infamatus.* Hæc litera videtur approbare opinionem illam, quæ vult, quòd sola Suspicio Episcopi non sufficit ad hoc, qd indicatur alicui Purgatio absque fama præcedente. De qua materia dixi *supra. eo. c. ver. compellant.*

p *Nec in sua.* Secunda pars.

q *Præsumant.* Sc. Archidiaconi, vel eorum Officiales, aut alii Judices de quibus præfertur.

r *Judices & Actores. 4. q. 4. c. 1. et 2.* Regulare enim est, qd in causâ sua propria nemo potest esse Judex. *C. nè quis in sua causa.* per totum: & ibi multùm bene per *Cy.* & circa hanc materiam vide notata per *Spec. ti. de actore.* §. *uno. ver. item quod vult propria auctoritate. Extra. de re. judi.* §. *quis debet. ver. item ratione rei. per Hosti. in summa. de loca. et conduc.* §. *nunc aliqua. ver. 48. quæritur.* Tangitur etiam hæc materia *23. q. 2. justum bellum. per Arch. de jure Emph. c. potuit. ver. expelli. per Ber. de concess. Præben. cum nostris. per Inno.* Sed meliùs *de immuni Ecc. c. ut in domibus. per eundem. ff. qd me. causa. l. extat. ver. judice. per Accur. de judi. c. cum venissent. per Ber. glo. 2. de elec. c. nosti. per Innocen.*

s *Videlicet.* Exemplificat id quod prædixit.

t *Dubium.* Sic igitur, si non sit dubium, poterit (ut videtur) esse Judex in Causâ sua. Et hoc potest dici verum, quando illud, quod petitur, notoriè debetur respectu Ecclesiæ, sive Beneficii, non autem respectu Personæ: & sic intelligitur uno modo. 2. *q.* 7. *si quis ergo.* Nec tunc est Judex in causâ propria, ex quo notorium est, cùm non requiritur Causæ cognitio, 2. *q.* 1. *manifestum.* sed est potius Executor. Sic sentire videtur *Dominicus de Sancto Geminiano. de pœnis. c.* 2. *glo.* 3. *ver. punire. ultra medium. li.* 6.

u *Ab eis.* i. e. Per eos: sc. Archidiaconos, vel eorum Officiales.

---

[x]*Statuimus, & infrà.* Ad hæc si Clerici se [y]Canonicè purgaverint super sibi impositis & objectis, & Laica potestas [z]nihilominus bona occupet, vel occupata detineat, [a]eorundem occupantes & detinentes bona hujusmodi ad restituendum ea per censuram Ecclesiasticam compellantur.

Nè Laica potestas Clericorum bona retineat, postquam se purgaverint.

Bonifacius.

x *Statuimus.* Hæc est Constitutio *Bonifacii*, & non dividitur.

y *Canonicè.* i. e. Secundum exigentiam Canonum. Quod dic ut legitur & notatur 2. *q.* 5. *Presbyter si a plebe. et c. omnibus. in fi.*

z *Nihilominus.* i. e. Non obstante tali Purgatione.

a *Eorundem.* Sc. Clericorum: & potes istud intelligere de purgatione Clericorum priùs convictorum coram Judice Sæculari, quorum bona forsàn auctoritate Judicis Sæcularis post eorum Indictationem fuerunt arrestata. Et quòd talis Convictio vel etiam Confessio hujusmodi Clericorum, emissa coram Judice Sæculari, non

noſſe debeat: ei nocere quoad condemnationem, habes in c. *si Clerici. Extra de judi.* Si tamen ex hoc eorum opinio ſit multùm gravata, poteſt ei per ſuum Judicem indici Purgatio, ut notat *Ber. ff. 6. gl. 11.*

a *Clerici.* Hæc eſt Conſtitutio *Jo. Peccham*, & non dividitur.

b *Publicâ poteſtate.* i.e. Judice Sæculari.

c *Tandem.* Sc. poſt Proceſſum Judicis Sæcularis habitum contra eos.

d *Pro convictis.* Quantum ſc. pertinet ad cognitionem Judicis Sæcularis: nam tales verè conviſti non ſunt habendi, ut legitur & notatur *Extra. de judi. c. at ſi Clerici.* Et loquitur quando Judex Sæcularis remittit Clericum ad Judicē Eccleſiaſticum cum Actis & Convictione habitā coram eo: in quo caſu Judex Eccleſiaſticus non tenetur talibus Actibus credere, ut *no. Inno. de offi. ordi. c. 1. ver. ad præjudicandum. & Authent. de Eccl. §. ſi verò crimen.* & *no. per Bart. ff. de cuſt. reo. l. Divus.* An autem econtrà Judex Sæcularis teneatur credere Actis habitis coram Judice Eccleſiaſtico, *no. Arch. 11. q. 1. Si quis Sacerdotum. ad fi.* & 23. *q. 5. adminiſtratores. in prin.* In quibus habetur, qd tales Judices ad hæc tenentur. Et facit ad hoc *de hæreti. cum ſecundùm leges.*

e *Eccleſiæ* i.e. Judici Eccleſiaſtico. *(in fi. li. 6.*

f *Reſtituti.* Supple, quia talis Judex Sæcularis, cùm non eſſet de Foro ſuo, non potuit eos condemnare.

g *Liberentur.* Sc. per Judicem Eccleſiaſticum.

h *Perfunctoriè*, i.e. Tranſitorie.

i *Pro eis.* Sc. Clericis conviſtis coram Judice Sæculari.

k *Purgatio admittatur.* Imò videtur, qd Convictus in Judicio Sæculari condemnandus ſit. 2. *q. 1. multi*, ibi dicit, *Judicio Eccleſiaſtico vel Sæculari.* Solutio. Ibi loquitur de Judicio Sæculari, ſumendo *Sæculare* pro rebus Temporalibus, ſuper quibus agitur coram Judice Eccleſiaſtico; vel ibi loquitur de Laico convicto coram Judice Sæculari, qui ea de cauſa poteſt repelli à Communione per Judicem Eccleſiaſticum: & ſic Acta habita coram Judice Sæculari faciunt fidem contra Laicum coram Judice Eccleſiaſtico, ſi poſtea ratione peccati agatur coram Judice Eccleſiaſtico. Ad qd faciunt *no. de offi. ord. c. 1.* Unde ſi Laicus reperiatur in peccato coram Judice Sæculari, qd tamen peccatum ipſe Judex punire non poteſt; tunc erit recurſus ad Judicem Eccleſiaſticum, ut ipſe illud puniat, & peccantē ab eo deſiſtere compellat, & hoc in ſubſidium: quia una Juriſdictio per aliam eſt juvanda. 23. *q. 5. adminiſtratores. 96. di. cum ad verum.* 10. *di. quoniam. ex d. c. 1. de offi. ordi.* Sic etiam ſit fides Judici Sæculari per Eccleſiaſticum. 11. *q. 1. ſtatuimus.* Sic etiam ſi ſic aliquod delictum mixtum, in quo Eccleſia comminatur Excommunicationē inſiſtenti; ſi conviocatur coram Judice Sæculari, poteſt Laicus Excommunicari per Judicē Eccleſiaſticum. Vel tertiò poteſt dici, qd illud *c. multi*, loquitur de Convicto corā Judice Sæculari, qui ſive ſit Clericus, ſive Laicus, poterit compelli ad Pœnitentiā ex geſtis coram Judice Sæculari: nam etiā in hoc judiciō Hæreticorū certificat Eccleſia. 24. *q. 1. quiſquis, ubi de hoc.* & *in Auth. de ſanctiſ. Epiſ. §. ſin verò crimen.* Et hoc confirmat ibi *glo.* quia in correctione peccari, & ut videtur, ſufficit tenuis Sententia. *de ſponſ. præterea. 22. q. 5. hoc videtur.* Imò ſufficit unus teſtis, quoad Sententiā Judicialē, *de cauſ. di. 4. cum itaq. de conſang. et affi. ſuper eo.* Et nota hoc dictum, qd pro purgatione cujuſlibet peccati manifeſti, poteſt aditi Eccleſia, ut compellat quem à peccato deſiſtere; & qd in talibus Probationes receptæ per Judicē Sæculare coram Eccleſiaſtico Judice faciunt fidem, & poteſt ipſum compellere ad Pœnitentiā; item qd in cauſa Hæreſeos Probationes receptæ coram Judice Sæculari, faciunt fidem corā Judice Eccleſiaſtico, ut ex illis poſſet procedere ad Pœnitentiā indicendā Hæretico. Textus tamen in *d. §. ſin verò crimen.* hoc relinquit arbitrio judicantis, an talibus Probationibus fidem adhibeat, necne. Et hoc tenet *Bar. ff. de cuſto. reo. l. Divus.* & dixi *ſupra de iisdem. Ecc. c. ſecuti principes. §. ſed contingit. ver. adhibetur.* Aliter reſpondetur ad *d. c. multi*, qd Clericus convictus corā Judice Sæculari non condemnabitur ex hoc per Judicē Eccleſiaſticū directè, ſed indirectè, ubi viz. ex convictione habita corā Judice Sæculari inſurrexit infamia facti, ut ſc. tunc deficientibus Probationibus indicatur ſibi Purgatio, in qua ſi defecerit, poterit per Judicem Eccleſiaſticū tanquā convictus condemnari. *Extra. eo. t. inter. in fi.* Sed hic oritur dubium quomodo poſſit † dicta teſtificata in priori Judicio, poſſunt alii teſtes recipi coram Judice Eccleſiaſtico in ſecundo Judicio, cùm ſuper articulis directè contrariis non audiantur teſtes publicarii atteſtationibus. *de teſt. c. in Cle. Die qd teſtes in primo judicio ſciverunt de veritate, ſed teſtes in ſecundo judicio, viz. Compurgatores, jurant de credulitate, & ſic nulla eſt contrarietas: nam id quod eſt verum, poſſumus credere falſum, viz. ſi per totum.* Et ſic ex hoc habes limitationem ad illam regulam, quæ dicitur, qd super articulis directè contrariis non audiuntur Teſtes publicarii atteſtationibus, quia id verum eſt, quando deponunt de veritate. Secus ut, ſi aliqui deponant de veritate, alii de credulitate. Quandoque etiam teſtes deponentes de credulitate, præferuntur his qui depoſuerunt de veritate. Et hoc verum, quando non ſunt recepti coram competenti Judice, vel quando non veniūt ad detrahendum teſtimonio, ſed infamiæ ex teſtimonio ortæ, ut hic; quo caſu recipiuntur publicarii atteſtationibus: quia non veniunt ad reprobandum primos Teſtes, qui nec etiam probantur, ſed ad reprobandum infamiam. Item ubi Teſtes primi non probant plene, admittuntur Teſtes ad probandum articulum directè contrarium; & ſic limitatur *Cle. 1. de teſt.* qd tene menti. & iſta *no. de judi. c. at ſi Clerici. ver. ulti.* principaliter per *Antonium de Butrio.*

Purgatio peccati Sacerdotalis non cogatur fieri extra Decanatum, ubi commiſſum eſt; nec cum pluribus quam gravitas criminis & Definitio hic ſcripta exigit, cogens autem ſuſpendatur ab Officio.

Johannes Stratford.

¶ Item licet, *& infrà.* Statuimus quòd decætero [z] diffamati de criminibus ſeu exceſſibus, & de eis ſe purgare volentes, de uno Decanatu [x] in alium, ſeu ad loca [v] ruralia, ubi nō inveniuntur Victualia, venalia & vitæ neceſſaria, [u] nullatenus pertrahantur. [x] In indicenda verò Purgatione diffamatis hujuſmodi Epiſcopi, Archidiaconi, & cæteri Ordinarii, aut eorum Officiales ultra [y] ſextæ manūs pro

l *Solennitate.* Hanc Solennitatem habes *ca. ti. c. inter. glo. 1. per Ber.* & 2. *q. 5. Presbyter ſi à plebe. per Jo.* ubi *ultra glo. Jo.* addit *Archid.* qd antequā Judex procedat ad Purgationem recipiendā, debet facere publicam denunciationem, ut qui voluerit accuſare, veniat & procedat infra certum tempus. *Extra. ex. c. ex tuarum.* Et ſimile habes *Extra. qui fil. ſint le. c. lator. qui mis. ac. poſ. c. cum in nos.* Et nunquid ſolennitates Juris, de quibus hic dicitur, poſſunt omitti de conſenſu partium, vide *no. per Ber. Extra de offi. del. c. de conſti. glo. 2.* per quam dici poteſt qd non: quia Solennitates, de quibus hic dicitur, concernunt utilitatem publicam, & ideo remitti non poſſunt, ut ibi dicitur. Et ad idem faciunt *no. per Bart. ff. de leg. 3. l. 1.* & quæ notantur per *Jo. And. de verb. ſig. c. ſæpe. glo. ubi. in Clem.*

m *Regia Majeſtatis.* A cujus Curia ut ſæpe ad Ordinarios reſtituuntur tales Clerici, & ad quem pertinet videre, & diligenter proſpicere, ut Regnum ſuum purgetur malis hominibus; *ff. de offi. Præſi. l. congruit.* & quòd maleficia non remaneant impunita. *ff. ad l. Aquil. l. ſi in vulnerato.*

n *Aliorum.* Utpotè, Judicum, & talium qui poſiti ſunt ad Juſtitiam Regni exequendam.

o *Exagitat.* i.e. Commovet.

p *Æquitatis.* Ac ſi innueret de his qui potius iniquitatem quàm æquitatem ſapiunt, non eſſe curandum; dum tamen per Judicem Eccleſiaſticos illud fiat quod æquum eſt, & Juri communi conſonum.

q ¶ *Item licet.* Hæc Conſtitutio eſt, ut videtur, *Jo. Stratford*, non tamen continetur inter eas quarum exordiū incipit, *Sponſa Chriſti, Diviſio &c.* & habet duo dicta. In primo prohibet nè Purgatio fiat extra Decanatum, ubi crimen dicitur eſſe commiſſum. In ſecundo ibi, *in indicenda*, diſponit de numero Compurgatorum, & adjicit pœnam contrafacientibus.

r *Diffamati.* Talis Diffamatio quomodo differt à Scandalo, poteſt intelligi ex his quæ notantur & leguntur *de homi. c. ex literis. 1.* per *Ber.* & *alios.*

ſ *Ad alium.* Et ſic extra Decanatū, in quo quis moratur ſive delictū quid, non eſt trahendus ad faciendā ſuam Purgationem. Ratio poteſt eſſe, ut parcatur laboribus & expenſis tam purgandi quàm Compurgatorum ſuorum, ſecundùm ea quæ leguntur *de reſt. in integrum. d. cum ex literis. ver. diſtantiam. per Ber.* Alia ratio poteſt eſſe, quia ibi debet fieri Purgatio apud quos aliquis infamatus eſt, & ut ibi moriatur malum ubi contingit. *de cauſa. di. 2. Ego Berengarius. in fi. Extra. ex. ti. c. inter ſollicitudines.*

t *Ruralia etiam.* Infra eundem Decanatum.

u *Nullatenus pertrahantur.* Simile habes *ſupra de cenſ. c. 1.*

x *In indicenda.* Secunda pars.

y *Sextæ manūs.* Licèt enim, ſecundū Jura antiqua, numerus Compurgatorū eſset in multis caſibus limitatus, ſecundū ea quæ notantur *Hoſtien. in ſumma. Extra. de. ti. §. quotus numerus.* hodie tamen hujuſmodi numerus eſt arbitrarius. *Extra de accuſ. c. inquiſitionis. ad fi.* & *no. do Siem. c. inſinuatum. glo. 3. de adult. ſignificaſti.* & ibi *per Ber. glo. penul. de accuſ. cum P. glo. fi. Extra. eo. t. c. 1. in glo.* & *c. inter. glo. 3.* & 2. *q. 5. in ſumma.* Unde cùm aſſignatio numeri ſit arbitraria,

† *MS. Actum. deducta vel teſtific.*

arbitraria, hic providet quòd non arbitrentur ultra numerum senarium, quando purgatio indicitur pro Fornicatione, vel crimine æquali, vel minori.

† MS. Aton. assignetur.

a *Fornicatione.* Quæ sic dicitur à *Fornicibus*, i.e. arcuatis locis, in quibus Meretrices prostituebantur. Et est Fornicatio Amor à legitimo connubio solutus & vagus, explendæ libidinis causâ; & omnis illicita corruptio dicitur Fornicatio, sicut est Idololatria, & Avaritia, ex quibus fit transgressio Legis propter illicitam concupiscentiam: juxta illud, *Perdes omnes qui fornicantur abs te.* Et tacit ad hoc 28. *q.* 1. *Idololatria.* Sic etiam immunda Pollutio dicitur Fornicatio, 32. *q.* 7. *non solum*, ubi dicit Textus, quòd Fornicatio est maximum scelus: super quo verbo dicit *Archi.* quòd pluribus modis unum peccatum dicitur majus alio. Primò essentiâ, ut Simonia, vel Hæresis, 1. *q.* 7. *placet.* Secundò horrore, ut Homicidium. 50. *dist. minor.* 33. *q.* 2. *admoncre.* Tertiò fœditate, ut peccatum contra naturam. 32. *q.* 7. *adulteri.* Quartò Præsumptione. 1. *q.* 1. *eos.* Quintò communitate, ut Fornicatio vel Adulterium. 50. *di. quia sanctitas tua.*

Fornicatio.

Pluribus de causis peccatum unum dicitur majus alio.

b *Simili crimine.* De hac materia, scil. quæ sunt Crimina majora, quæ minora, tractant *Doct. de judi. c. at si Clerici.* §. *fi.* Fornicationi autem similia Crimina dici possunt omnia Crimina mediocria. Sunt namque Crimina majora, mediocria, & minora, quæ diversis respectibus pro talibus judicantur, prout notat *Hosti. in summa. de temp. or.* §. *prima Regula. ver. hoc voco enorme. cum vers. sequentibus.* Et faciunt ad idem *no. per eum. de pœ. & re.* §. *de quibus peccatis. vers. & licet propriè.* ubi loquitur de his quæ sunt crimina majora. Hanc etiam materiam tangit *Archi.* 50. *di. de his. ver. venia*, & dixi de hoc *glossa proxi.*

c *Pro graviori.* Vers.

d *Adulterio.* Ex hac Litera videtur, quòd Adulterium sit peccatum gravius Fornicatione. Sed contra hoc opponitur ex eo quod dixi *suprà. eo. ver. fornicatione. in allegatione illa.* 32. *q.* 7. *non solum.* Sed solve ut ibi dixi. Secundò opponitur *de c. prædicandum.* 22. *q.* 1. ubi dicitur, quòd æqualis Pœnitentia debet injungi pro Perjurio, sicut pro Adulterio, Fornicatione, & Homicidio sponte commisso. Ex qua litera patet, quòd Fornicatio & Adulterium reputantur ad paria: & sic Adulterium, ut videtur, non est gravius delictum. Solutio. Ibi loquitur de Pœnitentia injungenda pro quolibet peccato singulorum peccatorum prædictorum, quæ quidem Pœnitentia debet esse septennis. Et sic quoad numerum annorum Pœnitentiæ injungendæ parificantur, non tamen quoad austeritatem Pœnitentiæ. Est namque regulare, quòd pro quolibet peccato Mortali debetur septennis Pœnitentia, nisi dignitas delinquentis vel qualitas delicti aliud suadeat. 33. *q.* 2. *hoc ipsum.* Nam sicut per peccatum septiformem Gratiam amisit, sic eam per septennem Pœnitentiam recuperare debet; ut notat ibi *Jo. ver. quia Maria.* Hodiè tamen omnia ista sunt in arbitrio Sacerdotis. 26. *q.* 7. *tempora. de pœ. di.* 1. *c. mensuram.* Unde licèt quoad numerum annorum talis Pœnitentia imponitur pro Perjurio, qualis pro Homicidio, Adulterio, & hujusmodi; non tamen æquè aspera, secundùm *Jo. d. c. prædicandum.* Nam, secundùm eum, durior seu asperior Pœnitentia imponitur pro Adulterio, seu Homicidio, quàm pro Perjurio; & durior pro Homicidio quàm pro Adulterio. 33. *q.* 2. *Si quod.* Non enim omnia Crimina sunt æqualia, sicut nec æqualiter punienda, secundùm *Laurcn.*

e *Majori.* Quod dic ut dixi *suprà. eo. ver. fornicatione. in fi.* Et de istis peccatis quæ sunt Adulterio majora, vel saltem æqualia, possunt Exempla poni de certis peccatis; utputà Hæresi: 22. *q.* 2. *primum.* Item de peccato contra Naturam: 32. *q.* 7. *flagitia.* Item de Homicidio: 33. *q.* 2. *si quod verius. & c.* 2 *placuit.* Item de crimine læsæ Majestatis: 89. *di. Si quis Papa.* 6. *q.* 1. §. *verum.* Item de Sacrilegio: 2. *q.* 1. *In primis.* 23. *q.* 5. *Rex debet. et c. Sunt quædam.* 17. *q.* 4. *si quis per dolum. et c. si quis in Atrio. cum similibus.* Item de Incestu. 3. *q.* 4. *consanguineorum.* 25. *q.* 3. *de incestuosis. & q.* 8. *salubriter.* Item de Conspiratione: 11. *q.* 1. *conspirationum. et c. si qui Clerici.* Item de falso testimonio: *Extra. de falsariis. c. ad falsariorum.* Item de Simonia: *Extra. de Simo. c. sicut Simoniaca. et c. tanta.* Item de Usura: *Extra. de usur. cum*

[a] Fornicatione, seu [b] simili crimine, [c] pro graviori siquidem, ut pro [d] Adulterio, vel [e] majori ultra [f] duodecimæ manus [g] Compurgatorum numerum non imponant sub pœna Suspensionis ab Officio, quam contra facientes incurrere Volumus [h] ipso facto.

De Pœnis.

De Causis merè Spiritualibus Prælati etiam à Rege in Jus vocati non compareant, sed ob reverentiam Regiam Regem adeant verbis aut Literis significaturi, qd sine Ordinis periculo in ea re parere non possint. Demonstraturi etiam per se aut per Coepiscopos & Comprælatos Causam ad Regem non pertinere; et si nihilominus à pluribus admonitus Rex non desisterit, procedant contra ejus Vicecomites & cæteros Officiarios Jure Ecclesiastico eis Communionem interdicentes.

Bonifacius.

[i] ETernæ Sanctio voluntatis, [k] *& infrà.* Cùm sæpe contingat Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos [l] inferiores per [m] Literas Domini Regis ad Sæculare Judicium evocari, ut ibi respondeant super his quæ [n] merè ad [o] ipsorum Officia & Forum Ecclesiasticum pertinere noscuntur, [p] ut si fortè Clericos ad Ecclesias purgatores. *de præsump. c. literas.* Et purgare potest se quis cum fœminis. 2. *q.* 5. *si legitimi. in glo.* Quales autem debent esse hujusmodi Compurgatores, *no. eo. ti. c. cum P.* Et sufficit qd Compurgator sit ab Ecclesia tolerarus. *eo. ti. c. constitutus. cum glo. penul. et c. cum dilectus. junctis glo.* Et regulare est, qd purgare debet se aliquis cum suis paribus, & talibus qui sunt ejusdem Ordinis sive statûs; ut *d. c. quatics. et eo. ti. c. ex tuarum.* His tamen deficientibus, vel existentibus inimicis, potest se purgare cum inferioribus etiam Laicis & etiam mulieribus. Et sic intellige quod *suprà* dixi, & *no. eo. ti. c. cum in juventute. glo. fi.*

per Usuras.

Divisio.

h *Ipso facto.* Si intelligas hanc pœnâ currere contra delinquentes in his quæ dicuntur in hac ultima clausula, scilicet ab illo *ver. In indicendo &c.* usque ad finem, satis planum est. Sed nunquid hæc pœna concernat eos qui faciunt contra prohibita in principio hujus Capituli, eos viz. qui tales trahunt de uno Decanatu in alium, & sic quòd ista pœna respiciat utramque Clausulam præcedentem. Solutio. Puto quòd ista pœna solùm respiciat hanc Clausulam proximè præcedentem, sicut aliàs in simili habes *Extra. de Præben. c. extirpandæ.* §. *penul. ubi de hoc. ver. privatis. per Ber.* Et ibi dicunt *Doctores*, quòd illa Clausula *aliàquin*, &c. referri debet ad proximiora & non ad omnia præcedentia: nam ubi diversi Casus præcedunt, Clausula generalis subsequens ad proxima refertur, ut 7. *si idem cum eodem. ff. de jurisdi. om. ju.*

i *Eterna.* Hæc est Constitutio *Bonifacii* Archiepiscopi, & habet decem dicta. In primo recitat causam sui Statuti. In secundo ibi *Statuimus*, procedit ad Statutum. In tertio ibi, *Et si fortè*, dispopit de remedio Curiali, quantum concernit Dominum Regem. In quarto ibi, *Et si Dominus*, ponit aggravationem pœnæ contra Ministros Regios. In quinto ibi, *Idem fiat*, hoc extendit ad alium casum etiam cum quadam aggravatione. In sexto ibi, *Et si taliter*, disponit pœnam contra Clericos in hujusmodi delinquentes. In septimo ibi, *Et si Dominus*, ordinat contra Regem & suos Ministros pœnam reaggravatoriam. In octavo ibi, *Et si aliquis*, disponit contra Episcopos negligentes. In nono ibi, *Et si fortè*, prohibet acta Judicum Ecclesiasticorum exhiberi coram Judice Sæculari per viam Compulsorii. In decimo ibi, *Et si Clericus*, ordinat de remedio pro persona simplicis Clerici.

k *Et infrà.* Hic decidiur Prologus sive Proœmium Statuentis,

l *Inferiores.* Utputà, Abbates, Priores, Decanos, Archidiaconos, & alios hujusmodi.

m *Literas.* Sive sub Sigillo suo magno ejúsve parte, vel aliàs sub suo privato Sigillo aut Signeto emanantes; & ideo dicit, *Literas*, ut non solùm comprehendat Brevia, sed etiam alias Literas quascunque.

n *Merè.* i.e. Clarè, vel manifestè.

o *Ipsorum.* Scilicet Prælatorum majorum, & etiam minorum.

p *Ut si.* Vers. In quo exemplificat de multis negotiis, quæ pertinent ad Forum Eccleſiæ.

a *Capellas.* In quibus consueverunt aliqui per Episcopum vel alium Ordinarium, ad hoc potestatem habentem, instituì & induci.

b *Admiserint.* Hoc dicit respectu illius quod *supra* dixit, *vacantes*, & hæc Admissio locum habet in casu Præsentationis factæ per alium.

c *Non admiserint.* Hoc dicitur respectu illius quod *supra* dixit, *non vacantes*, sic ut referantur singula singulis. Vel hoc quod dicit, *admiserint*, potest intelligi etiamsi Ecclesia non vacaverit; quia in talibus non pertinet correctio ad Judicem Sæcularem sed Ecclesiasticum, inquantum non offenditur Jus Patronatûs, ut patet *Extra. de jure Patro. & de Instit. per totum.* Et ipsarum Ecclesiarum ordinatio, unio, & divisio, ad Episcopum spectat in sua Diœcesi. *Extra. de excess. Præla. c. sicut unire. 16. q. 7. omnes Basilicæ.*

d *Instituerint.* Quòd Institutio pertineat ad Judicem sive Prælatum Ecclesiasticum, & maximè ad Episcopum, habes *de Instit. c. 3. de hæreti. cum ex injuncto. ad finem.*

e *Eisdem.* Scil. Ecclesiis vel Capellis.

f *Interdixerint.* Scil. Subditos suos, ut prædictum est. Et sic ex hoc colligi potest, quòd non solùm Loca interdicuntur, sed Personæ. Cui *concor. de sen. Excommunt. c. si sententia.*

g *Decimis.* De quarum jure percipiendi vel retinendi si agatur, Judex Sæcularis cognoscere non debet, quia illud est Jus Spirituale: & sic procedit *glo. Ber. extra. de fo. compe. c. ex tenore. glo. 3. & 11. q. 1. in summa.* & quod notat *Card. de judi. c. ult. ver. dependentibus. li. 6. & co. ver. per Archi.* Simpliciter verò de fructibus Decimarum potest cognoscere Judex Sæcularis, cùm non sit causa Spiritualis; quod patet, quia Laico possunt concedi titulo Locationis, *de locato. c. vestra.* & vendi, ut ibi notat *Jo. An.* & notatur in *c. quamvis. de decimis.* sed si essent Spirituales, id fieri non posset. *nè Prælati vices suas. c. querelam.* Et ad hoc optimè facit *c. postulâsti. de homici. & de usuris. c. quanto.* & sic concludit *Jasper de Caldrinis. in Concilio 15. de fo. compe.* & idem tenet *Petrus de Ancho. in Re. Juris. ea quæ. li. 6. in 5. q.*

h *Limitibus Parochiarum. Extra. de Paroch. c. cum super eo. cum sua glo.*

i *Similibus.* De quibus aliqua notantur *Extra. de fo. compe. c. cum sit. ver. malefactores. per Ber.* & ibi optimè per *Anth. de Butrio* quando sc. Causa aliqua sit meræ Ecclesiastica, quando mixta: & multum bene *co. c. per Jo. in coll.* Sed ill. locum habent potiùs in Criminalibus, cùm tamen Exempla hic posita procedant in causis Civilibus, & ideo dic *similibus*, utputà, Matrimonio, Causis Testamentariis, & hujusmodi, quarum Causarum cognitio solùm spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Idem est *de quæstione legitimitatis. de ord. cog. tuam. qui fi. sint. le. lator. de sen. Excom. c. si Judex Lacus. §. 1. li. 6.*

k *Non possunt.* Quia Jura Temporalia super talibus disponendi facultatem non habent. *Extra. de const. c. Ecclesia. de judi. c. decernimus.* cum similibus.

l *Sive etiam.* Vers.

m *De peccatis.* Quorum occasione cognitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, ut dictum est *supra. de fo. compe. c. circumspecte agatis.*

n *Sicut de.* Ponit Exemplum.

o *Perjurio.* De cujus vinculo si dubitetur, an liget vel non, cognitio pertinet ad Ecclesiam. *de elec. venerabilem. de jurejur. quanto.* & sic stat *c. prædicandum. 22. q. 1.* Facit ad hoc quod notatur *de fo. compe. c. ult. per Joh. An. in no. li. 6.* ubi dicit, qd in Foro contentioso, quando vertatur alterius interesse, & agitur ut Juramentum servetur, tunc potest esse Judex non solùm Ecclesiasticus, sed Sæcularis; dummodo non revocetur in dubium, an Juramentum sit licitum, necne: & qd Judex Sæcularis, etiã in casu Juramenti præstiti, possit cognoscere, patet *de jurejur. c. licet. li. 6.* ibi, *quamvis ex constet legitimè, &c.* & qd super Juramento cognoscit Judex Ecclesiasticus, est casus *d. c. ult.* Et est ratio, quia Perjurium directè concernit Dei irreverentiam, quæ propriè est Religioni Christianæ contraria. Si verò excipiatur de Juramento, coram Judice Laico potest cognosci, & definiri servando Jus Canonicum; & ad hoc compelli potest per Judicem Ecclesiasticum, ut dicto *c. licet. in fi. & de pæn. c. quamvis. li. 6. & C. si adversus vend. Auth. sacramenta puberum.* Si tamen vertatur in dubium probabile, an Juramentum sit licitum, vel non, tunc debet remitti ad Judicem Ecclesiasticum. Et sic loquitur *c. venerabilem præall.* & sic potest intelligi dictum *Hostien. in c. tuam. Extra. de ordi. cogni.* Nec obstat *de judi. c. novit.* quia Rex *Angliæ* adiit Judicem Ecclesiasticum, quod potuit *d. c. ult.* tamen Textus illius *c. novit.* non prohibet, quin Judex Sæcularis possit cognoscere, si primo adeatur. Item ibi concurrebat ratio pacis, quæ spectat ad Judicem Ecclesiasticum, *de treug. & pa. c. 1.* & defectus alterius superioris. *Extra. qui si. sint le. per venerabilem. vers. insuper.* Et sic crimen Perjurii non est crimen meræ Ecclesiasticum, sed mixtum; unde non mutatur ex eo Forum, sed accumulatur, secundum *Jo. An.* Et huic sententiæ concordant notata *per Anth. de Butrio. de foro compe. c. cum sit. ver. tertius casus.* qui dicit, qd etiam ubi agitur de dissolutione vel absolutione vinculi Juramenti, solus Judex Ecclesiasticus cognoscit & absolvit; ut in *c. venerabilem. de elec.* & notatur *de jurejuran. c. quanto.* Ex prædictis colligi potest Practica Libellandi in causa Perjurii, ad evitandum Prohibitionem Regiæ, ut sc. dicatur sic: *A.* proponit in Judicio contra *B.* qd idem *B.* Fidei suæ interpositione, seu aliàs Juramento suo medio promisit, & se astrinxit dicto *A.* decem tali die fideliter soluturum; quia tamen Juramentum & fidem fidem *B.* dicto die advenienti promissum suum hujusmodi non servando, sed contra illud temerè veniendo damnabiliter violavit, minùs Canonicè prætendens se dicti Juramenti seu aliàs fidei suæ interpositionis hujusmodi vinculo non ligari: cùm re verâ fides sive interpositio, seu aliàs Juramentum hujusmodi ipsum ad præmissa fideliter servanda secundùm Jus Divinum & Instituta Canonica sub pœna peccati Mortalis effectualiter astrinxerit, & astringat; & tunc in conclusione Libelli petatur sic: quare factâ fide, quæ requiritur in hac parte, petit pars dicti *A.* Per vos Dominum Judicem anecdictum pronunciari, decerni, & declarari, suprædictum *B.* præfatæ suæ fidei interpositione, seu aliàs Juramenti vinculo ad servandum & implendum promissa de Jure Divino & juxtà Canonica Institutа effectualiter, & sub pœna peccati Mortalis astrictum & ligatum fuisse & esse, nec non eundem *B.* fidem suam seu Juramentum hujusmodi temerè violâsse, ac pro violatione ipsi Canonicè puniendum fore, & puniri debere.

Quis potest de crimine Perjurii cognoscere.

Forma Libellandi in causa Perjurii.

p *Fidei transgressione.* Quando scilicet aliquid promissum est per Fidei interpositionem absque alio Juramento. Talis tamen interpositio ligat ad instar Juramenti, secundùm ea quæ dixi *supra. de jurejur. c. Presbyteri. vers. & inspectis.*

q *Sacrilegio.* Istud crimen non est meræ Canonicum, quia ejus cognitio pertinere poterit ad Judicem Sæcularem saltem quoad pœnam. *C. de Epi. et Cler. l. si quis in hoc genus.* & hoc fatetur *Hostiensis* quoad pœnam corporalem, secus tamen quoad censuras Ecclesiæ contra tales fulminandas.

r *Libertatis.* De quâ plenius dictum est *supra. de immunitate Ecclesiæ. per totum.*

s *Ipsius.* Scilicet Ecclesiæ.

t *Perturbatores.* Hæc Littera videtur distinguere inter Violatores & Perturbatores, ut scilicet Ecclesia sive ejus Immunitas dicatur *violari*, Libertas verò ejusdem dicatur *perturbari.* Sed hi Termini ut sæpius promiscuè ponuntur.

u *Chartas.* Quarum una dicitur *Magna Charta*, alia *Charta de Foresta.*

x *Regis Angliæ.* Scilicet *Henrici* Tertii.

y *Ecclesiæ.* Scilicet *Anglicanæ.*

z *Excommunicationis.* Quod autem hic dicitur, tales incidere in septentiam Excommunicationis per Chartas à Rege concessas, intelligas sic per *Chartas*, i. e. prout continentur in Chartis. Nam Excommunicationis sententia non fuit lata per per ipsum Regem, sed de consensu Regio fuit lata per *Bonifacium* Archiepiscopum *Cantuariensem*, & ejus Suffraganeos, sicut habetur in *Floribus Historiarum*, sub Anno Domini 1253. & dicti Domini Regis Anno 40.

a *Et si inter. Vers.*

b *Clericos suos.* Scil. quando utraque pars est Clericus.

c *Clericos defendentes.* Quo casu Actor debet sequi Forum rei. *Extra. de fo. compe. c. si Clericus.*

d *Personalibus Actionibus.* De quibus habes *Inst. de act. in prin.*

e *Contractibus vel quasi.* De quibus *Inst.* à Titulo, *de Obligationibus*, usque in *fi. illius tertii Libri. per totum.*

a *Delictis.* De quibus *Inſti. de ob. quæ ex delicto naſcuntur. per totum.*

b *Vel quaſi.* Ut *Inſt. de ob. quæ ex quaſi delicto naſcuntur. per totum.*

c *Si perſonas.* Verſ.

d *Eccleſiaſticas.* Etiam licèt Clerici non ſint, ſed converſi, ſecundùm ea quæ legunrur & notantur 17.q.4.c.*quiſquis*, & dixi *ſuprà de judi. c. Item omnes illi. ver. perſonas Eccleſiaſticas.*

e *Amerciatos.* i. e. Mulctatos.

f *Ipſa.* Sc. Amerciamenta.

g *Non ſolverim.* Sc. Prælati.

h *Pro eiſdem.* Sc. Clericis ſive perſonis Eccleſiaſticis.

i *Si Juriſdictionem.* Verſ.

k *Suam.* Supple Eccleſiaſticam.

l *Epiſcopatibus.* i. e. Menſe Epiſcopali.

m *Monaſteriis.* i. e. Locis Religioſis, utpurà Abbatiis, Prioratibus, & hujuſmodi.

n *Annexis.* i. e. Unitis, incorporatis, ſive appropriatis.

o *Prælatorum.* Scil. Epiſcoporum, Abbatum, vel Priorum.

p *Ceſſionem.* i. e. Renunciationem. In ceſſione tamen Epiſcoporum requiritur licentia Papæ. *Extrà. de renun. c. niſi cum pridem. ubi de hoc. glo. 7. per Ber.* Sic etiam Epiſcoporum tranſlationes fieri non poſſunt ſine licentia Papæ & ejus auctoritate. 7. q. 1. *multiplices. de tranſla. Epiſcoporum. c. 1.* Epiſcopus etiam non poteſt fieri Monachus inconſulto Papâ. 7. q. 1. *ſcias. ubi de hoc. per Fab. et c. hoc nequaquam. in gloſſa. et c. ſuggeſtum.*

q *Vacantibus.* In quo caſu Dominus Rex de Conſuetudine & Prærogativa ſuis vendicat cuſtodiam ſive Guardiam Eccleſiæ ſive Monaſterii vacantis: quæ tamen cuſtodia ſive Guardia ad eum ſpectare non poteſt, niſi reſpectu bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ, ut dixi *ſuprà. de immun. Eccle. c. contingit aliquando. ver. cuſtodiam obtinente.* Et de hac materia ibi per totum. Illud *caput ex quibus*, patet, quòd in talibus Eccleſiis appropriatis Juriſdictio Spiritualis ratione talis Cuſtodiæ non pertinet ad Dominum Regem.

r *Canonicam.* Sume qd eſt ſupra Juriſdictionem. Et de hac Juriſdictione vide quæ leguntur & notantur. *de offic. ord. conquerente. & de elec. tranſmiſſam. ver. de talibus. per Ber.*

ſ *Conſuetam.* Hoc dicit, quia Conſuetudo dat Juriſdictionem, & præſcribi poteſt. *de foro compe. cum contingat. & notatur per Innocen. de offi. ordi. conquerente.* & poteſt ex Conſuetudine Judex Eccleſiaſticus exercere Juriſdictionem, etiam in his quæ pertinent ad Juriſdictionem Laicorum. Facit *de immun. Eccle. ſiquidem. li. 6.* & circa hoc vide notata *de foro compe. Nicol.*

t *Statuimus.* Secunda pars.

u *Cæteri Prælati.* Sibi inferiores.

x *Hujuſmodi Spiritualibus.* De quibus ſcil. *ſuprà.* dictum eſt.

y *Cum judicandi.* Ratio prædictorum.

z *Chriſtos.* i. e. Epiſcopos & Sacerdotes, qui ſunt uncti. *Chriſtus* enim idem eſt qd *unctus*, & ſic dictus à *Chriſmate.* Præceptum enim fuit *Judæis*, ut ſacrum conficerent unguentum, quo perungi poſſent hi qui vocabantur ad Sacerdotium vel ad Regnum. Et ſicut Regibus noſtris indumentum Purpureum Inſigne eſt Regiæ Majeſtatis, ſic illis Sacra Unctio Unguenti bonum ac potentiſſimum Regiam conferebat, ut notat *Archid. de conſe. diſ. 4. c. ſi Baptizata.* Et de iſtis ſicitur per Pſalmiſtam, *Nolite tangere Chriſtos meos, Pſ.* 104.

a *Obſequendi. de conſti. c. Eccleſia. de rer. Eccle. non alie. l. 6. cum Laicis. 96. di. hanc quidam. circumcidimus.*

b *Ut tamen.* Verſ.

c *Honori Regio.* Juxta illud, *Regem timificate, 1 Pe. 2.* & Regi obediendum eſt. 8. *di. quæ contra. 18. di. ſi Epiſcopus. per Ja.*

d *Majores Prælati.* Scil. Archiepiſcopi & Epiſcopi.

e *Adeant.* Perſonaliter, ſi propoſit

f *Scribant.* Si longè diſtet.

g *Parere.* Id eſt, obedire.

h *Sui Ordinis.* Quo aſtringuntur ad obediendum & ad obſervandum Canonica Inſtituta. *de conſti. c. 1.* Pro quo vide quod dixi *ſuprà. de ſacra. unc. c. cum ſacri. ver. reluctantes.*

nis. i Et ſi fortè Dominus Rex in ſuis k Attachiationibus, l Prohibitionibus, m Sùmonitionibus, non de Decimis, ſed de n Jure Patronatûs; non de fidementita ſeu o perjurio, ſed de p Catallis; non de Sacrilegio vel perturbatione Eccleſiaſticæ Libertatis, ſed de q tranſgreſſione r Subditorum ſuorum, & ſ Ballivorum, t quorum u correctiones x ad ſe aſſerit pertinere, fecerit y mentionem: z tunc intiment a ei b Prælati prædicti, qd non de patronatu, Catallis, ſeu aliis ad Forum c ipſius pertinentibus d cognoſcunt, vel cognoſcere intendunt, ſed de Decimis, Peccatis, & aliis e merè Spiritualibus ad f Officium & g Juriſdictionem eorum pertinentibus, & ad h Animarum ſalutem, monendo & rogando, qd i ipſos non impediat in k præmiſſis. l Et nihilominus m Epiſcopus, Dominũ Regem adeat, & n iterato o moneat, ut ſuæ Animæ ſaluti conſulat, & ab hujuſmodi p mandatis q omnino deſiſtat. Et ſi

i *Et ſi fortè.* Tertia pars.

k *Attachiationibus.* Quæ ſunt Citationes reales per captionem realem corporum, & aliquando rerum.

l *Prohibitionibus.* Quibus in talibus non eſt parendum. *de judi. c. decernimus.* Et ſolent fieri prohibitiones circa exercitium Juriſdictionis.

m *Summonitionibus.* Quæ ſunt Citationes, quibus licet comparere per Procuratorem, qui in Foro Temporali dicitur Atturnatus.

n *Jure Patronatûs.* Cujus cognitionem ad ſe pertinere vendicat Curia Regia, licèt cauſa Juris Patronatûs ſit annexa Spiritualibus, & ſic pertineat ad Forum Eccleſiaſticum. *de judi. c. quamvis.* Sed Conſuetudo dat cognitionem Foro Temporali, & hoc fateri videtur hæc Conſtitutio in hoc loco.

o *Perjurio.* Cujus cognitio pertinet ad Eccleſiam; ut *ſuprà* dixi.

p *Catallis.* Quæ proprie conſiſtunt in bonis temporalibus mobilibus, & eſt vulgare *Anglicorum.*

q *Tranſgreſſione.* Quæ ſic dicitur, quando pro delicto intentatur actio Civilis.

r *Subditorum.* i. e. Hominum Ligeotum ipſius Regis.

ſ *Ballivorum ſuorum.* i. e. Officialium ſive Miniſtrorum ad Præcepta Regia exequenda.

t *Quorum.* Sc. Subditorum, ſive Ballivorum.

u *Correctiones.* i. e. Punitiones pro ſuis tranſgreſſionibus.

x *Ad ſe.* Scilicet ad Ipſum Regem, & ipſius Curiam.

y *Mentionem.* Et ſic variando veritatem facti quoad cauſam in qua procedituꝛ.

z *Tunc.* Scilicet quando in ſuis Literis ſive Brevibus alio modo vel ſuper alia ſe aſſerit Judicem Eccleſiaſticum procedere, quàm ſit veritas.

a *Ei.* Scilicet Regi.

b *Prælati prædicti.* Scilicet majores.

c *Ipſius.* Scilicet Regis.

d *Cognoſcunt.* Scilicet Judices Eccleſiaſtici.

e *Merè Spiritualibus.* Talibus videlicet, de quibus Judex ſæcularis cognoſcere non poteſt.

f *Officium.* Ut in his quæ ponuntur in principio hujus Capituli.

g *Juriſdictionem.* Ut in his quæ dicta ſunt *ſuprà. eo. §. 1. verſ. de cauſis & ſequentibus.*

h *Animarum.* Ubi ſcilicet agitur ad punitionem peccatorum, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur, *de judi. c. novit.*

i *Monendo.* Auctoritatem importat, qua tales Prælati in Spiritualibus ſuperiores ſunt Regibus, & eis præſunt. *de majo. & obe. ſolita. de judi. c. novit. §. non igitur.*

k *Ipſos.* Scilicet Judices Eccleſiaſticos.

l *Præmiſſis.* Scilicet pertinentibus ad eorum Officia, & ad eorum Juriſdictionem.

m *Et nihilominus.* Verſ.

n *Epiſcopus.* Scil. in cujus Diœceſi ſunt talia gravamina.

o *Moneat.* Et ſic requiritur Monitio pluries repetita: & debet hæc iteratio fieri diverſis vicibus, & per aliqua temporum intervalla. *de ſen. Excommuni. c. conſtitutionem. li. 6.*

p *Moneat.* i. e. Hortando, Judicat & requirat.

q *Mandatis.* Inſe licentibus Judices Eccleſiaſticos, ne poſſint libere exercere ea quæ ſpectant ad eorum Officia & Juriſdictionem Eccleſiaſticam.

r *Omnino.* Sic viz. ut non repoveatur. Non enim ſufficit eſſe renovatum, niſi duret. *ff. de inſtru. verſ. l. ſi pro parte. §. verſum.*

s *Non Regem.*

a *Non deſtiterit.* Scilicet Rex.
b *Tunc.* Sc. poſt binam requiſitionem factam per Epiſcopum.
c *Epiſcopi.* Sc. ſic in exercenda ſua Juriſdictione gravari.
d *Alioquin.* Scil. ſi fuerit extra Provinciam.
e *Tanquam.* Verè ponitur, & non ſimilitudinariè. Habet namq; Archiepiſcopus *Cantuarienſis* in Collegio Epiſcoporum Epiſcopos, *Londinenſe* Decanum, *Wintonienſem* Cancellarium, *Lincolnienſem* Vicecancellarium, *Sarisburienſem* Præcentorem, *Wigornienſem* Capellanum, *Roffenſem* Cruciferarium.
f *Adjunctis.* Supple, ſi voluntariè eum aſſociare voluerint. Aliàs autem, ut videtur, eos ad hoc compellere non poterit. Et hoc videtur innuere Litera quæ præmittitur de Archiepiſcopo, qui poteſt hujuſmodi Epiſcopos convocare, quæ tamen poteſtas non tribuitur hic *Londinenſi* Epiſcopo per expreſſum. Unde caſus omiſſus habetur pro non expreſſo, *de reſcrip. c. ſuſceptum. li. 6.* & relinquitur diſpoſitioni Juris communis: quia ſi Legiſlator aliud voluiſſet, aliud expreſſiſſet. *de deci. c. ad audientiam.* Econtrà tamen videtur, qd in tali caſu Epiſcopus *Londinenſis* poſſit aliquos ex Epiſcopis ad ſe vocare, cùm alias poteſtas ſibi hic conceſſa eſſet fruſtratoria, & aliàs ſtatus Juriſdictionis Eccleſiaſticæ & libertatis ejuſdem deperiret. Facit ff. *de juriſdi. om. judi.* l. *cui juriſdictio. de offi. dele. c.* & *c. præterea. et c. ſignificaſti. et c. prudentiam. in fi. et c. ſuſpenſionis* 2. *reſponſo. de teſtibus. c. tam literis.* Et hoc puto verius, ut ſcil. talis poteſtas ſibi competat auctoritate hujus Conſtitutionis, quæ aliàs eſſet fruſtratoria, ut prædixi.
g *Monent.* Et hæc erit tertia monitio, quæ habet præcedere vindictam. *de ſen. Excommuni. c. conſtitutione. li. 6.*
h *Et ſi Dominus.* Quarta pars.
i *Attachiationes.* Scil. priùs vel poſteriùs factas.
k *Alios.* Laicos, ſive Clericos, ut *infrà* patet.
l *Tunc.* Poſt talem Proceſſum.
m *Ipſos.* Scil. Prælatos majores, vel minores; nam ad alios Judices Eccleſiaſticos qui non ſunt Prælati, non extenditur hæc Conſtitutio, cùm ſit pœnalis. *de pœ. di. 1. pœnæ. de re. jur. c. in pœnis. li. 6.* Hæc namque Conſtitutio de Officialibus, Commiſſariis, & aliis Judicibus Eccleſiaſticis, non facit mentionem, igitur &c. Sed *infrà*, in fine Capituli, fit extenſio ad alios etiam Clericos inferiores.
n *Diſtringentes.* Sc. in bonis.
o *Forma Juris.* Scil. monitione Canonicâ præmiſſâ ut deſiſtant, & ſic monitionibus non obſtantibus, ſive exhortationibus factis ipſi Regi, nihilominus monendi ſunt ipſius Officiales, antequam procedatur contra eos per cenſuras Eccleſiæ. *de ſen. Excom. c. ſacro.*
p *Sententias.* Ut ſcil. ipſarum altera infligatur, prout qualitas perſonæ & delicti exegerit.
q *Idem fiat.* Quinta pars. Et dic *idem*, ſcil. quod dictum eſt in §. *præcedenti.* ut ſcil. monitione præmiſſa arceantur hi, de quibus ſupra dictum eſt.
r *Et ſi.* Verſ.
ſ *Duritia.* Quæ ſonat in idem quòd Pertinacia.
t *Perſeveraverint.* Supple, procedendo contra tales Prælatos, non obſtantibus monitionibus ei factis, & ſuſtinendo cenſuras Suſpenſionis & Excommunicationis contra eos latas.
u *Loca.* i.e. Villæ, Parochiæ, Caſtra, Oppida, Mœnia, & alia ipſorum habitacula; ut patet *infrà. eo.* §. *Et ſi Dominus Rex.* & ſic ob delictum unius quandoque punitur communitas. Quod verum intellige in delicto Domini ipſius loci vel Capitanei, vel alterius Gubernatoris. Quod dic ut in *c. ſane. de offi. dele. de uſuris. c. 1. verſic. finem. li. 6.*
x *Terræ eorum.* De quibus terris hoc intelligitur, vide *ſupra. de immu. Eccle. c. ut ſuvadentibus. ver. terræ ſuæ.*
y *Diœceſanos.* Singulos ſcil. in ſuis Diœceſibus. Nam extra Territoriũ ſuum proprium non teneret talis ſententia. *ff. de juriſ. om. judi. l. ſi. de conſti. c. 2. li. 6.*
z *Denunciationem Diœceſani.* Hæc Denunciatio fiet poſt decretũ ipſius Ordinarii interpoſitum ſuper ſententia ipſius interdicti particularis. Epiſcopus namque, in cujus Diœceſi fiunt talia gravamina, ratione delicti in ſua Diœceſi commiſſi ferret hanc ſententiam, quæ tamen quoad terras exiſtentes in Diœceſibus alienis ſe non extendet, ſed per Denunciationem Epiſcopi ſic gravati ſinguli Epiſcopi procedent, ut hic dicitur, ſecundùm formam quæ ponitur *infrà. eo.* §. *et ſi Dominus Rex. ver. et ſi Rex.*

---

[1] non deſtiterit, [b] tunc ad denunciationem [c] Epiſcopi Archiepiſcopus, convocatis duobus Epiſcopis, vel tribus, vel pluribus quos duxerit evocandos, ſi in Provincia extiterint: [d] alioquin *Londinenſis* Epiſcopus [e] tanquam Epiſcoporum Decanus, duobus Epiſcopis vel pluribus ſibi [f] adjunctis, Dominũ Regẽ adeant, & ipsũ [g] moneant, diligentiùs requirentes, qd mandatis ſuperſedeat ſupradictis. [h] Et ſi Dominus Rex, ſpretis hujuſmodi exhortationibus & monitionibus, ad [i] Attachiationes hujuſmodi, vel diſtrictiones per ſe, vel per [k] alios proceſſerit, [l] tunc Vicecomites, & alii quicunq; Ballivi [m] ipſos Attachiantes & [n] Diſtringentes, per locorũ Diœceſanos in [o] forma Juris pe Excommunicationis & Suſpenſionis [p] Sententias arceantur. [q] Idem fiat, ſi Vicecomites, aut Ballivi ad Attachiationes & Diſtrictiones proceſſerint, pendentibus ſupradictis monitionibus Domino Regi taliter faciendis. [r] Et ſi Vicecomites, vel Ballivi in ſua [ſ] duritia [t] perſeveraverint, [u] loca in quibus cõmorantur, & [x] terræ eorum, quas habent in Provincia *Cantuarienſi*, per locorum [y] Diœceſanos ad [z] denunciationem Diœceſani, in cujus Epiſcopatu tales fiunt Diſtrictiones, Interdicto Eccleſiaſtico [a] præſentis auctoritate Concilii, ſupponantur. [b] Et ſi taliter Attachiantes Clerici fuerint, & Beneficiati, [c] ab Officio [d] ſuſpendantur, [e] & ſi in eorum malitia [f] perſeveraverint, ad deſiſtendum & [g] ſatisfaciendum per ſubtractionem [h] Proventuum Beneficiorum ſuorum arceantur. [i] Non Beneficiati verò per [k] quinquenniũ, ſi ad Beneficium Eccleſiaſticum in Provincia *Cantuarienſi* [l] præſentati extiterint, minimè admittantur. [m] Clerici verò, qui Brevia hujuſmodi Attachiationum ſeu Diſtrictionum [n] dictaverint, [o] ſcripſerint, [p] ſignaverint, [q] conſilium aut auxilium dederint ſeu adhibuerint, [r] Canonicè puniantur; [ſ] nec aliqui [t] præmiſſorum [u] certa ratione ſuſpecti ad aliquid Beneficium Eccleſiaſticum obtinendum, donec ſuper his Canonicè ſe [x] purgaverint, admittantur. [y] Et ſi Dominus Rex [z] competenter monitus, vel alia Sæcularis [a] poteſtas hujuſmodi [b] Attachiationes [c] non revocaverit, Epiſcopus, qui diſtrictus fuerit, terras, [d] vicos, villas, & caſtra, quæ [e] Dominus Rex, vel alia Sæcularis [f] poteſtas [g] in ſuo Epiſcopatu Suſpenſionis ab Officio.

a *Præſentu Concilii.* Celebrati apud *Lambeth. Anno Domini* 1260.
b *Et ſi taliter.* Sexta pars.
c *Ab Officio.* Sc. Clericali, ſive Eccleſiaſtico.
d *Suſpendantur.* Per Sententiam.
e *Et ſi.* Verſ.
f *Perſeveraverint.* Sc. poſt hujuſmodi Suſpenſionem.
g *Satisfaciendum.* Parti læſæ, & etiam Judici, cujus Juriſdictionem ſic perturbavit. *de immu. Ecc. c. quoniam. in fi. li. 6.*
h *Proventuum Beneficiorum.* Et ſic ſuſpendi debent à Beneficio.
i *Non Beneficiati.* Verſ.
k *Quinquennium.* A tempore Suſpenſionis ab Officio.
l *Præſentati.* Ex Collatione tamen, Electione, vel aliâ proviſione, ut videtur, bene poſſunt admitti: quia in eis non procedit hæc Conſtitutio. Sed ſuper hoc dic ut notavi *ſupra. de jure Patro. c. per Provinciam. ver. non tenere. 1. ver. ſed ut melius.*
m *Clerici verò.* Verſ.
n *Dictaverint.* Faciendo primas Notulas.
o *Scripſerint.* Manu propriâ.
p *Signaverint.* Scilicet ſubſcribendo ſe.
q *Conſilium.* Simile habes *de immu. Eccle. c. quoniam, §. penulti.*
r *Canonicè.* Ad arbitrium Epiſcopi, cùm hic non limitatur pœna.
ſ *Nec aliqui.* Verſ.
t *Præmiſſorum.* Scil. Clericorum non Beneficiatorum.
u *Certâ ratione.* i. e. Evidenter.
x *Purgaverint.* Ad arbitrium Epiſcopi, ſecundùm ea quæ dicti *ſupra. de purga. ca. c. 1. per totum.*
y *Et ſi Dominus Rex.* Septima pars.
z *Competenter.* Sc. ut *ſupra* dictum eſt.
a *Poteſtas.* i. e. Magiſtratus.
b *Attachiationes.* Supple, vel Diſtrictiones.
c *Non revocaverit.* Sc. poſt monitiones legitimas, ut præfertur, factas.
d *Vicos.* Sic dictos ab inhabitantibus, vel quia vias tantùm habent ſine muris. Et quomodo differant Vicus, Oppidum, Caſtellum, Civitas, & Municipium, notatur 23. q. 8. *in qualibet. per Archid.*
e *Dominus Rex.* Supple, ſic monitus.
f *Poteſtas.* Factâ priùs monitione, ut prædictum eſt.
g *In ſuo Epiſcopatu.* Idem videtur de terris, quæ ſunt in Epiſcopatu alterius, ut dictum eſt *ſupra.* §. *idem fiat.* Sed hoc intellige ut ibi dixi, & ſtatim *infrà* dicam.

Caſus in quo quis eſt Judex in Cauſa propria.

a *Interdicto ſupponat.* Et ſic habes ex hoc loco, quòd Epiſcopus poteſt punire injuriam propriam, & ſic eſſe Judex in cauſa propria; quod verum eſt ubi impugnatur, impeditur, vel turbatur ejus Juriſdictio, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *eo.tit. c. Romana. li. 6.*

b *Et ſi Rex.* Verſ.

c *Duritia.* Sc. non curando hujuſmodi monitiones, & Interdictum particulare.

d *Communem injuriam.* Sic etiam injuria facta uni Clerico videtur facta toti Ordini Clericali. *de ſen. Excom. c. conqueſti.*

e *Terras Dominicas.* Non autem Regales, quia tunc interdiceretur totum Regnum.

f *Suis Epiſcopatibus.* Largior eſt ſignificatio Epiſcopatûs quàm Diœceſeos, quia Epiſcopatus poteſt referri ad Diœceſim alterius Epiſcopi, in qua forſan alius Epiſcopus habet Juriſdictionem peculiarem.

g *Et ſi nec.* Verſ. *ſos.*

h *Viginti dies.* Continui

i *Poſtmodum.* i. e. Poſt promulgationem talis Interdicti.

k *Ob hoc.* i. e. Propter promulgationem hujuſmodi Interdicti.

l *Manum.* i. e. Poteſtatem.

m *Contra Eccleſiam.* i. e. Particularem, vel univerſalem.

n *Suas Diœceſes.* i. e. Quilibet ſuam Diœceſim; & ſic Archiepiſcopus totam Provinciam non poteſt ſupponere Interdicto, ſed per ſingulos Epiſcopos tota Provincia poteſt interdici. In quo caſu quæro, an talę Interdictum dicetur Generale, vel Speciale? Dic quòd tale Interdictum eſt ſpeciale reſpectu Provinciæ, non obſtante qd omnes Diœceſes Provinciæ ſunt interdictæ, quia talis univerſalitas diſtribuitur in ſingularitates. Unde dicendo, *Interdico omnes Diœceſes talis Provinciæ*, perinde eſt ac ſi diceret, *Interdico hanc & illam quæ ſunt in tali Provincia.* Facit ad hoc 19. *di. c. 1. de pœ. di. 3. adhuc inſtaui. de ma. et obe. ſolitæ. ff. de offi. Præſec. Vr. l. 1. §. cum urbem. de Præben. quamvis. 2. §. 1. li. 6.* Et hoc probare videtur *Decre. cum in partibus. de verb. ſig.* diſtinguendo generale Interdictũ à particulari, ſive ſpeciali. Sed tale Interdictum, cùm per quemlibet Epiſcopum in ſua Diœceſi promulgatur, dici poterit generale reſpectu illius Diœceſeos.

o *Idem.* Verſ.

p *Regalia.* Supple, ex Privilegio, talibus locis à Domino Rege ſpecialiter conceſſo.

q *Et ſi aliquis.* Octava pars.

r *In hac parte.* Scil. circa executionem præmiſſorum.

ſ *Metropolitanum.* i. e. Archiepiſcopum. Differunt tamen Archiepiſcopus & Metropolitanus, ſecundùm quoſdam, quod ſatis videtur innui, 21. *diſt. Cleros.* ubi dicitur, quòd Archiepiſcopus præſidet Metropolitanis, ac cæteris Epiſcopis. Et ſic ſentit *Archidia. in Roſar. ibidem. ver. Metropolitanus. & c. præſenti. de offi. ordi. glo. 1. li. 6.* *Willielmus* tamen in *Clem. ulti. de privil. ver. Archiepiſcopo. verſus finem.* dicit, quòd Archiepiſcopus & Metropolitanus idem ſunt re, licèt differant nomine. Dicitur namque Archiepiſcopus reſpectu Epiſcoporum, quorum Princeps & ſummus eſt: Metropolitanus verò dicitur reſpectu Civitatum in quibus conſtituuntur Epiſcoporus; à *Metro* quod eſt Menſura; & *Polis* quod eſt Civitas, i. e. certa menſura Civitatum vel Eccleſiarum Cathedralium.

t *Et ſi.* Verſ.

u *Per eundem.* Scil. Metropolitanum.

ſcopatu obtinet, Eccleſiaſtico a Interdicto ſupponat. b Et ſi Rex, vel alia Sæcularis poteſtas in ſua c duritia perſeveret, cæteri Coepiſcopi Diſtrictionẽ hujuſmodi quaſi communẽ omnium, & etiam in d communem injuriã Eccleſiæ reputantes, Civitates, e Terras Dominicas, Burgos, Caſtra, & Villas ipſius Regis, vel alterius poteſtatis in f ſuis Epiſcopatibus exiſtentes, præſentis auctoritate Concilii Eccleſiaſtico ſupponant Interdicto. g Et ſi nec ſic infra h viginti dies i poſtmodum Attachiationes & Diſtrictiones hujuſmodi Rex revocaverit, aut k ob hoc l manũ m contra Eccleſiam aggravaverit, Archiepiſcopus, & Epiſcopi n ſuas Diœceſes ſupponant Eccleſiaſtico Interdicto. o Idem fiat de Terris, Caſtris, & Burgis, p Regalia habentibus in Provincia memorata. q Et ſi aliquis Epiſcoporũ r in hac parte inventus fuerit negligens aut remiſſus, per ſuum ſ Metropolitanum graviter arguatur; t & ſi perſeveraverit in ſua negligentia, Canonicè puniatur u per eundem x & nihilominus x ſuâ Diœceſi omniũ Prælatorum, & ſuâ auctoritate & conſenſu in præſenti Concilio adhibitis, Eccleſiaſtico y ſubjaceat Interdicto. z Et ſi fortè ab aliquo Epiſcopo vel a Judice Eccleſiaſtico, vel b inferiori Prælato compulſo per Diſtrictiones, vel ſpontaneè comparente coram Domino Rege vel Juſticiariis ſuis, ut alleget Privilegiũ c Fori, niſi in caſu à Judice d permiſſo, ut e eos f moneat, ut à prædictis deſiſtant injuriis, g exigantur Acta h proceſſus ſui, ut i per ea appareat utrum contra Prohibitionem Regiam in aliquo prædictorum caſuum vel ſimilium proceſſerit, vel petantur k ſuper his Juramenta, Excuſationes, vel Purgationes, nullo modo l exhibeat Acta, vel juret, m cum n Inſtrumenta hujuſmodi poſſint à o Partibus, vel p aliqua Partium, ſi neceſſe fuerit, exhiberi. q Et ſi r Clericus fuerit, qui ſ propter hoc fuerit t arreſtatus, Diœceſanus taliter arreſtati vel impetiti Clerici, vel u Archiepiſcopus, aut x Epiſcopus *Londinenſis* tanquam Epiſcoporum Decanus, cum aliquibus Epiſcopis ſibi aſſociatis, ſicut ſi fuerit Epiſcopus arreſtatus, requirat y eum, & z Puniant detentores: a Et ſi b neceſſe fuerit c in hoc caſu procedatur ad pœnas ſuperius d annotatas.

Clericus per ſe aut per Laicam poteſtatem intruſus excommunicetur, & denuncietur, & illo Beneficio in perpetuum careat; & ſi perſtiterit per annum, ad quodlibet inhabilis fiat. Si verò per Procuratorem Clericum fuerit intruſus, procedatur contra Procuratorẽ ſimili pœna, & contra fautores more infra ſcripto.

Idem.

e AD hæc, & *infra.* Quia frequẽter accidit, quod nonnulli Clerici per Laicalem poteſtatem Eccleſias occu-

x *Sua Diœceſis.* i. e. Epiſcopi ſic negligentis.

y *Subjaceat.* Scilicet ipſo facto. Unde ſtante iſtâ conſtitutione ſatis timendum eſt, nè mutẽ Diœceſes in Regno *Angliæ* ſubjaceant tali Interdicto: niſi dicas quòd iſta pœna ſolummodo concernebat Epiſcopos, qui tunc fuerant: Et hoc videtur innuere Litera, quæ dicit, *omnium Prælatorum & ſua, &c.* & ibi, *in præſenti Concilio, &c.*

z *Et ſi forte.* Nona pars.

a *Judice Eccleſiaſtico.* Etiam licèt non ſit aliquis Prælatorum: de quibus *ſuprà* dictum eſt in principio Capituli.

b *Inferiori.* Scilicet Epiſcopo.

c *Fori.* Scilicet Eccleſiaſtici, quod, ut videtur, tenetur facere, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur ff. *de judi. l. ſi quis ex aliena.* Sed illa Lex loquitur in caſu dubii; hic tamen loquitur in eo quod eſt ſatis notorium, & ſic non tenetur venire ad allegandum privilegium Fori; ut notatur per *Accurſ. in glo. dicta legis. ſi quis.*

d *Permiſſo.* Videlicet eo qui ſequitur.

e *Eos.* Scilicet Judices Sæculares.

f *Moneat.* Scilicet Epiſcopus.

g *Exigantur.* i. e. Petantur.

h *Proceſſus ſui.* Sc. Judicis Eccleſiaſtici.

i *Per ea.* Scil. acta.

k *Super his.* Sc. Proceſſibus Eccleſiaſticis.

l *Exhibeat.* Scil. Judex Eccleſiaſticus.

m *Cùm.* Ponitur ratio præcedentis Ordinationis.

n *Inſtrumenta.* Sc. Actorum.

o *Partibus.* Sc. litigantibus.

p *Aliqua.* Ejus videlicet cujus intereſt.

q *Et ſi Clericus.* Decima pars.

r *Clericus.* Qui non ſit Prælatus.

ſ *Propter hoc.* i. e. Propter exercitium Eccleſiaſticæ Juriſdictionis.

t *Arreſtatus.* i. e. Attachiatus.

u *Archiepiſcopus.* Si ſit in Provincia.

x *Epiſcopus Londinenſis.* Quando Archiepiſcopus eſt abſens.

y *Eum.* Scilicet Clericum.

z *Puniat.* Arbitrariè.

a *Et ſi.* Verſ.

b *Neceſſe fuerit.* Exigente malitiâ detinentis.

c *In hoc caſu.* Scil. detentionis ſimplicis Clerici.

d *Annotatas.* Scilicet Cenſurarum & Interdicti, ſecundùm malitiæ & rebellionis exigentiam aggravati.

e AD hæc. Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & habet ſeptem partes. In prima ponitur motivum Conſtitutionis condendæ. In ſecunda ibi, *Statuimus*, procedit ad Scrutinium pœnale contra Clericum in Perſona propria intruſum Beneficio Eccle- *Diviſa.*

Ecclesiastico. In tertia ibi, *Si verò*, statuit de intruso per Procuratorem. In quarto ibi, *Dominus autem*, ordinat de modo procedendi contra absentem, cujus nomine fit intrusio. In quinto ibi, *Fautores*, adjicit pœnam contra fautores. In sexto ibi, *Si verò intrusiones*, decernit quid fiet quando talis intrusio fit per Regiam potestatem. In septimo ibi, *Si verò per alium*, ordinat quoad alios Magnates in talibus delinquentes.

a *Curam habentes.* Secundum ea quæ leguntur & notantur *de Præben. super eo. li. 6.* Et sic ista Constitutio in Beneficiis non curatis non habet locum, sicut aliàs soles in *c. cum qui. §. 1. de Præben. li. 6.*

b *Auctoritate Ecclesiastica.* i. e. Sine Institutione Canonica.

c *Statuimus.* Secunda pars.

d *Sic.* i. e. Sine auctoritate Ecclesiæ.

e *Per se.* i. e. Absque potestate Laica, vel absque violentia. Et sic notata *Jo. de Athona.* concordant cum *Arch.* in Constitutione *Othonis. ad elidendum. ver. vi vel clam.* licèt *Jo.* in *c. cum qui, de Præben. li. 6.* teneat contrarium, viz. quòd non habet locum pœna contra intrusores statuta, nisi violenter sint intrusi. Pro quarum opinionum concordantia potest distingui: aut aliquis intrat possessionem Beneficii vacuam auctoritate propriâ, & tunc potest procedere dictum *Jo. An. præalle.* aut auctoritate propriâ intrat possessionem Beneficii ab alio detenti, ipso detinente invito, & tunc procedit dictum *Archi.* quia tali possidenti & contradicenti competeret Interdictum. *Unde vi.* & diceretur Spoliatus, ut notatur *de restit. spol. c. cum ad sedem.* & sic ingrediens dici poterit Violentus. Et sic notatur per *Lapum de Castell. allegatione sua 12.*

f *Laicam potestatem.* Idem intelligas, si per Clericam potestatem hoc fiat, talem viz. quæ non sit ordinaria, nec auctoritativa; nam & tales Clerici inferiùs puniuntur, ut patet *infrà. §. fautores.* & ubi est eadem Ratio, erit idem Jus: *ff. ad l. Aquil. l. illud.* maximè cùm pœnæ sequentes non sint Sententiæ latæ, sed ferendæ.

g *Juris forma.* Scil. præmissâ Monitione Canonicâ, ut à tali Beneficio actualiter recedat, & illud dimittat.

h *Excommunicetur.* A Judice vel ab homine.

i *Illo Beneficio.* Scil. in quo intruditur.

k *In perpetuum.* i. e. Quamdiu vixerit.

l *Ipso facto.* Etsi aliud Beneficium consimilis Curæ, Ecclesiam sc. Parochialem prius habuerit, est etiam illo Beneficio ipso Jure privatus. *de Præben. cum qui. §. 1. li. 6.* Et sic taliter intrusus carebit tam prius habito, quàm secundo in quod se intrusit.

m *Et si post.* Vers.

n *Dictum tempus.* Scil. duorum Mensium.

o *Subtrahantur.* Hodiè talis est ipsis Beneficiis ipso Jure privatus. *de Præben. cum qui. §. 1. li. 6.* Et hoc intelligitur verum, si primò habuit Ecclesiam Parochialem Curatam, & postea ipsâ retentâ intrudit se in alia etiam Parochiali Curatâ. Alioquin si Beneficium, in quo intruditur, sit Ecclesia Præbendalis Curata, non erit primo privatus ipso Jure, sed perdet jus quod habet in secundo ut hic; & notatur per *Jo. An. d. c. cum qui. ver. curata. li. 6.*

p *Et si per Annum.* Vers.

q *Eatunc.* Scil. lapso anno.

r *Ecclesiasticum.* Etiam simplex, & sine Cura.

s *Minimè admittatur.* Huic autem quod hic dicitur, *talem non debere admitti infra Provinciam*, obviare videtur Constitutio *Othoboni. Amoris proprii. §. adjicientes.* ubi sic intrusus efficitur inhabilis ad aliquod Beneficium obtinendum in ea Diœcesi, quam sui sceleris pestis turbavit, & sic nec per totam Provinciam: & sic videtur, quòd hæc Constitutio sit correcta per illam, quæ hâc fuit posterior. Nam scire debes, quòd Constitutiones, quas habemus in *Regito Angliæ*, hoc ordine factæ sunt. Scilicet primò Constitutiones *Stephani Langton*, in Concilio *Oxoniensi*, Anno Domini 1222. Deinde *Othonis* Legati, Anno Domini 1236. Postea Constitutiones *Bonifacii* Archiepiscopi, Anno Domini 1260. Post has Constitutiones *Othoboni*, Apostolicæ Sedis Legati, Anno Domini 1268. Deinde Constitutiones Fratris *Johannis Peccham* Archiepiscopi, apud *Reading*, Anno Domini 1279. Et post, Constitutiones ejusdem apud *Lambeth*, Anno Domini 1281. Post has editæ sunt Constitutiones *Roberti Winchelsey*, Anno Domini 1305. Deinde Constitutiones *Walteri Reynolds*, quæ inciuliantur; *Oxon. 2.* & in quibusdam Libris ascribuntur *Simoni Mepham*, sed erroneè: nam Data illarum Constitutionum est Anno Domini 1322. cùm tamen *Walterus Reynold* obiit (ut dicunt Chronici) Anno Domini 1327. cui successit *Simon Mepham*; & sic stante Datâ dictarum Constitutionum, patet quòd editæ sunt per ipsum *Walterum*. Has sequebantur Constitutiones *Simonis Mepham*, Annô Domini 1328. Post has Constitutiones, *Joh. Stratford*, Anno Domini 1342. Constitutiones *Simonis Islepe* editæ sunt Anno Domini 1362. Constitutiones *Simonis Sudbury* factæ sunt Anno Domini 1378. Constitutiones *Thomæ Arundell* factæ sunt in Concilio *Oxon.* Anno Domini 1408. Constitutiones *Henrici Chichley* editæ sunt Anno Domini 1419. Constitutionum verò *Edmundi* & *Richardi* Archiepiscoporum Datas non scribo, quia Datam aliquas earundem non vidi certam: verum tamen est, quòd *Richardus* immediatè successit *Stephano* prædicto, & *Richardo* successit *Edmundus*. Unde quia sicut ex præmissis apparet, quòd dicta Constitutio, *Amoris proprii*, est posterior istâ, videtur quòd hæc sit per eam revocata. Sed mihi videtur, quòd non sit revocata, quia satis compatitur se cum dicta Constitutione. Nam pœna Constitutionis, *Amoris proprii*, afficit personam promovendi, inquantum eam inhabilitat ad Beneficia illius Diœceseos in qua deliquit, sic viz. quòd admissio facta in contrarium non valet. Sed in casu hujus Constitutionis non afficitur persona illâ pœnâ inhabilitatis, sed restringitur potestas Episcopi, ad quem pertinet admissio; qui tamen si talem admittat, confert ei Titulum, licèt malè faciat, & aliàs puniri possit faciendo contra hanc Constitutionem. Quod dic ut notatur *supra. de sacra. unc. c. Cùm sacri. ver. exhibentes.* & ad hoc faciunt omnia illa Jura quæ volunt aliquid non fieri, factum tamen tenet: maximè cùm hic non ponatur Clausula irritans, si contrarium fiat, vel aliàs puniens contrafacientem. Nam si pœna non sit apposita in Lege vel in Constitutione contra deviantes, Lex illa sive Constitutio imperfecta est, ut colligi potest ex notatis *Doct. in c. 2. de const. li. 6.* & ad hoc facit qd legitur & notatur *de sen. Excom. c. Romana. §. caveant. li. 6. et eo. ti. c. sacro. 1. responso.* & ad hoc concordant notata *per Ber. d. c. Romana. ver. pro futuris. et ver. collegium. per Jo. An. li. 6.* Et qd hæc Constitutio non sit revocata per Constitutionem *Othoboni* prædictam, potest colligi ex notatis *Doct. de constitutionibus. c. 1. li. 6.* ubi studiosus potest videre argumenta pro & contra.

t *Si verò.* Tertia pars.

u *Intrusus.* Supple absq; authoritate Ecclesiastica, ut dicitur *in prin.* Et hic scias, qd *Intrusus* potest aliquis dici multis considerationibus. Uno modo quando aliquis fingit Beneficiatum absentem, qui vivit, fore mortuum, & procurat se admitti ad Beneficium ipsius absentis, vel fingit eum resignâsse cùm non resignavit. Talis namque, eo non obstante quòd est institutus per Episcopum, & sic occupat illud Beneficium Titulo quodam colorato; tamen quia fraus & dolus sibi patrocinari non debent, nec ex sua malitia debet aliquis commodum reportare, eo non obstante quòd tale Beneficium occupat auctoritate Ecclesiastica, *Intrusus* dicitur: ut legitur in Constitutione *Othonis. Ad elidendum.* cujus sic Intrusi pœna est Suspensio ipso facto ab Officio & Beneficio, ut ibi patet. Et idem ibi statuitur in eo, qui auctoritate propriâ ingreditur Beneficium Ecclesiasticum, altero illud Beneficium possidente, & possessioni ejusdem incumbente, & illud Armis defendit postquam declaratum est ad alium pertinere. Nec in primo casu excusat talem Institutio Episcopi, quia talis Institutio fuit injusta, & auctorizans videtur in illo casu participâsse delictum, ut notat ibi *Jo. de Athona. verb. intrudi.* In secundo etiam casu non excusat Institutio Episcopi auctorizabilis, quin in arripienda possessione opus sit auctoritate illius ad quem pertinet inducere in possessionem; ut etiam notat *Johan. de Athona.* dicto *cap. ad elidendum, ver. auctoritate propria.* Et alia Constitutio loquitur generaliter de quocunque Beneficio Ecclesiastico. Alia consideratione dicitur *Intrusus*, qui etiam per Episcopum institutus est in Ecclesia, antequam vere vel ad minus probabiliter constet de vacatione ejusdem: & talis Institutio ipso facto est invalida, ut legitur in Constitutione *Othoboni. Amoris proprii. §. quod*

Intrusus dicitur quis multis rationibus.

quod ſi contra. Et ſic inſtituens ſuſpenſus eſt ipſo facto à Collatione, Inſtitutione, & Præſentatione Beneficiorum, donec Rectori dicta Eccleſiæ ipſius poſſeſſio reſtituatur. Et ſic Inſtituens ſi occupaverit eandem per tres menſes, poſtquam conſtiterit de vitâ ipſius Rectoris; omnibus Beneficiis, quæ in Regno *Angliæ* obtinet, ipſo facto perpetuò eſt privatus, & ad illud Beneficium, qd ſic occupavit, obtinendum perpetuò eſt inhabilis. Et ſimiliter ſi nullum aliud Beneficium habeat, non ſolùm inhabilis efficitur ad illud Beneficium quod ſic occupavit, ſed ad quodcunque aliud in illa Diœceſi obtinendum.

Tertiâ conſideratione *Intruſus* dicitur, qui Beneficiũ Eccleſiaſticum ad Præſentationem Patroni occupat ſine Inſtitutione Canonica per ſe vel per alium; & etiam qui abſque Præſentatione Patroni ſeipſum intrudit: & talis, niſi infra tres menſes dimiſerit Beneficium ſic occupatum, incurrit ipſo facto pœnas ſupradictas; ut legitur in dicta Conſtitutione, *Amoris proprii. §. cæterum.* Quartâ conſideratione dicitur *Intruſus*, is qui habens Collationem vel Inſtitutionem auctorizabilem, ingreditur poſſeſſionem auctoritate propriâ, quando Beneficium hujuſmodi ab altero detinetur, & alius incumbit poſſeſſioni ejuſdem, quo caſu opus eſt amotione incumbentis. *de Præben. c. licet. li. 6.* Et de tali Intruſo loquitur dicta Conſtitutio, *Amoris proprii. in fi.* Quintâ conſideratione dicitur *Intruſus*, qui per Laicalem poteſtatem Eccleſiam Parochialem, ſive Curatam, ſive Præbendalem occupat, in qua auctoritate Epiſcopali, vel in ea parte poteſtatem habentis Inſtitutus non fuerit: nam eo ipſo cenſeri debet Intruſus, quòd Eccleſiam talem occupat ſine auctoritate Eccleſiaſtica, ut in hac Conſtitutione. Sextâ conſideratione dicitur quis *Intruſus*, in caſu *c. eum qui. §. 1. de Præben. li. 6.* quod loquitur de illo qui vi vel injuſtè ſe intrudit in Beneficio, cui imminet Cura Animarum: cujus pœna eſt, ut ipſo Jure ſit privatus Beneficio, quod cum ſimili Curâ priùs obtinebat. Septima conſideratio eſt, quòd *Intruſus* dicitur, qui violenter auctoritate propriâ occupat quodcunque Beneficium Eccleſiaſticum: cujus pœna eſt, ut amittat Jus, quod forſan ſibi competit in hujuſmodi Beneficio; ſicut de hoc legitur *de Præben. c. eum qui. §. inſuper. li. 6.* Juxta præmiſſa quæro, nunquid admiſſus & inſtitutus per Epiſcopum, poſſit miniſtrare antequam corporaliter inducatur per eum ad quem pertinet? Præmiſſa faciunt quòd non. Et ſic ſentire videtur *Archi. d. c. eum qui.* cujus motiva ibi videas. Et inter cætera dicit, quòd hoc probatur per illum §. *inſuper. d. c. eum qui. li. 6.* Ibi tamen *Dominicus de ſancto Geminiano* dicit, quòd ille §. hoc non probat; quia ille §. ſolùm punit violentiam. *Lapus Abbas* dicit, quòd pro opinione *Archi.* facit *c. Paſtoralis. de privil. Paulus* etiam dicit, quòd opinio *Archi.* communiter ſervatur, per notata in *c. tranſmiſſa. de elec. Archi. 16. q. 2. ſuper glo.* ſummè videtur reducere opiniones ad concordantiam diſtinguendo: quòd quandoque quis conſequitur Inſtitutionem ab illo qui eſt Ordinarius loci, & habet plenam poteſtatem in re, qualis eſt Papa ubiq;, & Archiepiſcopus in ſua Provincia, & Epiſcopus in ſua Diœceſi; & tunc per ſolam Inſtitutionem abſque Inductione in poſſeſſionem competit libera Adminiſtratio. Et ſic intelliguntur notata *d. c. tranſmiſſa. et c. nõſti. de elec.* & eſt ratio, quia tales Inſtitutiones pleniorem habent authoritatem, & res & loca plenius ſubſunt eis, maximè in Spiritualibus, propter quod competit eis inſtituere; *de elec. quærelam.* & ideo efficacior eſt eorum Inſtitutio & Intitulatio per eandem, nam non exigitur ulteriùs conſiventia vel aſſenſus alterius. Ubi verò inſtituit ille, qui non eſt Ordinarius loci, tunc per ſolam Inſtitutionem ſine Inductione in poſſeſſionem non acquiritur jus adminiſtrandi, ſed requiritur alterius Superioris, puta Diœceſani, qui præeſt Curæ & Regimini, Conniventia & Aſſenſus: & ita poteſt intelligi alia opinio, ut *d. c. Paſtoralis.* Et hæc diſtinctio eſt ſatis æqua, ſecundùm *Dominicum*, qui dicit, quòd primum membrum eſt verum, quando Beneficium vacat quoad poſſeſſionem; aliàs autem ſi non eſſet vacans, non poſſet propriâ auctoritate intrare, per *c. licet. de Præben. li. 6.*

Quæſtio.

a *Modo ſimili.* Sicut *ſuprà* dictum eſt de Principali.

b *Subjaceat.* Sc. Procurator.

c *Si verò.* Vers.

d *Laicus.* Qui poteſt eſſe Procurator in Cauſis Spiritualibus, *de procura. c. 1. li. 6.*

e *Forma Juris.* Monitione Canonicâ præmiſſâ. *de ſen. Excom. c. ſacro. & ex. ti. c. conſtitutionem. li. 6.*

f *Dominus autem.* Quarta pars.

g *Citetur.* Secundùm formam; de qua dicũ *ſuprà. de judi. & quidam ruralium. & ſeq. ver. de fratrum noſtrorum.* vel de hoc dic ut notatur *Extra. ut lit. non conte. quoniam frequenter. §. porro. ver. Canonibus. pin. Ber.*

h *Comparens.* Per ſe, vel Procuratorem idoneum.

i *Cujuſcunque.* Sc. Clerici, vel Laici.

k *In hac parte.* i. e. In hac Intruſione.

l *Prælibatis. Suprà. eo. §. ſtatuimus.*

m *Si verò.* Vers.

n *Trium menſium.* Contra hoc opponitur *d. c. ex tua. de Cler. non reſi.* ubi datur ſpacium ſex Menſium. Sed illud loquitur in eo de cujus Titulo conſtat, & ad cujus ptivationem procedit ratione non reſidentiæ. Sed hic loquitur de eo, de cujus Titulo non conſtat, quia nõllum habet, vel minus validum; & ideo cùm majus imminear periculum, contra talem cautius eſt agendum. *de elec. c. ubi periculum. li. 6.*

o *Innodetur.* Per Sententiam.

p *Sacrilegio.* Quod commiſit intrudendo ſe in tale Beneficium.

q *Inobedientiam.* i. e. Contumaciam, non parendo Citationi ſibi factæ.

r *Si verò fuerit.* Vers.

ſ *Vocatum.* i. e. Citatum.

t *Tranſmarinas.* Quæ ſc. ſunt arbitrariæ, conſiderato loco in quo dicitur eſſe, & ejus diſtantia, ſecundùm quod notat *Ber. Extra. ut lite non conteſt. c. quoniam frequenter. ver. Canonibus.*

u *Eccleſia.* Scilicet Parochialis.

x *Præbenda.* Supple, habens Curam annexam, ut patet *in prin.*

y *Interdicto.* Unde in tali Eccleſia Specialiter interdicta non poſſunt celebrari Divina, ſervatâ formâ *c. alma. §. adjecimus. de ſen. Excom. li. 6.* Quia *Decr. Alma.* loquitur quando locus eſt interdictus, & tale votatur Interdictum Generale. *de pa. et re. c. quod in te. §. 1. li. 6. de verb. ſig. c. cum in partibus.* Poteſt tamen Sacramentum Baptiſmi in tali Eccleſia conferri, quia à quovis Interdicto Baptiſmus eſt exceptus. *de ſen. Excom. c. quoniam. li. 6.* Sic notat *Jo. Calderini*, in Tractatu ſuo *de Interdicto Eccleſiaſtico. §. 2. ver. per prædicta. et ver. ſequenti.*

z *Fautores.* Quinta pars.

a *Editos. Suprà. §. ſtatuimus.*

b *Annotatis. Suprà. §. ſi verò.*

c *Intrudentium.* Active loquitur, non de his qui intruſi ſunt, ſed de Laicis, vel aliis tales per ſuam potentiam intrudentibus.

d *Unum menſem.* Scilicet à tempore Monitionis ſibi ſuper hoc factæ.

e *Non ſatisfecerint.* Sc. Parti per hoc læſæ.

f *Interdicto.* Sed ſi hujuſmodi ſententia Interdicti lata ſit in aliquem locum per inferiorem Ordinario, nunquid ligat proferentem vel ipſo majorem? *Jo. Cal.* in Tractatu ſuo prædicto, *§. quinto. verſ. hic tamen occurrit.* dicit ſe credere, qd Superior, vel ipſa proferens ſententiam Interdicti violans illam, eſt Irregularis, quia hac Irregularitate ligatur à Canone. *de ſen. Excom. Is qui. li. 6.* cui ſubeſt *de conſti. c. 1. & ulti.* Et proferens hujuſmodi Interdictum, ſi illud non ſervat, non reddit alios excuſabiles ſi illud non ſervent, licèt videatur poſſe dici contrarium. *Ar. decre. petiſtis. de privil.* Sed illa *Decretalis* loquitur, cùm is pro quo, & ad cujus querelam, & ad cujus favorem latum eſt, illud non ſervat: qd non eſt ad alium caſum extendendum, cùm videatur per modum Privilegii licèt corpore Juris clauſi emanaſſe, ut colligi poteſt ex ibi notatis per *Inno.* & *Hoſti.* Quòd autem Juris Privilegia caſus ſuos non extendant, patet *de privil. Sanè.* etiamſi ſint corpore Juris clauſa, ut ibi notat *Hoſti.* Ex quibus ſequitur, qd proferens Interdictum, & illud non ſervans, poſtea celebrans eſt Irregularis, & per conſequens alii non excuſantur. Licèt enim mala Superioris trahantur frequenter à Subditis in Exemplum, *de voto. c. magna.* non tamen Subditi propter hoc excuſantur à pœna Juris. *16. q. 1. in Canonibus. de tempo. ordi. dilectus. de exceſ. Præla. tanta.* Sed nunquid proferens non ſervando Interdictum per ſe latum videatur illud relaxare? Dic, quòd ſi proferens dicat ſe hoc intendere, tunc nec ipſe nec Subditi ſunt Irregulares; quia ſublato principali, ceſſant omnia acceſſoria. *C. de legi. l. non dubium. qui lite non cont. accedens. in fi. Be ni. v. tun. c. 2. cum*

cum similibus, maximè cùm relaxatio Interdicti non habeat cerram formam, ut dixi *supra. de hæreti. c.* 1. §. *præterea. ver. Furis forma.* Et ad hoc facit qd notat *Jo. An. in Clc.* 1. *de decimis. in gio. sic suspensi.* Si tamen proferens hoc non dixit, sed mente solùm hoc intendebat; tunc tam ipse, quàm alii subditi id non servantes, sunt Irregulares, quia sicut verbaliter Sententia erat lata, ita & verbis est relaxanda. ff. *de Reg. Juris. l. nihil.* Et hoc verum præterquam in Papa, qui non subjacet legibus. ff. *de legi. l. princeps.* Unde si in mente gerat quodvis Interdictum relaxare, licèt verbo non exprimat, postea ibi celebrantes non erunt Irregulares. Sed hoc casu si ignorantes celebrarent animo violandi Interdictum, graviter peccarent. 22. *q.* 2. *homines. et c. seq. in fi.* Hæc notat *Jo. Cal. in tractatu præal. §. quinto. ver. sed nunquid.*

a *Si verò.* Sexta pars.
b *Eas.* Sc. intrusiones.
c *Competens.* Arbitrio sc. Episcopi moderandum.
d *Alioquin.* Si hoc non faciat.
e *Illa Diœcesi.* In qua talis Intrusio facta est, ut sequitur.
f *Secundùm formam.* Quam habes *supra. c.* 1.
g *Si verò per alium.* Septima pars.
h *Magnatem.* Utpurà, Ducem, Comitem, vel Baronem.
i *Potestatem.* Magistratum viz. qui Jurisdictioni Sæculari præest.
k *Superius. Sc.* in *c.* 1.
l *Et si.* Vers.
m *Sententias.* Excommunicationis & Interdicti.
n *Propter hoc.* i. e. Propter talem Intrusionem.
o *Diœcesanum.* Sc. Illius Diœceseos in quo sunt ipsæ terræ.
p *Injuria.* Quoad Intrusionem.
q *Inobedientia.* Quoad Monitionem.
r *Contemptu.* Quem talis incurrit respectu Auctoritatis Judiciariæ.

[a]Si verò hujusmodi intrusiones factæ fuerint ex Regia potestate, per loci Diœcesanũ moneatur Dominus Rex, [b]qd eas faciet infra tempus [c]competens revocari; [d]alioquin terræ & loca, quæ Dominus Rex habet in [e]illa Diœcesi in qua facta fuerit intrusio, Ecclesiastico supponantur Interdicto [f]secundũ formam superiùs annotatã. [g]Si verò per alium [h]Magnatẽ seu [i]Potestatem fiat talis intrusio, per Interdicti & Excommunicationis Sententias (ut [k]superius) arceatur; [l]& si per duos menses hujusmodi [m]sententias sustinuerit [n]propter hoc in se latas, extunc terræ & loca, quæ obtinet in alia Diœcesi, per loci [o]Diœcesanum Ecclesiastico Interdicto supponantur, nec relaxentur Sententiæ præfatæ, donec de [p]injuria, [q]inobedientia, ac [r]contemptu satisfecerit competenter.

Punientes Clericos tonsuram gerentes Censuræ Ecclesiasticæ subjiciantur. Idem.

[f]SI aliqui Clerici per Laicalem potestatem [t]capti fuerint, [u]Tonsuram & [x]Clericatum habentes, si [y]tempore medio abrasi [z]malitiosè fuerīt & [a]suspensi, aut alio modo [b]puniti, abradentes vel suspenden-

s *Injuriam.* Quæ est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & habet duo dicta. In primo ordinat pœnam contra Laicos, capientes Clericos incedentes in Tonsura & habitu Clericali, eosq; punientes. In secundo ibi, *Foris Bannientes*, extendit easdem pœnas ad foris bannientes eosdem. *Divisio.*
t *Capti fuerint.* Quod qualiter licèat, dixi *supra. de for. competen. c.* 1. *ver. deprehensi.*
u *Tonsuram.* Quæ consistit in præscisione Capillorum supra aures, ut dixi *supra. de offi. ordi. c.* 2. *ver. coronam.*
x *Clericatum.* i.e. Ordinem qui dicitur Psalmistatus; vel aliàs Prima Tonsura. *de ætat. & quali. c. cum contingat.*
y *Tempore medio.* Scilicet dum sunt in custodia Laicæ potestatis.
z *Malitiosè.* Malitia apparebit, quando non subest ex parte ipsorum Clericorum utilitas vel necessitas abradendi.
a *Suspensi.* Ad mortem.
b *Puniti.* Prout factum vario modo se habere posset.
c *Eosdem.* Scilicet Clericos.
d *Supradictis.* Scil. Excommunicationis & Interdicti, de quibus habetur *supra. eo. c.* 1.
e *Foris bannientes.* Secunda pars.
f *Pœnis.* Sic igitur non eisdem; cùm nihil est id cui est simile. ff. *si mensor fal. mo. dix. l.* 1. §. *hæc actio. ff. depositi. l. quod Nerva.* Sed potest dici, quòd pœna dici poterit eadem specie, sed non erit eadem numero.

[s]EVenit, & *infrà.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & habet tria dicta. In primo ponit Statutum. In secundo ibi, *Impedientes*, contra impedientes remedium adjicit. In tertio ibi, *Et si.* contra Judices Sæculares, in ea parte malignantes, de pœna infligenda disponit.

tes, aut alio modo punientes [c]eosdem, & ad hoc consiliũ vel auxilium impendentes, pœnis subjaceant [d]supradictis. [e]Foris verò Bannientes hujusmodi Clericos similibus [f]pœnis percellantur.

Laici ad exsolvendum pœnas Canonicas per Excommunicationis Sententiam compellantur. Impedientes, & Districtiones Prælatorum procurantes eâdem innodentur. Idem.

[g]EVenit, [h]*& infrà.* Statuimus, qd Laici ad exsolvendũ quaslibet pœnas tam [i]corporales quàm [k]pecuniarias [l]Canonicas, per Prælatos suos eis inflictas, [m]præcisè per Excommunicationis Sententiam [n]compellantur. [o]Impedientes verò nè [p]pœnæ hujusmodi exsolvantur, per Interdicti & Excommunicationis Sententias arceantur: [q]& si [r]propter hoc ad Districtiones [s]Prælatorũ processũ † [t]extiterit, contra distringentes per pœnas in ea parte [u]dictatas procedatur.

De Carceribus Episcoporum, & coercendis Clericorum flagitiis. Idem.

[x]ITem Statuimus, qd quilibet Episcopus habeat in suo [y]Episcopatu unum [z]vel duos [a]Carceres ad Clericos flagi-

g *Venit.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens; & habet tria dicta. In primo ponit Statutum, in secundo ibi, *Impedientes*, contra impedientes remedium adjicit. In tertio ibi, *Et si.* contra Judices Sæculares, in ea parte malignantes, de pœna infligenda disponit.
h *Et infrà.* Hìc deciditur Causa movens sive impellens ad editionem hujus Statuti, & est pars hujus *supra. de jurejur. c. evenit.*
i *Corporales.* Quales sunt Intrusio in Monasteriũ. 81. *dis. dictum. et c. si quis Clericus.* 16. *q.* 6. *de lapsi. Extra. de pœ. c. tuæ.* Item Incarceratio. *de depos. c. gravis, de Apostat. c. à nobis.* Item verberatio. 5. *q.* 5. *illi.* 6. *q.* 1. §. *verum, in fi.* 4. *q.* 3. §. *Item in criminali.* 23. *q.* 5. *circumcelliones.* Item Characteris impressio. *Extra. de crimi. fal. ad audientiam.* Et aliæ hujusmodi, de quibus notatur *eo. ti.* §. *quot sunt species. per Hostì. in summ.*
k *Pecuniarias.* Quas, quando, & cui licet infligere, notatur *de offi. ordi.* §. *quid pertinet. ver. debet etiam punire. per Hostien. in summa.* Et de hac materia dixi *supra. de offi. Archi. c. eisdem. ver. pœna Canonica. & de immuni. Eccle. c. accidit novitate perversa. ver. licet. & ver. pecuniarias.*
l *Canonicas.* i. e. Quas approbant sacri Canones.
m *Præcisè.* Id est, simpliciter.
n *Compellantur.* Sed quæro, nunquid pœna corporalis alicui possit commutari in aliam, viz. pecuniariam? Quidam, ut *Goffre.* dicunt qd non: quia res puniri non debent pro delictis. *Auth. de man. princi.* §. *oportet. Colla.* 3. 16. *q.* 6. *illud.* Casualiter tamen pœna in personam inferenda convertitur in pecuniariam. *Extra. de rapto. in Archiepiscopatu. de. judic. c. postulasti.* Tu de hoc die ut dixi *supra. de immunit. Eccle. c. accidit. verb. justè poterunt.* Quomodo autem pœna pecuniaria potest commutari in corporalem pœnam, notat *Hostien. in summa. eodem titu.* §. *quot sunt. ver. ultimò dicendum.* viz. quando puniendi sunt inopes. Nam hoc regulare est, quòd qui non luit in Bursa, luet in corpore. 12. *q.* 2. *fraternitas.* 14. *q.* 6. *si res aliena.* *Quæstio.* † *al.* fuerit.
o *Impedientes.* Secunda pars.
p *Pœnæ hujusmodi.* Sc. corporales, vel pecuniariæ.
q *Et si.* Tertia pars.
r *Propter hoc.* i. e. Propter infligentem vel levationem hujusmodi pœnarum. Vel dic, *propter hoc*; i. e. propter fulminationem hujusmodi Censurarum.
s *Prælatorum.* i. e. Majorum vel Minorum. Et hæc Constitutio in non Prælatis, non habet locum, ut patet in integra.
t *Extiterit.* Per Judices Sæculares.
u *Dictatas. Supra. eo. c.* 1.

x *Item Statuimus.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & habet tria dicta. In primo ponit Statutum in genere de Carceribus habendis. In secundo ibi, *Et si*, docet de his qui perpetuis Carceribus mancipandi sunt. In tertio ibi, *In illis*, docet de his cum quibus mitius est agendum. *Divisio.*
y *Episcopatu.* i.e. Diœcesi: vel potes intelligere vocabulum, *Episcopatus*, plus continere quàm vocabulum, *Diœcesis. Episcopatus* namque vocabulo continetur omnis locus suæ Jurisdictioni subjectus, etiamsi extra suam Diœcesim fuerit. Episcopatus *plus comprehendit quã* Diœcesis.
z *Vel duos.* Secundùm amplitudinem suæ Diœceseos.
a *Carceres.* Quos potest habere Ecclesia. 17. *q.* 4. *attendendum. in fi. de Apostat. à nobis. de hæreti. ut inquisitionis.* 1. *responso. li.* 6. *et in Clem.* 1. §. *sanè. de hæreticis.*

a *Deprehenſos.* Sive per Judicem Eccleſiaſticum, ſive Sæcularem, in caſu quo poſſint capi per Laicos. Pro quo vide quæ ſcripſi *ſuprà. de ſo. compe. c. 1. ver. deprehenſi.* Qd autē talis deprehenſio non ſufficiat ad condemnationē, legitur & notatur *de judiciis. c. cū non ab homine.*

b *Convictos.* Etiam coram Judice Sæculari, licēt talis Convictio non ſufficiat; ſicut legitur *de judi. c. at ſi Clerici.* & dixi *ſuprà. de purga. Canonica. c. Clerici.*

c *Cenſuram Canonicam.* Nota, qd in hoc loco Cenſura non ſumitur prout ſignificat Suſpenſionem, Excommunicationem, vel Interdictum, & ſic pœnam Spiritualem; ſed prout ſignificat pœnam Temporalem, & idem eſt qd Severitas Canonica. *Extra. eo. c. in quibuſdam.* Propriè tamen Cenſura Eccleſiaſtica eſt circa Spiritualem pœnam. *de verb. ſig. c. quærenti.* Severitas Eccleſiaſtica circa Temporalem pœnam: ut *d. c. in quibuſdā.* Animadverſio Eccleſiaſtica circa Degradationem, & Curiæ Sæculari traditionem; prout hæc notantur per *Archi. de exceptio. c. ſi. glo. ulti. li. 6.*

d *Detinendos.* Non dicit, *puniendos.* Regulare namq; eſt, quòd Carceres deputentur ad Cuſtodiam, non ad pœnam. ff. *de pœ. l. aut facta.* §. *ſolent. et eo. ti. c. quamvis. li. 6.* Poteſt tamen Clericus pro ſuis demeritis addici perpetuis carceribus, ut ibi dicitur.

e *Et ſi.* Secunda pars.

f *Incorrigibilis.* Quia revertitur ad priora delicta, vel in eis perſeverat, vel ter monitus non deſiſtit. Sic ſentire videtur *Fo. An. de judi. c. cum non ab homine.* & concordat ibi *Anto. de Butrio.*

g *Conſuetus.* Hæc Conſuetudo probatur ex iteratione delicti. *C. de Epiſco. audi. l. 3.*

Facinus et Flagitium differunt. † Al's. Actum. priora.

h *Flagitia.* Quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus proprium, *flagitium* dicitur. Sed quicquid agit ut noceat alteri, *facinus* dicitur. Et hæc ſunt duo genera omnium peccatorum: ſed Flagitia † pejora ſunt quæ corrumpunt animum, & per ea ad Facinora perveniturr. Sunt enim Flagitia in dictis vel cogitationibus, ſed facinora in factis, ſecundùm *Archid.* qui ſic notat 32. q. 7. *flagitia.*

i *Supplicium.* i. e. Mortem. ff. *de pœ. l. ulti.*

k *Talis Clericus.* Scilicet Flagitioſus.

l *Perpetuo carceri. Concor. eo. ti. c. quamvis. li. 6.* Sed hic quæro, quare Jus Canonicum permittit Carcerem perpetuum, cum ſecus ſit de Jure Civili? ut notat *Fo. An. dicto c. quamvis. ver. naſcatur.* Dic quòd ratio eſt, quia *Deus non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. 3. q. 4. hi qui. 23. q. 8. à quibus. Auth. ut non luxurientur homines contra naturam. in prin. Colla. 6.* Sed Jura Civilia loco hujuſmodi Carcerum imponunt pœnam mortis, ut notat *Fo. An. dicto cap. quamvis. glo. 2.*

m *Adjudicetur.* Supple, non ſolùm per Epiſcopum, ſed per quemcunque qui Juriſdictioni præeſt, & delicta punire poteſt, ſicut notat *Fo. An. d. c. quamvis. ver. tibi. li. 6.* Et hic adverte, quòd contra Clericum flagitiis deditum limitatur modus procedendi. *Extra. de judi. c. cum non ab homine.* Primò enim talis Clericus, poſtquam fuerit de crimine, propter quod debet deponi, legitimè convictus, hoc eſt, coram Judice ſuo Eccleſiaſtico, per ipſum Judicem Eccleſiaſticum deponi debet. Qui ſic depoſitus, ſi fuerit incorrigibilis, ſecundùm ea quæ leguntur in dicto *capit. cum non ab homine.* debet Excommunicari abſque Solennitate, ſecundùm *Hoſtien.* ibi. Et demùm, creſcente Contumaciā, Excommunicari debet ſolenniter Candelis accenſis. Poſtmodum verò ſi ſic correctus non fuerit, deprimendus erit per poteſtatem Sæcularem, hoc eſt, dimittendus erit judicio Sæcularis poteſtatis, tanquam exutus privilegio Clericali, ut Judex Sæcularis talem puniat ſecundùm Leges ſuas. Hic tamen poſt incorrigibilitatem non proceditur ad Excommunicationem, ſed ad perpetuam incarcerationem. Quod ſanè intelligas, videlicet quando qualitas negotii & gravitas ſceleris hoc expoſcit. Ad effectum namque perpetuæ incarcerationis plura ponderari debent, videlicet qualitas, exceſſus, & perſonæ, cum cæteris circumſtantiis per diſcretum Judicem ponderandis; ſicut patet in dicto *capit. quamvis. eo. tit. li. 6.*

Quæſtio. Sed quæro, nunquid Laicus poteſt incarcerari per Judicem Eccleſiaſticum pro Eccleſiaſtico crimine, vel alias puniri ultra cenſuras Eccleſiæ, vel alias Spirituales pœnas? Quòd non, facit Juriſdictionum diſtinctio. 10. *di. quoniam. 96. di. cum ad verum. de judi. novit. in prin.* Item quoad Laicos uti debet Ordinarius Eccleſiaſtica Cenſura: *de ſo. compe. c. ulti. li. 6.* quod Capitulum loquitur de Perjurio, quod eſt Eccleſiaſticum crimen. Et bene facit *c. cum Epiſcopus. de offi. ordi. li. 6.* ubi captio Perſonarum reſtringitur ad perſonas Eccleſiaſticas. Sic ſtat etiam *c. quamvis. præall. de ſen. Excom. c. ut famæ. de verb. ſig. c. novimus.* Ad hoc etiam faciunt Jura Civilia. *Auth. de man. princi. §. ſi non Canonicum. Coll. 3. C. de ſacroſan. Ec. l. placet.* Ex quibus apparet, qd per Eccleſiaſticum & per Sæcularem Judicem procedi debet. Ad oppoſitum facit: quia qualitas delicti facit talem Laicum eſſe de Foro Eccleſiæ. *C. de Epi. & Cler. Auth. Item nulla. Extra. de ſo. compe. c. cum ſit. & c. ex tenore.* Item *c. 1. eo. ti.* non diſtinguit inter Clericos & Laicos quoad invocationem brachii Sæcularis in Cauſis Eccleſiaſticis. Facit etiam ad hanc partem de *pœnis. c. ſalicis. ad ſi. li. 6.* Et iſtam partem teneas pro conſtanti in cauſa Hæreſeos, ſicut patet *de hæreticis. c. ut commiſſi. li. 6. & c. ut inquiſitionis. eo. li.* apertiùs tamen *eo. ti. in Clem.* In aliis autem Cauſis non licet Judici Eccleſiaſtico Laicum pro Cauſa Spirituali incarcerare, ut notat *Fo. An. in addi. ad Specu. de offi. ordi. ſuper Rubrica 29.*

n *In Illis.* Tertia pars.

o *Voluntate.* Quæ conſideranda eſt in maleficiis. *de ſen. Excom. c. cum voluntate.*

p *Caſu fortuito.* Quem allegans an debeat probare illum ſine culpa ſua accidiſſe, vel Adverſarius culpam probabit, nota ff. *locati. l. ſi quis fundum. §. imperator. in glo.*

q *Iracundia.* i. e. Ex calore Iracundiæ. Tale enim factum vel dictum non ponderatur, niſi perſeverantia animi adſit, ff. *de re. jur. l. quicquid calore.* & iracundiæ inconſultæ parcendum eſt. 2. q. 3. *ſi quem. §. 1. de re judi. cum te. glo. ſi.* Quod dic ut notatur de maledicis, *c. 1. per Ber. & alios.* Et quòd Iracundia excuſat à culpa & à delicto, & contractum reſcindit, habes ff. *de divor. & repu. l. 3. cum glo.*

r *Inſania.* Quia furioſi ſunt. Talium enim non dicitur eſſe voluntas. ff. *de re. jur. l. furioſi. & concur. de homici. c. 1. in Cle.*

ſ *Commiſerint.* i. e. Deliquerint.

t *Antiqua Jura.* Quæ ſparſim ponuntur in variis Titulis, in quibus agitur de delictis & exceſſibus Clericorum, qui forſan non delinquunt ſcienter, nec ex propoſito.

Cum Monialibus inceſtum committentes Excommunicantur, abſolvendi niſi in mortis articulo à ſolo Epiſcopo, cui etiam conſiteantur, ſi mortis periculum evaſerint.

Johannes Peccham.

u TAntum invaluit deteſtandæ x lubricitatis y enormitas, ut quidam nec z Legibus, nec a Canonibus ad b Caſtitatem Sanctimonialium miſerint, c antiquā Jura Decernimus obſervari.

Dicitur.

u *Tantum invaluit.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham,* & habet duo dicta. In primo ponit cauſam Statuendi. In ſecundo ibi, *Cui horrendo,* procedit ad Staturum.

x *Lubricitatis.* i. e. Laſciviæ. 12. *q. 1. omnis ætas. per Archid. Lubricus* enim dicitur levis, vitioſus, vanus, frivolus, ineptus, laſcivus, luxurioſus, defluens.

y *Enormitas.* Enorme enim eſt peccatum Luxuriæ, & enormius aliis peccatis quadruplici conſideratione, Primò conſideratione libidinoſi ardoris, qui eſt in hoc peccato, ſecundùm quam Anima copulatur Carni. Et hoc modo accipitur illa *glo. 1. ad Corinth. 7.* quæ dicit, quòd ardor libidinis, quo nec ulla major eſt voluptas corporis, animum ſuum tenet. Secundò conſideratione generalitatis, & ſecundùm hoc intelligitur Auctoritas *Iſidori,* qd magis per carnis luxuriam Humanum genus ſubditur Diabolo quàm per aliquod aliud peccatum. Unde iſtud peccatum comparatur Sagenæ Diaboli. *Habacuc. 1. & Eccleſiaſtici 7.* Nam ſicut in Sagena magni & parvi Piſces capiuntur, ita & iſto peccato magni & parvi detinentur; juxta illud *Pſal. Non eſt qui ſe abſcondet a calore ejus.* Tertiò conſideratione fœditatis, quia fœdius eſt inter omnia alia peccata, & majorem fœditatem etiam quantum ad famam reddit in homine. Propterea dicit *Greg.* qd hoc peccatum eſt minoris culpæ, & majoris infamiæ. Quartò conſideratione duplicis tentationis, ſcil. Diaboli, & Carnis, quod non eſt in aliis peccatis Spiritualibus. Et licēt duplex tentatio poſſit eſſe in peccato Gulæ, non tamen eſt ita vehemens. Scias tamen, quòd licēt iſtud peccatum excedat alia in iſtis conditionibus, minus tamen eſt ſimpliciter in genere, & minori pœna dignum eſt peccatis Spiritualibus.

z *Legibus.* Civilibus ſc. *C. de Epi. & Cler. l. ſi quis non dicam.*

a *Canonibus.* 21. *di. quamvis. 27. q. 5. c. 1. & 2. 26. di. acutius. de ſta. Mon. c. periculoſo. li. 6. & eo. ti. c. attendentes. in Cle.*

b *Caſtitatem.* Quæ æquiparatur Virginitati. *de æta. & quali. c. à multis.* Et hæc ſola potens eſt Deo animas hominum repræſentare. *Auth. de lenonibus. §. ſancimus. Colla. 3. & in proœmio Decre. ver. pudicos.* Et magis requiritur in Fœminis quam in Maſculis. ff.

de

de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio. per ac. de bigamis. c. debitum. (per Ber.

excitandam editis, deferentes, [a]cum eis [b]Sacrilegium, & [c]inceſtum committere non formidant, [d]çui horrendo flagitio remedium apponere cupientes, omnes tam Clericos quàm Laicos hujuſmodi turpitudinis perpetratores majoris Excommunicationis Sententiâ innodamus. Solis Epiſcoporum hujuſmodi perſonis abſolutionẽ Sententiæ reſervantes, excepto [e]mortis articulo, in quo abſolvi valeant à quolibet Sacerdote; ſic ſut ſi [g]convaluerint, peccatũ ſuũ hujuſmodi teneantur ſub pœna [h]Anathematis infra ſpatium [i]trium menſium [k]propriis Epiſcopis confiteri, aut Sede Epiſcopali vacante [l]Cuſtodi Spiritualitatis, aut Decano Eccleſiæ Cathedralis.

a *Cum eis.* Sc. Monialibus.

b *Sacrilegium. 27. q. 1. virginibus.*

c *Inceſtum. 27. di. virgines.*

d *Cui horrendo.* Secunda pars.

e *Mortis articulo.* Iſte caſus ſemper excipitur, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. de offi. ordi. c. paſtoralis. ver. in morte. per Bern.*

f *Ut ſi.* Importat conditionem. Nam hæc conditio, *ut*, quando jungitur huic dictioni, *ſi*, facit conditionem. ff. *de acquiſ. l. qui abſenti. §. 1.* Item quando miſcetur cum abſolutivis abſolutis; ut *l. ſi ego. §. 1. ff. de jure do. & no. ff. de ſolu. l. ſub conditione. ver. venio ad ſecundam. per Bart.* Vel dic, *ut*, i.e. *quòd*, & ſic ponitur *27. q. 1. c. 1. ver. ut. per Archid.* & tunc eſt nova Clauſula.

g *Convaluerint.* Committentes hujuſmodi Sacrilegium.

h *Anathematis.* i.e. Solennis Excommunicationis.

i *Trium menſium.* Numerandorum à tempore convaleſcentiæ.

k *Propriis Epiſcopis.* Si tamen Epiſcopus aditus alium ſibi deputaverit vice ſuâ, ſufficit; quia licet non ſit in poteſtate ſic peccantis ſubterfugere ſuum Epiſcopum, quin ipſum adeat, per hoc tamen non prohibetur Epiſcopus alium, qui ſuam confeſſionem audiat, deputare.

l *Cuſtodi Spiritualitatis.* Loquitur ſecundùm conſuetudinem Provinciæ, ſecundùm quam Archiepiſcopus vacante Sede deputat Cuſtodem Spiritualitatis; vel loquitur ſecundùm compoſitionem inter Archiepiſcopum & Eccleſias Cathedrales initam, prout inter *Bonifacium* (qui fuit Author Conſtitutionum præcedentium) & diverſas Eccleſias Cathedrales ſuæ Provinciæ, variæ compoſitiones in ea parte factæ ſunt, viz. inter *Londin. Sarisbur. Lincoln. Norwicen. Wigorn.* & alias ſuæ Provinciæ Eccleſias Cathedrales; in quarum compoſitionum forma Pœnitentiarum, de quibus hic cavetur, impoſitio forſan pertinet ad Cuſtodem de quo hìc loquitur, vel aliàs ad Decanum ipſius Eccleſiæ Cathedralis, ut ſtatim ſequitur in fine ibì, *aut Decano &c.* Vel hoc qd dicit, *de Decano &c.* intellige de his qui ſunt ſui Subditi, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *infrà. ti. proxi. c. 1.*

m QUoniam. Hæc Conſtitutio aſcribitur *Jo. Stratford*, non tamen continetur inter eas, quarũ Prœmiũ incipit, *Sponſam Chriſti*, & habet tres partes. In prima ſtatuit circa pœnas pecuniarias non recipiendas pro peccato notorio continuato. In ſecunda ibi, *in commutationibus*, ſtatuit circa commutationes pœnarũ corporalium in pecuniarias non faciendas ſine magna cauſa. In tertia ibi, *ſed commutationes*, ponit ſuper hoc moderationem.

Diviſio.

n *Delicto Notorio.* Quod ſit tribus modis, ſc. facti evidentia, confeſſione propria, & judicialì Sententia. *Extra. de cohabi. Cle. et mul. c. veſtra.* Et nota, qd Fornicator notorius poteſt dici aliquis, eo ipſo qd tenet mulierem publicè in domo & in menſa: & talis poteſt dici notorius Fornicator †notorio facti actu permanentis, &, ſecundùm quoſdam, ſi celebret, eſt Irregularis. Dicit tamen *Jo. de Li.* qd ad effectum, ut talis notoriè peccans incidat in pœnam Irregularitatis, opus eſt ut præcedat Monitio Judicis ut deſiſtat: allegat ad hoc *de cohabi. Cleri. et mul. c. ſicut.* & duobus *cap.* ſequentibus. Et *Notorium* in genere ſic deſcribitur: Notorium eſt Probatio indubitata & finita, nullâ diſcuſſione egens. *Probatio* in hac Definitione ponitur ut Genus. Dicitur *indubitata & finita*, ad differentiam aliarum Probationum, quia Notorium eſt Probatio probata; aliæ autem Probationes ſunt probantes. *Indubitata* dicitur, quia ut dicatur *Notorium*, oportet ibi dare gradum ultimum, ſc. fidei. Ubi ſciendum, qd ad habendum fidem ſive credulitatem ſuper re aliqua, eſt dare plures gradus perveniendi ad certitudinem talis rei. Primus gradus eſt Dubitatio, quia animus modò tirubat in unam partem, modò in aliam partem, nec vehementer plus applicat animum ad unam partem quàm ad aliam, & in hoc nullus eſt gradus Probationis, ut dicit *Bart. ff. de jur. et facti ignor. ſuper Rubrica.* Ad hanc autem Dubitationem Sapientis animus non movetur, ad cujus animum & non ad Inſipientis recurrendum eſt. *Extra. de falſ. c. fi.* Hæc autem Dubitatio eſt principium inveſtigationis certitudinis & fidei; poſt hanc Judex incipit inclinare animum ad aliquam partium, non tamen vehementer, & hæc vocatur Suſpicio, ad quam deducitur Judex quandoque argumentis. *Extra. de proba. c. cauſam. ff. de proba. l.* Argumentum namq; eſt rei dubiæ oſtenſio in gradu materiæ ſubjectæ poſſibili; & hoc contingit dupliciter. Uno modo quando Argumentum trahitur à Senſu corporeo, & tali Argumento utitur Judex judicando. *ff. de teſti. l. 3. 4. q. 3. ſola.* Alio modo quando Argumentum trahitur ex diſcurſu intellectuali in finem Scientiæ, & illud ſpectat ad Logicum; & eo quandoque utitur Judex in concludendo ex Probationibus. *C. de contraben. et commit. ten. ſtipula. l. optimam. de teſti. c. ex tenore.* Nam ſi *Titius* hodie fuit *Romæ*, ſequitur quòd hodiè non fuit in *Anglia*. Quandoque Judex incucitur ad ſuſpicandum aliquid per certa indicia, ex quibus informatur ejus animus aliquid ſuſpicari. *Extra. de proba. c. in præſentia.* Facit *glo. de proba. c. certio loco.* & Textus *de hæreti. c. Excommunicamus.* Et de iſtis Probationibus per indicia, quid operentur, notat *Specul. ti. de proba. §. videndum. ver. hic etiam.* Secundus gradus eſt Opinio; quia ex deductis ultra Dubitationem & Suſpicionem incipit opinari, & ultra Suſpicionem applicat animum ad unam partem, non tamen abſque dubitatione modica: ut patet *ff. de jureju. l. admonendi. Extra. de jureju. c. fi.* Hæc autem Opinio, ſi ex deductis multùm violentatur, poteſt dici Præſumptio; & talis Præſumptio, quia violentat animum Judicis, habetur in Jure pro plena Probatione, ut ex ea poſſit Judex judicare, & dicitur Præſumptio violenta. *de præſump. c. afferte. cum ſimilibus.* Sin autem ſit temeraria, rejici debet; ſi probabilis, poteſt ex ea Purgatio indici. Tertius gradus eſt fides & firma Credulitas, quando ſcilicet ex deductis coram ſe animus Judicis in tantum informatur, quòd fidem habet ejus de quo quæritur, & hæc habetur pro plena Probatione. *Extra. de teſti. ſpol. c. cum ad ſedem. 2. q. 1. in primis.* Ultra hanc tamen eſt dare quartum gradum, qui eſt certa Notitia, & hanc habet Judex ex proprio Inſtrumento naturali & immediato, rem oculis ſubjiciendo: ut *l. ſi irruptione. ff. fin. reg. Extra. de accuſ. c. cum oporteat. Nullâ diſcuſſione egens*, ideo adjicitur, ſcilicet ad differentiam aliarum Probationum, quæ diſcuſſione & examinatione egent. Hæc *Anto. d. c. veſtra. ver. venio ad ſecundum.* Et ſciendum eſt, quòd triplex eſt *Notorium*, ſcilicet Juris, Facti, & Præſumptionis. Notorium Juris, ſecundùm quoſdam, eſt ſpontanea Confeſſio, clara Probatio, juſta & irretractabilis Definitio. Primum probatur *Extra. de confeſ. c. 1.* ſecundum, *C. de re. judi. l. geſta.* tertium, *ff. de re ju. l. res judicata.* Vel Notorium Juris eſt, de quo quis condemnatus eſt, vel in Jure confeſſus: ut *c. tua. & c. fi. de cohabi. Cleri. & mul.* Iſtæ tamen Definitiones non placent *Anto. de Butrio*, qui dicit, quòd ſunt potiùs Demonſtrationes quàm Definitiones. Dicit ergo, quòd Notorium Juris eſt Probatio finita per medium in Jure facta, aut ex Facto judicialiter diſcuſſo, ſive aliàs notorie à Jure ſumpta, approbata, ficta, vel præſumpta. Eſt enim *Probatio*, ut Genus; eſt *finita*, ad differentiam Probationis, quæ proprie dicitur dum eſt in fieri, qua diſcuſſâ & judicialiter finitâ, dicitur *Notorium*, quia eſt Probatio probata. Dicitur, *per medium*, ad differentiam Notorii Facti, quod ex ſe abſque alio inſtrumento oculis hominum ſe exhibet. ſed hoc fit per medium aut Confeſſionis, aut Probationis per Teſtes vel Inſtrumenta. Dicitur, *in Jure facta*, quia ut Probatio tranſeat in Notorium, oportet quod ſit facta in Judicio. Dicitur, *ex factis judicialiter diſcuſſo*, quia ſic Notorium per Sententiam. Dicitur, *ſive aliàs notoriè*, propter Notorium Præſumptionis vel Fictionis. Dicitur, *ſumpta à Jure, approbata, ficta, vel præſumpta*, ut includatur quadruplex ſpecies Notorii Juris. Quandoque enim aliquid eſt Notoriè in Jure probatum, & Jus illud aſſumit pro perfecta Probatione, & illud dicitur Notorium Probationis ſive Fidei. Quandoque aliquid probatum in Judicio, vel confeſſatum, vel aliàs eſt factum Notorium, ut ex eo Jus ad aliud factum extendat, & hoc quandoque diſponendo, & ſic dicitur Notorium Diſpoſitionis. Nam conſtito in Judicio, quòd Terra ſive Prædium ſit infra alicujus Parochiæ limites, Jus diſponit quòd Decimæ ſpectent ad ipſius Parochiæ Eccleſiam. *de teſti. ſpol. c. ad Decimas. li. 6.* Quandoque progreditur præſumendo, & ſic vocatur Notorium Præſumptionis. Nam conſtito Notorio, qd quis teneat Fœminam in domo ſuſpectam, Jus præſumit qd eam cognoſcat, & hoc eſt Notorium Præſumptionis: item conſtito in Judicio, quòd Sponſalibus præcedentibus aliquis Sponſam cognoverit, hoc eſt Notorium Fictionis, quòd illa ſit uxor.

Delictum tribus modis fit Notorium,

† *MS. Æton.* Notorietate.

Notorii Definitio.

Pro peccato notorio, aut recidivo continuato, non recipiatur pecunia ſub pœna duplicis reſtitutionis, nec gravior pœnitentia corporalis quàm par eſt imponatur, ut pœnitens pecuniâ redimere cogatur; quam ſi redimat, non gravetur.

Johannes Stratford.

Notorium triplex.

Notorium Facti.

uxor. *de ſponſ. is qui.* Notorium Facti, ſecundùm aliquos, eſt publica ſeu famoſa vox proveniens ex evidentia rei, quæ nullâ poteſt tergiverſatione celari. *C. de nup. l. ſi vicinis.* Aliter definitur ſecundùm *Vincen.* ſic: Notorium facti eſt quod non dubitatur à populo, vel majore parte populi. Vel, Notorium Facti eſt qd quotidie viget, & in præſenti eſt publicè videre, ſecundùm *Ber.* Vel, Notorium Facti eſt, in quo fama præbet ſuum adminiculum, & ipſa rei evidentia †proteſtatur ita ſe oculis omnium vel majoris partis loci ſe exhibens, qd nullâ tergiverſatione celari poteſt, ſecundùm *Wil. in Specu. ti. de crimine notorio.* Vel, Notorium Facti eſt quoddam intellectuale & notum, ſic qd nullo poteſt tergiverſatione celari, ſecundù *Jo. Cal. An. de Butrio*, cui non placent iſtæ diſtinctiones, dicit, qd Notoriũ Facti eſt probata, & finita, & communiter indubitata probatio, immediatè naturâ facti vel rei continuè, interpolatim, aut momẽtaneè, oculis omnium aut majoris partis populi ſe exhibens, ſic qd nullâ poteſt tergiverſatione celari, utpotè, cujus univerſus populus, vel major pars ejus teſtis eſſe poteſt. Hæc Definitio, ſecundùm eum, ſumitur a Textu optimo in hac materia, viz. *c. cum dilectus. de purga. ca.* & partim à *c. tua. et c. ſi. Extra. de cohab. Cle. & mu.* & huic Definitioni *concor. Arch. de app. c. Romana §. ſin autem. ver. notorio. li. 6. & de offi. dele. c. 1. ver. exigunt. eo. li.* Et hujus Definitionis partes proſequitur *Anto. d. c. veſtra. ver. procedo ad expoſitionem.* Dicit enim ſic: Ideo in hac Definitione ponitur *Probatio probata & finita*, ad differentiam Probationis quæ diſcuſſione eget; ſed Probatio finita diſcuſſione non eget, unde eſt notorium: ideo dicitur communiter *indubitata*, quia ſi res eſſet dubia non diceretur notorium. Sed ad effectum qd dicatur notorium, ſufficit, qd attento communi curſu ſit Probatio indubitata, quanquam aliqua poſſunt allegari vel probari ex quibus obfuſcetur. In definitione etiam prædicta ideo dicitur *indubitata probatio*, ut detur Genus Definitionis, quia notoriũ eſt Species Probationis in Genere ſumptæ, ſumendo Probationem in genere prout eſt in fieri, & non in facto. *Immediatè* ideo dicitur in dicta Definitione, ut detur differentia inter Notorium Facti, qd immediatè ſumitur à facto, & Notorium Juris, qd ſumitur per mediũ aliquod inſtrumentale. Unde dicit Lex, qd Notoriũ eſt ſe exhibens oculis omnium, non indigens aliquo pediſſequo inſtrumento. ff. *de integ. reſti. l.* 1. Ideo in dicta Definitione ſubjungitur, *natura facti vel rei*, ad oſtendendum, quòd Factum Notorium ex ſe non eget probatione facti, quamvis exigat certificationem qualitatis facti, ſc. qd eſt notorium. Dicitur etiam in Definitione, *continuè, interpolatim, aut momentaneè*, ad includendum Species Notorii facti, quæ ſunt tres; ſc. facti continui, interpolati, aut momentanei. Additur in Definitione, *oculis omnium aut majoris partis ſe exhibens*, ad tollendum diſceptationem Doctorum; quorum quidam, ut *Cy. de accuſ. l. ea quidem.* tenent, quòd Notorium eſt quod eſt factum videntibus decem. *Ar. l. ſi plures. ff. de injur.* Ad quod facit: quia decem faciunt Parochiam. 10. *q.* 3. *c. unio.* Alii dicunt, quòd Notorium eſt quod factum eſt videntibus tribus, quia tot faciunt Collegium. *de elect. c.* 1. Alii dicunt, quòd Notorium eſt, quod fit tot videntibus, qd tot non poſſint in loco reperiri in contrarium. Sed hoc dictum ſimpliciter loquendo non procedit; quia ſi aliquid factum ſit coram duobus, ſic poſſet dici Notorium, cùm fortè non eſſet reperire duos informatos in contrarium: ſed intelligendo quòd tot non poſſint reperiri in contrarium, ſi omnes de Vicinia vel ipſo loco fuiſſent præſentes; tunc bene procedit illud dictum, ut viz. illud dicatur Notorium, in quo tota Vicinia vel major pars fuerit præſens, ita quòd in tota Vicinia tot non reperientur in oppoſitum quot præſentes fuerunt. Unde dicunt Jura, id eſſe Notorium, cujus univerſus populus vel major pars eſt teſtis. 2. *q.* 1. *ſcelus.* ibi, *omnibus manifeſta*, & ibi, *pene totus orbis undique ad limina referebat.* & *concor.* 2. *q.* 1. *c. de manifeſta.* & optimè, *de purga. ca. c. cum dilectus.* ibi, *cujus univerſus populus teſtis eſt.* Et faciunt ad hoc notata per *Archid. de offi. dele. c. ſi. in ver. exigunt. li. 6.* Duo itaque ſunt neceſſaria, ut quid dicatur Notorium: unum, qd univerſus populus vel major pars poſſit eſſe teſtis; aliud eſt, qd populus ſit magnus, cujus magnitudinem puto fore relinquendam arbitrio Judicis, quia non poteſt dari certa doctrina. Facit ad hoc *l.* 1. ff. *de jure delib. de offi. dele. c. de cauſis.* Unde ſufficit, quòd Judex hoc arbitretur ſecundùm quantitatem loci: verbi gratiâ, ubi factum de quo agitur concernit Provinciam, Notorium dicetur, qd tota Provincia vel ejus major pars novit: ſi reſpicit Civitatem, Notorium erit id qd ſcit tota Civitas, vel major pars: ſi reſpicit Parochiam, opus eſt qd tota Parochia, vel major pars hoc ſciat; & ſatis æquum erit arbitrium, ſufficere Parochiam eſſe de decem hominibus, ut dixit *Cy.* in Definitione prædicta. Subjungitur, *oculis omnium ſe exhibens*: In quo dicto ſumi debet Oculus pro quolibet ſenſu corporeo, de quibus legitur & notatur *Extra. de teſti. c. cauſam.* & in hoc differt à Fama; quia in probatione Famæ non exigitur majoris partis populi notitia immediata, ita qd poſſit eſſe teſtis, ſed ſufficit majorem partem populi hoc habere etiam ex auditu, & ſic per medium. In fama etiam ſufficit univerſum populum vel majorem partem eſſe teſtem, quia hoc dicit, licèt non appareat ſe fuiſſe præſentem, ita quòd immediatè ſenſu aliquo id percepit. Sed in loco Notorio oportet univerſum populum vel majorem partem eſſe teſtem, quia vidit, vel præſens fuit, vel alio ſenſu corporali immediatè id percepit. In Definitione prædicta dicitur ſic; *quod nullâ poteſt tergiverſatione celari*; hoc ideo dictum eſt, quia oportet, qd loco & tempore tali fiat, ita quòd ſit clarum, ſic qd teſtes decipi non poſſint. Unde oportet, qd locus ſit publicus, & qd fiat coràm multis aſtantibus. Et ideo, quæ occultè fiunt in domo, & quæ de facili probari non poſſunt, non ſunt Notoria. *C. de repudiis. l. conſenſu. §. ſin autem. de teſti. c. veniens. 2. de elec. c. cum dilecti.* Attendi etiam debet temporis qualitas, quia de die hoc factum eſt, & non de nocte. 18. *q.* 2. *perniciosam. ff. de pœnis. l. aut facta. de homi. ſicut dignum.* Item conſideranda eſt qualitas facti; nam tale poſſet eſſe factum, qnod etiam de nocte foret Notorium, ut in ſonitu Campanæ, ſecundùm *Jo. Cald.* qui ſic notat in dicto *c. veſtra.* Et hæc ſufficiunt ad præſens de Notorio Facti. Notorium Præſumptionis, eſt evidentia Facti à Jure vehementer præſumpta. *Bart.* dicit, quòd Notorium dicitur illud, qd habet cauſam permanentem, ut Textus probat *Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando Judex.* ubi proponere Edicta poteſt facere tranſire aliquid in Notorium, quia habet cauſam permanentem: ſed vox Præconia paucis innotescit, quia habet cauſam momentaneam. Pro hoc facit *l. ſi vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatisd. cog.* Ita notat *Bart. in l. accuſatione. §. ult. ff. ad Turpil.* Et nota, quòd Notorium, ut prædixi, deprehenditur Loco & Tempore: Loco, quando ſit coram Vicinia, vel majori parte; Tempore, quando de die, non de nocte, ſecundùm *Jo. in no. dicto c. veſtra. ver. Et eſt ſciendum, qd notorium &c.* Et circa hoc qd dixi de tempore & loco, vide *no. per Bart. in materia famæ. ff. de quæſtioni. l. de minore. §. ulti. Petrus* verò *de Ancho.* definit Notorium per hos Verſus ſequentes.

Notorium Præſumptionis.

Quæ vel nemo negat, populo vel teſte probantur,
Vel ſe ſubjiciunt oculis, Notoria dicas. *Verſus.*

Notorium Facti triplex.

Et ſcias, qd Notorium Facti eſt triplex, ſc. actus Tranſeuntis, habentis tamen rei evidentiam, ſic qd negari non poteſt; puta, ſi Epiſcopus tranſivit de una Eccleſia ad aliam, & incipit bona Eccleſiæ miniſtrare; *de tranſla. Epiſcopo. c. quanto. de Cle. non reſi. c.* 1. vel ubi aliquis occidit hominem in Platea, vel in conſpectu Populi. 2. *q.* 1. *§. autem.* Aliud eſt Notorium interpolatum, de quo pone Exemplum *de ujuris. c. cum in Diœceſ.* Eſt etiam Notorium continuum, in quo nullus ordo nec probatio requiritur; ut ſi Clericus in Carcere teneatur, quando Carceres patent oculis; vel ſi quis in domo publicè teneat Concubinam. 2. *q.* 1. *de manifeſta.* Et hoc exemplum placet *Anto.* quoad perſonam mulieris, non tamen quoad Carnalem copulam, de qua magis præſumitur, & eſt potiùs Notorium Præſumptionis quàm Facti, etiamſi habet proles gradientes ſuper terram; nam poteſt eſſe, quòd proles ſit alterius quàm illius, qui talem mulierem tenet in domo ſua: vel ſi quis contra Juramentum fidelitatis continuè proſequatur Dominum ſuum. *de elec. venerabilem. de exceſſ. Præla. gravem.* Iſtud Exemplum non placet *Anto.* quia talis proſecutio non poteſt eſſe continua, niſi aptitudine. Melius igitur Exemplum ponitur in Perjurio, de quo jurans ſe non emendat, ſecundũ eum. Si velis ſcire, qualis ordo ſit ſervandus in Notoriis, & primò an requiritur Citatio, dicit *Jo. An.* qd in quolibet Notorio poteſt procedi ſine Citatione & ſine Probationibus, nec poſtea retractatur Sententia, niſi conſter in contrarium. Sed melius eſt & rutius, ut dicit, qd fiat Citatio, niſi fortè ſcandalum vel grave periculum Reipublicæ timeatur, ſicut in mora: & ſic poteſt intelligi *de elec. bona. et c. venerabilem.* & qd requiritur Citatio, tenet *Petrus de Ancho.* dicto *c. veſtra.* quia Citatio eſt ſpecies Defenſionis, ut in *c. paſtoralis. de re. judi. in Cle.* & ille qui ſine Citatione condemnatur, videtur auferre Defenſionem, quæ eſt de Jure Naturali, qd non poteſt etiam Imperator, ut ibi patet; & ſufficit Citatio ſimplex, nec requiritur Solennitas peremptorii, ſecundùm *Anto. de Butrio*, qui etiam dicit, qd in Notoriis non requiritur Libellus ſolennis, ſicut nec in Summariis; ut in *Cle. ſi. de verb. ſig.* ſed ſufficit Factum exponi ſecundùm Formam. *de accuſ. c. qualiter & quando. §. debet.* Et hoc verum, ſecundùm eum, quando negotium concernit publicam utilitatem, & ubi agitur materia peccati. Secus tamen eſt, quando vertitur privatum intereſſe; quia tunc fiet petitio ſummaria, ſaltem verbo, quæ apud Acta ſcribatur per Notarium. Sed nunquid in Notoriis fiet Litis conteſtatio? Adverte, ſecundùm *Jo. An.* qd in Notorio Præſumptionis non eſt neceſſaria, ſed ſufficit probare Circumſtantias & Præſumptiones, licèt non probetur Factum. 32. *q.* 1. *c.* 1. In Notorio verò Actûs continui ſive permanentis non requiritur etiam litis conteſtatio, ſed poteſt in eo ſine accuſatore & teſtibus procedi. In Notorio verò Actu tranſeunte, ſi accuſatus eſt abſens & contumax, tunc ex quo Factum in judicio deducitur ut Notorium, procedetur ſine Litis conteſtatione, & alio Juris ordine. 2. *q.* 1. *manifeſta. et c. de manifeſta. & c. quæ Lotharius. de jurejur. ad noſtram.* Si verò accuſatus ſit præſens, fiet litis conteſtatio, & ſi negetur, erunt duo probanda, ſc. Factũ, & Notorietas, & ſervari debet ordo Juris. *Anto.* dicit, qd in Notoriis Facti, in caſibus quibus Judex poteſt procedere ex Officio, ſi ſic eligat procedere, non eſt neceſſaria litis conteſtatio. Ubi autem non proceditur ex Officio, ſed agitur ad commodum privatum, nec exigitur materia peccati, dicit illud idem, ſive procedatur contra abſentem ſive præſentem, & quæcunq; ſit ſpecies Notorii Facti, ſive interpolati, ſive momentanei, ſive continui; quia Jura ſimpliciter loquuntur, ut patet *de jurejur. ad noſtram. de teſt. cog. ſuper eo.* 2. *q.* 1.

Quæſtio.

de

de manifeſta. in princi. Talis namq; Ordo Judiciarius adinventus eſt ob indagandam veritatem: veritate igitur exiſtente Notoriâ, ad qd opus eſſet tali Ordine? & eſt expreſſum *de fil. Presby. c. quoniam*, idem *Anto.* in Notorio Juris, Præſumptionis, ſive Fictionis, quando ſurgit à Notorio Facti: & *concor. Fo. Cald. d. c. veſtra.* Et dicunt aliqui, qd in Notoriis contra Contumacem, lite non conteſtatâ, & alio Judiciorum ordine non ſervato, poteſt ferri Sententia ubi pœna Pecuniaria debet imponi; ſed ſecus, ſi Corporalis pœna ſit infligenda. Faciunt ad hoc notata *per Wil. de re jud. c. paſtoralis. & per Arch. in c. 1. de offi. del. li. 6. & per Fo. 2. q. 1. manifeſta.* Sed qd in Notoriis criminibus poſſit ferri Sententia contra abſentem Contumacem etiam ad pœnam Corporalem, videntur approbare *Hoſti. & Fo. An. in c. cum olim. Extra. de re. judi.* Et hoc placet *Fo. de Lig. ibi.* & probatur in *Cle. prædicta, paſtoralis*, ubi non ratione abſentiæ, ſed aliis rationibus fuit dicta Sententia reprobata; tamen de pœna corporali tractabitur de crimine læſæ Majeſtatis. Concludit igitur *Fo. An. d. c. veſtra.* quòd quamvis in Notoriis procedi poſſit, partibus præſentibus, lite conteſtatâ & ſervato ordine Judiciorum; poteſt tamen eis abſentibus procedi, lite non conteſtatâ, & Judiciorum ordine non ſervato. Omni tamen caſu requiritur Citatio, & quòd venienti exponatur factum pro quo Citatus eſt, & quòd audiatur ejus Defenſio. Et huic dicto *concor. Petrus de Ancho. d. c. veſtra. ver. ſecunda quæſtio eſt.* Et ratio eſt, quia ſi dicerемus ordinem Juris requiri in Notorio actu tranſeunte, non eſſet differentia inter delictum Notorium & non Notorium, quod tamen Jura volunt, ut patet in *d. c. ad noſtram. & c. manifeſta. cum ſimilibus.* Dicit tamen *Fo. An. poſt Inno.* quòd ſi non Citatur Reus, nec exponitur ſibi Factum, nec auditur ejus Defenſio, non tenet Sententia lata ſuper Notorio: nam ſicut in cauſis, quæ requirunt ordinem, non valet Sententia quæ fertur non cognito de cauſa: *C. de ſen. & inter om. judi. l. prolatam.* idem videtur in Notoriis, ubi etſi non omnis, aliquis tamen ordo ſervandus eſt. *ut d. c. ad noſtram. 3. de jureju. ubi de hoc.* Sed ſi audiantur conventi Allegationes, & ejus Defenſiones, non tamen admittuntur Probationes ejus: nihilominus tenet Sententia ſi eſt Notorium, & per Juditem Appellationis pronunciabitur rata; licèt ſecus ſit in cauſis plenariam cognitionem requirentibus, quia tunc non valeret Sententia, niſi ſuper Defenſionibus audirentur Probationes, ſecundùm *Anto.* Conclude itaque, quòd Parte præſente poteſt ſervari in Notoriis ordo Juris: poteſt etiam procedi eo non ſervato, contra abſentem verò & Contumacem poteſt procedi etiam ad Sententiam, quod tamen non eſt in crimine non Notorio. *l. abſentem. ff. de pœnis.* Ratio autem, quare in Notoriis opus eſt Citatione, hæc eſt: quia licèt malum non poteſt excuſari, tamen nullum eſt malum adeò evidens, quin recipiat aliquam excuſationem ſaltem coloratam, & quæ poteſt eſſe vera. Pone Exemplum: Homicida poteſt allegare, quòd fecit ad ſui Defenſionem; *de ſententia Excommunicationis. c. 3. §. ſi verò.* Tranſiens ad alium Epiſcopum poteſt dicere, quòd hoc feçit ex licentia Papæ; *de tranſla. Epiſcopo. c. ſi.* Adulter poteſt dicere, quòd ignoranter alterius uxorem cognovit, quia ſuppoſita fuit. *34. q. 2. in lectum.* & ſic de aliis. Si tamen delictum adeò ſit Notorium Judici, qd non recipiat excuſationem, tunc Judex poteſt punire exequendo, non cognoſcendo. Pone exemplum cùm delinquitur coram Judice: *C. teſti. l. nullum.* Si autem dubitas, an requiritur Probatio in Notorio? Dic quòd in Notorio Judici & aliis non requiritur Probatio: & idem, ſi delictum ſit commiſſum coram Judice ſedente pro Tribunali. *Fo.* tamen *de Lig.* dicit, quòd non refert utrum ſedeat, vel non. Ubi verò delictum, quod dicitur Notorium, non eſt commiſſum coram Judice; nunc ſi negetur, ſemper debet probari: & duo ſunt probanda, ſc. ipſum delictum, & Notorietas, ſecundùm *Fo. An.* Et hoc verum in Notorio Facti, & notatur per *Cy. in l. ea quidem. C. de accuſ. in tertia quæſt.* In Notorio verò Præſumptionis ſufficit probare Circumſtantias, ex quibus reſultat Notorium Juris, ſecundùm *Fo. An.* Hanc materiam latiùs tractat *Anto.* dicto *c. veſtra. ver. nunquid autem in notoriis.* ibi videas. Sed nunquid in Notoriis neceſſaria ſit Sententia? Dic quòd ſic: nam cùm quodlibet Notorium poteſt habere legitimas Defenſiones, ut prædixi, igitur cùm de eis Judex cognoſcit, pronunciare etiam debet, ut *l. de qua re. ff. de judi.* Sententia itaque debet eſſe illa, quæ claudere debet os Reo aliquid allegandi, nam ipſum Factum Notorium plures habet excuſationes, ut dixi. Et notatur per *Petrum de Ancharano* dicto *c. veſtra. verſ. Quarto queritur. Antonius* in hoc paſſu dicit, quòd ubi Notorium habet in ſe Sententiam Juris incluſam, quoad effectum Juris non requiritur alia Sententia; quia quando quis eſt in Notorio delicto, Irregularis eſt & Suſpenſus. Notatur *de renunc. c. viſt cum pridem, §. propter conſcientiam. de temp. ord. c. ex tenore. de cohabi. Cleri. & mul. c. ſi.* Hunc enim effectum Suſpenſionis & Irregularitatis imprimit ipſa Notorietas à principio abſque alia Sententia. Item ut quis dicatur non toleratus, ut ſic Subjecti poſſint ab eo recedere; ut dicto *c. veſtra. 32. di. §. verum.* Notorietas enim operatur hoc abſque alia ſententia. *de cohabi. Cle. & mul. c. ſicut.* In aliis verò effectibus inquirendi Facti vel exequendi, opus eſt Sententiâ, ſed non eſt opus ut feratur in ſcriptis, & cum Solennitate; de qua habetur in *c. ſi. de re judica. li. 6.* & hoc tenet *Arch. 2. q. 1. quæ Lotharius. de pœnis. c. ſalicii. ver. Pontificali. li. 6. ad ſi. glo.* ubi dicit, quòd ſufficit quædam derectio, imò ſufficit præceptum, ut notat *Archidiac.* dicto *c. quæ Lotharius. & Cy. in l. nullam. C. de his qui no. infa.* Et hoc verum in cauſa Civili, in Criminali verò non ſufficeret tale præceptum, ſicut nec in confeſſum, imò debet ſequi Sententia, ut notat *Glo. 2. q. 1. c. 1. & in l. 1. C. de confeſ. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus.* ubi videtur caſus. Poteſt tamen talis Sententia ferri in ſcriptis, ut prædixi. A tali etiam Sententia lata ſuper Notorio poteſt appellari, vel ad minus ſupplicari, & poteſt quæri de Innocentia condemnati ſuper Notorio, ſecundùm notata *Fo. An. de App. Romana. li. 6.* Et bene facit *Clem. paſtoralis. præterea*, ubi etiam poſt ſententiam datam ſuper crimine tanquam Notorio cognitum & diſcuſſum fuit, & ſententia retractata. Et ſecundùm *Petrum de Ancharano*, qui ad hoc allegat *Fo. An.* fortè poteſt dici, quòd licèt ubi appellatur ab aliis ſententiis Definitivis non ſit neceſſaria expreſſio cauſarum, *ut l. ſcio. ff. de app.* Tamen à ſententia lata ſuper Notorio non recipietur Appellatio, niſi cauſæ exprimantur in Appellatione, ut ſentit *Fo. An.* dicto *c. Romana.* Et hoc ideo, quia Appellans habet præſumptionem Juris contrariam contra ſe: ideo expreſſio cauſæ requiritur. Circa hanc materiam latiùs videre poteris notata per *Anto.* dicto *cap. c. veſtra. ver. venio ad ultimum.* qui in hoc paſſu procedit per diſtinctiones diverſas; & prædicta locum habent, quando proceditur ſuper Notorio, parte præſente. Si autem procedatur parte abſente, & Reus compareat pendente judicio ante ſententiam, audientur excuſationes ejus. *2. q. 1. Deus omnipotens.* Et ſi aliqua pœna ſit ei impoſita, vel præceptum factum in ſua abſentia, purgatâ Contumaciâ erit revocandum tanquam injuſtum vel nullum. *de re judi. cum Bertoldus.* Si autem compareat poſt ſententiam, cum ſententia teneat, factâ fide Judici de Notorio, non admitteretur ejus excuſatio nec probatio, ſecundùm *Fo. An. d. c. veſtra. prope finem.* ubi plura potes videre de hac materia. Sed optime & ultra omnes per *Antonium*, dicto *c. veſtra.* in ſolenni repetitione ejuſdem.

Quæſtio.

a *Continuato diutius.* Videtur quòd ſufficiat, ut bina vice committatur delictum ad effectum, ut dicatur continuatum. *C. de Epiſcopali audi. l. 3. ad finem.* Et hoc verum quoad recidivum, de quo hic loquitur, non tamen quoad continuationem recidivi, ubi requiritur quòd pluries recidivaverit. Et hoc intendit iſta litera, cùm dicit, *continuato diutiùs.*

b *Secundâ vice.* i. e. Secundâ recidivatione, vel quando ſecundo pro tali crimine vocatur ad correctionem.

c *Ejuſdem.* Sc. pecuniæ.

d *Cathedralis Eccleſia.* Scil. illius Diœceſeos, in qua ſit talis correctio.

e *Ac.* Repete, *ſub pœna.*

f *Ab Officio.* Scilicet exercendi vel faciendi correctiones, ut ſic puniatur in eo in quo deliquit. *de re. Eccleſ. non alienan. c. 2. ubi de hoc. glo. ſi. de jure Patro. c. paſtoralis. glo. ſi. de tranſla. Epiſco. c. quanto.*

g *Quam.* Sc. pœnam Suſpenſionis.

h *In commutationibus.* Secunda pars.

i *Corporalium.* Quarum minima major eſt quàm pœna pecuniaria. *l. in ſervorum. in fi. ff. de pœnis.* Fallit tamen hæc Regula in perſonis vilibus; *ut l. hoc opere. in fi. ff. de ope. li.* ſecundùm *Bartolum*, qui ſic notat *ff. de pœnit. lib. 2. §. fi. in fine.*

k *Pro pecunia.* Quomodo autem poſſit fieri talis commutatio, nota quæ dixi *ſuprà. eo. c. evenit. ver. compellantur.*

l *Quas.* Scil. Commutationes.

m *Urgente cauſa.* Quia magis timetur pœna pecuniaria quàm corporalis, ſecundùm ea quæ notantur *94. di. dictum. per Fo.* vel quia perſona eſt Nobilis, vel talis, cujus opinio exinde multum lædereтur, & generaret grave ſcandalum. Pro quo vitando quandoque omittitur veritas Juſtitiæ. *Extra. de no. ope. nunci. capitu. cum ex injuncto.*

a *Mulc-*

a *Moderentur.* i. e. Tali moderatione utantur.

b *Graves.* Hæc Gravitas consideranda est quadruplici respectu, sc. personæ, causæ, loci, & temporis. *de transact. c. fi. glo. penul.*

c *Publicas.* i. e. In publico faciendas.

d *Causativè.* Sicut aliàs causative Clericus compellitur recipere Ordines. *Extra. de ætat. & qualit. c. quæris. in fi. ubi de hoc.*

e *Per obliquum.* Contra regulam, quæ dicit, qd cùm quid unâ viâ prohibetur, ad id alia via non debet admitti. *de Regu. Juris. cum quid. li. 6.*

f *Cogantur.* Vereçundiâ ducti.

g *Sed commutationes.* Tertia pars. (ratè.

h *Modestè.* i. e. Modaſi *Pœnis prædictis.* Sc. restitutionis dupli infra menſem, & Suſpenſionis ab Officio ipſo facto, niſi infra illud tempus pecunia reſtituatur. Et ſcias, qd hæc pœna Suſpenſionis ab Officio non tangit Epiſcopos, cùm de eis hîc non ſit mentio ſpecialis, ſecundùm ea quæ leguntur *de ſen. Excom. c. quia periculoſum. li. 6.* niſi dicas, quòd per hoc quod dicit Litera, *locorum Ordinarii*, quod dic ut legitur & notatur *de offi. ordi. c. Ordinarii locorum. li. 6.*

bemus, locorum Ordinarii taliter [a]moderentur, quòd delinquentibus Pœnitentias corporales [b]graves & [c]publicas non imponant adeò excessivas, ut [d]causativè & [e]per obliquũ [f]cogantur redimere ſuas Pœnitentias pecuniariâ gravi Summa. [g]Sed commutationes hujuſmodi, cùm faciendæ in poſterum videantur, ſic fiant [h]modeſtè, qd rapax non judicetur accipiens, & dans ipſe nimium non gravetur, [i]ſub pœnis prædictis ſuperiùs annotatis.

De Pœnitentiis & Remiſſionibus.

In ſingulis Archidiaconatibus ſubſtituantur ab Epiſcopo viri prudentes, qui Decanorum Ruralium, Perſonarum, & Preſbyterorum confeſſiones audiant. In Cathedralibus autem conſiteantur Canonici Epiſcopo, Decano, vel Subſtituto.

Stephanus.

[k]QUoniâ nonnunquam ob [l]defectum [m]Confeſſorũ, [n]& quia [o]Decani rurales & [p]Perſonæ [q]erubeſcunt fortè confiteri [r]ſuo Prælato, [ſ]imminet [t]periculum Animarum: [u]Volentes huic [v]morbo [x]mederi, Statuimus, ut [y]certi Confeſſores [z] prudentes etiam ſunt quaſi Paruli, qui latratu Caulorum, qui mordere non poſſunt, terrentur. Mundus namque iſte eſt quaſi Caulus latrans irriſionibus contra illos, qui bene faciunt nobis, ſed mordere neſcit, quia eos non percutit, & cùm ſatis latraverit, ſilebit. Tales quoquè ſunt timidi ut Lepores, ſed utinam haberent in eis conditiones Leporis. Dicit enim Scriptura, *Proverb.* 30. *Lepuſculus collocat in Petra cubile ſuum.* Et, ut dicunt Sapientes, Lepus habet tales conditiones; quia labia ſemper habet in motu, aures longas, pedes veloces, timor namque addit alas pedibus. Moraliter enim in Petra collocat cubile, qui in Chriſto fiduciam habet; labia habet in motu, qui frequenter orat; longas habet aures, qui velox eſt ad audiendum, ſed tardus ad loquendum; ſcilicet ad reſpondendum opprobriis ſibi factis ſive dictis; veloces habet pedes, quem timor Dei occupat, quia *qui timet Deum, nihil negligit. Eccleſ.* 7.

Sextò, erubeſcendum eſt de Furto: unde *Tobiæ* 2. *Non licet nobis aut edere de furto aliquid, aut contingere.* Secunda Verecundia eſt vitioſa & mala, & hæc eſt totaliter fugienda & abjicienda. Et hæc ſit, quando timore irriſorum homo erubeſcit, nec audet facere bonum: & talis ſimilis eſt Equo umbratili, qui magis timet Umbram quàm Calcaria, vel verum malum. Vera enim mala non ſunt vitæ præſentis, ſed futuræ. Mala enim præſentia ſunt ſicut umbræ futurorum. Unde qui Erubeſcentiam præſentem timet, & non futuram, timet umbram, & non veritatem. De his dicitur in *Pſal. Trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Tales

---

k *Quoniam.* Hæc eſt Conſtitutio *Stephani*, & habet tria dicta. In primo ponit cauſam Conſtitutionis faciendæ. In ſecundo ibi, *Volentes*, ordinat de remedio ſtatuendo circa Decanos Rurales. In tertio ibi, *In Cathedralibus*, ſtatuit circa eos qui ſunt in Eccleſiis Cathedralibus. *Diviſio.*

l *Defectum.* Quia nulli ſunt ad hoc deputati.

m *Confeſſorum.* Habentium ſc. poteſtatem audiendi Confeſſiones eorum de quibus ſequitur.

n *Et quia.* Aliud Motivum.

o *Decani Rurales.* De quibus dixi *ſuprà. de judi. c. 1.*

p *Perſonæ.* i. e. Rectores.

q *Erubeſcunt.* Erubeſcentia enim eſt unum de ſignis Amaritudinis ſive Contritionis, de qua loquitur *Auguſtinus, de pœ. di. 1. quem pœnitet.* " Laborat, *inquit*, mens patiendo Erubeſcentiam. Et quoniam Verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto dignus eſt veniâ. Et hic ſcias, quòd reperitur duplex Verecundia, una ſcil. virtuoſa, alia vitioſa, de quarum utraque ſcribitur *Eccl.* 4. *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.* Virtuoſa itaque Erubeſcentia totis conatibus amplectenda eſt; & eſt quaſi quoddam frænum, quo regitur aliquis in via Paradiſi, quod qui habet, de ejus correctione ſperandum eſt, juxta illud *Eccl.* 32. *Ante grandinem præbit coruſcatio, & ante verecundiam præbit gratia.* Et nota, quod ſex ſunt de quibus multùm erubeſcendum eſt, quæ tanguntur *Eccl.* 41. ubi ſic legitur: *Erubeſcite à Patre & Matre de fornicatione, & à Præſidente & potente de mendacio, à Præſidente & Judice de delicto, à Synagogo & Plebe de iniquitate, à Socio & Amico de injuſtitia, & etiam de furto.* Primo enim ponitur Fornicatio, eò quòd magis ſit de Erubeſcibilibus, cujus rei cauſa poteſt eſſe triplex. Primò, quia ſit per uſum vilium membrorum; ſecundò, quia non ſolùm anima, ſed corpus in ea maculatur; tertiò, quia anima viliter ibi venditur: Dat enim Fornicator Animam Diabolo pro duobus Denariis, & corpus Leccatori. Sic quòd moraliter à Deo Patre, & Matre Eccleſia debet erubeſcere Fornicator. Secundò, erubeſcere debet Homo à Præſidente & Potente de mendacio, quia *potior eſt Fur quam aſſiduitas viri mendacis. Eccl.* 20. Sicque Moraliter homo debet erubeſcere à Deo Præſide, i. e. præſente, & exiſtente potente vindictam ſumere de mentiente, nec promiſſionem factam in Baptiſmo ſervante. Tertiò, erubeſcendum eſt à delicto, i. e. negligentiâ & pigritiâ: turpiſſima enim eſt jactura quæ ſit per negligentiam. Principi namque multùm placet velocitas, & multùm ei diſplicet pigritia. *Proverb.* 22. *Vidiſti hominem velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit; nec erunt ignobiles ante eum.* Quartò erubeſcendum eſt de iniquitate à Synagoga & plebe, i. e. de hoc quod homo ſibi appropriat, quod plebi commune eſſe debet; ut faciunt Uſurarii, qui †tempus ſibi appropriant, quod Dominus voluit ab omnibus æqualiter poſſideri; & mali Diſcenſatores, qui ſibi retinent quod pauperibus dividere debuerunt, quibus *Lucæ* 16. dicitur, *Facite vobis amicos de Mammona Iniquitatis*, i. e. de pecunia iniqua, vel inæqualiter detenta. Quintò erubeſcendum eſt à Socio & Amico de injuſtitia, i. e. de hoc quod homo injuſte agit erga Socium vel Amicum, hoc enim valde iniquum eſt. *Proverb.* 3. *Nè moliaris amico tuo malũ, cùm ille in te habeat fiduciã.*

Verecundia duplex.

Sex de quibus Erubeſcendum eſt.

† *MS. Æton. Cenſus.*

l *Volentes.* Secunda pars.

u *Morbo.* Sc. qui provenit ex defectu talium Confeſſorum.

x *Mederi.* i. e. Medelam ſive remedium apponere.

y *Certi Confeſſores.* Horum certitudo declaratur *infrà. eo. c. licet. et c. cum ſæpe.*

z *Prudentes.* Quibus octo ſunt neceſſaria, tanquam octo Prudentiæ partes. Primò enim oportet qd Confeſſor ſit prudens, habens memoriam præteritorum, ut ſc. ex præteritis culpis prægnoſcat quid veriſimiliter evenire debeat in futurum; ſecundùm ea quæ *no. de ſent. non ord. c. 1. in glo. de teſtis. c. ſignificavit. glo. 1. Extra. de procur. c. 1. cum glo. 2.* Secundò expedit, ut ſit providens futurorum excogitando, ſcil. quomodo per vias competentes ad ſanationem infirmi conſitentis poſſit pervenire. *de pœ. & remiſ. c. omnis utriuſque.* Tertiò & quartò ſimul, qd ſit intelligens & rationabilis; quia modus, per quem habet dirigi, debet eſſe humanus, ſciens qd Homo eſt, & peccabilis, ſicut & ille qui confitetur, juxta illud *Pſal. Sciant quia homines ſunt.* Facit ad hoc 26. *q. ulti. allegant. 86. di. non ſatis. ultra medium.* Quintò debet eſſe ſolers, ut ſciat invenire pertinentia & expedientia ad ſalutem animæ ipſius Confitentis, ut patet *d. c. omnis. §. Si quis. de pœ. di. 6. c. 1. ver. diligens. cum ſua glo.* Sextò, quia ex ſeipſo non poteſt omnia ad regimen ſibi commiſſum invenire, oportet eum eſſe docilem, & ut conſiliis aliorum acquieſcat quos novit eſſe ſapientes. Facit ad hoc *de conſue. c. ad noſtram. cum glo. 1.* & 2. Septimò & octavò ſimul debet eſſe expertus & cautus; quia ſicut in Speculabilibus falſa admiſcentur veris, ſic & in agibilibus multorum mala bonis admiſcentur: unde opus eſt, ut ſciat ea abinvicem diſcernere & ſeparare, Diſcretio namque eſt Mater Virtutum. *1. q. 5. c. ſi. de offi. cuſto. c. 1. de Regula. c. 2. ubi de hoc. li. 6.* Super omnia autem oportet, ut in ſeipſo bonus ſit: *de pœ. di. 6. c. 1. verſ. ideoque.* quia, ut dicit *Philoſ. 6. Ethicorum.* " Impoſſibile eſt prudentem eſſe non exiſtentem bonum. Damnat namque aliquando malitia judicium, ut aliquis imprudenter agat propter malitiam depravantem voluntatem.

In prudente Confeſſore octo ſunt neceſſaria.

a *Diſcreti.*

a *Discreti.* Discreto enim Sacerdoti facienda est Confessio. *de Simo. c. ex diligenti. de præ. di. 1. quem pœnitet. & di. 6. qui vult. et c. 1. et fi. per Fo.* & de hoc legitur & *no. eo. ti. c. omnis utriusq; §. si quis autē.*

b *Archidiaconatus.* Videlicet in singulis Decanatibus, ut *infrà. eodem cap. cum sæpe. et cap. licet.*

c *Episcopo loci.* Cujus est cura immediata super personas *infrà* scriptas.

d *Qui.* Sc. Confessores.

e *Decanorum ruralium.* Illorum viz. qui sunt Beneficiati vel aliàs in Sacerdotio constituti, vel ratione Jurisdictionis quam fortè exercent, immediatè subsunt Episcopo in foro Animæ, secundùm *no. Hosti. in summa. eo. ti. §. cui Archipresbyter.* Aliter autem si talis Decanus sit Parochianus alicujus Curati inferioris Episcopo, sibi debet confiteri. *ut in c. omnis. Extra. eo. ti.*

† *alii certis.*

f *Presbyterorum.* Hæc Litera potest intelligi dupliciter: Uno modo, ut hæc dictio, *Presbyterorum*, supponat pro quoliber Presbytero etiam simplici, ut viz. talis confiteri debeat Episcopo vel ejus Deputato, ut hic dicitur, assignando. Sed hoc non puto verum, nisi tales Presbyteri sint Curati, & immediatè Episcopo subjecti; aliàs autem si sint stipendiarii, vel Cantarias in Ecclesiis Parochialibus habentes, confiteri debent Rectori vel Vicario illius Ecclesiæ, ubi celebrant Divina. *Extra. eo. c. omnis.* & bene facit ad hoc *Extra. de offi. Archipresb. c. fi.* Alio modo potest intelligi, ut hæc dictio, *Presbyterorum.* referatur ad hoc qd dixit, *Decanorum ruralium*, ut sc. tales, si sint Presbyteri, confiteantur Episcopo vel ejus Deputato, ut hic dicitur: quæ Expositio magis placet, præsertim in tali Decano, qui sub Episcopo Curam gerit Animarum, vel aliàs sub eo gerit Officium perpetuum, tale viz. cujus ratione non habet in suo Decanatu aliquem cui subsit in foro Animæ.

g *Personarum.* i. e. Rectorum. Et adverte, qd non addit, *Vicariorum*, ac si per hoc innueret, qd Vicarii confitebuntur Rectoribus quibus subsunt. Sed contra hoc opponitur *infrà. eo. c. licet.* solve ut ibi

h *In Cathedralibus.* Tertia pars. (dicetur.

i *Canonici Seculares.* Regulares namq; confiteri debent suis Abbatibus vel Prioribus, secundùm ea quæ notat *Hosti. eo. ti. in summa. §. quibus confitendum sit. ver. cui Monachus.*

k *Canonici.* Quid de his qui sunt in Dignitatibus vel Officiis aut Administrationibus constituti, quales sunt Decanus, Archidiaconus, Archipresbyter, Præpositus, Præcentor, Thesaurarius, Cancellarius, Magister Scholarium, Sacrista, & hujusmodi, viz. cui debent confiteri, vide notata per *Hostien. in summa. eo. ti. §. quibus confitendum. ver. cui Decanus. & 6. vers. sequentibus.*

l *Episcopo.* Supple, vel ejus Pœnitentiario. Sic notat *Hosti. d. §. quibus confitendum. ver. cui Canonici. in princi.*

m *Vel Decano.* Ex hac Disjunctiva apparet, qd Canonici possunt eligere, an velint confiteri Episcopo vel Decano, nec præcisè alterutrum tenentur confiteri Episcopo: nam in Disjunctivis sufficit unam partem verificari. *Insti. de hære. Insti. §. penul. de rescrip. inter cæteras.* Pro quo dic ut notant *Doct. de re jur. c. in alternativis. li. 6.* Et qd Canonici quoad Curam Animarum subsunt Decano, videtur Textus *de Archipres. c. 2. propè fi.* ibi, *Pœnitentiam cunctis aliis Sacerdotibus injungere. & eo. ti. c. officium.* ibi, *confessiones verò peccatorum &c.* Sed illa Capitula loquuntur, quando Episcopus abest, ut ibi patet. Unde quando Episcopus est præsens, debent Canonici confiteri Episcopo; sin autem abiit, possunt confiteri Decano, ut hic dicitur. Sed quæro, nunquid Decanus, absente Episcopo, audiens confessionem Canonici, possit eum absolvere in casibus Episcopo reservatis? *Hostien de offi. Archipres. c. officium.* videtur innuere qd non, nisi hoc habeat ex speciali Commissione Episcopi. Et hoc verum, secundùm *Joh. An. ut in c. si Episcopus. de pœ. & re. li. 6.*

Quæstio.

n *Per Episcopum.* Utputà, ejus Pœnitentiarium.

o *Decanum & Capitulum.* Ex hac Litera potes colligere, qd exercitium audiendi Confessiones Canonicorum pertinet ad solum Decanum. Hanc tamen potestatem non potest alteri committere sine consensu Capituli. Sed contra hoc opponitur *Extra. de offi. Archipres. c. 1. in fi. et c. 2. ad fi. et c. 3. ad fi.* Ex quibus locis apparet, qd Decanus ea quæ pertinent ad Officium suum, potest aliis committere per se, nec requiritur consensus Capituli. Solutio. Illud de Jure communi, istud de Jure speciali. Et potest esse ratio Specialitatis, nè Canonici habeant in Foro Conscientiæ Judicem eis non convenientem, cùm etiam in Foro contentioso, unâ parte instante, non sit dandus Judex delegatus, aliâ parte contradicente. *ff. de judi. l. observandum.* Sed huic rationi videtur obstare *c. si Episcopus. §. fi. eo. ti. li. 6.* ubi patet, qd nullâ consuetudine potest introduci, ut aliquis sibi eligat Confessarē sine licentia sui Superioris. Sed secundò rationem prædictā Canonici, saltem indirectè & per obliquū, sibi eligerent Confessorem absq; licentia Superioris sui, sc. Episcopi vel Decani, cujus dispositio non est liberā, quando requiritur consensus Capituli, eximit cùm eorum consensu concernat omnes vel singulos, & non quemlibet universos. Et ideo solve aliter, qd hoc qd hic dicitur locum habet, quando persona constituta ad supplendum vices Decani in sua absentia, habet in ea parte Officium perpetuum, cujus Officii institutio ab initio potest fieri per solum Decanum, sed requiritur consensus Capituli. Pone exemplum in Subdecanorum Officium in quibusdam Ecclesiis est perpetuum, & stat in hoc, ut supplent vices Decani absentis. Contrarii loquuntur in eo quem deputat Decanus loco suo ad tempus, & est removibilis ad libitum. Unde in Ecclesiis illis, quibus locum tenens Decani est perpetuus, habet locum qd hic dicitur. Ubi verò non est talis, habet locum qd dicitur in contrariis. vel dic ut *infrà. glo. proxi. in fi.*

Sacramentum & tempus Pœnitentiæ nulli, ne incarcerato quidē, si dari potest, denegetur, sub Excommunicationis pœna.

Bonifacius.

q CUm Sacramentum r Confessionis & s Pœnitentiæ t secunda post naufragium Tabula, ultimus humanæ u Navigationis x portus, ac y finale refugium sit, unicuique pec-

p *Constitutis.* Sic ut sint perpetui, & non temporales, ut dixi in *Glo.* præcedenti. In his namq; quæ non tangunt Episcopum, possunt Decanus & Capitulum statuere id qd licitum est, ablq; consensu Episcopi, prout notat *Fo. An. de verb. sig. c. 2. ver. statutis. li. 6.* Qd dic secundùm *no. Doc. in c. cum omnes. de rescrip. et de consue. c. cum consuetudinis.* Sed quoad hunc articulum, viz. audiendi Confessiones Canonicorum & aliorum ministrantium in Ecclesia Cathedrali, hoc provisum est per Constitutionem Legatinam, ut in hujusmodi Ecclesiis Cathedralibus per Episcopum deputetur Confessor generalis, ut legitur in Constitutione *Othonis. Quod in quodam. ad fi.*

q *Cum Sacramentum.* Hæc est Constitutio *Bonifacii*, & habet duo dicta. In primo ponit exordium ad dicenda. In secundo ibi, *sub pœna*, procedit ad Statutum. *Divisio.*

r *Confessionis.* Quæ, secundùm *Aug.* est per quam moribus latens spe veniæ aperitur. Ad cujus intellectum nota, qd Confessio triplicter fit: aut in foro Animæ interiùs coram Deo, aut in foro Pœnitentiæ exteriùs coram Dei Vicario, aut in foro contentioso coram Judice. In prima Confessione peccatum latens non aperitur, quia Deo apertum erat: in ultima non aperitur spe veniæ: in media verò aperitur peccatum latens spe veniæ. Unde Sacramentalis Confessio, quæ est pars Pœnitentiæ, hic convenienter describitur per materiam, quæ est peccatum; item per actum, qui est aperire; & per finem, qui est spes veniæ. *Ray.* verò dicit, qd Confessio est legitima coram Sacerdote peccatorum declaratio, quasi simile vel ex totò vel undique fassio. *Confessio triplex.*

s *Pœnitentiæ.* Cujus pars est Confessio, ut dixi in *Glo.* præcedenti. Et nota, qd in hoc Sacramento Pœnitentia exterior est Sacramentum tantùm, actus Confitentis est quasi Materiale, actus autē Sacerdotis, sc. Absolutio, est quasi Formale. Interior verò Pœnitentia sive Contritio non est actus Virtutis per se; sed prout conjungitur Pœnitentiæ exteriori saltem in proposito, sic est pars Sacramenti, & res, & signum. Res quidem Pœnitentiæ exterioris est Signum remissionis peccatorum, remissio autem peccatorum est Res tantùm, sicut notat *Fo. An. in summa confes. eo. ti. q. 179.*

t *Secunda Tabula. de pæ. di. 1. §. secunda.* Prima Tabula est Baptismus, quo evadimus naufragium peccati Originalis. Secunda Tabula est Pœnitentia, qua lapsi post Baptismum evadimus naufragium peccati Actualis.

u *Navigationis.* Homo enim in hac vita est quasi navigando versùs Patriam cœlestem per procellas Maris hujus mundi, ut notat *Fo. de pæ. di. 1. §. 2.* Vita enim hominis meritò comparatur Navi, cujus uterq; finis, sc. introitus in mundum & exitus de mundo, strictus & arctus est adinstar Navis. In medio autem debet Navis esse lata & contentiva bonorum operum, nè vacua sine Mercimoniis veniat ad Portum. Et nota, qd homo adinstar Navis claudi debet inferiùs ab amore inordinato temporalium, & aperiri superiùs, liberè de cœlo recipiens pluviam Gratiarum: & sicut Navis inundatione fluctuum elevatur, sic Anima hominis per multas pressuras & inundationes tribulationum hujus mundi magis ad cœlestia disponitur. Per Navem equidem Merces, quæ in una Patria abundant, vehit homo per Mare, ut eas melioribus & sibi utilioribus commutet, vel saltem pretium magis desideratum sibi accipiat; sic quoq; homo per Mare hujus mundi ea quæ in patria ejus abundant, portat, sc. tribulationes, temptationes, persecutiones, & miserias mundiales, ut pro eis æterna gaudia recipiat, vel cum gaudio æterno commutet.

x *Portus.* Sicut namque Navis in Portu salva existit, sic homo dum est in Pœnitentia.

y *Finale refugium.* Hinc *Bern.* ait, " O fœlix pœnitentium humilitas, O bona spes Confitentium, quàm facilè vincis invincibilem, quàm citò tremebundum Judicem convertis in piissimum Patrem! Patet etiam in *Jona* exemplum. qui dum requievit in sentina Navis, Deo irato, venti Mare turbaverunt, gurgites Navem invaserunt: sed *Jonâ* pœnitente, & seipsum projiciente in fundo Maris,

in

in ventre Ceti collaudavit triduo Salvatorem, in profundo Pelagi ſiccus manet, nec mergitur, in ſtomacho Ceti illæſus non digeritur. Cetus ſervavit quod Deus amavit, & ipſum evomuit quem Creator voluit. Venti accuſabant, & Gurgites impugnabant reum latitantem; ſed Ventus ſubitò ſiluit, Mare victum diſſiluit, & Cetus condolens recepit eundem lachrymantem. O Lachryma miranda, quæ Deum ſimul placas, & Cetum præparas, Ventum ſedas, & Eluctum fugas.

catori [a]perneceſſarium ad ſalutem, [b]ſub pœna [c]Excommunicationis diſtrictiùs Præcipimus, [d]nè aliquis præſumat impedire, quin hujuſmodi Sacramentum Pœnitentiæ [e]unicuiq; [f]petenti [g]liberè impendatur, & [h]ſpatium liberum confitendi: [i]qd potiſſimè propter [k]incarceratos [l]ſuadetur, quibus hujuſmodi Sacramentum ſæpiùs inhumaniter, nè dicamus [m]infideliter, [n]denegatur. [o]Et ſi interdum confitendi ſpatium [p]eis [q]datur, hoc eis [r]ita breve & [ſ]inopportunè conceditur, qd cedit potiùs [t]miſeris in deſolationis ac [u]deſperationis periculũ, quàm in conſolationis gaudium Spiritualis.

[a] *Perneceſſarium ad ſalutem*, ſc. Animæ. Pœnitentia namque introducta eſt ad tollendum offenſam & reconciliandum amicitiam. Et ad hanc Sacramentaliter ſubeundam tenetur homo ex neceſſitate: omnis namque peccati ſive Originalis ſive Actualis eſt remedium Paſſio Chriſti, illius autem Paſſionis virtus in Sacramentis Eccleſiæ impreſſa eſt. Unde non poſſumus a peccato ſive Actuali ſive Originali ſanari ſine Sacramentorum ſuſceptione, vel in re, quando habetur opportunitas ſuſcipiendi, vel in propoſito, cùm articulus neceſſitatis excludit Sacramentum, & non contemptus Religionis. Confeſſio verò pertinet ad Sacramentum, inſtitutum contra morbum peccati Mortalis, ideo tenemur confiteri. Eſt autem Confeſſio Sacramentalis de Jure Divino, non de Jure Naturali; licèt Confeſſio Mentalis, quæ fit ſoli Deo, ſit de Jure Naturali, ſecundùm *Petrum*. Quibus etiam concordat *Tho.* & ſecundùm *Ray.* Contritio, Confeſſio, & Satisfactio ſunt de præcepto Divinæ Scripturæ. Nam Contritio præcipitur *Joel* 1. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta.* Confeſſio præcipitur *Jacobi ult. Confitemini alterutrum peccata veſtra*: & in *Pſal. Effundite coram illo corda veſtra.* De Satisfactione habetur *Matth.* 3. *Facite dignos fructus Pœnitentiæ.* Et hæc omnia ſimul præcipiuntur à Domino, cùm dicitur *Matth.* 4. *Pœnitentiam agite.* Non eſt ergo ſalus ſine Confeſſione, ubi quis poteſt habere Sacerdorem cui confiteatur, ſecundùm *Ray.* & notatur per *Archidiaconum. de pœ. di.* 1. *cap. menſuram.* §. *econtra. ver. confitemini.* Et quòd oris confeſſio ſit neceſſaria ad ſalutem, patet ex ratione: omnis namque Creatura oſtendit & confitetur defectus ſuos Naturales homini eo modo quo poteſt, ut dicit *Glo.* ſuper illo loco. *Confeſſio & Magnificentia opus ejus.* Unde eodem modo homo debet oſtendere defectus ſuos voluntarios, & confiteri verbo locali in quo abundat, & etiam homini debet confiteri. Eo enim modo quo verbum Divinum ita humiliatum eſt pro peccatis noſtris delendis, quod eſt unitum Humanitati; in hoc obligavit nos, quòd humiliemus verbum noſtrum loquendo contra nos non ſolùm Deo ſed homini, & hoc fiet in Confeſſione facta homini. Hodie enim peccamus contra Deum & hominem, & ideo confiteri debemus non tantùm Deo, ſed homini, loco ipſius Dei. Unde, ſecundùm *Petrum*, ſi adſit facultas, illud *Jac. præalle. Confitemini alterutrum &c.* eſt præceptum. *Si* tamen facultas non adſit, ſufficit cordis contritio: & hoc eſt verum quoad culpam delendam, non pœnam. Poteſt tamen tanta eſſe Contritio, quòd ſufficiet ad pœnam delendam, ſed hoc non erit ratione Contritionis, ſed rationę Pœnalitatis: & *no. de pœ. di.* 3. *c. perfecta pœnitentia. ver. in ore confeſſio. per Archid.*

[b] *Sub pœna.* Secunda pars.

[c] *Excommunicationis.* Scil. ferendæ: & eſt Comminatio, non autem Sententia lata.

[d] *Aliquis.* Etiamſi ſit Fœmina continetur ſub hoc Præcepto.

[e] *Unicuique.* Supple, Baptizato. Nam Pœnitentia, inquantum Sacramentum, ſequitur Baptiſmum, & non præcedit, quia Baptiſmus Janua eſt & Fundamentum omnium Sacramentorum, ſecundùm *Pe. diſt.* 16. & notatur per *Fo. in ſumma Confeſſ. eo. tit. c.* 44.

[f] *Petenti.* Facit ad hoc *Extra. de eo qui dux. in ma. c. ſignificaſti. in fi.* & quod ibi notatur.

[g] *Liberè.* i. e. Sine impedimento quocunque, vel abſque alicujus lucri temporalis exactione.

[h] *Spatium liberum.* Abſque turbatione.

[i] *Quod.* Scilicet ut unicuique liberè impendatur Sacramentum Pœnitentiæ, & quòd habeat liberum ſpatium confitendi.

[k] *Incarceratos.* Etiamſi non ſint ſtatim deputandi ultimo ſupplio, in quo caſu providetur per *Cle.* 1. *eo. ti.*

[l] *Suadetur.* i. e. Monetur.

[m] *Infideliter.* i. e. Contra mores boni Chriſtiani. Tales namq; ut apparet, modicum ponderant de Sacramento Pœnitentiæ, & per hoc reddunrur quodammodo Infideles.

[n] *Denegatur.* Forſan per malitiam Cuſtodum Carcerum, in quibus ſunt tales incarcerati: vel poteſt intelligi, ut denegetur per Presbyteros, qui negligunt viſitare tales, & eorum Confeſſiones audire.

[o] *Et ſi.* Verſ.

[p] *Eis. Sc.* incarceratis.

[q] *Datur.* i. e. Conceditur.

[r] *Ita breve. Sc.* ſpatium: cùm tamen Confeſſio, quæ debet eſſe integra de omnibus peccatis, & fieri debet cum declaratione circumſtantiarum, requirat proceſſum & tempus ad talia exprimendum, maxime cùm aliquis per annum integrum non fuerit confeſſus. †*MS. Æton. add.* audienda.

[ſ] *Inopportunè.* i. e. Inconvenienti tempore.

[t] *Miſeris.* i. e. Hujuſmodi incarceratis, qui ſunt in miſeria corporali & etiam Spirituali quando tenentur, ſeu alias in Conſcientia opprimunrur gravi pondere peccatorum. † *al.* vera.

[u] *Deſperationis.* Peccator namque plerumque, quando propter culpam contemnitur, in deſperationem labitur. 45. *di. diſcedite.*

In peccatis audiendis ſervet Confeſſor decentiam & formam hìc prænotandam.

Edmundus.

[x]IN Confeſſione habeat [y]Sacerdos [z]vultum humilem, & oculos ad terram demiſſos, nec faciem reſpiciat Confitentis, & maximè [a]mulieris; & patienter audiat [b]quicqd dixerit, & in ſpiritu [c]lenitatis eam [d]ſupportet, & ei pro poſſe ſuadeat, & [e]pluribus modis, qd [f]integrè confiteatur: [g]aliter †verò [h]non eſt Confeſſio. [i]Peccata inquirat [k]uſitata, inuſitata autem non, niſi [l]à longè & per [m]circumſtantias;

[x] *IN Confeſſione.* Hæc eſt Conſtitutio *Edmundi*, & habet ſex dicta. In primo dat doctrinam quid faciet Confeſſor circa perſonam Confitentis. In ſecundo ibi, *Perſonarum*, dat doctrinam quid faciet quoad perſonas cum quibus peccatum eſt commiſſum. In tertio ibi, *Et ſemper*, dat doctrinam quid fiet quoad ipſum peccatum. In quarto ibi, *Sunt autem iſta*, recitat quæ ſunt peccata majora. In quinto ibi, *Sunt autem caſus*, ponit qd aliquando ſunt peccata, quorum Abſolutio reſervatur Papæ, & quid in talibus fieri debet. In ſexto ibi, *Semper autem*, dat doctrinam de modo mittendi ad Superiorem. *Diviſio.*

[y] *Sacerdos.* Scil. audiens Confeſſionem. (fitentem.

[z] *Vultum humilem.* Nè ſc. per auſteritatem vultus terreat Con-

[a] *Mulieris.* Mulier enim in Confeſſione genuflectet, vel ſedebit ad pedes Confeſſoris ex tranſverſo, nec faciem ejus reſpiciet, quia ſicut dicit Scriptura, *Habac. c.* 1. *Facies mulieris ventus urens.*

[b] *Quicquid dixerit.* Si autem nihil dixerit, vel confiteri noluerit, proponat ei terrorem Judicii & pœnas Inferni.

[c] *Lenitatis.* Pio viz. & dulci, & ſuavi eloquio.

[d] *Supportet.* Non ei improperando. Tale namq; improperium poteſt eſſe cauſa deſperationis, ut dixi *ſuprà. c. proxi. glo. ſi.*

[e] *Pluribus modis.* Proponendo ſibi beneficia quæ contulit ei Deus creando & recreando, vitæ etiam brevitatem, mundi inſtabilitatem, & præcipuè Chriſti pietatem, quia propter peccatores venit in mundum, & ſimilia.

[f] *Integrè.* Ut ſc. omnia peccata dicat, non dividendo ea inter diverſos Sacerdotes, ſed uni totum dicat: nam Dominus ſummè bonus opus imperfectionis non novit, aut enim totum hominem ſanat, aut nihil. *de pœ. di.* 3. *ſunt plures.* Et *Aug.* dicit, Cayeas ne verecundiâ ductus, dividas Confeſſionem; nam hoc eſt ſemper veniâ carere, ad quam putas per fruſta pervenire. *de pœ. di.* 5. *c.* 1. *circa fi.* Aliæ etiam ſunt qualitates requiſitæ in Confeſſione, ſc. ut ſit diſcreta, hoc eſt, ſeparata, & non generalis; item qd ſit frequens, item qd ſit humilis: debet etiam eſſe recta, i. e. ſine vitio; item ſuiipſius accuſatoria, item verecunda, item voluntaria, item amara, item provida, item propria, item vera, item dolens, item individua; prout iſta & alia pleniùs *no. de pœ. di.* 5. *conſideret. glo.* 1. *per Arch.* *Confeſſionis tati*

[g] *Aliter verò. Sc.* ſi non fuerit integra.

[h] *Non eſt Confeſſio.* Quæ dicitur ſimul, vel undiq; faſſio: ut

[i] *Peccata.* Verſ. (dixi *ſuprà. eo. c.* 2. *ver. confeſſionis.*

[k] *Uſitata.* Viz. de ſeptem peccatis Mortalibus in genere, & de eorum modis, & cauſis, & diuturnitate. Dicta autem peccata continentur in hoc Verſu: *Luxus, ava. ſuper. ac. invidus, ira, gula.* Item de eiſdem datur alius Verſus: *Luxus, guſtu, avet, triſtis, furit, invidet, ambit.* *Verſi*

[l] *A longè.* i. e. A remotis. Et ſi vis de hujuſmodi interrogationibus pleniùs inſtrui, videas notata per *Hoſti. in ſumma. eo. tit.* §. *interrogationes quæ. per longum proceſſum.*

[m] *Circumſtantias.* i. Circumlocutiones indirectæ, viz. & per obliquam

quum. Et de circumſtantiis peccatorum inquirendis per Confeſſorē ſoient dari Verſus:

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando,
Quilibet obſervet Animæ medicamina dando.

Verſus.

Quis: utrum maſculus vel fœmina, juvenis vel ſenex, nobilis vel ignobilis, liber vel ſervus, in Dignitate vel Officio conſtitutus, aut alias privatus; ſanæ mentis vel inſanus, ſciens vel ignarus, ſolutus vel conjugatus, Clauſtralis vel Sæcularis, Clericus vel Laicus, conſanguineus vel affinis, aut alius extraneus; Catholicus vel Hæreticus, *Judæus* vel Paganus, & ſimilia. *Quid:* utrum ſc. adulterium, vel fornicationem, vel homicidium, & ſimilia; & utrum ſit manifeſtum vel occultum, continuatum, vel non. *Ubi:* ſc. an in loco ſacro vel non ſacro, domibus Dominorum, vel alibi. *Per quos:* ſc. mediatores, amicos, vel inimicos; item pro quibus, & cum quibus, & contra quos. *Quoties:* i. e. quot vicibus; iteratio namq; peccati auget delictum, & vulnus iteratum tardius ſanatur. *de pœ. di. 3. navis. Cur:* i. e. quali temptatione, & utrum prævenerit eam, vel præventus ſit ab ea, & utrum ſponte vel coactus, & an coactione conditionali vel abſoluta; & utrum cupiditate vel paupertate; utrum ludendo, vel animo nocendi, & ſimilia. *Quomodo:* ſc. de modo agendi vel patiendi, quod melius actu quam locutione ſcitur. *Quando:* ſc. utrum in ſacro tempore, utputà, in Feſtis, Quadrageſima, & aliis Jejuniis, aut in tempore non ſacro, ut in aliis diebus profeſtis. Item utrum ante Pœnitentiam acceptam, vel poſt frangendo eam, prout iſta & alia notantur *eo.ti. §. quæ interrogationes. ver. circa circumſtantias. per Hoſti. in ſumma.*

a *Expertis.* i. e. Scientibus quæ ſunt peccata gravia, & quales ſunt eorum circumſtantiæ. Et hæc experientia poteſt intelligi dupliciter: uno modo prout conſiſtit in notitia quæ habetur per actum; alio modo prout conſiſtit in notitia quæ acquiritur per inſpectionē librorum, vel per doctrinam. Ait enim *Tullius*, "Ars facilem, Natura potentem, ingenium habilem, uſus promptum reddit Artificem. Exercitium enim & Experientia præbet cuilibet artifici incrementum. *ff. de le. 2. Llegati. §. ornatricibus, & no. in c. quam ſit. ver. experientia de elec. per Card. li. 6.*

b *Modus confitendi.* Qui poteſt eſſe multiplex, ſecundùm ſenſum unuſcujuſq; Ordinem in confitendo ſibi limitantis. Eſt enim, ut mihi videtur, bonus modus confitendi, ut factâ Confeſſione generali deſcendat ad ſpecialia. Et primo, ut confiteatur de his in quibus offendit circa articulos Fidei, de quibus *ſuprà de ſum. Trì. & fi. Ca.* Secundò ut confiteatur de his in quibus offendit circa x. mandata Decalogi, de quibus dixi *ſuprà de offi. Archipreſ. c. ignorantia. §. Item* 10. *mandatorū.* Tertiò de his quibus offendit circa duo præcepta Evangelii, de quibus habetur *ſuprà. de offi. Archipreſ. c. ignorantia. §. hic autem.* Quartò de his in quibus offendit circa opera Miſericordiæ, de quibus in *d. c. ignorantia. §. ſexto autem.* Quintò de his in quibus offendit circa ſeptem peccat. †Capitalia, de quibus dixi *d. c. ignorantia. §. ſeptem verò.* Sextò de his in quibus offendit circa ſeptem Virtutes principales, de quibus dixi *d. c. ignorantia. §. ſeptem verò virtutes.* Septimò de his in quibus offendit circa Sacramenta Eccleſiæ, de quibus dixi *ſuprà. de ſacra. iter. c. ignorantia. §. ſeptem ſunt.* Hic ordo colligitur ex Conſtitutione *Jo. Peccham*, quæ incipit, *Ignorantia Sacerdotum.*

† *MS.* Mortalia.

c *Inexpertis.* i. e. Ignorantibus.

d *Occaſio delinquendi.* Quæ poteſt fieri per expreſſionem modorum, quibus diverſimodè peccant. Cautus itaque debet eſſe Confeſſor, nè nimis quàm oporteat modos peccandi aperiat, nè fortè confitenti modum incognitum dicat, & ſic viam ad peccandum demonſtret.

e *Perſonarum.* Secunda pars.

f *Nomina.* Sc Propria, imò nec Cognomina, nec demonſtrationes, quibus perveniri poterit ad talium perſonarum notitiam. Demonſtratio namque vice Nominis fungitur. *ff. ſi cer. pe. l. certum.*

g *Non inquirat.* Ratio eſt, quia ſicut Pœnitens non debet nominatim ſpecificare perſonam cum qua peccavit, nec circumſtantias, per quas intelligi poſſit; ita ſimiliter nec debet Sacerdos ſpecificare perſonam in interrogatione. Uterque itaque ſit cautus circa qualitatem perſonæ, ut procedat in genere, an ſcil. ſit Virgo vel corrupta, Vidua vel Meretrix, Conjugata, vel Conſanguinea, vel Sanctimonialis, & ſimilia, ſecundùm *Ray. eo tit. §. 31.* Dicunt tamen ibi *Wil.* & alii, *ver. non debeat.* qd ſi Pœnitens exprimat perſonam cum qua peccavit bonâ intentione tali Confeſſori, qui debet prodeſſe & non obeſſe; non ut prodat ipſum peccatorem, ſed ut Pœnitentiarius oret pro eo, aut ſecretè laboret ad correctionem illius, non peccat, ſed potiùs meretur. *Ar. 22. q. 5. hic videtur.* Similiter ſi Pœnitentiarius inquirat de illa perſona bonâ fide, ut oret pro ea, aut corrigat eam in occulto, poteſt dici, qd non peccat, dum tamen confitentem nullo modo cogat ad nominandam perſonam illam, aut ejus expreſſionem extorqueat ab eodem.

h *Et ſemper.* Tertia pars.

i *Majora crimina.* De quibus ſubditur in §. *ſequenti.*

k *Notoria.* Hæc debent Epiſcopo publicè confiteri. *de pœ. di. 2. in actione. & c. quam pœnitet. in fi.*

l *Majoribus.* Sc. Pœnitentiariis, utputà, Epiſcopo, in caſibus ſibi reſervatis, & Papæ etiam in caſibus ſibi reſervatis. (pars.

m *Sunt autem.* Quarta. *n Homicidia.* De quibus dixi *ſuprà. de temp. or. c. in primis. verſ. Homicidae.* Et adverte, qd hic in ſpecie enumerantur octo caſus, reſervati majoribus Pœnitentiariis, qui patent in Textu. *Ray.* tamen *eo. ti. §. 18.* ſolùm excipit quinq; caſus. Unus eſt de his quibus ſolennis Pœnitentia injungenda eſt, viz. quando crimen eſt publicum & divulgatum, ſic quòd conturbat totam patriam, urbem, vel locum, in quo ſic peccans moratur. *26. q. 6. c. ulti.* Et poteſt imponi pro quolibet gravi crimine, utputà, Homicidio, *50. di. placuit.* Sacrilegio, & Inceſtu, ac conſimilibus, quæ gravia & horrenda ſunt: *de conſe. di. 3. de pœnitentibus.* & breviter pro omni peccato quod totam commovet Civitatem, aliúmve locum, ut prædixi. Alius caſus eſt in Excommunicato, cujus Abſolutio Epiſcopo vel alteri reſervatur; nam tunc inferior Pœnitentiarius ſive Curatus non poteſt talem abſolvere. Faciunt ad hoc notata per *Doc. de ſen. Excommunic. c. nuper. de Præben. grave.* Tertius caſus eſt, ubi contracta eſt Irregularitas; nam tunc debet remitti ad Epiſcopum, ut ipſe diſpenſet ſi poſſit, aliàs qd talem cum ſuis Literis remittat ad Papam. De peccato tamen poteſt abſolvi à ſuo Confeſſore, ut dicit *glo. Wil. ſuper Ray. eo. ti. §. 18.* Quartus caſus eſt de Incendiariis. *33. q. ulti. ſi quis membrorum. et c. peſſimam.* Circa quod vide qd notavi *ſuprà. de temp. ord. c. in primis. ver. Eccleſiarum incendiarios.* Quintus caſus eſt, ſi ſit Conſuetudo in aliquo Epiſcopatu, qd aliquorum certa crimina ad Epiſcopum referantur, utputà, de Homicidio, Filiorum oppreſſoribus, Sacrilegio, Falſariis, violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis ſive immunitatis, & aliis enormibus. Et his caſibus addit *Hoſtienſis* alios, videlicet in Blaſphemia: *de maledi. c. ſtatuimus.* Item in Voto, ut hic: & *Extra. de voto & voti redemp. c. 1.* Item quando Epiſcopus audit Confeſſiones, ſit remiſſio: *21. di. inferior.* Item de peccato contra Naturam, & maximè cum Brutis; de ablatorum ſive ſubtractorum, vel aliàs illicitè acquiſitorum reſtitutionibus; de Perjurio, de clandeſtinè contrahentibus. Hæc *no. Hoſti. de pœ. & re. §. quibus confitendum. ver. Primus eſt & ſe. Jo.* verò *in ſumma confeſ. hoc ti. q. 50. ver. ſi.* dicit, qd Sacerdos Curatus omnia poteſt in occultis peccatis, quoad forum Pœnitentiale, quæ non ſunt in Jure reſervata ſpecialiter Epiſcopis, vel quæ non ſunt ipſis Sacerdotibus directè vel per aliquā conſequentiā interdicta. *ar. Extra. de judi. at ſi Clerici. et c. nuper. de tranſla. Epiſ.* Inter corporalia fatetur tamen, qd ubicunq; grave delictum fuerit, vel enorme, Superioris eſt judicium requirendum. *de ſen. Excom. cum illorum.* Et ubicunq; difficultas vel ambiguitas inciderit propter imperitiam Sacerdotis, vel propter caſūs novitatem. *qui ſi. ſunt le. per venerabilem. 11. q. 3. ſummopere.* Idem etiā dicit in omnibus caſibus in quibus in aliqua Eccleſia ſic fieri eſt conſuetum: *11. di. in his. de cele. Miſ. c. penul.* & ubicunque Diſpenſatio ſpecialiter reſervatur Epiſcopo. Iſta colliguntur ex dictis *Wil. Durandi in ſuo repertorio aureo. eo. ti. ver. ſuper quibus ſit pœnitens ad Epiſcopum mittendus.* ubi recitat multò plures caſus quàm *ſuprà* dicti ſunt. Dicit tamen, qd ponere tot caſus, nihil aliud eſt quàm Sacerdotum poteſtatem reſtringere, quæ tamen ſibi plenariè in his attributa eſt.

Caſus majoribus Pœnitentiariis reſervati.

o *In parentes.* Hic eſt unus caſuum quos recitat *Wil. Durandi. loco præall: in fi. glo. præcedentis & concor. Wil. in Clem. dudum. de ſepul. ver. à jure conceſſa.* ubi circa hujuſmodi caſus ponit hos Verſus.

Qui facit inceſtum, deflorans, aut homicida, Sacrilegus, patris percuſſor, & Sodomita, Iram greſſor Voti, perjurus, ſortilegusque,
Et mentita fides, faciens incendia, prolis Oppreſſor, Blaſphemus, Hæreticus, omnis Adulter; Pontificem ſuper his ſemper detentus adibit.

Et de hac materia jungitur per eundem *Wil. eodem capit. ver. abſolutionis. in princi.* & in *Extravag.* quæ incipit, *Inter cunctos. per Card. & iſto eo. ti. c. 2. per Jo. An. ver. reſervantur. li. 6.*

p *In Clericos.* Cùm percuſſio talis violentā non ſit enormis, ſed modica & levis. *de ſen. Excommuni. pervenit.* Aliter remittendus eſt talis ad Sedem Apoſtolicam. *17. q. 4. ſi quis ſuadente.*

q *Vota fracta. De voto & vo. redemp. c. 1,* & huic dicto *concor. no. per Jo. An. eo. ti. c. 2. ver. reſervantur. li. 6.*

r *Hujuſmodi.* De quibus dixi *ſuprà. eo. ver. homicidia.*

ſ *Sunt autem.* Quinta pars.

t *Solus Papa.* Ut in injectione violentā manuum in Clericos vel Religioſos converſos, præſertim quando injuria eſt atrox. *17. q. 4.*

Caſus Papæ reſervati.

ſi quis ſuaderet. Alius caſus eſt in incendiario Eccleſiæ denunciato Excommunicato. *Extra. de ſen. Excommuni. conqueſtiv. et c. tuas nas.* Tertius caſus eſt in falſantibus Bullas Apoſtolicas, vel eis falſatis ſcienter utentibus. *Extra. de crimi. falſ. c. dura.* Quartus caſus eſt in caſu *c. ſignificavit. de ſen. Excommuni.* quando aliquis participat in Divinis cum aliquo Excommunicato à Papa. Quintus caſus eſt, quando aliquis participat in crimine cum Excommunicato à Papa. *de ſen. Excommuni. c. nuper. §. in primo. & duobus c. ſequentibus.* Sextus caſus eſt in ſacerdote benedicente ſecundas nuptias, *Extra. de ſecun. nup. c. 1.* & hoc verum ſecundùm illa tempora. Hodie tamen conceditur Epiſcopis Diſpenſatio cum talibus, ut legitur in *Extrav. Jo. 22.* quæ incipit, *Concertationi antiquæ.* Septimus eſt in caſu *Decre. grave. Extra. de Præben.* Eſidem intelligas in caſibus illis quos Papa ſpecialiter ſibi reſervavit. Patet Exemplum *de re. judi. cum æterni. li. 6. et in c. gravis. de ſen. Excommuni. in Cle. & c. ſeq. de privil. c. 1. de immu. Eccl. c. Clericis. li. 6.* Alius caſus eſt *de ſen. Excommu. c. quicunque. li. 6.* Item in caſu *c. Univerſitatis. de ſen. Excommuni.* Item xv. caſus reſervatos Papæ notat *glo. Jo. An. ſuper, ve. Excommunicationis. de ſen. Excom. c. 1. in Clc.* Caſus autem Papæ reſervati notantur in his Verſibus:

Verſus.

Per Papam Clerum ferions, Falſarius, urens
Solvitur, et quiſquis audet celebrare ligatus,
Simon ſi fuerit; ſed fallit regula talis:
Impubes, Monachus, mulier, vetulus, quoq; pauper,
Fanitor boſtilis, bos relevabit iter.

Hos Verſus ponit *Henri. de Bowyco. eo. ti. c. Deus qui. in fi.* Et caſus reſervatos Papæ notat *Specul. ti. de legato. §. nunc oſtendendum.*

a *Legatus.* Sc. de Latere miſſus. *de offi. leg. c. quod tranſlationem. de ſen. Excommuni. c. quamvis.*

b *Abſolutio tamen.* Verſ.

c *Articulo mortis.* Hic caſus ſemper excipitur. *de offi. ordi. paſtoralis. de immuni. Eccl. c. Clericis. li. 6.*

d *Conditionalis.* Scil. ut ſequitur.

e *Convaleſcant.* Simile habes *de ſen. Excommuni. c. quamvis.*

f *Se præſentent.* Sc. quàm citiùs poterint: *de ſen. Excommuni. de catero.* hoc eſt, impedimento ceſſante, ut in *d. c. quamvis. eo. ti.*

g *Nihilominus.* Verſ. (poſtolicam.

h *Talium.* Sc. caſuum, pro quibus mittendi ſunt ad Sedem Apoſtolicam.

i *Ad Epiſcopum.* Sc. Diœcelanum, non ut per eum abſolvantur, ſed ut ipſe judicet an verè ſint ad Sedem Apoſtolicam mittendi.

k *Semper autem.* Sexta pars.

l *Mittuntur.* Sc. ad Epiſcopum. m *Literas.* Sc. mittentes.

n *Vel ipſe.* Datur igitur Sacerdoti electio, an velit ire perſonaliter, vel mittere Literas. *de Præben. c. mandato. li. 6.*

o *Alioquin.* i. e. Niſi perſonaliter veniat Sacerdos, vel Literas mittat.

p *Non recipiantur.* Sc. accedentes ad Epiſcopum, vel ejus Pœnitentiarium. Hanc proviſionem puto modicâ ratione fulciri, cùm Epiſcopus & ejus Pœnitentiarius ſint proprii Sacerdotes cujuſlibet Subditi ipſius Diœceſeos, & ſibere poſſit eorum uterque audire Confeſſiones Subditorum, & liberum eſt ipſis Subditis accedere ad Epiſcopum vel ejus Pœnitentiarium, etiam licentiâ proprii Curati non obtentâ; ut notat *Hoſti. in ſum. eo. ti. §. quibus confitendum. ver. cui Patriarcha. in fi.*

Diviſio. DE Pœnitentia. Hæc eſt Conſtitutio *Edmundi*, & habet duo dicta. In primo ponit Prohibitionem. In ſecundo ibi, *Niſi in his*, excipit quatuor caſus cum quadam modificatione.

q *Pœnitentia.* i. e. Sacramento Pœnitentiæ.

r *Diaconi.* Eſt namq; regulare, qd quilibet debet confiteri Sacerdoti: nam ſolis Sacerdotibus dedit Dominus poteſtatem ligandi & ſolvendi, cùm dixit *Jo. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. de pœ. di. 1. ver. Dei.*

ſ *Non præſumant.* Sc. jure proprio; ſicut aliàs dictum eſt de Baptiſmo, *ſuprà. de Baptiſ. & ejus effe. c. 1. §. de Baptiſmate.* Juxta quem §. & ibi notat *glo.* id quod hic dicitur.

t *Niſi in his.* Secunda pars. Vide hic quæ dixi *ſuprà. de Baptiſmo & ejus effec. c. 1. §. de Baptiſmate, verb. ægroto.* & ſic uſque ad finem.

Habet poteſtatem abſolvendi, vel ejus [a]Legatus. [b]Abſolutio tamè taliũ in [c]mortis articulo nulli eſt deneganda, ſed ſaltem erit [d]conditionalis, viz. ſi [e]convaleſcant, Apoſtolico conſpectui [f]ſe præſentent: [g]nihilominus tamen [h]talium rei remittendi ſunt [i]ad Epiſcopũ, vel ejus Pœnitentiarium. [k]Semper autem qui [l]mittuntur, deferant ſecum [m]Literas, continentes genus peccati, & circumſtantias ſufficientes; [n]vel ipſe Sacerdos veniat perſonaliter cum eis, [o]alioquin [p]non recipiantur.

Quando Diaconus poteſt dare Pœnitentias.

Edmundus.

[q]DE Pœnitentia præcipimus, qd [r]Diaconi Pœnitentias dare [ſ]non præſumant, niſi in his caſibus cùm Sacerdos non poteſt, vel abſens eſt, vel ſtultè vel indiſcretè non vult, & mors imminet ægroto.

Sub pœna Anathematis Medicus nil ſuadeat Ægroto pro ſalute corporis contra ſalutem Animæ, quam primam intendat & ſolicitet.

Richardus.

[t]CUm anima longè [x]pretioſior ſit corpore, [y]ſub interminatione Anathematis Prohibemus, nè quis Medicorum pro ſalute corporali aliquid ſuadeat ægroto, qd in [z]periculum animæ convertatur. [a]Verùm cùm [b]ipſum ad ægrũ vocari contigerit, ægrum ante omnia moneat efficaciter & inducat, ut medicos invocet [c]Animarum; [d]ut poſtquam fuerit infirmo de [e]Spirituali proviſum medicamine, ad corporalis medicinæ remedium [f]ſalubrius procedatur: [g]tranſgreſſores autem hujuſmodi Conſtitutionis pœnam in [h]Concilio [i]Statutam non evadant.

Quòd Presbyteri ſtipendiarii, niſi in certis caſibus, non audiant Confeſſiones.

Robertus Winchelſey.

[k]PResbyteri ſtipendiarii, [l]& *infrà.* Statuimus, ut Presbyteri [m]prædicti non audiant Confeſſiones Parochianorum vel [n]Capellanorum in Eccleſiis in quibus Divina [o]miniſtraverint, niſi in caſibus [p]à Jure permiſſis,

u *Cum anima.* Hæc eſt Conſtitutio *Richardi*, & habet tria dicta. In primo ponit prohibitionem. In ſecundo ibi, *Verùm*, adjicit quandam informationem. In tertio ibi, *Tranſgreſſores*, ponit quandam comminationem. *Diviſio.*

x *Pretioſior. 12. q. 1 præcipimus. 24. q. 3. ſi habes. C. de ſacro an. Ec. ſancimus. in fi. Extra. eo. ti. cum infirmitas. in fi.*

y *Sub interminatione Anathematis.* Quid hoc importet, vide *ſuprà. de furt. c. unico. eo. verſ.*

z *Periculum Animæ.* Ut puta, cauſâ vacuandi humores nocivos cognoſcat aliquam mulierem, qd non oporteat; quia neceſſitas ad hoc non compellit, cùm alio modo per Artis peritiã poſſit humor nocens evacuari, ſecundùm *Hoſtien. eo. ti. c. cum infirmitas. glo. ſi.*

a *Verum.* Secunda pars.

b *Ipſum.* Sc. Medicum.

c *Animarum.* i. e. Curatos, quibus confitentur.

d *Ut poſtquam.* Verſ.

e *Spirituali medicamine.* i. e. Sacramento Pœnitentiæ.

f *Salubrius.* Infirmitas namque ſecundùm *Jo. An.* quinque de cauſis provenit. Primò, ut juſtis per patientiam augeatur meritum, ut in *Job.* Secundò, ad cuſtodiam Virtutum, nè in ſuperbiam tendat, ut in *Paulo.* Tertiò, ad corrigenda peccata, ut in dicto *c. cùm infirmitas.* Quartò, ad Dei gloriam, ut in cœco nato & illuminato. Quintò, ad meritum pœnæ, ut in *Herode.* Unde Verſus,

Verſus.

Ut probet, ut damnet, ut expiet, ut meretur,
Ut pateat Chriſti Gloria, pœna datur.

g *Tranſgreſſores.* Tertia pars.

h *Concilio.* Sc. generali. *Extra. eo. c. cùm infirmitas.*

i *Statutam.* i. e. Limitatam: & pœna eſt, ut Tranſgreſſor ſuſpendatur ab ingreſſu Eccleſiæ.

k PResbyteri. Hæc eſt Conſtitutio *Roberti Winchelſey*, & habet duo dicta. In primo ponit prohibitionem. In ſecundo ibi, *Quia ſi*, limitat pœnam. *Diviſio.*

l *Et infrà.* Hic deciduntur alia Capitula hujus Libri, quæ ſunt pars hujus, viz. *ſuprà. de majo. & obe. c. Presbyteri. de jurejur. c. Presbyteri. de cele. Miſſ. c. Presbyteri.*

m *Prædicti.* Sc. ſtipendiarii.

n *Capellanorum.* Quorumcunque.

o *Miniſtraverint.* i. e. Celebraverint.

p *A Jure permiſſis.* Viz. in articulo mortis, deficiente Curato vel alio Sacerdote proprio. *26. q. 6. c. Presbyter.* Alius caſus eſt, quando talis Capellanus ad hoc habet licentiam à proprio Sacerdote, vel Parochianus habet licentiam ut poſſit confiteri alteri cui ſibi placuerit. *Extra. eo. c. omnis.* Tertius caſus eſt, quando talis habet poteſtatem ſibi commiſſam à Papa vel Legato, in Provincia ſibi decreta, vel ab Epiſcopo; ut *d. c. omnis.* Quartus eſt, quando ponit ſpem de ratihabitione proprii Sacerdotis: *Ar. 9. q. 2. Lugdunenſis.* ſed hoc fieri non debet, niſi proprio Curato abſente, & tunc injungatur confeſſo, ut quàm citò poterit repræſentet ſe coram proprio Sacerdote, & qd actum eſt ei ſignificet. *Ar. de ſen. Excommuni. c. de catero. et c. ea noſcitur. et c. de his. in fi.* Sed iſte caſus tollitur per hoc quod dicit *infrà. in fi. de licentia petita & obtenta,*

q *Quæ*

[a] *Quod si.* Secunda pars.

[b] *Fecerint.* Sc. dicti Presbyteri stipendiarii.

[c] *Sacrilegii.* De quo dixi *supra. de immu. Eccle. c. ne inventibus. vers. sacrilegi.*

[d] *Incurrant.* Non ipso Jure, sed per Sententiam.

[e] *Præsidentis.* Sive sit Rector, sive Vicarius perpetuus, sive temporalis.

[f] *Et obtenta.* Ex hac litera apparet, quòd non sufficit ponere ipsem de ratihabitione propriì Sacerdotis, de qua dixi *supra. eo. ver. permissi.*

§ *Sacerdos.* Hæc est Constitutio *Walteri*, & informat Confessorem de pluribus, viz. de 12. considerandis circa Confessiones audiendas, quæ patent per Paragraphos in Textu ordinatos.

[h] *Circumstantias.* De quibus dixi *supra. eo. c. in confessione. ver. circumstantias.* Debet namque Pœnitens confiteri de omnibus quæ peccatum proprium deregunt, & aggravant. *Thren. 2. Effunde sicut aquam cor tuum.* Et sic debet confiteri circumstantias concomitantes, viz. qualitatem criminis, personarum, locum, tempus, perseverantiam, & hujusmodi. *Extra. eo. c. Deus qui.* Item circumstantias allicientes, ut ornamenta virorum & mulierum, Electuaria calida, & hujusmodi. Et de circumstantiis, de quibus hic dicitur, considerandis, bene nos instruit *Augustinus de pœ. di. 5. c. 4. & sequenti.* Et dicunt *Doctores*, qd circumstantias aggravantes, quæ trahunt aliam speciem peccati mortalis, opus est confiteri. Verbi gratiâ, furari aliquid de Ecclesia, ex circumstantia loci transit in Sacrilegium; & furari aliquid Domino sciente, & per vim, transit in Rapinam, & sic de aliis. Circa hanc materiam vide notata per *Fo. in summa confes. eo. ti. q. 81. et eo. ti. §. qualis debet. vers. integra. per Hosti. in summa. de pœ. dis. 5. in prin. per Archi.* Et de circumstantiis aggravantibus dantur hi Versus:

Versus. *Aggravat ordo, locus, persona, scientia, tempus,*
Ætas, condítio, numerus, mora, copia, causa:
Est modus in culpa, status altus, lucta pusilla.

Hi Versus notantur *eo. ti. c. omnis. dis. 1. ver. aut quæris de quinto. per Henricum de Bowyco.*

[i] *Qualitatem personæ.* De hoc, & his quæ sequuntur considerandis, dixi *supra. eo. c. in confessione. ver. circumstantias.* & colliguntur *Extra. c. Deus qui. Extra. eo. ti. et de pœni. dis. 5. c. 1. & sequenti.*

[k] *Devotionem animi.* Quæ potest apparere ex contritione Pœnitentis. *Extra. eo. Deus qui.*

[l] *Vel minorem.* Pœnitentia namque imponenda est secundùm quantitatem excessûs, & contritionem Pœnitentis. *Extra. c. Deus qui.* De Jure tamen regulariter imponitur pro mortali peccato Pœnitentia septennis. *22. q. 1. c. 8. in glo.* Canones tamen Pœnitentiales moderare potest Sacerdos. *50. di. de his. glo. 2. in fi. de pœ. di. 3. plures. in glo. sed nunquid.* Non tamen totum tempus potest remittere. *6. q. 7. hoc sit. per Fo.* Et hæc vera intelligas in occultis, *26. q. 7. in summa. & c. tempora pœnitudinis. Extra. eo. ti. c. 3. glo. 2.* Secus tamen in manifestis, in quibus debent servari Statuta Juris. *eo. tit. c. 1. & 2.*

[m] *Item Sacerdos.* Secunda pars.

[n] *Communem locum.* i. e. Apertum, sive publicum, ut sequitur,

[o] *In Ecclesia.* i. e. In corpore Ecclesiæ.

[p] *Absconditis.* i.e. Secretis vel tenebrosis. Nam talia loca ad operandum mala aptiora sunt. *ff. de ven. in pri. l. 1. §. tria lumina.*

[q] *Alicujus.* Sc. pœnitentis.

[r] *Mulieris.* Ex mulierum namque secretis & privatis colloquiis posset scandalum exoriri, quod est vitandum; ut legitur & notatur *de no. ope. nun. c. cum ex injuncto.* Et posset esse occasio mali, à cujus omni specie abstinendum est. *de vi. & bone. Cler. c. cum ab omni.*

[s] *Nisi.* Excipit ab eo quod prius dixit.

[t] *Item nullus.* Tertia pars.

[u] *Sacerdos.* Etiam habens Curam Animarum. Et sic differt ab eo quod dictum est *supra. in c. Presbyteri stipendiarii.* quod Capitulum loquitur de Capellanis non habentibus Curam Animarum.

[m] *Alterius Parochianum.* Fallit in casu necessitatis, & aliis casibus de quibus dixi *supra. eo. c. Presbyteri. ver. à jure permissis.* Fallit etiam, quando proprius Sacerdos indiscretus est. *de pœ. di. 6. placuit.* Requiritur tamen licentia proprii Sacerdotis, *extra. eo. c. omnis.* & si non vult dare licentiâ, recurrendû est ad Superiorem. *de jure patro. nullus. secundum Hostien. in summa.* qui sic notat *eo. ti. §. qualis debeat esse confessio. ver. discreta.* & quomodo talis licentia sit concedenda, vel negranda, notatur per eundem *eo. ti. §. quibus confitendum in prin. ver. fallit tamen.* Fallit etiam in vagabundo. *ff. de jud. l. hæres absens.* Item quando aliquis est in quærendo domicilium, iter faciendo, vel navigando. *ff. ad municipal. l. 1. eo. in prin. & l. ejus. §. Celsus.* Item ratione delicti infra Parochiam ipsius Confessoris ab alieno Parochiano commissi. *de pœnit. c. 1. 6. q. 3. placuit.* Sed illud potius locum habet in Foro contentioso, quàm in Foro Pœnitentiæ: nam in foro Animæ talis debet confiteri Curato suo ubi habet domicilium. *16. q. 1. placuit. per Fo. et Archidi.* Et idem notat *Archi. de consti. c. 2. in fi. l. 6.* Nec credo reperiri in Jure cautum, id quis fortiatur Forum alienum ratione peccati, quia cùm pluries homo forsan peccat in die, & in diversis Parochiis, sequeretur absurditas, viz. quòd confitendo pluribus divideret Confessionem, contra illud qd legitur *eo. ti. c. omnis.* & sic ibi *eo. per Fo. in collect. vers. sed nunquid casus præmissi.* Ista cum aliis, de quibus dixi *supra. eo. cap. Presbyteri. vers. à jure permissis.* notantur per *Hosti. eo. ti. §. quibus confitendum. ver. fallit tamen, et ver. sequen.*

[y] *De licentia.* Sed hunc quæro, nunquid in casibus, quibus licet confiteri alteri quàm proprio Sacerdoti sive Curato, liceat indistinctè confiteri cuicunque Sacerdoti etiam non habenti Curam Animarum? Dic, secundùm *Ray*, quòd non, excepto articulo necessitatis, & est duplex ratio: una est, quia tales casus non sunt modi dandi Jurisdictionem ei, qui alias non habet Jurisdictionem in foro Animæ sibi commissam. Alia ratio est, quia licet ipsi pœnitentes sint licentiati, seu aliàs absoluti, quòd possint confiteri alii quàm proprio Sacerdoti; non tamen tales Capellani habent potestatem audiendi & absolvendi. Alia potest esse ratio, quia proprius Curatus non potest dare potestatem talibus Capellanis simplicibus, sed solus Episcopus, duntaxat illis qui sunt in Episcopatu suo. *16. q. 1. pervenit.* Et licet posset aliis de alio Episcopatu dare hanc potestatem quoad Jurisdictionem, voluntariam, non tamen potest eos compellere suam Commissionem recipere. *Hostiensis* tamen dicit, quòd sufficit si habeat licentiam Judicis sui, ut possit alicui in specie confiteri: i. e. etsi licentiam habeat in genere ut possit confiteri cui vult; vel impliciter quòd possit confiteri alteri: in istis duobus casibus dicit, quòd si Subditus recurrit ad discretiorem, sive ad Religiosum, sive alium, vel ex causa ad non ita peritum, dum tamen peritus & honestus sit; securè confitetur, & alius securè audit. *Ar. Extra. eo. nè pro dilatione.* Si verò causam non habet, nisi quia vult abscondere peccata sua à proprio Sacerdote, vel quia ipsum contemnit, seipsum seducit; & de hoc ipse debet pœnitentiam agere. Hæc notat *Hostiensis eodem titulo. §. cui confitendum, vers. in tamen.*

[z] *Vel Episcopi.* Habens namque Jurisdictionem immediatam super aliquos, committere potest potestatem audiendi Confessiones eorundem, sive sit ipse Curatus, Sacerdos, vel Episcopus, sive Papa, secundùm *Hostiensem in summa. eodem titulo. §. cui confitendum. vers. cui Papa sacerdos. ver. in fine.* Et sufficit nuda † scientia, secundùm eum, etiam absque literis. *Extra. eodem titulo. capit. omnis.* Unde & Curatus alicujus Ecclesiæ non Sacerdos, eò quòd habet Jurisdictionem in Foro animæ in Cura sibi commissa, potest ipsam Jurisdictionem committere ei qui habet Ordinem, secundùm *Pe.* Sed quæro, nunquid Episcopus potest committere potestatem alicui audiendi confessiones Parochiani alicujus Subditi sui, ipso cujus est Parochianus invito? Videtur quòd non: quia per talem commissionem fieret præjudicium Parochialibus Sacerdotibus, quorum interest ut cognoscant vultum pecoris sui.

Casus, qui ut licet alieno Sacerdoti confiteri.

Quæstio.

† *al.* licentia.

Quæstio.

Prover. 28. & pro Animabus eorum tenentur reddere rationem. Sed dic Jus illud, ut ſc. ſinguli confiteantur propriis Sacerdotibus, non eſt introductum in favorem ipſorum Curatorum, ſed in utilitatem Eccleſiæ; unde ſine eorum præjudicio committi poteſt alteri, quando Eccleſiæ videbitur expedire. Nec obſtat ſi dicas, qd Curatus miniſtrabit Euchariſtiam; unde tenetur ſcire ejus conſcientiam. Nam ubi eſt aliquis confeſſus habenti poteſtatem ab Epiſcopo vel Papa, ſufficit qd de hoc certificet Curatum ſuum, & dicat ſe confeſſum eſſe & abſolutum; nam aliter non poteſt ſibi conſtare de conſcientia ejus, ſecundùm *Pe.* In hac tamen materia, ſc. an Curatus teneatur Parochiano ſuo credere, dicenti ſe eſſe confeſſum & abſolutum, ad effectum ut ſibi miniſtret Euchariſtiam? *Thomas* in quadam quæſtione, *de quolibet*, diſtinguit inter ea quæ pertinent ad Forum Judiciale, & ea quæ pertinent ad Forum Animæ: in his enim impedimentis quæ concernunt Forum Judiciale, non eſt ſibi credendum. Verbi gratiâ; ſcio Parochianum meum per Judicem eſſe excommunicatum, dicit ſe Abſolutum; non teneor ſibi credere, niſi aliter conſtet de Abſolutione. Tale autem ſit impedimentum concernens Forum Pœnitentiæ, utpurà, peccatum, teneor ſibi credere, & injuſtè ago ſibi denegando Sacramentum Euchariſtiæ, tùm aſſerat ſe eſſe confeſſum & abſolutum ab eo qui habet poteſtatem Abſolvendi, vel Auctoritate Apoſtolica, vel Epiſcopi; nec poteſt compelli ut peccata talis confeſſa, & de quibus abſolutus eſt, iterum confiteatur: & huic ſententiæ *concor. Petrus*, & etiam *Alexius*, qui dicit, qd talis Abſolvens debet injungere Confeſſo ſibi quatenus ad minus in generali ſe oſtendat Curato ſuo proprio, qui debet ſibi Sacramenta miniſtrare; licèt tamen hoc noluerit, nihilominus tamen debet ipſum abſolvere. Præmiſſa quæ dixi, quòd ſcil. in his quæ concernunt Forum Animæ, Curatus tenetur credere Parochiano; intelligè fore vera de occultis, de quibus nihil ſcire poteſt niſi per Parochianum ſuum. Secus eſt in manifeſtis, vel quando alias eſt probabiliter ſuſpectus, ſecundùm *Jo. An. in ſumma confeſ. eo. ti. q.* 48. Finaliter hic ſcias, qd tales quibus Epiſcopi generaliter committunt poteſtatem audiendi Confeſſiones ſubditorum ſuorum, non poſſunt abſolvere in caſibus Epiſcopo reſervatis, ſecundùm *Ray.* ad quod facit *de offi. Vica. c. ſi. h. 6.*

† *Ms. add.* de Simonia,

a *Item Sacerdos.* Quartâ pars.

b *Uxori.* i. e. Mulieri conjugatæ.

c *Occulto.* Secus ergo erit in peccato manifeſto ſive publicè. Quod dic ut notat *Hoſtien. in ſumma. eo. ti. § quæ pœnitentia. verſi ſit conjugata.*

d *Enormi.* Utpurà, Adulterio, Inceſtu, & hujuſmodi.

e *Idem.* Verſ.

f *Marito.* Ubi ſc. commiſerit peccatum enorme occultum.

g *Item de furto.* Quintâ pars.

Rapina.

h *Rapina.* Quæ eſt propriè rerum. *Raptus* mulierum, maximè Virginum. Et dicitur *Rapina*, cùm per violentiam auferuntur res alicujus in aperto, undecunq; fiat, excepto loco ſacro vel Eccleſiaſtico, quia tunc committitur Sacrilegium. Et nota, *ſecundùm Thomam in ſumma. q. 66. arti 9.* qd Rapina eſt gravius peccatum quàm Furtum, quia Violentia magis eſt contra voluntatem quàm Ignorantia. Et quia per Rapinam non ſolùm infertur damnum alicui in rebus, ſed etiam vergit in quandam perſonæ injuriam. Quòd autem homines minus verecundantur de Rapina quam de Furto, ex hoc eſt, quia homines ſenſibilibus inhærent magis gloriantur de virtute exteriori, quæ magis manifeſtatur in Rapina, quam de virtute interiori quæ tollitur per peccatum, & ideo minus verecundantur de Rapina.

Aſtutia.

i *Fraude.* Quæ differt à Dolo in hoc: quòd *fraus* magis propriè pertinet ad executionem Aſtutiæ, ſecundùm qd eſt perfecta; ſed *dolus* pertinet propriè ad executionem viarum falſarum & ſimulatarum quas excogitat Aſtutia. Et *Aſtutia* dicitur, cùm quis ad finem aliquem conſequendum, vel bonum, vel malum, utitur non veris ſed ſimulatis & apparentibus. Et Aſtutia, prout ſonat in malum, ſecundùm *Thomam in ſumma. q. 55. arti 1.* & 2. eſt ſpeciale peccatum, juxta illud 2 *ad Corinth. 4. Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in Aſtutia*: & notatur per *Jo. in ſumma confeſ. li 3. ti. de judic. peccatorum. q.* 232. *utrum aſtutia ſit peccatum, &c.*

k *Sacerdotes.* Supple, Confeſſores.

l *Cum ſatisfactione.* Quæ conſiſtit in Eleemoſyna, & carnis macceratione. Sed quæro, nunquid Reſtitutio, de qua ſequitur, ſit pars ſatisfactionis? Dic, ſecundùm *Pe.* qd pars ſatisfactionis poteſt dici dupliciter. Uno modo, communiter omne illud qd ad debitam ſatisfactionem exigitur, & ſic Reſtitutio eſt pars Satisfactionis. Alio modo dicitur proprie id in quo conſiſtit Satisfactio, & ſic non eſt pars, quia dicit ceſſationem tantùm ab injuria, ſed eſt fundamentum & quaſi præambulum. Fit enim inæquitas juſtitiæ ad Proximum tripliciter: aliquando in rebus tantùm, ejus rem retinendo; aliquando in actionibus & paſſionibus, injuriando; aliquando in utroque ſimul, ut ei per vim res auferendo. Et ſecundùm hoc tripliciter ſit emenda: nam in primo caſu ſit reſtitutio, ſicut quando ſolvitur debitum; in ſecundo ſufficit ſatisfactio; in tertio requiritur utrumque.

Quæſtio.

1 *Item Sacerdos* talè Pœnitentia injungat [b] uxori, ut viro ſuo non reddatur ſuſpecta de aliquo crimine [c] occulto & [d] enormi. [e] Idem de [f] marito eſt obſervandum. [g] Item de furto, [h] Rapina, & [i] fraude, [k] & maximè de Decimarum detentione, ſeu ſubtractione alicujus Juris Eccleſiaſtici diligenter ſibi caveant [k] Sacerdotes, nè aliquib. injungant Pœnitentiâ, niſi cum [l] ſatisfactione & [m] reſtitutione facienda injuriam vel damnum paſſis, quia naturalis repugnat retentioni alicujus rei tanquam male acquiſitæ, & cum hoc Jus poſitivum etiam repugnat & dat remedium damnificato: utpurà, in rebus ablatis per rapinam, vel per dolum, vel oppreſſionem, calumniam, vel furtum; 14. q. 5. c. ſi. & in talibus in foro Pœnitentiæ abſque dubio eſt injungendum ut reſtituat, nec aliter poteſt ſalvari. Et hoc intelligas in omni caſu ubi Jus poſitivum vult reſtitutionem fieri, ſive Juris actione, utpurà, de dolo, qd metûs cauſa, & ſimilibus, ſive Officio Judicis. Ratio eſt, quia tam Naturalis Æquitas quam Jura poſitiva volunt Reſtitutionem fieri. Hypocrita quoque, qui ſub nomine boni Chriſtiani quæſivit multa bona, tenetur ad Reſtitutionem, quia per fraudem acquiſivit: 14. q. 2. c. 1. & debet hæc Reſtitutio fieri Deo per largitionem Eleemoſynarum, & non illi qui dedit, quia ille conſecutus eſt mercedem ſuam. *Ar. c. ex tranſmiſſa. Extra. de decimis.* Conſimiliter ſi Naturalis Æquitas expoſcat Reſtitutionem fieri in eo qui eſt ſolvendo, licèt ad hoc Jus poſitivum non aſſiſtat, faciendæ eſt Reſtitutio. Verbi gratiâ, in eo qui promiſit ſolvere Servo, obligatur enim naturaliter. *ff. de condi. indebiti. l. quod ſervus. & l. naturaliter.* In quo caſu, inquantum res promiſſa acquiritur Domino, ſufficit etiam in foro Conſcientiæ ut ſolvatur Domino, ma imè ubi promittens certus eſt, quòd ſolvendo ſervo non verteretur in utilitatem Domini. Et idem dicendum eſt in Monacho, qui ſervo æquiparatur. 12. q. 2. *non dicatur, etc. nolo.* Quandoq; contingit, quod Lex Naturæ judicet rem malè tentam fore reſtituendam ſive ſolvendam, ſed Jus poſitivum ob culpam aliquam privat illum cui debetur exactione debiti; ut in re donata ex turpi cauſa Meretrici vel Mathematico: quo caſu, cùm in pari cauſa turpitudinis melior ſit conditio poſſidentis, Meretrix, quæ recepit, non tenetur ad Reſtitutionem; quia dans, quantum in ſe erat, habuit rem pro derelicta. Tenetur tamen, quæ turpiter recepit, illam rem in uſus pauperum diſtribuere. 14. q. 5. *non ſanè.* Poteſt tamen, ſi velit, illam reſtituere illi à quo turpiter recepit. Pro quo faciunt notata *de decimis. c. ex tranſmiſſa. & 1. q. 1. non eſt putanda.* Sic etiam acquiſitum ex ludo A eorum non poteſt teneri cum bona conſcientia, non tamen debet reſtitui illi qui perdidit; ſed debet erogari pauperibus: poteſt tamen illi qui perdidit reſtituere, ſi velit. Præterea in filiofamiliis mutuantè pecunias, æquitas Naturalis dictat ut reſtituatur: Lex tamen poſitiva, mota certa de cauſa, dat filio convento exceptionem, *ff. de Macedo. l. 1.* videl. nè ſi filius habita pecunia aliquid imaginetur in mortem patris. In hoc tamen caſu oportet, quod Confeſſor ſit diſcretus in examinanda conſcientia filii qui mutuò recepit, ſcil. an conſtet, quod in veritate Creditor dedit in necem paternam, & ſic filius ſuſcepit, ſic qd uterque fuit in turpitudine; & tunc danda eſt pauperibus. Poteſt tamen reddere ei qui mutuavit, ſi velit; nam licèt mutuans turpiter dederit, non tamen reſolorum turpiter accipit. Si conſtat quòd non in mortem patris ſed in charitatem mutuaverit, reſtituì debet per filium; quia Æquitas favens Legi poſitivæ, obvia Legi Naturæ ceſſat. Si eſt dubium, quanquam Lex poſitiva præſumat mutuatum eſſe in necem patris; Lex tamen Conſcientiæ non habet hanc Præſumptionem, imò potiùs præſumit Charitatem: & ſic tutius eſt quòd reſtituat, in quo facto nullum eſt periculum, quàm quòd retineat, in quo facto poteſt eſſe periculum. Ex his patet, qd dicendum eſt in quæſtis ex præſcriptione merè odioſa, tali viz. quæ ſolùm fundata eſt ſuper negligentia non petentis; ut in præſcriptione triginta Annorum, in qua non requiritur Titulus, neque bona fides, nec fundatur ex poſſeſſione vel terminis reſidentibus in præſcribente, an viz. debeat fieri Reſtitutio. Et ſciendum, quòd licèt talis ſecundùm *Doct.* ſit turus in Foro contentioſo, tamen in Foro Conſcientiæ tenetur ad Reſtitutionem. Ubi verò Præſcriptio non eſt merè odioſa, quia non fundatur ſuper negligentia ejus contra quem præſcribitur, ſed ſuper terminis reſidentibus in præſcribente cum Titulo & bona fide; tunc, ſecundùm Canoniſtas, licèt talis Præſcriptio ſit contra naturalem Æquitatem, quia tum ſit propter bonum publicum & æquitatem publicam, non tenetur ad Reſtitutionem: notatur per *Doctores in c. vigilanti. Extra. de præſcrip. & in Reg. Juris. poſſeſſor. de Reg. Juris. li. 6.* Theologi tamen in hoc communiter tenent contrarium: quia non eſt tanta æquitas ex parte præſcribentis, quanta ex parte ejus contra quem præſcribitur,

Nota latè de materia Reſtitutionis.

m *Reſtitutione facienda.* Si vis hanc materiam plenius intelligere, vide notata per *Fab. in ſumma confeſ. li. 2. ti. 3. per totum.* ubi per plures quæſtiones tractatur materia reſtitutionis male ablatorum & tenentorum. Scias tamen circa hanc materiam, quòd quandoq; Æ-

gur; & quia in Foro Conſcientiæ non eſt ratio finis litium, quia talia expediuntur ſine lite. Et hæc opinio Theologorum maximè poteſt dici vera, ubi præſcribitur contra ignorantem, ſecus ſi contra ſcientem; nam tunc Conſcientia non tantum ſtimulat, quia præſcribens videtur habere tacitum conſenſum ejus contra quem præſcribitur. Sed in hoc caſu puto idem ſicut ubi ignorat: nam ex quo præſcribens non eſt certus, an is, contra quem præſcribitur, conſentiat vel non. In dubio hoc caſu præſumitur non conſentire, & ſic præſcribens in foro Conſcientiæ tenetur ad Reſtitutionem. Et hoc poſſet dici ſatis verum, ubi acquiſivit rem Titulo lucrativo, nec circa eam ullas fecit Expenſas. Aliàs autem ſi rem habuit Titulo oneroſo; tunc ſi contra ignorantem vel non ſagacem præſcribit, conſulendum eſt ei ut reſtituat: ſi contra ſagacem præſcripſerat, non reſtituat, niſi refuſo pretio, & ſumptibus meliorationis, quia hoc damnum paſſus eſt propter negligentiam illius cujus erat res, in eam non recuperando. Simili modo dicendum eſt de eo qui rem tenet ex ſententia iniqua, ſive condemnatoria, ſive abſolutoria: nam licèt Sententia ob bonum publicum ſit introducta, ut imponat finem litibus, non tamen eſt tanta æquitas ex parte ejus, pro quo iniqua Sententia fertur, ut poſſit abſorbere æquitatem ex alia parte, quæ eſt ut non locupletetur cum injuſta Sententia ex jactura alienâ, ut in Regula *locupletari. de Reg. Jur. li. 6.* Et hoc maximè erit verum, quando procuravit talem Sententiam ferri, & is, contra quem eſt lata, contradixit quantum potuit, ut quia bis appellavit, & tertio non potuit. *de appel. c. ſua nobis.* Ubi verò non procuratione ſuâ, ſed Judicis ignorantiâ injuſtè obtinuit, & pars adverſa non appellavit, puto idem; quia licèt videatur acquieviſſe ſententiæ, tamen talis conſenſus non eſt verus, ſed præſumptus: ut *no. C. quando & quando judex. l. ab eo. Extra. de re. judi. quod ad conſultationem.* & faciunt notata *de conceſſ. Præben. c. 1.* & quia hoc expeditur in foro Animæ ſine lite, & ſic ceſſat ratio finis litium. Per præmiſſa etiam patet, quid de Legatis in minùs ſolenni Teſtamento & per Legatarium receptis; nam Lex Conſcientiæ dictat talia Legata fore retinenda, licèt Lex poſitiva vellet contrarium, & ideo non tenetur ad Reſtitutionem in foro Conſcientiæ. Sic etiam ille, qui confeſſus eſt ſe debere 20. ſub ſpe futuræ numerationis lapſo biennio, licèt in foro contentioſo poſſit aſtari ad ſolvendum: *C. de non nu. pe. Jan contra Hibus:* tamen in foro Pœnitentiali non debet arctari ad ſolvendum, quia non eſt naturaliter obligatus. *ff. de condi. indebi. l. quod ſi maritus.* Nam licèt in foro contentioſo, lapſo biennio, præſumatur ejus conſenſus; non tamen eſt certum de ejus conſenſu, & ideo in dubio tutius eſt eligendum. Nec adeſt tanta æquitas in Creditore, quæ abſorbeat æquitatem Debitoris; & Lex fori contentioſi eſt malè informata de veritate, ſed in foro pœnitentiali ſic informatio veritatis ex apertura Conſcientiæ Confitentis. Et ſi talis ſolveret xx. recipiens teneretur ad Reſtitutionem, ſecundùm ea quæ prædixi. Pari forma ſi Legatarius recepit integrum Legatum, dum tamen hæres poſſet detrahere quartam *Falcidiæ*, eò quòd totum recipit ex voluntate Defuncti, non tenetur in foro Conſcientiæ illam quartam reſtituere, ſecundùm *Inno.* licèt ſecus ſit in foro contentioſo; ut *l. error. C. ad l. Fal.* & cum *Inno.* concordat *Hoſt.* quando hæres ſolvit per errorem Juris, ſecus ſi per errorem facti. Tu dic, quòd ſi Teſtator vetuit *Falcidiam*, tunc abſq; dubio poteſt retinere integrum Legatum cum bona conſcientia. Et idem, ſi Teſtator fuit ignarus ſui Patrimonii; apparet enim Voluntas Teſtatoris pro Legatario, ſed pro Hærede eſt dubia. Nec eſt aliquis error, ſi Voluntas Teſtantis apparens impleatur: poteſt tamen eſſe error, ſi aliquid detrahatur, ideo tutius eſt amplectendum. Si verò Teſtator non vetuit *Falcidiam*, tum Voluntas Defuncti eſt dubia. Et ideo puto, quòd ſi Teſtator fuerit perſona ignorans Jura *Falcidiæ*, nihil † requirendum eſt, quia verìſimile eſt, quòd non cogitavit de quarta *Falcidiæ* detrahenda. Si verò fuerit perſona ſciens Jura *Falcidiæ*, tunc in foro Animæ conſulendum eſt ut reſtituatur, ſive ſolarum fuerit per errorem Juris, ſive per errorem Facti; nam in tali dubio tutius pro Anima eligendum eſt. Eſt namque verìſimile, quòd Teſtator ſciens Jura *Falcidiæ*, ſi voluiſſet *Facidiam* non ſolvi, vetâſſet eam. Ex quo igitur hoc non fecit, aliqualis eſt ſuſpicio quòd aſſenſerit lucro Hæredis in habendo *Falcidiam*; & ideo in hoc tutius eſt Animæ Legatarii, ut non tollat lucrum juſtum datum à Lege Hæredi pro labore ſe implicandi oneribus Hæreditariis. Inſuper ubi aliquis injuſtè eſt condemnatus ad aliquid ſolvendum vel tradendum, tùm tamen in conſcientia ſciat ſe non debere id in quo condemnatur, ſponte non tenetur in foro Conſcientiæ illud ſolvere, licèt lege Fori poſſit ad hoc compelli. *ff. de rei. vend. l. qui reſtituere. ff. ad vel. ſ. 9 &c. l. qui juſſu. ff. de rei vend. l. a Divo Pio.* Imò debet petenti reſiſtere, 2. *q.* 7. *negligere.* ſecundùm *Inno.* & *Hoſtienſem.* Si tamen ille, pro quo fertur Sententia, ſciens illud non debeat, illud recipiat; tenetur in foro Conſcientiæ illud reſtituere, 14. *q.* 3. *c. ſi.* & ultra hoc ſatisfacere. 6. *diſt. c.* 1. & *de purga. vul. c.* 2. Sic quoque ubi Hæres non confcit Inventarium, licèt de Jure Fori teneatur in ſolidum etiam ultra vires Hæreditarias. Secus tamen eſt in Foro Conſcientiæ. Et ſic notat *Jo. An. de uſuris. c. quanquam. li.* 6. & *Bart. in l.* 1. *C. de ſacroſanc. Eccle.* Et hoc verum eſt, quia inquantum plus tenetur, eſt pœna; ſed ad pœnam non tenetur quis in Foro Conſcientiæ: 12. *q. fraternitas. cum ibi notabis.* Has materias collegi ex dictis *Anto. de Butrio.* poſt *Innocen.* & alios *Doctores. de immu. Eccle. capit. quia plerique.* qui in effectu ponit Concluſiones prædictas, quicquid alii *Doctores* dicant. Et hanc materiam latiùs proſequere iſto *co. ti. §. ſi. per Hoſtien. in ſummâ.*

† MS. Æton. reſtituendum.

a *Cùm non.* Ponitur ratio præmiſſorum.

b *Niſi reſtituatur. de Reg. Jur. c. peccatum. li.* 6. *ubi de hoc.*

c *Item in majoribus.* Sexta pars.

d *Dubiis.* His ſcil. in quibus Sacerdos dubitat quid eſt agendum.

e *Vices ejus.* Scil. Vicarium ſuum generalem, vel ejus Pœnitentiarium. Poteſt etiam conſulere Officialem Epiſcopi; ſed tamen ipſe Officialis ratione Officii ſui non habet poteſtatem audiendi Confeſſiones, quia ad Spiritualia non eſt deputatus, ſecundùm *Hoſtien.* & videtur expreſſum *de temp. ordi. c. cum nullus. §. inferiores. li.* 6.

f *Provido.* Utputà, Doctores in Theologia, & in Jure Canonico.

g *Abſolvere.* Supple, vel alias ad Superiorem remittere.

h *Et nè.* Septima pars.

i *Pœnitens.* Id eſt, Confitens.

k *Deſperationem.* Quia forſan deſperabit de venia, cùm viderit ſe non recipi ſtatim ad beneficium Abſolutionis.

l *Moneat.* Scil. Confeſſor.

m *Interim.* i.e. Dum Confeſſor eſt in quærendo conſilium.

n *Illuſtret.* Id eſt, illuminet.

o *Et hoc.* Octava pars.

p *Idem.* Ut eum ſc. moneat facere quicquid boni poterit.

q *Non vult.* Vel vult abſtinere ab uno, & non ab alio.

r *Non poterit.* Ratio ſtatim ſequitur. Et talis non eſt in charitate, nec proſunt ſibi bona quæ facit ad vitam æternam, quamvis proſint ad alia, ut ſtatim dicam. Eſt enim ejus Confeſſio admittenda, & de peccatis commiſſis conſilium adhibendum. Et licèt talis non ſit verè pœnitens, eſt tamen crebris & ſalutaribus monitionibus inducendus. *Extra. eo. ti. c. quod quidam.* & notatur per *Ray. §. 52. & per Hoſtien. in ſummâ. eo. ti. §. & an ſitè. in fi.* Scias tamen, quòd ſi peccatum talis ſit publicum, debet compelli ad ſatisfaciendum per Cenſuras Eccleſiaſticas. Sed cùm in hoc §. dicatur, quòd tali conſulendum eſt, ut *faciat quicquid boni poterit*, quid operabuntur hujuſmodi bona facta, cùm non proſint ad vitam æternam, ut *ſuprà* dixi? Dic, quòd proderunt ei ad aliquod iſtorum: primò ad Extremi Judicii ſupplicium tolerabilius ſubeundum: *de pœni. diſt. 3. ſi quis autem non habens charitatem.* & loquitur ibi de illo qui ſine charitate mortem patitur pro Fide. Secundò, ad Temporalem proſperitatem obtinendam. *de pœni. diſt. 3. cavendum.* & 22. *q.* 2. *ſi quilibet.* Tertiò ad hoc, ut citiùs illuſtretur cor ejus ad pœnitentiam. *de pœ. diſ. 5. falſas. in fi.* Quartò, ad aſſuefactionem bonorum operum, ſicut dicitur de Baptiſmo *Johannis*, quod non valuit ad remiſſionem peccatorum, ſed ad aſſuefactionem boni. *de conſecra. diſt. 4. non regenerabuntur.* Quintò, quia credendum eſt quòd Diabolus in eo non habet tantam poteſtatem, quantam haberet ſi bona opera non faceret. Quod patet ex eo quod refert Beatus *Gregorius*, in Dialogo *de Judæo*, qui ſe munierat ſigno Sanctæ Crucis, & ideo Dæmones non poterant ei nocere; imò Dæmon, qui eum primò invenerat, retulit majori Dæmoni & cæteris, in hæc verba, *Inveni vas vacuum ſed ſignatum.*

Ad quid proſunt bona in peccatis mortalibus facta.

s *Cum venia.* Ratio eſt præcedentium.

t *Corrigenti. De Reg. Jur. c. peccat. li.* 6.

u *Item caveant.* Nona pars.

a *Peccata.* Supple, aliena; ut *infrà* patet. (*personarum.*

b *Personarum.* De his vide quæ dixi *supra. eo. c. in confessione.* §.

c *Cùm scriptum sit.* In *Ps.* & est ratio præcedentium.

d *Propria.* i. e. De peccatis propriis.

e *Non aliena.* Id est, de peccatis alienis. Hìc scias, qd aut fine alterius peccato potest confitentis peccatum sufficienter notificari Confessori, aut non potest. Si potest, non est confitendum peccatum alienum, quia tunc esset proditor criminis alterius: unde super illud *Ps. Dixi confitebor adversùm me injustitiam meam*, dicit *Glo.* Peccata mea, non aliena. Si verò non potest, tunc aut per hoc imminet aliquod periculum illi personæ, & non est exprimenda persona cum qua peccatum est commissum, sed sufficit dicere sine tali circumstantia; aut non imminet periculum, & potest exprimi persona.

Sacerdotes, nè [a] peccata à pœnitentibus inquirant, aut nomina [b] personarum cum quibus peccaverunt, sed circumstantias tantùm, & qualitatè peccati; [c] cùm scriptum sit, *Deus, vitam meam nunciavi Tibi, & non alterius*; & [d] propria debet esse Confessio, & [e] non aliena.

Nullus in peccato Mortali non confessus celebret, nec quovis pacto peccata detegat, quæ per Confessionem scit; aut degradetur.

Divisio. f PRohibemus. Hæc est Constitutio ejusdem cujus & præcedens, & facit duo. Primò statuit, ne existens in Mortali peccato celebret non confessus. Secundò ibi, *Item nullus*, ordinat sub pœna nè Confessor detegat peccatum sibi confessum.

g *Mortale peccatum.* Qualis est omnis Transgressio Decalogi: item illa quæ numerantur ab Apostolo, ad *Ro.* 1. scilicet *Idololatria, vitium contra naturam, iniquitas, malitia, fornicatio, avaritia, nequitia, invidia, homicidium, contentio, dolus, malignitas, susurratio, detractio, contumelia, superbia, elatio, inventio malorum, inobedientia, insipientia, incompositio*, quibus adjungit illos *qui sunt sine affectione, absque fœdere, & absque misericordia.* De omnibus his adjungit Apostolus, quòd *qui talia agunt, digni sunt morte æterna.* Item in Epistola ad *Gal.* 5. ait, *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, avaritia, qd est Idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietas, commessationes, & his similia quæ prædico vobis sicut prædixi; quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Multa etiam enumerat *Aug.* Mortalia, 25. *di.* §. *criminis.* ubi dicit, quòd "Mortalia sunt sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falsum testimonium, rapina, furtum, superbia, invidia, avaritia, & si longo tempore teneatur iracundia. Et subdit, " Quicunque aliquod de istis peccatis in se dominari permiserit, nisi dignè pœnituerit, æterno igne cruciabitur. Et dicit *Hostiensis* breviter, quod tradi poterit pro Regula, qd ubicunq; aliquid committitur in contemptum Dei sicut in Hæresi, vel Ecclesiæ sicut in Rebellione, obstinatia, & inobedientia, vel in detrimentum proximi ex certa scientia, sicut in furto vel rapina; vel in opprobrium sui, sicut in fornicatione; quia, secundùm Apostolum, *qui fornicatur, in corpus suum peccat*, Mortale peccatum poterit judicari, secundùm *Host. in summa. eo. ti.* §. *de quibus peccatis. ver. avaritia.*

h *Confiteatur.* Sc. in foro Pœnitentiæ, & Sacramentaliter homini Sacerdoti.

i *Non putet.* Vers.

k *Generalem.* Quæ fieri solet in introitu ad Altare, & ad Completorium, & ad Primam; & circa hæc quæ hic dicuntur, vide quæ scripsi *supra. de cele. Miss. c. linteamina.* §. *prohibemus.*

l *Item nullus.* Secunda pars.

m *Etiam mortis.* Illud quod hic dicitur, additur ad *c. omnis utriusque. eo. ti.* §. *ulti.* Et facit ad hoc, quòd magis quis debet mortem pati, quàm peccato mortali consentire.

n *Confessionem.* Supple, Sacramentalem. Nam in Confessione non Sacramentali, quando aliquis sc. in secreto consilio revelat alicui id quod non est peccatum de sui natura, ut quia forsan revelat Sacerdoti ea quæ debet, vel sibi debentur; Sacerdos non debet tale secretum recipere sub sigillo Confessionis. Et licèt per indiscretionem sic susceperit, non tamen tenetur celare nisi per modum consilii vel secreti. Unde Sacerdos compulsus per Judicem de hujusmodi debito dicere veritatem, hoc facere tenetur, quandocunque justè Judex super hoc inquirat ut possit cognoscere veritatem, non obstante qd indiscrete hoc secretum recepit sub sigillo Confessionis. Et licèt juraverit illud celare, si tamen postea illud debitum fuerit confiscatum, & Judex super hoc inquirat, Sacerdos inquisitus tenetur dicere veritatem, non obstante illo Juramento; quia illud Juramentum non est obligatorium quia illicium, & sic non est observandum in præjudicium Juris alieni, secundùm *Thomam di.* 22. & *Hostiensem Extra. eodem cap. omnis.* §. *caveat.* Si autem hujusmodi debitum requiratur injustè per aliquem Tyrannum, tunc conscius illius debiti debet tacere, vel sermonem transferre ad aliud, vel respondere Sophisticè, secundùm *Wil. super Ray.*

o *Generaliter.* Et sic nullo modo hoc verum, quando Confessio facta est Sacerdoti, non ut Judici sed ut Dei Ministro. Nam si ut Judici fuerit aliquid sibi revelatum, non tenetur celare. *Extra. de Cleri. pro sal. promo. c. unico.* & *ibi per Host. ver. secreto.* Sed quid si Sacerdos illud sciat alio modo quàm per Confessionem in foro Animæ? Potest dici, quòd inquantum alio modo scit, & compulsus est per Judicem; potest illud dicere, non tamen sic, quòd scil. audivit in Confessione; sed dicat sic: "Ego sic audivi, vel sic vidi. Semper tamen abstineat, inquantum potest, nè de persona loquatur propter scandalum vitandum, nisi necessitas imminèat. Sic sentire videtur *Inno. d. c. omnis* §. *caveat. in fi.* & *glo. super Ray.* §. 62. & *Jo. in summa. confes. de relatione confessionis. q.* 23. & *Astex. li.* 6. *ti. de sigillo confessionis q. utrum scienti.*

Idem.

f PRohibemus, quòd nullus Sacerdos lapsus in [g] mortale peccatum ad Altare præsumat accedere celebraturus, antequam [h] confiteatur: [i] nec putet, ut quidam errant credentes, qd mortalia delentur per Confessionem [k] generalem. [l] Item nullus Sacerdos irà, odio, metu [m] etiam mortis audeat detegere quovismodo alicujus [n] Confessionem signo, nutu, vel verbo [o] generaliter vel specialiter. [p] Et si [q] super hoc

p *Et si.* Vers.

q *Super hoc.* Scil. revelatione Confessionis Sacramentalis. Sed quid si Confitens consentiat ut reveletur, quia forsan producit Confessorem in Testem. Dicunt *Doctores*, quòd potest revelare. *Extra. de simo. c. nemo.* & *de adult. ci significasti.* & *ibi per Hostiensem.* & *Jo. An.* & *concor. Ber. de testi. c. super. glo. fi. in fi.* & *Goffre. Ber. Inno. Hostien.* & *Jo. An. eo. ti. c. testimonium, in fi.* & *Ber. de excep. c. 1. glo. si fuerint.* & *ibi per Host.* & *Jo. An. Hosti. in summa. de test.* §. 3. & *Spec. ti. de test.* §. 1. *ver. item opponitur.* & *Archid.* 50. *di. In capite.* & 2. *q.* 7. *Ipsi Apostoli. Glo.* adde, *dicas quod ubi*: hoc tamen sic intellige, quòd Sacerdos illud, quod scit solùm per Confessionem, nullo modo debet revelare. Sed ille qui confessus est, potest illud ei alio modo intimare, dando ei licentiam ut revelet; & tunc potest dicere, nihilominus debet scandalum evitare inquantum potest. Tenebatur namque celare Confessionem propter duo, scilicet propter Sacramentum, quia quasi de essentia Sacramenti est celare Confessionem; item propter Scandalum. Primum tollitur per licentiam Confitentis, sed secundum nihilominus manet: & ideo ubi Scandalum timetur, non debet uti licentia tali. Hæc sunt dicta *Thomæ* & *Petri*, secundùm quod notat *Jo. in summa confes. Rubrica de confes. cela. q.* 100. & huic dicto concordare videtur *Jo. An. in Coll. eo. tit. c. omnis. ver. sed nunquid de voluntate.* *Quæstio.*

Sed quæro, quid si fiat Confessio de peccato committendo, non tamen adhuc commisso? Verbi gratiâ: aliquis confitetur velle se occidere hominem, vel aliud maleficium committere, & dicit quòd non potest Temptationi resistere; nunquid Sacerdos potest revelare? Aliqui dicunt, quòd potest revelare, tali qui potest prodesse, & non obesse. *Ar.* 22. *q.* 5. *hoc videtur.* & *q.* 4. *si quis aliquid.* & *c. non solum.* In hoc tamen *Doctores* Theologi dicunt communiter, quòd non debet revelare, sed omnino celare. *ut d. c. omnis.* & *de excess. Prælat. c. dilectus. de offi. ordi. c. Sacerdos. Hostien.* tamen in *d. c. omnis.* dicit, quòd quicquid poterit bono modo facere, ut peccatum impediatur, facere debet; tamen sine expressione personæ, & sine proditione Confitentis. Alii dicunt, quòd ubi fit Confessio de peccato committendo, non est vera Confessio, nec tali dari potest Pœnitentia, & propterea potest revelari his qui possunt prodesse & non obesse, ut prædixi. Et hæc fuit opinio *Rodorici de pœ. di.* 6. *Sacerdos.* & sic sentire videtur *Archid. ibidem post eum.* & facit ad hoc quod *nota. Jo.* 2. *q.* 1. *si peccaverit. ver. proditore. Henricus Bohic.* in dicto *c. omnis. dis.* 5. videtur adhærere opinioni Theologorum, qui dicunt, quòd etiam ubi imminet periculum futurum, utputà, in Hæretico, qui intendit corrumpere fidem, vel de Homicidio, vel aliquo alio damno temporali futuro, debet Confessor adhibere remedium, inquantum potest sine revelatione Confessionis, utputà, movendo confitentes ut desistant, & aliàs diligentiam adhibendo ad impediendum propositum confitentis. Potest etiam dicere Prælato, ut diligentiùs invigilet super Gregem suum: ita tamen quòd non dicat aliquid per quod verbo vel nutu prodat confitentem. Et hanc opinionem reputo veriorem, & magis consonam Juri, quod simpliciter loquitur. Alia verò opinio, quæ vult, quòd revelerur talis Confessio his qui possunt prodesse & non obesse, posset procedere quando confitens consentit ad hoc, secundùm ea quæ dixi *supra. eo. glo. in prin.* Ex præmissis potes inferre, quòd

ſi Judex malitiosè inſtet & inquirat à Sacerdote, an aliquid ſciat de tali facto, quod forſan audivit in Confeſſione, ſi non poſſit tranſferendo ſermonem ad aliud, vel alio modo iniquum Judicem declinare; poteſt reſpondere, ſe nihil inde ſcire, quia ſubintelligitur, ut homo: vel poteſt dicere plane, Nihil ſcio per Confeſſionem, quia ſubintelligitur, tibi revelandum; ſicut dicitur *Matth. 19. De die illa & hora nemo ſcit, neque Angelus in Cœlo, neque Filius*, & ſubintelligitur, quòd Filius nihil ſcit ad revelandum nobis, ſecundùm *Wilhel. ſuper Ray.* §. 62.

a *Convictus.* Scil. in Judicio.

b *Degradari.* i. e. Deponi: ut in *c. omnis, in fi.* ibi, *à Sacerdotali Officio deponendum.* Hic verò ſcias, quòd ſecundùm Decreta antiqua, Sacerdos revelans Confeſſionem confitentis deponi debet, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando proficiſci. *de pœ. diſt. 6. ſacerdos. in c. omnis. Extra. eo. tit.* dicitur, quòd debet deponi & detrudi in Monaſterium, ad perpetuam Pœnitentiam peragendam. Unde aliqui dicunt, quòd dictum *c. ſacerdos* corrigitur per dictum *cap. omnis. in fi. Hoſtienſis* tamen intelligit, quòd *cap. Sacerdos.* habet locum in Pœnitentia temporali, limitatâ forſan ad ſeptennium, vel ad aliud tempus majus vel ad minus, ut ſcil. illo tempore peregrinando tranſeat, & illo tempore finito detrudatur in Monaſterium, ut dicitur in *d. cap. omnis. in fi.* Et hanc Opinionem recitativè ſequitur *Henricus de Bonyco*, in *d. c. omnis. di. 6. & Jo. in ſumma confeſ. Rubri. de confeſſionis celatione. q. 99.* Sed mihi videtur, quòd intellectus *Hoſtienſis* non poteſt ſtare, quia *cap. ſacerdos.* non loquitur de Pœnitentia temporali ſed perpetua, quod ſatis patet ex hoc qd ibi dicit, *omnibus diebus vitæ ſuæ, &c.* & ideo melius eſt dicere, quod dictum *c. ſacerdos.* ſit correctum per *c. omnis*, ut dicunt alii. Vel dic, quòd inquantum in utroque loco ſtatuitur pœna Depoſitionis, & ſic concurrunt, una non tollit aliam; ſed inquantum unâ Lege ſtatuitur pœna Peregrinationis perpetuæ, & alia Lege Detruſio perpetua in Monaſterium, & hæ duæ pœnæ non poſſunt in eadem perſona ſtare ſimul, imò nec ſucceſſivè; ſolùm una earum eſt infligenda, ſc. poſterior: quia ſecunda Lex, licèt non tollat pœnam primæ Legis quoad originem, tollit tamen quoad executionem. *ff. de accuſ. l. Senatus. ubi de hoc, per Bart.* Sed quæro, quomodo probabit confitens, quòd Confeſſor revelavit Confeſſionem ſuam? Dic, ſecundùm *Jo. d. c. omnis.* qd probabit per duos Teſtes, qui audierunt Sacerdotem dicentem, qd talis in Confeſſione ſibi dixit quòd commiſit tale peccatum. Sin autem Teſtes dicerent, quòd audierunt Sacerdotem dixiſſe, *Ego ſcio, quòd talis commiſit tale peccatum*, & non addant, *quod ſcivit in Confeſſione*, non probant ad effectum qd Sacerdos ipſe puniatur pœnâ revelantis Confeſſionem; licèt talis Sacerdos aliunde ſit extraordinariè puniendus.

Quæſtio.

Diviſio.

c *Cùm ſæpe.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & facit duo. Primò, ponit cauſam Statuendi. Secundò ibi, *Per Archidiaconatus*, ponit Statutum.

d *Sacerdotes.* Utputà, Vicarii perpetui vel temporales, qui habent regimen Animarum: vel poteſt intelligi de aliis, ut *infrà* dicam.

e *Sacris Ordinibus.* Utputà, Diaconi, & Subdiaconi.

f *Nullis.* Scilicet Curatis.

g *Eis videtur.* Nam forſan morantur in Collegiis, vel locis Religioſis, vel Capellis Dominorum, in quibus Curati Eccleſiarum non exercent ea quæ ſpectant ad Curam Animarum, niſi fuerint invitati. Nihilominus tamen verum eſt, quòd tales ſubeſſe debent Curatis Eccleſiarum Parochialium, infra quarum Parochias degunt, niſi loca illa ſuper hoc Speciali Privilegio ſint fulcita, ut ſc. perſonæ illorum locorum poſſint liberè ſibi Confeſſores eligere: vel aliàs in eiſdem ſit dare aliquam perſonam, qui ſuper degentes in eiſdem exercere debeat Curam Animarum. Ad quod faciunt notata per *Hoſtien. ſumma. co. ti. §. quibus confitendum. in prin. ver. cui præpoſitus. in fi. & ver. cui Doctor. in prin. & ver. quid de familia Epiſcopi. & ver. cui Ruſtici.* per eundem, ubi loquitur de inhabitantibus diverſas Parochias, & etiâ de his qui ſunt in familiis Dominorũ.

h *Omnino non.* i. e. Nullo modo: & ſic aliàs exponitur *ff. de fideiuſſ. Græcè.* Et ideo ſic exponitur, quia præcedit negationem. Secus tamen eſſet, ſi negatio præcederet, ut dixi *ſuprà. de hæret. c. nullus quoq; ver. præſtanda.*

i *Quoſdam.* Sc. Confeſſores.

k *Nullam.* Sume qd eſt *infrà, proteſtatem.* Ille namq; qui non eſt Sacerdos proprius, nec habet Curam Animæ illius cujus Confeſſionem audit, non poteſt eum abſolvere, nec ligare. *2. q. 1. in primis. 6. q. 3. ſcitote. Extra. de judi. at ſi Clerici. §. ſi. de ſen. Excom. nuper. §. in ſecundo.* Hoc tamen fallit in caſibus quos tenetur ſcire. *ſuprà. eo. c. Presbyteri. ver. à Jure permiſſis. et c. ſacerdos. §. Item nullus. ver. alterius Parochianum.*

1 *Per Archidiaconatus.* Secunda pars.

m *Singulos. Concor. ſuprà. eo. cap. 1.*

n *Unus vel duo.* Explanat hoc qd minus aperte dictum erat *ſuprà. eo. c. 1.* Et nota, qd dicit, *unus vel duo*, ſic qd non oportet præciſe duos ordinare, licèt *ſuprà. eo. c. 1.* loquatur pluraliter, dum dicit, *Confeſſores certis prudentes &c.* quia illud capitulum loquitur de Archidiaconatibus, in quibus opus eſt ut ſint plures. Sed hic loquitur de Decanatibus, ut ſequitur, in quibus ſecundùm amplitudinẽ Decanatuum ponendi ſunt plures vel pauciores, ſecundùm diſcretionem Epiſcopi. Cui concordant notata per *Jo. de Athona.* in Conſtitutione *Othonis. Quod in quodam ver. per quæſlibet.*

o *Presbyteri.* Quibus ſolis data eſt poteſtas ligandi & ſolvendi, ut dixi *ſuprà. eo. c. de pœnitentia. ver. Diaconi.*

p *Idonei.* Tales viz. qui ſciant circumſtantias conſiderare, & diverſis medicamentis uti ad ſanandum ægrotum. *Extra. eo. c. omnis. de pœ. di. 6. c. ulti. de homi. c. ſicut dignum.* Et nota, quòd ſive tales aliàs præſint Curæ Animarum, ſive non, ut dicantur idonei, non refert, dum tamen ſint tales perſonæ, quæ nullius ſibi confiteri volentis incongruè voluntati deſerviant, ſed vitâ & moribus decorati tanto Miniſterio digni valeant inveniri. *8. q. 2. c. 1.* Sed huic dicto videtur repugnare id quod dixi *ſuprà. eod. tit. c. Sacerdos. §. Item nullus. ver. de licentia.* ubi apparet, quòd Licentiatus confiteri alteri quàm ſuo proprio Curato, tenetur confiteri il i qui aliàs habet Curam Animarum: nec ſufficit confiteri illi qui non habet Juriſdictionem in foro Animæ. *Solutio.* Illud habet locum, ubi poteſtas eligendi Confeſſorem conceſſa eſt confiteri volentibus, non ſpecificando perſonam vel perſonas, cui vel quibus debeant confiteri, nec generaliter dicendo qd poſſint confiteri cui volunt, nec ſimpliciter dicendo qd poſſint confiteri alteri quàm ſuo proprio Sacerdoti. Pro quibus dic ut ibi dixi. Sed hic loquitur, quando Epiſcopus deputat in ſpecie aliquos Confeſſores, & aliàs non habentes Curam Animarum; dat tamen eis facultatem & licentiam audiendi Confeſſiones Subditorum ſuorum, videlicet eorum de quibus loquitur hæc Conſtitutio; in quo caſu recipiunt Juriſdictionem ex conceſſione Epiſcopi, ut etiam ibi dictum eſt.

q *Singulis Decanatibus.* Supple, Ruralibus. Et ſimile habes in Conſtitutione *Othonis. Quod in quodam.*

r *Competentis Literaturæ.* Quod pertinet ad idoneitatem, de qua prædixi. Unde ad intellectum ejus, quod dicit, *competentis Literaturæ*, nota, quòd in quibuſdam perſonis Eccleſiaſticis requiritur major ſcientia, in quibuſdam minor. Epiſcopus enim ſcire debet utrumque Teſtamentum, & Canones tam Pœnitentiales quàm alios. *38. di. omnes.* Eſt enim Judex tam Animarum quàm Corporum. *11. q. 1. de perſona.* Presbyter verò non eſt Judex niſi Animarum, & ideo non exigitur ab eo ſcientia aliorum Canonum. Sed debet ſcire Canones Pœnitentiales, Pſalterium, Homilias, & alia quæ enumerantur. *38. diſt. quæ ipſis.* In aliis autem perſonis Eccleſiaſticis non requiritur tanta ſcientia, ſicut notatur *36. di. illiteratos. ver. perfectio. per Archid.* Scire tamen debes quod ſicut dicit Textus, *Extra. de elec. c. cum nobis.* licèt in Epiſcopo requiratur eminens ſcientia, competens tamen ſcientia in eo poteſt tolerari. Et dicit *Inno.* ſcientiam eminentem reputamus, quæ ſubtiles Quæſtiones diſcutere & definire novit, & in promptu Reſponſiones habet: ille verò mediocrem ſcientiam ſive competentem habet, qui ſcit aliquo modo examinare negotia, quamvis ad omnia neſciat reſpondere, & qui in Libris veritatem eorum quæ ſcire tenetur ſcit quærere; & ſi in promptu omnia non habet, ſufficientem verò ſcientiam habet, quæ ſufficit ſibi ad faciendum ea quæ ſibi imminent facienda. Hæc notantur per *Inno. de elect. c. cum in cunctis.* ubi etiam dicit, quòd ille qui non habet ſcientiam ſaltem competentem vel ſufficientem, peccat recipiendo Officium, ad quod gerendum non habet ſcientiam neceſſariam illi Officio. *Ar. d. c. omnes. 38. diſ.*

ſ *Probatæ opinionis.* i. e. Æſtimationis, ſive famæ. Et hoc eſt ſecundum ſpectans ad Idoneitatem de qua prædictum eſt.

t *Talium.* Quibus ſc. videtur, qd non ſunt aliquibus ſubjecti in Foro Pœnitentiali,

convictus fuerit, ſine ſpe reconciliationis, non immeritò debet b *degradari.*

Rectores Eccleſiarum confitentur prudentibus Sacerdotibus, ad hoc ritè ordinatis.

Idem.

e CUM ſæpe contingat, qd Rectores Eccleſiarum, ac etiam nonnulli d Sacerdotes, & in e ſacris Ordinibus exiſtentes, eò quòd f nullis, ut g eis videtur, quoad Forum Pœnitentiale, ſunt ſubjecti, vel h omnino non confitentur, vel ad i quoſdam accedunt, qui k nullam ipſos ligandi vel abſolvendi habeant poteſtatem, l per Archidiaconatus m ſingulos Statuimus, quòd n unus vel duo o Presbyteri Idonei præficiantur in q ſingulis Decanatibus r competentis Literatu æ &, ſ probatæ Opinionis ad Confeſſiones t talium audien-

a *Pœnitentiat injungendas.* Secundùm qualitatem & quantitatem peccati: 47. *di. omnes.* viz. pro peccatis occultis Pœnitentiam privatam, pro peccato publico Pœnitentiam publicam; de quâ notant *Doctores Extra. eo. ti. c. quæſitum.* Solennem tamen Pœnitentiam injungere non debent ſine mandato Epiſcopi, niſi aliud habeat Conſuetudo, ſecundùm *Willielmum ſuper Raymun.* & notatur per *Fo. in ſumma confeſ. eo. ti. q. 12.*

b *Quibus.* Scil. Confeſſoribus.

c *Vicem ejus.* i. e. Vicarium generalem. Nam alius, cui Epiſcopus commiſit vices ſuas in Pœnitentiis injungendis, non poteſt ſubdelegare. *Extra. de offi. deleg. c. fi. in fi.*

d *Auctoritatem.* i. e. Poteſtatem ligandi & ſolvendi, ut ſic Juriſdictionem habeant, ſine qua hæc non poſſent facere.

e *Firmiter.* Verſ.

f *Religioſi.* Sc. qui ſequuntur.

g *Canonici.* Supple, Regulares.

h *Anachoritæ.* i. e. Recluſi.

i *Heremitæ.* Hæc, quæ hic dicuntur, intelligе vera, niſi tales ad Confeſſiones hujuſmodi audiendas ſint licentiati ab Epiſcopo, vel à Papa, vel ab alio qui in hoc habeat poteſtatem. Quod dicunt notatur *eo. ti. §. quibus confitendum. verſ. ſi verò ſacerdos. in fi. per Hoſtien. in ſumma.*

k *Ad pœnitentiam.* i. e. Ad Sacramentum Pœnitentiæ.

l *Admittere.* Supple, ſine licentia, de qua dixi *ſuprà. eo. ver. heremitæ.*

m CUm ſalubriter. Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham*, in qua ſtatuit circa Indulgentias non ampliandas.

n *Sit ſtatutum. Extra. eo. c. cum ex eo. in fi.*

o *Prælati.* Viz. Epiſcopi; nam inferiores Prælati Indulgentias dare non poſſunt. *Extra. de exceſ. Præla. c. accedentibus.* & notatur per *Hoſtien. in ſumma. Extra. eo. ti. ſub Rubrica de Remiſſionibus. §. quis poſſit. in prin.*

p *Quibus.* Sc. Prælatis.

q *Theſaurus Myſticus.* Sc. meritorum tam totius Eccleſiæ quàm perfectorum in Eccleſia, quàm etiam ipſius Chriſti. Iſte enim Theſaurus colligitur ex abundantia meritorum, quæ multi Sancti ultra menſurâ debitorum ſupererogaverunt & impenderunt, & ex tribulationibus quas ſuſtinuerunt; quorum meritorum tanta eſt copia, qd excedit omnem pœnam debitam viventibus, & præcipuè Paſſio & meritum Chriſti, cujus minima gutta ſanguinis vel ſudoris ſufficeret ad expiationem omnium peccatorum, quæ unquam fuerunt, quia ejus reſpectu omnia nihil ſunt: *Extra. de ſum. Tri. c. damnamus. circa fi.* & ideo dicitur, *verè dolores noſtros ipſe portavit. de cele. Miſ. c. cum Martha.* & cætera bona quæ faciunt veri Fideles, quæ omnia ponuntur in Scrinio & Theſauro Eccleſiæ, cujus diſpenſatio tradita eſt illis qui habent curam Corporis Chriſti Myſtici, & Clavem totius Eccleſiæ militantis, generaliter viz. ſummo Pontifici, localiter autè cæteris Epiſcopis in ſuis Diœceſibus, & Archiepiſcopis in ſuis Provinciis, ſic qd non excedant quantitatem à Jure limitatam. Sicut patet *Extra. eo. ti. c. cum ex eo. et c. indulgentiæ. li. 6.* Præmiſſa *not. de reli. et vene. ſanc. c. ſi dominum. glo. ulti per Wil. in Clem.*

r *Alii quicunq;* Sc. qui non ſunt diſpenſatores hujus Theſauri.

s *Multiplicatas.* Utputà, quia plures Epiſcopi ſub una litera apponentes Sigilla ſua, vel ſimul exiſtentes, prout ſæpiùs contingit, ad crucem Sancti *Pauli* concedunt, & quilibet eorum concedit xl. dies Indulgentiæ. In quo caſu Indulgentia non excedit in toto numerum xl. dierum, ſicut legitur *eo. ti. c. fi. li. 6.* qd capitulũ, ut ibi dicit *Card.* fuit editum contra tales fraudes. Unde tantũ dat unus ſicut omnes, ſecundùm *Hoſti.* qui ſic *not. eo. ti. §. quis poſſit. ver. ſed caveant. in ſumma ſua.* Ratio poteſt eſſe, quia Indulgentia unius Epiſcopi non prodeſt niſi Subditis ſuis propriis. *Extra. eo. ti. c. quod autem.* Verum tamen eſt, qd quoad Indulgentias conceſſas per Archiepiſcopum, ſinguli de Provincia ſunt ſui Subditi. *Extra. eo. c. noſtro.* Unde ſi Archiepiſcopus & Epiſcopus ſimul exiſtentes concedant, & uterque eorum concedat xl. dies Indulgentiæ; ille qui eſt ſubditus Epiſcopi habebit lxxx. dies, xl. ſc. ab Archiepiſcopo, & xl. à ſuo Epiſcopo. Alius verò Provincialis non ſubditus dicti Epiſcopi ſolùm habebit xl. dies, ſecundùm qd notat *Hoſti. eo. ti. §. quis poſſit. & Extra. eo. c. cum ex eo.* Sed *Fo. An.* ibi tenet contrarium, ſc. qd ſolùm Indulgentia hujuſmodi continebit numerum xl. dierum, & non ultra. Aliàs autem, ſecundùm eum, ſequeretur, qd ſi omnes Epiſcopi Provinciæ convenirent, & quilibet eorum daret xl. dies, & Archiepiſcopus etiam xl. dies, qd tunc quilibet Provincialis haberet lxxx. dies, qd eſſet contra mentem literæ *d. c. cum ex eo.* & eſt expreſſum *eo. ti. c. fi. li. 6.* ſecundũ *Fo. An.* Sic etiam ſi Epiſcopus *Londinenſis* conceſſerit conſentientibus ad aliquod pium opus xl. dies, & Succeſſor ſuus conceſſerit etiam xl. dies, Indulgentia per hoc non augmentatur, ſed ſolùmmodo erit quantitas ipſius Indulgentiæ xl. dies. Sic notat *Fo. An. in addi. ad Spe. eo. ti. ſuper Rubrica.* Sic quoq; ſi idem Epiſcopus pluries ſucceſſivè conceſſerit Indulgentias xl. dierum ob unam cauſam, renovatio ſolùm dicenda eſt Indulgentiæ prioris, non adjectio.

t *Indulgentias.* Quæ in hoc caſu remiſſionem pœnæ important: & *concor. 2. q. 3. in fi.* Quandoq; Indulgentia importat conceſſionem Gratiæ. *Extra. ut lite pend. c. fi. de privil. dudum.* Quandoq; Diſpenſationem. *78. di. c. fi. in fi. de elec. c. dudum.* Quandoque Jus commune. *33. q. 2. interfectores. 35. q. 3. de inceſtis.* Quandoq;, *indulgere*, ponitur pro *vacare*, vel operam dare, prout hæc notantur per *Archi. d. c. indulgentiæ. in prin.*

u *Prælatis.* Sc. concedentibus ipſas Indulgentias.

x *Suprà ipſos.* Sc. Prælatos, hoc eſt, ultra, vel aliter, vel amplius quam ipſi Prælati conceſſerunt.

y *Suis prædicationibus.* Quæ ſolebant, & adhuc ſolent fieri per Quæſtores, & alios obtinentes hujuſmodi Indulgentias, ſicut patet *Extra. eo. ti. cum ex eo. in prin.* ubi ponitur quædam directio circa Quæſtores hujuſmodi: ſed planius *eo. ti. c. abuſionitus. in Cle.* Et ibi dicit *Paulus ſuper ver. prædicationibus.* quòd Prædicationis officium ad tales non pertinet, ſed tantùm charitativa ſubſidia petere, & Indulgentiam, ſi quam habent, exponere. *de hæreti. c. ut officium. §. compeſcendi. li. 6.* Et eſt expreſſum *d. c. abuſionitus.* ibi, *nullatenus populo prædicare &c.*

z *Nè qui.* Verſ. Et dic, *qui*, ſc. impetrantes tales Indulgentias.

a *Clavibus.* De quibus dixi *ſuprà. de immu. Eccle. c. ſæculi Principes. ver. clave poteſtatis.* viz. an ſint duæ, vel una. Et nota, ſecundùm *Ray.* quòd *Claves* dicuntur ſcientia diſcernendi inter peccatum & peccatum, & poteſtas ligandi & ſolvendi. *20. di. §. 1.* Et hanc poteſtatem habet quilibet Sacerdos ex poteſtate Ordinis, non tamen omnes habent uſum illius poteſtatis, quia deficit eis poteſtas Juriſdictionis quæ miniſtrat materiam, ſecundùm *Pe. in ſcriptis. di. 19.* ut eum recitat *Fo. in ſumma confeſ. li. 3. ti. 34. q. 173. in fi.* Unde hic poſſet dubitari, quomodo concedere Indulgentias ſit de poteſtate Clavium, & à qua Clave procedit, ſcilicet utrum à Clave Ordinis, vel à Clave Juriſdictionis? Quoad primum, dic ut dixi *ſuprà. eo. ver. theſaurus myſticus.* Quoad ſecundum, videtur dicendum, ſecundùm *Hoſtienſem*, quòd conceſſio Indulgentiarum procedit à Clave Juriſdictionis. Unde, ſecundùm eum, electus Confirmatus, non tamen Conſecratus poteſt concedere hujuſmodi Indulgentias, quia habet Juriſdictionem Epiſcopalem. *Extra. de elec. tranſmiſſa.* Et poteſt ſolvere & ligare, cùm ſit Judex proprius. *Extra. eodem cap. quod autem.* Dicit tamen tutius fore, quòd abſtineat à tali † Confeſſione, ſi non fuerit Sacerdos; quia talis non videtur habere poteſtatem Clavium quoad Pœnitentias injungendas vel relaxandas, ſed ad ſolos Presbyteros hoc pertinet. Sic ipſe notat *eodem titulo. §. quis poſſit. in ſumma ſua.* & idem ſentire videtur *Extra. de Exceſ. Præla. c. accedentibus.* qui etiam ibi ſentire videtur, quòd Indulgentia eſt mixtæ poteſtatis, quia partim accedit ad Ordinem, partim ad Juriſdictionem. Tu dic, ſecundùm *Thomam*, ſuper *quart. diſt. q. 3. ar. 3.* quòd effectus Clavis Juriſdictionis eſt Remiſſio, quæ eſt per Indulgentias, cùm talis Remiſſio non pertineat ad diſpenſationem Sacramentorum, ſed ad diſpenſationem bonorum communium Eccleſiæ: & ideo Legati, etiam non Sacerdotes, Indulgentias facere poſſunt. Et inſuper 100. *di. q. 4. ar. 2.* dicit, quòd poteſtas faciendi Indulgentias ſequitur Juriſdictionem vel commiſſam ſicut in Legatis, vel ordinariam ſicut in electis Confirmatis, non tamen Conſecratis, & ideo poſſunt Indulgentias facere licèt non ſint Sacerdotes, quamvis non poſſunt abſolvere in foro Pœnitentiali, quia illud eſt Ordinis. Indulgentias autem facere pertinet ad Clavem Juriſdictionis, non autem ad Clavem Ordinis. Ex quibus ſequitur, quòd electus Confirmatus, non Sacerdos, hujuſmodi Indulgentias concedere poſſit. Ad præmiſſa facit quod ſoler dici de Abſolutione ab Excommunicatione, quæ fit ratione Juriſdictionis, qd illa non requirit Sacerdotem, ut ſolet dici. *de ſen. Excommunt. à nobis. 2.*

Sed quæro, nunquid Capitulum, Sede vacante, poſſit concedere Indulgentias? Ex præmiſſis videtur quòd ſic: & pro & contra poſſunt induci notata per *Doctor. in Clem. 1. de hæreticis.*

† *MS.* Conceſſione.

Cavendum eſt, nè per multiplicatas Indulgentias Prælatis fiat dedecus, & vilipenſio.

Johannes Peccham.

---

m CUM ſalubriter n ſit Statutum, ut o Prælati in Indulgentiis conferendis xl. dierum numerũ non excedant, nè Claves Eccleſiæ contemnantur, p quibus cùm q Theſaurus Myſticus comittitur diſpenſandus, caveant r alii quicunque nè per s multiplicatas t Indulgentias Prælatorum ſibi perquiſitas dedecus faciant u Prælatis Eccleſiæ x ſuprà ipſos in y ſuis prædicationibus Indulgentias effundendo, z nè qui a Clavibus

& ibi per *Fo. An. Paulus* verò in hac quæstione dicit, quòd Capitula hæc non potest, nec omnia quæ sunt Jurisdictionis in Capitula transeunt: sicut est deponere Abbatem vel Clericum, sicut *nota. 79. di. sicut Episcopus.* Et his quæ prædixi consentit *Gaspar de Caldrinis in repetitione c. nostro. Extra. e. ti.* & in hoc ultimo casu potest esse ratio: quia non repetitur in Jure cautum, [2] *l. 5. consuluisti.* Nam thesaurum Ecclesiæ dilapidare non potest, nisi is qui recipitur permissum, secundum eum. Sed nunquid de consuetudine potest hæc petitio competere inferiori Prælato? videtur quòd sic, quia consuetudo dat Jurisdictionem. *de fo. compe. c. cum contingat.* Sed concedere Indulgentias est Jurisdictionis, ut prædixi, ergo &c. Facit ad h. c quod notatur dicto *c. accedentibus. in fi. cum glo. sua.* Et huic opinioni consentit *Joban. Col.* ut dicit *Gaspar* prædictus. Pro quo facit, quod Consuetudo dat Prælato potestatem Excommunicandi. Sed *Gaspar* prædictus, qui fuit filius *Fo. Col.* dicit contrarium: quia per talem consuetudinem rumperetur nervus Ecclesiasticæ disciplinæ. *de consue. cum inter.* Item quia hoc competit solis Episcopis, & non aliis inferioribus. *de offi. ordi. quoniam in plerisque.* Nec obstat, quòd Consuetudo dat Jurisdictionem: quia secundum *Inno. & Hosti. d. c. cum contingat.* debet intelligi de modica. Non enim posset Consuetudo potestatem concedere deponendi Clericos *alle. de elec. c. transmissam. c. consue. c. quanto.* Nec obstat similitudo de Excommunicatis: quia illa potest competere inferioribus permissione Juris & hominis. Sed hoc non hominis inferioris Papa expresso, vel tacito consensu. Et in hac sententia residet dictus *Gaspar in repetitione allegata. c. nostro.*

a *Habent subjici.* Quamdiu vivunt, & quamdiu sunt in statu meriendi. Sed nunquid Animabus existentibus in Purgatorio possint Indulgentiæ prodesse? O missis opinionibus dic secundum *Thomam*, quod si concedens Indulgentiam intendat, quòd nedum ad vivos, sed ad illos qui sunt in Purgatorio extendatur: tunc prodest existentibus in Purgatorio. Et hoc considerari debet ex forma Indulgentiæ. Si enim talis sit forma quicunque fecerit hoc vel illud, habeat tantum de Indulgentia: tunc non proderit existentibus in Purgatorio: quia ille cui conceditur, non potest fructum Indulgentiæ in alium transferre: quia ejus non est applicare ad aliquam aliam intentionem Ecclesiæ per quam Communicantur Communia suffragia ex quibus Indulgentiæ valent. Si autem Indulgentiæ forma sit talis: quicunque fecerit hoc vel illud, ipse & pater ejus, vel quicunque alius adjunctus in Purgatorio detentus, tantum de Indulgentia habebit. In hoc casu non tantum vivo, sed etiam mortuo proderit. Non enim est aliqua ratio secundum eum, quare Ecclesia possit transferre merita Communia, quibus indulgentiæ innituntur, in vivos, & non in mortuos. Nec ex hoc sequitur, quòd Prælatus Ecclesiæ possit suo arbitrio Animas à Purgatorio liberare: quia ad hoc quòd Indulgentiæ valeant, requiritur causa conveniens Indulgentias faciendi. Et huic sententiæ concordant *Petrus & Albertus.* Et ad hanc sententiam remittit *Stephanus eo. ti. c. abusionibus. in Cle.* Et ibi etiam idem videtur sentire *Petrus de Ancharano & Willielmus. eo. c. ver. purgatorio.*

† *Al.* moriendi. *An mortui Indulgentiæ prodesse possint.*

b *Faciant vilipendi.* Dum eis aburuntur, vel fictas vel fabricatas Indulgentias prædicant, contra ea quæ habes *e. ti. c. abusionibus. in Cle.* Sed quæro nunquid aliquid dantes prætextu Indulgentiæ prætensæ, quæ in veritate est ficta & fabricata, ejus falsitate detectâ consequantur Indulgentiam talem qualem æstimabant consecuti? quòd sic facit; quia communis error idem operatur quod veritas. *ut l. Barbarius ff. de offi. præsi.* Et in multis articulis Juris opinio prævertur veritati. *de biga. nuper.* cum concordantiis. Item Deus judicat non ex operibus, sed ex intentione, & corde. 22. *q. 5. qui perjurare.* In contrarium facit illud generale, quòd veritas opinioni prævertur. 8. *di. veritate. & c. consuetudo.* maximè in spiritualibus in quibus veritas opinioni præponitur, quæ est majoris potentiæ & virtutis. 35. *q. 9. bis ita.* Et notat *Archid. de voto. c. 1. li. 6.* Et videtur casus dicto *c. abusionibus.* dum dicit, *deceptione multiplici animarum.* Nam si effectum Indulgentiæ consequerentur, non essent decepti. Facit ad hoc *c. dudum. Extra. de elec.* ibi, *miserabiliter sunt decepta.* Et hanc partem tenet *Petrus de Ancho. Extra. eo. ti. c. quod autem.* ubi efficaciter hoc probat, & respondet contrariis. Sed hæc præsuppositio, quæro nunquid tales possunt repetere pecuniam datam ob causam, causâ non secutâ? videtur quòd sic, *ut C. de condi. ob causam. & ff. e. ti. per totum.* Nam penes ipsos decipientes non debent pecuniæ ipsæ remanere, postquam mendaciter & dolosè simplices deceperint. Et credo hoc verum, si esset talis pecunia sic extorta, remanent penes ipsos quæstores. Si autem conversa est in utilitatem Ecclesiæ, vel alicujus pii operis, vel exinde Ecclesia sit facta locupletior vel non, apparet magis esse dubitandum: nam dicit lex, id quod falsa opinione pietatis causâ datum est repeti non potest. ut in *l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. inde.* Et hoc verum est, ubi sublato errore nihilominus remanet pietas, ut ibi notat *Bartolus.*

Quæstio.

[1] habent subjici, eas [b] faciant vilipendi.

---

[2] *Nullus absolvat Excommunicatum, nec plura Beneficia sacrilegè possidentem, nisi satisfactione prævia & auctoritate obtenta, aut simili Excommunicatione innodetur.*

Idem.

c SAcramentum Pœnitentiæ [d] naufragantium remedium singulare, per quorundam [e] insipientiam, [f] Sacerdotum [g] debito fructu caret, [h] & illi qui [i] creduntur à [k] fluctibus emergere, perniciosius in damnationis pelagus demerguntur, [m] dum de facto absolvunt plurimos, quos de Jure absolvere [n] nequeunt; [o] *Vivificantes*, ut ait [p] Propheta, *Cum insuper*, ponit alium abusum circa eandem materiam. In quarto ibi, *Ipsos igitur*, ponit quandam comminationem contra ipsos abusores.

Divisio.

c *Sacramentum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, sicut & præcedens, & habet quatuor dicta. In primo ponit abusum circa Sacramentum Pœnitentiæ. In secundo ibi, *Quibus*, apponit remedium. In tertio ibi,

d *Naufragantum.* De hoc naufragio dixi *supra d. c. ti. cum Sacramentum. ver. navigationis. & glo.* præcedenti.

e *Insipientiam* i. e. Fatuitatem.

f *Sacerdotum.* Qui deputati sunt ad audiendas Confessiones.

Tria in fructifera Pœnitentia requisita.

g *Debito caret fructu. Sc.* ratione quæ sequitur ibi, *dum de facto &c.* Tria namque requiruntur, ut Pœnitentia sit fructifera, viz. In corde contritio, in ore Confessio, in opere satisfactio. *de pœ. di. 1. perfecta.* Ex satisfactione enim colliguntur digni fructus Pœnitentiæ. Quæ quidem satisfactio in Pœnitentia Sacramentali requirit alium Judicem quam sit ipse delinquens. Unde in Sacramento Pœnitentiæ contritio est quasi citatio ad comparendum coram Judice. Et hanc sequitur Rei apud Judicem spontanea Confessio. Deinde sequitur emendæ per Judicem impositæ solutio. Et istud judicium differt à Judicio Fori Contentiosi: quia in Foro Contentioso Confessus condemnatur. Sed in foro Pœnitentiæ absolvitur Confessus. Fructus igitur sive utilitas Pœnitentiæ est absolutio à peccatis, quam quis non consequitur ab eo qui non est suus Judex, nec habet potestatem eum ligandi vel solvendi. 2. *q. 1. in primis. 6. q. 3. scivit.* cum similibus. Et sicut Potus Confessus non exerceatur in non subjectum sic nec Jurisdictio Fori Pœnitentialis. *Extra. de Judi. c. ut si clerici. & Extra. e. c. omnis. & ar. c. si Episcopus. e. ti. li. 6.* Sed contrà istud opponitur: nam per contritionem deletur & mundatur peccatum, secundum ea quæ notat *Hostien. in summa. e. ti. §. quale debet esse contritio. ver. illud autem.* Unde cum talis à Deo mundatur, qui opus imperfectum non novit, *Extra. de bap. majores. §. sed adhuc.* videtur, quòd absolutio Sacerdotis nihil operatur. Sed dic, quòd licèt solus Deus peccata dimittat: tamen Sacerdos officium suum exhibet Pœnitentiam injungendo. Et ut dicit *Inno. e. ti. c. omnis. ver. semel.* nunquam absolvetur peccator à Deo, qui se ligavit peccato, nisi absolvatur à Presbytero. Juxta illud "Quodcunque ligaveris super terram, &c. Unde *Ambro.* Verbum Dei dimittit peccata; Sacerdos autem est Judex. *de Pœ. dis. 1. verbum dei.* Circa quam materiam vide notata per *Hostien. in summa. e. ti. §. præsllc. dicto ver. illud autem. & ti. de remis. §. 1.* Et dicit *Petrus* in scriptis *di. 18.* quòd sicut ad mundationem Peccati Originalis in Baptismo valet ablutio aquæ: ita ad mundationem actualis culpæ valet absolutio Sacerdotalis: quia istud Sacramentum habet pro materia actum hominis. Unde & *Thomas* dicit, quòd si ante Absolutionem Sacerdotalem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam suscipiendam in ipsa Confessione ex Absolutione Sacramentali gratiam consequeretur, si obicem non poneret. Et idem dicit *Petrus* qui addit, quòd sufficienter contrito datur ibi augmentum gratiæ.

h *Et illi.* Scilicet Sacerdotes.

i *Creduntur.* Sc. ex parte confitentium.

k *A fluctibus.* Id est, a voragine Peccatorum.

l *Emergere.* i. e. Eripere vel extrahere.

m *Dum de facto.* Exemplificat prædicta.

Quinsint propriis Sacerdotes.

n *Nequeunt.* Quia non habet in eos Jurisdictionem, nec sunt Sacerdotes proprii ipsorum confitentium. Sunt enim proprii Sacerdotes plures, scil. Sacerdos cui cura Parochialis Ecclesiæ est commissa, utputà, Rector vel Vicarius. Item Parochialis Sacerdos. Item Papa. Item Episcopus. Item ejus Pœnitentiarius. Item Legatus Papæ ejus & Pœnitentiarius. Item Vicarius Generalis Episcopi. secundum *Hosti. & Fo. An. e. ti. c. omnis.* & ibi p. r *Henricum de Bozyco. di. 2.*

o *Vivificantes. Ver.* & dic, *vivificantes.* i. e. vivificare simulantes.

p *Propheta. Ezech. 13. 2.*

propter [a] *pugillum hordei &* [b] *fragmen panis animas quæ* [c] *non vivunt*, [d] utpote absolventes [e] de facto [f] excommunicatos [g] à Jure, & præcipuè ab [h] *Oxoniensi* Concilio, propter læsionem aut pertu bationem [i] Ecclesiasticæ libertatis, vel propter consimilia scelera in eodem Concilio [k] consimili pœnâ damnata, seu absolventes de facto excommunicatos, Decimas, vel alia Jura Ecclesiastica detinentes. [l] Quibus obsistentes ut seductoribus animarum, & [m] pulvillos [n] consuentibus [o] sub cubitis rep oborum; [p] Omnibus *Cantuariensis* Provinciæ [q] Confessoribus sub nobis & nostris Coepiscopis Constitutis districtius inhibemus, nè de cætero [r] manus audeant extendere ad seducendos [f] hujusmodi per [s] Absolutionis signaculum; [u] quod Novimus sine debita [x] satisfactione & [y] speciali Commissione [z] Archiepiscopi [a] vel Episcopi [b] non tenere, [c] dum sint in suis sceleribus [d] pertinaces [e] existimantes nihilominus [f] hujusmodi non tam Confesso es quàm [g] fovearum Diaboli, Confessores peccare etiam gravissimè [h] cum convincantur, saltem tacitè

a *Pugillum hordei.* i. e. Modicum lucrum rerum terrenarum, quæ propter asperitatem assimulantur hordeo. Multi namq; sunt qui pro lucro temporali quoscunque indifferenter absolvunt de facto, cum tamen de Jure hoc facere non possunt, ut hic dicitur.

b *Fragmen panis.* i. e. modicum victûs subsidium, utputà, pro aliquo exennio eis misso, ut aliqui faciunt.

c *Non vivunt.* Scil. per gratiam, sed sunt mortuæ per culpam. Ait enim Grego. Non morientem mortificat qui justum damnat. Et non victurum vivificare nititur, qui Reum à supplicio solvere conatur.

d *Utpote.* Declarat id quod prius dixit sub sensu mystico.

e *De facto.* Cum tamen de Jure non possunt.

f *Excommunicatos.* Et per consequens, mortuos spiritualiter. Nam Excommunicatio est mors Animæ 11. q. 3. *nemo Episcoporum.*

g *A jure.* Supple, vel Constitutione, quæ habet vim Juris.

h *Oxoniensi Concilio.* Celebrato sub *Stephano Cantuariensi* Archiepiscopo. De quo habetur *infrà. ti. proxi. c. auctoritate.*

i *Ecclesiasticæ libertatis,* quòd tales sint excommunicati ipso facto patet *infrà. ti. proxi. c. auctoritate.* §. 1.

k *Consimili pœnâ.* Sc. E communicationis ipso facto.

l *Quibus obsistentes.* Secunda pars.

m *Pulvillos.* i. e. Parvos pulvinos, sive parva cervicalia, sive pulvinaria per quæ significantur blanditimenta adulatorum, ut *infrà.* patebit.

n *Consuentibus.* i. e. Apponentibus. Consuere enim pulvillos dicuntur illi, qui malis & perversis hominibus in sua malitia adulantur, ut dicam *infrà. glo. proxi.*

o *Sub cubitis.* Ut sc. mollius quiescant: & significat complacentiam adulatorum. 46. *di. c. sunt nonnulli.* ubi sic sumitur de *Grego. in moralibus. lib.* 18. *parte* 4. *c.* 3. Ad hoc quippe sub cubito pulvillus, vel cervical sub capite jacentis ponitur, ut molliter quiescat. Quisquis igitur malè agentibus adulatur, pulvillum vel cervical sub capite vel cubito jacentis ponit; ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea laudibus fultus molliter quiescat.

p *Omnibus.* Vers.

q *Confessoribus.* i. e. Deputatis ad Confessiones audiendas.

r *Manus.* Sc Absolutorias sive Reconcilatorias. Est enim manus Impositio multiplex, viz. Consecratoria. 23. *di. Episcopus.* Item Confirmatoria. *de conse. di.* 5. *c.* 2. & 4. Item Ordinatoria. 95. *di.* §. *oleo.* Item Curatoria quandoque corporis, juxta illud, Super ægros manus imponent. Et quandoque Animæ. 50. *dist. pœnitentes.* Item est manus curatoria utriusque. 23. *di. Exorcista.* Est etiam manûs Impositio Reconciliatoria: & hæc imponitur Hæreticis reversis. 1. *q.* 1. *Arrianos. de conse. di.* 4. *quoniam.* Item Excommunicatis. 11. *q.* 3. *cum aliquis.* Item Pœnitentibus. 50. *di. in capite.* Est etiam manus Impositio Benedictoria 24. *q.* 3. §. *sed qui. Gen.* 48. *c.* Et de hac habetur 11. *di. Ecclesiasticarum.* & 69. *di. quoniam.* Et hæc *nota.* 1. *q.* 1. *c. manus. per Jo. & Archid.*

Multiplex est manûs impositio.

f *Hujusmodi.* Sc. Excommunicatos.

s *Absolutionis signaculum.* In quo etiam ubi fieri potest & debet, non requiritur ut Sacerdos absolvendo manum imponat, secundùm *Thomam in ulti. parte Summæ. q.* 84. *arti.* 4. quia Sacramentum Pœnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiæ, sed ad Remissionem Peccatorum. Dicit etiam, quòd magis in hoc Sacramento competeret signatio crucis, quàm Impositio manûs: in signum quòd per sanguinem Christi crucifixi remittuntur peccata. Et hoc est fortan quod hic dicitur, *Absolutionis signaculum &c.*

u *Quod.* Scil. signaculum Absolutionis, & supponit pro ipsa Absolutione.

x *Satisfactione debita.* Hoc debitum considerari debet secundùm qualitatem causæ ipsius Excommunicationis, ut scil. attendat Confessor, an satisfactio præcedere debeat Absolutionem, vel sufficiat eam sequi. Et quòd præcedere debeat videtur expressum, *Extra. de instit. c. ex frequentibus. in fi.* Cui *concor. nota.* in simili *de sequestra. poss. & fruc. c.* 1. *ver. amoto. per Wil. in Clem;* & ibi Textus. Et circa hanc materiam vide, quæ dixi *supra. de immu. Eccle. c. sæculi principes.* §. *sed contingit. vers. nec possunt.*

y *Speciali commissione.* Et sic generalis commissio ad hoc non sufficit, ut sc. talis Confessor absolvat in casibus Episcopo reservatis, ut dixi *supra. e. ti. c. sacerdos. ver. vel Episcopi. in fi.*

z *Archiepiscopi.* Qui à sententia lata per Constitutiones Provinciales potest subditos suorum Suffraganeorum absolvere, secundùm ea quæ leguntur & *no. de præben. c. grave.* & dixi *supra. de immu. eccle. c. accedit novitate perversa.* §. *nos igitur. vers. specialiter reservamus.* Et *nota.* 27. *dis. c.* 1. *per Arch.*

a *Vel Episcopi.* Qui etiam potest absolvere Excommunicatos à Canone vel Constitutione, nisi superiori sit Absolutio reservata, ut legitur & *no. de sen. excom. c. nuper. de præben. grave.* per *Jo. An.* & alios moderniores.

b *Non tenere.* Sed contra hoc opponitur: nam ubi conditori Canonis vel Superiori non reservatur Absolutio incidentis in pœnam Canonis, licet proprio Curato delinquentis talem absolvere. *arg. c. nuper. Extra. de sen. excommuni.* & *de præben. c. grave in fi.* Et *nota*, expresse per *Inno. d. c. nuper.* Et *concor.* ibi *Ber. ver. absolutio.* & *concor. Hostien. de sen. excom.* §. 8. *in summa sua.* Ecce pro declaratione hujus materiæ est sciendum, quòd aliquis incidit in Canonem latæ Sententiæ Minoris Excommunicationis: in quo casu proprius Sacerdos potest talem absolvere, si absolutio non sit reservata Superiori. Et sic stat *c. nuper. præall.* Ubi tamen aliquis incidit in Canonem latæ Sententiæ Majoris Excommunicationis, tunc absolutio talis non competit inferiori Episcopo, ut *d. c. nuper.* Et hoc clarè notatur per *Jo. An. de Pg.* & *Remi. c. si Episcopus. ver. reservantur.* Cum quo etiam concordat ibi *Dominicus de Sancto Geminiano*, qui dicit, quòd illa *glo.* facit pro dicto *Frederici de Senis Consilio suo* 13. *Inno.* tamen & *Hostien.* locis prælegatis dicunt, quòd non solum in Minori, sed etiam Majori Excommunicatione à Canone lata absolvi potest à Sacerdote proprio, si Absolutio non sit alteri reservata. Et huic sententiæ *concor. glo. Wil. super Ray. ti. de sen. excom.* §. 23. *ver. reservaverit.* Mihi tamen videtur, quòd oplnio *Jo. An.* sit verior. Cujus dictum confirmatur expressè per dictum *c. nuper.* §. *in secundo.* ubi patet, quòd Communicans cum Excommunicato in crimine, vel sibi præbens Consilium, auxilium, vel favorem involvitur Sententiâ Majoris Excommunicationis, nec potest absolvi ab alio, quàm à Conditore Canonis vel ejus Superiore. Secus tamen est in eo qui osculo, vel oratione, vel comedendo tali Communicat: nam talis cum sit excommunicatus Minori Excommunicatione potest absolvi à proprio Curato, ut ibi dicitur. Et in ista sententia post plura allegata hinc inde residet *Joh. in Coll. d. c. nuper.* & pro ista parte facit *c.* 1. *de privil. in Clem* ubi patet, quòd nullus Religiosus potest absolvere Excommunicatû à Canone: immo nec à Constitutione Provinciali vel Synodali: & si fecerit, sic Absolvens est ipso facto Excommunicatus. Unde dicit ibi *Geß. ver. Provincialia*, quòd etiam Religiosi admissi sive licentiati ad audiendum Confessiones, cum majorem potestatem non habeant in absolvendo quàm habeant Sacerdotes Parochiales, non possunt tales absolvere: cum nec Presbyteri Parochiales hoc possint, sed tales absolvent Ordinarii, ut notat *Spe. ti. de legato.* §. *superest. ver. potest etiam.* Et *concor. Matthæus & Petrus de Ancho. in eo. c.*

c *Dum sint.* Sc. tales Excommunicati.

d *Pertinaces.* Ex hac litera videtur, quòd si non fuerint pertinaces in suis delictis, tunc possent inferiores Episcopo tales absolvere à Sententia Canonis, argumento sumpto à contrario sensu. Sed dic contra ut patet *supra. ver. non tenere.* nec habet hic locum argumentum à contrario sensu, secundùm ea quæ *no. supra. de cohabi. cle. & muli. c.* 1. *ver. publicè.*

e *Existimantes.* Nos sc. Jo. Archiepiscopus.

f *Hujusmodi.* Sc. absolventes hujusmodi Excommunicatos à Canone vel Constitutione Provinciali.

g *Fovearum diaboli.* In quas projiciunt tales quos absolvunt, dum non habent ad hoc potestatem.

h *Cum convincantur.* Hic ponitur ratio ejus quod prædixit. Et dic *convincantur præsumptivè*, ut sequitur. De talibus namq; sic dicit *Isidor.* Qui consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem maledictus erit apud Deum & homines. 11. *q.* 3. *qui consentit.* Et alibi. Qui aliorum errorem defendit, multò amplius est damnabilior

illis

illis qui errant: quia non ſolum ille errat, ſed etiam offendicula erroris præparat & confirmat. Et iterum: qui alium eum poteſt ab errore non revocat, ſeipſum errare demonſtrat. *Extra. de har. c. 2. cum concor. ibi. in glo.*

a *Conſentire.* Ut dixi *ſuprà. glo. proxi.*

b *Unde.* Verſ.

c *Caveant.* Sc. ſic Abſolventes.

d *In eodem.* Sume quod eſt *infrà. laqueo.*

e *Cum talibus.* Excommunicatis.

f *Laqueo.* Sume quod eſt *ſuprà. eodem.* Hoc eſt, Majoris Excommunicationis Sententia; cum eis participare videantur in crimine, qui ſunt Majoris Excommunicationis Sententia irretiti. *Extra. de ſen. excommuni. c. nuper. §. in ſecundo.*

g *Cum inſuper.* Tertia pars.

h *Dudum.* Iſtud, quod hic dicitur, non reperi in aliqua Conſtitutionum *Jo. Peccham*: non enim continetur in Conſtitutione ſua edita apud *Reading*, quæ incipit, *Audiſtis fratres &c.* nec in ſequenti quæ incipit, *Beneficia vero.* Nec in Conſtitutione ſua edita apud *Lambeth*, quæ incipit, *Ab exordio naſcentis Eccleſiæ.* & præſertim in illo *c.* Conſtitutionum ſuarum editarum apud *Lambeth*, quod incipit, *Languor prolixior.* Poteſt tamen eſſe, quòd inhibitionem, de qua hic loquitur, fecerit per aliquas literas ſuas, de quibus non caveatur in Conſtitutionibus prædictis, vel forſan comprehenditur ſub eo quod habes *ſuprà. de præben. c. audiſtis. in fi.* ubi patet, quòd obtinens plura Beneficia curata, vel alias incompatibilia, abſque diſpenſatione ſufficienti, eſt ipſo facto excommunicatus. Unde tales non poſſunt abſolvi à dicta Sententia niſi per Archiepiſcopum, vel ejus Superiorem, ut ibi patet.

i *Sacrilegè.* Eo quòd res Eccleſiæ occuper injuſtè & contra Canonicas Sanctiones, ſecundùm ea quæ notat *Arch. de pæ. c. ſalicis. glo. 2. li. 6.*

k *Inhibuerimus.* Ut dixi *ſuprà. c. ver. dudum.*

l *Tales.* Scil. obtinentes pluralitatem Beneficiorum incompatibilium ſine diſpenſatione.

m *Furtis.* Concordat ad hoc *Extra. de elect. c. dudum. 2.*

n *Quidam tamen.* Verſ.

o *Baal.* Sc. cujuſdam Idoli, de quo fit mentio *Judicum 6.* & *4. Regum 10.*

p *Occidentes animas.* Per hujuſmodi Abſolutiones illicitas.

q *Iſtos igitur.* Quarta pars.

r *Vulpes.* Per quas intelliguntur ſubdoli Adulatores, vel callidi ſimulatores, qui quaſi vulpes in foveis peccatorum latitant, & recto nunquam tramite incedunt, viam veritatis deſerunt, & falſis ſimulationibus oves, i. e. animas hominum in eis confidentes occidunt.

s *Vineam Domini.* i. e. Eccleſiam, vel fideles in Eccleſia: & ſumitur hoc ex Scriptura, *Cant. 2.*

t *Priſtina diſtrictione.* i. e. Sub pœna Excommunicationis.

u *Talibus.* Sc. obtinentibus plura Beneficia incompatibilia.

x *Obtentis.* Etiam per Inſtitutionem Canonicam. Et potes referre hoc quod dicit, *obtentis*, ad Beneficia non primò, ſed ultimo acquiſita. Quod autem *infrà* dicit, *retentis*, potes referre ad Beneficia primò habita, quæ nitebantur retinere tum ultimis. Pro qua materia vide quod ſcripſi *de præben. c. Audiſtis. quaſi per totum.* Unum tamen hic quæro ultra ea quæ dixi in *d. c. audiſtis.* Habens Beneficium Curatum recipit ſecundum non Curatum, quod tamen requirit Reſidentiam. Utrum poſt pacificam poſſeſſionem habitam illius ſecundi, vacet ipſo Jure primum, vel habeat Optionem juxta *c. referente. Extra. de præben?* Videtur quòd primum Beneficium vacet ipſo Jure per tacitam renunciationem, quæ reſultat ex acceptatione ſecundi Beneficii incompatibilis cum primo. *ar. ad hoc ff. de divor. l. ſi. de oper. li. l. ſi cum patronus. & in Cle. gratia. de reſcrip.* Et hoc videtur tenere *Inno. de cle. non reſi. ex tuæ.* Sed contrarium videtur verius: quia *c. de multa.* loquitur ſpecialiter de Beneficiis Curatis, unde in aliis ſtant Jura antiqua. *ar. ff. ſo. matri. l. ſi vero, §. de vio.* Et quia illa Conſtitutio eſt pœnalis, ergo non eſt extendēda. *de elect.*

Quæſtio.

eiſdem ſceleribus [a] conſentire, & ſceleroſos in ſua perfidia confortare. [b] Unde [c] caveant ipſi, nè [d] in eodem [e] cum talibus Excommunicationis [f] laqueo involvantur. [g] Cùm inſuper Nos [h] dudum pluralitatem Beneficiorum [i] ſacrilegè uſurpatam cohibere volentes [k] Inhibuerimus ſub pœna Excommunicationis, nè quis de facto ad [l] tales in ſuis [m] furtis & ſacrilegiis contumaces manus extenderet abſolvendos: [n] Quidam tamen Sacerdotes [o] *Baal* potius quàm Domini Salvatoris contrarium facere præſumpſerunt, [p] occidentes Animas Chriſti ſanguine redemptas & evertentes Eccleſiaſticam Diſciplinam. [q] Iſtos igitur quaſi [r] vulpes demolientes [s] vineam Domini veraciter reputantes, ſub [t] priſtina Diſtrictione Præcipimus iteratò, quatenus à [u] talibus abſolvendis de cætero abſtineant, & eos ad renunciandum Beneficiis [x] obtentis [y] illicitè vel [z] retentis ſollicitè [a] inducant: [b] alioquin ſciant ſe certiſſimè [c] Divinæ maledictionis fulgure feriendos.

Inceſtus, & cætera peccata graviora ſolemni pœnitentia deleantur, Homicidii autem voluntarii remiſſio per ſolum Epiſcopum fiat, niſi occurrat neceſſitatis articulus.

Idem.

[d] PRæterea cum juxta [e] Sacros Canones peccata graviora, ut Inceſtus, & [f] ſimilia, quæ quaſi [g] vulgatiſſima ſuo ſcandalo totam commovent [h] Civitatem, ſint [i] ſolenni pœnitentia caſtiganda:

v *Illicitè.* Quia ſine Diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ.

z *Retentis.* Cum aliis ſecundo obtentis.

a *Inducant.* Sc. Confeſſores.

b *Aliàs quin.* Ver.

c *Divinæ maledictionis.* Pœna ſpiritualis eſt quæ ſolum Deum concernit, ut aliàs *no. Arch. de cenſ. c. Romana. ver. maledictionem. li. 6.* Et inducit pœnam æternam quæ debetur pro Peccato Mortali. *24. q. 3. Deus.*

d PRæterea. Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens 1. & habet tria dicta. In primo recitat quandam negligentiam circa ſolennem Pœnitentiam injungendam. In ſecundo ibi, *Quocirca*, ponit circa hoc præceptū. In tertio ibi, *Abſolutionem*, reſervat Epiſcopis abſolutionem ab Homicidio Voluntario. *Diviſio.*

e *Sacros Canones.* 50. *di. pœnitentes. & c. in capite.* Sed melius quoad propoſitum 26. *q. 6. c. ult.*

f *Similia.* Utpurà, Homicidium. 50. *di. placuit.* Item Sacrilegium & hujuſmodi enormia. *de conſe. di. 3. de pœnitentibus.* & alia quæ *no. ſuprà. e. c. In confeſſione.* in Textu §. *Sunt autem.* & de his criminibus majoribus vide quæ dixi *ſuprà, de purga. ca. c. Item licet. ver. fornicatione. in fi.* & *glo.* ſequentibus & ibi *nota. in ver. majori.*

g *Vulgatiſſima.* i. e. Manifeſtè notoria ſivè publica: nam pro peccato gravi, etiam occulto, talis Pœnitentia, de qua hic loquitur, non eſt imponenda, ut notat *Jo. 26. q. 6. c. fi. in gla.* Et hoc verum invito, volenti tamen poteſt injungi etiam pro peccato occulto. Et ſine omni peccato poteſt quis ſic pœnitere ſi velit, & hoc petierit. *ar. ad hoc. de conſe. di. 3. c. de pœnitentibus. ſecundùm Hug. d. c. ulti.* qui dicit, quod talis Pœnitentia non eſt de facili imponenda juvenibus, nec decrepitis.

h *Civitatem.* Supple, vel alium locum, ut *no. Arch. 26. q. 6. c. ult.*

i *Solenni Pœnitentia.* Tres namque ſunt ſpecies Pœnitentiæ. ſc. *Pœnitentia ſolennis*, publica, & privata. Solennis eſt, quæ fit in capite Quadrageſimæ cum ſolennitate quæ habetur. 50. *di. in capite.* Dicitur etiam *ſolennis Pœnitentia*, licèt non ita propriè, quando aliquis invitus detruditur in Monaſterium ad Pœnitentiā peragendam. 50. *di. Si ille.* Pœnitentia publica quandoque dicitur illa, quæ *ſuprà* dicitur ſolennis, hac ratione: quia publicè fit. *Extra. c. c. quæſitum.* Sed propriè dicitur publica illa, quæ fit in facie Eccleſiæ ſine ſolennitate, de qua dicitur 50. *di. in capite.* ſc. cum injungitur Peregrinatio per mundum cum baculo & pera benedictis. Et hanc poteſt imponere quilibet Sacerdos ſuo Parochiano ſecundùm *Ray.* Unde multò fortius poteſt hoc facere Pœnitentiarius Epiſcopi generalis, ſecundùm *glo. Wil. ſuper Ray.* niſi conſuetudo ſit contraria. Et talis Pœnitentia non debet imponi Clerico niſi depoſito, nec debet imponi niſi pro crimine enormi, & manifeſto. *de pœ. di. 6. Sacerdos.* ubi talis Pœnitentia imponitur Sacerdoti revelanti Confeſſionem ſibi factam. Et huic dicto *concor. Hoſti. Extra. e. ti. in ſumma. §. utrum pœnitentia. in fi.* Dicit tamen *Tho.* in ſcriptis, quòd talis Pœnitentia publica etiam Clerico poteſt imponi quando crimen eſt publicum: concordat *Bern. in d. c. quæſitum. in glo. tunc enim. in prin.* Et *concor. ibi An. to. de Butrio, qui dicit*, quòd Pœnitentia dicitur publica dupliciter. Uno modo dicitur publica illa, quæ eſt ſolennis, & talem Pœnitentiam non agit Clericus. 50. *di. confidendum.* Alio modo dicitur publica, inquantum fit publicè: & talem Pœnitentiam poteſt agere Clericus. 28. *di. Presbyter.* Et ſecundùm hanc diſtinctionem intelligi debet, quod legitur 82. *di. Presbyter.* ubi de hoc. Privata eſt, quæ quotidiè fit quando

quis peccata ſua ſingulariter ſuo Sacerdoti confitetur: ſecundùm ea quæ leguntur 23 *no. Extra. e. c. omnis utriuſque ſexus.*

a *Quorundam tamen.* Verſ.

b *Agente.* i. e. Accuſante.

c *Hujuſmodi Pœnitentia.* Sc. ſolennis.

d *Quocirca.* Secunda pars.

e *Præcipimus.* Peccat igitur contrarium faciens: quod dic ut dixi *ſuprà. de conſti. c. quia incontinentiæ. ver. præcipimus.*

f *Imponatur.* Supple, ab Epiſcopis tantum: vel ſi fiat ab aliis, fieri debet de eorũ mandato. Nam non debet imponi niſi pro delictis gravioribus, quorum abſolutio reſervatur Epiſcopis. Ut clarè *no Henri. Bohic. Extra. e. ti. quæſtum.* ſtatim poſt prin. *Et concor. Wil. ſuper Ray. e. ti.* §. 6. qui dicit, quòd fratres, quibus eſt generaliter commiſſa poteſtas audiendi confeſſiones, non poſſũt hujuſmodi ſolennes Pœnitentias imponere ſine ſpeciali mandato Epiſcopi: niſi in illis locis in quibus eſt conſuetudo, qd hujuſmodi Pœnitentiarii generales ab Epiſcopo deputati injungant hanc Pœnitentiam parentibus per quorum incuri-m manifeſtam eorum parvuli perierunt. Et tunc debent talibus injungere, quòd in capite Jejunii repræſentent ſe coram Epiſcopo, ut per eum adhibeatur debita ſolennitas. Et præmiſſis *concor. Arch. 26. q. 6 c. ult.* Sed hic quæro, nunquid Sacerdos inferior Epiſcopo poſſit de mandato Epiſcopi Præſentis, vel eo abſente, peragere ſolennitatem hujuſmodi Pœnitentiæ, & etiam ipſorum pœnitentium reconciliationem admittere? *Hug. 50. di. Pœnitentes.* & *c. ſequenti.* dicit quòd ſic. Cujus dicto *concor. Wil. ſuper Ray. loco præal.* tamen ut dicit dicta *glo. Wil. ſuper Ray.* prout eam allegat *Jo. in ſumma confeſſ. e. ti. q. 8. Wil. durandi in repertorio ſuo aureo e. ti. ſub rubricella, ſuper quibus ſit Pœnitens ad Epiſcopum remittendus.* videtur ſentire, quòd non poteſt committi ſimplici Sacerdoti, ut peragat Pœnitentiam primæ dejectionis, & finalis introductionis, ſive reconciliationis: quia dicit, quòd hoc eſt Ordinis non Juriſdictionis. *26. q. 6. c. ulti.* & notatur ex reſſe *de conſe. di. 3. c. de Pœnitentibus. per Arch.* Et idem *no. Arch. d. c. ulti.* cum dicit, quòd ſimplex Sacerdos non poteſt ſolenniter tales reconciliare, ſed privata reconciliatione ſic. Ecce pro Concordantia harum opinionum eſt advertendum, quòd in hac Pœnitentia ſolenni eſt conſiderare duplicem ejectionem de Eccleſia, & duplicem reconciliationem. Eſt enim una ejectio principalis, quæ fit ab initio, quando ſc. primo Pœnitens ingreditur Pœnitentiã hujuſmodi. Alia eſt ejectio, quæ renovatur quolibet anno, quo durabit talis Pœnitentia. Conſimiliter quoque eſt duplex reconciliatio. Una ſcil. finalis & ultimata, quæ ſcil. fit in fine illius Pœnitentiæ. Alia quæ fit in ſingulis annis durante termino ipſius Pœnitentiæ. Principalem itaque ejectionem & ultimatam reconciliationem quæ fieri debent cum ſolennitate, nemo facere poteſt niſi Epiſcopus. Et ſic ſtat *c. in capite. 50. di.* cum ibi notatis. Et *concor. no. per Arch. in locis præall* Ejectionem tamen & reconciliationem intermedias facere poteſt Sacerdos inferior de mandato Epiſcopi: & ſic poteſt intelligi opinio alia eſſe vera. Nam verum eſt, quòd quolibet anno durante tali Pœnitentia in Die cœnæ reconciliandi ſunt hujuſmodi Pœnitentes, & ſtabunt in Eccleſia uſque ad Octavas Paſchæ, à quo tempore iterum per totum annum manebunt extra Eccleſiam uſque ad diem cœnæ. Unde hanc ejectionem & reconciliationem annis intermediis, ubi Pœnitentia durat per biennium vel triennium vel amplius, expedire poteſt proprius Curatus. Sed principalem ejectionem & finalem reconciliationem expediet ſolus Epiſcopus. Et ſic ſtat *glo.* quæ ponitur in *d. c. in capite. 50. di.* Et qd *no. per Jo. in ſumma confeſ. e. ti. q. 8. in fi.* ſi tamen uno ſolo anno Pœnitentia ſit durata: tunc tam ejectio, quã reconciliatio expediri debent ſolenniter per Epiſcopum, ut legitur & *no. d. c. in capite.* & *d. c. de Pœnitentibus.*

g *Canonicas Sanctiones.* Sc. propter publica & notoria crimina: ex quibus tota commoveatur, & turbatur Civitas, vel alius locus. *26. q. 6. c. ulti.* Et quòd non imponitur Clerico niſi depoſito. *50. di. confirmandum.* Solenniter namque Pœnitentes, ſi Clerici non ſint, non debent promoveri ad Ordines: & ſi Clerici ſint, non debent in ordine ſuſcepto miniſtrare. *ut d. c. confirmandum.* Et ſecundùm *Hug.* vir, cui talis Pœnitentia imponitur, debet comam deponere. *ar. ad hoc de conſe. di. 4. deinde.* Mulier tamen non debet comam deponere. *30. di. quæcunque.* Et nota, quòd ſi is cui injungitur nolit eam ſubire, compelli poteſt per Cenſuras Eccleſiaſticas ſecundùm *Hug.* Et hoc verum quando crimen eſt enorme, & generans grave ſcandalum in loco. Nec obſtat ſi dicas, quòd per talem Pœnitentiam revelatur crimen, vel confeſſio: quia licet ſuſpicio oriatur, quòd talis grave crimen commiſit, tamen culpa pro certo neſcitur ex pœna, quia quandoque quis facit Pœnitentiam pro alio, & etiam abſque Peccato poteſt quis ſubire hanc Pœnitentiam, ſi velit, ut dixi *ſuprà. e. c. ver. vulgatiſſima.* Sed nunquid hujuſmodi ſolennis Pœnitentia poſſit iterari? *Ray.* dicit quòd non; licet alias publica Pœnitentia toties reiterari debeat, quoties homo publicè peccat. *de pœ. di. 3. reperiuntur.* Dicit tamen *Wil. ſuper Ray.* quòd ubi conſuetudo eſt contraria, poteſt reiterari. Cui *concor. Pe.* in ſcriptis. Et quare de Jure Communi talis Pœnitentia non iteratur, tres ſunt rationes. Una eſt, ne ex iteratione vileſcat. Secunda eſt, propter ſignificationem: quia figurat expulſionem hominis de Paradiſo, quæ tantum ſemel facta eſt. Tertia ratio eſt, quia hæc ſolennizatio eſt quaſi quædam profeſſio perpetuò Pœnitentiam conſervandi, & ideo iteratio ſolemnitari obſiſtit. Si tamen poſtmodum peccaverit, non clauditur ei locus Pœnitentiæ, ſed Pœnitentia ſolennis non eſt ei iterum injungenda: hæc *Thomas* in ſcriptis.

Quæſtio.

Quæſtio.

h *Abſolutionem.* Tertia pars.

i *Solis Epiſcopis.* Sume quod eſt *infrà. reſervamus.* Et nota, quòd per has Conſtitutiones ſolis Epiſcopis reſervatur Abſolutio delinquentium in multis caſibus. Primò ut legitur in *c. exterior habitus. ſuprà. de vi. & ho. cle.* Secundò in caſibus notatis in *c. quia quidam. ſuprà. de decimis.* Tertiò in caſibus enumeratis in *c. Erroris damnabilis. e. ti.* Quartò in caſu *c. Quoniam propter. §. ſed quoniam. e. ti.* Quintò in caſibus enumeratis in *c. accidit novitate perverſa. ſuprà. de immu. eccl.* Sextò in caſu *c. tantum. ſuprà. de pœnis.* Septimò in caſu hujus *c.* Octavò *ſuprà. e. c. in confeſſione. §. ſunt autem.* & ibi dixi in *glo.* ſuper *ver. homicidia.* Nonò in caſibus qui habentur *infrà. ti. proxi. c. Superno Dei munere.*

k *Neceſſitatis.* i. e. Mortis.

l *Per quod.* i. e. Per quam reſervationem.

m *Minorum.* i. e. Inferiorum Confeſſorum.

n *Majorum.* i. e. Epiſcoporum quorumcunque.

Quorundam tamen negligentia [b] agente, [c] hujuſmodi Pœnitentia videtur quaſi in oblivionem tradita, & creviſſe per conſequens audacia hujuſmodi facinora horrenda & flagitia perpetrandi. [d] Quocirca [e] Præcipimus, ut hujuſmodi Pœnitentia ſolennis de cæterò [f] imponatur ſecundùm [g] Canonicas Sanctiones. [h] Abſolutionem etiam ab Homicidio voluntario, tam publico, quam occulto, [i] ſolis Epiſcopis extra [k] neceſſitatis articulum reſervamus, [l] per quod [m] Minorum intendimus refrænare audaciam, & non [n] Majorum reverentiæ in aliquo derogare.

In quolibet Decanatu ſit unus Rector, vel Vicarius, gratiâ & doctrinâ illuſtratus, qui Rectorum & aliorum Sacerdotum audiat Confeſſionem; quam tamen & aliis Pœnitentiariis, ubi ſanior eſt intentio, facere poſſunt.

Idem.

[o] Licet à Sanctis [p] Patribus jampridem fuerit Ordinatum, ut in quolibet Decanatu ſit [q] unus [r] Rector, ſolennitari obſiſtit. Si tamen poſtmodum peccaverit, non clauditur ei locus Pœnitentiæ, ſed Pœnitentia ſolennis non eſt ei iterum injungenda: hæc *Thomas* in ſcriptis.

Diviſio.

o *Licet à Sanctis.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & habet quatuor partes. In prima recitat Ordinationem præcedentem. In ſecunda ibi, *Hoc tamen*, recitat dictæ Ordinationis deſuetudinem. In tertia ibi, *Ordinationem*, præcipit ut Ordinatio prima obſervetur. In quarta ibi, *Ex hoc*, ponit clauſulam ſuæ intentionis declaratoriam.

p *Patribus.* Viz. *Stephano* Archiepiſcopo in Concilio *Oxon. ſuprà. e. c. 1.* Item *Othone* Apoſtolicæ Sedis Legato in Conſtitutione ſua Provinciali, *c. quod in quodam.* Item *Waltero* Archiepiſcopo, *ſuprà. c. Cum ſæpe.* Scias tamen, quòd inter Conſtitutiones prædictas eſt dare differentiam. Nam *ſuprà. e. c. 1.* ordinatur ut ſint certi Confeſſores prudentes & diſcreti per ſingulos Archidiaconatus ad audiendum Confeſſiones Decanorum Ruralium Presbyterorum & Perſonarum. In Conſtitutione *Othonis. Quod in quodam.* ſtatuitur ut per ſingulos Decanatus deputentur prudentes viri Confeſſores, quibus Perſonæ, & minores Clerici confiteantur, qui erubeſcunt confiteri Decanis. In *c. cum ſæpe. ſuprà. e* ſtatuitur, quòd in ſingulis Decanatibus ordinentur idonei Confeſſores ad audiendum confeſſiones eorum: quibus videtur, quòd nulli ſubſint in Foro Pœnitentiæ. Hic autem ſtatuitur, ut apparet in Textu.

q *Unus.* Textus Conſtitutionum præcedentium loquitur non ſingulariter de uno, ſed de pluribus: excepto *c. cum ſæpe. ſuprà. e.* ubi loquitur alternativè de uno vel duobus. Dic ut ibi §. *per Archidiaconatus. ver. unus vel duo.*

r *Rector aut Vicarius.* Iſtud non cavetur in aliqua Conſtitutionum prædictarum: ſed loquuntur Conſtitutiones prædictæ generaliter de Confeſſoribus prudentibus & diſcretis, ſeu aliis idoneis. Eſt tamen veriſimile, quòd auctor hujus Conſtitutionis hic determinet, qui ſint dicendi viri illi diſcreti, prudentes ſive idonei: ut ſcilicet intelligatur de Rectoribus ſive Vicariis qui præſunt Juriſdictioni in Foro Pœnitentiali. Quod dic, ut dixi *ſuprà. e. c. ſacerdos.* §. *Item nullus. ver. de licentia.* Et huic dicto adde, quod dixi *ſuprà. e. c. cum ſæpe.* §. *per Archidiaconatus. ver. idonei.*

vel Vicarius [a] literaturæ ſufficientis, inſtructus & [b] illuſtratus gratiâ, famæque laudabilis, [c] aſſignatus ad Confeſſiones [d] Rectorum [e] Vicariorum, & [f] aliorum Sacerdotum, ac [g] miniſtrorum Eccleſiæ audiendas, injungendaſque Pœnitentias, [h] ut ſit [i] mare fuſile in [k] Templi introitu juxta [l] Templi Typici Sacramenta. [m] Hoc tamen non fuit hactenus Cleri moribus uſitatum,

non ſine multis [n] Dei injuriis, & Sacramentorum [o] miniſtrationibus, & Miſſarum [p] Celebrationibus, [q]quæ [r]Execrationes potius dicerentur. [s] Ordinationem ergo prædictam à deſuetudine renovantes, Præcipimus, ut ipſâ inviolabiliter de cæterò obſervetur. [t] Ex hoc tamen minimè inhibere [u] intendimus, quin poſſint [x] prætacti, ſi voluerint, [y] ad alios [z] Communes Pœnitentiarios,

cujus latitudo erat decem cubitorum, à labio uſque ad labium; & erat rotundum in circuitu. Altitudo ejus erat quinque cubitorum, & reſticula 30. cubitorum cingebat illud. Et nota quòd iſtud *Mare* dictum eſt vas quoddam æneum, quod repletum erat aquâ, in qua ingredientes Templum ſordes abluebant. Et *fuſile* dictum eſt eo quòd opere fuſorio factum erat. Et iſtud *Mare* benè ſignificabat Sacramentum Pœnitentiæ in quo abluuntur ſordes peccatorum. Et eſt 10. cubitorum in latitudine, quia peccatores ad 10. præceptorum obſervantiam reducit, in quibus omnia, quæ facere debemus, vel non facere, Dominus expreſſit, & in denario mercedem beneficiorũ aſſignavit. Quinque cubitorum altitudo ejus, quia quicquid in quinque ſenſibus delinquimus, gratiâ Dei per ablutionem in Sacramento Pœnitentiæ re'axatur. Reſticula 30. cubitorum cingitur, quia diſciplina cœleſtium præceptorum, quæ funiculus triplex eſt, propter Fidem, Spem, & Charitatem, Sacramentum Pœnitentiæ undique inviolabiliter cuſtodit. Vel quia Chriſtus, cum 30. eſſet annorum, Sacramentum Pœnitentiæ ſuo jejunio conſecravit. Et iſtud *Mare* rotundum etat in circuitu, quia Sacramentum Pœnitentiæ omnibus ad id confluentibus eandem juſtitiæ coronam repromittit.

a *Literaturæ ſufficientis.* In *c. cum ſæpe. ſuprà. c.* dicitur, *literaturæ competentis.* dic ut ibi.

b *Illuſtratus gratia.* Circa hoc vide quod dixi *ſuprà. eo. c. 1. ver. prudentes. in fi.*

c *Aſſignatus.* Per Epiſcopum.

d *Rectorum.* Qui Epiſcopo confiteri tenentur, vel ei quem ad hoc aſſignaverit. *Extra. de offic. Archipreſ. c. 1. 2. & 3.* Et notatur *c. ti. §. cui Archipresbyter.* per *Hoſtien. in ſumma.* qui hoc non ſolum intelligit de Archipresbytero Civitatenſi, ſed etiam Rurali.

e *Vicariorum.* Sed contra hoc opponitur. Nam in confeſſionibus audiendis eſt dare ordinem ſecundùm quẽ Perſonæ aliis ſubjiciuntur. Cardinales namque de Jure tenentur confiteri Papæ, ſic & Patriarchæ & Primates: Archiepiſcopus Primati, ſive Patriarchæ: Epiſcopus Archiepiſcopo. Et ſic deſcẽdendo unuſquiſque Inferior ſuo Prælato Superiori immediato, ſecundùm ea quæ ſeriosiùs notat *Hoſtien. in ſum. e. ti. §. quibus confitendum.* per longum proceſſum. Unde videtur quòd Vicarius debeat confiteri Rectori, qui ſibi præſidet immediatè in eadem Eccleſia. *ar.* præmiſſorum. *Solutio.* ubi eſt talis Rector, puto, quòd Vicarius ſibi ſubſit in foro Pœnitentiæ, maximè quando Rector habet curam Animarum, ſicut contingit in Eccleſiis Parochialibus, non Præbendalibus: ubi non ſolum Vicarius, ſed Rector, cum habet curam Animarũ. Et idem puto in Eccleſiis Parochialibus Præbendalibus, in quibus Præbendarius habet curam, non ſolùm in foro contentioſo, ut dicunt *Doct. de præben. c. ſuper eo. li. 6.* ſed etiam in foro Animæ, ſaltẽ habitũ. Nam in talibus Eccleſiis cura habitu eſt penes Canonicũ, ſed actu & exercitio penes Vicarium; ſecundùm *Fo. de Lig. in d. c. ſuper.* Unde ninirum ſi Præbendarius, qui quoad Parochianos habet curam habitu, illam habeat actu & exercitio quoad Vicarium. Et huic dicto concordant notata *Fo. An. Extra. de præben. c. expoſuiſtis. ſuper glo. 3.* qui videtur innuere, quòd Præbendarius quandoque habet curam laxam, urputà, ſuper Vicarium, vel in certis caſibus. Et ſumitur *de glo. Inno. Extra. de præben. c. extirpandæ. ver. præbendam.* Ubi verò in una Eccleſia non ſunt Rector & Vicarius, ſed ſolus Vicarius qui deſervit curæ, tunc habet locum quod hic dicitur.

f *Aliorum ſacerdotum.* Si intelligas de Parochialibus Sacerdotibus, qui ſunt Vicarii temporales, idem dic quod dixi in *glo.* præcedenti, quòd ſc. in foro conſcientiæ ſubeſſe debent principali Curato illius Eccleſiæ, ſive ſit Rector, ſive Vicarius. Alioquin ſi Rector ſit longo tempore abſuturus, tales habebunt recurſum ad Epiſcopum, vel ipſius Deputatum, ut hic. Si intelligas de aliis Sacerdotibus Divina in aliqua Eccleſia celebrantibus, ſubeſſe debent Curato Eccleſiæ in qua celebrant, ſaltem in foro pœnitentiali, niſi in caſibus Epiſcopo reſervatis. Tales namque quoad hoc ſubſunt Rectoribus Eccleſiarum in quibus miniſtrant, ſecundùm quod notant *Doct. Extra. de decimis. c. novum genus.* Et faciunt ad hoc notata *Extra. e. ti. c. omnis utriuſque. & de paro. & ali. paro. ſuper Rubrica per Fo. An. in no.* & per *Petrum de Ancho. c. ti.*

g *Miniſtrorum Eccleſiæ.* Quales ſunt Diaconi, Subdiaconi, & alii Inferiores, qui tamen ſicut & Sacerdotes, de quibus dixi *ſuprà. glo. proxi.* ſubſunt Curato Eccleſiæ à quo recipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta. Neſcio itaque quid ſibi velint iſtæ Conſtitutiones, quæ loquuntur de Confeſſoribus in ſingulis Decanatibus deputandis, maximè quoad eos qui ſubſunt Curatis Eccleſiarum à quibus tenentur, & debent recipere Eccleſiaſtica Sacramenta, niſi habeant intelligi de Confeſſoribus deputatis in caſibus Epiſcopo reſervatis, in quibus Curati proprii non poſſunt eos abſolvere. Et iſtum intellectum videtur innuere litera *infrà. c. c. in fi.* ibi dum dicit, *ad alios Communes Pœnitentiarios, &c.* ac ſi diceret, aliqui ſunt Pœnitentiarii ab Epiſcopo deputati ad audiendum Confeſſiones eorum de quibus hic dicitur, ne forſan in talibus arctentur accedere ad Epiſcopum, vel ejus ſupremum Pœnitentiarium, qui forſan longè diſtat à loco quem inhabitant tales, de quibus hic loquimur. In Cathedralibus & in Conventualibus Eccleſiis pro audiendis Confeſſionibus miniſtrorum earundem ſufficienter ordinatum eſt *Extra. de offi. ordi. c. inter cætera. in fi.* Et quòd ea, quæ hic dicuntur, intelligi debeant de caſibus Epiſcopo reſervatis, videtur ſentire *Fo. de Arbopa* in Conſtitutione *Othonis. Quod in quodam. ver. conſtituimus.*

h *Vt ſic.* Supple, per miniſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ.

i *Mare fuſile.* Tangit Hiſtoriam, quæ habetur 3. *Reg. c. 7.* ubi legitur, quòd *Salomon* fecit fabricari mare fuſile in templo Domini

k *Templi.* i. e. Eccleſiæ, quæ eſt congregatio fidelium; juxta illud, *Templum Dei Sanctum eſt quod eſtis vos. 1. Corinth. 3.*

l *Templi typici.* Sc. Templi *Hieruſalem*, quod Templum erat typus & figura Eccleſiæ Chriſti.

m *Hoc tamen.* Secunda pars.

n *Dei injuriis.* Quæ inſurgunt ex continuatione in peccato.

o *Sacramentorum miniſtrationibus.* Subaudi, miniſtrante exiſtẽte in mortali peccatò, qui in hoc graviter peccat, licèt nihilominus verum Sacramentum conficiat, & miniſtret, quamdiu ab Eccleſia toleratur; ita quòd in forma Eccleſiæ conficiatur & conferatur. Facit *de cohabi. cle. & mul. c. veſtra.* ubi de hoc.

p *Celebrationibus.* Subaudi, in peccato mortali.

q *Quæ.* Sc. celebrationes Miſſarum.

r *Execrationes.* i. e. Maledictiones, vel non ſacrationes. Et hoc potes intelligere verum reſpectu Sacerdotis celebrantis. Secus tamen eſt reſpectu ipſius Sacramenti. In Miſſa namq; quantum ad id quod eſt eſſentiale in ea, ſc Corpus Chriſti, à quocunque Sacerdote bono vel malo dicatur, æqualiter bona eſt: quia opus operatum æqualiter bonum eſt & virtuoſum. 1 *§. q. ulti. c. ulti.* unde dicit *Decretalis*, quòd quantumcunque pollutus non poteſt polluere Divina Sacramenta, *de cohabi. cle. & mul. c. veſtra.* Sed contra hoc opponitur. Nam dicit *Canon*, Qui *Sancti* non ſunt *Sancta* tractare non poſſunt. 81. *di. Maximinianus.* Et alibi dicit *Canon*, Polluimus panem, i. e. Corpus Chriſti, quando indignè accedimus ad Altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. 1. *q.* 1. *ſit populus. & c. multi. in fi.* Solutio. Sacramenta in ſe non poſſunt pollui, ſed dicuntur polluta reſpectu illorum qui polluti ea tractant: vel dicuntur polluta, quia polluti Divina tractando Sacramenta, peccatum peccato addunt. 1. *q.* 1. *ſi fuerit.* 83. *di. §. ulti.* Unde nota, quòd duo ſunt genera Sacerdotum, ſc. polluti & non polluti. Non polluti verò duplici honore honorantur: hoc eſt dicere, quòd ipſorum Sacramenta valent duplici merito, ſc. merito bonæ vitæ ipſorum, & Eccleſiæ merito. Sacramenta verò polluti proſunt aliis, ſed ſibiipſis nocent. *de conſe. di.* 2. *quotidie.* Et hoc eſt quod dicitur in Canone, quòd ubi Sacramentum miniſtratur per pollutum vel indignum, Sacramentum manet impollutum; ſicut radius Solis tranſiens per lutum fœtidum, qui non fœdatur. Et alibi dicitur, quòd tales Miniſtri ſunt ſicut cerea fax accenſa, quæ ſibi detrimentum præſtat, ſed aliis lumen in tenebris adminiſtrat. 15. *q. ulti. c. ulti.* Item alibi dicitur, quòd Sacramenta & bona doctrina per malum Miniſtrum ſunt ſicut lixivium, quod per cinerem humidum tranſiens lavat & non lavatur. Facit 33. *di. §. ult. & nota. di. c. veſtro. ver. polluere. per Fo. An. in add.*

Duo Sacerdotum genera.

s *Ordinationem.* Tertia pars.

t *Ipſa.* Sc. Ordinatio.

u *Ex hoc.* Quarta pars.

x *Prætacti.* Sc. Rectores, Vicarii, & alii Sacerdotes Miniſtri Eccleſiæ.

y *Ad alios.* Sume quod eſt *infrà. Pœnitentiarios.* Et ſic ex iſta litera colligi poteſt, quòd iſti Confeſſores dicendi ſunt Pœnitentiarii Epiſcopi eos deputantis; quod patet ex hac dictione *alios*, cujus natura eſt, ut includat, licèt hoc non ſit ſemper verum. 16. *di. denique. in prin. per Fo. ff. de procura. l. non ſolum. §. quæritur in glo. de reſcrip. c. fides. in glo. & 8. q. 1. Novatianus.* ubi de hoc per *Archid.*

z *Communes Pœnitentiarios.* Qui ſolet deputari in Cathedralibus Eccleſiis

Ecclesiis & Conventualibus. *de offi. ord. c. inter cætera. in fi.* & dicuntur *Communes*, quia deputati sunt Communiter tam pro Laicis quàm pro Clericis. Sed hi, de quibus hic loquitur, dicendi sunt Pœnitentiarii speciales quoad personas Clericorum, quorum potestas extendi non debet ad Laicos, nisi hoc in eorum potestate in specie vel in genere contineatur.

a *Confet.* Sc. quòd sint Communes Pœnitentiarii. Sed quomodo constabit? dic per publicationē literarum Episcopi quibus potestas est eis commissa: vel quia publicè sunt ad hoc assignati in Synodo, vel alia Cleri publica congregratione. Sed hic quæro, nunquid unus Sacerdos possit absolvere vicinum Sacerdotem à mortali peccato sine licentia Superioris? Ex præmissis videtur quòd non. Nam si posset, inutilis foret hæc Constitutio, quæ vult, ut eis per Episcopum deputentur certi Confessores. Unde *Wil. super Ray.* ut recitat eum *Fo. in summa. confes. c. ti. q. 42.* dicit le cr. dere, quòd non possit sine licentia Superioris generali vel speciali, tacita vel expressa. Tacita, quia Episcopus scit talia Communiter à Sacerdotibus fieri, & non reclamat, sed tacet & sustinet. Nam in hoc casu eo ipso præsumendū est Episcopum tacitè approbari hujusmodi absolutiones, & dare licentiam Sacerdotibus se invicem absolvendi. *Hostien.* quoq *Extra. e. ti. §. quibus confitendum. ver. cui Presbyter paroch.* videtur innuere quòd non possunt invicem se absolvere sine licentia Superioris; & quòd hāc licentiam eis dare non expedit, ut ibi dicit. Præterea certæ Personæ sunt, quibus cōcreditur, ut possint sibi Confessores eligere sine licentia Superioris, viz. Episcopi, & Superiores, & Inferiores Prælati exempti, igitur aliis hoc videtur prohibitum. *Ext a. e. c. ne pro dilatione.* junctis notatis per *Host. & Ber. de præsump. c. nonne. in fi.* Unde in *d. c. ne pro dilatione.* dicit *Abbas*, illud Capitulum optimè facere contra Rectores Ecclesiarum, & alios Inferiores, qui sine licentia Superioris mutuò se absolvunt. Et quòd Inferiores Clerici non possunt sibi sine Superioris licentia eligere Confessores, notatur ibi per *Ber. in glo.* 2. Et est expresse determinatum *e. ti. c. si Episcopus. §. ulti. li. 6.* ubi dicitur quòd nulla potest consuetudine introduci; quòd aliquis præter sui Superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat; qui est possit solvere vel ligare. Ubi dicit *Fo. An.* quòd bene potest aliquis confiteri cuicunq; vult, petendo salubre consilium, etiam Laico: sed nemo potest solvere vel ligare, nisi ipse qui jurisdictionem habet in foro Animæ. Et dicit ibi *Archi. in fi.* quòd ratio prædicti Capituli est, quia unusquisq; Curarus tenetur agnoscere vultum pecoris sui, & tenetur de Anima ejus reddere rationem, & sibi ministrare Sacramentum Eucharistiæ & alia Sacramenta, in quorum collatione vertitur periculū. Et ideo Sacerdos, qui est suus Curatus, tenetur facere posse suum, ut sciat cui det. Et pro hac ratione facit *c. Omnis utriusque. Extra. e. ti. Fo. de Athona* in Constitutione *Othonis. Quod in quodā. ver. constituantur.* intelligit illud quod dicitur in *d. c. Episcopus. in fi.* locum habere in majoribus peccatis mortalibus, & quæ ex præmeditata deliberatione committuntur. Et videtur se fundare super dictis *Archi. in d. c. si Episcopus.* & alia dicit, quæ ibi sequuntur, ut viz. In his quæ ex ignorantia Juris seu facti, vel fragilitate humana contrahuntur, sufficit, secundùm illam auctoritatem *Jacobi ulti. Confitemini alterutrū peccata vestra*, ut unus Sacerdos alteri socio Sacerdoti confiteatur audacter. Et ipsorum alter alteri Pœnitentiam imponat & ipsum absolvat. *all.* ad hoc *c. 1. 16. q. 1.* Et dicit illud expeditum 25. *di.* §. *criminis.* Ecce salvâ reverentiâ tanti Doctoris, dico, quòd Jura per eum allegata non probant id quod dicit, sed potius faciunt contra eum. Nam *c. 1. 16. q. 1.* loquitur de Monachis, qui, ut dicitur ibi, non possunt aliquibus pœnitentiam injungere, nisi sibi invicē, ut justum est. Ubi dicit *Archi.* quòd de confessione Monachorum tenendum est, quòd Abbati proprio debent confiteri, qui debet scire opiniones eorum, & quales intrinsecus sunt. *Extra. de temp. or. c. ad aures.* Cum enim Abbas habeat eorum nolle & velle, *12. q. 1. c. nolo.* & *c. non dicatis.* & quem super capita sua posuerunt vice Dei, *19. q. 3. Statuimus.* apparet, quòd ei loco Dei confiteri debeant. Et notabiliter advertendum est secundū *Archi.* id quod dicit ibi Textus, *confiteantur sibi invicem ut justum est.* qui hoc justum esse intelligit, si hoc eis ab Abbate permittatur vel ab Episcopo, quod securius est. Ex quo dicto *Archi.* apparet, quòd sine licentia Superioris etiam ipsi Monachi non possunt se invicē absolvere. Advertendum etiam est, quòd ille §. *criminis. 25. di.* allegatus per *Fo. de Athona.* ubi dicit quòd dictum suum paret, non probat dictum suum: quia illud quod dicitur in illo §. *crimnis.* habet sc. tummodo locum in confessione venialium, quæ tolluntur per confessionem generaliter factam in Missa ad Primam; & ad Completorium, quæ confessio dicitur fieri alterutrum; & hoc probat Textus in *d. §. criminis.* Dicit enim sic; Criminis appellatio late patet, amplectens omne peccatū quod etiam ex deliberatione procedit. Unde *Beda super Epistolam Jacobi ulti.* sic ait, Peccata quæ ex ignorantia vel infirmitate humana cōmittuntur, dicit Apostolus, & præcipitur alterutrum confiteri, quia facilè dimittuntur; & loquitur de venialibus; & subdit, Quæcunq; verò sunt ex deliberatione non nisi per Pœnitentiam; & loquitur de mortalibus. In confessione verò generali non solet injungi Pœnitentia & tamen per eam tolluntur venialia, ut dixi *supra. de cele. miss. c. licet omnia. §. prohibemus. ver. confessionem generale.* Et quòd dicta auctoritas *Jacobi* loquatur de peccatis venialibus tantum, notatur *d. §. criminis. per Archi. in Ros* In Confessione verò Pœnitentiali Sacramētali, de qua hic loquimur, est Pœnitentia injungenda, & absolutio impertienda, quæ non potest fieri, nisi ab eo qui potest solvere & ligare, qualis est ille qui est proprius Sacerdos, vel qui ab eo, qui proprius est Sacerdos, habet potestatem, ut sæpius *supra* dictum est. Et est conclusio illius §. *alii, in e. si Episcopus. e. ti. li. 6.* Ex quibus patet, quòd quicquid dicat *Fo. de Athona, unus Sacerdos non potest absolvere alium a peccato mortali sine licentia Superioris*, ut dicit Textus in illo *c. si Episcopus.* Ubi dicit *Dominicus de Sancto Geminiano* post *Fo An.* quòd consuetudo, etiam cujus contrarii non est memoria, contrarium introducere non potest. Et concordat ibi *Fo. in no.* Nec obstat quod dicit *Wil. super Ray.* quòd Episcopus, qui hoc scit, videtur tacite tales licentiare. Quia licet hoc posset concedi, in casu ubi requiritur consensus Episcopi, qui est in animo, ut viz. sciens & tacens habeatur pro consentiente, secundū ea quæ notantur *de præsump. c. nonne.* hoc tamen non procedit, ubi requiritur licentia. Nam licentia requirit concessionē expressam, & habet in se gratiā. *Extra. de elec. c. alii. de elec. quam sit.* ubi de hoc. *ver. petere. per Archi. li. 6.* Fateor tamen quòd hanc licentiā dare potest nō solum Episcopus, sed etiam suus proprius Sacerdos, sive Curatus. Unde tutū erit, ut Sacerdotes in aliqua Ecclesia Parochiali celebrantes licentiam habeant à Rectore, vel Vicario, sive Curato ejusdem, ut possint sibi Confessores eligere. Alioquin quòd confiteantur ipsi Rectori, secundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. e. ti. c. omnis utriusq;.* Et sic notatur *d. c. omnis. ver. qualiter igitur sunt. per Fo. in Collectario.*

Quomodo Confessiones Mulierum audiendæ? De Quadragesimalibus, & ne Missa Celebratio pro pœna injungatur.

Simon Sudbury.

b Confessiones mulierum c extra vēlū audiantur, & d in propatulo quantū e ad visū, f non quantū ad auditum. g Moneatur etiā h Laici i statim in principio Quadragesimæ confiteri: & k semper l cito post lapsū, m nè peccatū suo n pōdere dum tamen id o constet, pro Sacramēto Pœnitentiæ cōvolare.

b *Confessiones.* Hæc Constitutio est *Simonis Sudbury*, & habet tria dicta. In primo statuit de Confessionibus mulierum audiendis. In secundo ibi, *Moneantur*, hortatur ad celerem Pœnitentiam, & non tardandam. In tertio ibi, *Item nullus*, prohibet unum modum Pœnitentiæ injungendæ. Dicta.

c *Extra velum.* Loquitur de tempore Quadragesimali, quando velum pendet in Choro inter Altare & conspectum populi. Vel dic *Extra velum*, i. e. locum velarum vel coopertum.

d *In propatulo.* i. e. In aperto. & huic concor. *supra. e. t. Item sacerdos. §. Item sacerdos.*

e *Ad visum.* Ut sc. possint ab aliis existentibus in Ecclesia videri.

f *Non quantum ad auditum.* Quia solus debet quis confiteri. *Extra. eo. c. omnis.* & secretè secundùm consuetudinem Ecclesiæ.

g *Moneantur.* Secunda pars.

h *Laici.* De Laicis potius loquitur, quia hi (ut Communiter) remissius confitentur quàm Clerici.

i *Statim.* i. e. Primo, vel secundo die, vel tertio. Importat enim hæc dictio *statim*, quandoq; tempus mediū tēporis. *ff. de solu. l. qā dicimus.*

k *Semper.* i. e. Omni tempore etiam extra Quadragesimam.

l *Cito post lapsum.* Habitā sc. opportunitate. Sed contra hoc opponitur *Extra. e. c. omnis.* ubi patet, quòd sufficit semel in anno confiteri. & *infrà. e. c. confessionis ver.* Solutio. Illud *c. omnis.* potest intelligi, quando post Pœnitentiā receptam aliquis non peccat mortaliter; cui tamen in *d. c. omnis.* consulitur, ut semel in anno confiteatur, licèt non sit in peccato mortali, quia non debet se nimis assecurare. *5. di. ad ejus.* Vel dic, quòd etiam loquitur de illis qui sunt in peccato mortali, viz. quòd ad minus semel in anno confiteantur. Sed propter hoc non probatur, quòd statim post peccatum non debeant confiteri, dummodo possint habere copiam Sacerdotum. Et hæc opinio fecurior est, licèt aliqui dicant, quòd tales possunt differre Confessionē usq;ad Quadragesimā, vel Pascha, quando Cōmunicare debent. Et notatur per *Inno. e. ti. d. c. omnis. ver. semel. Tho.* tamē dicit, quòd illa opinio est satis probabilis, quæ vult, quòd semel in anno, viz. eo tēpore quo Cōmunicare debet, confiteatur, prout eum allegat *Archi. de pæ. li. 5. in sūma.* Dicit tamen *Petrus* in scriptis, quòd in quatuor casibus tenetur peccatis ante confiteri. Unus est ratione Sacramenti, &c. si vult Cōmunicare, vel celebrare, vel sacrū Ordinē recipere, vel hujusmodi. Alius est ratione periculi, ut si est in periculo mortis. Et istos duos casus etiam *Tho.* ponit in scriptis. Tertius est ratione consuetudinis, ut si dictat sibi conscientia, quòd statim teneatur confiteri. Quartus est ratione dubii, ut si nunc habeat copiam Confessoris, & per totum annum postea verisimile est se non habiturum copiam ejusdem. Unde dicit *Tho. in quadam quæstione, de quolibet.* quòd laudabile est, ut homo peccatum suum citius quo poterit confiteatur; tamen per accidens dilatio poterit esse meritoria, dummodo non differret ultra annum, viz. si ad hoc differret, ut prudentiori confiteretur, vel devotius propter Sacrum tempus. Et his concordat *Fo. in summa confes. e. ti. q. 69.* Circa hanc materiam vide quæ dicam *infrà. e. confessiones vero in anno.*

m *Ne peccatum.* Ratio præcedentium.

n *Pondere.* Ait enim *Greg. 15 moralium. c. 20* Omne peccatū quòd per Pœnitentiam non deletur, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Unde

Monachus Abbati suo confiteri debet.

Unde non ſolùm ſit peccatum, ſed peccatum & cauſa peccati. Ex illo (inquit) vitio culpa ſubſequens oritur ex qua mens cæcata ducitur, ut pœnis ligetur ex alia. Peccatum verò quod ex peccato oritur, jam non ſolum peccatũ eſt, ſed peccatum & pœna peccati: quia juſto Dei judicio omnipotens Deus cor peccatoris obnubilat, ut præcedentis peccati merito etiam in aliis cadat.

a *Item nullus.* Tertia pars.

b *Miſſas.* Sc. ut faciant Miſſas celebrari: ratio eſt, quia poſſet de facili confitens ſuſpicari, quòd hoc ſibi confeſſor injungeret, ut ſibi, vel forſan alteri quem diligit, pecuniam pro ipſarum Miſſarum celebratione daret. Et hæc eſſet ſpecies mali, à cujus omni ſpecie abſtinendum eſt. *Extra. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni.* Et ſcias, quòd hoc, quod hic ſtatuitur, ſumptũ eſt ex notatis *per Hoſti. in ſumma. e. ti. §. ad quid tenetur.* ver. *quid ſi ſacerdos.* ibi videas. Hoc tamen ſcias, quòd ſi confitens ſit Sacerdos, hic non prohibetur, quin confeſſor poſſit ſibi injungere, ut per aliquarum Miſſarum celebrationem pœniteat: quia in hoc caſu nulla poteſt eſſe ſuſpicio mali.

c *Conſulere.* Circa hoc vide notata per *Hoſti.* in loco prælallegato *ſuprà. glo. proxi.*

Diviſio. d IN *Confeſſionibus.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & ſuperior, & habet duo dicta. In primo mandat quandam publicationem fieri. In ſecundo ibi, *Et ſi*, mandat negligentes puniri.

e *Laicis.* De his loquitur in ſpecie, quia magis errant circa ea quæ *infrà* dicuntur, quàm Clerici.

f *Commixtio.* Supple, Carnalis.

g *Maris.* Id eſt, maſculi.

Quando carnalis commixtio ſit peccatũ & quando non. h *Matrimonium.* i.e. Sacramentum Matrimonii. Et intellige inter perſonas legitimas. Hic ſcias, quòd conjuges aliquando carnaliter miſcentur cauſâ prolis procreandæ; aliquando cauſa reddendi debitum; & his duobus caſibus non eſt peccatum. Quandoq; miſcentur cauſa fornicationis evitandæ, & tunc eſt veniale peccatum. Aliquando cauſa libidinis ſaturandæ; & tunc eſt peccatum mortale. De primò dicit *Augu.* Conjugalis concubitus generandi gratiâ non habet culpam. Et Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 7. ſic ait. Si enim non poſſet fieri ſine peccato carnalis concubitus, non præcepiſſet Dominus poſt diluvium eos copulari, dicens *Gen. 8. Creſcite & multiplicamini.* cum jam ſine carnali concupiſcentia non poſſent commiſceri. De ſecundo dicit *Augu. 33. q. 5.* ſic dicens, Redde debitum, & ſi non exigis redde: pro ſatisfactione perfecta Deus tibi computabit, ſi non quod tibi debetur exigis; ſed redde uxori quod debes. De tertio dicit *Augu.* forte aliquis dicet; Si veniam conceſſit Apoſtolus, igitur peccatum fuit in parte. Cui enim venia niſi peccato conceditur. Et ita veniam concedens Apoſtolus concubitum attendit conjugatorum, ubi eſt incontinentiæ vitatio. Malum eſt quòd vir cognoſcit uxorem ultra neceſſitatem procreandi filios, ſed & ibi nuptiarum bonum. Et ita non propter illud malum culpabile eſt hoc bonum, ſed malum ſit veniale propter bonum nuptiale. De quarto *Phil.* & habetur 32. *q. 4. origo.* Adulter eſt in ſuam uxorem amator ardentior. Et *Hiero.* Sapiens judicio amat conjugem, non affectu: non regnat in eo imperus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil enim fœdius quàm uxorem amare quaſi adulterã. Et his concordant *Tho. & Pe. in ſcriptis. di.* 22. & *Hoſtien. in ſumma. Extra. de ſponſ. & matri. §. quis ſit effectus. circa. ſi.* Dicunt tamen *Tho. & Pe.* quòd quando quis propter voluptatem & delectationem commiſcetur conjugi, ita tamen quòd illa voluptas conſiſtat infra limites Matrimonii, viz. quòd cum alia muliere hoc non faceret, tunc eſt veniale peccatum. Si autem delectationem quærat in ea ut in meretrice, exercendo ſuum affectum extra fines Matrimonii, ita ſc. quòd ſi non eſſet uxor tamen idem faceret, tunc eſt mortale peccatum.

i *Mortale peccatum.* Et ſic Fornicatio ſimplex, quæ eſt ſoluti cum ſoluta, eſt mortale peccatum. 32. *q. 4. nemo. cum glo. & c. meretrices. per Jo.*

k *Et ſi.* Secunda pars.

l *Sacerdos.* Supple, Parochialis.

Multipliciter dicitur quis crimini conſentire. m *Conſentientibus fornicationibus.* Præſumitur namque talibus conſentire, & non caret ſtrupulo ſocietatis occultæ, qui cum poteſt manifeſto facinori deſinit obviare. *Extra. de homici. ſicut dignum.* Et nota quòd conſentire dicitur quis multipliciter, viz. crimen non impediens cum poteſt, ut *d. c. ſicut dignum.* Item non puniens crimen cum habeat ad hoc poteſtatem. 18. *q. 2. abbatis in fi.* Item crimen non prohibens 23. *q. 3. c. ulti.* Item favorem peccandi præſtans. 23. *q. 3. qui poteſt.* Item corrigere negligens. 1. *q. 1. quicquid.* 2. *q. 7. negligere.* Item licentiã ad peccandum dans. 11. *q. 3. qui conſentit.* Item qui peccanti amicabilem ſe præbet. 93. *di. ſi inimicus.* 86. *diſt. facientis.* Item defendens aliquem in crimine. 11. *q. 3. qui conſentit.* Et ad hoc quòd hic dicitur, concordat quod legitur 83. *di. error.*

ad aliud trahat. n *Item* nullus Sacerdos nomine Pœnitentiæ totalis vel partialis o Miſſas præſumat injungere, p conſulere tamen poteſt.

Ut Sacerdos denunciet omnem Commixtionem Extra Matrimonium eſſe mortale peccatum.

Idem.

q IN Confeſſionibus & Prædicationibus ſæpius r Laicis inculcetur, & præcipuè in majoribus Solẽnitatibus, quòd omnis s commixtio t maris & fœminæ, niſi per u Matrimonium excuſetur, eſt x mortale peccatũ. y Et ſi in denunciatione hujus ſalubris doctrinæ, z Sacerdos inventus fuerit negligens, tanquam fornicator; vel a conſentiens fornicationibus b Canonicè puniatur.

Confeſſiones, & Euchariſtia Sacramentum ter in anno celebrentur. Et de pœnâ illius qui ſemel in anno non fuerit confeſſus, nec ad Paſcha Euchariſtiam perceperit.

Idem.

c COnfeſſiones d ter in anno audiantur, ter e Communicari moneantur, videlicet in f Paſcha, in g Pentecoſte, & Natali Domini: h prius tamen i præparent ſe per aliquam k abſtinentiam de conſilio Sacerdotis faciendam. l Quicunque verò m ſemel n in anno

n *Canonicè puniatur.* Hæc punitio fieri debet ſecundum qualitatẽ conſenſũ ut ſc. puniatur ſecundùm eam majus vel minus, ſecundùm ea quæ *no. Extrà. de offi. dele. c. 1. per Ber.* Et vide circa hoc notata per *Henri. de Boxy, de homici. c. ſicut dignum.*

Diviſio. o *Confeſſiones.* Hæc eſt Conſtitutio ejuſdem cujus & præcedens, & habet duo dicta. In primo limitat tria tempora ad confitẽdũ & Communicandum. In ſecundo mandat qd ad minus hoc fiat ſemel in anno.

p *Ter in anno.* Temporibus ſtil. de quibus *infrà* patet.

q *Communicari.* i.e. Euchariſtiam recipere, & loquitur de Laicis. Nam de Presbyteris tenẽ quod dixi *ſuprà. de cele. miſſ. c. altiſſimus.* ver. *confician. & glo. ſequen.*

r *In Paſcha. Extra. e. c. omnis.*

ſ *Pentecoſte. de conſe. di. 2. & ſi non frequentius.*

t *Natali Domini. de conſe. di. 2. Sæculares.* Et circa hanc materiam vide quod dixi *ſuprà. de ſum. tri. & fi. ca. c. altiſſimus.* ver. *paſchali tempore. & glo. ſequen.*

u *Prius tamen.* Verſ. & dic *prius*, ſc. ante Feſta prædicta, quibus habent Communicare.

x *Præparent ſe. Sc.* Communionem recepturi.

y *Abſtinentiam.* i.e. Jejunium.

z *Conſilio ſacerdotis.* Hoc Conſilium multi reciplunt, qui ante Natale Domini abſtinent per totum Adventum; ante Paſcha per totam Quadrageſimam, vel aliquam ejus partem; ante Pentecoſten à prima die Rogationum uſque ad Pentecoſten. Et iſtis tribus temporibus Communicant ad minus. An autem ex neceſſitate debeant hoc facere, & præſertim quoad Confeſſionem, vide *ſuprà. e. c. Confeſſiones.* ver. *cito poſt lapſum.*

a *Quicunque verò.* Secunda pars.

b *Semel.* Immo pluries: quia ter ut patet *ſuprà. e. c. §. 1.* qui Textus videtur contradicere huic. Sed dic, quòd illud loquitur de conſilio, iſtud autem de præcepto. Et ſic ſentit *Arch. de conſe. di. 2. Et ſi non frequentius.* Vel illud loquitur de Clericis, qui erunt perfectiores quàm Laici; & ſic videtur ſentire *Jo. de conſe. di. 2. c. ſæculares.* hic autem loquitur de Laicis. Sed hæc ſolutio non placet, quia *c. omnis utriuſque. Extra. e.* à quo ſumitur quod hic dicitur, loquitur generaliter tam de Clericis quàm de Laicis, quod patet ex hoc quòd dicit, *omnis* &c. & nullum excipit. Tene ergo primã ſolutionẽ, vel dic, quòd per hoc quòd hic dicit *ſemel confiteatur proprio Sacerdoti.* nõ excludit, quin etiam ſæpius poſſit confiteri ſibi, vel alteri poteſtatem habenti. Quod dic ut dixi *ſuprà. e. c. confeſſiones.* ver. *cito poſt lapſum.*

c *In anno.* Sufficit igitur, quòd quocunque anni tempore hoc fiat, nec tempus Paſchæ eſt de neceſſitate præcepti: & hoc verum de Pœnitentia, ſed de perceptione Corporis Chriſti tempus Paſchæ eſt de neceſſitate, ſecundùm *Hoſtien.* & hoc probat litera *ad minus* poſita in dicto *c. omnis.* Et ex hac litera videtur, quòd peccator poteſt differre Confeſſionem per annum. Sed contra hoc opponitur *de pœ. di. 1. multi.* ubi patet, quòd nullam moram patitur vera converſio. & *Eccleſiaſtici 5.* dicitur, *Ne tardes converti ad Dominum* &c. & hoc fatentur aliqui, quando peccatum eſt manifeſtum. & *no per Jo. de pœ. di. 5 in ſumma. per c. de pœ. di. 3. Ille rex. in princi.* quod Capitulũ bene probat, quòd ſtatim ſit confitendum poſt lapſum. Et hoc tenẽt multi Theologi, ut notat *Arch.* in dicto *c. ille rex.* dicentes quòd illud *c. omnis.* non dat licentiam differendi, ſed prohibet Confeſſionem negligi. In hac materia dicit *Joh. in Coll.* dicto *c. omnis.* quòd Confeſſio ſecreta, quæ fit ſoli Deo, non debet differri. Ut dicto *c. ille rex.* ſed Confeſſio facienda homini bene poteſt differri: quia ad præcepta affirmativa non tenetur quis ad ſemper, ſed pro loco & tempore; quale eſt illud in dicto *c. omnis.* prout notat *Archid. de pœ. di. 5. in ſumma.* Unde dicit *Tho.* quòd cum propoſitum confitendi ſit annexum contritioni, quoties peccatum menti occurrit, debet peccator dolere, & contori, ac propoſitum confitendi habere; quod bene probatur in illo *c. ille rex.* Sed ad confitendum actualiter non tenetur, niſi per accidens: ut quia ſemel in anno recipere debet Corpus Chriſti; vel quia eſt in morti

mortis periculo, & in aliis casibus hujusmodi. Et hæc opinio secundùm *Tho.* est probabilior, nec secundùm eum est distinguendum inter Clericos & Laicos, nec inter Sæculares & Religiosos de Jure Divino, nec de Jure positivo. Tu tamen quoad Religiosos circa hoc dic ut legitur in *Clem. Nè in agro. de sta. mo.* §. *sanct. Innocen.* tamen dicit, quòd illa opinio est securior, quæ vult, quòd non differatur Confessio. Pro quo facit, quòd statim post peccatum Deus posuit primò hominem ad Pœnitentiam. Item quia obligatus simpliciter tenetur satisfacere statim. *ff. de verb. obli. l. cum qui Cal.* §. *fi. Insti. de verb. obli.* §. *omnis. ff. de solu. l. quòd dicimus.* Et citatus sine die tenetur venire quam cito potest, *de do. & contu. c. cum dilecti.*

[a] *Ad minus.* Ex hac litera colligitur, quod pluries in anno confiteri non est de necessitate præcepti.

[b] *Proprio sacerdoti.* Licèt plures sint Sacerdotes proprii. In hoc tamen casu intelligi debet *proprius Sacerdos*, proprie & Communiter loquendo, sc. Parochialis Presbyter, cui subest aliquis quoad curam Animæ; secundùm *Hostien. Jo. An. & Anto. de Butrio in d. c. omnis.* Sed quæro nunquid frater admissus secundùm formam dicti *c. dudum. de sepul.* §. *statuimus. in Clem.* sit dicendus proprius Sacerdos? *Jo. de Athona* in Constitutione *Othonis. Quòd in quodam. ver. minores clerici. prope fi.* illius magnæ *glo.* videtur sentire quòd sic; saltem per extensionem, & per quandam associationem, quâ associatur Curatis in subsidium curæ Animarum. Et idem sentire videtur *Wil. in d.* §. *statuimus. ver. faciendam.* Sed contra hoc opponitur. Nam *proprius Sacerdos* dicitur ille, qui immediatè habet curam Animæ i lius cui præsest. Unde Papa & ejus Pœnitentiarii sunt Sacerdotes proprii immediati. Item Sacerdos Parochialis, sive sit Rector, sive Vicarius, aut alio nomine quecunque vocetur, dicitur Sacerdos proprius immediatus, ut notat *Jo. An. post Hosti. de offi. Archipresb. c.* 3. & dicto *c. omnis.* Et concordat Ioi *Henr. Bohic. di.* 2. *ver. aut quæris de secundo.* Sic etiam Vicarius Episcopi generalis dicitur Sacerdos proprius immediatus, ut notant *Hostien. Jo. An.* & alii *d. c. omnis.* Item Legatus in sua Provincia & ejus Pœnitentiarii. De quibus omnibus *Doctores* ipsi dant Remissiones in locis *præalleg.* Cum igitur *Doctores* tanti & tales inter proprios Sacerdotes non enumerent hujusmodi fratres, videntur eos pro non talibus habuisse: nam si hoc de fratribus intellexissent, hoc de eis sicut & de aliis expressissent, secundùm ea quæ leguntur & notantur *de decim. c. ad audientiam.* Præmissa conclusio confirmatur ex hoc, quòd fratres hujusmodi non habent curam Animarum, ut clare notat *Jo. in Clem. d. c. omnis. ver. sed nunquid isti fratres*, qui ad hoc *all. nota. Jo. An. & Card.* qui dicunt quòd hujusmodi fratres non sunt astricti ad audiendum Confessiones confluentium ad eos, nisi velint. Nec ipsi confiteri volentes sunt astricti, ut ad eos ea de causa recurrant. & *nota. in Clem. dudum. de sepul.* §. *statuimus. ver. impendant. per Jo. An. & concor. ibi Geff. & Pau.* immo nec proprie habent jurisdictionem ordinariam, nec delegatam, cùm in eis non cadat aliqua Prælatio, nec per consequens ulla ex parte confitentium eis subjectio. Sed est consideranda in eis quædam gratiosa Ordinatio à Papa in favorem Animarum introducta. Unde tales poterunt dici nudi ministri: quod tamen ministerium non possunt aliis committere, *Extra. de offi. del. c. fi. secundùm Pe de Ancho. in dicta Clem. dudum.* §. *statuimus. ver. quinto quæro.* & *no. ibi per Geff. ver. concesserint.* Quibus etiam concordat *Pau. e. c. ver. impendant.* Præmissa etiam conclusio fortificatur ex eo, quòd ille qui est proprius Sacerdos potest subdito dare licentiam alteri confitendi, ut *no. Doct. d. c. omnis.* Sed hanc licentiam dare non potest talis frater, quia non potest committere alteri ministerium sibi commissum, ut prædixi, igitur &c. Licèt ergo habeat potestatem audiendi Confessiones & Pœnitentias injungendi, non tamen ex hoc reputabitur proprius Sacerdos, sicut nec quivis alius Sacerdos extraneus, qui ex privilegio posset audiri Confessionem Parochiani alterius. Sed quæro nunquid Parochianus alicujus possit confiteri tali fratri, sive alteri privilegiato super Confessionibus audiendis sine licentia proprii Sacerdotis. In hac quæstione quicquid alibi reperias scriptum quoad fratres Prædicatores, & Minores, & per extensionem ad fratres Augustinenses & Carmelitas: Dic quòd ut aliquis Parochianus alterius confiteatur fratri admisso, juxta formam dicti *c. dudum.* vel aliarum extensionum in ea parte, non est opus licentia proprii Sacerdotis: quia tales fratres admissi possunt liberè audire Confessiones eorum, qui volunt eis confiteri, ut ibi dicitur in Textu. Unde inquantum ibi dicitur, quòd possunt libere hoc facere, patet quod non est opus licentia de qua quæritur. Et sic sentit ibi *Jo. An. in ver. libere.* In aliis verò privilegiatis ad audiendum Confessiones volentium eis confiteri, sive privilegiati illi sint Sæculares, sive Regulares, requiritur licentia proprii Sacerdotis, nisi in eorum privilegio contineatur aliquid tale, quod talis licentiæ petitionem excludat. Et sic intelligo *no. per Bern.* dicto *c. omnis. vers. sacerdoti.* & sic ibi *no. per Anto. de Butrio. ver. veniamus. ad glo.*

Quæstio.

Quæstio.

Quæstio.

[a] ad minus [b] proprio [c] confessus non fuerit Sacerdoti, & [d] ad minus [e] ad Pascha [f] Sacramentum Eucharistiæ non percenserit, [g] nisi de [h] consilio Sacerdotis duxerit abstinendum, [i] & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & mortuus Christiana

[c] *Confessus non fuerit.* Hic quæro, si Parochianus prius fuit Confessus fratri admisso, nunquid teneatur eadem numero peccata iterum confiteri suo proprio Curato? Omissis argumentis dic quòd non, secundùm quod notant *Wil. Pau. & Stephan. & Jo. de Lig. de sepul. c. dudum.* §. *statuimus. in Clem.* Et concordat ibi *Petrus de Anchor.* & videtur esse determinatum in *Extravag. Jo. 22. quæ incipit, Vas electionis.* Et concordat *Jo. in Coll. Extra. c. ver. nunquid clericis. in fi.* qui ibi recitat *Archi. de pæ. di.* 1. *indicet* ubi *Arch.* notat contrarium. A cujus tamen dicto ibi recedit *Jo. in Coll.* Quibus etiam *concor. Henri. de Bowy. d. omnis. di. 2. in fi.* Nec obstat *d. c. omnis.* quia loquitur de eo qui alteri habenti potestatem non est Confessus, ut notat *Henri. in loco præalleg.* Vel ut quidam dicunt, frater sic admissus habetur loco proprii Sacerdotis. Et sic sentit ibi *Wil.* ut dixi *supra. c. ver. proprio sacerdoti.* Dic quoad hoc ut ibi. Si ergo dubites quomodo Confessus alteri potestatem habenti, qualis est frater admissus, satisfaciet Constitutioni illi, *Omnis utriusque sexûs.* Ut evadat pœnam illius *c.* dic quòd si vult potest iterum eadem peccata sibi confiteri, & effet sibi meritorium pro tali majorem erubescentiam. Alias autem confiteatur de his in quibus post Confessionem priùs factam culpabilis extiterit, ad minus de venialibus, vel quia prius sufficientem contritionem non habuerit: & sic confiteatur in genere peccata, secundùm *Jo. in Coll. dicto c. omnis, vers. Quid ergo confitebor.*

[d] *Ad minus.* hoc dicit, quia pluries potest Communicare, ut patet *supra. eo. c. in princi* non tamen tenetur ex necessitate, ut hic patet, & *Extra. e. c. omnis.* ubi habes hoc idem.

[e] *Ad pascha.* i. e. In festo Paschæ, quando quilibet fidelis solet Communicari. Et quod debet fieri in ipso festo, patet in *d. c. omnis.* ubi dicitur, *in Pascha.* Quòd tamen hoc fiat in Sabbato Sancto, non est vituperabile, cum Missa tunc celebrata attribuatur ipsi festo Paschæ, ut dixi *supra. de cele. mis. c. lineamini.* § *nullus insuper. tertiam.* Sed nunquid suspectus, qui non Communicat in anno, potest ad hoc compelli? Videtur quòd non: quia talis Sacramentum non recipitur sine peccato, si recipiens sit in mortali peccato. *Extra. de offi. ordi. c. si sacerdos. de conse. di. 2. qui sceleratè. & c. sequenti.* Dic tamen secundùm *Jo. 30. di. c. ult.* quòd talis potest compelli ut faciat se dignum, i. e. ut pœniteat. *de. conse. di. 1. si quis intrat.* Et vide circa hoc quæ leguntur & notantur *de pæ. dist. 1. c. sunt qui. 6. q. 1. illi qui.* cum similibus.

Quæstio.

[f] *Sacramentum Eucharistiæ.* Quòd à jejuno sumi debet extra casum necessitatis. Et hoc tam ob reverentiam Sacramenti quàm ob sobrietatem sumentis. Et debet esse jejunus ab omnibus quæ solent sumi per viam cibi & potûs. Unde debet sumi ante omnem cibum, ut dicit *Augu. de conse. di. 2. liquido.* Et facit ad idem *7. q. 1. nihil.* de hac materia latius scri si *supra. de sum. tri. & fi. ca. c. altissimus. & de cele. mis. c. altissimus.* ibi videas.

[g] *Nisi.* Excipit ab eo quod prædixit.

[h] *Consilio sacerdotis.* Cui Confessus est.

[i] *Abstinendum.* Scil. à Communione forsan, quia licèt Confessus sit, tamen non est in proposito dimittendi peccatum. *Extra. eo. qui quidam.* Qui tamen si se publicè ingerat cum aliis ad recipiendum Eucharistiam an sit dimittendus, vide quæ scripsi *supra. de cele. mis. c. altissimus.* §. *parochiales. ver. confessum.* Vel potes ponere exemplum in eo quem Sacerdos proprius, cui aliquis confitetur, non potest absolvere: nam talem remittere habet ad Superiorem absolvendum. *ar. ad hoc. 33. q. 2. laterem. Extra. e. ti. c. significavit.* unde interim rerum est, ut abstineat à Communione. Potest etiam esse causa hujus abstinentiæ Sacramentum hoc recepturi indevotio, vel infidelitas, vel infirmitas, quæ non patitur receptionem tanti Sacramenti. Solet etiam dici, quòd histrionibus dari non convenit hoc Sacramentum. *de conse. di. 2. pro dilatione.* Dic ut ibi. Sic quoque nec Phreneticis, nec mente capitis, qui non gaudent dilucidis intervallis: immo nec Dæmoniacis, quando certum est, quòd à Dæmone vexantur propter aliquod crimen. Pro quibus vide notata per *Jo. in summa confess. ti. de sacra. Eucha. q.* 83. & *q. præcedenti.*

[k] *Et vivens.* Hic sumitur pœna contrà facientis.

[l] *Arceatur.* Per †Pœnitentiam, secundùm *Hostien.* in qua sententia non est opus, ut feratur per Ordinarium, sed potest ferri per ipsum Presbyterum Parochialem, ut clarè notat *Hostien. dicto c. omnis.* §. *Si quis autem. ver. proprio sacerdote.* ubi dicit, quòd licèt aliquis fuerit Confessus alicui eorum, qui præter Curatum proprium dicuntur proprii Sacerdotes, vel alteri ex ipsorum licentia, nihilominus Sacerdoti Parochiali, qui specialiter habet oves suas cognoscere, facienda est inde fides. Alioquin poterit non confitenti sibi, nec de sua licentia, pœnam infligere in dicto *c. omnis.* in ea parte contentam. Et *concor. ibi Jo. An.* qui idem recitat, & *Anto. de Butrio. ver. quæro tertiò quis dicatur proprius sacerdos.*

M. S. † Sententiam.

[a] Caret

a *Careat ſepultura.* Idem habes *Extra. e. t. omnis.* ubi notat *Anto. de Butrio*, quòd pro delicto commiſſo in vita corpus mortuum punitur licet impropria ſit pœna quoad corpus.

b *Publicetur.* Simile habes *Extra. e. ti. c. cum infirmitas.* & multum prodeſt talis publicatio frequenter facta ad majorem declarationem ipſius Juris. Ad quod facit *Extra. de locato. c. 1. in fi.* & poteſt eſſe ratio; quia in pluribus locis multi de Parochianis ſunt frequenter ratione merchandizarum, vel aliis de cauſis abſentes: & ideo magis expedit, ut ſæpius fiat publicatio.

Diviſio.

[a] careat ſepultura, & hoc frequenter in Eccleſiis [b] publicetur.

De Sententia Excommunicationis.

Omnes Eccleſias ſuo Jure malitioſè privantes, omnes pacem Eccleſiæ aut Regni perturbantes, aut Jura Regia injuſtè detinentes, omnes qui falſum Teſtimonium faciunt aut procurant, omnes qui alium iniquè infamant, omnes qui malitioſè Matrimonia per exceptiones oppugnant, omnes qui veros Patronos à Collationibus faciendis impediunt injuſtè, & omnes qui gratiâ lucri, favoris, odii, aut aliter mandatum Regium contra Excommunicatos exequi contemnunt, excommunicantur.

Stephanus.

A Uctoritate Dei Patris Omnipotentis, & Beatæ *Mariæ* Virginis, & omnium Sanctorum, & præſentis Concilii [d] Excommunicamus omnes illos, qui [e] Eccleſias [f] malitioſè [g] ſuo Jure [h] privare præſumunt, aut [i] per malitiam [k] libertates earundem [l] infringere vel [m] perturbare [n] contendunt. [o] Item omnes illos Excommunicationis Innodamus Sententiâ, qui [p] pacem & [q] tranquillitatem Domini [r] Regis & [s] Regni [t] injurioſe perturbare præſumunt, [u] & qui [x] Jura Domini Regis [y] injuſtè detinere contendunt. [z] Adjicimus etiam omnes illos ſimili Sententiâ innodatos, qui ſcienter falſum Teſtimonium perhibent, & perhibere procurant; vel etiam qui [a] tales Teſtes [b] ſcienter [c] producunt [d] vel ſubornant [e] in Cauſa Matrimoniali, [f] ubi ſcilicet agitur [g] contra Matrimonium, vel ubi agitur ad alicujus [h] exhæredationem.

Uctoritate. Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* Archiepiſcopi, edita in Concilio *Oxoniæ*, & habet plura dicta quæ patent in Textu, & ſigillatim limitat certos caſus in quibus incurritur Excõmunicatio major ipſo facto, & ſunt 7. articuli de quibus & aliis publicandis cavetur *infrà. e. c. cum malum.* cum aliquali declaratione earundem.

d *Excommunicamus.* Similem modum loquendi habes *Extra. de hæreti. c. excommunicamus.* Sed contra hoc opponitur *de ſen. excommuni. c. Romana. §. caveant. li. 6.* Ubi paret, quòd pro futuris culpis Sententia Excommunicationis ferri nõ debet, nec pro præſentibus, nec pro præteritis, niſi monitione Canonicâ præmiſſâ. *Solutio.* Illud locum habet in Sententia Excommunicationis quæ ferrur ab homine. Iſtud loquitur in Sententia Excommunicationis lata à ſtatuto perpetuo. In quo caſu poteſt ferri Sententia Excommunicationis etiam pro futuris culpis, ut clarè notat *Joh. An. de conſti. c. 2. ver. commiſerint. li. 6.*

e *Eccleſias.* i. e. Perſonas Eccleſiaſticas. Sic ſumitur *63. di. c. 1.* Vel dic *Eccleſias*; i. e. Prælaturas Eccleſiarum. *Extra. ne prælati vices ſuas. c. penul.* Aliis verò modis ſumitur *Eccleſia*, ut notatur per *Ber. Extra. ne præla. vi. ſuas c. fi. glo. hæc Decretalis &c.* & circa hoc adde *nota. per Jo. 7. q. 1. ſcire.*

f *Malitioſè. Malitia*, ut dicit *Januen.* dicitur cogitatio malæ mentis. Unde *malitioſus, ſa, ſum*, i e. frequenter malus, callidus, aſtutus, ſubdolus, vel inſidioſus. *Malitioſè* igitur adverbium importat omnes ſignificationes prædictas. Et tali modo loquendi utitur Papa in *Decre. Cum plures. de offi. del. li. 6.* Et præſumitur malitia quando non apparet juſta cauſa; ſecundùm *Arch.* ibidem. & *Jo. An. in nº. li. 6*

g *Suo Jure.* Sive hoc Jus conſtat in Spiritualibus, ſive in Temporalibus. Jure namque ſibi pertinenti nemo privari debet ſine culpa ſua. Quod dic ut *no. de conſti. c. 2. per Bern. & alios.*

h *Privare præſumunt.* Simile habes *Extra. de immu. ec. c. non minus*, ubi loquitur de auferentibus ſive evacuantibus Juriſdictionem virorum Eccleſiaſticorum. Et *c. adverſus.* Et ex hoc quòd dicit *privare præſumunt*, adverte, quòd ad effectum ut incurratur iſta pœna, non eſt opus ut Eccleſia ipſo facto ſuo Jure priveˢtur, ſed ſufficit, ut ad talium Jurium privationem laborate quis præſumat, vel ad ea auferenda alios procuret vel inſtiget: nam talis præſumptio ſonat in audaciam faciendi contra prohibitionem Legum ſive Canonum; quæ quidem audacia facit hominem reputari contemptorem Juris, ut *nº. Inno. e. ti. c. cum medicinalis. in fi. li. 6.*

i *Per malitiam.* Idem importat quod *ſuprà* dixit, *malitioſè.*

k *Libertates earundem.* Sc. Eccleſiarum. Et hæc litera facit ad hoc, quòd non ſolum violatores Eccleſiaſticæ liberratis univerſalis ſunt Excommunicati, ſed etiam violatores libertatum alicujus Eccleſiæ parricularis. Cujus tamen contrarium *nº. Inno. Extra. e. ſ. noverit.* Dicit enim, quòd faciens contra libertatem iſtius Eccleſiæ, vel illius, non facit contra Eccleſiaſticâ libertatem. Et dictis *Inno.* ibi *concor. Hoſti.* & alii Moderniores. Sed dic quòd verum eſt tales eſſe Excommunicatos ab iſto Canone; *noverit.* Sed ſunt Excommunicati ab iſto Canone edito in Concilio Provinciali, qui non repugnat aliis Canonibus ſecundùm ea quæ *nº. Jo. An. de offi. Archipreſ. c. fi.* Et in quibus conſiſtat liberras Eccleſiaſtica univerſalis vel particularis, ſatis colligitur ex dictis *Inno. in d. c. noverit.*

l *Infringere.* i. e. Deſtruere vel annihilare, vel dic *infringere*, i. e. violare, illudere, vel ei nocere.

m *Perturbare.* Impediendo nè Eccleſia libere gaudeat ſuâ libertate, licèt non nitatur eam auferre vel aliter infringere.

n *Contendunt.* De facto impediendo quo minus Eccleſia gaudeat liberè ſuâ libertate. Et ſimile habes *Extra. de præben. c. de multa.*

o *Item omnes illos.* Secundus articulus in quo ipſo facto quis eſt Excommunicatus.

p *Pacem.* Cujus judicium ad Eccleſiam pertineˢ. *Extra. de judi. c. novit.* Et ad Eccleſiam pertinet diſcordantes pacificare. *90. di. ſtudendum.* Chriſtus enim moriturus pacem inter ſuos ſervari ſtatuit. *23. q. 1. niſi bellis.* Non eſt igitur hæres Chriſti, qui pacem ab eo relictam non habet: unde merito poteſt ab Eccleſia Chriſti ſeparari, ut hic patet. Quare autem pax non ſervatur inter homines, notat *Jo. An.* ſex cauſis, quas ponit in *glo. ſua de ſen. & re judi. c. ad Apoſtolicæ. ver. pacem. li. 6.* Et quæ ſunt illa quæ ad pacem Regni pertinent, poſſunt partim colligi ex his quæ leguntur & notantur *Auth. de pace tenenda. Coll.* 10. per totum.

q *Tranquillitatem.* i. e. Quietudinem.

r *Regis.* Quoad ipſius perſonam & ſtatum ſui regiminis.

s *Regni.* Quoad eos qui ei ſubſunt, & inter quos regnat.

t *Injurioſè.* Quid hæc dictio importet, dixi *ſuprà. de immu. eccl. c. accedit nonnatæ perverſa. §. alii vero. ver. injurioſè.*

u *Et qui.* Subaudi, omnes illos.

x *Jura.* Ea viz. profectua, quæ de Jure pertinent ad Regem.

y *Injuſtè.* i. e. Sine juſta cauſa.

z *Adjicimus.* Tertius articulus.

a *Tales teſtes.* Qui ſcilicet falſum perhibent teſtimonium.

b *Scienter.* Id eſt, ſcientes quòd teſtes ipſi volunt falſum teſtimonium perhibere.

c *Producunt. Sc.* coram judice.

d *Vel ſubornant.* Id eſt, informant, vel in ſecretis inſtruunt, quid deponere debeant, vel eos ad falſum deponendum corrumpunt. *Extra. de proba. c. licet cauſam. Auth. de teſta. §. quis verò. Col. 7.* Eſt autem *ſubornare* quaſi ſubtus in aure alicujus ipſum male ornare, ut notat *Geſſ. de teſti. c. ulti. in fi. in Cle.* Unde *Subornatio* dicitur, de aliquo falſo exprimendo, vel vero tacendo in teſtimonio teſti per aliquem facta informatio, ut ibi dicit. Et concordat ibi *Wil. ver. ſubornatio.* *Subornatio.*

e *In cauſa matrimoniali.* Sic ergo hoc, quod hic dicitur, in aliis cauſis non habet locum quoad pœnam Excommunicationis, de qua hic loquitur: niſi ubi agitur ad exhæredationem alicujus, ut ſequitur. Nec habet locum in cauſa Matrimoniali, ubi fit talis Subornatio, vel producuntur falſi ad deponendum pro Matrimonio, ut *infrà* ſequitur.

f *Ubi ſcilicet.* Limitat hoc quod prius dixit.

g *Contra Matrimonium.* Utputà, in cauſa Divortii, vel alius ubi agitur de fœdere Matrimonii, & tales teſtes producuntur ad impediendum Matrimonium. Unde hæc Conſtitutio majorem pœnam infligit ſubornantibus teſtes in cauſa Matrimonii, quàm facit Conſtitutio *Othonis. Clamorem juſtitiæ. c. caveant autem.* ubi paret quod tales, ſi ſint Beneficiati, ipſo facto ſunt ſuſpenſi ab Officio & Beneficio. Et adverte, quòd licet illa Conſtitutio fuerit poſterior iſtâ, & imponat pœnam minorem, non tamen tollit pœnam hujus Conſtitutionis, quæ eſt major. Ratio eſt, quia utraque pœna poteſt habere locum in eadem perſona. Simul itaque ſe compatiuntur Excommunicatio & Suſpenſio ab Officio & Beneficio: & ſic unum non tollit reliquum. Et ſatis colligitur ex *d. c. Clamorem. §. caveant.* ubi dicit, *aliàs nihilominus pœnâ debitâ puniantur.* Et circa hoc vide quæ dicit *ſuprà. de immu. eccl. c. 1. §. confugientes. ver. minime conſumente.*

h *Exhæredationem.* Utputà, in cauſa Baſtardiæ & Illegitimitatis, ut viz. aliquis cenſeatur illegitimus, & ſic ab hæreditate Paterna vel Materna ſit excluſus.

a *Item excommunicamus.* Quartus articulus.

b *Omnes illos.* Sive Clericos, sive Laicos, etiamsi delinquens Episcopus fuerit. Nam quoad Sententiam Excommunicationis latæ à Canone Episcopi non excluduntur, licèt secus sit in Sententia Suspensionis & Interdicti, sicut patet *eo. ti. c. quia periculosum. li. 6.* Item hæc clausula non solum cõprehendit masculos, sed etiam fœminas, secundùm ea quæ dixi *suprà. de magistris. c. 1. ver. quoscunque.*

a Itẽ Excõmunicamus b omnes illos qui c gratiâ d lucri, e odii, vel f favoris, g vel alia h quacunq; de causa alicui i malitiosè vituperium factum alicui vel dictum, unde quis læsus vel infamatus est apud bonos & graves, & talia per Pœnitentiã non rev. cantur, quia Pœnitentia sic injuriantis non satisfacit famæ personæ læsæ vel infamatæ. *ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa.* Et hic stat Lex, *si non convitii. C. de injuriis.* & notatur ibi per *Cy. ver. secundo opponitur.* & hæc intelligo vera etiamsi aliquis bis nó reiteret illud idem, sed semel tantùm; quia qui reiterat convitium, non videtur ex ira, sed ex deliberatione dixisse. *ar. C. ad Vell. l. si mulier. & nota. per Fo. d. c. si quis iratus. glo. fi. in fi. & 11. q. 1. Si quis sacerdotum per Arch. ver. intulerit.* Unde sicut semel aliquem percutiens ex ira punitur: *ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa.* sic etiam semel ex ira convitium alicui faciens. *C. de injur. l. si non convitii.* argumento sumpto à contrario sensu, & notatur ibi per *Cy. ver. secundo opponitur*, Secundo opponitur; & videtur quòd si ex lubrico linguæ aliquis alteri convitiatus fuerit, vel improperiũ dixerit, non incidit in hanc pœnã. Nam lubricum linguæ de facili ad pœnam trahendum non est: *ff. ad l. Jul. ma. l. famosi.* & maledicens principi ex quadam levitate vel lubrico linguæ non punitur. *C. si quis impe. maledi. l. unica.* Solutio. Lex illa *famosi*, non negat, quin peccanti etiam ex lubrico linguæ sit infligenda pœna: & hoc ostendit ibi Textus dum dicit, *de facili &c.* Considerandæ enim sunt in tali qualitates diversæ, & specialiter an ante talibus verbis ferio vel ex levitate prolatis solebat personam aliquam diffamare necne: nam de præteritis præsumitur ad Præsentia. *de præsump. c. scribam eis.* Considerari etiam debet an fuerit vel sit persona Communiter in suo sensu bene disposita, vel non, ut satis innuit ibi Textus: & idem habetur *C. de indic. vidu. l. unica.* Contra talem namque qui jocando sive solatiando Cõmuniter solitus est loqui verba in vituperium leve alicujus sonantia, non tamen ex proposito vel ex malitia hæc profert, nec ejus contra quem proferuntur statum vel honorem dehonestant, vel si temulentus aut ebrius aut distractus talia dixerit, non est per Judicem multum curandum, maximè ubi persona, contra quam talia verba proferuntur, in nullo aut in modico damnificatur. In talibus namque ponderatur malitia ex parte dicentis potius quàm ipsum dictum; & hoc innuit Textus *infrà*, dum dicit, *Malitiosè &c.* Et facit ad idem Textus *l. unica. C. si quis impe. maledi.* ibi, *si per injuriam &c.* In quo casu fit remissio ad ipsum Principem, ut ibi dicitur. A parte ejus etiam contra quem aliquid tale profertur, consideratur eventus damni quod sibi exinde contingit, ut *infrà* in Textu patet: licèt modus dicendi forsan aliàs sit excusabilis, ut quia jocosè asserit se hoc dixisse. Nam non potest dici ludus, unde aliqui infamia seu crimina oriuntur. *Extra. de præsump. c. 1. ff. ad l. Aquil. l. nam lusus.*

i *Malitiosè.* An autem malitia præsumatur, vide *suprà. de immu. eccl. c. accidit. §. alii vero. ver. injuriosè.* Et ex hoc quod dicit *Malitiosè*, apparet quòd sive dicat verum sive non, tenetur hæc pœnã si possit constare quòd ex malitia hoc dixit. In hoc tamen passu potest dici, quòd ubi aliquis imponit alicui crimen, & dicit verum, & hoc potest probari: tunc si interest Reipublicæ talem detegi & puniri, ut quia vocat quis aliquem latronem, perjurum, homicidam, vel adulterum, & hoc dicit in judicio per viam accusationis, vel denunciationis, & id probaverit, non incidit in hanc pœnam. *ff. de injur. l. eum qui.* & *C. de injur. l. si quidem.* Et idem si hoc dicat excipiendo ut eum repellat à testimonio: *Extra. de testibus. c. ex parte.* adde, vel Ordine vel Beneficio. *Extra. de accus. c. super bis.* in his enim casibus non est præsumenda malitia. Nec videtur injuriari qui utitur suo Jure. *ff. de injuriis. l. injuriarum. §. 1. de reg. juris. l. nemo damnum. de elec. c. cum Ecclesia Vulterana.* Si verò hoc dicat ad infamiam tantùm, non accusando, nec denunciando, nec recipiendo, quod patet ex eo quòd sic dicendi justam causam non habet, tunc omnino injuriari videtur & tenetur hâc pœnâ. *ar. C. de injuriis. l. 3. & l. si quidem aviam. 1. Responso. 6. q. 1. ex merito. & c. deteriores.* Et notatur *Extra. de injuriis. c. si culpa. per Hostien. & Jo. An.* In defectibus enim non habet locum hæc Constitutio, sed solùm in criminibus, ut verba sonant. Unde si aliquis imposuerit alicui per viam contumeliæ vel vituperii, quòd sit leprosus, vel aliàs morbo inficienti laborans, seu respersus, non incidit in hanc pœnam, licèt aliàs ratione injuriæ seu contumeliæ possit puniri per Judicem competentem, quando viz. interest Reipublicæ talem defectum detegi, ut in leproso, vel patiente alium morbum infectivum, licèt ea de causa puniendus non sit is qui patitur hujusmodi defectum. Ubi verò imponitur alicui defectus, quem non interest Reipublicæ detegi vel puniri, ut si vocat aliquem Concurbitam, aut Bastardum: tunc aut non occurrit ratio quare hoc dici possit, ut in Concurbita, in quo non occurrit justa causa, sed fit ad infamandum tantùm; & tunc talis puniendus est pro hujusmodi contumelia, licèt non pœna hujus Constitutionis. Et idem si vocaverit aliquem Bastardum vel servum causâ infamandi tantùm; licèt secus esset, si subesset justa causa, utputà, ad repellendum eum ab hæreditate. *Extra. qui si. sint le. c. causam quæ. & c. Iator.* In tali enim casu non tenetur, dummodo hoc probet, secundùm *Henr. Bohic*, qui hoc notat *Extra. de injur. c. si culpa. di. 1.*

Odium.

Multipliciter in Jure sumitur Causa.

a *Crimen.*

a *Crimen.* Sic ergo si *Servitutem*, Bastardiã, vel Illegitimitatem, aut aliquam aliam infamiam non criminosim imposuerit, non habebit locum pœna hujus Constitutionis, ut dixi *suprà. gl. presbi.* Et hic adverte, quòd *Crimen* in casu isto sumitur pro peccato gravi, quod est accusatione & damnatione dignissimum, utputà, homicidium, adulterium, aut aliqua immunditia fornicationis, furtum, vel fraüs quando inest ei dolus, sacrilegium, & cætera hujusmodi. 31. *dist. c.* 1. ubi de hoc per *Fo.* Et ut dicit ibi *Archi.* non est peccatum accusatione & damnatione dignum, nisi quando procedit ad actum exteriorem, & transcendit fines voluntatis, nec aliter potest quis inde accusari & damnari ab homine. 32. *di. erubescant. 6. q.* 1. *si omnia.* 32. *q.* 1. *Christiana.* & secundùm hoc non omne mortale peccatum est *Crimen*, accipiendo *Crimen* pro tali de quo potest quis accusari coram Judice, licet posset dici *Crimen* eâ consideratione quâ est dignum accusatione & damnatione quoad Deum. Et sic potest intelligi quod legitur 25. *di.* §. *nomine autem criminis.* Ubi dicit quòd *nomine Criminis* intelligitur quodlibet peccatum, & sic tam mortale quam veniale. Juxta illud *Catonis*, " Nemo sine crimine vivit. Vel dic quòd *Crimen* secundùm Canones quadrupliciter accipitur. Quandoq; generaliter loquendo, *Crimen* dicitur omne peccatum sive procedat ex deliberatione, sive non, sive veniale sive mortale. Quandoq; specialiter *Crimen* dicitur criminalis infamia, i.e. quæ oritur ex criminali peccato. Tertio modo *Crimen* dicitur solùm id quod est accusatione & damnatione dignissimum, ut prædixi. Quarto modo *Crimen* dicitur illud solùm qd ex deliberatione procedit, prout ista colliguntur *d.* §. *nomine autè criminis. cum ver. sequenti.* Hic autem potest sumi *Crimen* tertio modo. Potest etiam intelligi secundo modo, ut sc. *Crimen* importet tale peccatum vel delictum quod irrogat infamiam. Et illud in casu hujus Constitutionis potest dici *Crimen*, cujus pœna de Jure Civili est corporalis, vel aliàs pecuniaria fisco tamé applicanda, secundùm ea quæ notantur *ff. de sepult. violat. l.* 3. *in glo.* Ité illud cujus pœna secundùm canones est depositio sive degradatio *Extra. de accus. c. qualiter.* 2. circa medium.

Crimen *quadrupliciter sumitur.*

b *Imponunt.* Sive verbo sive scripto. *C. de libel. famos.* per totum. Et dic *imponunt*, alio modo quàm per viam accusationis, denunciationis, vel exceptionis judicialis, secundùm ea quæ dixi *suprà. ver. malitiosè.*

c *Unde.* i.e. De quo crimine. Vel dic *unde*, i.e. ex qua criminis impositione, sive cujus criminis impositionis prætextu. Quidam enim libri habent sic in litera, *Unde infamatus sit apud bonos & graves*, & tunc exponitur *Unde*, i.e. ex qua impositione, sive criminis impositionis prætextu. Quidam libri habent sic in litera, *Unde infamatus non sit &c.* Et tunc exponitur sic, *Unde*, i.e. de quo crimine, & subauditur, *prius*, ut *infrà* dicam. Aliqui libri non habent hanc literam *Unde &c.* sed habent in litera sic, *Cum prius apud bonos & graves infamatus non sit.* Ut sic intelligatur pœnæ hujus Constitutionis locum esse tunc, quando infamia sumit originem ab imponente aliquod crimen, sic quòd ille cui imponitur prius fuit bonæ famæ. Et oportet secundùm hanc literã ut intelligas eum cui Crimen imponitur prius non fuisse infamatum de eodem crimine. Et sic recidit in eundem sensũ, ac si dicatur in litera, *unde non sit infamatus &c. i. e. de quo crimine non sit infamatus &c.* Et subauditur *prius*, ut dixi *suprà.* Unde secundùm hanc literam & hunc intellectum apparet, quòd si prius fuerit infamatus super eodem crimine, tunc non haberet locum ista pœna, & sic practizant multi, qui ad evadendum hanc pœnam dicunt, quòd prius fuit infamatus super eodem crimine sibi impositio: sed mihi videtur quòd ista litera non sit bona, & propterea quòd practica non sit bona; quia licèt prius fuerit infamatus super eodem crimine, etiam per alium quàm per ipsum qui jam dicitur imposuisse tale crimen, tamen non sequitur quin etiam sit infamatus per istum, cum etiam infamatus poterit amplius infamari. Unde si propter infamiam præcedentem iste posset excusari à pœna, sequeretur quòd impunè posset augere infamiam, & amplius famam alicujus denigrare absq; pœna: quod esset absurdum, cum non conveniat ut maledicta vel maleficia remaneant impunita. *ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* Et etiam ex hoc sequeretur aliud inconveniens, quòd si idem primo infamaverit aliquem, quòd postea continuando in sua malitia propter repetitionem & continuationem non puniretur: cum tamen repetitio & frequens iteratio contumeliæ aggravet delictum. 11. *q.* 1. *si quis sacerdotum.* Qui Canon intelligitur de iterante contumeliam, ut notat *Fo.* 2. *q.* 3. *si quis iratus.* Potest enim esse, quòd primâ vice imposuit crimen ex passione iracundiæ, & quòd sic minus delinqueret. *ff. de pœn. juris. l. quicquid.* Quod tamen non habet locum quando illud reiterat: quia reiterando videtur facere ex deliberatione, ut dixi *suprà. c. ver. quacunque de causa.* Unde absurdum foret, quòd ex ira fortan vocans aliquem furem, vel homicidam, incideret in hanc pœnam, & tamen hoc iterando & sic deliberate hoc idem dicens non incideret in pœnam. Istud fortificatur ex eo, quòd infamans sæpius aliquem non committit solum unum delictũ sed plura, & tanquam pro pluribus delictis est puniendus. Nam in talibus actibus, qui habent successionem quandã ex reiteratione, quot sunt reiterationes tot sunt delicta, ut notat *Bart. ff. de furtis. l. insciando.* §. *infans. versus. si.* Et circa hoc vide quæ dixi *sup. à. de vi. & hone. cle. c. quamvis.* §. *nos hujusmodi. ver. quotiescunque.* Unde mihi videtur, quòd probabilior est illa litera quæ sic habet, *Unde infamatus fit.* & hæc litera potest dupliciter intelligi. Potest enim esse, quòd unus malitiosus malitiosè imposuerit alicui crimen, & tamen ex tali impositione is cui imponitur non fit infamatus apud bonos & graves: quia boni & graves, ad quorum notitiam talis impositio criminis pervenit, scientes ipsius famam pristinam non habent eum apud se pro infamato. Potest quoque alio modo intelligi, quòd licèt crimen impositum audientes exinde vel ob id in nullo minus ponderent sive appretientur eum cui imponitur, tamen ex hoc non excusatur imponens, cujus malitia quoad se perfecta est, sed obligatur ad pœnam: quia talis similis est illi qui offert pluribus venenum ad bibendum; & licèt hi quibus offertur illud non biberint, offerens tamen malitiosè non propterea excusabitur. Ex voluntate namque & proposito distinguuntur maleficia. *Extra. de sen. excommuni. c. cum voluntate. ff. de furtis. l. qui injuria. in prin.* Unde in odium talis infamantis sufficiet ipsum, cui crimen imponitur, re ipsâ fore infamatum, licèt talis infamia non resideat in mente audientium. Et hoc puto verum sive prius fuerit infamatus super eodem crimine, sive non. Nam sicut Excommunicatus potest amplius excommunicari: *de Judæis. c. ita quorundam. de sent. excommuni. cum pro causa.* sic & infamatus potest amplius infamari. Et sic utrumque intellectum reputo verum. Nam si infamatio resideat apud bonos & graves audientes, tunc non est dubium. Si non resideat, nihilominus constat re ipsâ infamiam hujusmodi pervenisse ad ipsorum notitiam: & sic ipsum re ipsâ fore infamatum, & sic secundùm utrumque intellectum dici potest infamatus apud bonos & graves.

d *Apud bonos & graves.* De his dixi *suprà. de purg. ca. c.* 1. *ver. bonos. & ver. graves.*

e *Ut sic. Sc.* prætextu sive occasione criminis sibi impositi. Et nota, quòd hæc monosyllaba, *ut*, in hoc loco potest legi diversimodè. Potest enim legi uno modo, ut denotet intentionem imponentis crimen, quando viz. eâ intentione hoc facit, ut is cui imponitur, aliquod gravamen incurrat: & huic intellectui satis concordat litera præcedens, *malitiosè &c.* Potest etiam intelligi ut hæc dictio, *ut*, ponatur consecutivè, sic viz. quòd licèt imponens crimen non intendebat, ut propter hoc sibi indiceretur purgatio, vel alio modo gravaretur: si tamen aliquod istorum exinde sequatur, sufficit ut incidat in hanc pœnã. Et puto utrumque intellectum esse satis bonum. Nam quoad primum non potest quis aliquid malitiosè dicere vel facere, nisi cum intentione mali, & gravaminis, vel damni inferendi. *ff. de justi. & jure. l. nam & ipsum. in glo. ff. de supel. le. l. Labeo.* ubi patet, quòd voce ostenditur intentio cordis. Et quoad secundùm licèt intentionem non haberet ut sic gravaretur, sufficit tamen ad effectum quod puniatur, ut occasione sui maledicti gravamen fuerit subsecutum. Nam qui occasionem damni dat, damnũ dedisse videtur, etiamsi præter intentionem suam hoc accideret. *Extra. de injuriis. c. si expressus. & c. si culpa. in fi. ff. ad l. Aquil. l. qui occiderit.* §. *penul. de homici. c. de cætero.* ubi de hoc.

f *Saltem.* Id est, ad minus.

g *Purgatio.* Sc. Canonica, de qua dixi *suprà. de purg. ca. per totum.* & videas *c.* 1. *super ver. compellant.*

h *Indicatur.* Per Judicẽ ordinatum, vel alium cui hoc fuerit delegatum. Et debet hujusmodi purgatio indici præter electionem sive voluntatẽ ipsius purgandi. Nam si purgatio ipsa potius indicatur ex desiderio sive electione infamati, quàm ex auctoritate sive electione Judicis, non videretur exinde fore gravatus: cum volenti & affectãti non fiat injuria. *de reg. juris. c. scienti. li.* 6. Et habens voluntatem suam censetur habere lucrum, licèt in veritate sit sibi damnum; ut notat *glo. ff. de condi. causa data. l. penul. ff. de usu & habi. l. fi.*

i *Alio modo.* Quàm per purgationem.

k *Gravetur.* Ex hac litera patet, quòd is cui nolenti & invito indicitur purgatio sentit gravamen & hoc colligitur ex eo quod hic dicitur, *vel alio modo gravetur.* Ac si ex hoc innueret, quòd aliquem se purgare est gravamen. Et hoc verum est respectu se purgantis, qui sine labore & expensis hoc facere non potest: non autem respectu Judicis purgationem indicentis; quia ille non videtur gravare, dum tamen purgationem indicat, prout exigunt Canonica Instituta. Et potest alio modo gravari, videlicet in persona, rebus, & fama. In persona; utputà, quia propter crimen sibi impositum imprisonatur. In rebus; quia eâ occasione bona sua arrestantur, vel aliter in eis damnificatur. In fama; quia propter hujusmodi criminis impositionem est minoris reputationis apud vicinos & proximos suos. Famæ namque amissio est majus gravamen quàm amissio oculorum. *C. de decur. l. infamia. li.* 10.

l *Advocatos quoque.* Quintus articulus.

m *Omnes.* Supple, nostræ Jurisdictioni subjectos.

n *Causa matrimoniali.* Sive agatur pro Matrimonio, sive contra Matrimonium.

a *Malitioſè.* Malitia apparet, quando non ſubeſt juſta cauſa excipiendi.

b *Opponunt.* Per ſeipſos.

c *Procurant.* Per alios.

d *Vera Matrimonia.* Si ergo conſtet quòd talia Matrimonia non teneant, non habet locum hæc pœna.

e *Effectum.* Ut ſc. ſi ſolennizata non ſint, quòd ſolennizentur & conſummentur. Si verò ſolennizata fuerint, quòd non divortientur.

f *Vel ut.* Alius caſus in quo Advocatus incurrit hanc pœnam.

g *Contra juſtitiã.* Quia modus procedendi vel ordo judicarius non requirit talem dilationem.

h *Cauſæ.* Scil. Matrimoniales.

i *Diutius.* Quàm juſtitia exigit.

k *Suſpendatur.* i.e. Retardetur.

l *Præterea.* Sextus articulus.

m *Vacante Eccleſia.* Tali ſcil. modo vacationis, quòd Eccleſia illa poſſit conferri, vel ad eam poſſit aliquis Præſentari. Quod dic ut dixi *ſuprà. de conceſſ. præben. c. eſurientis avaritiæ.* §. 1. *ver. vacationum.*

n *Patronatûs quæſtionem.* i. e. Litem ſuper Jure Patronatûs.

o *Ut ſic.* i. e. Virtute vel prætextu talis oppoſitionis. Et hic vide quod dixi *ſuprà. e.* §. *Item excommunicamus ver ut ſic.*

p *Verum Patronum.* Quis ſit ille apparebit ex eventu litis.

q *Collatione. Collatio* dicitur, quæ fit per eum qui poteſt conferre cui vult abſque alterius facto. *de præbe. c. ſi tibi abſenti. Reſponſo. & de elect. c. ſtatutum. juxta fi. li. 6.* Et notatur *de præben. c. cum in illis. ver. collationem. per Arch.* Et differt Collatio a Præſentatione: quia Præſentatio pertinet ad patronum ex vi Juris Patronatus, & non Collatio, etiamſi eſſet Patronus Eccleſiaſticus. *de jure patro. c. tranſmiſſa. & c. dilectus. de re jud. cum Bertoldus.* cum ſimilibus. Et notatur *d. c. Cum in illis. ver. Præſentationem. per Arch. li. 6.* Sed hic quæro, nunquid hoc, quod hic dicitur in Collatione, habeat locum etiam in Præſentatione? Videtur quòd non, quia cum hæc Conſtitutio ſit pœnalis, debet ſtrictè intelligi in ſuis terminis. *ff. de pœnis, l. interpretatione. de pœ. di. 1. §. pœnæ.* Sed ut prædixi, aliud eſt Collatio aliud Præſentatio, igitur quod dictum eſt de uno non habet intelligi de reliquo. Faciunt ad hoc *no. Joh. An. de elec. c. ulti. glo. ulti. li. 6.* Econtra videtur quòd ſic: quia Conſtitutio extenditur ad ea quæ ſunt de mente, maximè de his in quibus eſt eadem ratio. *ar.* eorum quæ leguntur & notantur *de elect. c. ſi poſtquàm. li. 6.* Sed in Præſentatione eadem eſt ratio ſicut in Collatione, igitur &c. Et ut videtur, hic verbum *Collationis* exprimitur, non ut ſumatur ſtrictè; ſecundùm ea quæ *ſuprà* dixi in *princ.* ſed ut intelligatur ſive ſumatur largè pro donatione & ſic comprehendat Præſentationem. Nam ſecundùm vulgarẽ modum loquendi in *Anglia*, qui Præſentat aliquem ad Eccleſiam, intelligitur eam ſibi conferre vel donare. Et hunc intellectum reputo veriorem, ut ſic Communis uſus loquendi attendatur in hoc. *ff. de lega. 3. l. librorum. §. Caſſius. ff. de fun. inſtru. l. cum de lanionis. § aſinam. in fi.* Et facit ad idem *Extra. de ſpon. c. ex literis. 1. in fi. ff. de ſupel. le. l. Labeo. de tranſla. Epiſco. inter corporalia. §. ſed neque.*

Quæſtio.

r *Illa vice.* Hoc dicit, quia ubi dubitatur quis eſt Patronus, eò quòd duo contendunt ſuper Jure Patronatûs, ſi infra quatuor menſes diſſentio inter eos non terminetur, Epiſcopus providebit Eccleſiæ, ſalvo ei Jure Patronatûs qui evicerit. *Extrà. de jure Patronatus, c. 2. & c. ſi vero.*

ſ *Defraudent.* Sc. inquantum eſt ad ipſorum intentionem malitioſam, poterit enim eſſe, quòd deſiderans promotionẽ alicujus Clerici, intelligens quòd Patronus nollet ipſum Præſentare, procuraret litem moveri ſuper Jure Patronatûs contra eum qui Præſentavit alium, ut ſic interim labatur tempus quatuor menſium: & ut tunc Epiſcopus conferat ipſum Beneficium Clerico illi quem procurans litem ipſam moveri deſiderabat promoveri ad hujuſmodi Beneficium, & ſic fraudaretur verus Patronus ſuo Patronatu illi vice.

t *Excommunicamus.* Septimus articulus.

u *Aliter.* Id eſt, Alia de cauſa.

x *Contemnunt.* Hic contemptus fit ex ipſo, quòd dum poſſent hoc facere illud tamen exequi contradicunt: eſt namque *Contemnere*, aſpernari, vel non curare. 12. *q.* 2. *quis divinis.* 11. *q.* 3. *excellentiſſimus. in fi.* Unde qui requiſitus eſt exequi quod mandatur, & illud vilipendit, vel depretiatur, contemnit. Nam aliud eſt contemnere, aliud negligere, vel non parere. Ut notat *Joh. 10. di. c. quis autem leges.* Et hoc verum in his quæ ſunt cõſilii, ſecus in his quæ ſunt neceſſitatis. Nam in his quæ ſunt neceſſitatis, contemnere & negligere ad paria reputantur, ut notat *Card. de elec. c. cupientes. ver. contempſerit. li. 6. & concor. Arch. e. ver.* Et *contemnere* dicitur qui ſine cauſa non facit quod præceptum eſt, ut notat *Arch. de ap. c. 1. ver. contempſerit. li. 6.*

y *Mandatum.* Quod quando vim Legis, ſive Juris executionem continet, neceſſitatem importat, & peccatum mortale inducit, ſi tali mandato non obediatur. Quod dic ut dixi *ſuprà. de conſtitu. c. quia incontinentiæ. ver. præcipimus. & ver. obſervari.*

z *Contra excommunicatos.* Sume quod eſt *infrà. contemnentes &c.*

a *Editum.* Per *Bonifacium. infrà. e. c. præterea.* §. *ſi autem. & ſuprà. de immu. eccl. c. ſæculi principes.*

b *Claves Eccleſiæ.* De his Clavibus dixi *ſuprà. de immu. eccl. c. ſæculi principes. ver. claves poteſtatis.*

c *Contemnentes.* De quorum contemptu pœna, quando animo indurato perſeverant in Excommunicatione per 40. dies ſecundùm conſuetudinem Regni *Angliæ.* Et de hac materia te igi *ſuprà. de immu ecc. c. ſæculi principes.* Et hic ſcias, quòd ſententia Excommunicationis contemnitur multis modis. Primò, quia Excommunicatus culpã culpæ adjicit. *e. ti c. dilecto. li. 6.* Secundò, quando intrat Eccleſiam, licet ibi non dicantur Divina, 1. *q.* 1. *non liceat.* niſi hoc faciat cauſa audiendæ prædicationis, quâ auditâ ſtatim exeat. *e. ti c. Reſponſo.* Tertiò, & ſi Eccleſiã non intrat, tamen de foris ad valvas Eccleſiæ ſtat, dum dicuntur Divina, & ea audit. *Extra. de pœni. c. quod in te.* §. 1. *de privil. c. quod nonnullus.* Et Clerici intus celebrantes, hoc caſu ſi hoc ſciant, & non abſtineant, debent puniri. *ar. ad hoc Ext. eo. ſignificavit.* Quartò, quia Communioni aliorum ſe ingerit cum in poteſtate ſua ſit hoc evitare. *de cleri. excom. mi. c. illud.* Quintò, quia nimis dormit in ſententia ſic ligatus, per quod præſumitur quòd evanuerit medicina, cum nihil ſit operata. Et licèt talis regulariter ſit expectandus uſque ad annum. 11. *q.* 3. *rurſus.* tamen in hoc Regno quod invocationem brachii Sæcularis ſufficit, ut labantur 40. dies. Et nihilominus elapſo anno ſi permanſerit in ſua obſtinacia, poteſt procedi contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi. ut *d. c. rurſus. & e. q. c. quiſquis.* quibus concordat quòd legitur & notat *Extra. de hæreti. excommunicamus.* §. *ſi vero. & e. ti c. cum contumacia. li. 6.*

Pluribus modis contemnitur excommunicatio.

d *Vt Archidiaconi.* Hæc eſt Conſtitutio *Stephani* Archiepiſcopi, & habet duo dicta. In primo ponit Statutum. In ſecundo ibi, *Si quis*, adjicit pœnam contrafacientibus. *Diviſio.*

e *Et infrà.* Hic decidituir illud quod habes *ſuprà. de offi. Archi. c. ut Archidiaconi. & de cenſi. c. ut Archidiaconi.* quæ ſunt pars hujus.

f *Eccleſiaſtici ordinis.* Quæ conſiſtit in ſuperioritate & inferioritate graduum, & Prælatiarũ, & adminiſtrationũ. 89. *di. c. ad hoc.*

g *Utilitate.* Quæ conſiſtit in hoc, quòd unuſquiſque contentetur gradu ſive ſtatu in quo vocatus eſt. 16. *q.* 1. *interdicimus.*

h *Exceſſus.* i. e. Offenſa.

i *Manifeſtus.* Hic ſcias, quòd *Manifeſtum* eſt publica ſeu famoſa inſinuatio vel proclamatio, & Communis ex certa ſcientia, & à certis auctoribus proveniens, nondum judicialiter diſcuſſa. Sic deſcribitur per *Anto. de coba. cle. & mul. c. vera.* Dicitur enim *famoſa inſinuatio vel proclamatio*, quia oportet quòd fama concurrat cum veritate ad inducendum Manifeſtum. Et per hoc poteſt dari ſubtilis differentia inter *Publicum* & *Manifeſtum*: ut illud dicatur *Publicum*, quòd ſit coram multis & tamen non eſt famoſum. Ad hoc *de poſtul. præla. c. 1. Manifeſtum* autem eſt, quod habet ſecum famam. Dicitur enim *Communis* in deſcriptione, quia oportet eſſe multorum. Nã non ſufficeret duos vel tres teſtes hoc ſciviſſe, ſed tot requiruntur quot famam inducunt. Et ſic exigitur quòd acclamatur à majore parte populi. Ideo autem additur *ex certa ſcientia*: quia in hoc oportet qd aliqui dentur fuiſſe Præſentes, à quibus ortum habuit, qui per circumſtantiam poſſent de hoc deponere, quia fuerunt Præſentes & aliquo ſenſu naturali, ſecundùm quòd rei natura expoſcit, id perceperũt. Et in hoc datur

Publicum & Manifeſtum differunt.

---

malitioſè exceptiones [b] opponunt, vel opponi [c] procurant, nè [d] Matrimonia vera debitum ſortiantur [e] effectum, [f] vel ut [g] contra juſtitiam proceſſus [h] Cauſæ [i] diutius [k] ſuſpendatur. [l] Præterea omnes illos Sententiâ Excommunicationis innodamus, qui [m] vacante Eccleſia malitioſè opponunt, vel opponi procurant [n] Pat. onatûs quæſtionem, [o] ut ſic verum Patronum illius Eccleſiæ, [q] Collatione, ſaltem [r] illà vice, [ſ] defraudent. [t] Excommunicamus etiam omnes illos qui gratiâ luc i, odii, vel favoris, aut [u] aliter, [x] contemnunt exequi [y] mandatum Domini Regis [z] contra Excommunicatos [a] editum [b] Claves Eccleſiæ [c] contemnentes.

Nemo Excommunicationem promulget, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi monitione Canonicâ præcedente.

Stephanus.

[d] VT Archidiaconi, [e] *& infrà.* Ad hæc Eccleſiaſtici [f] Ordinis [g] utilitate penſatâ pariter & honore, Decernimus, ne Archidiaconi, vel Officiales eorum Sententias Excõmunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti in aliquem audeant promulgare, ubi [h] exceſſus non eſt [i] manifeſtus,

datur differentia inter *famoſum* & *manifeſtum* quia in *famoſo* ſufficit quòd fama habuerit ortum à certo auctore, & quòd hoc clamet tota vicinia, vel major pars. Nec eſt neceſſe quòd oſtendantur auctores, qui hoc habuerunt ex certa ſcientia, vel præſentia. In *manifeſto* autem oportet quòd plures affuerint auctores, qui per certam ſcientiam hoc apprehenderunt, & ſuper hoc poſſent teſtificari. Facit quod notatur 2. q. 1. *de manifeſta.* & quod notatur per *Bart. in l. de minori. 1. ff. de quæſtionibus.* & per *Archi. 2. q. 5. omnibus.* Additur quoque *à certis auctoribus*: quia oportet eſſe plures qui de hoc teſtificari poſſent. Quot autem exigantur, non poſſet certa dari doctrina, ſed relinquitur arbitrio judicantis, dummodo non excedant majorem partem populi vel vicinię: quia ſic eſſet notorium. Pro quo vide quæ dixi *ſuprà. de pœnis. c. quoniam reus. ver. delicto notorio.* Et credit *Anto. de Butrio* quòd ſufficerent decem per ea quæ dicit *Cy. C. de accuſ. l. ea quidem.* Et hæc intellige vera ſumendo *manifeſtum* prout diſtinguitur contra notorium penè occultum: prout autem diſtinguitur contra notorium omnino occultum, ſic manifeſtum dici poſſet omnino probabile quod duo teſtes ſcirent. Ad quod facit quod notatur *de temp. ordi. ex tenore. de elec. cum Winton.* Poſſet etiam *manifeſtum* dici omne non occultum, quod etiam unus vidit. Et ſic ſumitur in *l. 2. & l. ſeq. ff. de furtis.* ubi loquitur de furto manifeſto, & non manifeſto. In fine dictæ definitionis dicitur *nondum judicialiter diſcuſſa.* Et hoc ſit ad differentiam notorii probationis ſecundùm *Anto.* qui ſic notat *de cohabi. clc. & mul. c. veſtra.*

a *Monitione Canonica.* Hic ſcias, quòd ubi Superior fert Sententiam Excommunicationis, in vim Statuti non eſt aliqua monitio neceſſaria, ſicut notat *Hoſtien. in ſumma. c. ti. §. quis valeat. ver. non ſubditus. & §. qualiter proferatur. ver. ſi autem quæras.* & per *Jo. in ſumma confeſ. c. ti. q. 46. & per Hoſtì.* in lectura *ne clc. vel mo. c. Sacerdotibus.* Ubi verò Excommunicatio fertur in vim ſententiæ & Excommunicans procedit ut pars quæ jura ſua defendit mucrone ſpirituali, quod ſatis licet, ut patet *eo. ti. c. dilecto. li. 6.* non eſt neceſſaria monitio, ut expreſſè probatur *de præſcrip. c. cum officii. de cenſ. cum nuper. in fi.* Nam ubi aliquis non admittit ſuum Superiorem ad exercendum jus ſibi competens, videlicet Officium Viſitationis; vel poſtquàm viſitaverit, non vult ſolvere procurationes debitas, cùm ex hoc probetur ipſius contumacia manifeſta, non eſt opus monitione. Et ſic ſtant notata per *Inno. de cenſ. c. venerabili.* in magna *glo. ver. nec obſunt huic opinioni.* Et *concor. Hoſtien. & Jo. An.* poſt eum. Si verò Superior procedat ut Judex, & puniat delicta præſentia, vel præterita; tunc neceſſaria eſt monitio ante fulminationem Cenſuræ Eccleſiaſticæ, ut notant *Inno. & Hoſtien. Extra. eo. ti. c. ſacro.* Si hoc faciat pro delictis futuris, non eſt neceſſaria monitio: quia tempus monet. *5. q. 1. quidam. de appel c. præterea. & c. reprehenſibilis.* Et ſic notant *Inno. & Hoſtien. & Jo. An. dicto c. ſacro.* Quod tamen dic ut legitur & notatur *eo. ti. c. Romana. §. caveant. li. 6.* Et quod hic dicit, *Monitione canonica &c.* ſcias quòd regulariter talis monitio debet eſſe trina. *24. q. 3. de illicita. Auth. de vaſallo militæ qui contumax eſt. c. unico. Colla. 10.* Sed ex neceſſitate illius *c. ſacro. Extra. eo.* non requiritur omnino trina monitio: quia ſufficit ut ſit monitio competens. Et ſic non requiruntur plures monitiones ſecundùm *Inno. & Hoſtien. dicto c. ſacro.* Et idem notat *Arch. 12. q. 2. indigne. glo. adde, quòd de trina.* honeſtum tamen eſt quòd monitio ſit trina, ut *lite non conteſt. c. tuæ. 4. q. 5. c. 1. in fi.* Poteſt tamen una fieri pro omnibus, quo caſu obſervati debent inter monitionem & Sententiam aliquorum dierum competentia intervalla, niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda. *Extra. eo. c. Conſtitutionem. libro 6.*

b *Si quis autem.* Secunda pars.

c *Excommunicationis.* Adverte quòd non repetit *Suſpenſionis, & Interdicti*, ſed quoad ea ſtatuit ut ſequitur. Et ſic videtur quòd non ſit ſemper eadem regula danda in Sententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti. Sed quòd quandoque contingit in eis diverſitas. Æquiparantur enim in decem, & differunt in novem caſibus, quos recitat *Jo. in no. c. ti c. 1. ver. obſervari. li. 6.* Æquiparantur enim primò quoad formam *c. cum medicinalis. c. ti. li. 6.* ſervandam in earum qualibet. Secundò, quia in ipſarum ſingulis præcedens appellatio tuetur appellantem: ſequens non. *de appell. ad hæc. & c. paſtoralis.* Tertiò, quia neutri debent celebrare Divina. *de cler. excommuna. mi. c. 2. & c. poſtulaſti.* Quartò, quia utramque ſententiam debet præcedere monitio. *de appel. reprehenſibilis.* Quintò, quia uterque prius jurat antequàm abſolvatur. Et utrobique poteſt fieri abſolutio ad cautelam. *Extra. e. c. veneralili.* Sextò, quia utraque ſententia à Superioribus eſt ſervanda. *de offi. ord. c. cum ab Eccleſiarum.* Septimò, quia neuter durante ſententia eligere, vel eligi, vel teſtificari poteſt. *de conſuæ. cum dilectus. de elec. cum inter R. de excep. apoſtolicæ. de teſtibus. c. veniens. in fi.* Octavò, quia non debet ſuperior aliquid de ipſis diſponere, partibus non vocatis. *de appel. c. Romana. §. fina. li. 6.* & hoc *eo. ti. c. Romana. in prin.* Nonò, quia ſpeciales Filii Apoſtolicæ ſedis nullâ illarum Sententiarum poſſunt ligari. *de verb. ſig. c. veniens. li. 6.* Decimò, quia omnia illa comprehenduntur appellatione Cenſuræ Eccleſiaſticæ. *Extra. de verb. ſig. c. quærenti.* Differunt etiam in 9. Primò, in participatione, quia cum Suſpenſo vel Interdicto participare poſſum, niſi ſpecialiter participatio ſit interdicta, *ff. de pœnis. l. mortis. de ſervis expor. l. cui peccato.* ſed cum Excommunicato non. *quod metûs cauſa. c. ſacris.* Secundò, quia propriè homo Excommunicatur vel Suſpenditur, ſed non interdicitur: loca verò propriè interdicuntur. Tertiò, quia effectus Excommunicationis latæ non poteſt Suſpendi: ſed aliarum ſic, ut notatur per *Doctos. dicto c. ad hæc.* Quartò, quia relaxatio generalis Interdicti in Civitates, Caſtra, vel alia loca, non poteſt fieri ad cautelam: ſed abſolutio ab Excommunicatione, vel Suſpenſione ſic. *eo. ti. c. præſenti li. 6.* Quintò, quia Sententia Excommunicationis generaliter latâ ligatur Epiſcopus, licèt de eo non ſit ſpecialis mentio facta: ſed pœnâ Suſpenſionis vel Interdicti non. *c. ti. c. quia periculoſum. li. 6.* Sextò, quia licèt Excommunicatio non feratur in Univerſitatem vel Collegium: Interdictum tamen fertur. *c. ti. c. Romana. in fi.* Septimò, quia Excommunicati non admittuntur ad Pœnitentiam, niſi in mortis articulo: ſed ſuſpenſi & Interdicti ſic. *c. ti. c. ulti. §. 1. ver. dum tamen. li. 6.* Octavò, quia certis Feſtivitatibus Interdicti admittuntur in Eccleſiis: ſed Excommunicati non. *c. ti. c. ulti. §. in feſtivitatibus.* Nonò, quia Excommunicatio non fertur pro aliena culpa. *24. q. 3 ſi habes.* ſed Interdictum & Suſpenſio ſic. *c. ti. c. ſi ſententia. §. 1. li. 6. 17. q. 4. ſi mirer.* Et prædictis addit *Jo. Caldrini* decimum, quòd Interdictũ generale non poteſt fieri in locis pro pecunia, ſine licentia ſpeciali à Papa. *Extravagant. providè attendentes.* Sed ſecus eſt in Excommunicatione. *de appella. c. præterea requiſiti.* Et potes addere undecimum, ut hic, videlic. quoad pœnam: quia pœna appoſita contra ferentem Sententiam Excommunicationis, non habet locum contra infligentem Sententiam Suſpenſionis & Interdicti; ſed eſt arbitraria, ut hic patet. Nec obſtant Jura quæ volunt quòd idem ſit in Sententia Suſpenſionis & Interdicti, ſicut in Sententia Excommunicationis: quia illa Jura loquuntur in caſibus illis, quibus ſic in Jure exprimitur, & ſecundùm ea quæ continentur in Juribus illis. Statuta namque pœnalia non extenduntur ad caſus non expreſſos. *de pœ. di. 1. §. pœna.*

d *Lateranenſe Concilium. Extra. eo. ſacro.*

e *Promulgatæ.* Pœna eſt, quòd talis ipſo Jure ſuſpenſus eſt ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem.

f *Pro ſuſpenſione.* Verſ.

g *Superioris.* Immediatè.

h *Arbitrio.* Et ſic ſuſpendens aliquem, monitione non præmiſſâ, licèt non incidat in pœnam Conſtitutionis *ſacro. Extra. e. ti.* puniendus tamen eſt arbitrariè. Deficiente namque pœnâ legali, recurrendum eſt ad arbitrariam. *de offi. dele. c. de cauſis. ff. de jure delibe. l. 1.*

i *Quod etiam.* Ut ſc. nullum excommunicent, ſuſpendant, vel interdicant, niſi monitione præmiſſa.

k *Superiores.* Utputà, Archiepiſcopi & Epiſcopi.

Excommunicati capti, & ſine ſatisfactione liberati auctoritate Regiâ non Eccleſiaſtici.

niſi[a] monitione Canonicâ præcedente. [b] Si quis autem contra præmiſſa Sententiam [c] Excommunicationis tulerit in quemcunque, pœnæ ſubjaceat per [d] *Lateranenſe* Concilium in tales [e] promulgatæ. [f] Pro Suſpenſione verò vel Interdicto [g] Superioris [h] arbitrio puniatur; [i] quod etiam Prælati [k] Superiores obſervent.

In quibus contenſiunt & in quibus differunt excommunicatio & interdictũ.

Excommunicati capti, & ſine ſatisfactione Regiâ abſolvantur, & ad majorem deteſtationem eorum, & liberantium, publicè & ſolemniter pulſatis Campanis, & Candelis accenſis & extinctis excommunicentur, & denuncientur Excommunicati locis congruis, cum eorum liberatoribus; & qui literas ad capiendos Excommunicatos dare pertinaciter recuſaverit, ſiat ejus terra Interdictum. Contra communicantes cum Excommunicatis ritè quoque procedatur.

Bonifacius.

[1] PRæterea contingit

1 *Præterea.* Hæc eſt Conſtitutio *Bonifacii*, & habet quatuor dicta. In primo recitat tres abuſiones Laicorum circa Excommunicatos à Prælatis Eccleſiaſticis. In ſecundo ibi, *Huic ergo vorbi*, adhibet *Diviſio.*

adhibet remedia. In tertio ibi, *Si autem.* ſtatuit quid fieri debet ſi non concedatur litera de Excommunicato capiendo. In quarto ibi, *Contra Communicantes,* ponit quid ſit agendum cum Communicantibus cum Excommunicatis.

a *Excommunicati.* Ab habentibus ad hoc poteſtatem.

b *Mandato.* i.e. Rogatu. non enim mandant Prælati Domino Regi, ut Excommunicati capiantur, ſed ſupplicant, ſive rogant. Superioris namque eſt mandare: Inferioris vel Paris rogare. *C. de ac. & oblig. l. ſi quidè.* 14. *q.* 1. *quod præcipitur.* vel dic ut *infrà. eodem. verb. mandatum.*

c *Prælatorum.* i.e. Epiſcoporum: nam ad rogatum Prælatorum Inferiorum Rex non conſuevit ſcribere pro captione Excommunicatorum. Unde ſi aliquis fuerit Excommunicatus ab Inferiori Epiſcopo, utputà, Decano, vel Archidiacono, invocatio Regiæ Majeſtatis fieri debet per Epiſcopum: nam Inferiores Epiſcopis non poſſunt invocare brachium ſæculare, ut dixi *ſuprà. de cohabi. cleri. & mulie. c.* 1. §. *& ſi nec. verſ. brachium ſæculare.* ſed Epiſcopi exequentur eorũ ſententias, ut legitur & notatur *de offi. ordi. c. cum ab Eccleſiarum.* Quod ſi Epiſcopi hoc facere noluerint ad hoc compelli poſſunt per Archiepiſcopum. *de jure patro. c. nullus.*

d *Regni conſuetudinem.* Quæ eſt ut Excommunicati perſeverantes in Excommunicatione per 40. dies ad requiſitionem Prælatorum capiantur & incarcerentur, quousque humiliaverint ſe Deo & Eccleſiæ.

e *Mandatum.* i.e. Rogatum, vel intelligas propriè: quia ad mandatum Eccleſiæ Judex ſæcularis tenetur præſtare auxilium Judicibus Eccleſiaſticis ad puniendum criminoſos & rebelles, ut notatur *de offi. ordi. c.* 1. *glo. ulti. per Bern.* Et ſi Judex Sæcularis non vult præſtare auxilium, poteſt compelli per Excommunicationem, ut notat *Inno. dicto c.* 1. Et idem videtur ſentire *Ber. de foro compe. c. cum ſit. & Jo. An. de dila. c. ſi.* Et facit ad hoc *de excep. c.* 1. *li.* 6. Et vide circa hoc notata per *Jo.* & *Archid.* 23. *q.* 5. *adminiſtratores.*

f *Captorum.* Supple, & incarceratorum.

g *Liberatio.* Sc. à carceribus.

h *Nulla ſatisfactione.* Id eſt, emenda.

i *Præſtita.* Sc. Judici vel Eccleſiæ, cujus poteſtatem contempſit: vel parti, ad cujus inſtantiam fuit Excommunicatus.

k *Et plerumque.* Alia abuſio.

l *Non capiuntur.* Etiamſi Rex fieri mandaverit.

m *Conceduntur.* Etiam licèt per Prælatos Rex ſuper hoc fuerit requiſitus.

n *Nonnunquam.* Tertia abuſio.

o *Denunciatis.* Sic quòd non poſſunt prætendere ignorantiam, quin ſciant ipſos Excommunicatos.

p *Publicè.* i. e. in aperto. An autem liceat cum talibus occultè Communicare, dicam *infrà. eo. §. ulti.*

q *Claves Eccleſiæ.* Quæ conſiſtunt in poteſtate ligandi & ſolvendi.

r *Huic ergo morbo.* Secunda pars.

ſ *Sic capti.* Sc. ad mandatum Prælatorum.

t *Taliter.* Sc. ſine conſenſu Prælatorum, & nullâ ſatisfactione præſtita.

u *Deteſtationem.* i. e. Opprobrium.

x *Publicè.* In Eccleſiis, mercatis, vel nundinis, vel aliis locis, ubi convenit multitudo populi.

y *Solenniter.* A Sacerdote induto ad minus Superpellicio & Stola, aliis Sacerdotibus circumſtantibus, ut legitur 11. *q.* 3. *c. debent.*

z *Excommunicentur.* Hæc Excommunicatio in hoc caſu non eſt nova Excommunicationis ſententia, ſed prioris renovatio, cum aggravatione, de qua hic fit mentio. Unde talis Excommunicatio, quæ fit ex eadem cauſa, fieri poteſt, nullâ citatione, nullâve monitione prævia. Et *concor. Extra. de Judeis. c. ita quorundam.* ubi patet, quòd Excommunicatus poteſt iterum Excommunicari ex eadem cauſa, vel ex cauſa nova. Ibi videas. & 3. *q.* 4. *Engeltrudam.* ubi de hoc.

a *Et denuncientur excommunicati.* Hic exponitur & pro *id eſt*: quia prima Excommunicatio in effectu fuit ſufficiens, ut talis ejiceretur de Eccleſia. Unde ſemel ab Eccleſia excluſus amplius excludi non poteſt: quia nihil ad nos de his quæ foris ſunt. 2. *q.* 1. *multi.* 24. *q.* 1. *c.* 1. 2. & 3. Et qui ſemel Extra Eccleſiam poſitus eſt, non poteſt amplius extra poni. 11. *q.* 3. *omnis Chriſtianus.* Ad idem *ff. de verb. obliga. l. qui bis.* Poteſt tamen ex hac denunciatione ſequi alius effectus, ut ſcilicet ab omnibus Catholicis excluſus reputetur & teneatur, donec per ſuum Judicem ſecundùm formam Eccleſiæ fuerit abſolutus, ut probatur in eo quod legitur, & notatur *Extra. eo. c. cum deſideres.* §. 1. & *c. à nobis.* 2. & *c. nuper.* §. *penulti.* & *fino.*

b *Vicecomites.* Verſ.

c *Eccleſiæ.* Cui ſcil. facti ſunt rebelles, & inobedientes.

d *Excommunicentur.* Et ſic tales non ſunt ipſo facto Excommunicati, ſed Excommunicandi.

e *Servato Juris ordine.* Citari enim debent allegaturi cauſam rationabilem, quare propter ipſorum offenſam non debeant Excommunicari, quam ſi in termino eis præfixo comparentes non allegaverint, nec ſe ab offenſa hujuſmodi ſufficienter excuſaverint, vel juſſi ſatisfacere hoc noluerint facere, Excommunicari poterunt ſecundùm ea quæ leguntur *de verb. ſig. ex parte.* 1. ubi de hoc. *Si autem* legitimè citati non comparuerint, tunc ratione contumaciæ ſuæ poterunt Excommunicari, ut ibi dicitur.

f *Excommunicati.* Non ipſo Jure, ſed per ſententiam prævlam.

g *Solenniter.* Id eſt, publicè à Sacerdote veſtibus ſacerdotalibus induto: non autem cum ſolennitate illa, de qua dicitur *ſuprà. ver. proxi.* quia, ſi Legiſlator hoc voluiſſet, hoc expreſſiſſet. *de decimis. c. ad audientiam.*

h *Si tamen.* Verſ.

i *Proceſſerint.* Vicecomites ſc. & Ballivi.

k *Mitius.* Sic igitur Mandatum Regium non excuſat eos in toto. Sed contra hoc opponitur. Nam quod quis mandato Judicis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe. *de reg. juris. c. quod quis. li.* 6. Solutio. Quando Judex aliquid mandat Officium ſuum exercendo, tunc juſſus Judicis excuſat à toto. *ff. ad Trebell. l. ſervo.* §. *cum prætor. & ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* Si verò non exercet Officium ſuum, tunc non eſt ſibi parendum, niſi in reverentiæ exhibitione. *ff. de in jus voc. l. generaliter.* maximè in atrocioribus, quibus potius parendum eſt Deo, quam hominibus. 11. *q.* 3. *Si dominus. de ſenten. excommunica. Inquiſitioni.* Et notatur dicta Regula, *quod quis. per Johan. An. li.* 6. *Dynus* ibi dicit, quòd quando conſtat præceptum Judicis fore injuſtum, juſſus Judicis non excuſat. Quando conſtat præceptum eſſe juſtum, & ſecundùm legem, excuſat. Quando eſt dubium, etiam excuſat. Jura ad hoc vide per *Dy. dicto c. quod quis. & 11. q.* 3. *qui juſſus.* per *Jo.* Et hæc materia tractatur *de tempo. ordi. c. ad aures.* per *Ber. Henricus. Bobic* circa hanc materiam dicit, quòd in his quæ mandans poteſt per ſe licitè facere vel expedire, mandatum excuſat etiam in atrocioribus. *alle. C. ad l. Jul. de adul. l. Gracchus. Extra. eo. c. ut famæ.* Et hoc verum intelligas, quando id quod mandatur eſt ſimpliciter licitum. Secus ſi ſit licitum non ſimpliciter, ſed certæ Perſonæ Privilegio: utputà, maritus poteſt occidere adulterum vilem inventum cum uxore. Certè cum hoc ſit conceſſum ex Privilegio Perſonæ non poteſt hoc mandare alteri, niſi forte filiis ſuis, ſicut notat *Bart. ff. de injur. l. non ſolum.* §. *ſi mandato. verſ. ſecundo quæro.* In his autem quæ mandans non poteſt

Nota quando juſſus judicis excuſat, & quandoni.

interdum, quòd [a]Excommunicati de [b] mandato [c] Prælatorum ſecundùm [d] Regni Conſuetudinem capti, & carceri mancipati, aliquando per Regem, aliquando per Vicecomitem, alioſque Ballivos ſine conſenſu Prælatorum, ad quorum [e] mandatum ſic [f] captorum debet [g] liberatio fieri, [h] nullâ ſatisfactione [i] præſtitâ liberantur. [k] Et plerumque hujuſmodi Excõmunicati [l] non capiuntur, neque de ipſis capiendis literæ Regiæ [m] conceduntur. [n] Nonnunquam etiam dicti Rex, Vicecomites, & Ballivi cum ipſis Excommunicatis & [o] denunciatis [p] publicè Communicant, [q] Claves Eccleſiæ contemnentes in ſubverſionem Eccleſiaſticæ libertatis & ſuarum pericu-

lum Animarum. [r] Huic ergo morbo congruam Volentes adhibere medelam, Statuimus, quòd Excommunicati [ſ] ſic capti, ac [t] taliter exeuntes de carcere, ad majorem [u] deteſtationem liberatorum & liberantium [x] publicè & [y] ſolenniter pulſatis Campanis, & Candelis accenſis, [z] excommunicentur, [a] & denuncientur Excommunicati in locis, in quibus Ordinariis eorum videbitur expedire. [b] Vicecomites autem, & alii Ballivi qui eos liberaverint, non præſtitâ ſatisfactione [c] Eccleſiæ vel emendâ, [d] Excommunicentur, [e] ſervato Juris ordine, & [f] Excommunicati [g] ſolenniter nuncientur. [h] Si tamen cum mandato Regio ad hoc [i] proceſſerint, [k] mitius

teſt licitè per ſe explicare, in atrociotibus juſſus Superioris non excuſat: faciens tamen mitius punietur. *C. ad l. Jul. de vi publi. l. ſervos. C. de ſepul. violat. l.* 2. cum ſimilibus. In non atrocioribus verò, talibus quibus ſubditus tenetur ratione officii reſiſtere Superiori, ſi malè agat, faciens tamen quòd mandat Superior, non excuſatur. *C. ut omnes tam civiles, quàm mili. judi. l. una, de appel. l. quoniam judices.* Ubi verò ratione officii non tenetur reſiſtere Superiori, tunc juſſus Superioris excuſat. *ff. ad l. Aquil. l. liber homo.* 2. ubi de hoc. Et notatur per *Henricum Extra. eo. ti. c. univerſitatis. diſ.* 2. Et adde notata per *Archid.* 11. *q.* 3. *c. qui juſtus.* ubi dicit, quòd quando Superior exprimit errorem in præcepto, ſubditus non debet ei obtemperare; & ſi faciat, non excuſatur. Verbi gratiâ; Si Rex præcipiat Vicecomiti, ut liberet à carcéribus talem Excommunicatum; nam inquantùm dicit Excommunicatum, exprimit errorem: quia talis non eſt liberandus, niſi ſatisfactione præſtitâ. Facit ad hoc *Extra. eo. ti. c. per tuas.* Si verò Rex non adjiciat talem errorem, ſed præcipiat talem hominem liberari à carceribus, tunc Vicecomes, ſi ſciat ipſum hominem incarceratum propter hoc, quòd animo indurato perſeverat in Excommunicatione, non liberabit eum, ſed certificabit Regem de cauſa, quare non poteſt eum liberare. *Extra. de reſcrip. c. ſi quando.* Si ignoraverit, & eum liberaverit, mitius cum eo agendum eſt, ut hic dicitur: & ad præmiſſa faciunt notata *Extra. eo. ti. c. cum deſideres. per Vincen.*

a *Cum eis.* Vicecomitibus,

b *Si autem.* Tertia pars.

c *Denegetur.* Per Regem, vel ejus Cancellarium.

d *Requiri.* Per Prælatum petentem, ut Rex ſcribat pro captione corporis ſic Excommunicati.

e *Dari debet.* Hoc fieri debet, quoties & quando Prælatus Eccleſiaſticus habens ad hoc poteſtatem ſive auctoritatem ſcribit Domino Regi pro Excommunicato capiendo; nec tenetur Prælatus facere fidem de proceſſu ſuo. Sed Judex Sæcularis debet ei credere, ut dixi *ſuprà. de immu. eccl. c. ſæculi principes.* §. *at quandoque. ver. adhibetur.* Sed quæro nunquid talis Excommunicatus captus per Breve Regium, quòd dicitur *Significavit*, vel pro quo emanavit, vel petitur tale Breve, poſſit ſe tueri virtute appellationis, forſan contra Sententiâ Excommunicationis hujuſmodi interjectæ, oſtendendo appellationem ipſam coram Judice Sæculari, ut ſic, pendente appellatione, evadat incarcerationem? Videtur quòd non: quia ratio appellationis requirit indaginem Judicialem, ut ſcil cognoſcatur de ejus valore, vel non valore, teneat vel non teneat, ſit legitima vel non legitima, ſecundùm ea quæ notat *Spe. ti. de appellatione.* §. *de officio.* poteſt enim eſſe, quòd appellatio ſit invalida: & hoc contingit ex pluribus cauſis, quæ numerantur *ti. de appellatione. per Spec.* § *qualiter autem.* & eſt §. *ultimus.* Unde cum talis indago ſive diſcuſſio non pertineat ad Judicem Sæcularem, videtur quòd fruſtratorie hoc allegaretur coram eo, cujus non eſt merita ipſius appellationis examinare. Præterea præſuppoſito quòd appellatio habeat formam, & concurrant ſingula requiſita in appellatione; ſi tamen appellatio ipſa ſit manifeſtè frivola & fruſtratoria, & talis cui Judex Excommunicans non detulit, nec tenebatur deferre, vel non eſt Judici notificata, quoad excommunicantem habetur pro non appellato: & ſic appellatio hujuſmodi non poteſt appellantem tueri, nec coram Judice à quo, nec coram alio Judice ad quem non eſt appellatum, ſecundùm ea quæ *no. Spec. ti. de appellatione.* §. *nunc dicamus. ver. circa hoc autem.* Et eſt advertendum, quòd in foro Eccleſiaſtico Judex aliquem excommunicans appellatione interpoſitâ, ſi detulerit appellationi, non haberet ſcribere Regiæ Majeſtati pro captione corporis Excommunicati, ſed haberet eum dimittere poteſtati Judicis ad quem eſt appellatum. *de appel. c. cum appellationibus frivolis. li.* 6. Et ubi Judex talis non detulit, poteſt contra eum ad ulteriora procedere. Unde ſatis videtur, quòd appellatio talis oſtenſa coram Judice Sæculari, ad quem non eſt appellatum, non proderit, quin debeat capi ad requiſitionem Epiſcopi certificantis ipſum animo indurato remanſiſſe in Excommunicatione per 40. dies: maximè cum Judex *Sæcularis* teneatur credere ipſi Epiſcopo certificanti, nec debet ejus proceſſum vertere in dubium, ut dixi *ſuprà.* in principio hujus *glo.* ut *infrà* dicam. Præterea ad Judicem Sæcularem quoad forum ſuum non pertinet ſcire defenſiones & remedia, quæ pertinent in foro Eccleſiaſtico, & maximè in *Anglia*, quoad remedium appellationis, ubi tale remedium ſecundùm Jura Regni non habet locum, juxta illud, " Nihil ad nos de his quæ foris ſunt. 2. *q.* 1. *multi.* Unde culpa eſt tali Judici immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, ut videliz. quoquo modo ſe intromittat de appellatione tali, cum non habeat locum in foro ſuo. *ff. de reg. jur. l. culpa.* Præterea ad certificationem Judicis Eccleſiaſtici Judex Sæcularis debet repellere Excommunicatos ab agendo in foro Sæculari & ad hoc poteſt compelli *per cenſuras Eccleſiaſticas. c. ti. c. decernimus. li.* 6. Et ſi ille, cui objicitur Excommunicatio aſſeret ſe non eſſe Excommunicatum, dum tamen per literas Ordinarii doceatur ipſum fore Excommunicatum, quibus credendum eſt 11. *q.* 3. *cura. & Extra. de proba. c. poſt ceſſionem.* intantum, quòd ſi Excommunicatus dicat Excommunicationem nullam, & quòd ab ea tanquam nulla forſan appellavit: tamen debet evitari, ut notat ibi *Cardi.* præterquàm in probationis articulo. *c. ti. c. ſolet.* §. *in ſecundo. li.* 6. & eſt ratio, quia ex quo fatetur ſe Excommunicatum, licèt dicat ipſam Excommunicationem nullam, & ſic hoc allegat in ſui relevamen, non creditur ſibi, niſi hoc probet: *de offi. dele. cum contingat.* quæ probatio non poteſt fieri coram Judice Sæculari, ſed Eccleſiaſtico, ad quem forſan appellavit. Et ideo interim debet evitari, ſecundùm notata per *Cardi. dicto c. decernimus. in fi.* Videtur ergo, quòd conſimiliter fieri debet in caſu noſtro, ut vir. allegans coram Judice Sæculari ſe appellaſſe legitimè à Sententia Excommunicationis lata contra eum, cum in hoc fateatur ſe Excommunicatum, ſed in ſui relevamen allegat ſe legitimè appellaſſe à dicta ſententia, quòd quouſque docuerit ſe legitimè appellaſſe, & ex cauſis juſtis & veris, quæ probatio debet fieri coram Judice ad quem appellatum eſt, debet interim capi, & in carceribus ſervari. *ar.* præmiſſorum. Et facit ad hoc *c. licet. e. ti. li.* 6. Et ad idem faciunt omnia illa Jura, quæ volunt, quòd quando aliquis duo allegat, quorum unum eſt pro ſe, aliud contra ſe, ſtandum eſt illi dicto quod eſt contra ſe, donec probaverit illud quod allegat pro ſe. Pro quo vide notata *ff. de libera. lega. l. Aurelius.* §. *idem quæſit.* ubi de hoc per *Bart.* & *de confeſſ. c.* 1. *glo.* 1. *per Archi. li.* 6. Præterea dato quòd ſi abſque examinatione inſtrumenti appellationis poſſet & deberet ſuperſedere à captione & incarceratione talium, & ſufficeret coram Judice Sæculari exhibere qualecunque inſtrumentum appellationis, ſequeretur maximum inconveniens: quia ad exhibitionem appellationis falſiſſimè etiam fabricatæ, vel aliter quantumcunque ineptæ vel vitioſæ, ſuperſederetur ab executione juſtitiæ, quod eſſet omninò abſurdum. Et dato quòd appellatio fuerit licita, tamen uſque quo judicialiter de hoc doceatur, non retardabit executionem juſtitiæ: quia talis appellatio interpoſita poſt executionem latam non ſuſpendit pronunciatum, ſicut patet *e. ti. c. ſi ſi cui.* §. *ſi. li.* 6. Præterea hæc allegatio, videlicet quòd eſt à Sententia Excommunicationis appellatum coram Judice Sæculari, eſt quædam exceptio per quam excipiens nititur differre vel impedire, quo minus executio fiat contra eum quoad ipſius captionem. Unde non eſt credendum, niſi probet, quod excipit. *de conſeſ. præben. cum ſuper.* Sed hæc probatio non poteſt fieri coram Judice Sæculari, etiam per exhibitionem inſtrumenti appellationis, cujus vires ipſe Judex ignorat, vel ſaltem ignorare præſumitur. Et dato quòd noverit ipſius vires, tamen de ipſis judicare non poteſt, ut prædixi. Unde cum conſtet ſibi de Excommunicatione, dubium verò ſit de appellationis vigore, magis debet adhærere illi quod certum eſt, quàm illi quòd dubium eſt: *Extra. de ſponſ. c. Juvenis.* maximè cum præſumendum ſit pro Sententia Judicis Eccleſiaſtici, donec aliquod legitimum contra eum probatum ſit; *Extra. de renun. c. in præſentia.* & quia appellationes, ut Communiter, ex cauſis frivolis fruſtratoriè interponuntur, quibus deferendum non eſt. *de appel. c. cum frivolis. li.* 6. Præterea Judex Sæcularis, invocato brachio Sæculari per Judicem Eccleſiaſticum, tenetur ex debito ſuum auxilium impendere. 23. *q.* 5. *adminiſtratores.* & *c. principes.* Et licèt ſciverit Sententiam Judicis Eccleſiaſtici injuſtam, tenetur tamen eam exequi, ad hoc requiſitus. *ar.* eorum quæ leguntur & notantur *de offi. dele. c. paſtoralis.* §. *penulti.* Ergo multò fortius hoc facere debet, quando eſt ſibi dubium, ſicut contingit in appellatione allegata contra ſententiam. Talis namque Judex Sæcularis non habet cognitionem, ſed meram executionem: unde exceptiones propoſitas coram eo non admittit, ut notat ibi *Ber. ver. &* ſi *ſciat.* Nec obſtat, ſi dicatur quòd illud *c. paſtoralis.* §. *penult.* loquitur in ſubdito qui debet obedire præcepto ſui majoris: ſed Judex Sæcularis non eſt ſubditus, ſed æqualis. 96. *diſ. duo.* & *c. cum ad verum.* Nam ſi Judex Eccleſiaſticus ſine judicio petat aliquid à Rege, quod rendie in præjudicium alterius, & Rex ſcit illud fore injuſtum, tunc Rex non tenetur illud perficere: ſecus tamen eſt ſi in judicio, & judicialiter hoc faciat; nam tunc Rex tenetur obedire, ut *d. c. adminiſtratores.* Nec regis eſt inquirere utrum Sententia Judicis Eccleſiaſtici ſit juſta vel injuſta, ut notat *Inno. de offi. ordi. c.* 1. Et omiſſis argumentis in contrarium huic parti adhæreo, ſalvo judicio melius ſentientis. Et hæc opinio magis juſtificabitur ex hoc, ſi Judex Eccleſiaſticus poſt lapſum 40. dierum citari fecerit Excommunicatum ad proponendum cauſam rationabilem,

Queſtio.

a cum eis arbitrio Ordinariorum agatur. b Si autem contingat quòd litera conſueta de Excommunicato capiendo c denegetur, cum ipſam d requiri contingat (in quo caſu e dari debet ſecundùm Regni Conſuetudinem approbatam). Moneatur idem Dominus Rex per Prælatum

lem, quare non debeat ſcribi pro corporis ſui captione, limitando ſibi ad hoc terminum. In quo termino ſi comparens nullam cauſſam propoſuerit, vel per contumaciam abfuerit, imputet ſibi ipſi quare tunc vel antea prætextu appellationis interpoſitæ ſe non defendebat coram Judice, à quo Sententia hujuſmodi fuit lata: ad cujus officium ſpectat dictam appellationem recipere, vel non recipere, ut notat *Spec. ti. de appella. §. nunc dicamus.* in principio.

a *Præſentantem.* i.e. Significantem Regi de animo obdurato, & perſeverantia ipſius Excommunicati.

b *Ut eam.* Sc. literam pro captione ſic Excommunicati.

c *Concedat.* Sc. Rex.

d *Et faciat pertranſire.* Mandando ſcil. Cancellario ſuo ut hoc faciat.

e *Quòd ſi.* Verſ.

f *Obtinet.* Sc. Rex.

g *Donec.* Et ſic literis conceſſis, & ſuum effectum ſortientibus, eo ipſo relaxatur Interdictum

h *Executionem legitimam.* Et ſic non ſufficit literas concedere, ſed opus eſt ut emanent de Cancellaria, & quòd effectualiter demandentur executioni.

i *Contra communicantes.* Quarta pars.

k *Cum excommunicatis.* Quorum Communicatio vitari debet, ſi ſint Excommunicati majori Excommunicatione, ut *infrà* dicam; ſecus ſi minori. Nam talis vitari non debet, cum non ſit excluſus à Communione hominum; ſed ſolùm à participatione Sacramentorum. *de excep. c. à nobis. de cle. excom. mi. c. ſi celebret.* Ubi verò aliquis Excommunicatus eſt majori Excommunicatione, & aliquis hoc ſcit tantum in foro conſcientiæ, ut Deus; tunc nec in publico, nec privato ipſum vitare debet: quia nec verbo nec ſigno ipſum prodere debet. *de offi. ordi. c. ſi ſacerdos de excef. præla. c. dilectus. de pœni. & remiſ. c. omnis. §. ſi.* Non enim dicitur propriè ſcire id quod ſcit, ut Deus: ut notat *Hoſtien. Extra. e. ti. c. cum non ab homine. & e. ti. c. porro.* Si verò hoc ſciat; ut homo, extra ſigillum Confeſſionis, tunc in illis caſibus quibus Jura permittunt, cum tali Communicare non eſt vetandus. Caſus autem hujuſmodi recitantur per *Hoſtien. in ſumma iſto ti. §. ſi. in princi.* In aliis verò caſibus idem dic, ſi ſuper hoc ſcit ſufficienter privilegiarus, utputà, ſi Papa ex cauſa ſpeciali conceſſit alicui tale privilegium, ut poſſit Excommunicato communicare. *Extra. de elec. c. ſignificaſti. de privil. cum & plantare. §. quòd ſi Templarii. & Extra. eo. ti. c. ſi verè.* Sine cauſa namque non valeret tale privilegium conceſſum, ſive in ſpecie ſive in genere concedatur; utputà, quòd omnibus Excommunicatis poſſet Communicare. Papa namque non habet Jus deſtruere, licèt poſſet illud ex cauſa modificare & declarare. *Arg. 15. diſt. Sancti Evangelii. 25. q. 2. ſi ea.* Si tamen privilegium ſit in corpore Juris clauſum, tunc in ſuis caſibus ſufficit, ſecundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. eo. c. quod in dubiis. & c. inter alia. & c. cum voluntate. ſecundùm Inno. Hoſtien. & Jo. An. Extra. eo. c. nulli.* & ibi per *Henricum.* Si verò non ſit ſuper hoc privilegiatus, & Excommunicatio ſit omninò occulta, ita quòd convinci non poteſt, ut quia aliquis ſolus hoc ſcit; tunc privatim debet eum vitare, ſcil. inter ſe & ipſum ſolum: *Extra eo. c. cum non ab homine.* ubi de hoc per *Bern. & Hoſtien. 6. q. 2. Si tantum. & c. placuit.* ubi de hoc per *Jo.* Non tamen debet eum vitare in publico. Et præmiſſis concordat *Archi.* in dicto *c. ſi tantum. penult.* Si verò Excommunicatio ſit publica, quia publicè eſt denunciatus, vel eſt judicialiter convictus, vel ſic Excommunicatus quòd poteſt ſuper hoc convinci; tunc unuſquiſque hoc ſciens debet eum vitare, ut dicto *c. cum non ab homine.* Si autem ignoratur Excommunicatus, & talis ignorantia ſit probabilis, non peccat Communicans cum tali. *de cler. excom. mi. c. Apoſtolicæ. de conſti. ut animarum. li. 6. C. de tabular. l. generali. li. 10.* Et faciunt ad hoc notata per *Hoſtien. de cler. excom. mi. propoſuit. §. Cum autem. ver. nominatim.* Eccleſia namque non indicat de occultis. *de ſimo. ſicut tuis. in fi. & c. tua.* Ubi autem talis ignorantia eſt craſſa & ſupina, tunc communicans cum ſic Excommunicato peccat quoad Eccleſiam miſitantem, ut notat *Henricus Bohic* dicto *c. cum non ab homine. diſt. 1.* Et nota, quòd ſcire dicitur quis aliquem Excommunicatum, quando videt eum percutere Clericum in caſu non permiſſo à Jure: vel aliquid facere ob quod ipſo facto incidit in Excommunicationem. Item ſi præſens audivit Sententiam ferri, vel eam publicavit. Item ſi ipſe Excommunicatus hoc ſibi dixerit; vel quia Epiſcopus ipſius Excommunicati hoc dixit; vel alius cui merito credendum eſt. Item ſi ſit fama publica aliquem eſſe Excommunicatum. Item ſcire præſumitur, quando omnes vicini id ſciunt; vel præſens fuit in Parochia, quando denunciatio fuit publicè facta. *16. diſ. quod dicitis. 12. q. 2. qui & bumanis.* & notatur dicto *c. cum non ab homine. per Henricum de Bowyco.*

l *Eccleſiaſticæ diſciplinæ.* Quæ erit hæc diſciplina, potes colligere ex *c. ſtatuimus. & c. Conſtitutionem. c. ti. li. 6.*

Apparitores & Bedelli non ferant Sententias Excommunicationis aut Interdicti ſine ſpecialibus literis Dominorum ſuorum, quorum intereſt; latæ autem ſecus Sententiæ non ligent, ferentes autem gravatis duplum rependant, & Dominis juſtam pœnam dent.

Idem.

m ITem contra gravamina, *& infrà.* Statuimus, ut Apparitores ſeu Bedelli Archidiaconorum vel n Decanorum Sententias Excommunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti o per ſe non ferant, neque p per alios latas q denuncient ſine r Specialibus literis s Domino um ſuorum. t Et ſi ſecus præſumptum fuerit, Sententiæ u ſic latæ x ipſo Jure non teneant, y nec ſerventur, cùm in veritate z non ligent. a Et Bedelli qui contra hoc b fecerint Statutum, & c one oſi ſeu injurioſi ſubditis Dominorum ſuorum d inventi fuerint, quæ non ſint cujus & præcedens, & habet duo dicta. In primo ponit duplex Statutum. In ſecundo ibi, *Et ſi ſecus*, adjicit duplicem pœnam. Et eſt pars hujus *ſuprà. de cenſ. c. item contra.* Diviſio.

n *Decanorum.* Sive Eccleſiarum Cathedralium, ſive Ruraliam: Nam & Decani Rurales in quibuſdam partibus habent Juriſdictionem, & Apparitores ſive Bedellos ſibi intendentes.

o *Per ſe.* Id eſt, organo vocis propriæ, vel prætextu officii ſui.

p *Per alios.* Sc. Archidiaconos, vel Decanos, de quibus locutus eſt, ut litera ſequens manifeſtat ibi, *Dominorum ſuorum &c.*

q *Denuncient.* Id eſt, in notitiam populi deducant, vel nuncient.

r *Specialibus literis.* In quibus ſc. ſpecialiter mandatum ſit ut hoc faciant: & ſic virtute generalis mandati hoc facere non poſſunt.

ſ *Dominorum ſuorum.* Scil. Archidiaconorum, vel Decanorum.

t *Et ſi ſecus.* Secunda pars.

u *Sic latæ.* Sc. per tales Apparitores ſive Bedellos.

x *Ipſo Jure.* Sic quòd non eſt opus exceptione.

y *Nec ſerventur.* Sc. per eos contra quos proferuntur.

z *Non ligent.* Cum ſunt latæ ab eis qui poteſtatem excommunicandi non habent. Tales namque qui ſunt nudi miniſtri, nullam Juriſdictionem habent. Sed ad effectum, ut teneat Excommunicatio in foro contentioſo, requiritur, quòd proferatur ab eo qui præeſt alicui Juriſdictioni. Unde Abbates, & Priores, & alii qui præſunt † Eccleſiis, poſſunt excommunicare ſubditos ſuos. *de majo. & obe. cum in Eccleſiis. de ſimo. ſicut tuis. de offici. ordi. cum ab Eccleſiarum.* Archidiaconi quoque excommunicare poſſunt, ſi habeant hoc de conſuetudine, etiam licèt non ſint Presbyteri, prout notant *Doctr. de offi. Archid. c. cum ſatis. & c. ſequen.* Et facit ad hoc *de appella. c. reprehenſibilis.* ubi arguuntur Archidiaconi, quòd monitione non præmiſſa excommunicant. Solus tamen Epiſcopus excommunicat Excommunicatione ſolenni, quæ dicitur Anathema, de qua habetur *11. q. 3. debent.* *M. S.* † Colle giis.

a *Et Bedelli.* Verſ.

b *Fecerint.* Scilicet Excommunicando per ſe, vel denunciando ſubditos Dominorum ſuorum Excommunicatos ſine ſpeciali mandato.

c *Oneroſi.* Sive in præmiſſis, ſive aliunde.

d *Inventi fuerint.* Scilicet coram Judicibus ſuperioribus, vel aliter coram ipſis Dominis ſuis. Nam & ipſi Domini ſubditos ſuos delinquentes, & præſertim Officiarios ſuos malè ſe habentes reprehendere & punire debent; ut dixi *ſuprà. de cenſ. c. Item contra. ver. puniantur.* ibi videas.

a *Graviter,*

a *Graviter.* Sc. arbitrariè, & secundùm qualitatem delicti. ff. *de ju. deli. l.* 1. 24. *q.*1. *non afferamus.* Et hæc Gravitas considerari debet ultra id quod *infra* sequitur de duplo restituendo ipsi gravato, quod quidem duplum levari debet respectu damnorum quæ passus est is, cui talis injuria facta est; & hæc pœna arbitraria nihilominus imponi debet taliter injurianti secundùm qualitatem delicti, ut prædixi.

b *Duplum.* Simile habes *supra. de cens. c. Item contra.* ibi videas.

Divisio.

c *CUM sæpiùs.* Hæc est Constitutio ejusdem cujus & duæ præcedentes, & habet tria dicta. In primo recitat quendam abusum. In secundo ibi, *moneantur*, disponit de remedio. In tertio ibi, *Quod si Prælatos*, adjicit pœnam contrafacientibus.

d *Aliis.* Scil. Prælatis.

e *Excessibus.* Talibus, quorum correctio pertinet ad Ecclesiam.

f *Moneantur.* Secunda pars: & supple, per Prælatos & Judices prælictos, si sic suggerentes sint ipsorum subditi.

Alioquin per Prælatos, quibus subsunt, ad requisitionem Prælatorum contra quos sit talis suggestio.

g *Quod si.* Tertia pars.

h *Propter hoc.* Id est, occasione talis delationis.

i *Excommunicati.* Scil. ipso facto, ut sequitur.

k *Nuncientur.* Per Superiores suos quibus subsunt.

l *Ecclesiasticæ libertatis.* Quæ inter cætera consistit in libero exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticæ. *infrà. eo. cap. Cùm malum. §. primo quidem.*

m *Expensis.* Quæ differunt à damnis, secundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. de injuriis. cap. in nostra. ubi de hoc. per Doctores.*

n *Injuriis.* Quæ quomodo differunt à damnis, legitur ff. *de injuriis; li.* 1. ff. *de dam. infec. l.* 3.

o *Judicibus.* Sic vexatis.

p *Partibus.* Quarum causæ eâ occasione protelantur.

CUM sæpiùs Domino Regi & Justitiariis ejus falsò suggeratur, quòd Prælati & Judices Ecclesiastici de Jure Patronatûs, Catallis, & [d]aliis ad Forum Regium spectantibus cognoscunt in Domini Regis præjudicium; cùm iidem Prælati & Judices super Decimis, Peccatis, & [e]Excessibus suorum Subditorum suæ Jurisdictionis officium, prout ad eos pertinet, exerceant: [f]Moneantur hujusmodi delatores & suggestores iniqui, ut à tali suggestione & delatione desistant. [g] Quòd si Prælatos & Judices Ecclesiasticos sic delatos damnificari seu vexari [h]propter hoc per Sæcularem potestatem contigerit, hujusmodi suggestores & delatores [i]Excommunicati publicè [k]nuncientur, tanquam impugnatores [l] Ecclesiasticæ libertatis, donec de [m]expensis, damnis, & [n] injuriis, tam [o]Judicibus quàm [p]Partibus ratione hujusmodi suggestionis illatis satisfecerint competenter.

Cantuariensis Provinciæ Sacerdotes, omni Dominicâ sequente immediatè celebrationem Ruralis Capituli, exponant populo Excommunicationis sententias hac Constitutione contentas.

Johannes Peccham.

CUM malum, & infrà. Præcipimus [r]Provinciæ [s]Sacerdotibus universis, ut in omni Dominica sequente [t]immediatè post celebrationem [u]Ruralis Capituli, [x]exponant [y]apertè populo [z]sibi commisso Excõmunicationis sententias, [a] quæ sequuntur. [b] Primò quidem Excommunicantur auctoritate [c] *Oxoniensis* Concilii à Sanctæ memoriæ *Stephano* Archiepiscopo *Cantuariensi* celebrati omnes qui malitiosè Ecclesias suo Jure privare præsumunt, aut per malitiam aut contra justitiam libertates earum infringere aut perturbare contendunt. [d] Ex quo [e] intelligimus Excommunicationis vinculo subjacere omnes illos, qui [f] Literas impetrant à quacunque Curia Laicali ad impediendum Processum Ecclesiasticorum Judicum in causis quæ per Sacros Canones ad Forum Ecclesiasticum [g]pertinere noscuntur. [h]Item secundò omnes illi qui pacem & tranquillitatem Domini Regis & Regni injuriosè perturbant, seu perturbare præsumunt; & qui Jura Domini Regis injustè detinere contendunt, [i] ex quo intelligimus Excommunicatos non solùm Guerrarum suscitantes errorem, verùm etiam Latrones publicos omnes, pariter & Prædones, ac quoscunque Regni Justitiam temerè [k] impugnantes. [l]Item tertiò Excommunicantur universi qui scienter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, vel qui tales Testes scienter produxerint ad impediendum justum Matrimonium, vel ad Exhæredationem alicujus hominis procurandam. Item quartò Excommunicantur omnes Advocati, qui malitiosè per quascunque exceptiones verum Matrimonium impediunt, nè effectum debitum sortiatur, vel quibuscunque cautis, ut contra justitiã Processus Ecclesiæ diutiùs suspendantur. Item quintò Excommunicantur omnes illi qui gratiã lucri, odii, vel favoris, malitiosè alicui crimen imponunt, unde infamatus sit apud bonos & graves, ut sic ei Purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Item sextò excommunicantur omnes illi, qui vacante Ecclesia, malitiosè opponunt, vel opponi procurant quæstionem de Jure Patronatûs, ut verum Patronum à Collatione illius Ecclesiæ saltem impediant illà vice. Item Septimò, excommunicantur omnes illi, qui malitiosè contemnunt exequi Mandatum Domini Regis *de Excommunicatis capiendis*, vel qui eorum impediunt captionem, vel procurant eorundem injustam liberationem contra Decretũ Ecclesiasticæ Disciplinæ. [m] Item octavò excommunicantur in Concilio bonæ memoriæ *Otthoboni*, [n] omnes illi qui pro impedimento

r *Provinciæ.* Supple, *Cantuariensis.*

s *Sacerdotibus.* Supple, Parochialibus, & Curam Animarum habentibus: ut *infra* patet.

t *Immediatè.* Et sic in proxima Dominica hoc fiet.

u *Ruralis Capituli.* Contra hoc opponitur *infrà. eo. cap. si.* Solutio. Hoc quod dicitur, hic locum habet solummodo in articulis, de quibus hic fit mentio: sed illud capitulum locum habet generaliter in his & in omnibus aliis.

x *Exponant.* Non excommunicando, sed declarando omnes tales ipso facto fore Excommunicatos.

y *Apertè.* i. e. Palam, & intelligibiliter.

z *Sibi commisso.* Ex hac litera apparet, qd loquitur de Curatis.

a *Quæ sequuntur.* Et sic hæc Constitutio arctat solùm ad expeditionem articulorum hic enumeratorum.

b *Primo quidem.* Hunc primum articulum expedivi *suprà. eo. c.* 1. §. 1.

c *Oxoniensis Concilii. Suprà. eo. c.* 1.

d *Ex quo.* Sc. Statuto sive Articulo.

e *Intelligimus.* Et sic hic fit declaratio sive interpretatio illius Statuti, inquantum generaliter loquitur.

f *Litteras.* Etiam per solam suggestionem sine literis: dum tamen Judicibus Ecclesiasticis ex hoc præjudicetur. *suprà. eod. cap. cùm sæpiùs.*

g *Pertinere.* De quibus legitur & notatur *suprà. de panis. c.* 1. & ibi dixi super *ver. similibus.*

h *Item secundò.* Hunc secundum articulum exposui *suprà. c.* 1. §. *Item omnes.*

i *Ex quo.* Sc. Statuto, sive Articulo.

k *Impugnantes.* Iste Articulus latius est interpretatus *infrà. eo. c. Superno Dei munere.*

l *Item Excommunicantur.* Tertius Articulus est, quem & alios sequentes usque ibi, *Item octavò*, exposui *suprà. c.* 1.

m *Item octavò.* Octavus Articulus, *Otthoboni*, in Constitutione ejusdem, quæ incipit, *Cum partes.*

n *Omnes illi.* Sive sint Judices, sive alii, ut appareat ex istis verbis generalibus, *omnes illi*, secundum

quæ nullus excipitur: nam qui, *omne*, dicit, nihil excipit. 19. *dist. si Romanorum.* ff. *de serv. urb. prædi. l. servitus.* ff. *de dam. infec. l. damni.* §. *emptor.* cum similibus. Sed tamen dic, quòd illa Constitutio *Othoboni* habet intelligi tantùm de Judicibus, sicut patet in exordio ejusdem. Et hoc sentit ibi *Joh. de Athona. in ver. si quis.*

a *Donatori.* Supple, & tantùm distribuant inter pauperes, ut dicitur in dicta Constitutione *Othoboni, Cum partes:* vel dic veriùs, quòd dicta Constitutio solum locum habet contra non restituentem, & non contra non erogantem pauperibus. Et hæc sententia satis colligitur ex eo quod dicitur ibi in *fi. donec sic restituerit &c.* non autem dicit, *donec sic erogaverit pauperibus.* Unde cùm dicta Constitutio sit pœnalis quoad pœnam Excommunicationis, non debet extendi nisi quoad casum expressum. *de pœ. di. 1. §. pœnæ. de Reg. Jur. cap. in pœnis. li. 6.*

b *Item Excommunicantur.* Nonus articulus.

c *Per eundem Othobonum.* Et hæc Constitutio, de qua hic loquitur, est Constitutio dicti *Othoboni* antedicti, quæ incipit, *Ad tutelam,* de cujus effectu aliqua dixi *supra. de judiciis. cap. item omnes illi.*

d *Item Excommunicantur.* Decimus articulus.

e *Ab eodem.* Scilicet *Othobono*: & supple in Constitutione sua, quæ incipit, *Ad tutelam.*

f *Ad Ecclesiam fugientes.* De materia ista tractavi *supra. de immu. Eccl. cap. 1.*

g *Item Excommunicati.* Undecimus Articulus.

† *al. omittunt* Sententia.

h *Omnibus Episcopis Angliæ.* Qui sunt in numero viginti & unus. In Provincia viz. *Cantuariensi* XVIII. cum Archiepiscopatu *Cantuariensi.* In Provincia *Eboracensi* tres, cum Episcopatu *Eboracensi*, de quorum numero, tempore *Bonifacii* Archiepiscopi, regnante tunc in *Anglia Henrico* Tertio, viz. Anno Domini 1253. Idibus *Maii*, in Aula *Westmonasteriensi*, XV. Episcopi leguntur Sententiam, de qua hic fit mentio, fulminâsse: & sic qd dicit hic, *omnibus*, non sumitur universaliter, sed debet intelligi de omnibus ad tunc interessentibus. Sicut aliàs solet dici, *omnes sic dicunt*, hoc est, omnes de tali materia tractantes, vel qui interfuerunt. *ut l. inter omnes.* ff. *qui satisda. cog. & l. scientiam.* §. *qui cum aliter.* ff. *ad l. Aquil. & l. 1.* §. *penul.* ff. *de usufruc. accre. & C. fine censi. vel reli. l. fi.* ibi, *Quivis bonus timet.* Et hoc verum, quando hoc signum universale, *omnis*, vel *omnes*, apponitur verbo præteriti vel præsentis Temporis, ut notat *Bart. de no. dpe. nunc. l. 1.* §. *nunciatio.*

i *Magnam Chartam.* Cujus Capitula sunt XXXVIII. ut in eadem plenius apparet, & recitantur in *Pupillo oculi. parte quinta. c. 22.*

pacis, seu pro compositione litigantium quicquam recipiunt, donec ipsum sic receptum restituerint [a]donatori. [b] Item excommunicantur [c] per eundem qui de Domibus, Maneriis, vel Grangiis, aut locis Archiepiscoporum, aut aliarum Ecclesiasticarum personarum contra ipsorum voluntatem, seu Custodum rerum earundem aliquid auferunt, aut consumunt, aut injuriosè tractant, quâ Sententiâ ligantur, nec absolvi possunt, donec de injuriis satisfecerint competenter. [d] Item excommunicantur [e] ab eodem quicunque abstrahunt violenter Reos [f] ad Ecclesiam vel Cœmeteriù, aut Claustrum fugientes; vel qui eis victum necessarium prohibent exhiberi, vel qui res alienas in locis eisdem depositas violenter asportant, vel asportari faciunt, vel qui asportationem talem factam nomine suo, vel à familiaribus suis ratâ habuerint, vel qui ad hanc publicè vel occultè consilium præbuerint, vel consensum. [g] Item excommunicati sunt ab [h] omnibus Archiepiscopis & Episcopis *Angliæ*, omnes illi qui veniunt aut faciunt contra [i] Magnam Chartam Domini Regis; quæ † Sententia per Sedem Apostolicam pluries est confirmata & approbata.

Omnes pacis Ecclesiæ aut Regni Malefactores, Perturbatores, Violatores, Felones, & eorum Manutentores, Conspiratores, Perjuri in Assisis & Juratis, coram Justitiariis Domini Regis scienter pejerantes, falsarum querelarum Assumptores, Manutentores, aut Fautores in singulis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochianis Ecclesiis primâ Dominicâ Quadragesimæ, & in Festo Corporis Christi, aliisque Solennitatibus nuncientur publicè Excommunicati, cum intimatione Absolutionis reservatæ.

Johannes Stratford.

[k] SUperno Dei munere [l] informatus Illustris Rex *Anglorum* [m] *Edwardus*, pacem [n] Ecclesiæ & [o] Regni cupiens firmiter obse vari, [p] Nos & cæteros Coepiscopos [q] dicti Regni olim Literis suis rogavit, ut [r] communes [r] Malefactores, & pacis [s] Sanctæ Ecclesiæ atque [t] suæ [s] perturbatores & Violatores, [u] Felones, necnon Felonum [x] Manutentores, [y] Conspiratores, [z] Falsos Juratores [a] in Assisis [b] & Juratis, eorum Justitiariis Domini Regis [c] scienter [d] dejerantes, falsarum querelarum Assumptores, Manutentores, & Fautores eorum, [e] per quos [f] perturbationem pacis & violationem libertatis ac [g] Juris Ecclesiæ atque Regni in ipso Regno [h] non ambigitur procu ari, in [i] singulis Diœcesibus Ecclesiastica compescerentur censurâ, [k] ipsos [l] desiderans pro suis gravibus in his

l *Informatus.* Aliàs, inspiratus.

m *Edwardus.* Post Conquestum Tertius.

n *Ecclesiæ. Anglicanæ.*

o *Regni. Angliæ.*

p *Nos. Johannem Stratford* Archiepiscopum.

q *Dicti Regni.* Non solùm Provinciæ *Cantuariensis*, sed etiam *Eboracensis.*

r *Malefactores.* Eos sc. qui sequuntur.

s *Sanctæ Ecclesiæ.* Quã perturbant Hæretici & *Lollardi.*

t *Suæ.* Scilicet Regis & Regni.

u *Felones.* Hi sunt Malefactores quicunque, quibus debetur pœna mortis.

x *Manutentores.* Tales namque tanquam consentientes pari pœnâ puniendi sunt, secundùm ea quæ leguntur & notantur *Extra. de offi. delc. c. 1. ubi. de hoc.*

y *Conspiratores. Conspirare*, est plurium simul in aliquod, sive bonum sive malum, concordare vel pacisci. Et differt Conspiratio à Conjuratione: quia *Conjuratio* dicitur, quando fit cum Juramento; sed *Conspiratio*, quando fit sine Juramento, secundùm qd *no. Archi. de verb. sig. c. 2. ver. puniendos. li. 6.* Et communiter loquendo, *Conspiratio* sonat in malum, & est illicita. Quandoque tamen sumitur in bona significatione, ut plenius notatur per *Archid. in loco præal.* Sed hic sumitur eo modo quo sonat in malum & illicitum. Et possunt dici *Conspiratores* hi, qui malitiosè conveniunt in unum, ut aliquem indictent in casu quo non est culpabilis, neque reus; & tales, ut hic patet, sunt ipso facto Excommunicati, & repellendi à testimonio, & ab aliis actis Judicialibus, ut *nota. Extra de judi. c. exhibita. ver. conspirationem. per Ber. 11. q. 1. si qui Clericorum. per Jo. & Archid. de schisma. cap. 1. per Inno. de Simo. per tuas. de re. judi. cum J. & A.* Et semper prohibetur Conspiratio, nisi fiat ad bonum finem; ut *no. Inno. in d. c. 2. & no. ff. de capi. l. non dubito. per Bart.*

Conspiratio & Conjuratio differunt.

† *Ms.* omnes.

z *Falsos Juratores.* i. e. Juratos falsum dicentes, de quibus legitur & notatur *de cri. fal. c. 1.*

a *In Assisis.* i. e. Judiciis possessoriis.

b *Et Juratis.* Sc. inquisitionibus, in quibus duodena est Jurata.

c *Scienter.* Unde ignorans se falsum dicere, non incurrit hanc pœnam.

d *Dejerantes.* i. e. Contra sua Juramenta falsum dicentes.

e *Per quos.* Sc. omnes supradictos.

f *Perturbationem pacis.* Et sic in hoc loco ampliatur interpretatio, de qua habetur *supra. eo. cum malum.* §. *Item 2.*

g *Juris Ecclesiæ.* Sc. In causis illis qui Ecclesiam concernunt, & ipsius libertatem.

h *Non ambigitur.* i. e. Non dubitatur.

i *Singulis Diœcesibus.* Supple, dicti Regni.

k *Ipsos.* Sc. Malefactores supradictos.

l *Desiderans.* Ad præceptum namque Regis vel Judicis Secularis non debet Judex Ecclesiasticus Subditos Excommunicare.

Divisio. k *Superno Dei munere.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford*, & habet quatuor dicta. In primo ponitur Regis requisitio. In secundo ibi, *Unde nos*, ponitur ad Regis requisitionem majoris Excommunicationis Sententiæ prolatio. In tertio ibi, *Quarum &c.* reservatur Excommunicatorum hujusmodi Absolutio. In quarto ibi, *Caterum*, mandatur, ut dictæ Sententiæ fiat frequens publicatio.

a *Unde*

excessibus majoris Excommunicationis Sententiâ innodari, seu Excommunicatos publicè nunciari. [o] Unde Nos piæ mentis dicti Regis † invitatione laudabili excitati, audaciam hujusmodi perfidorum compescere cupientes, omnes Malefactores prædictos [b] taliter [c] in posterum in nostra [d] *Cantuariensi* Provincia delinquentes scienter, præsentis [e] auctoritate Concilii majoris Excommunicationis Sententiam Volumus & Pronunciamus incurrere ipso facto. [f] Quorum Absolutionem locorum [g] Ordinariis, seu, Sedibus Ecclesiarum Cathedralium vacantibus, his qui Jurisdictionem Episcopalem [h] exercebunt ibidem, præterquam in [i] mortis articulo, [k] reservamus. [l] Cæterùm ut hujusmodi delinquentium facinora eò amplius evitentur, quo ipsi delinquentes Excommunicati solenniùs fuerint nunciati; hoc Provinciali Concilio approbante, [m] Præcipimus, quòd omnes & singuli Malefactores prædicti in singulis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Ecclesiis nostræ *Cantuariensis* Provinciæ antedictæ [n] primâ Dominicâ Quadragesimæ, ac in Festo Corporis Christi, aliisque [o] duobus diebus Festivis & Solennibus, [p] annuatim Excommunicati publicè nuncientur [q] in genere, cum intimatione [r] reservationis Absolutionis prædictæ.

† *al.* imitatione.

a *Unde nos.* Secunda pars.

b *Taliter.* Sicut *suprà* dictum est.

c *In posterum.* Et sic respicit futura, & non præterita.

d *Cantuariensi Provincia.* Et sic quoad Subditos Provinciæ *Eboracensis*, non habet locum: licèt *suprà* dixerit, quòd Rex scripsit omnibus Episcopis Regni.

e *Auctoritate Concilii.* Et sic hæc Sententia profertur per viam Statuti. Unde bene potest considerare futura, quod dic ut legitur & notatur *eodem titulo. c. Romana. §. caveant. li. 6.* & ibi per *Cardi. in §. porro. ver. sententiæ.*

f *Quorum.* Tertia pars.

g *Ordinariis.* i. e. Episcopis Sede plenâ.

h *Exercebunt.* Ut sunt Custodes Spiritualitatis deputati per Archiepiscopum *Cantuariensem.*

i *Mortis articulo.* Hic nota, quòd in mortis articulo dicitur esse aliquis constitutus, non solum quando est in periculo ex gravi infirmitate proveniente, sed etiam si hostem timeat capitalem, vel etiam si sit obsessus ab inimicis, vel si residear in loco in quo Machinæ frequenter jaciuntur, & Balistæ; vel si sit navigaturus longo & periculoso Navigio; vel si sit per loca periculosa & insidiosa, in quibus sunt evidentia pericula, trapsiturus. *ff. de dona. causa mor. l. 3. & sequen. secundùm Inno. & Hostiensem. Extra. eod. cap. quod de bis.* Cavere tamen debet absolvens, nè nimiùm laxet habenas in hoc casu; aliàs sub hoc prætextu omnes possent absolvi, & sic eluderetur Edictum contra id quod legitur *Extra. de ali. judi. mu. causa fac. c. 1.* & daretur via figmentis, contra id quod legitur & notatur *de divor. c. quanto. secundùm Hostiensem. d. c. quod de bis.* & his adde quæ notantur per *Bern. de offi. ordi. c. pastoralis. glo. quo casu.* sed plenius ibi per *Hostiensem & Joban. An.* qui ibidem notant, quòd mulier prægnans, cùm appropinquat partui, Excommunicata eâ specie, cujus Absolutio pertinet ad Papam, non potest absolvi ab Ordinario: & hoc verum, secundùm eum, si mulier talis fuerit corpulenta, & multos habuerit filios, & facilè peperit; nam talis absolvi non debet, nisi alius casus imminear. Si tamen aliàs non peperit, & multùm timet partum, quia fortè debilis est, bene potest absolvi; maximè quia, si evaserit, reincidet in eandem sententiam, nisi satisfecerit ad mandatum Papæ: quod dic ut *eo. tit. c. eos. li. 6.*

k *Reservamus.* Alios casus habes notatos *suprà. de pœni. & remiss. c. præterea. §. si. ver. solis Episcopis.*

l *Cæterùm.* Quarta pars.

m *Præcipimus.* Et sic contrafacientes peccant mortaliter: quod dic ut dixi *suprà. de constitu. c. quia incontinentiæ. ver. præcipimus.*

n *Primâ Dominicâ.* Contrà *infrà eo. cap. proxi.* ubi mandat Sententias Excommunicationis promulgari Dominicâ mediâ Quadragesimæ, & aliis temporibus. *Solutio.* Capitulum proximum loquitur indistinctè de quibuscunque Excommunicationum Sententiis promulgandis, sed istud capitulum locum habet in his solùm quæ hic exprimuntur, sicut aliàs patet ut dixi *suprà. c. cum malum. in prin.*

o *Duobus diebus.* Ad electionem promulgantis, cùm hic non limiteur. Debent tamen dies ipsi longè abinvicem distare, ut sic hæc Promulgatio fiat in qualibet quarta Anni semel. *Ar. ad hoc infrà. c. proxi.*

p *Annuatim.* i. e. Singulis Annis, & sic ista Constitutio est perpetua.

q *In genere.* i. e. Absq; expressione Nominum, vel Personarum.

r *Reservationis.* Scil. quòd Absolutio talium est reservata Episcopis.

[f] PRæcipimus. Ista Constitutio sumitur ex Concilio *Johannis Peccham* apud *Reading. c. cum malum. in fi.*

t *Promulgentur.* i. e. Manifestentur sive pronuncientur: & supple, in genere.

u *In Ecclesiis.* Non ergo in mercatis, vel aliis locis etiam publicis extra Ecclesiam. Puto tamen, quòd si Sermo fiat ad populum in Cœmeterio, sufficit ut ibi promulgentur, maximè ubi Cœmeterium est contiguum Ecclesiæ. *Ar. ad hoc eo. ti. c. si civitas. li. 6. in fi.*

x *Quater.* Sc. secundùm limitationem quæ sequitur.

y *Sancti Michaelis.* Cujus festum contingit penultimo die Septembris.

z *Candelis accensis.* Hæc forma sumitur ex *c. debent. 11. q. 3.* Et sub hoc forma Sententias Excommunicationum promulgari ideo mandatur, ut major auditoribus incutiatur timor. Et quia in hoc capitulo percipitur quater in Anno Excommunicationum Sententias promulgasi, & plures sunt casus in quibus Sententia Excommunicationis incurritur ipso facto; ne casus hujusmodi per ignorantiam oblivioni tradantur, est sciendum, quòd secundùm Constitutiones in hoc Libro contentas, in multis casibus incurritur Excommunicatio ipso facto. Primò, in casu *c. quia incontinentiæ. §. si quis autem. suprà. de consti.* Secundò, in casu *c. dicrum invalescens malitia. suprà. de foro compe.* Tertiò, in casu *c. unici. §. qd si fit. suprà. de procur.* Quartò, in casu *c. contingit. §. quia vero. suprà. de foro compe.* Quintò, in casu §. *illi autem. eo. c.* & in casibus ibi sequentibus. Sextò, in casu *c. unici. suprà. de sequestra. possess.* Septimò, in casu *c. cum ex eo. in fi. suprà. de Cler. conjug.* Octavò, in casu *c. audistis. in fi. suprà. de Præben.* Nonò, in casu *cap. esurientis Avaritiæ. suprà. de concess. Præben.* Decimò, in casu *cap. Cordis dolore. suprà. de dona.* Item in casibus *cap. Statutum. suprà. de testa.* Item in casibus *cap. quia quidam. suprà. de Decimis.* Item in casibus *cap. Errorii damnabilis. eodem titulo.* Item in casu *cap. immoderatæ. eodem titulo.* Item in casu *cap. Presbyteri. in prin. suprà. de celebratione Miss.* Item in casu *cap. Effrenatæ. eodem titulo.* Item in casu *cap. ut invadentibus. suprà. de immunitate Ecclesiarum.* Item in casu *cap. Contingit. eodem titulo.* Item in casibus *cap. accidit novitate perversa. eodem titulo.* Item in casibus *cap. Sæculi principes. eodem ti.* Item in casu *c. Quia Divinis. eo. ti.* Item in casu *cap. Humana concupiscentia. suprà. de clandest. desponsi.* Item in casu *cap. Ultimi. suprà. de Magistris.* Item in casu *cap. 1. §. si quis autem. suprà. de hæreti.* Item in casu *cap. item quia. eodem titulo.* Item in casu *c. similiter. §. et si aliquem. eodem titulo.* & §. *et si ipsi.* & §. *quod si ipsi. eodem cap.* Item in casu *c. Ad hæc. in prin. suprà. de pœnis.* & *cap. tantum. eodem titulo.* Item in casibus enumeratis *suprà. eodem cap. 1.* & *cap. præterea.* & *c. cum sæpius.* & *cap. cum malum.* & *cap. superno.* qui Casus simul collecti sunt numero lx. & ampliùs. *Hostiensis* præter hos, *in summa. eodem ti. in prin. §. quis possit.* recitat xxxiii. Casus collectos ex *Decretis & Decretalibus. Jo. An.* etiam in *c. eos. ver. Canonis. eodem titulo.* collegit de eodem xxxii. Casus. Et idem *Jo. An.* de Constitutionibus *Clemen.* collegit quinquaginta Casus, qui enumerantur *eo. tit. c. 1. ver. Excommunicationis sententia. in Cle.* Et sic in toto sunt Casus Excommunicationum Sententiæ latæ clxxv. & ampliùs, præter casus contentos in Constitutionibus *Othonis & Otthoboni*, quos numeratos habes in Libro, qui vocatur *Pupilla Oculi, parte quinta. cap. 11.*

Majores Excommunicationes quatuor Dominicis hìc annotatis promulgentur.

Johannes Peccham.

[f] PRæcipimus, quòd Sententiæ majoris Excommunicationis [t] promulgentur [u] in Ecclesiis [x] quater in anno, videlicet die Dominicâ proximâ post Festum [y] Sancti *Michaelis*, & die Dominicâ in medio Quadragesimæ, & in Festo Sanctæ Trinitatis, & in die Dominicâ proximâ post Festum Sancti *Petri* ad vincula, [z] Candelis accensis & pulsatis Campanis cum Cruce, & aliis Solennitatibus, prout decet.

Casus in quibus ipso facto incurritur Excommunicatio

Quanquam ex ſolventibus. Hoc capitulum ſumptum eſt ex Conſtitutione *Johannis Stratford*, quæ incipit, *Quanquam*; & habetur *ſupra. de decimis*, ubi tractavi ea quæ pertinent ad materiam hujus *c. ſub §. Nos igitur.* & propterea hic non repeto.

Sed Operis hujus finem ſperatum, adveniente Paſchalis Feſtivitatis die Jubilæo, videlicet Vigiliâ Pentecoſtes, Anno Gratiæ M. CCCC. XXX. fæliciter

De Verborum ſignificatione.

Sylva cædua cenſeatur, quacunque inciſa repullulat; de ea autem ut de Fœno & Frugibus Decima perſolvatur.

Johannes Stratford.

QUanquam ex ſolventibus, *& infrà.* Hujuſmodi Declaramus, proviſione Concilii, *Sylvam cæduam* illam fore, quæ cujuſcunque exiſtens generis arborum, in hoc habetur ut cædatur, & quæ etiam ſuccisa rurſus ex ſtipitibus aut radicibus renaſcatur, ac ex ea Decimam, utpote realem & prædialem Baptiſmalibus ſeu Matricibus Eccleſiis perſolvenda, necnon Sylvarum poſſeſſores hujuſmodi ad præſtationem Decimarum ipſorum lignorum exciſorum in eis, ſicut Fœni, & Bladorum, omni cenſurâ Eccleſiaſticâ fore Canonicè compellendos.

attingens, gratias indeſinenter refero omnium Largitori, cujus Majeſtati preces fundo ſupplices & devotas, quatenus in Militantis Eccleſiæ Jubilæo, ſic Nos per peccatorum veniam & remiſſionis gratiam ſibi reddat acceptos; ut in Triumphantis Eccleſiæ Jubilæo, Spiritûs Sancti gratiâ cooperante, cum ipſo æternaliter lætari, gaudere, & quieſcere mereamur. *Amen.*

FINIS.

Explicit Præclarum Opus *GULIELMI LYNDWOOD*, Eruditiſſimi Viri, ſuper *Conſtitutiones Provinciales* ANGLIÆ, ſummâ curâ atq; diligentiâ reviſum, emendatum, atque in Inclita *Oxonienſi Academia* Impreſſum, unà cum Annotationibus debitis, cúmq; Summariis ſuis locis præpoſitis. Impenſis & Sumptibus *Richardi Davis*, benemerentis Bibliopolæ apud *Oxonienſes*, Anno Salutis noſtræ Milleſimo Sexcenteſimo Septuageſimo Octavo. *Quinto Iduum Julii.*

Conſtitutiones Legatinæ

Sive Legitimæ Regionis Anglicanæ

D. OTHONIS,

ET

D. OTHOBONI,

CARDINALIUM,

& Sedis *Romanæ* in *Anglia* Legatorum,

Cum Summariis, atque juſtis Annotationibus, Summaque accuratione rurſum reviſæ & impreſſæ.

Divinum Opus, Omnibus iis qui Sacris initiati ſunt, utile ac perneceſſarium.

OXONIÆ,

Excudebat *H. Hall*, Academiæ Typographus, Impenſis *Richardi Davis*, Anno Domini 1679.

Commentariorum Domini *Johannis de Athona* in ſequentes Conſtitutiones Prologus.

AD ſuccidendos palmites peſtiferos & nocivos, quos velut ficus fatua, fertilitas *Anglicana* produxit, ut pullulantibus ramis humore radicali, i.e. non areſcente Charitate virentibus, *de pœni. di. 2. Charitas.* frondes condenſas, ac flores virtutum non marceſcentes, & meritorum fructum ſapidum germinaret, *ar.* in hoc quod legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de ſchiſmati. c. primo in prin. li. 6.* Reverendus Pater uterque iſtorum Legatorum, Hortulanus fidelis & prudens, tanquam alter *Jeremias*, unus de Sacerdotibus in *Anathoth* Conſtitutus ſuper Gentes & Regnum iſtud, ut evellat, diſſiper, ædificet, atque plantet, ut habetur *Jere. 1. ca.* legitur & notatur *Extra. de majo. & obe. ca. ſoliti. §. potuiſſet. Extra. de offi. leg. legatos. lib. 6.* Sarculis, immò novaculis acutis, id eſt, traditionibus pœnarum aſperrimis in horto Dominico *Anglicano* ſtuduit jugiter laborare, *ar. Extra. de accu. qualit. 2. §. 1. ver. & quia non poſſunt.* fælici mucrone placula reſecans, maximè Sacerdotum, *16. q. 2. viſis. in fi.* ut pauco poteſt tempore laboris ſui dulcia poma decerpat: *de conſe. di. 5. nunquam. §. inſerantur.* proinde conſiderans pœnas fuiſſe ad emendationem morum per Legiſlatores inventas, *4. di. factæ.* legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. ad reprimendam. in prin.* patet ff. *de pœ. l. ſi pœna. infrà. in Conſtitu. Othob. in proœ. in fi. Lex namque propter tranſgreſſiones poſita eſt. ad Gal. 3. c.* & *19. q. 2. §. publica lex.* Cæterum cum vineam Domini coli fideli exercitio oporteat, *infrà. in Conſtitu. Othob. Chriſtianæ. §. ſanè.* idcirco ego *Johannes de Athon* Canonicus *Lincolnienſis*, inter utriuſque Juris Doctores vix dignus occupare membranas, patriali tamen propagatione, & Regionis origine ſtimulatus, *ar.* ff. *de hæret. inſti. l. nemo. §. fi.* attendens neminem naſci ſoli ſibi, ff. *de reli. & ſumpti. funer. l. minimè. Auth. de quæſtor. §. ſi vero forſan. Coll. 6.* ut notat *Gui. in Roſarii ſui prin.* jam hora 11, i.e. in ſæculorum diebus noviſſimis, *primo ad Corinth. 10. c. de pœ. di. 2. lex & prophetæ.* ex denario diurno miſſus in Dei vineam ut laborem; *Matthæi 20. c. Extra. de magiſt. ca. fi. in fi.* cui fortè Dominus revelavit quæ provectioribus occultavit, *Mat. 11. c. C. de offi. rectò. provinci. l. potioris.* ipſam vineam de *Ægypto* transferens, id eſt, compilationem Conſtitutionum iſtarum illuminans ab anguſtia tenebroſa, vel ſaltem in ſecuri & aſcia præciſis vepribus, & labruſcis eam purgans & decorticans; id eſt, legibus & rationibus hujus compilationis varios errores, & ſpinoſos, & opiniones obſcuras reſecans, & declarans, quod mihi anxium & difficilimum reputo; majorum meorum evolvam ſententias, *35. q. 9. veniam. in prin.* quædam utilia Divini & Humani Juris auctoritate fundata, *1. di. omnes. Extra. de jura. calum. c. 1. §. nos itaque.* necnon ex Gloſſarum & Doctorum ſolertia, quibus poteſtas Jura ſubtiliter interpretandi per Legem noſcitur data eſſe: ut plane dicam *infrà. c. conſti. ad elidendum. prope fi. ver. auctoritate propria.* ac etiam cauſarum exercitio, & facti experientia, quæ rerum efficax probatur eſſe magiſtra, *Extra. de elec. quàm ſit. li. 6. ff. de leg. 3. l. legatis. §. ornatricibus.* jugi, licèt rudi meo ſtudio, recollecta ad laudem Dei, & Genitricis ſuæ Virginis *Mariæ* Patronæ meæ, ac utilitatem *Anglorum* proprio pugillari decerpere ſatagam hoc cõpreſſo manipulo fructuoſe metenda. *C. de novo cudi. coppo. Epiſtola. cordi. §. quippe. C. de ſumma trinitate. & fide. ca. Epiſtola. liquet.* ibi, *colligunt.* Ergo non Scripturarum cortici, ſed medullæ, non ſermonum foliis, ſed radici rationis innitens, *1. q. 1. Marchion.* & quod dicam *infrà. e. conſti. ad elidendum. in prin.* ne propter occultationẽ talenti ſcientiæ, quod mihi tradidit Deus, dicar proditor veritatis, *11. q. 3. nolite. 2.* ut ſit Chriſtus pro fundamento poſitus, *1. q. 1. cum Paulus.* quidè ſe dicit *Jo 15. c. Ego ſum vitis vera, perficiens vineam iſtam quam plantavit dextera ejus: extendat palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus, ut eam vindement omnes, qui prætergrediuntur viã uſq; ad terminos hujus regni,* ut *in Pſal. Qui regis Iſrael,* ſic ſentientes ejus ſuculos ſibi frugaliter propinari, ut ſpiritualiter inebriati nectaris potum, id eſt, veritatis dulcedinem melleam gaudeant ſe guſtare, *Prover. 24. c. 35. q. 3. quædam. in fi.* quam cum Beato *Jo. Evan.* de fonte ſcientiæ ſic hauriant avide, ut poſtmodum effundant abundè, juxta Apoſtolum *1. Petri. 4. ca. unuſquiſque ſicut accepit gratiam illam adminiſtret. 76. di. jejunium. in prin.* tunc enim ſumitur ordinata Charitate, ut dicam in *Conſti. Othob. c. amoris proprii.* alioquin jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, ut omnis arbor quæ non facit fructum bonum &c. *Mat. 3. & 7. c. & 16. q. 1. alia. Extra. de deci. quamvis. in fi.* Si quis ergo ſitiat veniat & bibat ad ſatietatem, *Jo. 7. & 33. q. 5. tunc ſalvabitur. §. qui ſitit.* hauſtûs Divinæ gratiæ fluentis ſe capacem prius reddens; *de conſti. di. 3. c. pe.* ut bene notatur *Extra. de magiſtr. ca. 1. in prin. in conſti. Cle.* nam vinum & muſica lætificant cor hominis: & ſuper utraque dilectio ſapientiæ. *Eccl. 40. c. Sed* nè repentè me ſummum præſumam, contra *l. de pœ. di. 2. §. contrario.* nec me extollam in opere faciendo, *eccl. 10. in fi.* provectorum reprehenſionibus filialiter obmutescens, velut agnus coram tondente os non aperiam, *de pœ. di. 2. filioli. in fi.* Benedictionem Dei in mercedem expectans. *Eccl. 11. c.* Reddet enim Deus mercedem laborum. *Sap. 10. x. & Extra. de renun. in fi. §. porrò, ver. quoniam ſi laboris. in fi. 20. q. 3. præſens. in fi.*

Poenæ ad quid ſunt inventæ.

Experientia eſt rerũ magiſtra.

Talentum ſcientiæ multiplicari debet.

Vinum & muſica lætificant.

Finis Prologi Domini *Johannis de Athon*, Gloſſatoris profundiſſimi præſentium Conſtitutionum.

Teſtimonia.

Johannes Actonus vel de *Actona*, perperam *Athon* nonnulli vocant, in *Anglia* natus, *Oxonii* ad annos benè multos in Studiis enutritus, tandem ibidem utriuſque Juris Doctor Creatus eſt. Poſtea *Lincolnienſis* Eccleſiæ factus Canonicus, ad alios docendum, atque etiam ad ſcribendum animum appulit. Scripſit inter alia multa *Septuplum & apparatum ſuper Conſtitutiones Legatorum Othonis & Otheboni, librum unum.* Ad Succidendos palmites peſt. M. S. *Oxonii* in Collegio Novo. Claruit Anno Redemptionis humanæ 1290. regnante in *Anglia Edwardo* primo.

Ita *Johannes Pitſeus de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus.*

Hæ Conſtitutiones Legatinæ, à Legatis Pontificiis, *Othone* primùm, deinceps *Othobono*, Legato à latere, à *Clemente* quarto in Angliam miſſo, (cui etiam in Cathedra *Romana* ſucceſſit) ſunt factæ, quas *Johannes de Atho* Juris utriuſque Doctor (quem *Matthæus Pariſienſis* nominat *Othonis* Clericum) Gloſſis & Commentariis illuſtravit.

Duck. de Auth. J. Civ. Rom. lib. 2.

Otho Candidus aliàs *Blancus* de *Alerano*, ex Marchionibus *Montisferrati*, *Caſalenſis*, *Lombardus*, Diaconus Cardinalis *S. Nicolai* in carcere *Tulliano*, creatus fuit per *Gregorium 9. Pont. Max. A. D.* 1227. Pontificatûs ejus primo.

Sic *Onuphrius de Rom. Pont.*

Concilium Pan-Anglicum *Londini* habitum in Ecclesia Cathedrali Divi *Pauli*, crastino octavarum S. *Martini*, Anno Domini 1236. (secundum *Matthæum Parien*sem 1237) id est, 20. (aliàs 21.) Henrici III. Præsidente Dom. *Othone* S. *Nicolai* in carcere *Tulliano*, Diacono Cardinali, Legato Dom. Papæ *Gregorii* IX. assidentibus sibi Archiepiscopis S. *Edmundo Cantuarien*si, & *Waltero Eboracens*i, necnon aliis *Angliæ* Episcopis &c.

Domini Johannis de Athon *in Constitutiones Legitimas* Angliæ *Glossemata.*

Hic incipiunt Constitutiones Domini Othonis, *Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati.*

¶ Summarium *Ascensianum.*

Quoniam Domum Ministrosque Dei Sanctitudo decet, quam Humani generis hostis polluere conatur; ut ejus conatibus obviaret, has Legatinas Constitutiones Dominus OTHO, *Legatus Apostolicus*, Anglicanæ *tulit Ecclesia.*

[a] QUoniam decet [b] domum Dei [c] Sanctitudo,& Ministris ejus [d] à Domino dicitur; *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum*, dicit Dominus Deus noster: [e] satagit astutia [f] humani generis inimici, ut Sanctitatem & emendationem [g] subtrahat & destruat; quia utrobique, dum in pluribus locis, & [h] nè consecrentur Ecclesiæ, impedit vel deturbat; & nè suo dignè fungantur Officio, Ministrorum [i] mores & vitam multorum [k] vitiat & [l] depravat, Sanctorum Patrum Regulis & Statutis, & generaliter omnibus Christianæ Religionis professibus [m] se totis conatibus [n] opponendo. [o] Huic est igitur [p] armatâ manu à cunctis Christi fidelibus [q] in fide [r] fortiter [s] resistendum, à rectitudinis tramite faciat deviare. 3. *q.* 1. *nullus.* qui Textus ponitur in parte decisa; *Extra, ne cle. vel mo. ne in agro. in prin.* sed secut per invidiam inimici Diaboli mors intravit orbem terrarum, *Sap.* 1. ita per gratiam Christi cente Domino *Jo.* 10. Ego veni ut reparamur ad vitam, divitam habeant, & abundantius habeant; non ergo desperet quisquam; ut dicam *infrà. in consti. Otho. justus.*

Diabolus in Clericos.

[a] *Quoniam.* Hæc prima pars dicit causam istarũ Constitutionũ.

[b] *Domum Dei.* Id est, Ecclesiam: quia Deus spiritualiter ibi inhabitat; de cujus multiplici expositione dicam *infrà. consti. proxima in prin.* & notat *Gui. Extra. de consecra. eccle. vel alta. c.* 1. *in prin. lib.* 6.

[c] *Sanctitudo.* Hoc sumitur in *Psalmo, Dominus regnavit.* quod expone per *Gui. Extra. de immunit. eccl. c. decet.* 1. *resp. lib.* 6.

[d] *A Domino dicitur. Levitic.* 19. & 13. *c.* & prima *Epist. Petri. primo c.* & 11. *di. oportet.* & notat *Gui. in dicto c. decet.* 1. *resp.*

[e] *Satagit astutia.* Id est, caliditas elata & imaginativa: habet enim mille modos nocendi. 16. *q.* 2. *visis.* §. 1. & expone ibi *mille*, id est, infinitos modos: & sic *finitum* pro infinito ponitur. *de pœ. distin.* 3. *septies.*

Mille modis nocet Diabolus.

[f] *Humani generis inimici.* id est, Diaboli, qui pluribus vocabulis nuncupatur. Nam ut notat *Jo. An. Extra. de sum. trini. damnamus.* §. *fi. ver. pater mendacii.* Diabolus vocatur pater mendacii, ut ibi, & merito: quia Christus qui est sibi contrarius vocatur veritas. *eo. c.* §. *cum ergo.* Aliquando dicitur Diabolus. *Extra. de sum. trinit. c.* 1. *Extra. de hæreti. c.* 3. Aliquando dicitur inimicus hostis. *Extra. de elect. licet.* Aliquando vocatur lupus rapax. *eo. titu, ne pro defectu.* Aliquando hostis antiquus. 2. *q.* 5. *habet hic proprium. Extra. hè clerici vel mona. c.* 3. Aliquando versutus hostis. 16. *q.* 1. *c.* 1. Aliquando antiquus Sophista. *infrà. e. consti. cum sit ars. in prin.* Et de causis hujusmodi nuncupationum satis notat *Gui. in Rosa.* 14. *distin. numeri. in prin.* & ibi plenè notatur. Et est similis Textus 18. *q.* 2. *pervenit ad nos.*

Diaboli nomina.

[g] *Subtrahat.* Scilicet paulatim, & *destruat*, id est, finaliter & perpetuò. *ar.* pro hac expositione *ff. de ver. sig. derogatur.* Et signanter dicitur Diabolus humani generis inimicus; conatur enim, ut 16. *q.* 2. *visis.* §. 1. & laboriosius invidet Clericis; ut eos

[h] *Ne consecrentur Ecclesiæ.* De hoc dicetur statim. *infrà. c. proxi.*

[i] *Mores.* Ut dixi *supra* in præfatione.

[k] *Vitiat.* Alias opprimit.

[l] *Depravat.* Frequenter sub specie boni. 41. *d. c. sæpe.* 26. *q.* 7. *annovest.*

[m] *Se.* Sc. Diabolum.

[n] *Opponendo.* Ut bene legitur 1. *q.* 3. *salvator. in prin.*

[o] *Huic.* Secunda pars: dic *huic*, scilicet inimico humani generis.

[p] *Armata manu.* Non enim debemus inimicis mortalibus nos inermes periculosè exponere. *ar.* ad hoc quod legitur & notatur *Extra. de rest. spo. c. frequens. in §. illum. fi. 6.* quod intellige de armis virtutum, de quibus legitur & notatur *in consti. Otho. cum id. eq. in prin.*

[q] *In fide.* Quæ est media inter scientiam & dubitationem. Ut notat *Wil. de sum. trini. c.* 1. *in glo. ver. valde. in Cle.* & dicam *infrà. e. consti. c. fi.* §. 1. *in glo. ver. generale.* Pluribus autem modis dicitur Fides: ut notatur 22. *q.* 1. *movet.* sed hic intelligo de Fide actuali, de qua dicitur *Fides sine operibus mortua est. Ja.* 2. *c. de pœ. di.* 2. §. *hic itaque.* & §. *filioli. ver. quomodo enim.*

Fides.

[r] *Fortiter.* Non ergo dubitanter, sed in stabilitate. Ut legitur & notatur *Extra. de homic. c.* 1. *li.* 6. quod dic per *Wil. Extra. de sum. tri. c.* 1 *post. prin. ver. fortiter* & *in glo. se.* & *sequitur in consti. Cle.* ut dicam post eum *infrà. in glo. proxi.*

[s] *Resistendum.* Prima *Pe.* 5. *c.* ubi dicitur, *resistite fortes in fide,*

Chriſma. de, id eſt, fortiter, & audacter, & publicè; ideo enim chriſmamur in fronte, ut omni timore & erubeſcentiâ poſtpoſitis, audacter, ut fortes milites, pugnemus contra ea, quæ Fidei adverſantur. *de conſe. di. 5. c. 2.* Fides ſit ergo tibi tanquam ſcutum, in quo omnia ignita jacula inimici extinguas. *11. q. 3. qui reſiſtit. in fi.* Spes enim firma in Deum, animi, corporis, & imperii dat ſalutem. *Auth. de privile. do. §. 1. coll. 8.*

† *M.S.* Utendi viribus enervanda.

Circa quam ſtabilem Fidei firmitatem eſt diſtinguendum; quia aut quæritur de dubitatione Fidei, quæ ſit pertinaciter & proterve, animo deliberato, & cum quadam placentia, & talis eſt hæretica, *Extra. de hæretic. dubium. 30. diſtin. nulla. & Extra. de ſumma trini. c. 1. in prin.* Ubi dicitur, firmiter credimus, ſed ſimpliciter confitemur, id eſt, ſine plica vel involutione aliqua: aut ſit indeliberatè ex quodâ ſcrupulo conſcientiæ, & tunc poſſibile eſt pœna quàm culpa, debilitas propriæ imaginationis quàm peccatum; tunc licet hoc ſit abjiciendum, non tamen hæreticum. *Extra. de ſimo. per tuas.* & de tali dicitur *Mat. 9. credo, adjuva incredulitatem meam. de pœ. diſtin. 2. cum conſcientiam. in fi.* facit *24. q. 3. dixit.* Nam ut frequenter, hujuſmodi ſcrupuloſi hæſitant contra ſuum velle: unde ſi reſiſterent hujuſmodi motibus ſe firmiter in fide tenent, potius merentur quam peccant adinſtar ſtimulorum carnis. *6. diſ ſed penſandum. & c teſtamentum.* Item videtur potius patiendum, & *c. teſtamentum. Extra. quod me. ca. ſacris.* ut notat *Wil.* in Remiſſionibus quas feci *ſuprà in glo.* proxima.

Hereticare hæretico non eſt. Unde *Auguſt.* Hæreticare poſſum, hæreticus eſſe non poſſum. *24. q. 3. hæreſis.* Nam talis habet fidem implicitam: quia credit Eccleſiam ſum hoc tenere; & ſic opinionem ſuam ſupponit fidei Eccleſiæ. Unde notant *W & Innoc. Extra. de ſum. trini. c. 1. in principio.* Unde poteſt poni exemplum in Divinarum perſonarum æqualitate; licèt Clericus vel Laicus ſimpliciter ob quandam reverentiam crederit ſi in Divinis non eſſe æqualem patri, ſed minorem, prout eſt in hujuſmodi perſonis terrenis, propter hoc non poteſt eſſe hæreticus: aliter verò crederet, ſi per Eccleſiam rectè inſtrueretur; ut ibi notat *Innocen.* & plura exempla de hujuſmodi implicitis, i.e. generaliter creditis, ſicut credit Eccleſia Catholica, habes *de conſe. diſtin. 3. c. ulti.* Articulos enim Fidei in ſymbolo Apoſtolorum, *Credo in Deum Patrem &c.* contentos tenetur quilibet Chriſtianus, intellectum habens, explicite ſcire, id eſt, Spiritualiter & actualiter credere. *de conſe. di. 4. ante. dies. &c. 1.* notat *Gui. 15. diſtin. c. 1. in fi.*

Articulos fidei explicite ſcire oportet.

a *Ad ejus.* Scilicet inimici Diaboli.

b *Molimina.* Id eſt, conamina, à *melior, iris.*

Molimina

c *Renovatis.* Sic *Extra. de cenſi. c. 1 poſt prin.* ibi, *temporibus noviſſimis renovatis.* & *§. pe. in fi. in con. Cle. Extra. de ſepul. dudum. in prin. Cle.* Eſt ergo aliud *Novum*, ut in *glo. 1.* aliud *Renovatum*, ut patet *Extra. de cenſi. ſignificavit. Extra. de Judæis. conſuluit. Extra. de fap. literas. in Cle.* ut ibi notat *Jo. An. ff de no. op. nunc. l. 1. §. ſi quis ædificium. ff. de itinere. actuque priva. unde §. reficere.* Pro quo ſcias, aut aliquid renovatur cujus principia fuerunt omnino reſoluta de jure & de facto, & tunc *Renovatum* cenſetur *Novum*: ut *Extra. de ſepul. dudum. in prin. Cle.* Ubi fiebat reſolutio illius Conſtitutionis *ſuper cathedram.* per contrariam legislationem. Sic *ff. de jure do l. ſtipulatio.* ibi *nec redintegrato &c. Latrimmio &c. 3. q. 1. c. ul. in fi. ar. ff. de adi. le. l. ſi ſervus. §. fi. ff. de ſol. qui res. §. aream. ff. de jur. fiſci. ejus qui. §. fi.* aut res non eſſet omnino reſoluta de jure, ſed etiam de facto ſuppreſſa & occultata, obligatione priori aliqualiter ſubſiſtente, licèt non actuali operatione: tunc *Renovatum* potius innititur antiquo quàm novo. *89. diſ. c. 1. in prin. Extra. de ver. ſig. c. 1. & ſæpe. in fi.* & notatur *12. diſ. c. 2. in glo. 2. & de pœ. di. 3. colligitur.* ſic intelligas Quæſtionem *Jo. An. Extra. de reſcrip. literas. in glo. pone. in Joh. Cle.* & ſimiliter *glo. Accurſii ff. quòd cujuſ. uni. no. ſicut. C. ſi. ar. 10. q. 1. antiquos. ff. de ſer. ur. prædi. ſervitutes. § ſi oblatum. ff. de pub. & vec. Cæſar. in fi. cum ſuprà all. in prin hujus glo.* tunc enim cenſetur Jus antiqui occultati declarativum & electivum: ut hic in Textu *ar. ff. de uſuris. cum de in rem verſo. ff. de teſta. Barbes. §. ſed & ſi notari. cum ſi.* & hanc diſtinctionem probat Lex cum ſua *glo. ſi. de pac. jurisgentium. §. adeo. ar.* ad hæc *Auth. quomodo oportet. c. 2. ver. ſed neque. in fi. Col. 1.* quod facit ad quæſtionem, cum duo impetrantes per prius & poſterius in eadem Eccleſia ad Præbendam proximè vacantem: primus non acceptat tempore ſtatuto, puta intra menſem, ut *Extra. de conceſſ. præben. c. 1. in Cle.* & ſic per negligentiam ejus eſt, cum non habuerit clauſulam quam duxerit acceptandum, poſtea ſecundo adhuc expectante, Papa illum primum reſtituit; deinde in præbenda tunc vacante vult idem reſtituere præferri; nunquid bene? Videtur quod non: quia reſtitutio videtur fieri abſque præjudicio Juris alieni. *arg. ff. ne quid in lo. pu. l. 1. §. merito. & §. ſi quis à principe. C. de emen. li. l. veteranus.* & videtur caſus *Extra. de reſcrip. quamvis. li. 6.* Sed certe ibi loquitur in gratia revocata, & ſic cenſetur gratia nova: quia per revocationem mero Jure redderatur nulla & conſumpta in toto. *ff. de lega. 1. ſi mih. §. ſi. & l. ſi ita ſcriptum.* ubi ademptum nunquam videtur fuiſſe datum, ideo reſtitutio novam gratiam efficit, ut ibi: ſed hic loquitur, quando excluſus eſt à gratia per negligentiam, ideo non eſt ſublata ipſo Jure, ſed per exceptionem, cum tempus non ſit modus tollendi obligationem. *ff. de ac. & ob. l. obligationum ſere. §. placet.* Unde reſiquiæ manent, & per quas dicetur antiqua renovata, non autem nova. *ff. de li. & poſt. l. filio. 1. ff. de decur. l. ſi. & ar. diſtin. præmiſſa. in gloſſa. ar. op. ff. de adminiſtra. tuto. ſi pupillus. §. ſi autem qui tempore cum ſua glo. ſi.* cui ſententiæ videtur adhærere *Hoſti. Extra. de cenſi. ſignificavit. in fi.* ubi dicit, *Novum* non eſſe, ſi ab initio cenſus non fuit impoſitus, licet certarum fuerit in ſolutione per 40. annos, ſi poſtea ſolvatur: *ar.* Jurium quæ permittunt in reficiendo, quod non in faciendo. De quibus dixi *ſuprà* in principio hujus *glo.* Item licet lapſus temporum excludat, in dicto *c. 1. in Cle.* non tamen excludit ipſo Jure, ut prædixi. *ff. de ædi. edic. ſi venditor. ar. ff. de op. leg. mancipiorum.* Sed contra; negligentia conſumit & extinguit. *Extra. de præben. ſi clericus. 1. reſpon. in fi. li. 6.* Solutio. Ibi non fuit gratia radicata, ideo facilius tollitur: ſed hîc gratia habuit fundamentum, ut ibi ſecundo *reſ. ar. ff. de leg. 2. cum filius. §. hæres.*

Solutio.

d *Novis.* Novum dicitur verò quod prius non fuit; ut notat *Gui.* per plures Canones. *Extra. de elec. avaritiæ. in glo. lib. 6.* & facit ad ea quæ dixi *ſuprà. in glo.* proxima. Sed quantû tempus duraret Novû notatur per *Card. c. ti. & con. c. generali. in glo. ſed à quo tempore.*

Novum.

e *Utendo.* Pro executione operis. Nam verbum *uſus* factum denotat. *ff. de uſu. & ha. plenû. §. pe.* unde plus valeret executio Jurium antiquorum, ſi circa eam evigilaret tepiditas Prælatorum dormientium in adverſis, quàm editio novorum præcaventium futuris. *ar. infra. e. Con. cum ſit ars. §. de reſidentia. ff. de orig. juris. l. 2. §. poſt originem. Extra. de elec. ubi periculum. §. præterea. li. 6.*

Uſus.

f *Sic Iſaac. Ver. puteos.* ut hîc, auctoritas colligitur *Gen. 26.* circa medium.

g *Denique.* Tertia pàrs.

h *Divina miſeratione.* Nota pro ſtylo Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum.

i *Diaconus Cardinalis.* Nota formam ſcribendi Cardinalibus juxta gradus eorum. Nam Diacono Cardinali eſt ſcribendum abſque expreſſione ſui tituli, ut hic; Presbytero verò Cardinali cum expreſſione ſui tituli; ut *Extra. de elec, querelam.* ſed Epiſcopo Cardinali abſquo expreſſione tituli Cardinalatus. *infrà. in Conſti. Otho. in proœ. §. ſi. de re judi. ad Apoſtolicæ. in prin. lib. 6.* ut colligi poteſt de his omnibus *Extra. de excep. cum venerabilis. in prin.*

Cardinalibus quàliter ſcribendû eſt.

k *Apoſtolicæ Sedis.* Quaſi diceret, Concilia etiam per hujuſmodi Legatos celebrata, licet Provincialia ſint, auctoritate tamen Papæ celebrantur. *3. diſtin. § porro.*

l *Legatus.* De latere, cujus poteſtas latior eſt quàm aliorum: cum ſit triplex genus Legatorum, ut patet *Extra. de offi. leg. excommunicatis. & eo. tit. c. 1. li. 6.* Excellunt enim tales de latere alios Legatos in hoc, quòd poſſunt exemptos electos confirmare, & cauſas eorum audire. ut notat *Hoſtien. Extra. de offi. leg. quod tranſlationem. in fi. Extra. de elec. ſi abbatem. libro 6.* Item omnes undecunque venientes poſſunt abſolvere ab Excommunicatione pro violenta manuum injectione: quod alii legati non poſſunt, niſi forſan in Provincia ſibi decreta. ut dicto *ca. excommunicatis. & Extra. de ſenten. excommunicationis. ad eminentiam.* Hoc autem facere poſſunt iſti Legati de latere miſſi, etſi atrox fuerit violentia: ut ibi plenè notat *J. An. in all. ult.* Item alii eorum inſigniis, cum ipſi Præſentes fuerint, non utentur. *Extra. de offi. le. volentes.* Item omnia poſſunt, quæ Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter non reſervantur. Ut legitur & notatur *c. ti. quod tranſlationem.* & notatur in *Spe. e. ti. §. oſtendendum. ver. quòd ſi legatus.* Sed nunquid ex officio ſuæ Legationis talis Legatus abſque mandato ſpeciali Papæ poteſt edere Conſtitutiones perpetuas? *Glo.* dicit quòd non. *3. di. §. porro.* Dic contra, ut hic patet in *ſi. Extra. de offi. le. c. ſi.* cum ſit ordinatio major. ut *eo. ti. lega. li. 6.* quod verum eſt dum tamen non contrariantur Conſtitutionibus Papalibus, ut *C. de offi. præfec. prætorii. & Illyd. formâ infra. e. con. licet;*

Legati ſunt triplices.

Conſtitutionis edendæ quæſtio.

*licèt ad prof.§ volentes.ver. Alexand.ut not.in dicto c.fi.*de hoc pleniùs dic, et *Fo.An.Extra.de con.c.1.ver.ſingularium.li.6.* item interpretari poſſunt Conſtitutiones Papales *Extra.de poſt.præla.c.1.*& de multiplici intepretatione *no.* 11.*q.*3.*§.ex his.* Sed nunquid proprias Conſtitutiones interpretari poſſunt | oſt eorũ finitam legationem ?

Queſtio ſecunda.

Dicquod non, abſq; auctoritate ſuperiorũ, ut *no.Fo. An.Extra.de ver.ſig.c. antepe ar.ff rem ra. ba.l.bonorum.* & *ar.C.de offi. præfec. præto. Afri. in nomine. in prin.* 23.*d. in nomine.* & dicam *infrà. in Con. Otho. in præm. in fi.*

† *M. S.* Confirmandũ.

a *Concilii.* Quod celebrari poteſt. Et Conſtitutiones condendo per Legatum Sedis Apoſtolicæ Patriacham, Primatem, vel Archiepiſcopum 4. *di.* §. *porro.* 43.*di.* per totum ut plene *no. Wil. Extra. de ſen.ex.c.* 1. §. *alioquin. in Cle.* & 19.*di.* per totum. De Papa non dubitatur. 22. *diſ.* §. 1. Quod autem ſit Concilium dicam *infrà.in Con.Otho.in præm in fine.*

b *Suffragio.* Idem verbum habetur 7.*q.*1.*factus eſt.in prin.*

c *Et conſenſu.* Patet hic quòd Concilia Prælatorum in hujuſmodi Conſtitutionum editione debent requiri. *ar.*9.*q.*3.*c.* 1.*in fi.* & per totum. Valent tamen ſtatuta ſua, etiam eis irrequiſitis, de his quæ pertinent ad Jurisdictionem ſuam. *ar. C. de offi. præ. præto. Ori.* & *Illy. l. formam.* ſed de aliis ſecus, ut *not. Inno. Extra. de offi. le. c. fi.* unde patet quòd ad Conſilium hujuſmodi Provinciale, ubi ſtatuenda ſunt aliqua, quæ tangunt ſtatum Provinciæ Epiſcopi ſunt citandi: & cæteri ſubditi invitandi, non cogendi. 18.*di. c. propter.* & 1.*q.* 7. *conſentientibus ibi religioſis &c.* cum ipſis ſubditis Epiſcoporum ſit in Diœceſibus ſingulis publicatio facienda. 18.*di. quoniam. cum c.* ſc. uſque ad finem. ſecus tamen ad faciendum & diſtinguendum per Epiſcopos tanquam per Judices Concilii univerſitatis, ea quæ ſunt in tali Concilio tractanda, ſc. cauſas majores, & Conſilia. *ar. dic. c.* 18.*di. c. ſenſus.* de hoc plenius *no. per. Hoſt.* & *Inno. Extra. de præben. grave. ſuper ver. in provinciali Concilio.* Quis ergo poteſt abſolvere incidentem in ſententiam latam per ſtatutum hujuſmodi provinciale? Licet *Hoſt. in dicto c. grave.* diſtingat prolixè, tu dic breviter per *Gui. in Roſar.* 17.*di.* §. 2. *in fi.* quòd ſive dicitur Nos Concilium &c. Sive aliter in forma textus hic poſita, quilibet Epiſcopus poterit ſuo ſubdito abſolutionem impendere à tali ſententia, cum ſit Canonis, cujus abſolutio ſuperiori non fuerit reſervata, per *Decret. Extra. de ſen. ex.nuper.* §. *in 2.ar. infrà.in Con.Otho. cum armis.in fi.* Sed nunquid tale Concilium Provinciale convocare poterit de Jure tempore meſſium, Epiſcopis & ſubditis reclamantibus? Dic quòd ſic, quoad certa aliqua ſtatuenda quæ piam celeritatem deſiderant. *ar. Extra. de feriis. licet. ff. de feriis. l.* 1. & 2. *ff. de iam. infect. l.* 1. ſecus tamen quoad faciendum & diſcutiendum per Epiſcopos tanquam per Judices univerſaliter ea quæ ſunt in Concilio tractanda. ſc. cauſas majores, & Conſilia. *ar. dictæ leg.* 1. & 9. *q.* 3. per totum. *no. Wil. Extra. in proœm.* §. *pe. ver. concilio. in Cle.* Nunquid ergo Prælati, vel alii venientes ad hujuſmodi Concilia tenentur de ſingulis reſpondere quærelis, ac ſi citati eſſent? Tenet *Wil.* quòd ſic, *Extra.* in *proœ.* §. *pe. nulla concilia. in cle.* licet *Inno.* hoc videatur diſtinguere in dicta *Decre. grave.*

Nota. Sententia per ſtatutũ lata per quem abſolvatur.

d *Ad roborandum.* Id eſt, Fortificandum, quatenus in bono conſiſtit.

e *Et reformandum.* Quatenus deviat & in abuſum declinat contra bonos mores: ſic *Extra. de offi. ordi. quia plerique. in prin. lib.* 6.

f *Statum Eccleſiaſticum.* Etiam quoad Laicos in Foro Eccleſiaſtico ratione peccati. *Extra. de judi. c. novit.* & *Extra. de foro compe. c. pe.* & *ſi. li.* 6.

g *Anglæ.* Non dicit *Scotiæ*: ſed cùm dicit *in partibus Angliæ*, aliàs in *in partibus Anglicanis* hic, & *infrà. e. con. uſum.*§ *huic.* & *quantas.*1. *reſpon.* declarat etiam hoc ſtatuiſſe in *Scotia*: ut patet *infrà.in Con. Otho.* ubi de hoc in §. *nos igitur.* ubi *Scotia* exprimitur. Cum tamen & illæ Conſtitutione ibi pro Jure recitantur. *Extra. de privile. ſi Papa. lib.*6. licet *Scoti* aſſerere conſueverunt Legatum hujuſmodi ſe non admiſſuros: niſi in literis Apoſtolicæ Legationis ſuæ terra *Scotiæ* ſpecificeretur nominatim. *ar. ff. de injur. l. item apud.* §. *hoc edicto.*

Scotia.

h *Salvis aliis canonicè inſtitutis.* Generalibus & Papalibus, *Conſti.* immo certe & Provincialibus, ut patet *infrà. in Conſti. Otho. in Provinciales.* *proœ.* §. *ſi.* hujuſmodi tamen Conſtitutiones Provinciales in hoc opere allegare non intendo, cùm univerſales non ſint, nec uniformes per ſingula loca Legationis iſtius Patriæ: & ſic opus meum præſens quibuſdam forſan minus placitum redderetur, licet ab aliis haberetur acceptum: ideo in bove, & aſino non arabo, ut *Extra. de elect. cum cauſam.* de qua auctoritate dicam *infrà. e. Con. ad vicariam.in glo.ver.illuſtrio. in fi.*

i *Inſtitutis.* Ea ergo impugnare non intendit, ſicut nec poterit, ut *ſuprà. e.*§. *denique. in glo.ver. legatus. in fi.*

k *Cum reverentia.* Hoc enim decet ſemper inferiores facere reſpectu majorum. *Extra.de majo.*& *obe. c.* 1. & *c. ſtatuimus.* per totum. *ff. de albo. ſcri.l.*1. & 2. *C. de conſul. l.* 1. *C. ut digna. or. ſer. l.* 2. *C. de proxima ſacr. ſcri. unicuique. li.* 12. *Ex Officiũ poteſtate.* non ergo requiritur ad hoc mandatum ſpeciale, ut plenius dixi *ſuprà. e. Con. in g. ver. legatus.* ibi *ſed nunquid ex Officio.*

De Conſecratione & Reformatione ſtatûs Eccleſiæ.

¶ Summarium.

Baſilicarum ſeu majorum Eccleſiarum Conſecratio in Veteri Teſtamento inſtituta, & in Novo ſtudioſius obſervata,

licèt in quibuſdam partibus Angliæ fuerit neglecta, ſic eſt per Diœceſanos, aut eorum Vicarios Epiſcopos diligenter facienda, ut nulla maneat biennio, poſtquam parietes ejus perfecti fuerint, conſecranda: alioquin ſolemnibus Miſſarum Officiis noſcatur interdicta, niſi tamen legitimè fuerit excuſata. Conſecrata verò non diruentur ſine maturo Diœceſani conſenſu, quæ dirutæ mox reparentur: quod autem de perfectis dictum eſt, de cœptis etiam dictum cenſeatur. Capellarum autem ſeu Sacellorum Conſecrationes Legatus, nihil novi ſtatuens, ad Canonicas refert definitiones.

p BAſilicarum Dedicatio initium à q Veteri Teſtamento dignoſcitur habuiſſe, ut plenius dixi *ſuprà. e. Con. in g. ver. legatus.* ibi *ſed nunquid ex Officio.*

l *Statuenda.* Quæ ſtatuta edita fuerunt præſidente iſto *Otho.* ne Legato in Octavis Sancti *Martini* in Eccleſia Sancti *Pauli* London Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſexto, ut patet in libro Chronicorum, qui dicitur, *flos hiſtoriarum. ſub anno iſto.* & hæc faciunt ad ea quæ dicam *infrà. e. Conſti. quoniam tabell. in fi.* Sed à quo tempore incipiunt Conſtitutiones coarctare *not. Hoſti. Extra. de conſti. c.* 2. & *Gui. Extra. de conſe. præ. c.*1. *in glo. ver. quia lapſus. li.* 6. *not. per Card.* & *di. co. li. de re. jur. ignorantia.* Vel dic, quòd Conſtitutio ſuper eo quod eſt malum in ſe ſimpliciter ligat etiam ignorantem. *ff. de jureju. cum qui.*§. *ſi injuria.* ſecus in eo quod tantum eſt malum, quia prohibitum, ut *eo. ti. l. idem.*§. *fi.* dum tamen ignorantia non ſit craſſa. *ff. de decre. ab or. faci. l. fi. no. in Spe.ti. de Conſti.* §. 1. *ver. pone ergo ſtatutum.* vel dic per *G. Extra. de conſti. c.* 2. *in fi.* Sed nunquid iſtis Conſtitutionibus idem ſtatuens ligetur? de iſto habetur per *Gui. Extra. de conſti. ut animarum. in g. ver. hoc habens. li.* 6. ubi de hoc multum tractatur. Et ſimiliter tenetur quòd ſic: cum ſit ſententia Canonis, ut ibi plenius notatur, quod tamen dic per *Hoſti. Extra. de ma.* & *obe. cum inferior. in prin.*

m *Certos articulos.* Ex hoc arguitur quòd in iſtis Conſtitutionibus ſicut in aliis voluminibus, allegandum eſt ſupra & infra, ut *no. Wil. Extra. in proœ.* §. *pe. in g. ver. ex quo. in Cle.* ſed tamen Rubricæ hic & in *decre.* non ſunt authenticæ: quia quædam ſunt falſæ, *no. Gui.* 9. *di. quis neſciat. ut no. Spe.ti. de diſput. in fi.* ſecus tamen eſt de Rubricis Decreti, & Juris Civilis, ut *no. Fo. An. poſt Vinc. Extra. in proœ. decret. ver. utantur.*

n *Digeri.* Aut dirigi.

o *Diſtingui.* Per diſtinctionem namque certam veritas plenius eluceſcit. *ar.* in hoc prudentis eſt diſtinguere, ac prudentibus ſub diſtinctione Reſpondere. *Extra. de rejcrip. ſuper his.* §. 1. & *c. cum contingat.* §. 1. *cum ſi.* *Veritas per diſtinctionem eluceſcit.*

p BAſilicarum. Hic propriè ſumitur *Baſilica* quæ nondum fuit conſecrata: ſed *Eccleſia* propriè vocatur poſt ejus conſecrationem, ut *no. Fo. An. Extra. de jure patro. nobis.* & *de immunit. Ec. c. pe.* Pluribus namque modis dicitur *Eccleſia.* Quandoque dicitur Oratorium, quandoque Baſilica, quandoque domus Dei ſeu Orationis, aliquando Templum, aliquando Tabernaculum Domini, ut *ſuprà in proœ. in prin.* & *ſatis no. Gui. Extra. de conſecra. Ec. vel altar. c.* 1. *poſt prin. li.* 6. diverſimodè ſumitur *Eccleſia*, ut dicam *infrà. in Conſti. Otho. ad tuitionem. in prin. Dedicatio.* Ad hanc materiam ſupplet venerabilis Legatus *infrà. in Conſti. Otho.* & *c. domus.* & addè quæ ibi notavi. *Baſilica.* *Eccleſiæ nota.*

q *A veteri Teſtamento. Exo.* 20. *c. in fi. de conſe. di.*1. *c.* 1. & 2.

& ca. ſicut non alii. & c. ſe. uſque ad c. ſolennitate. 1. & dicam *infrà. verſi. proximo in g. eo.*

a *Et in Novo.* ut in Capitulo prædicto, & *Extra. de conſe. ec. vel. al. c. unico.* licet opponatur *Extra. de offic. dele. ſuper quæſtionem.* per totum.

b *Eo dignius.* Nota minor ratio cedit majori. *C. de procur. exigendi.* & dignius trahit ad ſe minus dignum. *Extra. de præben. c. antepe. li. 6. & c. li. de conſe. Eccle. vel Altar. c. 1.* licet opponatur *Extra. de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. ſi vero.* ſed ibi minus dignum eſt Juris Cõmunis, ideo trahit ad ſe magis dignum quod ſit Juris ſpecialis: ut *no. ple. Card. Ext a. de Re. Fur. indultum. lib. 6.* & regulam tunc ſic intelligo, cum identitas ſubſtantiæ remanſerit non mutata. *Extra. de conſe ecclc. vel al. c. quòd in dubiis.* aliòquin ſecus, ut *Extra. ad celebr. miſ. cum Marthæ. §. quæſtiviſti enim. ver. præterea. ar. pro ſolu. ff. de rei ven. idem Pomponius. §. 1.*

isſe, [a] & in Novo eſt à patribus ſanctis obſervata; in quo eſt [b] eo dignius & ſtudioſiùs facienda, quo in illo tantùm offerebantur hoſtiæ [c] animalium mortuorum: in iſto verò [d] cœleſtis hoſtia viva, & vera, Chriſtus ſcilicet, unigenitus Dei filius, in altari [e] offertur pro nobis manibus Sacerdotis. [f] Quare ſtatuerunt providè Sancti Patres, [g] nè in aliis locis quàm dedicatis (niſi [h] neceſſitatis cauſâ) celebretur Officium tãm ſublime.

¶ [i] Porro quia [k] vidimus [l] per noſipſos, & à pleriſque audivimus, [m] tam ſalubre myſterium contemni, [n] vel ſaltem negligi à nonnullis, dum multas invenimus [o] Eccleſias, & aliquas [p] Cathedrales, quæ licet fuerint [q] ab antiquo conſtructæ, nondum tamen ſunt [r] ſantificationis Oleo conſecratæ.

¶ [s] Volentes huic tam [t] periculoſæ negligentiæ obviare, Statuimus, & ſtatuendo Præcipimus, ut omnes [u] Cathedrales, [x] Conventuales, & [y] Parochiales Eccleſiæ, quæ [z] perfectis

c *Animalium mortuorum.* Ut legitur in dicto *c. cum Marthæ. §. cæterum.* & ſic in honore n Dei mactabantur carnes alienæ, ſed per jugum obedientiæ mactatur caro propria: cùm melior eſt obedientia quàm victima: ut dicam *infrà. in Conſti. Otho. in proœ. in prin. ar. Extra. de ma. & obedientia. illud. ff. de re mili. l. 3. §. in bello. 89. diſtin. ad hoc.*

d *Cœleſtis hoſtia viva.* Cum omni reverentia & timore tractanda *Extra. de celebra. miſſa. c. ſane.* & dicto *c. cum Marthæ. §. 1. &* 2. ut pulchrè de hoc legitur *Extra. de reli. & ven. ſan. c. 1. in Cle.* & facit *infrà. in Conſti. Otho. c. ult.*

e *Offertur.* Abſit ergo quòd pollutis labiis, vel (quod deterius eſt) pectoribus, aut ſordidis manibus quivis Sacerdos ſe ingerat Altari, ubi ſalus humani generis indies victimatur. *Extra. de filiis preſ. cum decorem. in fi. ar. C. de re mili. cum ſuprà. li. 12. & ff. manda. l. ſi vero idem. §. adoleſcens.* Unde verſus. Tangere qui guadis mereticem, cur miſer audes Labris pollutis Regem tractare ſalutis.

f *Quare ſtatuerunt.* Ut *ſuprà* dixi *in prin. c. 1.*

g *Nè in aliis locis.* Expoſitio Judæorum in Veteri Teſtamento. 1. *Paralipo. 4. c. de con. di. 1. c. 1. §. judæi. & §. ſi enim.* ut dixi *ſupra eo. poſt prin.*

h *Neceſſitatis cauſa.* Putà infirmitatis vel hujuſmodi. *de con. di. 1. ſicut non alii. ff. de conſu. l. unica. §. ſi.* exigitur in hoc caſu honeſta cauſa, quali honeſtas vel decentia ſub neceſſitate includatur, *ar. Extra. de præbe. c. fi. li. 6.* Alias ergo ſecus, ut notat *Fo. An. Extra. de re li. c. 1. §. ſi. ver. in Eccleſia. in Cle.* unde tamen ſcias unicuique fidelium licitum eſſe in domo ſua Oratorium habere non ſacrum propria auctoritate, miſſas autem ibidem celebrare non ſic licet, niſi in caſu neceſſitatis ut hic, abſque licentia & conſenſu Epiſcopi. *de conſe. di 1. c. miſſa. & c. concedimus.* ubi de hoc, *no. & c. unicuique. & c. ſe. & ſe.* & hoc abſque præjudicio Matricis ſeu Parochialis Eccleſiæ. *infrà. in Con. Otho. gratia. 16. q. 1. quicunque.* de hoc *no. Inno. Extra. de conſti. c. ſi.* nec dicas dictos Canones abrogatos per aliquam conſuetudinem in contrarium, cum non valeat contra jus naturale quod in libro Veteris vel Novi Teſtamenti ad literam continetur: ut *le. & no. per Doc. Extra. de conſue. c. ſi. ar. 1. di. c. 1.* ſed hoc ſtatutum ortum habuit à lege Veteris Teſtamenti *ſuprà. e. in prin.* ergo ſequitur concluſio. 54. *diſtin. multos.*

An liceat habere capellam domi.

Ad literã.

i *Porro quia.* Secunda pars, in qua præmiſſo exordio ad materiam quam intendit prius accedit.

k *Vidimus.* Videmus natura, aſſicimus voluntate, intuemur cura, ut *no. Gui. in Roſar. 10. diſt. videt. in prin.*

Video. Aſſicio Intuco.

l *Per noſipſos.* Credendum eſt tali recordo ſeu Teſtimonio, ſic *Extra. de ma. & obe. omnes. Extra. de renun. c. 1. li. 6. Auth. de his quæ ingre. ad ap. §. ſi.* ibi *quæ omnia. Coll. 5.* ſic & recordo Regis ſimplici ſine Juramento: *ut le & no. per Hoſti. Extra. de dolo & contu. cum olim. §. 1. ver. regũ.* quod verum eſſe credo, cum erit recordatio deliberata & literatoria *ar.* in hoc quod *le. & no. 63. di. Salonitana. in fi. ver. cognovi.* unde executio ſententiæ principis ſuper animadverſione laræ uſque ad 30. diem propter deliberationẽ differenda eſt, ut ſic ſit locus miſericordiæ vel pœnitentiæ. 9. q. 3. *cum apud. in fi. C. de pœnis. l. ſi vindicari.* & tali recordo creditur, maximè ſi Superiori literatoriè tranſmittatur. 97. *di. nobiliſſimus.* de hoc dicam *infrà. c. Con. ad Elidendum. §. 1. & 2. in glo.*

Nota de recordo regis &c.

ſi, unde notatur iſtum judicare de hoc quòd ſibi innotuit tanquã privato. De hoc *infrà. c. con. uſum. § huic ergo. in ver. Conſtitut.* Sed certè licet non eſſet ſibi judicialiter notum, erit tamen notorium: ut hic ſequitur, *à pleriſque &c.* ſc. ſibi & aliis, & hoc ſufficit ut notat *Gui. Extra. de cenſi. rationa. §. pe. in glo. ſciendum eſt. li. 6.* maximè cum hoc ſit notorium actus permanentis: de quo dic per *Inno. Extra. de coha. cle. & mu. vera. in glo. fama.* Et hæc faciunt ad ea quæ *no. per Gui. Extra. de elec. ſi fortè. in glo. de evidenti. ante fi.* ibi faciunt iſta *li. 6. ſc. quod caſtratio defectus ſcientiæ &c.* profectiva melius probatur oculata fide quam Communi intelligentia verborum. *Inſti. de gradi. §. fi. ff. de minori. minor ex aſpectu. C. de cano. frumen. ur. ro. l. 1. li. 12.* Item hæc faciunt quòd liber debet oculis ſubjici, ſi propter vitium peratur reuhiberi. *ff. de feri. l. 2. §. fi. ff. ſi. regun. ſi irruptione. Inſtitu. de injur. §. in hoc.* nota judicem judicare poſſe ſecundum ſuã conſcientiam, de quo *no. Extra. de offi. or. c. 1. Auth. de manda. prin. §. ſit tibi. Coll. 3. no. de hoc C. qui & adverſos quos. l. 1.* dic ut ibi, *& 3. q. 7. judices. ff. de in lit. juran. l. 2. in fi.*

Nota quod poteſt judicare ſecundùm conſcientiam.

m *Tam ſalubre myſterium.* Scilicet oblationem cœleſtis hoſtiæ, aut dedicationem Templi.

n *Vel ſaltem negligi.* Nota Negligentiam parum à Contemptu differre, qd verũ videtur, quando ortum capit a culpa propria: tunc enim ſcientiæ & contemptui comparatur. Sic intelligo *glo. Extra. de ſupplen. negli. Præ. licet. in glo.* ſic *ar. Extra. qui ma. ac. poſ. cum in. Extra. de conceſ. præben. c. 1. in Cle. ff. de fideicom. liber. Gaius. §. ac ſi intra.* immo tunc negligentia dolo comparatur quandoque, ut *le. & no. per Fo. An. Extra. de ap. ab eo. in fi. li. 6. ff. ſi quis omiſſa cauteſta. l. 1. §. pe.* regulariter tamen minus punitur negligens, quam fraudulentus. *ar. ff. de admi. re. ad ci. per l. fi. §. pe. Item reſcripſerunt, nominum.* Sed quando neſcientia ortum & cauſam habet ex non diligentia alterius, tunc remanet impunita. *ff. de adult. denunciaße. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. denunciari.* ut plenius dicam *infrà. in Con. Otho. quam indecorum. §. nos aut. ver. quòd ſi.*

Negligentia. Contemptus.

o *Eccleſias.* Dic ut *ſuprà* in prima *glo.* hujus capituli.

p *Cathedrales.* Hoc magis deteſtabile videtur, ut hujuſmodi etiam Eccleſia ſic remaneat prophana, cum ibi ſit major populi Chriſtiani confluentia, & frequenter tractatur ibidem colendum myſterium antedictum. ergo &c. *Extra. de elec. ubi in prin. li. 6. ff. ad car. edic. l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de pœ. aut facta. §. ſi.* Non ergo debet conſecratio hujuſmodi Eccleſiæ retardari, cum aliquoties potius eam per aliquam humani ſanguinis effuſionem contingit pollui: nam hujuſmodi triſtem eventum lex non conſiderat nec expectat. *ff. de ver. ſig. inter. ſi pulantem. §. ſacram. ante ſi.* ibi, *caſum &c.*

q *Ab antiquo.* In delictis & negligentiis hæc allegatio improba reprobatur: cum plus accuſet, quam excuſet. *Extra. de conſue. cum tanto. cum ſi.* ibi *all. in illa glo.*

r *Sanctificationis oleo.* Quod tamen fieri debet, ut legitur *Extra. de ſacra unctione. c. 1. §. ungitur.*

ſ *Volentes.* Tertia pars continens ſtatutum.

t *Periculoſa.* Ut dixi *ſup à proxi. §.*

u *Cathedrales.* De quibus *Extra. de elec. cupientes. & c. quia ſæpe. li. 6.* & fundari debẽt in locis inſignibus. 80. *di. Epiſcopi. non in Caſtell.*

x *Conventuales.* De quibus *no. Extra. de jure pa. c. pe.* Et quæ ſit Conventualis vel Collegiata Eccleſia, dicit *Wil. in Extravag. ſuſcepti regiminis. §. 1. in prin.* quòd illa in qua ſunt duo, vel plures, tanquam unum corpus facientes. Tu dic ſigna Collegii vel Conventus. *ut no. Hoſt. Extra. de jure. pa. c. nobis. §. 1.* ſcilicet ſigillum Commune & ejus uſus. *Extra. de ap. ſignificavit.* Item prælati electio. *Auth. de ſanctiſſi. Epiſcopi. §. jubemus.* quod tamen dic per *Fo. An. Extra. de jure pa. poſtulaſti.* ubi de hoc tangit *Inno.* Item tractatus Communis. ut in capitulo *Extra. de proba. testio loco. de dona. inter dilectos. ff. de colle. illi. l. 1.* ibi, *ſed religionis cauſa.* Item arca Communis. *ff. quod cujuſq; uni. no. l. 1.* Item refectorium & dormitorium Commune ſi fuerint religioſi. *Extra. de ſtatu mo. cum ad monaſterium. cum ſi. de hoc infra. c. Con. quoniam tabellis. ver. capella.*

Indicia collegii aut conventus.

y *Parochiales.* De quibus *no. Gui. Extra. de elec. licet canon. li. 6.*

z *Perfectis partibus.* Perfectum dicitur cui nihil deeſt: ſed ex omnibus ſuis partibus conſtat. *ff. de ori. jur. l. 1. in prin. de pœ. di. 3.*

hoc

§. *hæc auctoritate.* ibi, *illud quod ex conſummatione contingit. ff. ad l. Falci. ſi ita qui.* §. *quadam.* Quid ergo ſi tantum deeſſent duo lapides, vel tres, vel alicujus anguli complexiones, an propter hoc retardaretur inceptio curſus biennalis, de quo hic fit mentio? Videtur quòd ſic: cùm ex hoc dicatur vere perfectum parietem non eſſe, ut jam dixi. *ar. C. ad Syll. in pœ. in fi. & ar. op. C. de diſtra. pig. l. quamdiu. cum l.* ibi allegata in *glo.* ibi, etiamſi modicum debitum ſit à retro, putà unus nummus, propter hoc ſolum durat jus diſtrahendi pignus obligatum pro debito. Sed contra: cum formam habeat ſubſtantialem, licet deficiat aliquod extrinſecum artificiale. *ff. de au. & ar. le. l. & ſi non ſunt.* §. *quid ergo.* immo videtur caſus: quia in ædificatione, vel domus reparatione modicæ non conſiderantur impenſæ. *ff. de impenſis in re. do. fac. l. Omni modo.* Credo hoc relinqui viri boni arbitrio, cum in hujuſmodi Eccleſiaſticis potius hic bona fides, quàm ſubtilitas attendatur. *ar. ff. de ſolu. l.* 1. §. 1. *de regu. juris. l. in perſonam.* §. *generaliter.* Pro contrariis vero dic, aut modicum concernit conſervationem totius, ut cautio præſtanda: tunc parvitas conſideratur. *ff. de ſol. l. etiam. ff. de tu. & cu. diſ.* 50. *ſi poſt. in prin.* Sic per retentionem unius nummi colonus interverteret meam poſſeſſionem in toto. *C. de agric. & cen. l. litibus. cum ſua materia. li.* 11. Secus tamen ſi illud modicum totalitatem non conſervat: ut in caſu quæſtionis, & dicta *l. omnino. ar. pro diſtin. ff. de fur. l. vulgaris.* 1 *reſponſo.*

parietibus ſunt conſtructæ [a] infra biennium [b] per Diœceſanos [c] Epiſcopos, [d] ad quos pertinent, [e] vel eorum auctoritate [f] per alios [g] conſecrentur; [h] ſicque infra ſimile tempus fiat in Eccleſiis [i] conſtruendis.

¶ [k] Et ne tam ſalubre [l] Myſterium ac Statutum [m] tranſeat in contemptum, [n] ſi loca hujuſmodi non fuerint infra biennium [o] à perfectionis tempore [p] dedicata, [q] à Miſſarum ſolenniis [r] uſque ad [s] Conſecrationem manere [t] Statuimus interdicta, [u] niſi aliquâ [x] cauſâ

Præſcriptionis tempora quæ ſint.

a *Infra biennium.* Continuum à tempore perfectionis, ſicut regulariter tempora præſcriptionum continua ſunt in progreſſu: ff. *de uſuc. nunquam.* §. *in uſucapionibus.* licet quoad ingreſſum quandoque utilia ſunt, ut notatur ff. *de diverſi. & temp. præſcrip. l.* 1. *in glo. pe.*

b *Per Diœceſanos.* 16. *q.* 5. quæ tractatur poſt quæſtionem in *c. ſi quis Epiſcoporum. & c. ſe. & c. lator.* in quibus dicitur Diœceſanus attento ſitu loci. *ar. in hoc quòd le. & not. per Jo. An. Extra. de elec. cum ex eo. ver. ſubjectas. li.* 6.

c *Epiſcopos.* 68. *di. quamvis. le. & no. Extra. de conſue. c. quanto. de offi. or. quòd ſedem. Extra. de conſe. ec. vel altar.* de qua notat bene *Hoſt. Extra. de offi. Archi. c. ul.* §. *ideoque. ver. duntaxat.*

d *Ad quos pertinent.* Nota hic de interpretatione relativa, de qua *no. per Jo. An. Extra. de judi. diſpendioſam. ver. decimis. in fi. in Cle.* Item facit ad hoc quod dicam *infrà. e. Con. licet adeo. ver. quæ.*

e *Vel eorum.* Sc. ut Diœceſanorum.

f *Per alios.* Sc. Epiſcopos, ut in *all. ſupra. e. Conſti. ver. Epiſcopos.* An & quando hic poſſunt hæc committi *no. Hoſt. & Jo. An. Extra. de elec. ſuffraganeis. in fi.* Item notant regulas de quibus dicam *infrà. e. Con. ſmotuit.* §. *& ſi ver. vel ſubmiſſas perſonas.* unde dic, ut ibi *ple. no.*

g *Conſecrentur.* Quo caſu hæc Conſecratio Eccleſiæ fieri debet *not. Hoſt. & Jo. An.* per verſus *Extra. de conſe. eccle. vel al. c. propoſuiſti. in fi.*

h *Sicque infrà ſimile tempus.* Biennale, ut prædicitur.

i *Conſtruendis.* Et ſic dat formam extenſivam futuris negotiis: quia hoc continetur in Conſtitutione expreſſè etiam in penetralibus. Non enim eſt extenſio, ubi omnino eſt ſimilis ratio, vel major. ff. *de his qui no. infa. l.* 2. *exercitium. ff. de ſervo cor. l. doli.* §. *ſi quis.* ut *no. Gui. in Roſa. de pœ. di.* 1. §. *penè idem. & no. Jo. An. Extra. de tem. ordi. ſæpe. li.* 6. *ver. Italiæ. ar. ff. de eden. quædam.* §. *nummularios. ff. de adult. l. ſi poſtulaverit.* §. *jubet. ver. ſed & ſi.* Nam cum ſit omnimoda ſimilis ratio, poteſt dici extenſio. *ar. l. cum glo. ff. de acqui. poſſ. l. ſi is qui animo.* ubi dicitur quòd ubi eſt eadem ratio, & omnimoda penitus ſimilitudo, impropriè dicitur extenſio: ſed ubi ſit extenſio ad caſum non omnimodo ſimilem, propriè dicitur extenſio: & ſic tollitur contrarium dicens, quòd eſt noſtram legem extendere. ff. *ſolu. ma ſi vero negotium.* §. *de viro.* quia hic non eſt extenſio: cum ſit omnino ſimilis ratio. ut *no. C. quæ ſit lon. conſuetu. l.* 1. in prima *glo. in fi. arg. Extra. de poſtula. ex parte.* & facit ad ea quæ dicam *infrà. e. Conſti. quòd in quodam. in glo. in ver. vicarii.*

Extenſio quando propriè dicitur.

k *Et ne.* Quarta pars adjiciens pœnam ſtatuto.

l *Myſterium.* Aliàs ſtatutum, & illa eſt melior litera.

m *Tranſeat in contemptum.* Hujuſmodi contemptus certam pœnam habet annexam, ut *infrà* ſequitur. Unde non dicam contravenientes peccare mortaliter: *ar. ff. de pœ. l ſanctio legum.* licèt aliàs, cum pœna nõ adjicitur, contemptores Canonis ſic peccare non dubitetur. *ut no. Card. Extra. de elec. generali. in gl. in ver. prohibemus.* Nota igitur quòd *qui facit. li.* 6. cum ſimilibus. Si ſit Canon localis tantum, *ar.* 11. *di. in his. in fi.* & de hoc *no. de treu. & pa. c.* 1. & *no. Gui. de conſec. præben. c. deteſtanda.* in *glo. no. verbum. li.* 6. immo tunc blaſphemare dicitur & peccare, etiam in Spiritum Sanctum, quando libenter & protervè Canones offendit. 25. *q.* 2. *violatores.* quod dic, ut *no. Car. Extra. de elec. cupientes.* §. *ſi vero. ver. priventur. li.* 6.

n *Si loca hujuſmodi.* Id eſt, Eccleſiæ Cathedrales, Conventuales, Parochiales. De quibus præmittitur *ſupra.* (*biennium.*

o *A perfectionis tempore.* Declarat illud quod ſupra dixit, *infra*

p *Dedicata.* Sic idem dicitur Conſecratum & Dedicatum in materia ſubjecta, patet *Inſti. de re. di.* §. *ſacra.*

q *A miſſarum.* Supple, ab aliorum Divinorum celebratione, facta attractione minoris ad majus, ut dixi *ſupra. e. in prin. in glo. non minor.* nam alioquin ſi impunè poſſent miniſteria cætera ſolenniter celebrari, ergo hoc vilesceret officium, quod eſſe non debet. *ar. Extra. de conſue. cum inter vos.* Item & pari paſſu ambulant Miſſa, & cætera officia Divina: *Extra. de ſen. exc. gravis. in Cle.* ſecus ſi uniformiter ſe non conſequerentur; tunc enim Interdictum vel Suſpenſio in uno, puta à Pontificalibus, vel ingreſſu Eccleſiæ, non verat executionem in aliis. ut no *Inno. & Hoſti. Extra. de conſue. cum dilectus. in glo. ver. ſuſpenſus. ple. per Wil. Extra. de æta. & quali. ut bi qui. in Cle.* Licet enim utroliber ſit interdictum fulminatum, tamen in ſecundo caſu unum uniformiter non ſequitur ad aliud, ſicut ſit in primo caſu. Sed licet per mutui dationem transferatur Dominium, tamen cum animo repetendi, & ſic deformiter reſpectu Donationis: quia ibi transfertur Dominium animo repetendi. Unde propter deformitatem impeditur tranſlatio Dominii: *ff. ſi certum pe. ſi ego.* ſed in donante & pecuniam creditam recipiente concurrit animus uniformiter, ſc. quia ſine ſpe repetendi utrobique, ideo tunc error non nocet tranſlationi Dominii. *ff. de acqui. re. do. l. cum in corpus.* quæ ſic planè poteſt diſſolvi à dicta *l.* contraria *ſi ego.* Cave tamen, quia quædam Divina Sacramenta tempore interdicti non denegantur; immo nec Miſſa ſine ſolennitate. *ar. Extra. de pœ. & re. quòd in te.* Unde hic ſignanter ſubjungit *ſolennis*, ſalva moderatione *Decret. e. ti. alma. li.* 6.

Interdicti tempore non neganda.

r *Uſque.* Id eſt, tamdiu, ut *no. Gui. Extra. de elec. quia ſæpe. ver. tamdiu.* De hoc dic, ſic quòd quando hæc dictio *uſque* refertur ad terminum ſeu ad metam, tunc ſtat excluſivè: *ff. de leg. 2. quidem.* ubi de hoc prima *gl. ff. de le. 3. patronus.* §. *Sempronio.* aut etiam ad negotia refertur, tunc ſtat excluſivè. *C. de ſpor. l. ſi.* de hoc notatur in *gl. Extra. de excep. pia. lib.* 6. Vel dic per *Gui. Extra. de reſcrip. 2. gratioſe. li.* 6. & facit ad hoc, quod *no. per Jo. An. & Gui. Extra. de præben. quamvis. 2. reſ. li.* 6. quia aliud eſt cum mandatur provideri impetranti uſque ad certam ſummam: quia tunc ſibi provideri poteſt, etiam de minori. Aliud vero dum ſcribitur ut provideatur de Beneficio tanti valoris vel ſummæ: nam tunc etiam forma mandati ſervanda eſt. *eo. titu. cui non de ſacerdotali. in* 6.

Uſque.

ſ *Conſecrationem.* Nota igitur hic, quòd præcepto Juris & Judicis ſemper parendum eſt, etiam lapſu termino, ut plenius dicam *infrà. e. Conſti. uſum.* §. 1. *in prin.* Sed cum ponitur terminus inter partes ad aliquid faciendum ſeu ſtatuendum, tunc regulariter poſt terminum evaneſcit obligatio: *Extra. de ſpon. ſignificavit.* ubi de hoc *no. Ho. ante ſi. ar. ff. in diem adjec. l.* 2. ſi tamen tacitè vel expreſſè agatur, & ultra terminum extendatur, tunc lapſus termini obligationem non tollit: ſed tunc ultima mora nocet. ff. *de peri. & commo. rei ven.* idem *ar. ff. de ver. obli. ſtipulationes non dividuntur.* §. *ſi quis. & l. ſi inſulam. & l. continuus.* §. *item qui. ſecundùm Hoſt. in dicto c. ſicut.*

t *Statutum interdicta.* Eſt ergo Canon latæ Sententiæ: unde caveat quilibet ibidem incongruè celebrans, ut notam irregularitatis non incurrat. *Extra. de ſen. exc. ſi qui.* §. *ſi qui vero. li.* 6. Quid autem eſt Interdictum? Dic, quòd eſt pœna qua ea, quæ ſunt ſacri miniſterii & Divini officii, per perſonas interdictas, vel in locis interdictis, vetantur: & dicitur de *interdico. cis.* idem eſt quòd *prohibere*, ut notat *Wil. Extra. de ſen. ex. c.* 1. *in Cle.* An igitur quilibet Divinis interexiſtens ſcienter tempore interdicti ſit irregularis? Diſtingue: aut quis intereſt celebrando in loco interdicto, & tunc ſic regulariter. *Extra. de ſen. ex. is qui.* §. *ſi. li.* 6. Aut ſimpliciter ibi audivit Divina ſolummodo interexiſtens & orans: tunc per hoc non incidit in irregularitatem, ut innuit *Hoſti. Extra. de ſen. ex. cum medicinalis.* in magna *glo. in fi. & Gui.* 6. *di. c.* 1. Aut quis in loco tali auctorizabiliter facit ſibi celebrari Divina: & talis etiam in irregularitatem non evadet, ut *Extra. de cle. excom. miniſtra. illud. in fi.* Tantum enim vel plus peccat auctorizans, ſicut & faciens. ut *le. & not. per Wil. Extra. de privile. c. fi. in gloſa. & ſic no. in Cle*

Interdicti.

u *Niſi.* De hac dictione dicam *infra e. Con. avaritiam. ver. niſi.*

x *Cauſa rationabili.* Pone exemplum per *Jo. An. Extra. de elec.*

quam

quam ſit. ver. impedimento. li. 6. puta, propter corporis infirmitatem tam ipſius, quàm Procuratoris, viarum diſcrimen, ſuperioris vocationem, ut ibi *no. ar. ff. ſi quis cau. l. 2. Extra. de ap. cum paratis. 44. di. ſi Epiſcopus. cum ſi.* Vel dic hoc aperiri *infrà. in Con. Otho. domus Dei. §. ſi. poſt prin.*

a *Excuſentur.* Intelligendum videtur, qd proteſtatio requiratur, ſicut in aliis caſibus, ubi jus per lapſum temporum negligentiam præſumit. *Extra. de app. c. 1. cum l. ibi alle. C. de bù qui per me. judi. non app. ù qui. cum ſi.* ibi *not.* licet poſſint non improbabiliter dici dicta Jura locum habere quoad interruptionem Juris alieni. *C. de rei ven. l. ſi fundi.* Sed ad continuationem Juris proprii ſufficere poſſibilitatem aptam excipiendi de impedimento, quando negligentiam hujuſmodi per Judicem vel per partes redargui contingit, ut hìc, *Extra. de elec. commiſſa. §. illum. in fi. li. 6.* Difficilior enim eſt interruptio Juris alieni, vel acquiſitio Juris novi, quàm continuatio Juris antiqui. *ar. ff. de ver. ob l. 1. in prin.* ibi, *neque infans,* quæ ſic vere diſſolvitur allegationibus contrariis. *ff. rem pu. ſal. fo. l. ſervum. ar. ff. de procuratoribus. l. procuratorem.*

rationabili [a] excuſentur.

¶ [b] Ad hæc [c] nec præſumant [d] Abbates aut [e] Eccleſiarum Rectores antiquas Eccleſias [f] conſecratas, [g] ſub prætextu [h] amplioris [i] vel pulchrioris fabricæ [k] faciendæ, diruere [l] abſque licentia diœceſani Epiſcopi & [m] conſenſu, præſenti [n] ſtatuto [o] diſtrictius inhibemus. [p] Diœceſanus verò [q] diligenter conſideret, an expediat dare licentiam vel negare: [r] & ſi dederit, [s] attendat & intendat ut opus quàm celerius [u] poterit [x] conſummetur [y] quod extendi ſtatuimus [z] ad jam cœpta. ¶ [a] De capellis vero minoribus nihil [b] novi duximus ſtatuendum [c] conſecrationes earum quando & qualiter fieri debeant, [d] definitionibus canonicis relinquentes.

---

b *Ad hæc.* Quinta pars, tacitum objectum prævidendo removens.

c Ne *præſumant.* Vitium *notat infrà ea. Conſti. licet adeo.*

d *Abbates.* Hoc dic reſpectu Conventualium Eccleſiarum, de quibus *ſuprà* dicitur.

e *Eccleſiarum Rectores.* Hoc reſpicit quod *ſuprà* dixit per *Otho.*

f *Conſecratas.* Ergo à contrario ſenſu videtur ſecus, ſi nunquàm fuiſſent Conſecratæ. Quod vere hic locum videtur habere, cum ſumatur ad deſtructionem cauſæ finalis, ut plenè dicam *infrà. c. Con. alicubi. §. quo dante. in prin. & c. contra latronum. verbo. locis fidelium.*

g *Sub prætextu.* Id eſt, occaſione. *C. de tranſactio. l. ſub prætextu. §. 1. & 2. in prin.* Secus tamen ſi juſta cauſa ſubeſſet, puta opulentia & magna populi confluentia: & tunc concurrentibus his quæ ſequuntur, ita quòd differentia dicatur inter occaſionem & cauſam: quia cauſa neceſſaria infert ſuum cauſatum, *ff. quando dies le. ce. l. hujuſmodi.* ſed occaſio non. Unde *Proverbiorum 17. c.* ſcribitur. Occaſionem quærit, qui vult recedere ab amico, ſicut in perſona mea febris quartana fuit occaſio citioris ſumptionis Ordinis Presbyteratus, necnon excitationis mei laboris, quoad compilationem præſentium gloſſarum. Cauſa quoque conſiſtit in jure, & eſt rationabilis. Occaſio verò conſiſtit in facto, & Communiter irrationabilis. ut *le. & no. Hoſti. Extra. de ma. & obe. ſolitæ. in prin.*

Occaſio, & cauſa differunt.

h *Amplioris.* Nota ceſſante cauſa non ceſſabit effectus: ſed certè hic non fuit cauſa ſed occaſio, ut dixi *ſuprà* in *gloſſa proxima.* Pro veritate tamen hujus brocardici, dic ut dicam *infrà. e. con. alicubi. §. 1.*

i *Vel pulchrioris fabricæ.* Nota ſub colore liciti non debere committi illicitum: ut *le. & no. per Card. Extra. de elect. avaritiæ. §. pe. li. 6.*

k *Faciendæ.* Nota de futuris contingentibus non eſt veritas determinanda. *ff. quando di. le. ce. l. hujuſmodi qui.*

l *Abſque licentia.* Licentia eſt conceſſa gratia, per quam licet licui quod antea non licebat. Et dicitur de *licco, ces. 14. q. 1. §. 1 in fi.* ibi, *Omnia mihi licent &c. Si* ergo licentia eſt gratia, igitur ſemel conceſſa, perpetuo habet durare. *Extra. de offi. dele. ſi ſuper. li. 6. c. li. de præben. ſi cui nulla.* Niſi ad certum uſum vel tempus conceſſio limitetur: *Extra. de commo. c. unico.* Item ſequitur, quòd tanquam favorabiliter eſt amplianda. *Extra. de re. juris. c. odia. li. 6.* per quod notat *Inno.* quòd licentia data alicui de eundo ad Scholas, vel quoad alias cauſas non expirat per obitum concedentis. *Extra. de cle. non reſi. cum ad hæc.* licet *gloſſa* ibi innuat contra. Sed non dubito quin ſemper ſucceſſor ex cauſa poſſit gratiam revocare, ut ibi *Extra. de elec. innotuit. & no. Gui. Extra. de elec. cum ea. li. 6.* Poteſt enim licentiatus recipere Ordines, & à quocunque Epiſcopo poſt mortem Epiſcopi concedentis promoveri. *ar.* præmiſſorum. Nunquid ergo Jure Communi omnia licent niſi ſint ſpecialiter prohibita? Dic quòd ſic, niſi lege naturali, puta, *non facias aliis quod &c. 1. di. c. 1. in fi.* vel alio præcepto Superioris ſit prohibitum; quia tunc propter bonum obedientiæ non licent. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. c. 1. reſ. in glo.* ut *leg. & not. per. Wil. Extra. de cle. c. ult. in Cle.*

Licentia.

Licentia quamdiu duret.

De ſeptem Sacramentis ut gratis conferantur.

Sacramenta Eccleſiæ ſunt gratis & ſine difficultate pure & devote exhibenda: quamobrem quot & quæ ſint, qui ordinari volent, præcipue interrogabuntur. Et jam ordinati, in conventibus decanatuum ſunt ab Archidiaconis ſuis diligentius erudiendi: ut quæ ab ipſo adminiſtranda ſunt decentius adminiſtrent.

¶ Summarium.

[e] SAcramenta [f] Eccleſiaſtica [g] in quibus [h] tanquam in vaſis cœleſtibus ſalutis remedia continentur: necnon Oleum Sanctificatum & Chriſma [i] a miniſtris

m *Conſenſu.* Reparatio enim Eccleſiarum ad curam & ſolicitudinem Epiſcopi pertinet. 10. q. 3. *unio. in prin. Auth. de ec. titu. §. ſi quis adificium. Coll. 9.*

n *Statuto.* Alias decreto.

o *Diſtrictius inhibemus.* Cum ergo non ſit certa pœna adjecta, contraveniens moraliter peccatur patet in his quæ dixi *ſuprà. c. conſti. §. & nc. in glo. hujus contemptus.* *Conſtitutionem ſuperioris violans mortaliter peccat.*

p *Diœceſanus vero.* Sexta pars, plenius providens futuris.

q *Diligenter conſideret.* Ut cavetur *de con. di. 1. nemo Eccleſiam.* per ea quæ *no. Jo. An. Extra. de ecclæ. ædi. c. 1. in fine.* adjiciens, quòd ſi malè conſideret, Appellationi locus eſt. *ff. de op. liber. ſi libertus juraverit.* hoc tenet *Jo. An.* poſt *Innoc. Extra. de ecclæ. ædifican. c. 2. ver. per* 5 *mittantur.*

r *Et ſi dederit. Sc.* hujuſmodi licentiam.

ſ *Attendat.* Quoad operis initium.

t *Et intendat.* Quantum ad operis executionem & progreſſum. *ar. ff. de judic. niſi quòd celerius. dic per glo. & Gui. Extra. de elec. quam ſit. ver. quam citius. li. 6.*

u *Poterit.* Commodè ut benè *not. 22. q. 2. faciat. & Extra. de elec. cupientes. §. 1. ver. commode.* per *Doctores. lib. 6.* Sed tamen ubi haberet obligationem antiquiorem matrem, ibi accipitur dictio *poterit*, ſcilicet, quandocunque, ſaltem habita ratione ne egeat obligatus, ſi clericus eſſet, ut *not. ff. de re. judi. miles.* de hoc *no. Extra. de ſol. Odoardus. prope fi. ff. de ver. ſig. nepos proculo. ar.* pro ſolutione *ff. de fal. l. ſi quis legatum. §. fi.* *Poſſum qualiter accipitur.*

x *Conſummetur.* Ut à tempore conſummationis infrà biennium conſecretur. *ſuprà. c. §. volentes. & §. ſe.*

y *Quod. Sc.* Diœceſanus *intendat ut opus, ſc.* ut proximum dictum eſt, vel poteſt referri ad ſuperiora.

z *Ad jam cœpta.* De hoc dixi *ſuprà. e. §. volentes. in gloſſa. & ſic dat.*

a *De capellis vero.* Septima pars.

b *Novi.* De antiquo Jure Capellarum Monachorum *no. 16. q. 2. in ſumma.*

c *Conſecrationes earum. Sc.* Capellarum.

d *Definitionibus.* Alias Diſtinctionibus Canonicis, *de conſe. diſt. 1. per totum*: ubi patet qualiter facienda ſit conſecratio, & *48. diſtin. Eccleſiis.* Et de dote Eccleſiarum conſecrandarum dic ut *le. & no. Extra. de conſe. eccle. vel alta. cum ſicut. 1. q. 2. placuit.* cum ſimilibus &c.

e *Sacramenta.* Hoc ſtatutum recitatur *infrà in Con. Otho. quoniam cæca.* & vide quæ ibi notantur. Et dicitur Sacramentum, quaſi ſacræ rei ſignum. *de con. di. 2. ſacrificium. & glo. de cele. miſſa. cum Marthæ.* *Sacramentum.*

f *Eccleſiaſtica.* De quibus legitur & *no. infra eadem Conſtitut. §. 1.*

g *In quibus.* Sc. Sacramentis.

h *Tanquàm.* Hæc dictio regulariter ſimilitudinem notat, non autem expreſſionem veritatis. ut *le. & not. Extra. de ma. & obe. ſolitæ. §. 1. in fi. ver. tanquam. & no. Cy. C. de hære. inſti. l. 1. & ibi glo.*

i *A miniſtris Eccleſiæ.* Quibuſcunque; *Extra. de ſim. c. 1.* ſive ſint Epiſcopi

Episcopi sive inferiores, de quorum gradibus distincte satis videre poteris 21. *di. cleros.*

a *Pure.* Id est, gratis & libere. 1. *q.* 1. *emendari.* ut sequitur, & plenius dicam. *infra. glo. ver. labe.* vel dic secundum *Pap.* pure. i. e. munde & nitide.

b *Qualibet.* Igitur hoc generaliter dictum ellige, ut notatur *Extra. de conjug. le. quoniam. in glo. pe no. be. di.* 2. *in glo. pe. C. de re. re. l.* 1. & hæc dicitur universalis simplex, sed alia dicitur universalis duplicativa. sicut *no. ff. ad tre. l. baliſta.*

c *Cupiditatis.* Hoc est vitium, & unum de mortalibus. 25. *di.* §. *alias. ver.* & *quamvis.*

d *Labe.* Id est, macula, vel vitiosa scabie, puta peccato, vel impressione violenta. Non ergo prohibetur quin liberaliter oblatum satis bene posset recipi sine peccato. 1. *q.* 1. *quicquam invisibilu. cum si.* 12. *q.* 2. *Charitatem. Extra. de præscrip. cum eu officii. ar. op. ff. de le.* 3. *fideicommissa.* §. *si rem. ante. si. & no. bene.* 1. *q.* 1. *emendari.* Caveat sibi hoc calu quicquid perens; si enim pro Officio, vel terra, vel sepultura exigat, succumbet: quia *Simoniacum* est. *Extra. de sepul. abolendæ.* & ibi notatur ver. *præsumant exigere per Hosti. ar. contra.* 1. *q.* 1. *nullus.* 13. *q.* 2. *quæsta. alias. justa.* unde nec tunc prodest consuetudo, ut hic sequitur *Extra. de Simo. non satis. in si. & c. se. ver. est expressum. & c. in tantum.* Si autem hoc petat expleto Officio; quia quilibet defunctus, vel installatus consuevit præstare tantum Presbytero seu Ecclesiæ: tunc obtinebit & juste hic exigit. Sic intellige quod notatur & legitur per *Inno. Extra. de si. ad Apostolicam* ibi, *textus planus. ar.* 10. *q.* 3. nec humeris. 2. *respon. & glo.* notabi l *de con. di.* 1. *omnis Christianus.* ut sic sit differentia in verbis, & modo petendi. *Extra. de censi. licet.* & dicit *Hostien.* infallibiliter hoc verum est in onere Laicorum respectu Ecclesiarum: in tantum, quòd etsi præstatio Laicorum tendat ad repletionem ventris Clericorum: nihilominus peti potest. Ut ipse notat *Extra. de si. jacobus.* Quod verum credo, non attenta inordinata ingluvie, sed jure Ecclesiæ. *ar. C. de libera. causa. l.* 1. & in eo quod *no. Car. Extra. de præben. si tibi. ver. nequibit. li. sexto.*

Simonia in cõmittatur si pro spirituali aliquid recipiatur.

e *Statuimus.* Perpetuitatem dignat. *Extra. de con. c.* 1. *& e. si. c.* 1. *& 2. li.* 6.

f *Præcipimus.* Et hoc ostendit, quòd non est statutum Concilii. Quod enim præcipitur, necesse est fieri. 14. *q.* 1. *quod præcipitur. ff. de verb. signi. l. verbum oportere.* quòd si non hat pœnam habet. *Extra. de ver. sig. in bis no. Wil. Extra. de sepul. c. ulti. in si. in cle.* Et est similis modus loquendi *supra. in con. prosi. infra. e. con. auditu. & c. quoniam. & c. licet. & c. se. & c. licet adeo. cum si.*

g *Exhiberi.* In Sacramentorum exhibitione non debet esse discrepantia à consuetudine *Romanæ* Ecclesiæ, ut satis *no. Extra. per Hosti. de cogna. spi. super eo.* §. 1. *in glo. hoc intelligas in si. no. glo. Extra. de temp. or. c.* 1. *ar. ad hæc Extra. de con. ec. vel al. aqua.* quod verum videtur in substantialibus eorum. 12. *di. omnia.* sed tamen in solennitatibus eorum consuetum usum non vitupero, ut *no. Hosti. Extra. de bap. c.* 1. *in si.* namque in his unaquæque Provincia suo sensu abundat. ut *no. Extra. de feriis. capellanus. in prin.* Quod totum intelligo per *Jo. An. Extra. de spon. c.* 1. quia omittere solennitatem, quæ instruat & reddat Ecclesiam certam, peccatum est; alias secus. Ut ibi plenius intelligit *no. per Inno.*

h *Nulla difficultate.* fixactiva, ut dixi *supra. ver. labe.* Vel dic pigritia: Sacerdotes namque segnes increpantur. *de pœ. dis.* 3. §. *inter hæc hircum. ver. inde trascitur.*

i *In eis.* Sc. Sacramentis.

Præteritum pro futuro quandoq; ponitur.

k *Adhibita.* Id est, adhibenda. Unde ponitur tempus præteritum pro futuro attento ultimo effectu executionis actus, sicut in procuratoriis dicitur *substitutum revocandi &c.* licet non dicatur substituendum revocandi. Valet tamen considerato eventu effectus, ut hic *ar. ff. man. l. si vero non remunerandi.* §. *si filiofamil. mandavero.* & dissolve contraria *ut ibi no.*

l *Prætextu.* De hoc dixi *supra. c. proximo super e. ver.*

m *Alicujus consuetudinis.* Et longissimæ. ut *Extra. de Si. c. cum in Ecclesia. cum si.* Nam quando veritate caret vetustas error est. 7. *di. consuetudo.* facit *Au. h. ut judi. sine quo. suffr.* §. *quanta. coll.* 2.

n *Quas.* Sc. Consuetudine.

o *Ea.* Sc. Sacramenta.

p *Recipiunt.* Ut ea recipiant.

q *Aliquibus.* Locis, officiis, vel ministris præterea hujus consuetudinis exactivæ. ut dixi *supra. ver. labe.*

r *Aliqua.* Scilicet solidum argenti, denarius, vel aliud. *Extra. de si. ea qua.* 1. *q.* 1. *placuit. ver. nullus. & c. se. & facit.* 1. *q.* 1. *quicquid.*

f *Sacramenta.* Secunda pars per se patens.

t *Principalia.* De quibus legitur & notatur qualiter quædam sunt necessitatis, quædam voluntatis. 1. *q.* 1. §. *sed notandum. Extra. de transac. veniens. Extra. de conjug. servo. c. dignum. per glo. Host.* & dicam *infra. in Consti. Otho. ingredientibus.* 1. *ref. ver. janua.* quæ Sacramenta omnia virtutem habent, & efficaciam à passione Christi. Licet specialiter duo signata sunt, sc. Pœnitentia in sanguine, Baptismus in aqua. ut *no. Wil. de sum. tri. c.* 1. *ver. formentur. in cle.*

Sacramenta sunt duplicia.

u *Propter simpliciores.* Ergo lex parcit simpliciatati. *ff. de jurisdi. om. ju. si quis id quod.* §. *doli.* de hoc dicam *infra. e. consti. ad elidendum. ver. simplicitas.*

x *Baptismus &c.* Ut notatur in *glo.* ad quas remisi *supra* in principio hujus §. & hæc Sacramenta distinguit *Host.* per versum qui sequitur, *Abluo, firmo, cibo, piget, uxor, & ordinat, ungit. Abluo,* i. e. Baptismus. *Firmo,* i. e. confirmatio. *Cibo,* i. e. Eucharistia. Ab eo quod est bonum, & χάρις quod est gratia. 24. *di. acolythus. Piget,* id est, pœnitentia. Quid vero sit pœnitentia patet per *Aug. de pœ. di.* 1. §. *quicunque. in si. cum* §. *se. Vxor,* id est, Matrimonium. *Ordinatis.* ordo, *Ungit,* id est, extrema unctio. De qua satis remittit *Wil. Extra. de privile. c.* 1. *in prin. in cle.* Ordo voluntatis chorus est, dant quinque necesse. ut ipse *no. in sum. de sacra. non inter.* §. *quot sunt species. & Extra. eo. titu. c.* 1.

Sacramentalia sunt se partem

y *Quorum.* Sc. Sacramentorum.

z *Diffusius.* Habent enim se jura canonica omnia saltem pro magna parte ad hæc Sacramenta præambula & consequentia ad ea in *decre.* per totum. & per versus quos *no. Hosti. in si proœmii.* Et talia sapiunt quodammodo naturam Sacramentorum: sed differunt à Sacramentis prædictis. Sacramentalia dicuntur, ut est panis benedictus; aqua benedicta, & hujusmodi. Sic alias dicitur de novali, de claustrali, & hujusmodi. *Extra. de ver. sig. quod per novale. Extra. de rescrip. & si. principali. in cle.* Alio modo sumitur Sacramentale prout distinguitur à Cæremoniali, scilicet de re Sacramenti large sumpti. *ut no. Gui.* 1. *q.* 1. *multi.* ut bene *no.* 6. *di. bis ista respondetur.* Tertio dicitur Sacramentale locus ubi Sacramenta continentur, tractantur, & scribuntur. Prout *Wil.* frequenter remittit ad Sacramentale suum. *Extra. de sepul. dudum in si. in cle. de sen. excom. c.* 1. §. 1.

Sacramentale tripliciter sumitur.

a *Tractatum & plenius ordinatum.* Hæc ergo non sunt eadem, sed se habent sicut dispositiones & dispositum. ut alias notat *Inno. difficulter. de judicio rescindenti & rescissorio. Extra. de resti. in integrum. cum ex literis. ar. ff. quando di. le. ce. l. hujusmodi.*

b *Sed quia.* Tertia pars. Non est leve, immo summe difficile, cum potius sit divinitatis quàm humanitatis. *C. de vete. jure enu. l.* 2. §. *si quis autem.*

c *Gyrare.* Id est, volvere huc & illuc. *infra. ea. con. cum sit ars in prin.* 1. *ref.*

Medicus tripliciter in culpa reperitur

d *Medicinale officium.* Tribus autem modis reperitur medicus in culpa. Primo ante factum. Puta quando intromittit se de eo quod ignorat, ut hic: nam ita peritus debet esse in regulis artis Physicæ & singulis ægritudinibus, ut præterita præsentia & futura prænosticet aperte secundum *Hpprocratem* in prologo *Prognosticorum.* Secundo in ipso facto: quia licet sapiens sit medicus & eruditus, tamen insipienter agit non sequendo artem, sed experimenta nova & minus experta, ac propriam voluntatem. Tertio ex postfacto: quia licet eruditus sit & juxta artem fuerit operatus, non tamen versatur circa custodiam infirmi diligenter. Puta quia non dixit infirmo quid assumeret post potationem Syrupi. Et hæc tria dicta probantur & notantur per *Hosti. & Jo. An. Extra. de ætate. & qualis. ordi. ad aures.* facit quod legitur *c. no.* 83. *di.* §. 1.

e *Gravè.* Supple *est. ar. ff. de offi. præsi. illicitas.* §. *sicuti.*

f *In susceptione.* Nam turpius ejicitur quam non admittitur hospes; *Extra. de jurejur. quemadmodum.*

g *Curæ animarum.* Adinstar medici corporalis, de quo præmittitur *ar. de ætate. & qualis. eam te. Extra. de elect. licet canon. li.* 6. de hoc legitur & notatur *Extra. de renunci. nisi cum pridem.* §. *pro defectu.*

a *Examinentur.* Ut legitur & notatur *infrà. e. Con. facer ordo.*

b *De his.* Sc. Sacramentis.

c *Præcipue.* Quia circa ea indies versatur eorum Officium. *ff. de ori. Furis, l. 2. §. cumque eum. ver. nam fertur eum.* & dicetur *infrà.* in dicto *c. facer ordo.*

d *In singulis.* Divisim universitatem designat: *Extra. de sta. mo. in singulis. in prin. ff. de excep. rei judi. singulis.* sed dictio *omne*, significationem sumit conjunctim ab universo: ut patet *ff. de re. du. l. si quis ducenta. §. utrum.*

Singuli & omnes differunt,

e *Conventibus.* i.e. Congregationibus Capitularibus, ubi simul Rectores, Vicarii, & Sacerdotes Parochiales conveniunt.

f *Decanatuum suorum.* Non *ar.* quòd Decanatus rurales, & per consequens Decani ibi, præfecti sunt ipsorum Archidiaconorum: sed certè salva consuetudine locorum tam præfici debent Decani tales, quàm etiam amoveri per Episcopum & Archidiaconum simul de Jure. Ut patet *Extra. de offi. Archid. c. ad hæc. §. si.*

g *Sacerdotes.* Accusativi casus.

h *In his.* Sc. Sacramentis.

i *Maximè.* Dic ut *supra. e. ver. præcipuè.*

k *Studeant.* Sc. Archidiaconi, quod est *supra.*

l *Erudire.* Activè, i.e. conformare: nam & informando erudio, & addisco. *ff. de le. 3. legatis. §. ornatricibus.* Talis enim informatio competit Prælatis respectu subditorum, non nimis rigida aspera vel repentina increpatio, ab initio. Patet 10. *q. 1. placuit.* ubi etiam patet quòd divisim Clerus, & populus est visitandus.

m *Docentes.* Sc. Arcidiaconi.

n *Eos.* Scilicet Sacerdotes.

o *Qualiter.* Modum, & formam considerent. *Extra. de accusa. qualiter. in prin.*

Quia addere jubemur certiùs est in textu non esse eucharistiam &c.

p *Matrimonium.* Adde etiam Eucharistiã, & extremam Unctionem: nam de his quinque Sacramentis se intromittunt Sacerdotes inferiores, ut *no. Hosti. in summa. de sacra. non iteran. §. quot sunt species. & §. penult.* Sed de Ordine, & confirmatione in fronte, non, ut in alio superiori *c. proxi. §. volentes. ver. Episcopos.*

q *Debeant.* Sc. Sacerdotes.

r *Habere.* De hoc *infra. c. proximo. de temporibus solenniter celebrandi baptismum.*

De Baptismo, & forma Baptizandi.

¶ Summarium.

Ad Baptismum solemniter celebrandum, licet duo deputata sunt Sabbata, nihil tamen prohibet etiam illis, si opus fuerit, pueros Baptizare. Idque ut faciant, admonendi per prædicationem publicam sunt, qui per errorem secus senserint. Ut verò periculo occurratur, & Baptizatio ritè etiam, si necesse fuerit, à Laicis fiat, exponenda est illis à Sacerdotibus Parochialibus Baptizandi forma, & verba, quæ an ritè fuerint servata

---

s AD *Baptismum.* Ad istam suppletur *infrà. in Con. Otho. Ingredientibus.* Et ibi vide quod ibi notatur. Scias autem, quòd multiplex est *Baptismus*, sc. fluminis, sanguinis, & flaminis. ut *no. 15. q. 1. firmissimè. de consec. di. 4. baptismi. & no. Extra. de presb. non bap. missit. ad Apostolicam.* in principio.

Baptismus est triplex.

t *Solenniter.* Quoniã baptismus statuitur duobus temporibus Anni hic sequentibus: sed non solenniter potest fieri, etiam aliis Festis & diebus quibuscunque, saltem necessitate vel periculo instante. *de consec. distin. 4. bi. & c. in necessitate.* cum similibus. *& infrà. §. fi.*

Baptismus quo tempore ministrari debet.

u *A sacris canonibus. de consec. di. 4. duo tempora.* cum *c. sc.* usque ad *c. constat.* cum similibus.

x *Propter ministerium* Ut facit *de consec. di. 4. proprie.* facit *Extra. de accusa. veniens. §. 1.*

y *In partibus istis.* Sc. *Anglicanis.*

z *Diabolica.* Ut patet de hujusmodi Sortilegiis, Auguriis, Auspiciis, incantationibus Dæmonum, & aliis multipliciter male credentibus. In hoc quod legitur & notatur 17. *q. 2.* per totum. Cum sequenti, usque ad 6. *quæstionem.* & *C. de hæreti. per totum.* usque ad *ti. de his qui ad ec. confu.* & de pœna eorum legitur & notatur 16. *q. 4. non licet. & c. pervenit. cum c. sc. & sc.*

a *Ut audivimus.* Multorum clamore referente. 2. *q. 1. Deus Omnipotens.* & hoc est justa causa statutum condendi, ut notat *Gui. de consti. ut animarum.* in *glo. hic habes. li. 6.*

b *Decepti.* Et hoc verè, cum peccent in fide, quæ est fundamentum Christianæ Religionis. Ut colligitur & notatur super Rubrica *de sum. tri.* quo labefacto necesse est totum superædificatũ boni operis corruere. *Extra. de pres. non bap. miniſtran. veniens. §. 1. q. 1. cum Paulus.* dixi *supra. e. Con. in procè. post prin.*

Fides est fundamentum Religionis Christianæ.

c *Periculum.* Forsan mortis cito venturæ puero, vel infortunii alterius.

d *Suspicantur.* Alias opinantur, sc. & male. Et nota, malum præteritum refricari, quod puto meritorium, ut detestentur evitationem: *ar.* in hoc quod *leg. & no. Extra. de procuratio. c. 1. ver. cautiores.* sed damnabile est eorum reminiscí ad delectationem. Sic intelligitur quod notatur 7. *q. 1. denique. ad fi. ver. memoriale.* unde versus. *Et prodest & obest semper meminisse malorum. Si delectet obest, prodest si pœnitet horũ. depoc. di. 3. Judas pœnituit. in fi.*

e *Præfatis diebus.* Sc. Sabbatis.

f *Pueri.* A *puritate* dicti. Dicitur autem puer per nativitatem, ut cantat Ecclesia, *Puer natus est nobis.* Item per obsequiũ, & fidei puritatem, juxta illud quod scribitur *Matth. 12. Hic est puer meus.* sic accipitur 22. *q. 2. si quælibet. §. Abraham. in prin.* Item per ætatẽ. *ff. de postu. l. 1. §. puericia.* ut notat *Gui* in dicto *§. Abrahã.* Aliquando aliter sumitur puer. *ff. de ver. sig. l. pueri.*

Puer dicitur multipliciter,

g *Quod.* Scil. periculum ex hoc provenire.

h *Arbitrari.* i.e. Opinari.

i *Metuere.* Scil. timere.

k *Sanæ fidei.* Quæ in soliditate consistere debet. *Extra. de sum. Tri. c. 1. in prin.* ut dixi *supra. e. Consti. in procè. §. 1. ver. fortiter.*

l *Meritis.* Bene dicit, ex fide namq; præmia meritoria donantur. ut *no. Jo. An. super Rubrica. Extra. de sen. excõ. super magna glo.* Est enim fides per quã anima vivificatur per gratiam. *Abacuc. 2. c. justus autem ex fide sua vivit.* Ipsa est per quã anima à peccatis purgatur. Ut scribitur *Luc. 15. c. fide purificans corda eorum. Prover. 15. c. per misericordiã & fidem purgantur peccata.* Ipsa est per quam anima Deo desponsatur. *Ose. 2. sponsabo te mihi in fide.* Ipsa est per quam homines in filios Dei adoptantur. *Jo. 1. c. dedit eis potestatẽ filios Dei fieri bis qui credunt.* Ipsa est per quam homines vitæ æternæ braviũ consequuntur. *Jo. 1. c. ut eos qui vident filium, & credunt in eum, habeant vitã æternam.* Ipsa est per quam ad Deum accedatur. ad *Hebr. 11. c. accedentẽ ad eum oportet credere.* Ipsa est per quam anima Justitia ornatur. *ad Ro. 3. c. justitia autem Dei est per fidem Jesu Christi.*

Fides multa bona facit,

m *Adversatur.* Id est, Contrariatur.

n *Et manifestè* i.e. Præsumptione Juris, & de Jure. *ar. Extra. de spon. is qui fidem. C. de rei ux. ac. l. unica. §. 1.* & facit ad illud quod notat *Car. Extra. de re. jur. qui per alium. li. 6.* de quo plenius dicam *infrà. Con. Otho. ad tutelam. §. ad hæc cum.*

o *Summus Pontifex.* Hoc patet, *de consec. di. 4. duo tempora. cum c. sc.* & usque ad Capitulum *constat.* Non *ar.* ergo ab auctoritate, sive ab expositione majoris. *di. nolite. & c. fi. de crimi. sac. l. 2. Insti. de Jure na. §. sed quod princi.*

p *Solennizet.* De facto, & hæc est secunda ratio, quòd ipse Papa decipi non possit post certam suam scientiam. *ar. Extra. de consti. c. 1. li. 6. C. de testa. l. omnium.* (dem hæreticam.

q *Et in aliis mundi partibus.* Tertia ratio ad probandam dictã si-

r *Servent Ecclesiæ.* Ergo ad fidem Catholicorũ sufficit auctoritas Ecclesiæ. 11. *dis. Catholica.* & *c. sc.* cum Ecclesia vix errare possit. 19. *di. si Romanorum. 21. di. §. nunc autem. cum simil.*

f *Quare.* Secunda pars continens statutum.

t *Præcipimus.* De hoc dixi *supra.* capitulo proximo super *eo. ver.*

u *A tanto errore.* Juris sc. Naturalis. 1. *di. Jus naturale.*

x *Frequenti.* Non sint igitur Prælati tepidi, sed jugiter laborãtes, ut dicam *infrà. c. Con. licet ad profugandum.* & expone ut *infrà. proxi. §. ver. frequenter.*

y *Avertatur.* Actum contrarium exercendo, & sic per contrarium moribus bene curatur. *ar. ff. de Reg. Fur. nihil tam naturale.*

z *Ad solennizandum.* Sed nunquid solennizatio hujusmodi per

unum

tum Presbyterum inchoata, eo impedito, per alium Presbyterum poſſit ſuppleri? dic, ut bene *no. 7. q. 1. nihil.*

a *Inducantur.* Eſt enim neceſſaria tanta Inductio, ubi in peccato reperitur populoſa multitudo: ut dicam *infrà e. Conſti. cum laicis.*

b *Statuimus.* Tertia pars.

c *Parochiales Presbyteri.* Propè ſtat litera juxta uſum Regni pro his, qui vice & loco Rectorũ hujuſmodi Baptiſmi miniſterium exercent. Vel poteſt intelligi ſecundùm Jura de ipſo Rectore vel Vicario perpetuo, qui proprio Jure à tempore Inſtitutionis Curam Parochiæ gerit. *21. dist. in novo. in fi. Extra. de offi. ordi. c. 2.*

d *Formam.* Sc. Evangelicam, *Matthæi ult. ſc. euntes Baptizate omne Gentes, in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* ut *no. de conſe. di. 4. in ſumma.* & patet in *c. quoniam multi. in fi. & c. ſe. Extra. de bap. debitum.* & hæc Forma eſt exacte ſervanda, ut dicantur verba explicitè, ut prædixi: nec ſufficit dicere implicitè, *Baptizo Te in Nomine Patris* & ibi ſatis notatur, quod dic ut plene *no. Jo. An. Extra. de bap. c. 1.* & adde quod dicam *infrà. ver. exponant.* & quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. ingredientibus. §. 1. ver. in forma.* Duo verò patent eſſe neceſſaria in Baptiſmo, ſcilicet Forma prædicta, & Elementum aquæ. *Extra. de bap. c. pe.* ſine quibus duobus non dicitur habere Baptiſmum. De effectu Baptiſmi, & quid tribuit Baptizato, *le. & no. de bap. majores. §. caute. cum ſe.* quod hodie *plenè. & no. Extra. de ſum. tri. c. 1. §. fi. in Cle.* & dicam in *Conſti. Otho. in ca. all. ſuprà. in prin. hujus c.*

Baptiſmi forma.

e *Diligenter.* Non ergo perfunctoriè, ut *no. Gui. Extra. de eo qui mit. in poſ. ca. rei ſerva. c. 1. in fi. li. 6.* Et ſic nota veram veritatem ad Studioſos pervenire Studio diligenti, *ar. ff. quæ in frau. cre. pupi. in fi.* ergò à contrario à negligentibus & deſidibus te deviare & divertere. *ar. Extra. de præſcrip. c. vigilanti.* ut *not. Extra. e. ti. c. 1. primo reſpon. in Cle.* de hoc *no. Extra. de offi. cuſto. c. 1.* Et adverte, pro hujus materiæ majori declaratione, quòd non ſufficit diu in ſcholis fuiſſe, ſed laudabiliter vixiſſe. *12. q. 2. gloria Epiſcopi. in fi.* & ibi fit mentio de *Socrate Thebano* quodam diviſſimo, qui cum ad Philoſophandum *Athenas* pergeret, magnum Auri pondus in mare projecit; neque putavit ſe poſſe & virtutes & divitias ſimul poſſidere. Neque in modico tempore poteſt quiſ multum diſcere. *48. diſtin. §. 1.* Et ibi habetur, quòd momentaneus Sacerdos neſcit humilitatem obſervare, & modos perſonarum vel ſeſe contemnere. In arrogantiam enim, quæ eſt ruina Diaboli, incidunt, qui in puncto horæ necdum Diſcipuli ſunt Magiſtri. Longo ſiquidem tempore opus eſt ad perfectionem conquirendam, ut patet in *c. Epiſcopi. 24. diſtt. Auth. quomodo oport. epi. §. ſanctimus. Colla. 1.* Et cum grave ſit inexpertos hominum obſequiis ſociari, multo gravius eſt tales ad Dei ſervitium applicare. *c. Monaſteriis. 19. q. 3.* Et qui plurimo probantur tempore, tam verbo fidei quòd rectæ converſationis exemplo, hi aliis in ordine & dignitate præferendi ſunt; cum valde iniquum ſit imperitos Magiſtris, Novos Antiquis, & rudes emeritis præferri. *61. diſt. c. ſtatuimus. 75. diſtin. c. fi.* Conquiratur igitur literarum ſcientia diligenti Studio cum multiplici elucubratione; quia nemo repente fit ſummus; ſed in bona converſatione, quæ ſine charitate nulla eſt, a minimis quiſque inchoat, ut ad magna perveniat. *c. charitas. §. hæc quæ de charitate de pœniten. diſt. 2.* Et cum in omni Scientia hujuſmodi impiger labor neceſſarius videatur; longe tamen major pro Juris utriuſque notitia debet adhiberi; quia ſcriptum eſt, quòd vigilantibus & non dormientibus Jura ſubveniunt. *ff. de bis quæ in frau. credi. l. pupillus. in fi. & l. qui autem. §. ſciendum. e. ti.* notatur *Inſti. in proœmio. §. quorum utramque an ver. cum ſummis vigiliis. glo. in c. tum ex literis. Extra. de in integ. reſti.* cum multis aliis ſimilibus *in ver. inſtructus.*

Additio ſingularis.

Scientia magna quæ num tempus requirit.

f *Addiſcentes.* Et hoc miniſterium diligentiſſimè exercentes propter pœnam *de conſecra. diſtin. 4. quicunque. 1. q. 1. placuit. ver. ut ut in ſuque in fi.* Item caveant propter pœnam, ne aliquis moriatur ſine Confeſſione, & viatico per culpam eorum. *Extra. de offi. Archipresby. c officium. §. debet.*

g *Eam.* Scilicet formam Baptiſmi.

h *Parochianis ſuis.* Hic arguit quòd hic loquitur de ipſo Presbytero Curato: quod dic, ut dixi *ſupra. e. §. in prin.*

i *Frequenter.* Videtur quòd ſufficiant duæ partes. *ar. Extra. de ſe. & bo. cle. monaſteria. ver. frequentare.* tu expone, id eſt, quoties opus fuerit, attenta ruditate, & labilitate memoriæ hujuſmodi Parochianorum. *ar. ff. de eden. l. relati. cum fi.* legis præcedentis. Ubi ſic exponitur dictio, *iterum*, cum illa littera ſit magis reſtrictiva, quàm dictio *frequenter*, dum pueros ſuos ſtudioſiùs a inducantur. ¶ b Statuimus inſuper, ut c Parochiales Presbyteri d formam Baptiſmi e diligenter f addiſcentes, g eam h Parochianis ſuis i frequenter k diebus Dominicis l exponant m in vulgari; n ut ſi articulus neceſſitatis emergat, o quo p ipſos q aliquem Baptizare r oporteat, ſ eam t ſciant multiplicationem denotans, ut patet ex duabus legibus junctis. *ff. quibus mo. uſus amitta.* ſicut in *prin. ff. de le. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. no. infrà. e. conſti. de acd. §. ſi.*

k *Diebus Dominicis.* Nam tunc communius conveniunt populi ad Eccleſiam, & juxta morem patriæ de cæteris agendis pro animarum ſuarum ſalute, tunc curioſius inſtruuntur. *Extra. de ſpon. ex literis.*

l *Exponant.* Quamlibet dictionem hujus formæ ponderando, non omittendo unam, nec etiam hoc pronomen *te*, licet omiſſio pronominis, ego non vitiet; cum ſubintelligatur, ut *no. de conſe. diſt. 4. in ſynodo.* plenius notat *Inno. Extra. de bap. ſi quis pueram.* circa medium *ſuæ gloſſæ.* & dixi *ſuprà. e. §. in glo. ſc.* Eſt igitur forma Baptiſmi ita de neceſſitate. *Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* tamen ſi illud pronomen *ego* dimittatur (ut jam dictum eſt) non nocet: cum facile ſubaudiri poſſit per verbum *Baptizo.* Et ſunt nomina trium Perſonarum Trinitatis exprimenda. Sed contra hoc opponitur *de c. a quodam. de conſe. di. 4.* ubi dicitur, quòd Baptiſmus poteſt miniſtrari in nomine Trinitatis, vel in nomine Chriſti: igitur videtur quod non ſit neceſſarium Perſonas exprimere. Solutio, illa litera *Trinitatis* intelligitur explicite. Nec hodie licet, neque licuit olim, baptizare in nomine Trinitatis, niſi explicitè, ut jam tactum eſt.

m *In vulgari.* In idiomate, vel lingua populari illius patriæ, *ar.* in hoc quod dicam *infra. e. Conſti. cum ſit ars. §. 1. ver. doctrinam.* non enim refert an lingua *Græca*, an *Anglicana*, vel alia, fiat Baptiſmatio inter Laicos: clerici tamen formæ prædictæ lingua *Latina* ſemper inhærere debent, alias præſumitur contra eos, quòd errorem inducere vellent. ut notat *Imno. Extra. de bap. c. ulti.*

n *Ut ſi articulus neceſſitatis.* Ut dixi *ſupra. e. Conſti. 1. reſpon. ver. olenniter.* patet *de conſe. di. 4. qui. & c. in neceſſitate.* tunc enim ſecus, & *di. 4. conſtat. 1. q. 1. quod quidam. poſt prin. 31. q. 1. ad licentiam.* Et dic *neceſſitatem* ſive pueri Baptizandi fortè in mortis articulo conſtituti, *5. di. Baptizari.* ſive periculum deferentium puerum: ut quia eſt hoſtilitas vel locus obſeſſus. *de conſe. di. 4. bi qui.* alias ſecus, niſi circumſcripta neceſſitate, nam tunc videtur laicus uſurpare Divinum Officium & graviter puniretur: tenet tamen collatio Sacramenti. *1. q. 1. quicquam. 29. q. 1. ad limina.* ſecundùm *Augu.* aliàs eſt ſemper puer Baptizandus, non in domibus privatis, ſed in fonte Eccleſiæ Baptiſmalis, Regum vel Principum filiis tamen exceptis. *Extra. de bap. præſenti.* & ibi notat *Jo. An. ver. periculo. in Cle.* Sed nunquid in Sacramento Pœnitentiæ ſit idem, ut ſcil. abſolvat Laicus in caſu neceſſitatis? *glo.* dicit quòd ſic. *Extra. de offi. or. c. paſtoralis. in glo. quo caſu.* ſed *Hoſti.* ibi & *Jo. An.* contra: niſi quoad notificandum Eccleſiæ ſigna contritionis ipſius Pœnitentis, cum Laicis claves Eccleſiæ non ſunt commiſſæ, ut ibi notatur. Qua opinione ſuppoſita quærenda reſtat ratio diverſitatis inter Præſtationem unius Sacramenti, & alterius. Et certè conſideratis his quæ frequentius accidunt, *ff. de leg. nam ad ea.* ſc. quòd infantes quorum ætas non intelligit quid agit; *C. de fal. mo. l. 1. §. pe.* communiter in primordiis baptizantur, niſi in caſu neceſſitatis per quemcunque, etiam Laicum, impendi poſſit; cum ibi non adſit fides Baptizari repugnantis ætate infantuli, aliàs multæ animæ periclitarentur. Sed in humana abſolutione pœnitentis non imminet tantum periculum, cùm ſola contritione pœnitentis totum peccatum remitti non ambigitur: ut in *Pſal. Beati quorum. ver. dixi confitebor &c.* & in *Evan. Lucæ. 17. Dum irent mundati ſunt. de pœ. diſtin. 6. §. 1.* ubi promptius eſt periculum, ibi celerius eſt occurrendum. *ff. de no oper. nunci. de pupilla. §. præterea. ff. de dam. infec. l. 1.* Sed certe hæc ratio non eſt generalis, cùm Baptizentur quandoque tàm parvuli, quàm adulti, qui animi diſcretionem habent. *ar.* quod legitur & notatur *Extra. de ſum. tri. c. 1. §. 1. & ulti. in Cle.* Unde adultum ita poſſet ſalvare fides in loco Baptiſmi: ut dixi *ſupra* in *1. glo.* ſicut & pœnitentem ſola contritio, de qua præmiſi. Quærat ergo aliam rationem Canoniſta ſtudioſus: vel ſatis poteſt dici primam rationem ſtare. Ut legitur & notatur *32. diſt. prater hoc. §. pe. in glo. vid. tur.*

Baptiſmus neceſſitate datur a quocunq; ſecus de abſolutione.

Peccatum ſola contritione remitti poteſt.

o *Quo.* Articulo neceſſitatis.

p *Ipſos.* Sc. Parochianos. (*Alb.*

q *Aliquem.* Parvulum, vel adultum, ut jam proximè dixi *Jo. de*

r *Oporteat.* De neceſſitate ſatis, cum dicitur *Marci ult. qui vero non crediderit condemnabitur. Jo. 3. c.* ubi dicitur, *niſi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Sed quæritur an requiritur immerſio totius corporis, vel ſufficit unius membri, vel quædam aſperſio. *no. de pœ. di. 1. vulgare. in 1. glo. de conſe. diſtin. 4. proprie. in fi.* plenè per *Inno. Extra. de bap. debitum.*

ſ *Eam.* Scilicet formam Baptiſmi.

t *Sciat.* De hoc termino plenè dicam *infrà. in Conſti. Otho. in proœ. §. ſanè. in fi. glo. pe.*

a *Et valeant.* Nota, ex scientia insurgit posse: sicut enim negligentia dissipat, sic Scientia reconsolidat.

b *Observare.* In executione actus.

c *Quæ,* Sc. forma.

d *Diligenter.* Non igitur perfunctoriè, ut dixi *suprà. c. §. super e. ver.*

e *Posteà.* Hæc dictio *postquàm, seu postea,* extensionem capit, nec arctatur significatio ad proximũ tempus sequens; sed ad plus vel minus juxta materiam subjectam. *ff. de ver. sig. inter illam. 1. respon. Extra. de consti. c. 2. 1. de offi. dele. insinuante. 1. respon. §. 1. Extra. de judici. quia vi. & ca. fi. §. fi. Extra. de præben. dilectio. post prin. & de concess. præben. literas. §. 1. Extra. de conver. in fi. c. 1. §. fi. infrà. e. Consti. sacer ordo. §. fi. & c. tanto. §. 1.*

f *Inquiratur.* Per Episcopum ad quem spectat punitio peccantium. *Extra. de offic. ordi. c. 1. per Doc.* & notat *Gui. Extra. de consue. non est. ante fi. li. 6.* de hoc dicam *infrà. c. Consti. de Archidiaconis.* & facit *infrà. ca. proxi. ver. per Episcopos.*

g *Auditu audivimus.* Hic videtur nimia refricatio locutionis; sed fortè hoc facit ad majorem exaggerationem animosam pœnarum, ad modum *Psalmi. Dixi custodiam ver. Locutus sum in lingua mea.* & in *Psal. sequen. Expectans expectavi Dominum. in prin.* cum similibus *22. q. 5. hic videtur. in prin. in oculis suis conspexit.*

h *Et relatu.* Quinque sensus hominis diversimodè dijudicant, quæ in facto consistunt, ut notat *Inno. Extra. de testibus. c. cum causam.*

i *Miseri.* Tam Deo, quam mundo, & sic sunt duplici miseria, & pœna cruciandi. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de re judi. cum æterni. in fi.* & *Extra. de app. cordi. in fi. li. 6.* cum similibus.

k *Forsan.* Accidens facti denotat. *Extra. de procura. si quem. §. fi. li. 6.* cum similibus. Item est nota dubitationis, ut notat *Fo. An. Extra. de fi. per tuas. 2. ver. ne forte.* aliàs est expressivum veritatis, ut notatur *Extra. de procura. tuæ. §. fi.*

l *Beneficium.* i. e. In portionem suam, divisam & extractã à Beneficio Rectorum loci. ut *Extra. de præben. c. 1. li. 6. Extra. de jure pa. c. 1. in Cle.* de quibus Vicariis dicam *infrà. c. Consti. ad vicariam.*

m *Ad firmam.* De firmis hujusmodi legitur & notatur *infra. e. Consti. Ecclesias. in fi.* & *c. sequenti.*

n *Quæstus.* i. e. Lucri damnabilis. *ff. de dona. inter vi. & uxo. quintus. in fi. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. §. fi. 1. q. 1. quicquid.*

o *Proventus ex altari.* Id est, oblationes sive in pane, sive in pecunia, vel aliis minutis oblationibus, quæ vulgariter Alteragium nuncupatur, consistant, de quibus legitur & notatur *Extra. de Si. ad Apostolicam & infrà. c. Consti. Ecclesias. in fi.*

p *Ex pœnitentia.* Quales proventus sub colore Missarum dicendarum, vel ad piam fabricam, quidam Fratrum Mendicantium (ut dicitur) non ignorant; quod fortè fatentur cognitione† Scientiæ, sed operis proprii executione secus, propter Conscientiæ suæ puritatem, exemplo Apostoli dicentis ad *Ro. 7. c. Nam concupiscentiam nesciebam &c. Extra. de Constitutio. c. 4.* sed utinam inter eos desit hujusmodi simulatio, de qua tangam *infrà. c. Consti. ad Vicariam. 1. respon. in fi. in glo. illusio.*

† *Alii ad.* Non.

q *Recipiunt.* Miseri Sacerdotes, quod est *suprà.*

r *Non aliter.* Ergo ex pacto quasi præcedente: secus namque si ultimo offeratur, ut dixi *suprà. c. Consti. sacramenta. 1. respon. ver. pure. & ver. labe.*

s *Admittunt.* Dicti miseri Sacerdotes, nomine Sacerdotii abutentes; cum sic, nec sacra dent, nec sacra doceant. Contra *l. Extra. de præben. cum secundum Apostolum. Insti. de dona. §. est & aliud.*

t *Ad pœnitentiam.* Id est, Sacramentum Pœnitentiæ, de quo legitur & notatur *suprà. c. Con. Sacramenta. §. 1.*

u *Confitentes.* De quibus Confessoribus dicam *infrà. c. proximo.*

x *Nisi prius.* Id est, ante omnia, ne fortè opinione sua fallantur per repromissiones aliquales; cum in hujusmodi turpibus melior sit conditio occupantis: ut *ar. Extra. de Re. Jur. in pari causa.* cum ibi notatis. *li. 6. Fa. de Atbon.*

y *Ab ipsis. Sc.* volentibus confiteri.

z *Signum.* Quod sic ibi repositum pungit lethaliter, proh dolor! ut serpens vel ignis in sinu. *Prover. 6. c.* nec unquam nisi per magnum misericordiæ in sinu Abrahæ locabitur suaviter. De quo sinu habetur *Luc. 16. c.* magnum enim peccatum, magna indiget misericordia *de pœ. di. 3. David quoque.*

a *Avaritiæ suæ. Scil.* sacerdotum, qui ex hoc exci redduntur. Ut legitur & notatur bene per *Gar. Extra. de elect. c. avaritiæ. li. 6. ver. cæcitas.* & facit *Extra. de ætat. & quali. c. pe. in fi.* & dicam *infrà. e. Consti. ad Elidendum. §. nonnulli. ver. cæcitat.* de quo avaro, qui à Deo separatur, legitur signanter. *46. dist. virum. c. bonorum. & c. sicut hi.* ubi aurum gratius, quam solem intuetur: sed læva dicitur, cùm ad destructionẽ Christianæ Religionis, in collatione Sacramentorum præcipuè cõsistentis, innititur. *ar. Extra. de Judæis ita quorundam. in prin.* de hoc *no. Extra. de rescrip. c. fi. in prin. li. 6.* qua ergo fronte lapidaret qui se proprio demerito lapidandum cognosceret. Christus etiam ideò liberavit peccatricem, quia non erat qui justè proiceret lapidem. ut *no. de pœ. di. 6. §. Sacerdotes. ar. 40. dist. multi.* & vide quod dicam *infrà. eadem Constitutione. de Archidiaconis. §. cum autem.* in *Glossa.*

† M. S. Sinu.

b *Quippiam.* Id est, Aliquid.

c *Sicque faciunt.* Dicti miseri Sacerdotes.

d *De aliis Sacramentis.* Quia ea non ministrant, nisi aliquid eis detur; cum tamen gratis omnia debeant exhibere, ut præmissi *suprà. e. ver. non aliter.*

e *Quoniam igitur.* Secunda pars.

f *Talia.* Simoniaca, de quibus præmittitur.

g *Agunt.* Secus si hoc crimen cogitarent. *ff. de pœ. cogitationis pœna.* quod distingue succincte, licet alii Doctores circa hoc multipliciter se imbrigant, ut notatur per *glo. & Doc. ff. de fur. qui ea mente.* Aut quis processit ad principalia actus intrinseca alteri nocendo: tunc semper præsumitur, & punitur, ac si factum commisisset, & consummasset: *ff. ad legem Pompe. de parici. l. 1. in fi. Extra. de homici. c. 1. §. fi. li. 6. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. si impuberi. §. quamvis. ff. de furt. l. vulgaris. §. proinde. C. de epis. & cle. si quis non dicam nare. C. de his qui ad ec. confu. l. 1. §. fi.* idem in privatis delictis. *ut l. si quis servo. C. de furtis.* hoc verum nisi aliud fiat dispensativè per legem, vel hominem. *Extra. de elec. quòd sicut. in fi.* & *ff. quòd me. cau. si cum exceptione. §. satis enim clementer. C. de grege Dominico. l. unica. li. 11.* Aut non est ingressus principia delicti intrinseca alteri nocendo, sed quædam extrinseca: tunc sic non punitur eodem modo, ac si factum commisisset. *ff. quod quisque juris. l. 1. §. hæc autem verba. de pœ. di. 1. si quis tam masculum. in fi.* ut patet in atrocioribus. *ff. de falsis. qui falsam.* idem in privatis delictis. *ff. de furtis. l. vulgare. §. qui furti. ar. ff. ad Turpill. quæsitum.* & dicta *l. cogitationis pœnam. de pœ. ff. de ver. sig. fugitivus.* punitur tamen aliter; ut *§. qui furti.* & *ff. de Extra. or. cri. l. 1. in prin.* & dicta *l. quæsitum.* hæc vera in criminibus ordinariis, sc. quæ sunt de genere malorum; sed in extraordinariis quæ non sunt delicta, nisi quia prohibita, evitat quis pœnam per pœnitentiam. *ff. de alie. judi. mu. causa fac. ex hoc edicto. ff. de inoffic. testa. Papinianus. §. meminisse.* ff. *de bo. li. qui major. §. accusare.* Aut delictum est completum; tunc indubitanter plenè punitur. *ff. quod quisque juris. l. 3. ff. de furtis. qui ea mente. ff. de vi bo. rap. l. pe.* & sic patet, quando in delictis pœnitens punitur, & quando non. Et quando ex effectu punitur, licet effectus non sequatur.

Affectus an debeat puniri, licet nõ pervenerit ad effectum?

h *Et regno Dei.* Ut patet *supra in glossa. sacerdotum. Johannes de Atbon.*

i *Indigni.* Ratione culpæ, ut *c. glo. in fi.* sed de indignis ratione defectũ

Ne aliquid exigatur pro Sacramentis.

¶ Summarium.

Auditu horribili certior factus quosdam Sacerdotes neminem, nisi sumpto pro Sacramentis pretio, ad Pœnitentiam admittere, quod maximè detestabile est, statuit de illis exactissimam fieri inquisitionem, repertosque à Beneficio si quod habeant removeri, & ab Officio perperam gesto in perpetuum suspendi.

a & valeant b observare, c quæ utrum servata fuerit, d diligenter e postea f inquiratur.

g Auditu horribili audivimus h & relatu, quòd quidam i miseri Sacerdotes, dum k forsan in l Beneficium Vicariæ m ad firmam, seu quàcunque aliâ n quæstus causâ, o proventus ex Altari aut p ex Pœnitentia provenientes q recipiunt; r non aliter s admittunt t ad Pœnitentiam u confitentes, x nisi prius y ab ipsis in † z signum a avaritiæ suæ b quippiam de pecunia reponatur. c Sicque faciunt d de aliis Sacramentis.

¶ e Quoniam igitur qui f talia g agunt, h & Regno Dei, & Beneficio Ecclesiastico sunt i indigni, statuendo districtè Præcipimus, ut inquisitione aexactissi-

defectus dicam *infrà.* eadem Conſtitutione. *Sacer ordo.*

a *Exactiſſima.* Non ergo ſuperficiali vel perfunctoria, ut dixi *ſuprà. ti. proxi. §. ſi. ver. diligenter.*

b *Per Epiſcopos.* Vel etiam per alios eorum Commiſſarios, cùm hæc inquiſitio non ſit Ordinis ſed Juriſdictionis. Ut legitur & notatur *Extra. de conſe. ecci. vel alta. aqua.* & dixi *ſuprà. c. Con. Baſilicarum. §. volentes. ver. ipſis.* Item tacit ad illud quod dixi *ſuprà. c. proxi. in ulti. glo.*

c *Tale quid.* Sc. Simoniacum, de quo præmittitur.

d *Repertus fuerit.* Factum denotat, ita quòd ſit convictus vel confeſſus. *ar. Extra. de offic. delega. c. 1. in Cle. & 1. ea. Conſti. ſacer ordo. 1. reſpon. in ſi.* Sed qualiter occultus Sacerdos hujuſmodi, non exigens rationem alicujus conſuetudinis, ut ſic *ſuprà. c. Conſti. Sacramenta. 1. reſpon.* poſſet convinci, niſi per Confeſſionem ipſius Sacerdoris, cùm inter Confeſſorem & confitentem duntaxat hujuſmodi ſunt acta clanculo, ſicut patet in conſimilibus caſibus, *Extra. de pœni. & remiſ. omnis utriuſque. §. ſi.* neſcio; ideò reſpondeat ſtudioſior Canoniſta: ſed facit quod dicam *infrà. ea. Conſti. licet ad Profugandum. ver. ſatisfecerint.*

e *A beneficio.* Quid continetur hoc verbo notat *Gui. Extra. de reſcrip. gratia. in prin. li. 6.*

f *Quod.* Beneficium.

g *Obtinet.* Et ſic videtur, quòd non ſit habilis quoad aliud Beneficium.

h *Removeatur.* Per ſententiam. Et ſic videtur quòd Epiſcopus cum eo poſſit diſpenſare. ut notat *Fo. An. Extra. de clan. deſpon. cum inhibitio. §. ſane. ver. ſuſpendatur.* Sed dictio hic ſequens *omnino* multum huic opinioni obſtat: & hoc notatur *Extra. de ſimo. per tuas. 2. gloſſa. cum non.*

Suſpenſus à Officio cenſetur ſuſpenſus à beneficio.

i *Et ab officio.* Hæc Suſpenſio incluſiſſet ſuſpenſionem à Beneficio, ſi in ſerie literæ præmiſſæ mentio non fuiſſet. *81. diſtin. ſi quis. & l. 3. quis objecerit.* & notat *Car. Extra. de cenſ. exigit. in ſi. li. 6. arg. C. de epiſ. & cle. generaliter. in ſi.* vide Remiſſionem *infrà. in glo. ſi.* Contra hoc tamen patet *infra. in Conſti. Otho. cum ſancti. §. ſi qui vero.* unde die, ut ibi. Sic ſuſpenſus ab Officio dicere, alias exercere, poteſt, & debet Officium in privato, licet non ſolenniter in gradu ſuo & Ordine: ut notat *Gui. Extra. de re judi. cum æterni. in glo. hæc innuit. li. 6.* & vide quod *infrà* remittitur *in ſi. Conſti. ut no. 28. diſtin. c. pe. in glo. ſi.* nam clericaliter vivere tenetur, ut notat *Fo. And. Extra. qui cle. vel vo. c. 1. in ſi.* & notat *glo. Extra. de hæreti. ad abolendam, in glo. ver. quòd clericus, & ſe.* & notatur per *Gui. Extra. de pœ. c. 2. in prin. & in ſi. li. 6.*

k *Quod.* Sc. Officium.

l *Perpetuo.* Id eſt, Simoniace. Sic exponitur *Extra. de arbi. c. 2. §. ſi.*

m *Geſſit.* Ut puniatur, & in eo, in quo delinquit. *ff. de bis quibus, ut indig. l. reſcriptum. ff. quorum lega. l. 1. §. ſi duæ.* legitur & notatur *Extra. de jure patro. paſtoralis. in ſi. ar. Extra. de temp. ordi. c. ultimo in ſi. li. 6.* Et an ſic ſuſpenſus interim celebrans ſit irregularis, dicam *infrà. in Conſti. Otho. cum bonefatis. §. ſi. ver. ultionem Canonicam.*

n *Perpetuo.* Hoc ſubintelligitur quando ſit ſuſpenſus propter delictum, quod dic ut notatur *infrà. ea. Conſtit. licet ad profugandum. prope ſi.*

o *Suſpendatur.* De materia Suſpenſionis notatur per *Gui.* & *Inno.* plenius tamen per *Compoſ. Extra. de conſue. cum dilectus.* Sed de multiplici Suſpenſione dic ut notat *Fo. An. Extra. de pœ. cupientes. ver. ſuſpenſi.* in ultima parte illius *glo.* in *Clementinis.* Ubi ponit 23. ſpecies Suſpenſionis, cum ſuis diviſionibus. Tractat etiam an ſuſpenſus ab Officio, ſit ſuſpenſus à Beneficio, circa id ponens quinque opiniones.

p *Quod in quodam Concilio.* Neſcio ubi ſit tenor verbalis Concilii, niſi ſit aliquod Concilium Provinciale: ſed tenor hujus mentalis habetur in Concilio Generali. *Extra. de offi. ordi. inter cætera. §. ſi. & pe.*

q *Statutum eſt.* Alias eſt in textu, *invenimus ſtatutum.*

r *Approbantes.* i. e. Collaudantes in forma Communi, prout emanavit dictum Concilium *inter cætera.* ut legitur & notatur per *Inno. Extra. de offi. leg. ſtuduiſti. in ſi.* Sed hujus Concilii Conſtitutionem, Concilium, vel ſententiam Papæ, cum ſit ſuperior, non poſſit aliquis Legatus, cum ſit inferior, cum cauſæ cognitione approbare, id eſt, confirmare: quia per conſequens poſſit infirmare. *ar. ff. de re judi. l. 3. ff. de regu. jur. nemo qui condemnare.* Quod tamen falſum eſſe non ambigitur: cum minor contra Judicium majoris nil valeat attentare. *ff. de minori. l. minor. alias magiſtratus. ff. de ap. l. 1. §. 1.* Vel poteſt dici dictam regulã *Nemo*, fallere quandoq; ut propter incompetentiam Judicis, ut notatur *Auth. ut Clerici apud proprios Epiſcopos primum conveniantur. §. ſi tamen. in glo. hic no. Coll. 6.*

De Confeſſionibus Perſonarum & Clericorum.

¶ Summarium.

Conſtituendi ſunt per Epiſcopos viri prudentes, qui Perſonarum & minorum Clericorum Decanis forte confiteri erubeſcentium Confeſſiones audiant. In Eccleſiis verò Cathedralibus Pœnitentiarii ſeu Auditores Confeſſionum generales.

---

s *Per quoſlibet.* Niſi fortè diſcretio Epiſcopi, aliquibus parvis Decanatibus pluribus, unum ſufficere arbitretur. *ar.* immo caſus eſt *Extra. de ſepul dudum. §. ſtatuimus. in prin. ver. veriùs. in Cle.*

t *Decanatus.* Decani Rurales, de quibus & eorum cauſis legitur & notatur *Extra. de offi. Archi. ad hoc. §. ſi.* cum ſimilibus *infrà. c. Conſti. cum non ſolum.* Sed dictum Concilium *inter cætera. §. ſi.* non loquitur de Decanatibus; ſed in Cathedralibus & Conventualibus Eccleſiis, intellige Sæcularibus Collegiatis, hujuſmodi coadjutores Pœnitentiarii per Epiſcopum deputentur.

u *Viri.* Nam Fœminis Eccleſiæ claves commiſſæ non ſunt *Extra. de pœ. & re. nova.* facit quod legitur & notatur *Extra. de major. & obe. dilecta. ff. de ſta. ho. in multis. ff. de regu. jur. l. 2.* nec etiam quibuſlibet viris vel maſculis, ſed Sacerdotibus tantum, ut dixi *ſuprà. ea. Conſti. ad baptiſmum. §. ſi. ver. neceſſitatis.*

x *Prudentes.* Prudentes quidem in ſcientia; ut ad inſtar medici periti, qui medicaminibus aptis, ac morbo contrariis, applicant nunc Vinum nunc Oleum, id eſt, quandoque diſciplinam aſperam, quandoque intimam ſupportationem, compaſſione infundant vulneribus ſauciati. *Extra. de pœniten. & remiſ. omnis.* & facit quod dicam *infrà. in Conſti. proxi. ver. illiteratos.* patet *de pœni. diſtin. 1. menſuram. in prin. c. quem pœnitet. §. quare.*

y *Fideles.* Dicit propter avaros, qui plus conſiderant parvam pecuniam, quam debitam animarum ſalutem. ut *ſuprà. in Conſti. proxi,* & de utroque legitur & notatur *de pœ. diſtin. 6. §. ſacerdos itaque.* Unde fidelis ſervus, & prudens, conſtituitur ſuper familiam ſuam &c. *Matth. 24. ca.* & facit quod legitur & notatur 32. *diſtinctio. §. parro. in gloſſa.* Sed quid dices, ſalvo ſemper eo quod notatur 49. *diſtinctione. Ecce.* ut ſic diſcernere ſciat inter lepram & leptam. 20. *diſtinctione. c. 1. §. 1.* Item prudentiam conſidero quoad circumſtantiam peccati judicandi, ut benè notatur 40. *diſ. homo Chriſtianus.* ſemper injungendo, & in miſericordiam declinando. 26. *q. 7. alligant.* & dicam *infrà. c. Conſti. licet ad profugandum. ante ſi.* Item injungendo pœnitentiam convenientem, ſcilicet peccato commiſſo contrariam. *ff. de verb. ſigni. qui venenum.* 29. *diſtin. neceſſe. de pœ. diſ. 2. c. 1. §. 1.* & ibi notatur *ver. curari. ar. e. di. filioli. ver. immo.* & pœnitentiam correſpondentem culpæ. ut legitur & notatur *de ſepul. dudum. §. 1. in Cle. Autben. quibus modis na. effi. ſui. §. illud tamen. ver. quapropter. Coll. 7.* quod plene dic ut notatur *de pœ. diſtin. 1. menſuram. in glo. quid ſi.* Confeſſarii prudentia quo conſiſtit.

z *Conſtituantur per Epiſcopum.* Nam nulla conſuetudo poteſt introduci, ut tales Rectores & Clerici ab alio, quàm Epiſcopo, vel ejus Vicario abſolvantur. Ut legitur & notatur per *Gui. Extra. de pœ. & remiſ. ſi Epiſcopus in ſi. li. 6.* Quod verum intelligo de majoribus peccatis mortalibus, & quæ ex præmeditata deliberatione committuntur, ut ibi, de quibus patet *de pœ. diſtin. 3. quia omne. in ſi. ver. ſed peccata alia mortalia.* per *Gui. ar. ff. de pœ. reſpiciendum. §. delinquunt.* quæ ex ignorantia Juris, vel facti, ſeu fragilitate humana contrahuntur, dicit, & præcipit Apoſtolus *Jacobus* alterutrum confiteri, id eſt, unus Sacerdos alteri ſocio confiteatur audaſter, & ipſe alteri ſimpliciter pœnitentiam imponat & abſolvat. 16. *q. 1. c. 1. auctoritate prædicta Apoſtoli Jaco. ult. c. 16. di. §. criminis.* ubi hoc patet. *ea quali.* ergo hujus levia & venialia ſunt pandenda, ſaltem ubi imminet periculum, vel ſcandalum, ſeu copia proprii Sacerdotis deeſt, ut notat *Ray. in ſumma. de ſecunda parte. §. quid de venialibus. ar. Extra. de pœ. & re. ne pro dilatione. ar. ff. de no. ope. nuncia. de pupillo. §. præterea. ff. de dam. infec. l. 1.* facit *de pœni. di. 2. ſciendum.* Multiplici namque de cauſa peritudetur accelleratio. Aliquando propter metum contaminationis. 8. *di. mala.* & Confeſſio hic. Aliquando propter metum defectus. *ſupra. c. 1. §. ult. ver. ſit accelerata neceſſitatis.* Aliquando propter metum uſurpationis. 35. *q. 9. quod loci.* Aliquando propter magnitudinem tranſgreſſionis.

fionis. 37. *q.* 1. *ſi cuſtos. c.* & *ſi homo.* Item propter culpam inobedientiæ. 14. *di. c.* 1. 12. *q.* 2. *qui Divinis.* Aliquando propter rectitudinem diſpenſationis. 45. *diſtin. diſciplina.* ut hic notat *Hug.* in dicto *c. mala.* ſed propter diverſas cauſas acceleratio vitatur: ut plenius notatur per *Gui.* 23. *diſtin. communis. ver. ſubdito.* Nunquid ergo duo tales Sacerdotes eodem tempore mutuo ſe poſſunt confiteri, & abſolvere? Videtur dicendum quod ſic. *ar.* in eo quod legitur & notatur *Extra. de ſen. Ex. duobus.* licet ſit argumentum contra in hoc quod legitur & notatur de Sacerdote orientali. 31. *q.* 1. *omnis.* Item quærere potes illud quod notat *Gui. Extra. de Conſti. c.* 2. *in fi. li.* 6.

[a] quibus [b] Perſonæ & [c] minores Clerici [d] valeant [e] confiteri,

a *Quibus. Scilicet Confeſſoribus.* Qui debent ſupradictas conditiones habere cum multis aliis. De quibus in *c. omnis. de pœni.* & *remiſ.*

b *Perſonæ.* Id eſt, Rectores; loquitur enim ſecundùm vulgare *Anglicorum*: legitur & notatur *Extra. de Reſcrip. ex parte. ſc. in glo. in prin. de arbi. c.* 2. *de app. bonæ memoriæ. Extra. de reg. juris, c. delictum perſonæ.* ibi notat *Fo. An.* patet *Extra. de offi. vica. c.* 2. *Extra. de Inſti. cum venient. in prin.* quæ *Decretales* diriguntur Epiſcopis *Anglicis.* In Provincia tales vocantur Priores, in terra laboris appellantur Abbates, ut notat *Gui. Extra. de conſti. c.* 1. in hac magnæ *glo. li.* 6. ubi tradit differentiam inter Perſonatum, Dignitatem, & Officium.

c *Minores Clerici.* Vicarii, ſc. & Presbyteri, ac alii quicunque, qui vulgari opinione Parochiani non vocantur: nam parochiani proprio ſacerdoti Communi Jure habent confiteri. *Extra. de pœ.* & *remiſ. omnis.* & notat *Gui. e. titu. Si Epiſcopus in fi. li.* 6. quod Concilium *Omnis.* Legatus iſte non poſſet tollere, nec etiam improbare, ut dixi *ſupra. eo. in prin. ver. approbantes.* ſalva tamen moderatione Conſtitutionis *ſuper Cathedram*, quæ jam innovata eſt. *Extra. de ſepul. dudum.* per quam Conſtitutionem an detrahitur dicto *c. omnis.* tractare pertimeſco, ſed decidere nullo modo audeo: de hoc tamen videas rationes urgentes, & ſenſui † declaro ſatis oſtendentes, & concludentes. ut notat *Fo. An.* & *Card.* in dicto *c. ſuper Cathedram.* dum fuit *Extravagans.* §. *ſtatuimus. ver. ſi vero idem. ſuper ver. gratioſe.* poſt compilationem *li.* 6. Quam *glo.* pro poſſe aliquibus adjunctis, Juriſtarum more, arguendo, nec tamen definiens, cum ſupportatione tam Fratrum, quam Curatorum, hic recitative reſcribo. Videtur itaque primò, quòd detrahatur & derogetur per illam Conſtitutionem dicto Concilio *omnis utriuſque ſexûs.* Nam Papa condendo Conſtitutionem poſteriorem priori Concilio vel Juri contrariam, ipſum jus in ea parte revocare cenſetur. *Extra. de Conſti. c.* 1. *li.* 6. Solutio, hic non eſt contradictio, ſed compartientia, & ſic utrumque ſtare poteſt. *Extra. de eccl. adi. cum dicat. de privile. c. in his.* cum in aliis poſſit operari dicta Conſtitutio privilegiata. ut *infra* dicam. Item contra, ſpecialis proviſo tollit generalem. *C. de pac. conven. li. ſi.* Solutio. Ibi proviſio ſpecialis erat hominis; & generalis legis, hic vero utraque eſt Juris: quo caſu geminatur ſubſidium, ut plenius provideatur ſaluti animarum, quod attendit dicta Conſtitutio. *ver. ac demum. ar. pro hoc. ff. nau. cau. ſta.* & *ita de facto.* §. *ex hoc edicto.* Item contra *Extra. de Regu. Juris. generi. li.* 6. Solutio, ibi loquitur quando genus & ſpecies ad diverſos effectus & contrarios fines tendunt, ſed hic ad eundem finem, ut dixi ſupra in ſolutione proximi contrarii: ſicut ſi genus, & ſpecies legentur eidem, ut notatur in dicto *c. generi.* Item contra, quia ſi ſic confeſſus tenetur iteràro confiteri eadem: ita ſic fieret injuria Sacramento. *Extra. de apoſta. c.* 1. immo rei mortuæ impoſſibilis eſt Obligatio: *ff. de ver. ob. ſi ex legati.* §. *ſi homo mortuus.* ſed peccata per abſolutionem impenſam mortificantur, *de pœ. diſtinc.* 1. *convertimini.* igitur nihil eſt ſuper quo requiritur iterata confeſſio. Solutio, hoc non eſt ex neceſſitate ſacramenti: ſed ex voluntario acceſſu ad fratrem. *ut c. Conſti. ſuper Cathedram.* §. *ſtatuimus.* unde non ſubvenitur ei, ſicut ſi aſtrictus hoc fieret ex neceſſitate. *ar. ff. de procu. procurator qui pro evictione.* Unde voluntaria Confeſſio gratioſa non tollit arctationem dicti Concilii *Omnis. ar. ff. fami. herciſ. alienationes.* Et eodem modo reſpondetur ad illud quod ſolet objici, quòd ſic per reiterationem onus importabile pœnitentiæ accumulabitur. 26. *q. ulti. alligant.* quia illud fit voluntariè, ut dixi in ſolutionem contrarii proximi. *ar. ff. qui ſatis da. co. l. ſi ſi deje uſſer.* §. *ſi neceſſaria. Extra. de Jurejuran. eam te.* Item contra: quia ex quo abſolutus eſt ſemel, ritè & legitimè jam deſiit eſſe peccator: ſò. *diſt. ferrum.* ergo mentiretur in ſecunda Confeſſione, ſi ſe aſſereret peccatorem. Solutio, in hoc fibi conſultum non fuit, quòd ſalubre concilium *omnis utriuſque ſexûs* contempſerit: cum illi ſervituti paritum non ſit. *ar. ff. de ſervi. ur. prædi. ſi domus.* Ideò interim Frater hujuſmodi onus ſupportando mercri multum poterit; & etiam Parochianus interim ſuæ animæ ſaluti conſulere meritoriè. *ar. ff. ad municip. l. Lucius.* §. *Imperator.* Immò hoc nimirum expedite videtur: quia licet Curati originali poteſtate potius fungantur quàm Fratres, 21. *diſti. in novo.* tamen apud Fratres Eccleſiæ clarioris, plus ut Communiter vigent: & ſic fortè in hujuſmodi Confeſſionibus plus proficient per interiorem peccatorum inſpectionem. ut notat *glo. Wil.* favens fratribus in *Extravagan. Joban.* quæ incipit, *Sedes Apoſtolica. ver. ſingulorum vultus.* Sed utinam hujuſmodi inſpectiones Fratrum non fiant ad exterminationem Eccleſiarum, vel Laicorum: ſed ad ſalutis & innocentiæ puritatem. Ut legitur & notatur in *Extravagan. Bonifacii* 8. *deteſtandæ feritatis abuſum.* Item alias ſollicitudo Curatorum in hujuſmodi Confeſſionum exauditione exhauriri poſſet in totum: ſi hujuſmodi privilegium curato, cui dicitur *Eccl.* 42. *curam illius habe.* in ejus vergeret læſionem enormem. Unde ad iſtum intellectum privilegium eſſet rationabiliter retractandum. *Extra. de déci. ſuggeſtum. ff. de vulgari ſubſti. ex facto.* 1. *reſponſo.* §. 1. Non nego tamen quin Papa hoc poſſit indulgere; ſed dico, quòd Jus Commune non tollit Jus in præjudicium alterius, niſi expreſſe hoc agatur. *ar. ff. ne quis in loco pub. le.* 2. §. *merito.* & §. *ſi quis à Principe.* Nec obſtat quòd iſtis duobus modis competit poteſtas in ſolidum: ergo, uno inchoante, alius ſe intermittere debet. *ff. de offic. conſu. l. iſta.* Immo licèt iſti privilegiati ſint coadjutores & cooperatores, *Extra. de offic. Archipreſby. c. ſi.* & per *Inno. ſuper cathedram.* tamen geminatum ſubſidium reſtringit Juriſdictionem ſuperioris Judicis, puta, Præſidis. *Authen. de ſeu. ci.* §. *nullam. Coll.* 3. facit *C. ne ſi. pro patre. Auth. habita. in fi.* quia ibi loquitur quando duo præcedunt pariter, ſed hic Curatus datus eſt ab antiquo, 21. *diſtin. in novo.* Frater autem nunc venit de novo, quòd non tollere videtur tacitè privilegium Juris Communis. *ar.* in hoc quod notat *Car. Extra. de Reg. Juris. Indultum. li.* 6. Nec obſtat declaratio *Benedicti* 11. *inter cunctas.* quæ revocata eſt per *Decre. dudum. in Cle.* ut dixi *ſupra. in prin. hujus glo.* Nec obſtat quod poteſt argui de eo, qui Parochianum Rectoris abſolvit, etiam eo invito. Ut legitur & notatur per *Hoſtien. Extra. de offi. Archipresby. c.* 2. quia hujuſmodi poteſtatem Papæ non nego, ut prædixi. *Inſti. de jur. na.* §. *quod principi.* ſed tacitè non videtur jus Commune ſic tollere: cura etiam Epiſcopi fulcitur de Jure Communi, ſed Fratres utuntur Privilegio ſpeciali. *ff. de teſta. mili. ejus.* §. 1. & facit quod notatur *de pœ. diſtin.* 6. *placuit.* Solutio. Puto ſalva fide de veritate & de rigore Juris Sacramenti, quòd quantum ad culpam mortalem & pœnam æternam ipſi Fratres in hoc Sacramento debeant reputari per extenſionem proprii Sacerdotes, & quaſi per quandàm affectationem in curam hujuſmodi non vulpinam: quaſi hoc ſit quædam extenſio ſeu declaratio, non correctio. *arg. Extra. de poſt. ex parte.* & in hoc quod dixi *ſupra. c. Conſti. Baſilicarum.* §. *volentes. in fi. in glo.* & ſic dat formam: quia tamen vere Confeſſis exhibendum eſt Corpus Chriſti per proprium Presbyterum, & non alium cui vita ſubditi non poteſt eſſe certa, niſi per ſuam confeſſionem. *Extra. de pœ. quod inte.* Idcirco æquum videtur, & utile animabus proprio Sacerdoti Confeſſionem non omittere, præſertim in locis, ubi alias detraheretur Presbyteris, & eorum Eccleſiis: quia fortè Parochiani in ſua Confeſſione dant Presbytero unum denarium, obolum, panem vel ovum, quæ conſuetudo non improbatur. *Extra. de ſimo. ad Apoſtolicam.* & notat *Wil. Extra. de ſepul. dudum.* §. *ſtatuimus. in fi. in Cle.* Item alius Presbyter Curatus periculoſè miniſtret tam ſublime Sacramentum tali, quem non novit diſpoſitum, maximè prius in crimine notorio Conſtitutum. Qualiter enim curabit qui morbum neſcit? Ait enim *Bactius.* Si operam medicantis expectet, oportet ut vulnus detegat. Unde quicquid arguitur de ſalutis neceſſitate proprio confiteri ſacerdoti iterum, juxta dictum *c. omnis.* non reputo damnabile, immò potius conſilium ſalubre. *ar. ff. de judi. non quicquid.* Licet namque primum dicatur tolerabile, ſecundùm tamen videtur inniti ſalubriori conſilio, & æquitati. *ar.* quòd minor ratio cedit majori. *C. de procura. exigendi. cum ſimil.*

d *Valeant.* Id eſt, poſſunt, non enim aliquis ad Confeſſionem in foro pœnitentiali arctatur præciſe, ſed cauſativè tantùm, ſi velit eſſe de numero ſalvandorum. 15. *q.* 6. *c.* 1. Libero namque arbitrio in Sacramentis recipiendis quis relinquitur, quoties ſaltem de foro conſcientiæ agitur. *Extra. de jurejur. mulier. in fi. ar. Extra. de toto. c. ſi, cum ſi.* de quo dicam *infrà. ea. Conſti. Eccleſiarum.* 1. *reſpon. in fi.* Ratio eſt, quia voluntarium militem eligit ibi Chriſtus, coactum autem ſibi actionatur Diabolus, id eſt, per actionem vendicat. 15. *q.* 1. *non eſt.* & *no. Extra. quod me. cau. Abbas. ante fi. ar. 55. di. de Judæis. de pœ. di.* 1. *parvo.* ibi, *facilius. Cum Deus. ver. præterea.* Item, quia a voluntariis peccata tantùm contrahuntur, igitur talibus tantùm remittuntur. *no. Wil. de conſan. c.* 1. §. *pe. in Cle.* Quando autem quis dicitur ſpoete ad gratiam redire, notat *Gui. Extra. de hære. ut commiſſ. in fi. glo. ſubintrare. in b.*

e *Confiteri.* Peccata tam mortalia, majora, quàm venialia: de quibus habetur 24. *di.* §. *hæc.* & *alia.* §. *c.* diverſimodè tamen tenebitur ſua ſint bene notatur *de pœ. di.* 1. §. *perfectæ. in glo.* Nota etiam, quòd in hujuſmodi Confeſſionibus in foro Pœnitentiali ſimpliciter debet Confeſſor ſtare ori

Clementina *dudum.* an detrahat *c. omnis. de pœ.* & *re.* † *M.S. N. Coll.* Scholarium.

Abſolutio facit aliquem deſinere eſſe peccatorem.

Religioſi ad Confeſſiones deputati audiunt pro Sacerdote.

Confeſſio an ſit de neceſſitate ſalutis.

ori & relationi confitentis, licèt in foro Judiciali eo casu secus esset dicendum; ut patet *Extra.* in his quæ notat *Jo. And. post Hostiē. Extra. de spon. tuæ.* §. 1. & *Extra. de eo qui cognovit consan. uxor. suæ veniens.* §. *po.* Et caveat Confessor, ne pœnitentiam pœnitenti impossibilem infligat: ut in his quæ notantur per *Doctores. Extra. de cele. missa. c.* 1. super primam *glo.* patet 26. *q.* 7. *tempora.* & per totum. nec alteri multum damnosam; ut in his quæ notantur per *Doctores* de Pœnitentia injuncta servo damnosa † *Extra. de conjug. servo. c.* 1.

† M. S. Coll. Nov. ad Domin.

a *Qui. Sc.* Personæ & Clerici.

b *Decanis.* Ruralibus, de quibus prædixi *suprà. c.* 1. *respon. ver. decanat.* Patet quòd Decanus hujusmodi non debet talis Confessor institui, propter causas quæ in duabus dictionibus sequentibus assignantur.

c *Erubescunt.* Sed contra: cum ad hoc laborandum sit, ut pudorem patiatur peccator in confitendo. Erubescentia enim & verecundia pars Pœnitentiæ & Remissionis noscitur esse. *de pœ. di.* 1. *quem pœnitet.* Solummodo illud verum est de verecundia gratuita & meritoria propter utilitatem peccati: secus est de verecundia Confessionis retractiva occasione verisimili. *de pœ. di. noli esse.* prope principium & *c. ult.* ubi est similis Textus in *prin.* & ibi *no.* facit 1. *q.* 1. *placuit ut unusquisque.* facit bene ad primum *de pœ. di.* 3. *inter hæc, circum.* Et quæ retrahunt à vera Pœnitentia, notantur per versus *de poe. dis.* 2. *Scio inquit, per Petrum de Sal.* ubi nota sic, *Spes, Timor, atque Pudor, Hypocrisis, & Recidivum; Hæc claudunt, nè quem faciat Confessio vivum.* Et alibi, *Quatuor infatuant Honor, Æstas, Fœmina, Vinum.* Erubescunt forte propter contrarietatem responsionis, cum talis Decanus saltem de consuetudine vice Archidiaconi Juri dictionem habet cognitionalem quoad effectum corrigendi; *ar. Extra. de offi. Archi. ad hæc in fi. E tra. ne præ. vices ju. c.* 1. licet non quoad effectum removendi tales a villicatione, & suspendendo eos ab officio. *ar.* in hoc quod notatur per *Gui. Extra. de consu. non est. in glo. debet enim.* ubi forte, si unum respondet, & contra conscientiam, postea erubesceret eidem Decano in foro Pœnitentiali confiteri, vel detegere contrarium. *ar. C. de non numera. pecu. generaliter. in fi. ar. glo.* 10. *q.* 3. *Presbyter.* cum tamen una via hujusmodi correctionis non tollit aliam: ut notat *Ber. Extra. de accu. de bu. in fi.* & notat *Gui. Extra. de homici. c.* 1. *in glo.* & notatur *lib.* 6. Et sic duplici contritione confiteri potest quis respectu ejusdem facti, ubi insurgit de culpa vel delicto præcedente, quæ duplicatio contingere potest ex fori diversitate, ut jam dixi, sive in augmentatione pœnæ. 21. *q.* 5. *si quis à proprio. cum si.* Sed affli io non additur afflicto per infortunium casuale sine delicto: ut legitur & notatur 7. *q.* 1. *cum repercussio. ff. de offi. præsi. l. divus. cum si.* Item nec præcedente delicto, ubi una pœna est sufficienter correspondens peccato. *ff. cau. stā. licet.* §. *si. all. secu.* ut notat *glo. Bern. Extra. de judi. at si clerici. in glo. pe.* Sic in eligitur illud quod dicitur, non judicabit Deus bis in id ipsum. *de poe. dis.* 3. §. *bis auctori.* de hoc notatur *Authen. de natu. feu. c. unico.* §. *fi. Coll.* 10. & ibi de isto per *Fa. de Bello Veju.*

Poenitentia vera impeditur propter multa.

d *Et verentur.* Id est, timent propter causam prædictam, licèt timere non oporteret, cum in foro Pœnitentiali Confessionem audit Sacerdos vice Dei: *Ex. ra. de offi. ordi. c.* 2. nec prodere potest peccatorem impune. *Extra. de poe. & remiss. omnis.* §. *fi.*

e *In Ecclesiis vero.* Secunda pars.

f *Cathedralibus.* Hoc requirit Concilium. *inter cætera.* §. *fi.* unde cum hoc Statutum sit in reverentiam & honorem Ecclesiarum Cathedralium, ut ibidem confluentes subditi unam medicinam inveniant, quam in Ecclesiis inferioribus nequeunt invenire, & etiam propter horrorem vilium peccatorum, sicut & propter hujusmodi causas, ad Sedem Apostolicam confluunt peccatores, *ar.* 17. *q.* 4. *si quis suadente. cum si.* credo tales Confessores generales, qui vulgariter Pœnitentiarii vocantur, in singularibus Decanatibus vel locis aliis illius Diœcesis, nisi propter longam distantiam à Cathedrali Ecclesia, propter aliam causam perquam magnam, constitui non debere: quia per hoc derraheretur honor majoris Ecclesiæ, ut prædixi. *ar.* 93. *di. qui cathedram & c. se. & Extra. de privile. c.* 1. & per consequens Capitulo illius majoris Ecclesiæ, cujus præjudicium vertitur, appellandi ob hoc materia ministratur: cum à quolibet notabili gravamine de Jure Canonico licet appellare; 2. *q.* 6. *non sita. Extra. de ap. ut debitus. cum si.* etsi sit extrajudiciale. *c. ti. concertationibus. li.* 6.

Appellare licet à quolibet gravamine

g *Constituī.* Per Episcopum, *ar.* in hoc quod legitur & notatur *suprà.* 1. *ref. in glo. nam nulla.* ibi patet in dicto *c. inter cætera.* & etiam sumptibus ipsius Episcopi, cum ejus vices suppleat hujus Pœnitentiarius vel Confessor, ut in *c. inter cætera.* nisi forte aliqua dignitas Ecclesiæ ad hujusmodi sumptus vel stipendium ab antiquo fuerit onerata, ut sic realis præstatio censeatur. *ar. ff. de contraben. empti. l. fi.* §. *fi.* de quo notatur per *Gui. Extra. de rescrip. dispendia. ver. personales. li.* 6.

h *Confessores.* Prudentes & fideles, ut *suprà.* 1. *respon.* de officio cujuslibet Sacerdotis, modo, fructu, & tota materia Confessionis notatur *de poe. di.* 1. *in sum.* sed plenius, immo plenissimè per *Host. in sū. de poe. & re. per totū.* Unum verò ex certa scientia dixi notandum, quòd quilibet Curatus, Rector, vel Parochialis Sacerdos, ejus vices repræsentans, à peccatis etiam gravioribus, dum tamen occultis, absolvere potest, & pœnitentiam injungere salutarem, saltem absente Episcopo: *ar.* in hoc quod legitur & notatur 17. *q.* 6. *presbyteri. & c. se.* adde *Inno. de tempo. ordi. ex tenore. circa p in. ver. si vero. & Jo. An. de judi. at si cle ici.* cum in partem solicitudinis Episcoporum ab ipso Deo sint vocati. 21. *di. in novo in fi.* juncto *c. de poe. di.* 1. *quantum pœnitet. in prin.* & §. *Lazarum.* & §. *tanta.* & §. *si peccatū.* & *Extra. de sen. ex. nuper.* §. 2. & §. *ulti in fi. ar.* 50. *di. Presbyteros. in fi.* sic intelligo quod notatur *Extra. de judi. at si clerici. in glo. ar.* contra in fine illius *glo.* im no & a sententia Canonis absolvere potest, ut legitur & notatur 10. *q.* 3. *c. qui merito.* hæc vera, nisi aliud per expressam inhibitionem vel reservationem Superioris esset injunctum. Ut legitur & notatur per *Doc. Extra. de offi. ar. c.* 2. notatur 2. *q.* 1. *nemo.* 8. *q.* 1. *si Petrus. Extra. de judi. at si clerici. ver. probatione. in fi.* facit quod dicam *infrà. e. Con. quanto.* §. 1. *in glo. bi junt.* Nec dicam consuetudinem obviare, nisi rationa. ilem causam in contrarium haberet annexam, ut dicam *infrà. e. Con. in glo proxi.* cum in hujusmodi salubribus animarum cōpassibilibus, & non repugnantibus, unusquisq; Curatus, sc. Episcopus, Archidiaconus, & Rector Parochialis, alias intelligitur suo Jure Cōmuni uti. *ar.* in his quæ dixi *suprà. e. 1. ref. in glo. vocarii.* juncto eo quod notat *Inno. Extra. de capel. mo. dilectus. in glo. ex eo.* & in hanc sententiam declinat *Ray. in Summa rubri. de secunda dicta.* §. *Item nunquid parochialis Sacerdos.* dicens, quòd talis non tenetur suum subditum ad Episcopū mittere pro aliquo crimine, nisi in quinque casibus. Primo, si sit de his pro quibus solennis Pœnitentia est imponēda. 50. *di. in capite.* de hoc dicam *infra. e. Con. licet ad profugandū. ver. digne.* Secundo, si sit Excommunicatus majore Excommunicatione. Quod dicer *Doct. Extra. de offi. or. cum ab Ecclesiarum* Tertio, ubi reperit irregularitatē contractam. Nam in hujusmodi ipse inferior dispensare non potest, immo tunc superioris dispensatio & absolutio requiritur. 21. *di. inferior.* Quartò, si sit Incendiarius. 23. *q. ulti. si quis membrorū.* & *c. se.* Quintò, si Consuetudo hoc habeat propter aliquem casum enormem & frequentatum. ut dicam *infrà. glo. proxi.* Hanc quoque materiam pertractat *Car. in c. super cathedram.* §. *per hujusmodi. in glo. sed quæ est ista post. li.* 6.

Casus quinque Episcopo reservati.

i *Generales.* Sc. nedum ad audiendum Confessionem Personarū & Clericorum prædictorum, *suprà.* 1. *ref.* sed generaliter omniū Sæcularium subditorum Diœcesis. ut dicto *c. inter cætera.* §. *fi.* Item *Generales* dicit propter generalem potestatē absolvendi in quibusdam casibus de Jure vel Consuetudine Episcopis Cōmuni locutione reservatis: ut patet in cōmutatione votorum, & aliis, ut notat *Jo. An. Extra. de voto. c.* 1 *super.* 1. *glo.* & notat ipse circa hoc quāplures casus. *Extra. de poe.* & *re. si Episcopus. li.* 6. & plene notatur *in aureo confessorum. sequitur videre. ver. privata au.* cum §. *se* hoc verum intelligo, si generaliter & simpliciter hujusmodi Pœnitentiarium constituat Episcopus. Non tamen ex hoc nego, quin Episcopus ex causa posset aliquos casus personæ suæ specia iter reservare, qui alias transirent in Commissarium seu Pœnitentiarium cōmissione simplici *Extra. de rescrip. si gratiosè. li.* 6. Causa, exempli gratiā, pori posset propter crassam & detestabi'e frequentiam & aculum delicti, ut vigere dicitur hodie periurium in Assisis; *ar. ff. de alige. l.* 1. *in prin. ff. de poe. aut facta. in fi.* vel propter obreptionem violentam bonorum Ecclesiasticarū personarum: talium criminū vel Excommunicationū Absolutiones, meritò propter refrænationem hujusmodi flagitii, Sacrilegii tam frequentis personæ Episcopi reservari possent. *infrà. in Consti. Otho. ad tutelam.* §. *ad hæc.* & hoc tenet *Ray.* ut dixi *suprà. in glo. proxi.* & de hujusmodi casibus reservatis notat *Host. de poe. & re.* §. *cui confitendum. ver. primum est.* Sed nunquid Pœnitentiarii possunt dispensare ex hujusmodi generali commissione in casibus, in quibus Episcopus hoc specialiter facere posset? ut notatur *Extra. de judi. at si clerici in fi.* Arguit *Jo.* quòd generali mandato non transit dispensatio, ut notatur 2. *q.* 5. *qua de causa. ar. ff. de minori. l. idem.* §. *si talis.* de hoc notatur in *Spe. ti.* 2. §. *frequenter. ver. generaliter.* dicas ut notabo *infrà. e. innotuit in fi. ulti. glo.* Sed nunquid hujusmodi Pœnitentiarius generalis possit rei ectu certæ personæ, vel unius casus, in quo ipse posset absolvere, Absolutione subdelegare ad partes? Videtur qd sic: sicut delegatus ad universitatem causarum. ut *no. ff. de offi. ejus cui man. est ju. l. fi. in prin.* Videtur contra: quia ipsemet hoc facere non posset, cum potestas sua ad certū locum sit restricta, sc. in Cathedrali Ecclesia. *ar. ff. de juris. om. l. ulti.* Item in Ecclesia propter arduitatē causæ, sc. salutis Animarum, ipsius industria videtur electa: *ar. Extra. do offi. deleg. c. ulti.* §. *fi.* hoc videtur tenere *Ray. ti de secunda dicta. c. pone quòd Episcopus.* quia simplici delegatione non videtur Episcopus hujusmodi specialit. tem transferre. *ar.* pro hoc *ff. de offi. e. cui man. est juris. li.* 1. Sed primum verius videtur, cum sit Episcopi Vicarius in Spiritualibus talibus: & per consequens Ordinarius. *ar. Extra. de offi. vica. c. pe. in fi. li.* 6.

Episcopus sibi casus aliquos reservare potest.

Pœnitentiarius Episcopi an possit absolutionem subdelegare.

a *Sacer-*

S*Acer ordo.* Supple, ſuffragante virtute. *Auth. de monachis.* §. *ordinationum. Coll.* 1.

b *Eo.* Id eſt, ea de cauſa.

c *Digno.* Aliis vacat hoc verbum.

d *Dignius.* Unde Collatio Ordinis reſervatur Majoribus, ſcil. Epiſcopis de Jure Communi, ut notat *Hoſti. de ſacra. non ite.* §. *quis poſſit. in fi.* ut dixi *ſupra. c. Con. Baſilicarum.* §. *volentes. ver. Epiſcopos. ar. Extra. de priv. lc. abbates. in fi. li.* 6.

e *Ab ordinato.* Sacramentum namque Ordinis non ſolum gratiã ſuſcipientis, ſed etiam aliorũ conferitur. 1. *q.* 1. §. *ecce ſit clericus.* & §. *ecce apparet.* Sed cætera Sacramenta gratiã ſuſcipientium tantùm conferuntur. Ut ibi notant *Ber.* & *Hoſti. Extra. de conjug. ſervo. c.* 1. *poſt prin.*

f *Sacramenta.* De quibus legitur & notatur *ſuprà. c. Conſti. ſacramenta.* §. 1. unde nota unumquodque, propter quod, & illud magis. *C. de ſacro ſanc. ec. Au. multo magis.*

g *Quare.* Verſiculus.

Epiſcopus indignum ſcienter ordinans mortaliter peccat.

h *Periculoſum.* Sc. Ordinanti, cum ordinat indoctum loco doctî: magiſtrumque facit qui vix diſcipulus eſſe potuit. 49. *di. ca. ult.* Is enim culpæ eſt reus, qui tali indigno Ordiné, Curam, vel Officium committit. *ff. de cuſto. & exhi. re. l. ulti. in prin.* Unde Epiſcopus ſcienter ordinans indignum dicitur peccare mortaliter; ut notat *Gui.* 1. *q.* 1. *ſi qui Epiſcopi. ar.* ibi. Ratio eſt, quia infidelis eſt, committens indigno ejus Miniſterium in detrimentum Eccleſiæ & honoris Domini, qui per bonos Miniſtros dicitur promoveri; unde prævalet paucos habere bonos Miniſtros, quàm multos malos. 23. *di. tales. Extra. de ætа. & qua. cum ſit.* ſecundùm *Tho.* Item eſt periculoſum ipſi Ordinato, quia tanquam Mercenarius ſe ingerit, non ut Paſtor. Nam cùm talis Ordinatus, velut bonus cuſtos, debeat, nedum Sacramenta, ſed bona Eccleſiæ frugaliter diſpenſare, vel etiam conſervare, *Extra. de offi. cuſto. c.* 2. vertitur in prædonem, & Paſtor in lupum rapacem contra Jura: *Extra. de offi. ordi. cum vos. Extra. de elec. ne pro defectu.* ex quo talis nomine abuteretur, & fructu carere deberet. *C. de feri. à nullo. in fi.* & de hoc *infrà. ver. minus dignos.* Item periculoſum eſt ſubditis, quibus Sacramenta miniſtrare, & quos curare deberet, inſicit diverſimode moribus & exemplo: *nam cum cæcus cæco ducatum præſtat, ambo in foveam cadunt. Matthæi* 12. & 37. *di. ut itaque patet. de pœ. di.* 6. §. *ſacerdos. Extra. de ætа. & qua. c. pe. in fi.* Nam profectò diluere aliena peccata non valet is, quem adhuc propria devaſtant. 49. *di. c. ſollicite.* §. *pe.* Item periculoſum eſt decentiæ Eccleſiæ in ſcandalo populari. *ar. Extra. de elec. cum ex eo. li.* 6. & *infrà* dicam.

i *Nimis.* Exceſſum notat: quia omne quod eſt nimium vertitur in vitium. Unde dicitur, noli eſſe nimis juſtus. 2. *q.* 7. *plerumque.* poſt medium. & *Extra. de dila. c.* 1. *C. de teſti. nimis grave.*

Simonia an per preces inducatur.

k *Minus dignos. de ætа. & qua. indecorum.* hoc generale ſpecificatur per terminos ſequentes, ut ſtatim ſequitur, ut notat *Innoc. Extra. de elec. conſideravimus. in glo. de qua. in fi.* & credo, ſi talis promoveretur ad preces alicujus, Simonia committeretur: ſecus tamen pro digno, ut bene notatur 8. *q.* 1. *Moyſes. in fi.* plenius 8. *q.* 2. §. 1. *ver. nota quòd.* non enim ſpirituales, ſed etiam carnales preces pro digno Simoniam non indùcunt: ſed carnales pro indigno ſic. ut notat 41. *di. miramur. in fi.* & plenius recitat *Inno. Extra. de ætа. & qua. tuam.* ubi aliter decidit, dicens indiſtincte, per preces Simoniam non committit, niſi eas fundens intendit ex hoc ſe obligare collatori Beneficii, vel propter exauditionem precum, illum quem rogat ab aliquo ſervitio exonerare: non enim fit Simonia, niſi munus aliquod interveniat. 1. *q.* 1. *ſunt nonnulli.* quod dic ut plenius ipſe notat in dicto *c. tuam.* Unde cum hoc ſit declarativum de tali indigno non promovendo ad Ordines; conſequenter quæritur quid Juris ſit de Laico præſentante indignum ad Beneficium, an devolvitur Collatio in Superiorem? Dic ut notat *Jo. An. poſt Doc. Extra. de offi. ordi. cum vos. in fi.* Nam hoc ipſo quòd Laicus Præſentat ſcienter indignum, propterea non eſt ſtatim privatus poteſtate præſentandi, cum liceat ei variare, etſi bene fecit præſentando dignum. Ut legitur & notatur *Extra. de jure pa. cum autem. & c. paſtoralis.* §. 1. Ergo multò fortius poteſt corrigere, quod male fecit, ſc. præſentando indignum. *ar.* in hoc quòd notatur *Extra. de cle. conju. diverſis.* cum ſimilibus. Sic intelligo *glo. Extra. de offi. or. cum vos ſicut. in fi.* quod plenius notat *Gui. Extra. de præben. c.* 1 *li.* 6. ſi tamen præſentet ſcienter indignum; & infra quatuor menſes à tempore vacationis non mutet, præſentando alium dignum, tunc ipſo Jure perdit Jus præſentandi illa vice: & ſic eſt vera opinio contraria, quam ibi notat *Inno. & Hoſtien. Auth. de eccl. ti.* §. *& ſi quædam. & de ſanctiſ. epiſ.* §. *ſi quis oratorii. Coll.* 9. ubi dicitur, ſi Secularis Patronus non præſentet idoneum, Epiſcopus Eccleſiã ordinabit, ſc. inſtando apud Laicũ ut præſentet dignum: & hoc notat *Jo. An. in c. cum vos. in fi.* Dicunt tamen ibi *Inno. & Ho.* Epiſcopum bene facere, ſi hoc Laico remittat: cum in Eccleſiaſticis hujuſmodi non ſit multũ inſtructus. Item dicunt quidam, quòd ſi ſuper idoneitate præſentati inter Prælatum & Præſentatorẽ, i. e. Patronum ſit quæſtio, non poteſt Prælatus de perpetuo Rectore interim Eccleſiæ providere, ſed de œconomo tantũ. Si enim hoc concederetur, ſæpe moveret quæſtionẽ, ut ſic de Eccleſia poſſet ordinare. *Inſti. de tu. rap.* §. *ſed nedum talia. Extra. de divor. quãto.* §. *pe.* quod verũ eſt, niſi indignitas eſſet notoria. *Extra. de ætа. & qua. c. ſi. de fili. preſb. quoniam.* ſecundùm *Hoſtien.*

ſubque Epiſcopo derelinquenda.

De Scrutinio Ordinandorum.

¶ Summarium.

Ut Sacer Ordo tantùm idoneis conferatur, ſummus habendus eſt delectus: & nè reprobati approbatis immiſceantur, conſervandus eſt eorum numerus, & nomina ſcribenda,

---

S*Acer ordo* b *eo* eſt c*digno* d*dignius* conferendus, quò e ab Ordinato f Sacramenta cætera conferantur. g Quare cum h periculoſum i nimis ſit k minus dignos, l idiotas, m illegitimos, n irregulares, o illiteratos,

l *Idiotas.* Incipit exemplificare de indignis, qui ſi præficiantur, ſibi patebunt. 37. *di. qui de menſa.* & hoc termino utitur Lex *Authen. quo. or. Epiſ. & cle.* §. 1. *coll.* 1. unde hoc patet, aliàs morigeratum & ſufficienter literatum propter nimiã paplardiã & ſimplicitatem ab Ordinibus repelli poſſe & curam gestu namq; negotioſũ Sæcularium oportet talem præficiendos habere ſolertiam. 39. *di.* §. 1. *& c. unico.* Chriſtus namque turbas eum ſequentes non ſolum verbo docebat, ſed etiam virtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. *Jo.* 6. *c.* Sed contra videtur, quòd ſimplicitas non repellit à promotione. 11. *q.* 1. *fratris.* Sed ibi loquitur de ſimplicitate calumniæ, quæ eſt contraria dolo: vel ibi non dejicit ab obtento, impedit tamen promovendum. 39. *di. Petrus.* notat *Jo. An. Extrа. de ſimo. per tuas.* 1.

Simplicitas repellit à promotione.

m *Illegitimos.* Sive propter ſervitutis jugum: 54. *diſt. nulli. C. de epiſ. & cle. Au. ſi ſervus.* ut patet in his quæ notavi *ſupra. in prin. glo. ſacramentum.* ſive propter natalium defectum. *Extra. de fi. preſ. c.* 1. *le. & no. c.* 1. *li.* 6. ubi minoribus Ordinibus permittitur Epiſcopus cum talibus illegitimis diſpenſare, ſed quoad ſacros Ordines nequaquam, ut ibi patet.

n *Irregulares.* Ut *Extra. de bomi. c.* 1. 2. & per totum. Ubi hoc contingit per culpam. Idem ſi propter ſacrum ſignaculum, quo caret. *Extra. de bigamis. c.* 1. 2. *&* 3. & per totum. *Authen. de ſanctiſſi. Epiſcopi.* §. 1. *& §. clericos. Colla.* 9. & notat *Inno. Extra. de renun. niſi cum pridem. ver. irregularitas.* ut de omnibus ſupradictis patet in textu, 55. *di. priſcis.* immo eum bigamo Epiſcopus non poteſt diſpenſare. ut notat *Gui.* 26. *di. acutus.* & quilibet hujuſmodi ſuum vitium habet detegere ordinandus. Ut plenius notat *Hoſtien. in ſumma. deſtructi.* §. *ultimo.*

o *Illiteratos.* Quorum ignorantia Sacerdotum, de quibus hic loquitur, ut patet *ſupra. in prin.* tanquam mater cunctorum errorum, quam maxime eſt vitanda. 37. *di. c.* 1. *& c. ſi juxta.* de qua ignorantia dicit Apoſtolus *ad Corin.* 14. *c. qui ignorat ignorabitur.* ſc. à Deo. Item legitur 37. *diſt. c. ſi. & diſ. ſe. qui ea.* & alibi Dominus dixit prophetæ *Oſea.* 4. *quia ſcientiam repuliſti, ego repellam tè nè ſacerdotio fungaris mihi.* 38. *diſ. omnes. in fi. Extra. de renunc. niſi.* §. *pro defectu.* facit quod dicam *infrà. e. Conſti. cum ſit ars.* §. 1. *in prin. ver. ſcientia.* Quæ ignorantia multò magis deteſtanda eſſet in Epiſcopo, ſeu majori Prelato. Ipſi enim non debent indigere aliorum doctrina, ſed aliorum eſſe Doctores. 1. *q.* 7. *convenientibus. Authen. de ſanctiſſi. epiſ.* §. 1. *ver. damus.* 26. *di. c.* 1. 2. *&* 3. Nec ſufficit in hoc caſu in examinatione ordinandi ſuperficialis præſumptio, quia forte dicitur diu ſteriſſe in ſcholis. Ut plenè notat *Ber. Extra. de in integr. reſti. cum ex literis. in glo. ſuper. ver. inſtruct.* de quibus præſumptionibus habetur 18. *q.* 2. *definivimus. in fi.* ſed requiritur examinatio exquiſita, licèt non tanta forte, ſicut traditur de Epiſcopo conſecrando: 50. *diſ. c. ulti.* nam dixi *ſupra. e. glo.* immo ſimplicibus verbis non duplicibus examinari debent, ut legitur & notatur plenè 24. *diſ. quando Epiſcopus.* conſiderata conditione eorum. Nam ſi pauperes eſſent, vel ex parentela, vel ex ſterilitate, ſed deſtructione Patriæ, ita quòd ſtudio intendere non poſſunt, ſed propriis manibus quærere victum, oporteret credere tunc benignè eos debere ſupportari; dum tamen plus ſciant aliquantulum quàm Laici, maximè circa Sacramentum Altaris, circa quod verſantur quotidie. *ar. Extra. de cele. miſſa. c. fi. in fi. ar. ff. de origi. juris. l.* 2. §. *cum eo.* ut notant *Inno. & Compoſt. Extra. de ſum. tri. c.* 1. nam ſecundùm *Apoſto. Scientia inflat, Charitas autem ædificat.* 1. *ad Corint.* 8. *c.* ideo tamen imperfectionem Scientiæ poteſt ſupplere perfectio Charitatis. *Extra. de renunc. c. niſi cum pridem.* §. *pro defectu.* & de ſufficientia literaturæ notat bene *Wil. Extra. de ætа. & qua. c.* 1. *ver. ſufficientia. in Cle.* ubi etiam bene diſtinguit, an ignorantia ſit mortalis

Ignorantia Sacerdotum eſt mater errorum.

mortale peccatum? Dic ut ibi, & per *Inno.* in dicto §. *ne pro defectu. in prin.* quòd si reperiatur minus literatus, talis postmodum non negligat addiscere, nec recuset; nec sic membrum Diaboli potius quàm Christi ostendatur. 38. *di. c. ul.* Aliàs enim stultus est. 22. *di. de Constantinopol.* cū vix propter scandalū, nili ex magna misericordia, talis in dignitate tolleretur. *Extra de ætat. & qua. ord. c. ult.* legitur & notatur per *Gui.* 1. *q.* 7. *hi qui*, de hoc *infrà. e. Con. cum sit ars.* §. *fi.* nota literam disjunctive loquentem qua dicitur *quemlibet*

& [a] extraneos, aut sine [b] certo [c] titulo [d] & vero [e] aliquos [f] ordinare, Statuimus, [g] ut ante collationem [h] Ordinum [i] per Episcopum [k] de his omnibus inquisitio ac [l] indagatio

istorum debere repelli. ar. ff. de re. du. si is qui. §. *utrum. ff. de ver. ob. si quis ita stipulatus fuerit. in fi.*

a *Extraneos.* Id est, incognitos, dum tamen de eadem Diœcesi. Major enim difficultas adhibetur circa admittendos ignotos, quàm notos. *ar.* in hoc quod *no. Extra. de regulari. ad Apostolicam. in prin.* & *ar. Extra. de cle. per. c.* 1. Vel dic *extraneos*, scil. de aliena Diœcesi non habentes literas dimissorias, licet aliàs essent Personæ notæ. Nam contra Ordinantes tales adjuncta est pœna Suspensionis annalis à collatione Ordinum. *le. & no. Extra. de tempo. or. eos qui. li.* 6.

b *Sine certo.* Quid ergo de Monacho, qui certum titulum non habet, nec aliquid proprium, ut legitur & notatur *infrà. in Con. Otho. de monachis.* § *quia vero.* ac illud est incertum quod ignoramus. *ff. de verbo. sig. l. subsignatum. in fi.* dic tamen eum habere ad sufficientiam in Communi, & sic sufficienter perpetuo intitulari contra indigentiam prætactam, & *infrà* tangendam.

Ordo sacer sine Beneficio dari non debet.

c *Titulo.* Ordo namque sacer sine titulo, i. e. Beneficio dari non debet. 70. *di. sanctorum. in prin.* ubi aliàs Ordinatio olim vetua dicebatur sed quia Episcopi hanc pœnam nullam reputabant, emanabat provisio, quæ habetur *Extra. de præben. non liceat. & c. Episcopus. & c. cum secundùm Apostolum. no.* 70. *di.* §. 1. Nec tamen potest Ordinandus repromittere Ordinanti, vel Præsentanti, de non inquirendo eos in forma *Decre. cum secundùm Apos.* absque specie Simoniæ ex utraque parte. *Extra. de si. c. pe. & no. per Jo. An. Extra. de præben. si Episcopus. in fi. lib* 6. Sed nunquid titulus hoc casu dici posset certus, si sic dicant Religiosi, Præsentamus vobis talem ad titulum domus nostræ vel Monasterii nostri? Videtur quòd non, nisi statuatur sibi certum quid unde decenter vivere possit. *ar. ff. si certum pe. certum.* Sed dic contra, cum textus simpliciter dicat in dicto *c. cum secundùm Apost.* §. 1. *nullo præsentante &c.* ergo à contrario sensu secundùm *Hosti.* aliquo ibi Præsentante, licet confuse & indeterminatè præsentans tenebitur; & non Episcopus: ut legitur & notatur 54. *di. si servus absente*, unde per dictum textum *nullo præsentante &c.* idem dico qd proxime *supra* dixi sufficere ad excusationē Ordinantis, si Religiosi dicant *Præsentamus &c.* licet non adjiciant *ad titulum domus nostræ*, vel alium certum hujusmodi. Ex hoc enim solo præstantes obligantur, & non Ordinator, ut ibi. Sed nunquid Episcopus aliquem ordinet impunè ad titulum sollus Patrimonii? Dic post *Host.* regulariter quòd sic. *Extra. de præben. Episcopus.*

Ordinatus sine titulo usque ad provisionē tenetur servire Episcopo.

in glo. hoc dicto. & c. je. de hoc *le. & no. c. ti. si Episcopus. li.* 6. & vide distinctionem textus ibi. Sed nunquid talis impetrans in forma *c. cum secundùm Apost.* contra Ordinantem, vel Præsentantē, astrari possit interim deservire eis in Divinis in compensatione alimentorū, quæ interim recipit? Videtur quòd sic per rationem *Decre. cum secundùm Apost. ar. C. de epi. & cle. l. generaliter. in fi. Autben. de mili. vasal. qui ar. bell. depo. c.* 1. *in fi. Coll.* 10. Item videtur casus *Extra. de ser. non ar. nullus.* ubi aliàs dicitur superbire, & sic ab effectu provisionis fuæ cadere, ut ibi. nam secundùm *Hosti.* nisi deserviat nihil recipiet. *ff. de ali. & cibis. l. libertus.* § *fi. Extra. de cle. non resi. conquerente.* Credo contra, cum hoc aliquo Jure non sit cautum, ergo &c. *Extra. de constit. ne innitaris. ff. so. ma. si vero negotium.* §. *de viro.* Item Executor hoc casu datus simpliciter habet in mandatis ad compellendum, ergò formam mandati non excedet. *ff. man. diligenter. & no. Extra. de rescrip. cum dilecta.* Item, hoc est inflictum nomine pœnæ donec de Beneficio provideant &c. ut in *c. cum secundùm Apost.* ergo in eorum commodum non verteretur: quòd si, si velint, talem in obsequio suo perpetuo retinēat. *ar. ff. de solut. qui bominem.* § *fi.* Item, sic posset fieri fraus gratiæ, quæ tendit ad provisionē Beneficii, ergo &c. *ff. de transact. cum hi.* § *sed cum his.* Nec obstant prima contraria: quia licet ad Divinum Officium obligetur in genere, non tamen in hac Ecclesia, vel illa, antequam sit ei provisum de certa, secundùm *Hosti. & Inno. Extra. de cele. missa. c.* 1. *ar. ff. de re. du. l. utrum.* §. *cum quidam.* Nec obstat dicta *decre. nullus.* quia ibi sub certo pacto, hic absolutè fuit Præsentatus, ut ibi notatur *ar. ff. de ser. non ordi. eo libentius.* A tempore verò primæ monitionis currunt hujusmodi vitæ necessaria: quia extunc contrahitur mora. *Extra. de Re. Furis. mora. li.* 6. Et sic fertur determinatum per omnes Auditores Palarii contra Religiosos Sancti *Bartholomæi Londinensis.*

d *Et vero.* Id est, non ficto, aliàs Ordinans talem, se obligat: ut dixi *supra. in glo. proxi.* Sed nunquid sufficiat ad excusationem Ordinantis quòd Ordinandus hujusmodi sub titulo oblato asserat se contentum? Videtur quòd sic: quia volenti non fit injuria, neque dolus. Ut legitur & notatur *Extra. de Re. Furis. scienti. li.* 6. Item remittentibus actiones non est dandus regressus ad eas. *ff. de ædil. edic. l. contra.* §. *si venditor.* Tú dic contra, cum ibi hoc præcavendum sit indecentiæ Clericali, ut notatur *supra.* 2. *Resson. in glo. ver. ordinanti. ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de elec. in plerisque. in Cle. di.* 14. *Diaconi sunt.* §. *singuli quoque.* nec obstāt contraria ut notatur in dicta Regula *scienti.* Item hujusmodi remissio expressa Simoniam induceret, ergo tacitè non censetur subintelligi. *Extra. de si. c. pemult.* & intelligo, quòd de hujusmodi titulo certo Ordinandus debet facere fidem per aliqua sufficientia documenta, sc. per testes, instrumenta, vel competentia indicia, ut notat *Gui. Extra. de excep. pia.* §. *si quis ergo. in fi. super ver. documentis. li.* 6.

e *Aliquos.* Etiàm paucos, nec igitur tales, quotquot venerint, immo nec aliquos tales Episcopus ordinare præsumat, ut hic patet.

f *Ordinare.* In Sacros Ordines, ut *supra.* in principio Constitutionis; licet omnis usus idem interpretetur in collatione Ordinum minorum, hoc excepto, quòd *supra* dicitur de titulo, & de temporibus Ordinationum, cui interpretationi standum est. *Extra. de spon. ex literis. ff. de fundo instruc. cum de lanionis.* §. *afinam. in fi. C. de Nili. agge. non rumpen. li.* 1. *si quis.*

g *Ut ante.* Est ergo necesse hoc Scrutinium examinatorium præcedere collationem Ordinum, sicut jussum Patris, vel Domini necesse est prævenire hæreditatis aditionem Filii vel Servi: & hoc propter præjudicium irreparabile: licet tutoris auctoritas perfecto negotio possit interponi, quia ibi præjudicium pupilli postea tutelæ Judicio potest reparari, ut legitur & notatur *ff. de acquiren. hæredi. si quis mihi bona.* §. *jussum. ar. ff. ad Trebell. sed si ante. cum l. præce. ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de his quæ fiunt. à Prælat. cum vos. & no.* 7. *q.* 1. *nihil. in glo Archidiaconi. Extra. de appel. c. reprehensibilis. in prin. ver. præmissa.* Sed contra, in hoc quod dicitur præposteratione non vitiare. *C. de testa. præposteri.* Solutio. Ubi actus dependet ex sola voluntate, ibi præposteratio permittitur; *ut ff. de ver. ob. hujus. Insti. de inuti. sti.* § *item si quis.* sed hic dependet ex legis dispositione: unde præposteratio contra ordinem statutum per legem dicitur vitiare totum actum, ut hic, & dicto §. *jussum. cum si. ff. si certum pe. rogātii. ff. de operi. pu. l.* 1. §. *ult. C. de hæredita. actio. ut debitum.* (Jam dixi.

h *Ordinum.* Saltem Sacrorum, nisi usus aliter interpretetur, ut

i *Per Episcopum.* Originis domicilii, vel Ecclesiastici Beneficii in Sæcularibus Clericis; sed religiosi, etiam exempti in hoc secundum *Host. Inno.* licèt *Gui.* sit contra, ab Episcopo in cujus Diœcesi pro tempore morantur licitè ordinantur: ut legitur & notatur per eos *Extra. de tempo. ordi. cum nullus. lib.* 6. Et vide quod dicam *infrà. ca. Consti. c. ult.* §. *in adjutorium. in glo. cum aut usus.* Sed contra hunc textū videtur, quòd hujusmodi indagatio fieri debet per Archidiaconum. *Extra. de offi. Arch. ad hæc.* §. *in quadam.* Sed certè ibi examinationem Episcopi per hoc non vetat. 24. *distin. quando.* & satis *no. Ber. Extra. de ætat. & quali. accipiens. in glo. intelligo tamen.* Vel dic contrarium loqui quando Archidiaconus Præsentat; sed hic tantum quando de mandato Episcopi examinat, ut ibi notat *Inno. e. situ. cum sit ars.* Circa hoc tamen cave: quia ibi Archidiaconus, vel alius ubi non ex officio, sed de Episcopali speciali mandato examinat, tunc non tenetur providere examinator Episcopi ordinato, juxta *Decre. cum secundùm Apostolum.* sed ipse mandans. Quod dic, ut *Extra. de præben. si Episcopus. li.* 6. & imputet sibi qui tales negligentes examinatores eligit. *Extra. de Officio Archi. ea quæ.* §. 1. *ff. nau. cau. fæ. l. fi.* §. *servorum.* secus autem, si ex officio examinaret. Tunc enim obligaretur ipse; & non Episcopus, ut *no. Gui.* 24. *distin. quando Episcopus. ver. gnarus.* post *Inno. in dicto c. cum sit.*

k *De his omnibus.* Scil. tam de idoneitate personæ, quàm etiam ejus tituli, ut *supra* patet, quasi omnia præmissa conjunctim requiruntur & categorematicè; quod est quando oratio aliqua est univocè completa ex partibus: sed syncategorematice, quod est orationem tenere divisim pro parte. *infrà. Con. proxi. in prin.* Sed alia examinatio fit quando mandatur per literas Curiæ *Romanæ* providere alicui si fuerit repertus idoneus: *ut no. Wil. Extra. de concess. præben. c.* 1. *post prin. ver. id-neum. in Cle.* sed ibi loquitur de examinatione in Curia, quæ non fit nisi de literatura tantùm, hic etiam de moribus & fama, & facit quod dicam *infrà. e. Con. innotuit. ver. repertum.*

Examinari debet primo venit.

l *Indagatio.* Id est, examinatio, sine qua nullus promoveri debet. *no. Gui.* 22. *di. Presbyteri. ar. c. di. c. fi.* 81. *di. si qui sine.* de qua satis legitur & notatur in Prædecentibus. *& not. Di.* 23. *quando ejus. & Extra. de scrutinio. c.* 1. hæc autem examinatio non requiritur facienda, nisi circa ignotos. *ar. Extra. de appel. Constitutum.* 2. §. *cujus. no.* 23. *di. qui Episcopi. in prin. & Gui. e. di. c. fi. & no. Inno. Extra. qui furti. ordi. fusce. innotuit. in prin.* & quod *no. Ber. Extra. qui filii sunt le. transmissa.* Et ex hoc textu patet, quòd requiritur factum hominis: *ar. Extra. de offi. dele. c.* 1. *ver. repererint. in Cle.* tamen super idoneitate hujusmodi Personæ sufficit habere literas Testimoniales ex quo fama contra eum non laborat, ut *no. Inno. & Hosti. Extra. de postu. præla. c.* 1. §. 1. *ver. requisitus.* & quod credatur hujusmodi

literis Commendatitiis generalibus est ar. 71. & 3. *dd.* per totum. ex quo per objectorem nihil probatur, nec contra eum est fama. *no.* 16. q. 5. *si quis Episcoporum.* & in *fi.* 19. *di. duæ in prin. C. de epi. & cle. si qua per calumniam.* §. *fi.* Sed quid si postea appareat minus idoneus, videtur quòd suspendi possit. *ar.* in hoc quod *no.* 35. q. 9. *veniam in prin. & ar. ff. de decre. ab or. fa. l. pe.* Dic de hoc ut notavi *suprà. e. ver. idiotas. in fi.*

a *Diligens.* Non ergo superficialis, ut dixi *suprà.* in *glo. quorum.*

b *Et nè.* Tertia pars.

c *Reprobatis.* Dativi casus, & supple *ex causis prædictis.*

d *Qui non sunt reprobandi.* Cum sint digni: unde notatur, quòd sicut est peccatum admittere reprobos, sic etiam non caret culpa Episcopus repellens idoneos: sicut & Regum & Principum est officium malos comprimere, ita & bonos sublevare; 32. *di. Regum.* ut sic separentur oves ab hœdis. *Matth.* 25. *c.*

e *Approbatis.* Dativi casus, & tales dicuntur qui effuso sermone antea non fuerant reprobati. *ff. de lega. 2. cum quidam. 2. Respon. C. de inoffi. testa. omni modo.* legitur: & notatur *Extra. de præsump. c. fi.* hic tamen dicitur approbatus facto scil. examinationis: ita quòd per examinationem de qua præmittitur repertus sit idoneus, ut dixi *suprà.* §. *proxi. in fi. super ver. indagatio.*

f *Clanculo.* Vitiosam obreptionem designat. *Extra. de elandest. des. c. fi.* & per totum. *ff. de administra. tuto. non existimo. ff. de Jure fisci. non intelligitur.* §. 2. & 3. *cum similibus.*

g *In examinatione.* Id est, in rotulo vel quaterno examinationis.

h *Scribatur.* Nota hic casum in quo scriptura requiritur; sic 20. q. 1. *vidua.* alios casus tales *no. glo. Car. & Fo. An. Extra. de censi. c. 1. ver. in scriptis. li.* 6. legitur & notatur per *Wil. Extra. de præben. per literas. in fi. in Cle.* & per *glo. no. C. de pactis. l. pactum quod bona fide.*

i *Et nomina.* Una cum cognominibus per quæ demonstrativè appellantur. *ff. si certum pe. l. certum.*

k *Probatorum.* Id est, approbatorum, ut prædixi.

l *Scripti.* Scil. inter approbatos, maximè cum reprobati non scribantur, ut hic.

m *Postmodum.* Saltem ante ordinationem, ut sequitur. De hac dictione dixi *supra. e. Con. ad baptismum. in fi.*

n *Limine.* Id est, ingressu: idem verbum ponitur *C. de evictio. l. si post perfectam venditionem.*

o *Perlecta scriptura.* Non ergo sufficit scribi, nisi sequatur lectura. Sic ergo *Extra. de elec. causam. 2. Respon. in fi. in Cle.*

p *Discretione solita.* Sc. separata vocatione nominatim facta, ut dixi *suprà. e.* §. *in glo. una cum.*

q *Requirantur.* Id est, Publice proclamentur ordinandi sic dicendo, veniat talis R. *de Za.* & sic de aliis.

r *Ipsaque.* Pro &.

s *Scriptura.* Continens tam nomina Ordinantis, quàm Ordinati, & susceptionem cujusq; Ordinis; ac tempus & locũ Ordinationis. *ar.* in hoc quod legitur *infrà c. con. quoniam tabell. in fi.* Item tutum est ipsis Ordinatis literas sigillo Episcopi Ordinantis consignatas, dictam scripturã continentes, secum reportare. *ar.* in hoc qd *no. Extra. de offi. dele. cum in jure.* Sed nunquid sit licitum hoc casu Ordinato Notario, vel Registratori pro his literis pecuniam dare? Dic ut plenè distinguit *Fo. An. Extra. de si. c. 1. ver. in ordinatione.* quia Notario ministerium officii sui in actu Ordinationis præstanti conferre quicquam non liceret, ut ibi *ar. Auth. ut ea quæ vocantur nisi nun.* §. *fi. Coll. 5.* talia namq; tam ratione peccati, quàm consuetudinis prohibentur. *Extra. de si. sicut.* & *c. audivimus.* Secus tamen est de illo Notario, vel Registratore qui literas Testimoniales scribit ipsis etiam Ordinatis pro salario justo, vel aliquantulum plus propter magnitudinem negotii: licet securius hoc casu sponte detur absque pacto præcedente; 1. *q.* 2. *sicut Episcopum.* tunc enim neuter ullo modo peccaret. *Extra. de si. dilectus. 2.* & *no. per Inno.* & *Hosti. e. si. c. 1.* facit *suprà. e. Con. Sacramenta. ver. late.*

Notarii Episcoporũ, an possint pro literis Ordinationum aliquid recipere.

c.1.& 2.& cæt. tenere. ita quòd si uterque fuerit sciens, scil. tam conferens quam recipiens, dolus cum dolo compensatur. *ff. de compen. si amb. Extra. de adulte. c. pe.* Si tamen ignorancer tale recepit, tunc conferens hoc sciens in æquivalenti illi delusо tinetur. Sic loquitur *glos. de præben. cum secundum Apostolum. in glo. quòd si Episcopus.* Aut uterq; hoc ignorabat; tunc, si recipiens ordinetur propter illud Beneficium, quod sic pertinebat ad alium, conferens tenetur ei providere, non dico de æquivalenti, ut in casu proxime superiori, sed competenti, sicut tenetur aliis a se sine titulo Ordinatis: ut dicto *c. cum secundum Apostolum.* sic intellige quod *no. 7. q. 1. præsentium. in glo. fi. in prin.* vel si beneficiatus prius fuerit, ad illud redibit. *Extra. de præben. si beneficia. lib. 6.* Aut recipiens hoc scivit, & Episcopus ignoravit; tunc Episcopus de evictione non tenetur: quia sciens non ab Episcopo, sed a seipso decipitur. *ff. quod vi aut clam. l. prohibere. 1. Respon. in fi. & in glo. Extra. de præben. inter. in fi.* Ista hæc distinctio pro magna parte traditur per *Hostien.* & *Jo. An.* Aliquando vacat Beneficium de Jure, & non de facto; & tunc si factum aliquid Juris habet, puta auctoritatem Executoris, & sic dicitur possessio colorata: *ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. 1. & 2. ff. de acquiren. posse. l. juste.* cum semper sit pro hujusmodi possessore præsumendum: *ar. in hoc quod le. & no. Extra. de renunc. c. in præsentia. §. 1.* necessaria est amotio sententialis antequam conferatur per Executorem, vel provideatur expectanti. *ar. Extra. de concess. præben. cum nostris. & c. literas.* ubi hoc *no.* per *Inno. & Hosti. ff. de offi. prætor. l. barbarius. ff. de nata. restit. l. 2.* Cave tamen, quia hujusmodi colorata possessio non impediret ordinarium potestatem conferendi Beneficia. *Extra. de præben. licet Episcopus. lib. 6.* ubi de hoc *no. Gui. ar. Extra. de feudis. c. 2.* Si tamen hoc casu vacat Beneficium de Jure, & non de facto; ita quòd nihil Juris colorati habeat, sed tantum detentionem nudam, puta quia forte se intrusit, vel auctoritate ipsius ingressus est, qui potestatem ingrediendi vel investiendi non habet: tunc talis possessio facti, quæ potius dicitur detentio, impetrationem non impedit, nec etiam Collationem Executoris. & hoc tenet *Gui.* in dicto *ca. licet Episcopus. ver. conferre. li. 6.* & sic intelligo sine calumnia. *Extra. de concessi. præben. cum nostris. §. auditor.* ibi *quia talis possessio &c. Extra. de supplen. negli. prælatorum. c. fi.*

Possessio colorata nõ impedit ordinarium conferre beneficia.

a *Pingui.* Id est, facultatibus & proventibus abundante. Sed quæ ergo Ecclesia dicitur sufficiens? Dic quòd ista quæ sufficit ad victum & vestitum Beneficiati pro se, & familia: de qua habetur *ff. de ver bo. sig. l. in lege censoria. §. ulti.* ac pro hospitalitate tenenda. Ut legitur & notatur 16. *q. 1. c. pe. & ulti.* & bene notatur hujusmodi sufficientia 21. *q. 1. c. 1. & Extra. de rescrip. c. cum adeo. in glo. debet enim. & Extra. de cle. non resi. cum jucrente. in magna glo.* & hæc continentur loco sustentationis congruæ ipsius Beneficati, etiam Vicarii, de quo dicam *infrà. consti. proxi.* intantum quòd media pars, vel tertia pars, vel quarta Beneficii Vicario ministranti tribuatur. *ar. Extra. de sepul. certificari.* ut hoc *no. Hosti. de concess. præben. Ex parte. in fi.* Sub qua congruitate credo considerationem habendam ad regionem, & patriam, & ad situm loci: ut *le. & no per Hostien. Extra. de præben. de monachis. & no. Jo. An. eo. titu. extirpandæ.* nam in Persona æquali Beneficium censeretur sufficiens in Provincia, ubi minores expensæ requiruntur, quàm in *Anglia*, ubi majores sunt expensæ. *ar. 41. distin. quisquis. Extrà. de dona. cæterum.* Sed & potissime considerandæ sunt facultates Ecclesiæ vel Monasterii, quæ vel quod de expensis hujusmodi cogitur providere. *ar. ff. de admi. tu. cum plures. §. pe. & no. Hosti. & Jo. An. Extra. de præben. cum secundum Apostolum. §. fi.* Item ad sufficientiam Beneficii, & Vicariæ, de qua *infra. in Consti. proxi.* requiritur, quòd ultra tantum habeat de quanto potest Jura Episcopalia solvere, & cætera incumbentia onera supportare. *Extra. de præben. monachis. & c. extirpandæ. 1. Respon. §. fi. & § 1. c. ti. ca. 1. lib. 6. & Extra. de jure pa. c. 1. in prin. in Cle.* ubi etiam *no. Wil.* quòd in hac sufficientia debet haberi ratio Nobilitatis. 42. *distin. non cogantur.* Item Scientiæ. *Extra. de præben. de multa. in fine.* Item Dignitatis, ut Doctoratus vel hujusmodi. *ar. ff. de usufruc. sed & si quid. §. 1. ff. de va. & Extraordi. cog. l. 1. §. in honorariis.* Sed pingue Beneficium dicitur, quod his præmissis consideratis in delicatis exuberat. *ar. C. de aquæduc. ejusm. li. 11.* Hic dicitur Ecclesia pinguis respectu Beneficii tenuioris. Sic *Extra. de renun. si tecta. 6.*

Beneficium dicitur esse sufficiens.

Nobilitatis & scientia ratio habenda est in Beneficiis conferendis.

b *Quam.* Sc. pinguem Ecclesiam.

c *Nec tamen eam recipere audebat.* Meum quærendorum Beneficiorum primum: ut sequitur.

d *Ut Persona.* Loquitur juxta vulgare *Anglicorum. Extra. de rescrip. ex parte. sc. in prin. cum similibus. Jo. de Athon.*

e *Ne aliis.* Hic fuit causa timoris.

f *Beneficiis.* Pluralis igitur fuit iste de quo plenè dicam *infra. in Consti. Otho. Christiana. §. 2. ver. pluralitatem.* De hoc etiam habetur *in c. dudum. 2. Extra. de electi. per glo. in verbo. intitulatam.* & per *Jo. An. in c. gratia. de rescrip. li. 6.* per *Cardinalem. in c. gratiæ. de rescrip. cum si.* *Additio*

g *Privaretur.* Ipso Jure. *Extra. de præben. multa.* Immo, & ipso Beneficio ultimo spoliatur judiciali privatione, per *c. de multa.* Hodiè per *Extrav. Jo. Papæ 22.* quæ incipit, *Execrabilis. §. qui vero deinceps.* si recipiens secundum, primum, quo privatus est, non dimittat absque moræ dispendio, re, & verbo, coram testibus, & ante Judicem, privatus est secundo ipso Jure, & inhabilis ad Sacros Ordines. ut ibi, *salva moderatione. c. Con. §. porro.* & *no. Jo. An. dicto c. de multa. §. 1. ver. si forte.* Vel forte hæc veritatem continent tantum in casu reservationis dictæ Constitutionis *Execrabilis. ar. ff. de pæ. si præses. & l. pe.*

h *Callidè.* Cum tamen fraus & dolus nemini patrocinari debent. *Extra. de cle. non resi. tuæ. in fi. Extra. de immunita. Eccl. adversus. §. cæterum.* Unde non deceptoribus, sed deceptis Jura subveniunt. *Extra. de donati. inter dilectos. §. fi. C. si minor se. qualiter ma. dix. l. 2. cum si.* Sed qualiter probatur fraus vel malitia? Dic quòd quamdiu in solo animo consistit, per Juramentum peragatur. *Extra. de excep. c. pastoralis. & no. de testi. præsentium. in 3. glo.* ubi etiam probat *Jo. An.* negativam probari per juramentum: *ar. Extra. qui ma. accu. possunt. cum in tua. & ar. de elec. ut circa. li. 6. & de sen. excom. si vero. 2. & Extra. de elec. c. nulli. li. 6. cum si.* Cum autem progreditur ad executionem actus, qui consequenter sequitur ex dolo, tunc probatur ex perspicuis indiciis, & verisimilibus conjecturis: *C. de dolo. l. dolum.* quæ quandoque sumuntur ex conditione personæ, ut *ff. de furtis. l. verum. & l. qui injuriæ. in prin.* quandoque vero ex probabilitate facti. Ut bene probatur *Extra. de renunci. si te. lib. 6.* Item patet exemplum in impetrante supprimente idem Beneficium: *Extra. de rescrip. ad aures. & c. cum adeo.* vel falsificante processum prius habitum: cum hujusmodi præmissa non potuerunt latere verisimiliter ipsos impetrantes. *Extra. de re judi. cum inter. §. 1. ver. cum ideo.* & tales censentur dolosi & malitiosi ex scientia præsumpta in proprio facto. *ar. ff. pro socio. l. ult. in fi.* a contrario sensu. Patet etiam hoc *ff. de juris & facti igno. l. plerumque.* *Fraus probatur.*

i *Procuravit.* Ergo Institutum in illa, forte ex Conventione, antequam vellet eum Patronus Præsentare, vel Episcopus eum instituere: cùm ipse optans hujusmodi firmam unius vel alterius esset amicus specialis.

k *Ut Ecclesia illa.* Pinguis vacans.

l *Sibi.* Optanti eam habere quoad fructus & proventus.

m *Modicum quid.* Id est, Parum aliquid.

n *Indè.* Id est, de ista Ecclesia pingui. *Jo. de Athon.*

o *Solveret.* Sc. obtinens hujusmodi firmam perpetuam.

p *Alii.* Institutio Rectori.

q *Personatus.* Id est, Rectoriæ. Non enim hic accipitur Personatus prout distinguitur à Dignitate vel officio, de qua differentia plenè *no. per Gui. Extra. de conse. c. 1. li. 6.* Accipitur ergò hæc dictio juxta vulgare *Anglicorum*: ut dixi *suprà. c. Con. Quod in quodam. 1. Respon. ver. personæ.*

r *Sibique.* Obtinenti hujusmodi firmam.

s *Reliquum.* Scil. ultra quam solveret parum Personæ nuncupativæ Institutæ: & licèt hæc dictio *reliquum* ad aliam relationem importare videtur, ut patet 7. *q. 1. mutationes. ver. similiter. & ver. nam sicut. Extra. de resti. in integrum. auditis. in fi. ff. de minori. l. Familiæ. in prin.* tamen † relatione cessante Universitatem designat, ut hic, si nihil vel parum detur pro firma. *ar. ff. de op. le. cum optio.* legitur & notatur *ff. de ver. sig. l. potest reliquorum.* *M. S. Coll. Nov.* † relatæ.

t *Quo dante.* Secunda pars.

u *Causam Edicto.* Sic *ff. de postu. l. 1. §. sexum. ver. origo. in fi.* Sed pone hanc causam cessare, nunquid cessat hujus Constitutionis effectus & prohibitio? Videtur quod sic. *C. de epi. & cle. l. generaliter. §. fi. cum si.* Tu dic contra: nam ubi Lex aliquid statuit contra rationem prævisa hinc inde, ibi cessante causa, non cessat Constitutio ipsa. ut hic, & dicto *§. sexum. de appella. cum cessante. de auctoritate in. §. neque tamen. infra. c. Consti. omnium Tabellionum.* Respon. Ratio est quia in talibus Lex vel Constitutio perpetuitatem habet, ram ex parte concedentis, quàm ex parte causæ: ideò licet cesset causa, auctoritas tamen Conditoris semper remanet, quæ hoc facit durare. *ar. in hoc quod le. & no. Extra. de offi. legati. fi.* & hanc rationem reddit *Ubi.*

Ex-

Edicto ſtatuimus, ut nulla Eccleſia [a] vel Præbenda, vel quis alius [b] reditus Eccleſiaſticus, [c] in toto vel in parte, ad firmam [d] alitui [e] ſub quocunque colore [f] in perpetuum [g] conferatur, [h] caſſum & inane fore [i] penitùs decernentes, ſi cont. a fuerit attentatum.

De Inſtitutione Vicariorum.

¶ Summarium.
¶ Aſcenſianum.

Vicariam nullus ſuſcipiat, niſi ſit Presbyter, aut Diaconus proximis quatuor tempo-

Extra. de appella. c. 1. prin. in Cle. notat *Inno. Extra. de immuni. eccle. quia plerique. in fi. pe. glo.* pro iſto adde *Extra. de elec. cupientes. in prin. ver. periculoſis. per Car. li. 6.* Sed quando lex ſtatuit juxta rationem & cauſam annexam, & tanquam fundamentum † cómutativũ ipſius Statuti: tunc Lex vel Conſtitutio ſemper refertur ad ſuam cauſam, quantumcunq; generaliter loquitur. *Sic* loquitur *glo. Extra. de cauſa. cum dilecti. §. 1. ſuper ver. ex cau. ar.* ad hoc *Extra. de appel. cum ceſſante. ff. de his qui notan. infa. l. 1. §. exercitium. ff. de acquiren. poſ. l. ſi is qui animo.* cum ſua *glo. ff de fonte. l. 1. §. 1.* cum ibi notatis. Ratio hujus eſt: nam cum inniti tur certa ratione & cauſa, tunc ea remota meritò finitur Conſtitutio ipſa, ut *le. & no. de in integ. reſti. tum ex literis. §. proſpeximus.* ibi, *illa intentio &c.* & ſic intellige plura contraria notata, & non ſolura per *Gui. 19. diſtin. ſi Romanorum. ver. item. ar. 61. di. §. ſed ſciendum. in prin. Fo de Arbon.*

Conſtitutio finitur finita ratione qua innititur.

M.S.Coll. Nov. † Commiutativũ.

a *Vel Præbenda.* Quid ſit Præbenda, & in quibus conſiſtat, & an deveniat in permutationem cum temporalibus, & qualiter differt à Canonia, dic plenè per *Wil. Extra. de præben. ſi juxta. ver. & Præbendam. in Cle. Fo. de Arbon.*

b *Reditus.* Eccleſiaſticus. Ut Præpoſitura vel Capellania. *8. q. 1. Apoſtolica. in prin.* Item ut ſunt Hoſpitalia, Leproſaria, & hujuſmodi, quibus dati ſunt reditus in puram & perpetuam Eleemoſynam. Ut tamen ſcias, quòd regulariter Hoſpitalia hujuſmodi, tanquam domus Religioſæ debent cenſeri ſub diſpoſitione Epiſcopi Diœceſani. *Extra. de reſi. do. ad hæc. cum c. præce.* Quandoque tamen Sæcularia ſunt in Dominio Sæcularis Domini, qui Patronus ſeu Advocatus eorum vocatur, nec in † talibus habet Epiſcopus aliquid, immò poſſunt ipſi Patroni Laici regimina eorum cui voluerint committere libere, & uſum donare, ut *Extra. de donat. inter dilectos.* & ibi hoc *no. Inno. & Hoſtie.* & credo, quòd in hujuſmodi Hoſpitali Sæculari locum non vendicat Conſtitutio nova. *Extra. de re. do. quia contingit. in Cle.* de hoc plenius *no. Wil. Extra. de præben. per literas. in Cle.* de hoc notatur *infrà. in Conſti. Otho. volentes. in prin. Fo. de Arbon.*

M.S.Coll. Nov. † Civilibus.

c *In toto vel in parte.* Sic videlicet, ut Jus totale vel particulare transferatur: ut dixi *ſuprà. c. Con. cum Laicis. ver. Eccleſia. & ver. ad firmam.* ſed tu dic quoad caſum præcedentem, quòd dicta expoſitio non valet: quia perpetuitas, de qua hic loquitur, neceſſariò induceret translationem Juris; cum fructus non ſunt extantes in Præſenti pro tempore futuro perpetuo; hujuſmodi enim futura in Jure conſiſtunt duntaxat. *ff. ſi ſervili. ven. harum. & l. egi.* dic ergo quoad propoſitum vel partem etiam fructuum percipiendorum perpetuo. *Extra. de arbi. pervenit.* ubi dicitur, quòd non poteſt fieri adjudicatio rei Eccleſiaſticæ per Laicos poſſidendæ &c.

d *Alicui.* Ergo nec Clerico, nec Laico, licet inter eos fiat differentia in firma temporali. *ſupra. Conſtitu. proxi. Fo. de Arbon.*

Via una prohibitũ an ſit alia concedendum.

e *Sub quocunque colore.* Quod ergo una via prohibetur, alia non admittitur. *Extra. de procura. tuæ. in glo. ulti. in fi.* pro quo dic, aut Lex, vel diſponens habet conſiderationem ad rem prohibitam: tunc via Juris Communis fiat Regula vera, ut dicto *c. tuæ. Extra. de conceſ. præben. detectanda. li. 6. ff. de tu. & cura. datis ab hit. l. ſcire oportet. §. 1. ff. ad Trebell. l. mulier. §. Braſidas. C. ſi manci. ita fu. alie. ne proſi. l fi.* & hic cum ſimilibus. ſed tamen, cum æquitas favorabilis ſubeſt, via Juris Specialis quis admittitur. *Extra. de in integrum. Conſtitutus. & no. c. ii. coram. in glo. fi. leg. & no. per Car. de Regu. Juris. cum quid. li. 6.* Aut Lex, vel diſponens, prohibendo principaliter ſe refert ad modum ſeu viam prohibitam: tunc alia via, etiam de Jure Communi, admittitur; jurans enim non accuſare bene denunciat. ut *no. Extra. de jurejuran. quemadmodum. in fi.* Sic repulſus ab una via, vel Actione, ad agendum alia nihilominus admittitur. *Extra. de judi. examinato. in fi.* hoc etiam *no. Fo. An. in dicta Regula. cum quid. li. 6 ar. ff. de excep. rei judi. ſi mater. §. eadem. & l. an eadem. §. actiones.* legitur & notatur *Extra. de re judi. c. Abbate ſanè. §. cæterum. & §. præfatus. li. 6.* vel dic ut *no. infrà. in Conſti. Otho. Deus. §. non igitur. in glo. nec ab alio. Fo. de Arbon.*

f *In perpetuum.* i.e. Ad vitam contrahentium: ita viz. quòd per mortem alterutrius contrahentium diſſolvatur; & finiatur firma ipſa ex Legis diſpoſitione. *ar. ff. pro ſocio. l. 1. ff. de procura. l. & in perpetuum.* & in hoc quod *no. ſupra. c. §. perpetua. in prin. glo. ſic videlicet. in fi.* de hac dictione *no. 10. q. 2. c. perpetua. in prin. Fo. de Arbon.*

ribus ritè in Presbyterum ordinandus: ſuſcipiensque renunciet cæteris Beneficiis curam Animarum habentibus, & juret ſe in Vicariatu corporalem reſidentiam continuè facturum; alioquin ejus Inſtitutio erit nulla.

Si quis autem non Sacerdos jam inſtitutus eſt, ſuſcipiat Sacerdotium intra annum; aut ſi per eum ſteterit quo minus ſuſceperit, privetur Vicaria: ſuſcipiens verò renunciet & juret ut jam Inſtituendus.

g *Conferatur.* Etiam cum licentia Epiſcopi, & alia ſolennitate, de qua loquitur *ſupra. c. Con. c. proxis. in pne. Fo. de Arbon.*

h *Caſſum & inane. C. de legi. non dubium.* Sic *Extra. de offic. delega c. ſi. in fi. li. 6.* & *c. li. de Judici. c. mulieres. in fi.* & *eo. li. de appella. ut ſuper. cum ſi.*

i *Penitus.* Id eſt, quoad omnem partem, tam temporis, quàm rei deductæ in contractum: cùm eadem ſit ratio rei & temporis. *ff. de mili. teſt. l. miles ita an prin.* facit *Extra. de elec. c. qualiter. in fine.*

k AD Vicariam Statui- AD *Vicariam. Sc.* perpetuam. *Extra. de reſcrip. poſtulaſti. Extra. de filiis Preſby. conſtitutus. & c. ad extirpandas. Extra. de fide inſtru. gloſ. perpetuum cum ſi.* Secus ergo de Vicariis temporalibus, qui Jus certum intitulatũ non habent. De quibus habetur *Extra. de appel. pervenit. 1. Ex ra. de voto. c. ulti. Extra. de elec. cum ex eo. c. li. de regula. beneficium.* Qui autem ſunt Vicarii perpetui, habetur *Extra. de offi. vicarii. ad hæc.* plenius *Ex ra. de præben. de monachis. c. extirpandæ. §. qui verò. cum ſi. infrà. in Conſti. Otho. Sacrorum.* Item de ejus ſufficienti portione dixi *ſupra. Conſti. proxi. 1. Reſpon. ver. pingue.* Item quatuor ſcias genera Vicariorum: Quidam ſunt Vicarii mercenarii, & ſic Convicarii Rectorum, qui ad tempus aſſumuntur temporales ad placitum Rectorum, & ſine licentia Epiſcopi, & tales Miſſas, & cætera Sacramenta, vice Rectorum recte miniſtrant. ut notatur *16. q. 1. adjicimus. ar. 23. diſti. mulieres. in fi.* Nam bonus Rector ſecum debet habere Vicarium. *7. q. 1. illud. & c. nihil.* Immo & Vicarius perpetuus hujuſmodi Convicarium temporalem habere poteſt in adjutorium ſuum, & ſine licentia Epiſcopi: dum tamen ſtatutum Provinciale, vel Synodale non impediat. ut dicta *decre. ulti. alias.* ut dicam *infrà. c. §. ſed. verbum, perſonis propriis.* Alii dicuntur Vicarii ad certam Provinciam per Papam deſtinati, & illi tantam poteſtatem obtinent quantam literæ eorum important, & non plus. *18. diſtin. nobiliſſimus. Extra. de privile. ſuſcepimus.* Tertii dicuntur Vicarii generaliter per Epiſcopum in ſua Diœceſi conſtituti, quam poteſtatem à Jure dicuntur habere. *Extra. de offi. vicarii. cum in generali. li. 6. & eo. li. de præben. c. ſtatutum.* de quibus quæro, quomodo, & in quo differunt iſti à Principalibus Officialibus, qui idem Conſiſtorium tenent. *Extra. de appella. Romana. in princi. lib. 6. Extra. de reſcrip. & ſi principalis. in Cle.* Solutio. In Officialem hujuſmodi eſt transfuſa cognitio cauſarum totius Diœceſis generaliter; non autem Inquiſitio, Correctio, Punitio exceſſuum, ſeu Amotio à Beneficio, nec etiam Collatio Beneficiorum, niſi aliàs iſta ſpecialiter ſibi eſſent commiſſa: Vicarius tamen generalis Epiſcopi hæc omnia facere poteſt, exceptis Beneficiorum collationibus: *Extra. de offi. vicarii. licet. & c. cum in generali. li. 6.* hoc tamen poteſt generalis viſitator tempore viſitationis: ut *no. 61. diſtinc. obitum. cum ſi.* quod tamen dic, ut *Extra. de ſupplen. negli. prælato. c. Eccleſiæ.* & generaliter omnia poteſt, quæ ſunt neceſſitatis, & Juſtitiæ. *Extra. de tempo. ordin. cum nullus. §. 1. lib. 6. de majo. & obe Epiſcopali.* ubi etiam *no. per Car.* ſecus tamen in his, quæ ſunt ſpecialis gratiæ: ut dicto *c. licet. & c. cum in generali.* Sunt autem & quarti Vicarii perpetui, ad curam animarum Inſtituti, & Inſtallati, & Intitulati, de quibus hic intelligo loqui. Ut hic, & alia quamplura utilia *ple. no. Wil. Extra. de offic. vicar. c. 1. in Cle.* Sed contra iſtos Vicarios perpetuos quædam in facto agitata quæro; primo ſcilicet an ille Vicarius in Judicio conventus ſuper re Eccleſiæ portionem ſuam contingente habeat Perſonam, alias Rectorem nominare? videtur quòd non: cum auctoritate Epiſcopi in Vicaria ſit Inſtituitus, aſſignata ſibi fructuum portione congrua. *Extra. de reſcrip. poſtulaſti. Extra. de offi. vica. ad hæc. & c. ex parte. Extra. de fide inſtru. gloſ. perpetuus.* ubi h. nc parté tenet *Hoſtien.* qd non habet nominare Rectorẽ: ſed ipſemet poteſt cõveniri, & cõvenire, ut ibi notatur; ſed contra *Inno. extra. de*

Vicarii quadruplices ſunt.

Vicarius in Judicio conventus, an teneatur Rectorẽ nominare, vel an poſſit per ſe conveniri, & convenire?

de majo. & obe. inter quatuor. in magna *gl.* ibi, *alii tenent.* Credo respectu Rectorum Vicarium esse institutivum, respectu vero aliorum nominare debet Rectorem: sic intellige hic contraria. *ar. ff. si servi. vend. loci.* §. *competit.* Hæc vera quando convenitur Vicarius ratione rei, vel loci; si autem ratione personæ, puta, forte Vicarius promisit mihi obedire: tunc nullo modo in Judicium alium nominat: nominatio enim in Judicio duntaxat in realibus locum habet secundum omnes, ut *no. Inno. in gl.* prædicta; non autem in personalibus: nam tunc quilibet convenitur ex Obligatione propria. *ar. ff. de consti. pecu. l. ubi.* Præmissa vera intellige in rebus immobilibus, sed an pro re mobili locum habet nominatio? *Inno.* in dicta *gl. magna*, parum post *prin.* videtur tenere quòd sic: sicut pro re immobili, *ar. ff. de rei ven. l. officium.* sed ipse idem notat contra, sc. quòd in re mobili nominatio non habet locum. ut *no. Extra. ut lit. non contest. quoniam.* §. *quòd si super rebus, in glo. secus* &c. Concordes dicta hæc sic: quia, quod dixit in mobilibus locum habere nominationem, intelligo verum esse ut nominatus ad Judicium vocetur, ut comparet, si sua viderit interesse, *ar.* in hoc quod notat *Inno. Extra. de ma. & obe. humilis. ver. in ardua. ar.* in hoc quod *Te. & no. ff. judica. sol. l. 3.* §. *ob rem.* sed non ut secundùm nominarum processus regulatur, sicut fit in immobilibus quando possidere se dicit nomine alieno: ut *suprà* notatur. Secundo quæro cum Jus talis Vicarii sic perpetuitatem contineat, ut jam dixi, an contra Rectorem loci Vicarius præscribere possit? Videtur quòd sic: quia licet Jus Rectoris Ecclesiæ videtur directum, tamen Jus Vicarii continet Jus utile, quod præfertur directo. *ff. de procur. ea causis. in fi. & l. se. ar. ff. de pe. hære. l. nec ullam.* alias *l. etiam si putavit.* §. *apud Marcellum.* De quo *suprà t. Consti. cum laicis. in glo. licet.* ibi, *juxta hoc quæritur.* Item Jus unius est distinctum & separatum à Jure alterius; ergo tanquàm separatum non continet Jus alterius. *ar. ff. de usurp. qui fundum. in fi. ar. ff. de acquiren. pos. l. naturaliter.* §. *nihil.* Quidam dicunt contra: cum quicquid præscribit Vicarius, tanquam Vicarius, Jure quodammodo derivato Ecclesiæ, & sic superiori proximo Prælato præscribit. *ar. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. l. male agitur.* & hoc notat *Wil. Extra. de offi. vicc. c. 1. in Cle.* Sed primum verius videtur: cum Vicarius tanquam persona Ecclesiastica Præscriptionis capax portionem sibi limitatam possideat nomine proprio, quod dic ut *suprà. in Consti. prædi.* & non nomine colonario: ut loquitur *l. male agitur.* in augmentum ergo portionis suæ in singulis in quibus bonam fidem ejus possimus præsumere, poterit contra Rectorem præscribere; *ar.* in hoc quod notat *Inno. Extra. de ver. sig. abbatem. in prin. glo. propè fi.* ibi, *inutiliter. ar. Extra. de offic. vicc. ad hoc.* Secus tamen in aliis rebus omnino diversæ naturæ & rationis distinctis; cùm in illis diceremus malam fidem inesse. *Extra. de præscrip. cùm olim ar. ff. de bo. li. si Patronus.* §. *si ex bonis. Authen. de consentien. & comm. Coll.* 10. *cum si.* Rector enim, non Vicarius, suam intentionem fundat de Jure Communi super Decimis, Primitiis, Oblationibus, & hujusmodi. *Extra. de præscrip. ex transmissa. Extra. de sepul. in nostra.* notat *Wil. de jur. pa. c. 1. 12. Resp. in Cle.* Item quæro an contra hujusmodi Vicarii, vel alterius Præscriptionem quadragenariam competit Rectori Restitutio infra quadriennium à tempore hujus quadragenariæ Præscriptionis completæ? *glo.* super hoc vacillat. *C. de sacrosanc. eccles. Authen. quas actiones. & Authen. de eccle. ti.* §. *pro temporalibus. in fi.* per quos textus & consimiles *glo. Extra. de in integr. resti. c. auditis. in glo. Ecclesia enim. in fi.* dicit, verius esse Restitutionem hoc casu non admitti, ne Juris loquentia de Præscriptione frustra statuta videantur: ut ibi notatur. Idem tenet *Jo. An. eo. ti. c. 1. glo. pone. Extra. in fi. in Cle.* Sed contra videtur dicendum: cum contra omnem læsionem Judicialem, & extra judicialem, restitui possit, immo & contra cæteras Præscriptiones temporales: ut notatur per *Doc. Extra. de in integ. resti. Constitutus. & no. C. de hæreticis. Authen. idem est.* Unde cum Ecclesia ante lapsum 40. annorum semper videatur in lædendo passive quis Jure Communi possit semper ante Præscriptionem intervertere, sed completis 40. annis, tunc dicitur læsa, & sic à tempore læsionis quadriennii indulgenda videtur Restitutio. *ar. Extra. de in integ. resti. c. 1. & 2. li. 6.* Quæ Jura videntur jonere hoc arbitrarium elicita quòd regulare sit illud quod continet prima opinio: quasi hæc Lex hoc Privilegium Restitutionis Prævideas in his Præscriptionibus quandam perpetuitatem continentibus certum tempus, & in Præscriptionibus Juris Ecclesiarum, præsulvir, alias quod, ubi Jure Communi, nec Special audiretur: ut dicta *Authen. quas actiones. cum si. Extra. de præscrip. de quarta.* Aliàs ad quid ponere Lex tempus diffusius in Præscriptione rei Ecclesiæ quàm in Præscriptione rerum privatarum 10. vel 20. annorum: *C. de præscrip. 30. annorum.* per rorum. Cum tamen duplici Privilegio gaudere non debent respectu ejusdem, ut *no. C. de dot. promiss. l. 1. in fi. ar. de dotis contem. l. si mulier.* §. *1. in fi. Instit. de author. tu.* §. *neque tamen*: posset tamen esse ratio Judicem movens ad concedendum Restitutionem hoc casu: puta, si in grave damnum Ecclesiæ Laici præscripsissent in modo Decimandi, quod videtur posse. Et idem notat *Wil. in. Cle. de judi. diffen-*

Vicarius an contra Rectorem præscribere possit?

Restitutio an competat Rectori contra præscriptionem vicarii.

dissen. ver. præstationem. quod in Personalibus valet Consuetudo de minus Decimando loco Decimarum, non in realibus, 16. q. 7. *quicunque vero prædiorum.* & notat *Jo. An. de sententias. Extra. t. 2. ver. Constitutiones.* & qualiter valet consuetudo in Clericis, *no. Inno. Extra. de consti. utili. venerabili. in prin.* licet hoc non possunt in hujusmodi decimis, ut legitur & notatur *Extra. de præscrip. causam.* & sic intellige *Extra. de resti. in integ. c. 1. in fi. lib. 6.* Item temporalibus Præscriptionibus, de quibus *suprà* dixi, est tempus uniforme Ecclesiæ, & aliis. Unde Ecclesia contra eas habet tantùm unam specialitatem, sc. Restitutionis in integrùm. *Extra. e. ti. c. 1. in Cle.* Et caye, quia dixi *suprà* duplicem favorem non debere heri respectu ejusdem. Verum est de duplici solennitate intrinseca, ut in dicta *glo. fi. C. de dot. promiss. l. 1.* & hic in quæstione proponitur. Sed cùm una intrinseca aliam intrinsecam bene compatitur, ut in alienatione rei Ecclesiæ vel Minoris: quoniam præcedit illa specialitas, *12. q. 2. sine exceptione. Extra. de re. Ecclesiæ non alie. c. dudum. lib. 6.* sed ista est extrinseca, *ff. de Pub. in rem act. l. quemcunque. in fi.* ideò petitur aliam specialitatem, sc. Restitutionis in integrum contra hujusmodi contractum, quæ est una specialitas intrinseca læsione probata. *Extra. de resti. in integ. c. 1. li. 6.*

a *De cætero.* Sic ergo nota, quòd tractus futuri temporis spectat ad Judicem: ita quòd super futuris potest ferri Sententia, & sic est contra *ff. de usur. l. 1.* Pro quo dicit *Hostien. Extra. de sepul. in nostra.* Aut Obligatio hæc est omnino futura, & super tali non potest fieri judicium, ut ibi. Aut Obligatio est præsens, tunc si sic dilativa tantum, & non extensiva: quia debetur in diem, ut in Festo Paschæ; tunc Obligatio est præsens, sed petitio vel condemnatio præsens non admittitur, immo potius puniretur si hoc peteret. *Extra. de plus pe. c. 1.* Aut est præsens dilativa, aut etiam extensiva; ut in expensis, quæ multiplicantur per Contumaciam in præstationibus annuis, & hujusmodi: tunc potest heri Condemnatio in futurum. Sic intellige *no. Extra. de offi. dele. quærenti. ff. si servi. vendi. l. harum.* & *l. ergi.* Sed conditionalis Condemnatio heri potest: *Extra. de testa. Raynaldus.* §. *ratio. ff. ad legem Aquili. l. in lege Aquilia.* §. *si debitor.* tenet enim Sententia conditionalis si feratur. *ff. quando ap. sit. l. 1.* §. *hidduum.* Item super futuris potest ferri Judicium pœnale: puta quia ille qui semel me molestavit de cætero non me molestet, nec amplius meum jus usurpet, ut dicta *Decret. in nostra.* Item quòd generaliter cautio peti posset de fideliter præstando in futurum ex omni justa causa quæ Judicis arbitrio visum fuerit, licet debitum ante diem impune non posset peti. Ut legitur & notatur *ff. de judi. in omnibus bonæ fidei.* hoc idem confirmat *Wil. Extra. de jureju. Romani. ver. declaramus. in Cle.* Tu dic breviter, quòd super futuris omnino, sc. actu & habitu, re & in spe non potest fundari Judicium: ita quòd hujusmodi non complectitur hujusmodi Libellus generalis. *ff. de judi. non potest & l. non quemadmodum.* sic intellige quod notat *Cur. Extra. de offi. ordi. c. 1. ver. forenses.* circa medium. Secus tamen super præsentibus actu, & futuris verisimiliter habitu: *ff. si ser. ven. l. harum. & l. ergi. cum si. & no. Gui. de re judi. abbate sane. propè fi. ver. judi. li. 6.* Item per hoc verbum *de cætero* patet, quòd hæc Constitutio est novi Juris introductiva: salvo eo quod dicitur *infrà. t. §. de jam.* de hoc plenius dixi *suprà. t. Consti. Ecclesias. in fi.*

Judicium an super futuris fundari possit.

b *Admittendum.* Expedit enim ante admissionem occurrere. *Extra. de jurejuran. quemadmodum.* §. *1. C. in quibus cau. in integ. resti. non est neces. l. fi.* Item scias, quòd Jus hujus perpetui Vicarii, & veri Rectoris est simile & conforme in tantum, quòd in eorum Beneficia prohibetur successio: quod non foret, si Jura eorum omnino forent diversa. *ut no. Hosti. Extra. de fi. pres. Constitutus. & c. ad hæc. in fi.* Licet enim Cura fuerat penes Vicarium, non tamen transfertur, nec abdicatur à Rectore, sed remanet penes utrumque: ut *no. Extra. de offi. vicarii. c. 2. & no. Inno. Extra. de præben. cum non ignores. & c. extirpanda. in fi.* licet enim Vicarius curam gerat: non tamen negatur quin Rector Curam habeat. *ar. ff. de Cat. edict. l. 3. ff. duo. facit ff. de jurejurando. si duo patroni. in prin. ff. de jure pa. si juraverò. in glo.* ubi dicens se filium non excludit † alium, nisi dicat se filium tantum: nihil ergo uni diminuitur per translationem hujus Curæ, sed per alium augetur: ut patet in omni doctrina per magistrum facta in discipulum. *ar. ff. de leg. 3. l. legatis servis.* §. *ornatricibus.* Contra tamen videtur per *Extravag. execrabilis.* §. *si. ver. Beneficium.* quod legitur per Vicarium respectu Rectoris dicitur non curatum. *Jo. de Anton.*

Vicarius an dicatur habere curam, vel potius Rector. M. S. Coll. Nov. ad. † *Filium.*

c *Nisi.* Nota, cùm hæc dictio sequitur negativam, ponere videtur seu affirmare, ut nullus homo disputet nisi *Guido, C. de transact. l. actione, cum si.* aut accedit orationi affirmativæ, ut omnis homo disputat nisi *Socrates.* & tunc excipit seu negat. *ff. de re. jur. qua tutela. in prin.* & de hac materia notat *Gui. Extra. de consti. c. 1. propè fi. ver. nisi. li. 6.* Sed contra hanc distinctionem est *ff. quando de min. testa. Titia.* §. *si. ff. de re. jur. utrum ex hu.* ubi hæc dictio sequitur negativam; & tamen non ponit. Dicunt ergo quidam moderni,

Nisi quandoque affirmat, quandoque negat.

aut diſpoſitio incipit negatiue, & tunc nihil ponit, ut dicta *l.* proxima *all.* aut diſpoſitio incipit affirmatiue, executio tamen eſt negativa, & tunc ponit. *ff. de condi. & de. l. quibus diebus. §. quidam Titio.* Dicto ſive in contractu, ſive ultima voluntate, ſive proferatur à lege, ſive ab homine, ſemper excipit, ſi referatur ad illud, & illi accedat, quod ſub præmia diſpoſitione cõtinebatur: diverſimode tamen, quia quando ſequitur affirmativam, tunc excepit negando illud quod prius fuit poſitum: *ff. de pœnis. &c. nam quod liquidè. §. fi. C. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſic fidei.* Sed quando ſequitur negativam tunc excipit affirmative: ut dicta *l. actio. ff. de ma. teſt. l. ſi ita fuerit ſervus. §. quæſtio. Inſtit. de adop. §. item non aliter.* & hic. 11. q. 3. *nemo Epiſcoporum.* Quando vero non refert ad illud totum quod permittitur, tunc ſemper adjectionem facit, & tunc proprie ponit, ut dicam & remittam in dictione *præter. infra, in Conſti. proxi. §. In utroque. ver. præter.* Et prudeꝛ notare iſta ad quæſtionem qua quæritur an ſic promittens *nullam in uxorem ducam niſi te*, ipſam ducere ſit obligatus: & ſalvis argumentis præmiſſis, videtur primò quòd non: quia ex diſpoſitione negativa effectus non inducitur, ut dicta *l. Titia. §. ſi.* ſed ſi contrahere vellet vir, tunc ipſa debet præſtari. *ar. ff. de act. empti. ſi ſterilis. §. ſed & ſi ita.* Contrà videtur, quòd ex hujuſmodi negativa inſurgit effectus, *ar. ff. de contrahen. empti. qui fundum.* ſaltem ut ex primâ attentatione, aliàs acceptatione, erga aliam, peti poſſit per primam. *ar. ff. de fideicommiſſ. liber. quidam in teſtamento, ſecundo Reſpon.* ibi, *nolo alii. &c.* Solutio. In hac quæſtione credo, quòd cum loquamur in actu incommutabili, ſc. in Matrimonio, ex verbis præmiſſis ſtatim ſit obligatus ad Matrimonium nullo alio modo expectato: niſi per partem ſic promittentem, probetur ſua mens veriſimiliter contraria: *ff. de fideicommiſſa. liber. l. generaliter. §. ſi petitum. in fi.* quia verba hujus promiſſionis ſic debent exponi: *nullam ducam niſi te.* id eſt, te ducam, & nullam aliam. Nec obſtant contraria: quia loquuntur in Contractu reprobili, ſcu irrevocabili & commutabili: *ff. de ac. emp. l. exempto. §. 1.* unde tunc expectatur, quouſque in contrarium fieri attentetur: & ſic intelligo *quoniam Guido. Extra. de conſti. c. 1. ver. hiſt. in fi. lib. 6.* qua quæritur de ſimili contractu venditionis. Præmiſſam deciſionem intellige veram in Foro Judiciali, in Foro Pœnitentiali omnino credendum eſt confitenti. 1. *q. 7. ſancimus.* Unde hoc caſu Presbyter habet dicere confitenti; licet in foro Judiciali non credereꝛur tibi ita, ſed potius adjudicaretur pro matrimonio, niſi tu evidenter probares contrarium: ut *§. ſi petitum. in fi.* tamen ego, qui debeo tibi credere, dico tibi ex quo non conſenſiſti in eam, non eſt tibi uxor. Ut plenius notat *Hoſti. Extra. de ſpon. tua nos. §. 1. ver. non videmus.*

Vir qui ita dicit nullam ducam niſi te, *an ſit obligatus ad illam ducendam.*

a *Jam.* Id eſt, tempore admiſſionis ſuæ ad Vicariam.

b *In Presbyterum ordinatum.* Supple, & executionem hujus habentem. *ar. infrà. c. Con. §. de jam inſtitutis. Extra. de elec. non eſt. quia nonnulli.* ibi, *per ſeipſum.* Non ergo ſufficeret talem ordinem hujuſmodi ſuſcepiſſe, & characterem habere: ut de hac materia plura recitat & notat *Gui. Extra. de pœ. degradatio. in glo. pe. & ulti. li. 6.*

c *Vel ſaltem.* Id eſt, ad minus. *infrà c. Con. cum non ſolum.*

d *In proximis. ar. ff. de ver. ob. l. eum qui Calendis.* Et ſic patet una diverſitas inter iſtum Vicarium & Rectorem, quem ſufficit eſſe Clericum tempore Inſtitutionis: ut *glo. not. Gui. de elec. cum ex eo. in glo. no. verbum. li. 6.*

e *Quatuor temporibus.* Nam aliis temporibus ſacer Ordo conferri non debet, niſi in Sabbato ſancto, vel Sabbato mediæ Quadrageſimæ. *Extra. de tempo. or. de eo. cum ſi.*

f *Ordinandum.* Repete, *in Presbyterum.* Quid ergò de impetrante in forma pauperum ad Beneficium, & ſi curam habeat Animarum annexam, an non obſtante Conſtitutione iſtâ qui non poteſt quis admitti ad Vicariam, niſi Presbyter, vel Diaconus in minoribus tantùm Ordinibus Conſtitutus, poſt acceptationem ſuam vel licentiam provideri poſſit de hujuſmodi Vicaria curata? Videtur quòd non: cùm hujuſmodi Beneficium adeo ſit Sacerdotale ex Statuto iſtius Conſtitutionis, quòd nullus ad illud debet admitti, niſi Sacerdos vel Diaconus, ut hic. *Extra. de præben. ſignificatum. ar. ff. de munc. & ho. ut gradatim. §. ſed etſi legem.* Item hujuſmodi Statuta localia per clauſulam *non obſtantibus &c.* Papa tollere non videtur. *Extra. de conſti. c. 1. li. 6.* Non enim hujuſmodi non obſtantia tollunt dilationem vel effectum Statutorum vel Conſuetudinum, ſed operantur tantum, nè gratia ſurrepticia dici poſſit: ut notant plenè *Gui. & Car. Extra. de reſcrip. cum aliquibus. in prin. lib. 6.* Dic contra: ut ipſi notant *Extra. de præben. ſi pro pauperibus clericis. ver. Proinde. li. 6.* Non enim tenetur homo ſine titulo ſe facere promoveri. *c. lib. & e. ti. ſi Epiſcopus.* & dixi *ſuprà. ea. Conſti. ſacer ordo. in glo. ordo namque tibi.* Ratio ultima in contrarium reduci debet pro iſta parte, ut patet per dictos *Doctos.*

Surreptio tollitur per clauſulam non obſtantibus.

g *Qui. Sc.* admittentes ad Vicariam.

h *Renuncians.* Re & verbo, hodie in forma & ſub pœna. *Extravag. execrabilis. §. qui verò deinceps.*

i *Si qua. Sc.* Beneficia curata, ut ſequitur, aliàs, niſi fuiſſet hoc adjectum, intelligeretur de Beneficiis quibuscunque: hic terminus tamque *Beneficium* in Jure Communi poſitus late patet. Ut notat *Wil. Extra. de renunci. fi. 1. ver. beneficia. in Cle.*

k *Juret.* Juramentum tria continere debet, ſc. Veritatem Scientiæ, item Judicium, id eſt, deliberationem, atque Juſtitiam, ſc. ut bonum ſit in ſe & honeſtum: alioquin potius diceretur perjurium, niſi hos tres comites habeat. 22. q. 2. *animadvertendum. in prin. C. de nup. Authen. quod ex. in fi.* De perjurio verò multiplici notatur 22. q. 2. *in ſummâ.* melius in *c. ne quis.* Item quando licèt jurare, notatur *Extra. de jurejuran. nullus.* Item an hujuſmodi Juramentum poteſt per Epiſcopum inſtituto remitti? Dic quòd non, per ea quæ notat *Wil. Extra. de ujuris. c. unico. 2. Reſpon. ver. juramento. in Cle.* Nam cum tendit ad cultum Dei, Religionè, vel pietatem Dei, tunc non poteſt per partem remitti; ſecus ſi ſolummodo ad commodum temporale. Ut ibi plenè notat *Wil. ar. Extra. de ſpon. præterea. 1.* quod plenius proſequitur repertorium *Spe. li. de lc. §. nec oſtendendum. ver. poteſt etiam Epiſcopus.*

Juramentum tres debet habere comites.

l *Ibi.* Id eſt, in loco Vicariæ. Unde quæritur, an Vicarius in forma Conſtitutionis hujuſmodi juratus, extra parochiam ſuam in loco vicino habitans, ad menſam Laici forte, cum domos propria, nondum haberet conſtructas, cenſeatur in cura ſua jurata reſidere? Videtur quòd non; cùm talem Perſonam obligaram ad reſidentiam ſufficiat requirere in Eccleſia. *ar.* in hoc quod notat *Inno. Extra. de eo qui mittit. in poſ. ſi adverſarius. Extra. de dolo & contu. cauſam quæ.* cum ibi notatis in *glo. Ber. ff. ubi pup. edu. de. l. ſi.* ſic videtur intelligi *glo. C. ex quibus cauſis ma. l. 2. & ex Gui. Extra. de elec. c. 1. ver. infra menſem. li. 6. ar. 13. q. 1. §. hiſitaque. ver. nam ita cum dictum eſt. ar. opti. 25. q. 2. ita nos. 1. Reſpon.* ibi, *ut parochiæ vice &c.* & hoc inuitur *infrà. in Conſtit. Otho. ſacerorum. 1. Reſpon. in fi.* Credo tamen per ea quæ proponuntur in via quæſtionis ſufficere eum ita eſſe vicinum, quòd commodè ad eum habeatur acceſſus, cum ejus Parochiani ejus miniſterio indigent: ita quòd requiſitus paratus Sacramenta intra Parochiam miniſtret. Idem enim Juris eſt de eo quod eſt, ſicut de eo quod prope eſt. *ff. ſi certum pet. §. dicebam. C. de pac. l. petens.* Præterea ibi ſatis reſideretiam facit, ubi ſuum opus complet, licèt extra manere conſuevit. *ar. ep. ff. de ſun. inſtruc. l. cum quidam. facit c. ti. l. quæſitum. § ſi quis. & l. cum de lanionis. §. Sabinus cum ſi.* Immò abſolvere, & Pœnitentias imponere in foro Animæ extra Parochiam poſſet quandoq; ſubditis ſuis, non tamen hoc univerſaliter uſurpandum; quia hæc ſunt Juriſdictionis voluntariæ: *ff. de offi. præſi. l. 2.* ſed contentioſam non poſſit exercere extra Parochiam, *ff. de jur. am. judi. extra territorium.* niſi in caſu *Extra. de foro. compe. c. 1. in Cle.*

Vicarius qui juratus in tiçaria reſidere, ſine loco primo amittur, quid juris.

m *Reſidentiam.* Hoc nedum ſtatuitur propter eorum continuum officium in miniſtrando Sacramenta & Sacramentalia, ſed propter hoſpitalitatem, quam ex hac arctatione plus facient & ſubibunt 1 42. *di. §. 1.* & ibi *no. in ſummâ.* ita quòd eorum domus omnibus debet eſſe Communis, alioquin Angelos nunquàm recipient; ut ibi notatur, & plenius 21. q. 1. *c. 1.* Unde juxta hujuſmodi onera ſibi providere debet de portione convenienti & congrua: ut patet in his quæ remiſi *ſuprà. c. in prin. ar. 12. di. §. 1.* Nunquid ergo iſte Vicarius juratus, ſe abſentans pro negotiis Eccleſiæ ſeu Vicariæ, excuſetur à perjurio? Videtur quòd non; cum actum voluntarium exerceat. *ar. C. de tranſactis. l. ſi quis major.* & quod notat additio *Extra. de jurejuran. ca. veniens.* Dic contra, quòd ſatis excuſetur: & quòd cenſetur reſidens etiam obligarus ſic per Juramentum. Nam paritas utilitatis Eccleſiæ eum excuſat. *ar. ff. de arbi. l. licet. C. de palati. ſacra. largitio. l. ſi. li. 12. ar. ff. de re judi. inter eos.* Nam & talis deſervire Eccleſiæ videtur, & reſidens eſſe in eadem. Ut notat *Gui. Extra. de cle. non reſi. c. 1. præpe ſi. ver. utilitatis. li. 6. ar. c. ti. ex parte tua.* Nec obſtat additio in *Decre. veniens.* de qua *ſuprà no.* Nam ibi impetravit Abſolutionem perpetuam, quod non eſt tolerabile: hìc temporaliter vult abeſſe. *ar. C. de preci. impera. offe. quoties.* Item quæſtio loquitur, quando ad commodum Eccleſiæ vel Reipublicæ immediatè: ſed dicta additio loquitur, quando hoc impetrat ad utilitatem perpetuam ſingularem immediatè. *ar. ff. ex qui cau. ma. licet. l. 4. & l. qui mittuntur. in fi.* Lex conſiderat potius immediatum commodum: ut *infrà. con. proxi.* & ſi hoc principaliter concernat commodum Eccleſiæ, diſpenſatio toleretur; ſi perſonæ commodum principalius, quia immediatè & inſeparabiliter, tunc denegetur. Ut notat *Hoſti. Extra. de præben. de multa. in fi.* Juxta hoc quæritur, an cum hujuſmodi Vicario jurato poteſt Epiſcopus diſpenſare in forma Conſtitutionis *cum ex eo. Extra. de elec. li. 6?* Videtur quòd ſic: quia qd Statu-

Vicarius ſi abſentans pro Eccleſiæ negotiis cenſetur præſens.

tum

Vicarii perpetui & Rectores eodem Jure censentur quoad aliqua.

tum est de Rectoribus, etiam quoad susceptionem Ordinum, ad perpetuos Vicarios est extensivum. *Extra. de offi. vicar. c. 1. in Cle.* ubi hanc partem tenet *Jo. An. ver. sacerdotium.* Sed ibi non decidit hæc de Vicaria jurata juxta Statutum locale, sed tantum de Vicaria de Jure Communi ordinata, quæ Juramenti hujusmodi exactionem non habet. ut in *alle. supra. c. con. in prin.* Unde licèt dudum in lectura *li. 6. decre. gratia.* collationis contrarium tenuerit: in Vicario tamen jurato ad residentiam in forma hujus Constitutionis credo jam contra. Nam ad casum interpretatum non extenditur obligatio jurata, etiam pro Republica. *ar.* in hoc quod notat *Gui. Extra. de censi. c. fi. li. 6.* & hanc partem tenet *Jo. An. Extra. de elec. cum non dece. in fi. li. 6.* nam Juramentum obligat & confirmat, ubi simplex locutio non onerat. *de le. 3. l. cum quis. decedens. §. codicillis. C. si adver. vendi. Authent. Sacramenta puberum. Extra. de pac. quamvis. li. 6. Extra. de jurejuran. cum contingat. & ea. ti. licet. li. 6.* Nec obstat *C. de non numera. pecu. indubitati.* nam ubi æquitas propter peccatum vel Jus Commune repugnans est Juramento, contrarium ibi Juramentū nihil superaddit ad vinculum: ut ibi *C. de legi. non dubium. ff. de le. 1. si quis inquilinos. in fi. Extra. de Regu. Juris. non est obligatorium. li. 6.* Sed hic & in juribus pro hac parte allegatis secus reperitur, quia hoc Juramentum excludit à Juramento speciali; ut *Authen. Sacramenta. cum si. supra all.* ut vult *no Wil. Extra. de jurejuran. c. 1. §. fi. ver. firma. in Cle.* Item contra Juramentum requiritur dispensatio, & dispensandi potestas expressa: *ff. ad munici. l. ult. in prin.* quam Episcopus non habet, sed solus Papa. *15. q. 6. auctoritatem. per Jo. & Archi. Extra. de jurejuran. cum quidam. per Ber. & Doct.* Item forma *Decre. cum ex eo.* non possit dispensare cum isto Vicario, cum ante ejus admissionem eum oporteat esse Presbyterum, vel Diaconum: ut hic patet, & *Decre. cum ex eo.* solum requirit eum esse Subdiaconum infra annum. Ad hæc omnia facit quod notatur in *proxi. glo. se.* Non tamen nego quin ex causa rationabili super residentia simplici secum possit dispensare. *ar. Extra. de elec. licet canon. §. is autem. cum §. fi. li. 6.* Nec enim in hoc obviat suum Juramentum: ut *no. infra. in glo. non igitur.*

a *Facere.* Nota quòd ea quæ per verba statuuntur seu disponuntur, ad intellectum interpretatum non referuntur: ff. *de vul. & pup. qui liberis. §. hæc verba,* secus tamen quando per nomen, ut iter, actus, & hujusmodi, ut bene *le. & no. Insti. de sti. servo. §. sed cum factum.*

b *Eam. Sc.* residentiam.

c *Facias.* An ergo Juramentum hujusmodi arctet vel obliget ad hanc continuitatem? Videtur quòd sic. *ar. ff. de condi. & demon. l. hæc Scriptura.* cum sua *glossa* interlineari. *ver. facturum.* ubi innuit repeti Juramentum. *ar.* in hoc quod *le. & no. C. de fo. sanc. ec. Authen. hoc jus porrectum. in glo. in juramento.* Sed certe ibi dictio *facturum.* alias staret sine regimine transitionis: & facit *e. ti. l. sic. in fi.* hic autem loquitur in copulativa diversarum orationum, ubi Juramentum in secunda oratione non videtur repeti, sed distinctim per se stat, cum regimen per se sufficiens includat; *ar. ff. de ver. ob. inter stipulantem. §. 2. ver. item si ego.* unde diversa videtur esse pœna unius & alterius, *ar. C. de transac. l. ubi.* salvo eo quod dicam *infrà. c. Consti. ver. alioquin.* ita quòd licet Juramento Vicarius astringatur ad residentiam, tamen ad continuitatem residentiæ astringitur solùm ex præcepto; cujus præcepti violatione non nego peccatum mortale contineri. ut *no. Car. de elec. generali. in glo. cum ergo. li. 6.* & per *Gui. c. li. de con. præben. detestanda. in glo. vere damnatur.* ibi, *notat verbum.* patet *3. dist. §. ult.* Ad diversam naturam & discretam orationem sequentem Juramentum præcedens non extenditur: *C. quando mu. tu. offi. fun. potest. l. fi.* licet Juramentum subsequens ad orationes præcedentes separatas quandoque extendatur. *Extra. de jurejuran. ego. in fi. Johan. de Athon.*

Residentiā continuam per juramentum promittens ad continuitatem vi juramenti non astringitur

Verba civiliter sunt intelligenda.

d *Continuè.* Hoc intelligo Civili modo, i. e. tempore congruo: licet non quolibet instanti. *ff. de servi. l. si cui. ff. de ædili. edic. l. quid venditor.* ubi Lex instruit non fieri interpretationem amaram: abest enim quòd ab hujusmodi Vicario exquireretur quodlibet momentum. *ff. de condi. & de. l. si quis ita legaverit.* Causa namque stillicidii perpetua est, & tamen non semper cadit. *ff. de servi. ur. præ. l. foramen.* sic *Extra. in præs. in prin.* ubi exponitur *continuè,* id est, assidue. *ar.* pro hoc *Extra. de cle. non Residen. ex parte. Extra. de præben. significatum.* ubi de hoc, & notat *Gui. in Rosa. 22. di. sacrosancta. ver. Constitutis.* legitur & notatur *Extra. de ver. signi. c. ulti. in fi. lib. 6.* Potest etiam quandoque se absentare nedum pro necessariis, sed etiam pro utilitatibus suis familiaribus, immo & causa peregrinationis temporaneæ: quia talis non minus residere videtur. *ff. de offi. præs. illud. Extra. de præben. præsenti. 1. Respon. in fi. & §. 1. li. 6.* Quod tamen verum est moderatâ licentiâ Episcopi: ut notat *Gui. Extra. de ver. sig. c. ulti. in fi. li. 6.* ut patet *de cons. di. ulti. non oportet ministros.* Hoc maximè approbo, quando causâ recreationis se abientat, sive causa sanitatis recuperandæ, sive infirmitatis vitandæ, dum tamen causa non sit captatoria. Justa causa quæ quæ videtur abesse, qui non habet injustam causam absentiæ: *ff. de fideicommiss. li. si cum. §. ex justa.* quod indubio suæ conscientiæ relinquo per *Decre. Extra. de jurejuran. mulieri.* & ita hoc quod dixi *supra. c. Consti. Ecclesias. 1. Respon. in fi.* cum discreta moderatione Ordinarii. *ff. de in l tem juram. videamus. §. jurare. C. unde vi. si quando.* legitur & notatur *Extra. quod vi metusve cau. c. fi.* Infirmatus namque deservire videtur *ff. de sta. li. l. cum hæres. §. stichus.* legitur & notatur *Extra. de cle. ægro. c. 1. in fi.* Per quantum tempus ergo potest Vicarius ex causa voluntaria se absentare? Videtur quòd tantum per tres septimanas. *7. q. 1. præsentium.* Solutio. Hoc tempus non est Lege definitum, & ideo est arbitrarium, ut ibi notatur, sed dissolutionis causa non per horam abire debet. Ut notat *Jo. An. Extra. de rescrip. c. fi.*

Vicarii absentia voluntaria quanta potest esse.

e *Corporalem. Sc.* ministerium personale præbendo. Ut legitur & notatur *Extra. de præben. significatum.* patet *infrà. e. §. de jam.* Parum enim est residere, nisi residens curam gerat Ecclesiæ. *Extra. de cle. non resi. quia nonnulli. & ea. ti. c. 1. li. 6.* & patet in his quæ scripsi *infrà. in Constitu. Otho. Christiana. in glo. cum jura.* circa medium. Non enim sufficit corpus repræsentare, nisi, cum commode possit, ministerium adimpleat. *ff. de auc. tu. l. 1. in fi. ff. de cap. & postli. re. l. nihil. C. de epi. & cle. generaliter. in fi.* notat *Gui. Extra. de elec. licet canon. §. 1. in glo. hoc verbum. in fi. glo. li. 6.* plenius notat ipse *e. ti. cum ex eo. ver. ex justa causa. li. 6.* salvo semper eo quod dicam *infrà. ver. in proprio persona.*

f *Alioquin.* Id est, nisi juret residere, non dico continuè residere: quia ad continuitatem non astringitur vi juramenti. Ut dixi jam in *glo. supra. c. an ergo.* Cave tamen, quia observantia patriæ sic posset interpretari hujusmodi Juramentum, quòd ad continuitatem residentiæ extendatur, licèt contra intellectum, aut contra Communem significationem verborum, *Extra. de despon. impu. c. 1. §. li. 6.* & contra mentem statuentis. *ar. Extra. de spon. ex literis. t. & ar. ff. de ven. inspi. l. 1. §. fi. ff. de instruc. l. cum de lanionis. §. asylum. in fi. ff. de ver. sig. l. à vinculis. ff. de aqua plu. ar. l. ul. C. de Nili agge. non rumpen. l. unica.* notat *Car. Extra. de elec. cupientes. §. continue. ver. continue. ver. commode.* ibi, *credo quod judex &c. li. 6.* De Juramento verò Rectoris, quod de Jure præstare debet, dic per *Host. Extra. de jurejuran. tua. 1.*

g *Institutionem. Sc.* auctorizabilem. De hac in *c. cum satis. de offi. Archi.*

h *Ipsius. Sc.* Vicarii.

i *Decernimus.* Pone Episcopus dicit in suis literis, *Noverint universi, quòd talē Ordinavimus vel Instituimus,* loquens de præterito, non de præsenti, an per hæc verba probetur Ordinatio vel Institutio? Videtur quòd non. *ar. ff de le. 2. l. Titia cum testamento. 1. Respon. in fi. ff. de le. 3. cum quis decedens. §. codicillis.* Dic contra: quia fert Testimonium veritatis: *ar. 11. q. 3. c. 3. in prin. Extra. de probatio. post cessionem. ff. de hære. insti. qui volebat. ff. de ali. lega. l. 1. cum minus. §. verbis.* Talis enim enunciatio dispositionem insinuat. *ff. de dona. ex hac. ff. rem ra. ha. ne satisfatio. cum fi.* Item hujusmodi interpretationem consuetudo approbat. *ff. de pigno. actio. l. vel universorum.* & quod notatur *supra. e. Consti. ver. alioquin.* De verbis enim non curatur, ex quo de mente constat. *Extra. de ver. sig. intelligentia. & c. in his.* Alias enim damnaretur multitudo contra Legem *ff. de offi. præto. barbarius.* Item in his quæ ex facto proprio pendent, testimonium Episcopi sufficit; nec refert tunc an de præterito, an de præsenti loquatur Episcopus: sicut non refert, an in prima persona loquatur tabellio. *Extra. de conversi. conjuga. dudum.* Ubi Episcopus fert testimonium de actu habito coram alio, ibi multum refert. *Extra. de ver. sig. abbate.* & in hoc quod notat *Host. ver. fiat fides.* & tangam *infra. c. Consti. cæterum. in prin.*

Literis Episcopi credendum est.

k *Fore nullam.* Hic quæro si in literis Institutionis Vicarii non sit mentio Juramenti, de quo hic cavet, an ex hoc ejus Institutio posset argui nulla? Videtur quòd sic. Nam in Beneficiis litera hujusmodi Institutionis est loco Tituli: ergo si litera sit vitiosa vel defectiva, & Titulus redditur vitiosus & defectivus. *ar. ff. de re. eorum. l. 1. §. 1. & 2. q. 1. legum.* Patet. Ut plenè notat *Compost. Extra. de rescrip. super literis. ante fi.* Solutio. Hoc verum crederem de litera Papali, cujus forma dat diversimodè, nunc unum titulum, nunc alium, sc. secundùm quod vitium in tali litera insinuat obreptionem tituli; ut *ar. C. de epi. & cle. si quemquam. in fi. C. de sacr. eccle. prin. l. 1.* secus tamen in his literis, quæ uniformiter titulum auctorizabilem tribuunt semper consimilem; ut in casu quæstionis nostræ, maximè cum hæc Constitutio non sit talis, quæ possit probari aliter quàm per literas. *C. de hæ. de instru. in exercendis.* Item cum juxta interpretationē antiquorum solùm titulum nihilominus habeat cum possessione, viri; seu diminutio literæ non nocebit. *ff. de ac. & ob. l. non figura. ar. ff. de legi minime. ff. de lega. 3. si chorus. in fi. 1. Respon.* Sed contra ista idē videtur obstare, qd notat *Car. Extra. de elec. ut circa. §. 1. ver. corporali. in fi. li. 6.* ubi tenet, quòd Instrumentum

Quæstio.

Solennitas extrinseca non præsumitur.

non faciens mentionem de Juramento corporali, in casu ubi expeditio actûs Juramentum requirit, ut hic, non valet: quia solennitas hujusmodi extrinseca non præsumitur, nisi probetur. *ar. ff. de publicia. quæcunque. §. si cum sit.* ibi notatis. Sed ibi actus hujusmodi formam requirit sic redigi in scriptis, ut ibi patet: hic factum Juramentum sufficit, licèt hujusmodi Instrumentum hoc non contineat. *ar. op. C. de usurit. li. 6.* Item generalius dicit illam *glo.* cum suis similibus non esse simpliciter veram: tum dicit solennitatem intrinsecam præsumi, sed extrinsecam non. Nam quandoque extrinseca præsumitur, nisi contrarium ab adversario probetur. *C. de fide instru. & jure hastæ fis. l. 2. li. 10. Authen. de Tabell. §. 2. versi. præter. Coll. 4.* Item de intrinseca non videtur præsumi, nisi probetur. *C. de usur. l. 1.* Ideo dic, Aut quæritur de solennitate Juris Communis, tunc si probatio fiat per Testes, non præsumitur, cum seipsos possunt declarare: si autem per Instrumenta tunc præsumitur, ut notat *glo. C. de usur. l. 1. ar. de contraben. & commit. sti. l. 1.* Hoc verum de Instrumento principalis debiti, scil. quod de ejus solennitate præsumitur, ut hic: secus de solennitate Instrumenti aliquod factum narrantis; nam de illa non præsumitur. Sic loquitur dicta *Decre. ut circa*, notatur *ff. de ver. ob. sciendum.* Aut loquitur de solennitate Juris specialis, tunc si sit favorabile ut præsumatur, præsumitur, ut dicta *l. 2. li. 10* si autem sit odiosum quod præsumatur, tunc non præsumitur, ut dicta *l. quæcunque. §. si cum si.*

a *Alii.* Ergo non eidem absque alio medio: ut in simili exponunt *Doc. Extra. de elec. licet canon. ver. alii. li. 6.*

b *Conferenda.* Salvo Jure Patroni, cui hujusmodi vacatio denunciari debet. Ut notat *Inno. & Hosti. Extra. de resti. spo. accepta.*

c *Sieque.* Versiculus.

d *Illudatur.* Id est, per cautelam occurratur. *de pæ. di. 1. §. ægritudo carnis.* Est ergo propriè *Illusio* callida & fraudulosa locutio, dicta animo defraudandi. *51. q. 1. quidam.* Unde Communiter ponitur pro deceptione vel sophisticatione, *43. di. in mandatis. propè fi.* seu derisione, ut legitur *Extra. de renunci. c. 1. in prin. in Cle.* sed alibi ponitur pro tentatione vel pollutione, ut notat *Gui. 6. di. c. 1.*

Illusio quid est.

e *Illi dolo.* Illusio ergo & deceptio commendatur, per quam dolo resistitur. *ff. de dolo. l. 1. §. 11 ff. de le. 2. cum pater.* ut satis notatur *Extra. quod me. eau. v. 1. in glo.* Nota quòd verum videtur utendo mediis Jure licitis fallitates seu productiones nullatenus immiscendo: quia his acceptis non refert, an quis pro Justitia directe pugnet, an per insidias prosequatur. *23. q. 2. Dominus Deus.* Unde *Cato, qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte.* Facit quod *no. infra. ver. similate.*

Simulatores ex variis considerantur.

Simulatores quandoque consideres ex patria, *ff. de ædi. edic. quòd si nolit. §. & plerumque.* quandoque ex blanditiis, *46. di. sunt nonnulli. ff. de inoffi. testa. l. 4.* Unde versus, *Plures exterius apparent esse benigni, Qui sunt interius fallaces atque maligni. Ridenti facie simulata loquuntur iniqui. Nam circumveniunt te collo brachia nexa,* quandoque ex duplicitate sermonis, *ff. de pac. veteribus.* ut in *Evang. Voluerunt Christum capere in sermone. Matth. 22. c.* idem *Eccl. 21. c.* loquitur *de duplici corde & labiis scelestis. & Eccl. 5.* legitur, *peccator probatur in duplici lingua. Non ergo duplices sermones. Eccl. 42. ci in prin. ar.* in hoc quod notat *Jo. An. Extra. de procur. mandato.*

Duplicitas est triplex.

Est autem triplex *Duplicitas*, ut colligit *Gui. in Rosa. ex glo. 6. di. §. ult.* per auctoritates scriptas *Deutero. 22. c.* Prima est cordis, quando aliquis habet malitiâ in corde, & amicitiam prætendit in facie, ut notatur ibi, non indues vestem lino lanâque contextam: *Extra. de elec. cum causam.* quia linum denotat subtile & occultum, quod reperitur vestibus, sic malevolentia in corde; sed lana est blanda & mollis dum tangitur, denotans amicabilem faciem exterius. Unde *Psal. Sicut novacula acuta feciſti dolum.* Sic loquitur dicta auctoritas *Eccl. 2. c.* Secunda est oris, ut notatur in dicta *Glossa*, non semines agrum diverso semine, id est, verbo detractionis: quod proprium est Diaboli in occulto, & verbo suavi seu adulatorio in aperto. Semen enim verbum est. *43. di. c. 1. circa fi.* Sic loquuntur plures auctoritates allegatæ. Tertia duplicitas est operis, unde nota *glo.* prædictam, non arabis in bove & asino. Bos est animal laboriosum & fructuosum, denotans bonum opus in aperto, sed intentione mala, vel operando malum in occulto, quod designatur per asinum, qui est animal immundum. Prima duplicitas pertinet ad seductores, secunda ad detractores, tertia ad Hypocritas, secundùm *Petrum* in dicto *§. ult.* Unde dicit *Grego.* "Simulata sanctitas vel æquitas duplex est iniquitas, ut notat *Card. Extra. de elec. avaritiæ. in fi. li. 6. ar. ff. de admi. tu. l. non æstimo. ar. de serv. corrup. l. 1. §. persuadere.*

cariam [a] alii fore [b] conferendam. [c] Sicque [d] illudatur [e] illi dolo, [f] quo [g] sæpe, [h] assignato [i] alicui [k] nomine Personatûs aliquo modico, [l] simulatè [m] dabatur alii Ecclesia [n] ficto nomine Vicariæ; qui [o] timens alia perdere Beneficia, metuebat eam recipere ut [p] Persona.

¶ [q] *De jam verò institutis* [r] Vicariis, qui [s] non sunt Presbyteri, ([t] cum Vicarii teneantur [u] in propriis personis [x] Ecclesiis deservire) statuendo Præcipimus, [y] ut infra annum ad minus [z] se faciant in Pres-

f *Quo.* Sc. dolo.

g *Sæpe.* Ideo hoc magis est advertendum. *ff. de legi. l. nam ad eas. ff. de liberalega. l. legavi.*

g *Assignato. Scil. aliquo modico*, quod est *infrà*. & est ablativus casus absolutus.

i *Alicui.* Simplici consanguineo, vel alicui idiotæ.

k *Nomine Personatus.* Non ponitur hic pro Dignitate, vel Officio, prout distinguit *Gui. Extra. de conjue. c. 1. lib. 6.* sed prout remittitur *infrà. ver. ut personæ.*

l *Simulatè.* Contra *l ff. de ver. sig. Paulus. C. plus va. quod agi. l. 1. C. ad Velle. si cum pater. in fi.* & notatur *infrà. Consti. proxi. §. 1.*

m *Dabatur alii Ecclesia.* Cum tamen ipse alius retineret alia priora Beneficia curata: unde per admissionem istius Ecclesiæ ultimæ, si eam acciperet, ut Persona vel Rector, bene perpendebat priora Beneficia vacare debere per Concilium. *Extra. de præben. de multa.* Ideo adinventa fuit fraus ista, cui hic occurritur.

n *Ficto nomine.* Non vero, nec cum effectu. Potius enim anhelabat officium Vicarii, i.e. alterius vices gerere in evacuatione horrei vel granarii, quàm in erogatione curæ vel operis debiti: quod graviter lamentatur *Salomon Prover. 7. c.* dicens, *Non est vir in domo sua, abiens via longissima saccum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reversurus &c.*

o *Timens.* Propter dictum Concilium *de multa.*

p *Ut Persona.* i.e. Rector. Et ita loquitur secundùm vulgare *Anglicorum*, ut dixi *suprà. c. Consti. quod in quadam. ver. personæ.*

q *De jam verò institutis.* Secunda pars, quasi diceret, diximus superiori Capitulo de Vicariis in futuro ordinandis, jam restat ordinandum, quid Juris esse debeat de Institutis ante tempus hujus Constitutionis publicatæ.

r *Vicariis perpetuis.* De quibus *suprà* locuti sumus.

s *Non sunt Presbyteri.* Tempore hujus Constitutionis publicatæ.

t *Cum Vicarii teneantur.* Licèt verò Rectores Ecclesiarum Parochialium ad hoc obligantur, *Extra. de cle. non resi. quia nonnulli. &c.* sc. tamen fortius est astrictus Vicarius ad obsequium personale, quàm Rector. Ut notat *Jo. An. Extra. de offi. vica. c. 1. in Cle. ar. Extra. de præben. extirpandæ. §. qui verò.* nã Vicarius non dat Vicariũ, licet Rector quandoq; Vicariũ det ex causa: ut ibi, *Extra. de offi. vica. clericos.*

u *In propriis personis.* Ergo non excusatur deserviendo per alium. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de ma. & obe. humilis. in glo. cum enim. ff. de solu. inter artifices. C. de cadu. tol. l. unica. §. ne. ver. sin verò talis.* ut dixi *suprà. ver. corporalem.* salvo semper casu justi impedimenti necessitatis, ut *ff. de ſta. li. l. cum hæres. §. Stichus.* vel utilitatis: & tunc liceret semper deservire per alium. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *C. de epis. & cle. Authen. ascriptitios. & l. quisquis.* & quod dixi *suprà. c. Consti. ver. residentia.* ibi, *nunquid ergo iste.* Nec nego hujusmodi Vicariis adjutores mercenarios, qui eos temporaliter in Missis celebrandis & Sacramentis ministrandis juvent, & sine licentia Episcopi ex solo placito eorum. *ar.* in hoc quod notatur *16. q. 1. adjicimus. ar. Extra. de offi. ord. cis.* De hoc est Textus *Extra. de arbi. non sine.* notat *Wil. de offi. vica. & ma. glo.* ibi; *sextò an clerici.* & ibi, *contra sententiam.* & ibi, *Octavò quæro. & de privi. c. 1. post prin. ver. licentia speciali. in Cle.* & dixi *suprà. in prin.*

Vicarii possunt adjutores habere.

x *Ecclesiis.* Unde quicunq; sis, etiamsi filius Regis, ex quo Clericali Militiæ es ascriptus, non erubescas in Ecclesia ad Librum accedere, legere, & cantare; quòd si per te nescias, sequere scientes: nam per frequens exercitium suscipies incrementum. *ff. de le. 3. l. legatis. §. ornatricibus. de conse. di. 5. nunquam.* Hoc notat *Inno. Extra. de vi. & ho. cler. clerici. ver. Ecclesiasticis.*

Cantet in Ecclesia quilibet.

y *Ut infra annum.* A tempore regiminis commissi; *Extra. de elec. licet canon. §. pe. li. 6.* supple, & possessionis pacificè adeptæ; ut *c. ti. commissa. §. annus. c. li.* junctâ *Decre. Extra. de offi. vica. c. 1. in Cle. ar. ff. de ver. sig. nomen filiarum. §. si.* immo à tempore publicationis hujus Constitutionis in casu proposito.

z *Se faciant.* Sub pœna in dicto Concilio *licet canon.* Quod Concilium sequebatur editionem Constitutionum istarum: nam dictum Concilium edictum fuit sub *Gregorio* decimo, Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto *Lugduni.* Sub *Inno.* quarto fuit Concilio *Lugduni* Anno Dom. millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. Sed citra fuerunt istæ Constitutiones editæ & publicatæ, ut scripsi *c. Consti. in proæ. in fi.* sed tamen pœnã istius Concilii non crederem istos involutos, nisi domum à tempore publicationis Constitutionis comparantis Vicarios Rectoribus curatis. *Extra. de offi. vica. c. 1. in Cle.* Sed an crederem sufficisse pe-

nam;

nam? *Extra. de elec. cum in cunctis. §. inferiorà.* Sed tu dic pœnam ſuam hic ſequi in litera ibi, *alioquin &c.*

a *Ordinari.* Exequentes perſonaliter officium Presbyterale: ut patet per jam dicta ver. *ut infrà annum.*

b *Si per eos.* Vicarios ſc. jam inſtitutos.

c *Steterit.* Aliàs ſecus, ſive per impedimentum extrinſecus: ut jam dixi in dicto ver. *infrà annum.* ſive per Diœceſanos Epiſcopos, ad quos pertinet tales ordinare cum fuerint legitimè requiſiti. *Extra. de jur. imputari. li. 6. ff. de uſur. debitor. cum ſi.* Super qua requiſitione & inſtanti obligatione ad Ordines ſuſciendos expedit † pro facto mulrum publicum & authenticum habere inſtrumentum. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de ſen. ex. cum medicinalis. §. 1. ver. exemplum. li 6. & c. li. de ap. ab eo. & Extra. de appel. quamvis. in Cle. cum ſi.* Ex quo quæritur, an hujuſmodi Vicarius poſſit deſiſtere impunè ordinari ab alio, cum Epiſcopus proprius nolit, vel non poſſit hujuſmodi temporibus Ordines celebrare? Dic quòd non; cum Epiſcopus hoc poſſet committere etiam ſubdito invito. *Extra. de offi. or. quòd ſedem. in fi.* ut notatur per *Hoſti. & Jo. An. Extra. de foro compe. ſignificaſti. in fi.*

M. S. Coll. Nov.

† profectò.

byteros [a] ordinari: alioquin [b] ſi per eos [c] ſteterit, quo minus ſcilicet infra annum (ut diximus) ordinentur, eos extunc fore Vicariis eiſdem Decernimus eſſe privatos, & de reſidentia [d] circa eos ſtatuimus, quod [e] de inſtituendis [f] ſuprà diximus ſtatuendum.

Nè Eccleſia abſentis alicui conferatur.

¶ Summarium.

Nemo in abſentis Eccleſiam recipiatur nec inveſtiatur, donec de abſentis morte pleniſſimè conſtiterit, nec

d *Circa eos.* Sc. jam Inſtitutos.

e *De inſtituendis.* Sc. Vicariis in futurum.

f *Suprà diximus. Suprà. 1. & 2. Reſponſis.*

g AD *elidendum.* Hæc quæſtio ſuppletur per illam, quæ habetur *infrà. de intruſis. Ameris propriis. in Con. Otho.* & vide quæ ibi notantur benè.

h *Fallacias iniquorum.* Quæ vix elidi poſſunt. *infrà. in Conſti. Otho. in prov.* Deditus enim ad malitiam, nihil eſt, quin adinveniat. *Authen. ut hi qui obli. ſi perbi. habe. res mi. §. 1. Coll. 6. ar. C. manda. l. ſi. §. 1.*

i *Sagaci.* i. e. Prudenti. Et ſic nota ſubtilitatem commendari. De hoc notatur *Extra. de fer. capellanus. in glo. ſi.* ſecus tamen ſi eſſet perniciosa & vana. *C. de le. l. ſi. §* 1. legitur & notatur 49. *di. §. ſed ſunt nonnulli.* legitur & notatur per *Gui. Extra. de renun. c. 1. in prin. li. 6.* & notatur per *Wil. Extra. de jurejurân. c. 1. §. cæterùm. in glo. ver. nota veritatem, in Cle. ar. op. Extra. de re judi. abbate ſane. §. ſi. li. 6.*

k *Amatori.* Id eſt, Relatori.

l *Rectorum.* i. e. Juſtorum. Cavendum tamen eſt, nè propter malignorum ditationem ſubruamur: nec propter afflictionem eorum qui boni ſunt turbemur, *de pœ. di. 3. quid ergo. turbemur.* Unde in *Pſal. Vidi impium ſuperexaltatum &c. cum verſu ſe.*

m *Induſtria.* i. e. Sollicitudo. *C. arbi. tute. ſi defunctus. Jo. de Atho.*

n *Simplicitas.* Quæ fidei & legibus eſt amica. *Extra. de jurejuran. veritatis. Inſtitu. de legit. ag. ſuc. §. & hæc quidem lex.* Unde *Prover. 2. c.* legitur, *Qui rectè ſunt habitabunt in terra: & ſimplices permanebunt in ea.* Item *Prover. 9. c. in prin. ſimplicitas Juſtorum diriget eos: & ſupplantatio perverſorum vaſtabit eos.* Eſt autem triplex *Simplicitas.* Quædam eſt contraria dolo: & hæc approbatur. 2. *q. 6.* Secunda dicitur Ruſticitas, id eſt, ſimplicitas. legitur & notatur *Extra. de reſcrip. ſuper literis. 16. q. 1. ſi cupis.* Alia eſt quæ provenit ex ignorantia; quæ reprobatur: *infrà. e. Conſti. cum non ſolum. 39. di. Petrus.* licèt quandoque tali ſimplici aliquando parcatur; *C. de teſta. l. ul. ar. C. de jur. deli. l. ſancimus. in fi.* immo quandoque non vituperatur, ſicut ſimplex dicitur ignarus forenſium negotiorum. *ff. de proba. cum de indebito. §. ſi autem.* notat *Gui. in dicto c. Petrus.* Tertia prout in Chriſto, in quo eſt Simplicitas: quia nec diverſitas partium, nec pluralitas diverſitatum. Ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de ſumma tri. damnamus. §. licet. ver. ſimplex.* Item ſimplicitas dicitur quaſi puritas, i. e. abſque adjectione diei, conditionis, vel modi, ſeu proteſtationis, *ff. ex quibus cau. ma. ab hoſtibus. §. ſed quòd ſemper. ff. de ver. ob. l. 1. §. ſi quis ſimiliter. Extra. de procurato. c. 1. in Cle.*

Simplicitas eſt triplex.

o *Succumbat.* Sic *Extra. de ſi. licèt Hely. §. ſi.* hoc tamen non eſt ad malum ſuccumbentis, ſed potius vincentis, ſc. ad gehennam. *32. q. 7. adulterii. in prin.*

p *Veritas.* Quæ triplex eſt: ut patet per verſus, Eſt Verum vitæ, Doctrinæ, juſtitiæque. Primum ſemper habe, duo propter ſcandala linque. Ut bene notatur *Extra. de tempo. or. ſane. & Extra. de Rego. Jur. qui ſcandalizaverit.*

q *Falſitati.* Quæ nihil aliud eſt, quàm immutatio veritatis. Ut legitur & notatur *Authen. de fide inſtru. & cau. §. 1. Coll. 6. Jo. de A.*

r *Sanè.* Secunda pars, in qua præmiſſo exordio deſcendit ad factum. *Jo. de Atho.*

præſentis locum per vim occupet, alioquin læſo ad omnis damni recompenſationem tenebitur, & Officio Beneficioque omni ſuſpendetur.

[g] AD elidendum [h] fallacias iniquorum [i] ſagaci ſtudio eſt laborandum cuilibet Juſtitiæ [k] amatori, nè, ſi torpeſcat [l] Rectorum [m] induſtria, [n] ſimplicitas per verſutiam ſupplantetur, & [o] ſuccumbat [p] veritas [q] falſitati.

¶ [r] Sanè [s] ex relatione plurimorum accepimus, [t] quòd quidam Presbyteri in [u] abſentis Beneficium [v] oculos [x] jacientes, [a] fingentes [b] novos rumores, aſſerunt

s *Ex relatione plurimorum.* Quoad fundamentum Canonum ſupponere debemus aſſertionem veram: ut hic 27. q. 2. *multorum. in prin.* ſed quoad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, refert an Superior etiam Papa dicat *multorum relatione &c.* & tunc nihilominus inquirendum eſt de infamia, ſi negatur quod fieri poteſt; *Extra. de ap. conſuluit. 2.* ſicut & in caſu quando certi denunciantes exprimuntur, *ar. C. ex qui. cau. in. ſa. irro. verbum. Extra. de accu. c. ſi.* ſic vult intelligere *Imo. Extra. de appel. cum oporteat. in glo.* dic ut ibi. Aut dicit *fama publica referente ad nos pervenit &c.* & tunc rejicienda eſt inquiſitio infamiæ, etiam per adverſarium negatæ, & ſtatim inquirendum eſt de criminis veritate, ſuper quo inquiſitio demandatur. Hæc notat *Gui.* recitans antiquos *Doct. Extra. de accu. ſi is cui. li. 6.* Quæ ſententia vera infallibiliter non dubitatur, in aſſertione Papæ, cui reluctari non poteſt. *Extra. de teſti. cum à nobis. in fi. Extra. de probat. literis. in Cle.* Sicut etiam ſtatur Recordo Principis: ut legitur & notatur *Hoſti. Extra. de do. & contu. cum olim. §. cuique.* quod tamen verum crederem, dummodo deliberato, & Superiori in ſcriptis tranſmiſſo. 97. *di. c. ſi.* ut dixi *ſuprà. e. Conſti. Baſilicarum. §. 1. in glo. 1. poſt prin.* Secus æſtimo in recordatione vel aſſertione Epiſcopi, vel inferioris Prælati, qui zelo inordinato plerumque in ſubditos exardeſcunt: *ar. 6. q. 2. ſi cum. & c. ſe.* niſi forte in caſu quando alter ex hujuſmodi teſtimonio non læderetur; vel ubi res in judicium non deducitur. 7. *q. 1. c. 1. 11. q. 1. quicunque.*

Inquiſitio ſi fiat contra aliquem, an ſit de infamia inquirendum.

t *Quod quidam Presbyteri.* Illud idem crederem de aliis: ſed frequentiam facti conſideravit. *ff. de legi. l. nam ad ea. ff. de li. legà. legavi.*

u *Abſentis.* Non curo ex qua cauſa quoad propoſitum: licèt quoad non reſidentiæ pœnam eſſet diſtinguendum. Quod dic per *glo. ma. gratiam. Extra. ut lite non con. c. quoniam. §. ſi qui verò.* & notatur *ff. de in integ. reſti. l. ulti.*

x *Abſentis.* Extra Regnum. *ar. Extra. de do. & contu. cauſam.* ibi, *cum de Anglia receſſiſſe &c.* Vel ſi ultra duas dietas ſit abſens. *Extra. de præben. Præſenti. §. locavero. li. 6.* Vel quia non eſt in hortis. *ar. ff. de procur. præſens.* à contrario ſenſu. Tu dic hoc arbitrarium per *l. ff. de jure deli. l. 1. §. ulti.* & hoc notat *Wil. Extra. de elect. cauſam. §. 1. ver. in remotis. in Cle.*

y *Oculos.* Sc. per avaritiam cæcatos. Ut dicam *infrà. ver. cæcati. Jo. de Atho.*

z *Jacientes.* Id eſt, projicientes Presbyteri; quod eſt *ſuprà.*

a *Fingentes.* Sc. Presbyteri: & quia ſic fingunt ideo perſeverantem effectum non producunt. Unde dicit *Tullius lib. 2. Offici.* " Omnia ficta generaliter quaſi floſculi decidunt: & nihil ſimulatum poteſt eſſe diuturnum. ut notat *Jo. And. Extra. de præſump. literas. §. ſi.* & notatur *ſuprà. Conſti. proxima. 1. Reſpon. in fi. ver. ſimulate.*

Simulata non durant.

b *Novos rumores.* Contra doctrinam Sapientis, " Rumores fuge, nè incipias novus auctor haberi. Circa quod ſciendum eſt, quòd regulariter opinio Communis vehemens & probabilis ſufficere videtur. *ff. de acqui. hære. cum quidam. §. quid ſi ipſe. Si* autem rumor ſit levis & improbabilis: tunc non ſufficit in effectu, ut hic. *ff. de acqui. hære. ſi quis mihi bona. §. plane ſi rumor. Extra. de eo qui cogno. conſan. uxo. ſu. c. ſuper eo.* ut dicam *infrà. e. Conſti. contra latrones. in glo. per modum. in prin. ar. Decre. diſtinc. Extra. de ſen. ex. inquiſitioni. §. in ſecundo.* Sed hæc diſtinctio non videtur hoc caſu ſibi locum vendicare: cum Lex per certum modum alium exigat conſtare de morte hujus abſentis; ut patet *infrà. de intruſis. Ameris propriis: in Conſti. Otho.*

a *Se audiviſſe.* Hoc non valet, cum etiam teſtimonium de auditu non juvet. *Extra. de teſti. præterea.* cum ſimilibus.

b *Vel beneficium reſignaſſe.* Quæ reſignatio licet firmiter non teneat, niſi eam acceptante Prælato, *Extra. de renun. admonet.* valet tamen aliter quantum ad præjudicium reſignantis. ut *c. ii. quod in dubiis.* & ibi notatur per *Doctores. Jo. de Athon.*

c *Beneficii poſſeſſorem.* Alius enim quàm poſſeſſor non dicitur propriè reſignare. *ar. ff. de ſucceſſo. edict. l. 1. §. decretalis.*

d *Quomodolibet.* Id eſt, quomodocunque & ſic hæc dictio eſt univerſalis reduplicativa, plus de ſui natura continens quam univerſalis ſimplex: ut legitur & notatur ff. *ad Tre. habita. Extra. de foro compe. c. 1. §. eiſdem. ver. omnimodam. in Clem.*

e *Se intrudi.* Sed contra: cum Intruſus dici non debet, qui Inſtitutione auctorizabili eſt ingreſſus. ff. *de acquiren. poſ. juſtè.* Solutio. Ex hoc excuſatur à tanto, non à toto: ut bene notatur 7. *q. 1. cum qui.* Vel dic Legem iſtam *juſtè* loqui quando juſtè Judex interponit auctoritatem: ut diffuſè notat *Gui. Extra de elec. c. ult. ver. confirmationes. li. 6.* Vel poteſt dici, quòd hic auctorizans & auctorizatus ſcienter participarent & communicarent delictum; unde in nullo videntur excuſari. *ar. ff. de injur. l. non ſolum. §. Proculus.* Unde quæritur, an huic intruſo teneantur debitores hujus Beneficii Reſpondere? Videtur quòd non; cum careat fundamento, quaſi fur & latro. Unde notatur *Extra. de renun. in fi. in glo. ex hoc loco.* Sed dic contra, quamdiu toleratur, ex quo auctorizabiliter eſt ingreſſus: ff. *quod ſal. tu. auto. l 1. ff. de acquiren. poſ.* *juſtè.* alias ſecus, ut in *glo.* contraria. Sic notat *Hoſti. Extra. de reſti. ſpo. in litteris.* Facit quod ipſe notat *Extra. de elec. noſtri. ar. ff. de acqui. hære. pupillum. C. de ed. c. divi Adri. tollen. l. ul.* Quod diſtinguit *Inno. in dicto c. noſti. in fi. & Hoſti.* quem in dicto *c. in literis.* ſequitur *Gui. Extra. de præben. cum qui. 1. Reſpon. li. 6. ver. invaſor.* Nam ſi hujuſmodi malæ fidei poſſeſſor agat nomine proprio, tunc non eſt el Reſpondendum: ſi verò nomine Dignitatis, tunc ſic; quouſque de violentia vel mala fide in judicio ſit convictus. Quæ definitio locum habere non poteſt in ſe intrudente auctoritate propria: quia ſive nomine proprio, ſive nomine Dignitatis talis petat, juſtè ſibi reſiſtitur. *ar. ff. de auc. tu. l. 4. §. fi.* Ita quòd potius debet Excommunicationem tolerare, quàm tali intruſo contra conſcientiam reſpondere. *ar. Extra. de reſti. ſpo. literas. de ſen. ex. inquiſitioni.* Quod verum eſt, niſi hujuſmodi debitores in hac parte Judicialiter ſint conventi per talem intruſum: nam tunc Judicialis auctoritas eorum conſcientiam excuſat. ff. *de minori. ait Prætor. §. 1. ver. quòd tamen.* Ratio eſt, quia in Judicio Judex procedit ſecundùm probata: ſed pars cum ſit extra Judicium ſecundùm conſcientiam. Ut notat *Hoſtien. in dicto c. in literis.* Quòd tamen acta per intruſum non teneant, notat *Gui. 7. q. 1. factus. in glo. ar. quòd quæ.* de quo dic per *Inno. Extra. de ſchiſma. c. 1.* Sed pone quæſtionem factì; iſte ſic intruſus permutat hujuſmodi Beneficium cum alio: nunquid nunc incumbens tenetur Reſpondere de Jure ipſius permutantis, & titulum incumbentiæ ejus juſtificare? Videtur quòd ſic: ita quòd alioquin amoveatur. Qui enim rem alienam accipit, permutationē non facit. ff. *de re. permuta. l. 1. §. fi.* legitur & notatur *Extra. de excep. cum venerabilis. §. 1. ver. cum inter. 16. q. 7. c. neminem.* Item hoc probat ſtylus curiæ in hac parte, cū dicitur, *non intendentes alterutri partium Fu notum confirmare, ſed tantum in Jure, quod ipſi permutantes habere noſcuntur, noſtram auctoritatem benignè impartiri.* Sed contra videtur: nā auctoritas ipſius approbantis permutationem videtur ſufficere, licèt prius nullum Jus habuit in re; & licèt dicatur cauſa minus legitima ſubeſſe. *ar. ff. de condi. inde. in ſumma. 2. Reſpon. ver. in quibus. C. de tranſac. l. 2.* Item negotium permutationis ex officio Prælati ſuperioris dependet: ut ſatis notat *Gui. de re. permu. c. 1. li. 6.* ergo ſaltem ipſe Superior ex ſuo officio non poſſet hujuſmodi propriam tranſlationem impugnare. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de excep. cum Eccleſiaſtica.* circa medium *glo.* & quod notatur *Inſti. loca. §. adeo. ar. ff de pig. actio. rem alienam. in fi.* licet hæc ratio non videtur urgere, tamen in Beneficialibus, ubi ineſſe debet omnis puritas, ſicut Annunciatione Angelica ad *Mariam*, liceat proprium factum impugnare. *ar.* in hoc quòd notant *Inno. & Hoſti. Extra. de re judi. cum Bertholdus. §. licet autem. ver. eis conceſſimus. & Extra. de ſpon. ſicut. §. fi.* & hoc verum attentâ prohibitione Legis, non favore vel odio ipſius impugnantis: ut notat *Car. Extra. de præben. ſi tibi. ver. nequibit. li. 6.* Ad hanc quæſtionem dicunt quidam Practici, quòd de vitio hujuſmodi reali prædeceſſoris tenetur nunc incumbens Reſpondere, ut hic; *C. de acquiren. poſ. vitia.* alias ſecus. Sed hoc nihil eſt: quia iſte jam incumbens ſi intruſit ſe injuſtè, ſicut primus, ergo ex proprio delicto tenetur, & ſic cum inter permutantes videatur eſſe facta donatio, *ff. de ver. ſig. ded. ff. 1. Reſpon.* periculum evictionis cadere non videtur; *ff. de donat. l. Ariſto. §. fi.* ſi autem ritè concurrentibus de Jure requiſitis, ergo hujuſmodi vitium primum purgatum eſt. *Inſti. de uſuca. §. aliquando. ff. de uſuca. ſequitur. §. idem. & §. ubi le . in fi.* Tu ergo dic, Aut aliquis arguit ipſum incumbentem Jus non habere, vel privabilem eſſe, vel ſimiliter creditur aliquem ſic vel e arguere, quod idem eſt. Ut notatur *Extra. de reſti. ſpo. ſape. in gl. ar. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. clam facere.* & *l. 4.* legitur & notatur ff. *de reg. ju. l. quo tutela. §. vi factum. ver. clam.* Sic ergo & ego cum tali poſtea lite motâ vel non motâ contra eum ſcienter permuto, quod ſemper eſſe verum videtur: ff. *de Reg. Fur. l. qui cum alio.* arctor meritò ad juſtificandum Jus illius cum quo permuto, quaſi Titulum & Jus ſuum continuare videar. *ar. ff. de bo. poſ. ex teſta. im. l. 1. §. fi. Authen. de vaſ. decre. acta. c. 1. ar. op. Extra. de ali. judi. mu. can. fac. c. fi. §. ibi, commercii &c. Extra. de judi. quia Vo. Extra. de re. eccle. non alienan. c. nulli.* ſic enim oritur contra me ſuſpicio. Ut notatur *Extra. de conceſ. præben. c. 1. ver. impedire. in glo. & ibi eſt ratio. li. 6.* Sic intellige terminos hujus quæſtionis prædictæ. Aut tempore permutationis iſte cum quo permutavi non fuit per aliquem (ut præmittitur) redargutus, nec fuit aliquis qui veriſimiliter eum paratus eſſet redarguere in hac parte: tunc in juſtitia ſui Tituli delictum vel defectum prædeceſſoris illius mihi Canonico ſucceſſori non videtur obeſſe; cum nihil quod eſt Titu i mei ab eo habeam. Ut bene notat *Car. Extra. de præben. ſi tibi abſenti.* in magna *glo.* ante *fi. lib. 6.* Item jam purgatum eſt vitium hujus de cujus illicitæ per interventum novæ perſonæ. *ff. uti poſ. ſi duo. §. non videor.* ubi videtur caſus *ff. de novo. l. doli. cum ſi.* notatis per *Johan. An. Extra. de offi. dele. judex. libro 6.* Delictum ergo vel defectus ipſius prædeceſſoris ipſum ſolum conſtringat tanquam delicti auctorem: non autem me innocentem percellat. *C. de pœnis. ſancimus.* Facit pro hoc *ff. de furtis. l. qui vas. in fi.* Sed latius quæro, nunquid in Beneficialibus diutina poſſeſſio facit præſumi de Titulo, ita quòd ſufficiat quouſque adverſarius docuerit de contrario? De hoc notatur per *Car. Extra. de eo qui mit. poſ. c. 1. li. 6.* Et primo videtur quòd ſic; nam Beneficium dicitur hæreditas ſeu patrimonium Clerici. *Extra. de præben. cum ſecundùm.* ſed de hæreditare videtur caſus *ff. de acquiren. hæredi. l. qui aliena. §. ſed & ſi non audierint. ar. ff. ſi ſervi. ven. l. ſi quis diuturno. C. de ſer. & aqua. l. 1. C. de agrico. & cen. l. litibus. li. 11.* Sufficere enim videtur Titulum allegare: ſed tamen poſſeſſionem diutinam probare. Ut legitur & notatur ff. *de uſu. l. cum de in rem verſo.* Sed contra: non videtur hoc ſufficere in Beneficialibus ſeu Spiritualibus, *de reg. juris. c. 1. lib. 6. ff. de mortu. inte. l. longa. ff de decur. Herennius.* Ad quod poteſt dici, quòd loquitur in Jure corporali reali, ſed aliud eſt in Jure corporali perſonali, ut in uſufructu, penſione, & hujuſmodi. Ut notatur ſufficiētè *ff. de uſuris. l. injuſte. §. non mutat.* & hoc videtur ſentire *Inno. Extra. de præſcrip. ſi diligenti. ante fi.* Ad quæſitum verò dicit *Hoſtien. in ſumma. titu. de inſtitu. §. qualem. ver. & hoc quod dixi.* quòd longa poſſeſſio Beneficii, unà cum perceptione fructuum, & pacifica, facit vincere in poſſeſſorio: & *Extra. de elec. in geneſi.* ſed in petitorio non juvat. *Extra. de præben. dilecto. 1. Reſpon.* Quod verum credo, quando Beneficiatus eſſet extra poſſeſſionem: ſi autem ſit in poſſeſſione, tunc Aut procedit contra Beneficiatum ad partis inſtantiam, tunc ſufficit poſſeſſio quouſque in contrarium probetur Titulus vitioſus; *ar. C. de pe. hæred. l. cogi. C. de rei vendi. l. fi. C. de teſti. nimis grave.* Aut ex officio contra eum proceditur; tunc ſi diu ſic ſteterit ſciente Prælato, tunc ſufficit Titulus talis præſumptus ex patientia, quouſque aſſerens contrarium probet. *C. de pe. hære. l. ſi filius. C. de ſervi. & aqua. l. 2.* Sed extunc tamen contra eum probata eſt intruſio, vel Titulus alias vitioſus, ut ſic præſumatur contra eum, neceſſe habet oſtendere Titulum & ſuam poſſeſſionem, & ſic juſtificare. *Extra. ut Eccleſiaſtica bene. ca. 1.* hoc notat *Gui. in Reſp. 12. q. 2. alienationes.* & notat *Jo. And. Extra. de Regu. Furis. c. 1. propo. ſi. lib. 6.* Si autem diu non ſteterit, requiritur oſtenſio Tituli. *C. de epi. & cle. ſi qua per calumniam. §. fi. Extra. de offi. ordi. ordinarii locorum. libro 6.* ubi de hoc per *Gui.* Juxta quod quæritur, ſi litera Inſtitutionis ſit defectiva, an Titulus reddatur vitioſus? *Compoſt.* videtur expreſſè notare quòd ſic: cum in Beneficiis litera ſit loco Tituli. *ar. ff. de re. eo. l. 1. §. cum ſi.* ut ipſe notat *Extra. de reſcrip. ſuper literis. ante fi.* Sed ſua opinio aliter intelligitur, ut dixi *ſupra. in Conſti. pro. ver. fore nullam. Jo. de Athon* Interpres acutiſſimus.

f *Et ſi fortaſſis.* Verificulus.

g *Qui mortuus fuerat.* Sc. putativè. Unde prævalet Veritas Opinioni, ubi effectus ſeu actus probatur oſtenſione exteriori: *Extra. de rg judi. cum Bertholdus. §. licet.* ſecus in actu qui potius conſiſtit in animo. Ut legitur & notatur *ff. de acquiren. hære. is qui pu-*

Intruſo in Beneficiū an teneantur debitores ſolvere.

Permutans cum alio an teneatur juſtificare jus illius cum quo permutavit?

Poſſeſſio diutina facit præſumi de titulo in Beneficialibus?

Veritas opinioni præfertur

a *Se audiviſſe* mortuum eſſe,
b vel Beneficium reſignaſſe
c Beneficii poſſeſſorem;
d quomodolibet
e ſe intrudi,
f & ſi fortaſſis reviviſcens,
g qui mortuus fuerat
curant in illud

tat. An autem fictio præjudicet Veritati, plenius notatur 50. *diſt. verum.* Vide etiam not. ta in c. *ſuper, de buga.* Et regulariter Veritas præfertur Opinioni, niſi in certis caſibus. Unde verſus, *Teſtamenta, fauor, ſententia, prolet, Ex iſtis cauſis præfertur Opinio veri.*

a *Reuertatur.* Quod libere videtur poſſe de Jure auctoritate propria: *Extra. de præben. ſi beneficia. li. 6.* niſi atiſtitur regredienti, ita quod nova auctoritas non debet requiri, ſecundùm *Gui.* ibidem. Nam rediens non cenſetur alius nec alteratus, *ar. ff. de impen. in re. dp. fac. quod dicitur.* ubi dos eſt rediens antiqua. ff. *ad Vell. l. quamvis.* §. *ſi cùm eſſem.* Item rediens non videtur abceſſiſſe: *ar. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. voluntate. 1. Reſpon. ff. de lite. & poſ. l. filio. ff. de bo. poſſ. contra ta. l. 3. §. ſi quis poſt. 2. Reſpon.* nam ad locum tuum dicitur redire; ff. *de decurio. l. 2. §. reſtituatur.* intantum quòd novus titulus non videtur neceſſarius ſibi, ſeu aliqua nova proviſio. *ff. de le. 2. ſervum filii. 1. Reſpon.* §. 1. Sed contra c nam verbum Reverſionis de virtute ſermonis denotat †alienationem Juris, ita qd arguitur vacatio tempore medio. *ar. ff. de ſolu. Modeſtinus. C. de dona. quæ ſub mo. l. 2. C. de revo. do. ſi iniquam.* Solutio. Aliquando res redit ad perſonam, ſicut feudum ad dominum, *Authen. de prohibita feud. alie. per Iri.* §. *callidù Collati.* 10. tunc Reverſio ſtat propriè: quia medio tempore fuit Jus interpellatum, ut in contrariis. Aliquando perſona revertitur ad rem, tunc Reverſio ſtat impropriè, cum nihil Juris tunc cenſeatur interpellatum vel abdicatum. *Extra. de elec. noſti.* Unde hic ſignanter dicitur *ad Eccleſiam ſuam reuertatur*: ut dicto c. *ſi Beneficia. li. 6.* ibi, *ad Beneficia ſua benè & liberè retentantur.* Nam hujuſmodi nomina poſſeſſiva præſens tempus denotant. *ar. ff. de au. & ar. le. l. ſi ita.* Caveat tamen rediens, nè alio Inſtituto vel Inducto reſiſtente abſque Superioris auctoritate hujuſmodi Eccleſiam ſuam, id eſt, ejus poſſeſſionem corporaliter ingrediatur, licèt novus titulus non ſit ſibi neceſſarius, (ut prædixi) cum per invaſionem ſuam violentam facilitet à Jure ſuo, quod in re habet, cadere poſſet. *infrà. §. ſi. 16. q. 6. placuit. C. unde vi. l. ſi quis in tantam. ff. quòd me. cau. exist.* cum aliis *ſi. infrà. c. Conſti. §. ſi. ver. vi vel clam. ar. Extra. de appel. bona memoria.* Vel ſaltem dejectus poſſeſſorio nomine agens ipſam poſſeſſionem recuperaret ante omnia, ut ibi. Et notatur 3. *q. 1. in ſummâ. Extra. de reſti. ſpo. in literis.* ubi hoc notat *Inno.* niſi notoria eſſet cauſa novi tituli, ut notat *Inno. Extra. de ſi. preſ. Conſtitutus, in ſi.* quod maximè in propoſito dici non poſſet, quando auctoritate Diœceſani eſt ingreſſus. ut dixi *ſuprà. c. ver. ſe intrudi. in prin.* & hoc notat *Gui. Extra. de eo qui mit. in poſ. cum qui. in glo. ſed quando. lib. 6.* Hæc vera cum agetur poſſeſſorio, aut agenti petitorio ad repetitionem beneficii objiciatur crimen, vel aliquid aliud quod ipſo Jure inducit privationem hujus Beneficii, putà, quia ſit Hæreticus, vel ſententialiter de crimine condemnatus; tunc admittenda eſt exceptio: ut *le. & no. 8. di. quo jure.* aut aliud crimen ei objicitur, ut Perjurium, Simonia, vel Homicidium, tunc, quia ipſo Jure Jus in Beneficio non amittitur, exceptio hujuſmodi nec recipitur. Ut plenius notatur per *Inno. Extra. de conceſ. præben. inter dilectos. in glo. prima.* Idem etiam notat *Compoſt. Extra. de elec. quòd ſicut.* §. *ſi verò confirmatio. ver. & verbum.* Hoc membrum ultimum non admitto, cum agitur petitorio: ſecus tamen poſſeſſorio, ut *le. & no. 2. q. 6. ſuper cauſæ.* hoc notat *Gui. in dicto c. quo jure.* & divi de hac materia *ſuprà. c. Conſti. alicubi. in ma. glo. poſt prin.* & facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. amoris. ver. & quia non ſufficit.* ubi de hoc remittam. Si tamen forte poſſeſſionem Eccleſiæ vacantem ille rediens invenerit, tunc videtur licite poſſe ingredi, cum eam ad ſe ſciat pertinere, *ff. de vi & vi armata. qui poſſeſſionem ar.* à contrario ſenſu. *C. unde vi. l. eum quærebatur. ar.* à contrario ſenſu. & eam invenit ab alio non occupatam. *ar.* in his quæ notat *Inno. Extra. de capell. mo. dilectus. in ſecunda glo.* & hoc verum eſt: quia ad hoc fingitur poſſeſſionem retinuiſſe. Quod dic ut *no. de reſti. ſpo. olim. in glo. ut ſcias. Jo. de Athon.*

b *Reſpondetur.* Et malè. *ff. de hære. inſti. l. pater & l. ſi.* ut dicam *infrà. in Conſti. Otho. ver. conſtiterit.*

c *Neſcio te.* Tamquam ſit unus de quinque virginibus fatuis, quibus ſic reſponſum erat *Matth. 25. c.*

d *Nonnulli.* Tertia pars.

e *Nimia cupiditate.* Quod vitium cœperat in cœlo: ut per plures auctoritates optimè probatur. 47. *di. omnes. c. virum. & c. bonorum. & c. ſicut bi.* Unde Cupiditas ſæva nuncupatur. *Extra. de luda. c. iis quorundam. in prin.* Cum laboribus nota & ærumnis acquiremus opes. *Eccl. 2. c.* Avarus qui non implebitur pecunia, & qui amat pecunias, hæc eſt vanitas. *Eccleſiaſt. 5. c.* Sine gaudio, immo cum timore poſſidentur: unde *Eccl. 5.* quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernat divitias oculis ſuis; & ſatuitas divitis non ſinit eum dormire. Item, cum timore & triſtitia amittuntur. Ideo ibidem ſcribitur,

M. S. † abdicationem.

divitiæ cum timore poſſidentur.

f *Cæcati.* Cupiditas namque animos cæcat, ut agenda non videant, & à prohibitis non declinent. *Extra. de elec. quorundam. li. 6.* Ut notat *Jo. An. c. ti. avaritia. in prin. li. 6.* Dixi *ſuprà. c. Con. auditu. ver. avaritiæ ſuæ.*

g *Abſentium.* Ut *ſuprà* in proxima *Reſ.*

h *Sed etiam.* Dictio implicativa eſt: ut *infrà. c. §. & infrà. c. Con. quoniam Tabellionum. in fi.* & dixi *ſuprà. c. Con. licet adeo. 1. Reſpon. ver. etiam. Extra. de app. cum ſit. 1. Reſpon. in fi. ff. de adoptio. etiam. C. de jure do. l. etiam.*

i *Præſentium.* Id eſt, reſidentium. De quibus *Extra. de cle. non reſi. c. 1. li. 6.* & facit *ff. de procu. præſentium. & l. ſc.*

k *Clanculo.* Vitium & ſuſpicionem regulariter arguit. *ff. de admiſ. tu. non exiſtimo. ff. quod vi aut clam. de preca.* per totum. *ff. de jure fiſci. l. 3. § 1.*

l *Vel ubicunq; poſſunt.* Per fas & nefas, vi, clam, vel precario, ad firmam, vel hujuſmodi aliquo quovis quæſito colore. 37. *di. nonne.*

m *Irrumpere.* Vitium notatur *infrà. c. Con. licet adeo.*

n *Invadere.* Ih vitium ſenat: & propriè reſpicit immobilia, ut hic, ſed mobilia propriè dicuntur occupari vel capi. Ut plenius notat *Gui. Extra. de elec. generali. ver. occupare. li. 6.* Unum tamen ſæpe ponitur pro alio, ut ibi notatur *ar. C. de vi bo. rap. l. 1. C. unde vi. l. ſi. cum ſi.*

o *Non formidant.* Cum ſint ad tantam malitiam ita profunda imaginatione dediti. *ar. le.* de quibus dixi *ſuprà. c. Conſti. in prin.*

p *Et cum intus fuerint.* Nimis avidè & avarè commodi poſſeſſionis deſiderant. *Inſti. de interdic. §. commodi.* Unde hujuſmodi adeptioni poſſeſſionis obviandum eſt; melius eſt enim ante tempus occurrere &c. ut *le. & no. Extra. de homici. ſuſcepimus.* Unde verſus, *Principiis obſta ſero medicina paratur.* ut *no. Extra. de re, crip. ad hoc.* & notat *Vil. Extra. de jurejuran. c. 1. §. 1. in Cle.*

q *Nec proſunt.* Ita qd metu earū pareant Juſtitiæ: cum tamè cenſuiæ hujuſmodi moratæ ſunt, ſi conſtantur, & ſtatū hominis mutan-

tes,

perent in afflictione peſſima. Nam ſecundùm *Bernar.* "Poſſeſſa onerant, amata inquinant, & amiſſa cruciant. Deſine ergo ſequi quod miſerum eſt aſſequi. Et patet per verſus, *Dives divitias non congregat abſque labore. Non tenet abſque metu: nec deſerit abſque dolore. ar. 48. diſtin. omnis.* Item *Greg.* dicit, "Quid eſt poteſtas culminis, niſi quædam tempeſtas mentis? Unde *Aug.* "Proſpera hujus mundi veram habent aſperitatem, ſed falſam jucunditatem; certum colorem, ſed incertam voluptatem; durum habent dolorem, ſed timidam quietem. Item *Hiero.* "Omnis amor terrenus fumus, ſpuma, & ſomnus: fumus, quia obſcurat alias offuſcat; ſpuma, quia inflat; ſomnus, quia gravat. Et notat *Gui. 14. di. verum. ver. erroribus afficitur.* Item *Hieron.* dicit, Divitias habuiſti, requiem perdidiſti; dum vigilas, augmentum divitiarum cogitas; dum dormis, latronem ſomnias. In die ſollicitus, in nocte pavidus, & ſic ſemper mendicus. notat *Gui. 30. di. hæc autem ſcripſimus. in fi.* unde *Greg.* Nihil laboriosius quàm terrenis deſideriis æſtuare: nihil quietius quàm nil appetere in hoc mundo. notat *Gu. 46. diſ. omnes.* Unde in vanitate ſenſus & obſcuritate mentis ingredi legitur, qui divitias per fas & nefas, vel ſtudioſè quærit, qui adulatur Regibus, hæreditates captat alienas, opes congregat, quas in momento, cui ſit reliqturus, ignorat. 37. *di. nonne.* Unde avaro nihil ſceleſtius eſt. *Eccle. 10. c.* Habere autem divitias tunc peccatum eſt, cum propter eas, ſeu in acquirendo, ſeu retinendo, Juſtitia deſeritur: vel cum homo in eis ſpem ſuam ponit. Ut *no. 12. q. 1. clericus, qui. in ſecunda glo.* & per *Hoſt. Extra. de ſtă. mo. recolentes. §. ſi. ver. ſic etiam in paupertate. ar. op. 12. q. 1. habeat. in fi.* Ut tunc Juſtitia tantum deſeri dicatur, quando amor divitiarum præponitur amori Dei, ſecundùm *Hug. ar.* ut legitur & notatur 30. *di. c. pe. in fi.* Non igitur Chriſtus pecuniam, ſed ejus nimium amorem vetat. ut notat *Gui. in Roſa. 23 diſ. bis igitur. ver. ſugiant.* & facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. in prin.* §. 1. *ver. quaſi ebria.* Sed cum nihil afferat ſecum moriens, de labore ſuo comedat, bibat, & fruatur lætitia: & cui Deus dedit divitias atque ſubſtantiam, comedat ex eis, & fruatur ex parte ſua, & lætetur de labore ſuo; hoc eſt donum Dei. *Eccl. 5. c. in fi.* Sic contrarium Cupiditatis amplectens, id eſt, Largitatem, quæ ſancta appellatur 16. *q. 2. viſis.* circa medium, & ſic Cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum, ut dicto *c. bonorum. & c. ſe. Authen. ut judi. ſine quo ſuf.* §. *quanta. Coll. 11.* virtuoſis viribus expugnetur: quod ſummè victoriosum reputo, cum pecuniæ obediunt omnia. *Eccl. 2. in fi.* Unde *Seneca*, "Fortior eſt qui Cupiditatē vincit, quàm qui hoſtem ſubjicit. Ut notat *Gui. Extra. de reſcrip. c. ſi. in fi.* Fecit enim mirabilia in vita ſua. *Eccl. 31. c. all.* Qui ſibi nequam eſt cui alii bonus erit? & non jocundabitur in bonis ſuis. *Eccle. 14. c.* Quis autem dicitur avarus, quis largus, quis prodigus, notatur *Extra. de conſue. ex parte. in prin. Jo. de Athon.*

Azari ſunt ſine quiete.

Divitias habere an ſit peccatum?

pecuniæ omnia obediunt.

Excommunicationis metus non debet in constantem cadere.

tes, de familia Dei translationem faciunt in familiam Diaboli. 7. q. 3. *audi.* plenius notat *Gui. Extra. de sen. excom. cum medicinalis. in prin. li. 6.* ubi tenet *Gui.* non obstante ratione prædicta, quòd timor Excommunicationis non est metus, qui debeat cadere in constantem, cum sit medicinalis, non mortalis, ut ibi notatur *Extra. quod me. cau. cum dilectus.*

Quam sententiam approbo: quia Excommunicatio, si facta ritè sit, per legitimam personam, ſc. per ministrum Legis, i. e. per Judicem profertur; *C. si à non compe. judi. l. 1.* ergo non inducit justum metum. *C. quod me. cau. accusationis.* & notat *Gui. in Rosar. 7. dist. fuerunt. in fi.*

Brachii sæcularis auxilium, an possit à quocunq; Judice invocari.

a *Nec aliquid.* Id est, aliqua censura Spiritualis. Unde hoc casu justè posset recurri ad invocationem Sæcularem per Ordinarii: Ut legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. c. 1. per Doc.* idem dicit *Hosti.* de delegatis ſc., quòd ipsi hujusmodi auxilium possunt requirere: ut ipse not. t *Extra. de offi dele. c. 1. in fi.* Hoc tenet *Inno. c. ti. significasti. in fi.* Hujusmodi tamen contrarium notat *Gui. Extra. de hæreti. ut officium. §. fi. lib. 6.* Cujus opinionem confirmat plenè *Wil. Extra. de offic. deleg. c. unico. in Cle.*

b *Armorum.* Quæ tamen sunt Clericis interdicta. Ut legitur & notatur *infra. c. Consti. cum in armis, §. 1. in Consti. Otbob.*

Defensio an sit permissa sempe.

c *Se defendunt.* Licet Defensio cuilibet regulariter dicatur permissibilis: *ff. de justi. & jur. ut vim. ff. ad l. Aquil. ad scientiam. §. qui cum aliter.* tamen contra Judicem in forma Juris, quanquam contra jus litigatoris procedentem, videtur Defensio violenta damnabilis. ut *ff. de rei vendi. qui restituetur. in prin.* Quod verum credo, nisi colorem Juris habens; remedium appellationis pro tuitione suæ possessionis proponat: *Extra. de appel. cum sit. §. fi. & c. cum teneamur. & ea. ad audientiam. & c. bona memoria.* vel nisi inordinatè procesſerit Judex, quasi privatus; tunc enim ei resistere posse, etiam per arma, subditus se defendens, *ar. C. de jure fisci probibitum. li. 10. C. de metatù. l. denotum. li. 12.* legitur & notatur *10. q. 3. quia cognovimus.*

d *In utroque.* Quarta pars.

e *Quale possimus.* Quasi diceret, sufficiens & plenum remedium adinvenire nequivimus. *ff. de appel. à sententia. in prin.* ibi notatur quòd est aliquale præjudicium.

f *Opinionis vel famæ.* De hoc *infrà. e. Consti. amoris. §. 2. ver. per testes. in Consti. Otbob.*

g *De morte.* Naturali; de qua hic loquitur. Sed an dicam idem de morte Civili? Dic per ea quæ notat *Gui. Extra. de rescrip. susceptum. in glo. penulti. li. 6.*

h *Vel cessione.* De qua dixi *suprà. 1. res. ver. vel resignasse.*

i *Absentis.* Secus ergo de Beneficio Præsentis. Nam tunc non oportet constare vel per literas, vel per testes: cum veritas ipsa principaliter nota sit. *ff. de act. comp. l. 1. in fi. ff. de Regu. Furis. cum qui certus. lib. 6.*

k *Aliquatenus.* Id est, ullo modo.

l *Conferatur.* Nec Jure proprio ipsius Episcopi, nec ad præsentationem alterius. Sic *Extra. de concess. præben. c. nulla.*

m *Sed expectet prælatus.* Id est, Episcopus, ad quem pertinet auctorizabilis Institutio de Jure Communi. ut *no. Extra. de offi. Archi. cum satis. per Jo.*

n *Donec.* Quantumcunque tempus sit, si ipsi Prælato de impedimento, vel justa causa absentiæ constiterit; ut notatur *Extra. de appel. pertenit. 2. in prima & ulti glo.* quia impedito non currit præscriptio in effectum; *C. de resti. mili. l. ignorare.* ramen alioquin, si de hoc non constet, procedatur juxta *glo. remissuram.* de qua dixi *suprà. c. 1. res. ver. absentis.*

o *Plenius.* Quam per opinionem, vel famam.

p *De alio utro.* Id est, de morte, vel de cessione.

q *Instruatur.* Per testes, vel instrumenta. Quod dic, ut legitur & notatur *infrà. in Con. Otbo. amoris proprii. §. de bis. in fi.*

r *Alioquin.* Id est, si non expectet Prælatus, donec &c. sed citra hoc cooperat vel instituat.

s *Resarciendum.* Id est, refundendum.

Damnum probatur per juramentum patientis injuriam.

t *Omne damnum.* Quod cum provenit ex alterius delicto seu dolo, videtur hoc posse probari per patientis injuriam Juramentum. ut *not. Extra. quod me. cau. c. fi. C. unde vi. l. si quando.* & plane *no. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. pe.* Secus tamen, quando damnum provenit seu interesse juxta contractum ex mora vel culpa. ut *no. Extra. de so. compe. dilecti in glo. fi. Insti. de ver. obb. §. ulti. aute fi.* Quas *glo.* reputo veras in decisorijs, ut hic: sed in dilatorijs aliter esset dicendum. Ut *Extra. de testi. veniens.*

sententiæ, [a] nec aliquid per qd valeant mitti vel ejici foras, quin [b] armorum potentiâ [c] se defendunt. ¶ [d] In utroque igitur articulo remedium [e] quale possumus adhibentes, Statuimus, districtiùs prohibentes, nè prætextu [f] opinionis vel famæ quæ [g] de morte [h] vel cessione habeatur [i] absentis, ejus Beneficium [k] aliquatenus [l] conferatur, [m] sed expectet Prælatus [n] do-

3. ar. ff. ad exhi. thesaurus. Item nota qd dicit *simus* &c. quasi diceret in re & circa rem, ſc. occasione dictæ fatigationis injustæ, *ar.* in his quæ notantur per *Doc. Extra. de doci. postulatis.* Vel dic *simus*, scil. tam extrinsecum quàm intrinsecum, cum hic interesse intrinsecum [Damnum in re & circa rem] sit defecti. *ff. de jur. l. si quis tenuit.* alias *l. si peculium. §. si servus.* qui secus dicebatur, si insurgeret ex contractu, vel quasi. Ut *ff. de act. emp. l. si sterilis. §. sive per vendito.* Damnum generaliter continet omne illud, quod est diminutio patrimonii: ut *no. Extra. de offi. ordi. si canonici. sub.* 8. & sic sub damno etiam continentur expensæ, ut hic. Sed tamen quandoque ponuntur ut diversa: quia partes tractant illa ut diversa. Ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de injur. c. in nostra. §. 1.*

u *Ex hoc.* Id est, hujusmodi repentina collatione injuriosa. *Fo. de Albon.*

hec [o] plenius [p] de alterutro [q] instruatur, [r] alioquin ad [s] resarciendum [t] omne damnum [u] ex hoc inflictum absenti [x] eum fore Decernimus [y] obligatum, [z] & illum, qui se [a] procuravit intrudi, [b] præter restitutionem [c] damnorum, [d] ab Officio Beneficioq; suspensum protinus [e] ipso facto. ¶ [f] Quod etiam ad ipsum extendi Volumus, qui Beneficium [g] Ecclesiasticū [h] altero possidente [i] auctoritate

x *Eum.* Sc. Prælatum.

y *Obligatum.* Effectualiter: ita quòd probatis præmissis condemnatus hujusmodi damnum quodcunque refundat. *ff. de re judi. l. 4. §. condemnatum.* alias §. *damnatum. Fo. de Albon.*

z *Et illum.* Nota copulativam, quasi diceret, unum aut alium non liberat à pœna. *ff. si quis in testa. li. esse jus. fu. l. 1. §. ulti.* De qua materia dic, ut in *glo. ff. nau. cau. fæ. l. & ita. §. ff. Insti. si quadru. pau. fe. dica. §. fi.* & patet *infrà. c. Con. amoris propris. §. quòd si contra eo. in fi. §.* ibi *alterius* &c. *in Consti. Otbo.*

a *Procuravit.* Cum effectu per executionem operis. *Fo. de Albon.*

b *Præter.* Hæc dictio hic ponit, quòd relationem habet ad aliud intrinsecum separatum. *C. de pigno. actio. l. 1. in fi.* De hoc plenius dicam *infrà. in Consti. Otbo. juxta. ver. præter. Fo. de Albon.*

c *Damnorum.* Quæ non recuperavit à Prælato. Vel potest dici etiamsi hujusmodi à Prælato recuperasset. *ar. ff. de tabu. exbi. l. locum. §. condemnatio.* Sed primum verius esse apparet quibusdam strictæ conscientiæ, nè videatur de lucro sollicitus: *ar. ff. de admi. tu. l. si minori. in fi.* nec prædam quam in alio damnavit, in seipso reciperet. *ar. 40. di. jam multi.* & ibi, *si bene docuit* &c. Sed forte licèt hoc consilium sit salubre, non tamen requiritur de Juris necessitate: ut jam dixi *suprà* in verbo & *illum.* Non enim tenetur quis esse clementior Lege: *Authen. de judici. §. oportet. & §. fi. Coll. 6.* hæc autem pœna Juris est. Unde facit quod dicam *infrà. in Consti. Otbo. Deus omnipotens. in ver. in duplum tamen. post Gui. in Rosario.*

d *Ab Officio.* Dixi *suprà. e. Consti. audivi. in fi.*

e *Ipso facto.* Ex hoc ergo nota quòd prosecutio interesse privati agentis non tollit publicam disciplinam Juris, etiá officium Judicis. *Extra. de bonnici. prælatus. li. 6. ff. de publi. & vecti. licitatio. §. quòd illicite. C. quando civi. act. præju. crimi. l. 1. 3. q. ulti. §. aliquando.* Sed contra: quia prosecutio una aliam tollere videtur. *ff. nau. cau. fæ. l. 3. §. miramur.* cum *l. licet. §. possumus.* Solutio. Aut est officium promotum, seu imploratum: ut *ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem judicium.* tunc si tendat ad illud, ad quod etiam instantia, tunc processus primò inchoatus est eligendus. *ff. ne vis fi. ei qui in pos. mis. l. si quis missus. ff. de crimine expi. hære. l. divus.* Si autem simul concurrant, tunc credo Judicem debere eligere viam, quam ipsemet præoperavit: quia in his ejus officium exuberat, *ar. ff. de libero ho. exbi. l. 3. §. 1.* si tamen plures. *ff. de sepul. vio. l. 3. §. 1.* Aut est officium merum: ff. *de offi. præf. l. congruit. C. de offi. præfec. Orientis. si quis.* tunc simul hæ viæ se compatiuntur, ut hic, cum primis Concordantiis. Quod verum videtur, quando hæ viæ inducunt diversum finem vel exitum, ut in dictis juribus patet. Si tamen tendunt ad eundem finem, promovens officium, vel aliter prosequens proprium interesse, deberet præferri: alioquin juste appellaret, & sic appellatione pendente, etiam merum Ordinarii officium conquiesceret ligandum per inhibitionem Judicis appellationis; ut satis practicant cautelosi Advocati per *Decret. Extra. de accusa. cum dilectus. in fi.* Unde nec crederem, quòd Judex omissâ †provocatione partis posset hoc casu sibi assumere viam expeditiorem inquisitionis: si Judex esset inferior Papa. Ut notatur per *Hosti. & Jo. An. Extra. de sen. licèt Hely. §. cum igitur.* idem notatur in *Spe. de renunci. §. 2. in fi.*

Officium judicis tollatur per prosecutionem privati agentis.

M.S. Coll. Nov.

† Prosecutione.

f *Quod etiam.* Quinta pars. Et dic scilicet Statutum pœnale.

g *Ecclesiasticum.* Quodcunque.

h *Altero possidente.* De facto tantùm, licet non de Jure. Ut dixi *suprà. 1. Respon. in fi. ar. Extra. de præben. licet Episcopus. li. 6.*

i *Auctoritate propriâ.* Hoc non licet etiam Institutione auctorizabili

trabili præcedente. *ar. ff. de acqui. poſſeſſio. 3. ſi ex ſtipulatione. l. fundi. ff. de Reg. Fur. non eſt ſingulis.* & notat de hoc *Hoſti. de offi. Archi. cum ſatis.* & *Gui. Extra. de præben. ſi poſtquam. li. 6.* Unde ex hac cauſa ſecurũ eſt habere literam Inductionis, de qua dixi *ſupra. e. Conſti. in glo. ſed contra.* ibi, *ſed latius quæro. infrà. e. Conſti. licet adeo.* §. 1. *in glo. eſt enim.* licet *Inno.* & *Hoſti.* dicant, quòd confirmatus, vel Clericus auctorizatus, maximè Apoſtolicus, propria auctoritate, ſine Judice, vel executore poteſt poſſeſſionem apprehendere, ac in temporalibus & ſpiritualibus, in Judicio & extra miniſtrare, *Extra. de judi. cum deputati.* niſi forte aliud habeat conſuetudo. *Extra. de appel. conſtitutis. 2.* vel niſi opponeretur ei crimen cum infamia, quod & retardat poſſeſſionem. *Extra. de accuſa. accedens.* §. *fi.* ut notat *Jo. An* poſt eos. *Extra. de elec. tranſmiſſa.* Conſulo tamen, quòd tu nondum poſſeſſionem nactus, primã viam tutam & certam eligas, ne alicui periculo te ſubmittas. *de pœ. diſt. 7. ſed unde ſcis. in fi.* Si tamen poſſeſſionem aliter nactus fueris, videtur quòd per opinionem prædictã poteris excuſari: *ar.* in hoc quod notat *Car. Extra. de elec. cupientes.* §. *denique. ver. in ordinibus. in fi. li. 6.* cum ex † regula magiſtratũ hat jus Commune. ff. *de dam. infec. l. ſi adibus. in fi. le.* & *no. per Jo. An. Extra. de conſan.* & *affi. c. fi.* Nam per opinionem *Doctorum* approbatam à præſumptuoſã temeritate, & expenſarum condemnatione deber quis excuſari: *de pœ. calumniam. Extra. de appel. ut debitus.* quia per hoc videtur habere probabilem cauſam litigandi, quæ à talibus excuſat. *ff. de leg. 2. l. qui ſolidum.* §. *etiam.* Nam à lege habet *Doctor* auctoritatem Jura ſubtiliter interpretandi. *C. de de profeſſo. qui in Urbe Conſtan. l. unica. li. 12.* & hoc notat *Geſſe. de elec. ne Romani. in prin. ver. opinionem. in Cle.* Cave tamen, quia in opinionibus contrariis ſubtilior approbatur: *Extra. de feri. capellanus. Extra. de jura. calum. c. fi. ff. de condi. ob cauſam. l. dedi.* §. *ſed ſi ſervus. Jo. de Athon.*

[M. S. † Litera.

Expenſarum condemnatio per Doctorum opiniones evitatur.

a *Vel.* Pro immo.

b *Vi vel clam.* Hos terminos expone per *ff. de Reg. Fu. quo tutela.* §. *vi factum.* Nunquid ergo intruſio fiat abſque violentia? Dicit *Jo. An.* quòd non. ut *Extra de præben. cum qui.* §. *inſuper. li. 6.* propter verbum *violentum* ibi poſitum, & ibi eſt caſus §. hujus, ſed tu dic contra, ut notat *Gui.* nam vis inferri cenſetur, quoties res ſine Judice repoſcitur. *ff. quod me. cau. extat. ff. ad leg. Fuliam. de vi privata. l. ult. Extra. de præben. cum jam dudum.* & hic, cum ſubjungit *vel clam* &c.

c *Occupare.* De hoc dixi *ſupra.* §. *nulli. ver. invadere.*

d *Declaratum* Aliàs determinatum, ſc. per ſententiam, quæ in rem tranſit judicatam, & ſic redditur Notorium Juris. *ff. de ſta. ho. l. ingenuum.* de quo dic per *Inno. Extra de coha. cle.* & *mu. tua.* & *c. præce. per Hoſti.*

e *Pertinere. Sc.* Beneficium.

f *Armis.* Hoc non licet Clericis, ut dixi *ſupra.* § *nonnulli. in fi.*

g *Se.* Id eſt, ſuam præſumptuoſam detentionem.

h *Nititur.* Malè & nequiter.

i *In eodem. Sc.* Beneficio ab eodem judicato per ſententiam.

Scientia appetitur ab hominibus propter quinque fines.

k CUM ſit ars artium. Illud eſt quod ſequitur, ad cujus intelligentiam notantur quinque fines quare homines addiſcunt. Primus eſt, ut ſciantur: ad quem tendunt Rhetorici propter vanam gloriam: quia volunt vocari *Rabbi.* Alius eſt, ut ſciant: ad quem tendunt Dialectici, nimis ibi morantes propter ſuperbiam. Tertius eſt, ut lucrentur: ad quem tendunt Phyſici, & Legiſtæ per avaritiam. Quartus eſt, ut ædificentur: ad quem tendunt Theologi, & boni Canoniſtæ per operis vivendi prudentiam. Quintus eſt, ut ædificent: ad quem tendunt boni Magiſtri alios inſtruentes, non ad laudem humanam, ſed Dei, ut ad viam redeant veritatis: quorum finis eſt charitas. 45. *diſtin. tria.* Ad hoc enim quis tenetur ex quo talentum ſcientiæ ſibi tradidit Deus: 63. *di. c. ulti. 2. Petron.* aliàs tanquam proditor veritatis æternam damnationem incurrit. 11. *q.* 3. *nolite.* hoc plenius notat *Gui.* 37. *di. nonne.* Ubi dicit *Hiero.* Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur?

l *Beato Gregorio.* In ſuo paſtorali, & patet *Extra. de ætat.* & *qua.* & *ordi. præſi. c. pe. in prin.*

m *Regimen animarum.* Et quæ cura debet vigiliis onerosa eſſe; & ſollicita: ut iſte, cui committitur, curet ne pereant ſubditi, ſed ſalventur, ut notat *Hoſtien. de pœni.* & *remiſ. omnis.* Et ex hoc textu arguitur, quòd major & dignior ſit cura, quæ exercetur in Foro animæ, quàm in Foro contentioſo: ſed contra arguitur 94. *di. præcipimus.* ubi Diaconus præfertur Presbytero, ratione Officii contentioſi quod occupat. Credo tamen, quòd inquantum anima præeſt corporis & rebus, *de majo.* & *obe. ſolitæ.* §. 1. ita cura animæ ſit major, inquantum periculoſior & gravior, ſed illa dignior & honorabilior in Eccleſia Militanti. *ar. C. de præxi ſa. ſcri. unicuique. lib.* 12. ut de hoc notat *Wil. Extra. de præben. c.* 1. §. 1. *in glo. quod intelligo. in Cle.*

Cura fori animæ, an ſit dignior ea, quæ in foro contentioſo exercetur.

n *Antiquus Sophiſta.* Id eſt, Diabolus, ut patet in remiſſione quam feci *ſupra. e. Conſti. in præa. in prin. infrà. e. Con. uſum. in prin.* Qui ideò Sophiſta ſignanter dicitur, quia arguit per ſyllogiſmum apparentem, & non exiſtentem, per *Ariſto. in lib. Elenchorum. ar.* in hoc quod notatur 37. *di. nonne. in prin.* 24. *q.* 3. *transferunt.* §. 1.

k CUM ſit Ars Artium (teſte l Beato *Gregorio*) m regimen Animarum: non ceſſat n antiquus Sophiſta ſua o gyrare p volumina fraudis, & in q falſæ poſitionis ſtudere fallaciis, r quo s valeat t diſcipulis *nibus, per Diœceſanum condividetur, per quem providebitur, ut in ſingulis reſideat debitam Animarum curam gerens. Veruntamen de Reſidentia & Pluralitate Beneficiorum conſultius ad Romanorum Pontificum Conſtitutiones, quàm ut novas condat, cenſet remittendum.*

o *Gyrare.* Id eſt, circumcirca volvere. *ſupra. e. Conſti. ſacramenta. in fi.*

p *Volumina fraudis.* Quæ infinita ſunt. *Authen. de nupt.* §. *mitiores. in fi. Coll.* 4. ut dixi, & remiſi *ſupra.* eadem Conſtitutione *in proœ.* *in prin.*

q *Falſæ poſitionis.* Hoc propriè dicitur altercantium, & Philoſophorum: ut *le.* & *no. per. Wil. Extra. de ſum. tri.* & *fi. ca. c. unico.* §. *porro. in prin. ver. poſitionem. in Cle. ar. ff. de ver. ſig. nomen cavillationis.* & *infrà. e. Con. clamorem. in prin.* & notatur *ff. de regu. Fur. l. ea eſt.* licet Theologi & Ariſtæ præmiſſo intellectu utantur in verbis poſitionis, ut hic, Canoniſtæ tamen aliter utuntur hoc termino, ut legitur & notatur *Extra. de confeſſis. c.* 1. *lib.* 6. & *de jurejuran. c. ulti. eod. lib.*

r *Quo.* Id eſt, Unde.

s *Valeat. Sc. Sophiſta*, hìc (ut videtur) pro mala intentione legit & ſtudet, ſicut & malus homo ejus ſequax: nam talis ſtudet ut diſſipetur, vel ut diſſipet, ut hic, ſicut & Doctor divinationis & ſortilegii: hìc itaque non poteſt haberi bona intentio, ex qua anima eſt damnata. *Extra. de jureju. c.* & *ſi Chriſtus.* §. *quadam.* igitur harum duarum intentionum unus eſt finis & malus, ſcilicet ira Dei in præſenti, & pœna æterna in futuro. 26. *q. fi. c. non licet.* & ſequenti uſque in *fi.* Aliæ vero intentiones legendi & ſtudendi ſemper ſunt bonæ, ut homo ædificetur, cujus finis eſt Prudentia ſecundùm Beatum *Ber.* vel ut ædificet, & ejus finis eſt charitas ſecundùm Beatum *Ber.* & licet hæ duæ intentiones locum habere poſſunt in qualibet ſcientia non damnata, tamen quoad Theologicam Legem, & Canonicam, ſpecialiter locum habent. *Extra. de magiſ. ſuper ſpecula. Extra. de ætat.* & *qua. cum ſit ars.* Tres vero ſunt aliæ intentiones indifferentes, ſcilicet ut ſciat, hic finis eſt ſuperbia, ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſi autem bonam, ædificatio. Item ut ſciatur, hic finis eſt vana gloria, ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſi autem bonam, eſt laus Dei. *Matth.* 5. *ſic luceat lux veſtra coram hominibus* &c. Item ut lucretur, hic finis eſt avaritia ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſin autem bonam, gratia eſt in præſenti, & gloria in futuro. Hoc notat *Hoſti. in fi. lectura de conſue. c. ad perpetuam.*

Studendi intentio quandoq; eſt bona, quandoq; mala.

t *Diſcipulis.* Quinque videntur neceſſaria cuilibet bono diſcipulo. Primò, ut de ſingulis ſtudeat dubia inquirere, dum tamen non ſunt inutilia, immo probabilia: & hoc non eſt inutile ſecundùm *Ariſto.* Secundò, quòd de probabili dubio certum ſe non reddat. Tertiò, quòd ſit ſenſus capacis, & non captioſi. Quartò, quòd habens moderatam exhibitionem vacet jugiter ſtudio, ut notat *Car. in prin. li.* 6. Quintò, quod non indignetur inſtrui à quocunque, ut *no. Wil. de magiſ. c.* 1. §. *ulti. in prin.* ut hic colligit *Hoſti.* ex ipſo textu. *Extra. de offi. primic. c.* 3. Qd parum conſiderant ſuperbi, & verecundi, qui interrogare omit-

Diſcipulus bonus multa obſervet.

Nè Eccleſia una de cætero in plures Perſonatus vel Vicarias dividatur.

¶ Summarium.

Nunquam deinceps in plures Perſonatus vel Vicarias una dividetur Eccleſia, & ſiqua ſine auctoritate Epiſcopi fuerit nuper diviſa, ut primum commodè fieri poterit, in unam redintegrabitur. Qua verò commodè diviſa fuerit juſtis portio-

tunt illud quod nesciunt, immo quandoque contemnunt, ut ibi notatur. Item sexto requiritur, quoad mores, ut se capacem reddat, ut dixi *suprà* in proœmiali præfatione: immo igitur hoc debet esse primum. Sed Didascalion *Hugonis li. de studio legendi.* sic ait: tria sunt studentibus necessaria, natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur, ut facile audita percipiat, & percepta firmiter teneat. In exercitio, ut laboret, & sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina, ut laudabiliter vivens, mores cum scientia componat: hæc ille.

Studentia sunt necessaria.

a *Hujusmodi artis.* Sc. Reginiminis animarum.

b *Hoc est.* Sc. quod sequitur.

c *Nec Sanctiones Canonicæ.* De quibus legitur & notatur *Extra. de elec. cum cunctis. §. fi. ver. coercet.*

d *A distorto itinere.* i.e. Reflexa erroris semita, de qua per *Esaiam. 45. c. Derelinquat ipsius viam suam &c. de pœ. di. 1. mensuram. §. hi auctoritatibus.*

e *Exigit namque.* Secunda pars: in qua tendit ad propositum.

f *Ars nostra.* Immo & vestra similiter. *7. q. 1. in apibus.*

g *Ut unicus.* Unius enim Ecclesiæ unus debet esse Presbyter, seu Rector. *Extra. de elect. dudum. 2. §. pe. Extra. de præben. majoribus. & c. cum non ignores. Extra. de ju. patro. ca. 3. & c. nobis. §. 1. ver. unus.* Sicut enim vestimentum Domini non scissum est, sed de eo sortiti sunt: ita nec Ecclesia scindi debet, quæ in unitate tota consistit. *16. q. 7. sicut. 21. q. 2. sicut. 24. q. 2. sicut loquitur. & ca. schisma. in fi.* Ex causa tamen probata potest Episcopus Præbendam dividere, Ecclesiam, vel dignitatem. *Extra. de præben. vacante.* Quod verum est ipsum posse dividere, minuere, vel mutare, concurrente consensu Capituli solius, ubi hujusmodi Beneficia sunt dotata ab Episcopo & Capitulo solum: *Extra. de excess. præla. c. sicut unire.* quia si ab aliis, etiam laicis, tunc sine eorum consensu ea tollere vel mutare non licet. *16. q. 7. monasterium. & c. rationis. ut ple. no. Imo. & Compost. de consti. cum accessissent. in prin.* Secus tamen in divisione, quam Papa vult facere, ibi enim non valeret oppositio sæcularis Personæ propter magnũ bonum; quia ipse, qui est lex animata in terris, provider, ut satis *no. in Extrava. Fo.* quæ incipit, *Sedes Apostolica. §. 1. ver. creximus.* In hujusmodi tamen divisione, vel unione †vacatio, seu consensus Rectoris superfluus, vel etiam defensoris ejusdem, si vacet de necessitate, non requiritur: licet olim super hoc *Doctores* vacillarent. ut *le. & no. Extra. de rebus eccle. non alienan. si una. 2. Resp. in Cle.* ubi *Wil.* videtur notare contra. Ad hoc itaque ut teneat divisio quatuor requiruntur. Primò consensus istorum ad quos spectat. *Extra. de præben. dilecto. §. 1. ver. quanquam.* Secundò, quòd intendant numerum Ministrorum & Beneficiorum augere. *ar. c. §. ver. propter quod institutionem.* Tertiò, quòd subsit rationabilis causa. *10. di. lex imperatoris. §. 1. ar.* in hoc dicam *infrà. e. §. bas igitur. ver. integrentur. in fi.* Quartò, quòd adeò sit pingue Beneficium, ut ex Ecclesia possent fieri duæ sufficientes vel plures, ut dicto *c. vacante.* & hoc *no. per Host. & Fo. An. c. ti. vacante. in prin.* & intellige, quòd divisione facta ex causa (ut præmisi) jam non remanet una, sed duæ: *16. q. 1. plures.* sicut & de Provincia divisa legitur *ff. de offi. assessi. l. si eadem. C. de metropoli. l. 11. li. 11. ff. de ver. sig. locus.* & notatur in dicto *c. sicut.* Præmissa quoque locum habent in Ecclesia Parochiali, vel alio Beneficio simplici. In Collegiata namque Ecclesia unitas prætacta, sicut nec alia arctatio, locum habere non dicitur, *Extra. de elec. statutum. li. 6.* cum unus Collegium non constituat ab initio, sed tres ad minus. *ff. de ver. sig. l. Neratius.* ut *le. & no. ff. quod cujusque uni. no. sicut. in fi.*

Præbendarum divisio per Episcopum fieri potest.

M S. † Vocatio.

h *Magister perfectus.* Qualis debet ille esse, hic statim subjungitur. Legitur bene & notatur *8. q. 1. qualis.*

i *Ordine.* Hodie sufficit, quòd promovendus ad Rectoriam sit Clericus, licet quidam dixerunt talem non debere pati defectum in Minoribus Ordinibus. Quod dic per *Gui. Extra. de elec. cum ex eo. post prin. li. 6.*

k *Habitu.* De hoc dicam *infrà. in Consti. proxi.*

l *Vita.* Honestate & maturitate decocta, *Extra. de elec. licet canon. li. 6.* non dissoluta. *infrà. ti. 2. & 3.*

m *Scientia.* De hoc dixi *suprà. e. Con. sacer ordo. ver. illiteratus.* Absit ergo, quòd sic perfectus ad literam dicere posset illud *Hiere. 1. c. a. a. Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. 8. q. 1. in scriptu-*

ª hujusmodi Artis concludere, & eos excludere à salute quos imperitos invenerit, vel incautos: ᵇ hoc est quod facit transgredi jussa Dei, & Sanctorum Regulis contraire, dum nec Sermo Divinus, ᶜnec Sanctiones Canonicæ ᵈà distorto itinere possunt reducere peccatores.

¶ ᵉ Exigit namque ᶠ Ars nostra Catholica, ᵍ ut unicus in una Ecclesia sit Sacerdos, aliàs ʰ Magister perfectus ⁱ Ordine & ᵏ Habitu, ˡ Vita Sancta, ᵐ Scientia, & ⁿ Doctrina, & quod ° pura sit Ecclesiæ Ordinatio, atque ᵖ simplex. ᑫ Sed objectio Diabolica facit multos in hoc ʳ dogmate deviare, dum interdum ˢ eo suggerente, non uni tantùm detur una Ecclesia, sed pluribus, ᵗ prætextu plurium Patronorum: ut sint plura capita ᵘ in eodem corpore ᵘ quasi monstrum, ˣ & interdum consentire consuevit ʸ Persona, ᶻ quæcunque sit occasio, alteri ª nomine Personatûs ut aliquid de ipsa concedatur. ᵇ Absque Magistro præterea Ecclesia ᶜ desolata manet ᵈ sæpe, dum nec Persona in ea, ᵉ nec saltem ᶠ Vicarius perpetuus invenitur, sed aliquis forte ᵍ simplex Sacerdos, ʰ qui nec habet Jus, nec etiam Juris ⁱ imaginem in eadem ᵏ & si morâ forsitã ˡ Persona ibi ᵐ trahit, non est tamen perfectus in Ordine, quoniam ⁿ nec est Sacerdos. Non enim hos elegit Dominus, nec, vitã disciplinæ inventrunt, propterea perierunt: & quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter eorum insipientiam. *Baruch. 3. ca.*

n *Doctrina.* Respectu Parochianorum, quos habet informare, Nedum verbo, *ar. supra. e. Con. ad Baptismum. in fi.* & hoc juxta capacitatem audientium. *8. q. 1. oportet.* Sapientibus vero potest prædicator & provectis alta & profunda prædicare: unde ad *Corin. 2. sapientiam loquimur inter perfectos*, sed simplicibus & minus capacibus sunt prædicanda plana, pauca, & utilia: unde *Apostolus ad Cor. 2. Lac potum dedi vobis non escã.* plenius de hoc notat *Gui. 44. di. §.* Sed etiam exemplo *infrà. e. Con. quid advenit.* Doctrina namque pertinet ad officiũ Doctorũ, & prædicatorũ, *36. di. §. ecce. Extra. de hæreti. excommunicamus. 1.* ac illi Deo probati sunt, qui benè docere possũt. *24. q. ulti. c. fi.*

o *Pura.* Absq; obreptione aliqua, *supra. e. Con. Sacramenta. in prin.* sicut in Annũciatione Angelica. Ut notat *Fo. An. Extra. de sen. & re judi. cum Beriboldus. §. fi.* Ité pura: quia non conditionalis, *Extra. de elec. c. 2. li. 6.* nec etiã temporalis. *ff. de adopti. l. quæsitum.*

p *Simplex.* i.e. Sine plica aliqua, & involutione, ut exponit *Fo. An. Extra. de sum. tri. c. 1. in prin.* dixi de hoc termino *suprà. Consti. proxi.*

q *Sed objectio diabolica.* Versiculus, ponens primũ errorẽ. (*in prin.*

r *Dogmate.* Id est, Doctrina.

s *Eo.* Sc. diabolo.

t *Prætextu plurium.* Quod esse non debet. Legitur & benè *no. 16. q. 7. plures.* ideò circa hoc plenius providetur *Extra. de ju. patro. plures. in Cle.*

u *Quasi monstrum. ff. de Hæ. bo. l. non sunt liberi.* & pulchrè legitur & notatur in *Extra. Bonifacii*, quæ incipit, *Unam sanctam.*

x *Et interdum. Ver.* ponens secundum errorem.

y *Persona.* Id est, Rector, ut dixi *supra. e. Consti. quod in quodã. ver. personæ.*

z *Quæcunque sit occasio.* Facit ad illud quod dicam *infrà. in Consti. Dilo. quoniam alienationes. in glo. juxta quod.*

a *Nomine Personatûs.* Quod non licet, nec aliquo titulo quoquã. *Extra. de re. ec. non alie. nulli.* facit *supra. e. Cũ. alicubi. 1. Respõ. in fi.*

b *Absque Magistro. Ver.* ponens tertium errorem. Scias quoque ad Magistrum seu Doctorem pertinere illud quod scribatur *Sap. 6. c. ponam in lucem sapientiam, & non præteribo veritatem. & c. li. c. 7. quam sine fictione didici. & sine invidia communico, & bonestatem illius non abscondo.* ut de eo verificetur illud quod scribitur *Job. 28. c. profunda fluviorum scrutatus est*, id est, secreta scripturarum & abscondita produxit in lucem, ut *no. Gui. 46. di. c. 1.*

c *Desolata.* Non dicit viduata: quia hoc propriè dicitur respectu Ecclesiæ Cathedralis, vel Monasterii vacantis, cum destituitur suo sponso: ut *le. & no. Extra. de elec. c. quia propter. 1. respon. ver. viduatis.*

d *Sæpe.* Immo Jura signanter occurrunt. *ff. de leg. 1 nam ad ea. Authen. ut sine prohibitione matres. &c. §. quia vero. in fi. Coll. 7.*

e *Nec saltem.* Minimum innuit.

f *Vicarius.* De quo *suprà. e. Consti. ad Vicariam.*

g *Simplex Sacerdos.* Quia non institutus, ut sequitur: quia forte annualis conductitius. *ar.* in hoc quod *le. & no. supra. e. Con. audivi.* Vel simplex dicitur propter carentiam literaturæ, de qua *supra* notatur: sed quoad propositum prima expositio verior est, unde sequitur.

h *Qui nec habet jus.* Quia nec Institutus, sed mercenarius. *Extra. de Reg. Juris. c. 1. li. 6.*

i *Imaginem.* Id est, effigiem vel colorem: cum tamen possessio colorata valdè prosit quandoque. *Extra. de elec. querelam. §. fi.* & patet in his quæ dixi *supra.* eadem *Constitu. Alicubi. in 3. glo. in fi.*

k *Et si morã. Ver.* ponens quartum errorem, ibi.

l *Persona.* Id est, Rector, ut *supra* remisi.

m *Trahit.* Fortè per tempus satis parvum.

n *Nec est sacerdos.* Juxta *Decre. elec. licet canon. li. 6.* cum tamen habiles debeant esse tales ad ministrandum in propriis personis. *Extra. de elc. non resi. quia nonnulli.* & dixi *supra. e. Consti. ad Vicariam. §. de jam institutis. in glo. licet vero.*

ª *Sed*

Clericus qualitas ſecundum Bern. dū.

a *Sed miles.* De quibus Sacerdotibus dicit Beatus *Bernardus*, "Clerici ſunt habitu, & actu milites; ſermone hiſtriones, geſtu meretrices; occupatione rerum Sæcularium negotiatores. Ut notat *Gui. 32. di. ſi qui vero.* Habitus ergo Rectoris & militis debent eſſe diſtincti in ſuo apparatu: ut dicam *infrà. e. Conſti. quoniam de habitu.* Nunquid ergo miles ſit inhabilis ad Beneficium Eccleſiaſticum? Videtur quòd ſit: *Authen. de milit. vaſal. qui ar. belli. depo. c. 1. Coll. 10.* Contra videtur caſus *51. di. ſi quis poſſet.* Dic ut ibi notatur. Vel dic militem Principi vel Reipublicæ aſtrictum per Juramentum de non vitando mortem pro Republica, recepto ex hoc Salario de publico, prohiberi interim ab Ordinibus & à Beneficio Eccleſiaſtico: ſicut quando juratur Principi, vel alteri Procerum ad ſerviendum ſibi tempore guerræ cum certo numero armatorum, & pro certo ſtipendio ſibi Conſtituto. *53. di. c. 1.* & hoc notat *Gui. C. de his qui non imple. ſti. l. 1. & 2. li. 10.* Sed alii milites, qui ita non ſunt obnoxii, licitè admittuntur, ſi aliud non obſiſtit. *54. di. milites. Jo. de Athon.*

Beneficiū an poſſit dari militi.

M S. †Fomenta.

b *Nimis.* De hoc *ſuprà. e. §. in prin.*

perfecto nec habitu, ita ut viſus ab aliquo non Clericus, [a] ſed miles potius putaretur. De Vita Sancta, Scientia, & Doctrina eſt eis [b] nimis modica, [c] heu! cura. Ordinatio quoque Eccleſiæ [d] rarò fit [e] ſimplici oculo, ut deberet, nec enim [f] †tormenta fraudis Diabolicæ [g] deſunt ibi. [h] Nam interdum (ut audivimus) alicui confertur Eccleſia hoc acto [i] tacitè vel expreſſè, [k] ut aliquid ibi retineat [l] inſtituens vel præſentans, [m] vel aliquis alius ex ea percipiat aliquam [n] portionem, qui totum erat forſitan habiturus, niſi, Juris impotentiâ vel metu [o] perdendi alia Beneficia, diviſiſſet. [p] Cedit etiam quis aliquando [q] Perſonatui, & [r] ab inſtituto inibi recipit ibi poſtmodum [s] Vicariam, [t] quod fieri [u] non præſumitur [x] ſine fraude.

¶ [y] Has igitur [z] diviſiones & [a] particulares aſſignationes [b] tanquam [c] Arti noſtræ Catholicæ contrarias reprobantes, [d] nè de cætero fiant, [e] diſtrictiùs Prohibemus firmiter ſtatuentes, [f] ut nunquam in plures deincèps [g] Perſonatus [h] vel Vicarias [i] una Eccleſia dividatur. [k] Et quæ [l] diviſæ ſunt hactenus, [m] quam citò ſe facultas obtulerit, [n] reintegrentur, niſi forſan hæc ſtatuta fuerint [o] ab antiquo: ubi eſt per-

c *Heu.* Ecce qualiter lamentatur perverſam Ordinationem Eccleſiæ, tam ratione inhabilitatis perſonæ, quàm facti extrinſeci.

d *Raro.* Ita quòd propter raritatem quaſi miraculum eſt. *Authen. de conſuli. §. ubi in forma. in fi. Coll. 4.*

e *Simplici oculo. Sc.* innocentiæ & puritatis: ut dixi *ſuprà. in ver. pura. & ſe.* Unde legitur *Matth. 6. & Luc. 11. Si oculus tuus fuerit ſimplex &c.*

f *Tormenta.* Aliàs Commenta, id eſt, deceptiones Sophiſticæ.

g *Deſunt.* Id eſt, ordinationi prædictæ perverſæ: & hoc tam ex cauſis prætactis erroneis, quàm ſubſequentibus.

h *Nam interdum. Ver.* continens quintum errorem.

i *Tacitè.* Abſit ergo diebus noſtris, quòd Epiſcopus deſerat ordinationem Eccleſiæ, & inſtitutionem Rectoris, quouſque iſte inſtituendus componat in ſumma, quandoque immoderata, pro lana, Agnis, & aliis obventionibus tempore vacationis: nam hujuſmodi damnum & accipientem damnatio Simoniæ involvit. *1. q. 1. quos conſtituerit. & c. ſi quis Epiſcopus. e. q.* per totam quæſtionem.

k *Ut aliquid.* Hoc dic per ea, quæ notavi *ſuprà. e. Conſti. Sacramenta. in prin. ver. labe.*

l *Inſtituens vel præſentans.* De hoc legitur & notatur *infrà. in Con. Otho. quia plerumque.* quod dic ut ibi.

m *Vel aliquis alius.* Forſan conſanguineus, affinis, vel amicus Prælati, vel Patroni, *ff. de hære. inſti. l. nemo. §. ſi.* & honeſti notitiâ conjunctus. *ff. de ver. ſig. latè. §. amicus. & not. infrà. e. Con. c. ulti. §. 1.*

n *Portionem.* Etiam in penſione.

o *Perdendi.* Per Concilium. *Extra. de præben. de multa:* & eſt ſimilis in textu *ſuprà 2. Conſti. ad vicariam. ver. ſicque illudatur.*

p *Cedit. Ver.* exprimens ſextum errorem.

q *Perſonatui.* Id eſt, Rectoriæ, *ut ſuprà* remiſi.

r *Ab inſtituto.* Scilicet in Rectorem. Et dic, id eſt, ad Præſentationem Inſtituti Rectoris ab Epiſcopo ipſo ſuperiore Diœceſano.

ſ *Vicariam.* Metu ſortè perdendi alia Beneficia, ut *ſuprà. ver. proxi. Jo. de Athon.*

t *Quod.* Vel quæ ceſſio.

u *Non præſumitur.* Niſi ſortè eſſet idiota, cui competentiùs provideretur de bajulo aquæ benedictæ, quàm de Rectoria.

x *Sine fraude. Ar. Extra. de renunc. c. ſi te. li. 6.* de hoc dixi *ſuprà. e. Conſti. alicubi. ver. callidè.*

y *Has igitur.* Tertia pars.

z *Diviſiones.* Contra: ex ratione illius quod legitur & notatur in *Extrava. Jo. ſedes Apoſtolica. in prin. & ver. ereximus.* Solutio ut ibi patet in *prin. glo.* ibi enim diviſio fiebat ex cauſa propter Divini cultûs augmentum, & populi incrementum, & abundantiam poſſeſſionum, quod non prohibetur: ſed ſolum improba ſeu indiſcreta diviſio, ut dixi *ſuprà. e. §. proxi. in prin.*

a *Particulares.* Quaſi tot præmiſſas, immo conſimiles. Ut declaratur *infrà. e. ti. unitatem. in Conſti. Otho.*

b *Tanquam.* Eſt expreſſivum veritatis. *ar. glo. Extra. de do. & contu. c. prout. ver. utpote. cum ſi.* Proprie tamen denotat ſimilitudinem *infrà. in Con. Otho. in proœ. in prin.*

c *Arti noſtræ Catholicæ.* Ut *ſuprà. e. §. in prin.*

d *Nè de cætero.* De hoc dixi plenius *ſuprà. e. Con. Eccleſias. in fi.* (tui.

e *Diſtrictius.* Aliàs penè

f *Ut nunquam deinceps.* i. e. Nullo tempore futuro.

g *Perſonatus.* Id eſt, Rectorias, ut *ſuprà.*

h *Vel Vicarias.* Vel promiſcuè in Vicariam & Perſonatum: ut patet in præmiſſis, & ex verbis generalibus Statuti *infrà. e. con. unitatem. §. nos igitur. in Conſti. Otho.* Sed contra patet ad oculum, tota die in Appropriatis Eccleſiis de novo, & alibi multipliciter, ubi Vicarii creantur de novo, aſſignatis ſibi portionibus de ipſis Eccleſiis: *Extra. de præben. de monachis. & c. extirpanda. §. qui vero. cum ſi. & no. ſupra. e. Conſti. ad vicariam. in prin.* Solutio. Poteſt dici hæc prohiberi tantum diviſiones fraudulentas: non autem occurrit diviſionibus, auctoritate Juris licitè, & cauſa cognita, factis vel faciendis. *ar. ſupra 2. §. 1. in prin. glo. hoc quæro. & ar. Extra. de jurejuran. c. petitio.* & quod *no. 35. q. 9. quo quis commiſit.* Vel poteſt dici per modum quotæ, putà, tertiæ vel quartæ, non poſſe portionem Vicarii extrahi de Eccleſia: ut hic, *cum ſi.* ſecus per modum quantæ, ut in pecunia, vel aliquibus minutis decimis: ut in contrariis. *ar.* in hoc quod notatur in ſolutione ſc. ad ſecundum contrarium. *ff. de teſta. milit. l. 6.* Primum verius videtur: non enim negabo, quin ubi ſit Parochia ampla, cujus Eccleſia appropriatur, portionem Vicarii poſſe conſtitui etiam in una quota, putà in omnibus Decimis unius Villæ ibidem: ſtat ergo talis diviſio firma ex cauſa

M S. † Appropriata.

† Appropriata, ut dixi *ſuprà. e. Conſti. §. 1. in prin. ver. ut unicus.*

i *Una Eccleſia dividatur.* Jam enim per diviſionem efficiuntur duæ, & ſic tollitur unitas: ut dixi *ſuprà. e. §. 1. ver. unicus. poſt medium.*

k *Et quæ.* Sc. Eccleſiæ.

l *Diviſæ. Sc.* illicitè, & ſine cauſa: ut jam dixi.

m *Quam citò.* Non igitur impetuoſè, & ex abrupto ac indeliberate. *C. de repu. l. non dubium. Authen. ut immobi. ante nup. dona. §. ſed ſi. Coll. 5. & no. Authen. de appel. & infra quæ tempora. §. 1. Coll. 4.*

n *Reintegrentur.* Id eſt, conſolidentur, ſeu uniantur: etiam ſe. duriorem viam conſolidandi collige *Extra. de reſti. ſpo. cum veniſſet.* cum ibi notatis. *Extra. de elect. bona memoria. & c. de cætera. §. 1. verſi. præterea.* Quod verum credo, quando obtinens portionem fraudis carebat commento; tunc enim non eſſet æquum eum omnino deſtitui pro tempore ſuo. *Extra. de præben. ea. niſi. in fine.* & *ar.* in hoc quod dixi *ſupra. e. Conſti. alitubi.* in magna *glo.* ibi, *aut uterque hoc ignorabat &c.* alias ſi fraudem participaſſe convincetur: licet de Juris rigore perpetua egeſtate laborare mereatur; *ff. depo. l. bona fides.* tamen forte miſerationis intuitu ſibi aliquid pro victu indulgetur. *ar. 90. diſtin. ſtudeat. in fi. cum ſi.* Et nota hic unam cauſam unienDi Beneficia Eccleſiaſtica, ſcilicet, quæ prius eſſent illegitimè diviſa, ut hic. Alia eſt cauſa, ſcilicet, propter hoſpitalitatem. *16. q. 1. tertiò ex 2. poſtea quam. §. his ita.* Item propter vicinitatem locorum. *ar. Extra. de præbend. ea. majoribus.* & *ar.* à contrario ſenſu *Extra. de eccle. ædi. ad audientiam.* ut *leg. & not. 16. q. 1. & tempuris.* Item propter Parochianorum defectum. *11. q. 1. unio.* Item quandoque propter pauperitatem ſeu exilitatem. *Extra. de ætate. & qual. cum te. Extra. de præbend. vacante. in fi. Extra. de filiis non ordi. in agro. §. ad hæc. in Cle.* Non autem videtur conveniens unio propter prærogativam perſonæ, abſque moderatione Papæ. *Extra. de præbendis. de multa. in fine. & in Extravagan. Jo. execrabilis. §. 1.* Credo etiam, quòd ex quibus cauſis fit unio, his ceſſantibus, vel ſaltem ex contrarietate ipſarum cauſarum, permittitur diviſio. *ar.* dictæ Decret. *ad audientiam. Extra. de offi. lega. quòd tranſlationem. in fi. ar.* in hoc quod *not. Extra. ne ſe. va. c. 2. de Reg. Ju. l. omnia quæ. & l. quibuſcunque.* & vide quod *no. ſupra. e. §. 1. exigit. in glo. unius enim.*

Beneficiorum unio cauſis ſequenti poteſt.

o *Ab antiquo.* De hoc *infra. e. Con. unitatem. §. nos igitur.*

a *Per Episcopũ loci.* Ad eum pertinet enim Ecclesiarum dispositio. 16. q. 7. *omnes basilicæ.*

b *Ad majorem.* Scilicet commoditatem Ecclesiæ, & cum minori scandaloso obloquio.

c *Regionibus.* Id est, limitibus certis, potius verò per Feuda Dominorum : cum tunc brevi temporis fluxu contentio inde possit oriri. *ar. infrà. proxi. glo.*

d *Dividantur.* Curare ergo debet nè Ecclesiæ, vel portiones illius teneantur à pluribus pro indiviso: cum discordiam parere solet Communio: ut notatur ff. *de le. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. in fi.* Item qd Communiter possidetur, frequenter negligitur. *ar. ff. de sepul. vio. l. 3. §. si plures.* cum ibi *no. ff. de admi. tu. l. de cætero. §. fi.*

Communio parit discordiã.

e *Provideant.* Tertia pars.

f *Diœcesani.* Hoc enim ad eos pertinet. *Extra. de elec. cum ex eo. §. porro. lib. 6.* ubi est similis textus, & *e. li. de regula. beneficiũ. in fi. Extra. de appel. pervenit. 2.*

g *Solicitus.* Non igitur torpens negligenter, ut dixi *supra. e. Con. ad baptismum. §. 1. ver. diligenter.*

h *Sacramentorum.* De quibus *le. & no. supra. e. Con. Sacramenta.*

i *De residentia.* Quinta pars, respiciens illum textũ *supra. e. §. 1. ver. absque magistro.*

k *Facto potius.* Executio igitur Jurium, est fructus Episcoporũ: *Extra. de elec. ubi. §. præterea. li. 6. ff. de ori. jur. l. 2. post originem.* quod quandoque tepidè cõsiderant Judices nostri temporis erga personas majores, quandoque id nimis rigidè circa simplices. De hoc *infra. e. Con. licet ad prosugandum.* Sed utinam competenter executio fieret antiquorum Jurium, ita quòd nunquam ederentur plura in posterum; sed bursalitas hoc impedit multum: ut notatur *infra. in Con. proxi. 1. Respon. in glo. hæc Constitutio.* circa medium, Nullicubi enim sicut in Regno isto, quid inter Ecclesiasticos, quid inter Sæculares, ut æstimo, sunt tanta Jura edita, nec ita parva Jurium observantia. *ar.* in hoc quod dicam *infra. in Con. Otho. in proœ. §. sanè. in glo. in omni gradu.*

l *Extant.* Perquam igitur necessarium est habere libros: nam; *Haurit aquas cribris Clericus absque libris:* ut *no. Wil. Extra. de magist. c. 1. §. ul. in fi. in Cle.*

Versus.

m *Concilia. Extra. de cle. non resi. quia nonnulli. de præben. quia intantũ. de elec. licet canon. in fi. li. 6.* sed de illo Concilio non potest intelligi : ut dixi *supra. e. Consti. ad vicariam. §. 1. ver. se faciant.*

n *Romanorum Pontificum.* Hic quæritur, quod sæpius, est dubium, an Papa suam Sedem à *Roma* in alium locum transferre possit. Consuevit dici quòd non, propter jussionem divinam : nam sedes Beati Petri primò fuit apud *Antiochiam, Act. 11. c.* quæ postea jubente Domino *Romam* translata est. *24. q. 1. rogamus,* hoc *no. Gui. Extra. de elec. fundamenta. ver. instituant. li. 6.* Item *Roma* est Communis patria. *ff. ad municipa. l. Roma.* Si ergo nomine eximatur auctoritas, fructus tolletur. *C. de feriis. à nullo. in fi.* Alii tamen contra.

o *Super ea.* Sc. residentia. An verò super non residentia possit dispensare Prælatus immediatus, licet non sit Episcopus? Dic quòd sic : ex rationabili causa, ut satis *no. Wil. de cele. mis. c. 1. §. ne igitur. in Cle.* nam hujusmodi tangunt Jurisdictionem, non autem Ministerium Episcopale: ut ipse *no. e. li. de fo. compe. c. unico. §. fi.* Dispensatio tamen in forma Constitutionis *Extra. de elec. cum ex eo. li. 6.* inferioribus Episcoporum non permittitur: ut ibi legitur & notatur. Facit quòd *no infra. e. consti. contra latronum. §. pe. ver. per loci ordinariũ,* hoc teneas. *ar. ne cle. vel mo. c. 2. li. 6.* licet *Gui.* assertivè dicat contrarium: ut *no. Extra. de privile. cum diversis. in glo. ulti. li. 6.*

p *Idem quoque.* Vesiculus.

q *Dicimus.* Scil. quòd potius requiritur executio antiquorum Canonum, quam editio novorum, ut *supra* patet.

r *Plures.* De hoc remisi *supra. e. Con. alicubi. ver. beneficiis.*

s *Concilii generalis. Extra. de præben. de multa.*

t *Absque dispensatione.* De hoc plenius dicam *infra. Consti. proxi. 2. in fi.*

u *Sedis Apostolicæ.* Ut dicto *c. de multa. ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. ne cle. vel mo. c. non magno. in fi.*

x *Speciali.* Generalis igitur & vaga non sufficeret. *ar. ff. de mino. l. idem. §. fi. talis autem. cum si.*

y *Dispendium.* Aliàs periculum.

z *Detinere.* Factum denotat, ut *infrà. Consti. 2. & 3. & c. contra latronum. ar. ff. de rei ven. l. officium. in fi.*

De Habitu Clericorum, & de Ornamentis eorundem.

¶ Summarium.

Clerici, præsertim curam habentes, ac Presbyteri ad formam in generali Concilio editam habeant vestes & equorum ornamenta, ita ut cappis clausis, suis locis, utantur, & decenti tonsurâ, sub pœna subtractionis Beneficiorum ab Episcopis faciendæ : qui ut ad id alios facilius compellant, à suis incipiant.

a QUoniam de b Habitu Clericorum, c qui d non clericalis videtur, sed potiùs e militaris, f grave scandalum Laicis generatur ; firmiter Statuendo Præcipimus, ut ad formam tam de Vestibus Clericorum quàm de Ornamentis Equorum g in generali Concilio

a *Quoniam.* Hæc Constitutio ampliatur *infrà. in Con Otho. cũ sancti.*

b *Habitu.* Cum totus status hominis, quoad sufficientiam naturæ consistat in cibis & vestibus ; *ff. de ver. sig. verlo victus.* idcò mores hominum in his sunt cohibendi : nam qui lautiora vel asperiora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui est, aut superstitiosus, ut *no. Wil. Extra. de sta. mo. c. 1. 3. Respon. ver. in vestibus. in Cle.* & patet 41. *distin. c. 1.*

c *Qui. Sc.* habitus.

d *Non Clericalis.* De quo infra dicam. Unde nedum Laici, sed præcisè Clerici *Anglici* in plerisque partibus ex eorum habitu †diversis, immo infinitis gestis, cum inventione studiosa talliato, & ex alio gestu inordinato, simiæ esse signanter improperantur. *ar. 1. q. 1. si quis inquit. §. 1.* Nam amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo, & sic ex visu cognoscitur vir Ecclesiasticus. *E ecclesia. 19. ca. in fi.* & facit quod dicam *infrà. in Consti. Otho. in proœ. §. nos igitur. in prin.*

M Sadd.
†Ex gestu.

e *Militaris.* Sic *supra. Consti. proxi. §. 1. ver. & si morum.* immo nec militaris vestis in Paragaudis, seu in loris suis debet esse auro texta, nec literis, seu pretioso colore fucata, assistentibus lateri Regis exceptis, nec etiam debet esse aliàs nimis sumptuosa, alioquin abutens gravi animadversione esset de jure plectendus : non enim quilibet simplex miles se cum talibus ornare debet, tanquam esset Rex terræ, *ar. C. de vesti. holob. l. 2. 3. & 4. li. 11. C. de veste mili. l. fortissimis, li. 12.*

f *Grave scandalum.* Cujus occasio est extirpanda. *Extra. de consan. & affi. quod dilectio. in fi.* de quo satis legitur & *no. Extra. de Reg. Furis. qui scandalizaverit.* Et est scandalum dictum factumve minus rectum, præbens occasionem ruinæ : & dicitur à Σκάνδαλον *Græcè*, quod est offensio vel ruina, vel passio pedis *Latinè. ar Extra. de renunc. si fi. §. pro gravi. de novi operis nunci. ca. 2. & not. Wil. Extra. de offi. ordi. ca. primo. post prin. ver. scandala. in Cle.* Et quando sit curandum de scandalo, & quando non, notat ipse quatuor Regulas. *c. lib. de immuta. Eccle. ca. unico. post prin.* De hoc etiam satis *le. & no. Extra. de reserip. c. 2. in prin.* per *Ber. & no. Hosti. in summa de renuncia. §. pe. ver. est autem scandalum.* De hoc bene notat *Gui. de offi. leg. c. 1. li. 6. Ff. de Athon.*

Scandalũ quid est.

g *In generali Concilio editam. Extra. de vi. & ho. cle. clerici. §. clausa.* usque in *fi. Decret.* quod Concilium suppletur & declaratur infra in *Consti. Otho. cum sancti.* & hodiè innovatur, cum declarationibus & adjectionibus quibusdam. *Extra. de vita & ho. Cle. quoniam qui abjectis. in Cle.* Quæ Constitutio abstracta fuit de *Glossa* magistrali. *21. q. 4. in summa.* de qua congruentia Clericalium vestium notatur *23. distin. clerici. 41. distin. per Simonium. & c. clericus. 30. di. hi qui. in prima glo. Extra. de cust. Euch. c. ult. & in fi.* per *Wil. de vi. & ho. cle. quoniam qui. post prin.* ubi ad plura etiam loca remittit *Gui. Extra. de bigamis. c. unico. in fi. li. 6.* sed finaliter juxta illam glo. magistralem, & ut notatur in dicto *c. clerici. ver. decuratis.*

Clerici

Clerici conformare se debẽt in vestibus honestè, secundùm consuetudinem Regionis, nè videantur hypocritæ: 30. *di. si quid virorum. ver. etiam hoc no.* & ne vilescat dignitas Clericalis. 80. *di. Episcopi.* ut ibi *no.* patet 41. *di.* §. *ult.* & sic juxta *Senecam* ad *Lucilium* 44. *c.* vestis clerici nec sordeat, nec splendeat. 41. *di.* §. 1. in talibus namque sola superbia reprobatur, *ar.* 30. *di. hæc autem scripsimus.* & honestum habitum deberent gerere Clerici: unde *not. Extra. de custo. Eucha. relinqui. in glo. fi.*

a *Per Subtractionem Beneficiorum.* id est, temporalem sequestrationem fructuum Beneficiorum. *ar. infrà. ti. 2. ar. C. de re mili.* cum allegatis *in fi. li. 12.* & *no. Ber. Extra. de ap. pastoralis. in fi.* Vel dic propriè, si post Episcoporum commonitionem pertinaciter obstinati fuerint. 21. *q. 4. c. fi.* & penitùs *ar. 92. di. c. finali.*

M. S. distribuendi.

b *Ab Episcopis compellantur.* Non igitur ab Archidiaconis, vel aliis inferioribus, potestatem † distribuendi non habentibus, ut patet ex inflictione generis hujus pœnæ juxta inte lectum secundum, *suprà. glo. proxi.* sed tamen secus juxta opinionem primam videmus patet *infra. in Consti. Otho. cum sancti. §. præcipimus. & præce.*

c *Ita quòd.* Versiculus.

d *Decenti. Sc.* non nimia brevitate seu longitudine notanda: ut dicto Concilio, *Clerici.* quod plenius declaratur in dicta *Consti. Otho. cum sancti. §. Statuimus.*

e *Et cappis clausis.* Tunc hæc Constitutio, vel Concilium, *Clerici.* nunquam acceptabatur a subditis in hac parte: igitur non videtur arctare. 4. *di. legei.* & *c. denique. in fi. no. Ber. & Inno. Extra. de treuga & pac. c. 1.* Ad cujus solutionem tripliciter distinguo: Aut præceptoria Constitutio Communiter & à majori parte subditorum recipitur; & tunc non observantia præsumptuosa particularis, non impedit arctationem Constitutionis: 16. *di. quod dicitis.* 32. *dis. proposuisti. §. fi. ar. 9. ad municipa. quòd major.* turpis enim est pars quæ non convenit suo toti. 8. *di. quæ contra mores. Extra. de sponsa. duo. tuas. ff. de pac. majorem. cum fi. l. prætall.* Hoc fallit si scienter hoc toleret legislator, 28. *di. de Syracusana. §. fi.* Aut non acceptatur ab aliquibus subditis; tunc circumscripta Lege vel Constitutione, usus seu observantia Communis in contrarium esset peccati, vel scandali inductio, seu etiam occasio, vel rationis seu bonorum virorum subversio: tunc tenet lex seu Constitutio, & arctat, etiam non acceptata, damnabili per subditos observantia semota: sic loquitur lex de clausura Monialium, *Extra. de sta. regulari. periculosa. li. 6. infrà. in Consti. Otho. moniales. ar. C. de monopol. l. unica.* secus tamen si ex parte Legis induceretur scandalum, vel majus malum; tunc enim non conservantia prævaleret saltem quoad excusationem pœnæ temporalis: ut *no.* in dicto *c. denique. in glo. ar.* Amen quòd hoc quod mediatè dixi de facto perraro servatur, quando servando Constitutionem, brutæ Prælatorum vacuarentur: ut ibi patet. *ar. Extra. de magis. c. 1. §. fi. in Cle.* ubi de hoc per *Wil.* Sed aliæ Constitutiones, quæ Prælatis burlales sunt, ut *Extra. de censi. felicis. li. 6.* & similes tales, satis memoriæ commendantur, & exequuntur ad unguem, juxta expertam veritatem illius Canonis 47. *dis. omnes hujusmodi lectores*, aliàs *dilectores. Si* vero observantia Communis non esset occasio peccati, vel subversio boni; tunc lex in contrarium statuta, aut habet executionem annexam, & tunc etiam arctat, non acceptata: nam eo ipso quòd pœna imponitur, jus cõtrarium prohibetur: ut *no. ff. de re. jur. vel nullus videtur.* nam sæpe usus contrarius est damnatus: dum tamen talis sit startens, qui potestatem legem condendi habet. De quo notavi *suprà. c. Consti. in prou. ver. legatus. & ver. concilii* sic potest intelligi *Extra. de vi. & ho. cle. c. 1. in Cle. & Extrava. Jo. 22. execrabil.* & Constitutio, *suscepti regiminis. in fi. ar. ff. de pu. & vec. l. fraudati. cum fi. l. præce.* Idem intelligo si Lex interdicit usum vel consuetudinem contrariam, licet non haberet pœnam executivam annexa. *C. de furtis. Authen. navigia. C. de usu. cos. infrà. e. Con. jussurandum. 1. Reffon. in fi. Extra. de cõsue. quanto. & no. Compos. c. c. ar. Extra. de elec. Massana.* Aut non habet executionem annexam, nec in ipsa lege tollitur usus seu consuetudo in contrarium; tunc Communis observantia legi prævalet non acceptatæ: sic loquitur *4. d. §. lege. Extra. de ætat. & qua generalem in Cle.* ubi de hoc per *Wil. in prin.* facit *c. li. de app. quamvis. post prin.* etiamsi ista consuetudo fuerit contra Concilia, Provincialia: ut *no. Hosti. in Summa de consue. §. 1. ver. ut tamen scias.* patet in *Con. Otho. judicis robur. cum si.* Nec obstat Constitutio illa per ultima membro prædicto: quia non habet pœnam annexam per Constitutionem ipsã, sed per hominem infligendam, ut per subtractionem Beneficii, ut hic patet: sic *no. Extra. de treug. & pac. c. 1.* quam *Per est.* intelligit *Host.* ibi juxta intellectum *Inno. & Ber* in simplicibus. tamen secus in præceptoriis. *ar. 82. dis. proposuisti. ver. debes ea & ver. si quis autem.* de hoc notat *Gui. in Repet. 4. di. §. lege.* Ita tamen ista parlatdia tene quod dixi *suprà. in glo. de vita & ho. cle. &c. in fi.*

Nota.

f *Maximè.* Determinabile potest verbis proximè præcedentibus, & tunc stat propriè: vel verbis proximè sequentibus, & tunc expone, id est, tantum ex vi præcepti hujus Constitutionis: non enim ubique terrarum potest quilibet Rector vel Clericus ducere magnum Homagium.

g *In Ecclesia.* Dic ut *supra. e. con. basilicarum. in prin. Jo. de Anto.*

h *Et coram.* Hic terminus, cum solam respicit pœnam ipsius non facientis, contingere videtur, sive delationem hujusmodi habitus incongrui consideret Prælatus, sive non, ut hic. Secus tamen ubi favor vertitur alterius seu interesse; tunc enim requiritur ipsum, coram quo actus habet expediri, etiam ipsum actum considerare, & intelligere. *ff. de ver. sig. coram. cum fi.* ibi notatis.

i *Prælatis.* Resolvas in singularem, id est, coram aliquo suo Prælato. *ar. Insti. de jure Personarum. in prin.* & hoc *no. ff. de condi. & demon. falsa. §. fi.*

k *Suis.* Non ergo sic arctantur Clerici de necessitate præcepti coram Prælatis extraneis vel alienis. *Extra. de pœ. c. 1. §. civitatis. in Cle.*

l *Conventibus.* Id est, congregationibus, ubi Clerici verò conveniunt. *si prà. e. Con. Sacramenta. in fi.*

m *Et ubique.* Cum fuerit in publico, secus si secretè infra domum propriã vel alienã: quia domus rem secretam non publicam denotat. *ar. ff. de in jus vo. plurium. ff. de injur. l. qui in domum.* ut *le. & not. per Wil. Extra. de vita. & ho. cle. quoniam. ver. publicè. in Cle.*

n *Parochiis suis.* Sic 38. *di. quando. no. Gui. ple. Extra. de elec. licet canon. post prin. li. 6.*

o *Qui. Sc.* Clerici.

p *Susceperunt.* Constitutio igitur hæc non videtur comprehendere Prædicandarios, nec Mercenarios Sacerdotes, cum talibus cura non committatur regenda, ut hic: sed dic contra: quia licet Curati teneantur ubique in Parochiis suis, specialiter tamen ipsi, & alii in locis *suprà* expressis ad hujusmodi Constitutionis arctationem obligantur: facit dicta Constitutio, *quoniam. in Cle.*

q *Et ut possint.* Secunda pars.

r *Episcopi.* Expositionem hujus termini habes *infrà. e. Consti. quid ad venerabiles.*

s *Alios.* Extraneos Clericos, sibi tamen subjectos, ut denotat dictio *coarctare*, quæ *infra* ponitur. *ar. C. si non à compe. judi.* per totum. *Extra. de judi. at si clerici.*

t *Melius.* Id est, convenientius & rationabilius, cùm in se prius debet ostendere qualiter alios oportet conversari. *Extra. de elec. cum in cunctis. in prin.* Unde *Ecclesiastici* 31. *c. intellige qui sunt proximi tui ex te ipso.* & dicit Apostolus ad *Hebræos* 4. *c. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia.* ut legitur de Christo: ubi dicit *glossa*, impossibile est scire afflictorum afflictiones, qui afflictionis experimentum non habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit. Christus enim omnia scit, non solum propter hoc quod Deus omnia scivit, sed etiam propter hoc, quia similia sustinuit: ut ibi *no. Gui. 50. di. considerandum.* ponitur enim Prælatus in exemplum aliorum: ut *le. & no. infra. e. Consti. quid ad venerabiles.* Alibi exponitur *melius.* i. e. facilius. *C. de contrahenda & commit. sti. optimam.* Aliquando exponitur *melius*, id est, consultius seu prudentius: cum dicitur melius quis faceret, si se sumptibus inanibus non vexaret. *ff. de inoffi. testa. l. 1.* & sic ponitur hæc dictio comparativè: dic tamen, quòd hic ponitur electivè. Idem legitur & *no. 22. q. 1. considera.*

Melius multiplicitèr exponitur.

Afflictis compati nescit qui afflictiones non sustinuit.

u *Ad honestatem.* Nota ergo honestum attendi, de quo plenius dixi *supra. e. Consti. cum laicis. in prin.*

x *Tonsuram.* Quam portant Clerici in signum depositionis temporalium, seu abdicationis avaritiæ. 12. *q. 1. duo sunt.* Unde quibus major est tonsura, amplior & rotundior corona, illis evidentiora sunt signa: sed utinam in multis deleretur signum, & remaneret signatum. Nam sæpè hi, qui majora hujusmodi signa deportant, minus signati repertiuntur: *Extra. de præben. avaritiæ.* & *cà. de monachis. Extr. de deci. cà. 1. ad fi. de censi. ea quæ. & ea. ex parte. in fi.* Sub qua tonsura honesta contineri intelligo rationem barbæ, quam moderni quidem Clerici abominabiliter prolixam nutriunt: sic dicit contra legem, *Extra. de vi. & ho. cle. clericis. 1.* sed utinam tonderentur, licet inviti, usque ad dentes, vel gingivas; ut *e. ti. c. clericis.* ut sic pœna paucorum, cæteris metum & timorem incuteret. *C. ad l. Juliam. repe. l. 1.* & facit quod *le. & no. 23. di. prohibetur.*

Tonsura quid significat.

y *Et coronam.* Quæ de capillis superioris partis capitis est abrasio, in signum Regni quod acceò expectant: ut *12. q. 1. duo sunt.*

z *Decentes.* Scilicet secundùm ordinem suum, nam majorem debet habere Religiosus, quam Clericus sæcularis, & majorem Presbyter, quam Diaconus: cùm magis signati & sancti esse debent, licet plerumque sit contra: ut dixi *supra* ad hoc *2. q. 7. laicos.* Hæc *glo.* cum duabus proximis præcedentibus ponit *Hostis.* in dicto Concilio, *Clerici.* quam plenius assumit *Gui. Extra. de vita. c. 1. in ver. tonsura.*

tonſura. li. 6.

a *Equorum ornamenta.* De quibus *infrà* ſpecificat.

b *Idonea.* Ad idoneitatem & decentiam Clericalem hujuſmodi ornamentorum.

c *Coarctare.* Id eſt, ſimul reſtringere.

d *Prouideant. Sc.* Epiſcopi.

e *A ſuis Clericis.* Quomodo enim corrigeret Filios, vel Laicos, qui prius fratres, id eſt, Clericos non emendavit? 8. *q.* 1. *verior. §. quid autem.*

[a] Equorum Ornamenta [b] idonea [c] coarctare, [d] prouideant, ut [e] à ſuis Clericis [f] commenſalibus [g] hoc prius [h] faciant obſervari, habentes eos in Veſtibus † Talaribus, Frænis, & [i] Sellis, [k] Clericalem gerentes habitum [l] honeſtatis.

M. S. † Calcaribus.

f *Commenſalibus.* Nam proprie dicuntur tales *ſui Clerici* dum ſint continui, licet eos quandoq; contingat abeſſe: nec ſufficit ad hoc, quod dicatur *ſuus*, quòd vobas ipſius gerat. Patet *Extra. de ver. ſig. c. fi. li. 6.* facit *e. li. de privile. c. pe. §. 1. ar. op. ff. de penu. lega. l. 3. in fi. ff. de ver. ſig. in le. Cenſoria. in fi. cum ſi.*

g *Hoc.* Scilicet quod ſequitur.

h *Faciant.* Sc. Epiſcopi forte per amotionem ab eorum miniſterio: immo dic per ſubſtractionem Beneficiorum. Quod *ſuprà* poſitũ eſt ex ratione fortiori videtur hic repetitum, ut *ff. de ver. ob. Titia. §. idem Reſpondit, plerumque. Inſti. de inutil. ſti. §. præterea.*

i *Sellis.* Et pectoralibus, ut ſuppletur in dicto Concilio *Clerici.* Per quod colligitur Pectorale eſſe de appendiciis & acceſſoriis Sellæ, ſed Frænum nequaquam, quod non eſt verum: imò *ſuprà* ſupplevi ad Textum; nam & Frænum & Pectorale, quod in Jure vocant Aureale, conſequenter ſe habent ad Sellam de honeſtate ſaltem. *C. de curſu. publico. quoniam veredorum. li.* 12. Ubi etiam immoderatam ſumptuoſitatem hujuſmodi ornamentorum Equorum, licet ſint privilegiatorum perſonarum, reperies ſub pœna gravi damnatam.

k *Clericalem.* Non ergo militarem, vel hiſtrionalem. *ſuprà. c. Con. cum ſit ars. §. 1. ver. & ſi moram.* legitur & notatur *ſupra. c. in prin.* Inter Clericos enim & Laicos debet eſſe differentia in converſatione. Ut 2. *q.* 7. *Laicos.*

l *Honeſtatis.* De qua *ſuprà* notatum eſt.

m *INnotuit Nobis pluribus referentibus.* Cum ſub hac forma ſcribitur inquiſitio famæ ſeu infamiæ ut notant *Doc. Extra. de accuſa. cum oporteat. in prin.* Iecus tamen ſi diceretur, *ex relatione talium audivimus.* Ut pleniùs recitat *Gui.* opiniones in hoc diverſas. *Extra. de accu. is cui. li.* 6. Ut plene dixi *ſuprà. c. Con. ad elidendum. §. ſane. in glo.* 2.

n *Fide dignis.* Providis vitâ & honeſtate: ut legitur *de accu. qualiter.* 2.

o *Quòd multi &c.* Hoc ſtylo Communiter utuntur Prælati in narratione cenſurarum ſuarum generalium.

p *Immemores.* Contra Legem, quæ non præſumit aliquem immemorem propriæ ſalutis. *C. ad l. Fuliam. repe. l. fi.*

q *Matrimoniis.* Ablativi caſus abſoluti.

r *Contractis.* Non dicit *in facie Eccleſiæ ſolennizatis.* Sed tu dic idem dum tamen clandeſtinè: cum hoc caſu ſemper reſultet impedimentum Eccleſiæ, Bannis non editis, etiam altero parentum ignorante. *Extra. de clandeſt. deſpon. cum inhibitio. §. ſi quis vero.*

s *Clandeſtinè.* Quod fit tribus modis: ut notatur in dicto *c. cum inhibitio. §. ſi quis vero.* De quorum primo modo non hic loquitur, cum hoc Matrimonium poſſea probetur, *infrà. c.* 1. *Reſpon. ver. deinde.* aliàs *ver. proinde.* Unum quoque in facto agitatum ſcias, quòd petens reſtitutionem uxoris non auditur de Jure, ubi Matrimonium eſt contractum clandeſtinè, ſc. Bannis non editis; & per conſequens Eccleſiâ non approbante, juxta dictam *Decret. cum inhibitio. ar.* 30. *q.* 5. *c.* 1. & 32. *non omnis. C. de natura liber. l. ſuper.* Ut notat *Hoſti. de reſti. ſpo. ex tranſmiſſa. in prin. ver. limine. & e. ti. c. literas. §. præterea. & c. ex parte. §.* 1. Idem ſentit gl. *Extra. qui filii ſunt le. provenit. Extra. de re judi. tenor. §. fi.*

Uxoris reſtitutionẽ pe ens non ſemper auditur.

t *Retinere.* Factum denotat. *ſuprà. c. Conſti. cum ſit ars. in fi. infra. in Conſti. proxima, & ſe.*

u *Cum uxoribus Eccleſias.* Ante hujuſmodi Matrimonium clandeſtinum adeptas, ſc. ut differat à ſequenti Textu, contra *Decret. Extra. de cle. conjuga. diverſi.* 8. *di. Maximianus.* In Eccleſia tamen Orientali non prohibetur hoc: ut legitur & notatur *Extra. de ri. & ho. cle. ut clericorum. §. ſi.*

x *Eccleſias. Sc.* Curatas.

y *Eccleſiaſtica Beneficia.* Sc. alia non curata; ut vitetur verborum inculcatio.

z *Adipiſci.* Id eſt, acquirere poſt Matrimonium contractum clandeſtinè.

a *De novo.* Iſte terminus in alia materia multiplicem capit expoſitionem. Ut notat *Car. Extra. de elec. generaliter. ſuper e. ver. li.* 6.

b *Et promoveri ad ſacros.* Hoc non poteſt talis cum effectu, niſi conſentiente uxore, quando contrahit in minoribus: ut legitur & notatur *de conver. conjuga. Conſtitutus. Extra. de tempo. or. c. pe.* aliàs *ulti. lib.* 6. Si autem exiſtens infra ſacros Matrimonium contrahat, hodie Excommunicationem incurrit ipſo Jure. *Extra. de ſpon. c.* 1 *in Cle.*

De Uxoratis à Beneficiis amovendis.

¶ Summarium.

Quicunque aut clam aut palam Matrimonium contraxerunt, ab Eccleſia & Eccleſiaſtico Beneficio ſunt omnino removendi, & bona, quæ ſic acquiſiverunt, Eccleſiæ reapplicanda, nec eorum Filii ſint Summi Pontificis diſpenſatione ad Beneficium aut Sacerdotium admittendi.

[m] INnotuit Nobis, pluribus referentibus fide [n] dignis, [o] quòd multi propriæ ſalutis [p] immemores [q] Matrimoniis [r] contractis [s] clandeſtinè [t] retinere [u] cum Uxoribus [x] Eccleſias, [y] & Eccleſiaſtica Beneficia [z] adipiſci [a] de novo, [b] & promoveri ad Sacros Ordines contra Statuta Sacrorum [c] Canonum non formidant: demùm proceſſu temporis, [d] cùm prole ſuſcepta [e] de tali copula [f] expedire videatur, [g] ipſis viventibus vel defunctis, [h] per Teſtes vel Inſtrumenta [i] probare [k] contracta fuiſſe Ma-

c *Canonum.* De quibus *ſuprà, in glo. ante hujuſmodi. & 28. di. c.* 1. & *c. decernimus. & c. de bis.* & per totum.

d *Cum prole ſuſcepta.* Quæ teſtis eſt paternæ nequitiæ evidenter. 28. *diſt. priuſquam. in fi.* notat *Hoſt. Extra. de eo qui duxit in Matrimonium. cum haberet. §. pe. verſi. exigeret.* Ex iniquis enim omnes filii teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes. *Sap.* 4. *capi.*

e *De tali copula.* Per Canones vetita.

f *Expedire.* Scilicet proli ſuſceptæ.

g *Ipſis.* Scilicet Patribus Clericis & eorum Uxoribus.

h *Per teſtes vel inſtrumenta.* Aliæ igitur Probationes hoc caſu non valerent à contrario ſenſu hujus literæ; de quibus generibus Probationum notatur *Extra. de teſti. ſpo. cum ad ſedem. §. ſi. in prin.* Nam Probatio per confeſſionem parentum non valet, propter colluſionem præſumptam: *Extra. de teſti. ſuper eo. Extra. de eo qui cognovit conſan. ux. ſu. ſuper eo.* nec Probatio per evidentiam facti. De qua *Extra. de coha. cle. & mu. c. tua.* aliàs *veſtra.* Nec probatio per violentam præſumptionem: de qua *Extra. de præſump. c. afferte. & c. literas. C. de nup. ſi vicinus.* quia hæc duo genera Probationum clandeſtinitatẽ, de qua *ſuprà* loquitur, non patiuntur, cum ſint contraria. *C. ſi ſervus expor. l.* 1. *C. de furtis. l.* 1. *Extra. de appel. ſollicitudinem.*

Probati fit multiplex.

i *Probare.* Forte ad effectum legitimationis ſuæ, cum tali proli obiceretur Baſtardia per viam actionis ſeu exceptionis, ut ſecundùm Jura Regni ab hæreditate paterna repellerentur in totum: qui tamẽ ſi naturales eſſent, tantum ſecundùm Jus Civile duas capiunt uncias hæreditatis ab inteſtato. *Authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. Coll.* 3. Vel forte ad effectum illum, ut bona acquiſita per patrem quandocunque, alias ubicunque ex proventibus Eccleſiæ, vel aliunde ſibi tanquam legitimo proximiori, vel uxoribus Clericorum applicarentur, ut innuit Textus ſequens. Vel dic ut *infrà. glo. proxi.*

Illegitimi an poſſint parentibus ſuis ſuccedere.

k *Contracta fuiſſe.* Ante adoptionem Eccleſiarum, & ſuſceptionẽ Sacrorum Ordinum, nè tales filii ſpurii cenſeantur. *ff. de ſta. bo. vulgo.* & hoc quoad Beneficia Eccleſiaſtica, & ſic ad alium effectum quàm dixi *ſuprà. in glo. proxi.* Juxta quod quæro unum, quod quibuſdam videtur indubitatum, an filius quem Clericus genuit in minoribus Ordinibus Conſtitutus, per Matrimonium ſequens cum matre ejuſdem legitimetur? Videtur quod ſic: quia licèt ſpurii non fungantur aliquo Legis beneficio, tamen naturales ſic; ut legitur & *not. Inſti. de nup. §. fi.* ſed iſte filius non videtur ſpurius, quia nec ex damnatis, nec prohibitis conjunctionibus natus, cum tamen *Spurius* dicatur quaſi *non purè* (ſed per pravitatem Juris naturalis) *natus*: ut dicta *l. vulgo. ff. de ſta. bo. Inſti. de nupt. §. ſunt & alia. Authen. qui mo. na. effi. ſui. §. antepe. verſi. fi. ver. effuſa. Colla.* 7. Item ut legitimetur filius per Matrimonium ſubſequens, ſufficit cum tali muliere habuiſſe coitum, cum qua Matrimonium contrahere non fuerit interdictum. *C. de naturali. li. l. cum quis.* Et per illud argumentum hanc partem videtur tenere *Goffre. ti. de fi. Presby. §. ſi quis.* Item pro hoc facit favor cauſarum dependentium ex Matrimonio, quæ ante Matrimonium, & etiam poſt Matrimonium favorabiles ſunt. *ff. ſo. ma. l.* 1. & *l. Gaius. C. de inuti. ſtipu. libera. ff. de Re. Fur. l. in ambiguis dotibus.* 1. *Reſpon.* Item pro iſto filio favor legitimationis facit. *C. de indicta. vidu. tollen. l.* 2. *in fi. cum ſi.* propter quem duplicem favorem potius dicemus illum Naturalem, quàm Spurium. Item præſumitur, quòd hic filius cauſa fuit hujus Matrimonii ſequentis, *C. de naturali. liber. l. cum quis.* ergo abſurdum eſt, quòd in ſe non ſentiat illud, quod aliis præſtat.

Filius Clerici in minoribus Conſtituti an legitimetur per ſubſequens matrimonium.

præstat. Ut c. vij. supra. ar. 19. di. si Romanorum. Et hæc pars communiter tenetur, cum in Matrimonio contrahendo impedimentum non subsit, ex quo est in minoribus, ut notatur *Authen. de monachis. §. si quis ante. ver. permittat. Coll. 1. 32. di. c. 2. & c. quoniam in quibusdam. Extra. de cle. conjug. c. 1. in prin.* hoc tenet *Gui. post i incen. 56. di. acius.* Contra videtur. Nam milites armatæ militiæ, & cœlestis, æquiparantur: ut *not. ff. de re judi. l. miles. ff. de procura. filiusfa.* nam unus privatur stipendio, sicut & alius, si non deserviat. *C. de re mili. l. cum allegatis. li. 12. C. de epis. & cle. generaliter. in fi. Extra. de appel. pastoralis. 32. di. præter hoc. in prin.* sed militi armato est concubinatus interdictus, *C. de donati. inter vi. & uxo. l. 2.* ita, quòd nec ei legare potest. *ff. de testamento mili. miles ita. §. mulier. & not. ff. de dona. affectionis.* Quoniam ergo de tali coitu damnato nascuntur spurii, sic ergo per sequens matrimonium non legitimantur. *ff. de fis. bo. Paulus. Extra. qui filii sunt le. tanta. 2. Respon.* Item lex 32. *di. interdixit. in prin. C. de epi. & cle. cum qui. Authen. de sanctiss. epi. §. Presbyteris. Coll. 9.* videtur pro hac parte determinare quæstionem: nam illis nedum prohibetur delictum, sed etiam occasio. *ff. de transac. l. cum hi. §. sed cum lis. Insti. vi bo. rap. §. sed nedum talia.* Nec dicas illas leges intelligi tantam in constitutis in sacris, prout *glossa* videtur sentire in dicto §. *Presbyteris.* quia sic verba textus ibidem essent superflua, quod esse non debet, *ff. quod me. cau. l. 1.* Solutio. In disputatione solenni fertur *Jo. An.* hanc partem ultimam tenuisse: nam Clericus, licet in minoribus Constitutus, prohibetur à lege concubinam habere; ergo natus ab hujusmodi coitu vetito, tanquam spurius, non legitimatur per hujusmodi Matrimonium sequens, ut dictum est: hoc satis videtur fundare textus noster hic, & in fine. Item Clericus jam creatus, vel de novo creandus, habens Concubinam, ordinari non debet. *Authen. de sanctiss. epi. §. clericos. Coll. 9.* quod tu dic per *Jo. An. Extra. de testa. c. 1. in prin.* & dicam *infrà. §. proxi. diripi.* Si ergo non potest habens Concubinam ad Clericatum promoveri, multomagis jam factus Clericus Concubinam habere prohibetur, ut dicto §. *Presbyteris.* ergo hic filius concluditur spurius, per Matrimonium sequens non legitimandus. Et sic patet Responsio ad contraria: quia non sufficit, quòd cum tali muliere cum qua liceret † contrahere; nam requiritur aliud, sc. quòd Concubinatus ille non sit per Legem interdictus. Nec obstat favor legitimationis: quia sordida stirps splendidis natalibus derogare non debet. *C. quæsti. super stat.* Nec obstat quòd fortè filius est causa, vel occasio Matrimonii &c. quia sæpè evenit, quòd quidam aliis prosunt in his, quæ sibi prodesse non possunt: ff. *de admi. tu. l. si minor. 2. Respon.* & in fine *ff. de tu. & ra. dis. alterius. §. si.* nam & Judex Jus dicit aliis, licet sibi hoc non posset; *ff. de jurisdi. om. judi. l. qui jurisdictioni.* sicut boves arant, & arietes aliis sua vellera portant. Nec obstat quòd Clericus in minoribus ordinibus licitè contrahit: 32. *dist. quoniam in quibusdam*, ut *suprà no.* quia in contrahendo, jus fingit eum quoad actum Matrimonialem primò deponere Clericatum. *ar. ff. de acquiren. ha. l. nec is. §. 1. & l. illud.* Sed decisioni prædictæ fortissimum inconveniens obstare videtur, sc. nullum per sequens Matrimonium legitimari posse, contra dictam *Decret. tanta. in prin. Insti. de nupt. §. si.* nam quilibet coitus, præterquam Uxorius, videtur hodie fœtidus, & damnatus expresse. 32. *q. 4. nemo. & c. sic non sunt. in fi. & c. meretrices.* Responderi tamen potest huic opinioni, hoc scil. verum est quantum ad legem peccati & pœnam æternam, non tamen quantum ad pœnam legis humanæ: dicam ergo illum legitimari non posse, qui ex vetito & damnato concubinatu à lege humana est suscitatus, quando lex humana principaliter per se damnat, ut in Incestu, & hujusmodi, sic & in casu nostro: sed ubi Concubinatus à lege principaliter non prohibetur, nisi fortè quia per Legem Divinam damnatur, ut in contrariis; ibi talis filius naturalis legitimari potest. *ar.* in hoc quod notat *Jo. An. Extra. qui filii sunt le. per venerabilem. in fi.*

Clerici sus militi.

M.S. ad. † Matrimonium.

Utilitatem quandoq; quærimus aliis quam sibi non possumus.

a *Inter eos.* Sc. parentes, patrem Clericum, & matrem.

b *Verum quia.* Secunda pars, tradens, quid Juris sit de Beneficiatis & causis.

c *Matrimonio.* Dativi causis.

d *Seu.* Pro imo, verius cum non sit licitum Matrimonium, ut in *c. diversis fallaciis. ar. c. ii. c. sanè. 2. C. de incestis nupt. l. cum ancillis. Extra. de eo qui duxit. in ma. quæ pollu. per ad. cum non haberet.*

e *Intendentes.* Secus fortè si jam de coitu sint saturati: quia jam optarent Monachari, vel propter nimiam contemplationem Fratres Minores effici; sed dic contra, propter actus præteritos irreparabiles, ut in *c. diversis. cum si.*

f *Animarum.* Tam propriarū, quàm alienarum: cum subditus hujusmodi Apostatæ literati loquantur, cavillentur & negotientur.

g *Salus earum.* Sc. animarum post commissum sibi regimen earundem. *Extra. de elec. licet canon. li. 6.*

h *Diripi.* Dicitur de *di* & *rapio, pis.* id est, dilapidari seu consumi: quo casu, etiamsi titulum & possessionem sufficientes haberet, fructus sequestrandi essent. *ff. de appel. imperatores. in fi.* de quo dicam *infrà. in Consti. Otho. Ecclesiarum. §. sequestrationes.* An ergo propter filiationem à beneficio Ecclesiastico quis repellatur, satis legitur & notatur 28. *dis. de Syracusana. in 4. gl.* & in eadem *di. priusquam.* tenet quòd sic, nisi dispensativè talis pater promoveatur longa præcedenti continentia, & quicquid fuit de honesto rigore Juris Civilis, *Authen. de sanctissimo epi. §. clericos. Coll. 9.* vel antiquorum Canonum: tales enim hodie possunt promoveri, ut patet exemplum de beato *Petro*, qui habuit filiam *Petronillam*, qui fuit etiam Sancta, & idem in *Clemente 4.* Doctore Legum, qui duas habuit filias, qui postmodum fuit Abbas, & demum Papa. *& no. Jo. An. Extra. de testi. c. 1 ar. Extra. de cle. conjuga. c. 2.*

Filii non repelluntur à Beneficio.

i *Consuevit.* Nota argumentum ex assuefactione malefaciendi, cui legislator vult occurri. *C. de epi. au. l. 3. §. si. Authen. de testi. §. quia verò multi. Colla. 7.*

k *Animarum saluti.* Ad hanc invitari debet quilibet prælatus *Extra. offi. ordi. irrefragibili. le. & no. Extra. c. Consti. qd ad venerabiles.*

l *Et Ecclesiarum commodo.* Licito, non enim debet Ecclesia esse auctrix, sive altrix injustitiæ. *Authen. de alie. seu. per Fredericum. §. 2. Colla. 10.* Unde per hoc igitur caveat procurator Religiosus, qui se nunquam æstimavit deerrare, dum utilitatem sui Monasterii sic (procuravit.

m *Qui.* Scilicet morbus.

n *Multum invaluisse.* Ideò magis occurrendum, ut sequitur, & eo major sit aculeus & confusio, quo culpa patentius sit commissa: *Extra. de pœ. c. 1. §. 1. in Con. Cle.* unde vulneri cicatricato ignitum ferrum mittitur. *2. q. 1. reperiuntur.*

o *Occurrendum.* Melius est quam post exitum vindicare. *C. qui ex cau. in integ. resti. majores. l. fi. C. quando licet unicuique sine Judice se vindicare. l. 1. & 2.*

p *Repertum fuerit.* Hominis ministerium de sui natura propria designat. Unde facit, quòd si Papa scribat pro paupere Clerico alicui executori, ut ei provideat, si eum reperiat honestæ vitæ &c. tunc requiritur necessario existentia conditionis, & cum causæ cognitione fieri debet; nec tunc dicitur inesse hæc conditio necessaria, vel de necessitate. Sic intellige *Inno. Extra. de transla. Epi. licet. in glo. fi. ar. ff. si tabu. testa. mille extabunt. l. 1.* & melius *ff. de hære. insti. l. si qui. Sempronium. ff. de re. ju. expressa nocent.* patet *Extra. de offi. dele. c. 1. in Gle.* Ubi tamen scribitur *si est idoneus*, hæc conditio inest de natura; ita quòd super hoc non requiritur inquisitio, nec causæ cognitio. Sic intellige *Inno. Extra. de præsump. c. fi.* Nam quilibet præsumitur bonus. *ff. de lega. 2. cum quidam.* & *l. pater. §. rogo. C. de inoffi. testa. omnino.* & sic servat Curia secundum *Old.*

q *Taliter.* Sc. clandestinè prætentis Ecclesiis, vel post hujusmodi Matrimonium de novo adeptis, ut *suprà, in prin.*

r *Contraxisse.* Contractus plus facti, quàm juris est. *ff. de cura. fu. l. consilio. ad fi.* Obligatio tamen inde creata, habet actionem filiam, ut *ff. de procura. licet. §. ex obligatio.* ibi, *actionē parit* &c. Juris sunt, ut patet in earum diffinitionibus. *Insti. de ver. ob. & de actio. in prin.*

Obligatio est mater actionis.

s *Ecclesiasticis Beneficiis.* Licet hoc esset per se positum satis comprehenderet Ecclesias: *infrà. ii. 2. in prin. & no. Gui. Extra. de rescrip. gratia. in prin. li. 6.* tamen ex quo præmittitur de Ecclesiis nominatim copulative, Ecclesias non comprehendit, sed alia refertur ad Ecclesiastica Beneficia, sc. ad Prabendas, liberas Capellas, & hujusmodi. *ar. ff. judi. sol. novissima.* Nam verbum generale, non extenditur ad specialiter expressum. *ff. de vulga. & pupilla substi. l. coberedi. §. qui patrem. ff. de ver. oblig. l. duli.*

t *Quibus.* Sc. Ecclesiis &c.

u *Eos.* (Ut præmittitur) Clericos contrahentes Matrimonium clandestinè & nihilominus occupantes Ecclesias. *Jo. de Athon.*

x *Quoslibet alios uxoratos.* An clericus per hoc quòd contraxit Matrimonium perdat suum Beneficium Ecclesiasticum distingue. Aut tenuit Matrimonium, & tunc vacabit Beneficium. *Extra. de cle. conju. c. 1. in prin.* ubi de hoc no. & hic patet *in prin.* Aut non tenuit Matrimonium, & tunc aut propter defectū consensus, putà impuberis beneficiati, & sic intra ætatē tunc, cum Juris interpretatione intelligantur tantum Sponsalia de futuro, *Extra. de despon. impu. c. 1. li. 6.* dicam Beneficium non vacare: idem, si defectus ætatis erat ex parte mulieris, per rationē eādem. Sicut autem per prosilitionem, quam Clericus facit de profitendo, cum Religionem ingredikur, non vacat suū Beneficium, nisi intercedat Professio tacita vel expressa, *Extra. de Regular. beneficium. li. 6.* ac sicut per acceptionem secundi Beneficii cu-

Beneficium an perdatur si matrimonium per beneficiatum contrahatur.

jus

rati non vacat primum niſi ſequatur poſſeſſio, vel per eum ſtetit quo minus poſſeſſionem apprehendat: *Extra. de elec. commiſſa. §. 1. li. 6. de præben. licet. 2.* ſic nec per ſolam promiſſionem de contrahendo verè, vel Juris præſumptione, dicam vacare Beneficium, nec diſſolvi ſpirituale Conjugium. Idem dico, ſi defectus conſenſus cauſaretur ex defectu alterius conjugum: non plus enim ex tali cõtractu obligatur, quàm ſi cum imagine, vel dormiente contraxit; quo caſu non teneret Matrimonium ex defectu conſenſus, *Extra. de bomici. c. 1. in Cle. ff. de jure vocicillo. l. 2. §. pe.* Idem dicas eadem ratione, quando defectus conſenſus proceſſit ex metu, qui cadere poterit in conſtantem virum: *Extra. de ſpon. veniens. 1. & c. 2.* ad idem facit *c. conſultationi.* nam nec tunc teneret renunciatio expreſſa. *Extra. quod me. cau. ad audientiam. Extra. de pœ. c. multorum. §. anè. in Cle.* Aut Matrimonium tenuit ex conſenſu, ſed propter ſolum Ordinem Cleri i contrahentis non tenuit, ſed Contubernium dicitur, quia in ſacris erat: tunc licet Beneficium de rigore Juris perdere debeat, ſi tamen ex iſto contractu Bigamiam non incurrat, poteſt Epiſcopus in Officio & Beneficio diſpenſare, ut *lex & no. de cle. conjuga. c. 2. in 2. gl.* Si ergo bigamiam incurrat contr. hendo: tunc indiſpenſabile eſſet ab alio, quam à Papa, *Extra. de biga. nuper.* Aut non tenet Matrimonium propter aliud impedimentum Canonicum: tunc perdit Beneficium, ut tenet *Ber. Brix. in ſuis quæſtionibus.* Nam ſecundùm eum, qui contraxit cum conſanguinea, videtur habuiſſe Eccleſiam pro derelicta, nec ſoluto matrimonio poterit illam repetere. Sed huic ſententiæ multum obſtat *ff. de condi. ſine cau. l. avunculo. ff. de op. le. l. 2.* cum ipſo Jure actus non teneat, niſi in fraudem Prælati contrahatur Matrimonium, nam tunc licet teneat renunciatio quoad Deum, non tamen quoad Prælatum, qui illum invitum poteſt facere Beneficium retinere: aliàs illud poſſet Prælatus contrà *Decret. Extra. de renunci. admonet.* cui fraudi via claudenda eſt. *Extra. de divor. quanto. ad ſi. ff. de rei ven. in fundo.* hæc tangit *Fo. An. Extra. de cle. conjug. Johannes. anto ſi.*

Matrimonium cum dormiente contractũ non tenet.

Bigamus per ſolum Papam diſpenſari poteſt.

a *Ipſo Jure privatos.* Contrà immo videntur privandi. *Extra. de cle. conjuga. quod ad te. & c. diverſis.* Solutio Secundùm intellectũ *glo. c. ti. c. 1.* quia ſi Matrimonium non teneat, ſunt privandi, ut ibi: ſi vero tenear Matrimonium ſunt ipſo Jure privati, ut hic; ſed certè videtur, quòd idem ſit, ſi non teneat, ac ſi teneret. *ar. Extra. de præben. cum qui. li. 6 ff. de nov. ſt. acti. non ſolum. cum ſi.* ad quod facit textus generalis *ff. de publi. l. de pretio. de ver. ob. l. à Titio. cum ſi.* unde dic, ut *ſupra. proxi. glo.*

b *Removeantur.* Sc. dicti Clerici ſic clandeſtinè contrahentes.

c *Omnino.* Etiam abſque ſpe diſpenſationis, ut patet ex notatis *ſupra. in diſtinc. in gl. an clericus.*

d *Et ſi.* Tertia pars, tractans de bonis quæſitis per dictos Clericos uxorato. *c. ti.*

e *Qua. Sc.* aliqua.

f *Bona.* Significatio hujus verbi patet *ff. de ver. ſig. l. ſubſignatum. §. bona. & l. bonorum.*

g *Poſt Matrimonium.* Scilicet contractum clandeſtinè per Clericum Beneficiatum: nam de bonis quæſitis ante hujuſmodi Matrimonium eſſet diſtinguendum, ſi prius Beneficiatus extiterat, juxta *Decre. Extra. de teſta. relatum.*

h *Qualitercunque acquiſita.* Ille textus generaliter loquens, reſtringi debet ad caſum dubium, ut in dubio ſemper præſumatur de bonis Eccleſiæ, ſi induſtrioſe quicquam quæſierat; *ff. de dona. inter vi. & uxo. l. quinius Mutius.* cum negotiari prohibeatur: *C. de epi. & cle. repetita: C. negoti. ne milit. l. 1. li. 12. Extra. de vi. & bo. cle. c. 1. in Cle.* & ſic non obſtat *C. arbit. tut. l. ſi defunctus.* & hoc *no. Fo. An. poſt Ho. Extra. de pecu. clerico. c. 1.* ſecus tamen, ſi ſine induſtria acquiſierit, puta ex Patrimonio, *ar. Extra. de jure patro. cum dilectus.* vel ex antiqua amicitia. *ff. pro ſoc. l. nec adjecit ff. de hære. inſti. nemo.* patet *Extra. de teſta. relatum. §. pe. & no. 28. diſtinc. de Syracuſanæ. in ver. quæſita.* vel dic reſtrictionem non fieri. *ar. C. de milit. qui ſti. l. 1. §. ſi.*

i *Vel per ſubmiſſas perſonas. Extra. de cenſi. cum clerici. ar. ff. de adminiſtra. re. ad ci. perti. l. 2. §. 1. al. l. 3. c. ſi.* ubi de hac materia notantur quatuor regulæ, pro quibus breviſſimè dicas, quod non poſſum per me poſſum per alium, verum eſt me auctorizantem. *ff. qui res pigno. ob. poſ. Ariſto. cum ſi.* ibi notatis. Et facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. domus Dei. §. 1.* fallit odio dolum committentium verè præſumptivè: *ff. de diſtra. pig. & ſi is. C. de dolo. l. 1.* Item hoc quod non poſſum per me, poſſum per alium me auxiliantem. *ff. quemadmodum ſervit. amitti ſi Communem. ff. de accep. l. & per jusjurandum. §. ſi fidejuſſor. ff. de Cu-*

Uxoratos fore Decernimus [a] ipſo Jure privatos) [b] removeantur [c] omnino.

¶ [d] Et ſi [e] qua [f] bona [g] poſt hujuſmodi Matrimonium, [h] qualitercunque acquiſita fuerint, per ipſos [i] vel per ſubmiſſas perſonas de bonis [k] eorum, ea nequaquam [l] Filiis [m] vel Uxoribus hujuſmodi, ſed Eccleſiis, quas [n] tenuerunt, [o] vel in quibus habuerunt [p] Beneficia, [q] protinus [r] applicentur. ¶ [s] Ipſi quoque Filii [t] ad Eccleſias, & Eccleſiaſtica Beneficia, & ad Eccleſiaſticos Ordines velut inhabiles [u] nullatenus admittantur, niſi [x] fuerit

ſo. die. l. 3. §. ibidem. Sed quod non poſſim per me, nec poſſum per alium: verum eſt à me auctorizatum & ſubmiſſum. Ut hic *cum ſi. ſupra alle. C. quòd me. cau. ſi per impreſſionem. in ſi.* & ſic *nõ. glo. ff. de fur.* his enim caſibus hæc regula ſalvo favore pupilli & furioſi: *ff. de uſucap. Labeo. aliàs, leg. ea quæ ſervi.*

k *Eorum.* Sc. clericorum ſic uxoratorum.

l *Filiis.* Qui in fuerint ſpurii vel non, dixi *ſupra. 1. Reſpon. ver. probare. & ſe.* & facit ad hunc textum *15. q. ulti. cum multæ.* Iiti tamen quoad deum ſatis ſunt accepti, ſi fuerint à vias virtuoſi. *56. di. naſci de adulteris.*

m *Vel uxoribus.* Ubi *ar.* à multo fortiori: nam ipſa Communicavit, & participavit viro ſuo clerico in delicto, cum tamen filii alieno vitio laborent, ſc. parentum. *ar. C. de manda. l. ſi. in prin. C. de naturali. l. legem.*

n *Tenuerunt.* Hujuſmodi Clerici uxorati de facto tantum, ut patet *ſup. a. §. 1. in fi. Fo. de Athon.*

o *Vel in quibus.* Sc. in Eccleſiis Cathedralibus vel Collegiatis; non autem dico ipſis Præbendis, vel aliis Beneficiis ſingularibus, ut hic patet.

p *Beneficia.* Scilicet Præbendas, Officia: vel hujuſmodi Eccleſiaſtica. Ut *no. §. proxi. ſupra.*

q *Protinus.* Id eſt, ipſo jure. Nam ſunt res Eccleſiæ *Extra. de pecu. c. 1.* & ſic directa via tranſeunt in Eccleſiam abſque mediatione alicujus ex parte clerici, tanquam ipſe fuiſſet nudus miniſter. *Extra. de cle. conjuga. quod à te. §. ſi. ar.* in hoc quod *le. & no. ff. de le. 2. ſi quis Titio:* & quod *no. infrà. in glo. proxi.* De dictione vero *protinus*, mox, incontinenti, vel hujuſmodi *not. 20. q. 2. c. 1.* & per *Gui. Extra. de ſen. excom. c. ſi judex. ſuper ve. incontinenti. li. 6. ff. ſolu. ma. fructus. Fo. de Athon.*

Protinus qualiter accipitur.

r *Applicentur.* Id eſt, incorporentur. *ar. ff. de jur. fiſci. l. 1. §. divus. no. C. de rei vendi. ſi ut proponis. ar. ff. de dona. inter vi. & uxo.* Sed cum hoc caſu opus ſit facto: *Extra. de peculio clerico. c. 3. & c. ſi.* qualiter agetur contra detinentes hujuſmodi bona, obſtante Prohibitione Regia de catallis, & debitis, vel aliâ? Certè neſcio, niſi forte Sacrilegium introduceret Eccleſia, & ſic ratione peccati. *Extra. de pecu. cle. inquirendum. ar. Extra. de judici. novit. ar. op. Extra. de foro compe. c. ſi. libro 6.* Sicut etiam ſervatur, cum agitur pro violentia in Clericum: nam tunc concludendo declaratione permutationis Canonicæ coram Eccleſiaſtico Judice, Prohibitio Regia non obſtat ſecundùm legem terræ; quoniam conceditur Conſultatio ſine difficultate. Aliàs in Regno *Angliæ* hoc Statutum fruſtratorium reputo in hac parte: nam cum nihil ſcriptum habeat pro ſe Eccleſia, non Feoffamentum, nec Seiſinam, nec Mordamicefire, nec ſimile, lex terræ non ſubvenit Eccleſiæ: quoniam potius reſiſtit eidem in hac parte. *Fo. de Athon.*

s *Ipſi quoque.* Tertia pars, tradens quid Juris de filiis, ex hujuſmodi contubernio procreatis.

t *Ad Eccleſias.* Expone ut *ſupra. 1. Reſpon.*

u *Nullatenus admittantur.* Igitur filius punitur propter iniquitatem patris: *ar.* multorum jurium quæ *not. Gui. Extra. de injur. ca. 1. in glo. hoc non videtur. libro 6.* pro qua materia dicit *Gui. Extra. de hære. icis. c. accuſatus. libro 6. in fi.* pecunialiter putà, in confiſcatione bonorum punitur quandoque filius, vel hæres pro parente: non autem corporaliter, cum peccata ſuos teneant auctores: *C. de pœnis. ſi ſcientes. ff. de pœ. crimen. cum ſi.* Sed contra hæc patent plura exempla *1. q. 4. peccata civium.* cum *§. ſe.* uſque ad *§. notandum.* ideo dicit *Gui. Extra. de Reg. Furu. non debet aliquis. in fi. li. 6.* quòd in eo, quod obvenit ſibi ipſi à ſuo patre, bene punitur filius propter delictum patris: ſed ſi à genere, à civitate, vel rerum natura: tunc delictum patris non nocet filio: ut *le. & not. ff. de jure patro. l. divi. in glo. pe. in fi. ar. l. ff. de interdictis & relegatis. l. 3. cum ſi.* per eum *alle.* in dicta regula, & juxta primum membrum debet intelligi *Authen. ut omnes obedi. judi. provinci. §. 1. Coll. 5.* Sed contra hanc diſtinctionem videtur hoc, etiam in crimine non accepto, in honoribus ſpiritualibus adipiſcendis, quæ non obveniunt ex patre. Dic propter hoc plenius per *glo. magiſtralem. 1. q. 4. in ſumma.* quam approbat *Fo. An.* in dicta regula *non debet aliquis*, quam etiam ſibi aſcribit *Card.* ſed diminute. *Extra. de uſur. c. 4. in fi. li. 6.* ubi diſtinguitur triplex pœna, ſcilicet æterna: & in illa nunquam punitur unus pro alio. *1. q. 4. Judæi. in fi.* & *c. ſe.* & *no. 56. di. undecunque.* Alia eſt corporalis: & illa duplex, ut ibi notatur. Tertia eſt ſpiritualis ſeu Divina, & in illa punitur filius pro patre: ut *no. glo. Authen. ut om. obe. judi. provinci. §. 1. in glo. hic nota filium. Coll. 5.* quod tamen diſtingue: ut *no.* in dicta *glo. magiſtralem.*

Filius, in quibus punitur ob delicta parentum.

Pœna eſt triplex.

x *Inerit.* Juxta diſtin. Decret. Extra. de filiis Preſbyte. ca. 13. 6.

a Cum

a *Cum eis*. Sc. filiis hujusmodi.
b *Eorum*. Sc. filiorum.
c *Meritis*. Hoc requiritur in qualibet discreta dispensatione, causis videlicet consideratis & expressis, vel saltem discussis. *ar. ff. de manumiss. vindic. illud. l. Sciendum. C. de edic. divi Hadri. tollen. l. ulti. §. 1.* ut plenè *no. Gui. Extra. de elec. licet canon. verb. carere. li. 6.* per quod patet ratio diversitatis inter istũ finem, & illud quod dixi *supra* 1. *Respon.* in decisione magnæ quæstionis, sc. quòd Matrimonium sequens istos filios, quia spurios, non legitimat; quia ibi Lex causas, & merita dispensandi super hujusmodi illegitimatione discutere seu providere nequit; hic secus in dispensatione per hominem facienda, ut jam dixi. Et in dispensatione facienda causa propter quam fieri debeat adeo, & in tantum, est necessaria, ut si causa legitima dispensandi non subsit; non dicatur dispensatio, sed potiùs dissipatio, etiamsi fieret per *Papam*: ut patet ex ipsius definitione, quæ talis est. Dispensatio est Juris Communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui Jus dispensandi habet. Et dispensare est diversa pensare, nam multa debet pensare, qui vult dispensare. De hoc est glossa notabilis & famata in Canone *requiritis. §. nisi rigor. 1. q. 7.* & ibi videas plenè.

Additio.

Dispensationis definitio.

d *Canonicè dispensatum*. De materia dispensationis benè *no. 1. q. 7. §. nisi rigor.* & per *Fr. An. Extra. de elec. cum ex eo. li. 6. ver. Episcopi*. Sed unum præcipuè quæritur, inter *Doctores* hæsitatum, in quibus causibus posset Episcopus dispensare? Dicunt *glossæ* communiter, ubicunque hoc Episcopo non prohibetur. 50. *di. §. 1. in fi. & ca. miror. & c. ut constituetur.* & dicto *§. nisi rigor.* & *Wil. Extra. de reli. do. c. 1. ante fi. in Con. Cle.* & *c. 1. de privile. c. 1. §. si qui. ar. Extra. de sen. ex. c. super. in fi. ff. ex quibus caus. maio. leg. non §. 1.* Alii contrà nisi quando hoc ipsi Episcopo reperitur esse concessum. *ar. Extra. de temp. ordi. dilectus. ar. 38. de si non nulli. in canonum Gui. Extra de electio. licet canon. ver. carere. prope fi. li. 6.* pro qua contrarietate distinguit dilectio posita *Extra. de judici. at si clerici.* secundum *Pe. de Sap.* dicens, quòd contra Canones, qui non inducunt irregularitatem, dispensare non potest; quia hoc esset vulnerare Jus, *Extra. de divor. gaudemus.* aliàs potest, ut ibi notatur sub distinctione, quam ibi in singulis membris rationaliter reprobat *Jo. And.* post *Hosti.* ideo dicit *Inno. Extra. de temp. or. dilectus.* quòd ubi Lex non indulget dispensationem, Episcopus dispensare non potest. *Extra. de consan.* & *affini. quod dilectio.* & sic stat vera opinio *Gui.* Si tamen Lex concedat dispensationem, sed non dicit per quem &c. dicit *Hostien.* in dicto *c. at si clerici.* quòd Episcopi dispensare possunt in Adulterio & in minoribus criminibus, nisi in Jure prohibeatur expressè. *Extra. de semen. ex. nuper. & c. postulasti.* Item, & in majoribus, ubi hoc reperitur concessum. Hoc idem tenet *glo. 21. q. 2. si quis jam transactum.* ante finem. Hoc tenet *Gui. 50. distin. §. 1.* quæ distinctio licet sit multum rationabilis, tamen modernis non placet, dicentibus, quòd in se contra Canones, præceptum vel prohibitionem continentes, dispensare non potest, nisi quatenus in Jure exprimitur: sed contra Canones consulentes, potest Episcopus dispensare. *Extra. de etate & qualita. permittimus. li. 6.* aliàs secus. *ar. glo. Card. Extra. de elec. generali. in glo. nota ergo. li. 6.* Moderni dicunt quòd contra Pœnitentiales Canones Episcopus dispensat, nisi prohibeatur; 50. *dist. de hu. & c. hi qui. 26. q. 7. tempora. & c. Se.* sed in his, qui pœnam Irregularitatis, Depositionis, vel Suspensionis inducunt, non dispensat, nisi quando reperitur expressè concessum: ut in contrario notat *Gui. 1. q. 7. requiritis. prope fi.* Tu dic per *Inno. Extra. de præben. de multa.* circa finem, quod propter necessitatem, vel utilitatem evidentem Ecclesiæ regulariter possunt Episcopi dispensare, dum tamen discrete: nisi ubi reperiuntur prohibiti. Ut tenet *Gui.* in dicto *ver. carere. in prin.* immo tunc dispensatio est debita, & est jus. Quod dic, ut notatur per *Gui.* plenè 50. *distin. ut constituetur.* Sed propter gratiam, probitatem, vel meritum personæ nequeunt Episcopi dispensare, nisi in casibus concessis à Jure. *ar. 9 q. 1. c. 2. & 3. Extra. de præben. exposti. fi. Extra. de rescrip. c. ulti. §. fi. lib. 6. ar. ep. C. de presi. sacro. scri. unicuique. post prin. ver. nisi forte. li. 12.* Cum Distinctione approbat *Gui.* in dicta *Decre. permittimus. in fi.* Ubi tamen fieret Dispensatio juxta meritum personæ, ita non est præjudicium boni Communis: sed ea intentione, ut ad totum Commune proficiat: ut plenè notat *Gui.*

Episcopus, in quibus casibus dispensare possit.

Episcopus, an possit contra Canones dispensare.

De Concubinis Clericorum removendis.

¶ Summarium.

Clerici, præcipuè in Sacris Ordinibus Constituti, si ubi Concubinas publicè detinent, eas intra mensem à se removeant penitus, eas aut alias non recepturi, aut ab Officio & Beneficio usque ad satisfactionem condignam suspendantur: de qua Archiepiscopi & Episcopi diligenter inquirant.

a cum eis, exigentibus b eorum c meritis, d Canonicè dispensatum per *Romanum* Pontificem.

---

e LIcet ad profugandum à laribus Ecclesiæ f putridum illud g turpitudinis h libidinosæ i contagium, post Fratrem *Thomam de Aquino*. 11. *distin consequenter*. Et facit quod dicam *infrà. in Con. Otho. cum honestatis. §. ult. in ver. ultionem Canonicam*. Hoc ultimum tamen distinguitur, ut jam præmissi per *Hosti*. Hæc vera intelligo in dispensatione Episcopali in Foro Contentioso, seu in publico: ut dicto *c. at si clerici.* sed in Foro animæ, seu in occultis, videtur dispensatio concessa cuilibet Confessori, 50. *distin. Presbyteros. in fi.* cum posset pœnitentias commutare, & similia facere. 26. *q. ul. tempora pœnitudinis.* & hoc tenet *Wil. Extra. de pœnitè. c. 1. §. si qui. in Cle.* Nam ubi est infamia: tuboriens ex crimine occulte commisso, acta Pœnitentia sibi injuncta, de illo crimine, tollata est infamia: ut *no 6. q. 1. omnes*, nisi in Homicidio, etiam occulto. *Extra. de tempo. ordi. quæsitum.* et bene notat *Gui. 26. dist. c. ulti.* ubi notat *Gui.* idem esse in Simoniaco, saltem in ordine et occulto. Idem *no. Gui. 1. q. 1. reperiuntur. Extra. de Sim. accusati. ar. Extra. de accu. c. inquisitionis. §. 1.* & de hoc nota magnam *glo. 50. di. de hu.* Nec videtur obstare quod dicitur in dicto *c. quæsitum.* duntaxat Homicidium est excepta: quia de hujusmodi Simoniaco non fuit interrogatum &c. De hujusmodi Dispensatione habes glossam singularem in *c. at si clerici. Extra. de Judiciis.* & in variis aliis locis.

Clerici, præcipuè in Sacris Ordinibus Constituti, si ubi Concubinas publicè detinent, eas intra mensem à se removeant penitus, eas aut alias non recepturi, aut ab Officio & Beneficio usque ad satisfactionem condignam suspendantur: de qua Archiepiscopi & Episcopi diligenter inquirant.

e *Licet ad profugandum*. Id est, procul fugandum. *Jo. de Anthon.*

f *Putridum*. Fœtet enim libido. *Extra. de præsump. cum in juventute.* ibi, *futurum libidinis amplexando*. Unde versus, *Parte leo prima, medium caper, anguis in ima.* Indubitanter est etiam indecorum, ut impudicus ministraret, ubi salus humani generis indies victimatur. *Extra. de filiis pres. cum decorem.* & *infrà* sequitur.

g *Turpitudinis*. Habet namque jugem scabiem: quia fervor viscerum ad cutem trahitur per quam luxuria designatur. 49. *di. proposuisti. §. jugem.* Unde viliras vitæ nominatur à lege. *C. de adult. l. quæ adulterium.*

h *Libidinosæ*. Quam libidinem Clericis interdici multis auctoritatibus probatur. 82. *dist. proposuisti.*

i *Contagium*. Inficit enim ex parva Contagione & Communione: nam colloquium mulieris quasi ignis exardescit. *Eccle. 9. & 19. c. corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. 1. ad Corin. 15. c.* Unde versus, *Vix est quin faveat mulier speciosa petenti. Nam si voce neget, vox est contraria menti.* Scias ergo contra hoc carnis peccatum fugam cum gratia, de qua dicam *infrà. in Con. Otho. quoniam cæca. §. ulti. nisi gratiam.* præcipuum esse remedium: nam licet contra carnis stimulum sit fortiter dimicandum, lucta seu pugna quoad intra, alias quoad meritum, nulla consequenter diceretur victoria, secundum *Hug.* exemplo *Pauli*, qui carnis stimulos passus est, licet tamen meritorie resistens, 32. *q. 5. si Paulus.* tamen quoad extra prius fugiendum est. Unde *Paulus ad Cor. 6. c. fugite fornicationem.* Unde dicit *Ambrosius*, Cum aliis nempe vitiis possit expectari conflictus, hanc fugite ne approximetis: ut notat *Hostien. Extra. de divor. significasti. §. 1. in prin.* Unde in *Psalmo. ecce elongavi fugiens &c.* & hæc Prudentia est *Prover. 2. c. 6. & 5.* ante finem, & *c. 7.* Totum est ergo non habitare, vel diu conversari cum muliere aliqua. 32. *di. scripsitolum.* ubi de hoc optimus textus habetur. 31. *di. clericum. Extra. de cohabi. cle. & mu. ca. 1.* Adulterium enim intercipit cohabitatio. 18. *q. 2. diffiniunt. & c. prace.* & dicto *c. 1. C. de epi. & cle. cum qui. 32. q. 4. Salomon.* Fugias igitur Lubitatoria verba. *Extra. de cohabita. cleri. & mulie. c. 2. C. de adulte. Authen. si quis ei quem.* Item & verba solicitatoria. *ff. de extraordi. crimi. l. 1.* Nam secundum *Ovidium*, Casta est quam nemo rogavit. Fuge ergo prætientiam, & aspectum earum. 32. *q. 5. nec solo* Fuge ergo mutuos gestus, insuper lascivos, nutum, tactum, ac tractatum malarum vetularum; de quibus *no. Hosti. Extra. de spon. veniens. 1. §.* & alia adjicit *Actur. ff. de adulteris. quod ait lex.* Nam secundum *Hiero.* Si cum mulieribus viri conversarentur, non deerit vicarium Diaboli: *ar. 81. distinc. oportet.* nam *qui tangit picem coinquinabitur ab ea. Ecclesiasti. 4. c.* Unde *Pe. de Sal. de pœ. di. 1.* qui Sanctus hos dat versus: *Solus si verè perstet vir cum muliere, Carnis fragilitas movet ipsos tunc Heremitas.* Et *Hostien. Extra. de eo qui cogno. consan. uxo. veniens. primo §.* dat alios versus,

Fornicatio evitatur per fugam.

Mulierum conversatio est plena periculo.

Mulieres pulchræ rarò sunt casta.

Verſus notabiles. *Pone tibi frænum, fugias muliebre venenum. Nam ſanie plenum vas eſt quod credis amœnum. Ni fugias tactus, vix evitabitur actus. Hos igitur vita, nè moriaris ita.* ſc. peccando, & ſic æternæ morti te obligando: ut legitur & *no. ad Ro. 6. c. Stipendia peccati mors.* Unde *Aug.* Cave nè junctus iis fœminæ, in qua nihil aliud eſt, quàm ut ſerveat proximitatè. Nota alios verſus. *Eſt mulier dicta morbu me tangere noli. Pungis enim vultu, viſu, riſu, cute, cultu. Ejus ab inſultu quantum poteſ eſto procul tu. Ni fugias tactus, vix evitabitur actus. Hos ergo vita, nè moriaris ita.* Item *Hieronymus* timens deceptionem mulierum ait; Non ſum fortior *Sampſone*, ſapientior *Salomone*, ſanctior *Davide*, qui tamen per mulieres decepti fuerunt. *Sampſon* per *Dalilam*, *Salomon* per alienigenas *Moabitas*, *David* per *Bethſabeam*. Notat ergo *Gui.* in dicto *c. hoſpitiolum.* ſic quia propter ſpeciem mulieris multi perierunt. *Eccle. 9. c.* Unde verſus, *Adam, Sampſonem, ſic David, ſic Salomonem, Fœmina decepit: quis modo tutus erit?* Effugiat ergo quilibet, maximè Clericus; earum comitivam, ſaltem ſecretam; propter hujuſmodi earum vinculationem. *Eccle. 7. c. in fi.* Item propter earum inſaturabilitatem in hujuſmodi vitio carnali. *Prover. c. penul.* ibi, *tria ſunt inſaturabilia* &c. Item propter conſumptionem corporis proprii. Ut *no. Wil. Extra. de magiſ. c. i. in fi. magnæ glo. in Con. Cle.* Item propter conſumptionem pecuniæ: cum genus mulierum ſit genus avariſſimum. *ff. ad Vell. ſi ego.* Unde *Salomon* in *Prover. 2. c. Qui nutrit ſcortum, perdit ſubſtantiam ſuam.* Item pro evitatione infamiæ: ut ſtatim dicam *infrà. in ver. maculatur.* Item pro vitatione æternæ pœnæ: ut jam dixi *proxi.* Item propter frequentem, & abominabilem viliratem ſanguinis menſtruoſi: cujus contactu fruges non germinant, areſcunt arbuſta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fructus, nigreſcunt æra, & ſi canes inde edant, in rabiem efferuntur. Ut *no. Gui. in Roſa. 5. di. ad hujus verò concubitum.* Ex hac corruptione etiam lepreſi & Elephantiaci, ſeu alias deformes naſcuntur. Ut ibi etiam *no. glo.* Sic quòque multa ſpernuntur propter viliratem earum: ut *leg. & not. per Gui. 65. diſtin. de Judæis.* Unde Philoſophus libidinem ſic deſcribit: Libido eſt res turpis & humilis, ex turpium membrorum operatione proſiliens, exitu fœda, cujus effectum neceſſariò pudor ſequitur vel Pœnitentia. Audi etiam *Boetium.* De corporeis voluptatibus quid loquar, quarum appetitus plenus eſt anxietate, ſatietas vero pœnitudine? Idem *Hieronymus.* Appetitus fornicationis anxietas eſt, ſatietas Pœnitentia. Unde cum *Lais Corinthea* formoſa meretrix & famoſa, mille drachmas à *Demoſthene* Oratore in ſtupri pretium petiit, Reſpondit ille, non emam tanto pretio pœnitere. & Poeta *Horatius. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.* Si ergo ob Pœnitentiam, quæ ſequitur, ad hujuſmodi actum brevem & tranſitorium gentilis Philoſophus, fide carens, turpitudinem declinavit, quanto magis Domini Sacerdos Chriſtianus? O quam impium, quàm maledictum hoc commercium propter rem tam fragilem, vilem, & inſipidam, immo propter ignominioſam corporis partem Cœli gaudia, & patriæ ſedes perdere, ac redemptoris gratiam amittere perenniter, & pœnas, quarum non eſt finis, incurrere Gehennales! hæc *Gezaldus Menevenſis* Archidiaconus *li. de ſalubri exhortatione ad Continentiam.* Secundum remedium contra incontinentiam coadjuvans eſt abſtinentia. *ar. 35. diſtinc. c. ſexto die, & c. ſe.* Nam ingluvies ad luxuriam de facili provocat, & opus bonum diſſolvit. Unde *Gui. 35. diſtinc. §. 1.* dicit ſe raro vidiſſe continentem, quem non vidit abſtinentem. *ar. e. di. Eccleſiæ.* Venter enim & genitalia ſibimet ipſis vicina ſunt: ut ex vicinitate talium membrorum intelligatur conſœderatio vitiorum. *44. di. §. 1.* Facit ad hoc Phyſica ſcriptura *de conſe. di. 5. nihil.* cum *duo. c. ſequentibus.* Sic enim Sancti per abſtinentiam cogebant carnem Spiritui ſervire: ut de pleriſque Sanctis *no. Jo. An. Extra. de hæret. ad noſtrum. ſuper ver. in ſervitutem redigo. in Con. Cle.* Sic ergo ſui victus neceſſitati quis indulgeat, ut non conſulat voluptati; juxta verſus *Pſalmi*, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, ſcilicet Deum, & *Prover. c. ulti. in prin. de conſe. diſtin. 5. mediocriter. infrà. in Conſti. Otho. de monachis. Con. Ad hæc quoniam.* Optimè *le. & no. de pœ. di. 1. corpus. in ver. naturaliter. & in ver. ſubjectum.* Qui autem immoderatè amat vinum & pinguia, non ditabitur. *Prover. 21. c.* Superfluæ quoque & exquiſitæ deliciæ ſunt vitiis fomenta; *35. di. luxurioſa.* & inductio ſervitutis: ut *c. ſexto die. 41. di.* per totum. *Extra. de vita & hon. cle. à crapula.* Cum cibariis itaque delicatis, veſtibus fulgidis, & venationibus voluptuoſis, caſtitas & humilitas vix poterunt ſervari. *ar. 35. diſtin. eccle. principes.* Notat *W. Extra. de cenſi. ad noſtrum. 1. Reſpon. ver. venatices.* ante medium *glo. in Con. Cle.* Unde vide quod notatur *infrà. in Conſti. Otho. Amoris proprii. 1. Reſpon. ver. Charitatem. in fi.* Scias ergo cum Apoſtolo ad *Philip. 4.* abundare & penuriam pati, ſcil. ut nec ſatieras nocear, nec penuria moleſtet: ut legitur & notatur per *Gui. 41. diſtin. in fi. quod dicit.* Tertiò juvat occupatio laborioſa: ut patet *de conſe. di. 5. nunquam.* per totum. Ut notat *Wil. in Cle. in proœ. §. pe. in glo. talis enim occupatio.* Nam hæc ocioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras Animas captivandas. *Extra. de renunci. niſi cum pridem. § verum.* Unde Poeta, *Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter: In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.* Item, *Cernu ut ignavum corrumpunt ocia corpus: Sic capiunt vitium, ni moveantur, aquæ.* Quartò vitanda eſt converſatio ſolitaria, cum teſtis vitæ habendus ſit: *12. q. 1. c. 1.* Melius eſt enim duos eſſe ſimul quam unum: habent enim emolumentum ſocietatis ejus; ſi unus ceciderit, ab altero falcietur, væ ſoli qui cum ceciderit, non haberet ſublevantem eum. *Si* dormierint duo, fovebuntur mutuo: & ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei; nam funiculus triplex difficile rumpitur. Et hæc omnia leguntur. *Eccle. 4. c. 81. di. c. in omnibus.* & ibi *no. 7. q. 1. illud.* Facit quod legitur & notatur in tractatu de monachis. *c. monachos. infrà. ver. periculoſum.* Sed contra: quia *Adam* cum ſolus eſſet prævaricatus non eſt &c. *de pœni. di. 2. quando Adam ſolus.* ubi de hoc notatur pro & contra *in prin.* Solutio. Dic quòd ſolitudo commendatur, ubi de cauſa bona non dubitatur, ut in Sancto *Jo. Bap.* qui ad hoc petiit antra deſerti, ſed in dubio reprobatur. Item converſatio reprobatur, quando ex hoc malum præſumitur, ſc. quòd bonorum mores corrumpantur. *28. q. 1. c. ſæpe.* & notatur *ſuprà. in prin. hujus glo. 81. di. c. clericus.* & *32. q. 4. nulli.* Quintò præmeditatio mortalitatis, licèt generaliter cætera vitia refrænet, præcipuè tamen fragilitatem carnis, tanquam zona lumborum, conſtringendo præcingit. *infrà. in Conſti. Otho. cum Sancti. 1. Reſpon.* ubi docentur lumbi præcingi &c. Ait etiam *Gregorius 14. moralium.* "Qui conſiderat, qualis erit in morte, ſemper erit mundus in operatione: in omnibus enim operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *Eccle. 7. c. in fi.*

M. S. † Studuerunt.

Mulieres decipiunt omnes & propter multa fugienda ſunt.

Sanguis menſtruoſus multa mala facit.

Libidinis deſcriptio.

Horatius.

Abſtinentia eſt unũ remedium contra incontinentiam.

Caſtitatem deſtruunt multa.

Tertium remedium.

Quartum remedium.

Solitudo eſt laudabilis.

Mortis meditatio.

Luxuria ferè omnes pollet.

Fornicationis pœna cum ſua ſint tres.

a *Quo. Sc.* contagiò.

b *Maculatur.* Id eſt, obſequioſè ſcandalizatur. Unde in *Pſalmo*, *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum* &c. *ar. 18. q. 2. monaſteria.*

c *Statuerunt.* Nè voluptatis fræna laxentur. *20. q. 1. addiſtis. in fine.*

d *Ipſum.* Contagium, *ar. ff. de act. emp. Julianus. 1. Reſpon. in fi. Jo. de Athon.*

e *Exiſtit.* Alias, extitit.

f *Ut ſemper.* Id eſt, in omni curſu ſæculi. *ar. ff. de jurisdic. omn. l. ſemper.* Vel dic, id eſt, in omni ætate & ſexu, à tempore pubertatis etiam in ſenectute. *Extra. de præſump. cum in juventute.* Ubi de hoc notat *Archi. 11. q. 3. præcipuè. Jo. de Athon.*

g *Ingerat.* Nam ſine eo pauci inveniuntur. *50. diſtin. quia ſenſitas tua. ante fi.* Lex enim miratur, ſi humana natura à coitu ſe compeſcat: quid enim fervore amoris vehementius? *Authen. de non eligen. ſecun. nuben. §. optimum. Coll. 1. & Authen. quibus mo. nat. effi. legi. §. nihilominus. Coll. 6.* ubi de hac materia. In tantum quòd pruritus ſeu prima concupiſcentia carnis peccatum non eſt: ſicut enim in calefaciendo manum ſcabioſam ad ignem; ut notat *Gui. 13. di. nervi. §. 1. ver. culpa. ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in proœ. §. 1. ver. reſiſtendum. in fi.* ſed reſiſtenti deberur Aureola. De hoc *no. Bern. Extra. de probati. c. pe. in fi.* Nemini tamen expedire credo ſe de virginitate propria commendare vel jactare, *6. q. 1. mutare.* cum *Paulus* vas electionis exclamet carnis ſtimulos ſe ſentire: ut legitur & notatur *32. q. 7. ſi Paulus.* & notatur *de elec. cum in cunctis. in 4. glo.* Item *Grego. in paſtorali*, "Vultus & pulchritudo in manus antiqui hoſtis traditur, cum ex bono opere elatio dominatur. *ar. 1. q. 1. vide quantum*, ubi de hoc in prima *glo.* Quare potius punitur fornicatio à Jure, quàm ſuperbia, & alia peccata, cum naturæ, lex, & Communitas hominum coitui inclinent, ut dictum eſt; quare Canon hoc damnando & puniendo nititur coercere contra legem *C. de liberis præteriti. maximum. §. 1. ver. quid enim. & verſi. totos?* Solutio. Triplex eſt ratio; Primo, quod uno modo eſt conceſſum, ſicut & hoc matrimonialiter, cæteris modis omnibus videtur eſſe prohibitum. *ff. de condi. & demon. cum ita. §. 1. in fi. ar. Extra. de præſum. nomne. ff. de judi. l. cum Prætor. in prin.* Secundò, ut fiat differentia inter homines & animalia bruta, quæ indifferenter commiſcent. *ar. ff. de uſuris. in pecudum. Inſti. de re. divi. §. in pecudum.* Tertiò, ut mereamur per martyrizationem corporum propriorum. Ut enim ait Apoſtolus non ſic vivos uti. *1. ad Cor. 7. c.* legitur & notatur *27. q. 1. nuptiarum. in*

† *Al.* tantæ tamè cauſa &c.

res d ipſũ removere, † cùm tantæ improbitatis e exiſtit, f ut ſemper ſe g ingerat impudèter.

a de quo decor Eccleſiæ graviter b maculatur, c† ſtatuerunt ſuper hoc Eccleſiaſtici Recto-

in prin. Sed tunc quæritur, quare magis & communiter punit Ecclesia hoc carnale pec. tum, quàm cætera mortalia, de quibus 35. *distinc.* §. *alias.* Ratio duplex est. Nam licèt alia pluta, ista ibi numerata sint majores culpæ, istud tamen est majoris infamiæ: *ar. ff. de furtis. l. verum. in fi.* quæ infamia Prælatos ad inquirendum, & pœnitentialiter corrigendum præcipuè debet inducere; *Extra. de æcujati. qualiter. 2. in prin.* maximè cum punitio hujus delicti carnis præcipuè ad Judicis Ecclesiastici officium pertineat. *ff. de his qui sunt sui vel a. ju. si nihil. ominus. 1. Respon.* Secundò, quia non reperitur casus, in quo coitus sit licitus, extra legem conjugii. 32. *q.* 4. *meretrices. in fi.* Cæteta crimina quasi singula justificari possunt, ut Homicidium propter tuitionem corporis proprii. *ff. de justi. & jur. ut vim. Authen. de pace tenen.* §. *si hominem. Coll.* 10. Ejectas etiam de infirmitate vel casualitate excusatur; ut dicto §. *alias.* & sic de cæteris vitiis. Sed contra præmissa videtur: quia licet Lex Naturalis immutatur, de qua dicam *infrà. in Consti. Otho. in prooe. in prin.* contra legem *Insti. de jure naturali.* §. *sed naturalia. 5. dis.* §. 2. ubi sic opponitur per *Gui.* Ad quod dicit frater *Thomas de Aquino*, quòd Lex Naturalis mutari intelligitur dupliciter. Uno modo per hoc, quòd aliquid ei additur per Legem Divinam vel Humanam per certos modos & formas, & sic nimirum frequenter immutationem capit. *ar.* in hoc quod dixi *suprà. c. glo.* ibi, *solutio triplex* &c. Alio modo est per viam subtractionis, ut scilicet aliquid desinat esse de Jure Naturali, quod prius fuit: & sic Lex Naturalis est immutabilis, ut in contrariis *ar. 8. di.* §. *dignitate. cum c. se.*

Fornicatio quare plus punitur ab Ecclesia, quàm reliqua Mortalia?

Lex naturalis an possit mutari?

a *Nolentes.* Secunda pars per totum, in qua præmisso exordio ponit Statutum.

b *Ignominiam.* Id est, infamiam. *suprà. c. ver. maculatur. ff. de vari. & extraor. cognitio. l. pe.* §. *æstimatio. ar. ff. de his qui notantur. l. 2.* §. *ignominia.*

c *Incorrectam.* Alioquin graviter posset talis Prælatus redargui: immo propter talem negligentiam suspendi. 28. *q.* 1. *si custos. & se. c. ff. qui pe. tu. l. 2.* §. *mater.* §. *fi. ff. de custo. re. j. carceri. C. de offici. præfec. præto. Ori. & Illyri. si quos. ar. ff. de jure fisci. l.* 3. §. *divi. in fi.* & dicam *infrà* super *ver. digne. Fo. de Athon.*

d *Alexandri.* Sc. secundi. 81. *dist. si quis semelò. & c. eos.* Cui concordat *Inno.* 2. 28. *distin. decernimus.* Sed mitius statuit *Alexander* tertius *Extra. de cohabita. clc. & mu. sicut. cum c. se. & infra. in Consti. Otho. quam indecorum.* Unde ille Legatus derogare videtur Constitutioni Papæ in illo *c. se.* Sed certè hoc non potest stando vel interpretando ad contrarium effectum. *C. de legi. l. fi. Extra. de offi. le. quod translationem. in fi.* de hoc *suprà. c. Consti. in prooe. ver. legatus. in fi.*

Legatus an possit Papali Constitutioni derogare?

e *Ut.* Consequenter punitur, seu consecutive: sic *suprà. c. provisi.* §. *verum.* ibi, *ut si repertum* &c. Item quandoque ponitur causative. *c.* §. ibi, *ut animam. Extra. de appella. ut debitus. in prin. Extra. de spon. veniens. 2.* legitur & notatur 1. *q.* 1. *c. benedictio.*

Ut tenetur dupliciter.

f *Clerici.* Sc. Beneficiati, de quibus primo loquitur, ibi *Beneficio & Officio* &c. sed tales, proh dolor! sinuntur ad ruinam templi Domini secundùm *Matth. cap.* 7. *c.* in alia tamen materia bene includuntur Beneficiati. *suprà. ti. 2. quoniam de habitu.*

g *Et maximè.* Ergo idem de aliis, dum tamen Beneficiatis: tamen plerumque Beneficiati in minoribus Constituti non Beneficiatis in Sacris comparantur. *Extra. de postu. prælo. c.* 1. Ut notat *Fo. And.* post *Inno.* & *Hosti.* in Horis dicendis ab aliis personis. *Extra. de celebra. missa. c. 2. in fi.* Patet etiam *Extra. de cohabita. clc. & mu. si autem.*

h *Qui.* Sc. Clerici. *Fo. de Athon.*

i *In domibus suis.* Scilicet Ecclesiasticis, secundùm quosdam similimodo videtur exponere *Extra. de jurejuran. c. 2. in prin.* & *Gui. Extra. de elec. sciant. in versi. sun. li. 6.* Sed certè hic in proposito non procedit hujusmodi expositio, nisi sumpto argumento à negotio perambulante in tenebris. Idem enim dicat, si in domibus suis patrimonialibus, seu paganicis, cum statim etiam hic subjungit *alienis* &c. Non enim est vis cujus sit domus. *Extra. de ffon. impu. c. 12.* & *c. literas.* ubi de hoc *na. Hosti. in* §. *fi. ver. complent. ar. ff. de injur. lex Cornelia.* §. *domum.*

k *Detinent publice concubinas.* Hæc litera conjunctim legi debet: *ar.* in hoc quod notat *Fo. An. Extra. de vita & hone. clc. c. 1. in glo. conjunctim. in Con. Clc.* ita quod dictio *publicè* determinet tam detentionem quàm concubinatum, sic scilicet quòd detentio sit publica, & concubinatus publicus. *Extra. de cohabita. clc. & mu. vestra.* §. *fi. & c. se.* Alias enim hæc

¶ a Nolentes igitur tantam Ecclesiæ b ignominiam conniventibus oculis præterire c incorrectam, Statuta *Romanorum* Pontificum, & maximè Decretalem d *Alexandri* Papæ super hoc editam exequentes, Statuimus, & statuendo Præcipimus, e ut ubi f Clerici, g & maximè in Sacris Ordinibus Constituti, h qui i in domibus suis vel alienis k detinent l publicè cum: puta quia credebatur vulgariter soror Rectoris, licet publica sit detentio, quia de manifestis loquitur, Ut est casus 32. *distin. credebatur.* ubi de hoc. Quid ergo si quis inveniatur coire cum muliere? Responsio. Adhuc dicitur occultum, nec propter hoc debet cum vitare in publico, nisi aliter convincatur, secundùm *Inno. & Host.* in dicto *c. vestra. arg. 6. q. 2. si tamen. & c. placuit. & infrà* dicam plus. *Fo. de Athon.*

Criminosus occultus dicitur etiam qui in coitu invenitur?

k *Detinent.* Sc. sumptibus propriis Clericorum, seu eorum dispositione totali: sic exponitur 7. *q.* 1. *sicut alterius.* ibi, *aut ejus concubitu.* secus ergo si mulier vivat de bonis propriis, vel saltem ordinatione propria, licèt Clericus ad eam publicum habeat accessum. Intendit enim hujusmodi Constitutio dilapidationem inhonestam Clericis adimere: ut *infrà* patet, ibi, *de Beneficiis* &c. ita quòd hujusmodi dilapidatio sit una de causis privationis in hoc casu, sic enim Clerici rarius invenient Concubinas eorum voluntatibus inclinantes, si eis non donent, vel saltem eis necessaria non ministrent, cum illarum genus sit avarissimum; ut dixi *suprà. in ver. contagium.* circa medium. Immo contra non est castigabilis, ut notat *Wil. Extra. de sent. excom. cum ex eo. ante fi. in Con. Clc.* per versus, *Ille lavat laterem, qui castigat mulierem.* Ratio est, *Nam semper prona rei, quæ prohibetur ei*, cum sint variæ & mutabiles voluntates earum, *Extra. de verbo. sig. forus.* §. *ulti. ubi no. ver. in additione. Quid levius fumo? flumen, quod flumine? ventus, Quid vento? mulier, quid muliere? nihil.* Nam *flere, loqui, nere, statuit Deus in muliere.* & quod dixi *detinent*, intellige ubicunque infra loca legationis ipsius statuentis. Si enim Beneficiatus Diœcesis *Eboracensis* studens forte *Oxoniæ*, quæ est in alia Diœcesi & Provincia, ibi contra Constitutionem illam teneret publice Concubinam, nihilominus dicerem eum privatum, in tantum quòd exequi potest hunc Canonem Diœcesanus Beneficii: quia sententia hic lata est Canonis, non puri hominis; secus enim si privandus esset, vel aliter puniendus per processum & sententiam hominis; tunc namque Ordinarius loci delicti contra delinquentem procederet in forma *Decre. De foro compe. postulasti. C. ubi de crimi. agi oport. Authen. qua in provincia. & C. ne filius pro pa. Auth. habita.* Non autem Ordinarius Beneficii. *Extra. de Consti. ut animarum. c. 1. li. 6.* ubi de hoc per *Gui.* Hæc quoque vera intellige, ut prædixi, quando Beneficiatus sic deliquit infra loca legationis statuentis: alias secus, si *Parisiis*, vel alibi extra Jurisdictionem statuentis. *Extra. de accusa. ad petitionem.* ibi *propter judiciarium ordinem non servatum* &c. Nam tunc non illaquearetur pœna hujusmodi Constitutionis, ut patet in eo quod legitur & notatur in dicto *c. ut animarum.* §. *idcirco.* licet tunc per Ordinarium loci delicti pœna Juris Communis posset percelli, non autem pœna hujus Constitutionis, cum localis sit. *ar.* in hoc quod notat *Ber. Extra. de sentes. excom. ad audientiam. in 2. glo. in fi.* Si tamen hæc Constitutio lex esset generalis per Papam edita, quod non est, cum per Papam fuit mitigata, ut dixi *suprà. ver. Alexandri.* tunc dicerem, ubicunque sic delinqueret, sem per Diœcesanus Beneficii Canonem latæ sententiæ exequeretur, ut prædixi. *ar. 2. c. 19. distin. sic omnes. & o. cum vero.* & per totum. *C. de legi. leges sanctissimæ sunt.*

Mulieres castigari non possunt.

Mulieres nihil lex vius.

Legati Statutum factum in una provincia ar. stringat existentes in alia.

l *Publicè.* Id est, populicè: sicut quilibet popularis suam tenet uxorem. *ar. 16. q. 1. interdicimus.* ibi, *missas publicas* &c. *Extra. de cele. missa. c. 1.* ibi, *publicè complerentur.* Sed ibi *Inno.* exponit *publicè*, id est, coram Populo. *Extra. de clandest. desponsa. c. si.* §. 1. Quæ expositio *Inno.* approbanda videtur, *ar. C. de nupti. sed vicinius.* & quasi incidit in expositionem primam. Alii exponunt *publicè*, id est, judicialiter, hoc est, post judicialem conventionem, ut *no. glo. Extra. de except. exceptionem.* Sed *Vincen.* exponit *publicè*, id est, per famam manifestam: cum sit idem quod notorium, ut ipse notat *Extra. de divor. porro.* §. *præterea*, cui videtur *glo.* adhærere, dum tamen adsint aliqua probabilia argumenta, ut *no. Extra. de usuris. cum in Diœcesi.* Alii exponunt *publicè*, palàm, & passim, ac indistinctè: qui satis concordant cum expositione prima. *ar. ff. ad Macedo. l. 3. ff. de nup. palam. in prin.* §. 1. ut notat *Gui. Extra. de usuris. c. 8. ver. publicè. li. 6.* ubi exponit similiter *publicè*, id est, notoriè. Tu dic *publicè*, quando multitudini se patere non expavet: sic dicitur meretrix publica; 34. *dist. vidua.* sic etiam dicitur publicus aleator, usurarius, maledicus, excommunicatus. *Extra. de excep. exceptionem. Extra. de maledicis. c. 2. Extra. de excess. prælat. c. inter.* Secus ergo, si secretè intra domum propriam vel alienam detineat hanc Concubinam: nam tunc pœnam hujus Constitutionis non incurrit, cum domus rem secretam, non autem publicam denotat; ut legitur & notatur *ff. de injur. si qui domum.* Hoc tenet *Fo. de vita & hone.*

Publicè, qualiter exponitur.

honeſt. cle. quoniam. in glo. ergo ſi ſecrete. in Con. Cle. Nec enim ad hoc quod dicatur *publicum*, ſufficit quòd ſciatur ab aliquibus tantum, ut notat *W. Extra. de conceſſi. præben. c. 1. §. ſi. in Con. Cle.* Dic ergo *publicè*, i.e. Communiter, & coram multis; ut notat *Fo. An. Extra. de ſpon. preterea.* 2. Non ergo ſufficit, quòd ſemel vel bis talis publice videatur per expoſitionem prædictā: hoc maxime, cū hic requiri videatur Notorium actûs permanentis; de quo ſatis notatur 2. *q.* 1. *manifeſta.* Et ibi per *glo.* videbis differentiam inter Famam, Manifeſtum, & Notorium. Videtur inſuper, quòd Notorium eſt triplex, ſc. Notorium Facti, Juris, & Præſumptionis.

Concubina qualiter ab uxore diſcernitur.

a *Concubinas.* Quas *Hoſti. Extra. de præſump. illud. §. fi.* dicit diſcerni ab Uxoribus: quia uxor comedit cum viro in eadem parapſide, eam honeſte induit, ad Eccleſiam mittit, & in lecto ſuo recipit illam & ad menſam ſuam; ſed quando tenet illam ut ancillam, nec recipit eam, ſed mittit eam ad aquam, & induit eam vilibus veſtibus, & habet lectum ſeparatum, declinat tamen ad eam quando placet, tunc Concubina præſumitur, ut ibi notatur. Fatētur tamen ibi in hoc famam principaliter attendi, ut legitur & notatur

Fama an probet.

35. *q.* 6. *ſi duo.* Et an fama probet per ſe, triplex notatur opinio per *Spe. ti. de notorio crimine. §. fama. & §. & nunc de rumore.* Sed quicquid *ſuprà* ſubtilizaverit *Hoſtien.* hoc modernis temporibus non conſidero in Clerico, cui uxoria, & quælibet alia carnalis commixtio eſt prohibita, Orientalibus exceptis: 31. *diſtinc. Nicæna.* Immo Clerici hujuſmodi Concubinas tenent Communiter apparatu honeſto nomine appellationis ſororiæ. *C. de epiſc. & cle. cum qui probabilem.* Quid ergo, certe fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius cognoſcetur. *Eccle.* 32. *c.* aliàs *Prover.* 30. *c.* Item cum non valet ſuis conſiſtere pedibus in domo, nunc foris, nunc in platea, nunc juxta angulos inſidians; *Prover.* 7. *c.* per hoc ergo, & per ea quæ dixi *ſuprà. in glo. pra. & glo. detinent.* judices Concubinam à Matrefamiliàs, quam boni mores reddunt honeſtam: illas enim à Concubinis & à Galliardis mores ſeparant & diſcernunt, *ff. de libe. exhi. l. 3. in fi. ff. de verb. ſig. l. pronunciatum. §. illico.* ac inceſſus & habitus. *ff. de injur. l. item apud. §. ſi quis virgines.* De Concubinatu verò Clericis vetito dixi *ſuprà. Con. proxi. in glo. ante adeptionem.*

b *Prorſus.* Nunquid ergo viciſſim amovendo, ita quòd nunquam ſimul ſic eas detinent publicè per menſem, interpolatis tamen vicibus ſimul conjunctis, ſeu ſimul collectis, exceditur tamen forte annus, pœnam hujus Conſtitutionis evitent? Videtur quòd ſic: quia dictio *detinent*, quæ eſt *ſuprà*, continuationem temporis requirit, ſicut & recedere. *de pœni. diſtin. 1. divortium. ff. de divor. l. 3. in fi.* & notat *Wil. Extra. de ſtā. mo. c. 1. §. quia. ver. tenentes. in Cle.* Hoc enim denotat dictio *amoverent*, quaſi hoc ſufficiat infra menſem, ut hic patet. Nam perſeverantia continuata requiritur ad hoc, ut hanc pœnam incurrant; ut notat *Inno. cum ſimili. Extra. ne cle. vel mo. c. fi.* ubi hoc tenet *Fo. An.* Sed *Hoſtien.* ibi finaliter ſuper *ver. ſtudent.* dicit, quòd ſi iterum præſumant adire prohibita ligantur: quia hoc conſuetudini deputaverunt; *C. de epi. audi. l. 3. in fi.* aliàs fraus fieret legi, quod vitandum eſt, ſecundum eum. Idem etiam videtur in propoſito. *ar. Extra. de dona. Apoſtolicæ. §. 1. ver. ſemel & ſimul &c. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. idem Labeo. ff. de adul. ſi quis adulterium. §. pe.* Facit quòd notat *W. Extra. de privile. c. 1. ſi quis. in prin. in Con. Cle.* Item hæc pars videtur ſatis æqua, ex quo de vulgi ſcandalo & obloquio non curat talis famæ propriæ & honeſtatis Eccleſiæ prodigus. *ar.* in hoc quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. ad tutelam. ver. pudorem. Extra. de accu. c. fi.* ibi, *famæ ſuæ prodigus.* ubi notat *Fo. An.* quòd etiam quoad homines ſuſpenſus eſt, *Extra. de coha. cle. & mu. ca. veſtra. in fi. & c. alt. & infrà* patet, licèt occulta fornicatio quoad Deum turbet bonam conſcientiam. *Extra. de tempo. ordi. c. f.* Unde illud vulgare, *ſi non caſtè, tamen cautè.* ut ibi *no.* Ipſe negligens quoque famam ſuam crudelis eſt. 12. *q.* 2. *nolo. ar. ff. ſi quis omiſ. cau. a teſta. Julianus.* Sed primum verius videtur propter appoſitionem temporis amovendi Concubinam, quæ de aliquo debet operari: cum Conſtitutio habeat tempus incluſum. *ar. Extra. de conceſſi. præben. c. 1. in Con. Cle. ff. de leg. 1. ſi quando.* cum ſimilibus.

Famam negligere crudele eſt.

c *A ſe.* Supplē, ſic effectualiter, ut de illis ſiniſtra ſuſpicio haberi non poſſit. Ut legitur *Extra. de coha. cle. & mu. clericos. §. 1.*

d *Infrà menſem.* A tempore monitionis ſecundùm quoſdam, ſecundùm quod nihil eſt cum lex iſta hoc promoveat, ut hic patet. Alii dicunt à tempore publicationis hujus Conſtitutionis, pro quo facit dictio *de cætero*, *infrà* poſita. *ar. ſuprà. c. Conſti. Eccleſias. §. ſi.* Sed certe verbum *de cætero*, non ſemper approbat quod præceſſit, ut hic, & *infrà. c. Con. audivimus.* & notat *Wil. Extra. de pa. & remiſſi. c. ſi. in Con. Cle.* Tu dic à tempore incepræ detentionis publicæ, ſic norant *Goffre. Inno. & Fo. An.* de duobus menſibus auditionis Legum vel Phyſicæ: *Extra. ne cleri. vel mo. c. ul. in prin. ver. ipſo facto.* licèt *Hoſtienſis* ibi adhæreat expoſitioni proximè præcedenti. Quot autem dies habet menſis iſte? Dic tot quot ſunt in menſe in quo hoc contigit, ſed regulariter menſis 31. dies continet: ut notat *Gui, Extra. de præben. copit. 3. h. 6.* & ſi aliqui dies ſint effluxi, ſupplebuntur de menſe ſequenti, ut ſatis notat *Car. & Fo. An. Extra. de elec. quam ſit. ſuper c. ver. li. 6.* & notatur per *Archi. c. lib. de conſuetu. c. ulti. in ſi.* & notatur in *Extravagant. Jo. Papa 22. Suſcepti regiminis. inſi.* & in hac dilatione etiam †utiles dies menſis computabuntur. *ff. de ſucceſſo. edic. l. 1. §. intra. ver. quod dicimus. ff. de Regu. Juris. ubi lex duorum menſium &c.*

M. S. † ultimus dies menſis computabitur.

e *Ipſos vel alios.* Sic *Extra. de cohabi. cle. & mu. c. clericos. §. 1.*

f *Detenturi.* Aliàs enim non videtur pœnitere. *de pæ. diſt. 3. c. 1. & ea. pœnitentiam. §. ſunt autem qui dicunt. & c. irriſor.* & dic *detenturi*, ſc. per menſem, ut prius: alias hæc litera exhortationem continere videtur, 33. *diſtin. habuiſſe.* non autem pœnam gravem in primo caſu inflictam. Alioquin diceremus, quòd propter quamcunque momentaneam poſſeſſionis detentionem ſequentem hanc gravem pœnam incurreret: quod nimis eſſet rigoroſum, attentā fragilitate noſtri temporis. 34. *di. fraternitatis.* 50. *di. qui autem. in fi. & infrà. in glo. proxi.*

g *Ab Officio & Beneficio.* Dic ut notatur *ſuprà. auditu. cuit fi.* Rigoroſa quoque eſſet hæc pœna, niſi eſſet pro adulterio, vel inceſtu, etiamſi Epiſcopus eſſet hujuſmodi labens, ut legitur & notatur 2. *q.* 7. *lator. in prima glo.* Sed licet perquam dura ſit, conſervanda eſt. *ff. qui & à quibus proſpexit.* Deteſtabilius tamen eſt hoc peccatum in Epiſcopo quam in inferioribus. 25. *di. c. ſi.* Inceſtum verò voco, nedum carnalem, ſed ſpiritualem. 30. *q.* 1. *omnes quos. & c. ſe.*

h *Sint ſuſpenſi.* In caſu præmiſſo, quando publicè per menſem &c. in caſu tamen quando per minus tempus detinent, non ſic graviter puniuntur: ſed aliàs Superioris arbitrio committitur. *Extra. de offi. dele. de cauſis. ut no. Fo. An. Extra. de cohabi. cle. & mu. c. 2.* licet *Inno.* aliter ibi dicat. Nunquid ergo poteſt compelli hujuſmodi Clericus Concubinam abjurare? Videtur quòd non. *Extra. de cohabi. cle. & mulie. clericos.* Sed contra videtur *Extra. qui cle. vel vo. ex literarum.* Solutio. Ibi loquitur de eo qui duxit uxorem de facto, quo caſu Juramentum exigitur, de quo legitur 35. *q.* 6. *ab illo die.* Vel dic melius. Aut timetur quòd Clericus non ſervet ſuum Juramentum, quia uterque juvenis eſt, & alterius amore ſuccenſus: tunc non cogitur, ut dicto *c. clericos.* ut ibi notat *Hoſti.* Aut præſumitur quòd ſervare debeat, & tunc cogitur, ut in *ca. ex literarum.* ubi de hoc in prima glo. Unde ſecundùm Philoſophum & *Ægidium*, Judex non debet recipere purgationem infamati offerentis ſe ad purgandum, quem vidit paratum ad perjurium, per rationem prædictam. *ar. 15. q. 5. Preſbyt.* ubi de hoc *no.* quòd legitur & notatur 22. *q.* 5. dicam *infrà. c. Conſti. clamorem. §. 1. in glo. ſi generali.* Conſequenter quæritur, an Clericus juvenis & ſuſpectus compelli poſſit abjurare Concubinam ſub pœna pecuniaria? Videtur quòd ſic, per dictam *Decret. ex literarum.* ut ſic talis coertio à malo revocet. *Authen. de non ali. re. eccl. §. ſi quis igitur. Coll. 2.* & in eo quòd legitur & notatur *Extra. ut lit. non conteſt. quoniam. §. fi.* Dic contrarium propter rationem ſignificatā in dicto *c. clericos.* ibi, *ne in eadem &c.* cum ex eodem inſtinctu non præſumitur ſuum perdere velle. *ff. de proba. cum de indebito. §. 1.* tum propter præſumptam burſalem cupiditatem Prælatorum, de qua dicam *infrà. in Conſti. Otho. Deus Omnipotens. in ver. pecunia.* Sed quid dices de punitione ipſarum Concubinarum, ſi ad ſuam excuſationem coram Judice Eccleſiaſtico ſe afferant publicas meretrices quæſtu corporis viventes? Videtur quòd hoc crimen meretricii ſub diſſimulatione tranſire debeat Eccleſia, ut notat *Fo. An. per glo. Extra. de ſpon. inter opera. ar. C. de adult. quo adulterium. in fi.* Nam & Mareſchallus Papæ de facto exigit tributum à meretricibus, & hoc forte ad majus malum evitandum. 32. *q.* 1. *non eſt culpandus. ar. C. de præcu. exigendi.* Dic tamen quòd hoc peccatum proſequi debet Eccleſia, ut mortale, ſecundùm *Hoſtien. in dicto c. inter opera. ar. Authen. de leno. §. ſanctiſſimus.* & per totum. *Coll. 3.*

Concubinæ an ſint ab Eccleſia tolerandæ.

i *Sint.* Id eſt, fiant ſuſpenſi per ſuum Prælatum. *ar. Extra. de vi. & bone. cle. ſi quis. ver. exponit. Inno.* Anathema ſit, id eſt, fiat. Tu dic ipſo Jure, *ar. Extra. ne cle. vel mo. periculoſa. li. 6.* & quod notat *Car. Extra. de elect. quam ſit. in fi. li. 6.* quod verum videtur, cum factum ipſum ſit de genere mortalium peccatorum. Et ſciendum, quòd caſibus hic ſcriptis privatur quis Beneficio ſuo ipſo Jure. Primus eſt *Extra. de elect. ſtatuimus. li. 6.* Secundus eſt *e. ti. cupientes. §. cæterum. in Sexto.* Tertius eſt *Extra. de falſ. ad falſarium.* Quartus eſt *Extra. de elect.*

Beneficio quis privatur ipſo jure in multis casibus.

elec. licet cæum. in Sexto. Quintus est *de excess. prælа. inter. per Inn. cen.* Sextus est *de ætа. & qua. cum bona. per Inno. in glo.* Septimus est hic in Textu nostro. Effectus est, quòd privatus ipso Jure non facit fructus suos, sed privandus sic, quamdiu toleratur per Ecclesiam: ut notat *Inno.* in dicto *c. inter.* Et ibi dicit *Inno.* quòd hæreticus privatus est ipso Jure, sed Adulter, Perjurus, Simoniacus, & Homicida, non privantur ipso Jure. Et in *c. cum bona.* dicit *Inno.* quòd stans in Excommunicatione per annum, est suspensus ipso Jure: quod intellige verum, si sit Excommunicatus pro crimine quod ipso Jure privat, ut est hæreticus, alias non.

[a] suspensi, [b] ita quod [c] usquequo [d] super hoc [e] dignè [f] satisfeceriut, [g] de Beneficiis Ecclesiasticis se

a *Suspensi.* Ad majorem evidentiam sciás, quòd Depositus dicitur, qui privatus est Beneficio & Officio, licet non solenniter. Degradatus dicitur, qui utroque est privatus, solenniter insignibus sibi ablatis. 11. *q.* 3. *Episcopus Presbyter. Extra. de pœ. degradatio. li.* 6. Suspensus autem dicitur, qui est privatus utroque ad tempus, non in perpetuum, ut hic. Secundum quosdam differentia est inter Depositionem & Suspentionem, sicut inter Deportationem, quæ est perpetua, & Relegationem, quæ est temporalis. *ff. de interdic. & rele.* per totum. Et hoc *no. Wil. 2. q. 1. ex his.* §. *opponitur.* quod dic plenius per *Spe. ti. de accusa.* §. *Secundo loco.*

Depositus, degradatus, & suspensus differunt.

b *Ita quòd.* Declarat literam proximam suprapositam.

c *Usquequo.* Ergo postea non prohibentur, *ar. C. de incest. nup. l. qui contra. in fi.* & per *Gui. Extra. de elec. generali. ver. præmiserunt. li.* 6. sed quàm citò dignè satisfeceriut, statim Officium & Beneficiú recuperant, ut sonat hæc litera: & hoc tenet *Jo. An. Extra. de cohа. cle. & mul. sicut.* §. 1. dum dicit *usque &c.* nisi criminis notorietas necessariam Dispensationem inducerei. *ar. c. ti. vestra.* Sed *Inno.* in hoc contra, sc. quòd Absolutio specialis est necessaria post satisfactionem: 2. *q.* 5. *Presbyter si à plebe,* quia forte alius diceret non plenè, nec dignè satisfactum: ut ipse notat *de ætа. & qua. cum bona.* in prima *glo.* sed primæ opinioni adhæret *glo.* 16. *q.* 7. *si quis deinceps. in glo.* 2. Tu potes hanc contrarietatem concordare dicendo, quòd *Inno.* intelligit, quando fit hujusmodi Suspensio ab homine, sed hic, cum fit à Lege, ubi non est aliquis, qui dignam satisfactionem valeat negare. Notatur bene *Extra. de pœnis c.* 1. §. 1. *in Cle.* ex quo super hoc non est impeditus, *infrà. in glo.* 2. Aliter † tamen posset dici: ut *no. infrà. in Consti. Otho. domus Dei.* §. 1. *in fi. ver. donec.* sed plenius dicam de hac materia *infrà. in Consti. Otho. cum bonefastis.* §. *fi. ver. ultimum canonicum.*

Suspensus donec satisfecerit, an facta satisfactione in ligeat absolutione.

M S. ad † *Non.*

d *Super hoc.* Sc. dicto peccato publico.

e *Dignè.* Tam Ecclesiæ militanti, quàm triumphanti, ex quo delictum est publicum. *Extra. de pœ. & re. c.* 1. *& c. de bis. & c. quæsitum. ar. Extra. de usuris præterea.* Sed *Jo. An.* dicit *Extra. de cohа. cle. & mu. sicut.* §. 1. quòd sufficit hoc casu satisfacere soli Deo, nam ei soli in hoc peccare videtur; si autem peccasset contra proximum, oporteret, quòd etiam ei satisfaceret. *Extra. de judi. c.* 1. 14. *q.* 6. *si res.* Quod ex causa in dubium revocó. Sed nunquid iste Clericus agere debet publicam Pœnitentiam, maximè si eam infligat suus Prælatus, antequam de suo Beneficio se intromittat, ad hoc, ut hanc pœnam eviter? Videtur quòd sic: nam tunc demum dignos facit fructus pœnitentiæ, cum agat pœnitentiam juxta qualitatem culpæ. *de pœ. di.* 1. *qui domum. ver. unde venientibus. & c. di.* §. *ergo secreta.* 1. & 2. *Respon. Extra. de sta. mo. c. fi.* §. *secundo.* 50. *di. hi qui altario.* ibi, *offerat &c.* Offerri enim debet, ne in pœnam incidat. *ff. de lege commissoria. fi fundus.* § *fi.* Dic contra: ut dixi *suprà. in prin.* post *Jo. An.* Nam licet hujusmodi sacrificium, id est, pœnitentiam agere, debeat Deo, non tamen Ecclesiæ militanti, nisi à suo Superiore instante fit exactus. 15. *q. ultr. bi qui.* & notatur bene *c. fi. de pœ. di.* 1. *convertimini.* ibi, *sacrificium offertur ex lege. & c. distin. in actione. in fi.* & hoc vult tenere *Inno. Extra. de voto. c. pe. ver. consulimus.* Sufficit enim non facere moram Judici petenti. *ar. ff. de jurejuran. l. jusjurandum.* 2. §. *qui jusjurandum. ff. de no. ope. nunci. de pupillo.* §. *qui apud. ff. quorum lega. c. ul.* §. 1. *cum fi.* notatur per *Car. Extra. de elec. cupientes.* §. *si vero in discordia. ver. contempserunt. li.* 6. Hæc ergo opinio vera est, præsertim quando pœna adjicitur Statuto negativo: quia tunc requiritur admonitio. Ut *no. Gui.* 5. *q.* 1. *quidam.* Caveat igitur sibi Prælatus, ut talem publicum castiget: alioquin non dicitur curare, sed occidere. 50. *di. abstr. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. in prin.* & dicam *infrà. c. Consti. de Archidiaconis.* §. *cum autem. in ver. crimina puniant.* & potius dicitur canis impudicus, quàm Episcopus, 83. *distin. c.* 1. & 2. per totum. Ubi propter negligentiam ab Officio suspendendus esset. 32. *dicens.* Dic quòd propter hujusmodi negligentiam suam potestas in hac parte in superiorem devolvitur: quòd dic per *Gui. Extra. de cens. Romana.* §. *pe. ver. negligentiam. li.* 6. & particeps criminis efficitur. 2. *q.* 7. *sicut inquit.* ut dixi *suprà. in ver. incorrectum.* Et de multiplici pœna Prælati negligentis satis notat *Goffr.* & quod *not. Gui. in de supplen. negli. prælа.* §. 2. ut sciat Prælatum negligentem peccare mortaliter: ut notat *Jo. An. ne Prælati vices su. ca.* 2. *ar.* 43. *di. Ephesius. Extra. de cohа. dete. c.* 1. §. 1. ubi de hoc *in ver. dissimulare.* notat *Gui.*

Prælatus sit diligens in corrigendis subditis.

25. *dis. criminis. in fi.* Nocet enim multum omissionis simplicitas in Prælato. 2. *q.* 7. *c. sancti quippe.* Castiget ergo cum arbitrarie, sive ante lapsum mensis, sive post, dummodo antequam intromittat se de Beneficio, ut sequitur, juxta conditionem personæ, & qualitatem peccati, & diuturnitatem perseverationis in peccato: *ar. Extra. de offi. dele. de causis. cum fi. Extra. de pœ. & re. dam qui in prin. Auth. de man. prin.* §. *homicidium. in fi. Coll.* 3. declinans semper ad misericordiam compassivam potius, quàm ad severitatem vel crimen. Ut *no.* 50. *di. ponderet. in fi.* 26. *q. ulti. alligant. in fi. ff. de pœ. respiciendum.* 2. *Respon.* Ratio est: nam si in hoc sæculo omnia vindicata essent, locum Divina Judicia non haberent. 6. *q.* 1. *si omnia.* 15. *q.* 6. *c.* 1. circa medium. Item forte ex alia ratione: ut 3. *q.* 7. *qui sine peccato. & c. se.* quod tamen intellige, ut *c. consti.* §. *fi.* facit 45. *di. licet plerumque. C. de nup. imperialis.* nam & *Eccle.* 7. *c. noli esse justus multum, neque plus sapiat quam necesse est, ne obstupescas.* Præcipuè cum paternalis potestas in pietate, non atrocitate debeat consistere. *ff. ad l. Pompe. de parici. l. divus. in fi.* Sed dicere valeat peccator cum *Psalmo, Virga tua & baculus tuus &c.* 45. *di. disciplina.* 7. *q.* 1. *c. pe.* §. *cum vero.* ibi, *est & aliud.* Si tamen ad profundum malorum contemnendo devenerit, fiat quod legitur & *no. Extra. de judi. cum non ab homine.* Juxta hoc quæritur, nunquid autem publicam Pœnitentiam potest Episcopus indicere hujusmodi Clerico, de Jure? Videtur quòd non: quia sicut Laicus publicè pœnitere non debet. 82. *di. Presbyter. post prin.* Sed contra: ut *l.* 2. & *no.* 20. *q.* 3. *c. in prin.* 28. *q.* 1. *virginibus. Extra. de calumni. c.* 2. *in fi.* Solutio. Publicam, i. c. solennem, quæ non infligitur, nisi pro crimine quod totam commovet civitatem, ut legitur & *no.* 50. *di in capite. in fi.* nó agit talis Clericus vel Sacerdos pro crimine: ut *no* 50. *di. clerico. in fi.* & hoc propter dignitatem Ordinis, & propter scandalum vitandum in populo: quia alias frontem non haberet alios corrigendi, cum publicatum sic fuerit peccatum ejus. *No. Gui. c. di. c. pe.* Sed publicam aliam convenientem ad injunctionem Prælati bene debet hujusmodi Clericus admittere & implere: ut plenius notatur 28. *di. Presbyter.* 45. *di. sed illud.* Expedit enim peccata nocentium esse nota. *ff. de injur. cum qui. in prin. & Extra. de pœ. & remis. quæsitum.* Nunquid ergo, si Prælatus hujusmodi criminosum nimis gravet in corrigendo, audiatur ipse appellans? Dic quòd sic, si sit Clericus sæcularis, licet in hoc Religioso non liceret: ut *no. Spe. ti. de appella.* §. *in quibus. ver.* 11. *à correctione,* idem tenet *Archi.* 27. *q.* 1. *si homo. Extra. de appella c. pervenit.* 2. Sed certè quòd etiam Religiosus appellare posset, si contra regulam suã gravaretur, tenet *Hosti. Extra. de appel. reprehensionis.* §. *fi. ar. Extra. de ætа. mo. c. ulti.* 1. *Respon. ver. ita.*

Pœnitentia publica an possit Clerico indici.

Clericus an à correctione possit appellare?

f *Satisfecerint.* Vel saltem satisfactioni insistant *ar. Extra. de tempo. ordi. ex tenore. Extra. de eo qui cognо. consan. uxo. su. c.* 2. ubi de hoc *no. Extra. de hæreti. statutum. in fi. li.* 6. sed contra. Nam demum post satisfactionem, & peractam Pœnitentiam se intromittere debet. 2. *q.* 7. *accusatio. in fi.* notatur 50. *dis. de his. in fi.* Solutio. Per verba abnegativa Lex posita obtinet contrarium, ut hic: secus si per affirmativa, ut in primis Juribus. Unde nota hic quem per satisfactionem incipere esse quod non fuit, 50. *di. sermum.* immo quandoq; per peccatum fortius quis assurgit: 59. *di. fidelior.* sed illud est per occasionale, non continuatum: ut notat *Gui.* 13. *di. novi.* §. 1. *ver. per cimiſa.* Quæro ergo qualiter probabit Clericus satisfactionẽ hujusmodi? Dicit *glo.* quòd in occultis præsumam eum egisse Pœnitentiam, interpretando in benigniorem partem, in publicis vero probabit Pœnitentiam peractam per Sacerdotem. Ut notatur 2. *q.* 7. *ipsi Apostoli. & Extra. de testi. testimonium. in glo. fi.* ubi etiam *no. per Inno. & Host. in ver. emendatus.* Quod verum est quoad injunctionem Pœnitentiæ, & absolutionem; sed operis satisfactio realis probabitur per socios, & familiares. Contra hoc tamen videtur *Extra. de excessi. prælа. dilectus. & Extra. de pœ. & re. omnis. in fi.* Solutio. Illud verum invito confitente, sed ipse confitens, cum in testem bene potest produci, & ipse tunc juratus licitè testificabitur: cum hoc sit ad utilitatem confitentis. Ut notat *Jo. An. in c. testimonium. ante fi.*

Pœnitentiam se fecisse quis aliter probabit alius quis,

g *De Beneficiis Ecclesiasticis.* Non dicit de fructibus Beneficiorũ, quod aliud est: quia Beneficium dat jus in titulum, non fructus Beneficii. *ar. ut la. & na. per Jo. An. Extra. de ver. sig. c. pe. Extra. de præben. si tibi concessa. li.* 6. Aliud enim est jus Beneficiorum, aliud jus percipiendi fructus beneficiorum: ut notat *glo.* 1. *q.* 3. *si quis.* notat *Jo. An. Extra. de verborum sig. fi propter. in ver. fructus. li.* 6. Unde licet Ecclesia laico dari prohibetur ad firmam, non prohibetur ex hoc aliqua specialis ejus terra sic dari: ut notat *Jo. An. Extra. ne cle. vel mo. secundum.* Idem *Inno. ne prælа. vi. juss. c. fi.* exponit Ecclesiam, id est, obventiones Ecclesiasticas. Item inter Suspensum à Beneficio, & à fructibus Beneficii magna est differentia: ut notat *Wil. Extra. de ætа. & qua. ut bi. post prin. in Cle.* Sed contra credo juxta dictam exceptionem ipsius Beneficii. Expone ergo *Beneficia*, id est, percepcione fructuum Beneficiorum: ut notat *Gui. Extra. de elec. cupientes.* §. *cæterum. ver. Beneficiis.* ubi etiam de hoc per *glo. li.* 6. & quod notatur *infra in glo. proxi.* sequenti.

Beneficiũ & fructus Beneficii differunt.

a *Nulla*

z *Nullatenus intromittant.* Sed an ſaltem victum & veſtitum moderatum interim percipiant? *Gui.* tenet per plura argumenta, quòd non: ut notatur *Extra. de elec. generali. ver. aliquid percipere. li.* 6. idem tenet *glo.* 7. *q.* 1. *quamvis. in glo. Sed pro crimine.* ſed pietas ſuadet contra, ſi nihil aliunde habeant, unde vivant: maxime cum jam ſint pœnitentes & in ſatisfaciendo, ne forte ad turpia lucra convertantur. Ut legitur & *no.* 50. *di. ſtudeat. ar.* 16. *q.* 1. *ſi cupis. in fi.* in quo concordat *Gui. Extra. de elec. ſi compromiſſarius. ver. beneficiis. in fi. li.* 6. An ergo poſt ſatisfactionē fructus medii temporis recuperabit talis? Dic quòd non, per ea quæ notantur 50. *di. quis contumaces. Extra. de appel. paſtoralis. in fi. ar. C. de re mili. l. cum allegatis. li.* 12. Cui vero applicabuntur fructus illi? videtur dicendum, quòd utilitati Eccleſiæ, cui per hoc talis inferebatur injuria, ſeu ignominia. *ar.* 15. *q. ul. cum multæ.* 18. *q.* 4. *ſi quis in atrio.* 26. *q.* 1. *ſi quis rapuit.* quod dic per *Wil. Extra. de ætat. & qua. ut bi qui.* prope finem in *Cle.*

a *Nullatenus intromittant*: b alioquin c ipſo Jure d ipſis e ipſos *Decernimus* fore f privatos.

¶ g Volumus quoque, & diſtrictè Præcipimus, ut Archiepiſcopi & Epiſcopi diligenter faciant ſuper hoc per omnes Decanatus fieri h inquiſitionem, & quod Statuimus obſervari.

Nè ſuccedat in Eccleſia Filius Patri.

¶ Summarium.

Filii nequaquam ſunt in Beneficium à Patre quomodocunque poſſeſſum admittendi: admiſſi autem præſenti Statuto decernuntur eo privari.

i LIcèt adeò deteſtati fuerint Sancti Patres, quòd Beneficia Eccleſiaſtica poſſint k Jure hæreditario poſſideri, l ut in eis etiam ſit interdicta m ſucceſſio n ſobolis o benè

b *Alioquin.* Id eſt, ſi ſic Suſpenſus de hujuſmodi Beneficiis ſe intromiſerit ante ſatisfactionem condignam. Alias enim propter ſolam ſimplicem Fornicationem de benignitate canonica non debet Clericus deponi, vel privari; licet ſecus forte de Canonis rigore: ut *leg. & no.* 81. *di. Maximianus.* 2. *q.* 7. *lator. in prin.* Quid autem propriè ſit Fornicatio, habetur 36. *q.* 1. §. *cum ergo.* uſque in finem.

c *Ipſo Jure.* Hoc caſu tamen fertur Sententia Declaratoria delicti, ut notat *Gui. Extra. de homici. c.* 1. *in fi. li.* 6. *& e. li. de pœnis. ca. fœlicis. in glo. ver. infamis.* per eundem. *ff. de jure fiſci. l. ejus.*

d *Ipſis.* Sc. Beneficiis. Præſtat argumentum quòd immiſcens ſe Beneficio, à quo eſt ſuſpenſus, Jure quod in eo obtinet eſt ipſo Jure privatus. Hoc verum credo ubi hoc in Conſtitutione pœnaliter eſt adjectum. Ut hic legitur & notatur benè in *Extravag. Jo.* 22. *Execrabilis.* §. *ſtatuimus. in fi. ſuper ver. immiſcere.*

e *Ipſos.* Sc. Concubinarios. *Jo. de Athon.*

f *Privatos.* Cum jam contagioſi videantur. 24. *q.* 3. *corripiantur.* & dic *privatos*, ſc. perpetuo, ex quo ſine temporis præfinitione, & pro crimine, ut *ſc. & no. per glo. & decret. Extra. de conſtit. ex literis. Extra. de offi. lega. c. ſi. ne præla. vices ſu. c.* 1. *Extra. de elec. cupientes.* §. *antepe. ver. perpetuo, li.* 6. *infra. in Conſti. Otho. cùm in armis.* §. *pe. ai.* §. *ult.* Quod diſtinguit *Inno.* quia ſi pœna imponitur pro crimine cum cauſæ cognitione, & diffinitione: tunc perpetuò privatur, & ſtatim poſſunt ejus Beneficia conferri. Notatur *Extra. de. accuſa. inquiſitionis.* Si vero interloquendo, non expreſſa cauſa: tunc uſque ad abſolutionem cenſetur Suſpenſus. Idem notat *glo. C. de poſtu. l.* 1. *& Spe. ti. de leg.* §. *ſupereſt videre. ver. ſed nunquid poteſt.* Si autem cauſa expreſſa, quia contumacia vel offenſa, tunc uſquequo de illis ſatisfiat: ita quòd pœna tantum temporalis erit, ſc. quamdiu contumacia durat, ut in dicto *c. ex literis.* Notat *Inno. Extra. de ætat. & qua. c. cum bonæ.* & notatur in *Extravag. Jo.* 22. *Execrabilis.* §. *porro. ſuper ver. inhabilis.* Sed tunc quæritur: an diffinitivè privatum pro crimine, poſtea pœnitentem, Epiſcopus poſſet reſtituere? Videtur quòd ſic. 50. *di. Domino.* & ibi *no* Sed contra videtur per *Inno. Extra. de re judi. cum ſe.* ubi dicit, quòd Epiſcopi ſuper infamia diſpenſare non poſſunt. *ar. C. de pœnis. ſervus. Authen. de pace ten.* §. *ſi clericus. Coll.* 10. 50. *diſtin. c.* 1. Primam partem tenet *Inno. & Hoſti. Extra. de clericis conjuga. co. ſanè.* 2. ubi ſupplent, quòd tales publici fuerunt propter hoc à ſuis beneficiis privati, & tamen per Epiſcopum poſſunt reſtitui: ut ibi, & etiam notat *Wil. Extra. de conſan. & affini. c. unico.* 1. *Reſpon. ante fi. in ver. contrahentes. in Con. Cle.* Dicit *Jo. An. poſt Hoſti. Extra. de cle. non reſiden. ex tua. in fi.* quòd Epiſcopus ſolenniter degradatum, vel depoſitum, ut *Extra. de pœ. degradatio. li.* 6. reſtituere non poteſt: ſecus ſi verbaliter tantum. Idem notat *glo.* 50. *di. contumaces. in fi.* planius 2. *q.* 6. *ideo. Extra. de cle. exaministra. c. clerici. in fi.* Alibi tamen diſtinguitur inter depoſitum pro crimine, & contumacia: ut 7. *q.* 1. *ſi quis Presbyter.* in prima *glo.* de hoc in *Spe. ti.* 2. §. *nunc oſtendendum. ver. nono.* Primam diſtinctionem favorabilem reputo, & ſolennium *Doctorum* opinione ſuffultam, ut *ſuprà* patet. Sed contra videtur in hoc caſu, quod notatur per *glo. & omnis. Extra. de elec. cupientes.* §. *cæterum. ver. privati. li.* 6. Sed hoc facit verbum *perpetuo.* ibi poſitum ſecundùm *Jo. An.* vel ibi alias fieret fraus Legi: ut ibi *no. ar. c. ti. commiſſa.* §. *porro. li.* 6. quam fraudem in caſu noſtro reperiri non contingit: quia jam pœnitens ſupponitur, unde ſibi venia indulgetur *C. de hæreti. Manichæos. in fi.* propter fragilitatem carnis, cui pietas & clementia ſuadet miſereri. *C. de nup. l. imperialis.* Vel dic in contrario, utilitatem & proviſionem debitam Militantis Eccleſiæ principaliter expugnavit; ideo fruſtra quis auxilium expectat: *ff. de mi. l. auxilium*: ſed hic Eccleſiam Triumphantem primò & principaliter offendit, quæ non claudit gremium petenti. *C. de ſum. tri. liquet.* §. *nos enim.* Argumentum optimum pro ſolutione *Extra. de hæreti. c. nuper. li.* 6. unde etiam hæc Conſtitutio condignam pœnitentiæ admittet, ut *ſuprà* patet. Conſequenter quæritur, an Epiſcopus invito Patrono, vel ſine ejus conſenſu hujuſmodi Clericum depoſitum verbaliter, ſeu privatim reſtituere poſſit? Et determinavit *Goffr. Extra. de renunci. ex tranſmiſſa. in fi.* quòd non, per *l. C. de nupt. ſi ut proponis.* ubi in Matrimonio, per filiam reſtaurando poſt Divortium, requiritur conſenſus patris, ſicut à principio in contrahendo; *ff. de jure dot. l. Stipulatio.* quam ſententiam videtur amplecti *Hoſt. Extra. de offi. vica. ad hoc.* dicens conſenſum Patroni requirendum eſſe, ubicunque perpetuum Jus aliquid percipiendi in Eccleſia conſtituitur. *ar.* 16. *q. ulti. decrevimus. Extra. de dona. paſtoralis.* Item reſtitutio ſemper fieri debet abſque præjudicio Juris alieni. *Extra. de reſcrip. quamvis. li.* 6. ubi hanc quæſtionem pertractat *Jo. An.* Sed contra. *Extra. de Judæ. c.* 3. *& c. conſuluit.* legitur & notatur 23. *q.* 4. *Nabuchodonoſor. in prin. ar. ff. de no. oper. nunci. l.* 1. §. *ſi quis ædificium.* Finaliter ſolvit *Jo. An.* in dicto *c. quamvis.* poſt *Ian. & Hoſti. in dicto c. ex tranſmiſſa.* quòd ſi Epiſcopus præveniat in reſtitutione Patronum, quòd valet reſtitutio: alias non. Idem notat *Hoſti. de elec. innotuit.* facit quod *no. glo. ulti.* quæ eſt additio. *Extra. de con. cum acceſſiſſent.*

Reſtitutio fieri debet abſque præjudicio Juris alieni.

g *Volumus.* Tertia pars.

h *Inquiſitionem.* De tota hac materia ſequenti plenius dicam *infrà. c. ti. quoniam indecorum. in Conſti. Otho.*

i LIcet adeo. Conſequenter ſequitur hæc Conſtitutio ad priorem.

k *Jure hæreditari. 8. q.* 1. *apoſtolica.* ubi de hoc. *Extra. de ſi. Presby. ad extirpandas. & cap. ad abolendam. Extra. de Inſti. ad decorem.*

l *Ut in eis.* Id eſt, Eccleſiaſticis Beneficiis.

m *Succeſſio.* In Regibus tamen modernis temporibus ſucceſſio hæreditaria locum obtinet: ſed imperator per electionem creatur. Ut notat *Gui. Extra. de ſup. neg. præla. grandi. poſt prin. li.* 6.

n *Sobolis.* Videtur ergo hæc pœna reſtringenda ad filios tantum: contra tamen notatur quòd idem eſt in nepotibus, & cæteris deſcendentibus, quibus Jus ſuccedendi competeret: ut notat *glo. Inno. & Hoſti. Extra. de ſi. Presby. c. extirpandas.* & per *Hoſti. Extra. de arbitris. c.* 2. *ver. ſucceſſit.* & notat *Jo.* 8. *q.* 1. *apoſtolica. ar. ff. de verbo. ſig. l. filii. & l. liberorum.* Sed *Barth. Brix. in c. apoſtolica.* tenet contra cum prima opinione hic poſita, & *Goffr.* 2. *ſumma. de ſi. Presby.* §. *de hac. ar. Extra. de Re. Furis. in pœnis, cum ſi.* Hoc placet *Aza. ff. de ritu nup. l. lege.* §. *hoc capite. Inſti. qui tu. da. poſ.* §. *pe. in fi.* & hoc tenet *glo.* 56. *di. c.* 2. *in glo. Sed nunquid natura.* & Medicus totum vitium purgat, ut *infrà* legitur & notatur, & eadem ratione hæc pœnalitas non extenditur ad aſcendentes, ut plenius notat *Jo. An. Extra. de ſi. Presby. ex tranſmiſſa.*

Pœna impoſita an cenſeatur perpetua.

Privatum pro crimine an poſſit Epiſcopus reſtituere?

o *Bene.* Id eſt, legitimè. *Extra. de ea qui cognō. conſan. uxo. ſua. ſuper eo. in fi.* & patet *Extra. de ſi. preſ. ad extirpandas. cum ſi. ſuprà* notatis. Quid igitur dicemus de pulchris Dominabus, quæ abſentibus quandoque maritis earum, in guerris, vel alibi, inhoneſtos amatores admittunt, ex quibus eas impregnari contingit: ut propheratur de Regnicolis noſtris 56. *di. ſi gens Anglorum.* aliàs incipit *divulgatum eſt.* Credo certè, quòd eis videtur pœna perquam dura de infuſione aquæ maledictionis in venirem tali, prout à Domino præcipiebatur? *Moyſi. Num.* 5. *c.* ut *ſc. & no.* 2. *q.* 5. §. *in libro numque. Hujuſmodi quoque filii adulterorum in conſummatione rerum, & ub inæquitatis ſemen exterminabitur. Sapientiæ* 3. *c. in fi.*

a Da

natæ: quidam tamen [a] de nefario coitu [b] procreati, pede impudentiæ [c] Juris & [d] honeſtatis auctoritatem calcantes, [e] etiam in [f] Beneficia [g] hujuſmodi, [h] quæ [i] Patres [k] eorum [l] nullo medio [m] tenuerunt, [n] irrumpere, atque [o] auſu [p] temerario [q] detinere non formidant.

¶ [r] Hoc igitur Nos, qui ad [s] relevandum honeſtatis Eccleſiæ ſtatum ad partes iſtas accęſſimus, attendentes, [t] prohibendo Statuimus, & ſtatuendo firmiter Prohibemus, ut Eccleſiarum [u] Prælati [x] aliquos tales in Beneficiis hujuſmodi, quæ Patres eorum [y] quocunque titulo tenuerunt, in totum [z] vel in partem, quocunque [a] colore [b] vel fraude, [c] inſtituere vel [d] admittere [e] immediatè [f] de cætero [g] non præſumant.

a *De nefario coitu.* Quia per Conſtitutos in Sacris, licet conjugatos. 27. *q.* 1. *ut lex.* legitur & notatur *ſuprà. e. Con. innotuit.* Vel dic omnem coitum illicitum ſeu damnatum, qui ſit extra legitimum Matrimonium. 32. *q* 4. *meretrices.* Scias tamen, quòd tribus modis dicuntur nuptiæ illegitimæ. Quædam ipſo Jure, ut conſanguineorum vel Monachorum. *Extra. de iſton. c. unico. in Cle.* Quædam propter ſolennitatem omiſſam. 30. *q.* 5. *alter.* Quædam intuitu perſonarum, ut Sacerdotum: ut hic, & plenius *no. Gui.* 28. *di. Presbyterum non legalibus nuptiis &c.*

b *Procreati.* Nunquid ergo tales ſuos parentes alere tenentur? Dic quòd ſic, etiam præponendo eos cuilibet extraneo, ſi plus indigeant, aliàs ſecus. *ff. de li. agnoſcen. ſi quis à liberis. §. ſin. not. glo.* 30. *di. c.* 1. *immo.* Et hoc de bonis Eccleſiæ, ſi propria non ſuppetant. *ar.* 50. *di. ſtudeant. in fi.* benè notatur 31. *di. omnino. in fi.* Imò etiam econtra pater tenetur hujuſmodi filios alere, & eis etiam in Scholis neceſſaria miniſtrare: ut legitur & notatur per *Gui.* 30. *di. ſi quis derelinquerit.* quod maximè videtur, ſi matres talium non ſufficiant. *ar. ff. ad munici. de jure. in fi.* 86. *diſtinc. non ſatis. §. neceſſe eſt.*

c *Juris.* Ut legitur & notatur *ſuprà* in principio.

d *Honeſtatis.* Ut patet *de fi. preſ. cum decorem.*

e *Etiam.* Dictio implicativa eſt. *ff. de acqui. re. do. l.* 1. *& l.* 2. *C. de dona. inter vi. & ux. etiam. cum fi.* & dixi *ſuprà. e. Conſti. ad elidendum. §. nonnulli. ver. ſed etiam.*

f *Beneficia.* De quibus dixi *ſupra. ti.* 2. *§.* 1. *in glo. licet hoc per ſe.*

g *Hujuſmodi.* Id eſt, illa eadem. Sed nunquid ad Jus ſimile admittatur filius in eadem Eccleſia? Dic per *Hoſtì. & Jo. An. Extra. de ſi. preſ. ad hæc.* Aut quæritur de Jure difformi, puta, cum pater ejus fuit Epiſcopus, tamen filius nihilominus poteſt eſſe Canonicus, vel Archidiaconus, & econtra. *ar. ff. de Reg. Jur. hæreditas.* Aut quæritur de Jure contormi: tunc ſi jus ſit omnino diſtinctum, puta pater habuit unam Præbendam: tunc licet eandem filius immediate habere non poſſit, aliam tamen habere non prohibetur, in qua Jus novum acquirat: ſi tamen ibi non eſſet certus numerus Præbendarum, tunc nullo modo prohibendus videtur. *Extra. de ſi. preſ. c. dilectus.* Aut Jus unius ſub Jure alterius includitur, vel ſaltem ab eodem derivatur; tunc ſucceſſio in hujuſmodi Beneficio conſimili prohibetur: non enim filius poteſt eſſe Vicarius in Eccleſia, in qua pater proximus erat Rector. *Extra. de ſi. preſ. ad extirpandas. & c. Michael.*

Filius, an poſſit beneficiari in Eccleſia paterna?

h *Quæ.* Sc. Beneficia. Et nota quòd hujuſmodi dictio relativa ſemper neceſſariam relationem habet ad aliud, ubi refertur ad præteritum, vel ad futurum: puta, ſi dicatur in confirmatione Privilegii antiqui, ſive in Privilegio novo, contra immunitatem, quam hactenus habuiſtis, volumus vos Interdici, ſuſpendi, vel Excommunicari: nam tunc ordo conditionaliter poni videtur: puta, ſi diceretur, ſervus qui meus erit &c. *ff. de lega.* 1. *l. ſtichum qui meus erit. ff. de lega.* 3. *l. nuper. §. ſi. ar.* optimum *ff. ex qui. cau. ma. Julianus, in fi. & infra. e. Con. c. ulti. §. providean. ver. ſi quis.* Per quod ergo 19. *di. c.* 1. *ver. deſunt.* convincitur eſſe mala, niſi forte intelligant hoc, quando prius Privilegia rite fuerant publicata. *C. de teſta. publicati.* Aut indulgetur in Privilegio per dictionem *ſicut, vel ſecundùm morem præteriti temporis*, & tunc regulariter ponitur cauſative, ita quòd ipſo facto ſupponunt in Privilegiis, & fundamentis Canonum. *Extra. de præben. cum ſecundùm. Extra. de cenſi. ſopite. in fi. Extra. ne cle. vel mo. ſecundum.* de quo notat *Ber. Extra. de offi. dele. quoniam abbas, in glo. ſi. ar. Extra. de ver. ſig. abbate. §. pe. cum ſi* de hoc notatur per *Doc. Extra. de judi. quia W.* plenius de hac materia dic per *Gui. Extra. de priv. ſi papa. poſt prin. li.* 6.

Qui vel quæ relativè qualiter accipitur.

i *Patres.* Scilicet naturales.

k *Eorum.* Scilicet procreatorum ex hujuſmodi damnato, & nefario coitu. *Jo. de Anton.*

l *Nullo medio.* Alius enim veniens mediator disjungit, & interrumpit ſucceſſionem. *Extra. de ſi. Presby. ex tranſmiſſa.* Nunquid ergo excluſus una vice, ad idem poſſet admitti alia vacatione? Diſtingue. Aut quæritur in diverſo Jure, tunc dic quòd ſic, ut hic. *Extra. de elec. committa. §. parro. li.* 6. *ar. ff. de acqui. hæc. ſi tutor. in fi. de vulg. & pu. ſubſti. ſi is qui. ff. de ſuc. edic. l.* 1. *§. ſed videndum.* Nam tunc venit tanquam alius. *ff. de offi. & obli. ſi is qui ſtichum.* Fallit in caſu propter odium, puta, mortis imaginandæ. *ff. de ver. ob. qui Romæ. §. ulti.* Aut eodem Jure quo primo venit in alia vacatione; tunc ſi

Beneficium, an poſſit quis adipiſci, à quo ſemel fuit excluſus.

mixtus favor Fiſci, vel Reipublicæ, vel Eccleſiæ, & ipſius petentis ſe jam admitti; tunc jam admittur. *Extra. de ſup. negli. prela. ſicut. C. de proxi. ſacro. ſcri. l. unicuique. §. ſi. li.* 12. † Item ſi poſt primum neglectum nihilominus remaneat intitulatus; tunc enim in alia vacatione admitti poteſt abſque prædicto aliorum ſimilem gratiam obtinentium. Ut *Extra. de præben. ca. ſi clericus. §. verum. li.* 6. Aut eſt favor ſolius petentis; tunc ultra primam vicem non admittitur, cum extinctus & conſumptus fuerit titulus per primum neglectum: ut *Extra. de præben. ſi clericus.* 1. *Reſpon. li.* 6. *ff. quis ordo in bo. poſ. ſerve. ſi cubaredi in prin.* nam remittentibus actiones &c. *ff. de adi. edic. quæritur. §. ſi venditor.* Et de hoc *no. Extra. de renunci. c.* 2. *li.* 6. Hoc verum niſi illud † privilegialiter ſit indultum per acceptationis clauſulam vel hujuſmodi. *Extra. de conceſ. præben. c.* 1. *§. ex parte. ver. ſubjunctum. cum ſe. li.* 6.

M. S. † Idem.

M. S. † pœnitentiale.

m *Tenuerunt.* Non curo an juſtè vel injuſtè, quoad caſum iſtum. *ar. Extra. de præben. cum qui. li.* 6.

n *Irrumpere.* Id eſt, intus prorumpere. *ſuprà. e. Conſti. ad elidendum. §.* 1. quod uſurpationem, ſeu vitium notat. *ar. C. unde vi. ſi quis in tantum. & l. ſi.*

o *Auſu.* Id eſt, præſumptione damnabili, ut ſequitur.

p *Temerario.* Id eſt, doloſo, ſcientes ſe Jus hujuſmodi non habere: ut exponit *glo. ff. de judi. eum quem temere. in prin. Jo. de Anton.*

q *Detinere.* Factũ denotat, ut dixi *ſuprà. e. Con. cum ſit ars. in fi.*

r *Hoc igitur.* Tertia pars.

s *Relevandum.* Hoc pertinet ad Prælatum. *ſuprà. e. Con. in proœ. in fi. ar.* in hoc quod dixi *ſupra. Con. proxi.* 1. *Reſpon. ver. incorrectam.*

t *Prohibendo ſtatuimus.* De hujuſmodi modo loquendi dixi *ſuprà. e. Con. Sacram. poſt prin.*

u *Prælati.* Id eſt, Epiſcopi Diœceſani, vel alii, ad quos pertinet Inſtitutio: ut *infrà* patet. *Extra. de offi. Archi. cum ſatis.*

x *Aliquos tales.* Ex nefario coitu procreatos, ut patet *ſuprà. e.* 1. *Reſpon.*

y *Quocunque titulo.* Perpetuo. *ar. ff. de adopt. quæſitum.* Sed propter generalitatem hujus literæ videtur idem dicendum ſi titulo temporali, puta Commendæ, qui titulus Canonicus dicitur ut notat *Gui. Extra. de elec. nemo deinceps. li.* 6. Solutio. Primum verius videtur; cùm Jus perſeverans non habeat: ut ibi *no. Gui. in glo. hic arguitur. ff. de in rem verſo. ſi pro patre. §. verſum. ff. ad Trebell. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. de acquiren. poſ. non videtur.*

z *Vel in partem.* Puta, in portionem vel penſionem, quod omnino prohibetur: ut legitur & notatur *ſuprà. e. Con. cum ſit ars.*

a *Quocunque colore.* Sic *Extra. de immu. eccle. cum clericis. §.* 1. *li.* 6. *ſupra. e. Conſti. alicubi. in fi.*

b *Vel.* Pro id eſt. Nam per colores, & adinventiones Legum præcepta prævaricantur plerumque. *Authen. de conſul. §. penult. Coll.* 4. & notatur *Extra. de Reg. Jur. c. ulti. li.* 6.

c *Inſtituere.* Auctorizabiliter.

d *Admittere.* Eſt enim multiplex admiſſio, auctorizabilis, & corporalis: ut *c. cum ſatis. de offi. Archi.* quæ corporalis duplex eſt. Quædam habens plus Juris, quàm facti. *ff. de acquiren. poſſeſſ. l. poſſideri. §.* 1. *quod meo. §. pe.* Quam admiſſionem ſibi vendicat Capitulum *Eborum* in Prædendis ibidem. *Extra. de concel. præben. poſt electionem.* Quæd m verò plus facti habet. *ff. de acquiren. poſ. cum hæredes. in prin.* de qua dixi *ſupra. e. Con. ad elidendum. §. ſi. in glo. hoc tamen licet.* in principio.

Poſſeſſio quædam habet plus juris quam facti, quædam plus facti quam juris.

e *Immediatè.* Dixi *ſuprà. in ver. nullo modo.*

f *De cætero.* De hoc dixi *ſuprà. e. Con. Eccleſias. in fi.*

g *Non præſumant.* In vitium ſonat ſecundum *Gui. Extra. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. ver. præſumat. li.* 6. Contra Canonet quoque venire ex certa ſcientia præſumptio eſt. *Extra. de ma. & ob. illud.* idem de *clandeſti. deſponſa. c. fi. §.* 1. Sed ad hunc textum opponitur. Nam Spurii poſſunt Dignitates adipiſci. *ff. de decur. l. ſpurii.* Immo nullum paternum delictum innocenti filio pœna eſt. *ff. de decur. l.* 2. *§. nullum.* Solutio. Hoc in Eccleſiaſticis ſpeciale eſt propter ſucceſſionem vitandam: *ut leg. & no. ſuprà. c. in. prin.* Vel latius dic, contraria loqui in Dignitatibus ſæcularibus, hic in Eccleſiaſticis, ubi ſtatuit Eccleſia, ne filii Presbyterorum promoveantur ad Curam ob reverentiam Sacramentorum, & in deteſta-

teſtationem paterni criminis: ut quia per tales ſolet Eccleſiaſtica ſubſtantia deperire. *ſuprà. e. Con. innotuit.* §. 1. *l.* & *no.* per *Gui.* 56. *d. c.* 1.

a *Illos vero.* Tertia pars, & ſupple, ſc. filios ex hujuſmodi damnato coitu procreatos.

b *Jam.* Id eſt, tempore publicationis hujus Conſtitutionis.

c *Beneficia hujuſmodi.* Quæ immediatè tenuerunt patres eorum.

d *Omnes.* Aliàs, eos.

e *Decernimus.* Reſpicere poteſt textum proximum præcedentem, vel ſubſequentem, juxta punctuationem diverſam; quaſi diceret, Decrevimus prælenti Statuto tales fore privatos, ſc. prius per Canonem, *Extra. de ſi. Presby. ad abolendam. cum ſi. ſuprà. in prin.* ita quòd hæc ſit executio declarativa illorum Canonum, alioquin poſſet dici ſuperabundare.

f *Privatos.* Sc. perpetuò, cùm cauſa privationis ſit perpetua per legem definita: ut dixi *ſuprà. Con. proxi.* §. *pe. ſuper. e. ver.*

¶ [a] Illos verò, qui [b] jam illicita [c] Beneficia hujuſmodi ſunt adepti, [d] omnes præſenti Statuto [e] Decrevimus fore [f] privatos.

De Latronum Receptoribus.

¶ Summarium.

Quicunque protexerit, defenderit, aut hoſpitatus fuerit, quem norit, aut manifeſtum ſit eſſe Latronem, & tertiò etiam publicâ & generali admonitione admonitus non ejecerit, Excommunicationis ſententiam incurrat.

g CONtra Latronum [h] flagitia, [i] quibus nimis [k] abundat Regio *Anglicana*, [l] quod nequaquam eſſet, [m] ut accepimus, niſi eos [n] majores [o] defenderent [p] vel tenerent, ſic Duximus ſtatuendum, [q] ut nemo [r] eos [s] protegat, defendat, [t] ſeu [u] teneat, in domibus, vel [x] in locis alicui conceſſæ excuſatur: cum tenderit ad interitum hujuſmodi Privilegii. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de deci. ſuggeſtum.* Licet enim valeat hoc caſu libertas, nè de talibus fiat executio, niſi per Ballivos hujuſmodi libertatis. *ar. Extra. de fo. compe. c. ſi diligenti. cum ſi.*

g *Contra latronum.* Sc. famoſorum. *ar. ff. de pœ. capitulum.* §. *famoſos. Authen. de pace te.* §. *publici. Coll.* 10. quod intellige juxta morem patriæ de publicè judicatis utlegatis, & ſimilibus. *ar. ff. de interdict. & regula. auxilium. & l. ſe. in prin.* Vel forſan idem eſt juxta intentionem ſtatuentis, ſi aliàs ſit notorium: ut notatur *ff. de recep. l.* 1. *in fi.* etiam per Communem famam tantum. *ar.* in hoc quod notat *Vincen. Extra. de divor. c. porro* §. *præterea.* ùt recitavi *ſuprà. e. licet adeo.* 1. *Reſpon. in ver. publicè.* Hoc etiam denotat propria ſignificatio famoſi latronis, de quo notatur 23. *q.* 3. *ſi quis.*

h *Flagitia.* Id eſt, delicta flagellis digna, & ſecundùm *Papi.* ſunt flagitia, quæ in Deum peccavimus, facinora, quæ in homines. *ar.* 32. *q.* 2. *flagitia.* Vel ſecundùm *Iſid.* flagitium eſt quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpendum ſeipſum. Facinus verò vel ſceluſ, quod alteri noceat: & hoc notat *Gui.* 8. *di. quæ contra. in prin.*

Flagitium & facinus differunt.

i *Quibus.* Sc. latronibus.

k *Abundat.* Immo quod dolendum eſt, indies abundantius tales producere non expavet: unde multis ſic graſſantibus exacerbando ſupplicii opus eſſet exemplo. *ff. de pœ. aut facta. in fi.* Notat *Gui. Extra. de conſti. ut animarum. li.* 6.

l *Quod.* Sc. quæ latronum abundantia.

m *Ut accepimus.* Lex etiam hoc habet pro experto. *ff. de offi. præſi. cong uit. & ff. de recep. l.* 1. *Extra. de hæreti. excommunicamus.* §. *credentes. Authen. de ſtatu. & conſuetu. liber. ec.* §. *credentes. Coll.* 10. *Extra. de pœ. falſcù. piſt prin. li.* 6. & ibi notat.

n *Majores.* Putà Regni Proceres, ut manifeſtè patet ad oculum; quibus non ſufficit oppreſſio propria, ſed per damnabilem manutentiam ſuam (ut ita loquar) in robis, & aliis protectionibus induunt diuloide malefactorum delicta, de quibus *infrà. in glo. proxi.*

o *Defenderent.* Defenſor quidem duplex eſt: ut *no. Gui. Extra. de hæreti. c.* 2. quem ſequitur *Jo. An. Extra. de pœ. c.* 1. *in glo. quia litera. in Clem.* Quidam enim dicitur defenſor, id eſt, delicti auctorizator: & talis gravius punitur, quam agens. 24. *q.* 3. *qui aliorum errorem.* notatur. *q.* 1. *notum. Extra. de offi. dele. c.* 1. Quales reputo dictos Majores, qui malefactores prædictos nedum in jam commiſſis facinoribus tuentur, ſed etiam in committendo ſcienter defendunt. Alius eſt defenſor, qui poſt delictum defendit; fortè impediendo ne delinquens Judici præſentetur examinandus vel puniendus: 21. *q.* 5. *ſi quis cujuſlibet.* & *c. ſe.* 27. *q.* 1. *ſi cuſtos.* §. *ſi.* vel ne fiat executio contra eum. *Extra. de offi. dele. ex literis.* Et talis defenſor ſimili, ſeu pari modo debet puniri cum delinquente; ſic intelligo textum *delinquentem.* 11. *q.* 2. *qui conſentit.* Sic intellige notata *infrà. in Con. Otho. ad tuitiam.* §. *nos igitur. ver. vel conſenſum. in fi.* utrumque defenſorem prædictum credo hanc Conſtitutionem velle coarctare; cum *infra.* dicat *protegat ſeu teneat. Extra. de pœ. falcis. poſt prin.* ibi, *poſtea recep averunt vel defenſaverunt &c. li.* 6.

Defenſor eſt duplex.

p *Vel tenerent.* Receptando eos in familiam publicè per potentiam, vel etiam per terrores, vel eos etiam occultando, & ſupple, ſcienter: ut legitur & notatur *infra. e. ver. ſciverunt. in prin.* Tales itaque receptatores non minus delinquunt, quam ipſi latrones. *ff. de incen. rui. nau. l.* 3. §. *Lex ver. non tantum. & ver. ſequenti*

q *Ut nemo.* Sc. extraneus. Secus de conſanguineis & affinibus. *ff. de recep. l.* 1. & 2. Ratione enim conſanguinitatis plura fiunt, ut *le. & no. Extra. de elect. ſciant. ver. conſanguineos. lib.* 6. *ff. de in jus vo. l.* 1. & 3. *ff. de contraben. emp. l. qui officii. ff. de leg.* 1. *ſi domus.* §. *qui confitetur.* Unde & pœna ex hoc minuitur. *ff. de ſuſpec. tuto. ſi tutor.* legitur & notatur *ff. de injuri. veſtem. ar. ff. de recep. l.* 2. *ff. de adult. ſi adulterium.* § *liberto.* Tu dic hunc Legatum prævidendo conſideraſſe multitudinem ſic occultantium, & frequenter inter perſonas hujuſmodi conjunctas, ita quod multis graſſantibus &c. ut notavi *ſuprà. ver. abundat.* ſic quod ſententia hujuſmodi in favorem publicum lata etiam pro inquas afficit. Unde *Romulus* fratri ſuo *Remo* non pepercit. *ff. de re. di. l. ul.* Cui ſententiæ applaudit obſervantia *Anglicana.*

r *Eos.* Scil. latrones.

s *Protegat.* Sc. Palam, ad differentiam literæ quæ ſequitur. Nec prætextu alicujus libertatis, fortè per modum Regalitatis

t *Seu.* Hujuſmodi dictio licet de natura propria disjungat, quandoque tamen eſt diſpoſitionis ampliativæ. *ff. de ver. ſig. ſæpe.*

u *Teneat.* Sc. occultè. *ar. Extra. de homici. c.* 1. §. *ſi. ver. occultaverit. li.* 6. An ergo Clericus hujuſmodi latronem abſconditum indicare teneatur? *ar. Inno.* poſt *Ber.* pro & contra *Extra. de furtis. qui cum fure. in glo. ſi.* & tenet *glo.* quòd non. *ff. de condi. ob turpem cau. idem. ver. repeti. de præſcrip. l. ſolent.* dicit tamen *glo.* 22. *q.* 2. *ſi quis per capillum. in fi.* quod puto Officio Judicis cogitur talem indicare. Quæ *glo.* locum habere poſſet in Laicis, & ubi non infligeretur pœna mortis, ſed dupli vel quadruplici, ut regulariter loquitur totus titulus *De furtis*, aliàs ſecus, maximè in Clericis: quia tunc potius expedit tacere, quàm prodere talem. 22. *q.* 2. *ne quis arbitre. ar. ff. de furtis. qui vas.* §. *qui furem.* Eviter tamen Clericus hoc caſu detentionem hujuſmodi voluntariam propter periculum poteſtatis ſæcularis, & caute ſtudeat eum amovere. *ar. ff. de rei ven. ii qui deſtinavit.*

Latronem abſcondita an teneatur Clericus indicare.

x *In locis fidelium.* Si ergo in locis infidelium, *Judæorum*, hæreticorum, vel hujuſmodi, heret detentio, non videtur à contrario ſenſu hæc Conſtitutio locum habere. *ar. ff. de offi. ejus cui man. eſt juriſ. l.* 1. §. *hujus rei.* Nam tantum valet Argumentum à contrario ſenſu, ſicut Lex ipſa: ut *no. ff. de teſta. l. qui in teſta.* §. *mulier. C. de juriſ. om. judi. nemo. le. & no.* 8. *q.* 1. *ſciendum. propè fi.* Sed dic contra, ſcilicet hic vacare illud argumentum, ut legitur & notatur *C. de epi. & cle. conventiculam.* & ibi per *Cy.* & *C. de condi. inſer. l.* 2. §. 1. Circa cujus ſolutionem vacillat *glo.* in dicta *l.* 2. §. 1. Dicunt ergo quidam ſecundùm Logicos, Aut arguitur uniformiter à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, tunc tenet argumentum, ut Judex delegare cauſas meri imperii non poteſt, niſi ſe abſentet; igitur ſi ſe abſentet, delegare poteſt, ut in dicto §. *hujus rei.* ſicut *no. glo. Archidi.* à conſequenti deſtructo. *C. de lato. l.* 1. *in fi. li.* 10. Aut arguitur à deſtructo antecedente: tunc non tenet argumentum, ut *ff. de furtis. quidam tabularum. in prin. in ver. non poteſt.* verbi gratia, ubi competit actio furti, ibi & actio vi bonorum raptorum, ergo ubi non competit actio furti, nec etiam competit actio vi bonorum raptorum: hoc autem ſequitur *ff. vi bo. rap. l.* 2. §. *& generaliter.* & ſic vult ſolver. *glo. ff. de ver. ob. hoc jure.* Sed tu dic ſecundum Legiſtas, quòd ubi deſtruitur cauſa finalis cauſæ principalis, & ſic arguitur à defectu cauſæ: tunc Argumentum hujuſmodi tenet, ut dicto §. *hujus rei. cum ſi. ar. ff. de ritu nupti. ſi quis tutor.* §. *pe. ver. quamvis.* nam tunc arguitur à cauſa ad effectum, ut ibi. Sed ubi per hoc non deſtruitur cauſa finalis, ſed quædam impulſiva tantum, manente cauſa finali, vel ubi contrarium reperitur in Jure: tunc hujuſmodi Argumentum non tenet, ut dicta *l. conventiculam.* ut patet *Authen. de pace jura. fir.* §. *conventiculas. Colla.* 10. & hoc ſic *no. Gui. Extra. de elect. cupientes.* §. *ad hoc. in ver. non conſentit. lib.* 6. Idem dicit *Jo. An. Extra. de elect. publicato. in ulti. glo. ante quintum.* De hoc *no. Wil. Extra. de vi. & ho. cleri. quoniam.* §. *ſi talis.*

Argumentum à contrario an æquipolleat legi, & teneat.

in

in ver. illud. in Can. Cle.

2 *Sciverint.* Licet manifestum non fuerit, ut innuit litera sequens. Quod potest esse verum, dum tamen alias communiter hoc fuerit reputatum: & sic dicitur occultum aliquid, quia delictum perpetrans inde non est accusatus, nec convictus, nec etiam notorius: & tunc justè quis se abstrahit à Communione ubi scandalum non oritur, ut hic, Secus tamen, si cum scandalo maxime Judex vellet talem abjicere; ut patet exemplum de *Juda*, qui ideò à numero Apostolorum non fuit ejectus: quia non fuit accusatus. 2. *q.* 1. *nihil. & c. unus.* & sic intelligo notata per *Gui.* 28. *distin. c. fi.* Sed in penitus occulto non debet fieri subtractio, nec objectio in publicum, 6. *q.* 2. *si tantum. & c. placuit. cum si.* immo nec denunciatio Superiori, absque charitativa monitione præcedente: nisi illud esset tale peccatum occultum, quod inferat proximis nocumentum temporale vel spirituale; puta, traditio Civitatis hostibus, vel occulta Hæresis, multos occultè à fide devians: nam cum hujusmodi casibus peccet in alios, statim denunciabitur, etiam monitione non præmissa: nisi forte sciret denuncians, quòd ad ejus monitionem vellet statim corrigi: nam tunc quilibet debet sic corrigere absque præsumptione vel protervia, ut illius fama non lædatur. Et hoc plenè notat *Gui.* 2. *q.* 1. *si peccaverit. ante si.* Summe, & signanter dicit *sciverint*: injustum enim esset ignorantem obligari, 34. *q.* 2. per totum. Et ipsi notatur in *c. in lectum. Extra. de consti. ut animarum.* 1. *Reffon. li.* 6. *ff. loca. si ignorans. in fi.* nisi facinorosus esset notorius, ut notatur *ff. de recep. l.* 1. *in fi.* patet *infrà. ver. proxi. a g. Extra. de cle. excom. mi. Apostolicæ.* & quod *no.* 23. *q.* 1. *paratus in ver. nescire.* Et quando scientia præsumitur notant Doct. *Extra. de Regu. Juris præsumitur. li.* 6. & notat *Wil. Extra. de concessi. præben. c.* 1. §. *fi. in Cle. no. etiam glo. & Hosti. Extra. de elec. innotuit. ver. ignorantiam.* Nam in his quæ aguntur publicè, & quæ quis tenetur indagare, præsumitur scientia. 17. *distin. quod dicitur. ar. ff. de instito. actio. sed & si.* §. *præscribere. C. de libera. cau. l. filium.* legitur & *no. Extra. de postu. præla. c.* 1. §. 1. *ar.* pro hoc *ff. & C. de magistra. convenien.* per totum. & in dicto *c. innotuit.* Sed contra: quia idem in occultis, & non indagandis, scilicet quòd scientia præsumitur. 34. *q.* 2. *in lectum.* Tu vero in dubio distingue. Aut actus incipit ab ipso †prætendente ignorantiam, sicut quando gratia incipit ab ipso impetrante: tunc de scientia præsumitur. *Extra. de præben. si motu. li.* 6. *ff. quòd quisque juris. l.* 3. *in prin. ff. de Reg. Juris. qui cum alio.* & multum de hoc notat *Wil. de consan. & affi. eos. prope prin. in Consti. Cle.* Aut actus incipit ab alio, puta à concedente, ut *eo. c. si motu.* tunc refert. Aut agitur de actu transeunte seu momentaneo, quem nulla præambula præcedunt, nec sequela subsequitur: tunc stat regula, quòd ignorantia præsumitur: *C. de temper. & repa. ap. l.* 1. *Extra. de præben. si beneficia. li.* 6. *ff. de admi. tu. hic autem.* puta vocatus est quis ad munus aliquod vel electus, qui fortè fuit in vinea vel in agro, seu occupatione alia, in tali actu præsumitur quis ignorans, ut dictis legibus; multo fortius, si quis fuerit extra Provinciam tempore Proclamationis. *ar. Extra. qui ma. accu. possunt. in tua. ff. de decre. ab or. fa. l. ulti.* & notat *Gui.* 16. *distin. c. ulti.* Fallit hæc regula in his, quæ aliquis indagare tenetur, nisi in illis diligentia sit adhibita: tunc ex hoc, ut prius, ignorantia præsumitur, ut notat *Hosti.* in dicto *c. innotuit.* & *Jo. An.* in dicta regula *Præsumitur. li.* 6. Aut agitur de actu permanente, qui durationem habet successivam, vel ubi aliqua præambula præcedunt: tunc præsumitur scientia: ita saltem quòd ignorantiam allegans, eam probare habet. *ar.* in hoc quod notatur *infrà. in glo. proxi.* Sic est in scientia, ad quam pervenitur per modos, terminos, & processus, & successiones: ut notat *Compost. Extra. de elec. quòd sicut.* & *Inno. Extra. de causa poss. cum olim.* tunc igitur præsumitur scientia; quod verum est parte in Judicio defensa, *ff. quando appellan. sit. l.* 1. §. *fi.* aliàs secus, ut ibi. Et notatur *C. de libera. cau. fi u.*

b *Vel manifestum.* Per modum quem dixi *suprà. c. in glo.* 1. hujus capituli, ubi de hoc remisi. Materiam verò Notorii ex certa scientia hic pertractio, suppositis *glo. magistralis.* 2. *q.* 1. *manifesta.* & per *Inno. de cohabi. cle. & mu. tua.* per *Hostien. e. situ. vestra.* Primo scias, quòd in Jure reperitur rumor, puta, quòd maritus sit occisus in partibus longinquis: tunc verò si sit opinio Communis, vehemens & probabilis super hoc, tunc uxor talis potest convolare ad aliud Matrimonium; *ar. ff. de acquiren. hære. cum quidam.* §. *quid si ipse.* si autem levis fuerit & improbabilis, puta, à quodam famulo uxoris hoc audivit: tunc non contrahit cum effectu. *e. ti. si quis mihi bona.* §. *planè si rumor. Extra. de spon. in præsentia. Extra. de eo qui cogn. consan. uxo. su. super eo. in fi. ar. Decret. distin. Extra. de sen excom. c. inquisitioni* dixi *suprà. e. Consti. ad elidendum.* §. 1. *ver. contra doctrinam.* Item reperitur in Jure *fama*, quæ duplex est, una de homine, quæ definitur in *c. vestra.* sc. quòd quis laboraret habere nomen honesti hominis: *Extra. de præsump. ex studiis. ff. de Trebelli. præcm.* §. *si vero.* de qua si dubitetur, ad locum conversationis recurritur. *Extra. de elec. post. nam* Alia est fama inter homines, quæ definitur esse vehemens opinio vulgi seu vicinię ejus de quo quæritur consentiens, quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione, interdum à certo, interdum ab incerto auctore proveniens. Ut colligitur in dicta *glo. magistratu. ar. de consc. di.* 4. *sanctum. in fi. Extra. de testi. cum causam. & de præsumpti. cum in juventute. secundùm Hosti.* & notat *Spe. ti. de notorio crimine.* §. *fama.* ubi multum tractatur de hac materia. Unde quæritur an hujusmodi fama inter homines ad probationem sufficiat? Distingue. Aut quæritur in actu consonante naturæ, ut si dicitur fame se aliquem esse mortuum; tunc non sufficit. *ff. de testi. l.* 3. §. *ejusdem. ar. ff. de acquiren. hære. si quis mihi bona.* §. *sed verum. Autben. de hæc. & Felici.* §. *si vero absunt. Coll.* 1. legitur & *no.* 24. *q.* 1. *c.* 1. *no. C. so. ma. si quid.* dicam *infrà. in Consti. Otho. amoris.* § 2. *ver. ubi per testes.* Aut quæritur in actu alio, qui necessariò non imitatur naturam, ut si dicam te mecum contraxisse, vel te hominem occidisse: tunc fama per se non sufficit ad probationem veram sine aliis adminiculis; notatur 3. *q.* 7. §. *tria. post prin. ver. dum putaretur. ff. de offi. præto. barbarius. ar. Extra. de probati. c. antepe. Cine de statu defunc. si mater.* notat *glo. Extra. de præsump. illud. in fi.* Præsumptam tamen quandoq; probationę inducit fama, ita quòd ei standum, donec contrarium deceatur. Secundùm *Hosti. ar. ff. de evicti. si dictum. C. de testi. l.* 1. Per quot testes probatur fama: dic per duos juratos majorem partem vicinię sic fętire: ut notatur *ff. de testi. l.* 3. §. *ejusdem in fi.* Idem dico de notorio: ut *no.* 2. *q.* 1. *quando.* ubi de hoc, & 4. *q.* 3. Idem dico in testibus: nam cum notorium sit crimen cui testis est populus, intelligo non solum fama, sed rei notitia, & cujus dissimulationi non est locus. Intelligo quæ movere judicem possit, & probatur hæc definitio *ff. de ritu nup. palam.* ergo per duos testes sic deponentes satis probatur Testimonium populi. Item, & probatur Notorium per evidentiam facti. Ut notat *Gui.* 2. *q.* 1 *manifesta. ar. e. quæst. quæ Lotharius. & c. zelus.* Item publicum in Jure reperitur, de quo plenius dixi *suprà. e. Con. licet ad profugandum. ver. publicè.* Reperitur etiam in Jure Manifestum, & illud regulariter ex scientia, & certo auctore procedit. *ff. de testa. hæredes. in prin.* tunc si sit tale quod probari faciliter potest in Jure, licet per partem adversam negetur: tunc, hoc si probato, condemnabitur sine *plurali. de sen. ex. solet.* §. *in prima. li.* 6. Quod si probari non potest, indicetur purgatio infamato, *Extra. de coha. cle. & mu. tua.* ad quam demum deficiente probatione deveniendum est. *Extra. de proba. ad nostram. C. de pœna judi. qui malè judicavit. Auth. novo jure.* si autem sit manifestum vel evidens in terra vel Judici constet tunc sine pluri condemnabitur, *Extra. de coha. cle. & mu. vestra. & c. fi. de divor. c. perro.* notatur per *Ber. & Hosti. Extra. de jurejur. ad nostram.* 3. & plenè per *Hosti. Extra. de pur. canо. cum dilectus.* etiam negatione adversarii non obstante, cum hujusmodi manifestum sit inexpugnabile, legitur & notatur *C. qui & adver. quos. l.* 1. *C. de diver. offi. l. fi. li.* 12. Hoc autem respectu manifestum se habet pro effectu rei jam manifestæ: sic alias dicitur contumacia manifesta, ut legitur & *no. per Jo. An. Extra. de dolo. & contu. c. unico. in fi in cle.* & sic accipitur promiscuè quandoq; pro Notorio, ut dicto *c. ad nostrâ.* 3. *Extra. de ver. sig. cum olim. in fi.* quandoq; pro publico vel fama, ut hic remisi *in prin.* hujus *glo.* & notat *Gui. Extra. de offi. dele. c.* 1. *ver. manifestus. li.* 6. De Notorio verò sequitur plenius videre; cum materia quotidiana sit. *ff. de libera. lega. l. legavi.* Nam triplex est Notorium, ut *no. dicta glo. magistrâl.* de quibus dixi *suprà. in prin.* hujus *glo.* Est enim quoddâ facti transeuntis, ut si dicat aliquem deliquisse actu momentaneo, seu bona Ecclesiæ alienasse: ut *Extra. de accu. evidentia. In. de injuri.* §. *ater. x.* & tali, nisi fiat Judicis Præsentia, *Extra. de elec. bon. c.* 1. probabiliter negatur secundù *Inno.* in dicto *c. tua.* juncta dicta *Dec. e. ad nostram.* 3. & *Extra. de fortileg. c.* 2. 1. *Reffon. C. de pa. l. Decurionum.* Istud quoq; Notorium deprehenditur, & probatur juxta arbitrù bori Judicis. *ff. de instito. l. sed & si.* §. 1. *de ver. ob. continuus.* §. 1. Si tamen judicialiter fiat, tunc est expugnabile. *C. de testi. l. nulli.* Sic dicitur Notorium æquiparari sententiæ. *ff. de act. emp. & ven. Lamprid.* Aliud est Notorium facti continui, puta, Beneficiatus continuè detinet concubinam, ut dicto *c. vestra. suprà. e. Con. licet ad profugandum.* cù Præce. liberi quoq; eorum utuli. ut contra ignè, *C. de nup. si vicinis. Extra. de divor. significasti. Extra. de excess. prala. gravem.* secundùm *Hosti.* vel Clericus diu detinetur in carcere: *Extra. de appel. dilectus filius decano.* 2. *q.* 1. *scelus. C. quando provo. non est ne. veteranus.* tunc nullus ordo Juris requiritur, ut dicta *Decre. ad nostram.* 3. & *c. tua.* legitur & *no. C. de ap. civet.* Ratio est inter istaquia non est tanta evidentia in facto transeunte, seu interpolato, ubi requiritur semiplena probatio. *Extra. de usur. cum in Diœcesi.* sicut in facto continuo. *ar. C. de arbi. l. pe. in fi. cum l.* ubi contraria *ff. de excu. tu. spadonem.* §. *qui absolutus.* ubi de hoc per *Dig.* Intelige ergo quòd in Notorio facti continui non servatur ordo, nec etiam facti transeuntis judicialiter Notorio: cum ibi nec accusatur, nec testis deferatur, ut in dicto *c. evidentia. C. de pa. qui sententiam.* Et secundùm quosdâ in hoc creditur verbo Officialis publici: *C. de accu. l. ea quidem.* quod non probat lex illa, sed qd in Notoriis non admittitur accusatio, nec

Scientia an præsumatur.

† *Al.* Petente.

Rumor quid est.

Fama est duplex.

Fama an probet.

Notorium per quot testes probari possit.

Manifestum qualiter probatur.

M S. Pluri.

Notorium est triplex.

inſcriptio, & quòd proceſſus & ſententia Notorii poteſt retractari, ſi probetur fallum idem quod dicebatur Notorium, ut ibi, & hoc per ſupplicationem. *C. de preci. impera. offe. Authen. quæ ſupplicatio.* ſecundum *Hoſtien.* in dicto *c. tua.* Aliud eſt Notorium Juris, puta cum quis judicia iter eſt confeſſus, vel condemnatus, ut *ſupra* tetigi *ar. Extra. de ver. ſig. cum olim ff. de ſta. ho. ingenuum. ff. de confeſſ. ſi is cum quo.* quod tamen Notorium juris, quoad ſui formam, quandoque negari poteſt. *Extra. de re judi. ſicut.* Aliud eſt Notorium Præſumptionis, ut *ff. de in ju. vocan. l. quia.* & hoc negari poteſt. *ff. de bis qui ſunt ſui vel alie. l. filium.* Habita ergo diviſione Notorii, quæro nunquid in Notoriis recipiatur appellatio? Dic aut eſt tale quod negari non poteſt, ut l. g tur *C. quo um ap. non reci. l. 2.* & notat *Jo. Andr. Extra de offi. dele. c. 1. li 6.* tunc non poteſt appellari: ut *2. q. 6. §. ſunt quorum Extra. de ap. pervenit. 1. & c. propoſuit. ff. de ap. ſi conſtat.* immo in hujumodi Notoriis, vel executionibus non requiritur monitio legalis præcedens, *ar. Extra. de ap. cum ſit.* legitur & *no. per Abbatem*, & *Jo. And. c. ti. re prehenſibilis. 1. Reſpon. in fi.* niſi ergo modus excedatur in inflictione pœnæ, & in talibus locum Appellatio non habet: *Extra. de offi or. irrefragabili. §. 1. in fi.* aliàs autem, ſi tale ſit Notorium quod negari poſſit, de quo præſidi: tunc poteſt appellari. *C. de ap. civer. Extra. de ap. Romana. §. ſi autem poſt. li. 6.* Nunquid ergo in Notoriis admittatur juſtificatio ſeu accuſatio? Videtur quòd ſic, ut in confeſſione. *Extra. de accu. cum dilectus.* Item licet lex conſideret in ſe factum tantum, ut factum: Judex tamen, miniſter legum, habet conſiderare factum qualificatum. *C. de adul. mariti. §. quæſitum. in fi. ff. de pœ. hodiè. & l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de re milc. omnes. § ſi per unum.* Videtur contra *Extra. de ap. perveni.* ubi hoc videtur tenere *Inno.* ne detur materia differendi pœnam. *C. de pœ. cum res.* De hoc notatur per *Gui. & Jo. An. Extra. de offi. dele. c. 1. li. 6.* ubi etiam nota qualiter Notorium, ſi negatum fuerit, probari poteſt. Dic ut prius. Aut eſt tale Notorium ubi non eſt locus juſtificationi; tunc juſtificatio non admittitur, ut *ſupra* dixi: puta quando factum, & ea ita facti ſunt Notoria. *Authen. de pa. tenen. §. ſi quis hominem. Colla.* 10. ſic intelligit *Inno.* in dicto *c. tua.* ibi, *ſed dices* &c. cum quo concordat *Hoſtien. ibidem.* Aliàs bene admittitur juſtificatio, *ar. ff. de jure fiſci. l. in fraudem. §. Iona.* ubi locus juſtificationi eſt. *Extra. de reſti. ſpo. olim. & c. cum ad ſedem. & c. ſe. ff. de quæſti. l. 1. §. divus Severus. cum ſi* Sed nunquid in Notoriis requiratur citatio? De hoc diſputat *glo. 2.* in dicto *c. de pluri. & c. ad noſtram. 3. de jurejurando.* Dic ut prius quòd ſi Notorium ſit tale, quod juſtificari poteſt, vel probabiliter inficiari poteſt: tunc citatio eſt neceſſaria, articulus dandus, & defenſiones audiendæ: *ar. Extra. de accu. qualiter. 2. §. debet. ar. ff. ad leg. Corne. de ſica. l. inauditum. ar. op. Extra. de præben. licet Epiſcopus. li. 6.* tunc namque per affirmationem, & negationem poteſt fieri res dubia. *C. de judi. rem non novam. §. patroni. C. de hu qui. ad liber. procla. non li. l. 3.* Alias, ſi factum & qualitas facti Notoria eſſent, hoc non eſſet neceſſe, *Extra. de re judi. cum olim. §. ulti.* ubi factum Notorium fuit Judici. Quod verum eſt, ubi vocetur ad ſententiam audiendam, & ut patiatur executionem: *ar.* in hoc quod dixi *ſupra. in Conſti. proxi. Extra. de ap. cum ſit. §. ſi.* & notatur *Extra. de confeſ. c. ſi.* & ſic ſtat vera opinio *Inno.* dicentis in dicto *c. tua.* quòd Citatio ſemper in omni Notorio eſt neceſſaria. Quod verum intelligo quoad diverſos effectus, ut *ſupra* jam notavi: nam in Notoriis ſic ſervatur ordo juris in pronunciando, ſed non in examinando; ut *plc. no. Gui. Extra. de offi. deleg. c. 1. ve. exigunt. lib. 6.* & ſtatim dicam *infrà. q. 2.* Hoc quoque tenet Curia, quòd in omni Notorio fiat Citatio quando certæ perſonæ condemnatio exigitur, quòd abſens multas poſſet habere excuſationes & defenſiones, propter quas in Judicio propoſitas non condemnaretur præſens. *ar. ff. de requi. re. l. in prin.* Aut ſufficit ſola inhibitio vel ordinatio, puta Superior vult tollere Statutum aliquod Civitatis notoriè editum contra Jus Divinum, vel contra libertatem Eccleſiæ: tunc illud poteſt caſſare, & decernere non tenere abſque alia Citatione. *ar. ff de ſervis fu. divus.* Hoc tenet *Gui. 2. q. 1. que Lotharius.* Unde quæro, nunquid autem proceſſus Notorii extendatur ad contractus? Dicit *Inno.* quòd non: in dicto *c. tua.* ibi, *in aliis præter maleficia* &c. Hoc probo: quia in his, quæ verbis ſeu conſenſu contrahuntur, multa intervenient ex eo quod agitur, unde non poſſunt eſſe ita notoria: *ff. commoda. ſi ut qui. §. fin. ff. de actio. & obli. l. 1. & 2.* quia fortè reus ſi præſens eſſet exceptionem ſeu defenſionem haberet: *Extra. de excep.* per totum. igitur paratur actori illud remedium, ſcilicet Excommunicatio, & miſſio in poſſeſſionem. *Extra. ut lite non conteſ. tuæ. & c. quoniam. e. Conſti. c. ulti. in fi.* Hoc verum, niſi ſit Notorium publicatum. *C. de teſtamen. publicati.* de quo legitur & notatur *de teſti. Albericus.* Sed qualis fertur ſententia in Notoriis? dicit *Inno.* quòd nulla eſt neceſſaria ſententia ſuper crimine vel injuria, quæ notoria eſt, ut ipſe notat *Extra. de ver. ſig. ex parte. 1. in glo. ſed dicas.* poſt *prin.* Sed *glo. Ber.* videtur notare contrarium *Extra. de divor. porro. in prin.* Tu vero dic, quòd non requiritur, ut in ſcriptis vel ſolenni ſit feratur, ut legitur & notatur *Authen. ut judi. ſine quo. ſuffra. §. neceſſitatem. Colla. 2.* & hoc tenet *Gui. 2. q. 1. quæ Lotharius. in fi.* Sed bene requiritur notificatio ſeu declaratio, ut notat *Gui. Extra. de pœ. felicis. ante ſi.* ibi, *unde dic* &c. *li. 6.* & dic ut ibi.

Appellatio an recipiatur in notoriis.

Notorium an admittat excuſationem.

Citatio an ſit in notoriis neceſſaria.

Sententia an ſit ſuper notoria neceſſaria.

a *Latrocinium.* Sc. palam homines ſpoliando, ut legitur & no. *C. de pignor. actio. quæ fortuitis.* hominem venundando, *C. ad l. Fabi. de pla.* vel eum, ut redemptionem faciat, per buccellationem, vel alias abigendo quibus jam (ut dicitur) irrepſit Regio *Anglicana*: ut legitur & *no. C. ad l. Jul. de vi pu. l. ulti.* quos omnes tranſgreſſores, ſi potentia adeſſet, potius liceret privato etiam occidere, quam poſt exitum vindicare. *C. quando li. ſine judi. ſe vindi. l. 1. & 2.* Contra tales quoque ad recuperationem rerum ſuarum cum proteſtatione impune, & ſine meru irregularitatis, proſequitur etiam perſona Eccleſiaſtica. *Extra. de homici. prælatis. li. 6. Jo. de Athon.* Ex hoc patet, quòd facienti actum præmiſſum non imputatur id quod ſequitur ex illo, licet illud conſecutum ſit repugnans ſtatui ſuo. *23. q. 5. de occidendo. Extra. de homici. ſicut dignum.* Quæritur, quid ſi Clericus dicat accuſo talem de tali furto, & proteſtatur; an incurrat irregularitatem, ſi Judex poſtea condemnat ad mortem? Solutio. Dicit *Jo. And.* quòd Clericus cautè facit, ſi dicat conqueror potius, quàm accuſo: ut ſic ſerventur verba textus jam dicti *c. prælatis.* ad quod faciunt notata *2. q. 7. laicos. & c. ſe. in fi. glo. 1.* & per *c. nullus. 2. 11. q. 1.* & per id quod notat *Inno. de accuſati. cum P.* Tamen putat ipſe *Jo. And.* quòd licet dicat accuſo, ſi tamen proteſtatur, ceſſaret irregularitas: nam & querela inofficioſi Teſtamenti dicitur accuſatio. *C. de inofficio. teſta. parentibus. & l. in arenam.* Quæritur ulterius, qualiter debeat provideri huic Clerico, ne de cætero contra eum talia præſumantur? Solutio. Dicit *Archidia.* quòd per cautionem idoneam allegat quod legitur & notatur *32. q. 1. de benedicta.* Sed *glo.* aliter intelligit illo *c. prælatis.* Dicit *Jo. An.* quòd dictum *Archi.* procederet quando eſſet præſumptio de iteratione offenſæ contra malefactorem; puta quia eſt nobilis vel potens vicinus Eccleſiæ, & deprædatus eſt pluries animalia, vel offendit perſonas Eccleſiæ ipſius, vel dedit damna in memoribus, vel rebus Eccleſiæ. Quæritur tertiò, ſi Clericus tradat malefactorem, vel procuret quòd capiatur; an ſit imputanda ſibi mors inde ſecuta? Solutio. *Guillermus in Spe. ti. 2. §. juxta. ver. quid ſi clericus.* tenet quòd non. Sed illud intelligo cum determinatione, quam ibi ſubdit, & quam plenè ponit *Hoſti. in ſumma. ti. de homi. §. qua pœna. ver. iterum circa materiam.* loquendo de illo, qui contrarium proteſtationis gerit in animo: quia hoc procedit, niſi aliud habeat in corde, quàm dicat proteſtando: quia tunc eſſet irregularis, licet occultus; ut ibi dicitur. Quæritur quartò, quid ſi de Conſuetudine loci Abbas, vel alius Judex Eccleſiaſticus habere debeat pro Homicidio, vel alio delicto, pecuniariam pœnam: unde convenit Laicum propter hoc coram Judice ſeculari, proteſtando quòd non intendit pœnam ſanguinis, ſed conſequi tantum illam pœnam pecuniariam, judex tamen ſæcularis inveniens illum, an ſit irregularis? Solutio. *Archidi. 23. q. 5. ſi vos.* tenet quòd non per *c. poſtulaſti. Extra. de homici.* & per textum in ſæpe dicto *c. prælatis.* Vide pro his *Dominicum de ſancto geminiano* in dicto *c. prælatis. Extra. de homici. li. 6.* Quia verò mentio Irregularitatis in jam tactis quæſtionibus facta eſt, circa ipſam quæritur, qualiter, & quibus caſibus contrahatur. Solutio. Irregularitatis contrahitur quandoque ex defectibus, qui ſunt in homine, ſine peccato: ut ex defectu naturalium; quoniam naſci illegitimum non eſt culpa, ſed defectus. Item ex Bigamia. Item ratione ſervitutis. Item ratione defectus ſcientiæ ſeu prudentiæ. Item ratione ætatis videtur cauſari quædam irregularitas: hoc eſt prohibitio promovendi ad Ordines, ut *Extra. de æta. & quali. per totum.* Secundò contrahitur Irregularitas ex deformitate proprii corporis, ut ſunt corpore vitiati; tales enim ordinari non poſſunt. *Extra. de corpo. viti.* per totum. Tertiò ex inobedientia, ſive violatione Cenſuræ Eccleſiaſticæ: quoniam ſi Excommunicatus majori Excommunicatione, ſive a Jure, ſive ab homine, durante illa excommunicatione, ſcienter celebrat, efficitur irregularis, & deponendus eſt. *11. q. 3. c. ſi qui. & c. ſe. & c. de illis. & c. latores. Extra. de cleri. excom. miniſt.* Quartò provenit irregularitas ex homicidio, ſeu mutilatione: & de tali irregularitate intelliguntur quæſtiones ſuperius poſitæ. Et pro ampliori declaratione hujus ſpeciei irregularitatis. Quæritur, an ebrius incidat in irregularitatem, ſi exiſtens ebrius aliquem interfecit? Quidam dicunt quòd non per *c. ſanè. & c. inebriaverunt. 16. q. 1.* Alii autem tenent quòd ſic. Quoniam ut ait *Ariſtoteles*,

Latrocinium qualiter ſit.

Additio ſingularis & pulcra.

Clericus de malefactore potius conqueratur quam accuſet.

Clericus ſemel læſus per malefactorem qualiter provideat irregularitatem non incurrere per clericis procurando malefactores capi.

Clericus agenti ad pœnam pecuniariam non imputatur eius malefactum.

Irregularitas qualiter contrahitur.

Ebrius occidendo an contrahat irregularitatem.

les, ebrius meretur duplices maledictiones, & per conſequens ebrietas videtur aggravare peccatum potius quàm alleviare: quia peccatum non excuſatur propter peccatum. *l. nunquam plura. ff. de priva. delic.* Ergo peccatum commiſſum per ebrietatem non excuſatur à peccato ebrietatis. Vide plenius de hujuſmodi materia in ſolenni repetitione *c. ad audientiam. Extra. de homici.* per Dominum *Marianũ Socinum.*

a *Exercere.* Frequentiam notare videtur. *Extra. de vita & hone. cle. c. unico, li. 6. & eo. ti. ca 1. in Cle. ff. de lega. 3. legatu ſervis. §. ornatricibus. C. de Epiſcopa. audien. l. 3. in fi. ff. de pœn. capitalium. §. graſſatores.* Tu dic quod qualitercunque latrocinio inſiſtat. *C. ad leg. Cor. de ſica. ſi ut allegas. arg. ff. de adulter. mat. i. §. quæſitum.* ibi, *ſapius ſive ſemel.*

b *Eos autem.* Secunda pars.

c *Contra b c.* Sc. contra ſtatutum.

d *Fecerint.* Sc. palam protegendo, vel tenendo tales occultè.

e *Si tertio.* Hoc regulare eſt, antequam quis involvatur in Excommunicatione: ut *Extra. de ſententia excom. contingit. 2. & c. ſacro.* legitur & *no. c. ti. Conſtitutionem. § fi. li. 6.* cum ſit major pœna in Eccleſia Dei. *34. q. 3. corripiantur.* Alias enim regulariter ut in leviorious pœnis ſufficiat una monitio. Ut legitur & *no. Authen. de hære. & falci, §. ſi quis autem non implens. ver. admonitus. Coll. 1.* Item quoad alios effectus puta moræ. *ff. de uſuris. mora. 1. Reſpon.* Item ad cuſtodiendum malæ fidei poſſeſſorem. *ff. de peti. hære. item veniunt. §. petitam.* Item ad arctandum partem peremptorie. *ff. de judi. nunquam. cum ſi.* Juxta quod quæro, an poſt terminum peremptorium per Judicem ſtatutum liceat poſt hujuſmodi tempus, & ante ſententiam exceptiones opponere, vel poſt datam dilationem probationes adducere? Videtur *Hoſtien.* dicere quod ſic: quia comminatio tantum cenſetur. *ff. de judi. in peremptorio.* ſic fuit definitum per *Cle. Papam*, ut ipſe notat *Extra. de teſti. fraternitatis. §. 1.* Item indultum à jure beneficium *C. de ſen. reſcin. non poſ. peremptorias. Extra. de fide inſtru. cum dilectus.* non eſt alicui auferendum. *Extra. de Regu. Juris. indultum. libro 6. ff. de re judi. l. 4. ſi quis condemnatus.* Sed idem *Hoſtien.* poſt *Inno. Extra. de excep. paſtoralis. c. 1.* tenet contra: ut finis litium feſtinetur. *ff. ſi certum pe. quidam.* legitur & notatur per *Doctor. Extra. de probati. licet. 1. Reſpon. §. 1.* Tu dic, Aut quæritur in actore: & tunc poſt tempus præfinitum à Judice agendi poteſtas denegatur, *C. de ingenuis manumiſ. diffamari ſtatum. C. qui accu. non poſſunt. qui crimine.* & *l. ſi ea.* præſertim propter auctoritatem Judiciariam. *ff. de accu. cum Titia. ff. ad Turpilli. ab accuſatione. §. deſtitiſſe.* & notatur *C. ut ne. invi. age. vel accu. co. l. unica.* & hoc tenet *Dynus* in dicta regula *Indultum.* Aut quæritur in reo: tunc ſi cum cauſæ cognitione Judex ſtatuerat terminum, poſtea non auditur Communi Jure, niſi per Appellationem. *ff. de re judi. l. 2.* & dicto *ca. licet. Extra. de probati.* & *de fide inſtru. accepimus.* Hoc tenet *Spec. titu. de dona. §. 1. ver. exceptione.* & *§. videndum. ver. ſed quid ſi data eſt dilatio.* ubi etiam dicit quamlibet dilationem datam per Judicem fore peremptoriam, etiamſi hoc non exprimat; Judex. *ar. ff. de feriis. l. oratione. & l. ſi. C. de dila. l. 1.* patet *C. quomodo & quando judex. l. 2.* Item quòd poſt terminum ſic datum non audiatur reus ſic proponens exceptionem, notat *Spec. titu. de excep. §. dicto. ver. utrum.* & *Doctor*, in dicto *ca. paſtoralis.* præterquam in caſibus exceptis in textu, & niſi aliquæ exceptiones eſſent ſibi contrariæ: tunc poſſent ſimul proponi, ut notat *glo. Extra. de reſcri. do. c. pe.* Ratio eſt autem quare poſt tempus hujuſmodi reus non auditur, nè Decretum Judicis ſit deluſorium: *ff. de judici. ſi Prætor.* cùm terminus peremptorius per Judicem aſſignatus ſententiam Interlocutoriam importet. *ff. de arbi. qualem. §. ſi.* notat *Archidia. Extra. de excep. pia, in ter. valeat. libro 6.* Aut ſine cognitione cauſæ non conſideratis circumſtantiis æquitatis, de quibus patet *ff. de re judi. l. 2.* data eſt dilatio peremptoria: & tunc poſt terminum proponere poteſt quis, ut legitur & *no. ff. de re judi. l. 4. §. ſi quis condemnatus.* Sic intelligo notata per *Dynum* in dicta regula, *indultum. libro 6.* & per *Wil. Extra. de reſti. in integrum. ca. unico. ver. ſtatuti. in Conſti. Cle. Jo. de Athon.*

Excõmunicatio non feratur niſi terna monitio præmittatur.

Termino peremptorio elapſo an liceat exceptiones opponere?

Terminus peremptorius habet vim ſententiæ interlocutoriæ.

f *Commoniti.* Et ſic eſt hic caſus in quo requiritur ſola monitio, ſed non ſententia hominis. *Sic Extra. de præben. exiirpanda. Extra. de immu. eccle. adverſus. & c. non minus. in fi. glo. e. ti. c. clericis. §. fi. libro 6.* ubi de hoc per *Jo. Andr. Extra. de rap. excommunicationi. Jo. de Athon.*

g *Per loci Judicem Ordinarium.* Id eſt, per ſuum Prælatum, vel Judicem: ut *Extra. de ſenten. excom. cum contingit.* aliàs, ut *fama. infra.* ibi, *ſi a Prælatis ſuis &c.* hoc notat *Johan. Andr. Extra. de vita & ho. cle. c. 1. in fi. lib. 6. arg. ff. ſi quis jus dicen. non obtempera. l. 1.* Facit pro hac ſententia *Extra. de cle. non reſi. relatum.* Sed contra; quia nomine Ordinarii *eo. li.* ſimpliciter poſiti intelligendum videtur de ſolo Epiſcopo. *Extra. de offi. ordi. ordinarii. lib. 6. in prin. & eo. li. de jurejuran. licet. in fi. & de ſenten. excom. decernimus. e. li.* legitur & *no. 2. q. 8. ſi quis Epiſcopus. in principio.* Solutio. Quoad illa quæ ſunt juriſdictionis, quilibet habens Juriſdictionem Ordinariam, dicitur Ordinarius, de quibus dicam *infrà. e. Conſti. quanto. §. 1. in glo. bi ſunt.* ſic intellige hic, & *Extra. de conſti. ut animarum. libro 6.* Sed quoad ea quæ ſunt Ordinis, vel Diſpenſationis ſingularis, ſolus Epiſcopus fungitur appellatione Ordinarii. *Extra. de elec. cum ex eo. libro 6.* Sic intellige notata per *Gui. c. titu. licet canon. §. ulti. ver. ordinarius.* Facit quod dixi *ſuprà. e. Conſti. cum ſit ars. §. ulti. ver. ſuper ea.* de hoc notat *Gui. Extra. de excep. cum quidam. in ver. ordinarius. libro 6.* & notat *Wil. Extra. de teſta. ca. 1. in Con. Cle.* & *de ſtatu mona. ca. ſi in prin. e. libro.* & notatur in *Extravag. Jo. Papæ 22. execrabilis. §. cæterum. in principio.*

Ordinarii appellatione nè quis confundatur.

h *Excommunicationi Eccleſia.* Cum propter crimen fertur de majori intelligitur: *Extra. de conſti. ca. 2. §. fi. lib. 6.* maximè ſi per hominem proferatur. Ut legitur & notatur *Extra. de ſen. excom. c. penult.* Eſt tamen duplex Excommunicatio. Una quæ repellit à Communione fidelium minor. Alia à perceptione Sacramentorum major, ut notat *Archi. Extra. de ſenten. excom. ſtatuimus. poſt prin. li. 6. Jo. de Athon.*

i *Subjugamus.* Quicunque ſunt illi protegentes ſeu tenentes, ex quo illi ſubditi ſunt in dicto *c. 2. li. 6.* ſaltem ratione delicti. *ff. de offi. præſi. l. 3. in fi. C. ubi ſe. vel cla. l. 1.*

k *Monitionem.* Tertia pars.

l *Generalem.* Contra hoc videtur *Extra. de elec. c. ulti. in fi. li. 6. c. li. de ſenten. excom. ſtatuimus.* & *c. Conſtitutionem. Extra. de vita & hone. cleri. c. 1. ver. nominatim. in Con. Cle.* & *de ſepul. c. 1. e. li.* Solutio. Hoc fortè ſtatuit propter proterviam, & potentiam rebellem defendentium tales. *ar. Extra. de offi. deleg. quia Pontific. in fi. lib. 6.* & intellige hanc generalitatem quoad perſonas protegentes, ſeu tenentes, ſpecificatis tamen nominibus latronum hujuſmodi, ut innuit litera præcedens. Vel dic iſtam intelligi tam reſpectu protegentium, quam latronum, ratione præmiſſa propter proterviam &c. ut quando requiritur admonitio notat bene *Gui. 18. diſ. propter. Jo. de Athon.*

m *Nomine non expreſſo.* Nam expreſſio ſpecialis facit nominatam monitionem, ut notant *Doctor. de ſepul. c. 1. in Cle.* & notat *Inno. Extra. de præben. in Lateranenſi. in prin. Jo. de Athon.*

n *Ac ſolenniter.* Quod dic, ut legitur & notatur *infrà. in Con. Otho. ad tutelam. §. fi.*

o *Eorum.* Sc. protegentium vel tenentium tales facinoroſos. *Jo. de Athon.*

p *Notitiam.* Quod qualiter probetur notat *Wil. de electi. cauſam. in glo. antepe. in Con. Cle.* & de multiplici notitia bene notatur per *Car. Extra. de elec. cupientes. §. 1. ver. notitiam.*

q *Valeat pervenire.* Sc. verſimiliter, quod dependet ex Superioris arbitrio. Ut legitur & notatur per *Wil. Extra. de elec. cauſam. §. verum. in gloſſa finali in Con. Cle. arg. Extra. de appellatione. bona. in fin.*

Vt Monachi ab eſu Carnium ſe abſtineant.

¶ Summarium.

Monachi ſtatim ut profeſſi ſunt, ab eſu Carnium abſtineant, niſi agrotantes ad Infirmitorium deſtinati; nec quiſquam Abbas aut Prior ſit, niſi Ordinem profeſſus:

¶ [a] exercere.

¶ [b] Eos autem qui [c] contra hoc [d] fecerint, [e] ſi tertiò [f] commoniti [g] per loci Judicem Ordinarium, ipſos à ſe non abjecerint, [h] Excommunicationi Eccleſiæ [i] ſubjugamus.

¶ [k] Monitionem autem Volumus & Statuimas ſufficere [l] generalem, & ſi fiat alicujus [m] nomine non expreſſo: dummodo ita publicè [n] ac ſolenniter fiat, quod ad [o] eorum [p] notitiam [q] valeat pervenire.

a AUdivimus. Hæc Constitutio plenius suppletur *infrà in Cõsti. Otho.* ut *infrà* dicam.

b *Ordinis sancti Benedicti.* In quo, & sancto *Augustino*, & beato *Francisco*, originaliter quasi singuli Ordines sunt fundati. Ut notat *Wil. Extra. de decim. c. 1. post prin. ver Religiosi. in Cle.* licet *Carmelitæ* sub Regula beati *Basilii* se militare contendunt. *ar. 18. q. 2. diffinimus. & c. perniciosam. in prin.* Unde ordinis sancti *Benedicti* sunt monachi albi, sive nominentur *Cistercienses*, sive alio modo. *Extra. de rescrip. cum ordinem. de sta. mo. c. recolentes.* Sunt etiam nigri Monachi ejusdem Ordinis, qui ab albis Monachis distinguuntur per adjectionem observantiæ, regula eadem manente. *Extra. de sta. mo. ea quæ.*

Religiones sub quibus Sanctis fundata sunt.

c *Capitulo generali.* Quod celebrari præcipitur quolibet triennio per omnes Abbates, & Priores, non dico Claustrales illius Provinciæ, saltem ejusdem Ordinis sancti *Benedicti*: immo secundum quosdam cujuslibet Ordinis. Ut legitur & notatur *Extra. de sta. mo. singulis.* cum ibi dicat. " Tunc universi conveniant Mendicantes, tum figillatim sua capitula celebrant singulis annis: ut ibi no at *Jo. An.*

Capitula generalia quolibet triennio sunt celebranda.

d *Tanquam. de majo. & obe. solita. §. 1. ff. de admi. tuto. non existimo.*

e *Propheticum. Jeremiæ 31. c. Convertimini filii revertentes.* alias, *revertimini filii ad terminos suos.* Et dic, quòd Prophetia est omnium rerum latentium præteritarum, Præsentium vel futurarum ex Divina inspiratione manifestatio, secundum *Pap.* Ad cujus evidentiam scias, quòd triplex est Prophetia; una est ex Prædestinatione Dei, quam necesse est omnino evenire: ut in *Isa. Ecce virgo concipiet.* Alia est ex Præscientia Dei, cui nostrum liberum admiscetur arbitrium, ut hic. Et hoc tripliciter. Aut est consentiens, & sic est Prophetia Prædestinationis, pura de Incarnatione quæ fiebat consensu Virginis *Mariæ*, immo requisita per Angelum super suo consensu, ipsa obtulit se, dicens, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Aut operatur ad liberum arbitrium, ut operans in malis, ut est Prophetia Præscientiæ de proditione *Christi* futura per *Judam*, quæ non implebatur, nisi procurante humano arbitrio. Idem patet in cooperatione boni, ut fuit Prophetia de salute *Pauli*, in qua necesse fuit liberum arbitrium cooperari ad consequendam salutem gratiæ. Tertia dicitur Prophetia, quæ comminatio dicitur, & principaliter intendit peccatorum conversionem; sed ex consequenti, ut pœnam comminatam quis eviter. Ut sic effugiant a facie arcus electi, & justè pereant incauti: quod longè antè præscitur, quàm futurum committur. Hoc notat *Gus. 1. q. 1. nunquam.*

Prophetia quid est & quotuplex est.

f *De cætero.* Non approbat abusum præteritum: ut dixi *supra. e. Consti. licet ad profugandum. in ver. infrà mensem.*

g *Regulam. Extra. de sta. mo. cum ad monasterium. §. in refectorio.* & notatur *infrà. in Consti. Otho. regnum cælorum. §. ad hoc.*

Professio autem statuto fiat tempore, tam in Ordine Sancti Benedicti quàm Monachorum Regularium & Monialium; de cæteris autem ad eorundem scribet Capitula.

a AUdivimus & lætati sumus, quòd Religiosi viri Abbates b Ordinis Sancti *Benedicti* per *Angliam* Constituti, convenientes in unum nuper in c Capitulo suo generali (d tanquàm filii juxta sermonem e Propheticum, ad suos terminos revertentes) providè Statuerunt, ut f de cætero secundum Sancti *Benedicti* g Regulam ab esu Carnium debeant h abstinere, exceptis i debilibus & infirmis, quibus debet secundùm ejusdem Regulæ contientiam in Infirmitorio provideri; k quod utique approbantes, l Statuimus inviolabiliter observari.

¶ m Adjicientes quoque quod postquam n Novitii, o anno probationis finito, gestaverint habitum Monachalem p ad Professionem q faciendam juxta Decretalem fœlicis Memoriæ r *Honorii* Papæ districtione Canonicâ per Abbatem vel Priorem protenus s compellantur. Nullus autem in Abbatem vel Priorem t aliquatenus admittatur, qui u Professionem non fecit. x Hoc autem, & quod de Professione, finito probationis tempore, facienda diximus, ad Canonicos Regulares & Moniales Duximus y prorogandum. z Super aliis verò, quæ tam ad correctionem quàm ad reformationem tam eorum quàm aliorum Regularium noverimus a pertinere, providere Intendimus, & quæ Ecclesiis eorum sunt utilia, ipsisque salubria fuerint, concedente Domino, Statuemus, & Mandabimus per eorum Capitula b firmiter observari.

h *Abstinere debeant.* Etiam ipsi Abbates, dum cibantur in refectorio, secundùm *Hostien.*

i *Debilibus.* Debilitate stomachi, & senii; sed infirmos vocat prægravatos morbo, quibus provideatur in infirmitorio: unde utrisque sic provideatur, & dicto §. *in refectorio.* ubi hoc notatur per *Abba.*

k *Quod utique.* Versiculus. *Jo. de Athon.*

l *Statuimus.* Exequendo.

m *Adjicientes.* Secunda pars.

n *Novitii.* Statim declaratur, qui sunt illi. *ar. ff. de Trit. vin. & oleo. legat. ex usu.* & *l. se.* de quo plenius dicam *infrà. in Consti. Otho. regnum cælorum. §. sane.*

o *Anno probationis.* De quo legitur & *no. Extra. de regula. c. 1. 2. 3. & 4. li. 6.*

p *Ad professionem. Sc.* expressam. *Ar. in dicto §. sanè. in fi.* ubi de hoc: de tacita verò habetur *Extra. de regula. c. 1. li. 6. & c. si. eo. in Cle.*

q *Faciendam. Sc.* expressè, ut jam dixi.

r *Honorii. Extra. de regulari. ex parte tua.*

s *Compellantur.* Videtur quòd † præciſe ad factũ compellantur; hoc *ar. Authen. si de feu. controversi. fac. fuc. c. 1. Colla. 10.* quod verum videtur, si aliquandiu ibidem steterit in ordine, habitu non distincto, post annum probationis finitum: nam tunc prius tacitè professus fuit. *Extra. de regulari. c. 1. §. qui vero. li. 6. & c. si. eo. in Cle.* Alioquin infra mensem post lapsum dicti anni optionem habet Monasterium exeundi, ut in dicto §. *sanè. in Con. Otho.* quæ alias esset Contra. Vel dic, ibi loquitur quando habitus Professorum, & Novitiorum est distinctus, & sic non obstat. Vel dic, quòd illud tempus mensis respicit pœnam Abbatis vel Prælati. Non autem determinat verbum *exierit*, ibi positum. *MS.* † expresse.

t *Aliquatenus admittatur. Extra. de elec. nullus. li. 6.* ubi est idem textus.

u *Professionem.* Scilicet expressam, ut patet in dicto *c. nullus. li. 6.* & dicto §. *sanè. in fi. in Consti. Othoboni.*

x *Hoc autem.* Quod diximus *suprà. §. proximo.*

y *Prorogandum.* Idem patet *Extra. de sta. mo. c. ulti. in fine.* & sic Statutum extenditur ad personam alteram, in qua ratio uniformiter reperitur eadem. *Extra. de postulando. ex parte.* Verum est quando hoc per legem declaratur, aliàs persona nisi sit expressa, nunquam subintelligitur. *ff. de verb. ob. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fi. ver. plerumque.*

Statutum extenditur ex rationis identitate.

z *Super aliis.* Tertia pars.

a *Pertinere.* Quæ satis recitantur & suppletur *infrà*, in dicta *Consti. Regnum cælorum.* per totum, usque in finem, unde die ut ibi.

b *Firmiter observari.* Alia litera habet publicè & solemniter publicari: sed prima litera verior est.

De Archidiaconis.

¶ Summarium.

Archidiaconi diligenter & fideliter Ecclesias suas, sine earum indecenti gravamine visitent, nihil ex correctione aut punitione recipientes, aut quenquam ob avaritiam sententiis immodanes. Contra quod facientes, præter Canonicam pœnam ad duplam exactorum restitutionem, ad pios usus applicandorum, arbitrio Episcopi compellantur; simque diligentes in Capitulis frequentandis & decenter instruendis.

c DE Archidiaconis quoque Statuimus,

c *De Archidiaconis.* Ad literam suppletur *infrà. in Consti. Otho. Deus Omnipotens. §. Ecclesiar. Jo de Athon.*

a *Ut Ecclesias.* Immo & conversationes Ecclesiasticarum personarum. *Extra. de offi. Archi. c. 1.*

b *Utiliter.* Per prudentiam & industriam, aliàs fidelitas sola operarii parum commendatur: unde per quendam Cardinalem *Urbicum* de quodam fidelissimo serviente suo fertur esse dictum, *à caut volela petre come quell.* nam fidelis servus & prudens constituitur super familiam Domini. *Fo. de Aibon.*

a ut Ecclesias b utiliter & fideliter c visitent, d de Sacris vasis & e vestibus, & qualiter diurnis et nocturnis f Officiis Ecclesiæ g serviatur, h & generaliter i de Temporalibus & Spiritualibus k inquirendo; & l quæ corrigenda invenerint, m corrigant diligenter.

c *Visitent.* Quæro unũ quod est factũ, an contra Archidiaconum loci per Religiosos habentes Parochialem Ecclesiam appropriatam possit contra visitationem, seu præstationẽ Obedientiæ præscribi? Videtur quòd non: cum ejus superioritas, sicut Episcopi, sit Juris Communis. *ar. Extra. de offi. Archi. c. 1. & c. ad hæc. §. 1.* ibi, *secundo vero &c.* juncta *Decret. Extra. de præscrip. cum non liceat.* quasi tunc sit eadem ratio, ergo & idem jus &c. *ff. ad l. Aquili. illud. cum si.* Sed ibi loquitur in Archidiacono generali, qui non habet Archidiaconatum distinctè limitatum, sed tanquam Vicarius fungitur vice Episcopi universaliter: ut loquitur regulariter totus Titulus *de offi. Archidia.* quia talis repræsentat Episcopum, *Extra. de consue. putamus.* sed secus videtur in eo, qui habet distinctam limitationem sui Archidiaconatus: tunc enim habet Jurisdictionem separatam ab Episcopo, quæ cum sit consuetudinaria, potest præscribi: ut *infrà* dicam. Hoc notat *Gui. in Rosa. 9. q. 3. nullus Primas.* Unde non videtur illa ratio obstare, imo aliter arguitur pro Archidiacono: quia Juri publico non præscribitur ullo tempore. *C. ne rei domi. vel templo. l. 1. in fi. C. de præscrip. 30. an. comperit. in fi. C. de decuri. si quis decurio. 2. li. 10.* Contra tamen videtur, quòd Religiosi possunt hujusmodi præscribere, etiam licet sit publicum Jus. *C. de præscrip. 30. an. omnes. §. nullum.* Item licet contra Episcopum hoc præscribi non possit: ut dicto *c. cum non liceat.* tamen Archidiacono licitè denegatur, nisi sit consueta sibi præstari. *ar. Extra. de offi. Archi. c. fi. cum Decr. Extra. de offi. ordi. conquerente.* & notatur *Extra. de præscrip. accedentes. in glo. fi.* Item Ecclesiâ translatâ per appropriationem in Religiosos immutatur natura consueta. *ar. Extra. de jure patro. c. 1. §. fi. li. 6. Authen. de Eccle. ti. §. 1. ver. si qui vero res. Coll. 9. ar. op. 16. q. 2. §. sanè quia. ver omne.* Solutio. Prima opinio verior est: nam Ecclesia Religiosis appropriata supportat propria onera, tam Episcopalia, quàm consueta, Præscriptione non obstante: ut legitur & *no. de censi. c. 1. in Con. Cle.* Item cum loquitur de libertate quærenda contra Jus publicum, tunc contra præstationes ordinarias, quæ universalem subjectionem † Inducant, ut hic, immunitas nullo tempore præscribitur. *C. de sacrosan. eccle. placet. §. postremo. C. de Episco. & cle. de bis. C. si propter publicam pensi. l. 1. in fi. C. de metalli. l. ulti. li. 11. arg. Extra. de elec. cum causam.* Secus tamen de extraordinariis præstationibus: ut dicta *l. omnes. ff. de pub. & vectl. licitatio. §. earum. C. de fundo rei priva. l. pe. & ulti. li. 11. cum si.* Nec obstant Jura loquentia de Præscriptione, cujus contrarii non existit memoria. *ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. fi. l. 2. §. penul. ff. de aqua quotidi. & æsti. l. hoc jure. §. dubitur.* cum *si.* Quia loquuntur de servitute quærenda, sed quomodo loquuntur de immunitate contra Jus ordinarium præscribenda. *arg. C. de præscrip. 30. an. malè agitur.* Nam in hac præsumitur malitia, sed in servitute præscripta punitur alterius pigritia. Item hoc probat ratio *Inno.* quæ uniformis est in Episcopo & Archidiacono, quam ipse notat *Extra. de præscrip. auditis. in glo. & no. Abbatem. in fi.* Nec obest quod quidam intelligunt illam *Decret. in Con. Cle.* loqui non in Juramento obedientiæ vel similiter cum Conventus careat anima: *ar. Extra. de senten. ex Romana. §. ul. li. 6.* Sed tamen in oneribus præstationis pecuniariæ. *arg. Extra. de offi. Archi. c. fi. 18. q. 2. Eleuberius. cum si.* notatis per *Fo. An.* in dicto *c. ver. solita. in Cle. C. de decuri. cum qui 30 li. 10.* nam certè hoc quod ibi dicitur *solita*, hunc intellectum confundit. Onus enim reputatur, quicquid vel Lege, Consuetudine, Imperiove Superioris conscribitur. *ff. de ver. sig. minus.* Cum ergo fuerit onus reale sive personale, si prius fuit consuetum, debetur, ut in verbo *solita*, cum *glo. all.* nisi in appropriatione Ecclesiæ aliter fuit ordinatum: ut in dicto *c. 16. q. 2. sanè quia.* quod difficilimè videtur obstare. Nec obstat opinio quorundam dicentium, quòd nulla Obedientia de Jure Archidiacono est præstanda: quia hoc non videtur verum. *ar. Extra. de offi. Archipres. c. 1. de offi. sacrista. c. unico. de offi. custo. c. 1.* quòd si non præstetur de Jure, dictio, *solita*, de quâ præmissum est, totum solvit.

Præscriptio an habeat locum contra visitationem Archidiaconi.

† Alii, subducant.

d *De sacris vasis.* Pura calice, urceolis, & hujusmodi ad Divinum Ministerium deputatis. Non autem hic loquitur de olla, vel pelvi in coquina Rectoris, aut etiam vasis seu utensilibus aliis, quæ sub appellatione supellectilis continentur. *ff. de supellec. lega. leg. supellectili.*

e *Vestibus.* Repete *Sacris*, dictis vulgariter vestimentis. Supplet & cæteris Ecclesiæ ornamentis. *Extra. de offi. Archidia. c. 1. in fi.* Sed contra: quia hæc specialiter pertinent ad curam Sacristæ. *de offi. sacris. c. 1.* Solutio. Illud verum est in Ecclesiis majoribus Cathedralibus vel Collegiatis, sed in aliis Parochialibus Ecclesiis, de omnibus hujusmodi Archidiaconus curare debet, &c. ut sequitur; *& generaliter &c.* in dicto *c. 1.* plenius *Extra. de offi. custod. c. 1. & 2.* ubi apparet circa quæ versari debet Archidiaconi sollicitudo.

¶ n Ecclesias autem o non gravent superfluis expensis, sed procurationes exigant p duntaxat, cum visitant, q moderatas: non ducant r solùm extraneos, s sed modestè se habeant tam in familia quàm in equis.

¶ t Cũ autem visitent, u corrigant, aut x crimina puniant,

f *Officiis.* De quibus legitur & notatur, sc. quæ sunt illa, à quibus habent dici, & quibus temporibus, & de tota hujusmodi materia *no. per Fo. An. Extra. de celeb. miss. c. 1. & per Wil. c. ti. & ver. horas canonicas. in Cle.*

g *Serviatur.* Per Ministros ipsius Ecclesiæ, sc. per quemlibet in gradu suo. *Extra. de majo. & obe. si animus.*

h *Et generaliter.* De hoc dixi *supra. in ver. testibus. Fo. de Aibon.*

i *De temporalibus.* In pios usus collatis dummodo non mere prophanis. Ut latiùs notatur in *Extrava. Fo. 22. execrabilis. §. fi. in glo.* notavi hic subsequenter, & in *glo. sequen. Fo. de Aibon.*

k *Inquirendo.* Super quo vide quod dicam plenius *infrà. Consti. proxi. ver. corrigendo.* Est autem inquisitio generalis, & specialis. Ut notat *Inno. de accu. qualiter. 1. Fo. de Aibon.* Inquisitio est duplex.

l *Quæ corrigenda.* Nota cujus est visitare, ipsius est comperta corrigere. *Extra. de offi. Archi. ad hæc. §. item in Epistola. Extra. de censi. Romana. §. sanè. lib. 6. ar. ff. de judi. de quæ re. in prin.* Sed contra *infrà. c. Con. cum non solum. §. pe. in fi.* Solutio. Ibi in Foro contentioso solenni propter arduitatem causæ consilium Superioris Judicis exposcitur quandoque. *Extra. de con. an. & affi. c. 1. §. fi.*

m *Corrigant.* Per monita nunc levia, nunc aspera. *Extra. de censi. Romana. §. sanè. li. 6.* dicam *infrà. ver. cum autem. Fo. de Aibon.*

n *Ecclesias autem.* Secunda pars.

o *Non gravent.* Sic *Extra. de censi. ea quæ.*

p *Duntaxat.* Hæc dictio prout respicit verbum *supra* positum *Procurationes* vult † notare per consequens, qd non munera. *Extra. de censi. Romana. §. caveant. c. & se. li. 6.* ubi patet se & suos prohiberi nedum hujusmodi exigere, sed etiam gratis oblata recipere. Et sic ibi plenius quam hic providetur. Ad quod facit *C. de metatis. devotum. §. fi. li. 12. & e. li. de salga. l. unica. Extra. de immu. eccle. clericis. §. nos igitur. li. 6.* prout verè determinat dictionem sequentem *cum visitent.* Sic *concor. infrà. in Con. Otho. naturalis. §. cum igitur. & c. se. §. Ecclesias.* M. S. † Notorie.

q *Moderatas.* In Concilio *Lateranensi, Extra. de censi. cum apostolus.* sc. in esculentis poculentis, hospitio: tamen non solvent visitanti pro vecturis equorum. Ut notat *Gui. Extra. de censi. Romana. §. fi. li. 6.* & a volentibus hodie etiam in pecunia: ut *e. ti. felicis. li. 6.* Sed nunquid hoc casu exigi possit paritas pecuniæ in actu consimili: ut quia aliæ Ecclesiæ hujusmodi Provinciæ vel Civitatis tantum solvunt, igitur &c. Tu dic quòd non. Secus tamen de uniformitate Jurisdictionis. *Extra. de consue. cum olim. Extra. de offi. Archi. c. ulti.* ubi de hoc per *Inno.* & notatur per *Inno. & Hostien. Extra. de capel. mo. cum dilectus.* quod dic per *Gui. 12. di. illuc. post prin.*

r *Solum.* Aliàs, secum.

s *Sed modestè.* Ut in dicto *c. cum Apostolus. & infrà. in Consti. Otho. naturalis. in fi.* Modestia quoque ac sobrietas attendi debet, tam in cibo, quam in potu, quàm in vestibus, dictis & factis. Ut notat *Gui. in Rosa. 33. di. qui Episcopus. ver. sobrius.*

t *Cum autem.* Tertia pars.

u *Corrigant.* Ut dixi *supra. c. 1. Respon. in fi. & ver. requirendo. in fi.*

x *Crimina puniant.* Si salvâ pace adsit Prælato potestas disciplinæ: 23. q. 4. fortè. in fi. & c. quidam. quod verum est de Notoriis. Occultorum enim criminum punitio soli Deo relinquitur. 16. q. 1. si omnia. quod bene notat *Hostien. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. 1. Respon. in fi.* & tunc facit quod dixi *supra. c. Consti. licet ad profugandum. ver. dignè.* non ergo auriculantes † considerent. *Extra. de accu. inquisitioni. §. 3. 6. q. 1. ex merito. & c. summa.* Nam secundum Beatum *Bernardum* hanc tibi regulam habeas generaliter, ut illum, qui veretur loqui palam quod in aure locutus est, sobrecum

M. S. † Considerentur.

ctum habeat. Ut notat *Jo. An. Extra. de spon. præterea. 2. in ver. publicè.* Sed juxta hunc textum unum in facto agitatum quæro. An liberum hominem & nobilem pro crimine Ecclesiastico possit justè punire per fustigationes solennes citra Forum vel Ecclesiam? Videtur quòd non. 24. *q.* 1. *qui contra pacem.* ubi de hoc notatur; etiam nec causâ correctionis. 26. *q.* 5. *contra idolorum. G. de repudi. consensu.* § 2. & ibi, *si se verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt &c. ff. de pœ. capitalium.* § *non omnes. ff. de vetera. l.* 1. & *l. veteranus.* sed in hoc videtur expressè contra quod legitur & *no. de pœ. di.* 1. *aut facta. ver. causa.* & in *glo. aliter enim. ff. de pœ. aut facta. ver. causa.* in qua opinione residet *glo.* 23. *q.* 4. *c.* 1. Tu dic finaliter hoc committi justi & discreti Judicis arbitrio, scil. Episcopi, de Jure Communi: cum majorem animadversionem hoc contineat, *ar. ff. de offi. proconsul. l. si quid. de pœ. di.* 1. *Deus.* juxta Personæ idoneitatem, aliàs conditionem, & criminis qualitatem. *ff. de of. præfec. ur. l.* 1. § *sed cum patronus.* sed melius ff. *de incen. rui. naufragi. l. Pedius.* § 1. *usque in fi. Authen. de san. epi.* § *si quis autem cum sacra. Coll.* 9. patet 45. *di. cum beatus.* immo pro excessu in disciplinando non oportet veniam petere à subdito. 86. *di. quando.* Ad hoc facit quod dicam *infrà. in Con. clamorem.* §. *in adjutorium. in fi. ver. pœna debita. Supra. e. Con. licet ad profugandum.* § 1. *ver. dignè.* circa medium. Vel dic ut *infrà. in Consti. Otho. cum sancti.* §. *præcipimus. in glo. sed quare.*

Nobilis vir, & liber, an possit pro crimine fustigari.

a *Aliquid.* Etiam minutum innuit. Facit quod dixi *supra. e. Con. Basilicarum. in glo. perfectum dicitur.*

b *Ab aliquo.* Sc. Visitato.

c *Recipere.* Sic *Extra. de censi. Romana.* §. *caveant. li.* 6. & facit quod legitur & *no. infrà. in Consti. Otho. Deus Omnip. circa medium.*

d *Nec sententiis.* Id est, Censuris Ecclesiasticis, de quibus patet *Extra. de ver. sig. quærenti.*

e *Involvant injustè.* Involvit ergo, seu ligat Censura Ecclesiastica, sive justa, sive injusta propter auctoritatem clavium Ecclesiæ. *ar.* 9. *q.* 3. *c.* 1. & *c. quid ergo. ff. ad Trebell. l. servo invito.* §. *cum Prætor.* Nunquid igitur injustè Excommunicatus sit in forma Ecclesiæ absolvendus? *Inno.* dicit quòd sic. *Extra. de eo qui duxit in ma. &c. significasti. in fi. Sed Hosti.* ibi dicit contra: quia fuit Excommunicatio justa, aliàs si fuisset injusta, absolvi deberet sine difficultate, & sine cautione. *Extra. de sen. ex sacro.* §. *pe.* Tu dic post *Jo. Andr.* in dicto *c. significasti.* quòd dup. ex est forma Ecclesiæ. Una, quæ fit præstito Juramento &c. *Extra. de sen. ex. ex tenore. & c. cum desideres. in prin.* & in hoc sit vera opinio *Hosti.* Alia est forma, quæ fit cum Psalmo Pœnitentiali, de qua habetur *Extra. de sen. ex. a nobis. & c.* 2. *prope fi.* & hoc necesse est servari, ex quo constat quòd Excommunicatus est, licet injustè: & sic stat vera opinio *Inno.*

Excommunicatus injustè, an sit absolvendus in forma Ecclesiæ.

f *Extorquere.* Et malè; id enim in vitium sonat, ut notat *Hosti. Extra. de spon. c. gemma.* 1. *Respon. in fi.* & *Extra. de si. suam. & c. ad Apostolicam. in prin.* Ad textum istum facit optimè 16. *q.* 7. & *hoc diximus.* per totum. & *Auth. ut nulli judi.* §. *quoniam vero contingit. Coll.* 9. cum res non delinquant, sed personæ, quæ res possident. *Auth. de man. prin.* §. *oportet autem. Coll.* 3. *ar.* 16. *q.* 1. *nulli Episcoporum. & c. prædicator. Extra. de ju. pa. præterea.* 2.

g *Cum enim talia.* Hæc longas, latas, & magnas alas habet; ut notat *Wil.* in simili *Extra. de pœ. c. ulti.* §. *fi. in prin. in Con. Cle.*

h *Simoniacam.* Sed nunquid hic Simonia, tam ex parte dantis, quàm recipientis, in hujusmodi committitur? Videtur quòd sic. *Extra. de Simo. cum dilectus.* 2. *ar. ff. de condi. ob turpem cau. l.* 2. §. *fi.* Dic contra, immo solius recipientis tantum: ut benè notatur 1. *q.* 3. *quæsitum. & Extra. de sim. dilectus.* 1. Nam cum gratis ad hujusmodi facienda vel omittenda teneatur, solius accipientis turpitudo versari dicitur. ff. *de condicti. ob tur. cau. l.* 1. §. *fi. cum l. se. in prin.* & benè notatur *c. ti. l. item. in ver. repeti.* Item hoc videtur expressum in eo quod legitur & *no. Extra. de sim. ad aures.* Item nullum pecuniarium, nec spes pecuniaria consideratur ab ipso dante: ergo ex parte sua non committitur Simonia. *Extra. de Sim. tua nos. c. consulere. & c. fi.* per quæ Jura dici posset, redimentes Sacramenta debita à Presbyteris præstanda Simoniam non committere: licet fortè ipsi Presbyteri hujusmodi exigentes, hanc labem non evitent: ut *supra. e. Con. Sacram.* ubi de hoc, & *c. auditum.* Si ergo Sacerdos tenetur ex Officio ad Missam, vel Exequias, vel hujusmodi, exigere propter hoc aliquid Simoniacum est: 1. *q.* 3. *vendentes.* si

a aliquid b ab aliquo c recipere non præsumant, d nec sententiis aliquos e involvant injustè, quòd ab eis possint pecunias f extorquere. g Cum enim hæc & talia h Simoniacam sapiant pravitatem, Decernimus, i ut qui talia agere præsumpserint, k sic extorta i in duplum erogare in pios usus m arbitrio Episcopi compellantur, salvâ nihilominus n aliâ pœnâ Canonica contra eos.

¶ o Sint autem p solliciti q frequenter r interesse f Capitulis t per singulos u Decanatus, x in quibus diligenter y instruant z inter alia Sacerdotes, ut bene vivant, a ut sciant, b & sanè intelligant verba c Canonis & d Baptismatis, quæ sunt e de substantia Sacramenti.

vero non tenerur, & desint ei sumptus licitè potest accipere. 1. *q.* 1. *judices.* ubi hoc notat *Gui.* & potest locare operas suas, i. e. laborem suum: non autem ipsum Sacramentum, ut ibi notatur. Vel dic conductionem, in hujusmodi locum non habere, sed quoddam honorarium loco mercedis, ut aliàs dicitur de agrimensore. *ff. si mensor. fal. mo. dix. l.* 2. § 1. Idem dicitur de Medico. 14. *q.* 5. *non sanè.* Et notat *Gui.* in dicto *c. judices. ar. ff. de va. & extraor. cog. l.* 1. § *in honorariis.* Tu dic finaliter quòd pro celebratione Missæ, non licet etiam pauperi Presbytero quicquam accipere; ita quòd sit principalis causa motiva, quia tunc esset Simonia: nam propter Deum est sibi principaliter serviendum. Ut notatur 74. *di. c. ul. in glo. ut hic.* Sed si devotio ut causa principalis & propinqua, non generata ex dato; tunc licet datio pecuniæ sit una causa remota, & etiam occasionalis, non committitur Simonia; sic enim licitum est dare & accipere temporale pro spirituali, ut plenius notat *Extra. ne prælati. vi. su. quoniam.* ut intelligit *Gui.* in dicto *c. judices. in glo.* ibi posita super *ver. in sumptum.* & sic finis sit sub fine, ut ipse notat 1. *q.* 1. *ordinationes.* parum ante finem.

Presbyteri an liceat pro Missa aliquid accipere.

Restituere multi tenentur.

i *Ut qui. Sc.* Archidiaconi, de quibus *supra* fit mentio.

k *Sic extorta. S.* il, aliquo modo prætacto. Unde nota quòd ad restitutionem tenetur quis ubicunque sit per eum futurum, rapina, oppressio, dolus, vel calumnia. 14. *q.* 5. *c. fi.* & sic comprehenduntur casus notati per *Inno. & Hosti. Extra. de immu. eccle. quia plerique.* § 1.

l *In duplum. Extra de censi. Romana.* §. *caveat. li.* 6. & *c. proxi.* ibi sequenti. *ar. Extra. de sim. audivimus.* De hoc dicam plenius *infrà. in Consti. Otho. Deus Omnip.* §. *Ecclesias. super e. ver.*

m *Arbitrio Episcopi.* Sic *Extra. de Judæis. c. cum sit.* § 1. ubi de hoc per *Jo. An. Extra. de usuris. cum tu.* Sed contra hoc est expressum *Extra. de censi. procurationes. in fi.* & *c. ut exigit.* ibi, *duplum ejus &c. li.* 6. Solutio. Hoc per illa corrigitur, vel dic ut notatur *ple. Extra. de immu. eccle. quia plerique.*

n *Alia pœna Canonica.* De qua legitur & *no. per Jo. An. Extra. de censi. exigit.* §. *fi. li.* 6. cui pœnæ non derogatur quoad propositum per *Decret. e. ti. felicis.* ut ibi *no. Jo. An. in fi.* Tales enim in crimine concussionis de Jure tenentur. *ff. de concussione. l.* 2. legitur & *no.* 23. *q.* 1. *militare. in fi.*

o *Sint autem.* Quarta pars.

p *Solliciti. Sc.* Archidiaconi locorum, de quibus præmittitur.

q *Frequenter.* Per duas vices excusari videntur. *ar.* 26. *di. una tantum. C. de epi. aud. l.* 3. *in fi. cum fi.* & notatur *Extra. de vi. & ho. cle. monasteria.* sed certè hoc non credo hic sufficere, propter hunc textum, qui requirit solicitudinem & diligentiam: unde indeterminatè hic loquitur. Sic *infrà. e. Con. usum. in prin.* & intellige quoties opus erit, juxta arbitrium boni viri; *ar. ff. de eden. l. veluti. ar.* 82. *di. clericus.* ubi de hoc dum tamen sibi hoc commodè vacaverit. *ar. ff. de ver. sig. nepos Proculo.* de hoc notavi *supra. e. Con. ad baptismum.* §. *fi.* hæc tamen Constitutio perraro servatur: quia lucrum pecuniarium eis inde non applicatur, ut dixi *supra. e. con. quoniam de habitu. in glo. hæc Constitutio.*

r *Interesse.* Factum, non fictionem requiritur. Ut (tuitio. legitur & *no. per Doc. Extra. de cle. non resi. c.* 1. *li.* 6.

f *Capitulis.* Ruralibus, quæ hodie tenentur per Officiales Archidiaconorum, & quandoque per Decanos Rurales, de quibus dixi *supra e. Con. quod in quodam. post prin. ver. decanatus.*

t *Per singulos.* Non enim sufficit semel, vel pluries de Decanatu uno. *Extra. de sta. mo. in singulis. in prin. ff. de excep. rei judi. singulis.*

u *Decanatus.* Rurales, de quibus *supra* præmissi.

x *In quibus.* Scilicet Capitulis ruralibus.

y *Instruant.* Scilicet Archidiaconi.

z *Inter alia.* Nam circa alia versatur eorum sollicitudo *supra. e. Consti. Sacram. in fi.* ut patet in his, quæ *supra* dicuntur.

a *Ut sciant. Sc.* Sacerdotes, & hoc quantum ad formalem pronunciationem, & seriem verborum: non autem accipitur hic *scire* per omnes † causas sciendi. 23. *q.* 8. *occidit.*

M S.

† Casus

b *Et sanè intelligant.* Quantum ad mentem, significationem, & virtutem verborum. *ar. Extra. de ver. sig. intelligentia. & c. præterea.*

c *Canones.* De quo notat *Inno. Extra. de sen. ex. super. in ver. orando. & Gui. Extra. de privile. Episcoporum. ver. publice.* qui Canon dicitur expediri sub triplici silentio, ut notatur 21. *di. Ecclesiasticarum. ver. trifaria.*

d *Baptismatis.* De cujus forma dixi plenè *supra. e. Coh. ad Baptismum.* §. *ul.*

e *De substantia Sacramenti. Sc.* Eucharistiæ, de cujus substantialibus verbis legitur & *no. de consec. di.* 2. *panis.* §. *utrum. & c. ca. ple. Extra. de cele. mis. cum Martha.* de substantialibus verbis Baptismi remissi *supra. in glo. proxi.*

a *Caterum*

a *Cæterum.* Hæc Conſtitutio ſuppletur per aggravationem pœnæ *infrà. in Conſti. Otho. cum partes.*

b *Duximus inhibendum.* Nota, gerundivum futurum verbo præriti temporis adjunctum, per quandam combinationem veritatem Præſentem importat. *Extra. qui ſi. ſunt le. per venerabilem. in fi.* & *Extra. de accu. licet in beato. in fi.* & *c. veniens. in fi.* & *c. cum oportet. 1. Reſpon. in fi.* ſic *ſupra. c. Conſti. ad vicariam. in fi.* & *c. innotuit. §. verum.* & *contra latronum.* ibi, *duximus ſtatuendū.* Quando tamen non defertur ad factum proprium, tunc tantum vim futuram importat: ut *infra. in Conſti. Otho. quam indecorum. §. quòd ſi.* ibi, *duxit exequendum. ar.* pro utraq; parte *Extra. de fim. quoniã.* Hæc valent ad quæſtionē; cum dicitur *Noveritis nos talem ordinãſſe, confirmãſſe, vel inſtituiſſe*, ſic loquens de præterito, non de præſenti, an per hæc verba probetur Ordinatio confirmatio, vel Inſtitutio? Videtur quòd non. *Extra. de ver. ſig. abbate.* ibi, *fiat fides &c.* De hoc plenius dixi *ſupra. l. Con. ad Vicariam. in ver. decrevimus.*

Gerundium quod tempus importat.

c *Prælati.* Sc. Ordinarii. *Extra. de of. ar. cum ab Eccleſiarum.*

d *Ad univerſitatem.* Ut Vicarii Generales, de quibus *Extra. de offi. vica. c. ſi li. 6.*

e *Eccleſia forum.* De aliis enim non ſpectat ad hunc Legatum quicquam ſtatuere, niſi ratione pacti vel conſuetudinis. *Extra. de ju. novit. Extra. de fo. com. c. ſi clericus.* & *e. ti. c. ſi li. 6.*

f *Delegati.* A quocunq;, etiam à *Papa*; cum hoc in ſtatutum Canonis: ſecus tamen ſi eſſet nudum Præceptum Judicis. *Extra. de offi. le. ſtuduiſti.*

g *Concordia.* Tam enim de Jure, quàm de ſtylo Curiæ prius concordiã, quàm Judicio ſedari diſcordia ſuadetur. Ut legitur & notatur *de mutu. peti. c. 1. Extra. de teſti. cauſam qui. 2. §. pe. in fi. 90. di. ſtudendum. Auth. de appe. cog. §. pe.* alias *§. ul. Colla. 8.* Alias poſt ſex odibilia ſeptimò *ſeminatorem diſcordiæ Dominus deteſtatur. Prover. 6. c.*

h *Sed quandocunque.* Id eſt, in quacunque parte Litis.

i *Partes.* Sc. utræque. Secus ergo ſi altera tantum voluerit poſt Judicium inchoatum. *C. quo. & quando judex. Auth. qui ſemel.* cum etiam partis ejus hoc caſu intereſſe poſſit, vel propter defenſiones ſemel acquiſitas, ut notatur *ff. de arbi. ſi cum dies. §. fi.* vel propter expenſas non refuſas: ut plenius *no. Inno. & Hoſti. Extra. de appel. cum ceſſante.*

k *Voluerint.* Etiam allecti mediantibus amicis, ut legitur & notatur *Extra. de jurejur. c. 1. §. 1. in Con. Cle.*

l *Per compoſitionem.* Quæ ſimpliciter facta boni viri arbitrio eſt intelligenda: dolus etiam ſemper videtur exceptus. *C. de tranſac. actione.* vel *accuſatione. ar. ff. man. creditor. §. Lucius.* notat *Gui. Extra. de Reg. Jur. ſcienti.* ibi, *item facit. li. 6.*

m *Dummodo.* Pro hac clauſula, & ſimilibus clauſulis derogatoriis dixi *ſupra c. Con. cum laicis. in fi.*

Tranſactio in multis caſibus ficri nequit.

n *Tale negotium.* Bene dicit; nam plura ſunt negotia ſuper quibus tranſigere non licet, nec paciſci: ut patet primò cauſa Matrimonialis. *Extra. de tranſac. c. ul. §. 1.* Item in cauſa ſpirituali: ut *e. ti. ſuper eo.* maximè Beneficiali. *e. ti. c. Conſtitutus. cum ſi.* Item nec in criminali. Ut bene notatur *2. q. 4. §. notandum. in glo.* Scias, quòd quando licet, ac qualiter diſcedere à cauſa, & quando non, plenè notatur *Extra. de colluſi. dete. c. 1. in glo.* quæ diſtinguit inter cauſas Civiles, Criminales, & Spirituales: quare hic non refero. Scias tamen pro illa *l. C. de tranſac. tranſigere.* quæ eſt magiſtra in hac materia male intellecta, quòd ſuper omne crimen pœnam ſanguinis ingerente licitum eſt tranſigere, excepto Adulterio. Ratio regulæ eſt, quia unicuique licet ſanguinem ſuum redimere viis quibus poteſt. *ff. de bo. eorum qui an. ſen. l. 1.* & *2.* Sed ratio exceptionis eſt, quia tranſigere ſuper Adulterio incideret in Lenocinium, *C. de adul. de crimine.* & ſic tranſigens eſſet in delicto æquali cum committente Adulterium. *ff. de mino. auctium. §. in delicti.* ſed ſuper crimine minori non tranſigitur: nam ibi alia cauſa tranſactionis non eſt, niſi conſcientia criminis, ideò infamiam tranſigens incurrit. *ff. de his qui not infa. quoniam. C. e. ti. l. non damnatos.* Sed in criminibus pœnam ſanguinis ingerentibus eſt alia cauſa dandi, ſc. terribilis acuſatio. *ar. ff. de bo. eo. qui ante ſen. l. qui rei. §. videri.*

o *Propter hoc.* Sc. quòd recedant à lite, per pacem & compoſitionem.

p *Aliquid.* Niſi fortè Judex, cum eſſet delegatus, expenſas in cauſa faciſſet, quæ ſibi refundi debent: ut notatur *Extra. de ſimonia. ad aures. in fi.* legitur & *no. de vi. & ho. cle. cum ab omni.* plenius *Extra. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. li. 6.*

q *Ab eiſdem.* Sc. partibus, vel earum altera.

De Pace & Concordia reformanda.

¶ Summarium.

Prælati & Judices neminem à Concordia & Pace propter lucrum litis & contentionis dehortentur, ſed magis cohortentur ad compoſitionem licitam, idque gratis faciant.

a Cæterum b Duximus diſtrictiùs inhibendū, nè Eccleſiarum c Prælati, & maximè Archidiaconi, & Decani, vel Officiales eorum, vel quicunque alii d ad Univerſitatem cauſarum, vel aliqua negotia, ratione Juriſdictionis Eccleſiaſticæ vel Officii Spiritualis e Eccleſiæ forum contingentia, f delegati, quin de diſcordiis & querelis fiat Pax vel g Concordia inter partes, præſumant aliquatenus impedire, h ſed quandocunque i partes k voluerint, à Judicio l per compoſitionem recedant, m dummodo ſit n tale negotium ſuper quo tranſigi poſſit de Jure vel componi: nec o propter hoc p aliquid q ab eiſdem exigatur.

De Officio Archiepiſcoporum & Epiſcoporum.

¶ Summarium.

Archiepiſcopi & Epiſcopi, ut juxta nominis Officii impoſitionem Officio fungantur, vigilia gregis ſuæ ſuperintendant, ſeſe exemplar ſanctitatis exhibeant in Cathedralibus ſuo tempore celebrando, Diœceſes viſitando, & prædicatione reformando: atque id diligentius efficiant, Profeſſionis ſuæ Regulam, quotannis ad minimum bis, ſibi pronunciandam curent.

r Quid ad Venerabiles ſ Patres t Archiepiſcopos & Epiſcopos incumbat ex Officio faciendum, nomen u Dignitatis eorum (quod eſt x Epiſcopus y id eſt Superintendens) exprimit evidenter. z Intendere propriè quippe habent, & a circa Gregem ſuum, juxta verbum b Evangelicum, c noctis Vigilias cuſtodire.

r *Quid ad venerabiles.* Ad iſtam Conſtitutionem ſuppletur *infrà. in Con. Otho. b. Paſtor bonus.*

ſ *Patres.* Sic dicti propter honores eis exhibendos. Unde verſus. *Eſt Pater hic cura &c.* ut id principio *Græciſmi.*

t *Archiepiſcopos.* Ab ἀρχὸς, quod eſt princeps &c. *21. di. cleros. & 90. di. per totum.* Si ergo quæras quantum habeant plus Ordinis vel honoris Archiepiſcopi, ſeu Superiores, quàm Epiſcopi? Dic quòd, prout Ordo Epiſcopalis reſpicit ſubſtantiam charácteris, nihil: quia de ſubſtantia Ordinis Epiſcopalis tantum habet ſimplex Epiſcopus quantum & *Papa*: ſi autem loqueris de iſto Ordine prout reſpicit executionem & ſollicitudinem paſtoralem; tunc quantum ad Juriſdictionem habent ultra Epiſcopos, & quantum ad adminiſtrationem. Sic autem dicitur *Petrum* cæteris Apoſtolus præfuiſſe, non Ordinis dignitate, ſed adminiſtratione: ut notatur per *Gui. & glo. 21. di. in novo. ante ſi. ar. c. di. §. in hoc.* Nam & Papa ſuper omnes Patriarchas, & Primates eſt, qui idem ſunt, licet diverſis nominibus deſignati: ut legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. duo ſimul.* Metropolitanus & Archiepiſcopus idem ſunt; ſed Metropolitanus nomen trahit à numero Eccleſiarum à μέτρον, quod eſt menſura, & πόλις, quod eſt Civitas. Archiepiſcopus verò à perſonis, quaſi ſit princeps Epiſcoporum: ut notatur in dicto *c. cleros.* Hoc notat *Wil. Extra. de privile. epiſco. c. ulti. in prin. in Conſti. Cle.*

Archiepiſcopi quid ultra Epiſcopos habent.

u *Dignitatis eorum.* Sed an habeant Ordinem diſtinctum in Eccleſia Dei? Dicit *Hoſti.* quòd ſic per textum expreſſum *Extra. de do. & contu. veritatis in ver. ſacerdotali. per Hoſti.* Tu dic, quòd ſi Ordo accipiatur pro Officio, ſic dicitur Sacer Ordo, *Extra. de elec. quòd ſicut. §. præterea.* ſed prout Ordo accipitur pro Sacramento, ſic non eſt Ordo: ut plenius notat *Wil. Extra. de elec. in pleriſque. in glo. ſic Ordo. in Con. Cle.* Item dubium fuit de Pſalmiſtatu, an ſit certus Ordo in Eccleſia Dei? Dic quòd ſic: ita quòd talem percutiens eſt Excommunicatus. *Extra. de ata. & qua. cum contingat. 82. di. clericum.* & hoc plenè notat *Gui. 23. di. pſalmiſta.*

Epiſcopatus an ſit ordo.

x *Epiſcopus.* Qui tam verbo fidei, quàm rectæ converſationis exemplo alios excellere debet. *24. di. Epiſcopi.* & qualis debet eligi Epiſcopus patet *23. di. qui Epiſcopus.*

y *Id eſt ſuperintendens.* Ut exponitur *8. q. 1. qui Epiſcopatu. ar. ff. de mu.* & *ho. l. ul. §. item Epiſcopi.* Sed in his unum per experientiam conſideres, quòd cum actus ſubditorum ſint mali in conſpectu Dei, dantur eis ut flagellentur, Principes, & Antiſtites iniqui, & Tyranni, qui Dominentur eorum. *8. q. 2. audaci.*

z *Intendere.* Verſiculus.

a *Circa gregem.* Nam ſicut aries ducatum gregibus præbere debet, ſic Epiſcopus. *8. q. 1. ſuſcitare.*

b *Evangelicum. Luca. 2. c. circa prin.*

c *Noctis vigilias.* Id eſt, ſine negligentia, ut dixi *ſupra. c. Con. licet ad profugandum. ſuper ver. incorrectam.* & *in Conſti.* de qua dixi *ſupra. in prima glo.*

a *Cum igitur.* Secunda pars.

b *Forma gregis.* Prima *Petri* 5. c. 45. *di. licet.* 2. *in fi.* 94. *di. dictum.* 16. *q.* 1. *prædicator.* 10. *q.* 3. *quia.*

c *Reformare.* Quaſi ſint ſigna poſita ad ſagittandum. *Extra. de accu. c. qualiter.* §. *licet.*

d *In exemplum.* 11. *q.* 3. *præcipue.* 21. *q.* 4. *præcipimus.* legitur & *no. Extra. de voto. magnæ.* §. 1. *Extra. de ſta. mo. cum ad monaſterium.* §. *ſi. ver. exemplo vitæ.*

Prælati in multis debent aliis præcellere.

Debent enim Prælati præcellere vitæ puritate, & bonæ famæ teſtimonio decorari: ut ſic intus Deo ex cordis munditia placeant, & proximis foris luceant per exemplum. 2 *q.* 7. *teſtes.* §. *Paulus Petrū.* *in fi.* Legitur quoque *ad Timo.* 4. c. *Exemplum eſto fidelium in verbo converſatione, in charitate & fide, & caſtitate. ar.* 2. *q.* 7. *cum paſtor.* Nam juxta *Senecam ad Lucil.* 5. c. Licet longum ſit iter per præcepta, breve tamen, & efficax per exempla. Cavendum eſt tamen de exemplis. *ad Titum. c.* 2. & notatur 40. *di. multi. ar. ff. de cuſto re. l. divus. in fi. ff. de pœ. ſi quis.* 2. §. *qui abortivis.*

e *Exhortamur.* Licet hic ſe humiliat Legatus in reverentiam Epiſcoporum, tamen eſt conſilium reverentiæ cui obediendum eſt de

Conſiliū, an obliget eos quibus datur.

ſalutis neceſſitate: ut legitur & *no. per Jo. An. Extra. de ſta. mo. recolentes.* §. *ideoque.* maximè propter verum *monemus* hic adjectum: per eò convincitur *glo.* eſſe falſa. 30. *q.* 5. *ſponſus.* de hoc *infrà. in Conſti. proxi. an e ſi.* Quandoque eſt Conſilium Perfectionis, ut ibi, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: ut 14. *q.* 1. §. 1. *no. Extra. de æta. & quali. ad aures. in fi. de conceſſ.* 4 *MS.* In Certis. *di.* 2. *quoſdile.* Quandoque verò, ſc. cum ſ. ctum partis eſt incertum mandatum Juriſdictionem importat. Ut legitur & *no.* 2. *q.* 7. *ſicut.*

f *Eos.* Sc. patres prædictos.

g *Moram facientes.* Nè ſuſcepti talenti & ſolicitudinis pulchritudo deleatur, ſed augeatur cert. mine. 7. *q.* 1. *pontifices.* ℞. *ſi. Auth. quomo. opor. epi. & cle.* §. *& illud etiam definimus. Colla.* 1. Legitur & notatur *Extra. de cle. non reſi. qualiter.*

h *Cathedrales.* De quibus dixi *ſuprà. in Con. Baſilicarum.* §. 1. & 2.

i *Congruentes.* Arbitrio ejus relinquitur, præterquam in diebus ſubſequentibus exceptis.

k *Præcipuis.* De quibus patet 7. *q.* 1. *ſi quis in clero. de conſe. di.* 1. *ſi quis. Extra. de ſen. ex. alma.* §. *pe. li.* 6. & notatur *Extra. de feri. licet. ver. majoribus.*

l *Circueant.* Tertia pars.

m *Diœceſes ſuas.* Sc. Epiſcopales.

n *Opportunis.* Nam *omnia tempus habent. Eccle.* 3. *c. in prin.*

o *Corrigendo.* Cum ad Epiſcopum principaliter ſpectet inquirere de criminibus Eccleſiaſticis, puta, de Adulterio, Uſura, Sacrilegio, Simonia, & de quolibet mortali peccato; *Extra. de judi. novit G. de reli. & ſup. fune. alearum uſus.* ac hujuſmodi crimina corrigere & punire, ut hic, & *no. Extra. de offi. ordi. c.* 1. *in glo. canones dicunt.* & per *Gui. Extra. de conſue. non eſt. ver. exceſſibus. li.* 6. Et quæ Epiſcopus debeat inquirere, & quæ decere in ſua Viſitatione haberur 10. *q.* 1. *placuit.* Idcirco de materia correctionis Epiſcopalis aliqua facti in his partibus dubitata ſubnecto ultra materiam Notorii, quam tractavi *ſuprà. c. Con. contra latronum.* In primis diligenter quilibet Prælatus attendat, ſi indignationem Dei extremo definitivo Judicio evitare cupiat, quando & ſeparabuntur Oves ab Hœdis, ut dixi *ſuprà. c. Con. ſacer ordo.* §. *ſi. in glo. cum ſint. in fi.* in correctione quatuor fore neceſſaria, ſc perſonam corrigentem, cauſam correctionis, modum corrigendi, & finem correctionis. Perſona corrigens debet eſſe juſta per punitionem, & ſancta per compaſſionem. 45. *di. diſciplina.* 50. *di. conſiderandum. & c. ſe.* Item debet eſſe vir, non animal brutum, ut canis, 2. *q.* 7. *qui nec regimini. in prin.* non fœmina, quæ propter inconſtantiam variabilis eſt. *ar. Extra. de ver. ſig. forus.* §. *ut ſi.* nec puer, nec cæcus, qui ſe & alios necat. 15. *q.* 1. *is qui.* §. *ut itaque. ver. ſed objicit.* Item debet eſſe virtuoſus, & diſcretus: 45. *di. ompes.* in qua diſcretione tria hortatur beatus *Ber. ad Eugenium. li.* 4. *propè fi.* Multa

Correctio Epiſcopi quatuor debet habere neceſſaria.

neſcias, plurima diſſimules, nonnulla obliviſcaris; nec ſis criminoſus. 25. *di. c. ulti.* Secundò requiritur cauſa correctionis, quæ triplex eſt, ſc. nota. 2. *q.* 1. *notum.* Item vera. 2. *q.* 1. *primo ſemper ante omnia.* Item ſufficiens. 2. *q.* 1. *nemo Epiſcopus.* Tertium eſt modus corrigendi, ſcilicet ut crimen occultum ſecretè corrigatur, publicum verò publicè. 2. *q.* 1. *ſi peccaverit.* ubi hoc notat *Gui. in fi. ſummæ.* Quartum eſt finis correctionis, ut peccans per punitionem emendetur, & ejus metu cæteri corrigantur. 2. *q.* 7. *quapropter. C. ad l. Fuli. repe. l.* 1. Præterea quæritur, an Epiſcopus poteſt inquirere contra non infamatum reclamantem non inquiſito de infamia? De hac quæſtione inter *Doc.* antiquos & modernos fuit & eſt contrarietas manifeſta, ut recitat *Gui. Extra. de an poſſes accuſa. c.* 2. *in fi. li.* 6. Celebrior autem opinio tenet quòd ſic; ſi *fieri non* ſubditum Epiſcopus habeat ſuſpectum: nam tali Purgatio indici po- *præcedente* teſt. 2. *q.* 5. *omnibus.* ubi de hac materia eſt bona *glo.* Hoc tenet *Wil.* *infamia.*

¶ a Cùm igitur eſſe debeant b Forma Gregis, ad quam ſe debent ſubditi c reformare, quod nequit fieri, niſi ſe omnibus exhibeant in d exemplum, e Exhortamur f eos in Domino, & Monemus, ut g moram facientes apud h Cathedrales Eccleſias i congruentes ibidem Miſſas celebrent in k præcipuis Feſtivitatibus, & in diebus Dominicis, & in Quadrageſima, & in Adventu.

¶ l Circueant præterea m Diœceſes ſuas temporibus n opportunis o corrigendo

Extra. de offic. ordi. c. 1. *ver. clericorum. in Cle.* Tu dic, aut vult inquirere contra ſubditum, ad ipſum de villicatione removendum: & hoc non poteſt, niſi tanta, & talis ſit infamia contra eum qui ſcandalum generat, *Extra. de accu. qualiter.* 2. §. 1. & 2. & *Extra. de ſi. licet Hely.* §. 1. *ver. nam juxta iſtud.* ita quòd diffamatus ſit apud bonos & graves. *Extra. de pur. ca. cum juventute.* Notat *Gui. Extra. de hæreti. c. accuſatus. in prin. li.* 6. Facit quod dixi *ſupra. c. Con. innotuit. in* 1. *glo.* Aut ut pœnitentiam agat, & emendet illud in quo ſuſpicatur peccâſſe: tunc enim ſine fama aliqua contra eum procedi poteſt. Sic intelligo dictum *Gregorii Extra. de collu. dete. c.* 2. & hoc notat *Gui. Extra. de conſue. in glo. debet enim. li.* 6. & *in Spe. ti. de inquiſitione.* §. *cum autem. ver. licet autem.* & §. *nunc tractemus. ver. hoc autem ſcias.* quaſi ad correctionē criminis, non ad pœnam Canonicam intenditur Ordo illius *Decret. qualiter ſit ſublatus.* ut notat *Gui.* 2. *q.* 1. *Deus Omnipotens. in fi.* quod tamen non video niſi reo prius citato, ac ſuper criminis veritate examinato: cùm Juris Beneficium nemini ſit auferendum; *Extra. de Reg. Jur. c. indultum. li.* 6. nec poſſunt Epiſcopi contra jura expreſſe ſtatuere. 18. *di.* §. 1. notat *Wil.* in dicto *ver. clericorum. in Cle.* & notat *Hoſti. Extra. de re judi. cum.* 1. & à §. 1. *ver. lite non conteſtata.* Non tamen nego Epiſcopum ad effectum correctionis præfactæ poſſe procedere abſque Communi, ſeu clamoſa fama. Idem notat *Jo. An. Extra. de accu. c. pe.* §. *ſi vero.* ſi ſuper crimine Eccleſiaſtico ſuſpicio ſibi Epiſcopo veriſimilis fuit, & quibuſdam aliis; *ar. ff. de adminiſtra. tuto. tutores.* §. *quòd autem. C. de offi. rectoris provinci. l.* 3. ſed ſola Epiſcopi occulta ſuſpicio non ſufficeret: 6. *q.* 2. *ſi tantum. & c. placuit. ff. de pœ. abſenti.* 1. *Reſpon.* ibi, *ſed nec de ſuſpicione &c.* notat *Gui. Extra. de accu. c.* 2. *in fi. li.* 6. & 2. *q.* 5. *omnibus. in fi.* nam ex hoc contra certam perſonam non debet inquirere. *ff. de quæſti. l.* 1. §. *qui quæſtionem.* notat *Inno. Extra. de poſtu. præla. c.* 1. Prælatus enim non eſt judex talium occultorum, 2. *q.* 1. *votum.* ſed ſolus Deus, cui injuriatur Prælatus volens hujuſmodi cognitionem uſurpare. 2. *q.* 1. *nomen.* 6. *q.* 1. *ſi omnia.* Super hujuſmodi ergo occultis Prælatus poteſtatem non habet, niſi quatènus per aliqua indicia manifeſtantur: puta, per infamiam, vel alias conjecturas; ut dictum eſt, & notat *Gui.* 2. *q.* 1. *ſi peccaverit. propè fi. ſummæ.* Generalem tamen facere Viſitationem non prohibetur ratione Officii ſui: *ar. ff. de offi. præſi. congruit.* de quo dixi *ſuprà. c. Con. de Archidiaconis. ver. inquirendo.* Recolligit tamen *Jo. An.* hoc caſu *Extra. de accu. qualiter.* 2. ſuper prima *glo.* quòd quando Epiſcopus procedat ad inquiſitionem ex Officio ſuo, poſtquam conſtat ſibi de infamia, vel ſuſpicionem concipit veriſimilem, ut præmittitur; licet reus dicat ſe non infamatum, non tamen tenetur Prælatus de infamia facere fidem: cui enim faceret fidem cum ipſemet ſit Judex? Caveat tamen Prælatus ſi dicat ſibi conſtare illud quod non conſtat: quia ſi tunc ſubditus appellet, neceſſario haberet Judex fidem facere de infamia in cauſa Appellationis; alias caſſaretur ejus proceſſus. Eſt ergo expediens reum vocare, ut audiantur ſuæ allegationes ſuper infamia: ſic namque evitabit Judex Appellationes partis, ut notat *Jo. An. ſuprà* prædicta *glo.* Dicam ergo ordinem inquirendi primo ſuper infamia eſſe congruitatis, ut notat *Car. de accu. c.* 1. *li.* 6. niſi obſervatio hujus ordinis peteretur à parte: tunc enim eſſet ordo neceſſitatis; ut *e. ti. ſi is. li.* 6. & tunc interrogatus ante Judicem an ſit infamatus de hujuſmodi crimine habet Reſpondere; quòd ſi confeſſus fuerit ſe diffamatum, vel etiam ſi hoc ſit probatum, tunc demum interrogatus Reſpondere debet, an crimen commiſit: quia primo requiritur de infamia, & poſtea de veritate: 2. *q.* 1. *Deus. Extra. de Simo. licet Hely.* §. 1. notat *Inno. Extra. de elec. c. bonæ memoriæ Magun.* præmiſſa tamen proclamatione: *Extra. de purga. cano. ex tuarum. no. glo. & Archi.* 2. *q.* 5. *Presbyt.* tamen ſi agatur ad aliam pœnam quàm Spiritualem, in ipſa principali cauſa Reſpondere non cogitur, ut notat *Inno. Extra. de elec. dudum. ver. dicenda.* Idem etiam notat *Compoſte.* & notat *Inno. & Hoſti. Extra. de confeſſ. c.* 2. quorū dicta commendat *Gui.* 50. *di. ex pœnitentibus.* Eſt ergo duplex inquiſitio, una de infamia, alia ſequens de veritate criminis. 2. *q.* 1. *Deus. Extra. de ſi. licet Hely.* ibi notat *Hoſti. Extra. de præſump. cum in juventute.* Delegatus autem contra nō infamatū regulariter non inquireret, ut plenè notat *Wil. Extra. de offi. ordi. c.* 1. *ver. clericorum. in prin. in Conſti. Cle.* ubi etiā notatur ſuper quo ſit inquirendum; quia non ſuper Jure partem ſpecialiter

Inquiſitio

cialiter tangenet, nisi tangat jus publicũ, ut ibi notatur puta per exactionẽ Decimarum: ut notat *Inno. Extrà. de jurejur. ad nostram.* Secundò quæro, an convictus de crimine per modũ correctionis sit infamis, ita quòd contra eum de infamia in alio negotio excipi possit? Videtur quòd sic. ff. *de furtis. l. non potest.* Tu distingue. Aut sic convictus est juxta Confessionem propriam, & extra Judicium emissam secundùm *Inno.* & *Hosti.* (In hoc casu tamen est *glo.* contra legem istam, ad quam *infrà.* remittitur) tunc redditur infamis cum voce sua propria &c. *Extra. de probati. per tuas. C. de non nunc. pecu. l. generaliter. Authen. de jurejur. amori. præstan.* §. 1. *in fi. Coll.* 6. multo fortius in Judicio. ff. *de don. i. ſi patronus.* §. *de illo.* & *l. quid in jure.* 1. *Reſpon. ver. optimè facit ad propoſitum.* Secus tamen, si illa Confessio prius fuisset emissa per Procuratorem. *ar. ff. de his qui no. infa. furtum.* §. *ſi quis.* Nec mirum si per Confessionem propriam infamiam incurrat; nam tunc obumbrari non potest: *ar. ff. de adul. l. mariti.* 1. *Reſpon. C. e. ti. ſine metu. in fi.* unde tunc punitur pœna ordinaria; dum tamen sit Principalis persona contra quem excipitur de hujusmodi convictione: ut legitur & notatur per *Inno.* & *Jo. An. Extra. de elec. per inquiſitionem. in fi. ar. Extra. de confeſ. c.* 2. *de accuſa. ſuper his.* notatur plenius 15. *q.* 8. *in ſumma.* Nam confessus in confitendo suam Confessionem non justificans statim debet condemnari. *ff. ad l. Aquili. proinde. ad fi. l. ff. de cuſto. reorum. cum conſeſſu.* Sed contra videtur ff. *de quæſtioni. l.* 1. §. *divus Severus.* Aut per testes principalis persona est convicta via exceptionis, inquisitionis, seu Officii Judicis, vel per instrumenta, aut per præsumptionem, ut notatur *Extra. de purga. canoni. inter. in fi.* & de hoc notatur *Extra. de teſti. cauſam.* 1. & tunc infamiam non incurrit, nec pœna ordinaria punitur secundùm *Inno.* in dicto *c. per inquiſitionem.* & de hoc legitur & *no. per Dig. ff. de actio. & obli. ceſſat. ar. ff. de vi, & vi arma. l. neque. ff. de Decuri. eo.* §. *ſi tutor non geſſit. l.* 1. & 2. *Reſpon.* cum sua *glo. Extra. de Simo. per tuas. in fi.* facit quod notat *Gui.* 23. *di. illud. in prin.* magnæ *glo. ar. op. ff. de his qui not. infa. l. quid ergo.* §. *ex compromiſſo.* & §. *pœna gravior. C. e. l. ſi poſt idoneum.* Ratio diversitatis est, nam contra dicta Testium, Instrumenta, & cæteras probationes exteriores superest convictio justificatoria, vel etiam †purgatoria: & ideò per processum ordinarium, ubi omnes defensiones Juris tam in forma, quàm in materia partium indulgentur, infamia, & alia pœna ordinaria evitatur: 3. *q.* 9. *non oportet.* sic intellige *C. de adult. & ſi crimen. C. ex qui. cau. alicui infa. irro. l.* 1. & 2. ubi hoc *no. Extra. de teſti. mediatores. li.* 6. extraordinarie tamen puniri poterit sic convictus, *Extra. de excep. denique. ff. de adult. l.* 2. §. *ſi publicatis.* non ad petitionem partis, sed instantia in Officium conversa; ut ibi, & ff. *de ſuſpec. tu. l.* 3. §. *præterea.* Nec nego tamen, quin, datis omnibus defensionibus Juris, etiam Inquisitionis via dicatur ordinarius processus: ut notat *Inno. Extra. de ſen. excom. c. dilecto. in prin.* alias ipse esset sibi contrarius. *Extra. de accu. cum oportet.* notat *Archi. Extra. de conſue. non eſt. lib.* 6. Aut crimen non objicitur personæ principali, sed Testi: tunc non punitur testis; quia ad hoc non agebatur, *Extra. de ordi. cogni. c. cum dilectus. ff. de his qui no. infa. Lucius.* nec etiam ipse Testis super crimine objecto se defendebat: & hanc responsionem ponit *Jo. An. Extra. de fide. c.* 2. *in fi.* & notatur 50. *di. ex pœnitentibus. prope finem.* Idem dicunt *Inno.* & *Hosti.* in dicto *c. cum dilectus.* §. *penul. & Gui.* 2. *q.* 1. *in primis. in* 3. *columna.* Tertiò quæritur an Nobili convicto per modum correctionis indici possit fustigatio circa Forum? De quo satis dixi *ſuprà e. Con. de armis.* §. 1. *ver. aut crimina puniant. ante fi.* Quartò quæritur, an subditi, maximè Collegiati, super compertis in visitatione Episcopi trahi possunt ad loca remota? Dicit *J. An.* quòd non. Sed comperta de Collegiatis corrigi debent in Capitulo. *ar. Extra. de re judi. cum.* 1. & à 1. *Reſpon. in fi.* ubi etiam ipse hoc notat. *ar. C. de patri. po. congruentibus.* Sed dic hoc esse de benigna honestate, de juris tamen necessitate trahi possunt ad remotiora loca; dummodo infra Diœcesim. *Extra. de offi. ordi. cum Epiſcopus. li.* 6. Item, an in correctionibus admittitur Appellatio, dixi in materia Notorii, ad quam remisi post principium hujus *glo.* & dixi *ſuprà e. Con. licet ad profugandum.* §. 1. *ver. ſuper digno. in fi.* Sed nunquid Episcopus possit exemptos corrigere in suo territorio delinquentes? Quidam dicunt quòd sic, contra tenorem *Decre. volentes. Extra. de privile. li.* 6. De hoc notat multum *Cardi. e. li. & e. ii. c. Epiſcoporum.* Et videtur quòd non. *ar. ff. de veteranis. li.* 6. Sed dic, quòd saltem in Notoriis in eos animadvertere potest; quia in delictis *Papa* non privilegiat eos: ergo sub ordinaria manent potestate. *ar. C. ubi de crimi. agi. opor. Authen. quæ in provincia.* ibi, *omni privilegio ceſſante &c.* & notatur *e. Authen. in fi.* facit 61. *di. miramur.* circa medium, ibi, *nec putandus eſt bonus &c. ar. Extra. de privi. peruſtis. Authen. de man. princ.* §. *non permittas. Coll.* 3. Et facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. conjugale.* §. 1. *in prin. arg. Extra. de ſepul. eos qui. in fi. in Conſti. Cle.* ubi de hoc per *Jo. An. in glo. pe.* & eodem libro *de teſta. c. unico. in fi. per Wil.* Legitur bene & notatur *Extra. de privile. tuarum.* §. *verum. in ver. ſi clerici. in glo. fic ergo.* Ut *ple. no. Wil. Extra. de offi. ordi. c.* 1. *glo. harum. in Cle.* & *de ſepul. dudum.* §. *pe. in glo. ergo à contrario. in Conſti. Cle.* Ut sic dicam Privilegium hujusmodi immunitatem præstare in eo †numero quo salvari potest; maximè quando alteri ũt enorme Præjudicium. *Extra. de privile. c. porro.* & *c. recepimus.* Notatur in *Spe. de privi.* §. *ſed quæritur utrũ etiam.* notat *Archi.* 80. *di. ca. quoniam.* Nam, cum multum sit contra Jus Commune, restringendum est, dummodo remaneat in aliquo † gratiosum. Ut notatur per *Doctos.* & *glo. Extra. de ſi. preſ. c. literas.* ubi notat *Goffre.* illud Privilegium debere restringi, tanquam odiosum in eo, quòd detrahit Juri Communi. *ar. ff. de libe.* & *poſtbu. cum quidam. Extra. de conſan.* & *affi. quod dilecto.* Vel dic generaliter, quòd si Princeps indulgentiã concedat ad instantiam petentis, non autem libera voluntate: tunc locum habet opinio prædicta, ut in *c.* su hujus quæstionis. *ar. ff. quod quiſque jur. l.* 3. *in prin. Extra. de præben. ſi motu.* & *c. ſi pluribus.* ubi de hoc *li.* 6. Notat *Gui.* 1. *q.* 7. *requiritis.* facit quod dicam *infrà. proxi. in glo. pe.* Jam quoque videndum est si non probatur crimen contra infamatum, sed sibi Purgatio indicatur, an paritas gradus & conditionis in Purgatoribus requiratur? *Glo.* tenet quod non. 81. *di. clerici.* 18. *q.* 2. *in decima.* Sed contra: quia Purgatores debent esse collegæ, id est, æqualis conditionis & potestatis cum ipso purgando. 2. *q.* 5. *c. ſuper.* & *c. preſbyter ſi à plebe. ff. de ver. ſig. collegarum. in prin.* Solutio. Illud verũ est ubi tales haberi possunt, & inter tales est conversatus; aliàs secus: ut notatur in dicto *c. in decima. in fi.* & *Extra. de accu. cum P. in fi.* Item, an pendente negotio correctionis contra aliquem posset ipse esse Purgator alterius qui super consimili vitio sit notatus? Dicit *Inno.* quòd non, sive pendet per modum inquisitionis sive denunciationis, sicut videtur, nec pendente accusatione in testem admittitur: ut legitur & notatur per eum *Extra. de teſti. c. ulti. ar.* 2. *q.* 7. *ipſi Apoſtoli.* Quam sententiam credo veram pendente inquisitione contra eum, quia illa fieri non debet, nisi præcedat infamia: *Extra. de accu. qualiter.* 2. Sed secus de denunciatione; quia ista potest fieri etiam de sancto viro, ut notat *Johan. An.* in dicto *c. ulti. in fi.* Pendente ergo inquisitione contra aliquem non admittitur ad Compurgationem alterius; quia ea pendente, fama illius incipit vacillare: *ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de teſti. teſtimonium.* §. *in criminali. & ca. ulti. per Ber. in prin. glo.* igitur repellitur à purgatione. *ar. op. Extra. de teſti. c. tam literis.* §. *demum.* 2. *q.* 1. *in primis.* §. 1. ibi, *mota ſive probata eſt.* Sed nunquid aliquis bonæ famæ potest esse compurgator plurium diversorum? Videtur qd non, sicut nec delator vel accusator pluriũ quàm duorũ: ut satis legitur & *no.* 2. *q.* 1 *prohibentur. & ff. de accu. hos accuſare.* §. *lege Julia. C. de his qui accu. non poſ. cum rationibus.* Dic contra, cum zelo fidei à Charitate dilectionis ducatur. 81. *di. Maximianus.* Non enim est ratio quare magis repellatur à Purgatione unius, quàm alterius: cum de nullo lucro pecuniario videatur sollicitus. *ar. ff. de admi. tu. ſi minores.* Nec obstat contra: quia loquitur quando ex eadem causa vult esse accusator plurium; secus tamen si ex diversa causa. *ar. ff. de adul. mi. il.* §. *ulti.* & ut intelligit *Gui. in c. prohibentur. ſuper glo.* 1. *quæſtu.* Bonæ famæ vel dico quem esse, id est, per Purgationem criminis objecti: nam infamia purgata in nullo prægravat; 28. *di. quia ſunt. in fi.* notat *Gui.* 2. *q.* 5. *Mennam.* in tantum quòd Purgatus super eodem, iterum accusari non potest in casibus notatis 2. *q.* 5. *habet. in fi.* vel nisi quis velit probare Purgatum dejerâsse, ut ibi notat *Gui. ar. ff. de jurejur. admonendi.* de hoc notatur per *Inno. Extra. de pur. ca. c. pe.* & *Hosti. e. ti. c. pe.* An vocatus legitimè se purgans potest compelli abjurare loca suspecta? Videtur quòd non, nisi semel fuisset convictus. 35. *q.* 6. *ab iſto die.* Potest dici contra; cum Lex, & ejus minister de cætero post vocationem hujusmodi eum habeat suspectum. *C. de adul. Authen. ſi quis ei.* Post ea quæro, an Clericus convictus super incontinentia, cogi potest Concubinam abjurare, id est, Juramento repudiare? Videtur expressum quòd non. *Extra. de cohabi. cle.* & *mu. clericos.* Sed contra videtur *Extra. qui cleri. vel voven. ex tuarum.* Solutio. De hac quæstiones & una alia sequenti dic ut dixi *ſuprà. e. Con. licet ad Profugendum. ver. fint ſuſpenſi.*

a *Reformando.* Quoad mores, sed correctio dicitur quoad excessus, ut notat *Jo. An. Extra. de ſta. mo. in ſingulis.* §. *ordinentur.*

b *Consecrando.* De hoc legitur & *no. ſuprà. Conſti. Baſilicarum.* Pueros quoq; confirmando, & quodcunq; hujusmodi negotium Commune, vel quod multos tangit, exercendo, visitare intelligitur: ut notat *ple. Gui. de cenſi. Romana. ver. viſitatis. li.* 6.

c *Verbum vitæ.* Aliàs, Domini, id est, Prædicatio, quæ quandoque est causa correctionis: frangit enim corda nostra per terrorem. *Jerem.* 23. *c. Nonne verba mea quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petram?* Item est gladius penetrabilis: quia convertit per dolorem. Unde in *Pſalmo. Cor contritum &c.* Item liquefacit per amorem. *Canti.* 5. *ut anima mea liquefacta eſt &c.* & in *Pſal. Factum eſt cor meum tanquam*

Infamis an debeat dici qui per modum correctionis de crimine convictus eſt.

& a reformando Eccleſias, & b conſecrando, & c verbũ vitæ

† MS. Minimo.

† MS. Grossum.

† MS. Impugnatoria.

Correctionis negotio contra aliquem pendente, an poſſit ipſe alterius eſſe Purgator.

Subditi Collegiati, an poſſint ad loca remota trahi.

Exempti delinquentes, an poſſint per Epiſcopum Corrigi.

Prædicatio multa bona opera facit.

†M S. Prædicatio.

tanquam cera liquescens. Istos enim tres effectus habet †Prædicator ad molliendum cordis duritiam. Trahit autem sursum desiderium. *Cant. 1. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Item inebriat propter delectationem. Unde *Psal. Memor fui Dei & delectatus sum & defecit spiritus meus.* Item vivificat. Unde Apostolus ad *Hebræ. 4. c. Vivus est Dei sermo. & in Evan. Jo. 5. c. Venit hora, & nunc est quando qui in monumentis sunt,* id est, mortui in peccatis, *audient vocem filii Dei: & qui audierint, vivent.* Item sanat. *Sap. 18. Omnipotens sermo tuus Domine sanat omnia. & in Psal. Misit verbum suum & sanavit eos.* Item secundum *Ber.* verbum Dei est illuminatum: quia facit hominem cognoscere peccata sua, qui prius ignorantiæ plangebat tenebras. Unde in *Psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Hoc notat *Gui. 1. q. 1. interrogo.* & satis intelligi possunt ex dictis *Greg. 43. di. §. 1. & c. 1.* Unde dicit *August.* quòd non minus est verbum Dei, quam Corpus Christi, nec minus est reus, qui verbum Dei negligenter audit, quam qui Corpus Christi sua negligentia in terram cadere permittit. Ratio est: quia per verbum Dei plures compunguntur, & sic mortalia peccata delentur, sed per Corpus Christi venialia† celantur: ut legitur & notatur in dicto *c. interrogo. de conse. di. 2. cum omne.* notat *Wil. de sepul. dudum. §. hujusmodi. in glo. sed quæras. in Cle.*

Corpus Christi reverenter tractetur.

†MS. ad. Sola.

a *Seminando, 7 q. 1. sicut vir.* §. 1. saltem per se vel alium: ut legitur & *no. Extra. de censi. Romana. §. sanè. li. 6.* verborum ordinem ordinando juxta capacitatem audientium. *8. q. 1. debet.* Ut sic prius edoctus postea Prædicationis officium assumat: *36. di. §. ecce.* dum tamen non indifferenter quilibet de fide prædicare præsumat publicè: sed prout notat *Wil. de sepul. dudum. §. ad honorem. ver. mandarct. in Cle.*

b *In agro Dominico. Sc.* tam devotis, quàm rebellibus. *7. q. 1. sicut vir. §. 1.* cum dicitur *opportunè & importunè* &c.

c *Ad quæ.* Tertia pars.

d *Omnia.* Supradicta.

e *Professionem suam.* De qua *Extra. de jurejur. ego.* ubi de hoc *not. per Doct. & c. tua nos.* & bene *no. 23. di. quanquam. in glo. nota. quòd quilibet.*

f *Anno.* Qui constat ex 345. diebus. *de conse. di. 5. quadragesima. ff. ad. l. Aquil. si a vulneratus. §. 1. ff. de fid. liber. cum hæres. §. cum Stichus. ff. de ver. sig. avunculus non statim.*

Annus quot dies habet.

g *In majori Quadragesima.* Sunt autem tres Quadragesimæ in anno, de quibus Adventus dicitur una: ut *le & no. 22. q. 5. c. 1. & 2.*

h *Sibi.* Personalitatem sonat. *ar. ff de vul. substi. qui liber. § hæc verba. ff. de le. præst. con. tab. bo. pos. l. 5. §. hoc solum.* qu. d verum est in his quæ facti sunt, ut ibi: sed in his quæ Juris sunt persona interpretata venit. *ff. de succes. edic. l. 1. §. non solum.* legitur & *no. Insti. de stipu. servo. §. sed cum factum.*

i *CUM non solum.* Hæc dictio *non* significationem geminat seu multiplicat, sic *Extra. de appel. non solum. in prin. lib. 6.*

k *Potestas.* Est ergo utile Judicem habere gratiosum in arbitrariis: ut notatur *Extra. de accu. nulli. ar. Extra. de offi. dele. consuluit.* Caveat tamen Judex à pœna *Decr. Extra. de re judi. c. 1. li. 6.* boni jue & mali judicandi potestatem habent, dum præsunt. Unde in *Ep. n. Jo. 19. Non haberes potestatem adversus me ullam &c. 22. q. 1. monet. §. sed sciendum,* tunc tamen potestas hujus regulæ exercetur, cum per rationem & modestiam regulatur, *11. q. 3. illo præpositorum.* & hoc statim subjungitur; alias autem abusive dicitur Judex, si in eo Justitia deest. *Extra. de ver. sig. forus. §. in omni.*

l *Discretio.* Quoad cerebrum, ne sit captiosus, vel nimis facilitèr ad decretum prosiliens. Discretio enim omnium virtutum nosc itur esse mater. *Extra. de offi. custo. c. 1. §. lampades.*

m *Et scientia.* Quoad literaturam: *de pœ. di. 6. §. caveat.* alias puniri debet actione in factum arbitraria. *ff. de va. & extraor. cog. si judex. no. glo. C. de pœna ju. qui ma. ju. l. 2. in fi.* De hoc plenius dicam *infrà. e. Con. c. ulti. post prin. in glo. contra quos.* Patet hic ergo quòd duo requiruntur in Judice; primo potestas, secundò scientia: ut sic habeat utramque clavem. *20. di. § 1. 1. q. 1. dictum. 16. q. 1. adjicimus.* Primum est necessarium, ita quòd alias Processus non teneat. *Extra. de judi. ex si clerici. Extra. de accu. ad petitionem. §. fi.* Secundùm est congruum, scil. scientia: ut legitur & *no. ple. per Hosti. Extra. de con. & affi. c. 1. §. fi.* Et intelligo de scientia Juris Canonici: ut *infrà. §. proxi. ver. juris.* immò & peritia Juris Civilis hoc casu prodesse possit: alias si Medicus etiam peritus cum suo urinario vellet in talibus judicare risui patendum esset, ut satis notat *Gui. Extra. de hæré. ut commissi. ver. peritorum. li. 6.*

Judex duo debet habere.

n *In definiendis.* Subaudi maxime.

o *Potissimum.* Quia ibi magis vertitur periculum. *Extra. de elec. ubi. in prin. li. 6.* ut notatur *50. di. ca. miramur. in glo. no. quòd quanto. ar. C. de appel. l. additos. ff. de arboni. edic. l. 1. §. sed & si quis.*

p *Ab omnibus.* Judices creantibus. *ff. de judi. cum Prætor. §. 1.*

q *Præcavendum.* Nota, per legē reputatur solertia pericula præcavere futura. Legitur & *no. ff. loca. si quis domum. §. idem quæritur,* patet *82. di. plurimos. in fi.*

r *Judex.* Quoad judicandum.

s *Vel cognitor.* Quoad cognoscendum. *ar.* in hoc quod dicam *infrà. §. 1. ver. tractanda.*

t *Simplicitatem.* Quæ causatur ex ignorantia. Ut plenius dixi *suprà. e. Consti ad elidendum. in prin.*

u *Imperitiam.* De qua dixi *supra. ver. & scientia.*

x *Ruditatem.* De qua loquitur *Insti. de justi. & jur. §. his itaque.*

y *Inutilis.* Id est, inconveniens, et non rita ex forma processus, *ff. de Reg. Jur. l. 4. §. condemnatum.*

z *Vel injusta.* Id est, in offensionem justitiæ partis ex causa vel animo: ut notat *Inno. Extra. de offi. dele. pastorali. ante fi.* De hoc notat *Ber. Extra. de sen. ex. sacro. in glo. sic patet. 11. q. 3. in summa.*

a *Innocens condemnetur.* Hoc iniquius esset. *ff. de pœn. absentem.*

b *Propterea.* Secunda pars.

c *Matrimoniales causæ.* Causas etiam Divortii comprehendit: cum utroque casu tractetur de fœdere seu viribus Matrimonii. Patet *Extra. de consan. & affi. c. 1.* Item & c. usas incidentes & accessorias. *Extra. de dona. inter vi. & uxo. de prudentia.* Juxta quod quæro duo, de quibus audivi hæsitari. Primò, an veniant expensæ in actione Matrimoniali vel Divortii contra partem victam? Videtur quòd non: cum Matrimonia erunt libera, & per consequens eorum persecutio. *Extra. de spon. cum locum. & c. gemma. ff. de ver. ob. Titia. post prin.* Item sic multum retraherentur à persecutione causæ hujus metu tali, ergo &c. *ar. Extra. de magis. cum sit. ver. retrahuntur. in Cle.* maximè, cum plura alia reperiantur speciatia in hujusmodi causa: ut notat *Ber. Extra. de lite non contes. c. 1.* & plenius *no. Hosti. Extra. qui ma. accu. pos. videtur. in fi.* Sed credo contra ex generalitate illius Theoricæ, Victus victori condemnari debet in expensis. *C. de judi. sancimus. cum si. Extra. de do. & contu. finem litibus.* Nec obstat contrarium: cùm hic de Jure reprimatur calumnia, ibi verò subducitur coactionalis utilitas voluntarie intenta. *ar. ff. qui satisda. cog. l si fidejussit. §. si necessaria.* Hoc verum cum Matrimonium divortiatur ad petitionem alterutrius, secus autem, si Matrimonium conjungatur: tunc enim fortè cessat exactio expensarum, quasi Communicatis bonis eorum, *Extra. de in integ. resti. Constitutus.* vel saltem quasi maritus constante Matrimonio efficiatur Dominus bonorum mulieris; *C. de rei ven. dece.* ita quòd nihil exigetur ab eo constante Matrimonio. *C. ne fidejusso. vel manda. do. den. l. 2.* Secundò quæritur de quæstione incidenti in causa Matrimoniali, an mulier agens ad Divortium propter conditionis errorem rectè petit à viro bona Communia occupante, dum causa durat, sumptus litis & alimoniæ? Videtur quòd sic. *Extra. de accu. ex parte. C. de ordi. cogni. l. fi.* cum ibi notatis. Nam licet servus de Jure Civili Matrimonium non contrahat, sed Concubernium tantum, *C. de incest. nupti. l. 3.* habilitatur tamen de jure Canonum. *Extra. de conjugi. servo. dignum.* ergo habilitatur ad fundandum Judicium in omni quæstione incidente, etiam pecuniaria, si incidat. *ar. Extra. de judi. ca. si. in*

Expensæ an debeant solvi per virum in causa Matrimoniali.

Uxor, an possit petere sumptus à viro sue pendente lite super divortio.

Nè Causæ Matrimoniales Judicibus imperitis committantur.

¶ Summarium.

Judex imperitus nequaquam est deputandus, præsertim in causis Matrimonialibus. Prælati verò, quorum interest tales cognoscere, diligenter eas ordinare procurent, nec ipsi aut Delegati per eos ad definitivam sententiam procedant absque Diœcesani consilio, nisi forte sint speciali privilegio exempti.

¶ a seminando b in agro Dominico.

¶ c Ad quæ d omnia meliùs exequenda e Professionem, quam in sua Consecratione fecerunt, saltem bis in f anno, in Adventu Domini scilicet, & g in majori Quadragesima, faciant h sibi legi.

¶ b Propterea Duximus Statuendū, quòd c Matrimoniales

in prin. & c. ti. c. 2. in Cle. ubi idem ſtatuitur incidenti circa Matrimonium, ſicut in ipſo Matrimonio, tanquam ſit ordinatum ad Matrimonium: *Extra. de conjugi. ſervo. propoſuit. ff. reli. & de ſump. func. l. ſi quis. §. funus.* præcipuè in bonis Communibus, exemplo filii reſpectu patris inviti: ut notat *Inno. Extra. de ætat. & qualit. c. indecorum.* Contra tamen videtur ſentiendum: quia licet ſervus in cauſa criminali habeat perſonam ſtandi in judicio: *C. de noxa. actio. l. pe. & ulti.* ſecus tamen, ſi ex crimine imponitur pœna pecuniaria. *ff. de accu. hoc accuſare. §. omnibus. ff. de Regu. Fur. cum ſervis.* Unde in caſu erroris, ſicut non Jure Canonico, ita nec de Jure Civili tenet Matrimonium: *Extra. de conjugi. ſervo. propoſuit.* ergo ad aliquod pecuniarium agetur contra Dominum ſervi. *ff. ſo. mia. etſi cum dotem. §. ſi.* Item maritus debet alere uxorem, ut hîam, *ff. de nup. l. ulti.* & notat *Inno. Extra. de dona. inter vi. & uxo. per veſtras.* ſed patet ad hoc non tenetur, niſi quando eſt potentior. *ff. de liber. agnoſ. ſi quis à liberis. §. pe. & Authen. ut licc. matri. & avi. §. ſi autem contingat. Coll. 8.* Cum autem ſervus nihil habeat ergo &c. *ff. de Reg. Fur. quod attinet. inſti. per quas perſo. §. item acquiritur. cum ſi. Fo. de Athon.*

MS. † Committatur.

a *Quæ.* Matrimoniales cauſæ.

b *Inter cæteras.* Eſt enim Matrimonium magnum Sacramentum. Primò, ex auctore ipſius; quia à Deo inſtitutum eſt. *infrà. in Conſti. Otho. conjugale. Extra. de tranſla. epi. licet.* Secundò, ex tempore: quia ante peccatum. Tertio, ex loco: quia in Paradiſo, in ſtatu innocentiæ. Quartò, ex ejus indiſſolubilitate: quia per hominem diſſolvi non poteſt, & hæc probantur *Extra. de voto. c. 1. li. 6.* Quintò, ex ipſius ſignificato: quia ſignificat conjunctionem Chriſti & Eccleſiæ, ac unionem fidelis animæ ad Deum: ut notatur *Extra. de big. debitum.* legitur & *no. Authen. de nup. poſt prin. Coll. 4.* Unde verſus, *Et ſtructure, loco, medicina, tempore, ſigno, conjugii patet excellentia caſti. Fo. in no. de voto & vo, redemp. c. quod votum, ver. capite.* Per quæ patet Reſponſio ad quæſtionem vetularum, quà quæritur, an plus peccet Presbyter vel Conjugatus coiens cum ſoluta? Videtur quòd conjugatus: cum ejus enim vinculatio ſit major, ergo violatio eſt damnabilior. *ar. præmiſſorum:* & notat *Car. Extra. de ſi. Presby. c. 1. in prin. li. 6.* Votum enim, Ordo, & religioſa Profeſſio, ex Conſtitutione Eccleſiæ ſunt inventa: in dicto *ca. 1.* Item Conjugatus ſic labens, non in manus ſolius Dei ſic incidit, ſed hominis, ſc. conjugis, adulterium committendo: *32. q. 5. non mœchaberis.* ſed Presbyter eo caſu ſolum Deum offendit in facto occulto: ergo minus delinquit. *ar. Extra. de cele. miſ. de homine.* Fortius enim ligant duo vincula, quam unum. *Inſti. de adop. §. ſed homine.* ubi de hoc *no. in fi. §.* Item indigenti natura potius indulgetur quàm abundanti. Legitur & *no. Extra. de furtis. ſi quis.* & hanc partem intuit *glo. 32. q. 5. qui viderit.* Item Presbyter lapſus dicitur Fornicatione ſimplici notari, *Extra. de biga. quia circa.* ſed Conjugatus Adulterio cõmittit, etiã cognoſcendo ſoluta, ut dicto *c. non mœchaberis.* Contra tamen videtur, propter dignitatem ſacri Ordinis, *ſupra. c. Cm ſacer ordo. in prin.* etiam prætacto vinculo duplici non obſtante: cum ſanctior ſit Ordo, quam Matrimonium, & quanto ſanctior, tanto ejus violatio periculoſior. *22. q. 1. movet. in fi.* Solutio. Hoc poteſt dici verum eſſe quoad uſum, & actum utendi; puta, conficiendi Corpus Chriſti, quod facere non poteſt Angelus: dignius eſt tamen Matrimonium quoad ejus inſtitutionem, ut in primis.

Matrimonium eſt Sacramentum excellens propter multa.

Presbyter coiens cum ſoluta, an plus peccet quàm conjugatus id ipſum faciens.

c *Cum maturitate.* Ergo non impetuoſe, maximè propter arduitatem negotii. *ar. Extra. de reſcrip. ad audientiam* cum ibi notatis.

d *Magna.* Immo maxima propter veritatem clamantem, *33. q. 2. quæ Deus.* & propter alias cauſas, de quibus *ſupra. in glo. eſt enim Matrimonium.* Nunquid ergo requiritur neceſſario mandatum ſpeciale ad cauſam Matrimonialem in judicio tractandam? Videtur quòd ſic per præmiſſa; ita quòd non ſufficiat mandatum generale: *ar. ff. de procura. l. procurator tutorum.* cum major ſit alienatio perſonarum quam rerum. *ff. ad l. Rhodi. de jac. l. 2. §. jacturæ.* notat *Car. Extra. de elec. ſi Religioſus. li. 6.* Item arguendum eſt de mandato Judicis ad mandatum Procuratoris, & econtra: *ff. de juriſ. om. ju. & quia.* ſed ſub Juriſdictione generaliter delegata non tranſeunt cauſæ altioremnaturam habentes. *Extra. de offi. vicari. c. licet. & c. ſi. li. 6. cum ſi.* ibi notatis, ergo &c. cum cauſa Matrimonialis ſit de majoribus. *Extra. de conſan. & affi. c. 1. in fi.* Item facit *ff. de acquir hær. l. ſi quis bona. §. ſed utrum.* & hoc tenet *Fo. An.* expreſſe *de procu c. ulti. li. 6.* Dic contra: ſc. ſufficere Procuratorium generale, præmiſſis quibuſdam clauſulis ſpecialibus. *ar. c. ti. qui ad agendum. li. 6.* Nam licet altiora non veniant ſub Juriſdictione, ſed ſimilia tantum, ut notat *Fo. An.* in dicto *c. ulti.* & patet *Extra. de procu. non poteſt. in Cle.* hoc tamen non eſt uſquequaque verum in mandato Procuratoris, ut notat *ipſe Fo. An.* in dicto *c. non poteſt. ver. graviora.* & hoc notat *Inno. Extra. de reſcrip. ſedes. ante fi. & de offi. Arch. c. ſi. ante prin. glo. ſua.* latius ergo extenditur mandatum Procuratoris, quàm Judicis, *ff. de procura. qui procuratorem dat.* cum ſua glo. Item licet Matrimonium requirat mandatum ſpeciale in ſui Conſtitutione, *Extra. de procu. c. ulti. li. 6.* ſecus tamen in cauſæ Matrimonialis executione judiciaria. *ar. ff. de contraben. empt. fiſtulas. §. ſi. ff. de dona. inter vi. & ux. ſi ſponſus. in prin.*

† *M S.* Ipſas examinare procurent.

e *Tractandæ.* Etiam quoad examinationem, multo fortius quoad deciſionem. *ar. Extra. de offi. dele. ſuper. §. intentiones. & ca. ulti. in fi.* Sed de quibus bonis litigabit mulier? Dic per *Inno. Extra. de dona. inter vi. & uxo. per veſtras. in fi.* & teneri ſuprà. *c. ver. Matrimoniales cauſæ. in fi.*

f *Viris providis.* Judicibus ſcil. & non arbitris. *Extra. de reſti. in inte. c. pe. §. fi.*

g *Juris.* Sc. Canonici, ut patet *Extra. de conſan. & affi. c. 1. §. fi.* & dixi *ſuprà. Reſpon. 1. ver. & ſcientia.*

h *Peritiam.* Non dicit Doctoratum vel Magiſtratum; quia non requiritur ſumma perfectio in artifice: *ff. de Ædi. edic. ſi quis venditor.* ſed ſufficit quòd ſtatuta Canonum non ignorent, ut in dicto *c. 1. §. fi.* & ſic quòd habeant ſcientiã ſufficientem, licet non eminentem: ut ſatis notat *Gui. Extrà. de reſcrip. ſtatutum. §. aſſeſſorem. ver. indigeat. li. 6.* dixi & remiſi *ſuprà. c. 1. Reſpon. ver. & ſcientia.*

i *Saltem.* Minimum continet. *ſuprà. c. Cm. ad Vicariam.*

k *Competens exercitium. C. de judi certs juris.* notat *Ber. Extra. de reſcrip. ſciſcitatus. in glo. puta.* & notatur 20. *di. §. 1.* Exercitium enim præteritorum nos inſtruit ad futura, ut benè notat *Gui. Extrà. de elec. quàm ſit. in prin. ver. experientia. li. 6. Fo. de Athon.*

l *Si qui verò.* Tertia pars.

m *Decani.* Sc. majoris Eccleſiæ. *de quali. decano.* legitur & *no. Extra. de appel. dilectis. & Extra. de ſen. excom. dilecta. li. 6.* Secus ergo de rurali Decano, de quo legitur *ſuprà. c. Cm. quod in quodam.* De utroque habetur *infrà c. Cm. quoniam tabellionum. poſt prin.* Talis enim Decanus ruralis examinatione cauſæ Matrimonialis ex conſuetudine habere non poſſet cum non præſumatur ſufficienter peritus, *ſuprà. c. §. 1.* nec eſt perpetuus, & ſic conſuetudinem præſcribere non poſſet, *Extra. de conſue. c. ulti.* ſed eſt amotivus ab officio ad nutum ſuperioris, cujus eſt miniſter, *Extra. de offi. Archi. ad hæc. §. fi.* qui quaſi ad ejus utilitatem videtur totum ſuum officium exercere. *C. de præſcrip. 30. malè agitur.* Unde ſibi non præſcribit hujuſmodi Decanus, etiamſi poſſeſſionem hujuſmodi diutiùs continuaſſet, ut *l. malè.* nec ſuperiori eum conſtituenti: quia hoc non inundebat. *ar. Extra. de offi. dele. cum ſuper. C. ſi quis alteri vel ſibi. multum intereſt.*

Decanus ruralis, an poſſit de cauſa Matrimoniali cognoſcere.

n *Archidiaconi. ar. Extra. de Juſti. cum veniſſent.*

o *Abbates.* Ut *Extra. de præſcrip. c. auditis.* ubi de hoc.

p *Vel conſuetudine.* Archidiaconus ergo de cauſa Matrimoniali cognoſcit propter conſuetudinem, ut notat *glo. & Inno. Extra. de reſti. ipſo. c. literas. in prin.* quibus adhæret ibi *Fo. An. ar. ff. de aquæ plu. arcen. l. ſi. C. de evanci. libe. l. 1.* licet *Hoſtien.* ibi, & *Extra. de offi. Archi. ca. ulti.* Videtur quoque notat contra propter arduitatem & majoritatem cauſæ: ut hic cum *ſuprà* notatis. Sed tu primo adhæreas, ex quo non eſt cauſa, quæ ſpectet ad ordinem Epiſcopalem: nam tunc bene præſcribunt inferiores prælati ſecundum regulam, quam dicit ipſe Hoſtien. *Extra. de exceſ. præla. accedentibus.*

Archidiaconus de conſuetudine poteſt de cauſa Matrimoniali cognoſcere.

q *Cognoſcant.* Et per conſequens regulare eſt quòd ſententiet. *ar. ff. de con. di. 1. nemo. ff. de judi. ubi acceptum. & l. de qua re. in prin.* fallit tamen hic, ut ibi notatur & *infrà, innuit.*

r *Diligenter.* Non ergo perfunctorie: ut dixi *ſuprà. c. Conſti. ad Baptiſmum. §. ſi.*

ſ *Eas.* Sc. cauſas Matrimoniales.

t *Procurent.* Non ergo eſt neceſſe per ſeipſos examinare. *ar. ſuprà. prim. Reſpon. in ver. deputetur, & infrà. proxi. §.*

u *Præcipimus.* Quarta pars.

x *Prius.* Non eſt ergo prius ſententia ferenda, & poſtea deliberatio quærenda: ſicut ferur Burgenſem quendam Clericum ſuſpendiſſe, & die vel hora ſequente quæſtum cepiſſe, quod ordine præpoſtero actum fuit. *C. de hære. eſt. ut debitum.* & dixi *ſuprà. c. Cm. ut ſacer ordo. ver. ut autem.* Unde quoad articulum præſentem dicam pleniùs

niùs *infrà. ver. conſilio.*

a *De cauſæ meritis.* Utrâque parte vocata, vel præfixione facta, ut una pars vel alia Judicis religionem valeat impugnare. *ar. C. ſi per vim vel alio mo. l. ſi.* Quod verum videtur, cum conſilium Epiſcopi neceſſe ſit obtineri, ut conceditur; & ſic excedit fines conſiliarii nudi.

b *Cum Diœceſano.* Litigantium.

c *Epiſcopo.* Aut ejus Vicario generali, ut notat *Jo. An. Extra. de fri. & male. c. 1. §. 1.* nam ex generali vicaria poſſit ex ſpeciali mandato cognoſcere de cauſis Matrimonialibus & criminalibus. *ar.* in hoc qd legitur & *not. Extra. de offi. vicar. pe. & ulti.* Huic tamen requiſitioni conſilii in locis pleriſque præcriptum eſt in contrariũ, quod fieri poteſt, ſicut & de examinatione earundem cauſarum ſupra apparet, & *ar. Extra. de conſue. non eſt. li. 6.*

† *MS.* Vel.

d *Ipſius.* Sc. Epiſcopi.

e *Requiſito.* Per dictos allegantes Privilegium vel Conſuetudiné.

f *Conſilio.* Cum hic præcedat negatio in circumſpecta dictione.

† *MS.* Circumſcripta.

g *Et obtento.* hoc ſequente dicam actũ non valere, niſi requirens ſequatur conſilium, ut plenius notat *Gui. Extra. nè ſc. va. c. i. ante ſi. li. 6.* & dixi *ſuprà. e. Conſti. Eccleſias. in glo. ſed nunquid.* Pro hac quoque materia latius quæro, an neceſſe ſit conſilium vel aſſenſum adjectum præcedere ipſum actum? Qualitercunque de hoc ſe imbrigent *Inno. & Compoſt. Extra. de conſue. u. cum conſuetudinu.* Tu dic planè. Aut conſenſus Epiſcopi requiritur per modum auctoritatis: tunc ejus conſenſum ſeu conſilium neceſſe eſt prævenire, ut hic, *cum ſi. ar. ff. de auc. tuto. l. obligari. §. pe.* Aut requiritur conſilium per modum conſilii an conſenſus: tunc ſi in actu tali, ubi non poſſit facere actum valere: tunc conſenſus ſeu conſilium non præbet effectum. *ff. de nox. acti. l. in delictu. §. ſi extraneus.* Si autem loquamur in caſu ubi poteſt facere actum valere, & ſic præſtat admiràculum de Jure: tunc ſi requiratur ad actum confirmandum, ſufficit tunc conſenſus vel conſilium ſubſequens. *ff. ſo. matrimo. l. procurator. §. ſi.* Item ſi conſenſus requiratur ad novum introducendum. *ff. de ſervi. ruſti. prædi. l. per fundum.* Aut habet intervenire conſenſus vel conſilium ad impedimentum tollendum: tunc ſubſequens conſenſus non firmat, ſed ſolum tollit impedimentum. *Extra. de elec. ca. Eccleſia veſtra. §. conſideramus.* de hoc notatur per *Card. Extra. de rebus eccle. non alie. dudum. ver. tractatus. libro 6.*

g *Et obtento.* Nam cum ſit conſilium ſalutis & reverentiæ, nedum peti debet, ſed obtineri. *Extra. de pæ. & re. omnis. ff. de ſuſpec. tuto. l. impuberibus.* dixi *ſuprà. e. Con. proxi. §. 1. ver. exhortamur.* Sed contra per jura notata *Extra. de Judæ. c. quam ſit. in fi.* Sed ibi ſufficit petere Religionis favore ſecundum *Jo. An.* vel dic p̃ eius ſecundùm *Gui.* ut remiſi *ſuprà. in glo. proxi.* Sed juxta hunc intellectum quæritur, quid ſi Epiſcopus mortuus eſſet, vel abſens? Certè tunc videtur, quòd Epiſcopi deliberatio non eſſet expectanda: *ar. ff. de leg. 1. l. turpia. §. 1. ff. de condi. & demon. filiæ. in prin.* ſed in illis eſt ſpeciale *ar. e. ti. cum iale.* reſcriptum Reſponſum. Dicunt tamen *Vinc. Compoſt. & Jo. An. Extra. de conſti. ex parte.* contrarium: quia abſens expectari debet interim, & ſi Epiſcopus mortuus eſſet, tunc expectari debet conſilium ſucceſſoris confirmati: *ar. Extra. de elec. tranſmiſſa. ar. C. de contraben. empti. l. ſi.* in caſu quando nomen proprium Epiſcopi non eſſet expreſſum. *ar. Extra. de offi. dele. c. quoniam Abbas.*

h *Ad quod.* Id eſt, ad quas deliberationes, & inquiſitiones, & requiſitiones.

i *Exemptos.* Plenè in Perſonis, rebus, & Juriſdictionibus, ac diſtrictionibus quibuſcunque: ut fertur de Monaſterio ſancti *Albani Lincoln.* Diœceſis, & ſimilibus. *ar. de bo. vocan. l. 2. li. 10. de foro compe. c. conqueſtus.* An autem expediat hujuſmodi exemptiones religioſis aliquibus indulgeri? pulchrè probat beatus *Ber.* quòd non. Ait enim *Eugenio Papæ.* Tu nè tibi licitum cenſeas Eccleſias ſuis mutilare membris, confunderè ordinem, perturbare terminos, quos poſuerunt patres tui. Cum juſtitia ſit jus unicuique † ſuum non auferre, ſua cuique, non autem tua ſola poteſtas eſt a Domino. Sicut enim in cœleſti Hierarchia Cherubin & Seraphin, ac cæteri uſque ad Angelos ordinantur ſub uno capite Deo: ſic quoque ſub uno ſummo Pontifice, Vicario Dei, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & reliqui. Cum ergo is ordo habet Deum auctorem, & de cœlo duxit originem: ergo ſi dicat Epiſcopus nolo eſſe ſub Archiepiſcopo, vel Abbas, nolo obedire Epiſcopo, hoc de cœlo non eſt: niſi tu forſan Angelorum quempiam audiſti dicentem, Nolo ſub Archangelis eſſe, aut ex alio quolibet inferioris ordinis ſe non ferre ſubeſſe cuiquam niſi Deo. Item quos Deus conjunxit non ſunt ſeparandi: ſic nec quos ſubjunxit comparandi, ſed in diſtribuendis officiis hujuſmodi religioſi infimum gradum obtinent in Eccleſia. *93. di. an ſubdiacono. 2. q. 7. §. Chriſtus. & c. quamvis.* Item ait, Monſtrum facis quòd manum vel digitum non mediante brachio facias pendere de capite: ſic eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locas, quàm ipſe diſpoſuit; niſi tu putes alium eſſe qui poſuit in Eccleſia quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios Doctores & paſtores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Non tamen ignoro Papam ſic poſſe diſpenſare, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores quis fidelis inveniantur, ut fidelis quis? Ubi neceſſitas urget, Diſpenſatio excuſabilis eſt, ubi utilitas provocat, Diſpenſatio laudabilis eſt; utilitas dico Communis, non propria: nam cum nihil horum eſt, non eſt planè fidelis Diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Permiſſibilis eſt vero exemptio, cum ab ipſa ſui fundatione hoc largitur devotio: aliud quando molitur ambitio ſubjectionis impatiens. Hæc *Ber. li. 3. ad Eugenium Papam* prope finem.

† *MS.* add. Et.

† *MS.* Et.

k *Vel ſpeciali Privilegio.* Et ſpecialiter in hoc articulo, ſc. ſumme. Et ſic non obſtat *ſuprà proxi. §.* quia ibi loquitur de examinatione privilegiata duntaxat.

Quod Juramentum Calumniæ de veritate dicenda in Cauſis præſtari debeat.

l Usjurandum calumniæ in Cauſis Eccleſiaſticis & m Civilibus o †de veritate dicenda p in Spiritualibus, quo †ut q veritas facilius aperiatur, & Cauſæ celeriùs r terminẽtur, Statuimus ſ præſtari de cætero in Regno *Angliæ* ſecundùm

De Juramento Calumniæ.

¶ Summarium.

l *Uſjurandum calumniæ.* Sc. vitandæ, ut notat *Gui. Extra. e. ti. c. 1. §. 1. li. 6.* quod Juramentum ſequitur immediate poſt Litem Conteſtatam. *Extra. e. ti. c. 1. in prin. li. 6.* & continet plura, ut patet per verſus notatos *Extra. de jura. calum. c. 1.* & notatur *Inſti. de pœna temere litig. §. 1. in glo. no. diligenter.*

m *In cauſis Eccleſiaſticis.* Et ſic reſuſcitatur Textus deſtructâ *glo.* cum ſua *l. Autben. de his qui ingre. ad appell. §. quia igitur. in glo. 1. ver. nulli. in fi. Coll. 5.* & dicam *infrà. ver. in ſpiritualibus.*

n *Civilibus.* Sc. pecuniariis, de qua materia dixi *ſuprà. e. Con. cæterum. in glo. bene dicit. in prin.*

o *De veritate.* De hoc *Extra. e. ti. in pertractando. & c. ti. c. 1. in fi. lib. 6. & de elec. dudum.* An autem hoc juramentum ſimul cum præcedenti licitè concurrat? Dic quòd ſic. *Extra. de jurejur. ex literis.* Juramentum verò malitiæ exigitur quandoque, præſtatione prædictorum Juramentorum non obſtante. *Extra. de jura. calum. ca. 2. §. ſi. li. 6.*

Juramentum malitiæ exigitur quandoque.

p *In ſpiritualibus.* Immo etiam de Calumnia bodie, ſicut & in Civilibus *ſuprà* dicitur: ut patet *Extra. de jura. calum. c. 1. §. quamvis. li. 6.* licet olim ſecus. *Extra. e. ti. literas.* Ratio verò illorum antiquorum Canonum & Jurium fuit, quare hoc Juramentum de Calumnia præſtetur. Primò, ut timore Sacramenti contentioſa litigatorum inſtantia compeſcatur. *C. e. ti. l. 1.* Secundò, ut veritas eliciatur. *Extra. e. c. cæterum.* Tertio, ut omnis Calumnia reprimatur. *C. e. ti. l. 2. & Authen. principales.* Quare tamen in Spiritualibus non præſtetur ſecundùm hæc antiqua Jura? Ratio eſt, quia Jus Canonum non præſumebat, quòd in Spiritualibus, quæ proprie Dei ſunt, quis calumnietur, ſed quòd ipſe Deus continuè ad memoriam reducatur. *ar. Extra. de procu. in noſtra. & c. ulti. C. ad l. Jul. repe. l. ſi.* Cum ergo Deus in nullo calumnioſus vult Jus ſuum Canonicum in ſuo proprio, id eſt, Spiritualibus ſibi aſſimulari, conſequenter in hujuſmodi caſibus Spiritualibus Calumnia non præſumitur; ut notat *Hoſti.* in dicto *c. literas.* Hodiè tamen propter expertã conſiderationem contrarium ſtatuitur: ut dixi *ſuprà. in prin.* hujus *glo.* immo ſummaria cognitio, quæ ſit ſine ſtrepitu, non excludit Sacramentum Calumniæ. *Extra. de ver. ſig. c. ſæpe. in Cle.*

Juramentum calumniæ quare præſtatur.

q *Veritas facilius aperiatur. C. de hære. quoniam. in fi.* quæ ratio fuit pro opinione *Hoſti.* qua dicit teſtes in criminibus compellendos: ut notatur *Extra. de teſti. cogen. clericorum.* aliàs *delictorum.* licet ſecundùm *Inno.* ſit contra. *e. ti. c. 1.*

r *Terminentur.* Facit quod legitur & notatur *Extra. de do. & contu. finem.*

ſ *Præſtari.* Sed an poteſt hoc Juramentum remitti? Dic quòd non expreſſè, ut notatur *C. de jura. calum. l. 2. §. ſed quia. Extra. de teſti. tuis. in glo. ſic patet.* Tacitè tamen in principio omiſſum non vitiat proceſſum. *Extra. de jura. calum. c. 1. §. 1. lib. 6.* ubi de hoc notatur per *Doct.* quòd ſi hoc Juramentum recuſetur, Actor recuſans cauſam perdit: Reus verò pro confeſſo habetur; ut legitur & notatur *C. e. ti. l. 2. §. quòd ſi actor. 1. & 2. Reſpon.* Nunquid ergo Rector conſcientiam habens informatam ſuper portione & penſione per Religioſos ab Eccleſia ſua exactâ, poſt ſuam conteſtationem negativam recuſans hoc Juramentum præſtare, argui poſſit cum dictis Religioſis colluſiſſe, ut ſic ſucceſſor ejus non teneatur hujuſmodi confeſſioni vel ſententiæ inde ſequenti ſtare? Videtur quòd Colluſio poſſit argui: *Extra. de Collu. dele. audivimus.*

Juramentum de calumnia an poſſit remitti.

† *MS.* add. Servare.

mus. ita quòd de causa iterum requiratur, ut *nō. c. ti. c. fi.* & notat *Gui. 2. q. 3. si quem.* Item quòd reus habeatur in hoc casu pro confesso pœna legis est ipsflicta recusanti; ut *supra* notavi. Ergo hujusmodi pœna ipsum Rectorem duntaxat afficit, non Ecclesiam. *ff. de procur. qui proprio. §. procurator, ut in certis. in fi.* Sed dic contra: quia Rector, sicut nec tutor, non compellitur anceps per jurium incurrere pro causis Ecclesiæ. *ff. de in lit. juran. videamus. §. fi.* Item nec periculum expensarū, quas refunderet, si post litem contestatam perseveraſſet. *ar. Extra. de do. & contu. finem.* Item non prohibetur bonam fidem agnoscere. *ff. de admi. tuto. l. tutor qui. §. competit. & l. quoties. §. denique.* Nec cogitur in lite improba perseverare. ff. *de judi. desitisse. §. ulti.* Facit quod notatur 54. *di. generalis. in fi. ver. reddantur.* Nec obstat Collusio, de qua præmittitur; cum *Collusio* sit inter Actorem & Reum latens & fraudulēta conventio: ut notatur in dicto *c. audivimus in prin. ar. infrà. in Con. Otho. ambitionis. §. contra hoc ergo.*

Collusio quid est.

Quæ definitio non convenit casui propositō: remedium tamen restitutionis in integrum tali successori non denego, licèt collusum non sit. *ar. ff. de minori. l. pe.*

a *Sanctiones.* De quibus *supra* dixi.

b *Obtentâ.* Per factum erroneum: vel si per contradictorium judicium, tunc coram fatuo Judice dictas Sanctiones ignorante. Et nota quòd hic loquitur de Consuetudine præcedente Legem. Unde Lex sequens eam abrogare videtur. *ff. de sepul. vio. l. 3. §. divus.* De hoc legitur & notatur *Extra. de consti. licet. li. 6.*

c *Non obstante.* Nota Statutum tollere Consuetudinem abusivam: sic econtra, Consuetudo rationabilis Statutum tollit abusivum. *Extra. de Consti. cum omnes.* Cave tamen, quia licèt Consuetudinis non sit vilis auctoritas, ut *C. quæ sit lon. consue. l.* tamen clausula *non obstante Lege* nunquam potest Legem abrogare: sicut econtra Lex statuere Consuetudine non obstante, *C. de furtis. Authen. navigia.* & notatur *supra. e. Con. quoniam indecorum. in glo. hæc Constitutio.* & sic ex hoc colligitur una subtilis solutio ad *l. ff. de legi. de quibus.* Aliæ solutiones notantur in dicta *l. consuetudinis.* ut notat *Fo. An. Extra. de consue. c. fi.* & hoc vult dicere *Gui. 11. di. consuetudinis.* per Leges quas dixi *supra* in dicta *glo. hæc Constitutio. Fo. de Athon.*

Statutum tollit Consuetudinē, & econtra.

d *Huic Statuto.* Secunda pars.

e *Annectentes.* Aliàs, utiliter adjicientes.

f *Judiciales inducias.* De quibus legitur & notatur *C. de dilati. l. 3. 4. q. 3. spatium.*

g *Judicis.* Qui in dilationibus moderandis vel prorogandis considerare debet plura. Primò locorum distantiam. *Extra. de appel. cùm speciali. §. excessu.* ubi hoc notat *Host. ar. Extra. de procu. dilectus. Extra. de in integr. restit. ex literis. 2. Respon. §. 1.* Secundo, considerandā est temporis qualitas: aliter enim in hyeme, aliter in æstate. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de rescrip. nonnulli. §. 1.* Tertiò natura negotii: aliter in majoribus, aliter in minoribus. *Extra. de rescrip. sedes. Authen. de man. prin. §. sit tibi. in prin. Colli. 3. Extra. de procu. ei non potest. in fi. in Clc.* Quartò, viæ qualitas: aliter enim arbitratur, si sit via per mare, aliter si per terram. *ff. si quis cauti. l. 2.* Quintò, personarum qualitas & impedimenta occurrentia. *Extra. de dilati. c. fi.* Unde propter istas circumstantias necesse est, quòd dilationes omnes judiciales sint regulariter arbitrariæ: ut hic. *ar. ff. de adul. l. in crimine.* & notatur in dicto *c. dilectus. Extra. de dila. ca. 1. in glo. 1. & supra. in glo. 1. Fo. de Athon.*

Dilationes dentur multis cōsiderati.

h *Detur.* Reo petenti, & tunc etiam Actori. *C. de in integ. resti. pe. l. petenda.*

i *Arbitrio.* Cum in hac materia *Doctores* diversimode loquantur; tu ex *Glossis* variis simul junctis collige veritatem. Quia aut quæritur de dilatione per Superiorem hominem limitata: tunc solo Judicis inferioris arbitrio prorogari non potest; *ar. Extra. de offi. delego. de causis. prim. Respon.* ubi de hoc *no.* licet posset arctari. Argumentum *c. ti. consuluit. §. si autem. & Host.* notat in *c. de causis.* Aut dilatio est limitata ab eodem Judice vel à Jure Judicis ministerio mediante: tunc si cum causæ cognitione tempus non mutatur, nec post tempus auditur; licèt Judicis arbitrio totum hoc ab initio committatur. *ff. de judi. l. nonnunquam. ff. de re judi. l. 2.* Sic intelige quod notat *W. Extra. de ver sig. c. sæpe. §. & quia. ver. instrumenta. produci. in Clc.* Aut sine causæ cognitione: & tunc dilatio moderatur. Imò etiam post limitationem hujusmodi pars auditur, sive loquamur in ordinativis negotii, sive in decisivis. *ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna gravior. C. de decuri. l. quinque summatē. li. 10. ff. de re judi. l. 4. §. si quis condēnatus.* cum his quæ notantur *supra. e. §. judicis.* Sic intelige notata per *Wil. Extra. de restit. in integ. c. unico. ver. finiri. in Clc.* Aut quæritur de dilatione data à Lege absque aliquo ministerio Judicis tacitè vel expressè, tunc per Judicem minui non potest. Nam sic indultum Beneficium per Legem non est auferendum per homines; ut in dicto *§. si quis condemnatus.* Legitur & notatur 28. *di. de his. in fi. 2. q. 6. annorum. Authen. de nuptiis. §. si vero solum. in fi. Colla. 4. Extra. de Reg. Furis. ca. indultum. libro 6.* ubi de hoc bene notatur per *Dy.*

Dilatio an possit per Judicem prorogari aut minui. † Al S. Omittit Non.

k *Sanctiones.* De quibus *supra* notavi.

l *Usum procuratorum.* Quis sit Procurator, & qualiter constitui potest, notatur *ff. de procurato. l. 1.* cujus materia est satis ampla in Jure Canonico vel Civili. Item an sufficit Laicus Procurator in causis Spiritualibus? Patet quòd sic. *Extra. e. ti. c. 2. libro 6.* Item etiam ad objiciendum crimina, etiam criminibus in Procuratorio non expressatis: ut satis notat *Gui. Extra. de elec. c. 1. li. 6. ver. procuratures.* Sed an infamis potest esse Procurator de Jure? *Glo. 50. di. accedens. in fi.* dicit quòd sic. *ar. Insti. de excep. §. fi.* sed Advocatus non: quia primum est officium oneris, secundum verò est honoris. *ar.* pro solutione *C. de his qui non imple. sti. sacra. sunt soluti. l. 1. Ji. 10.* Alia *glo.* notat contra: sc. infamem non esse Procuratorē Canonico Jure: ut notatur *Extra. de judi. cum deputati.* Tu dic condemnatus ad infamiam, & per sententiam, non potest Procurator esse Jure Canonico, aliàs sic: ut notatur 3. *q. 7. in prin.* Cætera alibi tractata ex certa scientia prætermitto.

Infamis potest esse procurator.

m *Ut qui.* Aliàs, si quis: sed prima est verior litera, ut patet in Textu ex quo sumitur. *ff. e. ti. l. 1. §. usus.*

n *Non potest.* Vel non vult, ut dictor. *usus autem.* Quod tamen dic, sc. an quis cogatur Procuratorem constituere, ut notatur *Extra. de procur. querelam.* plenius *e. ti. non potest. in fi. per Wil. in Clc. & e. li. de so. compe. c. unico. §. si vero dicti Episcopi. in glo.*

o *Antiqui hostis.* De quo dixi *supra. e. Consti. cum sit ars. in prin.*

p *Versutia.* Aliàs invidia; de qua dixi in dicta *Consti. cum sit ars. in prin.* Potest autem dici quod Invidia mirabilis arbor quædam est, cujus radices malevolentia, cujus frondes ira & odium, cujus flores irrisio, cujus fructus æmulatio & detractio, cujus folia livor & pallor: quem aspicit despicit, & quem despicit inficit, & corrumpit. Unde & propriè dicitur vitium Diaboli. 23. *q. 3 quam magnum. in fi. no. Gui. 25. distin. §. criminis. ver. invidia.*

q *Frequenter.* Et indeterminatè legitur ut dixi *supra. e. Consti. do Archidiaconis. §. fi.*

r *Abusum.* Propter quem perditur privilegium. *Extra. de privile. ut privilegium. cum si.*

s *Hæ consuetudine.* Secunda pars. Et dic, i. e. corruptela, ut

t *Hic.* Id est, in istis partibus *Anglicanis.* (hic patet.

u *Ut citatus.* Hæc generaliter est prima pars Judiciorum. *Insti. de pœ. temerè liti. §. omnium.*

x *Ad diem certum.* Vel Juridicum: alioquin ad comparationem non arctetur. Si quis tamen citetur ad diem Festum, an per hoc saltem arctaretur ad comparendum die sequenti, cum proximò poterit? Dicit *Inno. Extra. de feri. cunquestus.* quòd sic: sive errore tacito sive expresso. *ar. ff. de arbi. Celsus. ar. ff. de stipu. servo.* Sed ibi videtur casus *Extra. de do. & contu. cum dilecti. §. præte. ea.* Non licet ibi secundùm quosdam loquatur allegando: illa tamen sententia approbatur in decidendo. *in e. ea. in fi.* Sed *Host.* in dicto *c. conquestus.* est contra: saltem quando error in citatorio exprimitur, sc. quòd per talem citationem minus legitimam non arctaretur citatus. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de elec. bone. 2. in fi.* & hoc tenet *Gui. Extra. de offi. dele. c. quamvis. ver. fuerit. li. 6. ar. ff. si quis in jus vo. non ierit. l. 2. in fi.* ubi videtur casus, & *ar. ff. de ver. ob. cum homo mortuus.* Tu dic finaliter post *Host.* & *Johan. An.* in dicto *c. cum dilecti. §. præterea.* Aut Ordinarius vel Del-

gatus

De Officio Procuratorum.

¶ Summarium.

Procurator, nè qua dilatio aut fraus per eum fiat, constituatur deinceps simpliciter,

¶ [1] Usum procuratorum in obsequium Justitiæ introductum [m] ut qui Causæ suæ intendere [n] non potest, ejus absentia per alium relevetur, convertit [o] antiqui hostis [p] versutia [q] frequenter in [r] abusum.

¶ [s] Ex Consuetudine namque (ut dicitur) [t] hic habetur, [u] ut citatus [x] ad diem certum Procura-

gatus ad certum diem & locum citat, ubi moratur ipse citans continuè, puta, in Studio generali, vel alio loco insigni: tunc quia talis habet Consistorium suum, citatus tenetur comparere ad diem & locum si potest, alioquin postea quàm citò potest; ut dicto §. *præterea*. præcipuè si sciverit partem adversam pro lite prosequenda ad Judicem accessisse; quinimò & Judicè tunc habent partes etiam in diem alium expectare, cum spes sit de adventu in brevi; ut notatur per *Inno. Extra. de pa. cadumniam*. Aut nunc citat ad unum locum, nunc ad alium, ita quòd non trahit moram continuam in uno loco: tunc post diem assignatam non tenetur citatus quandocunque ibi comparere, nec ipsum citantem incertum ubique sequi; *ar. ff. de ope. liber. l. quòd nisi.* nisi forte infra paucos dies. *ff. si quis cauti. & si post tres dies.* prout plus vel minus consuevit Judex in talibus expectare. *ar. Extra. de offi. delega. consuluit.* & adde quod dixi *suprà. e. Consti. basilicarum.* §. *& ne. in glo. no. hic. Fo. de Athon.*

† *M S.* Vel probare mādatum, vel fidē literis imponere vult, potest per testes, aut aliud impedimentum occurrit.

a *Tantum.* Hæc est affirmativa prægnans, quæ resolvitur in negativam: sic *Extra. de cau. pos. & propri. cum Ecclesia.* §. *pars canonicorum.*

b *Constituat.* In serie tamen Procuratorii rationabile videtur, quòd primò ordiner, postea cum constituat terminum, faciat eum Procuratorem: ut patet ad sensum.

Citationem una factā an possit ad totam causam procedi.

c *Ad eundem.* Id est, diem Juridicum. Sed cum iste citatus ad unum certum diem formæ citationis obtemperet, quare ultra arctatur ad dies alios absque nova citatione contra opinionem *Dotto.* quā dicitur, quòd etiam contumax in uno articulo vocandus est ad alium actum Judicialem. *ar. Extra. de testi. cum olim. C. quo. & quando judex. ea quæ.* notat *Inno. Extra. de elec. Ecclesia vestra. 2. in glo.* Solutio. Dico hoc esse verum, quando citatus est ad unum certum articulum tantum, sed ubi ultra ad totam causam, sic dicendo, *Cito te quòd compareas die tali loco tali &c. Fohanni Athon in tali causa de Fustitia Responsurus ulteriusque facturus & Responsurus in toto negotio, quod Canonicæ dictaverint Sanctiones.* tunc potest Judex absque alia citatione ad totam causam definiendam procedere: ut notat *Inno. de procu. auditis. in glo. 2.* & satis notat *Gui. Extra. de confessis. c. ulti. in fi. li. 6. Fo. de Athon.*

d *Absque literis.* Hoc casu opus est probatione per testes: ut *infrà* sequitur.

e *Sigillo authentico.* De quo dicam *infrà* in Constitutione' *Quoniam tabellionum usus.*

Sigillum facit fidem contra signantem.

f *Non signatas.* Non hoc ergo oportet, & de suo sigillo etiam privato constaret. ff. *rem ra. haberi. ne satisdatio.* Sigillo enim non negato quantumcunque privato staretur contra consignantem. ff. *depo. l. Publia.* §. *Lucius. 1. q. 7. saluberrimum, & infrà* dicam *c. Con. quoniam tabellionum.* Hoc verum, nisi Statutum vel Consuetudo aliter interpreteur; ut *infrà. c. in fi.*

g *Unde fit.* Versiculus fallaciam continens *infrà* reprobatam.

h *Vult probare mandatum.* Quando sine literis est Constitutus. Hic patet textus, qd quando de mandato dubitatur, Procurator asserens se Constitutum, mandatum tenetur probare, si ad aliquem actum nondum expeditum velit admitti: non autem incumbit Probatio adversario hoc neganti, nisi prius post actum expeditum hoc excipiat ipse. *ar. C. de procu. l. 1.* Notat *Ber.* & compendiosius *Compost. Extra. de rescrip. nouaulli.* §. *ulti. Fo. de Athon.*

i *Vel fidem literis imponere.* Quando non sunt signatæ sigillo authentico: & hoc bene potest fieri per Probationes alias; ut notat *Inno. Extra. de fide instru. c. 1.*

k *Occurrat.* Occasione dicti procuratorii minus sufficientis: secus enim si per impedimentum extraneum; de quo legitur & notatur *Extra. de rescrip. scisciatis.* nihil videlicet concernens negotium principale.

l *Agitur illa die.* Ad quam citatus fuit propter insistentiam contra Probationem mandati procuratorii.

m *Expirante.* Per lapsum unius diei, ad quam solus Constitutus erat.

n *In sequenti.* Sc. die litis propter extinctionem mandati per lapsum unius diei; ut *suprà* in *glo. proxi.*

o *Sicque.* Pro &.

p *Illa die.* Scilicet etiam cernente, ita quòd tam prima dies quàm secunda perit; ut hic dicitur.

q *Fustitia.* Aliàs, instantia.

r *Sine fructu.* Quia nullus fit processus, vel saltem inanis;

s *Huic igitur.* Tertia pars.

t *Cautelæ.* De hoc dicam *infrà in Consti. quoniam tabellionum.* §. *pe. Fo. de Athon.*

u *Clypeum.* Inter arma defensiva computatur. Sit nota hic ad cautelam futurorum aliquid sfapui: ut legitur & notatur 23. *di. c. 1. in fi. 1. Respon.* Legitur & notatur *Extra. de servis non ordi. c. 1. in fi.* Patet 81. *di. plurimos. in fi.*

x *In causis Ecclesiasticis.* Nihil enim ad istum Legatum de aliis pertinet, nisi ratione peccati. *Extra. de judi. novit.*

y *Regni Angliæ. Scotiam & Walliam* comprehendit: ut dixi *suprà. e. Consti. in præ.* §. *fi.*

z *Constituatur simpliciter.* Id est, purè, sine conditione, vel dici adjectione: de quo dixi *suprà. e. Con. ad elidendum. in prin. ver. simplicitas.*

a *Non ad unum tantum.* Sc. diem. Ad hoc tamen opponitur; sc. quòd sit satis tolerandum, *ar. Extra. de offi. dele. pastoralis. in fi.* ubi ad diem dari potest subdelegatus, ergo idem in Procuratore, cum mandatum Procuratoris & Judicis sunt similia; ut legitur & notatur ff. *de juris. om. judi. l. & quia. in fi.* Solutio. Ibi non est aliqua fraus præsumpta, sed potius purgata in committente: hic verò evidenter arguitur perseverare in Domino Procuratorem sic constituente. Item nec ista comparatio inter Procuratorem & Judicem ubique tenet: ut notat *Wil. Extra. de procura. c. fi. in glo. nota non dicit. in Cle.*

b *Sed ad plures.* Id est, dies litis.

c *Continuandos.* De consensu partium. Sed tunc non foret multum dubium: ideo dic per Judicem in causa cognoscentem. Sed contra hunc Textum arguitur: quia ubi certus numerus statuitur, vices non permittitur continuare. *C. de numerari. & actu. l. nulli. li. 12.* Solutio. Illud verum est, quando sic pars in ejus pœnam arctatur propter desidiam vel malitiam ipsius partis, ut ibi: ut sic dicamus prorogationem vel continuationem prohiberi, ubi de corruptione animi vel morum ex hoc suspicatur; *ar. Authen. de consu.* §. *oportet. Coll. 4.* ac propter easdem causas Judici, qui est in medio, continuare permittitur. *Extra. de tempo. ordi. literas.* Hæc litera quoque facit ad quæstionem: Pone aliquis est condemnatus vel juratus solvere 10. in termino Paschæ, quidam ejus amicus ipso ignorante obtinuit terminum prorogari, nunquid ergo debitor non solutus in termino Paschæ prædicto excusatur à pœna? Videtur quòd sic: ut *ar. ff. qui sat. cogan. l. ulti.* cum *l. fi. ff. de servis exportan. servus ea lege. in fi. ar. ff. de no. oper. nunci. l. 1.* §. *demum.* aliàs §. *inde quæritur. ff. quod vi aut clam. l. prohibetur. in prin.* & bene facit *glo. Car. Extra. de concess. præben. c. 1.* §. *ex parte. in glo. ex hoc enim. li. 6.* Credo contra. *ar. Extra. de præben. si tibi absenti. 1. Respon. li. 6. ff. judic. sol. l. 3.* §. *& si quid de tutore. & l. si ante. in prin. ff. rem ra. habe. si is cui. ff. de Reg. Jur. in totum omnia ff. quis or. in bo. pos. ser. l. 2. 1. Respon.* & 2. *Respon.* Item per jurium ex conscientia dependet: cum ergo habeat vel habere debeat conscientiam de solvendo in termino, ergo si tunc non solvat, facit contra conscientiam. 22. *q. 2. Animadvertendum. in fi. & c. se.* §. *pe. & c. si is autem.* Nec obstat ff. *de precari. sed si manente.* quia ibi fit prorogatio de utriusque partis consensu expresso: aliàs enim secus. *C. de manci. & calo. patri. l. cognovimus. li. 11.* Super hoc tamen non posset ipse argui per ipsummet prorogantem obstante sibi facto suo. *Insti. loca.* §. *adeo. in glo. & Extra. de concess. præben. cum super. ar. opti.* in hoc quod legitur & notatur ff. *de furtis. inter omnes.* §. *pe. in fi.*

Debitor qui juravit solvere certo termino, an excusetur à pœna, si alium prorogationis dies?

d *Si opus fuerit.* Hæc Constitutio videtur inesse.

e *Constitui.* Sed quid si post Constitutionem simplicem mandatum revocatur, præterquam ad diem certum, vel in totum etiam per aliquem modum subtilem? Tunc si ex facto revocantis hoc pervenerit ad adversarium tantùm, hoc sufficit. ff. *de procur. si procurator.* Item si ad Judicem tantum. ff. *rem ra. haberi. ne satisdatio.* legitur & notatur per *glo. & Doc. Extra. de rescrip. ex parte decani. Si tamen pars fraudulenter revocaverit Procuratorem suum in causa per compositionem suam, vel per aliam viam subtilem, ad hoc, ut non possit ultra procedi in causa; an nihilominus in pœnam fraudis processus valeat?* Refert *Willielmus*, quòd cum de facto fuissent tantum 18. Auditores in Curia, novem eorum tenebant quòd sic, novem tenuerunt contrarium. Unde dicit habendum recursum ad Cardinales secundùm stylum Curiæ: ut no. *Extra. de rescrip. auditor. in 1. glo. in fi. in Cle.* Mihi tamen videtur processum sequentem de Jure non debere subsistere. *Extra. de procur. auditis.*

† *M S.* Perit illa instantia sine fructu,

auditis. de quo plenius notat ipse *Wil. de renunci. c. unico. in Cle.*

a *Volumus.* Supple, & postquam Nos ergo & alii hoc velle debent. Nam tanto Legato sufficit pro ratione voluntas. *Insti. de jure natura. §. quod principi. ff. ad Trebelli. quia poterat.* Sed potest dici quòd hæc voluntas satis fuit consona rationi; ut patet ex iniquitatibus recitatis *supra. §. proxi. ar.* in hoc quod notat *Gui. Extra. de sen. exco. c. 1. ver. volumus. li. 6.* Nam procurator datus ut confestim agat, intelligitur dari ut postea litem peragat: *ff. de procura. l. qui procurator.* & etiam intelligitur datus ad præparatoria & accessoria mandato, ita quòd valet occupatio procuratoris juxta procurationem suam de tempore ad tempus, ut *no. in glo. cum hujusmodi. Extra. de offi. del. cum olim. 1. ante si.* Sed tamen *Goffr.* & *Inno.* ibi contra. De hoc *infrà. in glo. proxi.*

b *Intelligimus.* Id est, præsumimus. Sic exponit *Ber. Extra. de præsum. ex studio. ar.* in hoc quòd dixi *in glo. proxi.* & hæc expositio est vera, ut mihi videtur: *ar. ff. de procur. qui procuratorem dat.* licèt fortè aliquibus videtur exponendum *intelligimus*, id est, interpretamur, cum ejus sit interpretari cujus est condere; *Extra. de sen. excom. inter alia. ff. de præto. sti. in prætoriis. C. de legi. l. 1. in fi.* & notatur *Extra. de Consti. c. ulti.* quasi iste Legatus exemplo Papæ habeat potestatem interpretandi, etiam contra veritatem facti. *Extra. de spon. is qui. C. de rei ux. actio. l. unica. in prin.* & notat *Wil. Extra. de conces. præben. c. unico. §. sin in prin. in Cle. Extra. de procur. si duo.* juncto *prin.* cum *§. Jane. c. li. 6.* & notatur per *Card. Extra. de testi. c. ulti. in fi. e. li.* Facit autem *de fil. ante dotalia instru. natis. §. fi. ver. non omnibus. Coll. 3.* Sed certe interpretatio saltem inferioris a Papa tunc demum videtur congrua, cum reperitur obscuritas vel ambiguitas: ut notat *Ber. Extra. de judi. cum venissent.* Nam ubi non est ambiguitas, sed clarum, non interpretamur: ut notatur per *Inno. Extra. de rescrip. causam. ar. ff. de lega. 3. ille. §. 1.* quia in incertis, non in certis, locus est conjecturis. *ff. de per. ob. l. continuus. §. cum ita. in fi.* Sed hic clarè potest probari contrarium hujusmodi interpretationis; ut statim dicam *infrà. c. glo.* in quæstione *proxi.* ergo malè exponitur *intelligimus*, id est, interpretamur. Pone enim quòd Dominus Constituit Procuratorem, ad diem adjiciendo & non ultra, vel consimile, nunquid teneret processus sequens? Credo quòd non; quia hoc directè impugnaret voluntatem constituentis, cum tamen hic actus in ejus potestate consistat ex legis permissione, *ff. de procur. l. 1. §. usus autem.* sive in toto negotio, sive particulariter, puta, ad exceptiones proponendas tantum; ut notat *Hosti. Extra. de procura. Constitutus. in ver. ad agendum.* Facit quod notat *Ber. e. ti. ca. petitio. in fi.* & quod notatur in *Spe. e. ti. §. 3. li. 6.* Præterea hoc esset contra naturam præfixionis, quæ nunquam fingit antequam habeat unum extremum veritatis. *ff. ad Mace. l. 1. §. si pendeat. ff. de castrey. pecu. si forte. ff. de Regu. Juris. si is damnum. §. quos pendet.* Item quare non posset ad diem tantum constituere Procuratorem, sicut statim post diem revocare eum, (ut dixi *supra. ver. constituit.*) non video rationem: ideo constanter tene expositionem primam in principio hujus *glo.* positam. Nó tamen nego, quin post lapsum diei ad quem solum constituebat Procuratorem, alias contra eum tanquam contra contumacem procedatur. *Extra. de procura, auditis, & Extra. de confessis. si post. in fi. li. 6.*

c *Constitutum.* A Domino. Et sic nota Judicem posse supplere de facto in his quæ tendunt ad firmitatem sui processus. *ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. Extra. de judi. causam. ff. de no. oper. nunci. l. cum procurator. in fi.* Aliàs autem quæ sunt causæ, vel quæ jus partis concernunt, in facto consistentia, nisi essent sibi ut Judici nota, allegare non debet de Jure: ut legitur *C. ut quæ desunt advo. l. unica.* vel nisi animæ vertatur periculum; ut legitur & notatur *Extra. de excep. pia. in fi. li. 6. ar.* pro hoc *ff. de pæ. hæredi. l. ulti.* legitur & notatur per *Card.* quando judex potest supplere de facto. *Extra. de elec. cupientes. §. cæterum. ver. opponentes. in versi. contumacia. li. 6.*

d *Mandatum.* Quarta pars.

e *Per scripturam authenticam.* Et instrumentum publicum: *Extra. de fide instru. c. 1.* vel per scripturam authentico sigillo signatam; de quo dicam *infrà. e. Consti. quoniam Tabellionum.*

De Citationibus faciendis.

¶ Summarium.

Litera Citatoriæ in Causis Ecclesiasticis non mittantur amplius in Anglia per nuncios impetrantis, sed per

---

[a] Volumus & [b] Intelligimus [c] Constitutum. ¶ [d] Mandatum etiam [e] per scripturam [f] probetur Authenticam, nisi [g] apud Acta fuerit Constitutus, [h] aut signum Authenticum [i] de facili [k] nequiverit Constituens invenire.

fidelem nuncium à Judice delegatum, qui si vocandum reperire nequit, literas in Officio solemni publicè recitari, aut ad Decanum perferendas fideliter dirigi procuret, isque quid fecerit rescribat.

[l] TAnto calliditatis [m] studio p.osequuntur se [n] alterutrum litigantes, ut in supplantatione alterius [o] calcato [p] Justitiæ [q] cultu alter faciat [r] quicquid [s] possit. ¶ [t] Denique [u] à multis accepimus, [x] quòd Citatorias Literas † impetratas [y] impetrantes, [z] eas [a] ad locum, [b] in quo [c] morari

f *Probetur.* Præterquam in casibus qui sequuntur.

g *Apud acta.* Ut *Insti. de satisd. §. si vero aliquis.*

h *Aut signum.* Id est, sigillum *ff. de testa. l. testamentum. §. si ab ipso.* usque in finem Legis.

i *De facili.* Sed contra: quia difficultas obligationem non immutat. *ff. de ver. obli. continuus. §. idem. in fi.* Solutio. Hæc difficultas inducitur à casu † intrinseco: ut *eo. ti. si bono.* de hoc *Extra. de Reg. Furis. c. imputari. & c. cum stat. lib. 6.* & notatur *ff. de conditi. & demon. de Jure Civili. in 2. glo.* † *M S.* Extrinseco.

k *Nequiverit.* Tunc enim cum sigillum authenticum haberi non possit, tunc sufficit proprium ipsius constituentis: ut satis notat *Wil. Extra. de procu. c. 1. in prin. in Cle.*

l TAnto. Hæc Constitutio confirmatur *infrà. in Con. Otho. ne mortalium.*

m *Studio.* Unde vix est aliquid, quòd sic deditus ad malitiam non adinveniat. *Authen. ut hi qui ob. se prohibent haberi res mino. §. 3. Coll. 6.* † *M S. omittit* Impetratas.

n *Alterutrum.* Aliàs, alternatim.

o *Calcato.* Aliàs, depresso.

p *Justitiæ.* Cujus tamen est proprium tales abusus reprimere, *infrà. c. §. hunc itaque.* legitur & notatur *Extra. in proæ. in prin.*

q *Cultu.* Id est, Jugi exercitio. *Extra. de con. c. pe. §. 1.*

r *Quicquid.* Per fas vel nefas. *infrà. in Consti. Otho. Ambitionis.* Cum tamen quodlibet animal diligat sibi simile. *Eccl. 13. c.*

s *Possit.* Non dico commodè, vel de Jure; *ff. de ver. sig. nepos Proculo.* sed fas & nefas permiscendo; ut *supra, in glo. m. supra.* ibi, *calcato &c.*

t *Denique.* Secunda pars.

u *A multis.* De hoc *supra. e. innotuit. in prima glo.*

x *Quòd citatorias.* Uno modo namque literis Judicis fit citatio. *Extra. de prob. quoniam.* Alio modo voce seu denunciatione præconis. *Extra. de ap. cum parati. C. de feri. omnes dies.* Tertio modo per edictum, puta, in albo prætorum de quibus tribus patet *ff. de fideicommis. liber. cum vero. §. pe.* Quartus est modus citandi adinventus ordinatione Juris. *Extra. de elec. c. 1. & c. cupientes. li. 6. & e. li. de of. ordi. quamvis.* ut satis notat *Wil. Extra. de judi. c. 1. in Cle.* *Citatio fit quadruplex.*

y *Impetrantes.* Nominativi casus est, & pluralis numeri. De quibus impetrantibus literas malitiosè legitur & notatur *Extra. de rescrip. nonnulli. & c. ulti.* per totum.

z *Eas.* Sc. literas citatorias.

a *Ad locum.* i.e. Ante locum cum citans nequeat domum ingredi alicujus inviti *ff. de in jus vo. plerique. & l. Se. & ff. de Reg. Fur. nemo de domo.* Ut notatur in *Spe. ti. de citati. §. sequitur. ver. sed an res.*

b *In quo.* Sc. loco.

c *Morari dicitur.* Ibi ubi degit, licèt alibi Beneficium vel domicilium habeat: ut notat *Inno. Extra. de eo qui mit. in pos. si adversarius. in fi. & infrà. in glo. si.* Alioquin nisi saltem prima vice citatione apprehendatur personaliter, cum est præsens, malitia seu vera contumacia non dicitur, intantum quòd non tenet sententia definitiva, vel Excommunicationis contra aliter citatum etiam ad domum. Notat *Inno. e. c. in glo. est enim. post prin. & Jo. An. Extra. de testi. significavit. §. denunciando. in prin.* Salvo eo quod legitur & notatur in certis casibus *Extra. ut lit. non contesta. c. quoniam. §. porro. cum fi.* & notat *Gui. Extra. de elec. c. 1. ver. infra mensem.* & & quòd ad constituendum aliquem verum contumacem requiritur prima vice, quòd persona citatione præveniatur: quod legitur *Extra. de do. cantu. causam.* ubi de hoc per *Hosti. & c. ulti.* quod probo *ar. ff. quæ sen. fi. ap. rescin. l. 1. §. item cum ex edicto.* Nam Lex notat proterviam, recusationem, & audaciam citati non venientis; *Authen. de testi. §. pe. Coll. 7.* sed personaliter præventus tanquam sit ignorans non posse dici protervus, recusans, vel audax, *ff. de Reg. Furis. l. non potest videri improbus, qui ignorat &c.* Post litem tamen contestatam sufficeret citatio ad domum, quæ induceit contumaciam præsumptam. *Authen. de exhi. re. §. si vero etiam quidam. Coll. 5. & no. Jo. An. in dicto §. denunciando.* Cave tamen; quia contra criminosos, si de ipsorum perfidia constet, & sint contra eos postea solennia posita edicta, licet de Jure Civili non pronuncietur in criminibus definitivè contra absentem ad impositionem pœnæ, nisi usque ad regulationem; *ff. de pæ. absentes.* credo tamen *Sententia an teneat contra illum quem Præsentem citatio non apprehendit.* *Criminosi an possint in absentia condemnari.*

Judex potest quandoque de facto supplere.

Intelligo quandoq; accipitur pro præsumo vel interpretor.

tamen de Jure Canonico posse nihilominùs pronunciari super ipso crimine; 86. *di. tanta. Extra. de do. & contu. veritatis.* h autem non constet de hujusmodi flagitio, tunc contra absentē locum habet. *Extra. de hære. cum contumacia. li.* 6. De qua materia notat *Gui. t. ti. ut commissi. in glo. qualiter. & 3. q. 9. in prin.*

a *Qui citatur.* Id est, citari præcipitur vel mandatur.

b *Garsiones.* Id est, pedites, & sequentes equos, quos vulgus expertum est † (ut statur) pessimos esse Ribaldos. *ar.* in hoc quod sic dicitur de nautis, stabulariis, & hujusmodi. *ff. nou. cau. sta. & ita de facto. §. quiramur.* Nam sub bonis magistris tales Garsiones diu non remanerent, quin ad prosperiora exalarentur.

¶ *M S.* Et testatur.

c *Quæ.* Sc. literas citatorias: unde legitur, quòd stultius est serviens sapienti. *Prover. 11. c. in fi.*

d *Loci ejusdem.* Id est, Ecclesiæ illius loci ubi citandus moratur: aliàs enim regulariter Altare etiam portatile in loco prophano habere non licet; ut dixi *suprà. e. Consti. Basilicarum. i. Respon. in fi.*

e *Vel ibidem.* Id est, in Ecclesia illius: *suprà. in glo. proxi.*

f *In loco alio.* Quàm super Altare.

g *Duo.* Sc. de tribus Garsionibus supradictis.

h *Et tertius.* Sc Garsio.

i *Statim.* Scil. post appositionem duorum primorum antequam ille citandus vel aliquis de suis hoc perpendat. Et de significatione hujus dictionis & similium, notatur *Extra. de elec. quia propter. ver. mox.* & per *Gui. Extra. de sen. ex. si judex laicus. in ver. incontinenti. li.* 6.

k *Ex quo.* Id est, per quam calliditatem.

l *Duobus.* Garsionibus literas citatorias super Altari &c. apponentibus: ut *supra* patet.

m *Postmodum.* Id est, in die Juridico: ad quem adversarius dicitur citatus esse. Et de hac dictione dixi *suprà. e. Consti. ad Baptisterium. in fi.*

n *Testificantibus.* Loco certificatorii.

o *Citaverint.* Illi duo Garsiones.

p *Juxta morem.* Hic textus si conjungatur cum dictione præcedente, *citaverint*, tunc dic consuetudinem istam corruptelam, cum citandus si præsens fuerit semper apprehendendus sit personaliter, ut *infrà. §. proxi.* & satis dixi *suprà. ver. morari dicitur.* Si autem determinet textum sequentem, *excommunicatur &c.* tunc forte hujusmodi consuetudo esset tolleranda, ut satis *infra* dicam. Unde diversa punctuatio elevata hic diversum tribuit intellectum.

q *Et.* Pro *id est. ff. de ver. sig. minus. in prin.*

r *Consuetudinem Regionis.* Sed videtur quod hæc observantia Cómunis sit præferenda Legi. *Extra. de ætate. & qualit. c. unico. in prin. in Clem.* Solutio. Hæc observantia Communis continet peccatum, scil. proximi injuriosum damnum; ut ibi notat *Wil.* et dixi plenius *suprà. ea. Consti. quoniam indecorum. in glo. hæc Constitutio.*

Excommunicatio an possit ferri contra aliquem ex prima contumacia.

s *Excommunicatur.* An ergo pro prima contumacia potest quis excommunicari? De jure videtur quòd non: cum crescere debet & pœna. *no. Bern. Extra. ut lit. non contest. c. quoniam. in glo. pe. & de do. & contu. veritatis. in glo. cum jam esset. ar. op. C. de jer. fugi. quæcunque. 1. & 2. Respon.* & hoc videtur *glo.* finaliter tenere *Extra. de judi. cum non ab homine. in fi.* Sed *glo.* notat contra 96. *di. duo quippe. in glo. pe* ubi dicit quòd contumacia quælibet digna est Excommunicatione: unde excomunicare vel suspendere est in præsidētis potestate, ut notat *Hosti.* expresse *Extra. de offi. dele. c. sane.* Tu dic hoc casu sententiā Excommunicationis tenere; licet reprehendēdus sit Judex, qui gradum modestiæ non servat à minori incipiendo. *ar. Extra. de of. dele. quia pontificiali.* & ibi notat *Jo. An. in fi. li.* 6.

t *Vel suspenditur.* Ab ingressu Ecclesiæ. *ar. Extra. de offi. ordi. præsenti. li.* 6. & sic privato ab ingressu Ecclesiæ in suo ordine non licet administrare: sed nec ibidem interesse Divinis, sc. psallendo sive non psallendo, immo nec ibidem orando. Alioquin talis in Ecclesia celebrans solenniter irregularis efficitur: *Extra. de sen. ex. is cui. li.* 6. ubi de hoc per *Doctō.* non tamen negatur, quin per Ecclesiā possit transire & extra Ecclesiam Divina Officia audire. *ar.* à contrario sensu. *§. q. 2. præsenti.* ibi, *Ecclesiam intrandi &c.* & de hac materia plenius notat *Gui. Extra. de offi. dele. quia pontificiali. ver. ingressum.*

u *Ut contumax.* In non veniendo; & de 6. modis contumaciæ notat *glo. & Inno. Extra. de do. & contu. ex litera.* Item dicitur *Contumax* respectu venientis, sed non instructi bene. *Extra. de elec. ea. 1. li.* 6. Item secundùm *Hosti.* addunt tres modi: quia interdum respectu non defendentis. *ff. de procur. l. mutus. §. præterea.*

dicitur ª qui citatur, per tres destinant ᵇ Garsiones, ᶜ quas super Altare ᵈ loci ejusdem Ecclesiæ, ᵉ vel ibidem ᶠ in loco alio ᵍ duo ponunt, ʰ & tertius ⁱ statim rapit: ᵏ ex quo fit, ut ˡ duobus ᵐ postmodum ⁿ testificantibus quod illum ᵒ citaverunt ᵖ juxta morem ᑫ & ʳ consuetudinem Regionis, ˢ excommunicatur ᵗ vel suspenditur ᵘ ut contumax, qui contumaciæ ˣ prorsus, ʸ utpote Citationis, inscius & ᶻ expers erat.

¶ ᵇ Hunc itaq; ᶜ abusum tam detestabilem, ᵈ & alios similes zelo Justitiæ ᵉ prosequentes, ſut ᶠ per impetrantes ᵍ vel per eorum ʰ nuncios in Causis Ecclesiasticis Regni *Angliæ* Literæ Citatoriæ ⁱ de cætero non mittantur, sed Judex ᵏ moderatis sumptibus ˡ impetrantis ᵐ per suum fidelem ⁿ nuncium ᵒ eas mittat, ᵖ qui ᑫ vocandum ʳ diligenter

Item respectu latitantis vel impedientis &c. & hoc est quod tangit in certis casibus *suprà. in ver. morari.* Dicitur autem medium & notatur in *Spe. ti. de contumacia. §. contumacia.* Scias tamen, quòd contumacia elidi potest per semiplenam probationem unius impedimenti, puta, per Juramentum: ut legitur & notatur 4. q. 5. *quisquis.* De quo notatur *Extra. de restit. in integ. ex literis. in glo. hoc ideo dicit.* Impedimentum quidem vocat, si locus inhonestus sit. *ff. de recep. qui arbi. l. si cum dies. §. arbiter.* Item si à magistratu sit rerentus. *ff. si quis cauti. l. 1. in fi.* & generaliter quoties non de voluntate, sed necessitate impeditur, ei subvenitur: *ff. ex quibus cau. ma. l. sed & si. §. pe.* aliàs. *§. ulti.* adeo quòd retractatur sententia probato justo impedimento. *Extra. de re judi. cum Bertholdus.* dum tamen culpa sua non interveniat. *ff. qui satisf. cog. de die. §. plane. & l. si fi. de jusſor. §. 1. ff. si quis cauti. l. 2. §. si quis tamen.* Ex hoc notat *Gui. in Rosar. 18. di. pervenit. super glo. ibidem.*

MS. ad † Statuimus.

x *Prorsus.* Id est, omnino. *ar. suprà. e. Con. licet ad profugandum.*

y *Utpote.* Est expressivū veritatis, secundū *Ber. & Jo. An. Extra. de do. & contu. c. prout. §. ulti. ver. utpote.* quia hoc indubitanter verum est. *ar.* in hoc quod notavi *suprà. ver. morari dicitur. Jo. de Athon.*

z *Insciens.* Id est, non sciens, immo ignorans.

a *Expers.* Id est, sine parte: quasi diceret in toto.

b *Hunc itaque.* Tertia pars.

c *Abusum.* Sic *suprà. Con. proxi. 1. Respon. in fi.*

d *Et alios similes.* Sc. abusus Deum offendentes, & Christum lædentes. (*in prin.*

e *Prosequentes.* Sic *infrà. in Con. Otho. ad tutelam. §. nos igitur.*

f *Per impetrantes literas citatorias.* De quibus *suprà* locutum est.

g *Vel per eorum.* Scilicet impetrantium.

h *Nuncios.* Sc. Garsiones, de quibus *suprà. §. proxi.* vel alios per impetrantem missos.

i *De cætero non mittatur.* Non approbat usum præcedentem: ut dixi *suprà. e. Con. audivimus.*

k *Moderatis sumptibus.* A quibus deducendæ sunt expensæ quæ vis nuncius ille domi esset facturus: ut notatur *Extra. de procura. cum pro causa. ar. ff. de admi. tu. à tutoribus. §. fi.* Hoc tenet *Card. de rescrip. statutum. §. insuper. ver. moderatis. li.* 6. quia tunc dicitur Moderatio, quando quis nec lucrum patitur nec damnum; ut ibi notatur. Sed *Jo. An.* ibi contra. Nam in procuratorio præstando nihil deducitur. *Extra. de fi. cum sit.* Item testis integras expensas percipit. 4. *q.* 3. *venduturus*, aliàs *venturis.* quæ ponitur *C. de test. quoniam literis. in fi.* Melius facit *C. de appel. cor. §. si quis autem.* Huic parti Judices & Executores, ut æstimo favorabiliter sine murmure inclinabunt.

l *Impetrantes.* Contra: quia hoc videtur debere fieri sumptibus utriusque partis. *Extra. de rescrip. statutum. §. in quibus.* aliàs *§. insuper. li.* 6. Solutio. Ibi post introductionem in judicium, ideo Communiter præstabunt salarium, sed in hujusmodi actu citandi solummodo geritur negotium impetrantis.

m *Per suum.* Sc. Judicem, non autem partis Impetrantis.

n *Nuncium.* Ergo videtur expressum, quòd standum est certificatorio nuncii Judicis. *Extra. de appel. cum parati. ver. de hoc.* Quod verum intelligit *glo.* ibi, *de nuncio publico & jurato ad tale officium*, & hoc etiam notatur *Extra. de offi. dele. prudentiam. in glo. quæ sit.* Sed *glo.* tenet contra, sc. tali credendum non esse: ut notat *Ber. Extra. de proba. quoniam. ver. citationes. in fi.* Solutio. Secundùm *Hosti.* ibidem, nuncio jurato creditur primā facie: si tamen citatio nuncii negetur, negans per solum nuncium non convincitur. *Extra. de sen. excom. sacro.* Quod verum potest esse secundùm opiniones Legistarum, quoad definitivam punitionem criminis: *C. de accu. singuli. C. de decur. l. 1. li.* 10. & ibi *no.* tamen in citationibus ad causam, ipsi nuncio jurato creditur, donec contrarium probetur. Et hoc tenet *Gui. Extra. de sen. excom. venerabilibus. §. 1. ver. citatus. li.* 6. Quæ probatio potest fieri per solum Juramentum. *Extra. de restit. in integ. ex literis. §. pe. & ulti.* ubi hoc *no. glo.* Sed forte in hoc ad personam quæ dicitur citata, esset consideratio habenda. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de jurejuran. c. ulti. in fi. ar. ff. de legati. tu. legitimos. 1. Respon. in fi.*

o *Eos.* Scilicet literas citatorias.

p *Qui.* Nuncius Judicis.

q *Vocandum.* Id est, citandum.

r *Diligenter.* Non ergo tepidè, vel ficte, seu aliàs negligenter, vel malitiosè, ut dixi *suprà. e. Con. ad Baptisterium. §. 1. ver. diligenter.*

a *Perqui-*

a *Perquirat.* Supple, etiam inventum citet planè, &c. non sub verbis duplicibus. *ar.* in hoc quod dixi *supra. e. Con. sacer. ordo. in glo. quorum. & c. ad vicarium. 1. Resp. ante fi. in glo. illusio.*

b *Quem.* Citandum, nec ejus Procuratorem.

c *Si reperire.* Sed nunquid omnia ista tria de citando Dominum si reperiatur, vel ejus procuratorum si quem dimiserit, alioquin publico Citationis Edicto viis & modis, simul per ordinem in primo Citatorio conjungi possunt? Videtur quòd non: prout nuper in quadam causa ardua coram certis Delegatis *Lincoln.* inter graves personas agitata sustinere nitebar. Nam ubi requiritur series executionis, vel ordo ex Judicis præcepto, primo non impleto est opus jussu secundo. *ff. de re judi. l. à Divo Pio. in prin.* Item cum proponuntur hic in mandato conditiones facti, constare debet Judici eas deficere, vel impleri, antequàm ulterius possit procedi. *ar. ff. de condi. & demon. multum interest.* Item nec peremptoria Citatio fit primâ vice, nisi ex causa in Citatorio expressa; ut legitur & notatur *Extra. de dila. c. 1.* Item denunciatio pluries diversa requirit temporum intervalla ut legitur & notatur *ff. de pig. actì. l. convenerit. in fi.* Facit quod notat *glo. ff. de publi. judi. inter accusatorem.* circa medium. Credo tamen contra in mandato exequendo: licèt contraria loquantur in ipsa executione facti, quæ ordinem, seriem, seu gradum exigit. Hoc videtur sentire *glo. Extra. de testi. cogen. c. 2. in glo. no. ar. Extra. de sen. exc. constitutionem. §. fi.* cum ibi notatis *li. 6.* Facit quod legitur & notatur *Extra. de appel. quamvis. §. 1. ibi, uno contextu & c. in Cle.* Item sic plus acceleratur expeditio litium, ergo &c. Ut legitur & notatur *Extra. de do. & contu. finem. in prin.*

Citetur Dominus vel eo absente Procurator.

d *Vel alio.* Sc. die.

e *Solenni.* Id est, Festivo, quando Parochiani Communiter ad Ecclesiam conveniunt. *Extra. de fo. compe. c. unico. §. 1. in Cle.*

f *In Ecclesia.* Vel publicè in platea, si prohibeatur Ecclesiam intrare: aliter in Ecclesia literas legat, & earum copiam in Altari dimittat, ut *infrà* sequitur; ac aliis viis & modis & cautelis, si quæ occurrant, Citetur absens, antequam contra eum tanquam contra contumacem procedatur: ut notatur plene per *Hosti. & Inno. Extra. de eo qui mis' in pos. si adversarius. in fi. ar. ff. de insti. actì. sed si pupillus §. proscribere. & §. se.* & notat *W. Extra. de fo. compe. c. 1. 1. Resp. in fi. ver. personaliter. in Cle.*

g *In quo.* Sc. loco.

h *Degere.* Aliàs inhabitare: ut de hoc dixi *supra. §. 1. ver. morari dicitur.*

i *Legi faciat.* Per se vel per alium. Non enim in hoc tanta requiritur solennitas, sicut in lectura sententiæ. *le. & no. Extra. de re judi. ca. ulti. lib. 6.*

k *Et exponi.* Nota copulativam. *ff. de ver. obli. l. si quis ita stipul. in prin.* Notat *Fo. Au. Extra. de vi. & ho. cle. c. 1. in glo. conjuncti. in Cle.* Sed contra *Extra. de appel. appellatio. li. 6.* Solutio. Ibi sufficit sola Præsentatio, quæ nec lecturam nec expositionem exquirit ad suam substantiam; ut ibi notat *Card. in fi.*

l *Vel saltem.* Hæc pars alternativæ Præsentis Cõmuniter in usu habetur, de qua materia notatur *Extra. de Re. Ju. in alternativis. li. 6.*

m *Ad decanum.* Sc. rurale; de quo dixi *supra. e. Con. cum non solum §. si qui vero. in prin.*

n *Citatio.* Id est, mandatum de citando.

o *Qui.* Sic. Decanus.

p *A Judice.* Mandatum citatorium remittente.

q *Jussu.* In ipsis literis citatoriis per Superiorem habentem jus imperandi. *ff. de noxa. actì. l. 2. & ff. de Reg. Ju. qui jussu.*

r *Per se.* Sc. Decanum.

s *Certos.* Non ergo habet injungere seu committere executionem talem universis & singulis Capellanis, etiam in certis Ecclesiis celebrantibus. *ar. ff. si cert. pe. certum.* De hoc dixi *supra. e. Con. sacer. in glo. ordo namq; & in glo. ibi præce.* Incertus est enim quem ignoramus. *ff. de ver. sig. subsignatum. in fi.*

t *Suos.* Sc. Decani.

u *Fideles.* Tales namque esse debent ministri cujuscunq; Judicis, Executoris seu Prælati: ut plenè legitur 47. *dis. omnes. C. de conduc. in pub. horre. l. 1. in fi. li. 10.* & dixi *supra. e. Con. ad elidendum. §. 1. in prin. & infra. e. Con. quoniam rebellionis. §. pe.* Item nec debent adulatores esse. 43 *distin. sit rector. & c. fi.* 46. *di. sunt nonnulli.* Sed cum ut plurimum falsitas committatur linguâ vel scripturâ, utinam in emendationem propinquorum addiscerent quidem falsi constantiam veritatis per abscisionem linguæ vel manus. *Authen. de probi. seu. alit. per Frederi. Imperialem. §. scriba. Coll. 10.*

Nuncii sint fideles & non adulatores.

x *Quodque.* Id est, modum & formam Citationis factæ: hoc enim denotat hæc dictio relativa. *ar. C. de transacti. ut Rescriptum.* Narranda est enim series facti: ut notatur *Extra. de Rescrip. dilectus. in 1. glo.* & hoc plenius declaratur *infra. in Con. Otho. ita matrimonialium. in fi.*

y *Fecerit.* Decanus prædictus.

z *Rescribere.* Hic videtur confundi Consuetudo *Eboracen.* quâ Præsidens Curiæ per suas literas consuevit mandare Decano ut aliquem citet & in testimonium, Citationis sibi factæ literam eandem remittat cum appensione Sigilli sui: tunc si eandem literam remitteret, sufficienter dicebatur probari Citatio; prout refert *Hosti.* alibi observatum fuisse de Consuetudine *Gallicana*; ut ipse notat *Extra. de probati. quoniam. ver. citationes.* quod hic reprobatur per

Citatio qualiter probatur.

Quæ Literæ falsæ dicuntur, & pœna eorum qui eis uti præsumunt.

¶ Summarium.

Qui literas falsas, in alterius præsertim præjudicium, sciens usurpaverit, pœnam Falsariis debitam incurret.

b QUantò scripturarum, quæ Sigillo Authenti-

---

rescribere Judici y non omittat.

hunc finem, & in *glo.* quam jam posui *supra. ver. quodque.*

a *Non omittat.* Sumptibus impetrantis literas ipsas Citatorias; ut *supra. e. §. post prin.* Sed nunquid hoc exequetur vel rescribet Decanus certificando Judicem mandantem, nisi sibi prius sumptus ministrentur per partem? Videtur quòd non, cum iniquum sit damnosum alicui suum esse officium, *ff. quemadmo. test. aperi. sed si qui ex signatoribus. 7. q. 1. placuit.* & ibi notatur *in fi. ff. de furtis. si servus Communis. §. quòd verò ad mand.* licet alicui: hoc quoque tenet *glo.* in Judice delegato, quòd ante laborem suum sunt sibi ministrandæ expensæ, sicut & restituit: ut notatur *Extra. de offi. dele. prudentiam. §. 1. in glo. videtur. in fi. ar. Extra. de rescrip. statutum. §. insuper. li. 6.* Sed contra: quia ad hoc quòd purgetur contemptus vel mora, si in obligatione sit dies vel pœna, mandatarius vel debitor habet injunctum seu debitum offerre, si pœnam velit evitare; ut *supra. e. ver. moderatis expensis. C. de contrahen. & commit. Ibi. magnam. ff. de tute. l. 2. in fi.* cum sua parva *glo.* junctis legi *ff. de admi. tuto. l. 1. in prin.* quod dic ut plene notat *Gui. 18. di. prope fi.* Item licet excusetur hoc casu quoad interesse partis expensas non ministrantis; offendit tamen præceptum Judicis. *ff. si quis in Jus vo. non ie. l. 2. §. pe. in fi. ar. ff. de arbitris. Celsus. C. de usu. si pro parte.* Solutio. Videtur quibusdam, quòd gravibus sumptibus propriis, vel ad locum remotum, exequi mandatum vel Certificatorium non tenetur. *ar. ff. de annu. lega. l. Menna. in fi. C. de anno. & tribu. pro locis. & l. nemo. cum sua glo. li. 10. ff. de oper. libe. quòd nisi.* Hoc tamen non credo, cum mandatarius est de Jurisdictione mandantis. *ff. de re judi. contumacia. in fi.* Facit quod notat *Inno. Extra. de pereg. significante.* Officium ergo injunctum habet Decanus exequi hoc casu, ne incidat in Judicis contemptum: *ar. ff. de procur. qui proprio. §. qui procur.* ut in cæteris *in fi. & §. litis. & ff. de contrari. actì. tu. l. 1. §. finito. cum fi. ar. op. ff. si quis testa. liber. jussi. l. 2. §. sed si fideicommissaria.* habitâ similitudine præcepti Judicis & testatoris. *ff. de obli. & cibo. le. solent. 1. Resp.* & hanc sententiam tenet *Hostien.* sc. in Judice delegato, quòd non provisio expensarum non est sufficiens causa non obediendi mandato: quia exequi debet suis expensis, & postea sibi provideri; ut ipse notat *Extra. de offi. dele. c. prudentiam. §. 1.* maximè cum hoc casu Contemptus vulgo appelletur idem, quod non parere; inter quæ tamen est differentia de Jure; ut notatur 10. *di. c. quis autem.* Sed hic latius accipitur Contemptus, se quando sine causa Jurisdictioni non paretur. *ar.* in hoc quod notatur 2. *q. 7. metropolitanum.* notat *Gui. 55. dis. c. 1.* Judex tamen ad petitionem Decani, quousque hujusmodi expensas refundat, denegare debet audientiam prosequenti. *ar. ff. de pæ. aut damnum. in prin. ff. de leg. 2. l. hujusmodi. in fi.* Legitur & notatur 23. *di. in homine. §. quòd si quis. in glo. sic habes casum.* Facit *infrà. in Con. Otho. laudabile. in fi.* Nec obstat *Decre. statutum. §. insuper. lib. 6.* quia loquitur in Judice delegato, qui juxta intentionem mandantis non cogitur proficisci ad cognitionem causæ magnæ sumptibus propriis: sed secus hic in Executore nudo ministerii brevis. *ar. Authen. de judi. §. ne autem. Coll. 6.* & sic stare potest Solutio prima.

b QUantò *scripturarum.* Non dicit Citationum tantum, sed etiam aliorum factorum, puta, contractuum, & hujusmodi; ut *infrà. §. prox.* Si enim Sigillum Authenticum Citationibus tantum esset deputatum, sub ejus consignatione non valeret Procuratorem constituere: secus si alterius esset Sigillum, dum tamen notum; nam cum tali posset etiam extraneus sigillare; *ar. C. de test. si unus.* maximè si consignans aliud Sigillum non

haberet. *ff. de teſta. ad teſtium.* ut hic notatur per *Inno. & Hoſti. Extra. de appel. ſignificavit. in prin.*

a *Authenſico.* De hoc dicitur *infrà. c.* 1.

b *Imprimuntur.* Aliàs, muniuntur.

c *Magis neceſſarius.* Nota quanto uſus alicujus rei eſt communior tanto utilior. *ff. de libe. lega. lectam.* Item tantò diligentia adhibetur cautior, quantò rei abuſus eſt periculoſior. *Extra. de elec. ubi. in prin. li. 6. ff. ad Carthag. edic. l. 1. §. ſed & ſi quis.*

d *In partibus Anglicanis.* De hoc dixi *ſupra. c. Conſti. in præ. prope fi.*

e *Publici.* Qui etiam dicuntur tabelliones: ut *infrà. in Conſti. proxi.* Talis verò ideo dicitur ſervus publicus propter officium publicum in quo ſervit. *ff. rem pu. ſal. fo. l. 2. Inſti. de adopti. §. cum autem.*

f *Non exiſtunt.* Id eſt, raro exiſtunt reſpectu Sigillorum Authenticorum. *infrà. c. proxi. in prin.* & ſic illud dicitur non eſſe quod rarum eſt, vel difficile eſt. *ar. ff. de lega. 3. l. non dubium. §. ſi.*

g *Inſolentiam.* Aliàs, inſolertiam; per quam aliqui actum fallendi nimis exercent, licet nomen falſi abhorreant: cum tamen nomina debent eſſe conſonantia rebus. *Inſti. de dona. §. eſt & aliud.*

h *Abuſum. ſupra. c. Con. uſum. 1. Reſpon. in fi.*

i *Conficiuntur.* Secunda pars.

k *A minoribus clericis.* Habentibus tamen Sigilla Authentica: quales ſunt Officiales, & Decani Rurales; de quibus *infrà. Conſti. proxi.*

d *Non ad auferendam vel differendã.* In his quæ ſunt facti, puta per exceptionem Excommunicationis. *Ar. C. de jura. calum. Authen. in iſto.* In his quæ Juris exiſtunt Judex moderare debet, ſaltem in Judicialibus actibus coram eo: ut legitur & *no. Extra. de appel. ſi à judice. li.* 6. Nec hoc enim debet partibus imputari: *Ar. ff. de diver. & temporum præſcrip. l.* 1. *ff. ad Turpil. l. in ſenatus.* §. *pe.* alias pulcherrimas diſputationes in dilatoria exceptione Juris diceremus auferri: cum tamen hujuſmodi per Judicem diſcretum debeant moderari. *Extra. de excep. paſtoralis. & e. ti. c.* 1. *in Cle.* Diſcuſſionem enim Juris Judicis eſt rimari: facti verò quæſtio partes concernit. ff. *de uſu. l. mora.* 1. *Reſpon. ff. de dona. inter vi. & uxo. l. utrum.* plenius *C. de judi. properandum.* §. 1. *ver. hoc enim.*

e *Legibus. C. de ſcu. & interlo. om. judi. l. nemo.* An ergo idem ſit in Judice, dixi *ſuprà. e. con. baſilicarum.* §. *porro. poſt prin.*

f *Et rationibus.* Nota Rationem vim Legis obtinere vel operari. ff. *de bo. dam. cum ratio. in prin.* Nullus tamen ſic de proprio ingenio nimis præſumat contra doctrinam *Salomonis Proverb.* 2. *c.* quæ ponitur *Extra. de conſti. ne innitaris.*

g *Intendendo.* Aliàs, utendo.

h *In cauſis quoque.* Verſiculus.

i *Non admittatur.* Sc. ad poſtulandum: ut hic patet. Sed nunquid contra eum objici hoc poſſit poſt Litem Conteſtatam? Videtur quòd non. ff. *de procur. l. filiusfa* §. *veterani. & l. Pomponius.* §. *rati.* Credo contra: cum hæc ſit defenſio Juris publici. *Ar. Extra. de excep. pia. in fi. li.* 6. ff. *de poſtbu. quos prohibet. Extra. de ſenten. excom. contingit. Fabannes de Arbon.*

k *Singulariter.* Sed contra: quia tantum valet generale in omnibus, quantum ſpeciale in ſingulis. *ff. de adm. tu. ſi duo. in fi.* Solutio. Hoc ſit hic propter ſinceram & præcipuam puritatem: ut dixi *ſuprà. in Conſti. provi.* §. *pe. in fi.* Unde dic contrarium loqui in his qui ſunt conſimilis naturæ, aliàs ſecus, ut hic. *Extra. de offi. jica. licet. & c. ſe. li.* 6. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *de procur. non poteſt. in Clem.*

l *Sed nec in aliis cauſis.* Scilicet non præcipuis, de quibus *ſupra* patet, ſed de † omnibus.

m *Ultra tres.* Iſti termini hic arbitrarii in loco trium monitionum habentur: de quibus dixi *ſuprà. e. Con. contra latronum.* §. *cæterùm autem. in prin.*

n *Abſque Juramento.* Hujuſmodi, de quo præmittitur ibi, *qd in cauſis &c.*

o *Niſi pro Eccleſia ſua.* Ratio eſt in caſibus hic exceptis: nam ex quo inde nõ perceperit lucrum, Lex non præſumit eum hujuſmodi officio abuſurum: cum tamen pecuniæ obediant omnia: ut dixi *ſuprà. e. Conſt. ad elidendum.* §. *nonnulli. in prin. Ar. ff. de adui. ſu. ſi minoris. in fi.*

p *Domino.* Ipſe enim dicitur perſona valdè præcipua *Authen. hic ſimiliter lex, deinde conſuetudines regni incipiunt.* §. *ulti. Coll.* 10. quæ Lex facit ad quæſtionem qua quæritur, ſi Clericus duas habet Eccleſias, vel duos Dominos contendentes, cui aſſiſtet? quã quæſtionem ſatis tractat *Fo. And.* poſt antiquos *Extrã. de poſtu. ca. fi.*

q *Vel amico notorio.* Non dicit adulatore ſeu verbo tenus, nec etiam in factis flagitioſis & fœdis, ſicut abuſivè Concubina vocatur amica: dicitur enim amicus quaſi animi cuſtos. ff. *de ver. ſig. latæ culpæ.* §. *amicos. ff. de hære. l. nemo.* §. *qui frater.* Alioquin nunquam arctaretur jurare: cum quilibet dicitur ſibi amicus, ff. *de poſtu. l.* 1. §. *poſtulare.* & hoc eſt ex vinculo charitatis. *Quicunq; enim fecerit voluntatem patrũ mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Matth.* 12. *c. in fi. Fo. de Arbon.*

r *Paupere.* Ita quòd non habeat unde Advocatum conducat. Et ſcias quòd quidam ſunt quos nativitas pauperes fecit, qui merentur, dum tamen paupertatẽ Dei intuitu voluntarie patiantur: ut legitur & notatur per *Gui.* 1. *q.* 2. *c. pe. poſt prin.* Alii ſunt pauperes gratis effecti, ut voluntariè ſe faciebant Apoſtoli; & hæc paupertas meritoria eſt. Facit 11. *q.* 3. *pauper.* Tertii ſunt pauperes ſola cupiditatis vocitate, ut Hypocritæ, quæ paupertas eſt damnoſa: ut notat *Hug. in dicto c. pe.*

Pauperes ſunt tripplices.

s *Vel extraneo.* Talibus enim perſonis etiam ex Officio Judicis eſt de Advocato providendum. *ff. de offi. procon. nec quicquã.* §. *obſervare. &* §. *advocatos. uſque in fi.* ff. *de poſtu. l.* 1. §. 2. *ait prætor.*

t *Perſona miſerabili.* Qualis eſt pupillus ſeu vidua. ff. *de poſtu. l.* 1. §. 2. Et idem videtur dicendum de perſonis conjunctis. *Extra. de poſtu. c. ulti.* ubi pari paſſu ambulant: & ibi bene notatur quæ perſonæ ſunt conjunctæ. Et notatur *Extra. de reſcrip. ex parte decani. ante fi. in glo. puta liberi.* & notatur *C. ad ſe. con. Turpil. ſi fœmina.* & adde quod dicam *infrà. in Con. Otho. juxta ſacrorum.* Miſerabiles quoque & pauperes perſonas etiam ipſi Pontifices adjuvare tenentur. 88. *di. c.* 1. & 2. Immo etiam & Monachus poteſt pro talibus poſtulare: ut notatur 16. *q.* 1. *de præſentium.* Quod verum intellige de impenſo Abbatis. *Ar. Extra. de poſtu. c.* 2. *in Spe. ti. de advocato.* §. 1. Idem poteſt pro alia Eccleſiæ utilitate: ut notatur 15. *q.* 2. *in fi. ſumma. Ar.* 15. *q.* 1. *monachi à monaſterio.* Nec tamen oportet, quòd de hac utilitate fiat fides parti adverſæ, ſed ſufficit quòd hoc aſſerat ſuus. Ut notat *Wil.* poſt *Inno. de reſcrip. & ſi principalis. ver. Religioſus. propè fi. in Cle.* Prohibentur ergo hujuſmodi perſonæ Eccleſiaſticæ negotia cupiditatis ſuſcipere & lucris inhiare; *Extra. de paſtu. c. fi. in prin.* non autem vetantur pietatis curam viduis & orphanis impartiri. 88. *di. c.* 1.

u *Caveant.* Verſiculus.

x *Subornent.* De qua materia ſatis habetur *Extra. de probati. licet cauſam. Authen. de teſti.* §. *quia vero multi. Coll.* 7. dicitur quandoque *Subornatio* quaſi *ſubtus* in aure alicujus mali *ornatio.* Ut legitur & notatur per *Geſſelli. Extra. de teſti. c. ulti. in fi. in Cle.*

y *Inſtruant.* Sc. Advocati dicentes, ſi ſic ad poſitionem vel interrogationem reſpondeas, amittis cauſam: non dicunt tunc perdis animam: cum tamen anima ſit precioſior quam cauſa. *C. de ſa. ſan. eccle. l. ſancimus. in fi. Authen. cum de appel. cogno.* §. *ſi vero liberi. ver. omnibus. in fi. Coll.* 8. Facit quod dicam *infrà. in Con. Otho. quoniam cæca cupiditas.* §. *ad hæc.* poſt principium.

z *Vel ſupprimere.* Utrumque enim iſtorum eſt peccatum: ut legitur & notatur 3. *q.* 9. *puta.* 11. *q.* 3. *quiſquis metu.* 2. *Reſpon.* quod intellige juxta formam Juramenti & requiſitionis ab eo factæ. *Extra. de accu. c. cum dilectus.* 1. *Fo. de Arbon.*

a *Qui vero contra fecerint.* Teſtes ſubornando, vel partes inſtruendo,

struendo, ut *suprà. proxi.* patet. (*tu. §. fi.*

a *Sint suspensi.* De multiplici Suspensione dixi *suprà. e. Con. audi-*

b *Satisfecerint competenter.* Hic dicit ut legitur & notatur *infrà. in Consti. Otbob. juxta sacrorum. in fi.*

c *Et aliàs nihilominus.* Hæc dictio *aliàs* ubi adjungitur dictioni amplificative, ut hic, cum dictione *nihilominus*, vel etiam tunc adjicit diversitatem respectu suppositi: ut *suprà. e. Con. de Archidiaconis. §. pe. in fi.* Idem de dictione *etiam, suprà. e. consti. cum sit ars. §. fi. & sup. con. proxi. §. sane. ver. sed etsam.* Sed ubi per se ponitur: tunc contrarietatem designat. *suprà. e. con. §. 1. aliàs ante. Instit. qui dari. tu. poss. in fi. ff. de transactis. l. cum hi. §. modus.*

d *Convicti.* Idem si confessi: ar. in hoc quod l. g. itur & *no. Extra. de accu. si consiterit.* quia non agitur mitius cum confesso, quàm cum convicto. Verum est si cõfessus fuerit timore probationum, alias secus: ut *no. 50. di. c. 3.* Item repeti posset hic quod dixi *suprà. e. Con. quid ad venerabiles. §. circumveniant.* in magna *glossa*, ibi, *secundo quæro.*

e *Pœna debita.* Sc. siqua in Canone expressa fuerit. Quæ propriè dicitur pœna. *ff. de ver. sig. siqua pœna.* & tunc nec duriorem, nec clementiorem, potest Judex pœnam infligere, si velit infamiam evitare: *C. ne sanctum b. petre. l. nullis in fi. C. ad l. Fulian. de vi pub. seu priva. servos qui. in fi.* nisi ex causa vel tempore cum causæ cognitione exaggeretur pœna: Notatur *2. q. 3. §. notandum. juxta fi. ver. nam facti propè fi. & de pœ. di. 1 mensuram. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo §. pœnam.* ubi de hoc *infra. in Con. Otbo. ingredientibus. in fi.* aut ubi pœna non est expressa: datur tamen secundùm moderationem Canonum juxta qualitatem personæ & delicti: ut notatur *22. q. 1. quæ contra pacem.* tunc arbitraria dicitur, ut hic: *Extra. de excep. c. ulti. in fi. li. 6. Ar. ff. de effrac. & expila. hæredi. l. 1. §. 1.* & dixi *supra. e. consti. de Archidiaconis. §. cum autem. in gl. si salva pace. in fi.* ut quod Canonibus est omissum suppleat discretio Præsidentis. *Ar. ff. de testa. quæsitum.* plenius notatur *Extra. de supplen. neg. præla. c. 1. in fi. li. 6.*

f *Judices vero.* Tertia pars correspondens secundæ querelæ justitiæ: de qua *supra. e. in prin. § super imperitia Judicum.*

g *Juris ignari.* In hoc est periculum; ut dixi *supra. e. Con. cum non solum.* licet contra hoc sit provisum: ut dixi *supra. e. primo Respon. in glo. contra quos. Jo. de Athon.*

h *Advocent consilium sapientis.* Sc. Assessoris. Quod dic ut legitur & *no. Extra. de rescrip. statutum. § assessorem. li. 6.*

i *Statuimus insuper.* Id est, ultra illud quod proximo diximus super instructionem Juris imperitorum; ut Judices tam Ordinarii quàm Delegati: ut sequitur.

k *Inquantum poterunt.* Hoc forsan propter raritatem Tabellionum in *Angliæ*: ut legitur & *no. supra. in consti. proxi. in prin.* & per hunc textum videtur quod propter formã illius Concilii non omnino servatam processûs irritus non dicetur, maximè cùm Communi Jure unicuique Judici liceat acta coram eo, per se, vel per alium, conficere & transcribere. *Ar. C. de magistratibus. l. magistratus. C. de offi. jurid. Alex. l. 1.* Immo si judex & Notarius dicant litem Contestatam licet non sit scriptum in actis, non tamen judex ferret sententiam; quia si ab ea appelletur, poterunt ipsi sicut & alii testes, qui tunc astabunt, testificari in casu Appellationis super processu coram eis habito. Sed vide *Spe. ti. de sen. præla. §. juxta. ver. sed pone quod. & Jo. An. in dicto c. quoniam contra. §. fi.*

l *Generalis Concilii. Extra. de proba. quoniam contra falsam.*

m *Quam in Extraordinariis.* Idem dictat prætactum Concilium Generale: unde dic ut ibi.

n *Fideliter.* Sc. nihil addito, detracto, cancellato seu vitiato. *Ar. C. de edic. Divi. Adri. tollen. l. ulti.*

o *Penes se custodiant.* Registrum ergo judiciale facit fidem, ut dicto *c. quoniam contra falsam.* circa medium. Et dixi *supra. e. Con. sacer ordo. in fi.* Quid ergo si Registrum in eodem facto contrarietur Instrumento † Publico consignato eorum Judicum Sigillo: ut *supra Consti. proxi. post prin.* Videtur tunc potius standum Originali. *C. de edendo. si quis in aliquo documento.* Videtur contra: quasi tunc plene sit deliberatum, ut hic sequitur in textu. *Ar.* in hoc quod dixi *supra. e. Con. cum sit ars. §. hæ igitur.* Quod verius videtur cum hoc instrumentũ Authenticum non sit extractum de actis, sed repugnans eisdem: *C. de re judi. gesta.* alias forte secus, vel repete penes quod est *suprà.*

Judicis registrum an faciat fidem.
† *MS.* Authentico.

p *Faciant.* Nota ad quæstionem, nunquid contendentibus Judice & Notario, penes quem debent Acta Originalia remanere? Videtur hoc consistere in potestate Judicis, ut hic: *Ar. Extra. de probati. ca. ulti. in prin.* ubi apparent acta penes Judices remansisse. Sed *Goffr.* contra: quasi ibi hoc acciderit de facto: secus enim est de mente juris; quia potius penes Notarium. *Ar. Extra. de proba. quoniam contra falsam.* ibi, *penes scriptores &c.* Idem tenet *Spe. de teste. §. publicatu.* Solutio. Hoc autem approbat *Jo. An.* in Extra judicialibus instrumentis, cum ipse Notarius juret de Instrumentis à se factis retinere penes se Protocolla: ut notatur per *Doc. Extra. ne vic. vel mo.* † *secundum.* Judicialia tamẽ remanere debẽt in Camera hujusmodi Officio consuetæ: ità quòd non portentur ad domum Notarii, spreta judicis licentia, sed morentur tanquam in Archivo Publico seu Gazophylacio. *Ar.* in hoc quod notat *Ber. Extra. de probati. c. antepe.* & notat *Jo. An. c. ti. quoniam contra falsam.* in dicto *ver. penes scriptores.*

Actaori. ginalia Penes qui remanere debent.
† *MS.* Judicis
† *MS.* Secus.

q *Custodiri.* Facit qd legitur & notatur *sup à. si. proxi § sane &c.*

r *Et partibus.* Generaliter uni sicut & alii: *Ar. C. si per vim vel alio modo. l. ulti.* cum hujusmodi sint Instrumenta Communia: ut notatur per *Gui. & Hosti.* in dicto *c. quoniam contra. suprà. e. ver.*

s *Inde.* Id est, actor Originalium.

t *Et debuerint.* Ergo locus est Appellationi si non tradantur. *C. ut lite pen. l. 2.* & hoc notat *glo.* in dicto *c. quoniam contra. ver. loca.*

u *Copiam.* Id est, transcriptum, ut dixi *suprà. Consti. proxi. 1. Respon. copia.*

x *Faciant.* Sc. Judices sumptibus tamen partis perentis: nam licet Originalia sint Communia, ut dixi jam: hæc transcripta tamen traduntur uni soli vel alii pro speciali informatione sua. *Ar.* in hoc quod legitur & *no. suprà. e. Con. tanto. §. huic itaque,* ibi, *moderatis sumptibus impetrantis &c.*

y *Quibus.* Sc. partibus: est dativi casus.

z *Omnia.* Sc. acta supradicta.

a *Publicari.* Hoc enim interest partium: propter causam quæ sequitur.

b *Ut si erratum.* Possunt ergo partes impugnare acta processus, tempore ejusdem rimationis, ante prolationem Sententiæ, vel coram Judice Appellationis, transmisso sibi processu à judice inferiore: ut notat additio & *Inno.* in dicto *c. quoniam. in fi. Ar. Extra. de fi. instru. accepimus. & e. pe.* cum ibi notatis, & *Extra. de appel. intimastis. Extra. de confirma. uti. vel inuti. cum dilecto. 1. Respon.* ubi de hoc per *Hostien.* Qualiter autem, & quando Acturum & Instrumentorum debet fieri editio, satis *no. Insti. de inuti. stip. §. item verborum. in glo. nota quòd dies.* plenius *no. Wil. Extra. de usu. c. 1. §. caterum. ver. codices. in Cle.*

c *In scribendo.* Sc. dicta Acta Originalia: hic ergo non videtur præsumi pro processu, id est, de ordine congruo, nisi probetur. Hoc tenet *glo. & Inno. Extra. de renuncia. in præsentia. & de probati. quoniam contra falsam. §. ulti.* sed *Hostien.* contra, si de actis publicis appareat, sive quæratur de sententia, *ff. de Repu. Juris. res judicata.* sive de processu. *Ar. ff. de publicis actis. l. quæcunque. §. fi.* ut ipse *Hosti.* notat *Extra. de elec. bona. 1. §. contra legati. versi. præsumitur. Jo. de Athon.*

d *Corrigatur.* Per †conniventiam partium: alioquin pars gravata appellet, & sic reperiet, ut jam dixi in *glo. possunt ergo.*

† *MS.* Conventiam.

e *Ut veritas.* Hæc causa consideratur *Extra. de proba. quoniam contra. §. fi. in fi.* ubi hæc materia tractatur.

f *Quæ acta fuerint.* In Ordinariis vel Extraordinariis Judicibus: ut *supra* patet.

Acta obscura non prosunt.

g *Liquide.* Acta ergo obscura non prosunt. *ar. Extra. de libel. ob. c. 1. & 2. Extra. de do. & contu. ex literis.* Intantum quòd si aliquid inter acta per alteram partium producatur quod non sit intelligibile, ita quòd pars alia, quatenus eam tangit, non potest inde instrui: tunc pro non producto habetur. *Ar. l. alle.* ut hoc notat *Wil. Extra. ut lite pen. c. ulti. in fi. in Cle.* Generalitas namque parit obscuritatem, *ff. de jure fisci. ita fidei.* & obscuritas nullitatem. *C. de consti. pecu. Authen. si quando. & Authen. si ita. in fi.*

h *Provideant.* Quarta pars correspondens tertiæ querelæ Justitiæ, de

de qua ſuprà. c. in prin. contra illuſionem partium per contumaciam. Neſcio tamen, Deus ſcit, an per hæc tria correſpondentia contra tres iniquitates, de quibus habetur ſuprà. c. in prin. ſufficienter ſit proviſum.

a *In poſſeſſionem mittendum.* De hoc *Extra. de eo qui mit. in poſ. per totum.* Ut tamen icias hujuſmodi poſſeſſionis miſſionem locum in Beneficialibus non habere hodiè, ut *le.* & *no. c. ti. c.* 1. *li.* 6. de quo plenius dixi *ſupra. c. Conſti. ad eliden-dum.* 1. *Reſpon. in glo. ſed contra.* ibi, *ſed latius quæro.*

b *Ob contumaciam.* Sc. cauſâ cuſtodiæ ſeu rei ſervandæ, quod idem eſt. De hujuſmodi miſſione *no. per Ber. Extra. de dō.* & *con-tu. prout. glo. ſic liquet.* & *c. contingit.*

c *Cum fructibus.* Ergo ſic miſſus in poſſeſſionem non facit fructus ſuos. Ut *no. ple. Extra. de dō.* & *contu. contingit. in glo. ſi.* & *Extra. de ſeque ſpo. c. dilectus. in prin.*

d *Si quos.* Facit adillud quod dixi *c. con. licet ador.* 11. *Reſpon. ver. quæ.*

e *Deductis.* Nota portio deducta diminuit. Quod facit ad quæſtionem de impetrante ad vitam de 20. quod poſſit acceptare Beneficium etiamſi ad 22. ſi penſionarium fuerit in duobus: *ar.* pro hoc *ff. de lega.* 2. *l. cum ei.* cum ibi notatis. Quia quod deducitur ratione penſionis ſolutæ, cenſetur ibi non eſſe, *ar.* ad hoc *ff. de condi.* & *de. ſed* & *ſi hoc ſpecialiter. §. cuidam. ff. ad Trebelli. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. de bo. liber. in ſervientem. §. nonnunquam.* Sed contra videtur *ff. de annu. lega. liberto. §. 1.* nam Jus dicitur reſidere in perſona tranſeuntis. *ff. de tranſac. l. cum hi.* & ſic ſic *ff. de leg.* 2. *l. ſi quis Titio. 1. Reſpon.* Pro iſtâ parte facit bene *ff. ad l. Falc. ad veterani.* & hanc patrem tenent quidam moderni. *ar. Extra. de præben. cui de non ſacerdotali. in fi. li.* 6.

f *Expenſis legitimis.* Scilicet neceſſariis. Nihil enim eſt, quod hoc genus deductionis impediat: ut ſatis *no. Extra. de reſti. ſpo. gravis.* quòd ſi iſtas expenſas ante reſtitutionem poſſeſſionis non deduxerit, cum tamen ſint expenſæ, quas ex Conſtitutione, ſeu conſuetudine debentur, peti poſſunt quandocúq; ante præſcriptionem, ſicut eſt in caſu *Extra. de elec. ſtatuimus.* & *c. ſupientes. li.* 6. De hoc *no. per Inno.* & *Hoſti. Extra. de appel. reprehenſibilis.* & *ple. no. Wil. Extra. de ver. ſig. c.* 1. *in fi. in Cle.*

g *Si adverſarius.* Prius contumax, ut patet in litera de qua iſte Textus ſumitur. *Extra. ut lite non conteſt. quoniam frequenter.* §. *in aliis.* dic ut ibi.

h *Infrà annum.* Ergo ante lapſum anni non hr verus poſſeſſor. Et hoc notatur *Extra. de offi. di. paſtoralis. in glo. ex hoc videtur.* Item an ſic miſſus poſt lapſum anni poſſit ſecundùm Canones rem talem præſcribere, cum habeat conſcientiam rei alienæ, *no. ea. c. paſtoralis. in glo. ſed* & *ſique mandata Eccleſiæ.* & facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. naturalis. verſ. non parent.*

i *Recipiant cautionem.* De hoc *no. Ber. Extra. de reſti. in int. ſuſcepta. in fi.*

k *Qui judicialiter.* Id eſt, per Decretum Judiciale.

l *Verus poſſeſſor.* Licèt infra annum non ſit realiter poſſeſſionem nactus. Ut dicto *c. contingit. in glo. idem videtur. ff. de bo. au. judi. poſ. quæritur.*

m *Conſtitutus.* Sc. iſte miſſus in poſſeſſionem hujuſmodi. *Jo. de Athon.*

n *Si quod habuerit.* Sc. iſte contumax violentus.

o *Fore privatum.* Contra talem, qui non admittit miſſum in poſſeſſionem per Decretum Judicis, prodita ſunt plura remedia. Ut *no. dicto c. contingit. in glo. contra iſtud.* Nunquid ergo contra talem poſſit ſimul petitorium & poſſeſſorium intentari? Diſtingue plenè per *Wil. Extra. de cau. poſſeſſi. c.* 1. *in glo. ulti. in Clemen.*

M S. Ber. Extra. de dō. & con-add. Ad Mandā-tum.

Conſtitutionum D. *Othonis* Tituli ſunt numero viginti & octo, qui fortefortuna in ſuperiore parte cujuſlibet Paginæ imprimi omittebantur.

Explicit Apparatus Domini *Johannis de Athon* ſuper Conſtitutiones Domini *Othonis* Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, viri utique bonarum Literarum pleni.

TESTIMONIA.

Adrianus Papa V. *Othobonus* antea vocatus, Natione *Ligur*, Patriâ *Genuenſis*, ex Comitibus *Lavaniæ*, Familiâ nobiliſſimâ *Fliſcâ* ortus, Patrem habuit *Thediſium* fratrem *Innocentii* Papæ IV. à quo ipſe *Othobonus* ex Archidiacono *Cantuarienſi* Diaconus Cardinalis S. *Adriani* creatus eſt: qui poſt obitum *Innocentii* V. *Romæ* à Cardinalibus in ejus locum Pontifex Maximus 4. Idus *Julii* Anni 1276. renunciatus, ſtatim ex Vrbe diſcedens, *Viterbium* venit, ubi ante Conſecrationem viz. 13. Calendas *Septembris* mortuus eſt. Sedit autem menſem unum, & dies novem. Vacavit Sedes dies 25. Hunc excepit *Johannes* XX. dictus XXI. Pontifex.

Ita *Onuphrius* de R. P.

Fuerat *Adriano* V. in animo, & ditionem Eccleſiæ tutiorem à Tyrannis reddere, & Conſtitutionem *Gregorii* de eligendo Pontifice, in meliorem formam redigere, non omninò tollere. Ejus autem conatibus & animi magnitudini mors obſtitit.

Sic *Platina* de Vitis *Rom. Pont.*

Incipit Concilium *Anglicanum* à Domino *Othobono* Sancti *Adriani* Diacono Cardinali, Sedis Apoſtolicæ ad Regnum *Angliæ*, nec non ad *Scotiæ*, *Hiberniæ*, *Walliæque* partes Legato, celebratum in Eccleſia Cathedrali Sancti *Pauli London* nono Calendas *Maii* Anno Do. MCCLXIIX. & Pontificatûs Domini *Clementis IV.* Papæ anno quarto, id eſt, anno *Henrici III* Illuſtris *Anglorum* Regis quinquageſimo ſecundo, præſentibus *Bonifacio Cantuariæ* & *Waltero Eborum* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, cum aliis Dignitatibus Eccleſiaſticis.

Incipit Gloſſa Conſtitutionum Domini *Othoboni* Apoſtolicæ Sedis Legati in *Anglia*.

Othobonus *miſeratione Divinâ Sancti* Adriani *Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam.*

¶ Summarium.

Pio zelo excitatus, & juſtâ auctoritate fretus Dominus Othobonus *ſequentes Conſtitutiones* Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Walliæ *Conſtituit eſt.*

[a] MAndata Dei. De quibus notatur per Ordinem. 32. q. 7. *quod in omnibus. in fi.* Quæ omnia ſuccincte comprehenduntur ſub Sermone Evangelico, *Diliges Dominum Deum tuum &c. Matth.* 22. c. *in fi.* quaſi ibi includatur omnis Lex & Prophetia. *Matth.* 7. c. & *diſtin.* 1. c. 1. *in fi.*

[b] *Antiquis.* Quia per *Moyſen* & Prophetas, & alioſque famulos, juxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum. *Extra. in proœ.* §. 1. & 7. *diſtin. Moyſes.*

[c] *Ut creatura. Sc. Adam* protoplaſtus, i. e. primò formatus, ex ſuggeſtione *Evæ*: ipſa verò ex ſuggeſtione Diaboli. *Extra. in proœ.* & *Gen.* 3. *Extra. de ſum. tri.* c. 1. §. 1.

[d] *Quæ fregerat jugum.* Sc. diſciplinæ. In Paradiſo namque voluptatis duplex à Deo Præceptum noſcitur eſſe datum. Unum quod fuit Lex Naturæ, ibi, *Creſcite & Multiplicamini &c. Gen.* 1. c. & *Eccle.* 17. c. ſcribitur, *addidit ei diſciplinam & legem vitæ &c. g.* 1. *ad correctionem legis naturalis.* De hoc dixi *ſupra. in Conſti. Otho. licet ad profugandum. ver. ingeram. in fi.* Aliud verò fuit Præceptum & Lex diſciplinæ, cum dixerat *Gen.* 2. c. *De ligno ſcientiæ boni & mali nè comedas.* ubi dicitur ex ſola cauſa prohibitionis cauſari peccatum. 8. q. 1. *ſciendum.* 11. q. 3. *quid ergo mirum.* §. *ſcindendum. ff. de re milit. l.* 3. §. *in bello.* 23. q. 1. c. *fi.* & C. *de delator. l. fi. li.* 11. Nam *melior eſt obedientia quam victima. Eccle.* 4. c. *in fi.* De his dixi *ſupra. in Conſti. Otho. c. Baſilicarum. poſt prin. in glo. ut le. ar. infra. v.* §. *nos igitur. ibi, obedientiæ debito ſumo.* & c. *ſe.* §. *fi.* & dicam *infra. c. Con. Paſtor.* §. 1. *ver. nos obedientiæ.* Facit etiam ſignanter illud quod notat *glo.* 18. q. 2. *nullam.*

De qua factura jugalis diſciplinæ hic loqui æſtimo ſalva fide. Facit quod dicam *infra. in glo. ſe. veteris.*

[e] *Recedens.* Cum tamen eſſet liberi arbitrii. *de pœ. diſt.* 2. §. *liberi arbitrii.* Alioquin ſi fuiſſet diſpoſitio neceſſitata, nullo modo fuiſſet peccatum, cum non eſſet voluntarium. 15. q. 1. §. 2. 23. q. 4. *Nabuchodonozor.* §. *vaſis iræ.* & §. *ſe. Jode Aithon.*

[f] *Pacificum regem.* Qui ut pacem doceret, venit in mundum. 23. q. 1. *niſi bella. in fi.* & dicam *infra. c. Conſti. cum ſit in armis.* & notatur *Extra. in proœ. in prin.*

[g] *Sub obſervantia legis.* Scilicet Veteris & Novi Teſtamenti ut dixi *ſupra. c.* & in 1. *glo. ver. antiquis.* Etiam de multiplici Lege notat *W. Extra. in proœ. ver. ſcio. in Cle.*

[h] *Data ſpe.* Immo jam re per Chriſti Incarnationem, quia *ſedentibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. Matth.* 4. c. *Judæi* enim umbræ Legis deſervierunt: ſed veritas nobis eſt manifeſtata, ac gratia & veritas per Jeſum Chriſtum data. *Joh.* 3. & *de conſe. di.* 1. c. 1. §. *ſi enim. in prin.* Item in *Pſalmo, Sedentes in tenebris & umbra mortis vinctos in mendicitate & ferro eduxit eos de tenebris & umbra mortis & vincula eorum diſrupit.* Jam enim depoſitâ figurâ ſeu umbrâ, ipſa veritas revelata eſt. *Extra. de puri. poſt partum. c.* 1. 22. q. 2. *ſi quis per. de conſe. di.* 3. c. *pe.*

[i] *Hæc autem.* Eſt verſiculus.

[k] *Sanctæ matris Eccleſiæ.* Quæ nos genuerit per Baptiſmum; ut 12. q. 2. *quo abſtuleris.* & hoc reſpectu omnes fideles dicuntur Fratres. 12. q. 3. *ad menſam. in prin.*

prin.

a *Ut audiant.* Nota ergo illum plus non dici ociosum, qui Verbo Dei insistit audiendo, vel scrutando, quàm qui Divinitatis studium exercet, ut hic: quod multum facit pro bonis Scholaribus in Sacra Scriptura studentibus. Et non solùm sunt Verba & Mandata Dei audienda seu scrutanda; ut in *Psalmo, Declinate à me maligni, & scrutabor Mandata Dei mei.* sed etiam sunt meditanda, cum justificet. Ut in *Psalmo, Concupivi salutare tuum Domine, & Lex tua meditatio mea est.* Et sequitur, *Vivet anima mea, & laudabit te.* Item in *Psalmo, Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Legitur & notatur per *Gui. 18. distin. quoniam. §. dum autem.* Item Mandata Dei nedum sunt scrutanda, & meditanda, ut est dictum, sed etiam custodienda. Unde in *Psal. Clamavi ad te, & salvum me fac, ut custodiam Mandata tua.* Sunt etiam diligenda; ut in *Psal. Meditabor in Mandatis tuis, quæ dilexi.* Item sunt etiam exercenda, ut in *Psal.* In *Mandatis tuis exercebar, & considerabo vias tuas.* Sunt etiam pronunciandæ; ut in *Psal. In labiis meis pronunciavi omnia judicia oris tui.* & ibi, *pronunciavi lingua mea eloquium tuum.*

b *Custodientes.* Facit ad illud quod dixi *supra. in glo. provi.*

c *In illis.* Sc. Mandatis.

d *In pacis pulchritudine.* Hoc signanter dicitur, quia bella, lites, concupiscentiæ, & libidines, Schema naturæ perverterunt bellumque servitutem invenit. *Authen. qui. mo. na. effi. sui. §. 1. Colla. 7.*

e *Appetitum noxium.* Sic *Extra. in proœ. §. 1.*

f *Rationis judicio.* Quam Rationem pro Lege haberi constat. 1. *di. consuetudo. ff. de bo. dam. cum ratio. in prin.* Immo destructi Civili Lege durare Ratio dicitur. *ff. de capi. di. eos.* Sicut licet per Apostolum dicentem, 1. *ad Cor. 7. c. 2. q. 3. Eupbemium. §. quod etiam.* ubi de hoc per *Gui. Mortuo marito uxor nubat in Domino.* Lex Civilis statuens tempora luctûs sit ablata, tamen nec Apostolus nec Prophera Rationem illius Legis tollere possit, quæ fuit turbatio sanguinis stantibus Naturæ principiis, *ff. de his qui not. infa. liberorum. 1. Respon.* & Facit quod dixi *Suprà. in Con. Otbo. Alicubi. §. quo dante. in prin.* Felix ergo comprobatur, qui Rationi innititur. Nam juxta *Senecam* ad *Lucil. 36. c.* Si vis omnia tibi subjicere, primo subjice te Rationi, Multos Reges subjiciet, si Ratio te rexerit. Et notat *Gui. 8. di. frustra. in prin.* Ratione ergo vincendum est. 23. *q. 6. vides.*

g *Ad cujus rei.* Secunda pars.

h *Sanctorum patrum.* Sic *infrà. c. Con. Sacrorum. §. 1. in prin.* Qui sic dicuntur propter honorem; ut dixi *supra. in Consti. Otbo. quid ad venerabiles. in prin.*

i *Decreta.* Sc. Statuta, seu Constitutiones, quæ propriè sic dicuntur, quoniam sunt proprio motu statuentis. sed Decretalis vel Epistola fit ad consultationem alterius; ut patet 19. *di. c. 1.* & notat *Jo. An. Extra. in proœ. ver. Constitutiones.*

k *Per ora eorum.* 16. *q. 4. c. ulti.*

l *Justitiæ.* Quæ est virtus; sed Jus est illius virtutis exercitium: Jurisprudentia est scientia illius Juris. Item Justitia est supremum bonum, Jus medium, Jurisprudentia infimum. 12. *q. 2. sum devotissimum.* Item Justitia vult suum unicuique tribuere; Jus coadjuvat; Jurisprudentia docet qualiter illud fiat. Ut hæc & alia notantur *Insti. de justi. & jure. §. Jurisprudentia.* quasi velit *glo.* ibi dicere & concludere, quòd Justitia est habitus, & Jus actus. Sed quicquid ibi notet *glo.* vel *Tull.* tu dic, quòd Jus est habitus sive ars in homine erudito; quæ erudicio dum perducitur in esse dicitur Justitia: & sic Justitia est actus, Jus verò habitus, ut hæc & quamplura alia de hac materia plenè notat *W. Extra. in proœ. §. 1. in Cle.*

m *Et æquitatis.* An Æquitas præferatur Juri seu rigori Justitiæ, de qua præmissi in *proœ. glo.* quicquid alibi reperias scriptum per *distin.* prolixas Doctorum Juris Civilis *C. de legi. l. 1.* sc. inter Æquitatem scriptam & non scriptam, Tu dic breviter, quòd si reperiatur rigor scriptus correctivus seu adversativus Æquitati etiam scriptæ, ibi rigor servatur & præfertur. *ff. de depositi. l. bona fides. ff. loca. cum apparebit. ff. de re emi. l. 3. §. in bello.* Item econtra; si Æquitas sit correctiva seu adversativa rigori Juris scripti, tunc Æquitas præfertur. *C. de procur. l. exigendi. ar. op. C. de exb. l. pe. §. fi.* Sed ubi non stat per modum correctionis alterius, & dubium est, quando debeat servari, locum habet dicta *l. C. de legi. l. 1.* Nec obstat *C. de judi. placuit.* quia ibi loquitur in Judiciis Judicis arbitrio relictis; quo casu ad Æquitatem semper inclinare debet: ut satis dixi *supra. in Consti. Otbo. licet ad profugandum. §. 1. ver. digne.* circa medium, ibi, *castiget ergo &c.* aliàs nisi ejus commissarius arditrio, semper Legem scriptam servare debet in judicando; ut plenè dixi *supra. in Consti. Otbo. c. ul. §. 1. in fi. ver. pœna debita.*

n *Quasi.* Similitudinem notat, quia nihil est illud cui simile est. *ar. ff. si agri. fal. mo. dixe. l. 1. §. hac actio.* Cum enim sunt in Prædicamento Relationis, ea quæ similia sunt, inquantum talia, unum non potest esse aliud; quia unum relativorum non potest esse aliud. *ar. ff. de re. permu. l. 1.* ubi eadem res non potest esse & merx, i. e. id quod venditur, & ejus pretium. De hoc notatur per *Ber. Extra. de rescrip. ea solam etiam. in 1. glo.*

o *Lata flumina.* Super hujusmodi enim sunt tractatus dena milia introducenda. *Authen. qui. mo. na. effi. sui. § 2. Col. 7.*

p *Summorum Pontificum.* Dicitur autem *Pontifex* quasi pontem aliis faciens ad patriam Cœlestem. 21. *di. cleros.* & notat *W. Extra. de pœ. c. 1. in prin. in Cle.* Sed cum est Summus, ergo motus proprius ipsius Papæ est omnium optimus artifex, omnē habens virtutem, omnia providens, in tantum quod plenam dispositionem obtinet super materia & forma ordinandi & fungendi aliqua, quatenus in Jure consistunt. 50. *di. ferrum. Extra. de regular. vidua. Extra. de voto. c. 1. li. 6. Extra. de spon. is qui. C. de rei uxo. accu. l. 1. §. 1. Extra. de transla. Episcopi. quanto.* Non enim puri hominis, sed veri Dei vices gerit in terris. *Extra de transla. epi. inter corporalia.* Ideoque dicitur Papa, quòd est interjectio mirativa, quasi sit quoddam mirabile in terris; ut notat *W. de sen. excom. c. fi. in prin. in Cle.* In his quæ solum veritatem facti respiciunt, nullam potestatem obtinet immutandi; non enim facere posset album de nigro. *Extra. de jurejur. & si Christus.* Item nec in his quæ fundamentum Ecclesiæ nostræ Militantis sustinent; sicut sunt decem Præcepta, septem Articuli vel Sacramenta, immo nec aliqua substantialia Legis Divinæ. *Extra. de resti spo. literas.* Ratio est, quia infringere talia tenderet ad destructionem seu diminutionem Religionis Christianæ non autem ad ædificationē, contra doctrinam Apostoli 2. *ad Cor. 10 c.* Unde nec contra Evangelicam doctrinam quicquam potest, ut bene notat *Jo An. Extra. de cog. spirituali. super eo. ver. spero. re.* Item nec in his quæ natura hominibus ministravit, sicut vim vi in casu licito repellere. *ff. de justi. & jur. ut vim. Extra. de re judi. postoralis. §. ubi vero nec prædicta supplevit in Cle.* ut plenius notat *W. c. li. de præsenti Romanus.* Juxta quod quæritur an Papa sit Dominus Ecclesiarum totius Orbis, ita quòd possit abdicare & auferre rem & ejus Dominium uni, & transferre in alium? Dicit *Gui. in Rosa. 17. di. c. 1.* quòd non: utens auctoritate Beati *Ber.* circa *fi. quarti li.* ad *Eugenium* Papam. Consideres, inquit, omnium *Romanā* Sanctam Ecclesiam, cui auctore Deo præes, Ecclesiarum esse Matrem, non Dominam: te verò non Dominum Episcoporum, sed unum ex ipsis, *ar.* in hoc 7. *q. 1. mutationes. in prin.* ubi dicit, *aut dominatione &c.* Unde secundum *Idē.* Papa potest incurrere vitium Simoniæ recipiendo pecuniam pro re aliqua spirituali; quamvis enim res Ecclesiæ sint ejus tamquam principalis dispensatoris, tamen non sunt ejus ut Domini & possessoris. Et hoc plenius recitat *Gui. in dicto c. 1.* Nec obstat quod dicitur, *Cessat lex Ambitus in Urbe. ff. ad l. Juli. de ambi. l. 1. in prin.* nam hoc contingit ex præsumptione; quia præsumitur ibi quòd princeps nec gratiâ nec pecuniâ moveatur ad dandum honores. *C. de eadu. tollen. l. 1. circa fi.* Unde non locus, sed princeps loci hanc præsumptionem Legis dedit latori; ut notat *Wig. C. de Episco. & cle. 1. si quicquam. in fi.* Contrarium tamen modernis temporibus tenetur, de Dominium Ecclesiarum tam per reservationem, quàm per collationem ad Papam pertinere. *Extra. de præben. c. 2. in prin. li. 6.* Item & Dominium rerum Ecclesiæ ad Papā dicitur spectare. *ar. 8. distin. quo jure. cum si. no. per W. Extra. de præben. si de beneficio. in Cle.* Nam cum sit gubernator totius Universi, potest uni auferre & alteri dare, maximè ex causa. *ar. C. de fundis Limitrophis. agros. li. 11. cum si.* Quam potestatem Papæ ad unguem experimur hodie in sua frequenti Decimarum impositione: sed tamen licèt Papa vivens in terris (ut præmissi) possit volvere quadrata rotundis, si tamen erret, Judicium sibi terribilius imminebit; ut legitur & notatur 40. *dis. si papa. per Jo. An. & Hosti. Extra. de concess. præben. proposuit.* Cum enim *Pontifex* dicitur quasi pontem faciens, ut dixi *supra. in prin.* hujus *glo.* ergo si pons fractus & ruptus sit, quis præstabit viam. Nec credo quòd per hujusmodi verba incideremus in legem *Extra. de malefic. c. prim.* quia etiam in dubiis excusatur quis à delicto. *ar. ff. de jur. fisci. non puto.*

Quæ non potest Papa immutare.

Nunquid sit Papa Dominus ecclesiarū & Dominum earum possit auferre?

Nota quid Papa potest incurrere Simoniam.

q *Aliorumque prælatorum.* Ut dixi *suprà. in Consti. Otbo. in proœ. §. denique. ver. concilii.* Immo & Principū Sæcularium, super quibus tamen traditur duplex Regula. Prima est, qd Lex Imperialis Ecclesiis favens semper recipienda est, nisi forsan per Sedem Apostolicam reproba-

Nunquid Lex imperialis ſit recipienda de Jure Canonico Eccleſia quid eſt.

reprobatur. Secunda regula eſt hæc, Imperialis Lex Eccleſiam impugnans nunquá eſt admittenda, niſi forſan per ſedé Apoſtolicá approbetur: ut has regulas tradit *Gui.* eas colligendo de textu 10. *di. c.* 2.

a *Eccleſia.* Eccleſia *Græcum* eſt, *Latinè* dicitur Convocatio, eo quòd omnes ad ſe vocat: quæ dicitur & *Catholica*, id eſt, Univerſalis: quia per univerſum mũdum eſt Conſtituta ſecundùm Papam. *ar.* literæ hic ſequentis, *toto orbe diffuſæ &c.* Vel *Catholicæ*, i. e. Generalis: quia in eadem doctrina quoad inſtructionem. *Extra. de ſum. Tri. & fi. ca. s.* 1. §. *una vero Eccleſia.* notatur per *Gui.* 1. *q.* 1. *Extra. in fi.*

b *Pro diverſorum temporum.* Fortè intendit diſtinguere, prout notat *glo. Extra. de ſum. tri. c.* 1. §. *hæc ſancta. in glo. hæc fuit diſpoſitio.* immo certè, & hoc tempore gratiæ ad varietatem temporum variantur Jura. *ar.* in hoc quod legitur & *not. Extra. de conſan. & affi. non debet. in prin.* & per *Gui. Extra. de reſcrip. ſtatutum. in prin. glo. hoc fuit laudabile. li.* 6. & *infrà. in glo. proxi.*

c *Neceſſitate.* Aliàs, varietate, quæ proprie dicitur cauſa deviandi a veritate, verbo mutato: ut notat *W. Extra. de renun. c.* 1. *in prin. in Cle.* An ergo admittatur variatio, ſatis notatur per *Dy. de Reg. Fur. c. mutare. in fi. li.* 6. ſed quoad propoſitum legitur & bene *nu. per W. Extra. in proœ. §. quoniam. ver. varietatem. in Cle.* Nam decurſio ſeu varietas humanæ naturæ, licet prima ejus gubernentur principia paulatim, tamen eget curatione Legum, ut tranquillitate gaudeat & quiete. *Authen. de reſti. & ea quæ pariter. in prin. Colla.* 4. Item volubilitas hominum, & varietas cauſarum emergentium plerumque turbat, quæ prius ſubtili † conſervatione erant cauta: *Authen. de his quæ ingre. ad ap. in prin. Colla.* 5. nam natura generans cauſas indies innovatur. *Authen. de fide inſtru. §.* 1. *in fi. Coll.* 6.

† *MS.* Directionis.

† *MS.* Obſervatione.

d *Fragilitate humana.* Peccatum autem inde proveniens facilius remittitur, quàm ſi ex deliberatione procederet: ut 25. *di.* §. *criminis.* & dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. quod in quodam.* 1. *Reſpon. in glo. nam nulla.* ſed peccatum in Spiritum Sanctum eſt irremiſſibile. *de pæ. di.* 3. *inter hæc, circum. in fi.*

e *Sed effrænis.* Et dic, id eſt, non parens freno, ad modum equi impetuoſi frænum non curantis: quia currit & diſcurrit. *Extra. de homici. dilectus. & c. ſignificaſti.* 1. & *no. Jo. An. Extra. in prow.* §. 1. *ver. effrenata.*

f *In primis parentibus.* De quibus dixi *ſuprà. c. in prin. ver. ut creatura.*

g *Ita virni.* Id eſt, venenum.

Tempora ſunt tria.

h *In poſteros ſeminavit.* Sed pro hoc nota tria Tempora, ſcilicet tempus ante Legem, videlicet poſitivam: naturalem tamen tunc habebant. Item tempus ſub Lege. Item tempus poſt Legem, ſive tempus gratiæ: quæ tria tempora determinantur per tres verſus illius Reſponſorii, *aſpiciens à longè.* quia in primo dicitur de Terrigenis. In ſecundo dicitur de *Iſraelitis.* In tertio de nobis qui ſumus jam tempore gratiæ. *ar.* in hoc quod notat *Gui. poſt Lauren.* 35. *diſtin. ab exordio.*

i *Cæca.* De hoc dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. ad elidendum.* §. *nonnulli. in* 1. & 2. *glo.* Eſt etiam gibboſa, ut patet 49. *di.* §. *gibbus.* & licet ſic claudicet tamen diſcurrit, ut lequitur.

k *Irreverenti fronte.* Ut ſive verecundia fas & nefas permiſcendo. *infrà. c. Conſti. ambitioſi.* 1. *Reſpon.*

l *Profiliat.* Suis terminis non contenta, ut *infrà* ſequitur, ſed hoc eſt contra Legem. 7. *q.* 1. *ſi quis Epiſcopus. in fin.*

m *Quaſi ebria.* Quia à rationis judicio alienata propter malam qualitatem animi, & injuſtam habitudinem mentis: ut notatur per *Gui.* 25. *diſtin. criminis. ſuper glo. quandoque arguencatum.* 35. *diſ.* §. 1. & per totam Diſtinctionem illam. Unde ait *Boetius*, Vinum moderate ſumptum intellectui videtur conferre acumen: ergo non modicè ſumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam enervat, oblivionem immittit, errorem infundit, ignorantiam producit. *Ar. c. di. venter.* quæ eſt *Palea.* Item *Aug.* Ebrietas aufert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, involvit linguam, oculos obfuſcat, & omnia membra debiliat, vitam minuit, & omnem ſalutem exterminat. Notat *glo. Gui. c. di. luxurioſa.* Abſit ergo, ut os præcipuè Clerici oleat ex ingurgitatione. *ff. de ædili. edic. l. qui clavum.* §. *in cui.* Verſus. *Ex nimio potu tribus per, lingua ligatur. Turpia verba ruunt, mens ratione caret. Ebrietas frangit quicquid ſapientia tangit. Semper in ore quod eſt menſuram ponere prodeſt. Et ſine menſura deperit omne quod eſt.* Illa tamen Ebrietas eſt præclara, de qua habetur *de Con. di.* 2. *in calice.* De ista materia plus dicam *infrà.* in tractatu *de monachis.* §. *ſanè ver. jejunent.* ſicut enim dicitur de furioſo, ſic idem dici poteſt de ebrio. *Ar. ſuprà. c. in prin. in glo.* 2. *ff. de jur. codi. l.* 2. §. *furioſus. ff. de ver. ſig. l. ulti.* §. 1. Quod erroneum eſt circa aſſecutionem temporalium immoderate: ut patet in hoc quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. ad elidendum.* §. *nonnulli. in prin.*

Verſus.

† *MS.* Delèda.

† *MS.* Longævitate.

n *Quo.* Id eſt, unde.

o *Nec abſtinere.* Sic 47. *di. virum. in fi.* & *c. ſequen.* & *c. omnes. cum ſim.*

p *Nec gaudere permiſſis.* Unde verſus, *Cui ſatis eſt quod habet, ſatis illum conſtat habere. Et cui non ſatis eſt, illum quoque conſtat egere.* ut notat *Gui.* 55. *di. c.* 1.

Verſus.

q *Sane.* Tertia pars.

r *Suſcepimus.* Alias † ſuſcipimus.

† *MS.* Suſpicimus.

ſ *Amarius.* Nota amarius plangitur malum præſens & recens, quàm præteritum uniformiter fœtens. *ar. ff. de pæ. aut facta.* §. *ſi.*

t *Flendo.* De hoc fletu mali damnabiliter rident. *Extra. de privile. peſtiſis.*

u *Vulnus.* Cui, ſi mucrone ſucciſũ non curetur, ignitũ ferrum injicitur. 1. *q.* 1. *reperiuntur. ar. Authen. hæc conſti. immo & c.* 1. *Reſpon. Coll.* 8.

x *Quod.* Sc. vulnus flebile.

y *Non auribus.* Supple tantum, ſed oculis. Senſus autem viſûs inter omnes alios minus decipitur, & idpò teſtimonium de viſu certius dicitur. *Extra. de teſti. præterea.* notat *W. Extra. de ſu. tri. vidit. in Cle.*

z *Se palam.* Eo major debet eſſe aculeus ſeu confuſio, quo culpa patentius ſit commiſſa. *Extra. de pæ. c.* 1. *in Cle.*

a *Temporis hujuſmodi.* Sc. noviſſimi: ut dixi *ſuprà. in Conſti. Otho.* in Præfatione, de quo Textus hic præſens propheratur. 2. *ad Tim. c.* 3. *in prin. in noviſſimis* † *diebus diſcedent quidam à prima fide. ad Tim.* 4. *c. in prin.*

† *MS.* Temporibus.

b *Duriori cervice.* Propter frequentem aſſuefactionem. *C. de epiſ. Authen. leg.* 3. *in fin.*

c *Damnabiliori. Extra. de conſue. c. ulti. in prin.*

d *Cedit potentiæ veritas.* Contra Legem *Auth. ut omnis obe. judi.* §. *ſi vero. Colla.* 5.

Cupiditas potentia & favor juſtitiam pervertunt. Tria hominũ genera.

e *Juſtitiam favor expellit.* In omni gradu charitate refrigeſcente, per tria mala prædicta, ſc. per cupiditatem, potentiam, & favorem, Regnicolas dolenter affligi fides oculata indies lamentatur: ut *ſuprà.* patet. Licet enim ad alium effectum notat *Gui.* tria genera hominum per hoc quod quidam ſunt conjugati, quidam contemplativi, quidam Prælati: ut ipſe notat 13. *di. rerum. ver. committunt.* tamen quoad propoſitum triplicem gradum aliter conſidero in quolibet Regno Terreſtri, ſcilicet Clericorum, Militum, Ruſticorum ſeu ſimplicium: ut teſtatur Metricus dicens, *Clerus, Eques, Coridon, ſermonibus, enſe, juvenco, Inſtruit, armat alit: Hæc tria Regna regunt.* Primò itaque in Clero patent mala præmiſſa: Superiores enim plerique Archidiaconi & alii, nc in Epiſcopalem reverentiam excandeſcant gregem, quem paſcere deberent verborum inſtructione pariter & exemplo, *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venerabiles.* quandoque Curialiter tondere ſaltem per ſuos Commiſſarios, quos gratis eligunt, conſcientiam non habentes; 21. *q.* 7. *pervenit.* ſed verè Officiales dictos, non per Antiphraſin: ut dixi *ſupra. in Con. Otho. quoniam Tabellionum.* 1. *Reſpon. ver. & eorum officiales.* quia per vepres violenter dilaniant, immo devorant pelles & oſſa. Dicente Domino per *Pſal. Qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis,* non for-

Ebrietatis dona.

ma

ma Sancti Gregorii, sed ut dominantes in Clero; contra istud quod legitur in dicto *c. quid ad venerabiles.* §. 1. notat *W. Extra. de sepul. c. dudum.* §. 1. *ver. deputatos in Cle.* cujus forsan est occasio; quia cum tales Prælati, ut frequentius, statim ex pompa sunt ventosi, ut notatur 7. *q.* 1. §. *si huic etiam.* & sensus eorum ex pinguedine crassus efficitur, semper talibus memoria pristini status aufertur. *Ar.* 12. *q.* 2. *aurum habet eccle.* Dicunt enim suis nuperrimè satis notis, *non novi vos*, vel indignanter obmutescunt; ut notatur signanter 1. *q.* 1. *prophetavit. in glo. fi.* Intrant quoque tales ut vulpes, regnant etiam ut leones, sed & frequenter moriuntur ut canes. Ut notat *W. de jurejuran. c.* 1. *in ver. nos igitur. in glo. in Cle.* Tales quoque mali Prælati dicuntur lupi; quia luporum gloriantur laudibus. 86. *di. nihil.* Dicuntur etiam leones. *Ezechie.* 22. *c. quasi leo rugiens, & rapiens prædam.* 8. *q.* 1. *sunt quidam.* Dicuntur etiam canes impudici propter defectum regiminis. 2. *q.* 7. *qui nec.* Item dicuntur corvi propter peccatorum nigredinem: & etiam sal infatuatum, ad nihilum proficiens. 2. *q.* 7. *non omnes. & c. non omnis.* Item dicuntur porci. 43. *dis. in mandatis.* Et plenius notat *Gui. ea distin. c.* 1. Ideo propter hoc eis auferetur potestas. *Ezechiel.* 33. *c.* Nec credam dictis Prælatis, si hujusmodi extorsiones se asserant ignorare: cum eas sibi imbursent, & de hujusmodi turpi quæstu, re & verbo, sibi faciant responderi; contra illud quod dicam *infra. c. Con. ad tutelam.* §. 1. *in ver. consilium.* & in *c. Deus omnip.* §. *pe.* & quod notat *W. Extra. de sta. mo. c.* 1. §. *porro. ver. familiaribus. in Cle.* 2. *q.* 7. *negligere*, 24. *q.* 3. *qui potest. Extra. de Reg. Jur. c. fi. li.* 6. Facit quod notatur 18. *di. pervenit. in* 1. *glo.* Parum itaque accerent ministri mali, si Domini essent boni. *de conse. di.* 4. *Baptizmi.* Item regulariter facta servientium conditiones Dominorum insinuant: cum Dominus appetat ejus ministros suis conditionibus conformare: & contra. *supra. in Con. Otho. in præ. in prin. Ar. de pæ. di.* 1. *omnis qui odit. cum c. se.* Unde sic correctiones in corruptiones damnabiliter quidam pervertunt: *ff. de adi. edic. præcipimus. Fo.* 12. ibi, *Si quis mihi ministrat &c.* nimis verificantes Canonem dicentem, omne malum processit à Sacerdotibus. 24. *q.* 3. *transferuntur. Ar.* in hoc, quod sic tendunt ad noxam. *Extra. de excep. pia. li.* 6. Igitur licet in hac parte pœna non decrit: ut dicam *infrà. c. Con. Christianæ.* §. 1. *in glo.* secus ergo, cum contra tales hodiè gravior pœna esset necessaria, quæ ipso Jure eos afficeret: cum cæteræ tanquam Comminationes, parvipendantur his diebus. *C. comm. epi. vel progra.* per totum. Secundo in militibus & equitibus patent mala præacta in principio hujus *glo.* quia cum suis viribus, præliis, aut vulneribus, Ecclesiam, patriam, parentesq; defendere debeant, 62. *di. Valentinianus. in fi.* ubi patet professio militum. *C. de advo. diver. judi. advocati*, ipsos, quoniam sibi indulgent vitia prædicta, nituntur opprimere nunc per Prisas, nunc per † carrigia, nunc per taxas seu amerciamenta, & alias calcato justitiæ cultu diversimodè angariando: ut *supra. in Con. Otho. tanto. in prin.* dicentes cum impiis, *Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ. Sapi.* 2. *c.* Sed in hoc parvipendunt Proverbium sapientis: *Melior est sapientia quàm vires: & vir prudens magis quàm fortis. Sap.* 5. *c. in fi.* Nec est sumendum quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri. 12. *q.* 2. *cum devotissimo.* Immo cum hoc per se nequeant, prædones pessimos in his & in aliis protegunt, ut dicitur, & occultant. *No. supra. in Con. Otho. contra latronum.* & quod deterius est, Ecclesiam, ejusque ministros, & Privilegia spoliare & impugnare, ac servituti subjicere eo affectuosius gaudent, quo exinde ambabilius incidunt in profundum: ut patet *supra. c.* §. legitur & *no. infrà. c. Consti. ad tutelam.* onera eis imponunt, angariis affligunt, prisas ab eis & Decimas exigunt, quasi sc majores Ecclesia, sive militante, sive triumphante contendant: cum Dominus in signum universalis Dominii sibi Decimas jusserit reservari. *Extra. de deci. c. tua.* Sicque Dominium Ecclesiæ illis à Domino Deo usurpare conantibus, deterioris conditionis in his partibus Sacerdotium fieri videtur, quàm sub Rege nequam *Pharaone.* Ille quidem, omnibus aliis servituti subactis, Sacerdotes, & possessiones eorum, in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit: sed hodiè signanter locum sibi vendicat *Jeremiæ* deploratio; quia Princeps Provinciarum facta est sub tributo, *Extra. de immu. eccle. non minus.* Sed talibus Sacrilegis pœna non deerit: *infrà. c. con. ad tutelam.* §. *ex hoc.* licet vindex pœna temporalis eos forte plus à tanto flagitio cõpesceret, & exemplo Regis, *Oziæ* cohiberet, qui duntaxat minabatur Sacerdotibus, statimque orta est lepra in fronte ejus. *Paralipo.* 26. *c.* & ponitur 2. *q.* 7. *c. nos. in fi.* §. *cum David. ver. sicut ergo.* Pejus enim malum fore non æstimo, quàm Christianos suis invidere Sacerdotibus. 6. *q.* 1. *sunt plurimi. in fi.* Unde nisi Laici oppressis hujusmodi Sacerdotibus rectè reconciliati fuerint, verendum est quod ad interitum vergent: Reges enim qui tantum ignorantia ducti in *Abrahamum* deliquerant, non, nisi eodem orante, sanari meruerunt. *Gen.* 20. *c. de pœni. di.* 1. *reges.* & facit Historia de *Maria* sorore *Aaron. Numeri.* 12. *c.* 1. *&* §. *contra.* Immo fortè ex hoc ruent: quia eorum prædicationes & monita audire, ac censuras contemnunt. *Roboam* verò filius *Salomonis* ideò perdidit Regnum, quia noluit audire Presbyteros suos. 3. *Reg.* 12. *c.* & 16. *q.* 1. *Ecclesia.* Tertio mala præmissa in principio hujus *glo.* patent in rusticis & simplicibus, qui agricultura & sancta rusticitate contempta gloriantur hodiè in discordiis & Assisis, ibidem frequenter perjuria committendo: cum tamen etiam pro alterius vita quis prohibeatur mentiri. *Extra. de usu. super eo.* Falsum namque jurans Deum contemnit, judicem fallit, & frequenter innocentem lædit. *Extra. de cri. fal. c.* 1. Unde in detestatione tanti mali absolutio sic deperantium solis Episcopis convenienter dicitur reservari; ut dixi *supra. in Consti. Otho. quod in quodam. in fi.* Sed utinam per abscisionem linguæ aliqui tales docerentur veritatem eructare: ut *supra. in Con. Otho. tanto.* §. *ulti. ver. fideles.* Item non solum Dominis & vicinis portiunculas terrarum nituntur subtrahere; sed etiam aliquando per exactionem pecuniæ vel chirothecarum, ut terminis eorum utar, aliquando per suarum Decimarum retentionem injustam & calcationem malitiosam defraudare nituntur Ecclesias suo Jure contra multas auctoritates scriptas 13. *q.* 1. *c.* 1. per totum. Ex quibus multa mala inducuntur. Primum est Prævaricatio Divini mandati. *Extra. de deci. a nobis.* Unde cum Decima sit quasi census, quam pro æterna hæreditate solvimus: ideò qui subtrahit censum † meritum perdit & agrum. *ff. loca. l. quæro.* §. *inter locatorem.* Secundum, quia homines rectam Decimam solventes bonis omnibus abundabant: nunc verò, quod non accipit Christus, tollit ficus. 16. *q.* 7. *majores.* Tertium, quia Decimam non solventes ad Decimam trahuntur. 16. *q.* 1. *decimæ.* ubi de hoc. Quartum, quia Dominus non increpat locustas, nec plagas amovet. 16. *q.* 1 *revertimini.* Illi verò qui rectè dant Decimas quadrupliciter remunerãtur. Prima remuneratio est abundantia fructuum. Secunda corporis sanitas. Tertia indulgentia peccatorum. Quarta verò præmium æternum: ut probatur hæc in dicto *c. decima.* & notat *Gui, Extra. de deci. c.* 2. *in fi.* Plenius notat *Hosti. in sum. e. ti.* §. *quare.* & omnes præmissi volvuntur in textu sequenti; ita quòd de Regnicolis nostris, proh dolor! prophetari videtur id quod antiquitus Deo conquerebatur. *Tu enim nosti populum istum quòd pronus sit ad malum. Exo.* 32. *c. Quinimo dilexerunt magis tenebras quam lucem, erant enim mala eorum opera. Job.* 3. *c.*

Pinguis venter facit crassum sensum.

Honores mutant mores.

† *MS.* Cariagia.

† *MS.* Meritò.

Pro alterius vita quis prohibetur mentiri.

a *Quæ sua.* Contra doctrinam Apostoli primo ad *Cor.* 13. *c.* & *Extra. de cens. cum Apostolus.* §. 1. & *c. procurationes. & e. ti. Romana.* §. *caveat. li.* 6. *Fo. de Abbon.*

b *Erigunt.* Aliàs exigunt.

c *Negligentiæ.* Negligentiam seu pigritiam spernimus universa lædentem &c. *Authen. de quæsto.* §. *fi. Coll.* 6. Sicut diligentia reconciliat fructuose, sic desidia torpens ruit nociv. *ff. de jure fisci. l.* 3. §. *divi. in fi.* 83. *di. nihil illo. ver. sicut. Authen. de armis.* §. *veni. Coll.* 6. Punienda ergo est negligentia. *C. de fundis. patrimo. l.* 1. *li.* 11. & sic in *Con. Otho. licet ad profugandum.* §. 1. *ver. digne.* circa medium ibi † *canit, in glo.*

d *Despectus.* Qui non diligit, de facili contemnit. 20. *q.* 3 *præsens clericus.* post medium.

† *MS.* Caveat.

e *Ignorantiæ.* Propriè est aliquid *Ignorare*, i. e. nescire illud quod debet scire; tamen *Nescire* latius patet quàm *Ignorare*: omnis enim qui ignorat nescit, sed non econtra. *C. per quas personas no. acqui. do. si duo.* post medium. *Error* verò dicitur, cum aliter est quàm credatur: unde aliud est *ignorare* quam *errare.* Unde Lex dicit, si potest acquiri ignorãti, potest acquiri & erranti. *ff. de acqui. poss. fi ne. Titubatio* verò est cum duo sciunt diversa, vel cum quis inter duo dubius est: & quia dubitat non applicat credulitatem suam contra alterum. *C. de condi. inde. l. ul.* notatur per *Vincen. & Goffr. Extra. de cle. ex. mi. c. Apostolicæ.* & notat *Gui.* 28. *di. quamvis. Ar.* in hoc quod *no. ff. de jur. & fac. igno. super rub. ff. de testa. de statu. eum fi.* De hac materia dixi *supra. in Con. Otho. clamorem.* §. *in adjutorium.* in *glo. si generale.* Sed credere est medium inter duo extrema, sc. inter scire & ignorare: qd inclinat uni parti cũm formidine alterius: ut sentit *W. Extra. de sum. tri. c.* 1. *in ver. inhærentes. in Con. Cle. Ar. Extra. de elec. ut circa.* §. 1. *li.* 6. & hoc valet pro conscientia Compurgatorum. *Ar. C. de jura. calum. l.* 2. §. *quod observari. ver sed. Extra. de sacra. c.* 1. *Scire* verò est indubitanter aliquid noscere, ut notat *Inno. Extra. de jur. calum. c. fi.* per aptam sc. cognitionem causæ. *Ar.* 23. *q.* 8. *occidit.* quod facit contra præsentantem aliquem incepturum, quando dicit, *scio eum dignũ &c.* sed hoc expone. i. e. vehementer opinor: ut notatur *ff. de aqua. plu. ar. in summa.* §. *Labeo. ver. ait cum quæritur. Ar Extra. de sacra. in ord. fa. c.* 1. cum hic conscientia tantum colligatur ab alterius actu exteriori: *Ar. ff. de in jus. vo. l. qui suum. Insti. de re. di.* §. *pavonum. in fi.* aliàs mores, vel factum alterius prorsus secretum, impossibile est scire. *Ar. ff. de condi. inde. Lucius. Fo. de Abbon.*

Ignorat. Nescit. Errat.

Titubat.

Scire.

f *Latebris tenebrosis.* Sc. peccatorum. 49. *di.* §. *bis etenim.*

ar.

Ar. ff. de ventre inſpi. cuſtod. per. leg. 1. §. *tria.*

a *Nos igitur.* Quarta pars.

b *Regnum.* Sc. Regnum *Angliæ.*

c *Extenſionem.* Aliàs executionem.

d *Utriuſque poteſtatis.* Tam Eccleſiæ, quam Sæcularis: nam in Regno *Angliæ* præcipuè abundare conſuevit fidei & honeſtatis conſtantia, æquitum & peditum poteſtas invicta: ſed quia jam illi qui ad certandum pro Eccleſia & Republica dudum fuerant debellantes fortiſſimi, modernis temporibus privatas utilitates moliuntur amplecti, *Authen. ut neque fœdera miles.* §. 1. *Col.* 8. & quia fornicati ſunt: Dominum enim irritaverunt in adinventionibus ſuis, & multiplicata eſt in eis ruina: ut in *Pſal.* & *Ar. ſuprà. in Conſti. Otho. quoniam de habitu. in prin.* ſicque nimis veridicè æſtimo propheratum de Gentibus *Anglicanis*, qualiter à Deo recedentes fornicari ſunt: ut pulchrè legitur 50. *diſ. divulgatum eſt*, alias incipit, *ſigens Anglorum.*

Deminio poteſtatis Anglia.

e *Scotiæ, Hiberniæ, & Wallliæ partes.* Non dicit Regna, prout *ſuprà* dixit de Regno *Angliæ*, quaſi illius Regni dictas Provincias innuat partes eſſe: ut *ſuprà. in Conſti. Otho. in prœ.* § *ulti. in ver. Angliæ.* ſed tamen *Scotia* Regnum, licet forte ab *Anglia* ſit dependens, nuncupatur: ut *infrà* e. ibi, *in Regnis Angliæ & Scotiæ.* Patet *Extra. de fi. inſtru. cum dilectus.* §. *fi.*

f *In ipſis.* Sc. Regnis, & partibus *Angliæ.*

g *Plenæ Legationis.* Ut in textu qui ſequitur, immo pleniſſimæ: aliter enim ex Legationis numero non poſſit Beneficia conferre. *Extra. de offi. lega. c.* 1. *in 6.*

MS. Numere.

h *Officio.* Facit quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. in prœ.* §. *fi. in glo. non ergo.*

i *Plantandi.* Sc. virtutes.

k *Evellendi.* Vitia: ut exponitur *Extra. de majo. & o. c. ſolita.* §. *poteſtet.* & dixi in *Conſti. Otho.* in principio Præfationis. Sed ad hoc opponitur: quia unum includere reliquum videtur. Egreſſus enim vitii ad virtutes introductionem operatur. 32. *q.* 2. *renunciatur.* Solutio: ut ibi per *glo.* ſubtilem quæ diſtinguit inter Orationem compoſitam & ſimplicem: ad quod facit quod notatur *ff. quod vic. cau. ſed & partus.* §. *fi.* vel dic unum convenienter ſequi ad aliud. *Ar. ff. de pœ. di.* 1. *poſt prin. c. magna. ver. diniſerit.*

l *Ædificandi.* Sc. fideles in Eccleſia Dei. Ut plenius exponit *Gui.* hanc auctoritatem. 36. *di. qui Eccleſiaſticis.* circa medium.

m *Manu ſanctiſſimi patris &c.* Ex hoc videtur, quòd Papa ſit Dominus Eccleſiarum: de quo dixi *ſuprà. c.* §. 1. *in glo. dicitur.*

n *Clementis.* Sc. quarti, cujus iſte Legatus, ſc. *Othobonus*, ſucceſſor fertur fuiſſe in Papatu, ac ideo reverenter Conſtitutiones iſtæ ſunt tractandæ, & ſtudioſius advertendæ, quo earum conditor fuerit ad honorem Apoſtolicum poſtea ſublimatus: ut legitur in *Conſti.* bonæ memoriæ *Jo. Peccham* dudum *Cantu.* Archiepiſcopi in *prœ. prope fi.*

Nota.

o *Obedientia bono.* De hoc dixi *ſuprà. c.* 1. *Reſpon. in glo. ſi diſciplinæ. Jo. de Athon.*

p *Suſcepto.* Nota quòd non dicit *ſumpto*: quia *ſuſcipere* vel accipere eſt ab alio ſumere, non à ſeipſo. *Ar.* 8. *q.* 1. *ſi ergo. Sicut* & Deus facit. 23. *di. exorciſta.* ibi, *accipere. & c. lector.* ubi hoc notat *Gui. Ar.* 38. *di. quandoque.* Patet *ff. de origi. jur. l.* 2. *ante fi.* § *poſt hunc. & Extra. de mag. c.* 1. §. 1. *in fi.* ibi, *ac ſuſcepiſonem. in Cle. ff. de ver. ſig. aliud eſt capere.* Sed *ſumimus.* nos ipſi, ſecundùm *Pap. Ar. infrà. c.* ibi, *aſſumunt &c.* Facit ad utramque partem Diſtinctionis *Extra. de jurejuran. c.* 1. *in R. in Cle.*

Sumere & ſuſcipere differunt.

q *Apoſtoli. ad Corinth. ulti. c. in fi.*

r *Quorum.* Sc. Canonum vel Statutorum.

s *Sæcularium. Authen. de eccle. ti.* §. 1. *de ſanctiſſi. epi.* §. *præ omnibus. Coll.* 9. melius *Authen. quo. oportet epi. & Cle.* §. *igitur. Coll.* 1. 2. *q.* 3. *cum enim.*

t *Conſtitutiones.* Verſiculus,

¶ [s] Nos igitur ad Regnum, *Anglia* inclytum, [b] quod diebus proximis à gloriæ ſuæ culmine in [c] extenſionem [d] utriuſque poteſtatis exciderat, ad [e] *Scotia, Hiberniæ*, & *Wallia* partes, de gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ, commiſſo Nobis [f] in ipſis [g] plenæ Legationis [h] Officio, deſtinati, [i] plantandi & [k] evellendi, atque [l] ædificandi ſollicitudinem de [m] manu Sanctiſſimi Patris Domini [n] *Clementis*, ipſius Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis, non ex affectu [o] propriæ voluntatis, ſed pro debitæ [p] obedientiæ bono [p] ſuſcepto, ut noſtrum juxta doctrinam [q] Apoſtoli miniſterium impleamus, cùm Sacrorum Canonum Inſtituta, [r] quorum imitationem Principum quoque [s] Sæcularium Leges aſſumunt, [t] Conſtitutiones quoque bonæ memoriæ *Othonis Portuenſis* [u] Epiſcopi, [x] tunc Sancti *Nicolai* in carcere *Tulliano* Diaconi [y] Cardinalis, in Regnis *Anglia* & *Scotiæ* Apoſtolicæ Sedis Legati, necnon [z] Provincialium Conciliorum proviſiones, mores, & actus fidelium ſubditorum ſalubriter informantes, quod [a] harum aliqua à nonnullis invenimus obſervari, [b] dignum Duximus, præſenti Sacro approbante [c] Concilio, ad omnem Sanctam & Dei placitam obſervationem [d] certas Conſtitutiones facere, atque jam [e] promulgatis certa quædam [f] Capitula, necnon [g] pœnas [h] adjicere, [i] quæ [k] auctore Deo [l] profectũ valeant inducere ſalutarem.

u *Epiſcopi.* Facit ad illud quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. in prœ.* §. *denique. in prin. in glo. nota formam.*

x *Tunc.* Sc. tempore editionis iſtarum Conſtitutionum. Et facit ad ea quæ dixi *ſuprà. in Con. Otho. uſum.* §. 1. *in glo. ſi.*

y *Cardinalis.* Dicitur à cardine: ſicut enim oſtium regitur per cardinem, ſic Eccleſia per iſtos; quaſi ſe regant & alios: vel Cardinales dicuntur ab Eccleſia *Romana*, quæ eſt caput & cardo aliarum. Ut legitur plenius per *Gui.* 22. *di. ſacroſancta.*

Cardinalis unde dicuntur.

z *Provincialium Conciliorum. Sic infrà. c. con. amoris.* §. *pe. & C. Chriſtiana.* §. *volente. in fi.* Qualia Concilia Provincialia ſingulis annis celebrari ponitur ſub præcepto, 18. *di. pervenit. & c. quoniam. Extra. de Jude. cum ſit.* §. *ſi quis autem.* quod non eſt ergo negligèdum. 14. *q.* 1. *c. pe. & ulti.* notat *Gui.* 18. *di. quoniam. in p in. Ar. ſuprà. in Con. Otho. baſilicarum.* §. *& ne. in glo. hujus contemptus.* Sed hodiè de facto prætermittitur: quia forte lucrum burſale Prælatis inde non acquiritur, ſed potius tunc expenſæ apponuntur. *Ar.* in hoc quod dixi in *Con. Otho. quoniam de habitu. in glo. hæc Conſtitutio.* circa medium, ibi, *hic tamen.*

Concilium Provinciale ſemel in anno celebrari ponitur ſub præcepto.

a *Harum.* Sc. Conſtitutionum, aliàs *horum*, & tunc dic, ſc. Conciliorum.

b *Dignum duximus.* Præſentes Conſtituciones edendo *Londini* & eas publicando 9. *Cal. Maii.* Anno Domini milleſimo ducenteſimo 68. ut patet in floribus hiſtorarum ſub hoc anno.

c *Concilio.* Quod ſanctum dicitur *ſupra. in Con. Otho. c. ul.* §. *in adjutorium.* Dicitur autem Cõcilium à *con*, & *cilium*, quia ibi omnes congregantur ut conveniant: ſicut cilia oculorum claudendo conveniunt. Vel dicitur conciliũ à *concio, cis*, quia ibi plures conciuntur, i. e. convocantur & congregantur: ut notat *Gui.* 15. *di. c.* 1. *ver. cõcilii.* & facit ad ea quæ dixi *ſuprà. in Cõ. O. in prœ.* §. *fi. ver. contẽpſi.*

Concilium unde dicitur.

d *Certas.* Quia incorporatas & indubitanter publicatas: ut notatur *infra. c. Con. ad tuitionem. in fi.*

e *Promulgatis.* Sc. Conſtitutionibus.

f *Capitula.* Ergo bene allegantur iſtæ *Conſti.* per nuncupationẽ Capitulorum, & ſic ſuppletur hæc *glo.* ad ea quæ dixi *ſupra. in Con. Otho. in prœ.* §. *ulti. in glo. ex hoc arguitur.*

g *Pœnas.* Quæ efficaciter ſunt inventæ ad emendationem morum: ut dixi *ſupra. in Con. Otho. in præſa. in prin.* licet omnis quidem diſciplina in præſenti videatur non eſſe gaudii ſed mœroris. *ad Hebræ.* 12. *c. Ar.* 23. *q.* 5. *profeſſi.*

h *Adjicere.* Per modum Statuti, non autem per modum ſimplicis ſententiæ: nam hoc modo, ſc. per viam Statuti, poſſet fieri pro futuris, ſc. culpis; *Extra. de conſti. ut animarum. li.* 6. & ab iſta quæcũq; abſolvit Pœnitentiarius Papæ in caſibus Curiæ reſervatis, alias Epiſcopus, vel ejus Vicarius in ſuis ſubditis: ut dixi *ſupra. in Con. Otho. in prœ.* §. *ulti. ver. conſenſu*, ibi, *quid ergo poteſt.* ſed à ſententia lata per modum ſententiæ alius quam ferens illam regulariter non abſolvit; *ff. de re. jur. nemo qui condemnaris. nec ipſa* ſententia hominis proferri debet niſi pro præteritis culpis vel præſentibus, non autem pro futuris. *Extra. de ſen. ex. Romana.* §. *caveant. li.* 6. Ratio diverſitatis eſt: quia ſententia per modum ſententiæ ſuper certis & bene rimatis eſt tantum ferenda, 30. *q. ulti. judicantes. Inſti. de actio.* §. *curare.* qualia ſunt præſentia & præterita: nam illa indubitanter ſunt certa. *Inſti. de ver. ob.* §. *conditiones. Sed* ſtatuta pro futuris, & ſic pro incertis promulgantur. *Extra. de conſti. c.* 2. *& c. ult.* Notat *W. Extra. de priv. c.* 1. *& l. Reſpon. ver. promulgatis. in Cle.*

Nota pro futuris culpis quis poteſt excommunicari per viam ſtatuti, non per modum ſententiæ. Sententia & ſtatuta differunt.

i *Quæ.* Sc. Conſtitutiones, Capitula, & pœnæ adjectæ.

k *Auctore Deo.* Non enim eſt aliquis ita ſummus nec in cœlo nec in terra, qui poſſit aliquid boni operis facere, niſi Divina gratia cooperante: hæc enim eſt illa per quam revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut ſciamus quid appetere, quid vitare, quid igitur facere debeamus. *de conſe. di.* 4. *c. antepe. & pa.* Notat *W. Extra. de majeſt. c.* 1. *poſt prin. in Cle.*

l *Profectum.* Hic accipitur *Profectus* in bono, prout contrariatur defectui, quandoque autem accipitur in malo: unde Apoſtolus ad *Tim.* 2. *c.* præcepit prophana & multiloquia devitari; multum enim proficiunt ad impietatem.

Profectus dupliciter accipitur.

ſatem. Item defectus quandoque accipitur à bono: ut in Pſal. *Defecit in ſalutare tuum anima mea &c.* notat *Gui. 47. di. quantum.*

a INgredientibus. Hæc Conſtitutio ſupplet & addit ad illam, quæ habetur in *Conſti. Otho. ad baptiſmum. Fo. de Athon.*

b *Naufragiis.* Id eſt, fluctibus. *Extra. ne cle. vel mo. ſed nec.*

c *Prima tabula.* Sc. navis quâ navigamus, ante peccatum tendentes ad patriam, ſed incurrimus naufragium per primi hominis peccatum quo morti ſumus addicti: tamen per Baptiſmum purgati induimur novi homines. 26. *diſ. deinde.* Secunda verò tabula efficapha, quâ in naufragio periculum vitamus, id eſt, Pœnitentia, qua poſt Baptiſmum reſurgimus. *Extra. de ſum. tri. firmiter.* §. *pe.* Patet in hoc quod legitur & notatur *de pœ. di. 1. ſecunda poſt naufragium.*

Tabula ſalutis eſt duplex.

d *Baptiſmus.* Quid autem ſit baptiſmus dicit Magiſter 4. *li. ſententiarum. di.* 3. quòd eſt ablutio corporis exterior facta ſub forma verborum præſcripta &c. Cui concordat definitio *Aug.* qui ait, Baptiſmus eſt intinctio in aqua verbis vitæ ſanctificata. *de conſe. diſ.* 4. *c.* 1. ut notat *Gui.* 1. *q.* 1. *dedit. poſt prin.* Quæ autem ſit verborum forma in hoc Sacramento Baptiſmatis dixi *ſuprà. in Con. Otho. ad Baptiſmum.* §. *ſtatuimus. in glo. ſc. Evangelicam.* Quis ergo ſit effectus Baptiſmi remiſi in dicto *c. ad baptiſmum. in c. glo. in fi.* Immo dic breviter per *Fo.* quòd Baptiſmus tollit peccatum & maculam delicti præcedentis Baptiſmum, irregularitatem, vel alia inde contracta: non tamen Baptiſmus tollit irregularitatem provenientem ex defectu, ſc. illegitimatione vel hujuſmodi: quia aptus natus eſt ad tollendum notam reatûs, non defectus. & hæc eſt ratio: quia ſi ego *Judæus* aliquem interficio juſtè, & tandem baptizor, nihilominus promoveri poſſum: ut hoc plenius notatur per *Cur. Extra. de hære. ſtatutum. in glo. penul. in fi. li.* 6. Item baptiſmus tollit obſtaculum & maculam Originalis peccati & etiã actualis, ut prædixi. Patet *de conſe. di.* 4. *regenerante.* & januam Paradiſi aperit, quæ per ipſum peccatum clauſa erat. *de conſe. di.* 4. *c.* 2. ut plenius notat *Wil. de ſum. tri. c.* 1. §. *ſi. vero efficaciam. in Conſti. Cle.*

Baptiſmi definitio.

Baptiſmi effectus.

e *Januam.* Ut notatur *Extra. de cogna. ſpiritu. contracta.* & quòd ſit cæterorum Sacramentorum janua & fundamentum legitur & *no. e. ti. c.* 2. *li.* 6. *Extra. de presby. non bap. veniens.* Sed opponitur: quia fides Sacramentorum eſt janua & fundamentum: ut notat *W. e. ti.* 1. *Reſpon. in Cle.* Solutio. Utrumque eſt verum alio & alio reſpectu, non indifferenter, ut hic cum ſuis concordantiis. Et ad majorem evidentiam ſeptem principalium Sacramentorum, de quibus legitur & *no. in Conſti. Otho. ſacramenta.* §. *primo.* ſciendum eſt, quòd quinque illorum ſunt generalia, & neceſſaria: quia omnes contingunt, & in omnibus conveniunt quæ neceſſaria dicuntur: quia ſine eis vix aut nunquam ſalus haberi poteſt. Quæ ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, extrema Unctio. Horum vero aliud eſt introeuntium, Scilicet Baptiſmus: ut hic cum ſuis concordantiis allegatis *ſuprà. in prin. hujus glo.* & dicam plenius *infra.* §. 1. *in glo. eſt ergo.* Aliud pugnantium, ut Confirmatio: unde datur ad robur: ut *ſuprà. in Conſti. Otho. in proœ.* 1. *Reſpon. ver. reſiſtendum. in prin.* Aliud vero eſt progredientium, ut Euchariſtia: unde viaticum dicitur. 26. *q.* 6. *is qui. & c. ſe.* Aliud redeuntium, ut Pœnitentia, de qua dixi *ſuprà. to. in prin. in glo. ſc. novit.* Aliud exeuntium, ut extrema Unctio: ea enim exeuntibus de hac vita confertur. Duo vero ſpiritualia ſeu voluntaria ſunt Sacramenta: quia cum eis & ſine eis ſalus eſſe poteſt; ſc. Ordo & Conjugium: ut dixi per verſus in dicto *c. ſacra.* §. 1. & hæc notat *Gui.* 1. *q.* 1. §. *ſed notandum.*

Sacramenta, an ſint neceſſitatis.

De Baptiſmo.

¶ Summarium.

Conſtitutionem Othonis circa Baptiſmum comprobans, addit, ut quod ille de Preſbyteris Parochialibus expreſſit, ad perpetuos Eccleſiarum Vicarios extendatur: injungens Archidiaconis diligentem, an ita fiat, inquiſitionem.

a INgredientibus hoc mare magnum, mundum videlicet, b naufragiis plenum, c prima tabula nos ad portum ſalutis adducens, d Baptiſmus eſſe dignoſcitur: quem omnium Sacramentorum e januam f Salvator noſter inſtituit, g ut eum ſequentium h Sanctorum Patrum teſtatur auctoritas.

¶ i Cum igitur circa ingreſſum januæ error maximè periculoſus exiſtat, prædictus Legatus quoſdam ab Idololatria execrabili revocans, qui temporibus deputatis quoad Baptiſmum ſolenniter celebrandum, Sabbato ſcilicet ante Reſurrectionem Domini, & Sabbato ante Pentecoſten, ſuſpicabantur periculum, ſi diebus hujuſmodi pueri baptizentur, Statuit, ut à tanto errore populus averteretur prædicatione frequenti, & induceretur ad ſolennizandum in præfatis diebus Baptiſmum, & ſuos pueros baptizandos. k Cum autem l nemo prorſus debeat abſque hujuſmodi Sacramenti perceptione dimitti, poteſt à quocunque neceſſitatis caſu occurrente conferri, & collatum m in forma Eccleſiæ n proficit ad ſalutem. Quia verò multorum ſimplicitas in Baptiſmi collatione deficeret, cum neceſſitatis articulus immineret, niſi à Miniſtris Chriſtianæ Fidei docerentur, à prædicto Legato invenimus providè Conſtitutum, ut Parochiales Presbyteri formam Baptiſmi firmiter addiſcentes, eam Parochianis ſuis frequenter exponant diebus Dominicis † in vulgari, ut ſi articulus neceſſitatis emergat, in quo oporteat per ipſos aliquem, baptizari, eam ſciant & valeant obſervare.

¶ o Nos igitur, quod in p hujuſmodi Statuto de Presbyteris Parochialibus eſt expreſſum, ad perpetuos Eccleſiarum q Vicarios r Extendimus, & ab his Præcipimus obſervari.

f *Salvator inſtituit.* Dicens *Matth. ult. c. Ite baptizantes omnes &c.* ut dixi plenius *in glo. ſc. Evangelicam.* ad quam remiſi *ſupra. ver. Baptiſmus.*

g *Ut eum.* Sc. Salvatorem noſtrum.

h *Sanctorum patrum. ſuprà. c. proœm.* §. 2. *in fi.*

i *Cum igitur.* Secunda pars recitans Statutum *Otho.* de quo dixi *ſuprà. in prin.* hujus *c.* Unde gloſſæ ibidem ſcriptæ hic ſufficiunt paucis additis non gloſſatis ibidem.

k *Cum autem.* Verſiculus.

l *Nemo prorſus debeat.* Eſt ergo propriè hoc Sacramentum neceſſitatis, quia in quibuſdam, ut in pueris, nulla ſalus ſine ipſo eſſe poteſt. *de conſe. diſtin. 4. nulla præter Baptiſmum &c.* & dixi *ſupra. in* 1. *Reſp. ver. januam.* Sed tamen in adultis & diſcretis poteſt eſſe ſalus ſine eo, & etiam ſine aliis Sacramentis, non dico ſpretis, ſed non receptis. Vel poteſt dici, quòd ſine Baptiſmo interiori vel exteriori, ut patet *ſuprà* in eo quod dixi in *Con. Otho. ad baptiſmum. in* 1. *glo.* & ſine perceptione Euchariſtiæ corde vel ore, & ſine Pœnitentia interiori vel exteriori, & ſine extrema Unctione interius facta vel exterius, ſalus eſſe non poteſt in adultis; ſed in parvulis non exigitur Baptiſmus exterior: ut notat *W. de ſum. tri. c.* 1. §. *ſi. in Cle.* Hoc notat *Gui. 1. q.* 1. §. *ſed notandum. in glo. ſua ulti. prope fi. Fo. de Athon.*

Baptiſmus an ſit omnibus de neceſſitate.

† *MS. al.* Et feſtivis.

m *In forma.* Ut patet *in glo.* ad quam remiſi *ſuprà. in* 1. *Reſpon. in fi. in glo. dicens.* & hoc notatur in quibuſdam, ita formam eſſe de ſubſtantia actus, ut quicquid citra formam geritur, irritum habeatur. *Ar. ff. ad exhi. l. Jul.* §. *quid ſi quis. in fi. ff. de ver. ſig. in literis.* §. 1. Quod patet *infrà* in Baptiſmo, ut hic in fine. Item in ordinatione. 23. *di. quorundam.* & ibi notatur per *glo. & Gui. in prin.* Item in Conjugio per Eccleſiam approbato. 30. *q.* 5. *c.* 1. & dixi *ſuprà. in Con. Otho. innotuit. poſt prin. ver. clandeſtinè.* Item in alienatione rei Eccleſiæ, vel minoris. 12. *q.* 2. *ſine exceptione. C. de ſacroſanc. eccle. Auth. hoc jus. ff. de publi. l. quicunque.* §. *ulti.* Item in Beneficii renunciatione. 17. *q.* 2. *Conſaldus.* Item in Religionis profeſſione. 30. *q.* 5. *notificaſti.* Item in voti obſervatione. 33. *q.* 5. *mulier.* Item in Eccleſiarum dedicatione. *de conſe. di.* 1. *Agapitus.* aliàs *c. ſequenti.* Item in ſententiæ prolatione. 2. *q.* 1. *Statuimus.* Palea eſt. *Extra. de re judi. c. ulti. li.* 6. Item in Beneficii inſtitutione. 16. *q.* 7. *decrevimus.* Item in crimine objecto contra electum. *Extra. de elec. ut circa. & c. cupientes. li.* 6. Item in ipſa electione. *Extra. de elec. quia propter.* Item in publicorum inſtrumentorum confectione. *Authen. ut præpona. no. impera. in prin.* cum ibi notatis *Coll.* 5. Notat *Spe. ti. de inſtru.* §. *inſtrumentum.*

Forma eſt de ſubſtantia actus.

n *Proficit ad ſalutem.* Hic textus ſumitur *Extra. de ſum. tri. c.* 1. §. *pe. in fi.*

o *Nos igitur.* Tertia pars. (*in glo.*

p *Hujuſmodi Statuto.* Sc. *Othonis*, de quo dixi *ſuprà. c.* 1. *Reſpon.*

q *Vicarios.* De quibus *ſuprà. in Con. Otho. ad Vicariam.*

r *Extendimus.* Sic *Extra. de offi. vicar. c.* 1. *in Clem.*

a *Et quia.* Quarta pars.

b *Salutis periculum.* Ut dixi *ſuprà. in* 1. *Reſpon. ver. janua. & §. cum igitur.*

c *Sanctæ obedientiæ. Ar.* in hoc quod legitur & notatur per *Gui. Extra. de ſepul. animarum. in prin. li.* 6.

d *Inquiſitionem.* Correctivam, de qua dixi *ſuprà. in Con. Otbon. quid ad venera. ver. circueam. in magna glo.*

e *Quos.* Sc. Presbyteros & Vicarios.

f *Rei qualitas exegerit.* Ergo arbitrariè: ut dixi *ſuprà in Con. Otho. ca. ulti. §. in adjutorium. in glo. ſi. ver. pœna debita.*

g *Quoniam.* Hæc Conſtitutio adjicit ad illas quæſtiones quæ habentur *ſuprà. in Con. Otbo. ſacramentũ. & c. auditu.*

h *Cupiditas.* De cujus cæcitate dixi *ſuprà. in Con. Otbo. auditu.* 1. *Reſpon. ver. avaritiæ ſuæ.* qua cum ſint homines incorrigibiliter involuti, utinam ſicut aliquos cupiditas mentaliter excæcat, ita & indignatio Dei ipſos corporaliter excæcaret. Ut notat *W. Extra. de pœ. multorum.* 1. *Reſpon. in glo. ulti. in ſi. in Cle.*

i *In præceps.* Id eſt, in feſtinum deviũ vel errorem.

k *Terrenorum quæſtu.* Ut *ſuprà. in Conſti. Otho. Eccleſiaſt. §.* 1. *quidam.* Quæſtus etiam terrenus damnabiliter acquiritur frequenter. *Ar. e. Con. c. omnipotens. §.* 1. *in ſi. ff. de dona. inter vi. & ux. quintus Mutius. in ſi.*

l *Quæ. Sc.* Sacramenta etiam Divina.

m *Æſtimationem non capiunt.* Ut legitur & notatur *Inſti. de lega. §. non ſolum. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. ſacram.*

n *Præfatus Legatus.* Secunda pars, recitans ſtatutum *Otho.* de quo dixi *ſuprà. in* 1. *glo.* Unde *gloſſa* in dicta *Conſtitu. Otho.* ſcriptæ hic ſufficiant paucis adjectis uſque ad *§. infrà. eo. omnes autem.*

o *Conſuetudinis.* Pro quo ſcias, quòd quantò ſingularis perſona prolixiori tempore eſt in peccato præſumptuoſe, & ex certa ſcientia delinquens, tantò gravius peccat: quia qui plus elongatur à Deo, debilitatur atque corrumpitur, & per conſequens difficilius rélevatur: ſicut legitur 24. *q.* 1. *ſcbiſma. ibi, nec enim levigat. Extra. de conſue. c. ſi.* 32. *q.* 7. *flagitia. Extra. de eo qui dux. in ma. cum haberet. §. nec aliquod. Extra. de ſim. non ſatis. in ſi.* Sed ubi quis ex ſimplicitate peccat, fortè in Jure poſitivo vel in facto probabili errans: tunc bona fide diu ſic ſtans; quia multos vidit ſic facere: *Extra. de tempo. or. c.* 2. tunc talis in fide debilis ſupportandus eſt & levius trahendus. *ff. de pœ. ſi diutino.* Notatur 93. *di. c.* 2. & quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. in proœ. §.* 1. *ver. reſilendum.* Hoc verum quando non defendit errorem: ut ibi notatur. *Ar. Extra. de ſum. tri. c. ulti. §. ſi.* Hoc notat *Hoſti. in dicto c. cum haberet. §. nec aliquod. Jo. de Athon.*

Peccatum ſit gravius ſim eo poſſecere- tur diu- tius.

¶ [a] Et quia certum eſt, quòd præter [b] ſalutis periculum hoc non poteſt negligi, nec omitti, adjiciendo ſtatuimus, & in virtute [c] Sanctæ obedientiæ diſtrictè Præcipimus, ut quilibet Archidiaconus per ſuum Archidiaconatum contra Presbyteros & Vicarios ipſos [d] inquiſitionem faciat dilgentem, [e] quos hoc ſalutare Statutum invenerit non obſervare graviter (prout [f] rei qualitas exegerit) puniendo.

Nè pro Sacramentis Eccleſiaſticis aliquid exigatur.

¶ Summarium.

Epiſcopi & Archidiaconi diligenter inquirant, & inventos ut Simoniacos puniant, qui contra Conſtitutionem Othonis *pro Sacramentis Eccleſiaſticis quicquam exigunt: negligentes autem Epiſcopi à Pontificalibus, & Archidiaconi ab Officio ſuo, uſquequò rem congruè emendarint, ſuſpendantur.*

Audientes autem Confeſſiones diſcant hìc præſcriptam formam abſolvendi, & confitentes inducant ad contritionem & humiliationem cum reverentia Sacerdotis, Nemo verò cuiquam, ne captivo quidem, confitendi gratiam demat: dementes autem, niſi ſatisfecerint in vita, careant Eccleſiaſticâ Sepulturâ.

---

[g] QUoniam eæca [h] cupiditas ita ruit [i] in præceps, ut operum [k] terrenorum quæſtu minimè contenta, pro Sacramentis etiam Divinis, [l] quæ [m] æſtimationem non capiunt, pretium prophanâ venalitate ſuſcipiat:

¶ [n] Præfatus Legatus contra hoc Statuit &, Præcepit, Oleum Sanctificatum & Chriſma à Miniſtris Eccleſiæ purè atque devotè (quàlibet excluſâ cupiditatis labe) conferri, nullâ difficultate in eis exhibendis adhibitâ, prætextu alicujus [o] Conſuetudinis, quâ dicatur ab eis qui ea recipiunt aliqua quibuſlibet perſolvenda. [p] Nos igitur Conſtitutioni hujus dicti Legati adjiciendo Statuimus, ut ſuper his tam Epiſcopi quàm [q] Archidiaconi per loca ſuæ Juriſdictionis contra recipientes inquiſitionem faciant diligentem, & ſi quos tales invenerint, tanquam [r] Simoniacos puniant ſecundum Canonicas ſanctiones: quod ſi hoc implere neglexerit, Epiſcopus à Pontificalibus, Archidiaconus ab Officio, quouſque rem congruè emendaverint, ſint ſuſpenſi; [s] quæ omnia cõtra illos, qui, antequã ad Pœnitentiam confitentes inducant, quicquã ab eis exigunt vel extorquent, & qui alia quælibet Sacrãmẽta interventu pecuniæ conferunt, diſtrictè Præcipimus obſervari. ¶ [u] Omnes autem, qui Confeſſiones aliquorum audiunt, à peccatis [x] expreſſè confitentes

Simoniaci à quibus poſſunt diſpenſari.

An cum adepto Beneficiũ per Simoniam poteſt Epiſcopus diſpenſare.

† *MS.* Conferatur.

[a] *Et quia.* Quarta pars.

[b] *Salutis periculum.* Ut dixi *ſuprà. in* 1. *Reſpon. ver. janua. & §. cum igitur.*

[c] *Sanctæ obedientiæ. Ar.* in hoc quod legitur & notatur per *Gui. Extra. de ſepul. animarum. in prin. li.* 6.

[d] *Inquiſitionem.* Correctivam, de qua dixi *ſuprà. in Con. Otbon. quid ad venera. ver. circueam. in magna glo.*

[e] *Quos.* Sc. Presbyteros & Vicarios.

[f] *Rei qualitas exegerit.* Ergo arbitrariè: ut dixi *ſuprà in Con. Otho. ca. ulti. §. in adjutorium. in glo. ſi. ver. pœna debita.*

[g] *Quoniam.* Hæc Conſtitutio adjicit ad illas quæſtiones quæ habentur *ſuprà. in Con. Otbo. ſacramentũ. & c. auditu.*

[h] *Cupiditas.* De cujus cæcitate dixi *ſuprà. in Con. Otbo. auditu.* 1. *Reſpon. ver. avaritiæ ſuæ.* qua cum ſint homines incorrigibiliter involuti, utinam ſicut aliquos cupiditas mentaliter excæcat, ita & indignatio Dei ipſos corporaliter excæcaret. Ut notat *W. Extra. de pœ. multorum.* 1. *Reſpon. in glo. ulti. in ſi. in Cle.*

[i] *In præceps.* Id eſt, in feſtinum deviũ vel errorem.

[k] *Terrenorum quæſtu.* Ut *ſuprà. in Conſti. Otho. Eccleſiaſt. §.* 1. *quidam.* Quæſtus etiam terrenus damnabiliter acquiritur frequenter. *Ar. e. Con. c. omnipotens. §.* 1. *in ſi. ff. de dona. inter vi. & ux. quintus Mutius. in ſi.*

[l] *Quæ. Sc.* Sacramenta etiam Divina.

[m] *Æſtimationem non capiunt.* Ut legitur & notatur *Inſti. de lega. §. non ſolum. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. ſacram.*

[n] *Præfatus Legatus.* Secunda pars, recitans ſtatutum *Otho.* de quo dixi *ſuprà. in* 1. *glo.* Unde *gloſſa* in dicta *Conſtitu. Otho.* ſcriptæ hic ſufficiant paucis adjectis uſque ad *§. infrà. eo. omnes autem.*

[o] *Conſuetudinis.* Pro quo ſcias, quòd quantò ſingularis perſona prolixiori tempore eſt in peccato præſumptuoſe, & ex certa ſcientia delinquens, tantò gravius peccat: quia qui plus elongatur à Deo, debilitatur atque corrumpitur, & per conſequens difficilius rélevatur: ſicut legitur 24. *q.* 1. *ſcbiſma. ibi, nec enim levigat. Extra. de conſue. c. ſi.* 32. *q.* 7. *flagitia. Extra. de eo qui dux. in ma. cum haberet. §. nec aliquod. Extra. de ſim. non ſatis. in ſi.* Sed ubi quis ex ſimplicitate peccat, fortè in Jure poſitivo vel in facto probabili errans: tunc bona fide diu ſic ſtans; quia multos vidit ſic facere: *Extra. de tempo. or. c.* 2. tunc talis in fide debilis ſupportandus eſt & levius trahendus. *ff. de pœ. ſi diutino.* Notatur 93. *di. c.* 2. & quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. in proœ. §.* 1. *ver. reſilendum.* Hoc verum quando non defendit errorem: ut ibi notatur. *Ar. Extra. de ſum. tri. c. ulti. §. ſi.* Hoc notat *Hoſti. in dicto c. cum haberet. §. nec aliquod. Jo. de Athon.*

[p] *Nos igitur &c.* In hoc adjicit ad *Conſti. Otbon.* in declaratione pœnæ, quæ ſequitur.

[q] *Quam Archidiaconi.* Ergo cura hujuſmodi ſolicita eſt penes unumquemque iſtorum, ſicut diximus etiam de Rectore & Vicario: ut notatur *Extra. de offi. vicar. c.* 1. 2. & quod notat *Inno. Extra. de præben. cum non ignores.* melius *e. ti. extirpandæ. in prin.* Quis ergo præficeretur, ſi ſimul veniant Epiſcopus & Archidiaconus? Dicunt quidam locum eſſe præventioni. *Extra. de Re. Juris. qui prior. li. 6. in ſi.* Tu dic Epiſcopum præferri Archidiacono, *Extra. de præben. ſi à ſede. in ſi. lib.* 6. niſi aliud de Conſuetudine ſit obtentum. Ut notat *Inno. Extra. de præben. in Later.* Nam Epiſcopo ſpecialiter cura commiſſa eſt animarum, & de his tenentur Deo ſpecialiter reddere rationem. 10. *q.* 1. *regenda.* Ita tamen intelligas, quòd qui primo inceperit, primo perficiat. Et hoc plene notat *Gui. Extra. de ſen. ex. Romana. in prin. li.* 6. *per Jo. And. Extra. de offi. ordi. paſtoral. ſuprà.* 1. *glo.*

[r] *Simoniacos.* Hìc quæro quis poſſet diſpenſare in minoribus ſpeciebus Simoniæ, ſc. quæ committuntur in exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, in Eccleſiæ conſecratione, in ſacrorum vaſorum & veſtimentorum benedictione, & receptione Chriſmatis, aquæ ſeu panis benedictione? Dic quòd in his & ſimilibus poteſt Epiſcopus diſpenſare: ut notat *Gui.* 1. *q.* 1. *ſtatuimus. in ſi.* & generaliter Epiſcopus cum Simoniaco poteſt diſpenſare ubicunque invenitur diſpenſatum: nec eſt hoc Epiſcopo prohibitum: ut notat *Gui. e. q. c. ergo. in ſi.* Nunquid ergo cum adepto beneficium per Simoniam poteſt Epiſcopus diſpenſare in aliquo caſu? Dicunt quidam quòd non. *Ar. Extra. de ſim. nobis.* Dic. contra cum *Ray.* ſi ignorante eo cui Beneficium † acquiritur Simonia commiſſa ſit, ſc. quòd tunc Epiſcopus poſſit diſpenſare, etiam ut de novo ipſi conferatur idem Beneficium poſt ejus reſignationem puram: quia talis verè Simoniacus non eſt. *Extra. de ſi. ca. de ſimoniacis.* ubi de hoc notatur per *Gui.* 1. *q.* 5. *§.* 1. Quod verum intellige ſi Epiſcopus ſimiliter ignoravit: nam ſi ſcienter contulliſſet Beneficium tali, non ipſe ſed ſuperior poſſet diſpenſare. *Ar. Extra. de cle. conju. diverſis. in ſi.* hoc tenet *Gui.* 1. *q.* 3. *ex multis.* Hæc vera ſi Rector, ut cognoſcit, ſtatim dimittit Eccleſiam ſuſceptã: tunc enim excuſatur à peccato, & ex miſericordia toleratur: aliàs tanquam Simoniacus deponitur: ut notat *Gui. Ar. Extra. de electi. ſi alicujus.* 1. *q.* 5. *c.* 1. *&* 2. *Jo. de Athon.*

[s] *Quæ omnia.* Verſiculus recitans principaliter Conſtitutionem *Auditu*, de quo dixi *ſupra. c. con. in* 1. *glo.*

[t] *Interventu pecuniæ.* De hoc plenius dixi in *Conſti. Otho. ſacramentum.* 1. *Reſpon. ver. labe.*

[u] *Omnes autem.* Tertia pars addens nova in dicta *Conſti. Otho*, non tacta, ſed potius declinans ad materiam capituli *quod in quodam.*

[x] *Expreſſè.* Hoc habet reſpicere dictionem ſequentem *confitentes*, & tunc per hoc intellige excludi omnem velationem & palliationem, quæ tendere poſſet ad excuſandas excuſationes in peccatis: vel poteſt determinare dictionem *abſolvant* hic ſequentem; & ſic hoc plenius declaratur in Textu, qui hic ſequitur. *Jo. de Athon.*

Modus absolvendi.

a *A peccatis.* Sc. *illis mihi per te jam confessis, & ab aliis, de quibus non recordaris, auctoritate Dei patris Omnipotentis, & Apostolorum Petri & Pauli, ac Officii mihi commissi te absolvo.* & hæc est Sacramentalis Absolutio, ut notat *W. Extra. de sepul. dudum.* §. *statuimus. ver. audire. in Cle. Ar.* in hoc quod sequitur, *qua ego fungor* &c. & adde quod notatur *infrà in glo. proxi.*

b *Absolvo.* Sc. te pœnitentem denuncio absolutum: vel dic, *Te absolvo*, sc. à pœna æterna, quæ per hoc commutatur in temporalé: prout istum effectum Absolutionis notat *Inno. Extra. de pœ. & re. significavit.* Debet ergo absolutio impertiri per hæc expressa verba, ut hic patet, supple, vel Æquipollentia: ut notatur 2. *q.* 6. *definitiva.* Nam cum hic se referat ad effectum potius quòd ad exactam formam faciendi, non refert qualiter fiat dummodo sit: *Ar. ff. de ver. ob. cum servus.* secus si e contra, ut *e. ti. l. qui Romæ.* § *Flavius. Ar.* in hoc quòd dixi *supra. in Consti. proxi.* §. 1. *ver. forma.* & una cum hac Absolutione injungatur Pœnitentia salutaris, in qua pœnitentiæ injunctione reputo doctrinam sanam adjungere pœnitentiæ speciali alias sic generaliter: *Jejunia, Orationes, Eleemosynæ, Peregrinationes, & cætera bona, quæ facies, sint tibi in remissionem peccatorum.* Plus enim valent ad salutem talia bona, sic injuncta in confessione, propter vim Sacramenti Pœnitentiæ, quæ nullum in talibus operatur, quàm si gratis fierent: *de pœ. di. 1. quem pœnitet.* & propter obedientiam, qua homo propter Deum supponit se suo pari. *Ar. 43. distin. Valentinianus.* §. 1. De hoc etiam intelligitur auctoritas *Petri* posita *Extra. de majo. & obe. solitæ.* ibi, *estote subjecti omni* &c. ut legitur & notatur per *W. Extra. de reliq. c.* 1. §. *pe. in Cle.* Sed tunc quæritur quê ordinem debet confessor servare in Sacramento Pœniteatiæ? Dic quòd debet primò Confessionem audire. Secundò imponere pœnitentiam. Tertiò sacramentaliter absolvere. Non ergo præcedat Absolutio impositioni Pœnitentiæ: quia cum tria requiruntur ex parte peccatoris in hoc Sacramento, sc. cordis contritio, oris confessio, & debita satisfactio operis, saltem in affectu; *Ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de pœ. & re. quod quidam.* & facit quod dicam *infrà. in glo. sc.* sine qua satisfactione non est perfectum fructuosum Sacramentũ, ergo non potest debita forma apponi per ministrum, donec prius ipsa debita integraliter materia sit peracta: ut legitur & *no. per Jo. An. & W. Extra. de sepul. dudũ.* §. *ſt statuimus. ver. audire. in Cle.* Nam materia præcedit formam sicut causa causatum. *ff. quando dies le. ce. hujusmodi.* sicut & ordo prædictus traditur à Dõino in *Evan. Jo. 5. c.* Primò, *Noli amplius peccare.* quæ fuit injunctio Pœnitentiæ, & postea *Matth.* 9. adjungit, *Remittuntur tibi peccata.* quæ verba effectũ Absolutionis important. Unde in Judicialibus primò juratur de stando mandatis Ecclesiæ, ex qua †præmissione resultat effectualis obligatio ad satisfaciendum, quæ comparatur satisfactioni, saltem in affectu. *Ar. C. de transact. transactionum.* ibi, *vel actione peracta. C. de re. permu. ex placito.* ibi, *nec stipulatio.* & postea impenditur Absolutio ab Excommunicatione. *Extra. de sen. ex. cum desideres.* §. 1. ibi, *nisi.*

Ordo Sacramenti Pœnitentiæ.

† M S. Promissione.

c *Et quoniam.* Versiculus.

d *Signa.* Quæ verè insinuent signa hæc sequentia: adesse enim debent realiter confitenti in corde contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas: & hæc est Pœnitentia fructuosa. *de pœ. di.* 1. *perfecta.* Unde in *Psal. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Hæc autem evidentius ostendũtur per exteri ora signa, quæ intus geruntur in anima; ut hic. *Ar. Inſti. de rerum di.* §. *pavonum.*

e *Humilitatis.* Scias quòd in virtutibus Humilitas dicitur caput, tanquam custodia: unde in *glo.* super *Psal. Vide humilitatem* &c. Nemo vivificatur nisi per humilitatem, quæ est caput omnium virtutũ. Fides vero est tanquam fundamentum. 1. *q.* 1. *cum Paulus.* Sed Castitas dicitur gemma virtutum, tanquam splendens præsertim in vertice Clericorum. *Infrà. c. con. quàm indecorum.* §. *nos autem. in prin.* Charitas est mater & caput omnium virtutum; quasi forma & actus vivificans: ut plenius dicam *infra. c. consti. omnis,* 1. *Reſpon.* Misericordia dicitur complementum virtutum & plenitudo. 86. *di. non satis.* §. *in singulas.* Item alias Discretio mater virtutum appellatur. *Extra. de offi. custo. c.* 1. §. *lampades. in fi.* notat *Gui.* 23. *di. qui Episcopus. in prin. ver. humilis.* Hujusmodi quoque virtutes sustinent castrum nostrum mysticum, scil. sanctam Ecclesiam. In quo quidem castro Fides est murus, Temperantia sensuum est janua, Patientia autem murale, fossatum Humilitas, turris Spes, custos Prudentia, arma bona opera, machinæ Orationes, victualia verba sacræ Scripturæ, aquæ verò sunt Devotiones. Notat *Gui. in Ros.* 1. *q.* 1. *Extra.*

Humilitas caput omnium virtutum. *Fides fundamentũ.* *Charitas mater.* *Misericordia complementũ.* *Munitiões Ecclesiæ.*

f *Cum reverentia Sacerdoti.* Reverentia verò est honor qui cum † favore exhibetur: ut notat *Gui. Extra. de immu. eccle. decet. in* 6. Non ergo sibi licet pauperi forte comminando, increpando, astutè loquendo, vel aliàs contemnendo: cum vices Dei & Apostoli repræsentet ibidem: *Ar.* in hoc quod dixi *supra. c.* §. 1. *post prin. in glo.* sed potius capitium deponendo, genuflectendo, vel saltem inclinando. *Ar. de condi.* 1. *Apostolicam.* 22. *q.* 2. *cum humilitatis.* 95. *dis. esto. ff. de obsequi. licet.* §. *fi.*

† M S. Favore.

g *Peccata.* Sc. õnia, aliàs non est fructuosa ad vitam æternam consequendam. *Extra. de Re. Fur. desteat.*

h *Ad hoc.* Quarta pars.

i *Animæ.* Anima verò est actus corporis organici in potentia vitam habentis: ut notat plenè *W. de sum. tri. c.* 1. §. *porro. in ver. animæ. in Consti. Cle.*

Anima quid est.

k *Quàm corporis.* 24. *q.* 3. *si habes,* circa medium. Hujusmodi namque militate confiteantur g peccata. ¶ h Ad hoc quia major est cædes i Animæ k quàm corporis, l cùm illa perpetua sit, m hæc autem n brevis temporis o angustatione depereat, p nemo Confessionis remedium auferat q gratiam r postulanti; f quod à custodibus carcerum aliquando t circa captivos miserabiliter fieri audientes, Statuimus, ut si quis de cætero in mundi brevis est fructus, futuri autem supplicium æternum. 1. *q.* 1. *cito. in fi.* & notatur 22. *q.* 5. *ille.* Et facit quod dixi *supra. in Consti. Otho. c. ulti.* §. *in adjutorium. ver. caveam.* Nam quanto animæ præciosiores sunt corporibus, tanto in eis amarior est jactura: *Extra. de majo. & obe. solitæ. Extra. de pœ. & re. cum infirmitas.* cum tamen liberum corpus nullam æstimationem capiat. *ff. ad l. Rhod. de jac. l.* 2. §. *corporum.*

l *Cum illa.* Sc. cædes seu mors animæ.

m *Hæc autem.* Sc. mors corporis, quæ quasi fur in nocte veniet, prima ad *Thess. ulti.*

n *Brevis temporis.* Unde in *Psal. Quasi flos agri sic efflorebit.* & *Job.* 13. *Homo natus de muliere brevi vivens* &c. prima Pe. 1. *c. quia omnis caro fœnum* &c. Unde versus, *Est homo res fragilis quæ durat tempore parvo. Nunc est, nunc non est, quasi flos quæ crescit in arvo. Quod fuit, est, & erit, transit spatio brevis horæ. Ergo parum prodest esse, fuisse, fore. Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore. Et simul omne perit quòd fuit, est, & erit.*

o *Angustatione.* Id est, trilli necessitate. *Ar. 55. di. c.* 1. *in ver. angustia.*

p *Nemo.* Sc. nec Ecclesiastica potestas nec Sæcularis.

Gratia est multiplex.

q *Gratiam.* Octo modis accipe gratiam. Notat *Gui. in Rosar.* 1. *q.* 1. *c.* 1. quod recolligit *W.* sub triplici membro. Quædam enim Gratia est generalissima, sine qua nihil agere possumus, nec subsistere, nec durare: *Ar.* in hoc quod dixi *supra. c. Con. in proœ. in glo. fi.* & hæc est gratia absque meritis data, immo in nobis concreta, in hoc quòd sumus formati ad imaginem Dei: ut notat *Gui.* in dicto *c.* 1. Secunda est Gratia gratis data, quæ excitat, & movet nostrum arbitrium ad bonum, & ad suscipiendum donum Spiritus Sancti. *de conse. di. 4. c. antepe. & c. fi.* Tertia est Gratia gratum faciens, quæ nihil aliud est quam domum Spiritus Sancti. 1. *q.* 1. *multi. in fi.* Quas tres species gratiæ recitat *Paulus* in se esse, cum dixit 1. *Cor.* 15. *Gratiâ Dei sum id quod sum.* id est, esse meum ab illa gratia est. *& gratia Dei in me vacua non fuit:* quia instigans & humilitans me. *Et gratia ejus semper in me manet;* sc. Christus, & donum Spiritus Sancti gratum me faciens: ut est dictum. & hoc plenius notat *W. Extra. de magistr. c.* 1. 1. *Respon. in fi. in Cle.* Hæc est gratia operans & cooperans. Operans enim gratia præparat hominis voluntatem, ut velit bonum. Cooperans adjuvat ne frustra velit. Unde *Aug. in li. de gratia: Cooperando in nobis Deus perficit quod operando incipit.* 2. *li. sententiarum. dis.* 26. *c.* 1. Hic autem intellige gratiam, de effectu gratiæ post lapsum, scil. in remissionem peccatorum, pacem & reconciliationem ad Deum: ut notat *Gui.* in dicto *c.* 1. 1. *q.* 1. & *infrà. in glo. proxi.*

r *Postulanti.* Quanquam diutius anima in peccato perseverantis: non enim propter hoc est sibi reconciliatio deneganda; quia ad misericordiam Dei non possumus mensuram ponere, nec tempora definire. *de pœ. di.* 1. §. *ii autem qui. & §. sc. Extra. de pœni. & remiſ. cum secundùm.* §. 1. *in Cle.*

s *Quod.* Id est, quam † absolutionem gratiæ confitendi in actu: ut *infra* patet: sed in effectu nullus eam auferre potest. *de pœ. di.* 1. *convertimini.* per totum.

† M S. Ablationem.

t *Circa captivos miserabiliter.* Cum talis Confessio non sit deneganda, etiam addictis ultimo supplicio: ut 13. *q. ulti. quæsitum.* Tales insuper sic necessitatos crederem posse peccata sua scribere, & scripta Sacerdoti absenti destinare, & sic per Epistolam confiteri: quia aliàs non sufficeret absenti, licèt peccator præsens hujusmodi scripturam Sacerdoti possit afferre, dicendo hæc sunt peccata mea; hoc enim est satis tolerabile; quia fortè peccator aliter non recordaretur omnium; sive quia refutaret aliqua recitare

Nota casus in quibus quis potest confiteri per scripturam.

citare linguâ ſuâ præ nimiâ verecundiâ. Sic intellige quod notatur *de pæ. di. 1. quem pœnitet. in prin.* & ibi hoc notat *Hug.* quod dicerem etiam de ſurdo, muto, & ægro, qui abſque periculo loqui non poſſet: vel ſi Confeſſor eſſet alterius linguæ, ſecundùm *Imo. de pæ. & remiſ. omnis. in prin.*

Carcer quando eſt ad pœnam.

a *Carcerato.* Nam Carcer ſpecialiter deputatus eſt ad reorum cuſtodiam, non ad pœnam. *ff. de pœ. aut dãna. §. ſolent.* Cum tamen ſuper aliquo incarcerando defertur ſententia definitiva, tunc eſt pœna. Sic intellige *Extra. de pœ. quamvis. in 6. C. de exhi. re. nullus. in prin.* cum ibi notatis. Unde hujuſmodi Carcer dicitur locus Pœnitentiæ. *Extra. de pœ. tuæ.*

b *Vel alii.* Sc. non incarcerato. Et dic *inhibuerit*, ſc. cum effectu. *ff. qd quiſque jur. l. 1. §. hæc autem verba. Extra. de cle. non reſi. relatum.*

c *Immanis.* Id eſt, enormis vel inhumani. *Extra. de ſum. trí. c. 1. §. pe. in fi.*

d *Cum ipſe.* Sc. inhibens gratiam Confeſſionis.

e *Careat ſepulturâ.* Et in vita poſſet per cenſuras compelli deſiſtere: ut notatur per *W. Extra. de pœ. & remiſ. cum ſecundũ. in Cle.*

f *Domus Dei.* Hæc Conſtitutio adjicit ad illã, quæ habetur *ſuprà. in Con. Othonis. Baſilicarum.*

g *Non differens à privatis.* Ex conſimili enim materia, putà, lignis & cæmentis conſtruitur Eccleſia, ſicut & altera domus privata, ut hic.

Delictum.

h *Expiationem delictorum. Delictum* eſt enim genus generaliſſimum, ſive veniat ex animo, ſive non: ſed *Crimen* eſt genus ſubalternum,

Crimen.

continet enim ſub ſe furtum, adulterium, & alia, quæ ex anima proveniunt, et ex propoſito; ut notat *Gui. Extra. de cle. conjug. c. 1. in glo. antepe. li. 6. poſt glo. C. ſi adver. delic. le. 1.* Sed *Jo. An. Extra. de regu. Juris. peccatum. li. 6.* dicit *Peccatum* appellari, quaſi ſit pravus actus; *Delictum*, quaſi ſit boni diſertio, id eſt, derelictum;

Peccatum.

Crimen verò eſt Peccatum grave accuſatione digniſſimum & damnatione. Notatur 24. *di. §. nunc autem. de pœ. di. 1. ſi peccatum.*

Plus eſt miſericordia Dei quàm miſeria noſtra.

i *Divinam miſericordiam.* De qua non eſt deſperandum. Nam ſecundùm *Augu. in li. de ſpiritu & anima. c. 4.* Nemo deſperet de Miſericordia Dei: plus eſt enim ſua miſericordia quàm noſtra miſeria. Tardius namque ſibi videtur peccatori veniam dare, quàm peccatori veniam poſtulare. Unde ſi quis ad ipſum clamaverit, exaudietur. Plus enim cruciat ipſum compaſſio miſeri, quàm miſerum cruciat cõpaſſio ſui. Facit ad hoc 23. *q. 4. hoc autem. §. in lege. & §. ſe. de pœ. di. 1. libenter ignoſco.* Nam ſecundùm *Apoſto. ad Ro. 5. c. Præcedente culpâ ſuperat undavit gratia.* Unde *Lucæ 15. Magis eſt gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper &c. 50. di. quia.* Quod verum eſt ad gaudium reſultans ex liberatione à malo: ſecus tamen quoad gaudiam exultans ex præmiatione boni. Et ſic eſt duplex verum gaudium; quorum tamen ſecundum abſolutè majus eſt ſecundùm Theologos. Alii dicunt ut notatur 23. *q. 6. c. 1.* Vel dic, quòd majus gaudium eſt, id eſt, recentius gaudium: ut paret ſenſui. Reparato autem peccatore per Pœnitentiam, ut notatur *ſuprà. c. 1. §. omnis autem.* & §. *ſe.* dicere poterit ipſe cum bono *Laurentio*, Gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui. Quod verum eſt quoad meritum proveniens ex congruo, ſcilicet ex Redemptione copioſa Chriſti: ſecus tamen quoad meritum proveniens ex condigno. Nam ſic non poteſt mereri aliquis, qui unquam peccavit, quantumcunque Pœnitentiam egerit, ex quo ſemel per peccatum mortuus fuerit. *C. de re mili. cum allegatis. li. 6.*

k *Implorandam.* Quæ imploratio fit à fidelibus verſus Orientem pluribus de cauſis. Primò, quia ex hac parte adminiſtretur nobis lux, quæ grata eſt omnibus & dulcis. *Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile eſt videre ſolem.* Secundò, quia ex hac parte plantatus eſt Paradiſus, ad quem locum aſpiramus. *Gen. 2. c. Plantavit Dominus Paradiſum in Eden*, id. eſt, in deliciis ad Ortum. Tertiò, quia Oriens eſt unum de nominibus Domini. *Zacha. 6. c. Oriens eſt nomen ejus.* Quarto, quia ex parte Orientis fuit Chriſtus crucifixus: unde populus verſus Orientem orat. Quintò, ratione Aſcenſionis Chriſti ad Orientem. *Zachar. ultimo. Stabunt pedes ejus ſuper Montem Oliveti ad Orientem.* Sextò, quia ad Judicium veniet verſus Orientem. *Act. 1. c. Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem.* Et *Mat. 24. Sicut fulgur exiit ab Oriente, & apparet uſque ad Occidentem: ſic erit adventus filii hominis.* Septimò, quia ſic erat ad exordium Apoſtolicæ Ordinationis, qui cùm poſt Aſcenſionem redirent in *Hieroſolymam*, adorabant ad Orientem uſque ad Pentecoſten: ut notat *Gui. 11. di. Eccleſiaſticarum. in fi.*

Quare orandum eſt verſus Orientem.

l *Ut in ea.* Id eſt, in Domo Dei per Dedicationem, de qua præmittitur.

m *Menſa.* Id eſt, Altare.

n *Panis vivus &c.* Ut in Evangelio *Jo. c. 6.*

o *Vivorum & mortuorum. ar. 16. q. 1. moderamine.* Unde hic nota *op. ar.* quamlibet Miſſam dici pro vivis & defunctis, *Extra. de cele. miſ. quidam. in fi.* in tantum ſecundùm quoſdam, quòd juratus ſecundùm Ordinationem Cantariæ ad celebrandum quotidie pro certo defuncto nihilominus ſaltem in Feſtis dicere poſſit Miſſas de die: ut dicto *c. quidam. in fi.* ſecus ſi eſſet arctatus per Ordinationem ad dicendum quolibet die Officium ſeu Miſſam de defunctis. Tunc enim ſecundùm eos hoc mutare non poſſit auctoritate propriâ, etiam in Officium magis conveniens diei: plus enim aſtringit præpoſitio *de* quàm *cum* vel *pro*; ut notat *Gui. Extra. ne ſe. va. c. 1. ver. cum conſilio epiſcopi. li. 6.* Quæ diſtinctio vera poteſt eſſe, ubi non conſtat de contraria voluntate ordinantis Cantariam: nam tunc in ejus defectu Præſidens Superior voluntatem defuncti dubiam interpretari poteſt, cum ſit Miniſter Legis, in benigniorem partem. *ar. Inſti. de hæreti. §. impoſſ.* junctâ *l. C. de ſacroſanc. ec. l. 1.*

p *Manducatur.* Sed non conſumitur: ut notatur *de re. & vene. ſanc. c. unico. §. homini. in Cle.*

q *Nè igitur.* Secunda pars, recitans Statutum *Othonis* de quo dixi *ſuprà. in glo. proxi. uſque ad §. nos igitur.* Unde igitur in dicta Conſtitutione ſcripta hæc ſufficiant, additis quibuſdam paucis.

r *Et conventuales.* Etiam exemptorum. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. in proœ. §. denique. in ver. legatis. in prin.*

Nota quot modis quis facere poteſt per auctoritatem.

ſ *Eorum auctoritate per alios.* Pluribus modis dicitur quis facere per Auctoritatem; ut hic, & *Extra. de ſen. excom. mulieres. in fi. de re. juris. qui facit per alium. in 6.* ut dixi *in Con. Otho. innotuit. §. pe. ver. vel ſubmiſſas perſonas.* Item per effectum, cum in veritate idem operatur & efficitur. *ff. de vi & vu. ar. l. 1. §. dejeciſſe. & l. cum à te.* Item per cauſam. 1. *q. 1. quiſquis inquit.* ubi hoc notat *Gui. prope fi. 4. q. 5. quiſquis Epiſcoporum.* Item per operum atteſtationem. 11. *q. 3. extiſtimant.* Item per vitæ meritum. *de conſe. di. 4. quomodo. circa prin.* ubi Deus non dat ipſam gratiam niſi per ſeipſum, vel per Sanctos. Item per approbationem. *de ſen. ex. cum quis. in 6.* Item per Beneficii ſubtractionem. 86. *di. paſce. ff. de li. ag. necare.* Item per exemplum. 8. *q. 1. verſor. in prin. &* §. *quod autem.* Patet in eo quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venera. §. 1. ver. exemplum.* Item per conſenſum. 83. *di. error. cum ſi.*

De *Conſecratione & Reformatione Statûs Eccleſiæ.*

¶ Summarium.

Quicunque contra Conſtitutionem Domini Othonis *Eccleſiæ nondum conſecratæ Rector ſeu Gubernator, aut Vicarius ejus extiterit, infra annum conſtructionis Epiſcopum ſuper Conſecratione requirat, ſaltem per Archidiaconum: quod ſi Rector aut Vicarius neglexerit, aut Archidiaconus poſtpoſuerit, ab Officio ſuſpendatur. Epiſcopus verò, ſi requiſitus Eccleſiam detractaverit, per ſe vel per alium conſecrare, cùm legitimum non habeat impedimentum, à Dalmaticæ Tunicæ, & Scandaliorum uſu ſe noverit ſuſpenſum, donec ad Conſecrationem (quam gratis faciet) accingatur.*

f DOmus Dei materiali ſubjecto g non differens à privatis, per Myſterium Dedicationis inviſibile fit Templum Domini, h ad expiationem delictorum &; i Divinam miſericordiam k implorandam: l ut in ea ſit m menſa, in qua n panis vivus, qui de cœlo deſcendit pro o vivorum & mortuorum ſuffragiis, p manducatur.

¶ q Nè igitur tam ſalubre Myſterium contemni vel negligi videatur, à dicto Legato invenimus providè Conſtitutum, ut omnes Cathedrales Eccleſiæ, r & Conventuales, ac Parochiales à tempore perfectionis ipſarum infra biennium per Diœceſanos ad quos pertinent, vel ſ eorum auctoritate per alios conſecrationes acciperent. Quod ſi hujuſmodi loca à perfectionis tempore infra biennium

minime fuerint Dedicata, idem Legatus eadem uſque ad Conſecrationem à Miſſarum ſolenniis Statuit manere interdicta, diſtricte inhibens, nè Abbates, aut Eccleſiarum Rectores antiquas Eccleſias conſecratas ſub prætextu amplioris vel pulchrioris fabricæ diruere præſumant abſque Diœceſani Epiſcopi licentia & conſenſu, qui diligenter conſideret, utrum expediat dare licentiam hujuſmodi, an negare.

[a] Nos igitur hujuſmodi ſalubre Statutum [b] negligi aut contemni à pluribus cognoſcentes, adjiciendo Statuimus, ut is, qui Eccleſiæ nondum conſecratæ Rector, [c] ſeu Gubernator exiſtit, ſeu Vicarius ipſius, [d] infra annum poſt Eccleſiæ conſtructionem Epiſcopum ſuum ([e] ſi commodè fieri poſſit) ſuper ipſius Eccleſiæ Conſecratione [f] requirat, [g] alioquin [h] Archidiaconum ſuum, [i] ut per ipſum [k] infra dictum tempus [l] ſuper hoc Epiſcopus requiratur.

¶ [m] Quod ſi Rector ſeu Gubernator hujuſmodi, ſive Vicarius, ſive Archidiaconus ab hujuſmodi [n] requiſitione [o] deſtiterit, ipſos [p] extunc, [q] donec eam fecerint, ab Officio fore Decernimus [r] ſuſpenſos: Epiſcopus autem, [s] qui [t] ab eis taliter requiſitus Eccleſiam [u] detractaverit per ſe [x] vel per alium conſecrare, niſi conſecrandarum [y] Eccleſiarum in ſua Diœceſi multitudo tempus in aliquibus differat conſecrandi, aut [z] aliud legitimũ impedimentum excuſet, [a] extunc [b] à Dalmaticæ, Tunicæ, & Sandaliorum uſu, [c] donec [d] eam duxerit conſecrandam, noverit [e] ſe ſuſpenſum; [f] quæ in [g] ipſo Conſecrationis actu illico reaſſumat. [h] Gratis autem, [i] & ſine omni penitùs exactione, [k] exceptâ debitâ procuratione, [l] ſuper hoc Epiſcopus requiratur.

a *Nos igitur.* Tertia pars.

b *Negligi.* Sic *ſuprà. e. Conſti. in prox.*

c *Seu gubernator.* Qui aliàs defenſor dicitur. *Extra. de re. eccle. non alie. in 6. & e. ti. ul. in Cle.* & tunc dictio *ſeu* hic poſita ſtat pro *i. e.* cum de Commendatario hic loqui non poſſit, quoniam ejus tempus ita diu non durat: *infrà. e. Conſti. miſerabilis. §. pe. Extra. de elec. nemo deinceps. li. 6.* nec de Vicario, quia de eo ſtatim ſubjungit; ſed certè poteſt dici hic perpetuum Vicarium Eccleſiæ vocari Gubernatorem; ut *ſuprà. in Con. Otho. ad vicariam.* ſed Textus ſequens loquitur de Vicario temporali ſtipendiario, de quo etiam ibi notatur. Unde ſequitur *ipſius &c.* ſc. Rectoris ſeu Gubernatoris: ſed Superior dicitur Vicarius Eccleſiæ, ut prædixi. Tu dic Gubernatorem hic vocari Decanum, œconomum, vel Præpoſitum in Eccleſia Cathedrali, Abbatem vel Priorem in Eccleſia Conventuali: *Extra. de ſim. dilectus. 2.* nam de omnibus his Eccleſiis *ſuprà* fecit mentionem.

d *Infra annũ.* Sed *Conſti. Otho.* indulgebat biennium; ut patet in *Con. Otho. baſilicarum. §. volentes.* vel ibi loquitur quoad actum Conſecrationis, hic quoad effectum Requiſitionis hic faciendæ; vel ibi loquitur quoad pœnam Interdicti Eccleſiæ, hic quoad punitionem negligentis Perſonæ, ut ibi & hic pater.

e *Si commodè.* Sed quis arbitrabitur illud *commodè?* Videtur relinqui conſcientiæ ipſius debentis requirere, cum agatur de re occulta mentali. *Extra. de ſen. excom. ſi vero. 2. cum ſi.* & hoc videtur tenere *W. Extra. de pœ. c. 1. in fi. in Cle.* ſed certe cum hic vertatur periculum animæ ſeu præjudicium aliorum, ſc. Miniſterii Eccleſiaſtici, de quo *ſuprà. in prin.* hujus *c.* & etiam Parochianorum, dicam illud arbitrari per Judicem Superiorem. *ar.* in hoc quod notat *Car. Extra. de elec. cupientes. poſt prin. ver. commode. li. 6. ar. Extra. de ſen. excom. eos. 2. Reſpon. li. 6.* & facit quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. baſilicarum. §. ulti. ver. poterit. Glo.* verò contraria loquitur, quando ſolùm propriæ Animæ periculum tangitur, ut ibi notatur.

Si ſcribatur ſi commode fieri poteſt *quis arbitrabitur.*

f *Requirat.* Solicitè cum effectuali inſtantia offerendo ſibi procurationem; ut videtur *infra. §. ſi.* Hoc tamen non credo, ſed ſufficit, quòd Epiſcopo Procurationem petenti moram non faciat. *ar. ff. de ver. ob. ſi ex legati cauſa. cum ſi.* & in hoc quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. Tanto. in glo. ſi.* Item talia conſueta debent peti Officio completo; ut *ſupra* dixi in *Con. Otho. ſacramenta. 1. Reſpon. in ver. labe.* Et expedit ſuper hac Requiſitione habere Literas Teſtimoniales propter pœnam ſequentem. *ar. de ſen. excom. cum medicinalis. §. 1. in 6.*

g *Alioquin.* Sc. ſi Epiſcopum ſuum Diœceſanum infra tempus prætactum commodè non poſſit requirere.

h *Archidiaconum ſuum.* Repete, requirat Rector, Gubernator, ſeu Vicarius.

i *Ut per ipſum.* Sc. Archidiaconum.

k *Infra tempus.* Sc. annale.

l *Super hoc.* Id eſt, ſuper hac Dedicatione Eccleſiæ.

m *Quod ſi Rector.* Quarta pars, pœnam infligens negligentibus in hac parte.

n *Requiſitione.* In forma quâ præmittitur *ſupra. § proxi.*

o *Deſtiterit.* Voluntariè & omninò. *ff. de judi. deſtitiſſe.*

p *Extunc.* Id eſt, poſt negligentiam annalem.

q *Donec eam.* Sc. Requiſitionem.

r *Suſpenſos.* De hoc dixi & remiſi *ſupra. in Con. Otho. auditu. §. ult.*

ſ *Qui.* Sc. Epiſcopus.

t *Ab eis.* Sc. Rectore, Gubernatore, Vicario, ſeu Archidiacono.

u *Detractaverit.* Aliàs, dilataverit; ſed prima littera videtur convenientior, & dic *detractaverit*, ſ. ultra biennium. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. §. proxi. ver. infra annum. & infra. eodem. ver. extunc.*

x *Vel per alium.* Sc. Epiſcopum, ut dixi *ſuprà. in Con. Otho. baſilicarum. §. volentes.*

y *Eccleſiarum multitudo.* Declarat quæ ſit cauſa rationabilis differendi hujuſmodi Conſecrationem, de qua loquitur generaliter in dicta *Conſti. baſilicarum. §. & ne. in fi.*

z *Aliud legitimũ impedimentum.* Ut dixi in dicto *§. & ne. in fi.* Nam hoc caſu voluntas frequenter reputatur pro opere quoad evitationem pœnæ. Notatur *Extra. de re. fur. imputari. li. 6.* Plenius notatur per *Gui. 17. q. 1. quæ bona. §. 1. inſi.*

a *Extunc.* Sc. tempore Requiſitionis, & biennii effluxi. Non enim æſtimo Epiſcopum ſtatim poſt Requiſitionem gravi pœnâ hic inflicta illaqueari contra tenorem *Conſti. Otho.* ad quam remiſi *ſuprà. § proxi. ver. infra annum.* quia non eſt verisimile iſtum Legatũ dictam *Conſti.* unico verbo tollere. *ar. C. de inoffi. teſt. ſi quando. in prin.* Nec poteſt dici detractare, qui utitur Legis dilatione. *ff. ſi certum pe. lata. §. ulti. ff. depo. Lucius in fi. ar. ff. de ſuc. edic. l. 1. §. quod dicimus.* Legitur & notatur per *Gui. Extra. de elec. cum ex eo. ver. extunc. in 6.* & facit *de Re. Fur. non eſt in mora. li. 6.*

b *A Dalmatica.* De hoc legitur & notatur *23. diſt. in. communis.* & *§. precedenti.* & quid hoc ſit ibi notat *Gui.* & ſunt iſta Pontificalia, ſicut & Baculus & Annulus. *11. q. 3. Epiſcopus, Presbyter. ar. Extra. de offi. dele. c. 2. in 6.* Sic *infrà. e. Conſti. cum ſancti. §. pe.* & *C. quàm indecorum. §. nos autem. ver. quòd ſi.* Et facit bene ad hanc materiam illud quod notat *Car. Extra. de ſen. ex. c. 1. in glo. hoc ſolum. in 6.*

c *Donec.* Quando hoc verbum in ſententia exprimitur, tunc neceſſaria alia Abſolutio non eſt, ut hic patet. Et notatur *Extra. de ætа. & qua. ut hi qui. ver. donec. in Cle.* Sic nec in ſententia interdicti. *Extra. de ſpon. non eſt.* Notatur per *Jo. An. Extra. de uſu. cum tu. ſuper glo. ergo quam citò.* Sed ſecus eſt in ſententia Excommunicationis, cum ibi Abſolutio habeat certam formam, per quam tollatur Excommunicatio, & non aliter, puta, cum Juramento, & hujuſmodi, quæ habentur *Extra. de ſen. ex. cum deſideres.* ut notatur per *Hoſti. & Jo. An. Extra. de matri. contrac. contra interdic. eccle. c. ul. in fi.* & notat hoc *Jo. An. Extra. de deci. c. 1. ver. donec. in Cle.* Sed in Suſpenſione & Excommunicatione ſub hac forma lata videtur contra, ut notatur *16. q. ulti. ſi quis deinceps. ar.* ibi in *c. ſe.* Dic ergo ut notatur *ſuprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. uſquequo.*

Abſolutio ab Excommunicatione habet certam formam, ſub pœna nullitatis.

d *Eam.* Sc. Eccleſiam. e *Se ſuſpenſum.* Sc. ipſo Jure.

f *Quæ.* Sc. Pontificalia prædicta.

g *Ipſo actu.* Nunquid ergo pro iſta conſecratione ſic retardata Procurationem, de qua *infra* loquitur, recipiet? Videtur quòd non. *ff. ad Trebell. Nam quod. §. qui compulſus.* & *l. quia poterat.* Credo contra, cũ *infra* dicat *illico. ar. ff. de acqui. hære. Antiſtius.* Sicut enim velox eſt gladius Domini ad percutiendum: *Extra. de app. paſtoralis.* & notat *Inno. 4. ti. præterea.* ſic ad liberandum, ut hic cavetur, quòd ipſo actu liberet. *ar. ff. de Re. Fur. nihil tam naturale.*

h *Gratis.* Cujus ratio eſt; nam quod gratis accepiſtis gratis date. *Matth. 10. c. 1. q. 1. baptizandis.* & *c. quicquid.* &c. dictum.

i *Et ſine omni exactione.* Nihil ergo poteſt Epiſcopus ab aliquo petere, niſi quod per Canones ſibi deberi poterit oſtendere; ut notat *glo. 1. 10. q. 3. quia cognovimus.* Quod verum eſſe intelligit ibi *glo.* de exactione temporalium, ſed ſecus eſt de Spiritualibus, quæ hoc ipſo quòd locus eſt ſitus in ſua Diœceſi juſtè petit. *Extra. de excep. cum venerabilis. §. quia vero.*

Epiſcopus nihil petere poteſt niſi qđ per Canones præbet ſibi deberi.

k *Excepta debitâ procuratione.* Quæ præſtatur propter ſumptus domeſticos ipſius Epiſcopi, & ſuorum, cum declinat ad conſecrandum Eccleſiam remotam. Unde pro hoc, non autem pro Conſecratione, aliquid licitè exigitur & accipitur. *Extra. de ſim. cum ſit.* Cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare. *12. q. 2. charitatem.*

ritatem. Notat *Gui. 1. q. 1. judices.* aliàs *ducet. ver. tabernaculi.* Non enim commodè poſſit victualia ad alienam Eccleſiam ſecum deferre: ideo moderata victualia ſunt hoc caſu Epiſcopo miniſtranda ſecundùm mediocritatem uniuſcujuſque loci. *10. q. 3. c. ſi.* Sed ſecus in Clericis ordinandis, pro hoc enim Procurationem non ſuſcipiet: *Extra. de ſim. ſicut pro certo.* quia extra propriam Eccleſiam pro Ordinibus dandis eum laborare non oportet, niſi velit. Unde faciliter habet expenſas in domo ſua propria, in qua habet victualia; ut notat *Gui. 1. q. 2. c. 1.* Item pro actu baptizandi Procurationem non accipiet, nè aliqui propter pauperratem vel avaritiam retrahant ſe à Baptiſmo; ut notatur *10. q. ulti. c. pe.* Hanc tamen Procurationem Conſecrationis Eccleſiæ exigere poteſt Epiſcopus, etiamſi divitiis abundet: ut benè notatur tam de prædicatore quàm de Doctore. *37. diſt. de quibuſdam.* Et ſcias hanc Procurationem præſtari de Jure Communi, quaſi ſit annexa Conſecrationi, ſicut & Viſitationi: ſicut legitur & notatur in dicto *c. cum ſit.* & in his duobus caſibus tantum de Jure Communi debetur Procuratio; ut notat *Jo. An. Extra. de accu. ſicut olim. in 3. gl.* Et hoc ſcire non eſt ſine miniſterio, quia ſi de Jure Communi, ergo non poteſt hæc Procuratio præſcribi per ſe; ut notatur *Extra. de præſcrip. cum ex officii. ver. contra viſitationem. Extra. de cenſi. cum venerabilis. 10. q. 3. quia cognovimus.* & *c. pe.* immo nec in odium hujuſmodi Procurationis currit præſcriptio; ut notat *Spe. ti. de cenſi. in fi.* De hoc tamen eſt dubium in *glo. 10. q. 1. relata.* nam cum hoc poſſet expreſſus conſenſus, ergo & tacitus: *ar. Extra. de cenſi. fælicis. in 6.* ſi autem debeatur Procuratio ratione conſuetudinis, vel pietatis, tunc præſcribi poteſt, ut *38. q. 2. Eleuterius. Extra. de ſup. negli. præla. c. 2. ſum ſi.* Notatur *in Extravag. Jo. Papæ 22. execrabilis. §. ulti. ver. procurationes.* Notat *glo. Extra. de præſcrip. accedentes. in fi.* Sed primum membrum, ſcilicet an Procuratio debita poſſit præſcribi, diſtinguitur. Aut præſcribitur contra eum qui Viſitationem non obtinet Jure Communi, purà, contra Abbatem vel Archidiaconum, tunc valet præſcriptio Procurationis etiam per ſe. *Extra. de præſcrip. auditu.* Aut contra eum qui Viſitationem obtinet Jure Communi, tunc præſcribi non poteſt Procuratio, cum ſit annexa Viſitationi, ut *ſupra* dixi, & hujuſmodi Viſitatio non poteſt præſcribi. *Extra. de præſcrip. cum non liceat.* Nam hoc eſſet contra Jus publicum, quo caſu non valeret pactum expreſſum. *ff. de pac. l. ſi unus. §. illud. & ſe. glo. &c.* Aut quæritur, an per tertium aliquem capacem poſſit hujuſmodi Procuratio præſcribi? Dic quòd ſic: ut notat *Jo. An.* in dicto *c. cum ex officii. §. nos igitur.* Hanc diſtinctionem vult notare *W. Extra. de cenſi. c. 1. §. ſi. in Cle.* Sed juxta hoc quæro, an Procuratio occaſione reconciliationis Eccleſiæ pollutæ debeatur de Jure Communi? Videtur quòd ſic: nam iterum conſecrari debet Eccleſia polluta, ergo &c. ut *ſupra. c. glo. ut ſcias. 68. di. Eccleſiis.* Contrarium tenet *Gui.* ſcilicet quòd de Jure Communi Procurationem Epiſcopus hoc caſu non habebit, ſed ſuis ſumptibus Officium hoc exercebit: *Extra. de vi. & ho. cle. cum ab omni.* Notat *Gui.* plane *Extra. de cenſ. Romana. §. viſitatis.* & hoc verius credo, cum non ſit vera Conſecratio, ſed tantùm reconciliatio. *Extra. de conſe. eccle. vel alta. aqua.* Et ſic cum hæc Procuratio tantùm debeatur de conſuetudine, præſcribi poteſt etiam contra Epiſcopum, ut *ſupra* dixi. Suppoſita ergo Procuratione præſtanda de conſuetudine in caſu reconciliationis Eccleſiæ pollutæ, quæritur quis præſtabit Procurationem illam? Dic quòd ille qui damnum & cauſam pollutionis præſtitit: *ar. Extra. de injur. & dam. da. c. ulti. C. de pæ. l. ſanctiſſimus.* & eſt expreſſum *17. q. 4. ſi quis in atrio.* & *c. ſi quis contumax.* Quid ergo ſi non conſtet, quis fuerat ille delinquens, vel ſit in fuga Conſtitutus, vel aliàs ſit impotens, & non ſolvendo? Dic quòd ſi ſit Statutum vel conſuetudo in illis partibus, quis hujuſmodi maleficia emendet, ſtabitur illi. *Extra. de offi. ordi. dilecti. ff. communia prædia venditor. §. ſi conſtet. ff. de cuſto. reo. l. ſi quis reum. cum ſi.* His autem ceſſantibus, contribuent cum Rectore Parochiani: *ar. Extra. de eccle. ædi. quicunque.* & *c. bis.* ita quod non debet Rector quantum omnes Parochiani, ſed tantùm quantum unus ex eis; *ar. ff. de furtis. eum qui. § idem dicit.* & ex æquitate aliquantulum plus, cum ſit caput Eccleſiæ & Parochiæ curæ. *ff. de reli. & ſump. funer. cum in diverſu.* Vel poteſt dici aliter per ea quæ notabo *infrà. c. conſti. improbam. §. ſi. ver. reſici.* & ſic adjutorium faciat *16. q. 1. ſi monachus. in fi.* Quod verum intelligo, ubi nulla ſit culpa Rectoris vel Vicarii. *ar.* ut legitur & notatur *Extra. de cuſto. cuchа. c. 1. in fi.* Alias non credo hujuſmodi Procurationem inter alia Jura Epiſcopalia, ad quæ in ſolidum tenetur Rector, comprehendi: cum iſte caſus ſit fortuitus, nec computetur inter alia, de quibus legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. conquerente.* Qui ſi non ſint ſolvendo, tamen Epiſcopus hoc tenetur facere gratis ſc. ſuptibus propriis, ſecundùm *Gui. de conſe. di. 1. Eccleſiis. in prin.* ut notatur etiam in caſu ubi Procuratio debetur de Jure Communi ratione Viſitationis ordinariæ. *Extra. de cenſi. cum inſtantia. in glo. Extra. de Si. cum ſit.* & ſatis notat *Gui. de cenſi. Romana. ver. viſitatis. li. 6. ar. 1. q. 2. placuit. § ſi vero pauperes. 10. q. 3. cavendum. Authen. de man. prin. §. ſit tibi. 1. Reſpon. Coll. 3. Extra. de reſcriptis. ſtatutum. §. inſuper. in fi. li. 6.* Cave tamen in caſu quo Parochiani vel Rector hujuſmodi Procurationem pro alio delinquente ſolverint, ſi poſtea adſit facultas ipſum delinquentem conveniendi: Epiſcopus autem per ſuum Officium ad hoc juvare debet. *ar. ff. de jure fiſci. l. in fraudem. §. qui pro alio.* Sed qualis erit & quanta iſta Procuratio: pone, quòd Epiſcopus diſtet ab Eccleſia reconcilianda per tres diætas, nunquid ſibi miniſtrabuntur omnes expenſæ, quas fecit in eundo, ſtando, vel redeundo ut ſic procuretur forſan per ſex dies, vel plus? Videtur quòd ſic, adinſtar teſtium. *Extra. de reſcriptis. ſtatutum. §. ulti. li. 6.* & *ar.* in hoc quod dixi *ſupra. in Con. Otho. tanto. §. hinc itaq. prope prin.* Videtur contra. Nam pro uno actu non debetur niſi una Procuratio, per quotquot diætas vadat. *Extra. de ſim. cum ſit. 10. q. 3. c. 1.* Nam ad hoc reditus Epiſcopales ſunt ſibi aſſignati, ut per Dioceſin cum illis currat, & onera Epiſcopatûs ſupportet. *Extra. de vi. & ho. cle. cum ab omni.* Quod ultimum verius credo in oneribus ordinariis: ſecus tamen in accidentalibus, ut in caſu quæſtionis noſtræ. Nam tunc juſtè credo Epiſcopum Procurationem exigere poſſe conſuetam: *Extra. de ſim. ad Apoſtolicam.* prout multum de hac materia notat *W. Extra. de cele. miſſa. c. 1. §. nonnulli. ver. violationes. in Cle.*

Quæ Procuratio præſtari debet de Jure Communi.

An Procuratio poſſit præſcribi & qua ſic, & quæ non.

Nunquid debetur Procuratio de Jure Communi ratione Eccleſiæ pollutæ reconciliatæ.

a *Ne ultione Divina.* Sed nunquid hoc caſu Papa poſſit approbare Conſuetudinem contrariam? Dic per ea quæ notavi *ſupra. c. Con. in proœ. §. 1. in glo. dicitur autem pontifex.*

b *Cum Simone. Extra. de ſim. non ſatis. in fi.*

c Et *Gehazi.* Sic *Extra. de ſi. cum in eccleſia. in fi.* De utroq; habetur *c. ti. ſicut pro certo. in fi. 1. q. 1. qui ſtudet.* & *Authen. juſjuran. præ. §. fi. Colla. 2.*

d *Percellatur. Simoniæ* pœna durat poſt Pœnitentiã peractam: ut notatur *Extra. de renun. niſi poſt prin. gl. ex hoc loco. prope fi.* Sed quis poſſit ſuper tali Simonia diſpenſare: Dixi *ſupra. c. Con. proxi. ver. Simoniacos.* & nota hic Simoniam commiſti ab una parte tantum: ut plenè dixi in *Con. Otho. de Archidiaconis. §. cum autem. ver. ſimoniacã.* Item nota Epiſcopum propter hoc crimen etiam per viam inquiſitionis poſſe deponi: ut legitur & notatur *de accuſa. cum dilecti. in fi.*

De Clericis Arma portantibus.

¶ Summarium.

Quicunque in Clericali Ordine Conſtitutus Arma detulerit, aut deferenti illicitè ſeſe immiſcuerit, ipſo facto Excommunicetur; &, niſi admonitus à Prælato ſuo tempeſtivè ſatisfecerit, omni Eccleſiaſtico Beneficio in toto Regno privetur, cum Ordinis ſui amittendi periculo: non Beneficiatus autem fiat in quinquennium inhabilis ad habendum, nec à ſententia Excommunicationis à Diœceſano abſolvatur, donec ad arbitrium ejus de præmiſſis ſatisfecerit.

e CUM in Armis virtutum conſiſtat ſecuritas innocentiæ Chriſtianæ, f docet Apoſtolus, ut induamur armaturâ Dei, & gladio Sancti Spiritûs accingamur; eo quod non ſit nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus Principes tenebrarum, qui non Armis ferreis, ſed orationibus, & g lachrymis, & virtutum operibus expugnantur.

¶ h Cum igitur Clericis, qui in præclaram i Chriſti hæreditatem aſſumpti ſunt,

Rectores habent cõtribuere cum Parochianis & non ultra.

e *CUM in armis.* Materia hujus Cõſtitutionis nõ habetur *ſupra. in Con. Otho.* niſi quatenus tangitur *c. Con. contra latronum.*

f *Docet Apoſtolus.* Scil. *Paulus ad Ephe. ultimo c.* ubi habetur ad literam tota auctoritas ſequens. & *23. q. 1. niſi bella. prope fi.*

g *Lachrymis.* Ut habetur *23. q. 8. convenior. §. lachrymæ.* ibi; *lachrymæ meæ mea arma ſunt.*

h *Cum igitur.* Secunda pars.

i *Chriſti hæreditatem aſſumpti.* Et ex hoc Clerici hic ſunt dicti: ut patet *Extra. de præben. cum ſecundùm.*

a *Uſus armorum Divini.* 23. q. 8. *quacunque ex clero.* ibi commendatur hæc Conſtitutio & *c. reprehenſibile.* & notatur *c. Conſti. in ſumma.*

b *Et humani. C. ut armorum uſus inſcio principe ſit interdictus. l.* 1. *li.* 11.

c *Ut eis.* Sc. Clericis prohibitis. Nam bellare prohibentur invadendo, quia hujuſmodi ſiunt inordinate contra bonum charitatis ex cauſis illicitis; ut colligitur 23. q. 1. *quid culpatur. in prin. &* pleniùs notat *Gui. c. præced.* Ad hoc tamen opponitur de *Petro*, & ſolvitur in *glo.* 23. q. 3. *pro membris. Fo. de Athon.*

d *Ad offenſionem.* Sed ad defenſionem perſonæ ſuæ, ſic ut plenè notatur 23. q. 1. §. 1. Legitur & notatur 7. q. 1. *ſuſcitare. ver. prodire.* An ergo Clerici pro recuperatione rerũ ſuarum poſſunt licitè prælliis intereſſe, & præliantes animare, alias adjuvare? Dicit *Inno.* quòd ſic; in tantum quòd Prælatus poteſt dicere, *Capite, Pugnate*, ſed non *Occidite.* Ut ipſe notat *Extra. de reſti. ſpo. olim*, ibi, *in glo. quomodo hic.* & notat *Gui. Extra. de elec. generali. ver. opponunt. li.* 6. Immo ſi in Bello juſto aliquem percuſſerit, dummodo inde mors non ſequitur, irregularis non efficitur; ut notatur per *Inno. & Hoſti. de homici. petitio.* Sed prima opinio verior eſt; ut notat *Gui.* 26. *di.* §. *ſi. &* c. *ſi.* Facit quod dicam *infrà. c. Con. ad tutelam.* §. *pe. ver. rerum.*

Clerici an poſſint pro rebus ſuis præliis intereſſe.

e *Aut vindictam.* De hoc ſatis notatur per *Inno. & Hoſti. Extra. de vito. c. ſuper his.* §. *ruſus.* Quod dic ut notatur 23. q. 2. *in ſumma. &* q. 7. *in ſumma.* & notat *W. Extra. de hæc. volentes. in fi. in Cle.*

f *Nos.* Verſi.

g *Eorum.* Sc. Clericorum, ut præmittitur, aſſumptorum in hæreditatem Chriſti, ita quòd de Modernis videtur veriſimiliter *Pſalmiſta* lamentabiliter prophetaſſe, *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam &c.* ut ibi ſequitur in *Pſalmo.*

h *Abominamur.* Sc. præſertim propter ſcandalum Laicorum; ut legitur & notatur *ſupra. in Con. Otho. quoniam de habitu.* & ex hoc quod dicam *infrà. in ver. honeſtatis. & infrà. in glo. proxi.*

i *Enormes exceſſus.* De hoc legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. ut Clericorum. in Cle.* ubi eſt mens hujus Conſtitutionis.

k *Divini nominis.* Nemo amplius nocet, quàm qui perverſe agens nomen & ordinem ſanctitatis & Sacerdotis habet. 83. *diſt. nemo quippe.* Facit 3. q. 1. *nulli. §. qui autem.* dicam *infrà. ver. furibus.*

l *Honeſtatis.* Eſt autem triplex Inhoneſtas opprobriosa, ſcilicet Contumeliæ vel Scandali; de quo dicitur in *Pſal. Facti ſumus opprobrium vicinis.* & in hoc contemnimur ab hominibus, ut hic. *ar. op. C. de decur. per idem tempus. li.* 12. Item eſt Culpæ, & in eo contemnimur à Deo & Angelis ſuis, ut hic. 1. q. 1. *nullus itaque per avibitum.* ut ibi hoc notat *Gui.* Item exterioris Pœnæ, & eſt † aliquando appetibilis, puta, propter approbationem patientiæ, ut in *Job*: quandoque verò contemptibilis, puta, quando fit ad judicium pœnæ perpetuæ, ut in *Juda.* & tribus malis opprobriis prædictis correſpondet triplex maledictio, ut notatur 22. q. 3. §. *is ita.*

† *MS.* Aliquantulum.

m *Arma.* Plura ſunt genera Armorum. Quædam invaſiva ſunt, ut Arcus & Sagittæ, Enſes, Lanceæ, & hujuſmodi. Quædam verò defenſiva, ut Scuta, Galeæ, Caſſides & Loricæ, cum ſimilibus, ut legitur pleniùs *Authen. de armis.* §. *ulti. Colla.* 6. Unde intelligo hic de Armis defenſivis tantum: quia & talia audaciorem faciunt; ut notat *W. de ſta. mo. ne in agro.* §. *quia vero. ver. arma. in Cle.* Juxta illud pone delectionem Armorum ſub pœna Excommunicationis latæ fore prohibitam per Statutum, nunquid in ea involvuntur ferentes Cultellos, Fuſtes, Lapides, vel Plumbi Lamina? Videtur quòd ſic: nam & hæc appellatione Armorum continentur. *ff. de verb. ſig. Armorum. Inſti. de interdic.* §. *armorum.* Sed favore juvenum reſipiſcentium dico contra. Nam licèt per iſta homo nocere poſſit, ut *l. armorum. & ff. ad l. Jul. de vi pub. armatos. & l. hi qui.* §. *Telorum. Inſti. de pub. judi.* §. *lex Cornelia.* tamen Statutum generale debet limitari juxta Legem ſpecificantem Arma in pœnalibus; ut dicta *Authen. de armis.* §. *fi.* ubi enumerat genera Armorum prohibita Juxta illam ergo Legem ſpecificantem intelligitur Statutum: ut ſic Juri Communi conveniat. *ff. de vulg. ſubſti. ex facto.* 1. *Reſpon. ff. de muneri. ut gradatim.* §. *& ſi lege.* Sed in dicta *Authentica de armis.* delatio parvorum Cultellorum permittitur: ergo multo magis Fuſtes & Lapides; ut bene notatur per *Gui. & per Odofre. C. de fabri. l. unica. in fi li.* 11. Sic intelligi poteſt *Extra. de Juda. ita quorundam.* licèt ibi *glo.* videtur contra. Sed ibi loquitur in facto magis deteſtabili: vel poſſit dici in quæſtione prætacta tales deferentes hujuſmodi Arma bene ligari pœna Juris Communis, non autem pœna Statuti ſpecialis; *ar.* in hoc quod notat *Gui. Extra. de ſen. ex. in audientia. in fi.* 2. *glo.* & ſic non obſtant contraria ſuperiùs allegata.

† *MS.* Eccleſiarum.

† *MS.* Earundem.

n *Furibus.* Cum tamen Laicis non debent eſſe ſecuriores Clerici, nè in peccati pureum prolabantur licentius: *Extra. de adul. ſignificaſti.* & nè propter delictorum impunitatem facilius corruant in peccata. 35. q. 9. *loci. ver. provide. Extra. de privile. ex parte.* 3.

o *Et prædonibus.* Differentiã inter iſtos, Latrones, & Fures, dic ut legitur & notatur *ff. pro ſoci. cum duobus.* §. *damna.*

p *Sociantes.* Sponte, ſcienter, & animo malignandi: *ar. C. de adiſ. priva. ſi is. in prin.* alias ſecus. *ar. ff. de auc. tu. l.* 1. §. 1. *ff. de verb. ſig. coram.* Itaque Societas mala ſummè eſt cavenda, nè malis ſimilis has, vel ſi diſſimilis, tunc & inimicus eorum. Cum his converſare debes, qui te faciunt meliorem, aut quos tu facere potes meliores; ut ait *Seneca ad Lucil.* 7. *c.* Nec enim in veritis excuſat ſocialis ſuaſio, ut in *Adam & Eva. Gen.* 3. *c. ar.* 1. q. 1. *ſi quis inquit. C. de accu. l. fi.* §. 2. *Seneca.*

q *Maleſactoribus.* Traylbaſtonibus, & ſimilibus, de quibus *ſuprà. in Conſti. Otho. contra latronum.* 1. *Reſpon. in ver. latronum.*

r *Rapinas & furta.* Dic ut in *all.* quam feci *ſuprà. in gloſſa, differentiam.*

ſ *Etiam Eccleſiaſticorum.* Tunc nimis abundat iniquitas, & temeritas nimis audèt, cum hi qui Clericali profeſſione cenſentur, nec mortali metuant gladio dimicare, ſed nec Eccleſiam oppugnare injuriis, ac ejus res invadere, quorum intereſt eam ab aliis propulſare. *ar.* 28. *di. quia ſunt culpa. in prin.* 2. q. 7. *noſſi. in prin. Extra. de immunit. eccle. c. fi.*

t *Repoſitis.* De hoc plenè dicam *infrà. c. Con. ad tutelam.* §. *ad hæc.*

u *In his ergo.* Tertia pars.

x *Sceleribus.* De hoc dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. contra latronum. in prin.*

y *Debacchantes.* i. e. Sordeſcentes, vel furientes, ſeu deceptos. *Bacchus* enim dicitur Deus Vini, quo homo decipitur, & quaſi furore fervet: ut legitur & notatur *Inſtit. de ſena. conſul. Clau.* §. *ulti. ver. bacchata.*

z *Clericali ordine.* Primã Tonſuram comprehendit: ut dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. quid ad venerabiles.* 1. *Reſpon. in glo. ſed an habeant. in fine.*

a *Arma detulerit.* Sc. nocendi animo per aſſociationem prætactam. *ar. C. de ſica. is qui cum telo.*

b *Vel aliter.* Scilicet qualibet putà adhæſione, partitione fautoriã, ſeu protectione: ut in prædicta *Conſti. Otho. contra latronum.*

c *Deliquerit in præmiſſis.* Sc. ſceleribus. De quo dic poſt *Hoſti. & Jo. An. Extra. de ſen. excom. perpendimus.* quòd Clericus, qui habetur pro Clerico, ferens Habitum & Tonſuram, quæcunque Arma detulerit, vel ſe horrendis ſceleribus immiſcuerit, gaudet tamen privilegio Clericali, & quoad immunitatem Canonis, 17. q. 4. *ſi quis ſuadente.* & quoad forum, nè ſubſit Judici Sæculari, nec ejus Legibus uſque ad tertiam monitionem, *Extra. de ſen. excom. in audientia. &* c. *contingit.* 2. niſi percutiatur vim vi repellendo. Ut *c. ti. ſi vero.* §. 2. Et hoc conſtanter tenet *W. de offi. or. c.* 1. *poſt primi. in Cle. Si* verò abjecit Habitum & Tonſuram, tunc ſi immiſcet ſe hujuſmodi enormibus, tunc bene poteſt interfici ſine pœna Excommunicationis in ipſis ſceleribus: *Extra. de judi. cum non ab homine.* alias ſecus, niſi poſt monitionem Canonicam, ut prædixi. *ar.* hic, & *Extra. de vi. & ho. cle. c.* 1. *li.* 6. Nam tunc retinet privilegium, in tantum, quòd Judex Sæcularis, qui eum judicat, & interfectores ipſius etiam de mandato talis Judicis benè ſunt Excommunicati: licèt mitigetur eorum Abſolutio,

• uſus Armorum Divini [b] & humani Juris auctoritate ſit omninò prohibitus, ita ut etiam pro juſtitia [c] eis [d] ad offenſionem [e] aut vindictam nullatenus uti permittatur: [f] Nos Eccleſiaſtici honoris zelo ſuccenſi, [g] eorum [h] abominamur [i] enormes exceſſus, qui [k] Divini nominis & ſuæ [l] honeſtatis obliti [m] Arma deferre præſumunt, & ſe [n] furibus [o] & prædonibus [p] ſociantes, ac aliis [q] malefactoribus, prædas, [r] rapinas, & furta participant; non ſolùm in privatorum hominum bonis, ſed [ſ] etiam † Eccleſiaſticorum, & aliis quacunque occaſione [t] repoſitis in eiſdem vel Clauſtris, vel Cœmiteriis † eorum, talia nefariè committentes.

¶ [u] In his igitur tam horrendis [x] ſceleribus Clericos [y] debacchantes piâ ſalutis proviſione proſequimur, Statuentes, ut quicunque in [z] Clericali Ordine Conſtitutus [a] Arma detulerit, [b] vel aliter [c] deliquerit in præmiſſis, ipſo facto vinculum Excommunicationis incurrat, &

ſolutio, nè vadant ad Curiam propter enormitatem ſcelerum. Et ſic loquitur dicta *Decre. perpendimus.* Si verò talis Clericus poſt depoſitionem eſſet incorrigibilis, tunc cum Eccleſia non habet, ultra quid facier, bene poteſt judicari à Judice Sæculari; ut in dicto *c. cũ non ab homine. ſecundùm Hoſti. & Jo. An.* in dicto *c. perpendimus.*

a *Monitus.* Facit quod dixi *ſuprà. in glo. proxi.* & quod notatur *ſupra. in Con. Otho. contra latronum. §. nos autem.*

b *Arbitrium.* Scil. juſtum, alias locus eſt appellationi: ut dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. baſilicarum. §. pe. in glo. ut cavetur.*

c *Satisfecerit.* Nota fraudem & moram poſſe purgari; ut legitur & notatur per *Doctos. Extra. de elec. commiſſi. in fi. libro 6.*

d *Extunc.* Id eſt, poſt monitionem & hujuſmodi ſatisfactionem recuſatam & retardatam.

e *Ejuſdem regni.* Non autem alterius, cum ibi ſolum deliquerit. *ar.* in hoc quod dixi *ſupra. in Conſti. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. detineri.* circa medium.

f *Sit privatus. Authen. de pa. tenen. §. ſi clericus. Colla. 10.* ubi omni Beneficio, non tantum ejuſdem Regni, redditur privatus. Unde quod hic dicitur, *Privatus*, intelligas, ſcilicet perpetuò, ut notat *Jo. An. de electione. c. cupientes. §. pe. ver. perpetuo. li. 6.* & plenè dixi *ſuprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. §. ult. ver. perpetuo.*

g *Ordinis ſui periculo.* Sic *23. q. 8. clerici. & c. ſe.*

h *Qui.* Scilicet Clericus horrendis ſceleribus prædictis ſe immiſcens.

i *Per quinquennium.* Tempus arbitrarium † non eſt: ſic *ſupra. in Conſti. Otho. cum laicis. §. 1.* † In M S. deeſt Non.

k *Ad beneficia quæcunque.* Sc. Eccleſiaſtica, ut *ſupra.*

l *Obtinenda.* Et ſic nota, quòd qui non privatur re, privatur ſpe. Facit *C. quæ res pig. ob. poſſunt. l. ſpem.* Et quod iſtorum, ſcil. privari re, vel ſpe, ſit magis pœnale, notat *W. de vi. & bo. cle. quoniam. §. 1. in glo. & ſic no. in Cle.*

m *A* [prædicta verò. ver.

n *A ſuo Diœceſano.* Patet hic expreſſè Epiſcopum Diœceſanum poſſe abſolvere à ſententia Excommunicationis, aliàs Canonis etiam Provincialis in caſu non reſervato: ut ſatis dixi *ſupra. in Conſti. Otho. in proœ. §. denique. in glo. patet ergo.* circa medium.

o *Satisfecerit.* Tam proximo quem læſit, quàm Eccleſiæ quam ſcandalizaverit. *ar. Extra. de ſen. ex. contingit. & infra. e. Con. ad tutelam. §. nos igitur.*

P CUM Sancti. Hæc Conſtitutio declarat & ampliat

niſi poſtmodum [a] monitus infra certum terminum à Prælato ſuo præfigendum ad ipſius Prælati [b] arbitrium [c] ſatisfecerit, [d] extunc ipſo facto omni [e] ejuſdem Regni Beneficio Eccleſiaſtico [f] ſit privatus, & nihilominus [g] Ordinis ſui periculo ſè noverit ſubjacere. [h] Qui ſi forte nullum Beneficium prius habeat, nè ſine tanti ſceleris pœna remaneat, [i] per quinquennium ſit inhabilis [k] ad Beneficia quæcunq; [l] obtinenda. [m] A prædicta verò Excommunicationis ſententia [n] à ſuo Diœceſano nullatenus abſolvatur, niſi prius ad ipſius Diœceſani arbitrium [o] ſatisfecerit de præmiſſis.

De Habitu Clericorum.

¶ Summarium.

Clerici Univerſi gerant Veſtes non brevitate nimiâ ridiculoſas & notandas, Aures patentes, Coronas latitudine decentes, nec niſi in itinere Infulas ſeu Coyphas portent: Sacerdotes autem, & in Dignitate Conſtituti, Capas clauſas deferant, niſi honeſta cauſa aliam veſtem interdum conceſſerit. Siquis autem in Dignitate Conſtituti, aut curam Animarum habentes, contra hæc in Veſtibus, Infulis, Coronâ, vel Tonſurâ deliquerint, nec admoniti ſe emendarint, ab Officio ſuſpendantur: &, ſi per tres menſes in Suſpenſione Officii fuerint, à Beneficio ſuſpendantur, nec prius abſolvantur, quàm ſextam reditum ſuorum pauperibus erogandam perſolverint, & Prælatis pro arbitrio eorum pœnas dederint. Quod Statutum, niſi Archiepiſcopi, & cæteri Prælati diligenti executioni mandent, Archiepiſcopi quidem à Dalmatica & Sandaliorum uſu: Prælati verò reliqui ab Eccleſia ingreſſu, uſque ad emendationem, ſuſpendantur. Epiſcopi præterea Habitum geram ſuæ Dignitati congruentem, & qui prius Religioſi, fuerant, Habitum Religionis non dimittant, ſed Statutum generalis Concilii ſervent.

P CUM Sancti [q] Evangelii veritas hominem, nuptialem veſtem non habentem, jubeat foras mitti; quanquam de [r] virtutum ornatu dictum eſſe illud Sacra expoſitio doceat: quia tamen per exteriorem Habitum ſæpe [s] interior deſignatur, opertet [t] hunc [u] exterius talem eſſe, [x] ut ei, qui debet interius eſſe, [y] veriſimiliter [z] coaptetur, nè ex Habitu forſan indecenti is qui eum geſtat in ſeipſo vilis appareat, aut corda videntium pro [a] facilitate judicii ſcandalizet; providè tam ab [b] antiquis [c] quam à modernis Patribus tradita eſt [d] moderatio, [e] quam Clerici (qui juxta nominis impoſitionem in ſortem domini [f] ſunt vocati) in Habitu exteriori ſequantur, [g] qui in ſe lumbos præcingere, & lucernas ardentes gerere [h] manibus [i] edocentur.

¶ [k] Ex quorum conſideratione bonæ memoriæ præfatus Legatus ſtatuendo Præcepit, ut ad formam tam de veſtibus Clericorum quàm etiam de ornamentis equorum, in generali Concilio editam per ſubtractionem Beneficiorum ab Epiſcopis compellantur, ac reſtringantur, ita quòd in menſura decenti veſtes habeant, & Capis clauſis utantur in

q *Evangelii. Matth. 22. c.*

r *Virtuum.* Sc. acquirendarum per frequentiam uſus. *ar. 40. Extra. de diſtin. §. 1.* quod dic per *W. Extra. de ſum. tri. c. unico. §. fi. ver. virtutes. & in ver. habitu. in Cle.* Virtus quoque dicitur medium vitiorum utrinque redactorum; ut plenè notat *Gui. 41. di. §. ſæpe.*

Ex actibus frequenter conſimilibus terq; iteratis generatur Habitus. Virtus in mediocritate conſiſtit. Qualis vir talis oratio.

s *Interior deſignatur. ar. Inſti. de re. di. §. pavonum.* Patet *diſ. 1. c. rationis. ar. 27. q. 1. ſi homo eſſes.* Unde verſus, *Intus per mores cognoſces exteriorem.*

t *Hunc.* Sc. hominem.

u *Exterius.* Sc. in habitu & geſta.

x *Ut ei.* Scil. ornatui virtutum.

y *Veriſimiliter.* Nota hic pro veriſimili. Sic *Extra. de præſump. quia non eſt veriſimile. Extra. de ap. bonæ. §. 1. ff. quod me. cauſa. l. ultima. in prin. cum ſi.*

z *Coaptetur.* Salvo eo quod dixi in dicta *Conſti. Otho. quoniam de habitu. 1. Reſpon. in glo. Extra. de vita & honeſtate cleri.* Aliàs namque Habitus non facit Monachum, ſed Profeſſio. *Extra. de regula. porrectum.* *Habitus non facit Monachum.*

a *Facilitate judicii.* De facili enim judicant juxta paſſiones ſuas de facili conceptas, juxta zelum frequenter inordinatum. *11. q. 3. quatuor. & c. ſe.* & quod dicam *infra. e. con. cum partes. §. ulti. ver. dedit.*

b *Antiquis.* Ut in Concilio generali, de quo *infra* fit mentio.

c *Quam à modernis.* Ut in *Conſti. Otho.* de qua dixi *ſupra. in prin.* & hodie patet per Legem noviorem Conſtitutione illâ. *Extra. de vita & hon. cle. quoniam qui abjectus. in Cle.*

d *Moderatio.* Hoc verbum diminutionem continet, non augmentum. *Extra. de verb. ſig. c. ul.* Notat *Car. Extra. de elec. cupientes. poſt prin. ver. moderatione. li. 6.*

e *Quam.* Sc. Moderationem.

f *Sunt vocati.* De hoc legitur & notatur *ſupra. in Con. proxi. §. 1. in prin.*

g *Qui in ſe lumbos.* I. e. In interiori morum honeſtate.

h *Manibus.* Id eſt, foris patentes per exemplum & bonæ famæ præconium: ut dixi *ſupra. in Con. Otho. quid ad nos. §. 1. ver. in exemplum.*

i *Edocentur. Luc. 12. c.*

k *Ex quorum conſideratione.* Secunda pars recitans *Conſti. Otho.* de qua dixi *ſupra. in 1. glo. uſque ad ſi. infra. e. Si nos autem.* & vide illa quæ ibi ſcripſi, & hæc, ſi placet, tibi ſufficiant.

Sacris Ordinibus Constituti, maximè in Ecclesia, & coram Prælatis suis, & conventibus Clericorum, & ubique in suis Parochiis, qui cum cura Animarum regendas Ecclesias susceperint. Et ut melius possint Episcopi alios ad honestatem Vestium, & Tonsuram, & decentes Coronas, & equorum ornamenta idonea coarctare, provideant, ut à suis Clericis commensalibus hoc prius faciant observari, quòd in vestibus, calcaribus, frænis, & sellis Clericalem gerant Habitum [a] honestatis.

¶ [b] Nos autem gravem & perversum nimis [c] abusum contra præmissa quasi generaliter diffusum in Clericis harum nostræ Legationis patrium detestantes, in quo Deus irrideri dicitur, obscuratur decus Ecclesiæ, Clericalis Ordinis celsitudo deprimitur, Christus à suis Militibus [d] ferentibus [e] insignia aliena deseritur, decus honestatis Ecclesiæ maculatur, dum Clericum à Laico respiciens [f] oculus non decernit, fit omnibus verè fidelibus [g] in scandalum & [h] in despectum:

¶ [i] Statuimus, & districtè Præcipimus, ut Clerici universi vestes gerant non [k] brevitate nimiâ [l] ridiculosas & notandas, sed saltem [m] ultra tibiarum medium attingentes, [n] aures quoque patentes, crinibus non coopertas, & Coronas habeant [o] probandâ latitudine condecentes, [p] in quibus depositio præcipuè terrenorum, & Regalis Sacerdotii dignitas † designantur. Nec nisi in itinere Constituti unquam, aut in Ecclesiis, vel coram Prælatis suis, aut in conspectu Communi hominum, publicè Infulas suas (vulgo [q] *Coyphas* vocant) [r] portare aliquatenus audeant vel præsumant. [s] Qui autem sunt in Sacerdotio, qui etiam sunt Decani, aut Archidiaconi, necnon omnes [t] in Dignitatibus [u] curam Animarum habentibus Constituti, [x] Cappas clausas deferant, nisi causâ itineris forte, vel aliâ justâ causâ honestè aliam vestem gerant.

¶ [y] Si qui verò in Sacerdotio vel Dignitatibus Constituti, aut curam habentes Animarum, † ut Cathedralium Ecclesiarum [z] Canonici, contra præmissa vel Infulis, Coronâ, [a] vel Tonsurâ deliquerint, [b] si moniti non se emendaverint, ipso facto ab Officio Suspensionem incurrant. [b] In qua si per tres menses steterint, [c] extunc [d] à Beneficio sint suspensi, nec per Diœcesanos ab hujusmodi sententiis absolvantur, [e] nisi prius sextam redituum suorum anni illius partem persolvant, per ipsos Diœcesanos fideliter [f] pauperibus erogandam, salvis aliis sententiis condignis, quas Prælatus subditis [g] in his delinquentibus [h] voluerit erogare. [i] De ipsis quoque Sacerdotibus, Decanis, & Archidiaconis, & aliis in Dignitatibus Constitutis, qui in vestium Habitu [k] contra præmissa deliquerint, [l] hæc eadem Statuimus observari. [m] Reliquos verò Clericos

Familiaritas nimia contemptū parit.

a *Honestatis. Honestas* dicitur quasi honoris statum conservans, quæ suâ vi trahit, & dignitate allicit; secundùm *Tull.* Hæc autem Honestas tanquâ mater condecentiæ est virtus contraria vitio turpitudinis. Item *Honestas* est compositio vel apparatus divitiarum. Unde *Eccle.* 11. *c. Pauper & honestus à Deo sunt. Sap.* 10. *c. Honestavit illum in laboribus*; id est, ditavit illum in labore quo servivit. Notat hoc *Gui. 4. di. erit autem lex. in prin.*

b *Nos autem.* Tertia pars.

c *Abusum.* Ut patet evidenter per absurditates, quæ hic sequuntur in litera.

d *Ferentibus.* Alias, portantibus.

e *Insignia aliena.* Per adinventas gyras suas inordinatas: ut dixi in dicta *Consti. Otho. in prin.* Propria namque insignia Clerici sunt decentia, Habitus & Tonsuræ *supra. c. in prin.* & dixi *supra. in Con. proxi. §. ulti. in glo. super sceleribus. ar. Extra. de sen. ex. si judex laicus. li. 6.*

f *Oculus non decernit. supra. in Con. Otho. cum sit ars. §. 1. ver. & si moram.*

g *In scandalum.* Dic ut in *Consti. all. supra. c. in 1. glo.*

h *In despectum.* Id est, contemptum, quæ insurgit ex hoc, quod inæqualitatem inter eos & laicos in Habitu & Tonsura & Gestu oculus non decernit, ut *supra* patet. Unde ex conversatione æquali nascitur contemptus dignitatis. *ff. de offi. præsi. ad observandum. in fi. 1. Respon.*

i *Statuimus.* Quarta pars: in qua declarat & exprimit competentiam Habitûs & Tonsuræ Clericalis.

k *Brevitate nimia.* Ad modum forte Armigerorũ nostri temporis diversimodè pompantium vix usque ad poplites.

l *Ridiculosas.* Exemplo Histrionis, joculatoris, vel fatui, quales propriè ad hominis risum & derisum parantur. *Extra. de vi. & ho. cle. c. unico li. 6.* Unde ad immensam Burdam astantium fertur quendam fatuum uni Magnati inordinatè degysato sic *Anglicè* improperasse, Domine cujus stolidus estis Vos: ego enim sum stolidus Abbatis Monasterii Beatæ *Mariæ Eborum.*

m *Ultra tibiarum medium.* Immo *Aaron* induebatur veste talari; 22. *di. c. ul. & pe.* quem in hoc sequi debet quilibet Clericus ad curam vocatus & regimen aliorum, ut ibi patet.

n *Aures patentes.* 23. *di. c. pe.* ubi fundatur Textus iste.

o *Probanda latitudine &c.* 23. *di. c. pe.* scilicet juxta assensum & gradum Ordinis; ut dixi *supra. in Con. Otho. quoniam de habitu. §. ul. ver. decentes.*

p *In quibus.* Sc. Tonsuris crinium. † *Designantur.* De hoc satis dixi in dicta *Consti. Otho. §. ulti. ver. tonsuram.*

q *Coyphas.* Vel Tenas, sed Communius in aliis partibus Infulæ nominantur. *Extra. de vi. & ho. cle. quoniam qui abjectis. circa medium. in Cle.*

r *Portare.* Sc. in capite, ut sic Tenati publicè incedant; quin tamen hujusmodi Coypham vel Tenam portare possit in bursa vel crumena sua ad utendum de nocte, non intendit hæc Constitutio prohibere, ut hic in Textu.

s *Qui autem.* Ver.

t *In sacerdotio.* Sed Cõ. *Otho.* dixit *in Sacris Ordinibus*, & sic fuit illa magis extensiva, & plurium Personarũ arctativa quàm ista.

u *In dignitatibus.* Sc. Episcopis quibus comparantur Sacerdotes, ut *supra* patet.

x *Cappas clausas.* Vide hic quod dixi in dicta *Con. Otho. 1. Respon. in gl. hac cõ.*

y *Si qui verò.* Quinta pars, adjiciens pœnas in abutentes & contraveniẽtes.

z *Canonici.* Nota omnes præmissos in hoc §. ad articulum præsentem æquiparari.

a *Vel tonsura.* Nota in hac adjectione pœnali nihil de vestibus prætactis repeti hic, sed statim satis repetitur *infrà. c. §. ibi, de ipsis verò sacerdotibus.* * *Si moniti.* Qd dic ut legitur & notatur *supra. in Consti. Otho. contra latronum. §. eos autem.* † *MS.* Seu.

b *In qua.* Sc. suspensione ab Officio suo.

c *Extunc.* Sc. post lapsum dictorum trium mensium à tempore Suspensionis ab Officio suo.

d *A Beneficio.* Nota hic expressum, quòd suspensus ab Officio non reputatur ex hoc à Beneficio etiã, suspensus timmo nec est incipiendum ab utroque simul. *ar. 23. q. 4. forte.* & notatur *2. q. 5. Presbyter.* Sed de hoc dixi ut remisi *supra. in Consti. Otho. c. audito. prope fi.* & hæc opinio vera est, quãdo Suspensionis pœna data est à Jure; secus tamen si esset data ab homine; quia mitius agitur cũ Lege quã cum ministro Legis *ff. de arbi. Celsus.* & hoc tenet *Gui.* post disputationem prolixam *Extra. de re. judi. cum æterni. §. si quis autem. ver. officii. li. 6.* *Nunquid suspensus ab officio ex hoc ipso censetur Beneficio.*

e *Nisi prius persolvant.* i. e. Valdè & complete solvãt sc. Episcopis Diœcesanis, qui istã partem habent pauperibus erogare; ut sequitur.

f *Pauperibus erogandã.* Est ergo Episcopus provisor ac dispensator in bonis pauperum. 11. *q. 2. gloria Episcopi. in prin. cum si. C. de epi. & cle nulli. §. quod si invito.* Sed cum hic dicit, *pauperibus*, ergo non in alios pios usus ad arbitrium Episcopi, ut fit in casu alio *supra. in Consti. Otho. de Archidiaconis. §. cum autem. in fi. ver. de hoc.*

g *In his.* Sc. Infulis, Corona, vel Tonsura.

h *Voluerint.* Sc. justè, ut remisi *supra. c. proxi. §. ul. ver. arbitrium.*

i *De ipsis verò.* Versi.

k *Contra præmissa. Supra. §. proxi.* ibi, *qui autem.*

l *Hæc eadem.* Quæ dicta sunt *supra. c. §.* usque ad hunc ver. *de ipsis.*

m *Reliquos.* Non in Sacerdotio, nec in Dignitate Constitutos.

a *In*

a *In præmissis.* Sc. Vestibus, Insulis, Coronâ, vel Tonsura.

b *Suorum Prælatorum.* De hoc latis notavi *supra. in Con. Otho. contra latronum. §. pe. in glo.* ibi, *per suum.*

c *Arbitrio.* Sc. justo: ut jam dixi *supra. c. §. ver. voluerint.*

d *Præcipimus.* Sexta pars.

e *Sanctæ obedientiæ.* Dixi de hoc *supra. c. Consti. in prœ. in prin. in 3. glo.*

f *Universis.* Id est, singulis de Universitate: ut hæc & alia multa quantùm ad significationem hujus vocabuli notat *W. in prœ. post prin. in Cle.*

g *Cæteris prælatis.* De quibus legitur & notatur *supra. in Consti. Otho. quoniam tabellionum. 1. Respon.* Sed hic intelligo de Prælatis vice propriâ, vel specialiter commissâ fungentibus, propter *Decre. Extra. de offi. vica. licet. lib. 6.* Vel dic per ea quæ notavi *supra. in Con. Otho. quanto. §. 1. in gl. bi sunt.*

h *Faciant.* Scilicet per alios.

i *Qui.* Sc. Episcopi, vel alii Prælati prædicti.

k *Alio justo modo.* De hoc plenè dicam *infrà. c. Con. quam indecorum. super. c. ver.*

l *Dalmaticæ.* De hoc legitur & notatur *supra. c. Con. domus Dei. §. quod si Rector.*

m *Ab ingressu Ecclesiæ.* Sed quærę puniuntur isti inferiores plusquam superiores Prælati? Dicit *W. Extra. de pœ. multorum. §. 1. ver. triennio. in fi. in Cle.* quòd minor pœna magis afficit Prælatos quàm alios. *ar. Extra. de offi. dele. pastoralis. 2. Respon. in fi. cum si.* Sed adhuc contra. *C. de epi. & cle. Presbyteri. in fi.* ubi de hoc. Sed qualitercunque *Doctores* distinguunt inter delicta Communia & singularia, tu dic breviter, Aut Lex plus notat factum quàm personam facientem: & tunc plus punitur pauper. *C. de sum. tri. & fi. ca. nemo. in fi. Extra. de offi. delega. c. 2. lib. 6.* in dicto *c pastoralis. 3. Respon.* Aut econtra: tunc plus punitur dives seu dignior propter ignominiam honestatis tantæ personæ: ut in *l.* contrariâ *Presbyteri in fine. ff. de pœ. cum quadam. cum si.* Sic debet intelligi, quod legitur & notatur *Extra. ne cle. vel mo. nec procuratores. in fi.* & propter offensam magis in tanta persona notatam. *C. de conduc. & procur. do. Augus. conductores. lib. 11. 1. Respon.* De hac materia notatur *supra. in Consti. Otho. de Archidiaconis. §. cum autem. in glo. si salva.*

Pauper quando plus punitur quam dives.

n *Donec.* De hoc dixi *supra. in Consti. domus Dei. §. quod si Rector. in glo. quando hoc verbum.*

o *Sint suspensi.* De multiplici Suspensione patet plenè in *glo. Jo. An.* ad quam remisi *supra. in Con. Otho. auditu. in glo. fi.*

p *Ad hæc.* Septima pars.

q *Religionis fructum.* Alias †effectum.

† *MS.* Affectum

r *Augere debeat.* Non enim sufficit, quòd Prælatus sit bonus in se, nisi & subditi boni fuerint, quantum in se est: ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de ætate. & qua. ver. subditos. in Cle.*

s *Gerant.* In Ecclesia & in publico. Nam in camera se possit familiarius habere. 25. *di. Episcopus.*

t *Congruentem.* Ut dixi *supra. c. §. statuimus. in glo. in cœtu Aaron. in ver. qui autem.* Una cum Rochero seu Camisiâ aliâ: ut notat *W. de sta. mo. ne in agro. 1. Respon. in fi. in Cle.*

u *Canonica instituta. Extra. de vita & hone. cleri. c. clerici. §. ulti. in fi.*

x *Specialiter autem.* Ver.

y *In Episcopos assumpti.* De licentia Superioris petita & obtenta: ut legitur & notatur per *Doc. Extra. de elec. si religiosus. li. 6.*

z *Deferant habitum regularem.* Patet ergo hic assumptum in Episcopum non debere mutare priorem Habitum Regularem, nec Continentiam, nec prohibitionem venationis, & ratio hic sequitur.

a *Ne religionem &c.* Ab illis tamen sic assumpti sunt laxati, sine quibus solicitudo Episcopalis & vita sua activa commodè exerceri non potest: cùm fœcunditate sobolis lippitudo *Liæ Rachelis* pulchritudini sit prælata. *Extra. de renunci. c. nisi. §. ne putes.* Talia ergo sibi indulgentur seu remittuntur; puta, silentium Claustri, obedientia Abbatis, residentia, abdicatio proprii, & similia: in aliis autem remanent sub priori Regula sua, ut *supra* dixi. Notatur de hoc latis 16. *q. 1. c. 3.* Plenius notat *W. Extra. de censi. ad nostrum. 1. Respon. venaticos. in Cle.*

Monachus factus Episcopus in quibusdã est exemptus à priori Regula, in quibusdam non.

b *Dignitas.* Sc. Episcopalis superveniens.

c *Excludere.* Hoc enim esset contra Legem. Nam honor ejus auctus est, non conditio mutata: ut facit Lex signanter *ff. de cundi. & demon. l. falsa. §. sed si cui. ar. ff. de adopto. l. per adoptionem. ff. de senat. l. senatoris. 2. in fi. ff. de in jus vocan. l. sed si hâc. §. sed si jus.*

d *Quam.* Scil. Religionem.

e *Individui fœderis.* Tanquam Matrimonio Spirituali vinculatus per professionem suam primam. *ar. Extra. de translat. epi. inter corporalia. §. 1.*

f *Quibus.* Scilicet Religiosis assumptis in Episcopos.

g *In colore.* De scissura namque, seu talliatione staturum est *supra. c. proxi.*

h *Generalis Concilii. Extra. de vi. & ho. cleri. clerici. §. ulti. in fi.* Vel saltem observent consuetudinem Regionis honestam in hac parte: ut legitur & notatur 30. *di. si quis virorum.* ut dixi *in Con. Otho. all. supra. in 1. glo.*

i *Cum honestatis.* Hujus Constitutionis materia non tractatur *supra. in Consti. Otho.*

k *Deputatas ministeriis.* Ut dixi *supra. in Consti. Otho. Basilicarum. 1. Respon. ver. offertur.*

l *Grave.* Tam Animæ suæ propriæ, quàm aliis, quorum Animas curare impediuntur propter voluntariam occupationem talem: & etiam propter indecentiam statûs hujusmodi Clericalis. *ar.* in hoc quod dixi *supra. in Con. Otho. sacer ordo. 1. Respon. ver. quare. in prin.* Sed juxta *Senec. ad Lucil. 22. c.* Facile est tyes occupationes evadere, si occupationum præmia contempseris.

Ne Clerici Jurisdictionem Sæcularem exerceant.

¶ Summarium.

Clerici, præcipuè Sacerdotes, Jurisdictionem Sæcularem à nullo suscipiant, nec exerceant; susceptam autem intra duos menses proximos dimittant, eandem nunquam resumpturi. Contravenientes autem ab Officio & Beneficio sint ipso facto suspensi: qui verò suspensi sese ingesserint, Canonicam ultionem ad Diœcesani arbitrium infligendam, salvis Domini Regis privilegiis, incurrant.

[1] CUM honestatis Ecclesiasticæ speciale decus existat à carnalibus longè fieri actibus, nec Sæcularibus negotiis ministrare manus [k] deputatas cœlestibus ministeriis: [l] grave

---

[a] in præmissis delinquentes
[b] suorum Prælatorum [c] arbitrio relinquimus puniendos.

¶ [d] Præcipimus autem in virtute [e] Sanctæ obedientiæ [f] universis Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, & [g] cæteris Prælatis, ut in locis suæ Jurisdictioni subjectis super præmissis diligenter inquirant, & contra delinquentes Statutum præsens efficaciter observent, & [h] faciant observari; [i] qui si inquirendo desides & negligentes extiterint, vel, postquam eis per facti evidentiam, vel [k] alio justo modo constiterit quenquam delinquere in præmissis, corrigere secundum ea quæ statuta sunt neglexerint, Archiepiscopi à [l] Dalmaticæ, Tunicæ, & Sandaliorum usu; Archidiaconi verò, & alii inferiores Prælati ipso facto [m] ab ingressu Ecclesiæ, [n] donec circa correctionem & emendationem exerceant suum officium debitum, [o] sint suspensi.

¶ [p] Ad hæc, cum Episcopalis dignitas [q] Religionis fructum [r] augere debeat, & cultum ejus apertiùs demonstrare, Præcipimus universis Episcopali præditis Dignitate, ut Habitum [s] gerant, & Ecclesiæ dignitati & honori suo [t] congruentem, prout [u] Canonica edocent Instituta. [x] Specialiter autem Indicimus his, qui de Monasteriis, vel aliis Regularibus locis

[y] in Episcopos assumpti sunt, vel de cætero assumentur, ut suum [z] deferant Habitum Regularem, [a] nè Religionem præcedentem [b] Dignitas [c] excludere videatur, [d] quam sibi debeant vinculo [e] individui fœderis adaptare: [f] quibus etiam districtius Inhibemus, nè utantur vestibus, aut pellibus aliis, vel ornatibus ab Ordine sive Regula sua priore discrepantibus [g] in colore, sed in talibus Statutum [h] generalis Concilii satagunt observare.

a *Ac ſordidum.* Abſurdum etenim Clericis eſt, immo & opprobrium, ſi peritos ſe velint deceptationum eſſe forenſium negotiorum; ut legitur *C. de epi. & cle. repetita in fi. C. de tèſta. conſulta divalia.*

b *Terrena lucra.* Quæ tamen quidam Clerici plus advertunt terrena quàm cœleſtia. Gratius enim intuentur aurum quam ſolemjut pleniùs dixi *ſuprà. in Con. Otho. auditu. 1. Reſpon. ver. avaritiæ ſuæ.*

c *Miniſtri fiant Juſtitiæ.* Generaliter ſecundùm *Inno.* in *c. ſed nec. infra. all.* cum non eſſe debeant talium Conductores, vel Seneſcalli, Procuratores, ſeu Attornati, nec cæteris Sæcularibus negotiis implicari, cum ſint Deo militantes. *21. q. 3. c. 1. & 2.* per totum. Patet etiam expreſſiùs Textus hic poſitus etiam de Juſtitiariis, & aliis *Extra. ne cle. vel mo. c. 1. & c. ſed nec procurationes.* cum *c. ſe.* & quod dicam *infra. in Conſti. proxi.* Sed tamen non dicam, quòd prohibentur Clerici exercere certa negotia etiam Principum Sæcularium. *Extra. de ſim. cum eſſent.* & notat *Jo. An.* in dicto *c. ſed nec.*

†*M. S.* Diſpenſationis.

d *Quam.* Sc. Juriſdictionem ſeu Juſtitiam Sæcularem.

e *Injuria.* Ut *ſupra. in glo. abſurdum.*

f *Nos igitur.* Secunda pars.

g *Extirpare.* Hoc enim pertinet ad talem Prælatum, ut legitur & notatur *ſuprà. c. Con. in proœ. §. nos igitur.*

h *Univerſis.* Id eſt, ſingulis de univerſitate, ut dixi *ſuprà. c. proxi. §. præcipimus. in prin.*

i *In ſacerdotio.* Idem ſi in minoribus Ordinibus, ſed ideò de iſtis expreſſit, quia gravius periculum eſt in eis; ut notat *Hoſti. Extra. ne cle. vel mo. clericis. in prin.*

k *Sæcularem à perſona Sæculari.* Ergo à perſona Eccleſiaſtica Juriſdictionem Sæcularem ſuſcipere poſſunt à contrario ſenſu: de quo dixi *ſuprà. in Con. Otho. contra latronum. 1. Reſpon. ver. locis fidelium.* Sed contra credo: cum hujuſmodi actus hic Clericis prohibeatur. *ar.* Jurium allegatorum *ſupra. 1. Reſpon.* & facit *Extra. ne cle. vel mo. Epiſcopus. li. 6.* & hoc denotat diſjunctiva ſequens.

l *Vel ipſam &c.* Sc. Juriſdictionem Sæcularem: cum hic plus noteturperſona faciens, quàm ipſum factum. *ar.* in hoc quod *ſupra* dixi *c. proxi. & §. præcipimus. in glo. ſed quare.* Item intromittendo ſe de actu forenſi hujuſmodi cultus divinus diminueretur: ideo nec vice propriâ, nec alterius, hoc facere permittitur. *ar. C. de offi. mili. inde. l. nemo. & C. de privile. ſcho. l. 1. in fi. li. 11.* & hoc tene, licet *Inno.* videtur notare contra *Extra. ne cle. vel mo. clericis.*

m *Exercere.* Frequentiùs denotat; ut dixi *ſuprà. in Con. Otho. contra latronum. 1. Reſpon. in fi. ver. exercere.*

n *Qui autem ipſam.* Sc. Juriſdictionẽ Sæcularem, tenendo Curias, & Placita Sæcularia. †*infra duos menſes.* à tempore publicationis iſtarum Conſtitutionum. *ar. infrà. c. Con. miſerabilis. §. nos animarum. ver. eis.* & hoc dico propter verba ſuppoſita, *eam ſuſceperint &c.* Aliquando enim aliter accipitur, ut dixi *ſuprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. infra menſem.* †*Reſumpturi.* Ut legitur & notatur in dicto *c. licet ad profu. §. 1. ver. detenturi.* & hoc etiam denotat dictio præcedens, *omnino &c.*

o *Quia vero.* Tertia pars.

p *Inhibitio non valeret.* Nec talium animos immutaret. *Inſti. de ſuſpec. tu. §. noviſſimè.*

q *Pœnalis ultio ſubſequatur.* *Ar. 13. di. verum.* per totum. Pœna enim adinventa eſt ad emendationem morum hominum. *ff. de pœ. ſi pœna.* & pleniùs dixi in Præfatione *Con. Otho.*

Pœnæ medicinæ morum ſunt.

r *Prædicta.* Suſcipiendo Juriſdictionem hujuſmodi Sæcularem modo prætacto.

ſ *Tentaverit.* Sc. cum effectu. *ff. quod quiſque Jur. l. 1. §. hæc autem verba. Extra. de cle. non reſi. relatum.* De qua materia ſatis dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. auditu. §. 1. ver. agunt.*

t *Ad quæ.* Sc. Officium & Beneficium.

u *Temere.* Hoc dolum non requirit: *ff. ad Turpill. l. 1. §. 1. ver. item ut ait Papinianus.* licet *glo.* notat contra *ff. de judi. cum quem temere. in prin.*

x *Ultionem canonicam.* Sc. arbitrariam: ex quo pœna ibi non exprimitur. *ar. Extra. de offi. del. de cauſis.* & ſic exponit *Jo. An. Extra. de immuni. ec. c. quia. 1. §. ulti. ver. canonicè.* Facit quod dixi in *Con. Otho. c. ulti. §. in adjutorium. in glo. fi. ver. pœna debita.* Sic etiam exponunt *glo. & Hoſti. Extra. de clandeſt. deſ. cum inhibitio. in fi.* Pro quo facit Textus ſequens in hujuſmodi *ver. ultio &c.* & dicam *infrà. c. Conſti. conjugale. in fi.* Quam expoſitionem crederem etiam hic veram, niſi quia hic Suſpenſio ab Officio præcedit: unde exponit hic *ultionem Canonicam*, i. e. Irregularitatem quoad violationem Suſpenſionis ab Officio. *Extra. de re judi. cum æterni. §. pe. & ul. li. 6. & c. li. de ſen. ex. c. 1. §. fi.* ubi hoc tenet *Archi. & Jo. An.* Facit quod notatur *ſupra. in C. Otho. auditu. §. fi.* ubi ad hunc locum remiſi. Sed quoad ingeſtionem fructûs Beneficii credo, qd loquitur de Excommunicatione, quæ dicitur Ultio Canonica; ut patet in hoc qd notat *Gui. Extra. de ſen. excom. cũ medicinalis. 1. Reſpon. ver. non mortalis. & c. dilecto. li. 6.* & hanc pœnam poteſt Epiſcopus relaxare, ut ſequitur, non autem Irregularitatem contractam. *ar.* in hoc quod dixi *ſupra. in Con. Otho. innotuit. in fi.* Sed quia hæc expoſitio valde rigoroſa fuit, attenta pronâ fragilitate humanâ, *ſupra. c. Con. in proœ. §. 1.* ideo cum omnes ſimus, dum vivamus tempore gratiæ, mallentes de miſericordia quàm de rigore reddere rationem, *16. q. 7. alligam.* opinionem prædictam de Irregularitate loquentem reſtringe ad caſum quando Suſpenſio ab Officio lata eſt per Judicem: *ar.* in hoc quod dixi *c. proxi. §. ſi qui vero. in glo. no. celebrans hic expreſſum.* vel quando in ſententia Canonis hoc continetur: ut dicto *c. cum æterni. §. ultim. lib. 6. & e. li. Extra. de ſenten. excom. is qui. §. 1.* alias verò ſuſpenſus à Canone ſi celebrat Irregularis non efficitur. *ar. Extra. de cle. ex. mi. ſi celebrat. in prin.* Hoc notat *Inno. Extra. de cohabi. cle. & mu. ſicut. prope fi.* Item confirmat *Cardi. Extra. de tempo. ordi. eos. in glo. ſed nunquid. prope fi. libro 6.* Multò fortius eſt idem, ſi non ſit ſuſpenſus neque ab homine, neque à Jure, ſed tamen ſuſpenſus quia prohibitus ratione loci; ut plenè notat *Inno. Extra. de cle. peregr. tua. ante fi.* Hanc quoque ſententiam amplectitur *Gui.* tanquam veram, in dicto *c. cum æterni. §. ulti. ver. involvet. li. 6.* Hæc vera de ſimplici Suſpenſione ab Officio, ita quòd prima expoſitio, quam feci *ſupra. in prin.* hujus *glo.* hic ſtet indubitanter vera: ſed quando quis eſt ſuſpenſus ab Officio uſque ad certum tempus, ſtatim per adventum temporis illius abſque alio facto ceſſat Suſpenſio, & habetur pro abſoluto. *ff. de poſtu. §. fi. & l. imperatores. 1. Reſpon. ff. de falſi. l. falſi. §. ordinc.* uſque in finem Legis. Sed ſuſpenſus ab Officio quouſque ſatisfecerit, neceſſariò indiget Abſolutione ſpeciali. *2. q. 5. Presbyter à plebe.* Patet *infra. c. Conſti. venalium. §. 1. ver. alioquin.* Ratio diverſitatis eſt, quia in hoc ſecundo caſu poteſt eſſe dubitatio de ejus Abſolutione, quia unus diceret, plenè eſt ſatisfactum, quòd tamen alius negaret: ut hoc notat *Inno. Extra. de ætate & qualit. cum bonæ. in fi.* primæ *glo.* Hoc tamen ſecundum membrum diſtinxi pleniùs, ut dixi *ſupra. in Conſti. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. uſquequo.* & dixi *ſupra. c. Conſti. domus. §. fi. ver. donec.* Cave tamen, quia ſuſpenſus ad certum tempus, interim celebrans, eſt irregularis, ut dicto *c. cum æterni. §. ulti. li. 6. & c. li. de ſen. excom. cum medicinalis. §. ulti.* licet ſuſpenſus quouſque ſatisfecerit, interim celebrans, Irregularitatem non incurrit, dummodo in conſcientia ſua ſatisfactum reputet; ut hoc notat *Gui. Extra. de elec. quia ſæpe. §. nos Epiſcoporum. ver. ſuſpenſi. li. 6.* Alii verò adeò ſuſpenſi ſunt ab executione ſui Officii, quales ſunt omnes exiſtentes in mortali peccato, & tamen licet celebrent, nunquam ſunt irregulares, niſi in criminibus maximis Conſtituti, ut ſunt Homicidæ, & Simoniaci. *ar.* in hoc quod legitur & notatur per *Doct. Extra. de tempo. ordi. c. ulti.* Ratio hujus eſt, quia Irregularitas tantùm de Jure Canonico introducta eſt: ut hæc & alia plura

Nota quando ſuſpenſus ab officio celebrans efficitur Irregularis.

do

de hac materia notat *Inno. extra. de cle. ex. miniſt. ſi celebret. in glo. quidam ſuper hac.* Excõmunicatus autem à Canone benè ſit irregularis ſi celebret. *extra. de ſentẽ. excom. illorum. 1. Reſpon.* & hoc notat *Inno. extra. de cohabi. cle, & mu. ſicut prope fi.* Immo ſicut ipſe notat in dicto *c. ſi celebret. in glo. quidam ſuper hac. in prin.* ſive à Canone, ſive ab homine ſit Excommunicatione, ſaltem majori, involutus, ſemper eſt irregularis ſi celebret. *Ar. 11. q. 3. ſi quis presbyter c. ſe. in glo. vero.* Præmiſſæ ſimul conjunctæ & combinatæ reddent †decretum quid juris fuerit de quolibet ſic ſuſpenſo celebrante, quod reputo notatu dignum.

† *M S.* Te certũ.

y *Donec emendaverit.* Iſtud non reſpicit Suſpenſionem, de qua præmittitur: ſed relaxationem ultionis prædictæ.

a *Nullatenus relaxetur.* Ergo per prius mittebatur per legem: non autem per judicis ſententiam arbitrariam.

b *Salvis.* Non vult ergo Legatus iſte præjudicare Juri vel Privilegio Laicorum, maxime Regis: ut notatur in Collatione Beneficiorum ad Patronum eorum ſpectantium: *Extra. de offi. leg. dilectus. & de jure patro. cum dilectus. in fi.* & per *Car. Extra. de præben. c. 2. in glo. ſed nunquid.* De hoc notat *Gui. e. t. lib. 6.*

Regis ac officiariorum ſuorũ eſt malos comprimere: ac bonos ſublevare.

c *Domini Regis.* Cujus officium eſt per ſe & ſuos miniſtros malos comprimere, & bonos ſublevare, 23. *q. 5. regum.* ac malefacta punire: *c. q ſunt quidam. & c. rex debet.* alias caveat Rex cum ſuis Conſiliariis privatis ab hoc quod legitur & *no. Eccl. 10. c regnum à gente in gentẽ & c. & Danielis 12. c. in prin.* Unde metricè ait: *O Rex, ſi rex es, rege te, vel eris ſine re, rex. Et ſine re regnas te niſi recte regas. 2. q. 1. ſcelus.* Facit quod dixi *ſuprà. c. Con. in proœ. §. Sanè in glo. in omni gradu.* circa medium: ibi, *ſecundum in qualitibus.* & cum dicat *Regis* in ſingulari, præſtat *ar.* ad dependentiam regnorum; ut dixi *ſuprà. c. Con. in proœ. & §. ulti. poſt prin. in glo. non dicit regna.* dic ut ibi.

d *Privilegiis.* Quæ ad unguem vendicant Clerici Domini noſtri Regis, præcipuè in Cancellaria ſua exiſtentes: dum propter ſcripturam paucorum Brevium per Prohibitiones Regias, manus Ordinariorum in hac parte †diſtringere non repeſcant: ſed tamen neſcio, an ipſa Privilegia Regia ad quotquot Clericos & qualeſcunque, an duntaxat ad certũ numerum obtinentium *Bouche en cour* iſe extendant: quod ultimum convenientius eſſet Juri *Extra. de ver. ſig ſicut nobis. lib. 6. Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. quoniam de habitu. §. ult. ver. commenſalibus. Ar. C. de ſacro. ſan. eccle. non plures. ff. de jure immu. ſemper. §. ulti. ver. nec pro omnibus promiſcuè.*

† *M S.* Conſtringere.

e *Juxta ſacrorum.* Hæc Conſtitutio ſatis continuatur ad *Conſti. ſuprà. c. proxi.*

f *Canonum.* De quibus legitur & notatur 88. *diſ.* per totum. *Extra. ne cle. vel mo. clericis.* & bene notatur 15. *q. 2. in ſumma. Jo. de Athon.*

g *In clericali militia.* Primam tonſuram comprehendit: ut legitur & notatur *ſupra. c. Con. cum in armis. §. in his.*

h *In foro ſæculari.* Secus ergo videtur in Foro Eccleſiaſtico, licet agatur de crimine capitali: ut videtur tenere *Inno*, in dicto *c. clericis. Ar. de procura. tua. Extra. de immu. eccle. cum Eccleſia.* Dicam de hoc ſtatim *ver. exercere.*

i *Pro cauſa ſanguinis.* Secus verò pro recuperatione bonorum alicujus Clerici deprædati. *ar. Extra. de homi. prælatis. li. 6.* Sed certè hoc non credo: cum hic ſtatim ſubjungat *vel alia quacunque, niſi in caſibus à Jure conceſſis.* ut ſequitur, & dicam *infra. ver. exercere.*

k *A jure conceſſis.* De quibus legitur & notatur *ſupra. in Con. Otho. c. ult. §. in adjutorium. ver. in cauſis quoque.* Item pro cauſa fidei. *Extra. de hæreti. ut officium. §. ad conſcribendas. lib. 6.*

l *Exercere.* Frequentiam denotat: ut dixi *ſupra. c. proxi. §. nos igitur.* & hoc eſt quod dixi poſt *Inno. & Jo. An. ſupra. c. proxi. 1. Reſpon. in glo. generaliter.* quod ex cauſa latius repeto. Quæro ergo, an licitum ſit Clericis ſaltem beneficiaris vel Conſtitutis in Sacris procurare vel poſtulare? Dicunt *Inno. & Hoſti.* nec in foro ſeculari, nec in Foro Eccleſiaſtico: ut ipſi notant *Extra. de poſtu. ca. ulti. ar.* ibi, *& Authen. de ſanctiſſi. epi. §. alium. Coll. 12.* ubi talis non poteſt eſſe Procurator litis cujuſlibet ſecundùm *glo.* ibi. Illos namque non decet litigiorum curam gerere, qui pacificis decernuntur ſtudiis inhærere. *Ar. Extra. de judi. cum deputati.* Fallit tamen in caſibus expreſſis in dicto *c. ulti.* & ibi remiſi *ſuprà. in glo. proxi.* ſed *glo. Ber.* in dicto *c. ulti.* intelligit iſtos caſus fallendi quando talis Procurator vult poſtulare coram Judice ſæculari: pro quo benè facit reatus iſte, ut notatur 16. *q. 1. de præſentium.* Unde illæ *glo.* dicunt contra: ſcilicet illum Clericum non prohiberi poſtulare, vel procurare coram Judice Eccleſiaſtico: ut notat *Ber. Extra. ne cle. vel mo. c. 1. & Inno. de obliga. ad ratiocì. ca. unico. ante fi.* idem *Spe. ti. de procu. ver. Item, quòd eſt Epiſcopus.* & hoc obſervat generalis Eccleſiæ Conſuetudo: ut plenius notatur 15. *q. 2. in ſumma.* licet *c. glo. in fi.* dicat hoc eſſe correctum in Sacerdote per Decretalem *Extra. de poſtu. c. ſi.* quod non eſt verum ſecundùm uſum prædictum, nec etiam ſecundùm uſum Romanæ Eccleſiæ. Nec obſtat *§. alium.* quia ibi prohibetur eſſe procurator in certis caſibus: ergo à contrario ſenſu in aliis permittitur: ut notatur *ff. de procu. neque fœmina.* Immo nec Imperator poſſit hoc ſtatuere præterquam in ſuo foro Sæculari. 96. *diſt.* per totum. Vel dic generaliter ubicunque reperis contrarium, ſc. quòd ibi loquitur de honeſtate tantum: ut notat *Bet. Extra. de ſyndico. c. unico. in fi.* intrarium, quod per talem ſatis fundatur judicium objectu partis non obſtante, licet per ſuum Prælatum ab executione hujuſmodi officii poſſet compesci. *Extra. ne cle. vel mo. c. 2.* cum Decretali *Extra. de procur. in noſtra.* Qd verum videtur, niſi forte exciperetur quòd talis hoc officium & generaliter & indifferenter exerceret, *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in prin. hujus glo.* ac etiam pro quæſtu ambitioſè: ut notat *Hoſti. Extra. de poſtu. c. ulti. 1. Reſpon.* Dic ergo conſtanter quòd Clericus hujuſmodi negotia temporalia Laicorum generaliter non poterit occupare de Jure, ut in opinione prima contraria, & dicto *c. 2.* ſed ſpeciale negotium Laici maximè ſpirituale in Foro Eccleſiaſtico benè eſt licitum. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. c. proxi. 1. Reſpon. in glo. & generaliter.* Et notat *Jo. An. Extra. de ſim. cum eſſent. propè fi.* Quid juris vero de Religioſo ſit, an poteſt eſſe Advocatus vel Procurator, dixi *ſupra. in Con. Otho. c. ulti. §. in adjutorium. in glo. qualis eſt. in fi.* Sed in caſu quo prohibetur quis eſſe Procurator propter Religionem vel Clericatum, ut dictum eſt, propter Excommunicationem, ut *Extra. de judi. c. intelleximus.* Quæro, ſi talis Conſtitutus ſit à Domino Procurator cum poteſtate ſubſtituendi, an tenet Subſtitutio ab eo facta? Videtur quòd non: attento medio inhabili: *Ar. ff. de liber. & poſthu. ſi poſthumus à primo. §. itaque. ff. de acquiren. hære. ſi ſervus ejus qui capere. ff. de legi. 2. ſi debitor. §. fi. ff. de acquiren. poſſeſ. Pomponius. §. quæſitum.* cum cauſa magis immediata attendatur. *ff. ad munici. libertus. §. ex cauſa.* Credo contra, ſcil. quòd hoc caſu inhabilitas medii non impediet conjunctionem extremorum habilium. *ff. de leg. 2. cum ei. ff. de condi. inde. & ſi hæc ſpecialis. §. cuidam. ff. ad Trebell. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. de leg. præſt. contra Tab. bo. po. l. 3. §. pe.* & videtur caſus *ff. quid cujuſque univer. nom. l. Item eorum. §. ſed & ſi decuriones. ff. de manu. vindic. pater.* Hoc probo: nam ſublato medio reconciliatur conjunctio. *C. ex qui. cau. ma. l. fi.* cum ibi notatis. Nec obſtant contraria: nam ubi ex intentione diſponentis, vel ex mente Juris vigor & effectus alicujus actus dirigitur ad medium: tunc licet ipſum medium ſit inhabile, tamen regulatur & reſolvitur natura extremorum in hujuſmodi medium, ut in contrariis. Sed ſecus videtur in hac quæſtione ubi ab extremis conſideratur vigor & effectus ipſius actus: ut legitur *ſupra* proximè allegatis. Quod verum videtur etiam in caſu delicti. *ff. ſi quis ali. teſta. prohi. l. 1. §. pe.* Hoc tamen finaliter diſtingue poſt *Jo. An. Extra. de procur. Religioſus. in fi. in Cle.* Aut enim penitus & ipſo jure eſt inhabilis, & ſic ſubeſt impedimentum annullans: & tunc nec ſubſtituet, ut ibi in *c. religioſus. in fi.* ubi Religioſus prorſus eſt inhabilis ad tale officium, niſi interveniente auctoritate Abbatis: quia tunc nihil habet quod in ſubſtitutum transferat. 1. *q. 7. Daibertum. Ar. ff. de offi. p oconſu. obſervare. §. fi.* Aut eſt inhabilis ad officium hujuſmodi per objectum exceptionis, qua non oppoſita habilis eſſet, ut eſt de Conſtituto in Sacris: ut in prima *quæſt.* & de Excommunicato: ut *Extra. de excep. pia. §. ſed ſi poſt rem. li. 6.* & tunc cum ſit tantum impedimentum elidens, non annullans, bene ſubſtituet,

An medii inhabilitas impediat conjunctionem extremorum?

donec competenter ſatisfecerint: reorum autem in talibus defenſores ad arbitrium Diœceſani puniantur.

Ne Clerici Advocati ſint in cauſis Sæcularibus, nec Judices, nec Aſſeſſores.

¶ Summarium.

Clerici qui in cauſis Sæcularibus, præcipuè ſanguinis, fuerint Advocati actorum, aut Judices, aut Aſſeſſores, ſint ipſo facto ab Officio ſuſpenſi, nec abſolvantur à Diœceſanis,

---

substituet, ar. ff. de pac. si unus. §. pactus ne peteret. cum §. sc. ff. de procu. filiusfamilias. §. veterani. & sic Delegatus inhabilis subdelegat. Extra. de offi. dele. judex. li. 6. Ar. pro solutione ff. de ver. ob. inter stipulantes. §. sacram. Per præmissa quoque patet, quòd distinctio non valet, videlicet an mandaverit primus constituens certum substitui, an incertum, quam quidam ponunt. Ar. in hoc quod legitur[l] & notatur ff. de Ædil. edic. cum mancipium. ff. de libera. causa. in servum. aliàs in servo.

a *Si quis.* Secunda pars, & supple, sc. Clericus.

b *Pro Actoris parte.* Nunquid ergo hoc licebit Clerico pro parte rea? Videtur quòd sic à contrario sensu: de quo dixi *suprà. in Consti. Otho. contra latrones. 1. Respon.* & hoc tenet *glo. 14. q. 6. si res. ver. intendere.* ad quod facit quod ponitur *54. di. sequens in 1. glo.* Dic tamen tutius esse pro Clerico, nec pro Actore nec pro Reo postulare, saltem in Foro seculari: ut plenius notatur *51. di. aliquantos.* unde dic ut ibi. Item pro parte rea in causa sanguinis Advocatus irregularitatem incurrit. Notat *Spe. ti.* suo in *tractatu de dispensatione. §. juxta propositionis. ver. quæritur quando occasione homicidii.* & in tribus columnis sequentibus.

c *Certaverit.* Etiam legibus, licet non probet. *C. de posiu. quisquis.*

d *Sit suspensus.* Sed quæritur an nihilominus hoc casu valet ejus processus? Videtur quòd non. *Extra. de immu. eccl. c. decet. li. 6.* Super hoc dicit *Inno. Extra. ne cle. vel mo. sicut te.* quòd si Clericus, etiam in sactis Ordinibus Constitutus, fecerit Instrumentum antequam interdicatur ei, nihilominus benè tenet Instrumentum: quia multa fieri prohibentur. *Extra. de regula. ad Apostolicam.* Sed post interdictum sibi hujusmodi officiũ non teneret ipsius officii executio: *ar. Extra. de ap. pastoralis.* aliàs hujusmodi Judicis prohibitio fieret ludibrio: quod esse non debet. *ff. de judi. si Prætor. Extra. de elec. commissa. §. porro. lib. 6.* & hanc pœnam inducat temeritas contrahentium, ipsum rogantium ad executionem officii interdicti secundùm alios in dicto *c. sicut te.* Alii distinguunt, aut sit notorie eis interdictum: & tunc sunt suspensi quoad se & quoad alios, aliis non. *ar.* in hoc quod dicitur *Extra. de cohabi. cle. & mu. nostra. & ult. & ff. de offi. Prato. Barbarius. ff. de insti. act. sed si. §. de quo.* Sed *Hosti.* contra dicto *c. sicut te. Extra. de hæreti. si adversus.* dicens, quod quantumcunque sit eis etiam notorie interdictum, tamen benè valet Instrumentum: quæ sententia in Tabellione omnino apparet falsa. *Extra. de hæreti. excommunicamus. 1. §. credentes. ver. quòd si forte.* prope finem, sed certè ibi loquitur de Notorio Excommunicato, qui non paruit interdicto. *arg. 3. q. 4. nullus.* Unde sententia prædicta luculentiùs apparet in Advocato: quia secundùm eum non reperitur in jure cautum quòd cassetur sententia per advocationem talis lata, licet per exceptionem à † postulato repelli possit. *Extra. de sen. excom. decrevimus. lib. 6.* ubi de hoc notat *Jo. An.* Secus est ergo dicendum de non excommunicato Advocato vel Notario: quia semper tenent acta per eos, ex quo talia officia publicè gerunt, saltem quamdiu Excommunicati non fuerint: ut est dictum, & patet *Authen. de tabellio. §. fi. ver. præter hæc. Coll. 4.* sufficit enim talibus pœnam imponere subtractionis beneficiorum: ut dicto *c. sicut te.* & lucrum de tali Patrocinio inhibito obveniens in caulam piam erogare. *Ar. Extra. de Judæis. cum sit. §. fi. secundùm Hosti.* ut prædixi, qd probo. Non debemus namque pœnam in Jure non appositam adinvenire de novo. *ff. de religi. & sumpti. funer. l. ac si quis. §. & generaliter. ff. de sepul. violat. l. 3. §. non perpetuæ.* cum non sit nostrum Legem extendere. *ff. fo. ma. si vero negotium. §. de viro.* Unde si aliam pœnam voluisset Lex imposuisse, illam expressisset. *Ar. Extra. de deci. ad audientiam. cum si.* sicut etiam alias fit *Extra. de immunita. eccle. adversus. §. quia verò.* De hac materia notatur in *Spe. ti. de instru. edi. §. restat. ver. sed cum dixeris.*

e *In aliis vero.* Sc. casibus sæcularibus pœnâ sanguinis non ingerentibus.

f *Qualitatem ipsorum arbitrio.* Sc. Judicum, ut satis dixi de hac materia in *Con. Otho. c. ulti. §. in adjutorium. in fi. glo.*

g *In eisdem quoque.* Ut Judex, immo nec aliquod ministeriũ ibidem gerens, sed nec interessens ubi hujusmodi Judicium exerceatur. *Extra. ne cle. vel mo. clericis. 1. Respon. & c. sententiam. in prin.*

h *Quisquis verò contrafecerit.* Id est, Judex vel Assessor in tali causa sanguinis esse præsumpserit: non tamen extenditur hæc pœna ad interessentem talibus, de quo *suprà. in glo. proxi.*

i *Præter.* Hæc dictio in statutis pœnis & in prohibitis semper adjicit; & sic ponitur inclusivè: ut *suprà. in Con. Otho. ad elidendum. §. utroque. in fi. vers. præter. & suprà. c. & Con. Ingredientibus. §. si & infrà. c. Con. sacrorum. §. ad hæc. & §. fi. & Con. asoris. §. 2. & §. quia. & Con. Christiana. §. quòd si eum. ff. de pigno. act. l. 1. in fi. C. de sacrosan. eccle. non plures. §. 1. C. de servis fugi. l. 4. 2. Respon. ff. de diver. nullum.* Idem etiam in ampliativis. *ff. de annuis legat. Scio. §. uxori. ff. de penu lega. nam quod liquidæ. in fi. ff. de procur. Pomponius. §. & is qui. 13. q. 2. Ebron. in prin.* ubi de hoc notat *Gui. & Extra. de immu. eccle. c. decet. in fi. li. 6.* Alias in dispositione seu locutione simplici ponitur exclusivè seu exceptive, & privat. *16. q. 1. adjicimus. Extra. de tempo. ordi. quæsitum. & infrà. c. Con. ad tutelam. §. ad hæc.* De dictione *nisi* dixi *suprà. in Con. Otho. ad vicarias. 1. Respon. ver. nisi.* vel dic per ea quæ ibi notavi. †MS ad Justitiæ

k *Suspensionum.* De hoc dic, ut *suprà* capitulo proximo.

l *Quam indecorum.* Hæc Constitutio adjicit ad illam quæ habetur *suprà. in Con. Otho. licet ad profugandum.*

m *Puritati.* Quæ summè consistere debet in Sacerdotibus. *Authen. quomodo oporteat epis. & reliq. cle. §. quòd si etiam. Coll. 1.*

n *Pollutis labiis & manibus.* Ut dixi in *Con. Otho. Basilicarum. 1. Respon.*

o *Divinæ.* Ut in Epistola *Pauli ad Ephe. 5. c. in prin.*

p *Canonicæ leges. 81. di. quicunque. & c. si quis sacerdotum.* et c.

† *MS.* Postulando.

¶ [a] Si quis autem contrafecerit, liquidem in causa sanguinis, si [b] pro Actoris parte [c] certaverit, ipso facto ab Officio [d] sit suspensus: [e] in aliis verò per Diœcesanos excessum hujusmodi compesci Præcipimus & puniri, pœnæ condignæ [f] qualitatem ipsorum arbitrio reservantes. [g] In eisdem quoque sanguinis causis, in quibus mortis aut mutilationis membrorum Judicium agitur, similiter Inhibemus, nè quis in Clero Constitutus Judex aut Assessor esse præsumat. [h] Quisquis verò contrafecerit, [i] præter Suspensionis ab Officio pœnam, quam ipso facto incurrat, aliàs juxta sui Superioris arbitrium puniatur; à quibus [k] Suspensionum sententiis per suos Diœcesanos nullatenus absolvatur, nisi prius satisfecerit competenter.

De Concubinariis.

¶ Summarium.

Statutum contra Clericos Concubinarios ab Othone Constitutum approbans, adjicit, ut Archidiaconi locorum singulis annis diligentem inquisitionem de illis faciant, inventosque juxta Statutum puniant, & nihilominus Episcopis indicent in eosdem pro Officio animadversuris. Quam rem Archidiaconus indicare negligens, ab ingressu Ecclesiæ, & Episcopus admonitus non exequens, à Dalmaticæ & Sandaliorum usu usque ad emendationem suspendatur. Qui verò Concubinariis auxiliatores fuerint, aut ipsis vel Concubinis eorum domos locaverint, si Clerici sunt, consimili plectantur pœna, sin Laici, ad arbitrium Episcopi. Concubinæ verò notoriæ ab ingressu Ecclesiæ, dum Divina fient, arceantur, nec ad corpus Dominicum admittantur. Deprehensi autem in Adulterio, aut alio peccato notorio, si ob impunitatem ad alia loca profugerint, à Diœcesanis illorum locorum in Excommunicatione teneatur, usque ad salutarem Pœnitentiam.

[l] Quam indecorum sit, & [m] puritati Christianæ contrarium [n] pollutis labiis & manibus Sacra † tangere, vel laudem offerre † munditiæ aut seipsum fœdatum luxuriæ maculis in Templo Domini præsentare, non solùm [o] Divinæ aut [p] Canonicæ Leges, verùm etiam Sæcula-

& c. oportet. in fi. & per totum Jo. de Athon.

a *Secularium Principum monita. Authen. de sanctiss. epis. §. 1. & §. clericos. Coll. 9.*

b *Prospexerunt.* Nunquid ergo Judex vel Advocatus allegando Jura debet exprimere nomen Canonis vel Legis? Videtur quòd hic. *Ar. Extra. de elect. Constitutionem. in princ.* ubi de hoc notat *W. in Consti. Cle.* & hoc videtur *Gui.* tenere. *de excep. pia. §. si quis ergo, ver. & nomen. li. 6.* Contrarium servatur à veteranis Advocatis: *Ar. suprà. in Consti. Otho. quod in quodam &c. Extra. de cohabi. cle. & mu. vestra. in prin.* ibi, *alicubi &c.* immo hæc est cautela, ut non nominetur, nè instruat adversarium. *Ar. Extra. de proba. c.* 3. prope finem ibi, *cum Fure cautum sit,* & in eo quod legitur & notatur 45. *dist.* alias 70. *dist. §. Salomon. ver. huic in canonibus.*

c *Indicentes.* Sc. Divinæ & Canonicæ Leges: vel dic i.e. Principes.

d *Quos.* Secunda pars: & dic sc. Principes, aliàs est in litera *quasi,* & tunc dic, sc. Leges prædictas.

e *Statuit.* Ut in *Consti. Otho. all. suprà. in 1. glo.* Unde *glo.* quas in dicta Constitutione pertractavi diffusè, hìc, si placeat, non tædeat sufficere.

Pudicitia. Castitas.

f *Nos autem.* Tertia pars.

g *Pudicitiam.* Quæ est virtus consistens interius in mente, sed Castitas est voluptatis coërtio in corporis exteriore parte. Dicitur autem Pudicitia à *pudeo, des,* quod verecundari debent Clerici hujusmodi fœdis maculari. *Ar.* in hoc quod *all. suprà. in 1. & 2. glo.* Unde juxta *Senecam* ad *Lucil. 23. c.* Nutriendus est pudor, qui quamdiu in anima duraverit alicujus erit bonæ spei locus. *ff. de fur. l. penult.*

h *Gemmam virtutum.* Propter ejus coruscantem fulgorem: ut legitur intantum quòd Angelis est congrata virginitas, secundùm *Hierony.* & dixi *suprà. c. Consli. quoniam cæca. §. omnis autem. ver. humilitas.*

i *Persuaderi.* Id est, alliciendo & hortando, de quo notatur 33. *q. 5. qui fitit. in glo. ar. ad hæc ea.*

Melius aliquid fit ex voto quàm sine voto.

k *Professionis vinculo.* Hic quæro, an melius sit facere aliquid boni ex vinculo voti, quàm sine voto? Dicit frater *Tho. de Aquino* quòd ex voto propter tres rationes: quia vovere est actus latriæ, quæ est nobilissima virtus. Nam secundùm *Isido. 8. Ethi.* latria *Græcè,* servitus *Latinè* dicitur, sc. veræ religionis uni & soli Deo debita: unde Idololatria dicitur infidelitatis cultus: ut notatur 28. *q. 1. idololatria. in prin.* Illud autem quod ascribitur nobiliori virtuti melius est, & magis meritorium. Secundò, quando quis vovet plus se Deo subjicit, quàm qui non vovet: sicut qui daret arborem cum fructu, quàm qui tantum daret fructum, secundùm *Ansel.* unde etiam nedum damnibus, sed promittentibus gratiæ Deo aguntur. Tertiò, quia per votum voluntas inviolabiliter applicatur & firmatur ad bonum: facere autem aliquod bonum ex voluntate firmata pertinet ad perfectionem virturis, secundùm Philosophum 2. *Ethi.* Unde *August.* de bono Conjugali, Bonum erat quod faciebant, qui de sua substantia Christo & Discipulis necessaria ministrabant, sed melius, qui pro intentione Domino serviendi omnes suas facultates simul pauperibus erogabant, absolutè volentes egere cum Christo. & hoc notat *Gui. 1, q. 2. si quis.* Expedit hominibus vovere, dummodo fiat rationabiliter votum. Quod dic per *Archi. 17. q. 1. quæ bona. in fi.* Huic tamen opinioni multum obstat quòd dicit, Christum plus amare quod sponte tribuitur, quam illud reddi, quòd ex Obligatione debetur. 28. *q. 1. jam nunc.* circa medium. *ver. multa autem.* 33. *q. 5. qui sitit. propè prin.* Solutio. Ut ibi patet, illud est majoris gratiæ, sed hoc fit magis meritoriè: vel dic, ibi loqui humano more, sed apud Deum credo gratiosius esse, quod fit cum majori & ferventiori charitate. *Ar. 1. q. 1. vide quantum* & quod ibi notatur. Nec obstat quòd necessitas præmium perdat. 12. *q. 2. quàm præpostera.* Notatur *Extra. de Rer. Juris si qui ex timore.* Nam hoc est verum de necessitate, quæ ita est violenta, quòd voluntatem penitus excludat. *Ar. Extra. quòd metus sacris.* Unde *Apostolus* ad *Corin. Unusquisque enim prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.*

Hilarem datorem diligit Deus.

l *Imperari. 28. di. quando. Ar. 27. q. 1. si bono esse.* Sed contra: quia licet virginitas posset persuaderi, non tamen imperaris magis enim est res voti, quàm præcepti. 32. *q. 1. integritas. in prin.* Solutio. Aliquando imperatur ratione voti, ut hic; aliquando delicti: ut ibi plenius notatur, & notatur 28. *distin. nullum.*

Magis est votum quàm præceptum.

m *Adjiciendo statuimus.* Hic patet quid operatur ad *Consti. Otho.* ut dixi *suprà. in 1. glo.*

n *Ut Archidiaconi locorum.* Nota, convenientius est Archidiaconis, quàm Episcopis actui inquisitionis talium vilium insistere: sic *suprà. in Con. Otho. de Archidiaconis.* Non tamen hoc nego quin Episcopi de Jure hoc faciant: ut legitur & notatur *suprà in Con. Otho. quid ad venerabiles. Extra. de offi. ordi. conquerente. §. 1.* ibi, *correctionem. Extra. de accu.* quasi per totum. Sed nunquid tunc locum habet præventio? Dixi *suprà. c. con. quoniam cæca. §. 1. in glo. ergo cura.*

o *Post Episcopos Extra. de offi. Archi. ad hæc. §. 1.*

p *Inquisitionem.* Sc. generalem, ubi certa persona non est diffamata: *Arg.* in hoc quod satis dixi *supra. in Con. Otho. quid ad venerabiles. §. circueam. prope prin.* magnæ *glo.* quod malè à pluribus conservatur, dum quærant, an *Titius* sit pater talis prolis contra Legem ff. *de quæsti. l. 1. §. qui quæstionem.* Et notat *Inno. Extra. de postu. præla. c. 1.* cum similibus notatis in dicta *glo.* remissiva.

Nota Archidiaconũ posse inquirere de Titulo incumbentiæ licèt non possit desistuere.

q *Faciant. Sc.* quantum in se est, sicut *infra. e. c. proxi. §. nos autem. ver. ipse verò.* Non ad eos pertinet destitutio Rectorum de Jure Communi, sed potius ad Episcopos. *Extra. de offi. ordi. conquerenti. §. 1.*

r *Invencrunt.* Per suam Inquisitionem, de qua præmittitur.

s *Episcopis.* Ad quos solos principaliter hujusmodi pertinere videntur, sic legitur & notatur 2. *q. 7. si quis Episcopus. in prin.* de hoc tamen dic, ut *supra. in Con. Otho. contra latronum. §. si.*

t *Nunciare.* Nota, ergo quòd de Jure Communi Archidiaconi majora negotia sibi non habent usurpare, sed talia eorum Episcopis nunciare seu intimare. *Extra. de offi. Archi. ad hæc. §. 1.* Sed nunquid hoc casu eorum denunciationi sit standum quoad pœnã absque alia cognitione imponendã? Videtur quòd non. Eulogia enim fiunt quandoque non ex bono zelo. *ff. de custo. reorum. divus.* Potest tamen distingui, an plene cognovit de causa, an non. *Ar. supra. in Consti. Otho. cum non solum.* Facit ad idem quod notat *Inno. Extra. de offi. ordi. cum Ecclesiarum. in glo. benè dicit.*

u *Debitum.* Non dicit voluntatem burfalem, ut sic quantum quis valeat, non quantum dare sufficiat æstimetur. *C. de epis. & cle. quamquam. §. 1.*

x *Exequantur.* De hoc dixi *supra. in Consti. Otho. cum sit ars. §. si. in prin.*

y *Postquam.* Versiculus.

z *Denunciatum.* Quid ergo si aliter sibi sufficienter constiterit, nunquid postea negligens hanc incurrit pœnam? Videtur quòd sic. *Ar. ff. de act. empt. l. 1. in fi. Extra. de Reg. Juris. cum qui certus. li. 6.* ubi tenet *Dy.* quòd regulariter pars non astatur ad notificandum parti. Idem tenet *glo.* in *Extravagan. Jo. 22. suscepti regiminis. §. pe. ver. noluerit.* Sed contrà videtur expresse *Extra. de concess. præben. c. 1. ver.*

ex

ex parte. li. 6. Ar. Extra. de conſue. c. ulti. in fi. li. 6. & c. li. de præben. ſi pluribus. §. ulti. ubi exponit *Gui. nota.à.e. paſſa.* Solutio. Aut lex requirit ſolam ſcientiam: & tunc præſumitur ſcire quis citius vel tardius, prout factum eſt publicum vel occultum: *Extra. de conceſ. præben. c. 1. in fi. in Con. Cle.* & notat *Vv. Extra. de ſupple. negli. præla. c. 1. §. Prioratus. in fi. in Cle. ff. de admi. tu. pater. in fi.* Aut contenta non eſt ſola partis ſcientiâ, ſed diligentiam ulterius requirit: & tunc neceſſe eſt de illo conſtare per partis notificationem. *Ar. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. denunciare. & §. denunciari. ff. de admi. tu. quoties. §. ſicut autem. in fi. ff. de requiren. reis. annu. ff. de libellis dimiſſ. l. unica. ver. ſufficit. Ar. ff. de adult. denunciaſſe. & l. vim paſſam. §. nupia. Extra. de elec. cauſam. in Con. Cle. Ar. C. de adult. Authen. ſi quis ei quem.* cum *glo.* ſic vult *glo.* intelligere *Extra. de offi. dele. prudentiam. in glo. qui ſit.* & ſic intellige *Extravag. ſuſcepti regiminis. §. nos de illo. prope fi.* Ratio eſt, quia plus videtur diligentiam adhibere, quam negligentiam non committere. *ff. de admi. re. ad civi. pertì. magiſtratus. infrà. c. proxi. §. nos autem. verſi. qui.* & ideo hic inferius in litera punitur negligentia: ſed quoad diligentiam prætactam ſola exhortatione eſt contenta: ut hic patet. De hac materia dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. baſilicarum. §. porro. in glo. nota negligentiam.* & dicam *infra. e. Con. Chriſtianæ. §. in poſterum. in ver. denuncians negligens fuit.* De hoc dixi *ſuprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. digne.* circa medium. ibi, *cavcat &c.*

† *MS.* Præcipiunt.

a *Ab ingreſſu Eccleſiæ.* De hoc dixi *ſuprà. c. Conſtitu. cum ſanctì. §. præcipimus.*

b *Epiſcopus vero à dalmaticæ &c.* Hunc textum expoſui *ſupra. c. Con. domus. §. quòd ſi rector.* ibi, *Epiſcopus verò.*

c *Quæ ſtatuta. ſupra. §. 1.* & in *Con. Otho. all. ſupra. in 1. glo.*

d *Ad hæc.* Quarta pars.

e *Parificet.* De hoc ſatis dicam *infra. c. Conſtitu. ad tutelam. §. nos igitur.*

f *Percipiunt.* Supple, intentionaliter vel ſcienter: ſcientiam verò non ignorantiam volunt Jura obligare. *Ar.* ad hoc quod plene dixi *ſupra. in Con. Otho. contrà latronum. 1. Reſpon. ver. ſciverit.*

g *Permittunt.* Scilicet de facto, non tamen permiſſione Juris.

h *Domos ſcienter locant &c. Ar. ff de adulter. qui domum. §. 1. & l. mariti. §. hoc quinquennium.* Sic nec uſurariis, ſaltem manifeſtis, licet domos locare, vel alio titulo concedere. *Extra. de uſu. uſurarum. §. 1. in fi. li. 6.* Sic nec monetariis falſæ monetæ. *C. de. falſa. mod. 1. §. domus.* uſque in finem legis. Sed contra iſtud opponitur *ff. de peti. hære. ancillarum. §. 1.* Solutio ut ibi.

i *Ad arbitrium Epiſcopi.* De hoc remiſi *ſupra. c. proxi. §. ſi quis. Ar. in glo. ut ſatis.*

k *Prædictæ vero.* Quinta pars.

l *Alio juſto modo. Sc.* notorio, de quo legitur & notatur *Extra. de cohab. cle. & mu. c. noſtra. & c. tua. Extra. de ver. ſig. cum olim. in fi.* & bene notat *Ber. Extra. de appel. cum ſpeciali. ver. confeſſione.* Non autem intelligas indiſtinctè de aliis generibus probationis, de quibus legitur & notatur *Extra. de reſti. Otho. cum ad ſedem. in glo. nota quarto. Extra. de do. & contu. finem. in glo. vel per teſtes.* & ſingula genera probationis notantur per *Hoſti. de probat. c. ulti.* Sufficere tamen videtur violenta Juris præſumptio: ut notat *Extra. de præſump. literis. in glo. quæ ſuſpectus. Ar. op. C. de adult. Authen. ſed hodiè.* Facit ad expoſitionem prædictam *ſupra. in prin. hujus glo.* idem quod *no. Extra. de confeſſ. c. 1. in prin.*

m *Penitus arceantur.* Alioquin nominatim monitæ ut exeant. ſi hoc facere recuſant, in Excommunicationis ſententiâ incidunt ipſo facto. *Extra. de ſen. ex. gravis. §. ulti. in Con. Cle.*

n *Nec eis.* Sc. perſeverantibus concubinis, nè objiciatur de *Maria Magdalena, & Pelagia* peccatrice. *Ar. 50. di. ſeirum.* Sic exponit *glo.* illud, *Non legimus venatorem ſanctum.* verum eſt dum exiterit venator: ut legitur & *no. 34. di. quorundam. in prin. 86. di. Eſau.*

o *Cum Judicium ſibi manducet &c. 1. ad Corin. 11. c. in fi. de conſe. di. 2. timorem. in prin. c. cum ſancta. cum ſim.*

p *Indignè.* Quod fieri dicitur, niſi tria adſint, ſc. timor, fides, & conſideratio diligens: ut *le. & no. de conſe. di. 2. timorem. in prin.*

q *Cæterum.* Sexta pars.

r *Fugiat.* Quæ fuga hic ſtatim comparatur damnationi in caſu Notorii, licet convictus non eſſet. *Ar. ff. de bo. liber. ſi in libertum. in fi.*

s *Seu Confeſſione.* Tripliciter enim dicitur quis confiteri: ore, rei evidentia, & contumacia: ut notatur *Extra. de præſump. nullus. in fi.* aliàs vero fuga præſumptionem contra fugientem inducit. *ff. de requi. re. l. ulti. cum ſua glo.* Tripliciter quis confitetur.

t *De Provincia &c.* Hic æſtimo loqui de Provincia Metropolitica, licet aliàs Jura loquantur frequenter de Provincia vulgari: ut notatur per *Inno. & Hoſtien. Extra. de teſti. ultra tertiam. in fi.* & notat *Gui. Extra. de fo. compe. Romana. §. contrahentes. ver. contemnant. li. 6. de do. & contu. cum olim. propè fi.*

u *Noſtræ legationis.* Ulterius enim non prætendunt Statura Legati. *Extra. de con. cum animarum. §. fi. li. 6.* & dixi *ſuprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. ver. detinent.*

x *Ad mandatum Prælati.* Nunquid ergo non parentem poſſet mandans ad exequendum compellere per cenſuras? Videtur quòd ſic per hunc textum: nam mandatum ſeu juſſus ſuperioritatem importat. *Ar. ff. de re judi. à divo. §. 1.* ibi, *ſi hoc juſſum fuerit.* cum *l. ff. quod juſſu. l. 2. in fi. Inſti. de Atti. tu. §. ſed hoc jure.* Item hanc ſuperioritatem videtur habere mandans auctoritate hujus Canonis, & ex hoc parem vel ſuperiorem compellere poſſit: *ar.* in hoc quod notatur *Extra. De con. ut animarum. ver. promulgatur.* ibi, *ſed pone Bonon. ar.* in hoc quod legitur & notatur *65. diſ. ſi forte. in glo. ſed nunquid.* ut ſic non parendo Canon ſtatuens ſperni ſeu contemni videtur. *ar. 21. di. in nouo. circa m.* Præterea videtur caſus in executione contra criminoſos, aliàs non parens graviter punietur. *Authen. ut nulli judi. §. ſi quis vero comprehenſorum. Coll. 9. C. de adulter. Authen. ſi vero criminis.* & licet forte in propoſito hæc opinio probabilitatem haberet: *ar. 90. di. præcipimus.* notatur *Extra. de treu. & pace. c. 1. in fi.* tamen in contrarium eſt Communis ſententia magiſtrorum; non enim par in parem vel ſuperiorem habet imperium: ut ſatis notatur per *Cur. Extra. de fo. compe. Romana. §. contrahentes. ver. vel ſi forte. li. 6.* Quòd ſi non pareat, per ſuperiorem illius non parentis compulſio conceditur, ut ibi notatur, ſed ipſe ſcribens requirere tantum debet in mutuum juris ſubſidium: ut notatur de hac materia *Extra. de fo. compe. ca. unico. §. fi. in Conſti. Cle.* aliàs *ar.* pro hac parte *Extra. de fo. compe. poſtulaſti. in fi.* ubi de hoc per *Jo. An. ff. de iu. & cu. datis ab his, divi. §. pupillo. ff. qui pe. tu. divus. §. ſi quidem. ff. de magiſ. conve. l. 1. §. ſi quando. ff. de cuſto. re. l. ſolent. ar. op. Authen. de defen. civi. §. non habente. Coll. 3.* Juxta quod expone hic *ad mandatum*, id eſt, ad requiſitionem. Sic exponit alibi *Hoſti.* in hac materia *monuiſſet*, id eſt, requiſiſſet: nam ſecundùm eum ad Superiorem ſpectat imperioſa monitio, ad inferiorem verò humilis requiſitio. *ar. Extra. de ſupplenda negli. præla. c. 1.* Nec Statutum nec Conſuetudo aliqua dare poſſet, quòd Superiori inferior imperaret, vel animadverteret in eundem: eſſet enim res monſtroſa & inordinata. *89. di. ad hoc.* ut notat ipſe *Hoſti. Extra. de appel. dilectus. 1. Reſpon. ver. Epiſcopum monuiſſet.* Judex tamen rectè ſuis ſubditis imperat, etiam ſuper re ſub Juriſdictione ſua non exiſtente: *ar. ff. de re. eorum qui ſunt ſub tu. vel cu. magis. §. idem.* ſed hic non ſubditus parens per hoc non fit obedientiæ mandantis. *ar.* in hoc quod notat *Ber. Extra. de reſti.*

Par in pare non habet imperium.

Spo-

ſſo. cum olim. in glo. 2. Fa. de Athon.

a *Exequatur.* Sed an Executor habeat Juriſdictionem, ita quòd poſſit admittere aliquâ exceptionem? Videtur quòd non: cum ſit datus ad petitionem Judicis plane de cauſa cognoſcentis. *C. de execu. rei ju. ſi ut proponis.* Dic contra, ſi ſententia appareat nulla: ut notatur *Extra. de offi. dele. paſtoralis. §. pe. in gl. ad intelligentiam.* vel notoriè injuſta: ut notat *W. Extra. de foro compe. ea. 1. §. pe. in fi. in ver. requiſiſti. in Con. Cle.* Facit quod notat *W. & Ber. Extra. de app. ſicut. ver. ſimili. in Cle. & e. li. de cenſi. c. ſi. in fi.* Non tamen ad hoc arctaretur Executor, ſc. ut hujuſmodi exceptionem aliquam facti admitrat, licèt Judex cognoſcens ad hoc teneatur. *ff. de judi. ſi prætor.* Potest tamen Executor, ſi vult, hujuſmodi exceptionem admittere ad impedimentum executionis, ſi objiciens vult hujuſmodi nullitatem incontinenti probare: *ff. ut in poſſe. ſi is à quo.* aliàs ſecus. *C. de falſis. l. 2.* ut notatur per *Compoſt. Extra. de reſcrip. ſuper literis.* circa medium ibi, *item pone quòd coram.* Plenius per *Gui. 2. q. 1. judex. in fi.* ubi etiam quærit, an in executione ſententiæ prædictæ Judex cognitionem ſententiariã? Videtur quòd ſic. *ff. de re judi. à Dyo. § ſi ſuper rebus.* Sed ipſe diſtinguit poſt *Inno. & Hoſti. Extra. de re. judi. cum ſuper. prope fi. in ver. præjudicio.* quia aut petitur ſententia mandari ad executionem ſuper rebus aliis, quàm in illis quæ adjudicatæ ſũt: tunc ſententiaria cognitio requiritur, ut in *§ ſi ſuper rebus.* & ad hoc deſervit vocatio, quâ utuntur Moderni, cum faciunt partem citari ad oſtendendum cauſam rationabilem, quare ſententia prius lata per ſe, vel ſaltem per alium inferiorem, non debeat executioni demandari. Aut non in rebus aliis, ſed in illis tantum, quæ adjudicatæ ſunt per ipſum, ut in exemplis in dicto *c. cum ſuper.* & tunc nulla ſẽtentiaria cognitio adhibetur, ſed per Officium Judicis exequetur. Nam hoc caſu principali cauſâ in factâ jam plena cognitio ſecundùm eos.

b *Redeat.* Scil. fugiens iſte delinquens.

quatur, [b] donec ad pœnitentiam [c] redeat ſalutarem.

De Reſidentia Vicariorum.

¶ Summarium.

Quicunque contra Statutum Othonis *aut non Sacerdos, aut non Reſidens in loco Vicariæ fructus collegerit, reſtituat eorum medietatem Eccleſiæ illi, & reliqua medietatis partem unam pauperibus dictæ Eccleſiæ, & reliquam Archidiacono loci, qui diligenter ſuper hoc quotannis faciat inquiſitionem, & Vicariam contrafacientis vacare ſtatim denunciet, Prælato de eodem Officio ſuo ſub pœna Suſpenſionis à Collatione functuro. Contra predicta autem rebellans per menſem ſit aliis Beneficiis (ſi qua habet) privatus, & ad eandem Vicariam perpetuò, & ad cætera Beneficia per triennium inhabilis. Quæ omnia tam de præteritis quàm de futuris intelligentur. Et ſi Archidiaconus injuncta ſibi in hac re neglexerit, uſque ad ſatisfactionem ab ipſa parte privetur, & ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus.*

[a] SAcrorum Canonum [d] diſpenſatio [e] quaſi clavis ad aperiandum varias portas ſalutis & gratiæ Spiritualis hominibus eſt conceſſa, [f] quam habere neceſſarium eſt, ut †clauſis aperiat, [g] qui curam obtinet Animarum: qui etiam clavem geſtat, [h] extra manſionem vagari non debet, ut paratus ſit [i] in ſtatione [k] contimuà vocantibus, & non vocantes ſuis exhortationibus [l] quaſi paſtor ſollicitus ad ſe trahat.

¶ [m] Hæc licèt antiqua Sanctorum Patrum decrevit auctoritas, quia tamen ab iis qui temporalem fructum plus diligunt quàm æternum, invenitur temere non ſervatum, prædictus Legatus circa utrumque providens Statuit inter alia nullum ad Vicariam de cætero admittendum, niſi jam in Presbyterum ordinatum, vel ſaltem Diaconum proximis temporibus ordinandum, qui renuncians aliis Beneficiis ſiqua habet curam Animarum habentia, juret ibi Reſidentiam facere corporalem, alioquin Inſtitutionem illius nullam fore Decrevit, & Vicariam alii fore conferendam. De his autem qui tunc jam fuerint Inſtituti, non tamen in Presbyteros ordinati, Statuit & Præcepit, ut extunc infra annum ad minus ſe facerent in Preſbyteros ordinari, alioquin extunc ipſos privatos Vicariis fore Decrevit, & Vicariam alii fore conferendam. Idem qd de Reſidentia circa Inſtituendos præceptum erat etiã ſtatuens circa ipſos.

¶ [n] Nos autem contra hoc agentium compeſcere [o] malitiam noſtra quoque †optimà diſcretione volentes, adjiciendo Statuimus, ut ſi quis de cætero contra hoc Statutum Vicariam [p] detinuerit, fructus ſuos non faciat ſic perceptos, ſed ipſos [q] reſtituere teneatur, & [r] ipſorum medietas Eccleſiæ, cujus eſt Vicaria, tradatur, in utilitatem ipſius modis omnibus convertenda, medietatis verò alterius pars una

---

c *Sacrorum Canonum.* Hæc Conſtitutio adjicit ad illam quæ habetur *ſuprà. in Con. Otho. ad vicariam.*

d *Diſpenſatio.* Scias quòd actus exterior dicitur ſignaculum, effectus interior dicitur poteſtas, ſed executio illius poteſtatis dicitur officium: ut notant *glo. & Gui. 32. di. § 1.*

e *Quaſi Clavis.* Quæ duplex eſt, ut dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. cum non ſolum. in prin.*

f *Quam.* Scilicet Clavem.

g *Qui curam &c.* Qualis eſt præcipuè Vicarius: & ſic facit ad ea quæ notantur *ſuprà. in Con. Otho. ad vicariam. in 1. gl. circa mediũ.*

h *Extra manſionem.* Facit quod notatur in dicto *c. ad vicariam. in fi. 1. Raſpon. ſuper ver. ibi.*

i *In ſtatione.* De quo termino legitur & notatur *C. ne fiſcus rem quam vendi evincas. l. 1. li. 10.*

k *Continuo.* Hoc intellige ut notatur *22. di. c. 2. in 1. glo. in parte deciſa.* Unde planius facit *Titu. prace. c. relatum.* Sed nunquid Conſuetudo à Reſidentia excuſet? Videtur quòd ſic: *Extra. de præben. relatum.* ſed dic contra, ſc. illam *Decre.* eſſe remotam per *c. Extra. de elec. licet canon. li. 6.* ubi in Beneficiis curatis tenentur continue reſidere: unde Conſuetudo contraria eſſet Eccleſiis onoroſa. *Extra. de conſue. c. 1. cum ſi.* Nam & *Moyſes* indefinenter erat in Tabernaculo Domini. *36. di. ſi quis vult.* Nam eorum, quæ in faciendo conſiſtunt, quædam adhærent ingenio certæ perſonæ, quæ per alias expediri non poſſunt, ut Officiũ in Eccleſia. *Extra. de cler. nõ reſid. quia nonnulli.* cum *l. ff. de ſolut. inter artifices. Extra. de offi. dele. c. ſi.* & hoc tenet *Gui.* poſt opiniones multiplices. *31. diſtin. ſacerdotibus.*

An Conſuetudo à Reſidentia excuſet?

Quæ non poſſunt expediri per alium.

l *Quaſi paſtor ſollicitus.* Patet *Jo. 10. c.* ubi dicitur, *& alias oves habeo, quæ non ſunt &c.* Duplex autem dicitur Paſtor. Quidam enim Officiorum diſtributionem habent, & Officia, quales ſunt Curati: ut *ſuprà. c. in prin.* quidam, licet Officia Eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exemplo, quoſcunque valent, Deo lucrari ſatagunt, quales reputo fratres Mendicantes. *1. q. 7. teſtes. §. Chriſtus quamvis.*

m *Hæc licet antiqua.* Secunda pars, recitans ſtatutum *Otho.* de quo dixi in *glo. ſuprà.* Unde illa, quæ in dicta Conſtitutione ſcripſi, hæc tibi ſufficient, ſi placet.

n *Nos autẽ.* Tertia pars.

o *Malitiam.* Quæ dolum & falſitatem includere videtur. *Extra. de renun. cum illuſo. in fi. in Con. Cle. Authen. de teſti. §. ſi vero quidam.* ibi, *ſi verò actu apparuerint malignantes. Coll. 7. Extra. de reſcrip. ſuper literis. §. 1. Extra. de præſump. c. 1. & Extra. de app. ſuggeſtum. §. ulti.* Sic exponit *Hoſtien. Extra. de cauſa. poſ. c. paſtoralis. §. pe. & alli. in fi.* ibi, *malitia.* i. e. dolo ſecundùm *Hoſti.* & prodeſt hæc notare ad factum, ſc. quando dicitur aliquis alium malitioſè diffamaſſe.

† *MS.* Clavis.

† *MS.* Opportuna diſtrictione.

p *Detinuerit.* Factum denotat: ut dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. cum ſit ars. in fi.*

q *Reſtituere teneatur.* Sic *Extra. de elec. ſcommiſſa. §. cæterum. li. 6.*

r *Ipſorum medietas.* Nota hanc diviſionem & applicationem Fructuum

fructuum arbitrariorum ex Statuto: ſed in fructibus Beneficiorum de Jure vacantium, & de facto, dic ut *Extra. de elec. commiſſa. §. generali. & c. quia ſæpe. lib. 6. & co. ti. ſtatutum. in Conſti. Cle.* Sed ad hunc textum melius concordat *Extra. de offi. ordi. cum nos. & e. ti. c. fi. li. 6. infrà. in eiſdem Con. Eccleſiarum. in fi. 1. Reſpon.*

a *Pauperes illius Parochiæ.* Nota *ar.* quòd fructus Eccleſiarum Parochialium potius debentur pauperibus Parochianis, quàm aliis extraneis. Facit quod dicam *infrà. c. proxi. in 1. glo. ver. charitatem.* ibi, *proximos vero.* Quod verum crederé, niſi extranei magis indigerent. *ar.* in hoc quod notatur 30. *diſtin. ca. 1. & ar. C. de epi. & cle. ſi quis ad declinandum. §. ubi autem. ver. quis enim. & §. ſin autem.*

b *Archidiacono applicetur.* Hoc plus excitabit, & ardentius exaſperabit ipſum ad inquirendum ſuper malitia præfata, quã etiam annualis indulgentia, vel ipſius Legati Benedictio ſibi data. Ad quod facit una Burda tranſmarina. Cum enim quidam Pauper mendicans ſedens in valvis Eccleſiæ, à quodam Epiſcopo ibidem tranſeunte unum parvum obulum *Pariſianum* cum inſtantia *Gallicè* peciviſſet, ac Epiſcopus ejus petitionem obaudiſſet; demùm Pauper Benedictionem ejus imploraſſet, quam Epiſcopus extenſã manu ſibi indulſit; quod factum fertur ipſum Pauperem ſic deriſiſſe, Jam primò cognoſco Benedictiones Epiſcopales eſſe valoris minuti, ſi enim unum parvum obulum valuiſſet mihi Benedictio, nequaquam impertita fuiſſet.

c *Ipſe vero faciat.* Quãtum in hoc eſt, alias, in ipſo eſt: ut legitur & notatur *c. proxi. §. nos autem. ver. faciant.*

d *Qui etiam. Sc.* Archidiaconus.

e *Ad quem. Sc.* Prælatum.

f *Ipſius. Scilicet* Vicariæ.

g *Collatio.* Jure proprio. & nota quòd nil de Præſentatione Patroni Laici in hac parte loquitur, innuendo Præſentationem Vicariæ ad Laicum Patronum pertinere non poſſe, ſed ad Patronum ſeu Prælatum Eccleſiaſticum duntaxat. Cujus forte ratio eſt: nam cum Vicarius dicatur, quaſi vices alterius gerens, rationabiliter præſentatur per eum cujus vices gerit, ſcil. Perſonæ Eccleſiaſticæ, non autem Laici. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. ad vicariam. in prin. ar. C. qui pro ſuis juriſdict. &c. l. unica. in fi. 1. Reſpon. ff. de offi. proconſu. obſervare. §. fi. & l. ſolent. §. legatos.* Unde in a pauperes illius Parochiæ expendatur, & altera loci b Archidiacono applicetur. c Ipſe verò Archidiaconus ſuper his annis ſingulis inquiſitionem faciat diligentem, ſuâque operâ & ſollicitudine Statutum hoc faciat firmiter obſervari. d Qui etiam ſi aliquem contra præmiſſa Vicariam compererit retinere, Prælato, e ad quem f ipſius g Collatio h vel Inſtitutio pertinet, Vicariam ipſam vacare ſine mora i denunciet, ut idem circa illud exequatur, quod Officii ſui viderit intereſſe: k qui etiam nec aliter inſtituat, nec poſt denunciationem ſibi hujuſmodi factam, vel poſtquam ad ejus notitiam pervenerit, l Inſtitutionem Vicariæ differre præſumat; m quod ſi contrafecerit, à Collatione, Inſtitutione, ſeu Præſentatione Beneficiorum n quorumlibet, (quiſquis fuerit) donec ea quæ ſtatuta ſunt exequatur, noverit ſe ſuſpenſum.

¶ o Ad hæc, ut omnes malitiæ conatus diligenti reprimantur induſtriâ, Statuimus, ut contra præmiſſa ſiquis Vicariam retinere contenderit, per menſem in ſua rebellione perſiſtens, præter pœnas ſuperiùs impoſitas, aliis Beneficiis (ſiqua habet) p ipſo facto ſit privatus: necnon ad Vicariam (cui ſic moleſtus incubuit) perpetuò, & ad cætera Beneficia, quibus vitioſo & adulterino contagio ſe reddidit indignum, q per triennium ſit inhabilis obtinenda.

¶ r Quæ omnia non ſolùm ad futura porrigimus, verum etiam ſ ad præterita referri Volumus, & in eis efficaciter Statuimus & Præcipimus obſervari. t Archidiaconus verò, ſi ea quæ ſuperiùs ſunt injuncta, neglexerit, præter indignationem Omnipotentis Dei quam incurrit, ab ipſa u parte ſibi applicanda x privetur, & ab ingreſſu Eccleſiæ præſentis Statuti auctoritate (quouſque præmiſſa fecerit) ſit y ſuſpenſus.

nec Jura Regni concedunt Brevia Regia, nec aliqualiter dijudicant Juſticiarii, ut dicti, ſuper Jure Patronatûs Vicariarum; quia ratione Perſonarum ad Vicariam præſentantium, quæ ſunt Perſonæ Eccleſiaſticæ, non Laicæ, cognitio hujuſmodi ad Forum Sæcularem non poterit rationabiliter pertinere. Secus tamen ſuper Jure Patronatûs Rectoriarum de Lege Regni: quia idem Jus uniformiter pertinet ad Patronos & Laicos; licet ſecus ſit de cognitione hujuſmodi Juris ſecundùm Leges Canonicas. *Extra. de judi. quanto.*

h *Vel inſtitutio.* Quæ fit per Prælatum auctorizabiliter ad Præſentationem alterius, ſed Collatio fit Jure proprio; vel illius cujus vice ſpecialiter fungitur, cui conferens vult abſque alio facto; ut colligitur *Extra. de inſti. c. 1. li. 6. & e. li. de conceſ. præben. nè captanda. ante fin.* & de his ac aliis terminis hujuſmodi plenius notat *Gui. Extra. de præben. cum in illu. li. 6.*

i *Denunciet.* Facit qd notatur *ſuprà. in Conſti. Otho. licet ad profugandum. in fi.*

k *Qui etiam.* Sc. Prælatus, ad quem pertinet Collatio ſeu Inſtitutio, cui denunciatum eſt per Archidiaconum.

l *Inſtitutionem.* Sed Inductio in corporalem poſſeſſionem non fiet, quouſq; incumbens per ſententiam declaratoriam ſit amotus. *ar. Extra. de præben. licet Epiſcopus. li. 6.*

m *Quòd ſi contrafecerit. Sc.* differendo injuſtè poſt denunciationem: & nota hic *ar.* quòd non facere eſt facere. *2. q. 7. negligere. cum ſimilibus. ff. de noxali actio. l. 2. in prin. ff. de Reg. Jur. l. qui non facit.*

n *Quorumlibet. Ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de tempo. ordi. c. eos qui. & c. ſalti. in fi. lib. 6.*

o *Ad hæc.* Quarta pars.

p *Ipſo facto privatus.* Facit *infrà. c. proxi. §. & quia non ſufficit.*

q *Per triennium.* Hoc tempus arbitratus eſt Legatus iſte. *Inſti. de uſuca. §i 1. cum ſi.*

r *Quæ omnia.* Quinta pars.

ſ *Ad præterita referri.* Niſi hoc exprimeretur per Conſtitutionẽ, futura tantum comprehenderẽtur. *Extra. de con. c. ult.* De hoc ſatis dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. Eccleſias. in fi.*

t *Archidiaconus verò.* Verſiculus.

u *Parte ſibi applicanda.* De qua *ſupra. §. nos autem.*

x *Privetur.* Quoſdam forte Archidiaconos citius excitaret hæc pœna, quàm indignatio Dei præ-

---

De Intruſis.

¶ Summarium.

Nullus habens Jus Patronatûs quenquam audeat ad Eccleſiam præſentare, niſi probabilem de ipſius vacatione habuerit notitiam, nec ſi præſentare ſic liceat Patrono, Prælatus tamen præſentatum non Inſtituat, priuſquam de morte aut ceſſione alterius per præſentiam ejus, aut Literas Authemico Sigillo ſignatas, aut idoneos teſtes ſuper hoc juratos certior factus ſit; alioquin Inſtitutus vel Intruſus ſit eodem Beneficio privatus, & ad ipſum obtinendum perpetuò inhabilis; & ubi de prioris vita apertè conſtiterit, tam Inſtituens quàm Inſtitutus teneatur extruſo ad omnium damnorum & expenſarum integram reſtitutionem, nec alter alterius ſolutione liberetur, ſitque ſic Inſtituens ab omni Collatione ſuſpenſus, donec extruſo ſatisfecerit; Intruſus verò ſi rebellæverit, omni Beneficio, quòd in Regno Angliæ obtinet, privetur; & ſi nullum habet, ad obtinendum ſit inhabilis. Quæ pœna in jam Intruſos, niſi dimiſerint, extendatur. Si verò Epiſcopi nondum certi quem admiſerint, poſſeſſionem tamen corporalem eidem non concedant; alioquin ſic admittentes & admiſſi prædictis pœnis ſubjaceant.

dicta. *Arg.* in hoc quod dixi *ſupra. hoc plus.*

ſ. §. *nos autem. in glo.*

y *Suſpenſus.* De quo plenè

plenè dixi *suprà. e. Con. cum honestatis.* §. *quia verò. in glo. scilicet arbitrariam.*

a *Moris proprii.* Hæc Constitutio adjicit ad illam quæ habetur *suprà. in Con. Otho. ad eliciendum.*

b *Præsumptio.* In vitium sonat: ut dixi *suprà. in Con. Othonis. licet adeo.* §. *hoc igitur.*

c *In judicio.* Non autem hic loquitur de Judiciali Foro.

d *Rationem.* Quæ est superior pars mentis humanæ, sed Sensualitas est inferior pars mentis, appetens ea quæ sunt delectabilia corpori, sed refutans ea quæ placent Spiritui & Rationi: & sic Homo componitur hic de hujusmodi naturis contrariis; ideo deviat nunc ad dextram, nunc ad sinistram declinans. Cætera verò animalia hujusmodi contrarietate carent: quia rationem non habent, ideo sibi adversantia non appetunt, sed refutant: solâ enim sensualitate vigendo regulantur. Sed hæc subversio seu refutatio est damnata. *Extra. de hæreti. ad nostrum.* §. 1. ibi, *secundo qd jejunare &c. in Con. Cle. ar. 4. di. denique. in fi.* Notat *W. Extra. in proœ.* §. *ulti. in ver. sensualitas. in Cle.* & de Ratione dixi *supra. e. Con. in proœ. 1. Resp.*

Homo ex contrariis est compositus.

† *MS.* Callidi-tas & si-mulatio Divinâ provo-cantes iram im-pudèter insur-gunt; eum &c.

e *Charitatem.* De qua legitur & notatur *de pœ. di. 2.* §. *charitas.* per totū. Dicitur autem *Charitas* motus seu voluntas animi & causa meritorum bonorum; ut *dict.* §. *Charitas.* Est autem triplex *Charitas*, sc. Dei, proximi, & proprii corporis. Deum tunc perfectâ Charitate diligimus, quando plus ipsum ex corde quàm nos ipsos diligimus: ita quod ob ejus amorem peccati desideriis non servimus; ut dicto §. *charitas. in fi.* Proximos verò rectâ Charitate diligimus, sicut nos, quando non propter beneficia accepta vel sperata, nec propter consanguinitates, sed solùm propter naturæ participationem diligimus, & ad bonos mores eorum saluti consulimus, & de eorum periculis dolemus, & sicut nobis, ita ipsis subveniri optamus. 1. *di. c.* 1. In officiis tamē Charitatis ordinatæ vinculo primò tenemur iis à quibus bona seu beneficia recepimus. *Extra. de testa. cum in officiis. in prin.* & facit ad idem quod dixi *supra. c. praxi. in glo. no. ar.* His etiam qui nobis fideliter serviunt. Item & Consanguineis nostris: ut legitur & notatur *de pœ. di. 2. proximos.* Patet *Extra. de testa. relatum.* §. *pe.* quod intellige post nosipsos. Charitas namque est ordinata cum incipit à seipso. 23. q. 5. *si non licet. C. de fer. & aqua. l. præses.* Notat *Ber. Extra. de cust. & usu. pall. c.* 1. *in fi.* Sed corpori nostro tunc rectō ordine Charitatis subvenimus, quando ejus fragilitati & saluti consulimus, & carnem Spiritui subjici cogimus. Debemus namque jumento nostro, id est, corpori nostro vehenti adhibere Saccum, Paleam, & Flagellum: Saccum, id est, opera pœnitentialia & supportativa; Paleam, id est, necessaria ad vitæ sustentatiō nem; Flagellum, ut corpus castigemus si excesserit; ut legitur & notatur *de pœ. di. 2. corpus nostrum.*

Triplex est Charitas.

† *MS.* Conferatur.

Charitas vicinata incipit à seipso. Ita corpori nostro necessaria.

f *Tradit exilio.* Igitur per consequens reconciliat invidiam: ut legitur & notatur per *Gui. 23. q. 4. quam magnum. in fi.*

g *Mortem proximi.* Contra doctrinam Christi in Evangelio *Lucæ* 10. *c.* ibi, *Diliges proximum.* & jam dixi *suprà. in ver. charitatem.*

h *Etiam.* Pro *immo.*

i *Nil agente.* Quia non potest sortiri effectū imaginative optatū.

k *Simulatione.* De hoc dixi *suprà. in Constit. Otho. ad vitandum. in fi. 1. Respon.*

l *Verbo.* Hoc refertur ad idem qd *suprà* dicitur de Resignatione.

m *Et actu.* Hoc refertur ad illud quod dixi *supra* de vacatione

A Moris proprii dānabilis & immoderata b præsumptio subvertens c in Judicio d Rationem, dum sibi alienum temerè concupiscit, e charitatem f tradit exilio, g mortemque affectat proximi quem noverit possidere; quin h etiam morte vel immutatione aliâ i nil agente † calliditate & k simulatione Divinam provocantes iram imprudenter infingunt eum qui vivit mortuum, & qui adhuc possidet resignâsse l verbo m & actu mendaciter n confingentes.

¶ o Quia verò in Ecclesiis, præcipuè citra mare *Angliæ* Constitutis mortalis hic morbus irrepsit, præfatus Legatus supra hoc Statuit, nè prætextu opinionis vel famæ, quæ de morte vel de cessione habeatur absentis, ejus Beneficium aliquatenus † auferatur, sed Prælatus, donec de veritate plenius instruatur, expectet; alioquin ad resarciendum omne damnum ex hoc inflictum absenti seipsum noverit esse obligatum. Illum verò qui se procuravit intrudi præter damnorū restitutionem ab Officio & Beneficio ipso facto suspensum fore Decrevit, quod etiam ad illum extendi Voluit, qui Beneficium Ecclesiasticum altero possidente occupare vi, vel clam auctoritate propriâ, vel potius temeritate præsumit, vel postquam declaratum fuerit ad alium pertinere, armis se defendere nititur in eodem.

¶ p Nos autem latius & plenius mederi q per nostrum antidotum cupientes, adjiciendo Statuimus, nè quis de cætero Patronus Ecclesiasticus r vel Sæcularis ad Ecclesiam, s in qua t Jus obtinet Patronatus, quenquam audeat Præsentare, u nisi probabilem x habeat y de ipsius vacatione z notitiam: in a quo casu b licet præsentare potest, ne sibi per lapsum temporis præjudicium generetur, Prælatus tamen, ad quem Institutio spectat, nequaquam præsumat præsentatum admittere vel instituere, nisi de morte Rectoris vel c aliter de vacatione legitima prius d constiterit. e De his verò nō aliter constare sufficiat, quā per ipsius mortui vel f resignantis, g seu aliàs dimittentis h præsentiam corporalem, non dicam somnientem, quod non sit factum omnino certum, tamen probabilem errorem excusare. *Ar. ff. quis ordi. in bo. poss. l.* 2. §. 1. Legitur & notatur per *Gui. Extra. de elec. c.* 1. *in fi. lib.* 6.

n *Confingentes.* De hoc legitur & notatur *suprà. in Con. Otho. ad eliciendum.* §. 1. *ver. fingentes.*

o *Quia verò.* Secunda pars recitans Statutum *Othonis* succinctè, quod Statutum est allegatum *suprà. in glo. proxi.* unde illa quæ in dicta *Con. Otho.* scripsi in hac parte, si placet, tibi sufficiant.

p *Nos autem.* Tertia pars.

q *Per nostrum Antidotum.* Id est, contrariam donationem, hoc est, per misericordiam correspondens Cōstitutioni *Othonis* prædictæ. *Ar. ff. de pe. hære. sed si lege.* §. *consuluit.* ubi sic exponitur *in fi. ver. plane.* Vel secundùm Grammaticos dic *Antidotum*, i. e. medicinam contra morbum, quasi contrario donum. *Ar. Extra. de jura. calumni.* §. *cæterum.* quod satis in idem recidit. Dicimur enim naturaliter obligari ad Antidotum. *Extra. de Testa. cum in officiis.* cum ibi notatis. Accipitur hic Antidotum pro medicinali provisione vel remedio: ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de juramento calumniæ. cæterum.*

r *Vel sæculares.* Nota ratione rei spiritualis seu peccati arctantur sæculares per Statutum Judicis Ecclesiastici. *Extra. de judi. novit ille. Extra. de so. compe. ca. fi. libro* 6.

s *In qua.* Sc. Ecclesia.

t *Jus obtinet Patronatus.* Quod Jus acquiritur tripliciter: ut dicam *infrà. e. Consti. quia plerumque. in ver. Patrono.*

u *Nisi probabilem.* i. e. Justam: ut exponit *Inno. Extra. de app. bona. in glo. probabilem.* Sed nota hic, licet probabilem errorem excusare. Legitur & notatur per *Gui. Extra. de elec. c.* 1. *in fi. lib.* 6.

x *Habeat.* Sc. Patronus.

y *De ipsius.* Sc. Ecclesiæ.

z *Notitiam.* De hoc notatur per *Card. Extra. de elec. cupientes. lib.* 6. §. 1. *ver. notitiam.*

a *Quo casu.* Sc. probabilis notitiæ hujusmodi.

b *Licet præsentare potest nè sibi &c.* Quod tempus habeat Patronus, sive sit Ecclesiasticus sive Sæcularis, præsentare, ne in Superiorem Jus hujusmodi devolvatur, habes *Extra. de jure pa. cum te. & ca. cum propter. Extra. de jure pa. c. unico.* §. *fi. li.* 6.

c *Aliter de vacatione legitima.* Puta Renunciatione vel Judiciali Privatione. *Ar.* in hoc quod legitur & *no. suprà.* 1. *Respon. in fi. in glo. pe.* & plenè *no. in Extravag. Jo. suscepti regiminis.* §. 1. *in ver. vacantium. post prin.* Sed intellige hic de Vacatione Juris & facti: de quo dixi plenius in *Con. Otho. alicubi. post prin.* Alias si vacaret de Jure tantum, non autem de facto, bene posset Prælatus instituere Præsentatum, non tamen inducere. *Extra. de præben. licet Episcopus. li.* 6.

d *Constiterit legitimis documentis.* De quibus sequitur textus satis declarativus.

e *De his verò.* Sc. Vacationibus.

f *Resignantis.* Expresse vel saltem tacitè. Quod dic per *W. Extra. de rescrip. gratia. in fi. in Con. Clem.*

g *Seu aliàs dimittentis.* Ut in *Extrava. Jo.* 22. *Execrabili.* §. *porro.* & §. *qui verò deinceps.*

h *Præsentiam corporalem.* Consentientem, non dico somnientem. *Ar. ff. de Attili. tu. l.* 1. §. *fi.* quod notat *glo.* ad quam remissi *suprà. in ver. resignantis.*

a *Epiſcopi Diœceſani.* Nota hic Epiſcopum propriè dici reſpectu Civitatis ubi ſituatur ſedes Epiſcopalis, ſed Diœceſanus Diœceſis. *Ar. Extra. de reſcrip. Rodulphus.*

b *Sigillo Authentico.* De hoc ſatis legitur & *no. ſuprà. in Con. Otho. quoniam Cabellionum.*

c *Vel pluribus.* Sc. Sigillis.

d *Vel per teſtes.* Ergo non per opinionem vel famam: ut patet in *Con. Otho.* recitata *ſuprà. e. §. 1.* Sed contra: quia innocens credit ōni verbo. 22. *q. 4. innocens in prin.* Solutio. Illud locum non habet in Judice, ut ibi notatur. *Ar. Extra. de ſim. licet Hely. §. 1.* ibi, *non facile credere.* ubi etiam idem notat *Fo. An.* legitur & *not. 86. di. ſi quid.* Sed fortius opponitur: quia ad probandum mortem abſentis ſufficiunt Præſumptiones violentæ cum expectatione moderata: ut legitur *Extra. ut lit. non conteſt. quoniam. §. ſi autem de carnali.* cum ibi notatis in *glo. per famam.* Item *glo.* tenet expreſſè famam ſolam ad hoc ſufficere: nam qualiter probaretur aliter vulgatū *Fo.* vel *Goffr.* mortuum eſſe: ut *no. C. ſolu. ma. ſi quidem.* Item inculpabile dicitur quando veris indiciis mortuus putatur: ut legitur & *no. 24. q. 1. cum per bellicam. Arg. ff. de fur. ſi quis ex bonis. 1. Reſpon.* nam fama in hujuſmodi ſufficit: ut *e. Con. cum captivitate. §. perdocuit.* Solutio. Poteſt diſtingui an ſit fama vehemens & probabilis: tunc ſufficiet, aliàs ſecus. *Ar. Extra. de ſen. ex. inquiſitionem. §. in ſecundo.* & dixi *ſuprà in Con. Otho. contra latronum. in ver. vel manifeſtè.* ibi, *alia eſt fama inter homines &c.* Vel diſtingue de loco ubi ſit fama: an in loco domicilii, an in loco beneficii, & ſic eſt fama remota: & tunc non ſufficit, ut hic cum ſimil. *Extra. de ſpon. in præſentia.* Aut eſt fama in loco ubi dicitur mortuus eſſe, & ſic eſt fama propinqua & veriſimilis: tunc mortuum ſic cognoſci ſufficit, ut in contrariis ſupradictis. *Ar. ff. de adult. miles qui. §. mulier.* Quid ſi maritus mortuus eſſe dicitur, vel quid ſi in mari mortuus eſſe dicitur? Reſponſio per legem *C. de naufra. quoties. li. 11.* nam hoc caſu mitiores & probabiles probationes de morte crederem ſufficere. *Ar.* in hoc quod notant *Car. & Fo. An. Extra. de elec. ubi. §. porro. li. 6.*

An fama probet mortem?

e *Furatos.* Aliàs non plenè crederetur eis quantumcunque religioſi eſſent: etiamſi fratres Minores eſſent. *Extra. de teſti. nuper. C. de teſti. jurejur. in prin.*

f *Idoneos.* Et per idem eſt, quaſi textus ſequens declarat quando ſunt teſtes idonei.

g *Exceptione majores.* Facit *Extra. de probationibus. licet.* Et per *Spec. li. de teſte. §. quæ poſſit objici.* per totum.

h *Secundum Juris exigentiam.* Quod dic, ut notavi *ſuprà. in ver. vel per teſtes.*

i *Quòd ſi contra ea quæ dicta ſunt. ſuprà. e. §. uſque huc.*

k *De facto.* Quaſi de Jure non poſſit.

l *Quod verius eſt intruſus.* Sed contra. Nam excuſari videtur per Epiſcopi Inſtitutionem auctorizabilem. Solutio: ut dixi in *Con. Otho. ad elidendum. §. 1. ver. ſe intrudi.*

m *Nullius momenti.* Res enim perniciosa eſt exemplo, ut per ſurreptionis aſtutiam quis aſcendat ad ſolium & apicem dignitatis. *Extra. de ele. cum dilectus. §. vero.* Unde hic titulus habetur pro non titulo. *Ar. C. de jure fiſci. l. 2. li. 10.* Notatur per *Gui. Extra. de elec. c. ult. ver. confirmationes. li. 6.*

n *Nec per ipſam.* Scilicet Inſtitutionem taliter obreptam. *Fo. de Athon.*

o *Cuiquam.* Malignanti prætacto, etiamſi poſtmodum confirmetur. *Ar. ff. de fal. ſi quis legatum. in prin.* Sed contra *C. de contrac. judi. l. 1. poſt prin. C. de nup. & ſi contra mandata. cum ſim.* Solutio. Ubi actus peccat ſeu factum eſt minus Canonicum de Jure Communi: tunc etiam per confirmationem ſequentem defectus non ſanatur in aliquo, ut hic. Sic intellige totam *glo.* notabilem *Gui. Ar. Extra. de elec. ſi cui. in ver. non obtinet. li. 6. Ar. Extra. de ap. ſi expreſſum. C. de leg. non dubium. Extra. de Regu. Juris. non firmatur. li. 6.* ubi notat *Dy.* aliter: quia aut ceſſat cauſa impediens & ſupervenit cauſa confirmans, aut non: quod proſequere, ſi velis, prout notatur ibi. Si tamen ſolum peccet actus de Jure ſpeciali: tunc per confirmationem ſequentem reconvaleſceret actus: ut in contrariis. *Ar. C. ſi adverſus Ven. Authen. ſacramenta puberum.* Sic intellige notata per *Inno. & Hoſti. Abba. Fo. An. Extra. de elc. quòd ſicut. §. ſi autem. Ar. 50. di. C. de dona. inter vi. & ux. l. ſi.* Opponitur iterum de lege *ff. de hære. inſti. l. 3. in fi. cum l. ſe.* Solutio. Aut impedimentum initiale eſt annullans actum merò Jure: tunc licet impedimentum ceſſet non reconvaleſceret actus, ut hic. *Extra. de reſcrip. ſi eo tempore. li. 6. C. de libe. & poſthu. ſi à patre. & l. ſi poſthumus. 2. Reſpon. ver. ſimm. ff. de leg. 1. cætera. §. 1.* Aut duntaxat eſt impedimentum elidens: & tunc reconvaleſcere poteſt: ut in contrariis. *Ar. l. ff. de adimen. leg. ex parte. ff. de condi. & demon intercidit. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. ſacram.* Tertio opponitur quod exitus ſpectandus eſt. *ff. de jure fiſci. non intelligitur § ſi quis palam. in fi.* Solutio. Aut eſt impedimentum intrinſecus: & tunc annullat actum perpetuo, ut hic. *ff. de hære. inſti. ſi alienum. 2. Reſpon. ff. qui & à quibus. l. ſi. §. ſervo.* Aut eſt impedimentum ſeu defectus in acceſſoriis tantum: & tunc elidit ad tempus. *ff. qui & à quibus. pignori.* Item quarto opponitur. *ff. de falſis. l. impuberem. §. 1.* Solutio: ut ibi *in ver. exæſtimetur.* & adde diſtinctionem quam feci *ſuprà. in Con. Otho. auditu. in prin. Fo. de Athon.*

p *Vacaviſſe.* Nota igitur hic inſpici illud quod nocet, ſc. opinioné fallendi potius quam veritatem facti: quæ attenta prodeſſet ad quod opponitur *ff. de bo. libe. ſi filius.* Solutio. Secundùm quoſdam. Aut ſunt tres diviſibiles &c. tunc conſiderandum eſt idem quod prodeſt in ſuo effectu, item qd obeſt ad ſuum effectum. *Ar. ff. de condi. & de ſcriptura.* nam tunc partes diviſæ faciunt unum alteri non nocere: ut legitur & *no. ff. de libera. ca. non ſolum. §. 1.* Aut quæritur in materia indiviſibili: tunc ſi materia ſit odioſa, inſpicitur illud quod inclinat ad odium. *ff. ad Syll. ſi quis in gravi. §. ulti.* ubi de hoc. Si enim in materia favorabili: inſpicitur illud quod prodeſt. *Extra. de ſepult. ſacris. ff. de ſenа. emancipatum. §. fi.* Sed contra hanc diſtinctionem videtur *ff. qui ad liber. procla. non li. l. fi.* Ideò dicit *Dy.* Aut certum eſt de mala cauſa: tunc & ſi conſtet de bona cauſa, præponderat tamen mala, nè remaneat impunita, ut hic. *Ar. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. in fi.* Aut dubium eſt, ſc. per conjecturas: & tunc illud quod mitius eſt inſpicitur. *ff. de jure fiſci. l. 3. §. ſi quis palam. cum ſi.* Sed contra primum membrum hujus diſtinctionis eſt dicta *Decreta. ſacris. cum ſi.* ideo dic, Aut utrumque eſt de Jure Communi: tunc inſpicitur illud quod prodeſt ad Jus Commune, licet hoc noceat ſingulari perſonæ: ut hic in dicta *l. emancipatum. §. fi.* Idem ubi unum implendum eſt Juris Communis, aliud implendū eſt Juris ſpecialis: quia tunc etiam inſpicitur illud qd prodeſt ad Jus Commune. *ff. de conditi. & de. l. avia. §. Mutiana. Ar. ff. de mili. teſt. ejus milit. §. 1.* Aut utrumque eſt de Jure ſpeciali: tunc inſpicitur illud qd nocet. *ff. de hære. inſti. ſi autem lex.* ſic intellige *cap. alleg.*

q *Cumque poſtmodum.* Quarta pars.

r *Primi.* Et verè intitulari.

ſ *Conſtiterit.* Per aliquem modum hic ſequentem: immo etſi inſtitutio d. ceretur valere facta de iſto ſecundo, tamen per reditum & adventum Rectoris primi evaneſcet iſta Inſtitutio valida putative. *Ar. ff. de hære. inſti. C. de inſtitut. & ſubſti. ſub. condi. fac. l. generaliter.* Nam ſecundùm Theologos veritate quacunq; †comparata vitiatur quod ab initio tenuit, ſi appareat contrarium veritati: quod eſt contra opinionem *Dy. Extra. de Reg. Juris. c. 1. §. octavo quæritur. li. 6.*

† *MS.* Comperationem.

t *Eo quòd.* Hic ſubjicit modos aptos probandi primum Rectorem vivum, correſpondentes probationi mortis vel ceſſionis ipſius. *Suprà. §. proxi. ver. de bis. Fo. de Athon.*

u *Damnorum.* Id eſt, intereſſe, de quo notatur per *Inno. Extra. de ſent. Excom. ſacer.* Plenius per *Dy. Extra. de Reg. Juris. mora. lib. 6.* & vide quod dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. ad elidendum. §. utroque. in ver. omne Damnum.*

x *Altero alterius.* De hoc dixi *ſuprà* in dicta *Con. Otho. §. in utroque. ver. & illum.* Et facit qd notatur per *Dy. Extra. de Reg. Juris. nullus pluribus.*

pluribus, circa fi. ibi, hoc ergo quòd li. 6.

a *Et quia.* Versiculus prosequens adhuc pœnam infringentis hoc Statutum.

b *Non sufficit pecuniaria pœna.* Qui enim hominis naturam non erubuit, dignus est pecuniis & aliter multipliciter condemnari. *Auth. ut defunc. seu funer. §. 2. Coll. 2.* Dic tamen hoc esse arbitrarium, prout Superior magis viderit proficere animabus, spiritualem pœnam imponere etiam pro spirituali delicto: ut *de consec. di. 2. ego Berengarius.* vel pecuniariam. Ut legitur & *not. 22. q. 5. si quis cujuslibet.* & notat *Gui. 23 di. quamquam. ver. pœna. an si Ar.* pro hoc *Extra. ut lit. non contest. quoniam. §. ulti.*

c *Quorumlibet Beneficiorum.* Facit quod legitur & *not. supra e. Con. sacrorũ. §. nos autem. in fi.*

d *Donec ipsi Rectori.* Primo jam † residenti.

† *MS.* Redeunti.

e *Reddatur.* Ergo superveniens actor auctoritate propria possessionem illius Ecclesiæ ab alio sic auctorizabiliter occupatam non potest de Jure apprehendere, licet de novo Præsentatione seu Institutione non indigeat: facit quod dixi *supra. in Constitut. licet ad profugandum. in fi.* & dixi *supra. in Con. Otho. ad elidendum. §. & si forsan. in ver. revertatur. in fi.* Sed nunquid sic spoliatus rediens Possessorio agens possit per aliquam exceptionem a restitutione repelli, dixi in *ver. revertatur.* sed tamen aliter plenius notat *glo. 3. q. 1. in summa.* & vide notata in dicta *Con. Otho. super ver. se intrudi.*

† *MS.* Si per tres mẽses in tam pessima rebellione.

f *Adjicientes.* Vers.

f *Suprascripto §. in prin.*

g *Perstiterit.* Sc. pertinaciter: quæ pertinacia dicitur firma perseverantia animi in malo, sicut constantia dicitur in bono: ut notat *Gui. 51. di. 1.* Et nota hic fraudem commissam posse purgari: ut legitur & notatur *Extra. de elec. commissa. in fi.* Pro quo dic ut notatur *supra* in *Consti. Otho. nadituin. §. quoniam ergo. in ver. agunt.* Est tamen notandum secundùm *Inno. Extra. de renun. c. fi. & c. cum pridem. prope prin.* quem plenius capit *Gui. 13. di. nervi. in fi.* quòd nec Simoniacus, nec intrusus debet dimittere eam possessionem facti quam habet sine licentia: sed tamen à rebus Ecclesiæ abstinere debent tales; ut *Extra. de renunci. post translationem. §. rursus.* Idem etiam debet esse in omnibus suspensus, sive etiam ab homine, sive à jure: & hoc etiam notatur per *Inno. & Hostien. Extra. de sim. de regularibus.* Tenent tamen ibi *Ion. & Ber.* quòd si Prælatus nolet admittere resignationem: non minus cedat ipse Simoniacus. Similiter vero tenet *Gui.* in dicto *c. verum. in fi.* dictam sententiam *Inno.* non esse veram in Simoniaco, nec in intruso: licet alii qui titulum habent, quamquam malum, sine Prælati licentia non possint cedere: ut dicto *c. nervi.*

h *Præter pœnas.* Facit ad illud quod dixi *supra. c. Consti. juxta sacrarum. in fi.*

i *Suprapositas.* Quæ multiplices sunt, tam Præsentantis quàm Instituentis, & etiam instituti: ut dixi *supra. §. proxi. & supra. c. §. per totum.*

k *Et in eodem Regno.* Non ergo ubique: cum delictum sit particulare? Dic ergo cum *glo. Ber. Extra. de appel. pastoralis. in glo. fi. ergo ibi.* Sed nunquid est idem quòd Suspensus ab una Ecclesia vel beneficio suspendi videtur ab omnibus? Verum est, si causa concernat universalem Ecclesiam: secus si particularem tantum, ut hic.

l *Quandocunque.* Sc. sive mediate sive immediate: licet alias mediâ purgat vitium, ut *le. & no. supra. in Con. Otho. licet adeo in fi. 1. Ref.*

m *Quomodocunque.* Quocunque modo morte vel alias. Dixi *supra. §. proxi. post prin. in glo. puta renunciationẽ.*

n *Et rapinæ vitio.* Quo raptore nullus fur improbrior dicitur: legitur & *no. Insti. vi bo. rap. in prin.*

o *Et si quidem.* Versiculus.

p *Inhabilem.* Sed nunquid objectus hujusmodi inhabilitatis & infamiæ retardabit provisionem suam, quo minus assequatur Beneficii Possessionem? Dicit *Hosti.* quòd sic: si super his fuerit infamatus. *C. de dignita. l. 2. li. 12.* Habet ergo hujusmodi objectus diversos effectus. Primus est ut executio suspendatur. Secundus ut ipsa suspensa probatio objecti criminis admittatur. *Ar. Extra. de simonia. accu. a. ff. de adult. l. 2. §. si publica.* Tertius est ut Purgatio judicatur: ut legitur & *no. per Fo. An. post Inno. Extra. de accusa. accedens.* super *ver. vel per sua infamia.*

q *Cæterũ.* Quinta pars.

r *Sine Canonica Institutione.* Sine quâ non potest licitè Beneficium Ecclesiasticum obtineri. *Extra. de Re. Jurisd. c. 1. li. 6.*

f *Gravius delinquere.* Cum nullum colorem tituli obtineant: ut patet in his quæ notantur in *glo.* ad quam remissi *supra. §. nos autem. ver. quòd si contra eos. in prin.* Facit quòd legitur & *no. in Con. Otho. cum sit ars. §. 1. ver. absque magistro.* & *ver. imaginem.*

t *Ante hanc Constitutionem.* Et sic hæ pœnæ extenduntur ad præterita: & sic *supra. c. proxi. in fi.*

u *Viventis beneficium.* Hoc enim detestatur Lex Civilis in hæreditate viventis. *C. de pac. l. ulti.* Beneficium hic est hæreditas Clerici: ut legitur & notatur *supra. c. Con. cum in armis. §. 1.* Ergo etiam ex ratione Juris Civilis hoc factum detestabile reputatur. *Extra. de concessione præben. c. 2. 1. Respon.*

x *Ad eos quoque.* Versiculus.

y *Tam occupatores.* Post intrusionem alterius vice & loco intrusoris.

z *Quàm intrusores.* Sc. ipsemet per actum intrusorum: ut evitetur verborum inculcatio.

a *Satisfecerit.* Sc. de fructibus, damnis & expensis: ut *supra. §. proxi. in prin.*

b *Suprànotatas pœnas.* Ut dixi *supra. §. proxi. ibi, adjicientes. in ver. suprapositas.*

c *Prædicti Legati. Supra. in Consti. Otho. ad elidendum.* quæ recitatur *supra. §. 1.*

d *In nullo diminutis.* Ergo multiplici afflictione quis conteritur. De quo dixi *supra. in Con. Otho. quod in quodam. in gla. forte. prope fi.*

e *Sufficere non putamus.* Cavendum est de corrigibili, nè rigor sit nimis rigidus, nec mansuetudo dissoluta: ut notat *Vo. Extra. de judi. c. 1. prope fi. ver. temperantes. in Con. Cle.* & dixi *supra. in Con. Otho. licet ad profugendum. §. 1. ver. dignè,* circa medium &c.

f *Tolerabilius existimantes.* Similis textus habetur *Extra. de testi. licet. in fi.* Unde notat hic bonum prohiberi propter sequens malum: ut notatur *12. q. 1. ita ergo.* Item no-

fatur hic quòd minus inconveniens eligitur, ut majus evitetur: quasi minor ratio cedat majori. 13. *di. duo. ff. de furtis. si servus communi. §. quod vero. ver. nam licet. ff. de Reg. Jur. quoties nihil. C. de procu. l. exigendi.*

a *Adulterari.* Sponsum proprium rejiciendo, & alium illegitimum sibi copulando, ac sic Matrimonium spirituale per contractum violando. *Ar. Extra. de transla. epi. inter corporalia.* Patet expressius 7. q. 1. *sicut vir.*

b *Ad hæc.* Sexta pars.

c *Vacationis notitia.* Quam præsumo Episcopũ citius vel tardius habere: secundùm quòd Vacatio dicitur publica vel occulta. *Extra. de concess. præben. c. unico. in fi. in Clc.* notat *W. e. li. de jur. negl. præla. c. unico. §. prioratus. in fi.*

d *Aliter quam prædictis modis.* De quibus legitur & notatur *supra. e. §. nos autem. in prin.*

e *Ne per lapsum temporis. Supra. § nos autem. ppõ prin.* ubi de hoc dixi. Patet de hoc *Extra. de concess. præben. c. nullam. §. pe. ult.*

f *Possessionem non tradat.* Sic *Extra. de præben. licet Episcopus. li. 6.*

g *Faciat seu consentiat &c.* De his dicam *infra. e. Const. ad tutelam. §. nos igitur.*

h *Propria.* Qui plus peccat: ut *supra. e. Consti. caterum. in prin.*

i *Alterius cujusquam.* Ergo & ipsius conferentis, ad quem alius pertineret inducere vel hoc mandare.

k *Quòd si.* Vers.

l *Prædictis pœnis. Supra. in §. cumque. in prin.*

m *Privatum.* Ut *supra. §. cumque. ver. adjicientes.*

n *Supradictis.* Sc. in *§. cumque. in princip.*

o *Unitatem.* Hæc Constitutio adjicit ad illam quæ habetur *supra. in Constitu. Otho. cum sit ars. Jo. de Athon.*

p *In omnibus.* Omne enim unitum fortius est se dispersò secundùm *Philos.*

q *Divisionem detestetur.* Nam omne Regnum in se divisum desolabitur. *Matth. 12. ca.* & per Apostolum ad *Ephe. 4. ca. post prin.* Facit 40. *dis. sicuti.* cum capitulo præcedenti in fine.

r *Quæ.* Scilicet divisio.

s *Inducit.* Sed contra: quia divisio solatium & concordiam parat, ubi unio seu Communio discordiam generat. *ff. fin. regund. ff. fami. Herciscun. & ff. communi. divi.* per totum. *ff. de legat. 2. cum pater. § dulcissimus. in fi.* Solutio. Ibi proficit divino ad sanctitatem animarum, hic verò declinat ad nihilationem rerum: ut *supra. in glo. nam omne. & infra. in glo. proxi.*

t *Materiale subjectum stabit. ff. de ver. ob. l. 2.* & facit *ff. de servitut. pro parte. cum simil.*

u *Ex his.* Secunda pars, recitans *Con. Otho.* de qua *supra. in 1. glo.* usque ad *§. infra. eo. nos igitur.* unde ibi scripta hic tibi sufficere non displiceant.

x *Nos igitur.* Tertia pars.

y *Æmulatione.* Id est, vestigio vel insequentiæ: o juxta Versum, *Æmulor, inflatur, amat, invidet, ac imitatur.* Vel sic. *Æmulor, invideo, sequor, æmulor, hortor.* Legitur & notatur 43. *di. scimus.* Et notat *W. Extra. de sepul. dudum. §. abolim. in Con. Clem.*

Ne una Ecclesia in Plures dividatur.

¶ Summarium.

Quæcunque Ecclesiæ unius divisio in plures portiones ante Constitutionem Othonis, *aut post contra eandem facta, nisi antiquitatis Jure defendatur, per Diœcesanos penitùs revocetur, & quæ posthùc fiat, irrita censeatur. Qui verò contra hæc attentans aliquem præsentare præsumpserit, Jus præsentandi ad proximum devolvendum amittat. Si verò Prælatus eo pacto quemvis admiserit, aut præsentaverit, ut portionem sibi retineat, ejus retentio & assignatio erit irrita, & ipse, quousque talem Præsentationem, seu Assignationem, & Retentionem penitùs revocaverit, erit à quorumlibet Beneficiorum Collatione, Institutione, aut Præsentatione ipso facto suspensus.*

o Unitatem p in omnibus, maximè verò in Divinis & Spiritualibus Officiis & Ministeriis, ita perfectio sequitur, ut q divisionem supra omnia detestetur, r quæ desolationem & ruinam s inducit. Nec enim ullum t materiale † subjectum stabit, ubi nulla Sacræ rei designatio intellectum animi conformiter ad se trahit, cum in illo vel in isto divisio agit, diversum faciens quod est ũnum.

¶ u Ex his Catholicæ Unitatis sanxit auctoritas, ut in una Ecclesia unus sit Rector, quasi unius corporis unum sit caput: sed stupefactivæ zizaniæ seminator interdum per plurimorum in una Ecclesia Patronorum discordiam, interdum per cupidorum figmenta, qui de ipsa Ecclesia nihil aliud quàm commodum temporale venantur, hanc pestiferam sectionem diversis modis inducit, ut in plures collata una Ecclesia dividatur, rei pravitatem quadam mutatione vocabulorum seu nominum occultantes: & (quod detestabilius est) in tantum in quibusdam Prælatis ardor cupiditatis & avaritiæ exardescit, ut præsentatos ad Ecclesiastica Beneficia non admittant, neque alicui ea conferant, nisi certâ proventuum & redituum Beneficiorum ipsorum portione retentâ, quam suis usibus applicant, vel aliis eam ad tempus vel simpliciter conferunt pro suo libito voluntatis.

¶ Super his autem legitimè compescendis prædictus Legatus divisiones & particulares assignationes penitùs prohibens, & permutationes, Statuit, ut nunquam in plures Personatus vel Vicarias Ecclesia dividatur, & quæ tunc ante fuerant divisæ, integrentur, quàm citò facultas se offerret, nisi aliqua Ecclesia sic foret ab antiquo forsitan instituta: in qua per loci Episcopum provideri Statuit, quod tam reditus quàm Parochia inter eos congruis portionibus dividantur, et quod semper ad Ecclesiam resideat aliquis, qui de Animarum cura solicitus in celebratione Divinorum et collatione Sacramentorum se † viriliter exerceat et honestè.

¶ x Nos igitur prædicti Legati Sanctionem dignâ y æmulatione sequentes, Statuimus adjiciendo, ut omnis hujusmodi prorsus divisio ante hujusmodi prædicti Legati Constitutionem facta, nisi tanto eam præcesserit tempore, ut

† *MS.* Præstabit aliquam Sacræ rei designationem nec divinũ intellectum animi.

† *MS.* Utiliter.

a *Anti-*

De Abstrahentibus confugientes ad Ecclesiam vel Cœmeteria, seu res ibidem depositas; & de auferentibus aliquid præter voluntatem Ecclesiasticorum Dominorum de domibus, maneriis, seu grangiis eorundem.

¶ Summarium.

Si quis auctoritate vel facto, per se vel per alium, aliquem ab Ecclesia aut Cœmeterio ejus, vel bona illic deposita abstraxerit, aut abstrahentes defenderit, & abstractionem ratam habuerit, sit ipso facto Excommunicatus; nec absolvatur, donec Ecclesia violata & damnum passo competenter satisfecerit, & si sit Excommunicatus, & à Diœcesano admonitus intra præfixum tempus non satisfecerit, ejus terra Ecclesiastico subjiciatur Interdicto ante satisfactionem

meritò possit [a] antiquitatis Jure censeri, [b] quæve [c] postmodum [d] est secuta, necnon [e] cujuslibet portionis proventuum Ecclesiasticorum Beneficiorum retentio & assignatio, quæ fieri non posse dignoscitur absque nota Simoniacæ pravitatis, per locorum Diœcesanos penitùs [f] revocentur. [g] Siqua verò de cætero fiat divisio, seu alicujus portionis retentio vel assignatio, hanc [h] nullam ipso Jure fore Decrevimus.

¶ [i] Et nè conferentis, seu præsentantis, vel admittentis plures ad unam Ecclesiam [k] exemplum mali relinquatur impunitum; præsentans quidem, unus aut plures, Jus [l] aliâ vice præsentandi amittat, [m] ad Superiorem proximè devolvendum: [n] si verò Prælatus sic contulerit, vel præsentatos admiserit, aut certam terram retinuerit, vel alii [o] assignaverit portionem simpliciter vel ad tempus, non solùm Institutio ejus, & retentio ejus, vel assignatio viribus careat, verum etiam ipse, [p] quousque [q] revocaverit, ipso facto à Collatione, Institutione, seu Præsentatione Beneficiorum quorumlibet sit suspensus.

---

extitetit. *ff. de ali. legā. pecuniæ. ff. cui plusquam per. l. Ful. divus. cum ſi.* Suppoſito autem quòd Executor rationem reddere debeat Epiſcopo vel alteri Ordinario, vel etiam legatariis in caſu ubi Juri eorum detrahitur: ut notatur in *Spe. in præſtl. §. nunc vero aliqua. ver. ſed an ſimpliciter. Ar. C. de dona. l. pe. §. 1. infra ſequitur.* An ergo tunc commendari debet ſua executio juxta ſuam conſcientiam facta? Dic quòd non, ſed ſecundum allegata & probata: ut notatur *C. qui & adverſus quos. l. 1. in fi. Ar. ff. de ali. legā. ſolent. in prin.* factum tamen dubium Executorum interpretationi relinquetur: *C. de epiſc. & cle. nulli §. cum. ſ. Ar. ff. de leg. l. ſi quis à filio. §. ſi in glo.* vel ubi hoc voluit Teſtator: *ar. ff. de dote præle. Theophanus.* alias enim ſtrictam rationem redderet; & ſic non ſecundum conſcientiam. *Authen. de ſanctiſſ. epiſc. §. œconomos. Colla. 9.* Nunquid ergo in reddendo rationis ſuæ adminiſtrationis ſtetur Juramento Executoris? *Glo.* tenet quòd ſic. *ff. ſi cui plus quam per l. Falci. divus.* Videtur e ſſe *C. de dona. l. pe. & no. in Spe. §. præſl. ver. ſed nunquid ſecundum dictum.* Credo contra. Scilicet quòd in magnis aliæ probationes ſint neceſſariæ: ut in dicto §. *œconomos. Ar. ff. de minori. ſiqle. §. ſi.* ſed in modicis ſtatetur ejus Juramento, ut in contrariis: ſervata tamen præſumptione Legis. *ff. de vo mili non aſſeſt. §. à barbario.* & facit *ſupra* in quæſtione proxima. Ex quibus reſultat quæſtio, quòd ſi Teſtator voluit ſeu inhibuit Executori ne redderet rationem, an talis voluntas ſit ſervanda? Videtur quòd ſic: *C. de fideicom. liber. cum neceſſitatem.* licet hoc caſu teneatur de dolo, & de reliquiis; niſi hoc expreſſe legetur. *ff. de liber. Leg. non ſolum. 2. §. ſi hæres. & l. ſi quis rationes. & l. Lucius. & l. Aurelius. §. Mævis.* Sed contra: nam per hæc verba non videtur facta remiſſio, ſed modus adhibitus in ratione reddenda. *ff. de condi. & de. cum tale. §. quid igitur.* Si ita ſcriptum ſit, modus quidam eſſe debet, ut non fiat ſcrupuloſa inquiſitio quoad negligentiam: ut ibi facit. *ff. de leg. 1. ſi quis ſervus vetitus.* Nec creditur Teſtatorem vel ſe impugnare propria judicia; quod faciliter fieret, niſi ratiocinia redderentur. *Ar. ff. de quæ. teſta. l. 3.* cum hoc quod ſtatim de tutoribus dicam. Nam quia talis voluntas eſſet captatoria & contra Jus Publicum, quod non eſt admittendum. *ff. de admi. tu. quidam decedens. in prin. ff. de lē. 1. plānè. 1. Reſpon. & l. ſi ſervo meo. §. ſi. & l. nemo.* ideo non valeret. *ff. de leg. 1. captatoriæ.* Sed certe in illis Juribus loquitur quando eſt publicum auctoritate & utilitate: ſed hoc eſt utilitate privatum, unde videtur poſſe remitti. *C. ut in poſſ. le. rerum.* Vel dic ibi loqui de cautione de legato præſtando advenientē die vel conditione, quæ ſatis poteſt remitti: ſecus tamen videtur de remiſſione, quæ præberet materiam malignandi, & bonos mores inficeret: ut *c. ti. l. ſcire.* Nam alias per hoc daretur Executoribus facultas malignandi, ſibi indebite applicando iſtud, quod deberet in pios uſus expendi: quod cavendum eſt. *Ar. Inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum talia. Extra. de divor. quanto ad ſi.* Item cum talis teneatur ad reliqua, igitur ad plenam rationem; cum hæc duo æquiparentur. *ff. de condi. & de. quamvis. cum ſi.* Solutio ſecundum *Jo. An. Extra. de teſta. Johannes.* & ſecundum *Hoſti. e. ti. tua.* Executor qui non neceſſariè ſed voluntariè ſuſcipit hujuſmodi officium, tenetur ad redditionem rationis ex bono & æquo Judicis arbitrio faciendam, præmiſſa diſpoſitione Teſtantis non obſtante: *Ar. ff. de teſta. mili. cum filius. in fi. ff. de liber. le. l. ulti. §. ſi.* arbitrabitur ergo hoc Pontificalis ſeu Judicialis auctoritas, etiamſi actio deficiat. *ff. de pe. hæredi. hæreditat. §. ſi. ff. de reli. & ſump. fune. ſi quis. §. ſumptus funeris.* Unde Judex compenſata forma hujuſmodi exceptionis & conditione Executoris, quantitate & qualitate articuli, de quo quæritur, in aliquibus ſtabit illius Executoris Juramento: ut *C. de dona. l. pe. Ar. C. de ali. pupil. præſtandis. l. 2.* in aliquibus vero plenam probationem requiret. *C. de epiſco. & cleri. nulli. §. 1. in fi. & §. cum autem poſt unius &c. Authen. de eccle. ti. §. ſin autem pro redemptione. Colla. 9.* & ibi videtur caſus. Arbitrabitur etiam taliter, quòd non ſit locus minus plenæ adminiſtrationi: ut dicto *c. tua.* talis enim præſumitur mens Teſtatoris clauſulam illam apponentis, quòd nolit intermiſſionem officii Pontificalis ſeu Judicis, ſed magis uti voluiſſet fide utriuſque, ſcilicet tam Executoris quàm Judicis. *Ar. ff. de teſta. tu. l. 3. ff. de admi. tu. qui nominatus. & l. Lucius. ff. de condi. & demon. cum ſervus. Extra. de teſta. nos quidem.* & notat *Jo. An. e. ti. Johannes.* Item pone: Teſtator in partibus fecit Teſtamentum cum clauſula derogatoria, quòd nullum aliud Teſtamentum factum vel faciendum valeat: poſtea veniens Romæ aliud Teſtamentum ordinat, nunquid illud ſecundum valeat? Videtur quòd non, per hoc quod legitur & *no. ff. de lega. 3. ſi quis in prin. teſtamenti. Ar. ff. de lega. 1. ſi ambi. §. in legatis. & §. interdum.* & quod notat *Dy. Extra. de Reg. Ju. quod ſemel. li. 6.* de hoc etiam diſputat *glo. 13. q. 2. c. alia voluntas in fi.* ſed deciſive hanc partem tenet *Spe. de inſtru. edi.* in tractatu *de teſta. §. compendioſe. ver. quid ſi quis juraverit.* ubi tenet, quòd non valet Teſtamentum ſecundum, ubi juravit non mutare primum. Contra videtur: nam certæ ſunt perſonæ quæ prohibentur teſtari. *Inſti. qui. teſt. fa. non l. pri.* eorum: ergo ſic de hujuſmodi prohibiti; ergo &c. Item reſtringeretur libertas poteſtas, aut ergo natione Obligationis ſuæ factæ, aut alii. Sibi non quia Obligatio requirit diſtinctas perſonas. *ff. de fideiuſſo. Ramius. §. generaliter. ar. C. de legi. digna vox.* Aut alteri, & hoc non poteſt: quia eſſet contra bonos mores. *ff. de verbo. obli. ſtipulatio hoc modo. C. de pac. l. ſi.* Videtur caſus *ff. de jure codi. divus. §. licet. cum ſi.* Dic tu quòd ſive Teſtator velit ſe reddere omnino inteſtabilem hoc non poteſt, ſcil. reſtringere voluntatem ſuam premi Judicii: *ff. pro ſocio. & ſi inter fratres. §. 1.* ſive velit ſe ſubjicere certis finibus & terminis, & etiam hoc non poteſt: ut dictum *l. divus. §. licet.* Ratio eſt in his, quia Teſtamentum publici Juris eſt: *ff. quemādmodum teſta. aperi. vel negare.* unde cum ſic concernat rem publicam, ejus libera factio contra diſpoſitionem Juris auferri non poteſt. *ff. de his quæ in teſta. delen. l. præterea.* Aut quæritur de adempta legatorum: tunc prima voluntas benè derogat ſecundæ, niſi de prima fiat mentio in ſecunda. *ff. ad Trebell. l. ſi quis priorum.* ſic *lo. all. ſupra. in prin.* hujus quæſtionis. Nam ibi hoc voluit Teſtator propter importunitatem amicorum dicentium *ho. relinquas mihi decem. ho. relinquas ei tot dolia vini vel olei*: aut ipſe ad hoc commotus derogationem permittit. Item Teſtamentum non rumpitur nec enervatur, niſi omnia principia ejus renoventur. *ff. de teſta. hæredes. §. ſi quid poſt Teſtamentum factum. cum §. ſe.* Item facilius adimitur Legatum, quàm Teſtamentum: nam in eo quod majus eſt periculum &c. *ff. de adi. lega. ex parte.* Hanc partem tenet *Gui.* ſcilicet quòd tenet ſecundum Teſtamentum non obſtante pacto vel ſuperioris confirmatione reſpectu Teſtamenti primi. ut legitur & notatur *Extra. de celebra. miſſa. cum Marthæ. in fi. 1. Reſpon. ver. noviſſimum. in glo. ambulatoria* &c. ubi de hoc. Idem determinat *Jo. An.* ſcilicet quòd non obſtante etiam Juramento Teſtatoris ſuper non mutando Teſtamentum primum, tenet tamen ſecundum; licet Pœnitentia ei imponatur de perjurio, quando ſine cauſa mutavit. Secus tamen ſi cauſa, puta quia damnatus eſt ordo Templariorum, quem inſtituebat hæredem in Teſtamento primo: ut ibi notat *Jo. An.* Sed nunquid hujuſmodi Executor jurare debet in initio de adminiſtrando benè & fideliter in futurum? Dicunt quidam quòd ſic. *C. de epiſ. audi. l. de creationibus. & Authen.* ibi poſita. *Ar. C. de dona. ſi quis pro redemptione. 1. Reſpon.* Sed alii contra: per eandem legem. Nam ibi innoit Juramentum eſſe præſtandum poſt diſtributionem, non ante: ut notatur in *Spe. de inſtru. edi.* in tractatu *de Teſtamentis. §. nunc vero. ver. ſed nunquid jurare debet.* Sed quis primò debet convenīri, hæres an Executor per creditorem vel Legatarium? Videtur quòd hæres ſit primò conveniendus. *Ar. ff. de jure fiſci. notbus. in prin.* Sed dic contra; quoad debita rerum mobilium; ſed hoc debere eſſe in optione ipſorum agentium: ut notatur in *Spe.* in dicto §. *nunc vero aliqua. ver. qualiter ſubveniatur. ar. ff. de leg. 2. ſi à pluribus.* In dubium quoque revoco, an creditores, qui præferuntur, & legatarii, qui in effectu creditoribus poſtponuntur: cum cerrent de lucro tantum aptando, ut *C. de jure deli. ſcimus. §. & ſi præfatam. & §. ſe.* arcentur ad probandum ſufficientiam bonorum, ſi conſequi velint debitum vel legatum? Dicitur quòd ſic: *C. de jure deli. l. ſancimus. §. licentia danda.* Nam ultra vires Patrimonii in nullo præſumitur valere Legatum. *ff. ad le. Falci. l. rationem. §. quod vulgo.* Sed Moderni dicunt contrarium, ſcilicet quòd ſufficientia præſumitur, ubi bonorum inſufficientia per hæredem vel Executorem non probatur. *ff. de proba. cum de lege falcidia.* Nam ultra vires Patrimonii Legare non præſumitur, niſi contrarium probetur. *ff. de probat. verius. Extra. de teſta. filius.* Nec obſtat dictus §. *licentia danda.* quia fuit ibi Inventarium ſub publico teſtimonio ſolenniter factum: ut *c. l. ſancimus. §. ſi autem dubius.* Unde iſta præſumptio tanquam fortior vincit illam aliam, quæ ſufficientiam præſumit: ideo dicto §. *licentia.* ad probandum ſufficientiam arctantur legatarii & creditores, ex quo hujuſmodi Inventarium ſolenne bonorum ſufficientiam non includit: ut notatur in dicto §. *quod vulgo.* Item quòd quis ſolvendo præſumatur, legitur *ff. de privile. credi. ſi creditoris. in fi.* Tu dic quòd allegans ſufficientiam, eam probare debet. *ff. de proba. non eſt neceſſe.* Sed & allegans inſufficientiam etiam eam probare tenetur: ut *c. ti. l. cum de lege Falcidia.* Nam allegavit excipiendo de impotentia. *Ar. c. ti: ff. de proba. l. 2.* Pono, legatum eſt mihi nomen nomine debitoris, nunquid mihi legatorio actio competit ſine ceſſione hæredis vel Executoris? Videtur quòd ſic. *C. de lega. ex legato.* Dic contra. *ff. de lega. 1. ſi ſervus legatus. §. qui margaritas. ff. de lega. 2. cum pater. §. debale.* Quia ſi verba referantur ad hæredem vel legatarium; tunc actio non tranſit ſine ceſſione, ut ibi: ſed ſi ſunt relata ad debitorem, tunc ſic: ut dicta *l. ex legato.* De hujuſmodi vero ceſſione ſatis notat *Jo. An.* poſt *Hoſti. Extra. de teſta. Johannes in ſumma. ver. juxta quod quæro.* Ultimò quæritur, an Executor Teſtamenti poſſit emere rem defuncti? Videtur quòd non. *Ar. ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. in fi. emere rem & l. non licet. C. de ſacroſan. eccle. Authen. quibuſcunque de ſumti.*

Executoris Juramentum an ſufficiat in reddis computum.

Teſtamenti Executor prius convenitur quam hæres.

Legatarii, an debeant probare ſufficientiam patrimonii defuncti.

Teſtamentū ſecundum an rumpat primū qd habet clauſulam derogatoriā.

Credo

Credo, contra si publicè hoc faciat tanquam quilibet extraneus: secus si clam. *Ar. op. ff. de admi. tu. non existimo. C. de contrahen. emp. l. cum ipse. Ar. op. ff. de leg. 1. si fundum per fideicommissum. l. Rescripsit.* Nec obstat dicta *Authen. quibuscunque. cum si.* Nam ibi specialiter est in Ecclesia, quæ regulariter habet administratores extraneos, unde talis in rebus alienis, sc. Ecclesiasticis præsumitur negligens: *ff. de donat. inter vi. & uxo. l. si fundus. §. penul.* sed Executores communiter sunt de sanguine vel amicitia antiqua, quæ consanguinitati comparatur; *ff. de hære. instit. nemo. §. qui frat. ff. de verb. sig. late culpa. §. amicos.* à quibus removetur suspicio mali. *ff. de ritu nupti. si quis tutor. §. pe.* Hoc teneas de veritate Juris: licet propter expertam Executorum malitiam crassantem prò parte prima contraria Constitutio Provincialis emanasse dicitur. *Ar. Extra. de excep. pio. §. 1.* ibi, *sed bominum &c. ff. de pæ. l. aut facta. §. ulti.*

Ne Prælati fructus Ecclesiarum vacantium percipiant.

¶ Summarium.

Prælati non percipiant, nec perceptos suos faciant Ecclesiarum vacantium fructus, sed de ipsis faciant juxta Canonicam Institutionem, nisi de ipsis percipiendis Jus speciale obtineant, alioquin ab Officio suspendantur. Sed neque Sequestrationes fructuum & proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum faciant, nisi casus speciales emergant, in quibus à Jure aut legitima Consuetudine permittantur: aliter Sequestrationes etiam sub pœna Excommunicationis & Interdicti late sint irrita, & Prælatus, donec revocaverit, à Dalmatica Tunica & Sandaliorum usu sit suspensus.

a Ecclesiarum. Hæc Constitutio non habetur inter *Consti. Othon.*

b *Injunctæ. Supra. e. Consti in proœ. §. nos igitur.*

c *Submovere.* Quod à propositum istius statuentis; alias in actu vix sufficeret hujusmodi Ecclesiarum dispendiis, etiam in paucis, occurrere. Facit *Extra. in proœ. in princi. li. 6. & de elect. cupientes. in prin. li. 6.* Patet hæc expositio *infrà. e. Consti. ita mortalium. §. nos autem.*

d *Duplici desolatione.* Sc. morte Prælati, & indebita occupatione fructuum hujusmodi vacantis Ecclesiæ: ut sequitur.

e *Confectæ.* Alias, confractæ.

f *Abissi.* Sc. Episcopis, & hujusmodi majoribus Prælatis.

g *Superintendentes.* Quales sunt Episcopi, ut habetur & notatur *suprà. in Consti. Otho. quia ad venerabiles. in prin.*

h *Quotidianam instantiam.* Exemplo Apostoli dicentis *2. ad Cor. 11. c. Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum Dei.*

i *Viduatis.* Nota hic Ecclesiam dici viduari quandocunque dicitur principali ministro destitui; sive præfuerit Ecclesiæ Collegiatæ sive non: nam sicut mulier dicitur *Vidua*, quæ maritum non habet, quasi à viro *idua*, id est, separata; vel ab *iduo*, id est, divido vel separo secundùm *Poll. 34. distin. vidua.* Sic etiam Ecclesia dicitur vacans, cujus maritus mortuus est: ut *50. distin. postquam. 63. di. obeuntibus. 93. di. c. penul.* Sed in hoc fit dissensio inter *Innocen. & Compostel.* ex una parte, & *Hosti.* ex altera parte *Extra. de elec. quia propter. in princi.* & eodem modo inter *Gui. & Fo. An. Extra. de elec. sicut cum per formam. in prin. li. 6.* Sed per propriè & impropriè potes dictam contrarietatem dissolvere. Vel dic opinionem *Hostien. & Gui.* hic intelligi quoad modum objiciendi, & in objectis respondendi & procedendi. *ar. Extra. de electio. Statuimus. li. 6.* Item quoad actum fructus occupandi, ut hic: sed opinio contraria loquitur quoad formam eligendi.

Ecclesia quando dicitur viduus.

k *Vacare.* Quod multipliciter evenit: ut legitur & notatur *suprà. e. Con. amoris proprii. §. nos autem. post prin.*

l *Contigerit.* Per mortem proprii Rectoris immediati: ut *suprà.* patet.

m *Prælati. Sc.* prædicti superintendentes.

n *Fructus & proventus.* De quibus *suprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. §. ulti. in glo. non dicit de fructibus.*

o *Nequaquam percipiant.* Consumendo, vel propriis usibus applicando, seu alias alienando absque necessitate Ecclesiæ: ut patet *Extra. de elec. quia sæpe. li. 6.* Alioquin nedum res ipsas hujusmodi Ecclesiæ habent restituere, ut hic sequitur; sed tanquam fur & latro proprio privari deberent honore: ut patet *10. q. 2. c. ulti.* secus tamen ut gubernent vel futuro successori reservent. *12. q. 2. c. ulti. Extra. de success. ab intest. c. si. cum si.* Notatur *suprà. e. Con. sacrorum. §. nos autem. in glo. nota banc.*

p *In canonibus.* Tactis *suprà. in proœ. glo.*

q *Nisi forte.* Versiculus.

r *Jus hujusmodi.* c. annale, vel alias temporale: ut legitur & notatur per *Doct.* de hac materia *Extra. ut Ecclesiastica beneficia. c. unico. §. ulti.*

† MS. Consilectæ.

s *Ex speciali Privilegio. Extra. de rescrip. si propter. lib. 6. Extra. de præben. si tibi concesso. e. lib.*

t *Vel ex Consuetudine.* Ergo ex consuetudine fructus possunt Beneficiorum vacantium superiori deberi Prælato. Legitur & notatur *Extra. de elec. generali. li. 6. & in Con. Cle. e. ti. c. pe.* Cui Consuetudini innituntur plures Prælati in Regno *Angliæ.* & quòd hoc Consuetudine fieri potest notat *Inno. Extra. ut Ecclesia. benefi. c. 1.* quod placet *Fo. An.* ut ibi notatur in *§. fi.* & hic patet: licet hujusmodi Consuetudinem improbet *Hosti.* præterquam quoad custodiam solam fructuum hujusmodi: non tamè quoad consumptionem seu imbursationem eorundem: ut legitur & *no. Extra. de insti. cum venissent. ver. cu-stodiam.* Sed prima opinio verior est: ut patet *Extra. de offi. or. li. 6. c. præsenti.*

Fructus Beneficiorum vacantium quos ex Consuetudine debeantur superiori.

u *Valeant.* Hæc dictio non inducit necessitatè vèdicandi seu hujusmodi exigendi, sed facultatè licitam: ut legitur & notatur per *Fo. An. Extra. de judi. dispendiosam. ante fi. ver. valeant. in Cle. Ar. ff. de judi. l. non quicquid. C. quomodo &*

quando judex. l. 1. cum si. Relinqui ergo, & deseri possunt impunè talia quæ debentur Ecclesiæ ex Privilegio vel speciali Consuetudine, cui repugnat jus Commune: ut hic, & *Extra. de privile. si de terra. & c. accedentibus.* ubi de hoc. *ff. de nundi. l. 1.* de quo legitur & notatur per *Doct. Extra. de consti. cum accessissent.* Secus tamen de his quæ debentur Ecclesiæ Jure Communi vel generali Consuetudine: ut est de Decimis, & Oblationibus, & hujusmodi: *Extra. de simo. Apostolicam*, quia negligens in exactione talium graviter non ambigitur peccare. *39. dist. c. 1. 10. di. c. ulti.* & notatur *63. di. Salomitana. in glo. tempus est.* legitur & *no. per Archidia. Extra. de elec. generali. §. illos. in glo. sic infrà. li. 6.* legitur & *no. 93. di. c. pervenit ad nos. in fi.* ut patet in his quæ notantur *in Con. Otho. licet ad profugandum. §. 1. in prin. ver. digne.* circa medium ibi *caveat igitur &c. suprà. e. Con. in proœ. §. sane. ver. negligentiæ. & infrà. e. Con. quoniam alienationes.* Ratio hujus distinctionis est: quia facilius abjicitur Jus speciale, quam Jus Commune. *Ar. ff. de mili. testa. ejus militis.*

Ecclesiæ debita non possunt impunè deseri.

x *Vendicare.* Servata tamen hodiè moderatione Constitutionis *Fo. Suscepti regiminis.* nuncupatæ.

y *Sequestrationes.* Secunda pars.

z *Proventuum beneficiorum.* Multò fortius, nec ipsa Beneficia pro aliquo debito pecuniario possunt subjici Interdicto: ut in *Extrav. Bonifac. 8.* quæ incipit, *Providè attendentes.*

a *A prælatis.* Sc. inferioribus Ecclesiarum. Vel dic, sc. Prælatos superiores.

b *Interdicunt.* Est ergo Sequestratio regulariter prohibita: ut patet *C. de probi. sequestra.* in rubro & nigro, ut hic sequitur.

c *Nisi casus speciales.* De quibus notatur per *glo. & Goffr.* Plenè per *Doc. Extra. de sequestratione poss. & fruc. c. 1.* & in *Spe. e. ti. in prin. ver. sed nunquid.* quibus adde casum novum *Extra. e. c. ad compescendos. in Consti. Clem.*

d *Sequestrationes.* Quid sit officium Sequestrationis, legitur & nota-

notatur per *W. Extra. de ſequeſt. ad compeſcendas. in Con. Cle. 1. Reſpon.* ibi, *per loci Ordinarium* &c, ubi etiam notat *W.* quòd per hujuſmodi ſequeſtrationem non fiet præjudicium aliarum partium, nec quoad Jus poſſeſſionis, nec proprietatis; cum ſit interpoſita de neceſſitate per arctationem Judicis, actuſque judiciarius non debet alicui eſſe injuriouſus. *Ar. C. de agri. & cenſi. lutibus. li.* 11. Secus tamen ſi per partes res litigioſa poneretur voluntarie penes aliquem amicum: tunc enim habens Jus poſſeſſionis illum amitteret. *ff. depoſi. licet.* Sic intellige quod *plc. no. glo. Extra. de judiciis. examinata.* Sed quæro utrum ſit gravius, an mittere in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, an ſequeſtrari rem? Dicit *Inno. Extra. de do. & contu. ex literis.* quòd mittere in poſſeſſionem durius eſt: ita quòd ſicut propter contumaciam Rei actor poteſt mitti in hujuſmodi poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ, qd majus eſt pœnale reo; ſic & ſequeſtrari, quod mitius eſt: *Ar. Extra. de deci. ex parte.* nam actor per lapſum anni rei ſequeſtratæ non efficitur verus poſſeſſor, tamen fieret per miſſionem in poſſeſſionem: unde tamen dicit textus in dicto *c. ex literis. mittitur volebam agere* &c, Sed dic contra ſecundum *Hoſti. & Fr. An. in c. c. ex literis.* ſc. quod Sequeſtratio eſt major & pœnalior quàm miſſio in poſſeſſionem. nam quando poſſeſſio ſequeſtratur propter contumaciam Rei, quandocunque infra annum veniat & cautionem præſtet, & in cauſa proceder, non reſtituetur ante latam Sententiam Diffinitivam: & tunc Sequeſter victori eam aſſignabit: *Extra. de judiciis. examinata*, quam jam aliter intellige poſt *W.* Dicit tamen *Fo. An.* in dicto *c. ex literis.* ut prætactum eſt, quòd cum Sequeſtratio ſit gravior, ergo magis prohibita: ibiq; ſolummodo factum narrat, nec Sequeſtrationem approbat: cum ſemper ſequeſtratio ſit prohibita præterquam in caſibus à jure permiſſis: ut *ſuprà. in glo. proxi.* Quòd ſi Sequeſtratio eſſet levior, miſſio tamen in poſſeſſionem eſt Juri Communi conſonantior. *Ar. Extra. de tranſla. epiſc. ulti.* & de hac materia ſequeſtrationis plura notat *Gui. in Roſa. 11. q. 1. quia res.*

Sequeſtratio, an ſit gravior miſſione in poſſeſſionē.

Prælato accuſato an ſit interdicenda adminiſtratio.

Nota Sequeſtrationem poſſe fieri ubi eſt veriſimilis ſuſpicio conſumptionis fructuum.

De Oblationibus Capellarum reſtituendis Eccleſiæ Matrici.

¶ Summarium.

Capellani miniſtrantes in Capellis, quæ ſalvo Jure Matricis Eccleſiæ ſunt conceſſæ, univerſas Oblationes, & cætera quæ Matrici provenire deberent, reſtituant Matricis Rectori ſub vinculo Suſpenſionis, donec reſtituerint.

GRatia quæ de concedentis [1]benignitate procedit, recipientem manifeſtè reddit [k] ingratum, ſi vertitur [l] in abuſum, vel ſuis [m] non contenta finibus [n] extenditur in læſionem alterius.

¶ [o] Eccleſiaſticæ quidem providentiæ pietas, dum [p] alteri per alterum non vult iniquam conditionem afferri, ſed quando privata perſona [q] Capellam propriam deſiderat obtinere, idque [r] juſtâ cauſâ mediante Epiſcopus [s] conceſſerit, ſemper adjicere [t] conſuevit, quod id fiat ſine præjudicio Juris alieni.

¶ [u] Quod & Nos ſalubri & [x]optio remedio proſequentes, [a]Capellani miniſtrantes in Capellis, quæ ſalvo Jure Matricis Eccleſiæ ſunt conceſſæ, univerſas Oblationes, & cætera quæ Matrici provenire deberent, reſtituant Matricis Rectori ſub vinculo Suſpenſionis, donec reſtituerint.

ſuetudines, & Jura [a] permittunt: [b] aliter autem factas Sequeſtrationes & latas [c] occaſione hujuſmodi Excommunicationum, Suſpenſionum, & Interdicti ſententias [d] nullas eſſe Decrevimus ipſo Jure. [e] Prælatus etiam, qui hujuſmodi Sequeſtrationes fecerit, quouſque revocaverit, ipſo facto [f] à Dalmaticæ, Tunicæ, & Sandaliorum [g] uſu ſit ſuſpenſus.

---

[1] *Benignitate.* Sc. liberali; ſecus ergo ſi ex neceſſitate: *ar. C. de libertis & eorum libe. l. 1. cum ſi.* cum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat. *ff. de adimen. lega. l. rem legatam. in ſi.*

[†] M. S. Opportuno.

[k] *Ingratum.* Eſt autem ingratitudo ventis urens, frontem pietatis deſiccans, affluentiam gratiæ non recordans, ſecundùm *Ber.* in ſermone ſuper *Cantica.* Componitur enim ingratitudo ab *in* quod eſt non, & *gratia*, quaſi non gratus. Unde ingratus uno modo dicitur quaſi non memor beneficiorum acceptorum: ut hic & *infrà. c. Conſti. juſtus. §. eapropter ne vitio. Extra. de dona. propter. in prin.* ubi hoc notat *Fo. An.* Alio modo dicitur ingratus ille cui deeſt faciendi & diſcendi facultas: unde vulgariter dicitur, talis non habet gratiam loquendi. Facit 23. *q.* 3. *ſex differentiæ.* Meritò quoque punitur ingratitudo. *Extra. de poſtula. c. ulti.* Unde verſus. *Aris, & natura, lex, Chriſtus, & omnia Jura, Damnant ingratum, lamentantur fore natum.*

Ingratus dicitur dupliciter.

[l] *In abuſum.* Unde Privilegium omnimodo meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. 11. *q.* 3. *privilegium. Extra. de privile. tuarum. §. verum quia.* cum *ſi.*

[m] *Non contenta.* Scilicet gratia, ſic, ut præmittitur, liberaliter conceſſa.

[n] *Extenditur.* Diſcurrens quaſi ebria, *ar.* in hoc quod legitur & *not. ſuprà. c. Conſti. in prou. §. 1. in ſi. ver. effrænis.*

[o] *Eccleſiaſtica quidem.* Secunda pars.

[p] *Alteri per alterum.* Ut *Extra. de Regu. Juris. non debet alteri. li. 6.* ubi de hoc per *Doct.*

[q] *Capellam propriam.* De hac materia dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. baſilicarum. in ſi. 1. Reſpon.*

[r] *Juſta cauſa.* Ut *de Con. di. 1. ſi quis etiam Extra parochias.* Nam ſine hoc concedi non debet: ut dicta *Conſti. baſilicarum.* Et *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. c. con. cum ſit ars. §. 1.* Patet *Extra. de eccle. ædi. ad audientiam.* Non eſt enim relaxandum Jus Commune, niſi ex cauſa. *ff. de decur. non tantum. §. pe.*

[s] *Conceſſerit.* Scilicet pietas prædicta: quod poteſt facere invito etiam Rectore Matricis Eccleſiæ. *Extra. de eccle. ædi. ad audientiam. §. ulti.*

[t] *Conſuevit.* Ut legitur & notatur *Extra. de eccle. ædi. cum dicat.* & facit *Extra. de reſcrip. quamvis li. 6. cum ſi.* & dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. in prou. in ver. renouatis.*

[u] *Quod & nos.* Tertia pars.

[x] *Proſequentes.* Collaudando: ut ſatis dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. quod in quodam. 1. Reſpon. ver. approbantes.*

[a] *Capellani.*

Prælatus accuſatus interiùs ali ex bonis Eccleſiæ per modum qui habetur ff. de inoffi. teſta. ſi inſtituta. §. qui de inofficioſo. C. de ar. coq. l. pe. ff. de jure delibera. l. filius.

[b] *Aliter.* Sc. quam in caſibus permiſſis à jure ſeu Conſuetudine. *Fo. de A.*

[c] *Occaſione.* Viz. ſequeſtrationis violatæ. Sic infra *c. Con. naturali. §. ipſos.*

[d] *Nullas eſſe.* Nota etiam ſententiam Judicis competentis nullam eſſe propter intolerabilem errorem. Sic *infrà. c. Con. naturali. §. pe.* De hoc *Extra. de ſen. excom. per tuas. §. pos igitur.*

[e] *Prælatus etiam.* Ver. qui in quibuſdam libris non habetur.

[f] *A Dalmatica Tunica* &c. De hoc legitur & notatur *ſuprà. c. Conſti. domus Dei. §. nos igitur. ver. quòd ſi rector.* aliis eſt ibi §.

[g] *Uſu.* Carentiam executionis notat.

Statuimus, & districtè Præcipimus, ut [a] Capellani ministrantes in Capellis hujusmodi, [b] quæ [c] salvo Jure Matricis Ecclesiæ sunt concessæ, universas Oblationes, & cætera, quæ, [d] ipsis non recipientibus, ad Ecclesiam Matricem pervenire deberent, [e] ipsius Ecclesiæ Rectori [f] sine difficultate [g] restituant, [h] cum illud [i] tanquam [k] alienum [l] justè nequeant retinere. [m] Siquis autem [n] restituere [o] contempserit, [p] Suspensionis vinculo, [q] quousque restituerit, se noverit innodatum.

Nota Capellanum recipientē Oblationes debere præstare Juramentum de fideli computo reddendo.

Consuetudo etiam circa Sacramentorum receptionem patet esse valida.

Murorum ruina cavenda est.

De Domibus Ecclesiarum reficiendis.

¶ Summarium.

Domus & Ædificia Beneficiorum à Beneficiatis eorum expensis reparentur & conserventur, & ad id ab Episcopis monentur: qui si admoniti ad duos menses cessaverint, Episcopi ex fructibus Beneficiorum easdem reparationes faciendas curent. Cancellos autem hi qui reficere tenentur, ut Rectores, sic quoque reficiant. Episcopalia verò Ædificia sarta tecta, & in suo statu conservata, ab Episcopis ipsis sub Divini Judicii attestatione præcepit.

¶ IMprobam quorundam [r] avaritiam [s] prosequentes, qui cùm de suis Ecclesiis & Ecclesiasticis Beneficiis [t] multa bona suscipiant, Domos [u] ipsarum, & cætera [x] Ædificia negligunt, ita ut integra ea non conservent & diruta non restaurent; [y] propter quod [z] Ecclesiarum ipsarum statum [a] deformitas occupat, & multa incommoda subsequuntur: Statuimus & Præcipimus, ut [b] universi Clerici suorum Beneficiorum Domos, & cætera [d] Ædificia, [e] prout [f] indiguerint, reficere studeant [g] condecenter, [h] ad quod per Episcopos suos vel Archidiaconos solicitè [i] moneantur. [k] Si quis verò post Episcopi vel Archidiaconi monitionem [l] per duos menses [m] id [n] facere [o] cessaverit [p] extunc Episcopus ipsius Clerici sumptibus, id fieri faciat diligenter, [q] de fructibus hujusmodi ruinis publicus deformetur aspectus. *C. de ædifi. priva. l. 2. in fine.*

---

a *Capellani ministrantes.* Sive sint ibi perpetuo intitulati, sive temporales stipendiarii: de quibus dixi *suprà, in Con. Otho, ad vicariam. §. ulti.*

b *Quæ.* Sc. Capellæ.

c *Salvo jure.* Ut *suprà. §. proxi.*

d *Ipsis.* Scil. Capellis vel Capellanis.

e *Ipsius Ecclesiæ.* Scil. Matricis.

f *Sine difficultate.* Non igitur cum murmure, vel cum litis expectatione: nec objiciendo compensationē vel aliam imbrigationē, *Ar. C. de compen. l. in ea. 2. Resp.*

g *Restituant.* Etiam exacto ab eis corporali Juramento per partem Rectoris de fideli computo inde reddendo. *Ar.* in hoc quod dixi *suprà. in con. libertatem. in summa. §. suprà posito. & §. se. & §. sed nunquid hujusmodi Executor.*

h *Cum illud.* Sc. quod offertur in Capellis & hujusmodi: ut *suprà* patet.

i *Tanquam.* Hoc est expressivum veritatis: vel *tanquam* similitudinariè ponitur *suprà. c. Con. in præ. in prin.*

k *Alienum.* Sc. Matricis Ecclesiæ. *16. q. 1. statuimus. in principio.*

l *Justè.* Sc. nisi aliud indulserit tenor Privilegii specialis, ut *suprà. in Con. Otho. cum non solum. in fi.* vel antiquitas Consuetudinis: posset enim antiqua Consuetudo inducere, quòd aliquis ab alieno Presbytero Ecclesiastica percipiat Sacramenta, & per consequens Oblationes tunc factas: *Ar.* in hoc quod legitur & notatur per *W. Extra. de reli. do. qd Contingit. §. fi. in Con. Cle.* nam etiam in honoribus Consuetudo longa inspicienda est. *ff. de decur. non tantū. §. fi.* Vel nisi ex pacto cum Rectore Matricis Ecclesiæ fructus obvenientes Capellæ retineat annuatim, pro illis aliquid certum ipsi Rectori solvendo: ut plenius notatur per *Inno. Extra. de fim. non satis. §. 1. ver. capellani. Ar. Extra. ne præla. vices su. c. fi.*

m *Si quis autem.* Sc. Capellanus, ministrās in hujusmodi Capellis.

n *Contempserit.* Congruè interpellatus. *Ar. ff. de ver. ob. si ex legati causa. ff. de re judi. contumacia.*

o *Suspensionis.* Sc. ab officio. *Ar. suprà in Con. Otho. auditu. in fi.* & quod ibi notatur per *Jo. An. Extra. de pæ. cupientes. ver. suspensi. in fi. in Con. Cle.* Vel dic ab ingressu Ecclesiæ. *Extra. de sen. ex. c. 1. §. si quis. & c. is cui. li. 6.*

p *Quousque.* De hoc plene dixi *suprà. c. Con. cum honestatis. ver. ultionem.*

q IMprobam. Hæc Constitutio non habetur inter *Consti. Otho.*

r *Avaritiā.* De qua *no. suprà. c. con auditu. ante fi. 1. Respon.*

s *Prosequentes.* Tanquā bonis moribus adversantē: ut ibi, *Jo. de A.*

t *Multa bona.* Sc. temporalia, quæ habeant & prosunt. *ff. de ver. sig. bonorum.*

u *Ipsarum.* Sc. Ecclesiarum.

x *Ædificia negligunt.* Quod fit dupliciter, ut sequitur, vel non conservando domos integras, vel non reparando diruras: ut *Extra. de eccle. ædi. c. 2. in fi.*

y *Propter quod.* Id est, propter quam negligentiam.

z *Ecclesiarum.* Sc. & Rectoriæ domorum.

a *Deformitas occupat.* Cum tamen destructio vel mœnium vel murorum, & deformatio proveniens ex ruinis à lege detestetur, cavenda est. *Extra. de elec. fundamenta. §. dignè itaque. li. 6. ff. ne quid in loco pu. l. ulti. Extra. de reli. do. quia contingit. 1. Respon. in Consti. Cle.* Hanc igitur considerationem habuit *Jo. Papa 22.* in revocatione pluralitatis per suam Constitutionem *Execrabilis. §. 1.* ibi, *ruinis patent ædificia.* Immo cavendum est, nè

b *Universi Clerici.* Prælati sub hac generalitate Curati etiam ac Prædendarii, & cæteri quæcunque beneficia Ecclesiastica obtinentes includuntur. *Ar.* in hoc quod legitur & *no. suprà. c. Con. cum sanctis. §. præcipimus. in prin.*

c *Ædificia.* Manium Rectoriæ constituentia. Non enim intelligo hanc Constitutionem intelligi extendi ad domos redituales ipsorum beneficiorum: nam in illis non causatur deformitas prænominata. *ar. C. de falsa mo. l. unica. §. domos vero. ff. de dam. infect. l. 4. §. verecunde autem.* Sed certe hic intellectus nimis videtur restringere Constitutionem illā, cum tamen juxta hunc intellectum sufficeret dicere *domos ipsorum Beneficiorum*, licet non adjiceret *& cætera ædificia.* Ut ergo nil sit superflue hic positum, dic *domos*, scil. mansiones ipsius Beneficii &c.

d *Ædificia.* Sc. pertinentia ad Beneficium ipsum, quorum refectio ad ipsum Beneficiatum immediatè pertineat. *Ar. Extra. in præ. §. pe. in fi.* ibi, *resecatis superfluis &c.* Secus tamen de domibus ab antiquo in † fundum datis, vel quarum refectio ad inquilinum, vel alium pertinet immediatè. *Ar.* à contrario sensu *Authen. Episcopū vel abba. c. unico. 2. Respon. Colla. 10.* † *MS.* Profundi.

e *Prout.* i. e. *Si* & quādo. *Ar. ff. ad Trebell. falla. §. fi.* ibi, *cum suspecta.*

f *Indiguerint.* Necessariam refectionē importat. *Ar. ff. de impen. in re do. fac. l. 1. §. fi. & l. se.* Non ergo loquitur hic de refectione præciosæ picturæ *Parrhasii* vel *Apellis*, de quā habetur *Insti. de re. di. §. si quis in aliena tabula.* immo nec de aliis voluptuosis impensis. *ff. de ver. sig. impensa. §. ulti. & l. pe.*

g *Condecenter.* Non ergo apparenter duntaxat superficiali visui vel usui hominum, lignis putridis cautè supertectis: ut *infrà.* ibi, *diligenter &c.*

h *Ad quod.* Id est, ad quam refectionem.

i *Moneantur.* Sc. inferiores beneficiati, immo ad hoc cogentur: ut sequitur. *Ar. ff. de offi. Præsi. l. videtur.*

k *Si quis verò.* Etiam dic, sc. inferior Beneficiatus.

l *Per duos menses.* Sc. à tempore monitionis numerandos: ut hic patet.

m *Id.* Id est, refectionem necessariam.

n *Facere.* Saltem inceptivè: nam alias fortè opus grande esset sibi impossibile reficiendo in totum perficere. *Extra. de tempo. ordi. ex tenore. §. verum. Extra. de furtis. c. ulti.*

o *Cessaverit.* Hic est arg. qd in illis qui per negligentiam suam talia permittant collabi, de Dilapidatione possint merito accusari: ergo hoc posset esse una causa quare fructus sui Beneficii licitè valerent sequestrari. *Ar.* in hoc qd dixi *suprà. in consti. Ecclesiarum. §. ul. ver. permittunt.* Aliā vero causam adjungam *infrà. c. super ver. de fructibus.* Idem quoque est de isto, qui nemora antiqua, non cædua, absque ardua necessitate incidit vel destruxit: ut plenius notatur in *Extravag. Jo. pradicti. Execrabilis. §. 1. in glo. non magnificum.* *Fructus beneficii quandoq; possunt sequestrari.*

p *Extunc.* Post lapsum duorum mensium à tempore hujus monitionis.

q *De fructibus.* Pertinentibus ad Rectorem. Unde hic nota fructus Ecclesiæ pro refectione hujusmodi domorum per Ordinarium licitè sequestrari, quasi Privilegio taciræ hypothecæ sint pro hujusmodi indemnitate obligati fructus ipsius. *Ar.* in hoc quod cautè notatur *Extra. de pigno. ex literis. in glo. fi.* Aliam etiam causam Sequestrationis scripsi *suprà. in ver. cessaverit. Jo. de Athon.*

a *Ipsius.*

[a] *Ipſius Eccleſiæ.* Notã, quòd ſimplici locutione fructus Eccleſiæ ad Rectorem dicuntur pertinere. Per quod videtur, quòd legatum relictum Eccleſiæ ejus deberetur Rectori. *Ar. ff. de annu. leg. annua. §. Titia. ff. de condi. & de filiuſfa.* Sed certe in hoc videtur conſiderari debere affectionem & intentionem legantis. *Ar.* in hoc qd legitur & notatur *ff. ſolu. ma. ſi vero negotium. §. item quicquid. Extra. de teſta. requiſiſti. cum ſi.*

As Legatum relictum Eccleſiæ deberatur Rectori.

[a] ipſius Eccleſiæ & Beneficii, præſentis auctoritate Statuti; tantum [b] accipi [c] faciens, quantum ad [d] refectionem hujuſmodi [e] ſufficiat [f] peragendam.

¶ [g] Cancellos etiam Eccleſiæ per eos, qui [h] ad hoc tenentur, refici [i] faciant, ut [k] ſuperiùs eſt expreſſum.

¶ [l] Archiepiſcopos verò, & Epiſcopos, [m] & alios inferiores Prælatos Domos & [n] Ædificia ſua [o] ſarta tecta, & in ſtatu ſuo conſervare & tenere [p] ſub Divini Judicii atteſtatione Præcipimus, [q] ut ipſi ea refici faciant, [r] quæ refectione [s] noverint indigere.

b *Accipi.* Sub haſtatione præmiſſa: ut plus offerenti dentur res hujuſmodi venales; cum tractetur de executione per Judicem facienda in bonis alienis. *Ar. C. de fide inſtru. & jure haſtæ fiſca. l. duplex. per totum ti. li.* 10.

c *Faciens.* Sc. Epiſcopus.

d *Refectionem hujuſmodi.* Sc. neceſſariam: ut dixi *ſupra. in ver. indiguerint.*

e *Sufficiat.* Secundum juſtum arbitrium ipſius Epiſcopi; alias remedio Appellationis iniquum arbitrium reparari poſſit. *Ar. ff. de oper. liber. ſi libertus ita juraverit. C. de contraben. emp. l. ſi.* Et dixi *ſupra. in Con. Otho. baſilicarum. §. pe. Ar. ff. quæ ſen. ſine ap. re. l.* 1. §. 1. *ver. ſi vero ideo.*

f *Peragendam.* Non ergo in uſus alios convertendam. *Ar. ff. de re. eo. qui ſunt ſub tu. vel cu. magi. §. idem. ver. nè tamen. ff. de admi. tu. re. ad civi. perti. l.* 1. *cum ſi.*

g *Cancellos etiam Eccleſiæ.* Secunda pars alludens cõmuni conſuetudini *Anglicanæ*, per quam refectio navis Eccleſiæ, ubi inſident ipſi Parochiani laici, ad ipſos Parochianos pertinet: Cancelli verò refectio ad Rectores: ut plenius dicam *infrà. in glo. proxi.*

h *Ad hoc tenentur.* De Jure Communi fabrica ſeu reparatio Eccleſiæ pertinet hodie ad Rectorem juxta ordinationem & ſolicitudinem Epiſcopi; cum ſub ipſo ſit tranſlata illa quarta fabricæ Eccleſiæ debita in ipſum Rectorem: ita quòd ille debet reparare Eccleſiam, qui habet hujuſmodi quartam. 10. *q.* 1. *decrevimus. & c. ſe.* 10. *q.* 3. *priſcis. & c. unio.* ubi de hoc. Ità quòd Laici de Jure Cõmuni ad hoc nõ compellãtur: ut ſic intelligatur. 12 *q.* 2. *quatuor.* ut plenè notat *Gui. Extra. de pa. & re. Romana. in prin. li.* 6. Sed certè de Conſuetudine Parochiani etiam Laici, ad hujuſmodi reparationem cõpelluntur; populus itaque laicus hujuſmodi laudabilem conſuetudinem cogitur obſervare. *Ar. Extra. de ſimo. ad Apoſtolicam.* Hoc etiam notat *Jo. An. Extra. de eccle. adi. c.* 1. *& c. de his.* & dixi *ſupra. in glo. proxi.* Credo tamen qd Rector nihilominus in hac parte debet ſuam ſollicitudinem impartiri. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *ſupra. in Conſti. Otho. baſilicarum. c. ultimo.* Liçet enim per conſuetudinem exoneretur Rector à ſumptibus præſtandis: non tamen eximitur a cura & ſollicitudine impendenda. *ar. ff. de ſer. ur. prædi. ſi domus. cum ſi.* Item Rectoris hoc intereſt, nedum propter decentiam Eccleſiæ, ſed etiam quia Epiſcopo, cujus mediate intereſt, ſingulis annis, ſi exigatur, de hujuſmodi reparatione debeat Rector reddere rationem. 11. *q.* 3. *c.* 1. Audiet ergo Rector Computũ expenſarum circa hujuſmodi fabricam, & etiam legatorum ad uſum fabricæ relictorum, & omnium conſimilium. *ar. l. præall. ff. de rer. fix. l. quibus præcipua cura.* Suppoſita ergo Conſuetudine prælibata, nunquid teneantur Parochiani ad reparationem hujuſmodi tanquàm pro onere reali, vel tanquam perſonali? Videtur quòd pro onere perſonali. *Ar. ff. de mu. & boner. l.* 3. *§. cura.* Sed ibi loquitur de onere injuncto perſonæ quoad laborem perſonalem vel corporalem: ut notatur *C. ut nem. li. in emptione ſpecierum ſe. excu. l. unica. li.* 10. ideo fortius facit *l. ff. de cenſi. de ætate.* 1. *Reſpon. C. de capi. civi. l. unica.* cum ſua *glo. li.* 10. Credo tamen contra, ſc. quòd unuſquiſque Parochianus teneatur ad hoc juxta portionem glebæ ſeu terræ quam poſſidet intra ipſam Parochiam, & juxta numerum animalium, quæ nutrit ibidem. *Ar. C. de immu. nemi. conce. l. ul. li.* 10. *& C. de omni agro deſer. l. pe.* ibi, *municipem pro gleba & c. li.* 11. *ff. de mu. & bo. l. viarum. & l. muncrum. in prin. & §. ſed & qui ad reficiendas. & §. patrimoniorum autem. ff. de cenſi. ſi ma. §.* 2. *ver. ſi quis vero. & l. poſſeſſorem.* ibi, *ut omnes pro modo prædiorum & c.* Immo & Religioſi, exempti etiam, ibidem habentes terras ſeu animalia, ad hoc habent contribuere. *ar. C. de ſacroſan. eccle. adminiſtratiõe. ff. de vetera. via. cum ſi.* Quod tamen ipſi Religioſi omnino non admittunt. *ar. op.* pio eis *ff. de mu. & bo. reſcripto. §. illud. cum ſua glo. pe. in fi.* cum cnus de quo loquitur ibi ſit impoſitum rebus, & non perſonis; ſicut etiam de collecta extraordinaria: ut ibi *le. & no. Dy. ff. ad munici. libertus. §. ſola ratio.* licet ſecus de collecta ordinaria eſſet dicendũ: ut *ff. de mu. & bo. l. qui originem. §. exactionem.* Sed unum in hac materia quæro, quod in pluribus locis conſuevit pendere de facto: dicta Conſuetudine, ut prius, ſuppoſita, nunquid Parochia legitimè diviſa debent Parochiani novæ Eccleſiæ aliqualiter contribuere ad refectionem antiquæ Matricis Eccleſiæ? Videtur quòd non. *ar. ff. de aſſeſſo. l. ſi eadem. C. de offi. Præfec. Præto. Afri. l. in nomine Domini. §. quoniam ita convenit. in fi.* & in *§. interes.* & ibi notatur de diviſione Epiſcopatus. *Aut. ut judic. ſine quo. ſuff. §. idem tamen. Coll.* 2. Sed contra videtur propter rationes præcedentes. *ff. de quæſtioni. l. unius. §. ſervus caput. ff. de Decuri. l. ulti. cum ſi.* Solutio. Aut prorſus eſt diviſio hujuſmodi facta concurrentibus illis quatuor de quibus dicitur *ſupra. in Con. Otho. cum ſit ars. §.* 1. *in glo. unius enim.* circa medium. Tunc ad contribuendum in refectionem ſeu reparationem hujuſmodi Parochialis Eccleſiæ noviter erectæ non coguntur de Juris neceſſitate: ut in *l. præall. Ar. C. de metropo. l. unica. lib.* 11. & in *Extravag. Jo. Papa* 22. quæ incipit, *Sedes Apoſtolica.* Videtur expreſſe 16. *q.* 1. *præcipimus. §. ſicut duo.* cum jam poſt diviſionem hujuſmodi duæ Parochiæ omnino ſint diſtinctæ: ut dixi in dicta *Conſti. cum ſit ars. in glo. prætacta.* quia una Eccleſia alteri non erit ancilla: quia eſſet illa peſſima Conſuetudo: ut notatur *Extra. de reſcrip. c. ſi. ver. altera. li.* 6. in tantum quòd nova Eccleſia ab illa Parochia antiquioris Eccleſiæ eximitur nomine, onere, & honore: *ar. C. de feri. a nullo. in ſi.* niſi dicamus ex quadam æquitate illos Parochianos novæ Eccleſiæ, ſi contribuant, gratiam facere, denegando verò hic injuriam committere. *ar. ff. de aqua quoti. & eſti. l.* 1. *§. pe.* & quod notat *Gui. Extra. de elẽtione. licet canon. §. ulti. ver. gratiam. li.* 6. Nec obſtat quòd Parochianis Eccleſiæ antiquioris per talem diviſionem præjudicatur abſque conſenſu eorum: *ar. ff. de aqua plu. ar. in concedendo.* nam † hujuſmodi non requiritur, ut patet in *glo.* ad quam remiſi *ſupra* in principio hujus ſolutionis, nec hoc ſit ſine cauſa: ut ibi notat *glo. Sc. Extra. de Re. Juris. ſine culpa. li.* 6. *cum ſi.* Poteſt itaq; Jus antiquũ immutari, ut ſibi proſit; licet per hoc alteri contrario noceat. *ff. de aqua plu. ar. l.* 1. *§. denique idem.* Aut Capella eſt alia à Matrice Eccleſia per diviſionem extracta: ut *ſupra. in Con. proxi.* & ſic nihilominus incolæ ipſius Capellæ novæ Parochiani remaneant ipſius Matricis Eccleſiæ: & tunc ad ipſius Matricis Eccleſiæ refectionem cum cæteris teneantur contribuere. Sic intellige 16. *q.* 1. *plures autem. in prin. ar. ff. de precar. quamvis.* Immo fortius, & magis præcipue debetur pecunia refectioni antiquæ Eccleſiæ, quam Capellæ novæ. *ar. ff. de operi. pu. l. ulti.* 1. *Reſpon.* Licet enim eiſdem ſit indultum favorabiliter, ut Sacramenta & ſacramentalia, & hujuſmodi in nova Capella poſſunt percipere, tamen ab oneribus Matricis Eccleſiæ per hoc non reddantur exempti. *ſupra. in conſti. proxi. ff. de ſervitu. ur. prædi. ſi domus. ff. quorum lega. l.* 1. *§. ſi duo.* Item hoc caſu Capella dependens ſeu acceſſoria † inducit naturam ſui Principalis. *ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de præben. ſuper eo. li.* 6. & quod notat *Gui. eo. ti. cum ſingula. ver. dependeat. li.* 6. & facit *e. li. de Reg. Jur. acceſſorium.* & facit *ff. de fideicom. generaliter. cum ſuis ſi.* Item ad omnia debita & conſueta tenebuntur. *ar. Extra. de cenſi. c.* 1. *in Con. Cle.* Facit *de ver. ſig. l. nimis. in prin.* Nec obſtat quòd ipſi Parochiani habentes hujuſmodi Capellam, ſic duplici fabrica onerentur contra legem dicentem reſpectu unius quem non debere dupliciter arctari: *ar. ff. nau. cau. ſta. l. & ita. in ſi. l. licet. §. ſi.* quia hoc evenit ex eorum vel Prædeceſſorum ſuorum voluntaria impetratione Capellæ. *ar. ff. qui ſatisda. co. l. fidejuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. famil. erciſ. alienationes.* ut dixi in quæſtione ſolenni *ſupra. in Conſti. Otho. quod in quadam. in glo. vicarii &c.*

† *MS.* Hoc.

† *MS.* Induit. Parochiani quandoq; ad duplicẽ reparationem tenentur.

i *Faciant.* Sc. Epiſcopi.

k *Superius. §. proxi.*

l *Archiepiſcopos vero.* Tertia pars.

m *Et alios Prælatos.* De quibus habetur *ſupra. in Con. Otho. quoniam tabellionum.* & dixi in *c. proxi. præcedente. §. conficiuntur in prin.*

n *Ædificia.* De his *ſupra.* 1. *Reſpon.*

o *Sarta tecta.* Id eſt, ſarcita ſeu refecta; tignum † ſuper tectum eis apponendo. 10. *q.* 3. *c.* 1. legitur & notatur *ff. de uſur. haſtenus.* Cum autem hujuſmodi ædificia fuerint, ut præmittitur, appodiata, immo ſufficienter tecta & reparata, licebit eidem reparanti auferre vetuſta rudera inde cadentia, id eſt, materiam hujuſmodi fractam & diſſoluram, & de illis ad placitum ordinare: *ff. de damno infecto. Eccleſiæ Prætor ait. §. ulti.* dum tamen non in prophanos uſus, ſed in alium uſum honeſtum domorum Eccleſiæ. *de conſe. di.* 1. *ligna Eccleſiæ.* cum 3. *c. ſe.*

† *MS.* Et tectum. *Nota quid faciendum cum lignis Eccleſiæ conſuptis.*

p *Sub Divini Judicii.* Dic ut legitur & notatur *infra. e. Conſti. paſtor bonus. §. nos prædicti.*

q *Ut ipſi.* Sc. Prælati.

r *Quæ.* Sc. ædificia.

s *Noverint.* Ex certa ſcientia, vel noſſe debuerint. *arg.* in hoc quod notatur *ſupra. in Conſti. Otho. contra latronum.*

Parochia ſi dividatur quis antiquam reparabit.

a *Naturalis diſpoſitionis.* Hæc Conſtitutio adjicit ad illam *ſuprà. in Con. Otho. de Archidiaconis.*

b *Effectus.* Non intelligas hic diſpoſitionem naturalem per impreſſionem, ſc. abſque gratia cooperante Divina. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. e. Con. quoniam cæca. §. ad hæc. ver. gratiam.*

c *Semen ſerenti reddit.* Ut in *Pſal. Qui ſeminant in lachrymis.* uſque in finẽ illius Pſalmi.

d *Operanti.* Non dicit in molli loco quieſcenti, *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà* in Præfatione ante *Con. Otho.* nec aliis deliciis juxta deſideria carnis nimis indulgenti. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. e. Con. amoris propriæ. 1. Reſpon. in glo. de quæ. in fi.* Verſus. Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat: non autem virtutibus fructuoſis, ut hic.

Verſus.

e *Iniquum.* Cui tamen iniquitati, tam ad literam, quam ad intellectum, plerique damnabiliter non metuunt inhærere. *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. e. Con. in proœ. §. ſanc.* in magna *glo.*

f *Ex his.* Secunda pars.

g *Canonum proviſio.* De qua notatur *ſuprà. in Con. Otho. de Archidiaconis. & ſuprà. e. Con. domus Dei. §. ſalutis. in glo. quæ præſtatur.*

h *Cum autẽ.* Verſiculus.

i *Debeatur.* Ut in *glo.* ad quas jam proximè remiſi.

k *Vel recipiatur.* Procuratio; licet non exacta, ſed gratis oblata: ut notatur in dicta *Con. de Archidiaconis. §. 1. ver. duntaxat.*

l *Ratione ceſſante.* De hoc plenè dixi *ſuprà. in Con. Otho. alicubi. §. quo dante.*

m *Indebiti.* Ergo competit repetitio: ut etiam *infra* ſequitur. Sed contra, ex quo ſcienter & gratis Procuratio indebitè eſt ſoluta. *ar. ff. de Re. Furis. cujus per errorem.* Et in eo quod notatur *Extra. de ſolutioni. c. ul.* Solutio. Licet ſic ſolvens in facultate ſit vel in culpa, recipiens tamen hujuſmodi indebitum eſt in dolo, qui præponderat culpæ. *ff. ad leg. Aqui. ſi obſtetrix.* Vel dic ſolventem Procurationem ſic indebitam velle repugnantia: cum neceſſarium reſpectum debeat habere Procuratio ad actum viſitationis, etiam impræſcriptibiliter: ut legitur & notatur *Extra. de præſcrip. cum ex officii. §. nos igitur.* Licet ergo tantam quantitatem Prælato ſcienter ſolvere & donare poſſet, ut in contrariis: nomine tamen hujus Procurationis hoc nequit niſi viſitanti, ut hic. Unde quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequit. *ar. Extra. de offi. deleg. cum ſuper abbatia. §. ſi. C. ſi quis alter. vel ſibi. l. multum intereſt. cum ſi.*

n *Cum igitur.* Tertia pars.

o *Prælati plerique.* Alias Archidiaconi.

p *Prælatorum ſaluti providentes.* Et ſic fortè Beneficium illud confertur invito: unde ſignanter contra *ff. de Re. Furis. invito.* Solutio. Quicquid alibi ſcripſerint *glo.* vel *Doctо.* quorum dicta in hac parte patiuntur calumniam: tu dic ſecundùm alteram opinionem in *glo.* in Lege contraria quòd Beneficium gaudium tribuens capienti non confertur invito. *ff. de ver. ſig. quorum. in fi.* Sunt enim hæc quaſi contraria; cum volens triſtitiam habeat de † emptione libertatis animi generoſi. Gaudium verò per placentiam animi laxat. Illud quoque dicitur proprium Beneficium quod gaudium tribuit: *Authen. quibus mo. ſeu. am. §. beneficium. Coll.* 10. quod ſatis textus aperit, dicens Beneficia tunc præſtari invitis, quando eorum utilitati, non voluntati conſulitur. *45. di. & qui emendat. ar.* hic in litera noſtra. Aliter tamen *no. Gui. 45. di. & qui. in fi.*

Beneficiũ an poſſit conferri in invitum.

† *MS.* Adeptione.

q *Ne quis.* Sc. Prælatus.

r *Niſi cum eidem.* Sc. Eccleſiæ Catholicæ. Et hæc ratio fortè movet providè Epiſcopos hujus regni, qui in Viſitationibus ſuis Procurationes ab Eccleſia communiter non exigunt: quia ad ſingulas Eccleſias ob cauſam Viſitationis non declinant, licet plene perſonas viſitant tam clerum quàm populum; ob hanc cauſam nunc ad unum locum, nunc ad alium congruum convocando: cum tamen Procurationem debeant recipere tantummodo de locis viſitatis: ut hic, *Extra. de cenſi. Romana. 1. li. 6.* & notatur *42. di. non oportet miniſtros.* licet hoc ſit contra intellectum *Jo. An.* ibidem *ver. viſitatis.*

Procuratio an poſſit percipi a Prælato perſonaliter non viſitante.

ſ *Impendit.* In propria perſona. Tunc benè licebit unam Eccleſiam vel plures eodem die viſitare. Illa tamen non debet; niſi ad unam Procurationem contribuere, ut legitur & notatur per *Gui. Extra. de cenſi. fælicis. li. 6.* Alioquin cum nequiverint perſonaliter viſitare, tunc licet neceſſaria ſint per Prælatos ipſos talibus miniſtranda, *Extra. de offi. or. inter cætera.* tamen non eſt improbandum, quòd illi tantum qui viſitant, Procurationem recipiant victualium moderatam, vel pecuniã pro eiſdem: non autem ipſi Prælati quicquam hac de cauſa, quorũ nomine viſitatur, habent recipere Communi Jure: ut notatur per *Gui.* & *Jo An.* in dicto *c. fælicis. Extra. de offi. or. ſi Epiſcopus. li. 6.*

t *Qui vero.* Sc. inferior Prælatus.

u *Ab ingreſſu Eccleſiæ.* De tali ſuſpenſo dic ut *Extra. de ſen. ex. is cui. li. 6.*

x *Epiſcopi vero.* Quarta pars declarans hoc quod legitur & notatur *ſuprà. in Con. Otho. de Archidiaconis. §. Eccleſiam autem.*

y *Innocentii Papæ Quarti. Extra. de cenſi. Romana. li. 6. §. procurationes.* cum lege ibi allegata ſuper *ver. in canonibus.* Legitur & notatur *c. ti. e. exigit. li. 6.*

z *Ne viſitantes.* Ratio efficax ad præmiſſa.

a *Lucris inhiare.* Tales enim Prælati inter Filios Dei non computantur, ſed Mercenarii dicuntur: ut ſignanter legitur 8. *q.* 1. *ſunt in Eccleſia quidam.*

b *Salutem quærere animarum.* Sed utinam Prælati noſtri temporis hanc ſalutem haberent in intentione: cum integritas Præſidentium ſit ſalus ſubditorum. *61. di. miramur.*

c *Quod ſi.* Verſiculus.

d *Contra facere.* Subditos gravando ultra Conſtitutionem *Innocentii* Papæ quarti.

e *Attentaverint.* Epiſcopi vel Prælati.

f *Eis.* Sc. Epiſcopis & Prælatis.

g *Non pareant in hac parte. Ar. 10. q. 3. quia cognovimus. C. de jure fiſci. l. prohibitum. li.* 10. ubi ſubditus licitè reſiſtit ſuperiori in ſuo officio erranti. Sic *C. de meta. l. devotum. li.* 12. legitur & no.

C. de

De Procurationibus, quæ ratione Viſitationis debentur, non excipiendis ab Archidiaconis, vel aliis inferioribus, niſi cum viſitent.

¶ Summarium.

Nullus Prælatorum ratione Viſitationis Procurationem exigat, niſi viſitet: aliter, donec reſtituerit, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendatur. Nec Viſitantes ſubditos ſuos ultra conſtitutum ab Innocentio *quarto expoſtulent: & ſi contra recuſantes Excommunicationis ſententiam tulerint, nullius ſit efficaciæ. Sed neque oneroſam ducant ſecum multitudinem, quæ turbationem pariat, ſed moderatam juxta* Lateranenſis *Concilii Decretum.*

[a] NAturalis diſpoſitionis [b] effectus [c] ſemen reddit ſerenti, & fructum laboris multiplicat [d] operanti. Abſurdum verò ſimul & [e] iniquum nemo dubitat, ibi quemque, ubi non ſeminat, metere, & ex his colligere, quæ non ſpargit.

¶ [f] Ex his Sacrorum [g] Canonum proviſio æquitate ponderatâ decrevit, ut Eccleſia, quæ Viſitationem recepit, in Temporalibus & Spiritualibus Eccleſiarum bonis ſalubriter conſtitutis inſtitutam procurationem exhibeat viſitanti. [h] Cum autẽ ratione Viſitationis procuratio [i] debeatur, ſi quid exigatur, [k] vel recipiatur, hujuſmodi [l] ratione ceſſante, jam malè recepti & [m] indebiti nomen ſubiit.

¶ [n] Cum igitur intellexerimus, quòd pleriq; [o] Prælati Procurationes à ſubditis exigunt, licèt Viſitationis Officium non impendant, Nos tam Eccleſiarum indemnitati, quàm [p] Prælatorum ſaluti conſultiùs providentes, diſtrictiùs Inhibemus, [q] nè quis eorum Procurationem, quæ ratione Viſitationis debetur, ab Eccleſia quacunq; recipiat, [r] niſi cum eidem Viſitationis Officium [s] impendit; [t] qui verò receperit, donec reſtituerit, [u] ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus.

¶ [x] Epiſcopi verò, & alii inferiores Prælati, cum viſitant, in ſuperflua Comitiva, ſeu Evectionũ numero, vel aliàs in expenſis gravare ſubditos non præſumãt, ultra quantitatem & numerum determinatũ in Conſtitutione, fælicis recordationis, [y] *Innocentii* Papæ quarti, [z] nè viſitantes magis videantur [a] lucris pecuniariis inhiare, quàm Eccleſiarum velle conſervare ſtatum, vel [b] ſalutem quærere Animarũ. [c] Quod ſi contra [d] facere [e] attentaverint, ſubditi [f] eis [g] non pareant in hac parte.

C. de exec. & exac. l. contra noſtra c. & li. ff. de pollici. l. tutes. §. fi. de qua materia ſatis notat *Dy. Extra. de Re. Fur. quod quis mandato. & c. ea quæ ſiunt. li. 6.* Sed nunquid in ſuperfluis duntaxat poſſit talis Prælatus juſtè repelli? Dicit *glo.* quod ſic. Ut notatur *Extra. de cenſi. cum Apoſtolus. in glo. quid ergo. ar. ff. de aqua quotidiana & eſti. l. 1. §. Trebatius.* Facit ad hoc: quia tantum in eo, quo quis deliquit, eſt puniendus. *ff. de his quibus ut indig. reſcriptum. arg.* optimum *Authen. de hæc. & Falci. §. 2. ver. ſi quis autem non implens. Coll. 1. C. de donat. l. jancimus. Extra. de Re. Fur. l. wile. li. 6. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. §. 3. honorariis. in fi.* Dicunt tamen *Vincen. & Fo. Aa.* in dicto *c. cum Apoſtolus.* quod ſi equi teneantur inſeparabiles: quia Prælatus non vult admittere hujuſmodi Procurationem debitam, niſi habeant etiam in ſuperfluis quoad omnes, & in totum, poterit procuratio denegari. *arg. ff. de aqua quoti. & eſti. l. 1. §. item quæritur.* In eandem ſententiam declinat *Inno. Extra. de exceſ. prala. cum ad quorundam.* ut plenius dicam *infra. in glo. proxi.* Facit pro hac parte *11. q. 3. ipſe ligandi.* ibi, *ſe privat. & c. plerumque. 1. Reſpon.* ibi, *poteſtate ſe privat.*

Excommunicatio lata in ſubditos non procurantes prælatum an teneat.

a *Latas ſententias fore nullas.* Confunditur hic ſententia Ber. in dicto *c. cum Apoſtolus. in glo. quid ergo. in fi.* qui dixit Sententiam hac occaſione latam tenere, licet fuerit injuſta. *ar. 11. q. 3. c. 1.* & approbatur opinio *Inno.* poſita *Extra. de exceſ. prala. cum ad quorundam.* ubi dicit Sententiam per ipſum, excedentem modum *Lateranenſis* Concilii in dicto *c. cum Apoſtolus.* ferri non poſſe: licet tunc ſubditus denegaverit eum admittere in numero debito. De quo dic, ut *ſupra. in glo. proxi. Hoſtien.* verò nititur dictam contrarietatem ſolvere in dicto *c. cum ad quorundam.* quaſi ſententia *Inno.* ſit vera, ubi error intolerabilis exprimitur in ſententia; puta quia Epiſcopus dicit *Excommunico te: quia non procuras me cum centum equitaturi.* ut ſic textus iſte, qui elicitur de *c. cum ad quorundam.* exemplificet *Decre. Extra. de ſen. excom. per tuas.* Aut non exprimitur error; & tunc ſtet dicta opinio *glo.* Sed certè tunc hæc litera, & illa *Decretalis*, de qua extrahitur, eſſet ſuperflua contra *l. Extra. in proœ. prope fi.* ibi, *reſecatis ſuperfluis.* Sic quoque dicitur *Scævolam* reprehendiſſe *Gallum* de verborum ſuperfluitate, *ff. de liber. & poſt. l. Gallus. 2. Reſpon.* ibi, *quid recte &c.* immo textus iſti non continerent aliquod debitum: cum tamen duntaxat Lex debet ſtatui ſuper bono, & difficili: ut legitur & notatur *ff. de Carbo. edic. l. item Labeo.* Dicam autem hunc rigorem introductum, etiam errore non expreſſo in ſententia hujuſmodi, ad obſervationem illius Concilii *Extra. de cenſi. cum Apoſtolus.* Et notat *Fo. An.* in dicto *c. cum ad quorundam.* ſic *ſupra. c. Conſti. Eccleſiarum. §. ulti.*

b *Interdicti.* De quo legitur & notatur per *Car. & Extrava. Bonifacii 8. provide attendentes.*

c *Secum etiam.* Quinta pars refricans explicando idem quod habetur *ſupra. in Conſtitu. Otho. de Archidiaconis. §. 1. ver. non ſecum ducant.*

d *Viſitationis tempore.* Non ergo extenditur hæc prohibitio ad aliud tempus, ſi Prælatus declinaret ad Rectorem alio tempore, tanquam ad amicum. *ar. Extra. de præſumptionibus. nunc cum ſit.*

e *Oneroſam multitudinem.* Quæ nihil habet honeſti. *Authen. de referendariis. §. pe. Coll. 2.*

f *Per quam. Sc.* multitudinem.

g *Requies perturbari.* Contentiones namque excitat omnino. *ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis. in fi.* Varie enim ſunt hominum voluntates. ff. *ad Trebell. l. quia pater. Fo. de Athon.*

h *In Lateranenſi Concilio. Extra. de cenſi. c. cum Apoſtolus.*

i *Deus.* Hæc Conſtitutio adjicit ad eandem Conſtitutionem ad quam adjiciebat *ſupra. c. proxi.* ſc. ad illam, quæ habetur *ſupra. in Con. Otho. de Archidiaconis.*

k *Omnipotens.* Sua namque poteſtas ſimpliciter omnia tranſcendit: unde *Gen. 17. c. Ego Deus omnipotens.* Omnia ergo poteſt facere, in nullo vero deficere: ut notat *Fo. Aa. Extra. de ſum. tri. c. 1.* nam de ſe dicit, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Matth. ult.* Eſt ergo Rex omnipotens, in cujus ditione cuncta ſunt poſita. *Heſter. 7. al. 8. 6.* Quod tamen præteritum eſt nequit non fuiſſe: *ff. de cap. & poſt. rc. in bello. §. factis autem cauſa. authen. de æqualit. dotis. §. quæ ergo. Colla. 7.* poſſet tamen virginem poſt corruptionem omnino integram reddere; ſeras ventris ipſius reſtringendo, tanquam virginis. Item, & per ſubductionem corruptionis à memoria hominum. Item, & per remiſſionem pœnæ; quin tamen de facto ſit verum dicere quòd fuit corrupta, non poſſet facere poſtea. *C. de raptu virgi. l. 1. 1. Reſpon.* Sic intellige *32. q. 5. ſi Paulus.* De hoc notatur *Extra. de bigamis. c. 2.* Præterita namque ſic non cadunt ſub Prædicamento præſentis potentiæ.

Deus an poſſit omnia.

l *Cujus. Sc.* Dei.

m *Omnia ſunt.* Ut in *Pſal. Domini eſt terra.* uſque in finem primi verſus, & in *Pſal. Deus Deorum Dominus.* in verſu *Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum.* cum duobus verſibus ſequentibus.

n *Et holocauſtum.* Ut in *Pſal. Expectans expectavi.* ibi, *holocauſtum pro peccato non poſtulaſti.* Dicitur autem *holocauſtum* ſpecies ſacrificii quæ igne conſumebatur, & componitur ab *holon* quod eſt totum, & *cauſtos* quod eſt incendium: ut notat *Gui. 50. diſ. ponderet.*

Holocauſtũ quid ſit.

o *Ignorantes.* Nota hic ignorantiã aſſimulari contemptui, Quod dic, ut notatur *ſupra. in Con. Otho. baſilicarum. §. porro. ver. no. negligentiam.*

p *Induſtria.* Alludit vulgari, quo imaginativè malitioſi cauti dicuntur & induſtrioſi; aliàs tamen *induſtria* accipitur in ſignificatione bona ſeu laborioſa. *C. arbi. tute. ſi defunctus.*

q *Debitam pœnam.* Infligendam juxta ea quæ dixi *ſupra. in Con. Otho. licet ad profugandũ. ver. digne.* circa medium. ibi, *caſtiget ergo.*

r *Pro pecunia.* Quam gratius intuentur, quàm ſolem: ut dixi *ſupra. in Conſti. Otho. auditu. prope fi. 1. Reſpon.* avarius retinent quã *Judas* proditor, qui argenteos †non retinuit, ſc. in pretium peccati datos, & cum eis projectis in templum, dum lucrum ſitivit, laqueo ſe ſuſpendit: ut habetur *Matth. 27. c.*

† *M S.* Retulit ſibi &c.

ſ *Deo non indulgente.* Non ergo ad remiſſionem ſive ligamen Eccleſiæ Militantis ſequitur ſemper Indulgentia, nec vinculatio Eccleſiæ Triumphantis; niſi clave rectitudinis mediante, ut hic. *ar. de re judi. cum æterni. in prin. li. 6.* de quibus duabus viis dixi *ſupra. in Con. Otho. quod in quodam. in ſi. primi Reſpon.*

t *Tam judex.* Alias vindex, qui ſcilicet deberet crimen Eccleſiaſticum canonicè ulciſci; ſed potius in perſona, quàm in rebus; ut legitur & *no. 16. q. 6. cognovimus. ar.* in hoc quod *no. ſupra. c. con. ad tutelam. §. nos igitur. in prin.*

u *Quàm commiſſor.* Id eſt, ſceleris perpetrator.

x *Pariter judicandi. C. de epi. & cle. ſi quenquam. in fi.* De quo plenius dixi *ſupra. c. Con. ad tutelam. §. 1. ver. conſcenſum.*

y *Et quia ſecundùm beatum Iſidorum.* Ut patet hæc auctoritas *11. q. 3. pauper. qr. 83. di. c. 1.* & facit ff. *de pœnis. l. 1. in fi.*

z *Non ex hoc.* Id eſt, ex hujuſmodi redemptione peccati per nummos.

Ne Pecunia recipiatur à ſubditis pro Crimine vel Delicto notorio.

¶ Sumniarium.

Prælati juxta Conſtitutionem Othonis *Eccleſias utiliter & fideliter viſitantes, nec eas expenſarum onere gravantes, ſed earum Rectores & Vicarios decenter in his quæ ſcire debent erudientes, caveant ſummoperè, nè pro aliquo mortali & notorio Crimine, vel de quo ſcandalum oriri poſſit, pecuniam à delinquente recipiant, ſed ipſum condignâ animadverſione puniant, idque Epiſcopi obſervandum curent.*

i DEus k Omnipotens, l cujus m omnia ſunt, prætium quodlibet pro delicto non accipit, n & Holocauſtum non poſtulat pro peccato. Quidam verò ad aliorum regimen deputati hoc o ignorantes, aut ex temeraria quadam p induſtria contemnentes, cùm peccatur à ſubditis, q debitam pœnam r pro pecunia remittunt; ex quo fit, ut ſ Deo non indulgente, t tam Judex criminis u quàm commiſſor ſua in eodem ſæculo conſignent delicta x pariter judicandi. y Et quia ſecundùm Beatum *Iſidorum*, nullam reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat; z non ex hoc

a *Minuitur. Inſti. de ſuſpect. tutor. §. penult.*

b *Auctoritas.* De hoc dixi *ſuprà. in Conſti. Otbo. contra latronum. 1. Reſpon. ver. defenderet.*

c *Delinquendi.* Maximè cum facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi. *Extra. de vi. & bo. cle. ut clericorum.*

d *Circa correctionem.* Secunda pars, in qua refricat id quod habetur *ſuprà. in Conſti. de Archidiaconis.* unde illa quæ ibi ſcripſi, hic, ſi placet, tibi ſufficiant; paucis adjectis in hac parte.

e *Sapiant Simoniacam pravitatem.* Scias utique in hac materia, quòd in his quæ prohibita ſunt, quia ſimoniaca, de quo notatur *Extra. de offi. dele. ex parte. 2. Extra. de pac. cum pridem.* in his ſufficit voluntas ad introducendum peccatum, ſive ſteterit in finibus ſuis, ſive progrediatur ad actum emendi vel vendendi, ſive etiam paciſcendi: ſed non ſufficit ad irregularitatem introducendam, niſi progrediatur ſaltem ad actum paciſcendi. In his quæ ſunt Simoniaca, quia prohibita, de quo notatur in *Decre.* prædicta, non ſufficit voluntas ad introducendum peccatum; puta renunciando ad opus alterius, dum tamen idoneus ſit, & conventio non intercedat, & hoc notat *Gui. in Roſar. 1. q. 1. c. 2.* Hic tamen dic finaliter, ut notatur *infrà. e. Conſti. quia plerique. in fi. primi Reſponſi.*

Simoniaca ſunt duplicia.

f *In duplum.* Diverſi ſunt caſus in hac materia. Nam aut loquimur de onere quod imponit Prælatus viſitans exigendo procurationes per plures dies, quàm ipſe viſitet: tunc locum habet pœna *Extra. de cenſi. procurationes.* Aut quæritur de onere munerum in ipſa Viſitatione perceptorum: & tunc locum habet pœna *Extra. de cenſi. Romana. §. caveant. li. 6.* Aut quæritur de onere qd imponit Prælatus, exigendo a ſubditis plus quam in Procurationem impendit: tunc locū habet pœna *Extra. de immunita. eccle. quia plerique.* ubi hoc notat *Jo. An. in fi.* & ſic diverſa pœna eſt in iſtis, *ar.* in hoc quod notatur *Extra. de elec. Cumana. in glo. fina.* nec poſſunt hic Statuta Papæ per partem remitti. *Extra. de cenſi. exigit. in fi. li. 6. arg.* in hoc quod notatur *ſuprà. in Conſti. Otbo. ad vicariam. ver. juret. in fi.*

Prælatus ſi plus exigat a ſubditis quā debeat qualiter punitur.

g *Nos igitur.* Tertia pars.

h *Mortali.* De hujuſmodi legitur 25. *diſtin. §. criminis. ver. & quamvis Apoſtolus.*

i *Et notorio.* De quo ſatis dixi *ſuprà. in Conſti. Otbo. contra latronum.* in magna glo.

k *Vel de quo.* Sc. crimine.

l *Scandalum.* Declarat quod *ſuprà* dixit *notorio &c.* immo fortè hæc ſunt diverſa. *Ar.* in hoc quod notatur *ſuprà in Conſti. Otbo. quid ad veter. §. pe. in prin.* magnæ glo.

m *Oriatur.* Alias generatur.

mala voluntas [a] minuitur, vel mutatur, ſed potius datur [b] auctoritas & licentia [c] delinquendi.

¶ [d] Circa correctionem quidem criminum talium præfatus etiam Legatus Statuit, ut Archidiaconi Eccleſias utiliter & fideliter viſitent, de Sacris vaſis & veſtibus, & qualiter Diurnis Officiis Eccleſiæ ſerviatur, & generaliter de Temporalibus & Spiritualibus inquirendo, & quæ corrigenda invenerint, corrigant diligenter; Eccleſias autem non gravent ſuperfluis expenſis, ſed Procurationes duntaxat, dum viſitant, exigant moderatas; non ſecum ducant extraneos, ſed modeſtè ſe habeant in familia & equis; nec pecuniam ad hoc ut non viſitent, vel non corrigant, vel ut crimina non puniant, ab aliquo recipere præſumant; nec aliquem ſententiis ſuis involvant injuſtè, ut ab eis poſſint pecuniam extorquere. Unde cum hæc [e] ſapiant Simoniacam pravitatem, Decrevit, ut qui talia præſumpſerint agere, ſic extorta [f] in duplum erogare in pios uſus arbitrio Epiſcopi ſui reſtituere compellantur, ſalvâ aliâ nihilominus pœnâ Canonicâ contra ipſos. Præcepit etiam, ut dicti Archidiaconi Capitulis per ſingulos Decanatus frequenter interſint, in quibus diligenter inſtruant inter alia Sacerdotes, ut benè ſciant & ſanè intelligant verba Canonis Miſſæ, & Baptiſmatis, ea ſcilicet maximè quæ ſunt de ſubſtantia Sacramenti.

¶ [g] Nos igitur Statutum prædicti Legati contra tales editum adjuvantes, adjicimus, nè Archidiaconi pro aliquo [h] mortali & notorio crimine, [k] vel de quo [l] ſcandalum [m] oriatur, [n] pecuniam [o] à delinquente pro ipſo recipiant, ſed commiſſum crimen puniant animadverſione [p] condignâ. [q] Epiſcopis verò diſtrictè præcipimus, ut hujuſmodi [r] Statutum ſalutare [ſ] firmiter [t] faciant obſervari.

Ne Beneficia Spiritualia tradantur ad firmam.

¶ Summarium.

Datio Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſtici Beneficii Laico ad quodvis tempus, & Clerico ultra quinquennium facta nullius ſit efficacia, nec ex ea naſcatur inter contrahentes juſta actio, etiamſi alter omni privilegio renunciet, atque inſuper tertia pars proventuum ejus rei, quam de facto ad firmam dediſſe conati ſint, fabricæ majoris Eccleſiæ applicetur, quocirca caveant Eccleſiarum Patroni.

n *Pecuniam recipiant. Ar.* in hoc quod ſignanter notatur *infrà. e. Conſti. cum partes. §. 1. ver. dedit.* Sed contra *Extra. de cenſi. Romana. §. notoria. li. 6.* Solutio. Loquitur ibi de Epiſcopo vel ejus ſuperiore, qui pœnas poteſt committere, & ſuper illis diſpenſare: hic vero loquitur de Archidiaconis, qui hujuſmodi non poſſunt: ut patet in *glo.* ad quam remittam *in, ra. e. glo. ſi.* Vel licet ibi emendas pecuniarias poſſum exigere; non tamen illas niſi damnabiliter imburſare: ut ibi notat *Gui. §. denique. li. 6. ar. op. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. §. ulti.* nam ſic accipiens potius dicitur corvus, quàm columba. *ar.* in hoc quod legitur *& no. 2. q. 7. non omnes. & c.ſe.* Vel dic quòd ſic: quaſi pretio non poteſt pecuniam recipere: ut *ſuprà. in prin. hujus Conſti. no. glo. Extra. de offi. le. niſi. in prin. ar. Extra. de vi. & bo. cleri. ut clericorum. §. pe. Extra. de ſt. mo.* Opponitur ſecundo de *l. ff. de pœnis. l. 1. §. ul. C. de ſportulis, l. 2.* Solutio. Ibi loquitur in Judice Civili, in quo non eſt ita deteſtabile: quia non applicat ſibi, ſed fiſco vel Reipublicæ: unde quoad illum quæſtum non præſumitur nequiter ſolicitus eſſe. *Ar. ff. de admini. tuto. non minoris. in fi.* Tu tamen in hac materia dic finaliter ſecundùm Jura Canonica: ut notatur *Extra. de pœnis. licet.* Sed Archidiaconus non poteſt pœnam committere; ut notat ibi *Ber.* & eſt concluſio ſua ibi. Et vide ibi *Innocen.* & nota ibi, quòd ubi Archidiaconus non poteſt diſpenſare, non poteſt commutare pœnam; ſed caveat de conſuetudine quanquam latius de hoc tractatur per *Hoſt. Extra. de arbitris. dilecti.*

o *Ab ipſo delinquente.* Nec ab alio vice ſeu loco ipſius. *ff. de adminiſtra. re. ad ci. perti. l. 2. §. 1. cum ſi.* Item intelligo quòd nec directè, ſed nec indirectè pro redemptione pœnæ corporalis inflictæ: ubi enim prohibitio non concernit formam, ſed principaliter effectum rei, ibi quia non licet una via directè, nec per aliam licebit per obliquum. *ff. de tu. & cur. dat. l. ſcire oportet. §. 1. ff. ad Trebell. l. mulier. §. 1. Authen. de hære. & falci. §. exhæredatos. Colla. 1. Authen. ut de cætero commuta. rerum ec. non ſi. §. de cætero.* ibi, *neque illorum Jus per medium imperium proficiſcatur. Colla. 5.* Secus tamen ubi ex principali intentione prohibentis directum tantum prohibetur: nam tunc via obliqua ex quadam conſequentia neceſſaria permittitur. *Inſtit. de adop. §. pe.* Legitur & notatur per *Dy. ff. de auctori. tu. l. 1. in prin.* Vel dic ut notatur *ſuprà. in Conſti. alicubi. §. ſi. in glo. quod ergo.*

p *Condigna.* Ut remiſſi *ſuprà. e. 1. Reſpon. ver. debitam.*

q *Epiſcopis vero.* Verſiculus.

r *Statutum.* Contra Archidiaconos, ut præmittitur.

ſ *Firmiter.* Non ergo deſidioſè vel negligenter. Ut legitur & notatur *ſupra. in Conſti. Otbo. ad baptiſmum. §. ulti.*

t *Faciant.* Sc. Epiſcopi per cenſuras: de quibus habetur *Extra. de ver. ſig. quærenti. cum ſi.*

a *Indig-*

a INdignum est. Hæc Constitutio adjicit ad illâ quæ habetur *supra. in Consti. Otho. Ecclesias. & c. cum laicis. & c. alicubi.*

b *Pecuniarium.* Alias deficit hæc litera.

c *Inire commercium.* Sc. animi intentione: quia revera non potest cum spiritualibus inire commercium, cum æstimationem pecuniariam non recipiant: ut legitur & notatur *supra c. Consti. quoniam cæta. in prin.*

d *Dicente Apostolo Petro. Actu. 8, c. & 1. q. 1. Petrus.*

e *Facile. l. c.* Vili pretio.

f *Spiritualia vendit.* De qua materia, sc. an aliqua spiritualia licitè vendâtur; & de pluribus speciebus spiritualium satis notatur per *glo. Gui. in Rosa. 1. q. 1.* legitur & *no. 1. q. 3.*

g *Conducit.* De hoc satis dixi *supra. in Con. Otho. Ecclesias, §. ul. in glo. ut dicto.*

h *Proindè.* Secunda pars recitans dictam *Cón. Otho. Ecclesias &c.* unde quoad hanc partem ibi scripta hic, si placet, tibi sufficiant paucis adjectis.

i *Ullo modo.* Sc. nec Clericis nec Laicis, nec ad quinquennium vel aliud tempus, nec in perpetuum.

k *Nos autem.* Tertia pars adjiciens pœnam violanti seu infringenti dictú Statutum *Othonis.*

l *Contrafecerit.* Sc. contra illud quod recitativè ponitur *supra. §. proxi.*

m *Datio ad firmam non tenet.* Quod regulare est in his quæ perpetuam causam prohibitionis habent: ut notatur 10. *di. vides, in fi. Extra. de ffon. du. tua. ar. ff. de ver. ob. stipulationum. §. 1.* quod posset reduci contra. Unde dic finaliter secundùm *Hug. & Gui.* in dicto *c. vides.* regulam illam *Quod contra legem attentatum est, nec subsistit sit jam factum.* intelligi tantum de illis, quæ à Jure tantum effectum sortiri deberent: ut est Matrimonium, consecratio, Emptio, conductio, & hujusmodi: & tunc stat regula vera durante perpetua causa prohibitionis; ut hic, & *C. de sacrosan. Ecc. nemo martyres. ff. de jure fisci. l. bonorum.* & sic removetur objectio de Homicidio & Adulterio, quæ licet fieri prohibeantur, facta tamen tenent de facto: nam talia ordinantur ad capiendum effectum de Jure. In his tamen quæ non habent perpetuam prohibitionem seu damnationem propter suam iniquitatem, ibi licet facere non debeant, facta tamen convalescunt. *ff. quando appel. sit, l. 1. §. biduum.* cum similibus notatis in dicto *c. vides, in glo.*

n *Et contrabentium.* Expone & pro, id est, vel pro adeò. *ar.* in hoc quod legitur in textu simili *Extra. de re. eccle. non alie. hoc consultissima. §. contractus. li. 6.*

o *Invalido.* Quasi talis titulus à Jure sit improbatus, & pro non titulo habeatur. *ff. de pe. hære. l. nec ullam.*

p *Vallato.* Puta rei traditione, pœnæ promissione, Juramenti interpositione, fidei jussorum vel pignorum datione. Sic *C. de sacrosan. ec. jubemus. 2. §. sanc. ver. prædia. in fi. C. de leg. non dubium. ff. de Re. Juris l. cum principalis. cum si.* & hoc cum principale est per Legem damnatum, tanquam improbum: *ff. de pac. jurisgentium. §. Marcellus.* Alias est lex *& si stipulatio.* alias secus. *Insti. de inuti. sti. §. alteri.* Hoc notat *Gui. Extra. de eccle. non alie. hoc consultissimo. §. contractus. li 6.*

q *Obligetur.* Hoc quoad Ecclesiam, non quoad Rectorem, quin teneatur emptori seu conductori personali obligatione ex conventione contracta: ut notatur in *glo. C. de sa. sanc. ec. jubemus. §. sanè. ver. prædia. & ver. habenda sunt, ar. c. l. §. œconomos. Auth. de cupit. Conradi. §. ul. Coll. 10.* hanc quoque opinionem amplectitur Curia Regia. Sed credo quòd in Foro Ecclesiastico quando neutrum lateret, sc. nec locatrem nec firmarium prohibitio istarum Constitutionũ, in pari causa turpitudinis melior esset conditio Rectoris conventioné servare recusantis. *ar. ff. de Re. Jur. in pari. Extra. de Re. Jur. in pari. li. 6. ar.* in hoc quod legitur & notatur *Ext. a. de pæ. constitutus.*

r *Nihilominus.* Versiculus.

s *Tertia parte.* Quotam indicat. *ar. Insti. de hæredi. instit. §. hæreditas.* cum *§. se. cum si.*

t *Proventuum ejus rei.* Ergo pro quolibet anno dimissionis hujusmodi ad firmã, cũ quolibet anno hujusmodi obvẽiant proventus. *ar. ff. de re mili. excubias. & l. ex causa. C. de re mili.* cum allegatis *li. 12.* & quod notatur *Extra. de appel. pastoralis. in fi.* Sed quæro an hæc tertia pars sit exigenda à Rectore locatore, an à firmario cõductore, an ab utroque? Videtur quòd ab utroq;. Nam cum hic arguitur delictum personæ ex contractu hujusmodi damnato respectu participantisque, in pœnis unius non videtur alius liberari. *ar. ff. ad L. Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. ff. de injur. l. non solum. §. Proculus. supra. c. Annuis propriis. §. cumque possimus.* Et facit id quod notatur *supra. c. consti. ad tutelam. §. non igitur. ver. habuerit.* Sed certè hoc non credo *ar.* hujus litteræ *proventuũ hujusmodi rei &c.* per quam literam videtur quòd à firmario possessore hujusmodi proventuũ hic tertia pars esset exigenda: *ar. supra. c. ver. obligetur. in fine glo.* sicut dicimus de tributis, Decimis, & cæteris hujusmodi oneribus realibus. *C. de censi.* vel *de reli. l. ulti.* & per totum. 11. *q. 1. si tributum. Extra. de paroch. c. ulti.* & quod notatur *Extra. de deci. ad Apostolica. in fi. cum si.* Item emptor hujusmodi proventuum seu firmarius tenetur utili, sed Rector actione directa tenetur, *ff. de pe. hære. l. & si putavit. §. si quis scient.* cum *§. sc.* sed ad obligatum utili actione primo loco pertinet rerum hujusmodi defensio: *ff. de re judi. sæpe. §. sed scientibus.* ergo iste firmarius utili actione quoad hujusmodi tertiam partem proventuum est conveniendus directa penitus tollenda. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *ff. de procura. in causa. in fi.* cum *l. ſt.* His non obstantibus credo potius Rectorem locantem ad hujusmodi tertiam teneri: quia ipse certat de lucro captando, firmarius verò de damno vitando. *ar. ff. de dam. infec. Proculus.* melius *C. de cadicill. l. fi. §. pe. Authen. de æquali, dotis. §. his consequens. circa fi. Coll. 7.* Nec enim firmarius prædo, seu malæ fidei possessor dici potest; cum pretium numeravit: ut dicto *§. si quis scient. ff. de Re. Jur. nemo prædo.* vel ad numerandum pretium se effectualiter obligavit. *C. de transac. l. transactionẽ.* ibi, *vel actione peracta &c. C. de re. permu. l. ex placito. 2. Respon. ff. de neg. gest. l. 2. in fi.* Nec obstat contrarium: quia non est hoc onus reale, sed pœna delicti levanda ex rebus. Non enim res sunt quæ delinquunt, sed personæ: ut dixi *supra. c. Con. ad tutelam. 1. Respon. in glo. non enim.* Item ipse Rector hujusmodi proventus habere interpretatur cum pretio eorum fruitur. *ff. de usufruc. quia qui pretio.* Nec obstat secundum contrarium: quia dicitur utilem actionem præferri directæ: verum est quando illa utilis principalem personam, à qua Jus ditivatur, contingit: ut in *l. illa in causa.* quod tamen secus est in casu proposito. Vel dic emptorem ad hujusmodi quotam non teneri, nisi quando regressum posset habere contra venditorem. *ff. de petit. hære. sed & si leges.* Item si rem distraxit quod non est in proposito. *ar.* in hoc quod dixi *supra. c. ver. obligetur. in fi.*

Actio utilis an præferatur directæ.

u *Fabricæ.* Non ergo Eleemosynæ sui Episcopi prætensæ, nec aliis usibus, etiam piis, est hæc tertia applicanda: *ar.* in hoc quod legitur & *no. supra. c. Consti. improbam.* cum in certum usum pium per Legem vel Testatorem hoc sit dispositum: *ar. infrà. c. Consti. cum partes. in fi. ar. ff. de polli. l. imperator. 1. Respon.* nisi aliud fiat ex causa cognita. *ff. de oper. pub. l. ulti. 1. Respon.* Nam ut à Jure Communi recedatur, allegatio justæ causæ requiritur: ff. *de admi. re. ad ci. per. l. ulti. in fi. de decre. ab or. fa. quòd semel.* licet alias quandoque hujusmodi pœnas Episcoporum arbitrio lex committit; ut *supra. in Consti. Otho. de Archidiacanis. §. pe. cum si.* Quæro ergo per quem fiet exactio hujusmodi tertiæ? Dic per Episcopum, seu per Episcopale ministerium, ad usum tamen fabricæ, ut prædixi, in loco ubi bona Prælati, & Capituli sunt Communia. *ar. Extra. de judi. cum deputati.* Sed tamen ubi Episcopi, & Capituli bona non communicantur; sed sunt separata, & devisa, tunc per œconomum Ecclesiæ. *arg. Extra. de rescrip. edoceri. in fi. Extra. de reli. do. Constitutus. §. 1. Extra. de capell. mo. dilectus. in prin. C. de sacrosan. eccle. jubemus. §. œconomus. cum si.* Sic intellige quod notatur & legitur 5. *q. 3. quia Episcopi.*

x *Modis omnibus.* Id est, nulla compensatione admissa. *C. de compensat. l. in ea.*

¶ [a] Quæ omnia Volumus locum habere, & Statuimus obſervari, [b] cū Laicis Eccleſia datur ad firmam, [c] & cum ultra quinquennium [d] etiam Clericis [e] Eccleſiæ firma conceditur, contra Conſtitutiones à dicto Legato ſuper his ſalubriter promulgatas.

¶ [f] Eccleſiis quoq; à gravi [g] præjudicio [h] præcavere cupientes, ipſas ad firmam dari Patronus earum [i] ſub præmiſſis pœnis diſtrictius Inhibemus.

De *Reſidentia Archiepiſcoporum & Epiſcoporum.*

¶ Summarium.

Archiepiſcopi & Epiſcopi, ut præcipuè diebus ſolennibus, Quadrageſimalibus, & Adventûs præſentiam ſuam Eccleſiis ſuis exhibeant, admonentur ſub virtute Sanctæ obedientiæ & Divini Judicii atteſtatione. In quibus quidem Eccleſiis Sanctum Chriſma & Oleum Sanctum atque infirmorum in cœna domini quotannis conficiant, niſi à ſuis Superioribus, aut majoribus negotiis alio vocati abſentiæ ſuæ legitimam præſendant excuſationem. Sicque juxta nominis impoſitionem Gregi ſuo ſuperintendentes Officio ſuo ſatisfecerint.

[k] PAſtor bonus, Hæc Conſtitutio inhæret, & adjicitur illi Conſtitutioni, quæ habetur *ſupra. in Conſti. Otbo. quid ad venerabiles.* Et ſcias ſecundùm Greg. quatuor requiri ad hoc ut quis benè præſit. Dicit enim, penſandum eſt ad culmen dignitatis qualiter quiſq; perveniat, atque ad hoc perveniens qualiter vivat, & benè vivens qualiter doceat, & rectè docens infirmitatem ſuam quotidiè quanta conſideratione cognoſcat. Nota *Gui.* 49. *di. c.* 1. Patet 1. *q.* 1 *principatus.*

[l] *Gregem.* Nomen eſt univerſale vel collectivum. *ff. de legat.* 1. *l. grege. & l. ſe. ar. ff. de le.* 2. *peculium.* & hic quoque ex capitibus diſtantibus. *ff. de uſuru. l. rerum mixtura. ver. talem quòd, & §. ulti.* † *MS.* Hoc.

[m] *Debet ipſum.* Scil. gregem.

[n] *Et mentis.* Sc. affectuoſæ dilectionis.

[o] *Oculis.* Sicut dicimus in *S.* cramento altaris elevatis oculis in cœlum, *Extra. de cele. miſ. cum Martha. in fi.* 1. *Reſpon. ver. verum ſi formam,* ſc. tam oculis mentis, quàm corporis; & hoc eſt in Prælato eſſe pervigil, ſcil. tam à ſomno corporis, quàm à ſomno pigritiæ: ut notat *Gui in Roſa.* 23. *diſt. quo Epiſcopus. ver. pervigil. ar.* 86. *di. fratrem.* ita quòd ſimplici oculo gregem intueatur. *ar.* in hoc quod legitur & *no. ſupra. in Con. Otbo. cum ſit ars. §. exigit. ver. heu.*

[p] *Jugiter.* Civili modo intelligitur quoad inſpectionem corporalium oculorum. *ar.* in hoc quod *leg. & no. ſupra. in Conſti. Otbo. ad vicariam. ver. continuè.*

[q] *Ne ipſum.* Sc. gregem.

[r] *Inſidioſus lupus.* Id eſt, Diabolus, ut plenius *no. ſupra. in proœ. in Con. Otbo. poſt prin.*

[s] *Invadat.* Ut dilaniet. 50. *di. poſtquam.*

[t] *Sicut hoſtis invigilet.* Nam Diabolus non ceſſat circuire, quærens quem devoret & quærens quos ex fidelibus perdat: maximè quos ardentiores & familiares reperit in Salvatoris obſequio, ut *pie. le.* 3. *q.* 1. *nulli.* 1. *Reſpon.*

[u] *Reſiſtat.* Unde in *Pſal. ecce non dormitabit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. glo. quia non dormitat, qui eum impugnat.* Ad quod facit quod *infra* ſequitur.

[x] *Continuè.* Expone ut dixi *ſupra. ver. jugiter.*

[y] *Defendendo. Ar.* 3. *q.* 1. *Deus ergo. in prin.*

[z] *Quod reliquit.* Unde non valet paſtoris excuſatio, ſi lupus agnum comedat, & paſtor neſciat. *Extra. de Reg. Juris. quamvis cauſæ.* Nam hujuſmodi paſtor de cuſtodia tenetur. *ff. locat. qui mercedem.*

[a] *Non reſidens. Sc.* in inferno, ubi eſt locus aptus reſidentiæ: nam paratus eſt Diabolo & Angelis ejus, *Matth.* 25. *c.* ſed potius eſt circuiens: ut *ſupra. in glo. nam Diabolus. ar. ff. de oper. liber. quod niſi. §. fi.* alias eſt litera verior, *non recedens*, ut patet in *glo. ſc.*

[b] *Nec recedens. Sc.* ab inſidiis ſuis captioſis. *ar.* in hoc quod legitur & *no. ſupra. in Con. Otbo. in proœ. in* 1. *Reſpon.*

[c] *Sane.* Secunda pars reſumens *Conſti. Otbo.* de qua dixi *ſupra. in* 1. *glo.* unde ibi ſcripta, ſi placet, reſpicias.

[d] *Quam Eccleſiaſticis.* De quibus notatur in dicta *Conſti. quid ad venerabiles.*

[e] *Prædicti legati. Sc. Otbonis.*

[f] *Æmulationis. Sc. infra. c. Conſti. ult.* ut dixi *ſupra. c. Conſti. unitatem. §. nos igitur. in prin.*

[g] *Sanctæ obedientiæ. Ar.* in hoc quod dixi *ſupra. c. Cū. in prin. in proœ.* quæ

[a] *Quæ omnia.* Secunda pars, ſupple, ſc. ſtatuta *ſupra. proxi. §.*

[b] *Cum laicis.* Facit 1. *q.* 3. *pervenit.*

[c] *Et cum ultra.* Expone & pro *vel. ff. de verbo. obli. ſæpe.*

[d] *Etiã Clericis. Sc.* volentibus, & ad hoc inniterentibus: multo fortius ergo, nec inviti retinentur in ipſa firma poſt quinquennium effluxum. *ar. ff. de jure. l. non intelligitur. §. cum quinquennium. & §. ſe.* Nunquid ergo, ſi Eccleſia dimittatur ad firmam Laico ultra quinquennium, duplicabitur hæc tertia debita fabricæ? Videtur quòd ſic: quia ex diverſis cauſis inſurgit hæc pœna diverſa. *ar.* in hoc quod notatur *ff. nau. cau. ſta. l. & ita. §. fi. Inſti. ſi quadru. pau. ſe. di. §. fi. ar. ff. de privã delic. nonnunquã.* Sed contra videtur in hoc qd notatur 27. *q.* 1. *virginibus. & C. de accu. l. qui de crimine. ar ff. de accu. ſenatus.* Item aliud eſt quando ab eadem perſona perpetrantur diverſa delicta, & quãdo à diverſis perſonis. *ff. de tabu. exhi. l. locum. §. condemnatio.* Solutio. Licet Eccleſia ex eodem articulo non poſſet duplicé pœnam exigere, maximè nè Eccleſia de præda videatur eſſe ſollicita: *ff. de admi. tu. ſi minoris. in fi. Authen. de alie. feud. §. vide. ver. Eccleſia. Coll.* 10. tamen ex diverſis articulis ſic, ut in caſu noſtro, cum ſint diverſa delicta. *arg. op.* in dicta *l. qui de crimine.* & ſic nõ obſtat dicta *l. ſenatus.* nec obſtat *C. de vi publica. quoniam multa.* quia iſta pœna inflicta non ſupereſt alia.

[e] *Eccleſiæ firma.* Cuilibet Communis Juris, non privilegiatæ, & in qua gubernator tenetur reſidere. *Extra. de elec. licet canon. §. ſi etiam. & §. fi. li.* 6. Secus ergo videtur de Eccleſiis Præbẽdalibus; quæ reſidentiã perſonalem ipſius Præbendarii non requirunt: ut *Extra. de præben. extirpandæ §. qui vero. & Extra. de elec. ſtatutum. li.* 6. *Extra. de præben. ſuper eo. li.* 6. Retentio enim fructuum fit propter ſuſtentationem reſidentium. ut *infrà. c. Con. quoniam. §.* 1. Ex quo quæritur, an pœna hujus Conſtitutionis locum habeat in Eccleſiis Appropriatis aliquibus Religioſis vel aliis piis locis? Videtur quòd ſic: cum lex loquatur ſimpliciter. *ff. de pub. l. depradatio. ff. de leg. præſtan. l.* 1. *§. generaliter. ff. de ver. ob. l. à Titio.* Item hoc videtur propter reſidentiam & onera conſueta. *Extra. de cenſi. c.* 1. *in Cle.* Dic contra. *ar.* in hoc quod notatur *ſupra. in prin. hujus glo.* quia potius obtinet Eccleſias hujuſmodi, ut proprietatem, quam ut beneficium. *Extra. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſervan. c.* 2. legitur & notatur *Extra. de tranſac. ſuper eo.* Beneficium quidem ut proprietatem dico poſſideri, quando obtinetur per conſuetã Inſtitutionem Canonicam, nec vacatio ibidem conſideratur per mortem Prælati, ſed aliter ex cauſis licitis: ut dicam *infrà. c. Con. quoniam.* ſi commoditas fructuum percipiendorum eſt conceſſa aliquibus per ſuperiorem, alio puta Vicario reſpondente de cura, ut ibi, & colligitur ex parte deciſa. *Extra de ver. ſig. dilecto. in prin.* & pro hac parte facit quod expreſſe legitur & notatur per *W. Extra. de exeeſ. præla. frequens. §. quidam etiam Eccleſias.* cum eo quod ipſe notat *Extra. de jur. patro. c.* 1. *§. ul. ver. compelli.*

Beneficiũ qualiter dicitur poſſideri in proprietatem.

[f] *Eccleſiis quoque.* Quinta pars.

[g] *Præjudicio.* Quod inde imaginativo colore evenire poſſet. *ar. Extra. de immunit. ec. clericis. §. nos igitur. li.* 6. *Jo. de Athon.*

[h] *Præcavere.* Sapientia eſt ergo fururis periculis præcavere. *ar, ſupra. in Conſti. Otbo. innotuit. §. verum. & c. uſum. §. hinc ergo patronus eorum. ar. C. de ſacroſan. ec. Authen. quibuſcunque.*

[i] *Sub præmiſſis pœnis. Supra. c. §. nos autem &c.*

quæ faciunt ad quæſtionem de facto pendentem. Nuper cum duo Clerici contenderent de biſulo aquæ benedictæ, Clericus deputatus per Parochianos contra præceptum Sacerdotis, à manibus Clerici per Rectorem deputati per Sacerdotem legere Epiſtolam juſſi, librum arripiendo ut Epiſtolam legeret, cum violenter ad terram proſtravit, & ſanguinem extraxit: nunquid Excommunicationem incurrit? Videtur quòd non. Quia ubi eſt caſus dubius, qui trahi poteſt ad licitum & illicitum, ſemper licitum eſt attendendum. *ff. pro ſoci. l. ſi unus. ff. de do. inter vi. & uxo. l. Quintus Mutius.* Nam admixtio medicamenti liciti advocat & attrahit ad ſe naturam veneni; unde præſumitur quòd zelo devotionis librum arripuit, & ſic excuſetur; *ar. Extra. de ſen. excom. veniens.* maximè cum ratione officii ſui, & miniſterii exercendo hoc fecerit. *Extra. de ſen. excom. cum voluntate. §. ſi qui vero. ff. de injur. l. item apud Labeon. §. meminiſſe. ar. Extra. de homici. prælatis. li. 6.* Sed dic contra: Primo, quia Clerici hujus inſtitutio, ſicut & cæterorum miniſtrorum Eccleſiæ ad Rectoris diſpoſitionem debet pertinere, & nullo modo ad Parochianorum diſpoſitionem: *Extra. de offi. Archipre by. c. 1. in fi. Extra. de vita & ho. cle. ut quiſque.* ergo temerè ſe ingeſſit ille præfectus per Parochianos. *ff. de Re. Fur. culpa. & c. ea qua. li. 6.* Item quòd librum arripuit cauſa legendi Epiſtolam ſpreto Capellani ſeu Rectoris præcepto, cum accuſat potius quàm excuſat, licet deputatio hujuſmodi Clerici ad Parochianos pertinuiſſet: quia ſemper in miniſteriis Divinis inferior ſuperiori in gradu & ordine parere debet, reverenter obediendo, ut hic. 21. *diſtin. §. in his omnibus.* cum *c. ſe.* uſque ad *c. nunc autem. 93. di. à ſubdiacono. 7. q. 1. quia ſuper. ver. in omnibus. ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de majo. & obe. c. 1. & c. ſtatuimus.* Unde licet zelo devotionis maximæ hoc feciſſet, vel alia juſta cauſa motus: quia tamen contra debitum Obedientiæ bonum profiliit, hujuſmodi Juſtitia cauſæ non ſibi proficit. *ff. de re mili. l. 3. §. in bello.* cum ſupra notatis in remiſſione quam feci *ſuprà. in prin. hujus gla.* Item non prodeſt quòd cauſa Juris ſui conſervandi hoc fecit, per ea quæ notat *Iuno. Extra. de immuni. eccle. c. 1.* Item in dubio præſumitur quis Excommunicatus: ut notat *Hoſti. Extra. de ſen. ex. à nobis. 1. & c. nuper. §. 1.* licet hoc parum faciat: quia illud verum eſt in Foro pœnitentiali, ſecus enim in foro contentioſo: ut ipſe notat *c. ti. à nobis. 2.* Plenius *Extra. de teſti. cum tu. in fi.*

Quando in dubio quis præſumitur excommunicatus.

a *Sub Divini atteſtatione judicii.* Id eſt, damnationis æternæ in extremo calculo quando ſeparabuntur oves ab hœdis. *Matt. 25.* ut exponit *Hoſti. Extra. de tempo. ordi. quæſitum. prope fi.* & cum talis injunctio ſit præcepti, contrarium faciens mortaliter peccat: ut legitur & notatur per *Vo. Extra. de foro compe. c. 1. §. ſane. in Cle.* Facit *ſuprà. c. Conſti. improbamus. fi.* Immo quod plus eſt, talis atteſtatio ſive adjuratio loco Juramenti habetur: ut notatur per *Ber. Extra. de app. conſtitutus. 2. in prin. ar. c. ti. c. cum ſpeciali. §. 1. ver. ſciant,* & poteſt hoc habere locum in matronis inſpicientibus mulierem. *Extra. de fri. & male. c. fraternitatis.* Item ubicunque Judex ex mero officio procedens vult parcere juramento; ſicut quando examinat Electionem, nec contradictor apparet: ut *Extra. de electi. nihil eſt.* Item & quando viſitando inquirit Judex generaliter de ſtatu Eccleſiæ, & perſonarum: ut *Extra. de cenſi. Romana. §. ſanè. li. 6.* & hoc notat *Hoſti.* in dicto *c. conſtitutus. 2. in prin.* An vero prohibitio ſub Anathemate comminationem tantum, vel ſententiam latam contineat? Tenet *glo. Ber. Extra. de ſagit. c. 1. in fi.* quicquid ibi notat *Hoſti.* vel *W. Extra. de excef. prala. frequens. 1. Reſpon. ſuper ver. indeterminatione. in Cle.* De hoc notatur per † *Gui. Extra. de ſepul. capi. 1. in 6.*

Obteſtatio habetur loco Juramenti.

b *Deſponſatarum Eccleſiarum.* Ut *Extra. de tranſlat. Epiſcoporum. c. ulti.*

c *Præſentiam ſuam debitam.* Ibi enim debet Epiſcopus reſidere, tanquam ad latus ſponſæ ſuæ. *7. q. 1. pervenit. & c. temporis.* Immo quolibet die Dominico ibi debet divinis intereſſe; niſi impedimentum habeat rationabile: ut legitur *de conſe. di. 3. Epiſcopus.* ac miſſas ibi quando poterit celebrando: quaſi debitum ſponſæ ſuæ reddendo. *ar. Extra. de conjug. leproſo. c. 2.* Et hoc notat *Hoſtien. Extra. de celebra. miſ. te referente. Jo. de Anton.*

d *In quibus.* Sc. Eccleſiis deſponſatis.

e *In die cœna.* i. e. In quinta Feria ante Paſcha quolibet anno: ut patet *95. diſtin. c. Presbyter.*

f *Conficiant. Extra. de cele. miſ. te referente.* & confici debet Chriſma quolibet anno, *ſuprà. in glo. proxi.* vetuſque cremari: patet *de conſe. di. 3. literis.* & notatur *de reli. & venera. ſanctorum. c. 1. §. in die namque cœnæ. in Cle.* & generali interdicto loci non obſtante. *Extra. de ſen. excom. quoniam. in 6.*

g *Niſi eos.* Sc. Archiepiſcopos ſeu Epiſcopos.

h *Diſtis diebus.* Solennibus, de quibus præmittitur.

i *A ſuis ſuperioribus.* Per ſuos Superiores Eccleſiaſticos vel ſæculares: ut notatur *18. diſtin. ſi Epiſcopus.* & notat *Hoſti. in ſumma. ti. de ma. & obe. §. pe. Arg. Extra. de offi. dele. paſtoralis. §. cum autem.*

De Appropriationibus Eccleſiarum.

¶ Summarium.

Nullus Epiſcopus Eccleſiam ſibi ſubjectam alteri Appropriationis Jure aſſignet, niſi legitimè pietatis intuitu, alioquin Appropriatio

---

q QUoniam alienationes Sacrarum r Eccleſiarum, Sanctorum Patrum, & Romanorum Pontificum ſ Decreta prohibere ſummoperè ſtuduerunt: t Nos u ipſos ex x Officii noſtri debito, ſufficientiâ, quâ poſſumus, imitantes, univerſis Epiſcopis diſtrictiùs Inhibemus, nè quis eorum *ipſa ſit invalida, & Eccleſia revocetur. Præterea quicunque tam exempti quàm non exempti, qui Eccleſias in proprios uſus habent, ſi Vicarii non ſunt poſiti in eiſdem, intra ſex menſes Vicarios Diœceſano ab eo inſtituendos præſentent, eiſdem ſufficientem portionem tribuentes, quod ſi neglexerint, Diœceſanus faciat. Ipſi autem qui Eccleſias in proprios uſus habent, in ipſarum Parochiis domos conſtruant, aut conſtructas reparent, ut in eas viſitantes honeſtè ſe recipiant; quæ omnia obſervari præcipit, etiam ab Epiſcopis.*

k *Alia juſta cauſa.* Ut notatur *ſuprà. in Conſti. Otho. baſilicarum. §. & ne. in glo. penult.*

l *Ipſorum nomen prætendit.* Ut legitur & notatur *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venerabiles. 1. Reſpon.*

m *Quod.* Sc. miniſterium Epiſcopale.

n *Non minus oneris.* Ut dicam *infrà* de Abbate *e. Conſti. in tractatu de mona. c. ſanè. §. nos autem. ver. abbat.*

o *Quam honoris. Arg.* in hoc quod notatur *ſuprà. in Conſti. Otho. quid ad venerabiles. in prin.* & hic nota Prælatum debere ſervare præcepta philoſophi ſic dicentis, q Cunctis eſto benignus, nemini blandus: paucis familiaris, omnibus æquus: ad iram tardus, ad miſericordiâ pronus: in adverſis firmus, in proſperis cautus: omnibus prodeſſe debes velle, & nulli nocere: ut plenius notat *Gui. 46. diſtin. c. 1.*

Prælati boni qualitates.

p *Excubiis.* Id eſt, vigiliis: ut legitur & notatur *ſuprà. e. Conſti. in prin. ff. de re mili. qui excubias,* cum ſimilibus.

q *Quoniam alienationes.* Materia primi reſponſi tractatur *ſuprà. in Conſti. Otho.*

r *Eccleſiarum.* Sc. Eccleſiaſticarum rerum.

ſ *Decreta. 10. q. 2. hoc Jus porrectum. 12. q. 2. ſine exceptione.* & quaſi per totum quæſtionem illam. *Extra. de re. eccle. non alie. c. 1.* & per totum titu. *Extra. c. ti. dudum. li. 6. & c. c. 1. & 2. in Cle.*

t *Nos.* Sc. *Othobonus* Legatus.

u *Ipſos.* Sc. *Romanos* Pontifices.

x *Officii noſtri debito.* De hoc *ſuprà. c. Conſti. in prœ. §. nos igitur.*

Ecclesiam sibi subjectam alteri Episcopo, vel Monasterio, seu Prioratui [a] Appropriationis Jure conferat, [b] vel assignet, [c] nisi is tui appropriare voluerit, [d] adeò [e] manifestæ paupertatis prematur onere, vel [f] alia legitima causa subsit, quod talis appropriatio non tam [g] Juri contraria quàm [h] pietati consona merito censeatur. [i] Si verò [k] contra præmissa facta fuerit Appropriatio hujusmodi, ipso Jure [l] invalida & nullius penitus sit momenti; sed [m] ab Episcopo, qui hoc fecerit, [n] sicut de facto processerit, modis omnibus revocetur.

¶ [o] Nonnulli quoque in Ecclesia, quæ per propriòs † designari solet Rectores, in usus eorum concessâ, ut totũ, quod ex appropriata sibi Ecclesia provenit, [p] inbianter absorbeant, ipsam dimittunt Vicario [q] destitutam: aut si forte Vicarium in ea [r] instituerint, ita eidem modicam relinquunt fructuum portionem, quòd non poteſt sibi sufficere, & Archidiaconorum, & alia [s] incumbentia sibi

Pauperi notorio dare, an sit magis meritorium quam occulto?

Juramentum Prælati de nõ alienando, an impediat alienationem.

† *M S.* Figuretur.

† *M S.* Curia.

Prælatus jurans nõ alienare, an possit pio loco appropriare?

† *M.S.* Gubernari cõsuevit.

Factus proprius an possit quis revocare.

debitibus reditûs per quos sunt solvenda.

a *Appropriationis Jure.* De cujus natura dixi *suprà. c. Consti. indignum. §. pe. in glo. fi.*

b *Vel assignet. Extra. de re. ec. non alie. c. 1.* & facit quod notatur in *Extrav. g. Johan. Papæ 22. Suscepti regiminis. §. 1. ver. privilegio.*

c *Nisi is. Sc.* Episcopus vel locus pius.

d *Adeo.* Id est, in tantum. *Extra. de proba. licet causam. circa medium.*

e *Manifestæ paupertatis.* Non dicit latentis; quasi innuat magis meritorium esse pauperem notorium juvare, quam occultum; cujus contrarium videtur 86. *dis. non satis post prin.* ibi, *qui præsertim egere erubescit.* Unde signanter Rectorem quendam sapientem ballivo suo inter cætera didici sic scripsisse: *Eydes nomement as pours bountenses salz.* Contrariũ loquitur in meritoriis operibus quoad se, sc. contrariis hypocrisis soli Deo factis, qui opera tua videt in abscondito: ut legitur *Matthæi 5. ar.* in hoc qd legitur & *no. 41. di. parsimoniam. in glo. ar. contra.*

Secus vero in his quæ solennitatem requirunt extrinsecam, ut hic: cum Ecclesia militans non judicet de occultis. *ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de cohabi. clc. & mu. vestra. & c. tua.* Patet 2. *q. 5. consuluisti. §. movendi.*

f *Alia legitima causa subsit.* Puta si justa de causa Episcopus erexit novam Ecclesiam posset ei tunc concedere Jura Matricis Ecclesiæ, sc. Decimas, obventiones, funeralia, & hujusmodi. *ar. 12. q. 2. bona rei.* ut notat *Inno. & Hosti. Extra. de rebus eccle. non alie. c. 1. ar. l.* ibi *al. in glo.*

g *Juri contraria.* Quia Ecclesiæ propriæ damnosa. De quo satis notatur 12. *q. 2. sine exceptione. & Extra. de re. eccle. non alienan. ut super.* Ubi tamen *Jo. An.* hanc materiam juxta *Doctores* modernos hnaliter sic decidit, in casu etiam Juramenti de non alienando præstiti. Quia aut Prælatus juravit non alienare: & tunc Juramentum civili modo est intelligendum; ut non impediat alienationem licitam, sed illicitam duntaxat. *Ar. Extra. de ju. jur. Quintavall.* & in dicto *c. ut super. ff. de servis. si cui.* Aut juravit non alienare *Romano* Pontifice inconsulto: tunc necessaria est licentia Papæ, etsi licita sit alienatio: & hoc casu vera est opinio *Inno. & Hosti.* posita in dicto *c. ut super.* Nam plus astringit tale Juramentum, quam primùm: nam tunc videtur fieri ex causa nè † fingatur causa alienandi. Ideo enim examinatio hujusmodi causæ reservatur Papæ superiori: ut notat *Jo. An. Extra. de eccle. ads. c. ul. de immuni. eccle. non minus. §. pe. ver. nisi Episcopo.* Et facit quod dicam *infrà. in glo. proxi.*

h *Pietati consona.* Juxta quod quæro quæstionem facti. An Prælatus per Juramentum obligatus non alienare rem Ecclesiæ, sicut est communiter quilibet Episcopus promotus in † cura, possit alicui pio pauperi loco Ecclesiam, vel ejus partem appropriare salvo juramento suo, si rem tanti valoris habeat in recompensationem pro indemnitate Juris Ecclesiæ suæ servandæ? Videtur quòd non valeat talis concessio alii, quæcunque sit occasio. *Ar. supra. in Consti. Otho. cum sit ars. §. exigit. ver. & interdum.* Item actus alienandi hujusmodi regulariter est de genere prohibitorum. *12. q. 2. aurum. & c. bonæ rei.* Item agitur de voluntaria violatione Juramenti liciti, *C. si adversus vendi. l. 1.* quod servari posset absque interitu salutis æternæ. *Extra. de jurejur. si vero. Extra. de pac. quamvis. li. 6.* Credo contra, juxta primam distinctionem *suprà. in glo.* accedente tamen alia solennitate requisita: ut *Extra. de re. eccle. non alie. c. 1. li. 6.* Nam hujusmodi pio loco per humanitatis subsidium charitativum providetur, quòd sub generali Juramento de non alienando includitur, nè dicatur vinculum iniquitatis, ut hic expresse patet. *ar. 22. q. 4. inter cætera. Extra. de jurejur. cum quidam.* Facit *Extra. de dona. consultationibus.* Item per hoc Divinus cultus augetur: ergo per contrariam observantiam Juramenti res honesta, immo quasi justa, impediretur: *Extra. de consti. cum M. & c. ex parte. infrà. c. Con. in tractatu de monachis. c. cæterum.* sicque verteretur Juramentum in deteriorem exitum, quod esse non debet: 22. *q. 4. si aliquid. C. de nupt. imperialis.* immo hæc transmutatio in majus bonum tendit. *ar. C. de expen. lud. l. cum præses. lib. 11. C. de consul. ordi. l. fi. li. 12.* Item alias Juramentum esset boni impeditivum, & sic turpe: ut notat *Hosti.* de conditione pro non scripta *Extra de probat. in præsentia. 1. Respon. ver. absque liberis. in fi.* licèt non esset mali inductivum: quorum tamen neutro casu est juramentum servandum: ut notat frater *Tho. Aquinen. in secunda 2. 89. c.* Item cum æquivalens prælato recompensatur: ergo sub alienatione prohibita venisse non videtur: ut notatur 12. *q. 2. sine exceptione. ar. 12. di. nervi. §. hinc Paulus. ff. de lã. 2. imperator. §. fi. cum l. seq. ff. de condi. & de. l. filia. ff. de transac. cum hi. §. quid ergo.* Nam hujusmodi Juramentum damnosas & dubias alienationes prohibet: *ff. de transac. cum hi. §. prætor.* non autem licitas & indubitanter utiles; & sic non obstat contrarium. *ar. ff. de servit. l. si cui.* Alia enim non videtur intentio recipientis seu prælatus Juramentũ. *ar. 22. q. 2. ne quis ardeat. Extra. de jurejur. veniens. ff. de oper. liber. si liberius ita juraverit.* Aliàs cum impugnaret utilitatem Ecclesiasticam, ut intelligeretur à Jure permissum. *ar. ff. de jure pa. adigere. §. quamvis. & §. nisi.* Et si dicas, quòd non impugnatur, cum hoc à Papa posset impetrari, dicam hoc esse difficile: & sic pro remisso, immo pro non incluso haberi. *ff. de condi. & de. hoc modo. 2. Respon. ff. de bo. liber. qui cum major. §. 1. ff. ad Tertyll. l. 2. §. tractari. ver. aut hoc imputatur.* Cave tamen, quia observantia patriæ sic possit interpretari hujusmodi juramentum, quòd hujusmodi Appropriationes, quamquam utiles, non permittat. *arg.* in hoc quod dixi *suprà. in Consti. Otho. ad vicariam. ver. alioquin. Jo. de Anton.*

i *Si verò.* Versiculus.

k *Contra præmissa.* Quia sine legitima causa, ut præmittitur.

l *Invalida.* Facit quod legitur & notatur *suprà. ea. Consti. indignum. §. nos.*

m *Ab Episcopo qui hoc fecerit.* Contra: quia non per eum, sed superiorem. *ar. Extra. de clericis conjug. diversis fallaciis. in fi.* Solutio. Ubi est factum super quo potuit dispensare, ibi non potest contra factum suum venire, ut in contrariis: ubi de hoc notat *Inno.* aliàs sic: ut *de fi. pref. veniens.* Quæ distinctio non placet *Hosti.* ut ipse notat *Extra. de schismat. fraternitatis.* & plenius notat *Gui. 55. di. pœnitentes. in fi.* Solutio. Potest dici quòd ubi lex notat actum invalidum ex persona dantis: tunc ipsemet revocare potest, ut hic, & *Extra. de elec. nosti. arg. Extra. de jure patro. quòd autem. in fi.* secus tamen quando ratione partis recipientis: ut in contrariis. Vel dic, ubi Lex principaliter non notat personam facientis, sed factum contra prohibitionem legis, tunc ipsemet revocat, ut hic cum similibus: *C. de libera. causa. l. 1.* sed ubi potius notat personam facientis, tunc secus videtur: ut contrariis *argu. ff. de adopt. post mortem.* Sic intellige quod legitur & notatur per *Cardi. Extra. de præben. si tibi absenti. in fi. 1. Respon. ver. nequibit. 1. Respon.* Et quòd notat *Inno.* in dicto *c. nosti.* circa medium. *Jo. de Anton.*

n *Sicut de facto processit. Ar.* quod notatur *ff. de dolo. & eleganter. §. fi.*

o *Nonnulli.* Secunda pars continuativa ad materiam præcedentem: cum in Ecclesiis Appropriatis opus sit Vicariis. Et fundatur §. iste in *Decret. Extra. de præben. extirpanda. & Extra. eo. titu. c. 1. li. 6.* Immo prophetizat *Decre. Extra. de jure patro. ut constitutio. in Cle.*

p *Inbianter.* Aliàs immaniter. Facit *infrà. e. con. Christianæ. §. ex his autem.*

q *Destitutam. Sc.* omnino, ut sequitur. *ar.* ibi, *aut si &c.*

r *Instituerint.* Episcopi ad Præsentationem illorum, quibus facta est Appropriatio hujusmodi.

s *Incumbentia sibi. Sc.* Vicario qui præsens esse deberet continuè in stationc. *suprà. e. Consti. Sacrorum. 1. Respon.* Non tamen per hoc Rectores habentes hujusmodi Ecclesiam Appropriatam ab oneribus Ecclesiæ eximuntur omnino: ut patet *infrà. e. §. statuimus.* immo ille, qui percipit majores fructus & proventus Ecclesiarum, regulariter de Jure Communi tenetur ad omnia onera supportanda: ille verò, qui percipit particulariter, puta Vicarius, ad nihil tenetur hujusmodi; nam Universalis hæres solvit omnia debita, & particularis nihil. *Justi. de fideicommiss. hære. §. sed illud inter est.* Secus tamen, si in assignanda congrua portione, vel ab antiquo fuerit observatum quod Vicarii de sua portione hujusmodi absolvant: ut hic plenius notatur per *W. Extra. de consti. c. 1. post prin. in Cle.*

a *Onera.*

a *Onera.* Sc. Epiſcopalia & hoſpitum, ac Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, quos recipere tenentur: de quibus notatur per *Gin. & Jo. An.* & dicam *infrà. eo. ver. quibus. in ver. ſufficientem.*

b *In Eleemoſynam eſt provi.um.* Sc. ad relevandum inopiam ſeu indigentiam illorum, quibus facta eſt Appropriatio Eccleſiæ. De Eleemoſyna dicam *infrà. ea. Con. proxi. in fi. 1. reſpon.* & *c. Chriſtiana. 1. reſpon. ver. non ſanè.*

c *Inſitim avaritiæ.* Ad inſtar hydropici, qui quanto plus bibit, tanto plus ſitit: de quibus dixi *ſuprà. in Conſtitut. Otho. auditu. 1. reſpon. in fi.*

d *In rapinam.* Tantorum namque te ſcias invadere bona, quantis indigentibus, cùm abundas, illud qd vales duxeris revocare. 47. *diſtin. ſicut bi.*

e *Super hiis.* Verſiculus.

f *Cogitantes.* Imò quaſi propheticantes illud quod dixi *ſuprà. in prin. hujus §.*

g *Exempti.* Non tamen Eccleſia Appropriata exempta cum ſuis Parochiis: quia tunc Epiſcopus ſe non intromitteret. *Ar. de ſup. negli. Præla. ſicut. Extra. de privile. quoniam in fi.* ut notatur per *gl. & Doc. Extra. de Præben. c. 1. lib. 6.* ubi etiam *Car.* notat Epiſcopum in hoc caſu recipere Juriſdictionem in Exemptos. De hoc dixi *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venerabiles. §. pe.* in magna *glo.* poſt medium. *ſed nunquid Epiſcopus Exemptos.*

h *Ciſtercienſes.* Exemplificat de Exemptis: & notat hunc Legatum de latere Papæ miſſum habere poteſtatem judicandi & ſtatuendi ſuper Exemptos. De hoc dixi *ſuprà. in Conſt. Otho. in proœ. §. denique.*

i *Eccleſias.* Communis Juris, non autem exemptas; ut dixi *ſuprà. in ver. exemptos.*

k *In proprios uſus.* De hoc dixi *ſuprà. c. 1. reſpon.*

l *Sex menſium.* Hodie de Jure generali hoc tempus arbitrio Epiſcopi eſt relictum. *Extra. de jur. pa. c. 1. in Cle.* Huic tamen locali Statuto non eſt derogatum per illud *Extra. de Con. licet. li. 6.*

m *Spatium.* Quoad Eccleſias tempore publicationis iſtarum Conſtitutionum Appropriatas, computando à tempore publicationis hujuſmodi; ſed in Appropriandis in futurum computandum à tempore Appropriationis expeditæ. *Ar. ff. de re jur. ubi lex.* & dixi *ſuprà. in Conſt. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. infra menſem.* & de hoc tempore vertitur dubium inter *Gui. & Jo. An. Extra. de Præben. c. 1. li. 6.* quod tamen hic ſatis declaratur.

n *Qui.* Sc. Epiſcopi Diœceſani.

o *Inſtituere.* Auctorizabiliter. *Extra. de offi. Archid. cum ſatis. Johannes de Athon.*

p *Quibus.* Sc. Vicariis.

q *Sufficienter.* Sed nunquid victu & veſtitu debent iſti Vicarii contentari? Videtur quòd ſic. Exemplo Apoſtoli prima ad *Timotheum 7.* legitur & notatur *12. q. 1. Epiſcopus.* & hoc videtur tenere *Gui. Extra. de Præben. c. 1. ver. ſuſtentari. li. 6.* Credo contrarium: ut plenius patet in his quæ dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. alicubi. 1. reſpon. ver. pingui.* Nec obſtat contrarium, quia loquitur de neceſſariis corporis proprii, hic verò loquitur quoad extrinſecum, & quoad compaſſionem Chriſti. Sed quid ſi Religioſi dicant portionem Vicarii aliquandiu ſolutam, eſſe ſufficientem & congruam; Epiſcopus verò dicit contrarium, volens poſt lapſum hujuſmodi temporis ipſam portionem augmentare; ipſi verò Religioſi appellant, nunquid Epiſcopus habet eorum Appellationi deferre? Videtur quòd non. Quaſi Epiſcoporum conſcientiis in hoc ſtetur. *Extra. de jure Patro. c. 1. §. præcipimus. in Cle.* In contrarium videtur. *Ar. eo. c. in fi. 1. reſpon.* ibi, *ſed ſi nihil aliud Canonicum obſiſtat. 9. 2. q. 6. omnis oppreſſus. cum ſi.* Solutio. Aut Epiſcopo apparet, quòd probabiliter contradicant: tunc eorum Appellationi deferendum eſt, vel revocet gravamen. *2. q. 6. ad Romanam. Extra. de appell. cum ceſſante.* Aut apparet ſibi quòd frivolè eſt appellatum, tunc non eſt deferendum. *Extra. de appell. cum appellationis. li. 6.* Sed properet ſe nihilominus ad aſſignationem faciendam, antequam inhibitio Superioris ipſum poſſet impedire. *Ar. Extra. de appell. Romana. §. ſi vero.* & *§. ſe. li. 6.* Hoc notat *W. Extra. de jure pa. c. 1. 1. reſpon. in glo. ſi per eos.* & *§. ſi. ver. compelli. in Cle.*

r *Pro facultate.* i.e. Pinguedine vel exilitate: ut dixi *ſuprà. in Conſt. Otho. alicubi. 1. reſpon. verſ. pingui.*

ſ *Alioquin.* i. e, Si infra ſex menſes prædictos Diœceſanis hujuſmodi Religioſi præfebrare diſtulerunt, ſufficientem portionem aſſignando.

t *Extunc.* Scil. termino lapſo; extremum enim tempus deſignat. *ff. de condi. & de. l. 4. in fi.*

u *Id facere.* Id eſt, Vicarios ibi ponere, & eis portionem congruam aſſignare.

x *Statuimus.* Secunda pars.

y *Domos.* Sc. ad Eccleſiam pertinentes.

z *Vel conſtructas.* Ut legitur & notatur *ſuprà. ea. Conſt. improbam. Jo. de Athon.*

a *In quibus.* Sc. domibus Eccleſiarum.

b *Honeſtè.* Cum privata ergo Garderoba, & cum Chaimaice ſecundùm uſum *Gallicorum*, ut de aliis conticeſcam. *C. de meta. l. devotam. §. ſanè. C. de ſalva. hoſpi. non pra. l. nè quis comitum. li. 12.*

c *Viſitantes.* De quibus legitur & notatur *ſuprà. Conſt. naturalis.* (ta pars.

d *Supradicta verò.* Quarto uſus habent, fieri Præcipimus obſervari.

De bonis Inteſtatorum.

¶ Summarium.

Inteſtatorum Bona per proviſionem à Prælatis Angliæ *cum Regis & Baronum approbatione ordinatam in pios uſus convertenda, Prælati contra dictam proviſionem recipere vel occupare nequaquam præſumant.*

CUM mortis incerta præoccupatio ſæpe ſic anticipet ultimi arbitrii Voluntatem, ut conficiendi Teſtamenti vel extremæ diſpoſitionis adimat vitæ deciſio facultatem; agit humana pietas miſericorditer in defunctum, cùm res Temporales, quæ illius fuerant, per diſtributionem in pios uſus ipſum juvando ſequuntur, & coram cœleſti Judice pro ipſo propitiabiliter intercedunt.

Mortis articulus eſt periculoſus.

Eleemoſyna defunctis & vivis prodeſt.

Omnia. Tam *ſuprà* in §. *nonnulli.* quàm §. *proxi.* quatenus unumquodque eorum contingit.

Ab Epiſcopis. Id eſt, per Epiſcopos, ſalvo hoc caſu id quod habetur *de re. Eccle. non alie. c. 1. §. ulti. in Cle. Johannes de Athon.*

CUM mortis. Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà. in Conſtit. Otho.* ſed potiùs continuari poſſit ad *c. ſuprà. ea. Conſt. libertatem.*

Incerta. Quia nil certius eſt morte, & nihil incertius horâ ejus. *ff. de condi. & de. l. 1.*

Præoccupatio. Quæ memoriam turbat, tumultu mortis anguſtat. *C. qui teſt. facere poſſunt. hac conſultiſſima.* circa medium. *Authen. de triente & ſemiſ. §. illud quoque. Colla. 3.* Tunc enim morbus urget, & poena terret, filii plerumque illicitè dilecti præſentes ululant, uxor & mundus ad ſe vocant: unde hoc caſu timenda eſt Pœnitentia ſerotina, quæ multos ſolet decipere. *de pœ. di. 7. §. pe.*

Quæ. Sc. Res Temporales.

Illius. Sc. Defuncti.

Propitiabiliter. Prosunt ergo Eleemoſynæ defunctis ad remedium peccatorum: ut patet *13. q. 2. non exiſtimemus.* & *c. anima.* unde ſcribitur *2 Machabæorum 12. c. in fi.* "Vir fortiſſimus *Judas* collatione facta duodecem millia drachmas argenti miſit *Hieroſolymam* offerri ibi pro peccatis mortuorum ſacrificium &c. Multò plus quoque vivis proſunt Eleemoſynæ: peccata enim Eleemoſynis redimuntur. Vilis eſt pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia. Eleemoſynam ergo impertire, ut à peccato libereris. *de pœ. di. 2. quamobrem. in prin.* Unde revelatum fuit per Angelum cuidam Gentili qui vocabatur *Cornelius*: *Eleemoſyna tua aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Act. 10. c.* & *26. di. deinde. §. pr.* Quod verum intelligo, dum tamen de proprio Eleemoſyna hat: qui enim de alieno elargitur, quaſi filium in conſpectu patris victimat. *1. q. 1. non eſt putanda Eleemoſyna.* Imò ſatisfacere tenetur, qui ideo rem contrectat, ut eam alii donet. *ff. de furt.*

tis. l. ſi pignore. §. 1. Pietas ergo & Miſericordia magnum meritum acquirunt; namque eas ſequens, etſi lubricum carnis patiatur, (aliàs ſequatur) ſine dubio vapulabit, ſed æternaliter non peribit: ut legitur & notatur per *Gui.* 42. *dif.* §. 1. *in fi.* & de hac materia dicam *infrà. ea. Conſt. Chriſtianæ. in fi. 1 reſpon.* Sunt quoque hujuſmodi Eleemoſynæ ſeptem corporales; ſc. paſcere eſurientes, potare ſitientes, veſtire nudum, recolligere hoſpitem, viſitare infirmum, redimere captivum, ſepelire mortuum. Unde Verſus: *Viſito, pato, cibo, redimo, tego, colligo, condo.* Sunt & aliæ ſeptem Eleemoſynæ Spirituales; ſc. docere ignorantem, conſulere dubitanti, remittere offendenti, conſolari triſtem, corrigere peccantem, oneroſos & graves portare, & pro omnibus orare. Unde Verſus: *Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.* Ita tamen quòd ſub eodem intelligatur Conſilium & Doctrina: ut hoc notat *Gui. 45. di. tria ſunt.* Quæ Eleemoſyna Spiritualis longè melior eſt, pretioſior, & dignior, quàm corporalis: ut legitur & notatur per *Gui.* poſt *Hug. c. diſt. duæ ſunt.* Quod verum eſt ſimpliciter & abſolutè loquendo; tamen ſecundùm aliquem particularem caſum, Corporalis Eleemoſyna præfertur Spirituali; putà, majus eſt paſcere fame morientem, quàm docere etiam indigentem; ſicut melius eſt ditari quàm Philoſophari. Notat *Gui.* poſt *Tan.* in dicto *c. tria ſunt.*

Miſericordiæ opera quot et quæ ſunt.

Nota.

a *Proindè.* Secunda pars.

b *Ab inteſtato.* Inteſtatus decedit, nedum qui Teſtamentum non fecit, ſed ex cujus Teſtamento hæreditas adita non eſt, nec alius Teſtamentarius, qui ultimam Defuncti voluntatem exequatur ex ipſius Defuncti judicio. *ff. de ver. ſignificatione. inteſtatus eſt. ff. ad Trebell. l. mulier.* §. *alia.* Hoc caſu primo fortè præferretur Epiſcopus, ſi quis ſit, qui hujuſmodi res tanquam ſuum peculium valeat vendicare. *Ar. 13. q. 2. ultima voluntas. in fi. ff. de caſtrenſi pec. l. filiumfamil. C. eo. tit. l. pe. l. 12.* Salvâ ſemper Conſuetudine, per quam Aſcriptitii & alii ſervilis conditionis Teſtamenti obtinent factionem: de qua notatur 13. *q.* 2. *idem. in fi.* De hac materia notatur in *Spe. titu. de inſtru. edi.* in Tractatu *de teſta.* §. *compendioſe.* & §. *vijo.* & §. *dicto.*

Inteſtatus quis dicitur.

† *M. S.* Cùm hoc Privilegium fuerit Parliamentale.

c *A Prælatis Regni.* Nota diſcretam & ordinatam proviſionem in Parliamento Regni debere primariè incipere à Prælatis, maximè ſuper contingentibus opera pietatis, cùm hic † proviſio fuerit Parliamentalis; ut *infrà* dicam. Facit ad hoc *de majo. & obe. ſolita. cum ſi.* Nam & gladius terrenus gladio cœleſti neceſſariè habet ſubjici: ut notat vera *glo. Extra. de judi. novit. in glo. 2.* Paret in *Extravag. Bonifac. 8. unam ſanctam*, nam & Epiſcopi Principes vocari poſſunt propter Temporalitates quas obtinent: ut legitur & notatur *Extra. de jurejur. c. 1.* §. *nos igitur. in ver. principium. in Cle.*

Nota.

d *Cum approbatione Regis.* Scilicet Illuſtris *Edwardi* poſt Conqueſtum Primi, convocato ſuo Concilio primo apud *Glouceſter*, Anno Regni ſui ſexto, ipſis quidem ibidem Statutis poſtmodum in pleno Parliamento ſuo ad *Weſtmona.* revocatis poſt Paſcha anno Regni ſui 13. ubi in illius Parliamenti 19. *c.* ſic legitur contineri, *Cùm poſt mortem alicujus decedentis inteſtati & obligati aliquibus in debita bona devenerunt ad Ordinarium diſponenda, obligentur de cætero Ordinarii ad reſpondendum de debito, quatenus bona ſufficiunt, eodem modo quo Executores reſpondere tenerentur, ſi Teſtamentum feciſſet.*

e *Baronum.* Qui cùm ſint divites & potentes, Principes dici poſſunt: ut *ar. Extra. de ma. & obe. omnis.* maximè cùm legatur *Eccle.* 11. quòd *Regina omnium eſt pecunia*, ut bene videmus de facto. Nam propter affluentiam pecuniæ, Principes, Comites, Barones, filias ſuas & Conſanguineas in Matrimonio collocant filiis Ruſticorum vilium, ſequentes verbum *Hoſtien.* ſcriptum *Extra. de Præben. c. venerabilis.* & *de conſang. tua nor.* ubi dicit, "quòd ſi di putas de nobili genere, diſputas de nobili ſtercore: *Ar. 40. di. nos qui.*" ut ſic impleatur Prophetia legis, Libertos, i. e. ſervos manumiſſos aſpirantes ad militiam acceptantes. *Ar. ff. de milit. teſt. ſi duobus.* Per quam legem arguitur, quòd non oportet militem eſſe de genere militum, ita quòd fortunæ nummoſæ rota volubilis, ſicut & Divina gratia, modernis temporibus Ruſticos, nativos, & ſervos, Nobilibus & ingenuis ſimiliter reddit æquales. *Authen. de Monachis.* §. *hinc nobi. Coll. 1.* Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum, ſecundùm Apoſtolum, ad *Col. 3. c.* Sed certè quicquid dictum ſit, propagatio alti & clari ſeminis proculdubio ſuam poteſtatem nobilitat & attollit: ut 40. *di. illud.* ſicut vile ſemen vileſcit. *Arg. 56. diſ. tempus.* & *c. ſi Gens Anglorum.* alias incipit, *divulgatum eſt. Extra. de Præben. de multa. in fi.* Legitur & notatur per *W. Extra. de bap. præſenti. in Cle.* Facit *Extravag. Joan. Papæ 22. execrabilis.* §. *nos igitur.* quod dic ut *infrà. ea. Conſtitut. Chriſtiana. in fi.* Non nego tamen Proverbium *Senecæ*, quo dicitur, "Generoſitas non eſt niſi inveteratæ divitiæ, cùm Natura nos omnes fecit æquales; ut prætactum eſt. Non nego, quin generoſi ſanguine per vitia & inſolentias, quas quotidiè adinveniunt, ſuæ Generoſitati pernimium detrahunt. Unde ſanctæ memoriæ *Robertum*, cognominatum *Groſſet*, dudum *Lincolnienſem* Epiſcopum Regi *Henrico*, quaſi admirando, cum interrogavit, ubi † noraturam didicit, qua filios Nobilium Procerum Regni, quos ſecum habuit domicellos, inſtruxerat, cùm non de nobili Proſapia, ſed de ſimplicibus traxiſſet originem, fertur intrepidè reſpondiſſe, In domo ſeu hoſpitio majorum Regum quàm ſit Rex *Angliæ*: quia Regum *David, Solomonis*, & aliorum, quorum modum vivendi didicerat ex intelligentia Scripturarum, adjiciens ipſi Regi Verſus ſequentes.

Nobilitas an ſit extendenda.

Generoſitas quid eſt.

† *M. S.* Naturam

Degenerant homines vitiis, ſuntque minores.
Exaltat virtus Nobilitate viros.
Nobilitas vera eſt animi, quæ moribus ornat.
Gratius in terris nil conſtat moribus aptis.

Facit 40. *di. nos qui.* cum *c. ſe.* & per totum.

f *Quocunque non recipiant.* i. è. Nullo colore palliato ex liberatione cujuſcunque.

g *Occupent.* Sc. auctoritate propriâ.

h *Contra proviſionem prædictam.* Scilicet Parliamentalem: ut dixi *ſuprà. in glo. ſcil. illuſtris.* ubi patet eos teneri eodem modo quo Executores Creditoribus; imò reſiduum ſibi nullatenus imburſando, ſed potiùs juxta Defuncti propoſitum conjecturatum in pios uſus illud diſtribuendo. *C. de Epiſ. & Cle. l. nulli liceat. & l. ſi quis ad declinandam.* De hac materia plenius dictum *ſuprà. ea. Conſt. libertatem.*

i *Judicii robur.* Hæc Conſtitutio non habet originem ab aliqua Conſtitutione *Othonis*, niſi fortè occaſionaliter. De hoc notatur *ſuprà. in Conſt. Otho. clamorem.* §. *judices.*

k *De quo ſtatus eminentior.* Nam quanto quis præeſt melioribus, tanto major & honeſtior eſſe cenſetur: alias etiam vileſcit honor; 1. *q.* 1. *uliſſimus.* igitur pro loco & dignitate præſumitur. *Authen. de defen. ci.* §. *nos igitur. Coll.* 3.

l *Meliora.* Id eſt, digniora; ut exponit *Gui. 40. di. illud. ff. de ſena. l.* 1. ad quam deveniendum eſt per gradus, aliàs caſum appetit. 48. *di. c. ſi.* Honorare quidem dignos placet. *Authen. de Conſulibus.* §. *pe.*

m *Stipendia. Ar. C. de tyronibus. l. ulti. lib. 12. cum ſi. Extra. de Præben. de multa. in fi.* Dicitur autem Stipendium, ab eo quòd militibus olim dabatur in ſumptibus; quia per Stipes, id eſt, exigua æra colligebatur. *ff. de ver. ſig. Lager.* §. 1.

Stipendium quid eſt.

n *Proinde.* Secunda pars.

o *Canonibus.* Intellige de *Decr. Inno.* 4. quæ incipit, *Præſenti.* quam hodie in uſu non habemus. Illa tamen verè concordabat cum Textu hic ſequenti; ſed poſtea informabatur per *Extravag. Bonifacii VIII.* qui ſic incipiebat, *Statuimus.* Demum ſupervenit *Decretalis* ejuſdem *Bonifacii*, cui hodie ſtatur. *Extra. de reſcrip. Statutum. li. 6.* ut ibi notat *Jo. An.*

p *Cauſa.* Facienda eſt vis in hoc verò, quaſi non intendat vetare audi;

---

a Proinde ſuper Bonis decedentium b ab inteſtato proviſionem, quæ olim c à Prælatis Regni *Angliæ* d cum approbatione Regis & e Baronum dicitur emanâſſe, firmiter approbantes, diſtrictè Inhibemus, nè Prælati vel alii quicunque Bona inteſtatorum hujuſmodi f quocunq; modo recipiant, vel g occupent h contra proviſionem prædictam.

De Delegatione Cauſarum.

¶ Summarium.

Cauſæ nullatenus delegentur, nec committantur ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, vel aliis Ordinariis, niſi perſonis in Dignitate, vel Officio conſtitutis, aut Cathedralium, vel aliarum Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis.

i JUdicii robur & decus exornat auctoritas judicantis, & coram illo tutis greſſibus Veritas incedere præſumitur, k de quo ſtatus eminentior & l meliora m ſtipendia ſtrenuos actus & dignos fructus Juſtitiæ repromittunt.

n Proinde Sacris o Canonibus inhærentes, quibus ſtatutum eſt, ut non niſi perſonis in majori ſtatu conſtitutis p Cauſæ à Sede Apoſtolica delegentur, eâdem Juris auctò-

audientiam certi articuli, vel meram executionem cujuslibet rei, etiã aliis personis committi: ut plenè notat *Gui.* in dicto *c. statutum. 1. respon. ver. causa. li. 6.* & notat *Spec. de judic. dele. § se. ver. debet autem.* De hoc etiam multùm tractatur in *Extravag. Jo. Papæ 22. sedes Apostolica.* in magna *glo.*

a *Commoti.* Nota Inferiorem rationabili exemplo Majoris debere commoveri. *Ar.* in hoc qd legitur & notatur *suprà. ea. Const. quid ad venerabilem. §. 1. in prin.*

† *M. S.* Commoniti.

b *Ordinariis.* De hoc dixi *suprà. ea. Const. contra latronum. §. pe.*

c *Collegiatarum Ecclesiarum.* Hoc bene continebatur in dicta *Decre.* quæ incipiebat *Præsenti.* sed postea in *Decret. statutum.* est illa litera subducta.

d *Committantur.* Sed quicquid hic statuatur, hæc tamen Constitutio à Subditis non est acceptata: unde non videtur arctare. *Ar.* in hoc quod plenius dixi de hac materia *suprà. in Const. Othonis. quoniam de habitu. 1. respon. in glo. hæc Constitutio.* Maximè cùm de Jure Communi quilibet hujusmodi Ordinarius in causarũ cognitionibus committere valeat vices suas: ut plenè notat *Gui. Extra. de rescrip. statutum. 1. respon. in glo. si hoc tollam. li. 6.*

e *Ita mortalium.* Hæc Constitutio adjicit ad illam quæ habetur *suprà. in Const. Otho. tanto.*

f *Sæva cupiditas.* De hæc dixi *suprà. in Const. Othonis. auditu. prope fi. 1. respon.*

g *In seipsum reflectit ardorem.* Exemplum patet de quodam qui vocabatur *Crassus*, qui cùm esset Dictator *Romanorum*, missus est ad *Parthos*, ut eosdem expugnaret; qui promiserunt illi quòd darent & facerent quicquid vellet, ac ipse petiit infinitam pecuniam, quam illi promiserunt se solvere: sed eum † sub dolo comprehendentes infuderunt aurum liquefactum in os ejus, insultantes ejus avaritiæ, *Aurum sitisti, aurum bibe*, quo hausto sic periit vero auro, sicut veneno; ut legitur & notatur *per gl.* cum supplemento *Gui. 1. q. 1 in his verb.*

† *M. S.* Subdolè.

Crassus aurum hausto perit.

h *Proximi læsionem.* Sic *suprà. ea. Const. amoris propris. in prin.* quod tamen est contra Præceptum Domini dicentis *Jo. 15. Hoc est Præceptum meum, ut diligatis invicem, &c.*

i *Litigiorum infractus.* Sic *Exod. de sepul. dudum. §. 1.* ibi, *præcisus radicitus &c. in Cle.*

k *Procellæ*, i. e. Tempestates impetuosæ.

l *Quicquid adversario noceat.* Quod tamen est Præceptum Juris, quod est alterum non lædere. *Instit. de justi. & jure. §. juris.*

m. *Jure vel injuria.* Fas improbè & nefas permiscendo. *Infrà. ea. Const. ambitionis. in prin.*

n *Sanè.* Secunda pars, recitans *Constitut. Othonis*, de qua dixi *suprà.* in prima *glo.* Unde ea quæ dixi in dicta Constitutione *Othonis*, si placet, tibi sufficiant.

o *Nos autem.* Quarta pars.

p *Quantum in nobis est.* Nota hutic Textum pro eo quod notavi *suprà. ea. Constitut. Ecclesiarum. in prin. Ar. 47. dis. c. fi. 22. q. 2. faciat homo.* Ad hoc *suprà. in Constitut. Othonis. ad eliminandos. §. in utroque. in prin.* & *infrà. ea. Const. Christiana. §. volentes. in prin.* Sicque cum Apostolo, *Cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. ad Gal. 1. 6. ca.*

q *Citationis Edictum.* Quod habet duo Extrema, scil. Decretum de citando, & hoc respectu scribitur inter alia acta Judicii. Aliud extremum continet Ministerium extrinsecum exequentis, & hujusmodi literam Citationis oportet sigillatam esse Sigillo Judicis; quia non est propriè de actis Judicii, sed potiùs de antejudicialibus seu præparatoriis Judiciorum: ut notatur per *Doc. Extra. de probat. quoniam contra falsam. ver. Citationes.* *Citatio habet duo extrema.*

r *Vel alicui alii.* Scilicet quàm Decano: unde paret hoc relinqui arbitrio demandantis. *Ar. ff. de Jure delibe. l. 1. §. pe.*

f *Certæ personæ.* De hoc dixi *suprà. in Constitut. Othonis. tanto. § alii. ver. certas.*

t *Is verò.* Versiculus.

u *Statuti.* Scil. dicti Legati *Othonis* suprà recitati; vel dic, scil. mandati demandantis Citationem fieri; hoc est particulariter si sic fuit mandatum, vel aliis viis & modis &c. prout contigerit demandari.

x *Rescribat.* Sed quid si rescribere vel certificari non fuit sibi mandatum in litera Citatoria, nunquid nihilominus contemnere censeatur nisi scribat? Videtur quòd non: cùm hoc non contineatur in mandati seu Statuti forma, ut *suprà* in litera proxima: *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de rescrip. cum dilecta.* fines enim mandati excedere non debet. ff. *mandati. l. diligenter.* Item sufficit moram non fieri petenti. *Ar.* in hoc quod dixi *suprà. in Const. Otho. licet ad profugandum. §. 1. ver. dignè.* & ff. *de ver. ob. si ex legati causa.* Dic contra: nam aliàs mandatum Citatorium frustraretur effectu, quod esse non debet, *Extra. de Cle. non resi. c. relatum.* ff. *quod quisque. l. 1. §. hoc autem.* quia de effectu Citationis aliàs non appareret. ff. *de contrahen. empt. l. Rutilia Polla.* & *l. in lege.* Item parum valeret hujusmodi mandatum, nisi fuerit executum, sic ut de eo constare possit. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *suprà. in Con. Otho, cum sit ars. §. ult.* Item habens mandatum ad præambulum, habere intelligitur mandatũ ad effectualem sequelã exequendam: ut si mandavi tibi fidejubere, videor hoc ipso mandare solvere. ff. *de condit. ind. c. indebitum.* Item hoc pertinet ad officium hujus Mandatarii: ut hic paret.

y *Alioquin*, i. e. Si non sit certificatum nec rescriptum, ut præmittit. *Eam.* Sc. Citationẽ. (titur, & in hoc ver. additur ad dictã C. *Otho.*

a *Pœnam aliquam.* Sc. censurã Ecclesiasticam, de qua *Extra. de ver.*

ritate † a commoti Statuimus, ut ab Archiepiscopis, Episcopis, vel aliis b Ordinariis, non nisi personis in Dignitate vel Officio constitutis, aut Cathedralium, vel aliarum Ecclesiarum c Collegiatarum Canonicis Causæ aliquatenus d committantur.

De forma Citationis.

¶ Summarium.

Approbatâ Constitutione Othonis *adjiciendo Statuit, ut cùm Judex quemvis citandum edicit, Citationem faciendam loci Decano vel certæ personæ demandet, unde nisi edoctus sit Citationem juxta Statuti formam expletam esse, ipsa nullius sit efficacia.*

e ITA mortalium f sæva cupiditas suũ g in seipsum reflectit ardorem, ut quicquid sibi possit attrahere non desistat, non timens Divinam offensam, vel h proximi læsionem. Quod i litigiorum anfractus & k procellæ Cansarum manifestè declarant, in quibus seipsum solùm respiciens litigator, sic errat in via Justitiæ, ut æquum & justum æstimet, l quicquid adversario noceat, & m Jure vel injuriâ sibi prosit.

n Sanè quoniam in Citationis articulo fraudem præcipuè fieri est compertum, prædictus Legatus *Otho* Statuit, ut per impetrantes vel eorum nuncios in Causis Regni *Angliæ* Citatoriæ Literæ non mittantur, sed Judex moderatis sumptibus impetrantis per sum fidelem nuncium eas mittat, qui vocandum diligenter perquirat: quem si invenire non poterit, die Dominico vel alio Solenni, apud Ecclesiã loci illius in quo degere consuevit, dum Missa cantatur, literas legi faciat & exponi; vel saltè ad Decanum, in cujus Decanatu moratur, qui vocandus existit, Citatio dirigatur; qui à Judice jussus finaliter exequatur per se vel per certos nuncios & fideles, quodque inde fecerit eidem scribere non omittat. o Nos autem, ut circa Citationis articulum cautiùs procedatur, & totius discriminis materia (p quantum in nobis est) penitùs auferatur, Constitutioni dicti Legati adjiciendo Statuimus, ut cùm Judex contra quemlibet absentem emittit q Citationis Edictum, Citationem faciendam Decano loci r vel alicui f certæ personæ demandet. t Is verò, cui demandata fuerit, cùm eam fideliter fuerit executus, secundùm u Statuti formam, se citâsse x rescribat: y alioquin Citationi, quæ aliter facta appareat, fides nulla adhibeatur; cùm nec secundùm x eam, contra eum, qui Citatus dicitur, ad z pœnam aliquam procedatur.

De Juramentis Advocatorum.

¶ Summarium.

Juxta Statutum Othonis *de Advocatis, nullus Advocatus, nisi Literas Diœcesani, coram quo jurare præ-*

sig. quærenti. nec admissionem in possessionem, de qua in *Con. Otho. c. ulti. §. fi.* Et qualiter procedatur contra absentem criminosum notat *Gui. Extra. de hæreti. ut commissi. ver. procedendum. li. 6.*

[a] L*Audabile.* Hæc constitutio adjicit ad illam quæ habetur *suprà. in Const. Otho. c. ulti. §. 2.*

b *Necessarium.* Ut hæc Præfatio scribitur *C. de advo. diver. judi. l. laudabile. in prin.*

c *Quasi Athletæ.* Sc. victoriosè certantes merito gratiæ, non adversarii vel lucri corruptione: ut legitur & notatur *C. de Athletis, l. unica. lib. 10.*

d *Militant.* Cum lapsa erigunt fatigata reparando, non minus defensionis viribus provident humanorum generi, quàm si præliis & vulneribus patriam atque parentes salvarent. *C. de advocatis. diver. judicio. l. Advocati.*

e *Exauctorizatur.* Id est, auctoritati & insigniis hujusmodi militaribus detrahitur; ut exponit Textus *ff. de his qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ.*

f *Ab illis.* Scilicet Advocatis.

g *In ipso.* Scilicet campo certaminis Judicii.

h *Infideliter.* Per subornationem testium, vel partium instructionem ad falsum. Notatur in *Const. Otho. c. ult. §. in adjutorium.*

i *Per quos.* Scilicet Advocatos iniquos.

k *Innumeris.* Id est, de difficili numerandis; non quia excedunt omnem infinitatem. *Ar. ff. de in litem jurando. videamus. §. juvare.*

l *Subterfugiis.* Ut ita loquar, mendicatis suffragiis.

m *Hoc sanè.* Secunda pars, recitans Statutum *Othonis*, de quo dixi *suprà. in 1. gl.* unde ibi scripta tibi sufficere non tædeat hìc, si placet.

n *Nos igitur.* Tertia pars.

o *Occurritur.* Ut *suprà. in Const. Otho. usum. §. huic igitur.*

p *Et succurritur veritati.* Summè pium & meritorium reputarem actualis operis executione, sic veritati succurrere, nè indies, ut videmus, ad oculum succumberent falsitati. *Suprà. in Con. Otho. ad elidendum. 1. respon.*

q *Adjiciendo.* Quasi diceret, valdè pauca.

r *Literas Diœcesanas.* Hoc ergo sufficit quando Episcopus notus est, aliàs secus; ut notatur *21. q. 2. c. 1. in glo. sufficit. ar. de secundis nupt. c. 1.*

s *Juramento hujusmodi.* Sc. quòd talis ad Advocatum admissus, juravit Patrocinium fidele præstare &c. ut *suprà* recitatur.

t *Vel de novo.* Hoc ergo videtur relinqui optioni ipsius Advocati, cùm in alternativis sit regulariter electio debitoris. *Extra. de Reg. Juris. in alternativis. li. 6. ff. de jure dot. l. plerumque. ad fi. cum fi.* Quod verum est, nisi fortè Judex aliquâ causâ rationabili motus, non obstante hujusmodi literarum Episcopalium exhibitione, iterum exigeret Juramentum; pura propter arduitatem negotiorum in illo foro, potiùs quàm alibi in Regno tractandorum; *ar. suprà. in Con. Otho. c. ult. §. in adjutorium. ver. in causis quoque matrimonialibus.* vel quia in transmigrationis suæ causa aliqualiter suspecta, sed non probata habetur; cùm per hoc malitiæ occurratur, ut *suprà. in prin. hujus §.* igitur iterum satis licitè sine injuria exigetur. *Extra. de Jur. ca. cum in appellationibus. §. ult. li. 6.*

Juramentum Advocati quandoque iteratur.

u *Admittatur.* Nota pœnam denegationis audientiæ, ut dixi *suprà. in Const. Otho. in fi.* per plures allegantias ibidem in prædicta Constitutione &c.

[x] C*UM partes.* Hæc Constitutio adjicit ad hoc quod habetur *suprà. in Const. Otho. cæterum.*

y *Amittat Judicium.* Quod ex tribus personis constat, Judicis, Actoris, & Rei. *Extra. de ver. sign. forus. §. in omni.*

z *Actoris & rei.* Qui partes Judicii necessariò constituunt, ut jam dixi; non Judex per se. *C. si per vim, vel alio modo. l. ulti.*

a *Controversiam dirimat.* Concordiâ vel Judicio, ut legitur & notatur in dicta *Constitut. cæterum.* Judicis est nam proprium est Judicis litem minuere. finem controversiis imponere. *ff. de re judic. l. 1. Extra. de do. & contu. finem litibus. in prin.* Quod si non possit in totum litem dirimere, ad eam tamen extenuandam vel diminuendam debet laborare. *ff. si certum pe. l. quidam æstimaverunt.* Hæc tamen gratiâ quorundam Practizantium nimis latè intelligentium sic distingue. Quia, aut reus in Judicium conventus partem contentam in libello Actoris ante Litem contestatam fatetur; tunc in parte confessata condemnari debet in sententia Præcepti; ut in *l. quidam. ar. ff. de judi. si debitori.* Aut Lis semel est contestata negativè; tunc per responsiones ad positiones condemnari non debet in confectis ante Sententiam definitivam, nisi Actor renunciare velit residuo. Sic intellige notata per *Inno. & Hosti. Extra. de elec. cum inter. ver. interest. post prin. Ar. ff. fami. Hercis. l. 3. de usuris. l. tutor. §. Lucius.* Ratio est; quia quælibet causa unum judicati finem debet accipere, non autem diversam pronuntiationem complecti. *ff. de excep. rei judi. singulis.* & in hoc declinat *glo. ff. de excep. do. l. apud. §. item quæritur. ar. ff. de procu. si reus. in fi.*

b *Inter ipsos.* Scilicet Actorem & Reum.

c *Profectò.* Id est, certè, vel indubitanter.

d *Nititur impedire.* Sic effectus sator Zizaniæ, id est, seminator discordiæ, contra *l. infra. ea. Constitut. justus. in fi.* qui tamen ad Dominici seminis puritatem centeno fructu accumulandam debuit jugiter laborare; nè obruta dulcia frumenta, Lolium & Avenas, id est, Hæreses & Schismata, degenerando producant. *24. q. 1. quoniam vetus.*

e *Quia verò.* Secunda pars, resumens dictam Constitutionem *suprà. in Const. Otho. cæterum.*

f *Hujusmodi.* Quo partes impediuntur concordare.

g *Provocatur Deus &c.* Cùm tamen secundùm *Ber.* causa diligendi Deum Deus sit; modus verò, sine modo diligere ob duplicem causam in seipso Deo, sive quia nihil justius, sive quia nil diligi fructuosius: ut notat *Gui. 30. distin. ca. 1.* Justum est ergo ut in eum Jura resurgant, qui Domini Jus & judicialem potestatem eludit. *Ar. Extra. de re judic. c. cum æterni. in fi. & de appel. cordi nobis. in fi. li. 6.*

eipitur, *prius ostendat, fidem de Juramento debitè exhibito facientes, vel de novo Juramentum exhibeat, ad ullius Causa patrocinium admittatur.*

[a] LAudabile vitæque hominum [b] necessarium Advocatorum Officium, qui [c] quasi Athletæ Justitiæ in campo Judicii [d] militant, multum quidem [e] exauctorizatur [f] ab illis, qui [g] in ipso [h] infideliter se exercent, [i] per quos Justitia deperit, & litium processus [k] innumeris [l] subterfugiis impeditur. [m] Hoc sanè prædictus Legatus considerans diligenter, & prudenter attendens, inter alias Sanctas Constitutiones Decrevit, ut quisquis Advocati Officium voluerit generaliter mereri, is apud Diœcesanum, cujus Jurisdictionis existit, originis vel domicilii ratione, præbeat Juramentum, *Quòd in Causis, quarum Patronus existet, Patrocinium fideliq; præstabit.*

[n] Nos igitur hujusmodi Statuto, per quod iniquitati [o] occurritur, relevatur Justitia, & [p] succurritur veritati, parare volentes semitam ampliorem; [q] adjiciendo Statuimus, ut secundùm

---

Nè Judex Pacem vel Concordiam partium impediat.

¶ Summarium.

Judex quicunque pro concordia litigantium impedienda quicquam receperit, Excommunicationi subjaceat, donec illud restituerit, & tantundem pauperibus erogârit.

[x] CUM partes suas [y] amittat Judicium, ubi [z] Actoris & Rei conquiescit dissensio, nec aliud agere Judex debeat juxta legitimas Sanctiones, quàm ut [a] controversiâ dirimat [b] inter ipsos; multùm [c] profectò delinquit, qui partes ad Pacè & Concordiâ paratas, maximè prætextu alicujus commodi, [d] nititur impedire. [e] Quia verò per impedimentũ [f] hujusmodi, si contingat, [g] provocatur Deus, lædetur proximus, Judicis cõtaminatur honestas,

& jurgiorum materia confovetur: [a]Nos Statutum Legati [b]p:ædicti, qui fuit ſuper hoc ſimplici prohibitione contentus, efficaciùs proſequentes, adjiciendo Statuimus, ut ſi [c]quis de cætero [d]pro impedimento paci ſeu compoſitioni litigantium objiciendo [e]quicquam [f]receperit, [g]ei, qui [h]dedit, modis omnibus teneatur [i]reſtituere, necnon de quo tantundem exſolvat, [k]pauperibus erogando. [l]Alioquin ex eo tempore, quo ſcelus hujuſmodi recipiendo commiſerit, [m]donec ſic (ut dictum eſt) reſtituerit, Excommunicationis vinculo ſe noverit eſſe alligatum.

a *Nos autem.* Sc. *Othobonus.*

b *Prædicti Legati.* Scilicet *Othonis*, ut dixi *ſuprà. in* 1. *glo.*

c *Si quis.* Sc. Judex, inter litigantes cognoſcens.

d *Pro impedimento.* Sc. *objiciendo*, quod eſt *infrà.*

e *Quicquam.* Etiam modicum, ut hic innuitur: & facit ad hunc Textum C. *de pœna judi. quæ ma. judi. Authen. novo jure. in prin.*

f *Receperit.* Hoc non licet ergo Judici à parte invita quicquam recipere, imò nec à volente parte, etiam ut juſtum Judicium ferat. 14. *q.* 5. *non ſanè.* ubi etiam notat *Gui.* de quodam Rege juſto, qui Juſtitiarium ſuum corruptibilem & iniquum vivum excoriari fecit, & in loco Judicii pellem ejus extendi, & ſtatim filium ejuſdem ibi inſtituit Judicem, ſic aiens Metricè:

Judex corruptibilis deberet excoriari.

Sint tibi lucerna, lex, luxque, pellisque paterna.
A manibus reſeca munus, ab aure preces. & ſic, *Juſtè judica proximo tuo: Lev. 19. ca.* ne dici tibi poſſit illud quod ſcribitur *Sap.* 6. *Cùm eſſetis miniſtri Regni, non rectè judicaſtis &c.* Facit quod legitur *Daniel.* 13. & quod legitur *infrà. in gl.* 2.

g *Ei.* Sive Actori, ſive Reo.

h *Dedit.* Differentia eſt inter *donare*, & *dare*; quaſi Donum ſit ex liberalitate & ex certa ſcientia, ut Epiſcopus dicitur donare Præbendas; ſed *dare*, eſt præ pudore, reverentiâ, vel timore, ut hic notat *glo.* 23. *q.* 6. §. *ex his omnibus.* Item inter *Donum* & *Munus* eſt differentia. Nam *Munus* eſt, quando fit cum cauſa, & eſt ſpecies: *Donum*, quando ſine cauſa, ut prædixi, & eſt genus. *ff. de ver. ſig. inter donum.* Vel dic *Donum* quando exile eſt. *Eccl.* 20. *c. Exigua dabit, & multa improperabit. Munus* verò dicitur, quando eſt pretioſum. De quo primo *Regum* 8. *c. Acceperunt munera, & perverterunt Judicium: & ſic in muneribus judicabant, & Sacerdotes in mercede reſpondebant.* 14. *q.* 1. *duces.* alias, *judices. in prin.* ubi hoc notat *Gui.* Item *Eſai.* 5. *c. Væ qui juſtificatis impium pro muneribus.* Si tamen Dona frequentia ſunt, in Munus tranſire poſſunt. *Ar. Extra. de donat. ad Apoſtolica. §. pe.* Unde dicit Lex, qd Exenia non ſunt producenda ad munerum quantitatē. *ff. de off. procon. l. ſolent. in fi.* Ideo dicitur *Eccl.* 20. *c. Dona extorquent oculos Judicum, & quaſi ore muto avertunt correctiones eorum.* & notatur per *Hoſti. de Si. & ſi quæſtiones.* & faciunt hæc ad illud quod legitur & notatur *ſupra. ea. Conſt. Deus omnipotens.*

Donum & Munus differunt.

i *Reſtituere.* Imò & talis donans hoc poſſet repetere: ut notatur 14. *q.* 5. *c. ulti. in gl. ar. contra illos. Jo. de Anton.*

k *Pauperibus.* Nota hæc pium uſum limitatum: ut dixi *ſuprà. ea. Con. indignum.* § 1. *in fi. ver. fabricæ.*

l *Alioquin.* Nàm ſic receptum danti reſtituerit.

m *Donec.* Nota hic tempus Excommunicationis præfixum: de quo ſatis dixi in *ea. Con. cum honeſtatis. §. ulti. in ma. glo.*

De publica Abſolutione.

¶ Summarium.

Abſolutio ſeu Relaxatio à ſententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, fiat publicè locis & temporibus opportunis.

[n]Sicut Eccleſiaſticæ [o]cenſuræ vinculum [p]ad medelam inventum eſt, ut ſanum efficiat languidum, [q]quem coercet, [r]publicè notum fieri conſuevit; [s]ita beneficium Abſolutionis, quod ligato impenditur, expedit [t]notùm eſſe, nè non vitandus in ſui contumeliam [u]vel ſcandalum ab aliis evitetur.

[x]Proinde Statuimus, ut cùm aliquem [y]Excommunicationis, Supenſionis, vel Interdicti ſententiâ contigerit [z]relaxari, mandetur alicui, ut relaxationem hujuſmodi publicè nunciet [a]locis & temporibus opportunis.

n *Sicut Eccleſiaſticæ.* Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà. in Con. Otho.*

o *Cenſuræ.* Continet Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum: ut ſequitur *infrà. §. proxi.* Patet *Extra. de ver. ſig. quærenti.*

p *Ad medelam.* Eſt enim Cenſura medicinalis, non mortalis; diſciplinans, non eradicans; ſi Excommunicatus obediat, & non contemnat: ut legitur plenè & notatur per *Gui.* & *Do. Extra. de ſenten. Excom. cum medicinalis. in prin. li.* 6. Ideo traditur quis Satanæ, ut Spiritus ejus cum Domino ſit ſalvus: ut notatur *Extra. de teſti. cum tu.*

Excommunicatio eſt medicinalis.

q *Quem coercet.* Sc. languor hujus vitæ.

r *Publicè notum.* Et hoc quatuor de cauſis: ſcil. ut ex hoc Cenſura Eccleſiaſtica magìs timeatur, Excommunicationis periculum evitetur, Contumaciæ vitium reprimatur, & Excommunicatus, dum ab actibus communibus excluditur, rubore perfuſus, ad humilitatis & reconciliationis affectum faciliùs inclinetur. *Extra. de excep. pia. libro* 6. Ex quo quæro, an ad repellendum Actorem ſufficit probare denunciationem ſeu publicationem Excommunicationis? Videtur quòd non: cùm neceſſe ſit ſpeciem Excommunicationis & nomen Excommunicatoris exprimere: ut in dicto *c. pia. §. ſi quis igitur. libro* 6. ubi in hanc ſententiam declinat *Jo. An. ſuper verſ. nomen.* cùm ibi dicat, *apertiſſimis documentis &c.* Nam in tanto objectu reſpui debet vagatio præſumptionum, & hujuſmodi. *Ar. ff. de dolo. l. ſi ex dolo. §. ulti. cum l. ſe. Sed Hoſtien. Extra. de offi. dele. prudentiam. §. ſexta* tenet contrarium: ſcil. ex quo talis poteſt dici notorius Excommunicatus in terra, nil videtur ulterius requirendum. *Ar. Extra. de poſtula. præ. c.* 1. *§. quod nec ſufficit.* Nec obſtat, ſecundùm eum, *Decre. pia*, namque, prout ex mente illius colligitur, ibi loquitur de occulto, non de ſolenniter publicato. Solutio. Aut objicitur tantùm, quòd Actor eſt Excommunicatus, tunc non ſufficit probare publicationem, quia veritas publicationis poteſt ſtare cum contrario Excommunicationis introductæ, & ſic publicatio non eſt neceſſaria declarativa Excommunicationis hujuſmodi: *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſt. ad tutelam. §. nos igitur. in glo. pone ergo.* quia eſſe poteſt publicatus, licèt forte non ſit Excommunicatus: ut patet *Extra. de ſen. Excom. licet. l.* 6. Aut introducitur, quòd Actor eſt Excommunicatus, & pro tali publicè habitus ſeu denuntiatus; tunc ſufficit probare denuntiationem, ad hoc, ut vitetur ab actibus legitimis Judicialibus & Extrajudicialibus, donec oſtendat ſe abſolutum, vel ſententiam nullam: ut legitur & notatur per *Jo. An. in c. licet. lib.* 6. & ſic ſtat vera opinio *Hoſtienſis* prædicta, quòd aliquando ſufficit minus probare quàm introducere: ut legitur & notatur *ff. de uſuris. cum de in rem verſo.* & dixi in dicta *gl. pone ergo.*

Excommunicatio dicis eſſe nata.

s *Ita beneficium abſolutionis.* Nota contrariorum eandem eſſe diſciplinam. Legitur & notatur *Inſtitu. de tutelis. §.* 1. *ff. de Reg. Jur. l. nihil tam naturale.*

t *Notum eſſe. Extra. de offi. dele. cum in jure.* Tutum eſt ergo hujuſmodi infamato Literas Abſolutionis, vel ſaltem publicationem ipſius obtinere, quibus contra latrantium morſus valeat ſe munire. *Ar. Extra. de Si. ex diligenti.* Sed quid ſi propoſitâ Excommunicatione contra Actorem ipſe replicet de nullitate ſententiæ, puta, quia à non ſuo Judice lata, vel ex alia cauſa? Certè hoc caſu dicit *Jo. An. Extra. de or. cog. ca.* 1. *in fi.* quòd Judex cognoſcet primò de Replicatione, ut ſciatur, an obſtet Exceptio Excommunicationis objectæ, an non: quod verum eſt, niſi periculum eſſet in mora; tunc enim abſolveretur ad cautelam. *Ar. Extra. de excep. Apoſtolica.* Facit quod notatur per *Do. eo. ti. à nobis.*

u *Vel ſcandalum.* Ut ſic tollantur cauſæ ſuadentes publicationem Excommunicationis: de quibus dixi *ſuprà. c. in glo. & hæc quatuor. in prin.*

x *Proinde.* Secunda pars.

y *Excommunicationis.* Hic enumerat Cenſuras Eccleſiaſticas: ut dixi *ſuprà. in prin.*

z *Relaxari.* Nota hìc junctâ litera *ſuprà.* 1. *reſponſ.* idem eſt relaxare ſententiam, & beneficium Abſolutionis impendere, quaſi idem ſit effectus, uti verbo Relaxationis & Abſolutionis. *Ar. Extra. de ſenten. Excommun. c. venerabilibus. §. ubi autem.* & per totam *Decret. li.* 6. Et vide hic illud quod notatur *ſuprà. in Conſtitutione Othonis. de Archidiaconis. §. cum autem. in glo. involvit.*

a *Locis & temporibus opportunis.* Ubi fuit publicatus Excommunicatus, & pro Excommunicato vitatus ſeu habitus, & quotics opus erit. *Ar. ff. de eden. l. veluti. cum ſi,*

a *Chri-*

a *Christianæ.* Hujus Constitutionis materia non tractatur *suprà. in Constitut. Othonis*, nisi incidenter parum, ut *suprà. in Constitut. Othonis. alicubi. ver. beneficiis.* ubi ad hunc locum remisi, & *C. cum sit ars. §. de residentia.* alias *co. ca. in fi.*

b *Reliquit.* Liberi enim arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia trahendo. *de pœ. di. 2. Liberi.*

c *Animæ suæ curæ.* Unde Versus,

Versus. *Quomodo multarum sit homo custos animarum*
Nescio, qui custos negligit esse sui.

d *Vix sufficiat.* Sic alibi dicitur, cùm unum Officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicant plurimorum. *Extra. de Cle. non resi. quia nonnulli.*

e *Mendacii statera.* Id est, falsò ponderatâ mensurâ in Judicio Rationis, nimis attrahens cordulam ad sensualitatem & avaritiam: ut *infrà* sequitur. *ar. ff. de fals. l. pe. in fi.* Dicitur autem *Statera* in hac materia, id est, examen Judicii per æqualitatem: ut legitur & notatur per *Gui. 45. di. omnis. Extra. de re judi. cum æterni. li. 6.* & *Proverb. 11. cap.*

f *Pensantes.* Cùm tamen stante corpore suo perfectè organizato nemo posset esse divisus in seipso. *ff. de ver. ob. l. 2.* Unde in hujusmodi est arguendum de re corporali ad Spiritualia. *Ar. ff. de acqui. posse. l. possidere. §. ex contrario in fi.*

g *Intrepidè.* Id est, sine timore.

h *In quo.* Scilicet Beneficio curato non residet.

i *Nec ad sacros Ordines.* Cùm tamen ad utrumq; talis obligatus existat. *Ar. Extra. de elec. licet Canon. li. 6.*

k *Innumeras.* Id est, complures: ut dixi *suprà. eod. Const. laudabile. 1. respon.*

l *Impudenter.* i.e. Damnabiliter, ut inferiùs patet.

m *Per Vanitates &c.* Ut habetur in *Psal. Expectans expectavi.*

n *Miseras animas.* Per miseriam & pravitatem ad actuale peccatum: ut patet multipliciter in Tractatu *Inno. Papæ 3. de miseria conditionis humanæ.* Sed Dominus educat nos de lacu miseriæ, & de luto fœcis, ut in *Psal. Expectans expectavi. in prin.* per occupationem laboris meritorii: cùm otiositas & voluptas arma sint hostis antiqui ad miseras animas captivandas. *Extra. de renunci. nisi cum pridem. §. verum.*

Otium est periculosum.

o *Negligunt.* De hoc dixi *suprà. in Constitutione Othonis. licet ad profugandum. §. 1. ver. digne.* circa medium. ibi, *mensem revocent, alioquin à Collatione seu Institutione quâcunque, donec revocaverint, sint suspensi. Caveant autem Prælati aliquem propter dicta aut defectum Ordinum ad vacantem Ecclesiam instituere recusantes, alium, qui consimilem defectum patiatur, instituere: nè sic potius personam accepтâsse videantur, quàm Justitiam dilexisse. Aliter Institutio talis penitus censeatur invalida.*

De Institutionibus seu Collationibus.

¶ Summarium.

Prælati diligenter inquirant de his, qui ante hanc Constitutionem aut plura Beneficia incompatibilia sine dispensatione susceperint, aut in Beneficiis suis non resederint, aut sacros Ordines non susceperint, & in illis Statutum generalis Concilii observari faciant. Archidiaconi quoque in Provincialibus Conciliis eosdem inquirant, & inventos diligenter corrigant. Posthac verò præsentatos instituturi de vita & conversatione eorum, & de Beneficiis, an plura habuerint, diligenter inquirant: & si incompatibilia sine legitima dispensatione habere offenderint, cætera Beneficia inter Statutum terminum in manus Prælatorum referre jurent, alioquin non admittantur, & si temerè instituti fuerint, Institutio sit nulla. In his verò qui dispensationem habent, diligenter considerentur, an ea talis sit, ut etiam plura suscipere dispensetur, quod si non, juret cætera dimittere, aut ad petitum non admittatur: quæ si non dimiserit, præter perjurii notam quam incurrit, & habitis & habendis ipso Jure noverit se privatum. Prælati verò denuntient Patronis & Collatoribus Beneficiorum dimissorum nomina, ut de illis disponant, & in proximo Concilio qualiter de ipsis dispositum sit, nè apud eosdem maneant, diligentius inquirant. Quod si Prælati secus instituerint, Institutionem factam intra

CHristianæ Religionis veritas ita plerosq; in suorum cordium elatione [b]reliquit, ut cùm [c] Animæ suæ curæ [d] vix unusquisq; sufficiat, † ipsi se [e]mendacii statera [f] pensantes, non solùm unius Beneficii, sed multorum [g]intrepidè curam suscipiunt, [h] in quo quandoq; non resident, [i] nec ad Sacros Ordines se faciunt promoveri, quos ipsius cura Beneficii requirit, sed etiam multas & [k] innumeras curas sibi congregant [l]impudenter, & [m]per vanitates & falsas insanias ambulantes, [n] miseras Animas, quas curandas acceperunt, necessariò [o]negligunt, cùm onus tale implere ipsâ [p]facti impossibilitate non possunt. [q] Sanè hos [r] carni contra Spiritum, & adversùs Deum & Proximum assistentes, & quasi [s] de industria [t]recedentes à Deo, [u] dum seipsos in manus Diaboli manifestè præcipitant, Animas Christo auferunt, & [x] pauperum Eleemosynas in usus superfluos (nè dicamus in malos) nefandâ perversitate convertunt: à tantis erue periculis [y] Sanctorum Patrum, *Romanorum* Pontificum, & cæterorum super his auctoritatem gerentium, Constitutiones, tã ab antiquis retrò temporibus, quàm modernis, multiplici sollicitudine laboraverunt. Quorum

† *MS.* se plures esse mendaci

Eleemosynam dare an sit præcepti?

caveat igitur.

p *Facti impossibilitate.* Id est, difficultate. *Ar. ff. de sta. li. cum hæres. §. 1. ff. de ver. ob. continuus. §. illud.*

q *Sanè.* Versiculus.

r *Carni contra Spiritum.* De hoc legitur & notatur *suprà. eod. Const. cum in armis. in prin.*

s *Industria.* i.e. Ex certo & deliberato proposito, non ex contagio fragilitatis humanæ. *25. di. criminis.* ut dixi *suprà. ea. Const. in proœ. §. 1. in fi.*

t *Recedentes.* Quasi verterunt scapulam recedentes. *Zach. 7.* Unde legitur *Exod. 22. c. Peccavit populus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt cito de via quam ostendisti eis.* & *2. Paralip. 29. c. Patres nostri & fratres qui recesserunt a Domino Deo.* & in *Job* legitur, *Recede a nobis, quia vias tuas scire nolumus. C. de sum. Tri. Epistola liquet.*

u *Dum seipsos.* Quasi ingressus unius sit egressus alterius: ut dixi *supra. eod. Const. in proœ. §. nos igitur. ver. evellendi. Job. de Athon.*

x *Pauperum Eleemosynas. 47. di. sicut bi. 16. q. 1. quia juxta.* & *c. ult.* & dicam *infrà. eo. §. ex bis autem.* Quod verum videtur, saltem quoad quartam bonorum Ecclesiæ. *12. q. 2. quatuor.* Sed dic ut *infrà. §. ex bis autem.* Unde hic quæro, an dare Eleemosynam sit sub præcepto? Videtur quòd sic: cùm Dominus dicat, *Date Eleemosynam &c. 12. q. 1. quia. 164. 1. Decimas.* Quod verum est secundùm *Thomam.* Omittens hoc æternaliter punitur *Matth. 25. Esurivi, & non dedistis mihi manducare &c.* Ratio igitur hic est, quia hoc cadit sub observatione dilectionis proximi: *primâ Jo. 3. c. Non diligamus linguâ, neque verbo, sed opere & veritate.* Operari ergo in hoc casu est indigentiæ proximi subvenire. Unde *Jo. eo. c. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Facit dictum *ca. sicut bi. 86. di. non solùm.* Dic dare Eleemosynam de superfluo est de præcepto: ut plenè dicam *infrà. §. ex bis.* & similiter dare Eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate. *86. di. pasce fame morientem. 13. q. 2. quæ defunctorum.* cum *c. se. & Se.* Alias autem dare Eleemosynam est tantùm de consilio: ut notat *Gui.* in dicto *c. sicut bi.* & adde quod notavi *suprà. ea. Const. cum mortis. 1. respon. in gl. prosunt.*

y *Sanctorum Patrum.* Detestantium Pluralitatem hujusmodi. (*Extra. de Cle. non resi.*

labor etsi [a] meritorius fuerit his, qui vineam Domini fideli exercitio coluerunt, [b] quibus [c] virtus fuit etiam malè † viventibus materiam ministrare virtutis; [d] multis tamen in hos prophanæ cupiditatis ardore [e] crassantibus, hujus laboris profectum invenimus defuisse: [f] qui præter clavem [g] dispensationis Apostolicæ Sedis pluralitatem Ecclesiasticorum Beneficiorum Animarum curam habentium, non solùm de manu Prælatorum [h] malè susciperè, verum etiam [i] propriâ auctoritate violentâque manu damnabiliter [k] occupare præsumunt, & temerè per excogitatas malitias & [l] subterfugia

† *M.S.* Usuris materiam ministrare salutis.

detinere.

[m] Ex his autem dicere non sufficimus [n] quanta mala proveniunt Ecclesiæ; namque [o] maculatur honestas, annullatur auctoritas, fides Christi prosternitur, charitas exulat, [p] spes pauperum deperit; † quòd intrat omne Beneficium vacaturum, quod suum non est, [q] miser peccator & cæcus, Rectorem se jactans non tam recipit quàm [r] furatur. Inter ipsos quoq; divites [s] contentiones & scandala oriuntur, lites & odia confoventur, dignè etiam super hujusmodi Regnorum homines Divinæ indagationis [t] exarsisse ignem, & propter aliquorum delicta in omnes missile formidinem

a *Meritorius.* Reddit enim Dominus mercedem laborum: ut dixi *supra. in Præfat. Con. Otho. in fi.* Facit quod legitur & notatur *supra. ea. Const. ita mortalium. §. nos autem. in prin.*

b *Quibus.* Sanctis Patribus.

c *Virtus fuit.* Expositionem istarum morralitatum Fratribus, seu provectis Theologis relinqui nullatenus murmurarem.

d *Multis tamen.* Scilicet abutentibus materiâ virtutis eisdem ministrata.

e *Crassantibus.* Id est, pertinaciter seu obstinatè indurescentibus, ff. *de pæ. aut factam. in fi.*

f *Qui.* Scilicet sic crassantes.

g *Dispensationis Apostolicæ.* Contra dictam *Decre. de multa.* & plenè inferiùs parebit.

h *Malè.* Quia contra prohibitionem Canonum.

i *Propria auctoritate.* Quod pejus est. *Extra. de Institut. ex frequentibus. Extra. de re. jur. c. 1. li. 6.*

k *Occupare.* De hac materia legitur & notatur in *Con. Otho. ad eisdendum.* & *supra. c. c. amoris proprii.*

l *Subterfugia.* Sic *supra. Const. Laudabile.*

m *Ex his.* Secunda pars, ostendens complures absurditates ex hujusmodi illicita pluralitate insurgentes.

n *Quanta mala proveniunt.* Nota bonum modum arguendi ex sequela absurditatis; ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de Præben. dudum. ver. absurdum. li. 6. Extra. de excep. cum inter priorem. ar. Instit. de l. Falcid. §. 1. ff. de neg. ge. l. sive hereditaria. in fi.* & facit *Extra. de accu. qualiter. 1.*

o *Maculatur honestas.* Aliæque absurditates enarrantur in *Extravag. Jo.* Papæ 22. *Execrabilis. §. 1.*

p *Spes pauperum deperit.* Tanquam bona Ecclesiarum sint bona pauperum: ut *supra. §. proxi. ver. pauperum Eleemosynas.* Sed contrà: quia Prælati dicuntur Domini rerum Ecclesiæ. *supra. cad. Constitut. ad tutelam. §. ad hæc.* ibi, *prater voluntatem Dominorum.* cùm tamen dominium non possit esse penes diversos in solidum. ff. *commoda. l. si ut certo. §. si duobus vehiculum.* De quo articulo post disputationem prolixam tenet *Gui.* similiter, *Extra. de rescrip. statutum. §. assessorem. ver. de suo proprio. li. 6.* quòd Prælati fructuum perceptorum hujusmodi sunt Domini; & habent eorum proprietatem quantum ad fidelem & debitam dispensationem sibi & suis faciendam, non autem voluptuosam: *ar. 10. q. 2. prædicta.* & si qui superfunt, non sunt proprii, sed communes, indigentibus & pauperibus erogandi. *Ar.* ubi est Textus *12. q. 1. quia tua. §. si.* ibi, *quod superest date Eleemosynam &c.* ut *infra. ea. Constitut. c. ult. §. ulterius. in fi.* Quod totum concedo, præterquam quòd Prælati non sunt propriè & simpliciter Domini rerum Ecclesiæ, sed potiùs loco Dominorum habeantur: cùm videlicet bene administrant, non cùm bona Ecclesiæ spoliant seu dilapidant exemplo Tutorum: ff *pro empt. l. qui fundum. § si tutor.* ut notatur *12. q. 1. §. si.* undè & Procuratores non Domini vocantur. *Extra. de donatione. fraternitatem.* Dicam ergo, salvâ fide, dominium sive proprietatem rerum Ecclesiæ penes Ecclesiam, cujus caput Christus est, Christi verò Vicarius Papa, consistere, & nullius puri hominis dominio subjacere: *Instit. de rerum di. §. nullius autem.* in hominis tamen debità Administratione ipsas res Divinas constitutas esse, ad Dei honorem specialiter designatas, *14. q. 1. quia ergo.* pauperum quoque esse sustentivas, quoad eorum inopiam relevandam, cùm & prout superfunt necessariis eorum Prælatorum prædeductis, ut est superius dictum. Hæc quoque decisio signanter notabilis colligitur ex *glo.* ff. *de Reg. Juris. l. ea est natura cavillationis.* & per *Card. Extra. de re. Ec. non alienan. hoc consultissimo. in fi. 1. respon. ver. ipsarum. li. 6.* De hac materia vide *supra. in præf. super ver. summorum Pontificum.* Præmissa quoque facere videntur, quòd Religiosi Obedientiarii, præcipuè Mendicantes, dominium & proprietatem aliquorum bonorum habere non possunt in proprio vel communi; sed tantùm per nudum usum, quantum ad sustentationem corporis accipiunt & consumunt; ut

Prælati an habeant dominium rerum Ecclesiasticarum?

colligitur ex dictis *hono. Extra. de Præben. visi.* quia Christus, seu ejus Vicarius Papa, dominium seu possessionem habet rerum Religiosarum; ut notat *Inno. Extra. de causa poss. & proprie. cum super. in prin.* Vestis enim qua utitur servus, de peculio Domini est, ff. *de pecu. l. id vestimentum.* Sed servus non possidet ea quæ sunt in peculio. ff. *de acquirea. pos. l. quod servus.* & notatur per hoc *12. q. 1. non dicatis.* & in *Spe. de accusat. §. 1. ver. item accipitur contra.* & *versi. sc. ar. ff. de capi. di. l. legatum. ff. de ali. le. servos.* ubi etiam *Dy.* notat *ar.* quòd legata Religiosis relicta, qui proprium non habent, peti poterunt per Judicis officium: & hanc opinionem fertur Fratres Minores sustinuisse diu, ferè usque ad mortem dicentes, qd Christus in terris corporaliter conversans, cujus verò Evangelicos sequaces se asserunt, inquantum vitam perfectionis ostendens, nihil habuerit omnino in speciali, vel in communi: secus tamen inquantum fuit indigentiæ pauperum compatiens, hoc enim respectu legitur loculos habuisse, *Jo. 13. c. 12. q. 1. exemplum.* & *ca. habebat.* ut patet hoc clarius *23. q. 4. duo ista.* Sed contra hanc opinionem, quatenus est tactum de vita perfectionis, emanavit delarátio *Jo.* Papæ 22. quæ incipit, *Cùm inter nonnullos.* indicans dictam opinionem Hæreticam; cùm Scriptura testetur Apostolos Jus habuisse bona aliqua vendendi, donandi, & ex ipsis alia acquirendi; ut in eadem Constitutione plenius cavetur. Fertur etiam dictos Fratres visos fuisse suis Sermonibus persuadere dominium rerum eis donatarum remanere penes ipsos donantes, usque ad consumptionem hujusmodi rerum: quæ tamen opinio satis videtur repugnare Juri; cùm de natura donationis sit dominium omnino transferri. ff. *de ver. ob. ubi autem non apparet. §. ulti.* Sed cùm pauperum sint bona Prælatorum, ut prædictum est *supra. in prin. hujus glo.* nunquid ergo pauperes habent actionem contra hujusmodi Prælatos, vel alios divites alimonias eis non ministrantes? *Glo.* dicit, quòd non directo judicio; sed denunciare possunt hoc Ecclesiastico, qui eos ad hoc coget: ut notat *47. di. sicut hi qui. in fi. ar. Extra. de deci. tua. 2. respon.* ibi, *aut etiam aliis pauperibus conferunt &c.* ff. *de ali. & ci. leg. l. servos. cum fi.* Item notat *glo. 1. q. 7. exigunt.* in principio. *Joban. de Anthona.*

Pauperes an habeant Actionem pro Eleemosynis contra Beneficiatos?

q *Miser peccator & cæcus, Rectorem.* Cæcus ergo si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. *Matth. 25. ca. 38. distin. quæ ipsis. de pæ. di. 6. sacerdos. §. qui autem.* Unde de miseris Prælatis, etiam majoribus loquitur, *Amen dico vobis, quia Publicani & meretrices præcedent vos in Regno Dei. Matth. 21. c.* Imò licèt quandoque misero subdito concedatur misericordia, superiores tamen hujusmodi potentes potenter tormenta patientur. *Sapien. 6. capitu. Ar. 50. di. quia tua. 21. q. 1. nulli facit.* Ac cùm quærat epulas & divitias, ponetur in ignem Inferni. *35. di. Ecclesiæ.*

r *Furatur.* Sic *Extra. de elec. commissa. §. cæterum. li. 6.* Facit *47. di. sicut hi.*

s *Contentiones.* Quas Judex debet suâ Jurisdictione compescere. ff. *de usufruct. l. usufructus. §. si inter duos.*

t *Exarsisse ignem.* Unde in *Psal. Exarsit ignis in Synagoga eorum, flamma combussit peccatores.* Vide qualiter duplicem ignem legimus futurum: Unum æternum, quo æternaliter punientur reprobi post Judicium: Alterum qui præcedens purgabit eos, etiam super fundamentum fidei fundatos, qui venialia commiserunt, vel etiam mortalia confessata, pro quibus Pœnitentia non est peracta. Hic tamdiu durabit, quousque purgati fuerint qui salvandi erunt. Ille verò ignis erit Damnatorius, iste Purgatorius: qui tamen gravior erit, quàm quicquid homo in hac vita pati possit. Legitur & notatur per *Gui. 25. distinc. §. criminis. versi. multi sunt.* & *c. qualis. in fi. de pæ. di. 7. §. ulti.*

Ignis duplex est futurus.

† *M.S. add.* eò quòd apertè videntur divitis vel potentis, in quod &c.

Christus habuit aliquid proprium.

a *Pertimeſcimus in futurum.* Sic *ſuprà. ea. Conſtit. in prov. §. ſanè. in prin.* unde exempla præſentia cavere nos præmonent in futurum. 82. *di. plerique. in fi.*

b *Niſi Dei miſericordia.* De qua dixi *ſuprà. ea. Conſt. domus Dei. in princi. Fo. de Aſton.*

c *Volentes igitur.* Tertia pars, in qua deſcendit magis ad propoſitum.

d *Morbum.* Sic *Extra. de elec. nihil. in prin. ſupra. in Conſt. Otho. innotuit. §. verum quia.* & quando vix eſt curabilis, ignitum ferrum injicitur. 1. *q.* 1. *reperiuntur.* & dixi *ſuprà. ea. Con. in præ. §. ſane. ver. vulnus.*

e *Quantum in nobis eſt.* Sic *ſupra. ea. Conſt. ita mortalium. §. nos autem. in prin.* ubi de hoc dixi.

f *Prædicti Legati.* Scil. *Othonis. c. de reſidentia. in fi.* quam allegavi *ſuprà.* in prima *glo.* hujus Conſtitutionis.

g *De præteritis.* Unam ergo Legem adjicit circa plurales hanc Conſtitutionem præcedentes, aliam vero anne. it circa præſentando ad Beneficia in futurum. *Inf. ea. §. in poſterum.*

h *Pluralitatem.* Cùm diversimodè Jura loquantur de pluralitate Beneficiorum vitandâ, latius venas aperiens, Quæro quæ ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, quæ inſimul licitè poſſunt detineri? Diſtingue. Aut quæritur de ſupremis, puta Epiſcopatibus, & ſuperioribus; tunc non poſſunt ſimul detineri, niſi ex ſpeciali diſpenſatione Papæ. *Extra. de tranſla. Epi. c. 2. Extra. de exceſ. Præla. ſicut unire.* Aut quæritur de inferioribus Sæcularibus; tunc ſi loquimur de duplicibus, putà de Dignitatibus, vel aliis Beneficiis curatis, quæ ſc. per ipſoſmet Curatos regenda ſunt: ut notat *W. Extra. de ſta. Mo. c. 1. §. ad hæc. ver. cæterum. in Clc.* & tunc dic, ut in priori caſu, quòd non abſque diſpenſatione Papæ. *Extra. de Præben. de multa. Extra. de Præ. ſi plures. in Clc.* ubi de hoc notat *W. in Clc. in fi.* Alias hujuſmodi pluralis dicitur fur infamis ineligibilis; *Extra. de elec. dudum. 2.* & *ſuprà. ea. §. proxi. in ver. furatur.* imò obtinens talia plura ſine diſpenſatione, niſi ea ſponte & liberè reſignet, collatio ſibi facta de aliis nullius eſt penitus momenti. *Extra. de offi. ordi. c. ordinarii. in fi. li. 6.* Vel dic ut notatur in *Extravag. Fo.* Papæ 22. *Execrabilis. §. porro. in gl. hoc videtur.* & vide quod ibi notatur, & quod dixi *ſuprà. in Conſtitut. Otho. alicubi. ver. prævaricaretur.* Si autem loquimur de ſimplicibus Beneficiis, ſc. non curatis, vel de uno ſimplici, & de alio duplici; tunc eſt diſtinguendum: Quia aut unum habere vellet intitulatum, & aliud non intitulatum, puta Præbendam cum patrimoniis vel penſionibus, quæ non intitulantur alicui per Canonicam Inſtitutionem: 16. *q.* 1. *poſſeſſiones.* & hujuſmodi plura Beneficia ſimul poſſet retinere licitè. Sic poteſt intelligi *Extra. de reſcriptis. gratia. li. 6.* ubi de hoc per *Gui. in glo. ut quia ſunt.* Aut loquitur de duobus intitulatis: tunc ſi quæratur de fructibus eorum ſimul lucrandis; tunc ſecundùm omnes hoc fieri non poteſt, niſi in utroque Beneficio per ſe vel per alium reſideret. *Ar. Extra. de Con. cum omnes. Extra. de Clc. non reſi. conquerente. C. qui milita. non poſſunt. l. bis quidem. §. 1. cum ſua gl. li. 12.* Et intelligo *reſidere* cum effectu; ita qd omnibus horis, & ſingulis diebus, vel ſaltem pro majori parte interſit legitimo impedimento ceſſante. *Extra. de Clc. non reſi. relatum.* quæ dirigitur *Eborum* Epiſcopo ex cauſa: & *ea. i. c. 1. li. 6. Extra. de cele. Miſſ. c. 1.* quod eſt contra aliquos Canonicos *Eborum*, qui ibi in Eccleſia majori Beati *Petri*, & etiam in Eccleſia *Beverlaci* quotidianas diſtributiones ab utraque Eccleſia pro anno integro recipiunt, licèt quandoque rarò in una Eccleſia vel in alia horis interſint: dum tamen videatur nulla, & contrà dictam *Decre. unicam. li. 6.* ubi etiam improbatur hujus Conſuetudo. Sed licet fortè quoad Eccleſiam Militantem excuſentur per Vicarios, quos habent in Choro, nam per alium reſidere poſſunt, ut prædixi: *ar.* in hoc quod legitur & notatur *C. de Epi. & Clc. Authen. aſcriptitios. in gl. per ſe vel per alium.* quoad Eccleſiam tamen Triumphantem, an excuſentur tales per parvam partem anni reſidentiam faciendo, & tempore quo dicunt ſe reſidere, vix paucis horis interſint, neſcio, Deus ſcit. Quæro enim à talibus, quid ſi XII. foſſores conduxiſſent ad faciendum foveam, & cum quolibet ex Denario convenisſent. & unus foſſor nunquam foderet, licèt præſens eſſet, alius foſſor niſi per medietatem diei; an eis videtur rationabile, quòd otioſo per totum diem nihil debeatur, nec detur, & otioſo per dimidium diem tantùm Obolus miniſtretur? utique igitur cur Reſidentiæ Denarium vis habere in Solidum? De quo Denario loquitur *Extra. de maj. c. ulti. in fi.* & dixi *ſuprà. in Præfat. Con. Otho.* Sic intellige *de Præben. extirpanda. §. qui vero.* & *c. ſuper inordinata.* de hoc plenè per *W. Extra. de Inſtit. c. in Eccleſia. §. ulti. nec in Divinis officiis.* Aut quæritur de pluralitate Beneficiorum quoad eorum proprietatem obtinendam: & hic ſunt opiniones. Dicit enim *Inno. de Præben. cum jamdudum.* quòd talia Beneficia ſine aliqua Diſpenſatione ſimul licitè obtinentur, aliàs infinitæ animæ damnarentur ſecundùm eum. In idem declinat *Bern. Extra. de poſtul. c. ulti. in fi.* & *Fo. An. Extra. de reſcrip. gratia. li. 6. S. d Hoſti. Extra. de Præben. ſuper inordinata.* & *de conceſ. præ. literas. §. fi.* expreſſe tenet contrarium; qd etiam ſecundùm naturam nullus poteſt habere duas Matres Eccleſias. ff. *de ſta. ho. l. vulgo. & l. ſe. Gl. Ber.* videtur tenere, quòd in hoc ſufficiat Diſpenſatio Ordinarii: ut notatur *Extra. de electione. dudum. 2.* & *Extra. de Præb. de multa.* Opinio tamen *Inno.* prædicta ſervatur de facto, etiam in Curia: ut notat *W. Extra. de reſcrip. gratia. ver. de jure. in Clc.* & notat *Spe. ti. de legato. §. reſtat. ver. illud autem.* Præmiſſa vera ſunt de Jure ſcripto, ſed de Conſuetudine diſtingue. Nam aut quæritur in una Eccleſia; tunc de duobus duplicibus non valet, ſed de uno duplici, & alio ſimplici: ſic à contrario ſenſu *Extra. de conſue. c. 1. lib. 6.* Aut in diverſis Eccleſiis: tunc de ſupremis, & duplicibus non valet Conſuetudo, ut plenè notat *Gui. 31. diſ. ſacerdotibus.* ſed in aliis ſic, dùm tamen faciant reſidentiam per ſe vel per alium. *Ar. ff. communia prædi. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. de pollici. l. Imperatores. in fi.* Hoc ſatis affirmat *W. in Extravag. Fo.* Papæ *Execrabilis. §. nos itaque. in glo. ſed quæ erunt illa.* ubi de hoc ſatis notatur. Si autem loquaris de Beneficiis Regularibus, tunc dic ut legitur & notatur *Extra. de Præb. cum ſingula. li. 6.*

Beneficia aliqua an ſimul retineri poſſint?

Beneficiatus in aliqua parte anni an ſatisfaciat.

i *Necnon contra illos.* Diſtingue dictiones iſtas, quaſi diceret, *nec ordinem non recipiunt &c.*

k *Nec reſident.* Contrà *c. Extra. de Clc. non reſi. quia nonnulli. §. fi.*

l *Requirit.* Ut *Extra. de elec. licet Canon. li. 6.*

m *Prælati.* Etiam Epiſcopi. Vel dic quòd ſtat propriè. *Ar.* in hoc quod notatur *ſuprà. in Con. Otho. contra latronum. §. pe.*

n *Diligenter.* Non ergo perfunctoriè, ut dixi *ſuprà. in Con. Otho. ad Baptiſmum. ar. ff. de evic. l. qui libertatis. §. ſi quis.*

o *Generalis Concilii. De Præben. de multa.* Sed ibi nec ſtatuitur de Reſidentia, nec de ſuſceptione ſacrorum Ordinum: ideo videtur hic intelligendum de Concilio *Lugdun. Extra. de elec. licet Canon. li. 6.* ſed certè ibi nihil tangitur de pluralitate, & præterea illud Concilium ſubſequebatur editionem iſtarum Conſtitutionum: ut ſatis dixi in *Conſt. Otho. ad Vicariam. §. ulti. ver. faciant.* Dic ergo hic loqui prout tractatur de omnibus iſtis tribus in uno loco, ſcilicet de Pluralitate, Reſidentia, & Ordinum ſuſceptione de Concilio *Lateranenſi. Extra. de Clc. non reſi. c. nonnulli.* Diviſim tamen & ſeparatim de præmiſſis plenè tractatur in Concilio prænotato: unde de Pluralitate plenius habetur in Concilio *de multa.*

p *Archiepiſcopi.* Innuit *ſuprà* locutum eſſe de Epiſcoporum inquiſitione, quaſi alii Archiepiſcopi ſe non poſſint intromittere de ſubditis Suffraganeorum. Quod dic ut legitur & notatur *Extra. de offi. or. paſtoralis. in prin.*

q *Efficaciter.* Non verbo tenus, ſed operis etiam executione: ut legitur & notatur *ſuprà. in Con. Otho.* unde hoc *c.* extrahitur, ut dixi *ſuprà. eo. in glo. 1.*

r *Super præmiſſis.* Sc. Reſidentia, Pluralitate, & Ordinum ſuſceptione ipſorum Curatorum; imò & de diligenti inquiſitione Prælatorum in hac parte: ut *ſuprà* patet.

ſ *Provincialibus Conciliis.* Quod ſingulis annis celebrari ponitur ſub Præcepto: ut dixi *ſuprà. ea. Conſt. in præ. §. alii.*

t *Et negligentes.* Scilicet Prælatos: alii enim ſubditi plurales, & hujuſmodi potiùs dicendi ſunt dolosi. Facit quod dixi *ſuprà. in Con. Otho. Baſilicarum. §. porro. in glo. negligentis.*

u *Vi tenentur.* Id eſt, Archiepiſcopi.

tenentur, cùm de his [a] in diſtricto Judicio [b] rationem reddere [c] teneantur. ¶ [d] In poſterum autem cum ad Beneficium curam habens Animarum quenquam [e] præſentari, aut ipſius [f] Collationem alias fieri contigerit, Statuimus, ut Prælatus, qui [g] circa id ſuum gerit Officiũ, prius [h] de vita & [i] converſatione præſentati vel inſtituendi, ac de aliis [k] quæ Jura præcipiunt inquiſitione præmiſſa: hoc quoque diligenter diſcutiat & inquirat, utrum habeat præſentatus vel inſtituendus hujuſmodi Perſonatus vel [l] Beneficia alia curam Animarum habentia, [m] & ſi quidem [n] habeat, an illa cum diſpenſatione, an ſine illa tenuerit; [o] quam ſi ſe habere aſſerit, illam [p] intra terminum à Prælato ſtatuendum, poſt aſſertionem hujuſmodi ipſi Prælato exhibere procuret, alioquin extunc nullatenus admittatur. Quod ſi inſtitutus fuerit, nulla Inſtitutio ſit ipſo Jure; diſpenſatione verò exhibitâ ipſe Prælatus providè conſideret, an ex vi diſpenſationis ipſius aliud, vel alia, cum jam habitis valeat obtinere. [q] Quod ſi eum [r] plura Beneficia curata ſine diſpenſatione habere [s] vel habuiſſe compererit, ipſum ad idem de quo agitur, aliquatenus non admittat; hoc [t] idem [u] conſervans, ſi exhibita diſpenſatio non ad futura, [x] ſed tantum ad præterita ſe extendit, [y] niſi prius in hoc caſu inſtituendus ipſe præſtet [z] corporaliter [a] Juramentum, [b] quod habitâ poſſeſſione in Beneficio in quo inſtituitur, ſtatim alia Beneficia, quæ prius habuit, [c] ſine difficultate [d] dimittens, de illis per ſe vel per alium extunc nullatenus ſe intromittat. [e] Quod ſi facere præſumpſerit, [f] præter notam [g] perjurii quam incurrit, habitis [h] & habendis ipſo Jure noverit ſe privatum. [i] Poſtquam autem, ſecundùm ea [k] quæ diximus, quiſquam fuerit inſtitutus, [l] illico Prælatis in Regno eodem conſtitutis, in quorum Diœceſi conſiſtunt priora Beneficia, quæ habebat, necnon [m] Patronis [n] ipſorum quod geſtum eſt (ſi commodè poterit) [o] denunciet dimittentis hujuſmodi, dic ut legitur & notatur in *Extravag. Jo.* Papæ. 22. *execrabilis.* §. *ſtatuimus.* §. *porro.* & §: *qui verò deinceps.*

a *In diſtricto Judicio.* i. e. Coram Deo: *Extra. de ſi. tua nos.* §. quando videlicet ſeparabuntur oves ab hœdis. *Matth.* 25.

b *Rationem reddere.* i. e. Pœnam deſidiæ ſubire: ut exponit *Gui.* 25. *di.* §. *criminis. prope fi.*

c *Teneantur.* Scilicet tam Archiepiſcopi quàm alii inferiores Prælati negligentes, quatenus unumquemque eorum contingit: tunc enim ſanguis ſubditorum requiretur ab eis. *Extra. de off. or. irrefragabili.* 1. *Reſpon. per Hoſt.*

d *In poſterum autem.* Quarta pars, in qua dat formam futuris; ut dixi *ſuprà. e. Conſt.* §. *proxi. in prin.*

e *Præſentari.* Per Patronum.

f *Collationem.* Per ipſum Prælatum; ut de his terminis ſatis notat *Gui. Extra. de præben. cum illã. li.* 6.

g *Circa id.* i. e. Circa Inſtitutionem vel Collationem hujuſmodi. Unde ſicut in caſu Præſentationis, ita & in caſu Collationis eſt præmittenda inquiſitio, de qua ſequitur, quòd non quandoque in Collationibus nunc ſervatur.

h *De vita.* Et ſcientia, & moribus præſentati. *Extra. de elect. cum in cunctis. e. ti. licet canon. li.* 6.

Electi converſatio.

i *Converſatione.* Mores includit. De qua converſatione inquirere etiam de illis, qui ejus notitiam habuerit in Scholis, non reputo inconveniens: vel ab aliis inter quos diutius eſt converſatus. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de elect. innotuit.* §. 1. *in prin. per Hoſti. C. de conſtr. tut. & ſi proponis.* Vel forte quoad hæc ſufficit habere bonas Literas Teſtimoniales, ex quo mala fama contra eum non laborat: ut dixi *ſuprà. in Conſt. Otho. ſacer ordo.* §. *pe. in fi.*

k *Quæ Jura præcipiunt.* Puta, de Jure præſentantis 16. q. 7. *decrevimus.* de tempore & modo vacationis; *ar.* in hoc quod legitur & notatur *ſuprà. e. Conſtit. amoris proprii.* Et de articulis conſuetis: nam ea quæ ex Conſuetudine ſunt, ita debentur, ac ſi exprimantur. *ff. de aqua plu. ar. ſi prius.* §. *illa. ff. de pollicitat. l. imperatores. in fi.*

l *Beneficia alia.* Curata, ut ſequitur: & dixi *ſupra.* 20. §. in magna *glo.*

m *Et ſi quidem.* Verſiculus.

n *Habeat.* Scilicet præſentatus inſtituendus.

o *Quam.* Scilicet diſpenſationem.

p *Intra terminum à Prælato ſtatuendum.* Prophetizat ſeu prognoſticat *Decre. Extra. de offi. or. c. ordinarii. li.* 6. Unde ibi per Doc. tractata hic tractare deſiſto.

q *Quod ſi eum.* Verſiculus.

r *Plura Beneficia curata.* Ut *ſuprà.* §. *proxim. in ma. glo.*

s *Vel habuiſſe.* Nota ergo, quòd Pluralitas Beneficiorum cum cura aliquem reddit ineligibilem paſſivè & inhabilem: ut dixi *ſuprà.* §. *pro. in glo. cum cura.* per *c. Extra. de elect. dudum.* 2.

t *Idem.* Scilicet quòd non admittat præſentatum.

u *Conſervans.* Scilicet Prælatus, cui illud Beneficium competit. *ſuprà. e.* §. *in prin.*

x *Sed tantum ad præterita.* Ut *Extra. de præben. non poteſt.* §. 1. *li.* 6. *Jo. de Athon.*

y *Niſi prius.* Hæc indulgentia non conceditur in *capitulo, ordinarii locorum. li* 6.

z *Corporaliter.* Hoc dic ut notatur per *Cardi. Extra. de elec. ut circa. ver. corporali. li.* 6.

a *Juramentum.* De Juramento multiplici notat *ar. Extra. de jurejuran. c.* 1. *ver dictus autem. in Cle.*

b *Quòd habita poſſeſſione.* Scilicet pacifica: ut notat *Inno. Extrà. de reſcrip. in noſtra.* Legitur & notatur per *Gui. Extra. de elect. commiſſa.* §. 1. *li.* 6. Sed contra videtur ſufficere ſola poſſeſſio, licèt non pacifica: ut notatur in *ti. de appella. c. conſtitutus. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum.* §. *ſi fundum. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius.* §. *Julianus.* Solutio ſecundum Venerabilem Patrem Dominum *Johannem de Stratford* Doctorem meum, nuper *Wintonienſem* Epiſcopum, jam vero *Cantuarienſem*, in ſua repetione dictæ *Decretalis, commiſſa. lib.* 6. Quòd commodum litis ſufficit poſſeſſio quæcunque, licèt non pacifica: *ar. ff. de excuſation. tut. l.* 4. §. *quæſitum.* (Cum enim poſſeſſor talis, quando convictus eſt, obligatus ſit ad totum litis commodum evincenti præſtandum, & etiam ad litis expenſas, habeat ſaltem iſtud litis emolumentum, ut in contrariis.) Sed quoad perpetuum præjudicium generandum, vel evitandum per poſſeſſionem, oportet, quòd ſit poſſeſſio, etiam pacifica: ut hic, & dictâ *Decreta. commiſſa.* §. 1. ſecundùm eum. *ar. Extra. de præben. ſi plures. in Clemen.*

c *Sine difficultate.* Sic *Extra. de præben. c. ſi beneficia. li.* 6.

d *Dimittens.* De qua dimiſſione re & verbo infra menſem hodiè faciendam in manibus Prælati, & de pœna non

e *Quod ſi facere.* i. e. De Beneficio dimiſſo, ſeu de Jure dimittendo.

f *Præter.* De hoc dixi *ſuprà. e. Con. juxta. in fi.*

g *Perjurii.* Propter voluntariam violationem dicti ſui Juramenti. *Extra. de jurejuran. querelam.* & *ca. ſe.* & benè hic dicitur: quia per hujuſmodi perjurium notatur infamia. *C. de tranſactio. l. ſi quis major. C. de dignit. quoties.* §. *ulti. lib.* 12. Facit quod dixi *ſuprà. e. Conſtitu. ad vicariam. nec juvent. & verſi. reſidentiam.*

h *Et habendis.* Tanquam perpetuo ſit inhabilis & infamis, ut *ſuprà* probatum eſt.

i *Poſtquam.* Verſiculus.

k *Quæ diximus.* Scilicet recepto Juramento: ut præmittitur *ſuprà. ver. proxi. quod ſi eum.*

l *Illico.* i. e. Statim: cum aliquo tamen ſpatio temperato. *ar. ff. de ſolu. vero procuratori. in fi. cum l. ſe.*

m *Patronis.* Dativi caſus.

n *Ipſorum.* Beneficiorum priorum.

o *Denunciet.* Nota non ſufficit Patronum ſcire, ſed Inſtitutor habet diligentiam denunciationis adhibere: ita quòd tempus ante ex contra ipſum Patronum non cenſetur currere. *ar. Extra. de conſue. c. ulti.* §. *ſi. li.* 6. & *de præben. c. ſi pluribus.* §. *ulti. & li. ar. op. Extra. de conceſſ. præben. ca.* 1. §. *ex parte. lib.* 6. Sed contra videtur ſolam partis ſcientiam ſufficere, quòd regulariter in dubio denunciatio ſeu notificatio parti non ſit neceſſaria: ut notatur per

Certus an debeat certiorari.

per Dy. *Extra. de reg. juris. cum qui certus. ar.* ibi, & *ff. de acti. empti. l.* 1. *in fi.* Idem asserit gl. *in Extravag. Jo.* Papæ 22. *suscepti regiminis. §. pe. ver. noluerit.* Solutio. Aut Lex solâ partis scientiâ est contenta: tunc sufficit, intantum quòd præsumitur scire citius vel tardius, prout factum est publicum vel occultum. *Extra. de concess. præben. c.* 1. *in fi. in Cle.* Nam sufficit ibi non negligere: sed negligentia argui non potest, si factum adversæ parti sufficienter innotescat: ut in *l. suprà no. per Dy. arg. ff. de Ædil. edic. l.* 1. §. *sed si intelligatur.* Aut Lex ultra alterius diligentiam requirit: tunc de facto necesse est constare per notificationem illius cujus diligentia requiritur: ut hìc, cum similibus *suprà* allegatis. *ar. ff. de ventre inspi. l.* 1. §. *denunciat. & 6. denunciari. ff. de adulter. denunciaße. Extra. de elec. causam quæ. in Cle.* Sic est in *Extravag.* illius *Jo. suscepti regiminis.* §. 1. ubi pars suæ optionis habet diligentiâ apponere: dicendûm ar. pro distinctione præmissa. quia plus videtur esse diligentiâ adhibere, quàm negligentiâ non committere. *ff. de admi. re. ad ei. perti. l. magistratus.* De hoc plenè notatur *suprà. e. con. quàm indecorum.* §. *nos. circa fi.*

a *Institutor.* Sc. Episcopus illius ultimi Beneficii instituens.

b *ut de Beneficiis ipsis.* Ut permittitur, dimissis, seu de Jure & de facto dimittèdis.

c *Spectare.* sive quoad Præsentationem, sive quoad Collationem, seu quamvis aliâ dispositione: ut prætactûm est *suprà. e.* §. *in prin.* quod satis designat dictio proximè sequens.

d *Disponant.* Verbum est generale, compræhendens Præsentationem, Collationem, seu quamvis aliam dispositionem, seu provisionem. *ar. Extra. de præben. liset* 1. *li.* 6. Notat *w. Extra. de sup. neg. præla. ca. unico. post prin. in Cle.*

e *Et nihilominus.* Licet est alia diligentia ipsius prælati instituentis in hujusmodi ultimo Beneficio, tamè ultima Constitutio non omnino servatur. *ar.* in hoc quid dixi *supra. in Constitut. Othoquoniam de habitu. in glo. hæc Constitutio.*

f *Quod si prælatus.* Quinta pars.

g *Revocet.* De hoc legitur & notatur *supra. e. Consti. quoniam alienationes.* 1. *Respon. ver. si vero.*

h *Ad proximum superiorem devolvendo.* Hic patet, quòd nedum in casu negligentiæ, sed etiam in casu doli vel culpæ super provisione inferiorum Beneficiorum fit devolutio in proximum superiorem: *ar Extra. de præben. c. pe. in Cle.* licet in majoribus Beneficiis distinguatur. *Extra. de elec. quanquam. li.* 6. De hac materia notatur *Extra. de of. or. irrefragabili. ver. per capitulum ipsum.*

i *Quod si de his.* Sc. Collatione & Institutione.

k *Intromiserit.* Conferendo, vel instituendo,

l *Cum eum qui.* Sexta pars.

m *Dum in eodem. Ar. supra. e. Con. Deus omnipotens.* 1. *Respon. in fi.*

n *Apostolo dicente. Ad Corinth.* 9. *c. in fi.* dicit *Nè, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.*

o *Ob defectum sacrorum ordinum.* Loquitur hìc secundùm antiqua Jura; secundùm quæ non debuit aliquis ad regimen Parochialis Ecclesiæ admitti, nisi ad minus fuerit Subdiaconus, absque dispensatione. *Extra. de ata. & quali. præterea.* Sed hodiè sufficit, quòd sit Clericus: ut notat *Gui.* per plura Jura. *Extra. de elec. cum ex eo. post prin. li.* 6. Vel forte intelligit hoc de hujusmodi arctatione Vicarii, qui ad minus antè suam admissionem debèt esse Diaconus. *suprà. in Const. Otho. ad vicariam. supra. e. Con. sacrorum ordinum.*

p *Ne sic.* Ratio est proximi dicti.

q *Acceptaße personam.* Cum apud Deum non sit acceptio personarum: sed ita judicat magnum sicut & parvum. *Dextero.* 1. *c.* 1. *q.* 7. *tali.* §. *huic Petrus.* Sic & ejus ministri in Sacramentis & in Judiciis: ut hic notatur *ff. de accusa. hos accusare.* §. *ult.* ibi, *sed cum natura communis est, &c.* licet quandoque secus in aliis. Sic intellige notata *supra. ei Consti. cum mort.* §. 1. *ver. baronum.*

r *Quam justitiam dilexiße.* Dicit enim Beatus *Bern.* si justi fuerimus, debemus Deo honorem, Sanctis imitationem, defunctis compassionem, proximis amorem, mundo contemptum, peccato odium, Diabolo continuum bellum.

† *MS.* Statutæ irascibilitatis.

s *Nullius momenti.* In effectu Juris. *Extra. de Offi. ordi. cum ordinarii. in fi. li.* 6.

t *Miserabilis.* Hæc Constitutio non habetur *supra. in Con. Otho.*

u *Humanæ dignitat.* Est enim dignissima & præciosissima creaturarum creatura: ut legitur & notatur *ff. de adil. edict. justissimè. Institut. de rerum di.* §. *in pecudum.*

x *Casus.* A *cadendo*, cum jugum Domini fregerat offendendo disciplinæ præceptum: ut legitur & notatur *supra. e. Con. in prin. proœmii.*

y *Virga communitatis.* Sic *supra. e. Con. in proœm.* §. 1. *ver. sed effrænis.*

z *Cibus.* Sc. est ipsa avaritia relaxata.

a *Esuriem augmentans.* Eadem consideratione Avaritia dicitur sitis: cum quantò plus bibit, tantò plus appetit. *infra. e. Con. ambitionis. in prin. supra. e. Con. ita mortalium. in prin.* ibi dixi. *Avaritia sitis per similitudinem dicitur.*

b *In quibus Dominus est pars &c.* Quales sunt Clerici: ut est expressum *Extra. de præben. cum secundum Apostolum.* 1. *Respon.*

c *Præsentationem.*

De Commendis Ecclesiarum.

¶ Summarium.

Universas Ecclesiarum Commendationes hactenus quibuscunque factas, nisi ex evidenti utilitate unius tantum Ecclesiæ Commendatio facta sit, penitùs revocat, & ipsas exnunc vacare decernit, Collatoribus earum districtè mandans, ut eas infra duos menses aliis conferant, aliter Collatio ad Sedem Apostolicam devolvatur. Deinceps autem nulla cuiquam commendetur, nisi causa justa & legitima id exposcat. Nec commendetur habenti ultra unum Beneficium cum cura Animarum, neque plures Ecclesiæ uni personæ. Quod autem secus fieri contigerit, invalidum sit. Episcopus vero contra dicta commendans, donec Commendationem revocaverit, à Collatione seu Præsentatione Beneficiorum quorumlibet sit suspensus.

MIserabilis [u] humanæ dignitatis [x] casus ita concupiscentiæ fræna laxavit, ut recusso acumine Rationis & contra mala † statutâ irrationabilitatis [y] virgâ comminutâ, nihil putetur iniquum, quod inexplebilia vasa cupiditatis videatur influere, nihil inhonestum, quo avaritiæ paretur [z] cibus [a] esuriem non imminuens, sed augmentans. Hæc si animos simplicium obsident, dolendum est in uno genere hominum, qui Laici idcirco dicuntur, quod cum popularibus sunt ministris derelicti: sed in illis [b] in quibus Dominus pars est eorundem hæreditatis, qui hæreditatis suæ restitutionem sibi

Nota.

a *Præſtolari.* i. e. Expectare.

b *Ducatu ſuo.* i. e. Exemplo. Unde nota hìc Clericos fore exemplar Laicorum. Facit quod notatur *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venerabiles. §. 1. in prin.* Item nota hìc Proverbium *Senecæ*: ſcilicet quòd generoſius animus hominis facilius ducitur quàm trahitur. Notat *Gui. 45. di. cum beatus.*

c *Acerbius flenda.* Sic *ſuprà. c. Con. in præ. §. ſane.* in principio.

d *Periculoſius.* Ubi ergo eſt majus periculum, ibi conſultius eſt agendum. *Extra. de elec. ubi majus. in prin. li. 6.* Sed unde eſt, quòd Clerici tot avaritiæ pericula tam in libris Divinis quàm humanis perlegentes, frequenter pluſquam Laici acquiſitioni divitiarũ deditos ſe oſtendunt? Reſpondeo cum pleriſque fratribus, ut dicuntur, Mendicantibus, qui dicti ſunt à *mente* quod eſt defectus: qui quò magis ſe ſentiunt bonis temporalibus deſtitutos, tantò magis ipſa appetunt. *45. dif. omnis.* Quod eſt quaſi naturale vitium ex venenoſa toxicatione primorum parentum: ut tantò avidius aliquid appetatur, quantò difficilius acquiritur, & ejus conditionem deteſtabilius adverſatur. *ar. ſuprà. c. Con. in præ. §. 1. ver. licet. ar. op. 93. dif. legimus, §. pe.* ibi, *omne quod rarum eſt.* Sicut vides de nobis *Anglicis* & *Scotis*, qui plus aliis Regniculis vinum appetimus, quo tamen quaſi penitus caremus: ut notat *W. Extra. de elec. in pleriſque. ver. religioſus. in Cle.*

Anglici & Scoti optimè bibunt.

e *Sane.* Secunda pars.

f *Adinventiones.* *Ar.* in hoc quod notatur *ſuprà. in Conſtit. Otho. quoniam de habitu. in prin.*

g *Juris ſtatuta declarant.* Ut ſatis legitur & notatur *ſuprà. in Con. Otho. cum ſit ars. & ſuprà. c. Con. unitatem.*

h *Plurium Eccleſiarum.* Scilicet curatarum contra Canones pluralitatem deteſtantes: ut dictum eſt *ſuprà. Con. proxi.*

i *Velamen.* Scilicet Tegimen, ſeu coloratam excuſationem.

k *Non habentes.* Sed intitulationem plurium Eccleſiarum damnatam conſiderantes: ut *ſuprà. c. proxi.*

l *Ditari feſtinant.* Sed caſum proprium tales appetunt, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, aſcendere per abrupta quærunt. *48. di. c. ult.*

m *Vacantes Eccleſias.* Per mortem vel dimiſſionem Rectorum. Sed nunquid conceſſa Commendâ dicatur vacare Eccleſia interim? Dicunt *Cardi. & Jo. An.* quòd non: cum ſit Titulus Canonicus, ut ipſi notant *Extra. de elec. nemo deinceps. lib. 6.* ubi eſt recurrendum tanquam ad fontem hujus materiæ, in tantum, dicit ibi *Jo. An.* quòd indulgentia conceſſa ſuper primis fructibus Beneficiorum vacantium non comprehendit Eccleſias commendatas. *Extra. de reſcript. ſi papa. lib. 6. & c. lib. de præben. ſi tibi conceſſo.* Quod verum eſſe poteſt de vacatione per lapſum Commendæ: ſecus tamen in vacatione Præcedente Commenda, ut hìc. *ar. infra. e. nos etiam.* ibi, *vacare decrevimus.* & quod ibi dicam. Dicit tamen *Gui.* 21. q. 1. *qui plures.* quòd durante Commendâ vacat Eccleſia de Jure, non de facto.

Commenda facta an tollat vacationem.

n *Commendari.* Commendare accipitur quandoque pro laudare ſeu verbalem honorem impendere. *ff. manda. l. ſi vero. §. cum quis. ff. de contraben. empt. et qua. ff. de adil. edic. ſciendum.* Sed in propoſito dicitur Commenda, ſcilicet cuſtodia Eccleſiæ alicui conceſſa: ita quòd hìc *commendare* ſit idem quod deponere. *ff. depoſiti. l. Lucius. ff. de ver. ſigni. commendare.* Juxta quod quæritur, an habens Commendam ſit interim Prælatus Eccleſiæ? Dicunt omnes quòd non; ſed Procurator tantum: quod ſatis denotat vis verborum præcedentium. Habet tamen legitimam adminiſtrationem ſecundum *Cardi.* in dicta *Decret. nemo. libro 6.* unde fatetur & ibi *Gui.* quòd inde facere poteſt expenſas, ſumere alimenta, & ſolvere debita; exemplo deliberantis ſuper adcunda hæreditate. *ff. de jure deliberandi l. ſi filius. & l. Ariſto. §. ulti.* Sed propius quæro, an habens Eccleſiam commendatam interim faciat fructus ſuos? Dicunt *Inno. & Hoſti. Extra. de elec. dudum. 2. ac. Gui. & Jo. An.* in dicto *ca. nemo. lib. 6.* quod non: quaſi tantum cuſtos ſit, nec Jus habeat in Eccleſia, ſeu ejus proventibus; niſi ad colligendum, gubernandum & providendum miniſtris, ac ea quæ ſunt debent à Domino a præſtolari, qui b Ducatu ſuo regere alios & gubernare tenentur, hæc tantò amarius & c acerbius flenda conſpicimus, quantò iniquius committuntur in illis, & d periculoſius tolerantur.

Commendatarius an ſit Prælatus, et faciat fructus ſuos?

¶ e Sanè inter f adinventiones eorum qui fraudes contra ſuas Animas moliuntur, hanc maximè comperimus, Divini & humani Juris præſidia confundentem, quod cum una Eccleſia unius debet eſſe Rectoris, ſicut & ratio dictat, & multiplicis g Juris Statuta declarant, quidam tamen Rationis expertes, vel Juris regulas contemnentes, dum ad h plurium Eccleſiarum occupationem i velamen aliud k non habentes, quoquo modo l ditari feſtinent, m vacantes Eccleſias ſibi n commendari procurant, o amplectentes Juris p verba non ſenſum, quod aliquando permittit unam habere Eccleſiam intitulatam, & aliam commendatam. q Et cum juxta r ſanum intellectum propter ſ neceſſitatem vel utilitatem vacantis Eccleſiæ t Jus Commendationis non tam præceptoriè quàm permiſſivè perſuſit in utilitatem Eccleſiæ convertendum ad inſtar Viſitatoris. *61. dif. obitum, & c. ſe. 7. q. 1. quia.* In quam ſententiam videtur declinare textus hìc ſequens. Sed *Cardi.* in dicto *c. nemo. li. 6.* tenet contrarium, quaſi plus ſit quam Procurator, cum habeat titulum Canonicum applobatum à Jure † conceſſum propter neceſſitatem vel utilitatem Eccleſiæ, ut infra ſequitur in litera: & ideo facit fructus ſuos ſecundum eum. Quod ſatis videtur verum: cum cum ex hujuſmodi titulo Canonico efficiatur bonæ fidei Poſſeſſor. *Ar. ff. de pe. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit.* Item quæro cum conſenſus Patroni ad hujuſmodi Commendam requiritur ſecundum omnes in dicto *ca. nemo. lib. 6.* quod ſatis obſervant Prælati, cum aliis quam præſentatis per Patronos Commendam non committunt, an dimittens Eccleſiam Commendatam, ad quam fuit præſentatus, propter ſecundum Beneficium Canonicè adeptum contra occupantem primam Eccleſiam ſuper Commendatam redire poſſit in forma *Decret. Extra. de præben. ſi Beneficia. li. 6.* Videtur quod ſic: quaſi licitè revertatur ad Jus quod habuit, quslecunque fuerit, occupando commendam, ſi ejus tempus adhuc duraverit, vel proſequendo Præſentationem dudum ſibi factam: ut ſic redeat ſemper ad illud jus quod habuit ſive in re, ſive ad rem, propter æquitatem illius *Decret.* nam utrobiq; eſt eadem æquitas † in perdendo: ut *e. ti. eum qui. in ſi. lib. 6.* igitur & in lucrando per reverſionem. *Extra. de reg. juris. qui ſentit. li. 6. ff. de reg. juris. l. ſecundum naturam.* Facit quod notatur *ſupra. c. gl.* quam ſententiam videtur *Gui.* confirmare *Extra. de Regular. beneficium. li. 6. in ſi.* tertiæ *glo.* ubi dicit quòd intrans Religionem intra annum poteſt redire ad Jus quod prius habuit in Eccleſia, ſive fuerit in re, ſive ad rem: cum utatur beneficio Juris quo non debet defraudari, nec Jus ipſius in aliquo diminui: licet ibi *Car.* videtur notare contrarium. Non enim vult Lex laqueum talibus injicere. *27. q. 1. de viduis, poſt prin.* Legitur & notatur *ſuprà in Con. Otho. Eccleſias. prope ſi. 1. Reſpon.* Facit *ff. de op. le. l. 2. §. 1. C. de reput. quæ ſiunt in judic. & c. l. unica. cum §.* in quibus quis redit ad Jus priſtinum. Credo tamen contra: quia Titulus Commendæ temporalis Jus Commune perpetuum non immutat. *ff. de reg. jur. abſentia. §. temporalis.* & fortius Jus videtur habere occupans ex hujuſmodi titulo: *C. de rei vendi. l. quoties.* num jus radicatum & fundatum non eſt quòad effectum revertendi; ſicut ſi revertens Jus haberet in re. *Ar. Extra. de præben. c. auteṗ. & ulti.* Hoc quoque denotat verbum poſſeſſivum *ſua &c.* in dicto *c. li. 6. ar. ff. de lega. 3. l. ſervos. in prin. cum §.* Item ſic. † occupans exiſtimatione injuſtius expelletur, quàm habens Jus ad rem revertens non admittatur: & ſic minor ratio cedit majori. *Ar. C. de procur. exigendi. ff. de regu. jur. l. quoties nihil, 13. di. duo mala.* & hæc ratio ſufficit pro contrario. Item cum Lex Privilegii ſtatuitur in uno, ergo negatur in alio. *Ar.* in hoc quod notatur *C. quæ ſit long. conſue. l. 1. in prin. ar ff. de judiciis l. cum Prætor. Extra. de præſump. c. nouae.* Inticulatus verò iſte occupans poſſorem cauſam habet; ergo volentem redire repellet: nam potioritas cauſæ plus attenditur quam temporis prioritas. *ff. de privil. cre. l. privilegia.* legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de præben. bi qui. 1. Reſpon. li. 6.* Sed regula *qui prior eſt tempore potior eſt in jure* locum habet, quando par eſt cauſa. *ff. de re. jur. l. quoties cauſa utriuſque.* Nec obſtat *glo. Gui.* in contrarium allegata: quia loquitur in caſu quando Jus ingredientis Religionem perſeverat ſemper continuarum; ita quòd Collatio alteri interim facta eſt injurioſa, ut ibi patet: cum tamen ſecus ſit in caſu quæſtionis noſtræ.

Commenda Eccleſia non ſit niſi duo concurrant.

a *Præſtolari.* i. e. Expectare.

b *Ducatu ſuo.* i. e. Exemplo. Unde nota hìc Clericos fore exemplar Laicorum. Facit quod notatur *ſuprà. in Con. Otho. quid ad venerabiles. §. 1. in prin.* Item nota hìc Proverbium *Senecæ*: ſcilicet quòd generoſius animus hominis facilius ducitur quàm trahitur. Notat *Gui. 45. di. cum beatus.*

c *Acerbius flenda.* Sic *ſuprà. c. Con. in præ. §. ſane.* in principio.

d *Periculoſius.* Ubi ergo eſt majus periculum, ibi conſultius eſt agendum. *Extra. de elec. ubi majus. in prin. li. 6.* Sed unde eſt, quòd Clerici tot avaritiæ pericula tam in libris Divinis quàm humanis perlegentes, frequenter pluſquam Laici acquiſitioni divitiarũ deditos ſe oſtendunt? Reſpondeo cum pleriſque fratribus, ut dicuntur, Mendicantibus, qui dicti ſunt à *mente* quod eſt defectus: qui quò magis ſe ſentiunt bonis temporalibus deſtitutos, tantò magis ipſa appetunt. *45. dif. omnis.* Quod eſt quaſi naturale vitium ex venenoſa toxicatione primorum parentum: ut tantò avidius aliquid appetatur, quantò difficilius acquiritur, & ejus conditionem deteſtabilius adverſatur. *ar. ſuprà. c. Con. in præ. §. 1. ver. licet. ar. op. 93. dif. legimus, §. pe.* ibi, *omne quod rarum eſt.* Sicut vides de nobis *Anglicis* & *Scotis*, qui plus aliis Regniculis vinum appetimus, quo tamen quaſi penitus caremus: ut notat *W. Extra. de elec. in pleriſque. ver. religioſus. in Cle.*

Anglici & Scoti optimè bibunt.

e *Sane.* Secunda pars.

f *Adinventiones.* *Ar.* in hoc quod notatur *ſuprà. in Conſtit. Otho. quoniam de habitu. in prin.*

g *Juris ſtatuta declarant.* Ut ſatis legitur & notatur *ſuprà. in Con. Otho. cum ſit ars. & ſuprà. c. Con. unitatem.*

h *Plurium Eccleſiarum.* Scilicet curatarum contra Canones pluralitatem deteſtantes: ut dictum eſt *ſuprà. Con. proxi.*

i *Velamen.* Scilicet Tegimen, ſeu coloratam excuſationem.

k *Non habentes.* Sed intitulationem plurium Eccleſiarum damnatam conſiderantes: ut *ſuprà. c. proxi.*

l *Ditari feſtinant.* Sed caſum proprium tales appetunt, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, aſcendere per abrupta quærunt. *48. di. c. ult.*

m *Vacantes Eccleſias.* Per mortem vel dimiſſionem Rectorum. Sed nunquid conceſſa Commendâ dicatur vacare Eccleſia interim? Dicunt *Cardi. & Jo. An.* quòd non: cum ſit Titulus Canonicus, ut ipſi notant *Extra. de elec. nemo deinceps. lib. 6.* ubi eſt recurrendum tanquam ad fontem hujus materiæ, in tantum, dicit ibi *Jo. An.* quòd indulgentia conceſſa ſuper primis fructibus Beneficiorum vacantium non comprehendit Eccleſias commendatas. *Extra. de reſcript. ſi papa. lib. 6. & c. lib. de præben. ſi tibi conceſſo.* Quod verum eſſe poteſt de vacatione per lapſum Commendæ: ſecus tamen in vacatione Præcedente Commenda, ut hìc. *ar. infra. e. nos etiam.* ibi, *vacare decrevimus.* & quod ibi dicam. Dicit tamen *Gui.* 21. q. 1. *qui plures.* quòd durante Commendâ vacat Eccleſia de Jure, non de facto.

Commenda facta an tollat vacationem.

n *Commendari.* Commendare accipitur quandoque pro laudare ſeu verbalem honorem impendere. *ff. manda. l. ſi vero. §. cum quis. ff. de contraben. empt. et qua. ff. de adil. edic. ſciendum.* Sed in propoſito dicitur Commenda, ſcilicet cuſtodia Eccleſiæ alicui conceſſa: ita quòd hìc *commendare* ſit idem quod deponere. *ff. depoſiti. l. Lucius. ff. de ver. ſigni. commendare.* Juxta quod quæritur, an habens Commendam ſit interim Prælatus Eccleſiæ? Dicunt omnes quòd non; ſed Procurator tantum: quod ſatis denotat vis verborum præcedentium. Habet tamen legitimam adminiſtrationem ſecundum *Cardi.* in dicta *Decret. nemo. libro 6.* unde fatetur & ibi *Gui.* quòd inde facere poteſt expenſas, ſumere alimenta, & ſolvere debita; exemplo deliberantis ſuper adcunda hæreditate. *ff. de jure deliberandi l. ſi filius. & l. Ariſto. §. ulti.* Sed propius quæro, an habens Eccleſiam commendatam interim faciat fructus ſuos? Dicunt *Inno. & Hoſti. Extra. de elec. dudum. 2. ac. Gui. & Jo. An.* in dicto *ca. nemo. lib. 6.* quod non: quaſi tantum cuſtos ſit, nec Jus habeat in Eccleſia, ſeu ejus proventibus; niſi ad colligendum, gubernandum & providendum miniſtris, ac ea quæ ſunt

Commendatarius an ſit Prælatus, et faciat fructus ſuos?

¶ e Sanè inter f adinventiones eorum qui fraudes contra ſuas Animas moliuntur, hanc maximè comperimus, Divini & humani Juris præſidia confundentem, quod cum una Eccleſia unius debet eſſe Rectoris, ſicut & ratio dictat, & multiplicis g Juris Statuta declarant, quidam tamen Rationis expertes, vel Juris regulas contemnentes, dum ad h plurium Eccleſiarum occupationem i velamen aliud k non habentes, quoquo modo l ditari feſtinent, m vacantes Eccleſias ſibi n commendari procurant, o amplectentes Juris p verba non ſenſum, quod aliquando permittit unam habere Eccleſiam intitulatam, & aliam commendatam. q Et cum juxta r ſanum intellectum propter ſ neceſſitatem vel utilitatem vacantis Eccleſiæ t Jus Commendationis non tam præceptoriè quàm permiſſivè perſuſit in utilitatem Eccleſiæ convertendum ad inſtar Viſitatoris. *61. dif. obitum, & c. ſe. 7. q. 1. quia.* In quam ſententiam videtur declinare textus hìc ſequens. Sed *Cardi.* in dicto *c. nemo. li. 6.* tenet contrarium, quaſi plus ſit quam Procurator, cum habeat titulum Canonicum applobatum à Jure † conceſſum propter neceſſitatem vel utilitatem Eccleſiæ, ut infra ſequitur in litera: & ideo facit fructus ſuos ſecundum eum. Quod ſatis videtur verum: cum cum ex hujuſmodi titulo Canonico efficiatur bonæ fidei Poſſeſſor. *Ar. ff. de pe. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit.* Item quæro cum conſenſus Patroni ad hujuſmodi Commendam requiritur ſecundum omnes in dicto *ca. nemo. lib. 6.* quod ſatis obſervant Prælati, cum aliis quam præſentatis per Patronos Commendam non committunt, an dimittens Eccleſiam Commendatam, ad quam fuit præſentatus, propter ſecundum Beneficium Canonicè adeptum contra occupantem primam Eccleſiam ſuper Commendatam redire poſſit in forma *Decret. Extra. de præben. ſi Beneficia. li. 6.* Videtur quod ſic: quaſi licitè revertatur ad Jus quod habuit, quslecunque fuerit, occupando commendam, ſi ejus tempus adhuc duraverit, vel proſequendo Præſentationem dudum ſibi factam: ut ſic redeat ſemper ad illud jus quod habuit ſive in re, ſive ad rem, propter æquitatem illius *Decret.* nam utrobiq; eſt eadem æquitas † in perdendo: ut *e. ti. eum qui. in ſi. lib. 6.* igitur & in lucrando per reverſionem. *Extra. de reg. juris. qui ſentit. li. 6. ff. de reg. juris. l. ſecundum naturam.* Facit quod notatur *ſupra. c. gl.* quam ſententiam videtur *Gui.* confirmare *Extra. de Regular. beneficium. li. 6. in ſi.* tertiæ *glo.* ubi dicit quòd intrans Religionem intra annum poteſt redire ad Jus quod prius habuit in Eccleſia, ſive fuerit in re, ſive ad rem: cum utatur beneficio Juris quo non debet defraudari, nec Jus ipſius in aliquo diminui: licet ibi *Car.* videtur notare contrarium. Non enim vult Lex laqueum talibus injicere. *27. q. 1. de viduis, poſt prin.* Legitur & notatur *ſuprà in Con. Otho. Eccleſias. prope ſi. 1. Reſpon.* Facit *ff. de op. le. l. 2. §. 1. C. de reput. quæ ſiunt in judic. & c. l. unica. cum §.* in quibus quis redit ad Jus priſtinum. Credo tamen contra: quia Titulus Commendæ temporalis Jus Commune perpetuum non immutat. *ff. de reg. jur. abſentia. §. temporalis.* & fortius Jus videtur habere occupans ex hujuſmodi titulo: *C. de rei vendi. l. quoties.* num jus radicatum & fundatum non eſt quòad effectum revertendi; ſicut ſi revertens Jus haberet in re. *Ar. Extra. de præben. c. auteṗ. & ulti.* Hoc quoque denotat verbum poſſeſſivum *ſua &c.* in dicto *c. li. 6. ar. ff. de lega. 3. l. ſervos. in prin. cum §.* Item ſic. † occupans exiſtimatione injuſtius expelletur, quàm habens Jus ad rem revertens non admittatur: & ſic minor ratio cedit majori. *Ar. C. de procur. exigendi. ff. de regu. jur. l. quoties nihil, 13. di. duo mala.* & hæc ratio ſufficit pro contrario. Item cum Lex Privilegii ſtatuitur in uno, ergo negatur in alio. *Ar.* in hoc quod notatur *C. quæ ſit long. conſue. l. 1. in prin. ar ff. de judiciis l. cum Prætor. Extra. de præſump. c. nouae.* Inticulatus verò iſte occupans poſſorem cauſam habet; ergo volentem redire repellet: nam potioritas cauſæ plus attenditur quam temporis prioritas. *ff. de privil. cre. l. privilegia.* legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de præben. bi qui. 1. Reſpon. li. 6.* Sed regula *qui prior eſt tempore potior eſt in jure* locum habet, quando par eſt cauſa. *ff. de re. jur. l. quoties cauſa utriuſque.* Nec obſtat *glo. Gui.* in contrarium allegata: quia loquitur in caſu quando Jus ingredientis Religionem perſeverat ſemper continuarum; ita quòd Collatio alteri interim facta eſt injurioſa, ut ibi patet: cum tamen ſecus ſit in caſu quæſtionis noſtræ.

Commenda Eccleſia non ſit niſi duo concurrant.

o *Amplectentes.* Scilicet dicti procurantes plures Eccleſias ſibi commendari: quod habetur *21. q. 1. qui plures.*

p *Verba.* Sed non mentum; & ſic faciunt fraudem legi. *Extra. de reſ. juris. c. ulti. li. 6. ff. de leg. l. contra. & l. ſe.*

q *Et cum.* Vet.

r *Sanum intellectum.* Sc. dicti Canonis *21. q. 1. qui plures.*

ſ *Neceſſitatem vel utilitatem.* Nota hìc duo æquiparari, ſine quorum altero Eccleſia commendari non debet. *Extra. de elec. nemo. li. 6.*

t *Jus.* Sc. Titulus, licet Temporalis: & ſic parum facit pro opinione contraria, quam tenet *ſupra. in nag. glo. in quæſt. ulti.*

fuerit introductum, [a] ipſi ad cupiditatis ſuæ lucrum omnia convertentes, in ipſarum Eccleſiarum [b] diſſipationem non ſolùm unam, ſed plures recipiunt commendatas. [c] Inter multa verò pericula, quæ ex hac peſtifera factione proveniunt, advertimus Eccleſiaſticarum rerum diſpendia, Spiritualium negligentiam & contemptum certum inſeri, dum [d] miſeri [e] cupientes caſum in malum ſuum, quæ aliena eſſe debuerant, congregantes, aut in proprios luxus & [f] pompas ſuperbiæ profundentes, quæ ſunt [g] ad pauperum Eleemoſynam conſtituta. Hæc autem pro mole peccati [h] furta, rapinas, & filii in conſpectu patris victimationem excedere Divini [i] Juris teſtimonio comprobantur.

¶ [k] Nec præterit Divinum intuitum cæcitas concedentis, qui cum Eccleſiæ proſpicere debet, perſonam hominis accipit, cui non tam curandam ovem committit, quàm miſerabiliter [l] devorandam. Quia igitur nec timorem [m] Divini Judicii, nec Sacrorum Canonum intentionem ad coertionem talium ſufficere, vel proficere [n] nunc uſque videntur:

¶ [o] Nos & Animarum ſaluti & Eccleſiarum ſtatui, & indemnitati, [p] curâ quâ poſſumus, ex Officii noſtri debito † proficere cupientes, univerſas Eccleſiarum Commendationes hactenus quibuſcunque factas, niſi ex evidenti [q] utilitate unius tantum Eccleſiæ Commendatio facta ſit, penitùs Revocamus, [r] & ipſas exnunc [ſ] vacare Decernimus, [t] eis, ad quos ipſarum Collatio, vel † ad eas Præſentatio ſpectat, diſtrictè mandantes, ut [u] infra duos menſes poſt præſentis Conſtitutionis noſtræ publicationem conferant ſeu præſentent; alioquin ipſarum Collatio [x] ad Sedem Apoſtolicam devolvatur. ¶ [y] In poſterum autem Prohibemus Eccleſiam quamlibet commendari, [z] niſi juſta cauſa [a] vel legitima id expoſcat. [b] Et ut omnibus verſutiis, adinventionibus, & fallaciis occurramus, Statuimus, [c] nè culquam [d] ultra unum cum cura Animarum Beneficium obtinenti Eccleſia commendetur, neque plures Eccleſiæ alicui perſonæ [e] valeant commendari. ¶ [f] Quod ſi contra ea quæ ſalubriter hâc noſtrâ proviſione Statuta ſunt, Eccleſiæ Commendationem à quoquam & cuiquam in locis noſtræ Legationis fieri contigerit, [g] ipſam & quicquid ex ea ſecutum fuerit, ipſo Jure Decernimus [h] non valere. [i] Epiſcopus verò qui commendationem contra præmiſſa fecerit, donec ipſam revocaverit, ipſo facto à Collatione ſeu Præſentatione Beneficiorum quorumlibet [k] ſit ſuſpenſus.

a *Ipſi.* Scilicet ditari feſtinantes per occupationem plurium Commendarum: ut ſequitur.

b *Diſſipationem. Ar. ſupra. Con. proxi. in prin.*

c *Inter multa.* Verſiculus.

d *Miſeri.* Sic *ſupra. Coakt. proxi. §. 1.*

e *Cupientes caſum.* De hoc dixi *ſupra. c. Con. amoris. in prin.*

Superbiæ pulchra deſcriptio.

f *Pompas ſuperbiæ.* Eſt enim *ſuperbia* elatio vitioſa, quæ inferiorem deſpiciens ſuperioribus & paribus ſatagit dominari. Item in *lib. ſap.* notatur, quod intolerabilis eſt omnis ſuperbus, habitu ſuperfluus, inceſſu pompoſus, cervix erecta, facies vaga, truces oculi, de loco certat ſuperiori, ſententias ſuas, & verba & facta jactat, & reverentiam in obſequio non obſervat. Item *Greg.* dicit; ſicut humilitas vitia enervat, omnes virtutes colligit, roborat, & conſervat: ſic e contra ſuperbia omnes virtutes deſtruit & enervat, omniaque vitia conſolidat. Idemque ait. Superborum mens ſimiliter ad inferendum injurias valida, & ſuſtinendum infirma, ad obediendum pigra, ad laceſſandum alios opportuna, ad ea quæ decet & licet ignara, ad ea quæ non debet nec prævalet præparata. Scilicet contra ſuperbum legitur *Job.* 20. *c. ſi aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia ejus: & caput ejus nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur.* Ut notat *Gui.* 25. *diſt. criminis.* Parum namque obedientia prodeſſe videtur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet. *Extra. de poſtula. præla. c.* 1. *& Extra. de elec. tranſmiſſi.*

g *Ad pauperum Eleemoſynam.* De hoc dixi *ſupra. in Con. proxi.* 1. *Reſpon. Johannes de Athon.*

h *Furta, rapinas.* 24. *q.* 5. *pœnale.*

i *Juris. Eccle.* 34. *c.* 1. *q.* 1. *non eſt putanda.*

k *Nec præterit Divinum intuitum.* Cui omnia ſunt præſentia & præſcita in ſpeculo æternitatis ſuæ. *de pœ. di.* 4. *ſi ex bono.* poſt medium.

† *MS.* proſpicere.

l *Devorandam.* Facit *ſupra. Con. proxi.* 1. *Reſpon.*

m *Divini Judicii.* De hoc dicam infra in tractatu de Monachis. *ca. moniales. in fi.*

Correctio ſit aſpera, ſi non poſſit eſſe lenis.

n *Nunc uſque videntur.* Unde opus eſt, ut quos favus mellis non leniat, fellis amaritudo compeſcat: & quos timor Dei à malo non revocat; Eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeveritas diſciplinæ, ac belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei Præcepta non revocant: ut legitur & notatur *Extra. de elec. cum in cunctis. §. fi.* & ſic temporalis pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina. *Extra. de hæreticis. c. vergentis.*

o *Nos & animarum.* Tertia pars.

p *Curâ quâ poſſumus.* Sic *ſupra. c. Conſti. ita mortalium. ſupra. §. nos autem. in prin.*

q *Utilitate.* Supple vel neceſſitate: ut legitur & *notatur ſupra. §. proxi. & Extra. de elec. c. nemo deinteps. li.* 6.

r *Et ipſas.* Scilicet plurium Eccleſiarum Commendas.

ſ *Vacare.* Ergo antea videtur Titulus occupationis Canoniæ: cum privatio præſupponit habitum. *ff. de inſuſt. irri. raptoque teſt. l. nam & ſi ſub. §. poſt defectum. de pœ. di. §. ulti. in fi.*

t *Eis ad quos.* Verſic.

u *Infra duos menſes.* Hoc tempus eſt regulare ad arctationem novæ Conſtitutionis. *Authen. ut facta nova conſti.* in rubro & in nigro. *Colla.* 5.

x *Ad ſedem Apoſtolicam.* Hoc fortè eſt propter participationem delicti ipſius prælati committentis hujuſmodi plures Commendas, vel propter Colludium partibus præſumptum, vel ut magis hoc timeatur in futurum: aliis enim videtur contra, ut legitur & *notatur ſupra. Conſti. proxi. §. pe.*

† *In MS. deeſt* ad

y *In poſterum.* Quarta pars.

z *Niſi juſta cauſa.* Scilicet cognita & per ipſum Superiorem approbata.

a *Vel legitima.* Scilicet propter neceſſitatem vel utilitatem Eccleſiæ. Dicitur *ſupra. §. proxi.* & patet in dicto *c. nemo. li.* 6.

b *Et ut omnibus verſutiis.* i. e. Malitioſis aſtutiis.

c *Ne cuiquam.* Scilicet obtinenti, quod eſt *infra.*

d *Ultra unum.* De hac dictione notat *Gui.* 40. *diſt.*

e *Valeant commendari.* Et non niſi Conſtituto in ætate legitima, *C. de his qui ve. ætat. impet. l. ult.* & etiam in Sacerdotio: nec ultra tempus ſemeſtre, ut ſupplet dicta *Decr. nemo. li.* 6. unde de hac materia illuc ſemper recurro. Sed unum quæritur, an his Conſtitutionibus ſuper moderamine Commendarum per *Conſti. Jo.* Papæ 22. quæ incipit *Exetrabilis.* ſit derogatum? Videtur quod ſic: quia hujuſmodi pluralitati non deberet ſe immiſcere, nec ea quoviſmodo retinere, nec recipere: ut ibi patet in *§. ſtatuimus. & §. porro. & §. quia vero deinteps.* Dic econtra. *ar.* in hoc quod notatur *ſupra. c. §. 1. ver. commendari. in prin.* nam correctio Juriam eſt vitanda: *C. de inoffic. do. l. unica.* ſi correctio valeat evitari, & Jura valeant aliàs ſuſtineri. *Extra. de elec. cum expedit.* Dicamus ergo dictam *Con. Extravag. Jo.* Papæ intelligi de Beneficiis curatis in perpetuum Titulum Jure Inſtitutionis ſeu Collationis obtinendis, ut ibi ſatis colligitur: quaſi illa ſit alia materia de qua tractatur *ſupra.* Non enim videtur Papa hic jura tot vigiliis excogitata unico verbo, ſaltem tacito, velle rollere: *C. de inoffi. teſt. ſi quando.* maximè in detractionem commodi Eccleſiarum, quarum non committitur Commenda, niſi propter earum neceſſitatem vel utilitatem ſuadentem: ut ſupra legitur & notatur in dicto *c. nemo. li.* 6.

f *Quod ſi contra.* Quinta pars.

g *Ipſam.* Scilicet Eccleſiæ Commendam.

h *Non valere. C. de leg. l. non dubium.*

i *Epiſcopus.* Verſiculus.

k *Sit ſuſpenſus.* De hoc notatur *ſupra. c. Con. cum honeſtatis*

De Confirmatione Episcoporum.

¶ Summarium.

In virtute Sanctæ obedientiæ districtè Statuit & Præcipit, nè quisquam Episcoporum confirmetur, donec præter cætera Canonicè inquirenda etiam diligenter inquiratur, an confirmandus plura Beneficia incompassibilia sine dispensatione obtinuerit, quo comperto nullatenus confirmetur.

a PAstoralis Sedis b eminentia multis c indigens gratiæ Divinæ muneribus, d ut pastor e in se mundus ambulet coram Deo in meritum, & in conspectu f populi g ad doctrinam; h inter alia quæ de Pontificum i electione Sacri Canones providerunt, illud k præcipuum sibi vendicat locum, ut talis ad eam persona conscendat, quæ nullis (l quantum humanitus possibile est) sit m maculis denigrata. n Quorundam igitur o ignorantiam, vel negligentiam, aut p dissimulationem, quæ q contra electorum Confirmationes frequenter r habetur, s vel etiam procuratur t ex Officii nostri debito, diligentiâ quâ possumus, corrigentes, ¶ u Statuimus, & in virtute x Sanctæ obedientiæ Præcipimus districtè, ut cum Electionis Episcopalis y Confirmatio z postulatur, a inter cætera super quibus inquisitio & examinatio procedere debet; secundùm Canonum instituta, b illud c exactissimè inquiratur, d utrum plura Beneficia cum Animarum cura, qui electus est, antequam eligeretur, habuerit; & si habuisse inveniatur, e an cum eo f super hoc fuerit dispensatum, & an dispensatio, si quam exhibuerit, vera sit & ad omnia Beneficia, quæ obtinuit, g extendatur.

¶ h Quod si in aliquo præmissorum is, ad quem i Confirmatio spectat, electum k deficere l suâ m discussione a compererit, o eidē p nullatenus munus Confirmationis impendat.

---

a *Pastoralis.* Hæc Constitutio est continuativa ad materiam pluralitatis, de qua dictum est *supra, e. Consti. Christiana. & supra. e. proxi.* non habetur *supra. inter Consti. Otho.*

Episcopatus culmen est dignitatis.

b *Eminentia.* Est enim Episcopalis excellentia culmen dignitatis. *Ar. supra. in Consti. Otho. quid ad venerabiles. in prin.* & in hoc quod dixi *supra. e. Con. cum mortis. §. 1. in glo. nota discretam.*

c *Indigens.* Quanto quis pluribus præest & præcellit in munere, tanto plus, ut dignus divinæ gratiæ habeatur, ipsi Deo parere debet in operatione. *Authen. de pac. te. 1. Respon. Coll. 10.*

d *ut pastor.* i. e. Episcopus.

e *In se.* Honestè vivat, ut sic in eo Juris Præcepta verificentur. Quoad se honestè vivat, quoad proximum alterum non lædat, immo Jure Canonum eidem subveniat, tertio quoad utrumque Jus suum unicuique tribuat. *Instit. de justi. & jur. §. juris præcepta. di. 1. c. 1.*

Authen. de nova fidel. sed quia.

f *Populi.* Per exemplum: ut dixi *supra. in Con. Otho. quid ad venerabiles. §. 1. in prin.* & concordat literæ *Extra. de sacra unctione. c. 1. §. hoc ergo chrismate.*

g *Ad doctrinam.* Tam verbo quam exemplo: ut *supra in glo. proxi.* qui enim sic benè præsunt Presbyteri duplici bono digni habentur, maximè qui laborant in verbo & doctrina; nam dignus est operarius mercede sua. *Tim. 5. e.*

h *Inter alia.* Sunt multa requisita electionibus celebrandis, tam in materia quam in forma. *Extra. de elec. cum in cunctis & c. quia propter.* & per totum. & infra pro parte tangam.

i *Electione.* Quid sit Electio & provisio notat *W. Extra. de elec. causam, in primi. in Cle. vere. de hoc.*

k *Præcipuum.* Scilicet locum: alias est in textu.

l *Quantum humanitus possibile est.* Benè dicit: nam septies in die cadit justus. *de pæ. di. 3. §. quod autem per pœnitentiam.* & sine peccatis, saltem levioribus, præsens vita non ducitur. *de pæ. di. 3. de quotidianis.* Status enim & conditio humana in continuo motu consistunt: *Authen. de non alie. aut permut. re. §. ut autem lex. Coll. 2.* ac omnium habere memoriam, & in nullo peccare, potius est divinitatis quam humanitatis. *C. de veteri. jure enucle. l. tanta. §. si quid autem.* ubi patent duo quæ ponunt Theologi. Nam licet Christus induendo corpus humanum humanas infirmitates in carne sua pertulisse legitur, tres infirmitates nostras non subiit, scilicet ignorantiam, nec oblivionem, nec peccatum: ut patet dicto *§. si quid autem. de pæ. di. 3. inter hæc, bircum.* nec emissionem fœcum sordidarum. Unde *Aug.* Christus cibos assumpsit, non consumpsit.

Peccatis vacare est quasi impossibile.

Nota.

m *Maculis denigrata.* Ut patet in regula Apostoli, quæ notatur *25. di. §. nunc autem.* immo debet esse moribus ornata: *Extra. de elec. dudum.* i. e. non excommunicata majori vel minori Excommunicatione: ut legitur & notatur per *Inno. Extra. de elec. illa: de clerico excommunicato ministr. c. si celebret. cum §.*

n *Quorundam.* Scilicet Archiepiscoporum, ad quos pertinent confirmationes hujusmodi.

o *Ignorantiam vel negligentiam.* De his dixi *supra. e. Consti, in prin. §. sanè. in fi.*

p *Dissimulationē.* Qui mortale peccatum regulariter inducit in Prælato. Ar. in hoc quod legitur & notatur *supra. e. Con. pastor bonus. in prin.*

q *Quæ.* Scilicet ignorantia vel &c.

r *Habetur.* Ex proprio defectu ipsorum confirmantium.

s *Vel etiam procuratur.* Per ipsos electos, vel eorum amicos.

t *Ex officii debito.* Sic *supra. in Consti. Otho. in fi. in prin.*

u *Statuimus.* Secunda pars.

x *Sanctæ obedientiæ.* De hoc *le. & no. supra. e. Con. pastor bonus. §. 1.*

y *Confirmatio.* Quæ fieri non debet absque vocatione nominatim facta, ubi specialis & certus est adversarius seu contradictor; immo nec alias absque generali Proclamatione in Ecclesia ubi fiebat electio: ut legitur & notatur *Extra. de elec. c. ulti. li. 6. & ar.* in hoc quod *no. ff. ex quibus cau. in pos. extur. hoc autem. §. 1. in gl. quos habet. in fi.*

z *Postulatur.* Ad declarationem & corroborationem Juris sui prius quæsiti ex hujusmodi Electione: licet enim hujusmodi electus Jus plenum acquirat per Electionem Canonicam, tamen exercitium illius Juris non habet ante Confirmationem, per quam nihil novi Juris tribuitur, sed tantum exercitium: ut notatur *63. di. quanto. & no. W. de jureju. c. romani. §. nos igitur. ver. declaramus. in Cle. Ar. ff. de jurisdi. am. judi. & quia cum §.*

Electus quòd jus habet per electionem.

a *Inter cætera.* Præcedunt enim in confirmatione plura inquirenda, s. tam de meritis electi quam eligentium. Item tam de materia quam de forma: ut dixi *supra. 1. Respon. in glo. sunt enim.* & *in glo. patet.*

b *Illud.* Sc. quod sequitur.

c *Exactissimè.* i. e. Diligentissimè. Per quod videtur quòd à mulieribus & sociis criminis super hujusmodi inquiri possit: quod dic ut *le. & no. Extra. de testi. quoniam aliquam. in 1. & 2. glo.*

d *Utrum beneficia plura.* Alludit hîc formæ in talibus traditæ. *Extra. de offi. or. c. ordinarii. li. 6. & supra. e. Consti. Christiana. §. in posterum.*

e *An cum eo.* Scilicet electo in Episcopum.

f *Super hoc.* i. e. Super hujusmodi pluralitate Beneficiorum curatorum: de quæ materia dixi *supra. ple. e. Con. Christiana. §. voluntes. in glo. cum jura.* & ibi recurre.

g *Extendatur.* Ita quòd pro omnibus sufficiat Præsentatio præobtenta: sic *Extra. de offi. or. c. ordinarii. li. 6.*

h *Quod si.* Tertia pars.

i *Confirmatio spectat.* Ut ad Archiepiscopum Jure Communi: ut dixi *supra. 1. Respon. ver. quorundam, 63. dis. quanto.*

k *Deficere.* Quod cum pluralis esset dispensationem non obtinuit, vel obtentam non exhibuit, vel exhibita vera vel sufficiens non fuit: ut colligitur *supra. Respon. proxi.*

l *Suâ.* i. e. Ipsius confirmantis.

m *Discussione.* i. e. Inquisitione & examinatione: ut *supra. §. proxi.*

n *Compererit.* Factum ergo confirmantis requiritur: ut dixi *supra facis in Con. Otho. facer ordo. in fi. 1. Respon. ver. inducatio.*

o *Eidem.* Scilicet electo.

p *Nullatenus impendat.* Est enim hujusmodi pluralis ineligibilis; & sic in materia Electionis reperitur macula. *Extra. de elec. dudum. 2.* & dixi in *glo. remissiva supra. §. proxi. in ver. super hoc.* Sed pone quòd contra hanc inhibitionem Archiepiscopus talem confirmet ineligibilem, i. e. consecret, numquid hoc tenet? videtur quòd sic. Nam ubi Collatio Sacramenti competit alicui ratione Ordinis & Officii, ibi etiam prohibitus, confirmare potest: ut notat *glo. de consc. di. 5. manus.* Idem dicit *W. Extra. de elec. c. in plerisque. prope fi.* Sed dic contra: ut in eadem *glo. W. in Cle.* quia præmissa opinio demum locum habet, existentibus debita materia & forma debita, ut ibi notatur. Quod tamen in casu nostro non reperitur; cum materia sit defectiva, ut est dictum. Unde dicunt finaliter *Inno. & Hosti. & Compost. et Ab. Extra. de elec. c. ad quod sicut. ver. firmanda.* quòd si *Exceptio aliqua an possit exceptio quæ tollit electionem nullam ipso Jure Naturali: quia fuit fieri opposita* facta ab eis, qui non habuerunt potestatem eligendi, vel quia consensus *post confirmationem* Canonicorum est per metum extortus, & hujusmodi: tunc talis exceptio admitteretur, etiam post confirmationem & post consecrationem: immo nec talis salva conscientia posset Prælaturam retinere, etsi sibi non *electionis.*

opponatur per aliquem. *Ar. Extra. de renun. niſi cum pridem. §. propter conſcientiam.* ubi de hoc notatur per *Doc.* Talem quoque reputo iſtam exceptionem pluralitatis: cum talis pluralitas monſtrum naturæ & facti impoſſibilitatem arguat evidenter: ut legitur & *no. ſupra. in Conſti. Otho. cum ſit nrs. §. 1.* Si tamen foret duntaxat talis exceptio per quam caſſari poſſet Electio Jure poſitivo: ut quia non fuit facta Collatio, vel alius actus fuit omiſſus in forma: tunc talis exceptio poſt Confirmationem non admittitur, & Prælatus ſalva conſcientia poteſt retinere Prælaturam, ut notant *Doc.* in dicto. *c. quod ſicut. præal.* niſi impedimentum hujuſmodi Juris non poſitivi ortum habuerit ex delicto proprio ipſius electi: ut ibi notat *Ianc. in glo. et ſi.* quæ glo. tota videtur tolli; cum hodiè non poſſit quicquam objici poſt terminum lapſum: *Extra. de elec. c. ulti. li. 6.* tamen ſtat dicta gloſſa vera & fructuoſa quoad conſcientiam Epiſcopi: ut præmiſi. In caſu tamen propoſito tu dic, quòd ſi ab initio in propoſito tenuit Jure Communi Electio, licet fortè poſſet per aliqua extrinſeca elidi: tunc omnia talia per Confirmationem ſupplentur. Sic intellige glo. prædictas. Sed ubi ab initio eſt minus Canonica Electio Jure Communi, ut hìc: & dixi *ſupra. e. gl. in prin.* tunc per Confirmationem defectus non ſuppletur. *Extra. de offi. or. c. ordinarii locorum. li. 6. Ar.* in hoc quod dixi *ſupra. e. §. 1. in ver. poſtulatur.* ſic intellige glo. notabilem in hac materia, quam notat *Gui. Extra. de elec. c. ſi cui. in glo. quid ſi. li. 6. Jo. de Athon.*

De his qui tempore Electionis dimittunt Beneficia, & poſtea reaſſumunt eadem, ſi eos eligi non contingat.

¶ Summarium.

Beneficia ab eo, qui ſe in Epiſcopum eligi ſperat, reſignata, eidem, ſi non eligatur, nequaquam reddantur, nec etiam quaſi de novo concedantur, ſed ſtatim ut vacantia aliis perſonis conferantur, alioquin conceſſio & redditio talis fuerit invalida. Concedens autem vel reddens contra præmiſſa, ſi ſit Epiſcopus, ſuſpendatur à Pontificalium uſu, ſin inferior, ab Officio, donec revocaverit.

a AMbitionis vitiũ in b ardore ſitis c exæſtuans, dum nec d *Mariæ* e optimam partem amplectitur, nec ad *Marthæ* miniſterium in frequentia profectus aſpirat, ſed per dominandi libidinem ad omnem eum ducentem tramitem detorquetur; f abjecto g Rationis intuitu, h fas & nefas improbà temeritate i permiſcet.

¶ k Sanè illud evenire interdum didicimus, ut quum vacante Sede, quam quis l aſcendere concupiſcet, ipſe metuens ſe obtentorum Beneficiorum Pluralitate in ſuo deſiderio m poſſe deficere, n ipſa Beneficia o reſignat, immo penes eum, ad cujus Collationem ſpectant, deteſtabili quâdam p pactione q deponit; ut ſi eligi eum non contingat, eadem Beneficia quaſi depoſita poſtmodum reaſſumat.

¶ r Contra hoc igitur tam abominabile ſ colludium † & Sanctum, & Deo placens obſtaculum opponentes, diſtrictius Inhibemus, t nè cuiquam de cætero ſua Beneficia u taliter reſignanti eadem x reſtituantur, nec quaſi de novo aliquatenus concedantur, y ſed, tanquam vacantia de perſonis z aliis cæ-

a *Ambitionis.* In hac Conſtitutione continuatur adhuc materia pluralitatis: ut dixi *ſupra. in Conſti. proxi.* ſed non habetur inter *Conſtitu. Otho.*

b *Ardore ſitis.* Repete exemplum: de quo dixi *ſupra. e. Conſtitu. ita mortalium. in prin.*

c *Exæſtuans.* Uſque ad ſuffocationem per curioſam cupiditatem: quia per ſolicitudinem hujuſmodi immoderatam à cœleſti deſiderio aditum claudendo vitalis flatus negatur: ut notat *Gui. 30. di. ſi quis carnem.*

d *Mariæ.* Scilicet *Magdalenæ.*

e *Optimam partem.* De hac materia Contemplationis beatæ *Mariæ* & *Marthæ* ſororis ſuæ quæ hic tangitur, habetur *Luc. 10. c. ad ſi. Extra. de renun. niſi cum pridem. §. nec putes.*

f *Abjecto.* Ideo rationabiliter & ipſe abjicitur. *Ar. Extra. de re. juris: fruſtra fidem. li. 6. ff. de minori. auxilium. in ſi.*

g *Rationis.* De qua dixi *ſupra. e. in proœ. in ſi. 1. Reſpon.*

h *Fas et nefas.* Scilicet licitum & illicitum ſeu vetitum.

i *Permiſcet.* Scilicet ambitionis vitium: quod eſt *ſupra. in prin.* Nam ambitioſus dicitur qui cupiditate plenus honores ambit, ſive ſuperbus; ut hìc notat *Gui. Extra. de reſcrip. c. ſi gratioſe. in ſi. li. 6.* Cupiditas vero ſemper in malam partem ſumitur: unde generaliter dicitur *Non concupiſces &c. Extra. de con. nam concupiſcentiam &c. Ar. ff. de decre. ab ordi. fa. l. ambitioſa.*

k *Sanè.* Secunda pars.

l *Aſcendere concupiſcit.* Contra legem divinam & humanam. *Ar.* in hoc quod legitur & *no. Extra. de ele. avaritiæ. & c. quorundam. li. 6. C. de epi. & cle. l. quæquam. in ſi. §. 1.* Sed nunquid apperens hujuſmodi Prælaturam peccat mortaliter? Videtur quòd non. *8. q. 1. qui Epiſcopatum.* Videtur contra per Jura allegata? Solutio. Credo quòd ubi appetitus illius omnino concordat cum appetitu *Moyſis*, de quo legitur & *not. 36. diſ. ſi quis ultra.* quòd tunc non peccat: aliàs ſecus. Nec obſtat contrarium: quia licet ibi illud quod deſiderat ſit bonum, non tamen ſequitur quòd inordinatum ejus deſiderium ſit bonum: ſicut patet de Ribaldo qui deſiderat capam regis: plenè notat *Ar. Extra. de elec. in pluriſque. in fi. ver. religioſus.* circa medium. in *Cle.*

m *Poſſe deficere.* Merito, & de Jure habet hoc metuere: cum talis pluralis & ineligibilis cenſeatur, ut dixi *ſupra in Conſt. proxima. in prin. glo. ultimæ.*

n *Ipſa beneficia.* Plura & curata: ut legitur & notatur *ſupra. c. proxi. §. 1.*

o *Reſignat.* Non ſimpliciter & purè in forma Juris & ſine fraude, ut hìc ſequitur: immo & legitur & *not. per Gui. Extra. de re. permut. licet. in tua. li. 6.*

p *Pactione.* Scilicet conditionali: *ut ſi eum &c.* prout ſequitur. aliàs eſt in hac litera *Proteſtatione.* Circa quam ſcias verbum breve, quòd Proteſtatio fit quandoque ad probandum: ut *ff. de adult. capite. C. de ſuſcep. præpo: & arca. l. 1. li. 10.* aliquando valet ad obſcurum declarandũ. *ff. uti poſſi. l. ſi duo. §. cum inquilinus.* aliquando valet ad Jus conſervandum: & tunc ſi fiat ad tollendum præſumptionem, quæ tacitè ineſt, tunc Jus conſervat proteſtanti; cum tunc per eam appareat de merite contraria tacitæ Præſumptioni. *ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ait ſi quis. §. plerique. ff. ad Macedo. l. filiusfami. abſente. ff. ad municipa. l. 2. §. 1. cum ſi.* Si tamen Proteſtatio non fiat contra præſumptionem tacitam, ſed contra unum expreſſum: tunc Proteſtatio non habet locum, nec Jus proteſtanti conſervat: quia ibi factum ſuum directè Proteſtationi repugnat, † infra quod mutata cenſetur voluntas ipſius primò proteſtantis, ut hìc. Sic intellige quæſtionem notatam *C. de lit. conteſt. l. unica. Ar. ff. de le. 1. ſi mihi & tibi. §. ſi. ff. de le. 3. ſi quis in prin. teſtamenti.* hoc ergo teneas quicquid notatum repetias per *Doc. Extra. de Conſti. cum Martinus.* Item in Proteſtatione hoc ſemper caveas: quia nunquam valet, niſi tempore legitimo fiat. *ff. de excuſat. tut. l. ſcire oportet. §. 1. Inſti. de excuſa. tuto. §. qui autem eſt. C. de his, qui per me. Ju. non appel. l. 2.* cum ſimilibus. De hac materia ſatis notatur per *Doct. Extra. de re. juris. in generali. & per Car.*

Proteſtatio ad quid valet.

† M ſ. & factum Deo &c.

† Ms. Ita.

q *Deponit.* Et ſic videtur ipſa Beneficia dimiſiſſe ad tempus, & ſub conditione, ut hìc patet: quod tamen totum reprobatur in Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ debent eſſe perpetua. *Ar. ff. de adopt. l. quæſitum.* Nec in ipſis cadit conditio. *Extra. de elec. c. 2. li. 6.* Facit *70. di. Sanctorum. 1. q. 2. quam pio. in ſi. ver. dum tamen omnis abſit pactio.* Notatur *Extra. de offi. deleg. ex parte. 1.*

r *Contra hoc.* Tertia pars.

ſ *Colludium.* Quid ſit Colludium ſeu colluſio, dixi *ſupra in Conſti. Otho. juſjurandum. in ſi. 1. Reſpon.*

t *Ne cuiquam.* Scilicet plurali: de quo præmittitur.

u *Taliter.* i. e. Sub quadam diſpoſitione ſeu illicita pactione, ut præmittitur.

x *Reſtituantur.* Scilicet tanquam ſua, non efficaciter renunciata. Sed contra videtur, quòd liceat ea ſibi reſtituere; cum non videantur ab eo alienata, nec abdicata: cum ſic non durent. *ff. de in rem verſo. l. ſi pro patre. §. verſum. ff. de divorti. l. 3. cum ſi.* Solutio. Hìc ſtatuitur pœna ambitionis damnatæ: ibi vero conſideratur favorabilis æquitas perſeverantiæ.

y *Sed tanquam vacantia.* De Jure & de facto per reſignationem ſimplicem. *Extra. de reſcript. ſuſceptum. li. 6.*

z *Aliis.* Non ergo de perſonis, ſicut etiam aliàs in caſu neglectûs vel defectûs: ut legitur & notatur per omnes *Doct. Extra. de elec. licet. Canon. in ſi. 1. Reſpon.* ibi, *alii conferatur. libe.* ergo multo fortius hìc in caſu proprii

proprii delicti : quod ſibi imputari habet neceſſe, non alii. *ar. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. in fi.* 1. *Reſpon.*

a *Quod ſi.* Verſiculus.

b *Reddita.* Tanquam remanſiſſet ſua, & non alienata.

c *Vel conceſſa.* Scilicet de novo : ut *ſuprà* patet.

d *Et inanem.* Quaſi factum ſeu attentatum contra Legem ex ratione Juris communis pœnaliter prohibentem non convaleſcat, nec quod ſequitur ex eo v l ob illud. *ar. ff. de ver. ob. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. C. de leg. non dubium. cum ſi.*

† *MS.* Aliquid.

e *Qui verò.* Quarta pars, addens pœnam Prælati reſtituentis vel conferentis eidem hujuſmodi Beneficia reſignata.

f *A dalmatica.* De hoc dixi *ſuprà. e. Conſt. domus dei. §. quod ſi rector. ver. Epiſcopus.*

† *MS.* Scienter ea contra præmiſſa, &c.

g *Donec illud.* Scilicet illud attentatum contra Prohibitionem Legis.

h *Revocandum.* Vide circa hoc illud quod dixi *ſuprà. e. Con. quoniam alienationes. in fi.* 1. *Reſpon. in glo. pe.*

i *Quia plerumque.* Adhuc proſequitur aliam ſpeciem Ambitionis : & hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà in Conſti. Otho.*

k *Ad vacantem Eccleſiam.* Ad aliam non valet Præſentatio : ut legitur & notatur per *Doc. Extra. de conceſ. præben. ca.* 2. & 3. *arg. C. de pactis. l. fi. C. de inſtit. ſtip. l. ex eo.*

Præſentatio quod jus tribuit.

l *Præſentatio.* Quæ us tribuit ad rem, ſed Inſtitutio Prælati jus tribuit in re : & ſic conceſſio Prælati jus pinguius inducit. Legitur & notatur *Extra. de offi. le. dilectus.*

m *Qui præſentandus eſt.* Ergo contrahitur Simonia : cum ipſemet, non autem alia perſona media, ſic paciſcitur. *Extra. de ſimo. c. de ſimoniacè.*

n *Prius.* Scilicet ante Præſentationem, *Extra. de ſimo. cum eſſent. §. ſi. & ca. alti.* ibi facit Verſiculus, tunc eſt Simonia ex pacto, ſeu ex promiſſione. Si tamen pactum ſeu promiſſio hujuſmodi interveniret demum poſt Præſentationem, tunc non contrahitur Simonia, ſed potius eſt pœna arbitraria : *Extra. de cen. gravis.* prout ibi intelligunt *Hoſtien. & Jo. An.* & *ar. Extra de ſucceſſ. ab inteſt. ca. cum dilectus.*

Patronus triplitèr dicitur.

o *Cum patrono.* In hac materia *Patronus* dicitur, qui jus vendicat præſentandi ad Beneficium Eccleſiaſticum ex fundatione, dotatione, ſeu conſtructione ſuâ vel Prædeceſſorum ſuorum. Notatur per *Doct. Extra. de jure patro. à nobis.* 1 *Reſpon.* & per *Gui. e. ti. ca.* 1. *in prin. lib.* 6. Unde Verſus, *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.* & plenè notatur 16. *q. ulti. ca. pia.* Secundo modo dicitur *Patronus*, id eſt, Advocatus in Officio poſtulandi. *C. de advo. diver. judic. ſi Patronum.* Tertio modo dicitur *Patronus*, ut *ff. de jure Patro. per totum. ff. de jurejur. ſi duo Patroni. in prin.*

p *Annuatim ſolvenda.* Sic conſtituendo ſibi annuam penſionem : *Extra. de cenſi. cum Clerici.* Qualis penſio ſine auctoritate Epiſcopi Patrono Eccleſiaſtico conſtitui non poteſt. *Extra. de jure Patro. ca. præterea.* Legitur & notatur 18. *q.* 2. *Eleutherius.* in prima gloſſa.

q *Paciſcitur.* Hìc vide illud quod notatur *ſuprà. e. Con. quoniam vaca. §.* 1. *in glo. hic quæro.*

r *Et ſic pactus.* Scilicet ille præſentandus.

Simonia an inducatur per ſolam pactionem.

ſ *Præſentatur.* Sic ergo innititur, quòd per ſolam pactionem Simonia non inducatur, niſi effectus ſperatus inde ſequatur. *ar. ff. quod quiſque juris. l.* 1. *§. hæc autem verba. Extra. de cle. non reſi. relatum.* & hoc tenet *gl.* notabilis 1. *q.* 4. *quia præſulatus. in glo. ar. quòd nudam.* licet *Gui.* 1. *q.* 1. hoc videatur diſtinguere : quia aliqua ſunt prohibita, quia Simoniaca ; alia verò ſunt Simoniaca tantùm, quia prohibita : ut notatur *Extra. de offi. de.*

nonicè ordinentur. a Quòd ſi hujuſmodi reſignanti Beneficia ipſa vel † aliqua ex eis fuerint b reddita c vel conceſſa, redditionem vel conceſſionem in eum factam invalidam Decernimus d & inanem. ¶ e Qui verò taliter in ſuis manibus reſignata, poſtmodum † ſcienter contra ſic præmiſſa contulerint, aut ipſum reſignantem inſtituerint in eiſdem, ſi quidem Epiſcopus fuerit, f à Dalmaticæ & Pontificalium Indumentorum uſu, alius verò Prælatus inferior ab Officio ſit ſuſpenſus, g donec illud duxerint h revocandum.

De his qui Pactionem faciunt cum Præſentatis.

¶ Summarium.

Pactiones factas cum Præſentato aut præſentandis peni-

le. ex parte. 1. *Extra. de pac. cum pridem.* Ita quòd in primo caſus quoad introducendum peccatum & irregularitatem ſola pactio ſufficit : in Secundo caſu non quoad irregularitatem, licèt ad peccatum ſic. Tamen verius in caſu propoſito credo ſtandum dictæ *gloſſæ* in *ca. quia præſulatus. ar.* in hoc quod notatur 1. *q.* 1. *qui ſtudet. in gl. nunquid pro ſolâ.* De hoc dixi *ſuprà ea. Conſtitut. deus. §.* 1.

t *Nos huic.* Secunda pars.

u *Simoniæ vitium.* Simonia verò ſic deſcribitur. *Simonia* eſt Spiritualium vel Spiritualibus annexorum Prædecente pacto promiſſionis, conditionis, modi, ſervitii, precum, vel cujuſlibet temporalitatis receptio ſeu donatio. Notat *Hoſtien. Extra. de Simo. ca. tua.* & *Gui.* 1. *q.* 1. *ſuper glo. in ſumma.* Dari tamen poteſt aliquid ſine pacto : ut dixi *ſuprà.* 1. *Reſpon. verſi. prius.* Item dari poteſt illud quod aliàs foret daturus. *Extra. de Simo. & ſi quæſtiones.* Item exennia dari poſſunt. *ff. de offi. procon. l. ſolent. §. ulti.* Et etiam ſumptus receptionis tempore abſque pacto : 1. *q.* 1. *judices.* dum tamen non moveant Superiorem. *Extra. de ætat. & qualit. tuam.* Prout hos caſus excipit *Gui.* 1. *q.* 1. *eos. in fi.* Item non obeſt datio pecuniæ, niſi Patronus alius eſſet daturus : ut notatur 1. *q.* 6. *ſicut is. in fi.* quod dicit *Innoc.* eſſe verum, alio dante pecuniam quàm ipſo præſentando. Vel ſecundum *Hoſtien.* dicta *glo.* vera eſt, ſi pecunia non ſit data ipſi Ordinatori, ſed alii mediatori ; aliàs ſecus : ut ibi plenius notatur *Extra. de Simo. tanta.* Sed quæro, poſito quod vero Patrono præſentante T. Clericum, alius non Patronus potens Tyrannus ſe objiciat alium præſentando : ſi verus Patronus componat cum tali potente, ut ceſſet ab inquietatione ſua injurioſa, aliquam pecuniam ſibi conferendo, an hoc inducat aliam ſpeciem Simoniæ in ipſo Clerico juſtè præſentato ? Videtur quod ſic : quia licet habenti jus in re liceat redimere vexationem injuſtam, habenti tamen jus ad rem duntaxat hoc non licet : ut notatur per *Doc. Extra. de Simo. ad aures.* & *ca. dilectus.* Ergo iſtum T. Clericum concomitatur factum Simoniacum auctoris ſui, cujus munere fungitur in cauſa lucrativa. *ar. ff. de except. doli. l. apud Celſum. §.* 1. *de auctoris. & §. ſi quis autem ex cauſa. cum §. ſe.* Credo contra : nam hìc redemptio vexationis injuſtæ facta per Patronum verum principaliter fiebat pro ſuo Jure Patronatûs conſervando, in quo ex parte ſua non vertitur Simoniæ periculum : ut intelligit *glo.* notabilis 1. *q.* 3. *quæſitum.* Secus forte ſi hujuſmodi redemptio vexationis fieret principaliter, ut ſtaret ſua præſentatio de certa perſona, puta de iſto T. nam tunc videretur redemptio facta ratione perſonæ præſentatæ potius quàm pro ſervando ſui Patronatus Jure : ut colligitur hæc diſtinctio *Extra.* per *Gui.* 1. *q.* 1. *ſunt quidam.* Item Simoniam in præſentato committi non repetio, niſi quando nomine ſeu vice ipſius præſentari ſit datio ſeu promiſſio : ut patet ubique in materia Simoniæ : quod non eſt reperire in caſu quæſtionis noſtræ. & facit illud quod ſcripſi *ſupra. e.* 1. *Reſpon. ver. prius.* Nec obſtat *§. de auctoris.* cum *§. ſe.* quia loquitur ubi idem jus uniforme in perſonam ſucceſſoris transfunditur : hìc verò ſecus eſt, licèt cauſam à Patrono habere dicatur.

Simoniæ deſcriptio.

Patronus an poſſit vexationem redimere.

x *Quam Eccleſiæ diſpendium.* Per oneroſam impoſitionem penſionis

y *Occurrere.* Sic *ſuprà. in Con. Otho. uſum. §. huic igitur.*

z *Et pactiones.* Scilicet præteritas, quales moderni ſtudio cavilloſo ex palliatione damnabili viis imaginativis, quas ex cauſa hìc non exprimo, adinvenire indies non deſiſtunt, ut *Simoniæ* verbum effugiant, mentem & intentionem amplecti prævitatis hujuſmodi

uſmodi non parentes contra Legem *Extra. de reg. juris c. ulti. li. 6.* immo tanquam Legis adulterini prævaricatores digni ſunt pœna, ſcilicet Simoniæ. *Authen. de conſul. §. pe. & antepe. Colla. 3.*

a *Hujuſmodi.* Scilicet Simoniacas, ut præmittitur.

b *Penitus.* Ergo tam ad ſpeciem quàm ad rem, etiam quoad verba, quàm quoad intentionem ſeu mentem.

c *Et eas.* Scilicet promiſſiones prætactas.

d *In poſterum.* 1. In futurum. *Jo. de Athon.*

e *Et ſi factæ.* Scilicet promiſſiones ſeu pactiones hujuſmodi.

f *Non habere.* Tanquam ſint perpetuò damnatæ: ut legitur & notatur *ſuprà. e. Con. domus dei. in fi.* Facit ad hanc literam *ſuprà in Con. proxi. §. contra hæc igitur. in fi.*

† *MS.* Jure alio ſint muniti.

g *Penſiones.* Tertia pars.

h *Omnes.* Quaſi diceret, nedum Simoniacas prætactas: ſed alias quaſcunque, ſive ad vitam, ſive in perpetuum. *ar. ſuprà. e. Conſti. unitatem.*

i *Eccleſiis.* Non dicit *perſonis Eccleſiarum*, ergo non videtur inconveniens, quòd Penſio aliqua oneret Rectorem Parochialis Eccleſiæ, ipſâ Eccleſiâ remanente liberâ: licèt hujuſmodi Penſio conſtituatur ſub commemoratione hujuſmodi Eccleſiæ. *ar. op. ff. de contraben. empt. ſpecialiter. §. ulti.* Facit *ff. de ar. legatis. l. Gaius. Extra, de præben. in fi. & fi.*

k *Parochialibus.* Non ergo hoc prohibet in Eccleſiis Collegiatis, ſeu Cathedralibus, quin à tali Eccleſia poſſit conſtitui Penſio alicui bene merito, etiam reclamante minore numero Capituli, dum hoc fiat de bonis communibus ipſius Collegii: ut notatur per *Compoſt.* & pleniùs per *Jo. An. Extra. de con. cum omnes. prope fi.*

l *Impoſitas.* Auctoritate propriâ ſeu privatâ. Dicunt enim *Hoſtien. Ioan. & Jo. An, Extra. de cenſ. prohibemus.* quòd ex cauſa poſſunt hujuſmodi Eccleſiæ novæ Penſiones imponi, & veteres augeri per Epiſcopum ad uſum inferiorum Clericorum, ſeu Eccleſiaſticorum: *ar. de præben. niſi.* Sed tamen ſine cauſa etiam per Epiſcopum hoc non poſſe fieri notatur 16. *q.* 2. *ſanè.* Quia novum cenſum non poſſet Epiſcopus imponere ad utilitatem propriam ipſius Epiſcopi. Quorum dicta roborantur in hac parte *Extra. de re. eccle. non alie. ſi una. §. ſi. in Cle.* Nam inter dantem & recipientem dicitur eſſe differentia. *Extra. de jure patro. per noſtras. Extra. de bap. debitum.* Ubi de hoc *ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtivum.* Hunc verò intellectum habet *Jo. An. Extra. de ſup. neg. præla. quia regulares. §. eadem quoque. in Cle.* Dic *ipoſitas*, ſcilicet de novo, ut dicto. *§. eadem quoque.* Quæ autem ſit Penſio nova dicit *gl.* illa, quæ non eſt præſtita tanto tempore, quòd ad legitimam præſcriptionem pervenit. Notatur per *Ber. de cenſ. ſignificavit. in fi. ar. Extra. de jure patro. præterea.* 2. Quod tempus videtur ſufficiens quoad proprietatem Penſionis hujuſmodi introducendum, demum ſi fuerit tale, cujus contrarii memoria non exiſtit. *de ver. ſignı. c. ſuper quibuſdam. §. præterea.* Gloſa tamen dicit contra: ſcilicet ſufficere & quoad Jus, & quoad poſſeſſionem ſpatium 40. annorum. Notatur 18. *q.* 2. *ſervitium. in fi.* Quod verum intellige quando præſtationi Penſionis non obviat Jus Commune, aliàs ſecus: ut notatur pleniùs per *Ber. Extra. de cenſ. pervenit. ar. Extra. de reſti. ſpo. c. ad decimas. lib. 6.* Quoad poſſeſſionem verò, cum facta eſt ſpoliatio Penſionis per ſubtractionem abſque cauſæ cognitione, non requitur plenum tempus tale completum. Notat *W.* in dicto *§. eadem quoque. in Cle. ar. Extra. de elec. querelam. in fi.*

Penſio nova quæ eſt.

m *Revocamus.* Sic *Extra. de cenſ. ſignificavit. & c. quamvis. de ſupplen. neg. præla, quia regulares. §. eadem. in Cle.* ubi de materia hujus Penſionis notatur.

n *Eas.* Scilicet Penſiones.

o *Præſcriptione legitima.* De qua dixi *ſuprà. e. ver. impoſitas jure.*

p *Ab initio.* Puta, in fundatione, ut notatur *Extra. de cenſ. ſignificavit.* Vel puta ex cauſa recompenſationis in rebus aliis. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. e. Conſtit. quoniam alienationes. 1. Reſpon.*

di b penitùs Revocamus; c & eas d in poſterum fieri diſtrictius Inhibemus; e & ſi factæ fuerint, vires aliquas Decernimus f non habere.

¶ g Penſiónes autem h omnes i Eccleſiis k Parochialibus hactenus l impoſitas m Revocamus, niſi qui n eas obtinent ſeu percipiunt o Præſcriptione legitimâ, vel ſpeciali Privilegio, aut certo † Jure p ab initio ſint muniti.

¶ *Quod Negotiationes non fiant in Eccleſiis.*

¶ Summarium.

Cum Eccleſia ſit domus Dei, Orationi, & non Negotiationi dedicata, nemo in tota Anglia, Scotia, *&* Hibernia, *in Templis Deo dicatis Mercatum teneat, nec ullam prorſus Negotiationem exercere præſumat; quod Statutum Eccleſiarum Prælati diligentiſſimè per cenſuram Eccleſiaſticam curent obſervandum.*

q OMnipotens Dominus, qui cùm propter peccata noſtra r nobis iraſcitur, ſ non obliviſcitur miſereri, ſciens ſe poſſe t ac debere placari u per Contritorum, & humiliatorum x gemitus, & Orationes, y Templa & z Oratoria conſtrui voluit, a in quibus b convenientes fideles, abſtracti à cunctis exterioribus actibus, & ſeipſos, clauſis corporis ſenſibus, c in ſuis conſcientiis colligentes, per Oblationes & Hoſtias, & præcipuè d per Sacrificia contriti cordis & e Orationes, quibus Deo conjun-

q *Omnipotens Dominus.* Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà in Conſtitu. Othonis.*

r *Nobis iraſcitur.* Scilicet juſtè; ut in Cantu tempore Paſſionis, *Mediâ vitâ in morte ſumus.* Iraſcitur juſtus pro peccatis palearum. 7. *q.* 1. *Adverſitas.* poſt principium.

ſ *Non obliviſcitur miſeri.* Sc. Dominus. *ſuprà. e. Con. in prin. & in Pſal. Voce meâ ad Dominum Clamavi.*

t *Ac debere placari.* Verum eſt ex congruo, ſecus eſt ex condigno. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. e. Con. domus dei. 1. Reſpon. in gl. de qua. in fi.* Aliàs enì Deus nos nimis creaſſet fragiles quaſi ad interitum, niſi juxta verbum Pſalmiſtæ, *In ira ſua contineret miſericordias ſuas:* ut in *Pſal.* prædicto *Voce mea &c.*

u *Per contritorum.* Unde in *Pſal. Miſerere mei, Deus. Cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies &c.*

x *Gemitus.* 1. Dolores intrinſecos cordis ſuſpiriis commixtis: ita quòd tanquàm pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor ut columba.

y *Templa.* i. Eccleſias. Unde in *Pſal. In Templo tuo omnes dicent gloriam.*

z *Oratoria.* De his dixi *ſuprà. in Con. Otho. baſilicatu, i n. 1. Reſpon.*

a *In quibus.* Scilicet Templis, & Oratoriis potius, quàm in locis prophanis oratur. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de reliqui. & venera. ſanc. ſi dominum. §. ulti. in Cle.* & hoc notat *Car. de immuni. Eccle. decet. §. ceſſent. ver. peccatorum. li. 6.*

b *Convenientes.* Ut legitur & notatur per *Gui. Extra. de immunit. Eccle. decet. 1. Reſpon. li. 6.*

c *In ſuis conſcientiis.* Reſpicit enim Deus plus ad cogitationes & voluntates, quàm ad actus. 15. *q.* 6. *ca.* 1. *in fi.* Nam Deus cor interrogat, & non manum. 14. *q.* 5. *ſi quod. in fi.* Sicut non Sacrificiorum magnitudinem, ſed voluntatem & merita reſpicit cſterentium. 3. *q.* 7. *in gravibus. in fi.* 24. *q.* 1. *odi.*

d *Per ſacrificia contriti cordis.* Ut in *Pſal. Miſerere.* ibi, *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus &c.*

e *Orationes quibus deo conjungimur.* Quod eſt verum, ſive loquamur de Orationibus Sanctorum, qui nobis apud Deum ſuffragantur: ut legitur & notatur per *Gui. 22. di. §. Sacroſancte. poſt prin.* Unde in *libro Macceba. ulti.* ſcribitur de *Jeremia: Hic eſt qui multum orat pro populo, & pro Civitate Sancta Hieruſalem.* ſive loquamur de Orationibus per noſmetipſos fuſis. Eſt enim ſecundùm *Aug.* Oratio orantì præſidium, adverſario incendium, Angelis ſolatium, Deo gratuitum Sacrificium: ut pleniùs notat *Gui. de immu. Eccle. ver. orationibus. li. 6.* Nunquid ergo indiſtinctè Deus exaudiet peccatores orantes? Videtur quòd ſic. 1. *q.* 1. *ipſi.* Videtur contra. 1. *q.* 1. *ſi quis inquit. verſi. ad hæc omnia. & c. Sacroſancta.* Solutio ſecundùm *Thomam.* Si peccator petat aliquid inquantum peccator, i.e. ſecundùm deſiderium à Deo, peccati, à Deo non auditur, etiam ex miſericordia, licèt aliquando audiatur ad vindictam; dum permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. 47. *diſ. quantumlibet. in fi.* Dominus enim quædam negat propitius, quæ concedit iratus, ſecundùm *Aug.* Sed Orationem peccatoris ex bono naturæ deſiderio procedentem Deus exaudit, non quaſi ex juſtitia: quia peccator non meretur, ſed ex pura miſericordia, obſervatis tamen quatuor conditionibus, quæ regulariter requiruntur ad hoc, ut Oratio exaudiatur: ut ſcilicet quis petat pro ſe neceſſaria, ad ſalutem, piè, & perſeveranter. Quas conditiones in *gl.* poſitas *Luca* 11. ſuper illa Parabola *quis veſtrum habebit amicum &c.* exponit *Thomas* ſic *pro ſe*, i. eum orans non imponat obſtaculum gratiæ, petendo ſupervacua, nec ſuperfluа, tam pro ſe quam pro aliis: quia merito condigni unus alteri gratiam non meretur, cum vix ſibi ſufficiat proprium meritum; juxta illud *Matth. 25 Ne forte non ſufficiat nobis & vobis &c.* Idem dicit *ad ſalutem*, quia ſecundum *Chryſo.* Deus non exaudit, niſi quod dignum ducit eſſe ſuis beneficiis. Item ſecundum

Oratio exaudiatur

Petitur quatuor conditionibus

Hieron.

Hieronymum, " Sæpe contra nos perimus, quod pro nobis eſſe exiſtimamus. Item *piè* dicit, quia ex bono naturæ deſiderio, ut *ſuprà* notatur. *Ar.* 20. *diſtin. c. ulti. in fi.* Item *perſeveranter* dicit, quia importuna mulier tandem meruit audiri, clauſo cum ſeris oſtio, & mediâ nocte. *Matth.* 7. *c.* & *de pæ. di.* 1 *importuna.* Unde *Luc.* 11, *At ille perſeveravit pulſans.* His autem concurrentibus, nunquam eſt inefficax Oratio. Nihilominus tamen Deus ex abundantia ſuæ pietatis exaudit frequenter etiam Orantes, licèt non omnes hæ conditiones concurrant. Notat *Gui.* 1. *q.* 1. *dictum.* & tangit *Extra. de immunit. Eccle. decet. ver. orationibus li.* 6.

a *Iram juſti Judicis.* De hoc dicto non mireris, eſt enim ira bona & mala; ut notatur 45. *di. vera.* & 55. *di. c. ult. in prin.* Unde *Greg. in Moralibus*, " Ira alia quam impatientia excitat, alia quam bonus zelus informat; illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Nam Ira Dei non eſt ut hominis, i.e. conturbatio concitati animi, ſed tranquilla conſtitutio juſti Judicii ſeu ſupplicii. *de pæ. di.* 3. *productior.*

b *In miſericordiam converſa juſtitia.* Juxta illud quod legitur *Macbab.* 8. *c. Ira Domini in miſericordiam converſa eſt.*

c *Hoc ipſe.* Verſiculus.

d *Quàm acceptum ſibi ſit.* Sc. Templa hujuſmodi conſtrui ad fundendum Orationes ibidem pro miſericordia impetranda, & peccatorum venia poſtulanda; ut legitur & notatur *Extra. de immunit. Eccle. decet.* §. *ceſſent confabulationes. li.* 6. *Authen. ut licet matri & aviæ.* §. *quia verò ita. Coll.* 8.

e *Indicavit.* i.e. Oſtendit.

f *Aſſerens &c.* Verbum hoc indicavit.

g *Non Negotiationis.* Alias licitæ, ut *infrà* patet, ibi, *licet in eo &c. ar.* ff. *de nundinis. l.* 2. *in fi.*

h *Funiculis facto flagello &c.* Prout probatur hæc auctoritas *Joh.* 2. *c.* & *Luc.* 19. *c.* & 1. *q.* 1. *qui ſtudet. in fin.* ubi de hoc per *Gui.* 1. *q.* 3. *ex multis.* Plenius exponitur hæc auctoritas 16. *q.* 7. & *hic diximus.*

i *Ejiceret.* Et ſic Exemplis hoc indicavit ſeu operibus.

k *Speluncam latronum.* Ut habetur in auctoritatibus *ſuprà. in glo. proxi. prout.* Hoc etiam 88. *di. conſequens.*

l *Cum in hujuſmodi.* Probat quòd Domus Dei, ſcilicet per hujuſmodi Negotiationes, efficiatur Domus Diaboli, propter circumventiones ſaltem capcas in illis.

l *Se invicem decipiant.* Quod non eſt licitum Jure Poli, cùm Apoſtolus dicat ad *Theſſa.* 4. *cap. Voluntas Dei eſt &c. ne quis circumveniat in negotio fratrem ſuum.* Sed nunquid hoc idem ſit generaliter verum de Jure Fori? Videtur quòd ſic: quia naturaliter licet contrahentibus ſe invicem decipere. ff. *de minori. l. in cauſa.* 2. §. *ulti.* ubi exponit *Gloſ. naturaliter*, id eſt, Jure Gentium. ff. *locati. Item ſi pretio.* §. *quemadmodum. in fi.* Sed contra videtur: ſaltem in Eccleſia, quæ in ſuis contractibus dolum facere non debet. *Extra. de donat. per tuas.* §. *ulti.* Et hoc notat *gl.* 10. *q.* 2. *hoc jus poteſtatum. ver. ut plus.* Solutio. Ex imaginativo ſeu callido proposito non licet aliquo Jure ſe invicem decipere, hoc enim non foret conveniens alicui bono viro; ut notat *Gl.* ſignanter ff. *de Re. Juris. l. ſemper in conventionibus.* Aliter autem abſque ſatentione fallendi deceptio quæ ſit ipſa re, dum tamen non fugrit exceſſiva, propter neceſſitatem hominum in hujuſmodi negotiationibus, etiam in contractu Eccleſiæ, non reprobatur per legem Fori. *Extra. de contrahen. empti. c.* 1. & *ca. dilecti.* Imò imputet Emptor ſuæ propriæ fatuitati, quòd ſic ſit deceptus; quaſi ipſemet ſe deciperet, quando Venditor dolo & ſtudio fraudandi caret. *Ar.* ff. *de neg. geſt. l. ſi pupilli.* §. *ſed & ſi quis negotia.* & §. *videamus. ar.* ff. *quod vi aut clam. l. prohibere. in fi.* 1. *reſpon.* & facit quod notatur *infrà. in gloſſa proxi.*

m *Intendant decipere.* Et ſic turpis quæſtus & peccatum non ambigitur intervenire: *de pœni. diſ.* 5. *doleat.* §. *in omnibus.* & *ca. qualiter.* aliàs ſecus, ut in *gloſſa proxim.* & dixi *ſuprà. in Conſtitut. Otho. Eccleſiaſt.* §. 1. *ver. appetant.*

n *Eapropter.* Secunda pars.

o *In Eccleſiis.* Nec earum Cœmeteriis, ut ſupplerur in Textu confirmante hanc literam. *Extra. de immun. Eccle. ea. decet.* §. *ceſſent in Eccleſiis. lib.* 6. *Johannes de Athon.*

p *De aliquibus rebus.* Etiam neceſſariis ad uſum Sacrificiorum; ut *ſuprà.* 1. *reſpon. ver. licet.*

q *Mercatum teneat.* Id eſt, nec forum venale, nec nundinas, ut dicto §. *ceſſent in Eccleſiis. libro* 6. *ar.* C. *de Spectacu. l. ſi qua. libro* 11. Quis enim delinquere audet, ubi ſalutem petit. *Authen. ut licest matri & aviæ.* §. *pe. Colla.* 8.

r *Negotiationem.* Pro hoc termino ſcias, quòd *Negotiatio* eſt in re comparata ad hoc, ut per venditionem ejuſdem rei & immutationem lucrum obveniat. Ubi autem quis rem comparat, non ut eam integram & immutatam vendat, ſed ut materia ſit aliquid inde operandi, ibi Negotiatio non rectè dicitur. 88. *diſtin. ejicientes.* quæ eſt *Palea*, ut hic notat *Gui. Extra. de cenſi.* *quanquam. verſ. negotiandi. libro* 6. *Negotiatio quid proprie dicitur.*

s *Ab omnibus.* Eorum Subditis. *Extra. de Conſtituti. ut animarum. lib.* 6.

t *Faciant obſervari.* Sic *ſuprà. eadem Conſtituti. Deus omnipotens.*

---

u *Juſtus & miſericors.* Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà. in Conſti. Otho.*

x *Non vult mortem.* Ut ſcribitur hæc auctoritas *Ezechielis* 18. & 33. *cap.* Item & in Canone. 23. *q.* 8. *bis à quibus. prope finem.* 32. *q.* 2. *admonere*, circa medium. *de pæ. di.* 3. §. *item quod frequenter. ver. videmus ad.*

y *Hominum.* Scilicet Prædeſtinatorum ad vitam, quorum maculas ſtudet Deus temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuitate non vult videre. *de pæ. di.* 1. *ſi peccatum David. ver. ab electis.* Temporalis enim pœna imponitur ad emendationem morum hominum: ut *ſuprà. in Præfat. ante Conſtit. Otho.*

z *Æternaliter non condemnet. de pæ. di.* 1. §. *illi.* & facit quod dixi *ſuprà. in glo. proxi. Jo. de Athon.*

a *Et non pereant peccatores.* Miſericors enim Deus neminem vult perire. 1 *ad Timo.* 2. *cap. in prin.* & 2 *Petri* 3. *cap. Extra. de bapt. ejuſq. c. majores.* §. *cautè.* Notat *Gui. Extra. de immunit. Eccle. decet.*

gimur, [a] iram juſti Judicis mitigarent, ut, [b] in miſericordiam converſâ Juſtitiâ, peccatores juſtè non conſumantur pro ſuis meritis, ſed pro clementia conditoris miſericordiam conſequantur. [c] Hoc ipſe Dei filius, [d] quàm acceptum ſibi ſit, verbis & operibus [e] indicavit, Eccleſiâ (cum ſit Deus omnium) ſpecialiter [f] aſſerens domum ſuam, eam [g] non Negotiationis ſed Orationis domum voluit nominari; tantum abhorrens in Templo Negotiationis commercia exerceri, ut de [h] funiculis flagello facto vendentes & ementes de Templo [i] ejiceret, licet in eo, quæ ad uſum † Sacroſanctorum erant neceſſaria, venderentur; aperte ſignificans, quàm deteſtabile ſit illorum delictum, qui Mercata in Eccleſiis faciunt, & Negotiationes exercent, de domo Dei [k] ſpeluncam latronum, & domum Diaboli facientes, [l] cùm in hujuſmodi contractibus [l] ſe invicem decipiant, vel [m] intendant decipere contrahentes. [n] Eapropter diſtrictiùs Inhibemus, & inhibendo Statuimus, ut [o] in Eccleſiis quibuſcunque noſtræ Legationis nullus [p] de aliquibus rebus venalibus [q] Mercatum teneat, nec ullam proſus [r] Negotiationem exercere præſumat. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis in virtute obedientiæ firmiter injungentes, ut hoc ſalubre Statutum per cenſuram Eccleſiaſticam [s] ab omnibus inviolabiliter [t] faciant obſervari.

† *M. S.* Sacrificiorum.

Quod fiat Proceſſio pro Pace Regni.

¶ Summarium.

In toto Regno Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, *fiat quotannis Proceſſio publica & Solennis ab omnibus Chriſti fidelibus in Craſtino Octavæ Pentecoſtes pro Pace jam obtentâ ſemper conſervandâ, & terrâ Sanctâ recuperandâ.*

[u] Juſtus & miſericors Dominus, qui [x] non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat, [y] hominum peccata quandoq; punit temporaliter, ut [z] æternaliter non condemnet, juſtè viſitat, & miſericorditer affligendo caſtigat, ut convertantur ad eũ, [a] & [u] *Juſtus & miſericors.* Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà. in Conſti. Otho.*

[x] *Non vult mortem.* Ut ſcribitur hæc auctoritas *Ezechielis* 18. & 33. *cap.* Item & in Canone. 23. *q.* 8. *bis à quibus. prope finem.* 32. *q.* 2. *admonere*, circa medium. *de pæ. di.* 3. §. *item quod frequenter. ver. videmus ad.*

[y] *Hominum.* Scilicet Prædeſtinatorum ad vitam, quorum maculas ſtudet Deus temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuitate non vult videre. *de pæ. di.* 1. *ſi peccatum David. ver. ab electis.* Temporalis enim pœna imponitur ad emendationem morum hominum: ut *ſuprà. in Præfat. ante Conſtit. Otho.*

[z] *Æternaliter non condemnet. de pæ. di.* 1. §. *illi.* & facit quod dixi *ſuprà. in glo. proxi. Jo. de Athon.*

[a] *Et non pereant peccatores.* Miſericors enim Deus neminem vult perire. 1 *ad Timo.* 2. *cap. in prin.* & 2 *Petri* 3. *cap. Extra. de bapt. ejuſq. c. majores.* §. *cautè.* Notat *Gui. Extra. de immunit. Eccle. decet.*

Contrahentes an poſſint ſe invicem decipere?

decet. ver. eorum. li. 6. Et est argumentum pro errore *Origenis*, qui dicit omnes homines finaliter esse salvandos: 15. *di. sancta. §. item Origenis.* quia *nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11. c. in fi.* Nam est summè Misericors, ut hic, & summè Potens, ut *supra. c. provi. in prin.* ac est summè Justus. *Supra ea. Const. in prin.* Sed secundùm Beatum *Grego.* Minima gutta sanguinis fluentis à latere Christi justè fuisset sufficiens pro peccatis omnium hominum redimendis: ergo sequitur conclusio *Origenis.* Quam opinionem perversi quidam Christiani etiam modernis temporibus fovere nituntur per revelationem factam Beato *Paulo*, quando raptus fuit usque ad tertium Cœlum, ubi audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui: 2 *ad Cor. 12. c.* quæ non poterunt esse alia quàm summæ hujus misericordiæ. Nam de Justitia, & cæteris virtutibus, loqui satis licet hominibus; sed Misericordia ejus super omnia opera ejus. Unde tanta misericordia non cadit in ore hominis. Contrarium tamen est verum: cùm per mala opera, & præcipuè per quæstum impium, Domus Dei sit spelunca latronum effecta. Væ igitur animæ talis hominis, qui periit ti noratus à terra. 16. *q. 7. & hic diximus*, & *E tra. de sum. Tri. c. 1. §. 1. in fi.* & ibi, *redditurus singuli. secundùm opera sua &c. Matth. 25.* dicitur, quòd ibunt in supplicium æternum: & si æternum, ergo sine fine, & sic nunquam liberabuntur. Notat *W. co. ti. de sum. Tri. c. fidei. §. 1. ver. pro omnia in Cle.* & facit ad ea quæ dicam *infrà. ea. Con. regnum Cœlorum. §. ulti. in glo. est enim lata.*

Damnabuntur aliqui, contra Origenem.

a *Unde quando.* Versiculus.

b *Dividunt.* Nam peccata nostra nos separant à Christo, & conjungunt familiæ Diaboli. 11. *q. 3. audi denique. Jo. de Athon.*

c *Ipse.* Sc. Deus.

d *Pestilentias. Pestilentia*, secundùm *Isid. 4. Etymol.* dicitur, quasi *pestis lentia*, eò quòd velut incendium depascendo totum corpus incendit: à *Peste*, & *Lentes*, quod est plenum, quasi peste plena. Et hoc morina, sive morbus, secundùm eum, est contagiosum, quod dum unum apprehendit, celeriter ad omnes transit: gignitur à terra, aut ex aqua, aut ex aere. *Hug.* verò dicit, quòd Pestilentia est idem quod Pestis, sed propriè Pestis nomen est morbi: Pestilentia verò id quod de se efficit. Unde Versus,

De fructu sterili poterit Clades bene dici:
Dicitur hæc Strages occisio facta per hostes:
Quæ venit ex pastu corruptio, fit tibi Pestis.

Pestilentia quid est.

e *Fames.* Hoc verbum denotat cladem: de qua habetur C. *de sacrosan. Eccle. Authen. perpetua.* Et nota hic famem descendere ex ira Dei. 16. *q. 1 revertimini. §. si quando fames. Non enim affliget Dominus fame animam justi. Prover. 10. c.*

f *Et bella.* Quorum sunt sex causæ. Prima, quia non puniuntur maleficia. *Ar. 23. q. 2. domus Dei. ver. sit gens.* Secunda est, abundantia temporalium. *Gen. 13. c. Facta est rixa inter pastores Abraham et Lot.* Tertia, quia non in pugna occupamur contra Dæmones. *ad Eph. 6. c. Non est colluctatio adversùs carnem &c. supra. ea. Consti. cum in armis. in prin.* Quarta, quia non consideramus damna Guerræ, in qua divitias, corpora, & animas perdimus. *Ferem. 46. c. Fortis incedit in fortem &c.* Quinta, quoniam non consideramus dubium eventum belli. 2 *Reg. 11. c. Varius est eventus belli.* Sexta, quia non servamus Dei Præcepta, nec Decimas solvimus. *Isa. 16. Utinam attendisses præcepta &c. 16. q. 1. revertimini.* Unde quod non capit Christus, tollit Fiscus. 16. *q. 7. majores.* Notat *Gui. 23. q. 1. noli.* Idem notat *Jo. An. Extra. de re judi. c. ad Apostolicæ. ver. pacem. lib. 6.*

Bellum habemus propter sex causas.

g *Quibus.* Sc. malis.

h *Peccatis eorum exigentibus.* Nam propter multitudinem peccatorum excitat in nos Dominus persecutionem. 7. *q. 1. suscitaris. §. 1.* Imò ad punitionem perversorum Subditorum dat Dominus quandoque malum Principem, & iniquum Prælatum. 6. *q. 1. deteriores. in fi.* plenius 8. *q. 1. audacter.* ut etiam legitur de Rege *Saule. Oseæ 8. cap.*

i *Ex hoc.* Secunda pars: & die, *ex hoc*, quod legitur & notatur *supra. ea. Const. in proœ. super §. nos igitur. in prin.* unde dic ut ibi.

k *Quod.* Sc. Regnum *Angliæ* inclytum.

l *Pacis pulchritudine.* Per exuberantiam dilectionis Charitatis. *de pœ. di. 2. charitas.* Quam ubique refrigescere conspicimus, proh dolor! his diebus.

m *Bellis afflictum est.* Debellantes namque multiplex pœna ferit dolorosa: bellum enim Christianis pugnantibus supplicium infert, Legibus etiam eorum punitur vesani, ac mendicata paupertas eos deprimit repentinè: ut legitur & notatur *Authen. de armis. in prin. Coll. 6.*

n *Miserabiliter desolatum.* Bella namque, lites, concupiscentiæ, & libidines, schema Naturæ etiam ad servitutem pervertunt. *Authen. quibus modis na. effi. sui. §. 2. Col. 7.* Sic ergo tanta providentia nostræ sollicitudinis est adhibenda. *Authen. de app. cog. §. omnibus. Coll. 8.*

multipliciter temporibus istis & [n] miserabiliter desolatum: & (quod pudori & dolori est [o] toti populo Christiano) Terram Sanctam, [p] in qua ipse Dei filius salutem humani generis [q] operatus est, tradidit in manus hostiũ nominis [r] Christiani, ut propter delicta nostra nos terræ tã Sanctæ habitationis [s] indignos ostendens, populũ Christianũ ad bellandum bellum suum [t] exerceat ad salutem. [u] Ipse verò Dominus, quos diligit, arguit & castigat, [x] qui [y] vulnerat [z] & medetur, cõversus

o *Toti populo Christiano.* Et præcipuè *Anglicis*: ut sic Legatus hoc specialiter innuat de subditis suis, quibus pudor hujusmodi signantiùs ascribitur; quia morum honestas, & virium strenuitas, quæ in *Anglicis* plusquam in cæteris gentibus antiquitus fovebatur, jam per vitiorum sordes & pigritiam à nobis imprœparantur collabi; non absque dedecore & detractione præconii prædapti. *Ar.* in hoc quod dixi *supra. ea. c. in proœ. §. nos igitur. in principio.*

p *In qua.* Sc. Terra Sancta.

q *Operatus est.* In carne.

r *Christiani.* Illi verò nostri hostes dicuntur: cæteri verò Prædones seu Latrunculi appellantur. ff. *de cap. & postli. l. hostes.*

s *Indignos.* Hæc ratio non videtur multùm urgere, quia ipsi Pagani & infideles habitatione tam Sanctæ Terræ minus digni fore videntur; & sic minus dignum magis digno cedere debet. *Ar. 13. distin. duo mala. ff. de Reg. Furis. quoties nihil.* Nisi fortè dicamus malos Christianos, qui Legem Dei suã ex malitia pertinaciter abjiciunt, pejores esse Paganis vel *Saracenis*, qui hujusmodi Legem nunquam noverunt, nec receperunt. 11. *q. 3. ad mensam. in prin.* Cùm minus malum esse legatur, viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retrorire. *Extra. de Apost. c. quidam. in fi.* Sed quicquid de hoc dicitur, meliorem reputo rationem, quæ sequitur. *Christiani mali sunt Paganis pejores.*

t *Exerceat ad salutem.* Ut sic delicta nostra, de quibus pœnitet, cor quentius redimantur, & meritum in nobis augeatur: eò enim plus commendatur gloriosa victoria, quò gravior & fortior fuerit pugna; ut dixi de resistente stimulis carnis *supra. in Consti. Otbo. licet ad profugandum. in prin.* primæ magnæ Glo. *Jo. de Athon.*

u *Ipse verò.* Tertia pars, in qua resumit materiam prætactam *supra. c. 1. respons.*

x *Qui.* Sc. Dominus quos diligit, castigat: ut *Eccle. 22. ad Hebræ. 12. c.* Unde *Psal. Castigans castigavit me Dominus &c.* De qua materia plenè legitur & notatur 23. *q. 4. ea vindicta.* ubi etiam habes dictum prohibitum, saltem scriptum. *Proverb. 4. c. Quem diligit Deus corrigit, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Unde *qui parcit virgæ, odit filium suum. Proverb. 13. c.* Item legitur, *quia acceptus eras Domino, necesse fuit, ut tentatio probaret te*; ut plenius haberur de hac materia in dicto *cap. ea vindicta.* Quæ auctoritates ad literam multùm faciunt contra extraordinarium amorem, quo quidam filios suos sic diligunt, ut eos etiam pro excessibus vilibus juvenili calore obrepentibus castigare negligant, nè contristent: quo frequenter evenit, quòd filii hujusmodi disciplinas non experti, postea in adolescentia diversis insolentiis dediti, in peccatorum puteos, quandoque verò ad interitum pessimum libentiùs prolabuntur. 47. *distinc. necesse est.* Unde Versus,

Castigatio est signum amoris.

Filii sunt castigandi.

Si tibi dum puer es, fiat sapientia vilis,
Quando senex fueris, remanebit mens puerilis.
Quando puer crescis, metuendaque nulla pavescis,
Illi decrescit honor omnis, quando senescis.

Cùm tamen pietas tunc exerceatur, quando filius castigatur qui diligitur: ut signanter legitur 5. *q. 5. non osculatur.* alioquin Pater talis meritò punietur. 37. *di. legem Episcopi. in fi.*

y *Vulnerat.* Sed dulciora sunt vulnera talis amici, quàm blanda oscula inimici. 5. *q. 5. non osculatur.* Dicit enim Dominus per Prophetam, *Si mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum:* sed hoc sequitur.

z *Et medetur.* Unde sic atrociter non vulnerat, quin curet à morte, nisi alius sequatur eventus ex graviori culpa ipsius sauciati. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *supra. ea. Consti. in prin. ar. ff. de offi. Præ. l. illicitas. §. sicuti.*

a *Ad orationes fidelium.* Facit quod notatur *c. proxi. 1. respon. ver. iram justi Judicii.*

b *Non continet.* Ut in *Psal. Non continebit in ira misericordias suas.*

c *Iratus fuerit.* Ut aliàs dicitur, *Iratus animus percutit. Extra. de re. Ecc. non alie. si quis Presbyterorum.* Sed contra: quia sic per hoc videtur Deus commutabilis, cùm aliquando desinat irasci, ut hic statim sequitur; quod tamen dicere est contra fidem. *Extra. de sum. Tri. firmiter. in prin.* ibi, *incommutabilis.* Apud illum nulla est commutatio. *Jaco. 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quòd autem dicitur *iratus*, i. e. signum majoris iræ ostendens. Cùm enim in reos justè punitionis sententia profertur, irasci eis, qui hoc patiuntur, videtur. *de pœ. distin. 1. sed contingit.*

d *Misericordiæ recordabitur.* Contritis sc. & humiliatis &c. ut legitur & notatur *Extra. qui Cle. vel vo. c. 1.* Dixi de hoc multùm *supra. ea. Consti. domus Dei. 1. respon. ar. de pœ. di. 1. non sufficit.* Unde Versus, *Si tua tu punis peccata, Deus tibi parcet. Si tibi tu parcis, punct illa Deus.* Et cùm ompis Christi actio nostra sit instructio: 12. *q. 1. exemplum.* legitur & notatur *de conse. di. 1. solennitates. in prin.* ergo, exemplo Christi prætacto, non debet aliquis mortaliter sic irasci, quin contritis & humiliatis velit misereri. Nam *Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis.* Ut plenius notatur *Extra. de postul. Prala. c. 1. versi. ulcisci.* & dixi *supra. ea. Consti. ad tutelam. §. nos igitur. in prin.* Imò diligenter consideret quilibet, volens reputari modestus, Versus sequentes,

Non est prudentis citò propter frivola gentis
Perdere vim mentis, sed iradere talia ventis.
Ultio festina sit multis sæpe ruina.
Dat mora consulta plus quam properatio stulta.

Ira est triplex. Est autem triplex species Iræ, prout elicitur ex *Evang. Matth. 5. c.* nam quædam in animo nascitur, & continuatur, sed usque ad exteriorem injuriam non producitur; de qua ibi dicitur, *Qui irascitur fratri suo, reus erit Judicio.* Est & alia, quæ procedit ad generales contumelias; de hac ibi dicitur, *Qui dixerit fratri suo, Racha*, i.e. contumelias ei ingesserit, *reus erit Concilio*, i. e. gravi Judicio reus erit. *Racha* vero Intetjectio est, rancorem animi & indignationem animi æstuantem designans. Est autem tertia species Iræ, sc. quando quis ad speciales contumelias prorumpit, & tunc gravius in peccatum incidit; de qua ibi dicitur, *Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit Gehennæ ignis. Matth. 5. c.* Nam quanto graviores sunt contumeliæ, tantò illum, qui contumelias ingerit, culpæ fœtor damnabilius corrumpit: ergo tu Christiane, Iram fuge, quæ hostis est Sapientiæ, & deviat à ratione, excedit mensuram Justitiæ, amicitias rumpit, fœdera dividit, concordias perimit, aufert pacem pectoris, excludit Sabbatum perennitatis; ut notatur per *Gui. 55. distin. si Evangelica. in prin. ar. 11. q. 3. ira. & c. ad mensam.* Ad quod facit Versus, *Ira furor brevis est, tempestas cordis, & ignis.*

e *Malis cessantibus.* Ut sc. Deus pestilentias, & fames, & cæteras plagas, de quibus legitur *supra. 1. respon.* misericorditer moveat & depellat: 16. *q. 1. revertimini.* & hoc est primum quod hic petitur à miserante Domino, alia tria hic statim sequentur in litera, *afflictis &c.*

f *Eapropter.* Quarta pars, in qua post multas moralitates prætactas descendit propiùs ad intentum, antiquitatem præmittens.

g *Deliberatione provida.* i. e. Super licito stabilita. Hoc autem dico, quia duplex reperitur Deliberatio. Est enim *Deliberare*, multa in animo congesta versare, & removere, & subtiliter excogitare quid propositorum potius sit faciendum. Venire autem contra Deliberationem vacillantem omninò peccatum non est, & licet circa meritorium agitetur, vel saltem venialissimum est, cùm sit dare gradus in peccatis venialibus: ut notatur 29. *dis. §. alias. ver. lingua.* Item *Deliberare*, est ex multis versatis aliquid eligere, & proponere facere: & tunc venire contra Deliberationem talem super actu licito peccatum est mortale, secundùm *Hug. 17. q. 1. qui bona*, ubi dicitur in Textu, quòd alias meritum perdunt, quod tamen non fit, nisi per mortale peccatum, secundùm *Hug.* ibidem, quasi hoc casu votum violari tacitè videatur.

h *Certis temporibus.* Putà, temporibus Rogationum ante Ascensionem Domini, quando cantantur Litaniæ pro Pestilentiis, & aliis Plagis amovendis. *de conse. di. 4. Rogationes.* Facit quod notatur *supra. §. proxi. in glo. si.* Per hunc namque modum legimus *Ninivitas* urois eversionem evasisse. *Luca 10. de pœ. distin. 1. Ninivita.* Ad tres quoque Processiones in anno Christum in terris nos instruxisse canit Ecclesia. Prima fuit in Purificatione Matris Domini, quando ipse à Matre sua & Parentibus cum Oblationibus est in Templo præsentatus. Secunda Processio generalis fuit, quando Christus pro salute nostra ad Passionem venturus, à fidelibus turbis processionaliter cum laude & gloria est receptus. Nam in *Evangelio Jo. 12. c.* legimus: *Acceperunt ramos Palmarum. & processerunt obviam.* Nos igitur cum Plebe *Hebræa* dicamus, *Cum prece, voto, hymnis, assumus ecce tibi.* Tertia Processio generalis fuit tempore Ascensionis Domini, quando Christus Discipulos suos foras usque ad montem *Oliveti* duxit, ubi videntibus illis Cœlos ascendit: sic ergo ad imitationem Discipulorum Christi omnes Fideles, tam Clerici quàm Laici, Sacerdotes Christi insequentes, non autem usurpativè deridentes, hujusmodi tempore debent egredi, & illuc dirigere gressus suos, & corporis ostensiones, & mentis intentiones, quo sciunt suum Redemptorem præcessisse; aliàs qui ad Processionem tantam ire, & Crucem, & suum Vexillum, sc. Regis nostri sequi, per causam sc. improbabilem, se retrahit seu, retardat, ipse sibi testis est, quòd Christi miles non est, nec de Christi exercitu debellator. *Ar.* ad omnia prædicta *Authen. de sanctissi. epi. §. si quis etiam cum sacra mysteria.* cum *§. se.* usque ad *§. si quis etiam in hoc casu, Col. 9.* in eo quod legitur & notatur de Litaniis 37. *distin. quando.*

Processio triplex per Christum facta fuit.

i *In quibus.* Sc. Processionibus.

k *Zelo Devotionis.* Hic ergo *Zelus* accipitur in bona significatione. Sic aliàs cùm dicitur, *Zelus domus tuæ comedit me. 23. q. 3. qui peccat.* Accipitur etiam quandoque in significatione mala, ut 30. *di. si qua fœmina.* ita quod accipitur pro insecutione amoris vel invidiæ. Unde Versus,

Zelus amor tibi sit bonus, aut saltem invidiosus.
Zelus suspicio, necnon imitatio Zelus.
Zelo cupit nimium, sic invidet, ac imitatur.

Legitur & notatur *Authen. de Monachis. §. cogitandum. in fi. Colla. 1.*

Zelus qualiter accipitur.

l *Ad miserandum.* Et hoc ratione ut dixi *supra. §. proxi. in glo. si. in fi.*

m *Dominum provocaret.* Sc. populus castigatus, quod est *supra*, & Deo reconciliatus. Aliàs enim, cùm is qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur, sc. preces non exaudiendo, pœnam infligendo, vel cadere permittendo; ut legitur & notatur per *Gui. 49. di. c. 1.* Item orans non meretur, cùm fiducialiter non postulat, sed tentando. Unde legitur, "Tentans Deum ejus misericordiam non provocat, sed potiùs ejus iram excitat: *Posuistis Vos tempus miserationis Domini, & in arbitrio vestro diem constituistis ei. Judith. 8. c. Fo. de Athon.*

Oratio exauditur, si per placentem Deo perrigitur.

n *Et nè.* Versiculus assignans aliam causam principalem Processionis faciendæ. Nam præmisit *supra. ea.* §. unam causam principalem, sed ad implorandum Dei misericordiam in amotione Plagarum.

o *Vitio ingratitudinis.* De quo legitur & notatur *supra. ea. Con. gratia. in prin.* Propter hoc namque Domini liberalis munificentia meritò revocatur. *C. de liber. & eorum liber. l. 2. ff. de revocan. donat. l. fi.* Unde legitur, *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci. ad Hebræ. ulti. c.*

p *Laudes exsolvat.* Sc. populus castigatus ad Processionem conveniens, exemplo Imperatoris Sanctissimi *Justiniani. C. de offi præfecti prator. Af. l. 1. §. ergo post tanta beneficia. Fo. de Athon.*

q *Quod nos.* Quinta pars. Et dic, sc. antiquos Patres: ut patet *§. proximo.* in principio.

r *Dignâ æmulatione.* i. e. Amorosâ imitatione. Et pro expositione istius termini, dic ut notatur *supra. ea. Con. unitatē. §. nos igitur. in pr.*

s *Præcipimus.* Ergo pœnam habet hoc præceptū, si non fiat. 14. *q. 1. quod præcipitur.* Sed tamen quicquid diximus, hoc Præceptum à Regnicolis *Angliæ* non servatur quoad scientiam; super quo vide quod notatur *supra. in Con. Otho. quoniam de habitu. 1. respon. in glo. hæc Constitutio. Fo. de Athon.*

t *Fiat.* Ad convocationem Præsidentis in loco.

u *In qua.* Sc. Processione solenni: de qua legitur *infrà. ea. Consti. Moniales. §. ultimo.*

x *Convenientes.* Etiam per hujusmodi Indulgentias. *Ar. Ex. tra. de reli. & vene. sanctorum. c. 1. §. fi. in Cle.* De hujusmodi Indulgentiis quantitatibus dixi *supra. de reli. & vene. sanctorum. c. 1. §. fi. in Cle.* De hujusmodi tamen vincula.

Indulgentiæ qualiter sunt obtinendæ.

† *M.S.* Iram non convertit.

Peccator puniens se, non punitur à Deo.

† MS. Denariis Indulgentialibus.

tamen Indulgentiis caveat pœnitens, nè eum intentio mala decipiat. Si enim diceret in corde ſuo, " pro † laboribus Indulgentiarum, vel pro tot laboribus piis poſſum habere Remiſſionem ſeptem annorum Pœnitentiæ meæ; non valet ei Remiſſio, ex quo fundat intentionem ſuam in collatione Denarii, vel alterius rei, quod dat vel facit: ſed ſi credat, quòd Eccleſia poſſet talem Remiſſionem facere, quæ illum ad aliquod bonum opus faciendum invitat cauſa Devotionis, quaſi in recompenſationem illius quod ſibi relaxatur, tunc valet ei talis Remiſſio: & hoc notat *Hug. de pæ. di.* 1. *quem pœnitet.* Nam & ſimplex Sacerdos in foro pœnitentiali annos & dies, habitâ Deliberatione præractâ, pro voluntate ſua diſcreta poteſt indulgere: ut notat *Gui. poſt Inno. Extra. de pæ. & remiſ. indulgentiæ. li.* 6. Sed vide illud quod notatur 13. *q.* 2. *tempus. in fi.*

a *De pace.* Pax eſt tranquillus actus, ſecundùm *Iſido.* vel id eſt tranquilla libertas, ſeu diſcordiæ finis, ut notat *Gui. Extra. de offi. le. c.* 1. *li.* 6. Utinam itaque Pax prædicata labiis cum voluntate concordet. 83. *di. Diaconi qui. in fi.*

b *Deo gratias exſolventes.* Ut patet per Leges allegatas *ſuprà. co.* §. *prox. in gl. fi. & ar. Extra. de reli. fi Dominum.* 1. *reſ. in Cle.*

c *Orent.* Hujuſmodi Orationes extraordinariæ ſunt, ſed de Horis ordinariis, & breviter de tota materia Orandi, notat *Fo. An.* per modum *Summæ. Extra. pe reliq. & ve. ſi Dominum.* §. *pe. ver. orationes. in Cle.*

d *Converſo furore ſuo.* Hoc dic ut notatur *ſuprà eo.* §. *ipſe verò. in glo. ſic alibi.* Et pro iſto termino dicas, quòd dicitur *furor* nunc amor, nunc indignatio: *Ira* dicitur Furor furioſus, quia ferarum ritu fertur; unde dici conſuevit, *hic furit*, i.e. iraſcitur, vel ſævit; inde furibundus, i. e. valde iratus, ſecundùm *Pap.* Notat *Gui.* 50. *di. Hudeat. ver. furor.*

e *Gubernacula dirigat.* Ut patet in *leg. all. ſuprà.* §. *proxi. in glo. fi.*

f *Pacem fidelibus tribuat.* Scil. tam mentis quàm corporis, cùm non ſit niſi pacis auctor: ut legitur & notatur per *W. Extra. de ſepul. dudum.* §. 1. *in Cle.* Nam ſi regnet murmur peccati mortalis, vel inquietatio exterior, non habitat ibi Chriſtus: ut ibi notat *W.*

g *Rubricavit.* Per ſuum ſanguinem, quem ibidem fudit, ſpecialiter intitulavit Chriſtus. Sic *Extra. de bap.* §. 1. *ver. cautè tamen.*

h *Ad laudem nominis ſui.* Nam jubet Apoſtolus omnino, *Quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo. ad Col.* 3. *c.* ut ſic honorificetur in omnibus miſericors Dominus & juſtus.

fideles tam Religioſi quàm Sæculares, [a] de Pace miſericorditer reſtitutâ [b] Deo gratias exſolventes, [c] orent ad Dominum, ut ipſe, [d] converſo furore ſuo, Regnorum & terrarum ipſarum [e] gubernacula dirigat, [f] Pacem fidelibus tribuat, & reſtitutam concordiam continuet, & confirmet, & Terram Sanctam, quam ſuo proprio ſanguine [g] rubricavit, [h] ad laudem & gloriam nominis ſui reſtituat cultui Chriſtiano.

De legendis Conſtitutionibus.

¶ Summarium.

Archiepiſcopi & Epiſcopi cuſtodiæ gregis ſui vigilanter ſuperintendentes, & circa reformationem ejus ſoliciti, Conſtitutiones Sanctorum contra pravos mores latas faciam obſervari, & hujus Concilii Conſtitutiones ſinguli Prælati in ſcriptis habentes, quotannis in Synodis ſuis faciant perlegi.

[i] HOnoris Eccleſiaſtici [k] conſervatio Catholicæ Fidei [l] unitatem & [m] meritum præbens & augens, gratiam & pacem perquirit à Domino Populis Chriſtianis, & apud miſericordem Patrem pro Sanctæ Matris Eccleſiæ reverentia [n] placabilia & exauditione digna facit Vota Juſtorum. [o] Ex diverſis verò diverſa & contraria prorſus eveniunt, ut fidem & unitatem ſcindant, [p] conculcata Religio iram & indignationem Omnipotentis [q] effundat ſuper Populum exlegem, per ſua [r] deſideria inordinata naufragantem, [ſ] & inexorabilem reddat miſericordis Domini pietatem. [t] Proinde ad ſervanda hujuſmodi, poſitos à Domino [u] ſuper cuſtodias Gregis ſui, Archiepiſcopos & Epiſcopos falubriter Excitamus, & eis in virtute [x] ſanctæ obedientiæ diſtrictè Præcipimus, ut ad Eccleſiarũ & Eccleſiaſticarum perſonarũ [y] tuitionem ſeu cuſtodiam ſollicitè invigilent, & intendant circa reformationem ipſarũ, Paſtoralem curã & [z] operam ac intentã diligentiã apponentes, [a] per quæ Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plurimum [b] ad reſtaurationem [c] & conſervationem poterunt adjuvari. [d] Contra eos verò, qui in his eorum Juriſdictionem & opus impedire tentaverint, Sanctorũ Patrum, *Romanorum* Pontificum, & noſtras Conſtitutiones [e] contra talia promulgatas obſervent, & faciant obſervari, ſub pœnis quæ in his Conſtitutionibus [f] exprimuntur. [g] Nè autem ignorantia [h] Conſtitutionum ipſarum [i] ab earum obſervantia quenquam poſſit [k] avertere, [l] Præcipimus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, [m] Abbatibus, & Prioribus exemptis, necnon & Cathedraliũ Eccleſiarũ Capitulis, ut omnia Statuta hæc, quæ [n] in hoc noſtro Cõcilio ſunt promulgata,

i *Honoris Eccleſiaſtici.* Hæc Conſtitutio non habetur *ſuprà. in Con. Otho.*

k *Converſatio.* Sc. honeſta.

l *Unitatem.* Sc. præbens, quod *infrà* ſtatim ſequitur.

m *Meritum.* Sc. augens, quod eſt *infrà*, & ſic referas ſingula ſingulis.

n *Placabilia.* Sc. facit vota, & etiam facit illa eſſe vota, ut exaudiantur: hoc vult dicere hæc Litera.

o *Ex diverſis.* Verſiculus.

p *Conculcata.* Id eſt, oppreſſa.

q *Effundat.* Prout utrumque hujuſmodi probatur *de pæ. di.* 1. *ver. Reges quoque. & v. Saul.* cum *c. ſe.* uſque ad *c. hinc pœnitens.* & dixi *ſuprà. eo. in proœ.* §. *ſanè.* in magna *gl.* poſt medium.

r *Deſideria inordinata.* Virga modeſtiæ & diſcretionis non communita. *ſupra. eo. conſti. in proœ.* §. 1. *ver. ſed effrænis.*

ſ *Et inexorabilem.* Id eſt, Orationes ibi fuſas obaudientem propter demerita eorum pro quibus oratur: non tamen Eccleſia habet ceſſare à profuſione precum, ut ponitur per multas auctoritates *de pœni. diſtin.* 1. *importuna.* *Eccleſia ſemper o. rare debet.*

t *Proinde.* Secunda pars.

u *Super cuſtodias gregis ſui.* De hoc dic, ut legitur & notatur *ſuprà. in Conſt. Otho. quid ad venerabiles.* 1. *reſpon.*

x *Sanctæ obedientiæ.* Sic *ſuprà. eod. Conſt. paſtor bonus.* §. *ſanè.*

y *Tuitionem.* Facit *infra. eod. Conſti. ad tutelam.* per totum.

z *Operam ac intentam diligentiam.* Ergo nedum per ſuum Officium promotum, ſed ex ſuo mero Officio: de quibus Officiis dixi *ſuprà. in Con. Otho. ad elidendum.* §. *in utroque. in glo. fi.* & vide hic quæſtionẽ quam quæſivi *ſuprà. eadem Conſtitutione. ad tutelam.* §. *ad hæc. in glo. unde Rector.*

a *Per quæ.* i. e. Per quas curam, operam, & diligentiam.

b *Ad reſtaurationem.* Sc. deperditorum.

c *Et conſervationem.* Sc. retentorum.

d *Contra eos.* Verſiculus.

e *Contra talia.* Sc. oppreſſiva Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum, ut legitur & notatur *ſuprà. eo. Conſti. ad tutelam. ar. Extra. de con. in prin.*

f *Exprimuntur.* Ubi plenè in ipſis Conſtitutionibus ſunt expreſsè; ut ſatis dixi *ſuprà. in Conſt. Oth. ad clamorem. ver. in adjutorium. in gl. fi.*

g *Nè autem ignorantia.* Tertia pars.

h *Conſtitutionum ipſarum.* Sc. Papalium, ſeu Noſtrarum in hac parte.

i *Ab earum.* Sc. Conſtitutionum.

k *Avertere.* Per aliquam palliationem coloratam. *Ar. Extra. qui ma. ac. poſſunt. c. cum in tua. ff. de decre. ab or. faci. l. ulti.*

l *Præcipimus.* De hoc dixi *ſuprà. in conſti. proxi.* §. *ulti. in prin.*

m *Abbatibus.* Repete, *exemptis*, qui Juriſdictionem habent ſeparatam extra Jus Commune; ut patet exemplum in *Conſti. Otho. cum non ſolum.* §. *ultimo.*

n *In hoc noſtro Concilio.* Sc. à Proœmio iſtarum Conſtitutionum uſque huc. Et ſic eſt hic *Ar.* quòd Tractatus hic ſequens de Monachis non fuit editus, nec publicatus in dicto Concilio iſto, nec eſt perlegendus in Synodis Epiſcopalibus, nec Provincialibus.

a *In*

a *In ſcriptâ.* De hoc dixi *ſuprà. in Con. Otbo. in proœm. §. fi. Johannes de Athon.*

b *Annis ſingulis.* Ex ſuperabundanti hoc fit; de Jure ſufficeret notitia poſt publicationem unicam, unà cum fluxu duorum menſium à tempore publicationis hujuſmodi, ad arctandum quemcunque Subditum. *Authen. ut novæ conſtit. §. ſancimus. Cod. 6. ff. de pub. & vect. l. ul. §. licet.* Et dixi de hoc *ſuprà. ea. Con. ad tuclam. in fine.*

c *De verbo ad verbum. Ar. ff. de legi. l. Jure Civili.* Non tamen per hoc intendit circumducere rectam intelligentiam verborum; ut *eo. tit. l. ſcire leges. Extra. de ver. ſig. in intelligentia. & c. prætorea. Johannes de Athon.*

[a] in ſcriptis habeant, & ipſi Archiepiſcopi & Epiſcopi eadem in Synodis ſuis, [b] annis ſingulis, [c] de verbo ad verbum, perlegi faciant diligenter.

De Monachis, & Canonicis Regularibus, & Monialibus.

¶ Summarium.

Monachorum, præcipuè Ordinis Sancti Benedicti, *quibus Primatum dat, reformationem proximis inſtituet Statutis.*

d *Regnum Cœlorum.* Hic incipit materia de Monachis, quæ uſque ad finem iſtarum Conſtitutionum durat, ſalvo eo quod dixi *ſuprà. Con. proxi. §. ult. ver. noſtro concilio.* Et hic Tractatus non habetur *ſuprà. in conſti. Otbo.* niſi quatenus tangit *C. audivimus.*

e *Manſionibus multis.* i. e. Meritorum præmiationibus diverſis, ut ibi patet.

f *Teſte veritate.* i. e. Chriſto dicente, *In domo Patris meæ multæ Manſiones ſunt. Johan. 14. c. in prin. de pœ. di. 4. §. porro.* aliàs *§. finis.*

g *Quaſi de Torculari.* Quod calcavit Chriſtus preſſuris diverſis; ut legitur *Iſa. 43. c.*

h *Incolas.* Sc. ibidem perpetuò manſuros. *Ar. c. de incol. l. 2. l. 10.*

i *Per varias ſemitas.* Ut patet in his quæ dixi *ſuprà. ea. Conſt. in proœ. §. ſanc. in prin.* magnæ *glo.*

k *Extra mundi contagia.* Sc. quaſi in exilio, i. e. extra naturale ſolum debent Monachi eſſe ſequeſtrati: ut notat *Gui. 45. diſ. cum beatus.* ita quòd quietè, occupatio ibus Sæcularibus vel mundanis non dolentes nec implicati, contemplatione jugi & meditatione triſti juxta ſenſum nominis Monachalis Domino famulentur. *16. q. 1. ſi cupis. & c. placuit. 2. Extra. de ſyndico. c. 1.* Notat *W. Extra. de exceſ. Præla. c. frequens. in prin. in Cle.* Abſit ergò quòd Monachi aliqui ſe retrahant ad vitam activam, ſeu mittant manum in aratrum reſpicientes retrò, *Extra. de Apoſt. c. quidam.* & ſic non ſint apti Regno Dei. *Luc. 9. Extra. de voto. magnæ. §. 1.* Ad aratrum verò retrò reſpicit, qui poſt exordium boni operis ad mala revertitur, quæ reliquit; ſecundùm *Greg. de pœ. di. 2. pœnitet.* Legitur & notatur per *Gui. Extra. de elec. quorundam. in prin. li. 6.* Quid ergo dicemus de Monachis noſtri temporis, qui Regulam Sancti *Benedicti*, quam ſervare voto voverunt Domino tempore Profeſſionis, in paucis articulis ſequi dicuntur, quinimò eidem Regulæ non abſque impugnatione calumnioſâ, necnon & Canonibus ac Traditionibus Sanctorum Patrum indies contrariantur expreſsè: ut patet in negligendo recitare Canones, ut *infrà. c. proxi.* in acceptione pecuniæ pro calceamentis, ſeu aliis neceſſariis comparandis, & aliis pleriſque ſpeciebus proprietatis; ut *infrà. c. quia vero.* & *c. quidam.* & *c. ad firmam.* & *c. venalium.* Item de eſu carnium, & pretioſitate ciborum. *infrà. c. ad hæc quoniam.* & *c. ibid.* cum duobus *c. ſe.* Item in venditione Liberationum, & diminutione Jurium Canonicorum, ut *infrà. ea. c. volentes. in fi.* Item in annuali redditione ratiociniorum. *infrà. c. de Prælatis.* Et breviter in pluribus quaſi, nè dicamus in ſingulis, arctam viam Regularem, quæ ducit ad vitam, abſcicientes: de qua *infrà. c. proxi. ad hæc quoniam. in prin.* in laxam latitudinis viam, quæ ducit ad mortem miſerabilem, declinare feſtinant. *infrà. ea. §. ſi.* Certè eos, niſi detractâ Regulâ, quam profeſſi ſunt, ſalvare neſcio, quin pœnas ſtatutas incurrant: vel ubi certæ pœnæ ſtatutæ non ſunt, quin ſaltem mortaliter peccent. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in Con. Otbo. Baſilicarum. §. & ut. in glo. hujuſmodi contemptus.* Nam multò ſalubrius eſſet Religionem non intrare, quàm Regulam profeſſam infringere: *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. in prin.* hujus *glo.* quia *Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur boſpes. Extra. de jureju. c. quemadmodum. §. 1.* Contemptores verò Canonum non qualicunque ſimplici peccato mortali peccant, ſed in Spiritum Sanctum, inſtinctu cujus Canones facti ſunt. *80. di. illud. 20. q. 1. conſuli fac.* & *50. di. ſi Diaconus.* & *c. ſi ille. de pœ. di. 1. §. quod autem. ver. ſicut eſt hæc blaſphemia.* Nec eos excuſat abuſus eorum tempore diutuſnus, quaſi tranſgreſſio Præcepti Divini ſeu Canonici periculum ſalutis inducit: ibique tanto ſunt graviora peccata, quanto infæliciem animam detinent diutiùs alligatam. *Extra. de conſu. c. cum tanto. ff. de re milit. l. qui cum uno. §. levius.* Nec eos certa ſcientia, tolerantia, ſeu deſidia Abbatis in hoc excuſat, quod dicam *infrà. ea. conſti. porro. §. nos autem. in prin.* magnæ *glo.* quia contra præcepta Regulæ non valet Abbatis diſpenſatio expreſſa, puta, quod habeat Monachus proprium, vel hujuſmodi. *11. q. 3. ſi quis Epiſcopus.* cum *c. ſe. & ſe.* Salvo eo quod notatur *infrà. ead. Conſti. §. quia vero. in magna glo.* In prima quæſtione ergo multò fortius, nec in talibus excuſat Monachum ſola diſpenſatio Abbatis, cùm plus operetur conſenſus expreſſus quàm tacitus. *ff. de re milit. l. expreſſa nocent. C. de conſti. pecu. Authen. ſi quando. in fi.* Imò licèt dicamus in plurimis Præceptis contra Regulam Abbatem diſpenſare poſſe, ut dicam in *gl. infrà. ead. Conſti. porro. §. nos autem.* ut *ſuprà a*, tamen hoc verum eſt tantùm, quandocunque eſt utraque diſpenſatio; quia Abbas in lance mentis ſuæ directè penſat & moderat, quid magis expediat, ſequi Regulæ & Canonis rigorem, vel ei æquitatis diſpenſationem præferre, an Monachus hoc admittit benigno favore & zelo obedientiæ, non proterva vel occultatione ſimulatâ, ut ſic Diſpenſatio dicatur diſcreta Penſatio; ut notat *Gui. extra. de elec. licet Canon. ver. carere. li. 6.* Alioquin etiamſi Papa diſpenſaret ſine juſta cauſa cum Monacho in talibus prohibitis, peccat diſpenſans, & ille cum quo diſpenſatur; ut ſignanter notat *Inno. extra. de ſta. Mo. cum ad Monaſterium. in glo. niſi ex cauſa.* Remedium ergo neſcio, niſi quòd emendent Senes, id quod peccaverint Juvenes. Nam *in quacunque horâ peccator converſus fuerit, & ingemuerit, vita vivet, & non morietur. Eze. 18. & de pœ. diſ. 1. §. hoc idem. infrà. ead. Conſti. c. ſi.* Alioquin propter ſalutis diſpendium, cùm nec Regulæ coarctatio, nec Canonum coertio, nec Dei Reverentia, remedii vel emendationis aliquid attulerint, ſummè timendum eſt de ſubverſione tantæ Religionis: ita quòd propter eorum obſtinatam improbitatem Dominus Vineam ſuam aliis agricolis locabit excolendam. *Matth. 21. c. Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ead. Conſtitut. cum honeſtatis. in glo. penult.* Dignum eſt enim ut careat nomine, qui caret operis & rei executione. *68. diſ. §. quod autem. C. de Epi. & Cle. l. decernimus. in fi. C. de defen. ci. l. defenſores nihil. C. de feri. l. à nullo.* Novit ille, qui nihil ignorat, me hæc non ſcripſiſſe in detractionem Sanctæ Religionis, ſed ad reconciliandum ædificationem modeſtiæ Regularis. *infrà. eo. §. ſi.*

Monachorum converſatio.

Papa ſine cauſa diſpenſans peccat.

Ad ſtatus Mendicantium ſit perfectior quam aliorum Religioſorum.

Perſus.

Canonum contemptores peccant in Spiritū ſanctum.

l *Variis præmiorum ſtipendiis.* Hæc Regula exponit illud quod legitur & notatur *ſuprà. c. in prin.*

m *Inter omnes.* Secunda pars.

n *Hujuſmodi.* Scilicet incedentes, ſcilicet per Pœnitentiæ ſemitas.

o *Et Deo proximum.* In factis ergo meritoriis, ſicut in Jejuniis, Orationibus, Vigiliis, & hujuſmodi, magis præmiabitur Religioſus, qui ſeipſum Deo obtulit, quàm Sæcularis; nam & magis pœnitet in factis meritoriis. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *40. diſ. bono Chriſtianus.* Notat *W. Extra. de reli. & ven. ſanc. c. 1. §. 1. prope fi. ver. in cibum. in Cle.* Juxta quod dubitari poſſet, an ſtatus Mendicantium ſit perfectior quàm iſtorum? Videtur hic quòd non. Item Apoſtolus dicit, *Beatius eſt dare quàm accipere. Act. 20. c. in fi.* & ſcribitur *Extra. de celebratione Miſſa. c. cum Marthæ. §. 1. ver. ſanc.* Quæ ratio facit, quòd ſtatus bonorum, qui dant de proprio, præcellit utrumque ſtatum præfactum. *40. diſ. nihil eſt.* Sed contrà facit pro Mendicantibus illud Evangelii *Matth. 19. cap. Ecce relinquimus ut omnia &c.* Et facit quod notatur *ſuprà. ead. conſti. Chriſtiana. §. ex his. in glo. tanquam bona.* circa medium. Solutio hujuſmodi dubitationis Theologis eſt relinquenda; ut notat *W. Extra. de Regularibus. ut profeſſores. ver. non mendicantium. in Cle.*

p *Ordinem Monachorum.* Quorum vita ſubjectionis verbum habet. *7. q. 1. hic nequaquam. §. ſi.*

q *Gratia & nomine Benedicti.* Ut ſic nomen ſuum ſit conveniens rei. *Inſti. de donat. §. eſt & aliud.*

r *Docente Spiritu Sancto.* Donum hujuſmodi ſuperat omnem Legem, ut ſcribitur Metricè,

Tu ſpiras ubi vis, tua munera dividis ut vis:
ut notat *W. Extra. de reli. do. c. 1. in fi. in Cle.*

Spiritu Sancto, inſtitutum & elevatum ad [a] chariſmata meliora, quantò per [b] altioris vitæ gradus à diebus antiquis de terrenis triumphantem attendimus, & Regnum Dei Sanctà violentiâ [c] rapientem, tantò cura major Nobis [d] illius incumbit perſeverare decorem, munire [e] ſanctimoniam, [f] & immiſſionem per Angelos malos præcludere, atque illatos ab hoſtis gladio & inſidiis ſanare languores.

[g] Quoniam igitur hæc Sancta Religio, aliquibus [h] ſolutis [i] conſtantiæ nodis, in luxum labentem ad tramites [k] latitudinis, quæ ducit ad mortem, miſerabiliter declinavit, [l] Occurrimus ſub Divino conſilio & ſpe cœleſtis adjutorii, ut [m] Officii noſtri debito circa opportunam reformationem ſalubriter [n] inſiſtamus.

De *Profeſſione Novitiorum facienda.*

¶ Summarium.

Omnis utriuſque ſexûs, cujus intereſt, Novitiorum ſuſcipere Profeſſionem, niſi eam juxta Conſtitutionem Legati Othonis Portuenſis *Epiſcopi, ſtatim elapſo anno Probationis, ſuſceperit, aut Novitium ſeu Novitiam recuſantem exire coegerit infra menſem poſt elapſum annum, nec Canonicum habuerit impedimentum, omnibus ſextis Feriis in pane & aqua jejunet, donec illum aut illam profiteri coegerit. Neque cuiquam Novitio ante Profeſſionem committatur Officium aut Miniſterium.*

[o] SAnè bonæ memoriæ *Otho Portuenſis* Epiſcopus, Sancti *Nicolai* in carcere *Tulliano* [p] Diaconus Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, inter alia de ſtatu Monachorum providâ deliberatione [q] Conſtituit, [r] ut quicunque admiſſus eſt [s] in Monaſterio ad probationem, [t] Profeſſionem incontinenti faciat anno probationis elapſo, aut exeat de eodem. Alioquin Abbas vel Prior, qui aliquem ſine Profeſſione ſuſtinuit ultra annum, per Præſidentes in Capitulo [u] graviter puniatur, & Novitius, qui ſic fecerit, profiteri cogatur, vel [x] haberi debeat pro profeſſo.

[y] Nos autem, ut expreſſa [z] inſtans pœna coerceat, quos dilata †& tacita ſub confidentia impunitatis [a] non cohibet à delicto; adjiciendo Statuimus, ut [b] Abbas, Prior, vel Abbatiſſa, [c] cujuſcunque Ordinis vel Religionis exiſtant, qui [d] Novitium profiteri [e] non [f] fecerint, anno Probationis elapſo, niſi Canonico fuerint [g] impedimento detenti, vel Novitius ille [h] Monaſterium exierit infra menſem, tamdiu in omnibus ſextis Feriis in

---

a *Chariſmata.* Gratioſa dona, vel pretioſa, & potiora Spiritûs Sancti.

b *Altioris.* Aliàs, arctioris.

c *Rapientem.* Sc. *Ordinem*, quod eſt *ſuprà*.

d *Illius.* Sc. Ordinis Sancti *Benedicti*.

e *Sanctimoniam.* De qua dixi *ſuprà. eod. Conſtitut. quia plerumque.* §. 1. De hoc etiam habetur *Extra. de Simo. quoniam Simonica.*

f *Et immiſſionem per Angelos malos.* Ut in *Pſ. Attendite populus meus Legem meam.* Sed de Angelis bonis, & eorum miniſterio, notat *W. Extra. de re. & venera. ſanctorum. c. ſi Dominum.* §. 1. *ver. ex miniſterio. in Cle.*

g *Quoniam igitur.* Tertia pars.

h *Solutis.* i. e. Diſſolutis, ſeu laxatis.

i *Conſtantiæ.* Sc. Regularis.

k *Latitudinis quæ ducit ad mortem. Eſt enim lata via quæ ducit ad perditionem, & multi tranſeunt per eam. Matthæi 7. c.* Nunquid ergo plures damnabuntur, quàm ſalvabuntur? Videtur quòd ſic, per auctoritatem prædictam. Contra videtur per hoc quod legitur & notatur per *Orig. ſuprà. ea. Conſt. juſtus.* 1. *reſpon. poſt prin. ver. miſericors enim.* Sed ibi illa opinio reprobatur: tamen Solutionem hujus quæſtionis credo Patrem in ſua poteſtate retinuiſſe; ut notat *W. Extra. de ſum. Tri. & fi. Ca. fidei.* §. 1. *ver. omnium.* Nam potens eſt ſemper Deus in morte, ut liberet prout vult, quos ex juſtitia damnare poſſet. *de pœ. di. 7. c. ulti.* & per totum.

Damnabuntur ne plures quàm ſalvabuntur.

l *Occurrimus.* Contra labilem luxum prædictum. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *ſuprà. in Conſti. Otho. uſum.* §. *huic igitur. in prin.* Si enim pro cauſis corporalibus in præcedentibus cogitavimus, quantò magis pro Animarum ſalute eſt providentia noſtræ ſolicitudinis adhibenda? *Authen. ut cum de ap. cog.* §. *omnibus. Colla.* 8.

m *Officii noſtri debito.* Sic *ſuprà. ea. Conſt. in proœ.* §. *ulti.*

n *Inſiſtamus.* Quæ diligens inſiſtentia apparet per traditionem Articulorum ſic ſequentium: itaque hoc tantùm videtur quaſi Proœmium ad ſequentia, Regulam Sancti *Benedicti* confirmantia, & ducentia ad Regnum Cœlorum. De quo *ſuprà. e. c. in prin.*

o *Sanè.* Continuatur Tractatus de Monachis.

p *Diaconus Cardinalis.* Sed poſtea *Portuenſis* Epiſcopus factus. *Suprà. ea. conſti. in proœ.* §. *ulti. ver. ulti.*

q *Conſtituit.* Sc. *in conſti. Otho. audivimus.* §. *adjicimus.* ubi de hoc notatur. *Jo. de Athon.*

r *Ut quicunque.* Sc. major XIV. annorum, & ubi Habitus Novitiorum ab Habitu Profeſſorum non ſunt diſtincti; & ſic totum illud dictum eſt planum per Decretum. *Extra. de Regulari. is qui. li. 6.* & *eo. ti. eos. in Cle.*

s *In Monaſterio.* Non Mendicantium, quia in Mendicantibus aliquid aliud Statuitur. *Extra. de Regulari. non ſolum. & c. ſe. li. 6.*

t *Profeſſionem.* Sc. expreſſam: & dicitur *Profeſſio* à *profitendo*, ut notat *W. Extra. de elec. c. 1. ver. profeſſionem. in Cle.*

u *Graviter puniatur.* Et cùm de correctione illorum, in his quæ concernunt Regulam, agitur, tunc de plano proceditur. *Extra. de accu. c. pe.* Sed quando contra Religioſum Prælatum proceditur, ut ab Adminiſtratione amoveatur; tunc ordo Juris, qui in veritate Facti conſiſtit, non autem in Juris ſubtilitate, ſervandus eſt. *Extra. de accu. qualiter.* 2. §. *ſi.* ibi, *non credimus uſquequaque &c.* & notatur per *Doc. eo. c. ver. pervenerit.* & dicto *c. pe. in fi.* In caſu verò propoſito eſt jam pœna certa de plano infligenda. *infrà. proxi.* §. *in fi.* & adde quod dicam *infra. eod. Conſti. porro. in glo. ut tractat.*

Proceſſus contra Religioſos qualis eſſe debet.

x *Haberi debeat pro profeſſo.* Sc. tacitè: ſed plus inducit Profeſſio expreſſa quàm tacita. Notat *Gui.* 54. *di. ſi ſervus. ar. infrà. eo.* §. *ſi.* Imò hic compellitur expreſſam facere Profeſſionem. Cætera tacita in iſto primo reſponſo refricantur *infrà.* §. *proxi.* Unde ibi dicenda cum his quæ ſcripſi *ſuprà. in Conſti. Otho. audivimus.* §. *adjicimus.* hîc, ſi placet, tibi ſufficiant.

y *Nos autem.* Secunda p.

z *Inſtans pœna.* Quæ plus faceret quàm comminata. *C. commi. epi. vel program.* per totum. & hic ſequitur.

a *Non cohibet à delicto.* Ut ſic quos timor Dei a malo non revocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeveritas diſciplinæ; & quos favus mellis non leniat, fellis amaritudo compeſcat; Legitur & notatur *Extra. de elec. cum in cunctis.* §. *ſi.* & temporalis pœna corripiat, quos Spiritualis non corrigit diſciplina. *Extra. de hæreti. vergentis.*

†*M. S.* Mens ſub tanta confidentia.

b *Abbas.* Potius eſt nomen Officii quàm Dignitatis. Notatur 50. *diſtin. accedens.* Item potius eſt nomen ſolicitudinis, quàm Ordinis vel Honoris, ut notatur *Extra. de ætа. & quali. c. tuam. in glo. pe.* & notat *W. de reſcrip. c. 1. in prin. in Cle.* Non tamen ab eis omnem honorem abdico, ut *ſuprà. in Conſti. Otho. quoniam Tabellionum. Extra. de privil. Abbates. li. 6.*

Abbas, an ſit nomen honoris.

c *Cujuſcunque Ordinis.* Non ergo hoc Statutum reſtringitur ad Ordinem Monachorum tantùm, ut patet *ſuprà. in Conſti. audivimus.*

d *Novitium.* Sic dictus eſt hic ante anni lapſum, ut legitur & notatur *Extra. de Regularibus. eos. in Cle.* Aliter tamen quandoque accipitur *Novitius*, ut notat *W. Extra. de ſta. Regula. nè in agro.* §. *ſanè. in fi.*

e *Non fecerint.* Cùm tamen hujuſmodi Novitii in ejus obedientia ſint conſtituti: qui ſi inobedientes fuerint, punientur; ut legitur & notatur *Extra. de ma. & obe. cum in Eccleſiis. in fi.*

f *Fecerint.* Sc. dicti Prælati ſeu Præſidentes.

g *Impedimento.* De hoc dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. Baſilicarum.* §. *& ne. in glo. pe.*

h *Monaſterium exierit infra menſem.* A tempore anni probationis elapſi. Et ſi dicamus hic loqui in caſu tacito, *ſuprà. e. c. 1. reſponſ. ver. ut quicunque.* tunc continet hic moderatio menſis benignam & Specialem diſpenſationem in tacitè profeſſis per lapſum anni, ut in *Decre.* ibi *all.* cùm poſt Profeſſionem veram exiens redeundo

cum ſi,

deundo ad Sæculum, à Fide & Religione retrò abeundo, communi Jure dicitur Apostatare; ut legitur & notatur 50. *di. c. pe. in fi.* ubi notat *Gui.* duo genera Apostatarum, scilicet à Religione ad Sæculum, & à Fide ad cultum Idololatriæ. C. *de Apost.* per tot. tum. Quòd verò vult Regula Religiosorum non Mendicantium non corrigibiles Subditos fugitivos, seu pertinaciter obstinatos à Monasterio excludi, ut legitur & notatur *Extra. de majo. & obe. cum Ecclesiu. in fi.* non intelligas, quòd propter hoc absolvantur ab observantia Regulari; quia secundùm hoc multi post Professionem affectarent taliter deponi: sed excluduntur à mensa communi, & communi Capitulo, & à communi Dormitorio, retrudendi in aliquo Ergastulo, seu loco Carcerolo; ut ibi notatur per *Ab.* & *Jo. An.* & notatur 27. *q.* 1. *quod si pœnitentiam. ver. facile.* Patet *ea. Consti. pervenit. in fi.* & *Extra. de Regulari. nè Religiosi.* De hoc notatur per *Glo. & Doc.* ubi notatur in Regula contineri, quòd exiens primâ vice reconciliatus recipiatur, sic secundò vel tertiò. Postea verò, tunc sciat omnem reversionis aditum denegari: quod tamen intelligitur, ut *suprà* dixi.

Monachus fit à Monasterio expellitur, ubi ponitur.

†M. S. alia.

a *Jejunent.* Scil. Prælati in hoc negligentes, maximum quia bonum pervenit ex Jejunio. *de conse. di. 5. sunt tibi.* Legitur & notatur per *Gui.* 35. *distin. sexto die.*

b *Donec.* De hoc termino dixi *suprà. ea. Consti. domus Dei. §. quod si Rector. ver. donec.*

c *Novitium.* Non exeuntem infra mensem post lapsum anni probationis.

d *Fecerint.* i.e. Ipsi Prælati compulerint.

e *Nulli quoque.* Tertia pars.

f *Antequam Professionem.* Sc. expressam. De tacita verò, quæ fit post lapsum anni Probationis, ut *suprà* dictum est, non fuit dubium, cùm ante omnem Professionem non dicitur perfectè Religiosus, sc. quoad tractandum contingentia statum Monasterii. *Extra. de elec. ex eo. §. ulti. li. 6.* Sed an percutiens Novitium non professum sit Excommunicatus? Tenent *Inno.* & *Hosti.* quòd non: quasi non sit persona Religiosa, ut ipsi notant *Extra. de Regularibus. c. statuimus.* Eorum tamen opinio in hac parte confunditur. *Extra. de sen. Excom. c. Religioso. §. fi. li. 6.*

Novitium percutiens est Excommunicatus.

g *Committatur. Extra. de elec. nullus. lib. 6.* Plenius habetur hoc *Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. sanè Prioratu. in Cle.*

h *Cum eo tempore.* Sc. quamdiu remanet Novitius.

i *Regulari disciplinæ. Ar.* in hoc quod legitur & notatur 18. *q.* 2. *nullam.* Et facit ad hoc quod scripsi *supra. ea. Consti. in proœ. in prin.* Ut tamen scias secundùm Regulam Sancti *Benedicti* disciplinam Monachi deliquentis in VII. gradibus consistere. Primò enim fit secreta monitio. Secundò, publica Capitularis correctio. Tertiò, simplex seu minor Excommunicatio. Quartò, Jejunii infictio. Quintò, flagellorum publica Capitularis capulatio. 20. *q.* 3. *propositum. & 27. q. 1. nec aliqua.* Sextò, ad Dominum pro peccato communis Oratio. Septimò, de Monasterio expulsio; vel verius, perpetuæ Pœnitentiæ impositio, per modum quem dixi *supra. §. prox. in glo. à tempore. in fi.* Hoc notatur per *Hostien. & Jo. An. Extra. de Regularibus. nè Religiosi. in fi.* Est autem *Disciplina* rerum quarumcunque obedientialis scientia. Notat *Gui. 1. distin. consuetudo.*

Monachi Disciplina in septem gradibus consistit.

k *Vt ad talia.* Sc. Officia & Ministeria.

l *Valdè pernocivum.* Cùm per significet hic *valdè*: ergo duplicatio geminat attentionem intellectus. *Ar.* in hoc quod notatur ff. *ad Trebell. l. balistis.*

m *Dignoscatur.* Est & alia hujusmodi ratio, quia in Magistrum assumi non debet, qui formam Discipuli non assumpsit, sc. Regularem Disciplinam plenè experiundo in gradu inferiori; ut *suprà. in prin. §.* Patet *Extra. de elec. cum in magistrum. ar. C. de leg. tu. l. ubi. i. respon. 1. q. 7. convenientibus. §. non oportet nos. 16. q. 1. sic tibi ve. & c. se. Jo. de Athon.*

Ut Constitutiones Sanctorum Pontificum legantur.

¶ Summarium.

Juxta Constitutionem dicti Legati, jubentis ut Prælati continuò post Regulam scribi faciant Constitutiones Summorum Pontificum, ad morem præcipuè pertinentes, ut sunt in hoc Statuto memorate, Statuit, ut eas sic scriptas Magister Novitiorum ita diligenter ipsos Novitios

n POrro. Continuatur cirta Monachos.

o *Cùm ignorantia mater erroris.* 38. *d. c. 1. & c. si juxta.* Et dixi *supra. in Consti. Otho. sacer Ordo. ver.* illiteratos.

p *Vt cæcus.* De quo notatur *supra. ea. Consti. Christiana. §. 1. in glo. cæcus.*

q *Illius.* Sc. ignorantiæ. *Ar. supra. ea. Const. in proœ. §. pessi.*

r *Decrevit.* Sub generalitate quæ tangitur *supra. in Consti. Otho. auditorum. §. fi.*

s *Post Regulam.* Quæ Regula in Capitulo debet legi & exponi in vulgari propter simplices. *Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. regula quoque. in Cle.* Simplicitas enim seu modica literatura in Monacho non videtur vituperanda, cùm bonus Monachus vir bonum Clericum faciat. 16. *q.* 1. *legi.* Sed nescio, an hanc considerationem habeant Religiosi Professionati, qui licèt habeant aliquos dociles, & ad proficiendum in studio habiles, eos tamen ad Studium mittere, seu exhibitionem talibus ministrare, multum abhorrent de bonis Monasterii, licèt abundet divitiis ad habendum equos pinguissimos, & alia delicata. Sed verius credo hoc non procedere ex zelo Insistendi Contemplationibus devotis, ut intendit auctoritas præacta per *c. legi.* quinimò ex invidiæ felle, nè aliqui inter eos sapientiores vel meliores fiant, qui eorum quandoque Idiotarum insolentias increpent per Scripturas, nec eorum pianda piacula falce labiorum succidant; sicque tales invidi Legem *Fusiam Caninam*, olim propter ejus iniquitatem abrogatam, resuscitare nituntur, dum nec sibiipsis prosunt, nec alios proficere permittunt, sed retrahunt potius, & obtrectant. *Ar. Insti. de leg. Fus. Can.* in Textu, & in *glo.*

t *Constitutiones.* De quibus sequitur.

u *Gregorii, Papæ Noni.* Qui sic vocatur quasi *regens Gregem*, cujus Constitutiones in corpore Canonis sub distinctis Titulis locatas, Librum *Decretalium* nuncupamus; ut patet *Extra. in proœ.* quo *Gregorio* non residet vir eminentioris ingenii in Cathedra Piscatoris; ut ibi notat *Jo. An.* sicut idem asserit *Gui.* de *Bonifacio* VIII. *Extra.* in Salutatione ante *proœm. li. 6.*

x *Ex parte tua.* In illo Capitulo dicitur, quòd qui ultra unum annum defert Habitum Monachalem, licèt tacitè præsumatur professum esse, Regulam tamen secundùm formam Ordinis expressè compellitur profiteri, ut sic illa *Decretalis* concordet Juri novo; de quo legitur & notatur *suprà. in Consti. proxi.*

y *Statuimus.* Ubi infra Probationis annum potest Novitius redire ad Sæculum, nisi expressam Professionem fecerit, vel tacitam; vel nisi appareat ipsum voluisse sitam absolutè mutare. Secundò dicitur, quòd ubi Habitus Novitiorum & Professorum non sunt distincti, tempore Professionis Vestes debent benedici.

z *Nè Religiosi.* Ubi dicitur, quòd Religiosi fugitivi sunt † revocandi, & ad Monasteria redire cogendi: super quo vide quod dixi *supra. c. proxi. §. nos autem. in glo. a tempore. in fi.*

†M. S. add. annuatim.

a *Monachi.* In illo Capitulo cavetur, primò, quòd Monachi pretio ad Monasteria non debent recipi, nec soli debent per villas, vel per Parochias ire; aliàs pœna imponitur recepto & recipienti; de quo *infrà. eod. Consti. Monachos.* Secundò dicit in *cap. Monachi.* quòd Regularis quicunque peculium habere non debet, nisi propter administrationem sibi injunctam, contrarium verò facientibus imponit † tertiò pœnam. *infrà. eod. Consti. proxi.*

Monachus an peculium possit habere.

†M. S. duplicem.

proxi. Tertiò dicit *c. Monachi.* quòd Prioratus vel Obedientiarii precio non conferantur; alioquin danti & recipienti pœna imponitur. Facit *infrà. ea. Conſti. ad firmam.* Quartò dicit *c. Monachi.* quòd ubi Priores per electionem Canonicam in Conventualibus Eccleſiis inſtituuntur, niſi propter crimen, aut majoris Monaſterii utilitatem, non revocantur.

a *Cùm ad Monaſterium.* Ibi tractatur de veſtibus & atyrio Monachorum, & de pleriſque aliis modeſtiam concernentibus Monachalem: quæ *Decretalis* hodie innovatur, & obſervari præcipitur. *Extra. de ſtatu Monachorum. nè in agro. in Cle.* Tamen in ſingulis Regnis ibi ſtatuuntur novem Articuli circa reformationem Monaſteriorum: primò ſtatuens, quòd Provincialia Religioſorum Concilia ſingulis trienniis celebrentur; & hoc innotatur *c. nè in agro.* Sed tamen in hac parte non ſervatur, quia non eſt ſtatutum quis hoc exequatur.

b *Ea quæ.* Ubi tractat in prima parte de correctione Monachorum per Viſitatores faciendâ. Ubi notat *Inno.* pravam Conſuetudinem, de qua ibi loquitur, per quàm imponebatur nimis levis, vel, ſecundùm *Hoſtienſem*, nimis rigida pœna, ita quòd propter hoc fiebant plures Apoſtatæ; cùm tamen pro menſura peccati debet eſſe Plagarum modus. *Deut. 25. cap. in prin.* In ſecunda parte illius *cap. ea quæ.* tractatur de correctione Abbarum: de qua dixi *ſuprà. Conſti. proxi. 1. reſpon. in glo. & cum.* Sed nunquid Viſitatores poſſunt Abbatem removere? Dic, Aut loquimur de Viſitatoribus ſimplicibus, qui non ſunt Judices, & tales non poſſunt removere, ſed habent Epiſcopo hujuſmodi denunciare. *Extra. de ſtatu Mona. in ſingulis. ver. itaque.* ubi de hoc notatur per *Inno. & Hoſtienſem.* Aut loquimur de Viſitatoribus, qui etiam ſunt Judices, & tales poſſunt bene removere, ſive ſint ſpeciales, ſive generales. *Extra. de reſcrip. c. dilectus. 1. Extra. de elec. per inquiſitionem. Jo. de Athon.*

c *Quoniam Simoniaca labes.* In illo Capitulo tractatur, quòd Religioſi extunc per Simoniam recepti cum recipientibus de Monaſterio ſunt repellendi, & in aliis Monaſteriis ad agendam perpetuam Pœnitentiam detrudendi.*

d *Monachi.* Illud Capitulum dicit Religioſos ſeipſos in Clauſtro percutientes pro Abſolutione ad Sedem Apoſtolicam non mittendos, ſed per Abbatem vel Epiſcopum cohibendos.

e *Univerſitatis.* Ubi dicitur, quòd Abbas, qui fecit ſuum Monachum verberari per Laicum, & etiam ipſe verberans, ſunt Excommunicati, nec ab alio quàm à Papa ſunt abſolvendi.

f *Cum illorum.* Ubi Excommunicatus pro violenta manuum injectione ſcienter recipit Ordines, ſi eſt Sæcularis, tunc eſt deponendus; ſi eſt Religioſus, ab Ordinibus eſt ſuſpenſus. Item qui ignorat jus vel factum, cùm Excommunicatus fuerit Ordinatus, cum eo ſolus Papa, ſi ſit Clericus Sæcularis: ſi tamen ſit Religioſus, tunc ſuus Prælatus cum eo poterit diſpenſare, ſi ignorantia ſit probabilis; niſi exceſſus ſit enormis.

g *De Monialibus.* Ubi Epiſcopus poteſt Moniales abſolvere Excommunicatas pro quacunque violenta manuum injectione.

h *de Fidejuſſoribus.* Verſiculus.

i *Quod quibuſdam.* Ubi dicitur, quòd ſi ſine Prælati licentia & majoris partis Capituli Religioſus fidejubeat, vel mutuum det, in evidentem Monaſterii utilitatem non converſum, Conventus non obligatur, ſed ipſe acriter punietur.

k *Si quorundam.* In illo Capitulo continetur, quòd ſi Prælatus gravet ſuam Eccleſiam pro debitis alienis, ab Adminiſtratione Suſpenſus redditur, & Eccleſia non tenetur. *Decretales* verò prædictas in Textu ſic ſummavi propter ſimplicitatem Juniorum; ut *ſuprà. c. c. poſt prin. in glo. quæ regula.*

l *Nos autem.* Secunda pars.

m *Magiſtri Novitiorum.* Qui Magiſtri debent eſſe ſenes, & in Regula experti: *Extra. de ſta. Mona. nè in agro. §. Regula. ver. novitiis. in Cle.* quia zelus, id eſt, amor eis juvenibus ad virtutem creſcit, ſi cum ſenioribus conſtituantur. Fiet enim ſenum converſatio, juvenum educatio perfecta. Unde illud Moralium, Mores à conjunctis formantur. Ut in *Pſal.* legitur, *Cum ſancto eris ſanctus &c.* Et hæc leguntur & notantur *Authen. de Monach. §. cogitandum. in fi. Coll. prima.*

n *Eos.* Sc. Novitios.

o *In Regula.* Quæ dicitur Spiritualis norma vivendi; ut legitur & notatur per *Gui. 3. di. Regula. in prin. ar. 54. di. multos. in fi. 61. diſtin.* Unde hic loquitur de Regula, ſcilicet quorumcunque Religioſorum, ut ſequitur; in qua tria ſunt Subſtantialia, Humilitas Obedientialis, Abdicatio Proprietatis, & Cuſtodia Caſtitatis, ut legitur & notatur *Extra. de ſta. Mona. cum ad Monaſterium. §. ſi.* Et notatur *c. nè in agro. 1. reſpon. ver. juxta tamen diſpoſitionem Abbatis. in Cle.* Per quam literam videtur, quòd nihil præter prædicta eſt ita præceptum ſeu imperatum in Regula Sancti *Benedicti*, quin ad diſpoſitionem Abbatis proprii valeat relaxari: ut ibi notat *W. Extra. 16. q. 1. ſunt nonnulli.* Unde per omnia alia ei obediendum eſt, quamvis grave præcipiat, dum tamen notoriè de ſe non ſit impoſſibile, damnoſum, vel mortale: ut ipſe notat *eod. tit. nè in agro. §. peccatum. ver. ad monitionem Abbatis. Extra. de temp. ordi. ad aures.* Dic tamen de hoc, ut notatur *ſuprà. ea. Conſt. regnum cælorum. 1. reſpon. in glo.* ut patet in quæſtione ibi tacta. Caveat ergo Abbas, ut in ſeipſo oſtendat qualiter alios in domo Domini oporteat converſari; quia quod de eo agitur, de facili à ſubdito trahitur in exemplum. *Extra. de elec. cum in cunctis. Extra. de voto. c. magnæ.* & de hoc ſcripſi *ſuprà. in Conſti. Otho. quid ad venerabiles. §. 1. in prin.* Et facit quod dicam *infrà. ead. Conſti. ad firmam. §. nos autem. in fi.* Eviténtque Religioſi ſubditi ſuper omnia rebellionem & inobedientiam. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſti. in prin. proœmii.* Inter xii. enim abuſiones Clauſtri, quæ totam Religionis obſervantiam corrumpunt, ſunt hæc prima & præcipua, ut patet per ordinem abuſionum quæ ſequuntur. Prælatus negligens, Subditus inobediens, Juvenis otioſus, Senex obſtinatus, Habitus pretioſus, Cibus exquiſitus, Rumor in Clauſtro, Lis in Capitulo, Diſſolutio in Choro, Irreverentia circa Altaria, Monachus Curialis, Monachus Cauſidicus: prout hoc recitat *Jo. An. Extra. de ſta. Mo. cum ad Monaſterium. ſuper glo. antepe.* ſed pleniùs ipſe notat *Jo. An. in eo. tit. nè in agro. §. quia verò. ver. curias Principum. in Cle.* & ex eo quoq; quod dicitur *rumor in clauſtro*, circa ſilentium Religioſorum ibidem, & in quibuſdam locis aliis, quæro, an in caſu quo tenentur ad ſilentium, ut in dicto *c. cum ad Monaſterium. §. in oratorio.* omnino debent ſilere, ita quòd nihil alicui loquantur clam vel palam? Videtur quòd ſic: quia non debent loqui poſt Completorium, ut legitur in Regula Sancti *Benedicti.* Unde legitur *Neemiæ 7. c. Levitæ ſilentium faciebant in populo ad audiendum Legem.* Item *Act. 13. 4. Surgens autem Paulus manu ſilentium &c.* Item *1 ad Tim. 2. c. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.* Item *Amos 8. c. In omni loco projicietur ſilentium.* Præterea hoc idem arguitur ex ratione ſilentii, quòd quieti à mundanis fabulis in Deum pleniùs contemplentur; ut notat *W. Extra. de ſta. Mo. nè in agro. §. ulti. in Cle.* & facit *5. q. 1. quidam. in prin.* Sed contra: ſatis videtur ſilentium, ſi non clamoſum ſeu altum, ſed duntaxat baſſum & occultum habeatur colloquium. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur Miſſam celebrari ſub triplici ſilentio: *Ar. 11. diſtin. Eccleſiaſticarum. in fi. ver. triſaria. ar. op. Extra. de pœ. & re. quod in te. §. 1.* & factum hoc probatur *Eccleſiaſt. 9. c.* ubi dicitur, *Verba ſapientium audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor Principis inter ſtultos.* Item alibi dicitur, *Erit cultus Juſtitiæ ſilentium*, & non cum tumultu, ut colligitur *5. q. 4. in loco.* Solutio. Credo quòd inter ſe, in actibus ubi ſigna eorum eis ſufficiunt, ſilere debent à verbis, ut in dicta Regula Sancti *Benedicti*, cum aliis auctoritatibus pro prima parte inductis. Sed quoad extraneos, vel ubi inter ſe ſigna eorum non ſufficiunt ad expreſſionem veritatis requiſitæ, vel utilitatis Eccleſiæ, ſeu communicationis fructuoſæ, potiùs quàm voluptuoſæ; non crederem tractatum vel colloquium prohiberi in contrariis pro ſecunda parte inductis. Et *ar.* in hoc quod alibi ſcribitur, *Vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens, Magiſter adeſt. Jo. 11.* Non enim Regula Sancti *Benedicti* prætacta fuit adinventa, ut eſſet vinculum iniquitatis, ſed potiùs regularitatis & modeſtiæ. *Ar. Extra. de ap. c. 3. & c. cum ſpeciali. Authen. de man. prin. §. neque. ver. non permittas pritilegiis. Colla. 3.* Patet *22. q. 4. inter cætera.* Sed iniquitas eſſet, niſi in caſibus proximè tactis voluntatem ſuam per verba adaptata demonſtrare valerent: *43. diſtin. ſit rector. in prin.* cùm non ex ſignis ſeu opinionibus ſingulis, ſed juxta communem uſum talia debent exaudiri. *ff. de ſuperleſt. le. 1. Labeo.* Sic quia aliàs Regula vergeret in deteriorem exitum, quod eſſe non debet. *21. q. 3. ſi aliquid. C. de nupt. l. imperialis.*

p *Sancti Benedicti.* ſub cujus Regula vivunt omnes Monachi, tam Albi quàm Nigri, *Ciſtercienſes*, & alii.

q *Sancti Auguſtini.* Sub cujus Regula degunt omnes Canonici. *in glo. proxi.*

r *Seu quacunque alia.* Sc. Sancti *Franciſci*: nam in his tribus univerſorum Religioſorum Regulæ originaliter ſunt fundatæ:

ut

Religionis tria ſunt ſubſtantialia.

Clauſtri abuſiones ſunt xii.

Silentium an ſit omnino à Religioſis ſervandum?

ut plenè dixi *suprà. in Const. Otho. audivimus. in prin.*

a *Etiam.* Sc. Regulam Sancti *Benedicti*, vel &c.

b *Sciat.* scilicet quilibet Religiosus, ut *suprà* patet: ergo videtur nimia negligentia in Monasterio, ubi magnus habetur numerus Monachorum, si non habeant Regulam nisi in uno loco obscurè positam: cùm tunc quilibet eorum non posset libere eam ad placitum recordari.

c *Prædictæ verò.* Tertia pars.

d *Et in capite Quadragesimæ.* Sic in *Constitut. Othonis. quid ad venerabiles. in fi. Jo. de Athon.*

e *In Capitulo.* Locus est Parliamenti, & disciplinæ, ut notat *W. Extra. de Regulari. c. 1. in fi. 1. respon. ver. in Capitulo. in Clem.* — *Capitulum quid est.*

f *Perlegantur.* De verbo ad verbum: sic *suprà. eod. Const. Honoru Ecclesiastici,*

que aliâ doceant & instruant diligenter, ità quòd quilibet Monachorum & Religiosorum Regulam plenè addiscat, vel quasi corde tenus [a]eam [b]sciat.

Prædictæ verò Constitutiones in singulis Monasteriis bis in anno, in principio scilicet Adventûs, & [d]in capite Quadragesimæ, omnibus convocatis, [e] in Capitulo [f] perlegantur.

De Monachis Proprietatis, & aliis Religiosis.

¶ Summarium.

Quia ex Constitutione prædicti Legati Monacho proprium habere non licet, præcipit omnibus Abbatibus, Superiorem præcipuè non habentibus, bis in anno inquisitionem diligentem super Proprietariis facere, & inventos Canonicè & secundùm Regularia Statuta punire, quod si neglexerint, ab Administratione sint suspensi.

[g]QUia verò in Monachis est quasi Idololatria quarumcunq; rerum [h]detenta proprietas, [i] in cujus † vitium facilè inducuhtur [k] & corruunt, Diabolo suggerente: prædictus Legatus simplici præceptione Canonis contentus, [l] Statuit, ut quilibet Monachus [m] proprium non licebit Religioso aliquam Pensionem vel pecuniam per Patrem suum, vel aliquem pro emptione vestium subconstituta seu deputatam retinere, etiamsi Abbas hujusmodi retentioni consenserit, vel etiamsi super hoc publicum Instrumentum habuerit, ut ibi notatur. Sed contrà videtur suadere pietas: nam dura est Regula in hac parte, quam fortè si Beatus *Benedictus* juxta moderna prospexisset, non sic duram fecisset, vel factam mitigasset, cùm melius foret habere luscos quàm penitus cæcos; cùm pauci reperiantur absque hujusmodi vitio. 12. *q.* 1. *certè ego.* Solutio. Si scienter, & sic fraudulenter, seu contra voluntatem Abbatis pecuniam teneat, forte sub nomine Abbatis, usque ad mortem; vel saltem celat Prælato, nec paratus est dimittere ad jussum ipsius: tunc Religiosus dicitur habere Peculium prohibitum, ut notat *Jo. Extra. de re. Johannes. in fi.* & tali non est miserandum, immo dictas pernas incurrit. Alias autem si Abbate sciente teneat, & paratus sit, quoties ab Abbate fit requisitus, sibi hoc revelare, & exactus cum effectu tradere, maximè si nomine Abbatis, & de suo permissu expresso hoc retineat, non est Proprietarius: *Ar.* dicti *c. super quodam*, ibi *latenter*, à contrario sensu. Nec obstat dictum *c. cum ad Monasterium. in fi.* per quod *c.* videtur fundari opinio *Jo. An.* prædicta, cùm ibi dicitur, "Nec æstimet Abbas, qd super habenda proprietate possit cum aliqua dispensare, quia verum est ut possideat nomine suo, secus autem si nomine Abbatis seu Monasterii in usus suos necessarios; ut notat *W. Extra. de sta. Mo. c. nè in agro. §. ultr. in Clem.* Item unum nota, quòd in casu quo Monacho persequenti utilitatem Monasterii expensæ de bonis Monasterii sunt ministrandæ, *Extra. de accusa. ex parte.* licitum est Monacho accipere res Monasterii, si Abbas noluerit sibi expensas ministrare, ut notat *Ab. eod. tit. olim. §. ulti. ver. receperunt.* ibi, *posito quod intelligit.* ibi, *Jo. An. post Vincen.* si aliunde proprium Monachus non habeat: nam si habeat propria de facto, cùm tamen de Jure non possit, ut hic, & notat *glo. de Sanctiss. Epis. §. Sed ad hoc præsenti. ver. & Clerici.* tunc ante omnia hujusmodi Monachus debeat illa exponere, & posita debeant de Monasterio ministrari expensæ, ut notatur in dicto *§. ulti.* Item hic quæro quæstionem satis inveteratam de professente Religionem, dum tamen posset retinere proprium, & utatur, an teneat Monachatus? *Gui.* dicit, quòd non. *Extra. de condi. appositis. c. ulti.* Idem tenent *Vincen. Goffre. & Inno. Extra. qui Clerici. vel vo. c. ulti.* ubi de hoc notat *Inno.* alternativè. Idem etiam tenent *Ac. Cursius, Ja. & Pe. C. de sanctiss. Epi. Authen. ingressi.* Sed *Accursius ff. de usu & habita. l. per servum. §. denique.* distinguit, an conditio apponatur ante, & tunc vitiat, an post, & tunc non vitiat. De hac materia notatur in *Spe. ti. de sta. Mo. ver. sicut. 19. & Bar. Brix.* in sua quæstione quinta. Dicunt quidam post *Pla.* quòd Substantialia Matrimonii sunt de Jure positivo, nec possunt tolli per pacta: & sic intellige *Decre. Extra. de condi. appo. c. ulti.* sicut Substantialia Professionis sunt de Jure Divino, sicut est renunciare proprio, ut hic, cum similibus; ideo non possunt per pacta Juris positivi tolli. Sed hæc Solutio falsa est: nam hujusmodi quæ inducunt Monachos, videntur procedere à Constitutione Ecclesiæ seu eorum Regulæ; 12. *q.* 1. *nolo.* sed Matrimoniam fuit à Deo institutum in Paradiso; *Extra. de voto. c.* 1. *li.* 6. ergo videtur fortius quàm Religio, quæ fuit constituta ab homine; ergo esse, non debet Discipulus super Magistrum. Facit quod dixi *suprà. in Constitut. Othonis. cum non solum. §.* 1. *ver. inter cætera.* Tu ergo dic in hac quæstione solenni, prout videtur sentire *Jo. An. Extra. de condi. appo. c. ulti. in fi.* Aliud est in Matrimonio quàm in Professione: nam in Professione Matrimonii est contractus, qui fulcitur consensu utriusque, non autem alterius tantùm, ideo conditio ibi apposita, quæ sit omnino contra substantiam & naturam Matrimonii, cùm uterque contrahentium hujusmodi conditioni consentit, & sic uterque in culpa est, apparet de dissensu utriusque, ita quòd obligatio neutri parti acquiratur.

[a] *Eam.* Sc. Regulam Sancti *Benedicti*, vel &c.

[b] *Sciat.* scilicet quilibet Religiosus, ut *suprà* patet: ergo videtur nimia negligentia in Monasterio, ubi magnus habetur numerus Monachorum, si non habeant Regulam nisi in uno loco obscurè positam: cùm tunc quilibet eorum non posset libere eam ad placitum recordari.

[c] *Prædictæ verò.* Tertia pars.

[d] *Et in capite Quadragesimæ.* Sic in *Constitut. Othonis. quid ad venerabiles. in fi. Jo. de Athon.*

[e] *In Capitulo.* Locus est Parliamenti, & disciplinæ, ut notat *W. Extra. de Regulari. c. 1. in fi. 1. respon. ver. in Capitulo. in Clem.* — *Capitulum quid est.*

[f] *Perlegantur.* De verbo ad verbum: sic *suprà. eod. Const. Honoru Ecclesiastici,*

[g] *Quia verò in Monachis.* Continuatur Tractatus de Monachis.

[h] *Detenta proprietas.* Hoc est sine licentia & expresso permissu Capituli, ut *infrà* declaratur. Patet *Extra. de sta. Mo. cum ad Monasterium. §. 1.* Et plenè dicam *infrà. ver. proprium non habeat.*

[i] *In cujus.* Habendæ scilicet proprietatis cœrtatione: de hoc dixi *suprà. in Const. Otho. auditu. in fi. 1. respon.*

[k] *Et corruunt.* Sc. Monachi, ut *suprà, in prin.* cùm tamen eis omnia debent esse communia. *Extra. de Præben. ratio.* Unde Versus: *Nil proprium nisi sit vitium, communia quæque. Sic loquitur, sed non fruimur communibus æquè*: ut hoc notat *W. Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. quia verò. in prin. in Clem.* & facit quod dicam *infrà* statim. — *Monachis omnia sunt communia.*

[l] *Statuit.* Sub generalitate: de qua dixi *suprà. c. provi. in prin. ver. decrevit.*

[m] *Proprium non habeat.* Hoc quælibet Temporalia comprehendit. 1. *q.* 3. *per totum. ff. de verb. sig. l. pecuniæ verbum. & l. pecuniæ nomine.* Quantumcunque modica sint, non licet Monacho propria habere, secundùm *Doc. ar.* 12. *q.* 1. *nolo. & c. non dicatis.* Sed adhuc opponitur, sc. quòd licet Monacho habere peculium, quia Spiritualia sine Temporalibus non proficiunt, nec subsistere possunt: sicut nec Anima sine corpore vivit. 1. *q.* 3. *c. si quis objiceret.* Hoc enim Natura fatetur, qd nullus quantumcunque Spiritualis, & si sit Frater Minor, vel *Carbusiensis*, sine Corporalibus, i. e. sine sustentatione corporis, diu vivere posset, & sic nec diu Spiritualiter proficere: nemo enim vento vivit. *C. de ali. pupil. præstan. quod plerumque. in fi.* Et hoc respectu Temporalia sunt necessaria Ecclesiæ, sicut Anima corpori. 12. *q.* 1. *expedit. & c. videntes.* Solutio, Vivet Monachus, & proficiet de fructibus doris Monasterii: non enim debet Monasterium in pluribus personis fundari absque dote sufficienti. 1. *q.* 2. *placuit. Extra. de Instit. c.* 1. *Authen. ut deser. sit numerus Clem. §.* 1. *Col.* 1. Legitur & notatur *Extra. de consc. Eccl. vel al. cum sicut.* Monachus verò singularis nihil habebit proprii; & hoc est quod hic prohibetur, cum similibus. In Mendicantibus verò succedunt Eleemosynæ loco doris: ut notat *Jo. An. Extra. de Regularibus. Johannes.* in Commento suo. Et qualiter non licet Monacho habere proprium, dixi *suprà. in gl.* 2. & in *glo. Monachi.* Legitur & notatur *Extra. de offi. ar. quamvis.* Nam Religiosus Proprietarius in vita expelleretur de Monasterio: in morte verò in signum perditionis sepelleretur in sterquilinio. *Extra. de sta. Mo. super quodam.* & *c. cum ad Monasterium. §.* 1. Nunquid ergo miser Monachus omnino temporali auxilio destitutus, & forsan usque ad ostensionem pudibundarum partium denudatus, qui, hodie refrigescente Charitate, non invenit quicquam intus nec extra ministrantem sibi pro vestibus & calceamentis, ultra unum minus modicum adhuc dari consuevit, quod forte malè & tardè sibi ministratur: si talis frigore lassatus hyberno in futurum sibi prospiciat, conservando aliquid de victu suo, qui sibi superest vel abundat, incurrat has pœnas contrà Proprietarios inductas? Viderur *Jo. An.* tenere quòd sic. *Extra. qui Clerici. vel vo. c. ulti. §.* 1. Vel dic, quòd — *Monachus an possit peculium habere?* — *Religiosus non debet esse Proprietarius.*

— *Religiosus licitè quandoq; potest proprium habere.*

† *M. S.* Habendæ cæ cationem.

— *Monachus an teneatur retinendo proprio.*

— *Matrimonium an sit fortius Professione?*

Si enim dicat vir mulieri, *O turpis meretrix, tu adjeciſti talem conditionem contrariam Matrimonio:* ipſa quoque reſpondebit, *Et tu conſenſiſti tali conditioni, ideo imputes tibi.* Sed in Profeſſione Religionis promittitur fides Deo & homini, ſcilicet Abbati ſeu Prælato. Unde licèt Prælatus tali Profeſſioni conſentiat, & ſic malè faciat; tamen per hujuſmodi Profeſſionem remanet obligatus Deo ad obſervantiam Regularem, remotâ proteſtatione hujuſmodi. Sic eſt in caſu quo Epiſcopus me ordinavit in Sacris: ſi autem ego dicam eos ſuſcipiendo, quod continere non intendo, licèt Epiſcopus me Ordinans in hujuſmodi caſu ſit in culpa, tamen teneor continere ex obligatione quâ per hoc me obligavi Deo. 28. *diſtin. Diaconi.*

a *Penitus.* Id eſt, cum effectu, non ſimulatè, ut dixi *ſuprà. in glo. proxi.* ante medium.

b *Quod ms.* Secunda pars.

c *Cujuſcunque ordinis.* Non ergo Statutum hoc Monachos tantùm reſtringit.

d *Qui proprios Abbates non habent.* De quo legitur & notatur per *W. Extra. de reſcrip. et ſi principalis. ver. per electionem. in Cle.*

e *Super proprietariis.* Scilicet Religioſis ſibi ſubjectis.

f *Quoſcunque tales.* Sc. Proprietarios.

g *Secundùm Canonicas ſanctiones.* De quibus dixi *ſuprà. in ulti. glo.* ante quæſtionem primam.

h *Regularia inſtituta.* Sic *Extra. de ſta. Mona. c. cum ad Monaſterii. §.* 1. ibi, *ſecundùm Monaſticam diſciplinam.* hoc eſt, per Jejunia. *ſuprà. ea. Conſti. ſanè. §. nos autem. in fi. infrà. ea. Conſti. ad firmam. in fi.* Item per verba, ut notat *Gui. 45. diſtin. in ſumma. capi. 1. & 2. & c. cum beatus. ver. caſtiganti.* Facit quod ſcripſi *ſuprà ea. Conſt. ſanè. §. ulti. in glo. ar. in hoc.*

i *Quod ſi ipſi.* Tertia pars.

k *Sint ſuſpenſi.* De hoc legitur & notatur 18. *q. 2. ſi quis Abbas.*

l *Præmiſſa.* Sc. diligentem inquiſitionem, & compertorum in hac parte punitionem, ut *ſuprà* patet.

m *Quouſque.* De hoc remiſi *ea. Conſti. ſanè. §. nos autem. verſi. donec.*

n *Et quidem.* Alias eſt Paragraphus, & tractat de eadem materia, de qua *ſuprà. c. proxi.*

o *Super dorſum peccatoris.* Verbo patet. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores:* ut in *Pſal. Sape expugnaverunt.*

p *Occaſio.* Nota occaſio mali eſt evitanda. *Ar.* in hoc quod notatur *ſuprà in Conſti. Otho. Baſilicarum. §. ad hæc. ver. ſub prætextu. & infrà. c. Moniales. 1. reſpon.*

q *Calceamentis.* De hoc notatur *infrà. ea. §. 1. in Conſti. Cle.* Sed tamen quicquid dixerimus de hujuſmodi utilitate veſtium, calceamentorum ſuorum, illa non faciunt bonum Monachum, ſed potiùs modeſtia morum; ut ibi notat *W.* per Verſus ſuper *ver. locis.*

Monachus per quid ſit bonus.

Ampla Corona, nigra Veſtis, vel Bota rotunda,
Non faciunt Monachum, ſed mens à crimine munda.

Extra. de Regula. c. porrectum.

r *Subminiſtret.* Sc. is qui hujuſmodi Officium gerit, non autem pecuniam aliquam pro rebus hujuſmodi comparandis habent ipſis Monachis miniſtrare, ut hic, & dixi *ſuprà. ea. Conſti. c. proxi. 1. Reſp.* in magna *Gl.* in prima quæſtione.

s *Si autem is.* Secunda pars.

t *Officio in quo deliquit.* Sic *Extra. de temp. ord. c. ult. li. 6.* cùm ſit arbitrio, ut dixi *ſuprà. c. prox. §. penult. in fi.*

u *Monachos.* Adjungitur hic aliud Præceptum in Tractatu de Religioſis.

x *Regulares.* Sæculares enim non arctant Conſtitutiones iſtæ. *Jo. de Anbon.*

a *Vel Eccleſias.* Ipſis Religioſis appropriatas, perpetuis Vicariis ibidem inſtitutis, qui de Curis reſpondeant Epiſcopis in forma quæ legitur & notatur *ſupra. ead. Conſti. quoniam alienationes.* Sed nunquid nominatim & ſingulariter Religioſi poſſunt inſtitui in Eccleſiis Sæcularibus curatis? Dic quòd ſic: de conſenſu tamen Epiſcopi, & Abbatis, & Jure communi ſine diſpenſatione, ut notatur 55. *diſ. priſcis.* & 16. *q.* 1. *in ſumma. ar. c. q. doctos.* & *ſe. Extra. de ſta. Mo. quod Dei.* ubi de hoc. Et tunc ſi ſic Religioſus intitulatus fuerit, in Eccleſia ſolus, ſicut alius Rector, ibi morari poſſet, niſi ad cautelam, vel de honeſtate velit ſocium habere: ut dicto *c. quod Dei. in fi.* nam tunc nihil commune habet cum Monaſterio. 16. *q.* 1. *nè pro cujuſlibet. Jo.* notat hoc *Extra. de Regularibus. Johannes, in fi. Commenti.* Nec obſtat Conſtitutio iſta, quia in Monacho eſt ſpeciale, ut ſolus non moretur: ut notant *Glo. & Hoſti.* in dicto *c. quod Dei.* Vel etiam qd Monachus inhabitat unà, etiam cùm perſona ipſius Monachi remanet ſub Jure Monaſterii, nullo Titulo ibidem ipſi Monacho acquiſito, ſed cuſtodiâ ſibi temporaliter duntaxat commiſſâ: ſic *infrà. in glo. prox.* licèt etiã tunc, & etiam quando eſt in Scholis, de licentia Prælati poſſit Eleemoſynam dare, quia in hoc non facit, niſi quod ſibi licet de Jure; ut notat *W. Extra. de vita & hone. Cle. quoniam. §. ſed & tales. in glo. ſic no. & in glo. ſed quid. in Cle.*

Religioſus etiam ſine diſpenſatione poteſt eſſe Curatus.

† *M. S. add.* Nihilominus aliàs Superioris arbitrio puniendus.

b *Solos morari.* Non tamen nego, quòd Epiſcopus vel Abbas Monachis poſſit concedere uſumfructum Manerii vel Eccleſiæ, ita qd in certo loco adjuncto ſibi ſocio moretur honeſtè. Nec eſt hoc contra ſubſtantiam Monachatûs, *ar. de elec. cum inter.* quia talis ſine proprio & ſub obedientia vivere cenſetur. Sic quoq; ſentit *Compoſt. Extra. de reſcrip. c. adoceri. prope fi.* Si tamen talem malitioſè vellet revocare, vel ad locum alium transferre, poſſet Monachus hoc Superiori denunciare, & ejus Officium implorare, ut ipſe interponeret partes ſuas, qui in hoc audiendus eſſet adiſtar ſervi. ff. *de ali. & cibaria. l. ſervos. C. de preci. impera. offe. l. 1. Inſti. de his qui ſunt ſui vel ali. juris. §. ſed hoc tempore.* & hoc notatur per *Inno. & Hoſti. Extra. qui Cle. vel veven. c. inſinuante.* Ratio hujus eſt, quia in hoc caſu habet rem duntaxat ſibi commendatam, non intitulatam: ut notat *Gui. Extra. de offi. or. c. ult. li. 6.* & ſic non obſtat hoc quod dixi in *gl. proxi.* Dicit tamen *Jo. An.* poſt *Pbi. Extra. de elec. c. cum inter R.* ſuper *glo. 2.* quòd hoc caſu ſi Papa confirmet alicui Religioſo adminiſtrationem aliquam, ut ibi ille cenſebitur quoad eam Obedientiarius Papæ, nec Abbas ipſum poterit removere ab illa, licèt in aliis eidem ſubſit: ut *Extra. de Præben. niſi eſſent.* Et facit *glo.* remiſſiva, de qua dicam *infrà. ver. revocent.*

Quòd non detur pecunia pro Veſtibus.

¶ Summarium.

Religioſam paupertatem Profeſſis nè detur pecunia pro Veſtibus, ſed Veſtes decentes pro Religione; qui verò poſthac dederit, ab Officio privetur.

ET quidem nè de proprietatis vitio ſuper dorſum peccatoris fabricandi occaſio Satanæ offeratur, & ipſi homini detur † habilis occaſio delinquendi, Statuimus, ut quum quiſpiã Monachorum vel aliorum Religioſorũ q Veſtibus, r Calceamentis, & aliis vitæ neceſſariis indiguerit, is, qui ſuper his miniſtrandi f gerit Officium, pecuniam ſive Denarios non tradat pro re hujuſmodi taliter indigenti, ſed res ipſas, prout neceſſitas exegerit, s ſubminiſtret. t Si autem is, qui hujuſmodi præeſt Officio, contrafacere præſumpſerit; x Officio, in quo deliquit, & præſtitit materiam delinquendi, ſit privatus.†

† *M. S.* Habilitas delinquendi.

Quòd Monachi ſoli non ſtent in Maneriis vel Eccleſiis.

¶ Summarium.

Monachos, & cæteros Religioſos, qui ſoli ſtant in Eccleſiis, quas tenent, aut in earum Maneriis, revocent Prælati in Conventum, aut ſocium cogant recipere: aut ſi pauperiores ſint Eccleſiæ quàm ut duo alant, cogant Sæculari Clerico derelinquere, aliter ipſi Prælati ſuſpendantur ab Officio.

y MOnachos ſive Canonicos z Regulares per Maneria a vel Eccleſias b ſolos morari tam indecens, quàm Animabus eorum

y *Monachos.* Adjungitur hic aliud Præceptum in Tractatu de Religioſis.

z *Regulares.* Sæculares enim non arctant Conſtitutiones iſtæ. *Jo. de Anbon.*

a *Vel Eccleſias.* Ipſis Religioſis appropriatas, perpetuis Vicariis ibidem inſtitutis, qui de Curis reſpondeant Epiſcopis in forma quæ legitur & notatur *ſupra. ead. Conſti. quoniam alienationes.* Sed nunquid nominatim & ſingulariter Religioſi poſſunt inſtitui in Eccleſiis Sæcularibus curatis? Dic quòd ſic: de conſenſu tamen Epiſcopi, & Abbatis, & Jure communi ſine diſpenſatione, ut notatur 55. *diſ. priſcis.* & 16. *q.* 1. *in ſumma. ar. c. q. doctos.* & *ſe. Extra. de ſta. Mo. quod Dei.* ubi de hoc. Et tunc ſi ſic Religioſus intitulatus fuerit, in Eccleſia ſolus, ſicut alius Rector, ibi morari poſſet, niſi ad cautelam, vel de honeſtate velit ſocium habere: ut dicto *c. quod Dei. in fi.* nam tunc nihil commune habet cum Monaſterio. 16. *q.* 1. *nè pro cujuſlibet. Jo.* notat hoc *Extra. de Regularibus. Johannes, in fi. Commenti.* Nec obſtat Conſtitutio iſta, quia in Monacho eſt ſpeciale, ut ſolus non moretur: ut notant *Glo. & Hoſti.* in dicto *c. quod Dei.* Vel etiam qd Monachus inhabitat unà, etiam cùm perſona ipſius Monachi remanet ſub Jure Monaſterii, nullo Titulo ibidem ipſi Monacho acquiſito, ſed cuſtodiâ ſibi temporaliter duntaxat commiſſâ: ſic *infrà. in glo. prox.* licèt etiã tunc, & etiam quando eſt in Scholis, de licentia Prælati poſſit Eleemoſynam dare, quia in hoc non facit, niſi quod ſibi licet de Jure; ut notat *W. Extra. de vita & hone. Cle. quoniam. §. ſed & tales. in glo. ſic no. & in glo. ſed quid. in Cle.*

b *Solos morari.* Non tamen nego, quòd Epiſcopus vel Abbas Monachis poſſit concedere uſumfructum Manerii vel Eccleſiæ, ita qd in certo loco adjuncto ſibi ſocio moretur honeſtè. Nec eſt hoc contra ſubſtantiam Monachatûs, *ar. de elec. cum inter.* quia talis ſine proprio & ſub obedientia vivere cenſetur. Sic quoq; ſentit *Compoſt. Extra. de reſcrip. c. adoceri. prope fi.* Si tamen talem malitioſè vellet revocare, vel ad locum alium transferre, poſſet Monachus hoc Superiori denunciare, & ejus Officium implorare, ut ipſe interponeret partes ſuas, qui in hoc audiendus eſſet adiſtar ſervi. ff. *de ali. & cibaria. l. ſervos. C. de preci. impera. offe. l. 1. Inſti. de his qui ſunt ſui vel ali. juris. §. ſed hoc tempore.* & hoc notatur per *Inno. & Hoſti. Extra. qui Cle. vel veven. c. inſinuante.* Ratio hujus eſt, quia in hoc caſu habet rem duntaxat ſibi commendatam, non intitulatam: ut notat *Gui. Extra. de offi. or. c. ult. li. 6.* & ſic non obſtat hoc quod dixi in *gl. proxi.* Dicit tamen *Jo. An.* poſt *Pbi. Extra. de elec. c. cum inter R.* ſuper *glo. 2.* quòd hoc caſu ſi Papa confirmet alicui Religioſo adminiſtrationem aliquam, ut ibi ille cenſebitur quoad eam Obedientiarius Papæ, nec Abbas ipſum poterit removere ab illa, licèt in aliis eidem ſubſit: ut *Extra. de Præben. niſi eſſent.* Et facit *glo.* remiſſiva, de qua dicam *infrà. ver. revocent.*

a *Periculosum.* Unde legitur per *Salomonem, Vae soli, quia cùm ceciderit, non est qui eum sublevet. Ecclesiast. 4. c.* & dixi *suprà. in Con. Otho. licet ad profugandum. prope fi. gl. magnæ.* Legitur & notatur *Extra. de sta. Mo. c. 1. 1. respon.* Unde dicit *Johannes Chrysost.* quòd "ubi non reperitur reprehensor, securus intrat tentator. Item *Seneca* ad *Lucil. 6. c.* "Nullius boni sine socio, quasi omnimoda est possessio. Testes ergo sunt alterutri honestatis & castitatis. *Authen. de Monas. §. cogitandum. Coll. 1.*

Societas bonis est.

b *Manere non faciant seu &c.* Nota hoc, ubi ad aliquem pertinet ratione Superioritatis inhibere, tunc idem est permittere & facere. *Ar. ff. de noxa. act. l. 2. in prin.* & *l. 3. C. ad l. Jul. de vi publica. §. ultimo in fi. ff. ad legem Aquil. l. liber homo. 2. in fi. Authen. ut diffe. judi. §. si vero. Coll. 9. de immu. Eccl. c. quia. in fi.* Contrarium tamen videtur per hoc quod legitur & notatur per *W. Extra. de sta. Mo. attendentes. §. 3. in Cle.* ubi non approbat quod permittit.

†*M. S. add.* Monachum.

†*M. S. add.* & Beneficio donec adimpleverint.

c *Permittant.* Hoc idem statuitur *Extra. de sta. Mo. c. 2. in prin. Extra. de capel. Mo. ca. pe.* & *ult.* Legitur & notatur *Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. ad hæc. in Cle.* ubi habetur totius hujus Constitutionis effectus.

c *Sed si qui.* Versiculus.

d *Sint.* Monachi, vel alii Regulares soli manentes in Maneriis vel Ecclesiis.

e *Revocent.* Sc. Abbates, seu Priores prædicti: & de revocatione hujusmodi voluntaria seu malitiosa plenè notat *W. Extra. de sup. neg. præla. quia Regulares. §. præmiss. ver. oportuerit. in Cle.*

f *Vel sibi.* Nota Disjunctivam.

g *Alioquin.* Versiculus, puniens Prælatos culpabiles seu negligentes in hac parte.

h *Quod si forte.* Secunda pars.

i *Pauperes.* i.e. Exiles in proventibus.

k *Habeant.* Sc. dicti Prælati cum Monasteriis.

l *Quæ.* Sc. Ecclesiæ.

m *Duobus.* Sc. Priori ibidem deputando & suo socio, ut notat *Jo. An. Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. ad hæc. ver. duobus. in Cle.*

n *Non sufficiant.* Declarat quæ sunt Ecclesiæ quoad propositum.

o *Seculares Clericos deservire.* Supple, ad hujusmodi ministrationes exiles per Abbates reddantur ad hoc sufficientes, vel unianture aliquæ earum in forma Juris: ut legitur & notatur per *W. Extra. de sta. Mo. nè in agro. §. ad hæc. in Cle.*

p *Frangatur.* Per solitariam moram hujusmodi Religiosi.

q *Integritas.* Quæ fulcitur in adjutorio sociali. *Extra. de sta. Mo. c. 2.* cum similibus notatis *suprà. 1. respon. ver. periculosum.* & *c. se.*

Quòd Monachi non dent aliis Monachis Maneria ad Firmam.

¶ Summarium.

Quicunque Monacho Ecclesias, aut Maneria, aut aliud ad Firmam dederit, luat pœnas à Legato constitutas, & sextis Feriis in pane tantùm & aquâ per anni spatium jejunet.

r AD Firmam verò, quæ instar s Mercationis habet, alicui Monacho dari Manerium, t vel alia quælibet bona, sive u à proprio Prælato, x sive ab alio districtiùs Inhibemus. x Quòd si contra factum fuerit, y præter pœnas dicti Legati, vel z aliis Constitutionibus impositas, quicunque dederit Firmas hujusmodi, vel tradiderit, singulis sextis Feriis in pane tantùm & aqua per unius anni spatium a jejunet.

r *Ad Firmam.* Huic Tractatui aliud Præceptum injungitur, sapiens prohibitionem Proprietatis; de qua dictum est *suprà. ea. Const. quia vero.*

s *Mercationis. Ar. suprà. in Constitut. Othonis. Ecclesias. §. 1.*

t *Vel alia quælibet bona.* Verum est si per illud consequatur juxta intentionem contrahentium aliquam administrationem perpetuam, vel aliquod Spirituale, puta, curam Animarum: secus si fructum consequatur aliquem temporalem; ut notat *Hosti. Extra. de simo. c. non satis. §. 1. ver. vendantur.* Nam reditus pertinentes ad Abbatem potest ipse Abbas locare ad certam Firmam, de ipsius redditibus seu pensionibus levandam, non aliunde Monacho

---

De Esu Carnium.

¶ Summarium.

Prælati Monachorum & Monialium Superiorem non habentes sollicitè & diligenter inquirant, qui contra Regulam suâ Carnes ederint, & inventos ritè puniant. Episcopi quoq; dum Monasteria subjecta visitant, de eisdem idem facturi inquirant, aut tam Prælati quàm Episcopi id negligentes præter æternæ damnationis acerbitatem sint, donec id fecerint, ab Officio suspensi.

b AD hæc quoniam Regularis observantia, quæ c per arctam viam ducit ad vitam, d per carnis superbiã laxatis habenis multipliciter impugnatur, meritò e Sancti Patres Carnem voluerunt ab esu Carnium cohibere, ut superbiam ejus contereret parcitas, suo cui concesserit hujusmodi administrationem, ita quòd si aliqua superabundent, ad victum ipsius Monachi Firmarii permaneant, ut talis potiùs dicatur Minister, quàm Prior habens Dignitatem: ut notatur per *Inno. & Hosti. Extra. de sta. Mo. c. 2. §. Prioratus.* quia hoc casu, si de reditibus ipsarum possessionum nihil reciperet Monachus, in nullo foret obligatus, cùm nihil habeat proprium, licèt tunc secus esset de Laico. *Extra. de loca. c. propter.* ut notat *Jo. An.* in dicto *c. 2. in fi. 1. respon. ver. Prælati proprium in Cle.* Sed opinionem istam confundit Textus hic sequens, *sive à proprio Prælato*: & cùm dicit *gl.* præfactas intelligi veras quoad inducendum speciem Simoniacæ pravitatis, ut patet in Textibus ex quibus eliciuntur dictæ *gl.* hic verò loquimur ad evitationem occupationis sollicitæ negotii Sæcularis. *Extra. nè Cle. vel Mo. c. secundum. arg. 16. q. 1. si cupis. & c. placuit. 2.* Et facit quod dixi *suprà. ea. Con. regnum Cœlorum. 1. respon. in gl.*

u *A Prælato proprio.* Facit ad ea quæ dixi *suprà. gl. proxi.*

x *Quod si contra.* Secunda pars.

y *Præter pœnas prædicti Legati.* De quibus commemoratur sub generalitate, de qua dixi *suprà. ea. Con. porro. 1. respon. ver. decrevit.*

z *Aliis Constitutionibus. Extra. nè Cle. vel Mo. c. secundum.*

a *Fejunet.* Et irritus manet contractus propter inhabilitatem Monachi contrahentis. *Ar. suprà. ea. Const. indignum. §. nos autem. & c. sequenti.*

Ad hæc quoniam. Hæc Constitutio supplet ad hoc quod habetur *suprà. in Constit. Otho. audivimus.*

b *Ad hæc quoniam.* Hæc auctoritas habetur *Matth. 6. c.* Facit quod dixi *suprà. ea. Const. regnum. §. ulti.* Et per istam arctationem non crederem habenas Religiosorum laxaras, sed arctiùs restrictas à Venationibus & Aucupationibus voluntariis: ut satis legitur & notatur *Extra. de sta. Monach. nè in agro. §. porro. in Cle.* Pro quo dic breviter, quòd venari causâ voluptatis est mortale peccatum, etiam in Laico; sed venari causâ necessitatis, salutis, vel indigentiæ corporis, non est mortale peccatum etiam in Clerico: prohibetur enim in Venatione potiùs delectatio, quàm actus venandi. *Ar. 41. dist. c. 1.* & hoc notat *Gui. 34. di. c. 1.*

Venari an sit peccatum?

c *Per arctam viam &c.* Hæc auctoritas habetur *Matth. 6. c.* Facit quod dixi *suprà. ea. Const. regnum. §. ulti.* Et per istam arctationem non crederem habenas Religiosorum laxaras, sed arctiùs restrictas à Venationibus & Aucupationibus voluntariis: ut satis legitur & notatur *Extra. de sta. Monach. nè in agro. §. porro. in Cle.* Pro quo dic breviter, quòd venari causâ voluptatis est mortale peccatum, etiam in Laico; sed venari causâ necessitatis, salutis, vel indigentiæ corporis, non est mortale peccatum etiam in Clerico: prohibetur enim in Venatione potiùs delectatio, quàm actus venandi. *Ar. 41. dist. c. 1.* & hoc notat *Gui. 34. di. c. 1.*

d *Per carnis superbiam.* De quo dixi *suprà. in Constit. Otho. licet ad profugandum.* circa medium primæ magnæ *gl.* ibi, *secundum remedium &c.* & *infrà. in gl. 2.*

e *Sancti Patres voluerunt. Extra. de sta. Monach. c. cum ad Monasterium. §. in refectorio.* & in *c. allegat. suprà. e. c. in 1. gl. de conse. di. 5. carnem.* ubi Pœnitentia lex mensium Monacho carnes comedenti est inflicta, infirmis & debilibus exceptis. Sed quicquid Jura statuerunt, vel etiam Regula Monachorum, hujusmodi pœnæ jam de facto evanuerunt: quod fortè procedit ex Abbatum desidia, qui dum carnes nimis dulces & sapidas sibiipsis invenerunt, frontem audaciæ non habent suis Subditis denegandi. Nam

Turpe est Doctori, cùm culpa redarguit ipsum. *Versus.*

Notat *W. Extra. de sta. Monach. nè in agro. in fi. in Cle.*

a *Per carnis abſtinentiam, carne devicta. Ar. 30. di. ſiquis eorum.* Propter continentiam namque neceſſe eſt corpori multa ſubtrahere, & ſic carnem vincere: ut ibi notat *Gui. ar. 41. di. delicia.* cum *c.ſe. & ar. in gl.* ad quam remiſi *ſuprà. in 3. gl.* Legitur & notatur per *W. Bectra. de ſta. Mo. nè in agro. 1. reſpon. in Clc.* ſuper *ver. in cibis. & ſequen.*

b *Super his.* Secunda pars.

c *Statuit.* In *c. all. ſuprà. e.c. in 1. glo.*

d *Nigri Ordinis.* Qui color cùm inter cæteros vilior ſit, & magis fuſcus, electus fuit in illius Religionis primordio, ad denotandum carnis mortificationem, & vitæ triſtitiam, quam in ſe debent hujuſmodi vitæ Profeſſores habere. *16. q. 1. ſi cupis. & c. placuit.* De habitu verò iſtorum Monachorum notat *Gui. Extra. nè Clc. vel Mo. ut periculoſa. poſt prin. li. 6.* Abſit ergo quòd hujuſmodi Nigredinis aliqui abuſores reperiantur. Notat *W. Extra. de ſta. Mona. nè in agro. in prin. in Clc.* Sed quæro, nunquid exceſſus ſit gravior in eſu carnium Nigrorum Monachorum, qui carnes comedunt in aperto, an Albornm, qui in abſcondito carnibus veſcuntur, ut dicitur, frequenter ad ſaturitatem; cùm tamen utrique eorum eandem Regulam habeant Beati *Benedicti?* Videtur, quòd Nigrorum Monachorum: nam tantò major debet eſſe aculeus & confuſio, quantò culpa patentiùs ſit commiſſa. *Extra. de pœ. ſi quis ſuadente.* ante medium. *in Clc.* Credo, quòd licèt neutri excuſentur à peccato, ſic traditione Regulæ & Sanctorum Patrum tranſgrediendo libidinosè, tamen quòd Alborum gravius ſit delictum: nam Nigris ceſſat ſcandalum per aſſuefactionem, & præcipuè per communicationem carnium Curialiter cum hoſpitibus; ſed in Albis Monachis creſcit ex eorum eſu occultum ſcandalum. Item ſpecies videtur Hypocriſis ſic ſimulare ſanctitatem in conſpectu hominum, occultè verò hujuſmodi avidiſſimè ſumere: cùm tamen ſimulata æquitas duplex ſit iniquitas, ſecundùm *Greg. ar. ff. de extraord. cri. l. ſub prætextu. & l. jacularii. 2. reſpon.* & dixi *ſuprà. in Conſti. Otho. ad Vicariam. prope fi. 1. partis. ver. ſicque. in glo. illuſio.* & facit *12. q. 1. ſcimus. prope fi.*

Monachi nigri & albi abſtinere debent à carnibus.

Simulationes carpit.

e *Niſi in certis caſibus & locis.* De quibus legitur *infrà. ea. Conſti. ſtatuimus.* & *c. ſe.*

f *Interdictus.* Sc. cibus carnium, quod eſt *ſuprà.*

g *Qui.* Sc. Monachi.

h *Per abuſum.* Sc. Juris & Regulæ Sancti *Benedicti*, ut hìc in *Conſt. Otho. all. ſuprà. c.* in prima *glo.* non tamen per abuſum facti, quia adhuc continuant eſum carnium, & jam plus quàm prius.

i *Hujuſmodi cibi.* Sc. carnium.

k *Vetiti.* Ipſus Monachis.

l *Juxta facultates Domûs.* Non ergo æquè lautè & delicatè in ſingulis Monaſteriis, quia ſic citò conſumerentur bona cujuſliber pauperis Monaſterii: potentioribus itaque pares eſſe non poſſumus. ff. *de ali. judi. mut. l. 3. 1. reſpon.*

m *Alium.* Sc. cibum lacteum, Piſcium, & Ovorum.

n *Curarent.* Diligentiam ergo Abbatum ſeu Priorum hìc requirit, nè dum Monachi ipſi Deo gratias decantent, *ſuprà. e.c. 1. ref.* victu ſuo quotidiano ſe defraudari doleuter acclament. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſt. quia verò. in 1. reſp. in prin. mag. glo.*

o *Nos autem.* Tertia pars.

p *Non habentes.* Sic *ſuprà. ea. Conſt. quia vero.*

q *Ordinis Sancti Benedicti.* Quædam enim ſunt Moniales Sancti *Auguſtini*, quæ Regulæ inſerviunt laxiori. *Extra. de ſta. Reg. periculoſo. §. 1. li. 6.*

r *Et eos.* Sc. Religioſos & Religioſas Ordinis Sancti *Benedicti.*

ſ *Graviter puniant.* Arbitrariè, ut ſequitur. Facit quod ſcripſi *ſuprà. ead. Conſt. quia verò. §. nos. in ver. & regularia inſtituta.* Non ergo habent inniti rigori illius Canonis *de conſe. di. carnem.*

& a per carnis abſtinentiam, carne devictâ, Spiritus gratiam Deo decantaret.

b Super his prænotatus Legatus c Statuit, ut cùm eſus Carnium ſit Monachis d nigri Ordinis, per Regulam Sancti *Benedicti*, (e niſi in certis caſibus & locis) necnon Abbatum eorum Præſidentium generali Capitulo f interdictus; Monachis, g qui h per abuſum conſueverunt veſci Carnibus, Abbates & Priores loco i hujuſmodi cibi k vetiti l juxta facultates Domus m alium competentem miniſtrare n curarent.

o Nos autem adjiciendo firmiter & diſtrictè Præcipimus & Inhibemus, ut Abbates & Priores Abbates proprios p non habentes, ac Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ q Ordinis Sancti *Benedicti*, circa eſum Carnium ſolicitè & diligenter inquirant; r & eos, quos invenerint in hoc delinquentes, ſ graviter puniant, t delicti u & delinquentium circumſtantias x attendentes. y Epiſcopi quoque, cùm z ſubjecta ſibi Monaſteria viſitant, de hujuſmodi eſu Carnium ſubtiliter diſcutiant & a inquirant, & b puniant illos c quos pœnâ invenerint d indigere: e alioquin præter indignationis & maledictionis æternæ acerbitatem, donec id fecerint, f ſint ſuſpenſi.

t *Delicti.* Sc. quâ excitatione, an gratiâ hoſpitum, vel ex propriâ libidine; & quo die menſis, ac hebdomadæ; ac quòd ſcandalum ſit exortum inde.

u *Et delinquentium.* An ſint de aliis hujuſmodi.

† Superioribus, vel non, de

† MS. Senioribus.

x *Attendentes.* Sc. Præſidentes ſupradicti.

y *Epiſcopi quoque.* Veræ ſiculus.

z *Subjecta ſibi Monaſteria.* Secus ergo in Exemptis Epiſcopo non ſubjectis, niſi ſcrtè notorietas delicti aliud ſuaderet. *Ar.* in hoc quod notat *W. Extra. de ſepul. dudum. pe. in gl. ergo a contrario ſenſu. in Clc.* & ſcripſi *ſuprà. in Con. Oth. quid ad venerabiles. §. circucant.* in magna *glo.* ibi, *ſed nunquid Epiſcopus exemptos &c.*

a *Inquirant.* Et etiam,

b *Puniant.* Nota hìc, juncto principio hujus §. quòd primo loco Monachi correctio pertinet ad Abbatem, & in ejus defectu poſtea ad Epiſcopum: ut notatur *11. q. 1. de perſona.* & *18. q. 2. c. 1.* & notatur *Extra. de offi. ordi. quanto. ar. Extra. de ap. reprehenſibilis. §. fi. 24. q. 3. corripiunt.* quæ *glo.* prædictæ, ſalvâ conſuetudine, declinant in iſtam ſententiam, Quòd ſi præcedatur ſecundùm formam & ordinem Juris in Judicio, tunc Epiſcopus Judex eſt; ſecus ſi non in forma Juris, ut dicto *c. reprehenſibilis.* Tu dic poſt *Hoſtienſem*, & alios modernos, in dicto *c. quanto.* Aut quæritur in crimine communi, tunc licet in minoribus delictis Religioſum corripiat Abbas ſuus vel Prior, *90. diſ. ſi quis Monachus.* in majoribus tamen & gravioribus hoc ad Epiſcopum dicitur tantùm pertinere. *18. q. 2. Monaſteria. & Extra. de ſta. Mo. ea quæ. 1. reſpon. ver. circa tamen.* cum §. *pe.* ibi, *ſiqui verò.* De hoc non dubitatur, quin Monachus Criminaliter accuſatus coram Epiſcopo reſpondebit: nam minor eo cauſas criminales non definit de Jure. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de elec. tranſmiſſa.* Aut quæritur de exceſſibus, quæ ſunt ſpecialiter contra Regulam Monachalem, tunc major ad Abbatem pertinet correctio quàm ad Epiſcopum, ut hìc: exequitur ergo Abbas ea quæ ſunt in Regula eorum; ut legitur & notatur *Extra. de Regularibus. Johannes. & c. ulti. ar.* quod ſic diſtinguit *Gar. Extra. de privile. c. Epiſcoporum.* circa medium in magna *glo.* quòd ſi Abbas ad hoc non ſufficiat, auxilium Epiſcopi poterit implorare: ut dicto *c. quanto. 18. q. 2. Abbates.* cum *c. ſe.* Sed nunquid Epiſcopus invito Abbate poſſit habere Monachum in ſuum Officialem vel Cubicularium? Dicit *W.* quòd non: quia ubi eſt contradictio inter Abbatem & Epiſcopum, potius eſt Abbati quàm Epiſcopo obediendum: ut ipſe tenet *Extra. de reſcrip. ex ſi privilegium. in glo. per hoc verbum.* & notat *glo. 12. q. 3. qui reſiſtit.* Nam Epiſcopi peccant, ſi Religioſos trahunt de Monaſteriis, eorum Abbatibus invitis. *58. q. 1. c. 1. & 2. & 18. q. 1. quam ſit. & c. luminoſo.* Idem videtur ſentire *Gui. Extra. nè Clc. vel Mo. c. ut periculoſa. ver. Prælato. poſt prin. li. 6.* ubi dicit, quòd Epiſcopus non poteſt dare Monacho licentiam tranſeundi ad Scholas, niſi interveniat conſenſus Abbatis. Contrarium tamen tenet *Gui.* in quæſtione principaliter hic quæſita, dum tamen Monaſterium non ſit exemptum: ut notat *2. q. 7. cum paſtoris. ar. c. q. nullus Monachus. §. ſed aliud. & 16. q. 1. qui vero. Extra. de Clc. non reſi. de catero.*

Monachi correctio primò ad Abbatem pertinet.

In quibus caſibus Monachi Epiſcopo reſpondere tenentur.

c *Quos.* Sc. Monachos.

d *Indigere.* Ad emendationem morum, & conſervationem ſalutis. ff. *de pœ. l. ſi pœna.* cum ſimilibus notatis in *Conſt. Otho. in Præfatione ante Proœmium. in prin.*

e *Alioquin.* Niſi inquirant & puniant Monachos delinquentes. *Jo. de Anton.*

f *Sint ſuſpenſi.* Tam Epiſcopi quàm Præſidentes ſupradicti, quaſi hæc pœna comitetur utroſq; cùm ſuper hoc ſpecialis pœna non ſit ſtatuta contra Epiſcopos & Præſidentes. Vide quod notatur *infrà. ea. Conſti. volentes. in fi.*

Nè aliqui Religioſi utantur in Refectorio pretioſioribus vaſis aliis Fratribus.

¶ Summarium.

Nemo Religioſorum utatur tanquam propriis in Refectorio aut alibi pretioſioribus poculis aut vaſis eſcariis quàm alii, nec in Dormitorio majori apparatu lecti vel ſupellectilis.

a *Illud quoque.* Supradicto Capitulo tractatur de esu carnium Monachis prohibito, adjicit hic prohibitionem contra pretiositatem apparatûs sui, vel vasorum quibus deservitur eis.

b *Ridiculosæ scurrilitatis &c.* Nota hic ergo scurrilitatem esse tam ridiculosam quàm opprobriosam; ut hic facit quod dixi *suprà. ea. Const. cum Sancti, §. statuimus. ver. ridiculosas. ar. ff. de his quæ no. infa. l. 2. §. ait Prætor.*

c *Ostentare volentes.* Ad pompam Sæculi, vel superbiæ, quod non licet istis renunciantibus Sæculo: sic *suprà. ea. Const. miserabilis. §. 1.* ibi, *aut in pompas, vel proprios luxus &c.* licèt in casu hoc non prohibeatur Sæcularibus saltem Laicis. *ff. de postulat. l. 1. §. denique.*

d *Vel Monialium.* comprehendit ergo Prohibitio Religiosos, tam masculos quàm fœminas. Item tam Ordinis Sancti *Benedicti*, quàm Sancti *Augustini*, cùm statim adjungat, *Canonicorum &c.* qui Canonici omnes sub Regula Beati *Augustini* militant, ut scripsi *suprà. in Const. Otho. audivimus. in prin. & suprà. ea. Const. porro. § penùltimo.*

e *Regularium.* Sæculares ergo Canonicos hæc Prohibitio sui gratiâ non arctat.

f *Vel pretiosiori.* Sc. Cipho.

g *In Refectorio, vel in locis aliis.* Quasi diceret, nec in loco communi, nec Sæculari. Refectorium enim & Dormitorium loca sunt communia ipsorum Religiosorum. *Extra. de vita & ho. Cle. quoniam ut ait.*

h *Illum.* Sc. Ciphum.

i *Proprium.* Facit *suprà. ea. Con. quia verò.*

k *Cum enim.* Secunda pars, reddens rationem Prohibitionis prætactæ.

l *Omnes.* Scil. Religiosi in una Domo morantes.

m *Sanctæ fraternitatis. Ar. ff. pro socio. l. verum. §. 1.*

n *Nomine.* Absit quod facto: quia sine re & affectu charitativo.

o *Cœquales.* Dignum est, ut qui similem cum aliis suscipiunt vitam, similem sentiant in Legibus disciplinam: *Extra. de sta. Mo. recolentes.* quia non debet fieri aliis remissio, & aliis tribulatio; ut notatur *Extra. de offi. ordi. conquerente. in fi.*

p *Cæteris minorem.* Pro quo scias, quòd est Humiliatio famæ, & hæc mala est. *Ar.* in hoc quod notatur in *glo.* remissiva, de qua dixi *suprà. c. proxi. §. 1. in glo. qui color. in fi.* Item est Humiliatio simplicitatis, & hæc mala est. *22. q. 2. cum humilitatis.* Item timoris, & est informis. *¶ 1. q. 3. quisquis metu. de pæ. di. 3. Achab.* Idem videtur de Humiliatione afflictionis: ut in *Psal. Humiliatus sum usquequaque.* Item est Humiliatio informata Charitate, quæ virtus est, ut hic: de qua *Eccle. 3. c. Quanto major es, humilia te in omnibus.* Unde dicit *glo.* super dicto *Psal. Humiliatus sum &c.* Beatus qui gloriatur in Humilitate, magis quàm in Potestate: Potestas enim decipit, Humilitas non decipit; ut hic notat *Gui.* in dicto *c. cum humilitatis.*

Humiliatio multiplex.

q *De infirmis.* Hic excipit à generali Prohibitione facta *suprà. ea. Const. ad hæc quoniam,* & fundatur hæc Constitutio per *c. Extra. de sta. Mo. cum ad Monasterium, §. porro. suprà in Con. Otho. audivimus. in fi. 1. respon.*

r *Charitas jubet.* Est enim Humanitatis præsidium hominem hominis beneficio affici. *ff. de ser. expo. l. servus ea. l. in fi.* Sed tamen Charitas hujusmodi modernis temporibus sic refrigescit, quòd propter ejus tepiditatem, imperio principatûs amisso, modicum de ipsa †notatur, ut oculata fide (proh dolor) injuriatur. † *M. S.* curatur.

s *Pietas interpellat.* Quinimò ratio & lex hoc postulat, quoniam servite intelliguntur, qui propter adversam valetudinem ad actuali servitio impediuntur. *ff. de sta. liber. l. cum habes. §. Stichus. ver. Et si quibusdam.* Legitur & notatur per *Gui. Extra. de Cle. non resi. c. 1. §. qui vero. ver. infirmitatis. li. 6.* Hoc tamen sanè intelligo, sc, quòd infirmus censetur residere etiam quoad quotidianas distributiones seu stipendia percipienda, quando antea sanus residebat cum cæteris officiando ministrans; ut ibi notatur, & hic, & *ar.* in hoc quod legitur & notatur *ff. de lega. legatus antequam. §. si quis,* aliàs, si nec sanus resedisset, stipendium hujusmodi de Jure non caperet infirmus, *ar. C. de Epi. & cle. l. generaliter. §. fi.* nisi fortè sola pietatis ratione: ut *ar. 50. di. sludeat. in fi.* & de hoc notat *Jo. An. Extra. de Cle. non resi. ad audientiam, prope fi.* *Servium qui servire non potest.*

t *Claustralis.* Hoc dicit ad differentiam alterius Prioris Abbatem proprium non habentis: de quo dixi *suprà. c. prox. in pr. & infra. §. prox.*

u *Visitationis.* Non intelligas hic loqui de Jurisdictione Visitationis, sed de inspectione, & super usu corporali.

x *Circa ipsos.* Sc. infirmos, necnon circa debiles & delicatos, qui per grossa cibaria † nescirent nutrire naturam ut suppletur *Extra. de sta. Mo. c. cum ad Monasterium. §. porro.* & dixi *suprà. in Con. Otb. audivimus. in fi. 1. respon.* Hæc quoque cura ad hujusmodi Priorem pertinet præ cæteris post Abbatem, ut dicto *c. cum ad Monasterium. §. Prior autem.* † *M. S.* nequiverunt sustinere.

y *Ab Infirmario.* Nota Officium illius hic collaudari per Legem, sicut Cellerarii, ut dicto *c. cum ad Monasterium. in fi. §. 1.* Sed simpliciter loquendo non ita firmo Jure tenet ipse, nec Camerarius, nec Sacrista, suam administrationem, sicut Abbas vel Prior tenet suam Dignitatem: cùm difficilius removeantur à suis administrationibus creati per electionem, & confirmati per Superiorem, quàm alii Obedientiarii supradicti, *Extra. de sta. Mo. Monachi.* licet tempore durante Obedientiarii administratione habeant hi, sicut illi; ut *eo. ti. cum ad Monasterium. §. tales.* & notat *W. Extra. de re. Ec. non alie. c. 1. 1. respon. in gl. nota qd infrà. in Con. (Clem.* *Minorum Officiorum & Abbatiæ firmitas.*

z *Si quas vero.* Secunda pars.

a *In hoc.* i.e. Participando vel ministrando prædictis existentibus

b *Invenerit.* Sc. dictus Prior Claustralis. (in Infirmitorio.

c *Ipsos.* Sc. defectus.

d *Priori.* Ubi non habet Abbatem propriù super se, sed *suprà. 1. respon.* loquitur de Priori Claustrali, qui habet hoc denunciare huic Superiori Priori; ut sic decernamus differentiam inter denunciantem & denunciatum. *Ar. ff. ad Trebel. l. Ille à quo. §. tempestivum.*

e *Abbas autem vel Prior.* Sc. denunciatus.

f *Faciant.* In effectu. *Extra. de Cle. non resi. relatum. cum si.*

g *Quod si Abbas vel Prior.* Sc. denunciatus, ut prædixi.

h *Ab Officio.* Sc. administrationis: ut *suprà. c. c. quia vero. in fi.* vel dic ut *infrà. c. prox. in fi.*

i *Suspensi.* Sed hujusmodi Suspensiones raro exequuntur in actu.

k *Statuimus.* Continuatur ad materiâ de esu carnium *suprà. c. c. ad*

l *Vel Prior.* Proprium non habens Abbatem: (*hæc quoniam.* ut *suprà. ea. c. ad hæc quoniam. §. nos autem. in prin.* non autem loquitur de Priore Claustrali. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de rescriptis. etsi Principalis. in Cle.*

m *Vult.* Hoc ergo committitur Præsidentis voluntati, non au-

---

De Infirmis.

¶ Summarium.

Prior vel Superior per Visitationem vigilantem infirmis Fratribus prospiciat, ut ab Infirmario ritè tractentur. In quo si defectum invenerit, Superiori denunciet ab eodem supplendum: alioquin tam Abbas negligens quàm Prior suspendantur ab Officio, donec suo fungantur munere.

Quòd semper in Refectorio duæ partes Conventûs remaneant.

¶ Summarium.

Abbates aut Priores non sic vocent è Refectorio Fratres reficiendos ad locum privatum, ut non remaneant illic duæ partes eorum, & in vocandis rationabilem faciant delectum.

Camera ſeparata permittitur Abbati.

tem neceſſitati, *ar. ff. de judi. l. non quicquid.* dum diſcretè: ut *infrà. c. §. ulti.*

a *In Camera ſua.* Nota Abbatem vel Priorem Cameram ſeparatam habere à communitate Conventûs, non tamen quòd ibi ſit die vel nocte omnino ſolitarius. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *ſuprà. Conſti. Monachos. ver. periculoſum.*

b *Reficere.* Quod facere poteſt Præſidens ex indulgentia Juris. *de ſta. Mo. eum ad Monaſterium. §. in refectorio. ver. quanquam,* ubi eſt Textus fundans Conſtitutionem iſtam.

c *Ibidem.* In Camera ſua.

d *Moderetur. Moderationis* verbum diminutionem continet. *Extra. de ver. ſig. c. ulti.*

e *Saltem.* i.e. ad minus.

f *In comeſtione.* Quam facere debent, præcipuè Religioſi, non ante horam diei tertiam, ſolùm per cibos licitos ad reficiendum infirmitatem corporis, ad uſum exercendum virtutis, vel auditu Sacræ lectionis, abſque detractionibus & irriſionibus univerſis, ac ſine Sæcularium negotiorum inanibus fabulis, ante cibos & poſt gratiis Deo relatis: quæ ſi vos Religioſi in veſtris commeſſationibus agitis, abſtinemium proculdubiò Magiſtri eſtis: & hæc omnia colligentur 44. *di. c. convivia.* & *c. non liceat.*

Comedendi hora & forma.

Verſus. Unde Verſus, *Sit timor in*

Servanda in menſa. *dapibus, Benedictio, Lectio, Tempus, Sermo brevis, Vultus hilaris, Pars detur egenis. Abſint Deliciæ, Detractio, Crapula, Murmur, Ebrietas, nimis Affectus, & Hiſtrionatus: Finitoq; cibo reddatur Gratia Chriſto.*

g *Conventu.* i.e. Refectorio, ut patet *de ſta. Mona. cum ad Monaſterium. §. in refectorio.* Hoc tamen termino Monachi his diebus dicuntur abuti, dum in Refectorio paucis relictis in domo aliâ ad hoc deputatâ etiam carnibus veſcuntur ad ſaturitatem extra Abbatis præſentiam, ibique paſcendo ſe in Conventu ſe nominant comediſſe: ſic † verbis Statutum complectentes, ſed ejus mentem non abſque fraude damnabiliter reſpuentes omnino. *ff. de leg. contra legem. 2. reſpon. Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſt. quia plerumq; ver. & pactiones.*

Conventus.

† *M. S.* Verba Legis,

h *In hoc verò.* Secunda pars.

i *Sine perſonarum acceptione. Ar.* notatorum *ſuprà. ea. Conſti. Chriſtianæ. in fi.*

k *Nunc hos nunc illos.* i.e. viciſſim, non ſemper eoſdem, nè alii ſcrupuloſi moveantur. 16. *q.* 7. *c.* 1. circa medium.

l *Ad refectionem.* Non dicit ad eſum carnium, ut in dicto §. *in refectorio.* unde hæc Conſtitutio ſumitur: licèt ipſi Monachi eſum carnium hoc caſu interpretentur.

m *Indigere. Ar. infrà. in Conſt. proxi.* cum aliis ſimilibus ſequentibus & præcedentibus.

Quòd nulli Religioſi vendant vel aſſignent aliis Liberationes.

¶ Summarium.

Prælati Monaſteriorum nemini poſthac in gravamen Domûs ſuæ vendant Liberationes ſeu Corrodia, & ſi cui ad perpetuum vendiderint, aut aſſignaverint, poſt illius vitam non reaſſignent hæredi, ſub Anathematis pœna.

n VOlentes etiam Eccleſiarum indemnitatibus providere, illud vitium Extirpamus, quo quidam Abbates, & Priores, & aliarum o Eccleſiarum Rectores, & p Cuſtodes Hoſpitalium, cupiditatis ardore, q qui r eorum corda vehementer inflammat, interveniente pretio, s potiùs perſonis t quàm Eccleſiis conſulentes, u ad certum tempus x vel ad vitam illorum, quibus fit conceſſio, y certum quid (qd communiter z Liberationes appellant) communiter a vendunt & aſſignant, b pro vitæ neceſſariis, ſingulis diebus, vel certis temporibus c exſolvendum. d Ex quo fit, e ut Eccleſiis, f Hoſpitalibus, g & Monaſteriis in dictarũ Liberationum exactione & ſolutione gravatis, h illorum, qui debent Eccleſiis & Monaſteriis deſervire, ac infirmorum & pauperum, i ad quorum ſuſtentationem hujuſmodi bona ſunt k ſpecialiter

Nota de contrahentibus cum Eccleſiaſticis.

per hoc Authenticæ juxta confictam Ordinationem Prælati: *ar. ff. de re mili. l. nos omnes. §. à barbaris. C. de ſacroſan. Ec. l. jubemus. 2. §. ſcientes.* Hoc ſentit *W. Extra. de re. Eccle. non alie. Monaſteriorum. ver. Monaſterium. 2. in Cle.* ſed hanc ſubtilitatem ſeu ſolennitatem Jus Regni non admittit, ſed ſcripturæ ſuper mutuo innititur, licèt projecta (ut didici) pecunia ſit in mare.

u *Ad certum tempus.* Quantumcunque modicum, vel iſte modus diſponendi de rebus Eccleſiæ ſit omnino prohibitus: ut notat *W. eod. titu. c. ulti. all. ſuper eo. ver. in Cle.* ſed locario & venditio fructuum in hac parte ad modicum tempus toleretur; ut legitur & notatur per *Jo. An. eo. §. ulti. in Cle.*

x *Vel ad vitam.* Et ſic hujuſmodi contractus, cùm ſit intuitu perſonæ de bonis Eccleſiæ, tanquam ambitioſus reſtringitur. *Ar. Extra. de Præben. quamvis. lib. 6.* & notat *W.* in dicto *c. in Cle. ſuper eo ver.*

y *Certum quid.* Puta, panis & cervisiæ certam menſuram, cum aliis victualibus in contractu ſpecificatis, ut *infrà* ſequitur.

z *Liberationes.* Aliàs verò nuncupantur Corrodia.

Corrodia.

a *Vendunt & aſſignant.* Cum conſenſu ſuorum Fratrum; aliàs enim ſecus, ut notat *W.* in dicto *c. Extra. de re. Ec. non alie. Monaſteriorum, ver. conventus ſui.*

b *Pro vitæ neceſſariis.* De quibus legitur & notatur 10. *q.* 2. *Epiſcopus. in glo.* 1. & 2.

c *Exſolvendum.* Notabiles quæſtiones de hujuſmodi penſione vide per *W. Extra. de re. Eccle. non alie. Monaſteriorum. ver. aut poſſeſſiones. in Cle.*

d *Ex quo fit.* Secunda pars, in qua abſurditates contingentes ex facto præſuppoſito hic ſubnectit.

e *Ut Eccleſiis gravatis.* Per earum Rectores.

f *Hoſpitalibus.* Per eorum Cuſtodes.

g *Et Monaſteriis.* Per Abbates, & Priores, ut ſic referantur ſingula iſta ſingulis aliis poſitis *ſuprà. e. c.* 1. *reſponſ. in princip.*

h *Illorum.* Sc. Monaſteriorum, ut ſequitur.

i *Quorum.* Sc. infirmorum & pauperum.

k *Specialiter aſſignata.* De hoc plenè dixi *ſuprà. ea. Conſti. Chriſtianæ. prope fi.* 1. *reſpon.* & §. 1. in magna *glo.*

a *Numerus*

n VOlentes. Prophetizat id quod hodie reperitur Statutum *Extra. de re. Eccl. non alie. monaſteriorum. in Cle.* Item addit ad illud quod legitur & notatur *ſuprà. ea. Con. quoniam alienationes.*

o *Eccleſiarum Rectores.* Facit quod legitur & notatur *ſuprà. ea. Conſt. quia plerumque.*

p *Cuſtodes Hoſpitalium.* Hæc vera intellige de Hoſpitalibus; quæ Epiſcopali Juriſdictioni ſubſint, & Spirituali Jure nituntur: *Extra. de reli. do. c. ad hæc. & ea. i. c. quia contingit. in Cle.* ſed in Hoſpitalibus, ubi Fratres deputantur Laici, vel Sorores hujuſmodi ad infirmorum miniſterium, & ad faciendum hoſpitalitatem, ubi non eſt Eccleſia conſecrata, ſed Oratorium Sæculare, ita quòd Epiſcopus non habet ibi quicquam, ſed remanet in diſpoſitione & dominio Laicorum, ibi forte non arctarent Statuta iſta Legati; ut legitur & notatur per *Inno. & Hoſti.* de Hoſpitali Sancti *Allucii, Extra. de dona. inter dilectos.* & notat *W. Extra. de Præben. per literas. in Cle.* & in dicto *c. quia contingit. in glo. hic quæro.* Hujuſmodi Hoſpitale Laicum eſſe creditur à quibuſdam Domus Sancti *Leonardi* in *Eboraco*, quia Dominus noſter Rex *Angliæ* Magiſtrum ipſius Hoſpitalis liberè præfecit Jure ſuo: ſed certè ibi dicuntur habere Eccleſiam conſecratam, & dudum *Eboracenſis* Archiepiſcopus Magiſtrum præficiebat ibidem, licèt ejus Ordinationi in hac parte Capitulum *Eboracenſe* niteretur repugnare: ut legitur & notatur per *Hoſtien. Extra. de appel. ſignificavit.* Tamen de facto Dominus Rex prædictus prohibet ibi quæcunque Juriſdictionalia etiam Eccleſiaſtica exerceri. De hoc dixi *ſuprà. in Conſtit. Otho. alicubi. §. dante. in glo. ut præpoſitura.*

Hoſpitalis diverſa.

q *Qui.* Sc. ardor.

r *Eorum.* Sc. Præſidentium prædictorum.

s *Potiùs perſonis.* Id eſt, ad ingluviem perſonarum ſuarum.

t *Quàm Eccleſiis.* i.e. Quàm utilitati Eccleſiarum. An ergo contrahens cum Monaſterio, vel ejus Prælato debeat probare pretium converſum in utilitatem Monaſterii? Videtur quòd ſic. *Ar. ff. de re. eorum qui ſub tu. vel cur. ſunt. l. magis. §. illud.* Sed *Inno.* videtur tenere illud eſſe verum, duntaxat in contractu mutui per Eccleſiam inito, ut ipſe notat *Extra. depo. gravis. in glo. poſt princip.* ſed contra videtur 10. *q.* 2. *hoc jus porrectum.* ſed ibi de hoc bene notatur in *gloſſ. ſed notandum.* Solutio. In hoc credo de Jure debere attendi alia legitima documenta, puta, quia Prælatus priùs in Eccleſiis bene & moderatè ſe habuit, & hujuſmodi bene expendit, potiùs quàm Scripturæ Eccleſiaſticæ ſu-

assignata, [a] numerus minuatur: per quod Ecclesiæ servitiis debitis, & pauperes ac infirmi alimoniis [b] defraudantur, [c] in eorum, qui concedunt, Animarum periculum, [d] & scandalum manifestum.

[e] Propter quod districtius Inhibemus, [f] nè unquam [g] personis aliquibus hujusmodi [h] Liberationes vendantur. [i] Et si aliquæ ante hanc nostram Constitutionem concessæ fuerint in perpetuum, vel ad tempus, resignantibus vel decedentibus illis, qui [k] eas obtinuerunt, hactenus Abbates, Priores, Rectores, & Custodes præfati eas de novo eorum hæredibus [†] non concedant.

[m] Quòd si sint, [n] qui contra hoc salubre Statutum aliquid [o] attentare præsumpserint, Anathematis vinculo feriantur, & [p] nisi id [q] revocaverint, [r] ab Officio sint suspensi.

multitudine Populi sit dignitas Regis, & in paucitate Plebis ignominia Principis, nulla debet [u] avaritia, nulla debet [x] desidia vel contemptus † arripere, [y] ut Regis Regum cultum [z] attenuet colentium paucitas, & contra multiformis nequitiæ hostem minuatur exercitus bellatorum.

[a] Ideo q; Statuimus, & districtè Præcipimus, ut in singulis Monasteriis, & [b] in his præcipuè, quæ sunt Ecclesiæ Cathedrales, [c] servetur antiquus numerus Monachorum.

Quòd servetur antiquus numerus Religiosorum.

¶ Summarium.

In antiquis Monasteriis & Ecclesiis Cathedralibus servetur antiquus Deo ibidem deservire solitorum numerus.

[f] Cæterum cùm [t] juxta Sapientiæ doctrinam, in

De Ratione Administrationis reddenda.

¶ Summarium.

Prælati Superiores non habentes reddant quotannis saltem semel Rationem Administrationis suæ coram Conventu, aut deputatis ab eo, aliter ab Administratione suspendantur.

[d] De Prælatis autem, & Administrationibus, atq; Officialibus, Statuimus, ut Abbates, & Priores proprios [e] Abbates non habentes, [f] saltè

---

a *Numerus minuatur.* Quod est inconveniens. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *infrà. t. proxi.*

b *Defraudantur.* Et dic ut in glo. remissiva, de qua jam dixi in magna *glo.* antè. (nes.

c *In eorum.* Sc. Prælatorum vendentium hujusmodi Liberatio-

d *Et scandalum.* De hoc dixi *suprà. in Consti. Otho. quoniam de hubita. 1. respon.*

e *Propter quod.* Tertia pars.

f *Nè unquam.* In futurum post Constitutionem istam.

g *Personis aliquibus.* Ergo nec Clericis, nec Laicis; nec Masculis, nec Fœminis.

h *Liberationes vendantur.* Multò fortiùs nec donentur, cùm ex donatione minor proveniat utilitas Ecclesiæ, quàm ex pretio venditionis: quod denotat dictio *etiam*, in dicto *c. Monasterium.* circa medium. *in Clc. ar. C. de sacrosan. Ec. l. jubemus. 2. §. sciemes. Authen. de non alie. & permu. re. Ec. § alienationis. Col. 2. Extra. de re. Ec. non alie. c. nulli. 2. resp.* Contra hoc tamen facit violenter C. *de præbi. decur. l. Curiales. 1. respon.* cum sua *glo. li. 10.* Solutio. Licèt hic & ibi Lex tantùm de pretio locuta sit, tamen ad cæteros contractus Ecclesiæ hæc Prohibitio extenditur per *c.* alia *suprà. in prin. glo. all. Ar. ff. de legi. l. sed & posteriores.* ibi, *non est.* Secus vel in contrario consideratur frequentia, quia non consuevit quis libenter meræ liberalitate velle suum proprium jactare: *Ar. ff. de probati. cum de indebito. §. 1.* sed in rebus Ecclesiæ frequenter contingit Prælatum dilapidare vel negligenter se habere, quasi ibi minus curet quàm in propriis, ideo fortiùs in hujusmodi per Prohibitiones voluerunt occurrere Leges. *Arg. ff. de transac. l. cum hi. §. si Prætor.* & in eo quod legitur & notatur *ff. so. ma. l. si constante. §. si moritur.* Vel dic, qd in contrario est principaliter favor personæ, licèt secundariò favor verteatur Reipublicæ: *Ar. Instit. qui sunt sui vel ali. juris. §. sed hoc tempore.* hic verò principaliter attenditur favor Ecclesiæ. *Ar. 10. q. 2. hoc jus.*

† *M. S. add.* vel aliis.

Communia quisque animè curat.

† *Et si aliquæ.* Sc. Liberationes.

k *Eas.* Sc. Liberationes.

l *Non concedant.* Si tamen concesserunt cum eorum scripto, Sigillo communi signato, Seisinâ inde secutâ, Jus Regni satis arctat eos ad observationem hujusmodi contractûs: licèt per Legem Canonicam Jus nullum acquiratur exinde Emptori. *Extra. de re. Eccle. non alie. c. Monasteriorum. §. pe. in Clc.*

Contractus nulla fidei non obligat.

m *Quod si.* Quinta pars.

n *Qui.* Sc. Prælati.

o *Attentare.* Vendendo Liberationes seu Corrodia.

p *Nisi id.* i. e. Hujusmodi venditionem Liberationum.

q *Revocaverint.* Hujusmodi contractum, quatenus de facto processit; sed hæc Regni Lex non permittit, ut dixi *suprà. §. prox. in glo. si. Jo. de Athon.*

Suspensio quando est ab actu Administrationis, & quando à Divinis Officiis.

r *Ab Officio sint suspensi.* Idem dicitur in dicto *c. Monasteriorum. §. pe. in Clc.* Sed certè diminutè loquitur hic Legislator: declarare enim debuisset, an intelligeret de Divinis Officiis, an de aliis Officiis Administrationum suarum, ut notat *Jo. An. Extra. de reli. do. ver. officiis. in Clc.* Circa hoc credo distinguendum. An Lex punit actû malæ Administrationis; tunc suspensi simpliciter ab Officio intelligam suspendi ab Administratione sua, ut hic.

Ar. Extra. de solu. si quæritur. suprà. ea. Consti. quia. 10. in fi. suprà. c. proxi. in fi. infrà. ea. Consti. de Prælatis. in fi. † Hoc verum, nisi per adjunctum aliud intelligatur, puta, dicitur ab Officio & Beneficio, vel ab Administratione, tunc enim natura Suspensionis hujusmodi (quæ aliqualiter debet restringi, *Extra. de re. judi. in pœnis. li. 6.* † Dic adjuncte, inducit naturam Suspensionis à Divinis Officiis. *Extra. de deci. Religiosi. in Clc.* Sic aliàs est in dictione *absentarum esse. ff. judica. fol. l. novissima.* Aut quæritur in casu in quo Lex aliquod delictum punit per Suspensionem ab Officio: & tunc intelligam de Suspensione à Divinis Officiis, *suprà. ea. Const. domus Dei. §. quod si Rector. & c. gratia. in fi. ar.* pro Distinctione in eo quod dixi post *Inno. suprà. ea. Consti. Ecclesiarum. §. sequestrationes. ver. permittunt. &c.*

† *M. S.* ratione Adjuncti.

† *M. S.* Obrepere.

t *Cæterum.* Hæc Constitutio continuatur ad id quod legitur *suprà. c. prox. §. ex quo fit.*

u *Avaritia.* Dixi *suprà. ea. Consti. Otho. audita. in fi. 1. resp.*

x *Desidia.* i. e. Negligentia, de qua dixi *suprà. ea. Consti. in prox. §. sanè. prope fi.* vel i. e. Acedia, quæ frequentiùs inter viros Ecclesiasticos & Religiosos regnare solet. Est autem *Acedia* quædam tristitia aggravans animam hominis, ut ei nil agere liceat, & quoddam tædium operandi. Quæ peccatum mortale dicitur, quando post sensualitatem perfectè attingit ad consensum rationis. Nam tunc tristitia talis boni operis est hujusmodi peccatum, quia contrariatur Charitati. Charitatis enim effectus est gaudium de Deo, & bono opere; cui quoque contrariatur tristitia mentis de bono Divino, cui quis necesse habet intendere. Unde si aliquis contristetur de hoc, quòd alius cogit eum implere opera virtutis, quæ facere non arctatur ex Præcepto, non est peccatum Acediæ: sed quando contristatur ex his, quæ (ut prædixi) imminent facienda ex Præcepto propter Deum: ut notat *Gui. 25. d.* circa principium ultimæ Columnæ.

Acedia quid est.

y *Ut Regis Regum.* Sc. Summi, & Cœlestis,

z *Attenuet colentium paucitas.* Ad hoc facit *de consc. di. 1. ruso. §. deinde.* Sed contra *Extra. de reli. do. c. fi.* ubi videtur prohibere Religionem augmentari: sed ibi hoc fit in honore Ecclesiæ, ut vitetur confusio, ut ibi.

a *Ideoque.* Secunda pars.

b *In his præcipuè &c.* Quia in his immanet majus periculum: ut *Extra. de elec. ul pro defectu.*

c *Servetur antiquus numerus.* De hoc legitur & notatur *Extr. de Consti. ex parte. §. 1.* ubi etiam remittitur ad *c. e. ti. cum accessissent.* Et facit quod dixi *suprà. 1. respon. in glo. si.*

d *De Prælatis.* Continuatur hoc ad illud quod legitur *suprà. ea. Const. volentes. §. ex quo.* cùm ibi dicatur, quòd sustentatio non debet diminui; hoc enim debet sciri ex rationiciniorum redditione.

e *Abbates proprios non habentes.* De hoc dixi *suprà. ea. Consti. 8 minimus. in prin.*

f *Saltem semel in anno.* Sc. quolibet. *Ar.* in hoc quod legitur & notatur

notatur *Extra. de reli. do. quis contingit. §. illi etiam in Cle.* ibi videre poteris plura per *Jo. An.* Et nota per hunc Textum non † reprobari frequentiorem redditionem ratiociniorum, ſi neceſſitas vel utilitas Monaſterii hoc expoſcat, per hoc quod hic dicit, *ſaltem*, id eſt, ad minus. *ſuprà. e. c. Statuimus.*

† *M. S.* Verari.

a *Vèl aliquibus.* Scilicet vice & nomine omnium de Capitulo, ut ſequitur.

Disjunctiva pro Copulativa ponitur.

b *Vel prudentioribus.* Dic hic Disjunctivam poni pro Conjunctiva. ff. *de ver. ſig. ſæpe.* Ita quòd Seniores propter antiqui facti & prioris Adminiſtrationis aptam experientiam hujuſmodi ratiocinia audiant. *Ar.* ff. *de le. 3. l. ſi chorus. §. 1.* Et etiam Prudentiores adjungendi ſunt in eodem actu, propter majorem animi ſubtilitatem, & ſenſûs perſpicacitatem ; nam quanto † minores tantò perſpicaciores, ſecundùm Philoſophum, ſunt ; ut legitur & notatur de *Scævola* reprehendente *Gallum*, ff. *de liber. & poſtlim. Gallus. in prin.* Vel dic hanc Disjunctivam ſtare propriè, ſi hoc viſum fuerit diſcretioni Capituli. *C. de proxi. ſacro. ſcri. l. unicuique. ver. niſi ſor. c. libro 12.*

† *M. S.* Juniores.

c *Reddant.* Saltem ſi fuerint exacti & requiſiti ex parte Capituli : ut notat *Jo. An. Extra. de reli. do. quis. §. illi etiam. in glo. pro hac. in Cle.* Et dic, *reddant*, ſcil. cum effectu : ita quòd ſi quid ſuperſit, reſervetur in neceſſitates Monaſterii providè convertendum. ff. *de condi. & demon. l. cum ſervus. §. 1.*

d *De ſtatu Monaſterii.* Scilicet an ſit depreſſum ære alieno ; quibus etiam eſt obligatum ; & ex qua cauſa : *ar. C. de ſacroſan. Eccle. Authen. hoc jus.* ac etiam de † reſtaurando Monaſterio, & hujuſmodi.

† *M. S.* Inſtauro Maneriorum.

e *Et Adminiſtratione ſua.* Id eſt, Abbatum, & Priorum. Quod verum, quando bona Abbatis ſunt communia in Conventu : ſecus tamen ſi eſſent omnino diviſa & ſeparata, ſaltem quoad Adminiſtrationem ; ut legitur & notatur per *Jo. An. Extra. de reſcrip. edoceri. in fi. Textus.*

f *Plenariam rationem.* Non ergo perfunctoriam, vel generalem, dicendo fortè, Centum ſumpſi de Maneriis, ac ſolvi centum pro Victualibus, & debitis aliis. *Ar.* ff. *de admi. tu. l. tutor qui repertorium. 1. reſpon. & §. 1.* ff. *de tut. & rati. diſtra. l. 1. in prin. & ar.* in hoc quod plenè dixi *ſuprà. eod. Conſtitut. liberalem. §. præcipimus. in prin.*

g *Si quis verò.* Secunda pars.

h *Neglexerit.* Exactus. *Suprà. ver. reddant.*

i *Donec.* De hoc remiſſi *ſuprà. eadem Conſtitut. ſanè. §. nos autem. in fi.*

k *A ſuis Adminiſtrationibus.* i. e. Unius vel alterius Adminiſtratione ; ut ſic plurale reſolvatur in ſingulare. *Ar.* ff. *de condi. & de. l. falſa. §. ulti.* Non enim poteſt unus Abbas pluribus Monaſteriis præſidere. *Extra. de reli. do. c. ulti. in fi.*

l *Suſpenſus.* De hoc dixi *ſuprà. e. Conſti. volentes. in fi.*

ſemel in anno, præſente toto Conventu, [a] vel aliquibus de Senioribus [b] vel prudentioribus, ad hoc à Capitulo deputatis, [c] reddant [d] de ſtatu Monaſterii [e] & Adminiſtratione ſuâ [f] plenariam Rationem.

[g] Si quis verò Prior vel Abbas Statutum hujuſmodi [h] neglexerit obſervare, ipſo facto, [i] donec id fecerit, [k] à ſuis Admiuiſtrationibus ſit [l] ſuſpenſus.

Quòd Religioſi non emant vel vendant.

¶ Summarium.

Nemo Religionem profeſſus implicet ſe venditioni aut revenditioni quarumcunque rerum Nundinis aut alibi : alioquin tam mercantes quàm permittentes ab Officio ſint ſuſpenſi, non relaxandi à Superiore ſuo, donec ſatisfecerint pro offenſa. Quæcunque autem de Monachis aut eorum Prælatis præcepta ſunt, etiam de Monialibus & earum Superioribus intelligantur præcepta.

[m] VEnalium rerum [n] commercia, quibus cupiditas dandi minus vel plus recipiendi expetit captiones, vix aut nunquam [o] ſine interventu peccati, etiam inter Laicos, fieri dignoſcuntur : [p] quanto autem magis [q] eorum manus, qui ſunt Sacræ Religionis habitu & obſervantia [r] à terrenis actibus † elevati, ſordidum & fœtidum exiſtit à talibus [s] coinquinari.

[t] Hoc igitur contra illos quaſi abominabilem [u] Lepram Officio debitæ ſollicitudinis [x] inſequentes, arctiùs Inhibemus, nè Monachi, vel Moniales, aut Religioſi quilibet, [y] cujuſcunque Religionis exiſtant, mercationes, quæ in emendo vel in revendendo conſiſtunt, in Nundinis, Mercatis, vel aliis locis audeant [z] in quibuſcunque rebus aliquatenus exercere : [a] alioquin non ſolùm hi qui fecerint, [b] verum etiam hi, de quorum mandato proceſſerit, ipſo facto [c] ab Officio ſint Suſpenſi ; quæ Suſpenſio nullatenus [d] per Superiorem relaxetur, donec ſatisfecerint in præmiſſis.

[e] Quæcunque circa Monachorum ſtatum [f] ſunt ſtatuta, [g] in Monialibus quoque, quæ de [h] eadem ſunt Profeſſione, æquè Volumus & Præcipimus obſervari.

Quòd Moniales à certis locis non exeant.

¶ Summarium.

Monialis Deo conſecrata virtuti ſtudeat, carnem refrænet, cœleſtia contempletur, terrena deſpiciat, Sæculares & Sæcularia negotia devitet, peccata obrepentia in Capitulo purget, nunquam niſi in publico cum quovis loquatur, præſertim niſi

m *Venalium.* Continatur hæc Conſtitutio ad materiam proprietatis interdictæ Monachis. *Suprà. ea. Conſti. quia zero. & C. & quidem. & C. ad finem.*

n *Commercia.* Licèt vitæ hominum multùm neceſſaria ; ut notat *W. Extra. de præ. multorum. in fi. 1. reſpon.* & hominum indigentiæ ſupportativa ; ut dixi *ſuprà. in Conſtitut. Othon. Eccleſias. §. 1. ver. appetant.*

o *Sine interventu peccati.* Hoc dic ut legitur & notatur *ſuprà. eod. Conſt. omnipotens Dominus. in fi. 1. reſp.* † *M. S.* Aliena.

p *Quantò autem magis.* Nota hic argumentum à fortiori. C. *de ſacroſan. Eccle. Authen. multo magis.*

q *Eorum.* Scilicet Religioſorum, ut *infrà* ſequitur.

r *A terrenis actibus elevati. Ar.* in hoc quod legitur & notatur *infrà. ea. Conſt. regnum Cœlorum. 1. reſpon. & §. 1.*

s *Coinquinari.* Nam *qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea. Eccleſiaſtici 13. c.*

t *Hoc igitur.* Secunda pars.

u *Lepram.* Propter morbi contagium infectivum. *Ar. Extra. de Cle. agro. c. de rectoribus. & c. ſe.*

x *Inſequentes.* Etiam perfecto odio, ut legitur *ſuprà. ea. Conſt. ad tutelam. §. nos igitur. in prin.*

y *Cujuſcunque Religionis.* Hæc ergo Prohibitio nedum Monachos, ſed etiam cæteros Religioſos conſtringit. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſti. regnum Cœlorum. 1. reſpon. in gl. 1. q. 3. exilio.*

z *In quibuſcunque rebus.* Etiam neceſſariis ad Sacrificium Divinum. *ſuprà. eod. Conſt. omnipotens Dominus. 1. reſpon.*

a *Alioquin.* Verficului. *Johannes de Athon.*

b *Verum etiam hi.* Sc. Superiores Prælati. Nota hic tam mandantem quàm mandatarium teneri. ff. *de Jurejur. Imon ſolum. §. Proculus. & §. ſe.* Pro quo dic ut *ſuprà. in ea. Conſti. ad tutelam. §. nos igitur. in ver. ratam habuerit.*

c *Ab Officio.* Dic per ea quæ notantur *ſuprà. eod. Conſti. volentes. in fi.*

d *Nullatenus per Superiores relaxentur.* Nota hic quòd Suſpenſus ab Officio quotieſque ſatisfecerit, Superioris abſolutione neceſſariò indigebit : ut plenè dixi *ſuprà. eod. Conſtitut. cum honeſtatis. §. quia vero. circa medium magnæ glo.*

e *Quæcunque.* Tertia pars, in qua facit magnam extenſionem.

f *Superiùs ſunt ſtatuta.* In toto iſto Tractatu de Monachis, ab illo c. *ſuprà. eod. Conſtitut. regnum.* uſque huc.

g *In Monialibus quoque.* Hoc rationabile eſt, cùm genus Maſculinum & jam fœmininum comprehendat. ff. *de ver. ſig. & l. 1.* De quo Brocardico dic per *Cor. Extra. de elec. generali. li. 6.*

h *Eadem Profeſſione.* Hoc quoque conveniens eſt. *Ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. ea. Conſtitud quoq ; §. cum enim. ver. cæquales cenſentur.* Sunt enim quædam Moniales, quæ juxta Regulam Sancti *Auguſtini* † laxiori Religione degunt, ſed utinam nullæ earum † minus laxentur. † *M. S.* nimis.

(*infrà. c. proxi.*

a *Monialis.*

Moniales. Hic adjicit plenioremTractatum ad hoc quod de illis legitur & notatur *suprà. ca. proxi. §. fi.* De qua materia hoc satis legitur & notatur *Extra. de sta. Reg. periculoso. li. 6.* & *eo. ti. accedentes.*

b *Dedicatæ.* Sc. per Professionem. Aliàs *velatæ*, scil. velo Professionis. Est enim Velum multiplex; sc. Professionis, Consecrationis, & Prælationis. Quod prosequere, ut notatur 20. *q.* 1. *velamen, Palea est.*

Velum duplex est.

c *Perpetuò.* i. e. Dum vivunt. ff. *pro socio. l.* 1. cum similibus per *Gui, Extra. de sta. Reg. periculoso. 1. respon. ver. perpetuæ. li. 6.*

d *Et portas sensuum.* i. e. Exteriora organa quinque Sensuum; quorum mentionem fecit *suprà. ea. Const. omnipotens. 1. respon.* ibi, *clausis corporis sensibus.*

e *Observare.* Id est, per Seras de facili non aperiendas claudere.

f *Nè unquam.* i. e. Nè aliquo tempore.

g *Maligno spiritui.* Facit quod legitur & notatur *suprà. in Const. Otho. cum sit ars. in prin.*

h *Occasio delinquendi.* Facit *suprà. e. C. & quidem. in prin.* & 32. *q.* 7. *omnes.*

i *Eapropter.* Secunda pars.

k *In Cœnobiis.* i. e. In Monasteriis, ut dicto *c. periculoso. li. 6.*

l *Certa sunt loca.* Scil. quinque sequentia.

m *Et corporis.* Impudicus oculus impudici corporis est nuncius. 32. *q.* 5. *nec solo.*

Exteriora interiorum sunt indicia.

n *Innocentiam.* i. e. Integritatem. Quid ergo si violetur Monialis, nunquid cum violatore potest Episcopus dispensare? Dic qd sic: 27. *q.* 1. *ego.* & hoc tenet *Specu. ti. de legato. §. nunc de Episcoporum.*

o *Intrare.* Ver. in quo incipit designare loca Moniali permissa, & ad quos effectus illa intrare debet.

p *Oratorium.* De quo dixi *suprà. in Const. Otho. ea. Basilicarum. in fi. 1. respon.* Hic tamen accipitur pro Ecclesia earum circumquaque parietibus inclusâ, ubi Horas suas psallunt.

q *In quo.* Sc. Oratorio.

r *Prolabatur.* Ex tentatione præcedente.

s *Accedat.* Scilicet Monialis.

t *Ad Capitulum.* Hic est secundus locus Moniali permissus.

u *In quo.* Scilicet Capitulo.

x *Puniat.* Patet ergo Capitulum locum esse disciplinæ; ut dixi *suprà. ea. Const. porro. in fi.*

y *Et intret.* Sc. Monialis.

z *Dormitorium & Refectorium.* Hæc sunt alia duo loca Moniali permissa.

a *Horis suis.* Sc. competentibus & opportunis, non saltando in illis die ac nocte, prout juvenili calori placebit.

b *Recreandum.* Scilicet per cibum & potum in Refectorio, & per somnum in Dormitorio.

c *Sibi.* Sc. Moniali.

d *Superfluitate.* De hoc multum dixi *suprà. in Constit. Othonis. licet ad profugandum. 1. respon.* circa medium *glossæ*,

adsit altera Monialis, quæ totum præter Confessionem audiat, nusquam nisi de Superioris Commissione cum aliquo comedat, nec permissa, nisi cum eo, quicum malam famam non incurrat. Quæcunque loca suspecta etiam in Claustro devitet, & ad non suspecta non sine comeatu adeat, ad quæ Sæculares nisi ex justa causa & perquam raro accedant. Sed nec illa, quibus ex Officio competit visitare, sola incedat: Abbatissæ autem, & quæcunque aliæ Monialium Præsides non exeant Claustra, nisi utilitas Claustrorum aut necessitas exigat, neque tunc sola, sed probatis Monialibus sociatæ, sine quibus inferiores nequaquam exeant, nec sine venia Superiorum. Sed nè in Processionibus quidem exeant deinceps, sed domi eas faciant. Quæ omnia Prælati, quorum est Monasteria visitare, sub obtestatione Divini Judicii curent observanda.

MOniales Deo dedicatæ, quæ abnegantes seipsas, & renunciantes Sæculo, Christi servitio se perpetuò mancipârunt, omni custodiâ se servare habent, & portas Sensuum observare, nè unquam introitus pateat maligno Spiritui, ex quo aliis vel eis in pravorum desideriorum ardore, vel saltem levi cogitatione detur occasio delinquendi.

Eapropter in Cœnobiis certa sunt loca deputata, quæ eas exire non convenit, ut possint Domino cordis & corporis innocentiam observare. Intrare enim debet Oratorium Monialis, in quo prudenter orando sibi provideat, nè aliquando in tentationem incidens, in delictum aliquod prolabatur. Accedat ad Capitulum, in quo justè puniat quod commisit; & intret Dormitorium & Refectorium Horis suis, in quibus corpus ad sustentationem † recreandum, nè deficiat; assistat sibi temperantia, nè ex refectionis superfluitate caro recalcitret; & ut eam non deserat fortitudo, ut resistat fortiter tentationibus, dum quiescit. Sed cæteris horis moretur in Claustro, in quo sic se claudat, & corporis sui sensus custodiat, ut inter se & Mundum Chaos firmatum esse intelligat; & solum Deum mentis oculis aspiciens, aliquid prægustet de æternæ vitæ dulcedine contemplando. Præmissâ verò loca à personis Sæcularibus vacua esse Præcipimus, & ad ea non nisi necessariâ vel justâ causâ personæ Sæculares accedant; & hoc non frequenter, sed rarò, nè ex frequenti conversatione Sæculariù quies earù & contemplatio perturbetur, vel saltem ad Sæcularia cogitatione vel desiderio earum animus prolabatur.

† *MS.* Nè deficiat recreando.

Eapropter illud Statuimus, ut nunquam cum hominibus, vel aliquibus personis Religiosis, vel Sæcularibus, ni-

c *Caro recalcitret.* Ad modum Equi impertuosi. *Ar. Extra. de homicid. significâsti. 1. ff. si quadru. pauperi. fe. dicatur. l. Agaso.*

f *Eam non deserat fortitudo.* Ut in *Psal. Fortitudinem meam ad te custodiam.*

g *Resistat fortiter tentationibus.* Etiam licèt tentatio frequens fuerit. Nam dicit *August.* Per hoc, quod Tentator frequenter surgit sine causa, scilicet quia succumbit, dicit omnino non surgere. Unde Versus,

Tentator superandus.

Hostis non lædit, nisi cùm tentatus obedit.
Sed si non cedit victus, quasi Musca recedit.
Hosti dat vires, qui cedit viribus hostis.

h *Dum quiescit.* Id est, dum sine perturbatione fuerit, ut exponit *Gui. Extra. de offi. lega. c. 1. li. 6.* ut sic exaudiatur illa votiva Oratio Hymnidica, *Oculi somnum capiant, cor ad te semper vigilet* &c.

i *Claustro.* Hic est quintus locus Moniali permissus, imò jussus.

k *In quo.* Sc. Claustro.

l *Chaos confirmatum.* Alludit vocabulo Evangelico de Divite & *Lazaro, Lucæ 16. ca.* ubi dicit, *Inter nos & vos Chaos magnum firmatum est.* Hoc Chaos neutraliter positum. Unde *χάος Græci, Latinè* dicitur profunda fossa, vel confusa caligo, seu confusio, secundùm *Hug.* sic separans, ut omnino transitum communicativum impediat. Moraliter tamen quoad propositum *Chaos firmatum* dicitur, scilicet inter bonum & malum; quasi hinc æquitas inde iniquitas, quæ nullatenus sociari volunt. Et hoc plenius prosequitur *Magister 4. li. sententiarum. c. pe. Jo. de Aiton.*

Chaos.

m *Aliquid prægustet.* Ut in *Psal. Gustate & videte quoniam suavis est Dominus.*

n *Præmissâ verò.* Ver.

o *Loca.* Scilicet quinque prætacta.

p *A personis Sæcularibus.* Aliàs est sine hac Præpositione (*à*), & tunc suppleas ad literam propter planiorem intellectum.

q *Vacua esse Præcipimus.* Et hoc totum extractum fuit ex eo quod legitur & notatur *Extra. de vi. & hon. Cleri, Monasteria.*

r *Frequenter.* Idem etiam legitur in dicto *ca. Monasteria. ar. C. de adult. Authen. si quis ei.* & de hac dictione dixi *suprà. in Constitutione Othonis. ad Baptismum. §. statuimus. ver. frequenter.*

s *Earum.* Sc. Monialium.

t *Perturbetur.* Facit ad expositionem *Gui.* de qua dixi *suprà. eo. ver. dum quiescit.*

u *Prolabatur.* Aliàs inclinetur.

x *Eapropter.* Tertia pars.

y *Ut nunquam cum hominibus* &c. Patet 18. *q.* 2. *definimus. in fi. cum c. sc. & se.*

si in locis publicis, & [a] non suspectis, colloquium habeat Monialis, † & nisi [b] seriosum colloquium est habendum. Monialis sola non accedat seu conveniat ad loquendū, [c] sed sibi adminus [d] Monialis alia [e] Deum timens, & in Religionis observatione rigida societur, [f] quæ [g] illos [h] semper videat, & possit omnium, quæ per aliam dicta vel facta fuerunt, [i] esse testis, [k] nisi quando voluerit confiteri. [l] Nunquam etiam extra Domum, nisi de Superioris permissu, cum aliquo homine comedat; [m] nec tunc, nisi cum tali, qui tanta sit ei [n] consanguinitate vel affinitate, [o] seu aliâ honestâ familiaritate conjunctus, & aliter [p] non suspectus, [q] qd non liceat inter eos aliquid suspicari siniſtrum. [r] Alia verò loca, quàm [s] quinque præmissa, Monialis sibi reputet penitus interdicta, [t] ut ad ea nunquam accedat, nisi ad locum [u] Infirmariæ, [x] vel ad alium Monialibus ad hoc deputatum; [y] in quo de licentia Abbatissæ [z] seu Priorissæ causâ recreationis esse poterit, si debilitate fuerit seu infirmitate detenta, ubi infirmitatis & recreationis remedia recipiat [a] opportuna. [b] Ad officinas etiam Moniales, nisi illæ, quibus hoc ex Officio competit, non accedant; & illæ nunquā solæ, sed cum honesta societate, [c] ut superiùs de aliis est expressum. [d] Abbatissa verò, seu [e] Priorissa, & cæteræ, quæ Monasterio præsunt, quocunq; nomine censeantur, [f] Monasteria non exeant, nisi pro evidenti Monasterii utilitate vel necessitate urgente, & cum societate honestâ. Cæteris verò inferioribus Monialibus nunquam, [g] nisi justâ vel necessariâ causâ exeundi Monasterium licentia [h] præbeatur: [i] & tunc nunquam solæ ire, esse, [k] vel morari extra Monasterium permittantur, [l] nisi tali Moniali [m] fuerit sociata, quæ sic probata in Monasterio fuerit, quòd de ipsa nihil siniſtri poterit suspicari. [n] In terris quoq; nostræ Legationis Consuetudinem Abolemus, quâ Moniales Monasteria consueverunt exire [o] occasione Processionum, quantumcunque fuerint publicæ & solennes; firmiter Statuentes, ut occasione prædictâ Monasteria non exeant Moniales, [p] sed intra sepes Monasteriorum [q] Processionum solennia peragant [r] temporibus in quibus consuevérunt fideles in Processionibus convenire. [s] Nihilominus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, quibus [t] visitandi Officium de Jure [u] seu Consuetudine competit, in virtute Sanctæ obedientiæ & [x] sub obtestatione Divini [y] Judicii districtè Præcipimus, ut Monasteria Monialium, prout expedit, visitantes, quæ statuta sunt, firmiter

† *M. S.* ubi seorsum &c.

Consanguinitas.

Affinitas.

a *Non suspectis locis.* Ergo non in suis Cameris singularibus, cellis, vel privatis receptaculis. 18. *q.* 2. *pernitiosum*, cum §. præcedente.

b *Seriosum colloquium.* Debent enim cum tali pauca verba habere, & compendiosa, confabulationibus non permixtis. 18. *q.* 2. *non definimus. in fi.*

c *Sed sibi.* Sc. Monialī, cum qua vir nitiur habere colloquium.

d *Monialis alia.* Sc. vetula, ad præsumptionem suspitionis tollendam, ut notat *Gui. Extra. de relig. periculoso. ver. societate. li. 6.*

e *Timens Deum.* Saltem præsumptivè.

f *Quæ.* Scilicet Monialis alia.

g *Illos.* Sc. colloquentes.

h *Semper videat.* Nam ibi in mora modici temporis verti posset magnum præjudicium: ff. *de dam. infec. l.* 1. licèt aliàs regulariter secus. ff. *de judic. si debitori.*

i *Esse testis.* Et hoc convenit tam propter insidias Diaboli, quàm propter allocutionem hominum. 18. *q.* 2. *Monasteria.* Unde *Seneca* ad *Lucil.* 11. *ca.* alias *c. se.* "Magna pars peccatorum tollitur, si peccatori testis existat. *Ar.* 81. *di. ab omnibus.*

k *Nisi quando &c.* Nam loquitur Confessori tanquā Deo. *Extra. de offi. ordi. c. Sacerdos prope fi.* Absit ergo, quòd juxta Burdam pueri sic sit respondentis de matre sua Sæculari, Ille, sc. Deus scit, qui sit talis, qui cum Moniali depositā veste stragulatā suspitiosè pernocter.

l *Nunquam nisi de permissu.* i. e. Licentia.

m *Nec tunc.* Cùm oporterit Superioris habere licentiam.

n *Consanguinitate.* Quæ est vinculum diversarum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum: sed *Affinitas* est proximitas personarum ex carnali coitu proveniens, omni carens parentela. De istis notat *Gui. Extra. de Sponsa. c.* 1. *in prin. li.* 6.

o *Sive alia honesta. Ar.* ff. *de ver. sig. l. latæ culpæ.* §. *amicos.*

p *Non suspectus.* An igitur Presbyter diffamatus cum Moniali possit suam innocentiam purgare cum mulieribus, vel honestis Laicis? *Glo.* dicit quòd sic: ut notatur 18. *q.* 2. *in decima.* De hoc plenius dixi *supra. in Constitut. Otho. quid ad venerabiles.* §. *circueant.* in magna *glo.* in quæstione, ibi, *jam quoque videndum est.*

q *Quod non liceat suspicari. Ar. C. de Epis. & Cle. l. cum qui.*

r *Alia verò loca.* Versiculus.

s *Quinque præmissa. Supra. eo.* §. 1.

t *Ut ad ea.* Scil. alia loca.

u *Infirmariæ.* Hic est textus locus Moniali permissus, sed hoc causaliter tantùm.

x *Vel ad alium.* Sc. locum.

y *In quo.* Sc. loco, fortè receptaculo singulari.

z *Seu Priorissæ.* Abbatissam Superiorem non habentis. *Ar. supra. ca. Const. quia vero.* §. 1. & *c. ad hæc.* §. *nos autem. & c. de Prælatis.* Sed usus fortè talium Monialium interpretatur dictum de Priorissis Claustralibus, saltem illis Priorissis absentibus. *Infrà. Const. primi. Ar.* in hoc quod legitur & notatur *supra. ea. Const. de infamis.*

a *Opportuna.* Non per Saltatrices, Histriones, Choreas, vel alia inhonesta. *Extra. de sta. Reg. attendentes. in Cle. Jo. de Athon.*

b *Ad Officinas.* Versi.

c *Ut superiùs est expressum. Supra. eo.* §. *ver. ne unquam.*

d *Abbatissa verò.* Quarta pars.

e *Priorissa.* Patificantur igitur hic Priorissa & Abbatissa. Quod verum potest esse quoad regimen Monasterii, ut hic; non tamen quoad munus Benedictionis recipiendæ. *Ar. Extra. de elec. indemnitatibus.* §. *cæterum. li.* 6. & notat *Jo. An. Extra. de accusat. nuntius.*

f *Monasteria non exeant, nisi &c.* Hæc prophetizat id quod plenius Statuit *Bonifacius* Octavus *Extra. de sta. Reg. periculoso.* §. *verum.* cum § *se. li.* 6. Unde dic ut ibi legitur & notatur per *Doct.*

g *Nisi justa.* i. e. Probabili acceptandi de Jure.

h *Præbeatur.* Per Abbatissam, vel Priorissam, vel aliam, quæ ibidem præsit: ut *supra* in principio hujus §.

i *Et tunc.* Scil. concessā licentiā exeundi. *Jo. de Athon.*

k *Vel morari.* Nota Disjunctivam, quasi nullū istorum fieri debeat. *Ar. ff. de re. du. l. si is qui contra.* §. *utrum.* cum similibus.

l *Nisi tali Moniali.* Sc. impetranti licentiam exeundi. *Jo. de Athon.*

m *Fuerit sociata.* Aliqua vetula: ut 18. *q.* 2. *definivimus.* §. *fi.* Legitur & notatur *supra.* §. *præsi. post prin.*

n *In terris quoque.* Quinta pars.

o *Occasione Processionum.* De quibus dixi *supra. ea. Con. justus & misericors. &c. & alli.*

p *Sed intra sepes.* i. e. Bayas vel Vineas, circumdantes Claustrum earum: ut sic exponit *Gui.* 55 *Dis. præcepta.* Dicitur enim *sepes, à sepio, is,* i. e. circueo, is, secundum *Hug.* Aliàs est in Textu, *intra septa*: & tunc dic, ut notavi post *Gui. supra. ea. Const. ad tutelam.* 1 *respon. ver. septa.* & tunc concordat *Extra. de sta. Mo. c. nil in agro.* §. *quia verò in fi. in Cle.*

q *Processionum solennia.* Per pulsationem Campanarum, indutis fortè Cappis, ac binis & binis ordinatè incedentibus, Cruce semper præcedente: & sic intellige gl. remissivas, de quibus dixi *supra. e.* §. *in prin.*

r *Temporibus in quibus.* Ut patet in Remissionibus, quas fecit *supra. eo. in prin.*

s *Nihilominus.* Versiculus.

t *Visitandi officium.* Facit *Extra. de sta. re. c. attendentes. in Cle.*

u *Seu consuetudine.* Potest ergo comperere Officium visitandi ex consuetudine. *Ar. C. de exhiben. liber. l.* 1. Facit quod legitur & notatur *supra. in Con. Otho. cum non solum.*

x *Sub obtestatione.* De hoc dixi plenè *supra. ea. Con. pastor bonus. ante fi.*

y *Judicii.* i. e. Pœnæ. *Ar.* 50. *di. & purgabit.* Et qualiter multis modis sumitur *Judicium*, notat *Gui.* 55. *di. præcepta. ver. judicio.*

a *Faciant*

Responsio Monialium.

† *M. S.* sedebant in otiis suis &c.

a *Faciant observari.* Sed certè vix hoc faceret homo mortalis: ideo subaudiendum est hic, *quatenus in eis est.* *Ar.* in hoc quod legitur & notatur *suprà. ea. Consti. ita mortalium.* §. *nos autem. in prin.* Nam brevibus verbis respondent Moniales Statutis istis, vel aliis contra earum lascivias editis; quòd valdè †fidebant tales statuentes in conscientiis suis, quando talia contra nos ordinaverunt per suas arctationes sic intolerabiliter duras. Unde ad oculum videmus hæc Statuta vel in nullo, vel malè observari. Ut quid ergo Sancti Patres illi sic laborando aerem verberaverunt, certè non minus meritorius fuit labor eorum. *Suprà. ea. Const. Christianæ. 1. respon. ver. sana.* Non ergo aspicimus ad id quod fit, sed ad illud quod de Jure fieri convenit. ff. *de Instit. & jur. l. pe. §. pe. Extra. de ele. cum causam.* Quòd autem non servantur illæ Constitutiones in actu, scias hoc contingere permixtim à peccato detestabili utriusque partis; vel separatim per damnabilem negligentiam in Prælatis; *ar.* in hoc quod dixi *suprà*, & remissa *ea. Con. in proœ. in §. sanè. in gl. de.* (nam secundùm Beatum *Bernardum* ad *Eugenium, li. 4. prope fi.* "Impunitas ausum parit, ausus verò excessum.) vel per induratam obstinationem & contumacem proterviam in subditis; in quibus crescente contumaciâ crescere debet & pœna. *Ar. Extra. de judic. c. cum non ab homine.* ff. *de pœ. l. relegati. in fi. C. de servit. fug. l. quicunque. §. 1.* in fine magnæ *gl.*

Causæ infringentes Constitutiones Canonicas.

b *Ad hæc.* Hic redit ad remedium transgressionum præteactarum, cùm lapsus quilibet in peccatum per veram Confessionem & Pœnitentiam semper valeat reparari. *Extra. de sum. Tri. firmiter. §. fi.* Facit quod legitur & notatur *suprà. ead. Const. quoniam cæca. §. pe. & ulti.*

c *Scriptum est. Prov. 24. c. de pœ. di. 3. septies.*

d *Nemo sine crimine vivit.* Ut in Versu Sapientis Catonis, *Cùm culpas alios, nemo sine crimine vivit.* Nam sine levibus peccatis præsens vita non ducitur. *de pœ. di. 3. quotidianis.* Ideo alibi Metricè dicitur:

Peccantem damnare cave, quia labimur omnes.
Nam sumus, aut fuimus, aut possumus esse quod hic est.

e *Præcipuè.* Bene dicit: nam idem est in personis Sæcularibus, ut *suprà* in prima *gl.*

f *In qua.* Sc. Confessione,

g *Cum cordis contritione.* Nam *Cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies*: & facit quod legitur & notatur *suprà. ea. Con. quoniam cæca. §. pe. & si.*

Urgentia ad contritionem.

h *Animi amaritudine.* Ut sic quilibet dicat, *Recogitabo tibi omnes annos in amaritudine animæ meæ. Esaiæ 38.* Ad quod præcipuè urgent duo. Primò amor Christi cum spe Gloriæ & Gratiæ. *Ar. suprà. c. c. in 1. gl.* Secundò timor strícti Judicii cum pœna Inferni: *nam stipendia peccati mors.* ad *Ro. 6.* Facit quod notatur *suprà. in Consti. Otho. licet ad profugandum. 1. respon. in glo. in ver. inficit.*

i *Recensitis.* i.e. Revolutis, vel ad memoriam reductis. Super quo vide quod notatur *suprà. ea. Con. ad Baptismum. 1. respon. ver. suspicamur.*

k *Accedant.* Sc. Religiosi post Confessionem.

l *Immaculatam hostiam.* i.e. Integram sine macula: ut exponit *Gui. 55. di. præcepta.*

m *In Altari.* Quid ergo de Monacho, vel Sacerdote alio, qui, cùm venerit ad Confessionem seu Consecrationem, memor est mortalis peccati? Dic quòd conficere debet, licèt conficiendo peccet. *Extra. de cele. Miss. c. de homine.* & notatur *7. q. 1. nihil.* ubi de hac materia plura notantur. *Quæstio.*

n *Propter quod.* Secunda pars.

o *Eis.* Sc. Abbatibus, seu Prioribus.

p *Semel in mense.* Idem renovatur *Extra. de sta. Mo. cum in agro.* §. *sanè in singulis mensibus. in Clc.*

q *Quod.* Sc. ut fiat gravis & aspera redargutio, de eo quòd non frequenter celebrant, ut sequitur, & inductio ad celebrandum: Quod intelligo verum, nisi ex causa superiori intimatâ à celebratione duxerit abstinendum, ut dicto §. 1. *in Clc.*

Peroratio Domini Johannis de Athona.

Hoc itaque præsens meum Opusculum in significatione triplici istarum figurarum 9. 2, 9. 5. 4. laboriosè descriptum tam Scholares quàm Practici benigne, si placet, acceptent: cùm quia licèt parvæ fuerint scientiæ, tamen quia adinstar Viduæ, quæ obtulit sola duo minuta, propter ipsius affectum larga, præ omnibus dicitur præobtulisse: *Marc. 12.* & *24. q. 1. odi. in fi.* tum quia licèt in eo aliqua placeant corrigenda, cùm in humano corpore nil in summa perfectione valeat reperiri. *45. di. licèt.* Tamen mereor excusari, quia corrigi sum paratus. *Ar. Extra. de sum. Tri. c. damnamus. §. pe.* Quinimò ex falsò scriptis secundùm Philosophum commendabor, quia per ipsam veritatis investigandæ in hoc opere materiam primus aliorum *Angliæ* Regnicolis præparavi. Sed quia temerè reprehendit seu inculpat, qui priùs scripta iterata lectura nullatenus investigat, *21. dist. sciendum igitur.* antequam ad hujusmodi reprehensionem quisquam prosiliat, priùs gustet quàm horrendo nauseat; prius etiam interiùs perscrutetur & probet, quàm exteriùs præsumptuosè redarguat seu detrahat, dicta scribentis potiùs considerans quàm personã: ut notatur *9. di. ego.* Ego verò laborem meum quem hoc opere sedulum, utinam †affectus probet gratiæ indulgentiæ supernæ, assumpsi ad laudem & pleniorem agnitionem nominis Christi, quod est benedictum in Sæcula: *Ar. ea. Const. justus. in fi.* cujus benedictionem Ω revelante ad A. *35. di. ab exordio.* in mercedem expecto. *Ecclesiastici 11. c.* AMEN.

Falsa scribens meretur gratiam.

† *M. S.* Effectus probet gratia &c.

Explicit Apparatus Magistri Johannis *de* Athona *super omnibus Constitutionibus* Othonis & Othoboni, *quondam Apostolicæ Sedis in* Anglia *Legatorum.*

DEO GRATIAS.

FINIS.

• faciant observari.

Vt Religiosi frequenter confiteantur, & frequenter celebrent.

¶ Summarium.

Religiosi frequenter & completè confiteantur, ut sic frequenter & dignè celebrent, qui Sacerdotes sunt: quocirca Prælati eorum inquirant singulis mensibus à deputatis ad audiendas Confessiones, an sint, qui non fuerint confessi, & non celebraverint, & talem graviter arguant, & ad confitendum ac celebrandum inducant. Nemini verò (quod etiam prius dictum est) Confessionis beneficium denegetur, nè in carcere quidem ob quodcunque crimen constituto, quod qui fecerit, nisi ad mandatum Prælati satisfecerit, Ecclesiasticâ careat Sepulturâ.

b Ad hæc quia c scriptum est, quòd *septies in die cadit justus*; eò quòd d nemo existens in mortali corpore sine crimine vivit, necessaria est multùm & utilis, e præcipuè Religiosis, Confessio: f in qua omnibus, quæ possent Deum offendere, vel conscientiam premunt, g cum cordis contritione discussis, & cum animi h amaritudine i recensitis, k accedant cum securitate conscientiæ ad orandum, & offerendum l immaculatam Hostiam Deo m in Altari.

n Propter quod Statuimus, quòd Abbates, seu Priores, vel Superiores, o eis absentibus, frequenter inquirant, saltem p semel in mense, Confessores Monachis deputatos, de nominibus confitentium Monachorum, ut sic illos, qui non confitentur frequenter, graviter arguant, & ad confitendum inducant. q Quod Mandamus contra Monachos in Sacerdotio constitutos, qui non frequenter celebrant, observari.

Palea est hìc sequens pars priùs habita.

Ad hæc quia major est cædes Animæ quàm corporis, cùm illa perpetua sit, hæc autem brevibus temporibus angustata depereat; nemo Confessionis remedium auferat postulanti: quod à custodibus Carcerum aliquando circa captivos miserabiliter fieri audientes, Statuimus, siquis de cætero in hoc casu alicui gratiam Confessionis inhibuerit carcerato, vel alii; in pœnam immanis sceleris, cùm ipse ad mortem pervenerit, nec ad mandatum sui Prælati satisfecerit in vita, careat Ecclesiasticâ Sepulturâ.

Finis Constitutionum Domini Othoboni *ad* Anglià *Legati.*

TABVLA PRIMA,

Ab AUTHORE (*ni fallor*) *collecta.*

Abbas est nomen Oneris, & non Honoris: ut in *consti. Otbobo. sanè. circa princi. & in consti. Otbon. quoniam Tabellionum.*

Et debet ostendere in seipso vitam & regulam, quas aliis imponit. *in consti. Otbobo. porro. ver. in regula. & in c. ad hæc quoniam. circa princi. ver. voluerunt.* & illic est Versus, *Turpe est Doctori &c.*

Ab initio. Nota in *consti. Otbo. auditu.*

Remittit tamen, an quod ab initio non valuit, ex postfacto convalescit. *in constit. Otbobo. amoris proprii. ver. constituerit.*

Abjuratio. An Clericus compellitur abjurare suam Concubinam simpliciter, vel sub pœna, habetur in *consti. Otbo. quid ad venerabiles. ver. corrigendo. in fi.*

Absentia. De causis hujus absentiæ, & quæ sic sunt, vide *in consti. Otbo. ad vicariam. ver. continuè.*

Quis dicitur absens. *ea. constitu. ad elidendum. ver. absentis.* & ibi, *ver. donec.*

Quod longa absentia non inspicitur, quando causa subest.

Absolutio. Quod Curatus potest extra Parochiam suam absolvere Parochianum suum, & Pœnitentias imponere. *in constitu. Otbo. ad vicariam. ver. ibi.*

Et quod Pœnitentia ipso facto debet præcedere Absolutionem: de forma Absolutionis notatur ibi pleniſſimè; & in *constitu. Otbobo. quoniam cæca. ver. peccatis.*

Et nunqnid Legatus posset absolvere Excommunicatum pro violenta manuum injectione. *in con. Otbo. c. 1. ver. legatus.*

Quis impendere debet Absolutionem in sententia Excommunicationis latæ à Canone, notatur in *con. 2. Otbo. ver. consensu.*

An injuste Excommunicatus in forma Ecclesiæ sit absolvendus. *in const. Otbo. de Archidiaconis. ver. involvant.*

Notatur de forma injungendi Pœnitentias. *in con. Otbob. quoniam cæca. ver. pœnitentia.*

Quod Curatus ab omni peccato occulto, exemptis quinque casibus, absolvere potest, *in consti. Otbo. quod in quodam. ver. confessores.* plenius *cod. con. innotuit. in glo. si.*

An Laicus possit absolvere, notatur in *consti. Otbon. ad Baptismum. ver. necessitatis.*

An Excommunicatus, donec satisfaciat, indigeat Absolutione post satisfactionem. *in consti. Otbob. domus Dei. ver. donec.*

An Episcopus absolvere potest à sententia Excommunicationis latâ à Concilio Provinciali. *in constitu. Otbob. cum in armis. ver. à suo. in fi.* & remittit.

Abstinentia macerat carnem. *in consti. Otbob. ad hæc quoniam. ver. devicta.*

Absurditas pro modo arguendi, & de Absurditatis sequela, notatur in *consti. Otbob. Christianæ. ver. ex his.*

Abusio. De XII. Abusionibus Claustri, notatur in *constitu. Otbob. porro. ver. in regula.* plenè.

Accessorium. An damnato principali damnatur & accessorium; puta, Juramentum fidejussorum, pignoratitia Cautio. *in consti. Otbob. indignum. ver. vallato.*

Accelerato quando est necessaria, & quando non, notatur in *consti. Otbo. quod in quodam. ver. constituantur.*

Accidia quid est, & in quibus contrariatur Charitati, notatur in *con. Otbob. cæterum. super eo. ver.*

Acta penes quem remanebunt. *in consti. Otbo. c. si. ver. penes se remanebunt.*

Et remittit, quod altera pars petens copiam Actorum dicit eam habere propriis sumptibus, notatur *ea. con. ver. faciant.*

Acta obscura non prosunt. *in con. Otbo. c. si. ver. liquidò.*

Actio. An Actio competat Legatario sine cessione Hæredis. *in constit. Otbob. libertatem. circa finem,* & notatur ibi de cessione. *ver. pendente.*

An Domino competat Actio pro molestia facta Servo. *in consti. Otbob. libertatem. in ver. eorum.*

Accusatio. An Accusatione pendente interdicatur Administratio rerum Ecclesiæ Prælato, notatur in *constitu. Otbob. Ecclesiarum. ver. permittunt.* plenè.

An jurans non accusare, possit denunciare. *in const. Otbo. alicubi. ver. sub quocunque colore. in fi.*

Addiscere cupiunt homines propter quinque causas. *in constit. Otbo. cum sit ars. in prin.*

Et contra nolentes addiscere, in *constitut. Otbo. sacer ordo. ver. illiterati. & ver. quod si.* Unde *Seneca, Nulla ætas sera est ad addiscendum. 38. di. c. si. per Fo.*

Adulterium. Quòd occupant Beneficium viventis sine Titulo, dicitur Adulterari. *in const. Otbob. amoris proprii. ver. adulterari.*

Advocatus. De Juramento Advocati vide notata in *con. Otbob. laudabile. in Textu.*

Advocati officium dicitur honestum. *in consti. Otbon. c. si. ver. Advocatis officium.*

An Advocatus in causa sanguinis pro reo sit irregularis, notatur in *constitu. Otbo. c. quod in quodam. ver. erubescunt. & in con. Otbob. juxta. ver. actorum parte.*

Affinitas quid est. *in constitut. Otbobo. Moniales. ver. consanguinitate.*

Afflictio. Quando additur Afflictio, & quando non, notatur in *constit. Otbo. quod in quodam. ver. erubescunt.*

Agere. Diversimodè agitur in causa correctionis & in causa remotionis ab Administratione: notatur in *con. Otbobon. sanè. ver. puniantur.*

An potest Superior agere Judex vel procedere contra occupantes res Ecclesiæ Rectore negligente, notatur *infrà. ea. con. ver. Excommunicatio.*

Et qualiter Dominus ageret pro injuria Familiæ suæ lata, notatur *infrà. eo. ver. injuria.*

Allegatio. Istæ Constitutiones possunt allegari per *suprà* & *infrà. in con. 1. Otbo. in fi.* & ibi quod possit allegari per Capitula.

Alere. An filius spurius teneatur alere parentes, notatur in *con. Otbo. licet adeò. circa prin. ver. procreati.*

Alienatio. An Episcopus juranas Ecclesiæ res non alienare, possit eas pauperi loco unire, notatur in *constit. Otbob. quoniam alienationes. ver. pietati consona.*

De alienatione facta ad vitam alicujus per Religiosos. *in consti. Otbob. volentes. ver. concedere.*

Et notandum, quòd Prælatus qui juravit non alienare res Ecclesiæ, possit eas alienare; in dicta *con. Otbobo. quoniam.*

Alius. An quod possum per me, possim per alium. *in con. 2. Otbon. ver. auctoritate. & ea. con. c. innotuit. ver. submissos.* plenè *ea. con. Otbo. ad vicariam. post medium.*

Altare. Quòd peccator ad Altare non accedat, notatur in *2. consti. Otbo. ver. offertur.* & ibi, *ver. tangere qui gaudes.*

Alteragium dicitur, Oblationes minutæ venientes ad Altare. *in consti. Otbo. auditu. circa prin. ver. proventus.* De isto vide bene in fundatione Vicariæ, & nunquid Alteragium possit constitui Capellano pro Salario. *in con. Otbo. Ecclesias. ver. vel Altare.*

Amicus, quasi animi custos. *in con. si. Otbo. ea. ver.*

Anglia. Contra *Anglicos* notatur in *con. Otbo. usum. ver. Angliæ. & ver. Scotiæ.*

Anima quid est, notatur in *const. 3. Otbob. circa medium. eo. ver. & in glo. se.*

Item, Quomodo multarum sit homo custos animarum Nescio, qui custos negligit esse sui. *in con. Otbob. Christianæ. in prin. ver. animæ suæ.*

Annus quot dies contineat, notatur in *constitu. Otbo. quid ad venerabiles. in fi.*

Antidotum quid sit. *in consti. Otbob. amoris.*

Angelus. De Angelo notatur in *con. Otbo. Regnum. ver. Angelos.*

Appellatio à correctione quando valet, & quando non. *in con Otbo. licet ad profugandum. ver. dignè.*

Qualiter Processus mittatur ad Judicem Appellationis, notatur in *const. Otbo. c. si. ver. publicari.*

Apostatæ. Istorum duo sunt genera. *in consti. Otbob. c. sanè. ver. mensem.* & ibi quando iterum admittitur in Monasterium; & quando non, & econtra Apostatas fugientes & ejectos provident. *ea. const. Bonifacius.* quæ incipit, *Pastor bonus.*

Approbatio. Approbatus censetur, qui non est reprobatus. *in consti. Otbo. sacramenta. eo. ver.* & *in glo. præce.* quòd tantum peccat reprobans dignum, sicut approbans indignum.

Approbatio Testamenti cui competit, notatur in *consti. Otbob. libertatem. ver. extraordinariè.*

Arbitrium. Ubi pœna certa non statuitur in Jure, tunc est arbitraria. *in con. si. Otbo. ver. pœnas.* & *constitu. Otbob. cum honestati. ver. ultionem Canonicam.*

Quoad actum mentalem Judex aliquando arbitratur. *in con. Otbob. domus Dei. ver. commodè.*

Aratrum. De illo qui venit ad Aratrum, & respicit retro. *in con. Otbob. regnum Cælorum. ver. contagia.*

TABVLA PRIMA, seu Index

Archidiaconus. Qualiter contra ejus Visitationem præscribitur, videtur *infrà. ver. præscriptio.*

An habeat custodiam Vestimentorum Ecclesiæ, notatur in *Con. Otho. de Archidiaconis. ver. vestibus.* pro & contra.

An possit de Consuetudine vel Præscriptione causas Matrimoniales audire, notatur in *consti. Otho. Cum non solum. ver. consuetudine.*

Licèt cognitio in vilibus pertinet ad Archidiaconum, Episcopus potest tamen in eis cognoscere. *in consti. Otho. quam indecorum. ver. locorum.*

Quomodo non potest aliquem destituere, licèt possit inquirere de Titulo Incumbentiæ. *in dict. consti. Otho. quàm indecorum. ver. faciant.* quod est notabile.

Et standum est denunciationi Archidiaconi, ad hoc quòd Episcopus potest procedere. *in dicta consti. Otho. quam indecorum. ver. nunciare.*

Archiepiscopus unde dicitur, & an ipse vel Superiores plus habent Ordinis vel Dignitatis quàm Episcopus, & qualiter Archiepiscopus differat à Metropolitano. *in con. Otho. quid ad venerabiles.*

Archiepiscopus an faciat fidem, notatur *ibidem. ver. registrum.*

Argumentum. Quando tenet argumentum à contrario sensu. *in consti. 2. Otho. circa fi. ver. consecratas. & ea. consti. contra latronum. ver. fidelium.*

Quod valet Argumentum ab auctoritate vel exemplo majoris. *in consti. 4. Otho. ver. Pontifex.* & adde *infrà. ver. assuetudo.*

Pro modo arguendi notatur in *consti. Otho. quoniam Tabellionum. ver. consuetudinem.*

Arma quædam invasiva, quædam defensiva. *in constit. Otho. cum in armis.*

Et ibi nota, an prohibitus sub pœna Excommunicationis ea deferre, nunquid potest deferre lapides, & hujusmodi.

Item an Clericus deferens arma, vel immiscens se Sæcularibus, perdat privilegium. *infrà. in ver. Clericus.* Arma sunt interdicta Clericis: ut in *con. Otho. ad elidendum. ver. amovi.*

Articulos. Quilibet Christianus tenetur Articulos scire. *in const. 1. Otho. ver. resistendi.*

Aries. Sicut Aries præstat ducatum gregi, sic Episcopus &c. *in const. quid ad venerabiles. ver. gregem.*

Assertio. Quando statur Assertioni Papæ. *in const. Otho. ad elidendum. ver. plurimorum. & infrà. ver. record.*

Astutia est calliditas imaginativa. *in const. 1. Otho.*

Assuetudo. An valeat argumentum quòd sic assuetum est fieri. *in con. Otho. innotuit. ver. consuevit.*

Avaritia est duplex, sæva & cæca: *in con. Otho. auditu. circa medium.* & inde notata *in consti. Otho. c. ita. circa prin.* ibi, de auro & argento infuso in ventrem unius avari.

Auriculari vero suspicionem est, nisi velit eidem postea palam proferre. *in consti. Otho. de Archidiaconis. ver. crimina puniant. in fi.*

Auctoritas. Quòd Auctoritas Judicis excusat malefactorem. *in const. Otho. Ecclesias. ver. exercitio.* & *cad. constitut. ad elidendum. ver. intruso.*

Quòd Ecclesia non est auctrix injustitiæ. *ver. etiam intruso.* Plenè de argumento ab Auctoritate *infrà. eo. ver. intruso.*

Quòd plus peccat auctorizans quàm faciens. *in constit. Otho. 2. ver. interdicta.* & *infrà. ver. defensio.* & facit notabiliter *in consti. Otho. quam indecorum. ver. domus.* ibi notatur de locatione domuum meretricibus.

Quando Auctoritas debet præcedere ad valorem actûs, & quando non. *ea. const. cum non solum. ver. requisito.*

Qualiter pluribus modis dicitur quis facere per Auctoritatem. *in consti. Otho. Domus. ver. auctoritate.*

An Authoritate propriâ possit quis retinere possessionem Beneficii. *in const. Otho. ad elidendum. ver. auctoritate propria.*

An Auctoritate propriâ possit quis redire ad Beneficium suum per alium occuparum. *in constitu. Otho. ad elidendum. ver. revertatur.*

Bacchus dicitur Deus Vini. *in constit. Otho. cum in armis. ver. debacchantes.*

Baptismus quid est: *in const. 2. Otho.* & ibi in *prin.* quæ crimina tolluntur per Baptismum.

Baptismus est triplex: *in con. 4. Otho. in prin.* & in quibus anni temporibus fit Baptismus solenniter.

Quæ requiruntur in Baptismo, & de ejus effectu notatur *infrà. ver. Baptismum.* Item an potest per unum Presbyterum inchoari, & per alium finiri, notatur *suprà. ad Baptismum. ver. solennizandum.* Item utrum ista dictio (*Et*) vel Pronomen (*Ego*) sit de substantia Baptismi; & utrum refert qua lingua fiat, notatur ibi super *ver. exponat.* Item qualiter Laicus tempore necessitatis potest Baptizare, sed absolvere non potest à peccatis. *suprà. eo. ver. necessitatis.* Item, an sufficiat pedem vel brachium immergi tantummodo, notatur *suprà. in ver. oportet.* An sine Baptismo potest esse salus animæ. *in consti. 2. Otho. ver. debeant.*

Barba sub honesta tonsura continetur: notatur *in consti. Otho. quoniam de habitu. ver. tonsuram.*

Baro dici potest Princeps. *in constitut. Otho. cum mortis. ver. Baronum.*

Basilica qualiter differt ab Ecclesia. *in consti. Otho. ad tutelam. in princ. ver. Ecclesiam.*

Bastardus repellitur ab Hæreditate. *in consti. Otho. innotuit. ver. probare.*

Bellum quando est licitum, & an Clericus pro defensione rerum &c. *in consti. Otho. cum in armis. in prin. & eadem const. ad tutelam. ver. rerum.*

Quòd sex sunt causæ bellorum. *ea. const. Fustus. ver. famem.*

Quòd Prælatus in justo bello potest confortare pugnantes, dicendo, *Pugnate viriliter*; caveat tamen, ne dicat, *Occidite. in consti. Otho. cum in armis. in prin.*

Benedictio. De Benedictione Episcopi, in *con. Otho. sacrarum. circa fi. ver. Archidiacono applicetur.* Ibi notatur, quòd pauperi petenti Obolum obtulit Episcopus benedictionem.

Beneficium. Quòd dicitur sufficiens, vel pingue. *in consti. Otho. alicubi. ver. pinguis.*

Quando conferens Beneficium tenetur de Evictione. *eadem consti. Otho. alicubi. post prin.* plenè.

Recipiens secundum Beneficium privatus est ipso Jure, & tenetur remittere intra mensem. *in con. Otho. ad elidendum. ver. privaretur.*

Quòd verbum (*Beneficium*) latè interpretatur. *in consti. Otho. ad Vicariam.*

Quòd aliud est Jus Beneficiorum, aliud percipiendi Fructus Beneficiorum. *in const. Otho. licet ad profugandum. ver. Beneficiis.*

Utrum Beneficium conferatur invito. *in Con. Otho. naturalis. ver. providentes.*

Quòd Beneficium aliquando sumitur ut Proprietas. *ea. const. Otho. indignum. ver. firma.*

De pluralitate Beneficiorum in *con. Otho. Christianæ. ver. præterea. ad finem.*

Utrum appetentes Beneficia peccant mortaliter. *in con. Otho. ambitionis. ver. concupiscit.*

Notandum, quòd pœna habetur in Beneficiis appropriatis. *in con. Otho. indignum. in fi. consti.*

Bonum. Quid continetur nomine Bonorum. *in con. Otho. innotuit. ver. bona nostra.*

Dicuntur Bona nostra, quæ supersunt deductis expensis. *in con. fi. Otho. ver. deductis.*

Et ibi quæstio de Beneficiis pensionariis, quæ præsumunt bona Ecclesiæ in dubio, & quæ Rectoris vel Vicarii. *in constitut. Otho. innotuit. ver. bona.*

Quod bonum prohiberur propter sequens malum. *in const. Otho. amoris proprii. circa finem consti. ver. æstimantis. & infrà. ver. malum.*

Quod Clericus acquirat de Bonis præsumitur Ecclesiæ. *in constit. Otho. innotuit. ver. acquisita.*

Cùm Bona alicujus pervenerint ad manus Ordinarii, tenetur satisfacere Creditoribus sicut Executor. *in consti. Otho. cum mortis. ver. approbatione Regis.*

Brachium Sæculare an potest Delegatus invocare. *in con. Oth. ad elidendum. ver. propter aliquid.*

Burda. De Burdis notatur *in Consti. Otho. cum sancti. ver. ridiculosus. & ea. const. sacrorum. circa fi. ver. Archidiacono applicetur.*

Carcer, quando dicitur ad pœnam, & quando ad custodiam. *in consti. Otho. quoniam cæca.*

Quòd Monachus delinquens potest incarcerari. *in con. Otho. sanè. circa fi.* plenè, & remittit *ver. Monasterium.*

Cardinalis. De modo scribendi Cardinalibus: *in consti. 1. Otho. ver. Diaconus.* & ibi quando Titulus Cardinalis debet exprimi, & quando non.

Unde dicitur Cardinalis. *in con. Otho. in præ. circa fi. eo. ver.*

Charitas an sit mater omnium virtutum. *in constitu. 3. Otho. ver. humilitatis.*

Et idem de Castitate, Patientia, & aliis virtutibus.

Quòd triplex est Charitas. *in consti. Otho. amoris. post princi.* plenè *ver. charitate.* & ibi quilibet tenetur subvenire in Charitate ordinata.

Causa diligendi Deum. *in consti. Otho. cum partes. ver. provocatur Deus.*

Capellani. De Capella notatur in *con. Otho. quoniam. ver. capellanus.*

Caustela quid sit. *in con. Oth. quoniam Tabell. ver. sit cautela.*

Causa. Quando cessante causâ cessabit effectus. *in consti. Otho. alicubi. ver. causam.*

Differentia inter Causam & Actionem. *infrà. ver. occasio.*

Carnalis copula habet plures effectus. *in constitut. Otho. conjugale. in prin.*

Certificare. Qualiter citans debet certificare de Citatione facta. *in con. Otho. tanto. circa fi. ver. rescribere.* Et nunquid idem tenetur certificare de Citatione, notatur, licèt non caveatur in mandato. *in consti. Otho. ita mos talium. ver. rescribat.* plenè, quod est notabile.

Christus assumendo humanitatem nostram tria omisit, i. e. tres infirmitates nostras non assumpsit. *in con. Otho. Pastoralis. ver. quantum humanitas.*

Citatio habet duo extrema. *in con. Otho. ita. ver. citatio.* plenè.

Quòd Citatio non debet mitti incertis personis, sc. omnibus Capellanis talis Parochiæ &c. *in con. Otho. tanto. ver. per se.*

An tenetur prius parere mandato, & post Citationem factam petere expensas vel non, notatur ibi optimè in *gl. fi.* quod est laudabile. Utrum citatus ad diem feriatum teneatur comparere die sequenti. *in con. Oth. usum. ver. diem.*

An contumax in uno actu debet ad alios actus judiciales citari: ut *cod. quæ. ujum. ver. per eundem.*

Quot modis fit Citatio. *in con. Otho. tanto. ver. citatorias. & ibi ver. causæ. & in ver. morari.*

Quando tenet Citatio ad domum, & qualiter citantur absentes.

Item plures articuli diversi possunt inseri in Citatione, ubi *suprà. in ver. reperire.* quod est notabile. Et ibi in *ver. expone.* utrum sufficit præsentare vel ostendere alicui Literas, licèt non legantur.

Quòd compulsio fieri poterit in mutuum Juris beneficium. *in consti. Otbob. quam indecorum. ver. ad mandatum Prælati.*

Citatio peremptoria non fit ab initio nisi causa expressa. *in consti. Otho. tanto. ver. reparari.*

Contra non personaliter citatum non potest ferri Sententia Excommunicationis, vel definitiva. *in consti. Otho. tanto. ver. morari debet.*

Et ibi notatur, in quo loco Rector est citandus.

Quot modis fit Citatio, & qualiter fieri potest ad certam causam. *in con. Otho. usum Procuratorum. ver. ad eundem.*

Clam, vitiosam surreptionem significat. *in con. Otho. sacramenta. ver. clanculo. & ea. con. ad elidendum.*

Clausula [dummodo] vel [proviso] & hujusmodi, quando habent vim modi vel conditionis. *in consti. Otho. cum Laicis. ver. remaneat.* plene. Idem de clausula in Bulla [si est idoneus,] & [si repertus fuerit idoneus.] *in con. Otho. innotuit. ver. repertum.*

Clericus qualiter comparatur Militi, Meretrici, Histrioni, & hujusmodi. *in consti. Otho. cum sit ars. ver. milites.* An Clericus contrahendo matrimonium perdat Beneficium, notatur *infrà. ver. matrimonium.*

An Clericus deferens arma perdat privilegium. *in consti. Otbob. cum in armis. ver. præmissis.* plene.

Clericus non potest postulare in Foro Sæculari. *in consti. Otbob. juxta. ver. pro actoris parte.*

Clericus non potest esse Justitiarius vel Senescallus Regis. *in con. Otbob. cum honestatis. in princi.*

Qui dicuntur sui Clerici. *in con. Otho. quoniam de habitu. ver. commensalitur.* Duo Clerici litigant de aquæ bajulo, quid Juris. *in con. Otbobo. pastor bonus. ver. obedientiæ.*

Quare portant Clerici Coronam. *in con. Otb. quoniam. ver. tonsuram.*

Commodè sumitur arbitrariè. *in con. Otbob. domus Dei.*

Commendare quot modis sumitur, & an habens Commendam sit Prælatus, ita quòd faciat fructus suos; & an dimittens Ecclesiam commendatam propter secundum Beneficium, possit redire ad dictam Ecclesiam commendam, juxta formam *Extra. de Præben. si beneficia. li. 6.*

Et an in commendatione Ecclesiæ requiritur consensus Patroni. in *consti. Otbob. miserabilis. ver. commendare.* & ibi in *glo.* præcedenti, nunquid Ecclesia commendata dicitur interim vacare?

Item quibus personis dentur hujusmodi Commendæ Ecclesiarum. *ibi suprà. ver. commendare valeant.* Et ibi notandum, quòd Extravagans *execrabilis.* derogat Constitutioni *miserabilis*, quantum ad materiam Commendarum.

Commensalis dicitur, qui continuè habitat cum aliquo, nec sufficit ut gerat Rebas ut Commensalis: ut *in consti. Otho. quoniam de habitu.*

Celebrare. An juratus omni die celebrare pro defunctis, possit & in magnis Festis celebrare de die, notatur in *consti. Otbob. domus. ver. panis vivorum.*

Cognomen est Literis inserendum. *in constitu. Otbon. sacramenta. ver. nomina.*

Commissio. Ea quæ sunt Jurisdictionis potest Episcopus committere, non quæ sunt Ordinis. *in consti. Otho. auditu. ver. Episcopos.*

Commissio qualiter potest fieri. *in consti. Otbobo. quam indecorum. ver. ad mandatum Prælati.*

Computus. De computo Abbatis Conventui reddendo. *in consti. Otbon. de Prælatis. per totum.*

Communio parit discordiam. *in con. Otho. cùm sit ars. circa fi. ver. dividatur.* & de illo notatur plenè in *const. Otbo. unitatem. in prin.* & ibi pro & contra.

Concilium quid sit; *in const. Otbo. in Proœm.* & ibi de Conciliis Provincialibus faciendis annis singulis sub præcepto.

Quis potest celebrare Concilium, notatur in *const. 1. Otbo. ver. Concilii. & ibi ver. consensu.*

An hujusmodi Concilium convocari possit de Jure tempore messium.

Qui & qualiter sunt vocandi ad principale Concilium, & de quibus articulis teneatur quis respondere, ibi vide. Quòd Concilia Legatorum sunt Provincialia, notatur ibi *suprà. ver. Apostolica.*

Quando & quo loco edita fuerint Concilia Domini *Otbo. in const. 1. Otho. ver. statuenda. in proœ. in fi. ver. sensibus. aliàs ver. Concilio.*

Consilium. Quid si is, cujus consilium requiritur, est mortuus vel absens. *in const. Otbo. cum non solum. ver. obtento.* Quando consilium potest subsequi, & quando debet præcedere, notatur *ea. const. ver. requisito.*

Quando quis punitur ex consilio. *in const. Otbob. ad tutelam. ver. consensu.*

Conditio Juris si exprimatur, an faciat actum conditionalem. *in consti. Otho. cum Laicis. ver. remaneat.*

De conditione quæ inest de natura sua, licèt non exprimatur. *in con. Otb. innotuit. ver. clausula. & ver. repertum.*

Concubina qualiter cognoscitur ab Uxore, *in consti. Otho. licet ad prosequendum.*

Condemnatio quando potest fieri in partem summæ petitæ. *in constitut. Otbob. cum partes.*

An plures damnabuntur quàm salvabuntur in die Judicii. *in con. Otbob. regnum Calorum. in fi. constitutionis.*

Confessio. Quòd confitenti peccata quatuor sunt necessaria. *in con. fi. Otbob. circa prin.* An confessus Fratri Religioso teneatur iterum peccata confiteri. *in consti. Otho. quod in quodam.*

Quòd in foro Animæ nullus compellitur confiteri præcisè. *ea. constit. ver. valeant.*

Quòd in foro Animæ statur Religioni confitentis. *in consti. Otho. quod in quodam. ver. confiteri.* Et an Rector possit di pensare cum suis Parochianis super gravioribus peccatis occultis. *ea. const. quod in quodam. ver. confessores.*

An per Literas potest confiteri. *in consti. 3. Otbob. in fi.* Opponitur Confessori de aliquibus habitis inter ipsum & Confitentem. Difficile est probare aliquid contra eum, nisi per confessionem suam, notatur in *consti. Otho. auditu. ver. reperium.*

An Presbyter Fornicarius possit alterius Presbyteri ejusdem conditionis audire Confessiones. *in consti. Otho. quod in quodam. ver. constituantur.*

Quem ordinem debet Confessor servare audiendo Confessionem. *in const. Otbob. quoniam cæca. ver. absolvo.*

Quibus personis fieri debet Confessio. *in consti. Otho. quod in quodam. ver. constituantur.*

Confirmatio quid operatur. *in const. Otbob. pastoralis. ver. postulatur. & ibi ver. nullatenus.*

Ad quid valet Confirmatio, & ad quem spectat, ibi notatur.

Cogitare. Quis debet cogitare de præteritis. *in consti. Otbon. ad Baptismum. ver. supplicantur.*

Copia Actorum, penes quem remanebunt, & cujus expensis. *in consti. Otho. c. fi. ver. faciant.*

Coram. An requirit præsentiam personalem, & scientiam ejus coram quo expeditur actus. *in consti. Otho. quoniam de habitu. post medium.* & aliàs ff. *de ver. sig. l. coram. & ibi Textus.*

Correctio. Quòd quatuor considerantur in correctione, notatur in *con. Otho. quid ad venerabiles. ver. corrigendo.* & ibi, quòd causa correctionis est quando appellatur à correctione. *ea. const. licet. 1. ver. condignè.* Item an liber homo potest fustigari circa Ecclesiam. *ea. const. de Archidiaconis. ver. puniant.*

An ejus est corrigere, cujus est visitare, notatur ibi, *ver. corrigere.*

An Collegiati possint extra locum suum citari, & contra eos inquiri, notatur *ver. corrigendo. præall.*

Contra Prælatum excedentem modum in correctionibus. *in constitut. Otbobo. in proœ. ver. justitiam. in fi.* Qualiter Episcopus debet se habere in correctione. *in consti. Otho. quid ad venerabiles. ver. corrigendo.* & de ejus materia vide plenissimè *2. q. 1. c. si peccaverit. per Ar.*

Corona Clerici quid significat. *in const. Otho. quoniam. ver. tonsuram. & ver. barba.*

Consanguinitas quid sit. *in con. Otbob. Moniales.*

Quòd ratione Consanguinitatis plura tolerantur in Jure. *in const. Otho. contra latronum. ver. nemo.*

Item an teneatur quis prius subvenire Consanguineis quàm aliis, notatur *suprà. ver. charitas. & ver. Parochianus.*

Consecratio qualiter fiet. *in const. Otho. Basilicarum.*

Et quando potest committi. *ea. consti. ver. per alios.*

Consensus. Notandum, ubi requiritur præsentia alicujus, an sit necessarius consensus ejus, notatur in *con. Otho. cum Laicis. ver. præsentibus. & in c. cum non solum. ver. obtento.*

De multiplici consensu, notatur in *constitut. Otbob. ad tutelam. ver. consensu.*

Consilium. Quando consilium potest subsequi, & quando debeat præcedere, notatur in *const. Otho. cum non solum. ver. & obtento.* plenè. Quando punitur quis ex consilio, notatur *in eadem con. ad tutelam. ver. consensu. & ver. de consilio & ex consilio.* notatur *in const. Otho. cum Laicis. ver. præsentibus.*

Constitutio quo tempore ligat, notatur in *con. Otb. ad vicariam. circa fi. con. & ea. licet. ver. mense. & con. 1. Otho. circa fi. & con. Otbob. bonæris. circa fi. ver. annis singulis.* De Constitutione facienda requiritur consensus Prælatorum in Concilio generali, *in constitut. 1. Otbob. ver. concilio.* An Constitutio extendatur ad præterita & præsentia: *in const. Otbo. Ecclesias. & ibi, quid si pendente lite fiat nova Constitutio*, plenè.

An Constitutio liget, nisi fuerit accepta à subditis. *in con. Otho. quoniam de ha. ver. clausis cappis.*

An Constitutiones *Otbonis* an *Otbobani* præcesserint *c. licet Canon.* notatur in *consti. Otbob. Christianæ. ver. residentis.*

Constitutio dat formam futuris negotiis. *in const. Otbon Ecclesias. ver. de cætero.* De Constitutione facienda requiritur consensus Prælatorum in Concilio generali. *in Con. 1. Otho. ver. consensu.*

Consuetudo contra Jus naturale, quod in Lege Veteris Testamenti & Novi Testamenti ad literam continetur, non valet. *in consti. 2. Otho. ver. necessitatis causa.*

An tollat Statutum, an econtra per Statutum tollatur Consuetudo. *cod. const. jusjurandum. ver. non obstante.*

Facta ex longa consuetudine tenentur & debentur. *in consti. Otho. Christianæ. ante fi. ver. præcipiunt.*

Conjuratio. Differentia est inter Conjurationem & Conspirationem: Vide 11.q.1. *conjurationum. per Archidiaconum.* & est pœna depositionis: & ibi nota bene.

Contemplatio. De vita contemplativa & activa. *in con. Otbob. ambitionis. in prin.* & remittit.

Contemptus. Contemptor Canonis mortaliter peccat, quando certa pœna non est annexa: quod est notabile. *in con. 2. Otbo. ver. in contemptum. & ver. inhibemus. infra. ea. const. ver. transgressor.*

Quòd contemnens Canonem contemnit illum qui composuit eum. *in con. Otbob. regnum. ver. contagia.*

Continuatio diei vel termini in Procuratorio notatur *in con. Otbo. usum. ver. continuandos.*

Continuè civili modo intelligi debet. *in con. Otbo. ad Vicariam.*

Contrectare, Occupare, & Capere, sunt in mobilibus propriè, sed Invadere, est in immobilibus. *in con. Otbob. ad tutelam. ver. contrectare. & in con. Otbo. ad elidendum. co. ver.*

Contrarietas in argumento à contrario sensu, vide *suprà. in ver. argumentum.* Utrum posito uno contrariorum tollitur aliud, *in con. Otbob. in proœm. ver. evellendi.*

Contritio. De isto notatur in *con. fi. Otbob. ver. contritione.* & ibi *glossa* de necessariis confitenti.

Contumacia. An pro prima contumacia teneat Excommunicatio lata. *in con. Otbo. tanto. ver. excommunicatur.* & ibi de 6. modis Contumaciæ. *ver. ut contumax.* Et de multiplici contumacia, vera vel ficta, etiam in *con. fi. Otbo. ver. per contumaciam.* bene.

Conversatio quid includit, & ubi de ea inquirendum est, notatur in *con. Otbobo. Christianæ. ver. conversatione.*

Corrodium. De Corrodiis, & aliis pensionibus datis à Monasteriis. *in con. Otbob. volentes. ver. certum.*

Crimen. Quando quis tenetur crimen confiteri, vel non, notatur in *con. Otbon. quid ad vent. ver. opportunus.*

Objectio criminis impedit promovendum. *in con. Otbob. amoris. ver. inhabilem.* & quid facit Objectio. Procurator non potest objicere crimina, nisi quæ sunt in ejus Procuratorio expressa. *in con. Otbo. usum. in prin.*

Credere quid sit. *in con. Otbob. in proœ. ver. ignorantiæ.* & ibi plenè pro constantia compurgatoris.

Chrisma. Quare chrismantur Infantes in fronte. *in con. 1. Otb. ver. resistendum.*

Quando fiet novum Chrisma, & quid fiet de veteri. *in consti. Otbobo. pastor. ver. tenc. & glose.*

Culpa quatenus patentior est, eatenus pœna acrior. *in con. Otbo. innotuit. ver. invaluisse. & in con. Otbob. in proœ. ver. palam.*

Cum, & *Pro* Præpositio, non tantum constringit sicut Præpositio *De*: notatur in *con. Otbob. domus. ver. mortuorum.* & ibi quæstio.

Cupiditas. De cupiditate notatur plene in *con. Otbo. ad elidendum.* & *in con. 3. Otbob. in prin.*

Differentia inter cupidum & ambitiosum. *in con. Otbob. ambitionis. in prin.*

Cura. Rector non excusatur à Cura propter Vicarium. *in con. Otbo. ad Vicariam. ver. admittendus.* & *in con. Otb. quoniam cæca. ver. Archidiaconum.*

Utrum Cura fori Judicialis, an fori Animæ sit dignior. *in con. Otbo. cum sit. in prin. ver. animarum.* plenè.

Custodia Parochianorum & rerum Ecclesiæ pertinent ad Rectorem. *in con. Otbob. pastor. ver. obedientiæ.*

Dalmatica quid est, notatur in *con. Otbob. domus.*

Damnum qualiter probatur, & quid continet. *in con. Otbon. ad elidendum. post medium. ver. reficiendum.*

An pœna & damnum similiter peti possunt, notatur *ea. con. ver. damnorum.*

Et nunquid plures damnari debent quàm salvari, notatur in *con. Otbob. ver. constantiæ.*

Dare differt à Donare. *in consti. Otbob. cum partes. ver. dedit. & ver. quòd nihil debet dari Judici.*

Data in Literis quando est de substantia. *in con. Otbon. quanto. circa medium. ver. scripturæ.*

Datâ Literæ quid continebit. *in con. Otbo. quoniam Tabell. in fi.*

De differentia inter istas Præpositiones, *De*, *Cum*, & *Ex*, notatur in *ver. consilium.*

Decanus Ruralis præficitur per Episcopum & Archidiaconum conjunctim, nisi Consuetudo contrarium inducat. *in const. Otbonis. sacram. ver. Decanatum.*

Quòd Decanus Ruralis ex Præscriptione non potest Causas Matrimoniales audire, nec Archidiaconus. *in consti. Otbo. cum non solum. ver. Decani.* Et de istis Decanis notatur in *const. Otbon. quod in quodam. ver. si Decanatus.*

Per quem debet Decanus removeri. *in const. Otbo. sacramenta. in fi.*

Decanus non potest suspendere vel removere majorem a Beneficio. *in const. Otbo. quod in quodam.*

Deceptio quando est licita. *in con. Otbob. omnipotens. ver. decipiant.* vide plenius in *const. Otbo. ad Vicariam ver. illi dolo.*

De cætero. De isto notatur *in const. Otbo. licet ad. ver. infra mensem.*

Decimæ unde dicitur, & quomodo remuneratur bene Decimans, & contra impedientes Decimas exportari, petitâ remuneratione pro solutione Decimarum. *in consti. Otbob. in proœm. ver. & petit. circa fi.*

Decretum. Differentia inter Decretum, Decretalem, & Epistolam. *in con. Otbob. in proœ. in prin. co. ver.*

Defensio est duplex. *in consti. Otb. contra latronum. ver. defenderet.* & ibi Versus, Non bene vim præbet, qui me defendere debet. *in con. Otbob. cum in armis. ver. malefactoribus.*

Et qualiter sit licitum alicui se defendere. *in con. Otbo. ad elidendum. ver. se defendunt.*

Deinceps: Id est, nullo tempore futuro: notatur in *con. Otbo. cum sit.*

Deliberatio est duplex. *in const. Otbo. justus.*

Delictum. Differentia inter Delictum, & Peccatum, & Crimen: notatur in *con. Otbob. domus. in prin.*

Quòd delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundare non debet. *in con. Otbob. unitatem. in fi.*

Quando delinquens ligatur in Canone, notatur *infrà. occultum.*

Clericus propter delictum amittit Privilegium. *in const. Otbob. cum in armis. ver. deliquerit.*

Denunciatio. Quando occultum dicitur denunciari, vel non, notatur in *con. Otbon. contra latronum. ver. sciverint. in prin.* Si voluerit quando denunciatio fit etiam scienti, notatur in *con. Otbob. Christianæ. ver. denuncient. in fi.* plene. & ibi, nunquid Patronus tenetur scire de vacatione Ecclesiæ, nisi denuncietur ei.

Nunquid ad repellendum actorem sufficit probare denunciationem Excommunicationis. *in con. Otbob. sicut. ver. publicè notum.*

Quid si Inferior, qui tenetur denunciare Superiori, dimittit, notatur in *con. Otbo. quàm indecorum. ver. denunciatum.*

Depositio qualiter differt à Suspensione, notatur in *con. Otbo. licet. ver. suspensi.*

Depositum an potest Episcopus restituere, notatur in *glo. fi. ver. privatos.*

Desidia reprobatur. *in con. Otbob. in proœ. ver. exigunt.*

Detentio factum significat. *in con. Otbo. licet adeò. circa prin. ver. detinere.*

Diabolus quot nomina habet. *in con. 1. Otbo. ver. humani generis inimici.* & ibi in *glo. se. Sic ut per Diabolum intravit mors*, &c. ibi, *quod vocatur antiquus Sophista.*

Deformitas. Nota contra deformitatem domorum. *in const. Otbobo. improbam.*

Dignitas. Differentia inter Dignitatem, Personatum, & Officium. *in const. quod in quodam. ver. rectores.* & remittit. *ea. constit. Ecclesias. ver. dignitatem. & ea. con. alicubi. ver. personatus.*

An Spurii admittantur ad dignitatem, notatur in *con. Otbob. licet. 2. ver. præsumant.* & ibi pro & contra.

Dignum. Quando & qualiter trahit ad se majus dignum minus dignum. *in con. 2. Otbo. circa prin. ver. dignus.*

Dilatio. Quòd in Dilatione danda considerantur quinque. *in constit. Otbon. jusjurandum. in glo. pe.*

An tempore Dilationis potest Judex moderare, notatur ibi in *gl. 1.* plenè. & de materia dilationis, in *con. fi. Otbo. ver. non auferendum.*

Dilapidatio. Dilapidator dicitur abscidens nemora antiqua sine necessitate magna. *in const. Otbob. improbam. ver. cessaverit.*

Discipulus. Quinque sunt necessaria Discipulo. *in con. Otbo. cùm sit ars. ver. discipulus.*

Diligentia quando est adhibenda in actu exercendo. *in consti. Otbo. quoniam Tabell.*

Et de Diligentia qualiter solidat actum. *in con. Otbob. in proœ. circa fi. ver. exigunt.*

Dirumpere quid est, & unde dicitur. *in const. Otbo. innotuit.*

Dispensatio. Quòd Dispensario Papæ cum Monacho non tenet, imò uterque peccat. *in const. Otbo. regnum. ver. contagia. in fi.*

De Dispensatione super pluralitate Beneficiorum, notatur in *con. Otb. quanto. ver. vel similia.*

De Dispensatione Abbatis cum Monachis. *in consti. Otbo. porro. ver. jura.*

An valeat Dispensatio cum inhabili, ne amoveatur à Beneficio. *in const. Otbo. auditu. ver. amoveatur.*

An valeat Dispensatio Episcopi cum juràto ad residentiam. *in con. Otb. innotuit. ver. dispensatum.* & *ea. consti. ad Vicariam. ver. residentiam.*

Et an Inferior Episcopo dispensat, juxta *c. cum ex eo. in const. Otbo. cùm sit ars. in fi.*

Quibus causis Episcopus dispensat, notatur in *con. Otbo. innotuit. in gl. fi.* & *in con. 3. Otbob. ver. Simoniacos.* plenè.

Et nunquid Episcopus dispensat super irregularitate. *in con. Otbob. cum honestatis. ver. ultionem Canonicam.*

Episcopus non dispensat cum bigamo. *in const. Otbo. sacer Ordo. ver. irregularitas.*

An Episcopus dispensat cum violatore Monialis. *in con. Otbob. Moniales. ver. innocentia.*

Differentia est inter Dispensationem Legis & Hominis. *in con. Otbo. innotuit. ver. dispensatum. in glo. fi.*

Dispositio continet in se Præsentationem, Collationem, & quamvis aliam dispositionem. *in con. Otbo. Christianæ. circa fi. ver. dispositionem.*

An Dispositio exercetur ad similia, notatur in *con. Otbo. quanto. ver. manifestè.*

Distinctio. Per eam respondet Sapiens, quia per eam Veritas elucescit. (*in con. 1. Otbo. in fi.*

Divina.

Divitiæ. Qualiter debemus eis uti, notatur in *con. Otho. ad elidendum. ver. cupiditate.* & adde *supra. ver. cupiditas.* & *in ver. pecunia diviſim. in con. 3. Otho. eo. ver.*

Diviſio Eccleſiarum quando permittitur. *in con. Otho. cùm ſit ars. ver. diviſimes.* & Perſonatûs plenè ibi.

Domina. Notatur contra Dominas ſeu mulieres, in *conſt. Otho, licet ad profugandum. ver. contagium.*

Domicilium. Nunquid Domicilium mutat locum originis, notatur in *con. fi. Otho. ver. originis.*

Dominium rerum Eccleſiaſticarum eſt pauperum. *in con. Otbob. Chriſtiana. ver. pauperum. 1.* & 2. plenè. pro & contra.

Dolus notatur *infrà. ver. illuſio.*

Duplicitas eſt triplex, ut notatur in *conſtit. Otho, ad Vicariam. ver. illi dolo.*

EBrietas. Nota contra Ebrietatem in *conſt. proœmiali Otbob. ver. quaſi ebria.*

Eccleſia quot modis ſumitur. *in con. Otho. in prin. ver. Baſilicarum.* & *in con. Otbob. ad tutelam. eo ver.*

Et ibi de privilegiis Eccleſiæ bene notatur.

Unde dicitur Eccleſia. *in con. 1. Otbob. eo. ver.*

Qualiter differunt Eccleſiæ Conventuales & Collegiatæ, notatur in *con. 2. Otho. ver. conventuales.*

Qualiter puniuntur invadentes res Eccleſiæ. *in conſtitut. 1. Otbon. ver. expellit.*

Qualiter Eccleſia & pia loca æquiparantur, notatur in *conſt. Otbob. ad tutelam. circa fi.*

Adhuc illud eſt notabile in materia Præſcriptionis, an xl. anni requiruntur in Præ criptione rerum Hoſpitalis.

Quòd Eccleſia non eſt nutrix Injuſtitiæ. *in conſt. Otbon. innotuit. ver. commodè.*

Et qualiter Eccleſia dicitur Vidua, notatur in *con. Otbob. Eccleſiarum. ver. viduatis.*

Ad quem pertinet Fabrica Eccleſiæ, notatur in *con. Otbob. improbam. ver. ad hæc tenentur.*

Quando fuit prima Eccleſiarum, notatur in *conſt. Otbob. Eccleſia. ver. temporibus.*

Quæ debentur Eccleſiæ ex Conſuetudine vel Privilegio poſſunt deleri vel omitti, ſecus ſi de Jure. *in conſt. Otbob. Eccleſiarum. ver. valuit.*

Etiam. Require (etiam) *infrà.*

Edictum. De Edicto prohibitorio notatur in *conſt. Otbon. Eccleſias. ver. prohibitus.*

Effrænis. Non parens fræno. *in con. 1. Otbob. e. ver.*

Egere. Cui nihil eſt quod habet, ſatis illum conſtat egere. *in con. Otbob. in proœ. ver. gaudere.*

Correctio Epiſcopi quatuor debet habere. 56
Correctio quandoque amittitur. 18
Correctionis negotio contra aliquem pendente, an poſſit ipſe alterius eſſe purgator, 57

Correctio sit aspera, si non possit esse lenis. 132
Corpus Christi reverenter tractandum est. 58
Corpori nostro tria sunt necessaria. 97
Crassus auro hausto interiit. 123
Criminosus occultus dicitur, etiam in coitu ab aliquo deprehensus. 43
Criminosi an possint in absentia damnari. 63
Crimen an possit probari per Instrumentum. 66
Crimen & Delictum quomodo differunt. 83
Curati potestas in absolvendo. 15
Curati dicuntur Prælati. 66
Curati possunt Subditos Excommunicare. 66
Cura Fori Animæ, an sit dignior eâ quæ in Foro Contentioso exercetur. 33
DAmnabuntur aliqui in æternum, contra opinionem *Origenis*, ut tangitur 138
Damnabunturne plures quàm salvabuntur. 142
Damnum probatur per Juramentum patientis injuriam, ut discutitur 32
Damnum in re, & circa rem distinguitur. 32
Dare debemus libenter. 20
Datorem hilarem diligit Deus. 96
Debitor qui juravit solvere certo Termino, an excusetur à pœna, si alius pro eo Termini prorogationem seu extensionem obtineat. 62
Debita hæreditaria per quem sint solvenda, disquiritur à *Johanne de Athon*. 120
Decanus Ruralis an possit de causa Matrimoniali cognoscere, disquiritur 59
Decimæ an possint vendi vel locari. 21
Defensor est duplex. 48
Defensio an sit permissa semper. 82
Delictum & Crimen differunt. 83
Depositus, Degradatus, & Suspensus, differunt. 45
Devolutio potestatis *Angliæ*. 79
Deus an possit omnia. 115
Diabolus nocet mille modis. 8
Diaboli nomina diversa. 3
Diaboli in Clericos molimina. 3
Dilationes dentur multis consideratis. 61
Dilatio an possit per Judicem prorogari, vel diminui, disputatur 61
Discipulus bonus multa observet. 33
Disciplina Monachi constitit in septem. 143
Disjunctiva pro Copulativa ponitur. 152
Dispensationis definitio. 41
Dispensatio an vitietur per surreptionem. 22
Dispensatio inferioris contra mandatum superioris non valet. 22
Dispensatio competit cuilibet audienti Confessionem in Foro Animæ. 41
Dispensans sine causa etiam *Papa* peccat. 141
Dispositio favorabilis favorabilem meretur habetur executionem. 107
Divitiæ cum timore possidentur. 31
Divitias habere an sit peccatum. 31
Donator liberalis multipliciter honoratur. 20
Donum & Munus differunt. 125
Duplicitas est triplex. 28
Durare nequeunt simulata. 29
EBrius occidendo aliquem, an contrahat per hoc Irregularitatem; disquiritur 50
Ebrietatis bona seu dona. 77
Ecclesiæ nomina diversa. 5
Ecclesiarum reditus etiam Laicis ad modicum tempus concedi & vendi possunt. 20
Ecclesia quid est. 77
Ecclesia quot modis accipitur. 102
Ecclesia quando dicetur Vidua. 110
Ecclesiæ debita an possint impunè deseri. 110
Ecclesiæ refectio seu reparatio ad quem pertineat. 113
Ecclesiæ cum lignis vetustate consumptis quid faciendum. 113
Ecclesia semper orare debet. 140
Electi conversatio præstribitur. 129
Electus quod Jus habet per electionem. 133
Electio confirmata an patiatur exceptionem. 133
Eleemosyna prodest defunctis & vivis. 121
Eleemosynam dare an sit præcepti. 126
Episcopus sibi aliquot casus reservare potest. 15
Episcopus indignum scienter Ordinans mortaliter peccat. 16
Episcopi Literis credendum. 27
Episcopus in quibus casibus dispensare potest. 41
Et an possit contra Canones dispensare. 41
Episcopus nihil petere potest, nisi quod per Canones probet sibi deberi. 84
Episcopatus an sit Ordo. 55
Episcopatus est culmen Dignitatis. 133
Errare, Ignorare, & Nescire, differunt. 78
Examinari qualiter debeat ad sacros Ordines promovendus, disputatur. 17
Excommunicationis metus non debet in virum constantem cadere, ut habetur 32
Excommunicatio non feratur, nisi terna seu trina monitio præmittatur 51
Excommunicatus injustè an sit absolvendus in forma Ecclesiæ. 54
Excommunicatio an possit ferri contra aliquem ex prima contumacia, disquiritur 64
Excommunicatio lata in Subditos non procurantes Prælatum, an teneat. 115
Excommunicatio est medicinalis. 125. Debet esse nota, & quomodo sufficienter probatur, hoc est, an per ipsius publicationem, habetur *ibid.* consequenter.
Excommunicari pro futuris culpis quis potest per viam Statuti, non per modum Sententiæ 79
Excommunicatus quando quis præsumitur in dubio. 119
Exceptio an possit appponi post Confirmationem. 133
Expositio favorabilis in favorabili dispositione præcipitur. 107
Executio Testamentorum an possit exerceri per minores, aut per mulieres. 108
Executores si sint plures, an omnes simul agere & conveniri debeant. 108
Executor Testamenti an perdat actionem quam habeat contra defunctum. 108
An possit cum hærede paciſci. 108
An teneatur cavere de fideliter administrando. 108
Executoris Juramentū an sufficiat, dum reddit computum seu rationem. 109
Executor Testamenti potest emere rem defuncti. 109
Exempti delinquentes an possint per Episcopum corrigi. 57
Exempti an possint per Ordinarios cogi ad ferendum Testimonium in causa Matrimoniali. 106
Exitus Monialium prohibetur c. *Moniales*. 153
Expediri per alium quæ non possunt. 95
Expensarum condemnatio per *Doct.* opiniones evitatur, ut habetur 33
Expensæ an debeant solvi per victum in causa matrimoniali, disquiritur 18
Experientia est rerum Magistra. In *Prologo*.
Extensio quando proprie dicitur. 7
Exteriora interiorum sunt indicia. 153
FAcinus & Flagitium differunt. 48
Factum proprium quis impugnare non potest. 22
Et an possit quis ipsum revocare, docetur 23
Falsas Literas habens quid facere debeat. 67
Falsarii pœna. 67
Falsa scribendo meretur quis gratiam. 155
Fama an probet. 44
Fama an probet mortem. 98
Famam negligere crudele est. 49
Fama est duplex. 49
Familiaritas nimia contemptum parit. 88
Favorabilis dispositio favorabilem habet executionem; ut vilum est in vocabulis *Depositio* & *Executio*. 107
Filius & Præsumptio differunt. 70
Fides describitur. 3
Fidei articulos explicitè scire oportet. 4
Fides multa bona operatur. 10
Fides est Virtutum fundamentum. 81
Filius Clerici in minoribus Ordinibus constituti, an legitimetur per subsequens Matrimonium. 38
Filii non repelluntur à Beneficio. 39
Filius an puniatur ob delictum parentum. 40
Filius an possit Beneficiari in Ecclesia Paterna. 47
Filii sunt castigandi. 131
Firmarii Ecclesiarum an nomine proprio agere possunt, disquiritur 21
Flagitium & Facinus differunt. 48
Fori animæ cura, an sit dignior ea quæ in Foro contentioso exercetur, disquiritur 33
Forma est de substantia Actus. 80
Fornicatio evitatur per fugam. 41
Fornicationis puniendæ causæ sunt tres. 42
Fornicatio quare plus puniatur ab Ecclesia quàm reliqua peccata mortalia. 43
Fraus qualiter probabitur. 23
Fructus Beneficiorum vacantium quandoque ex Consuetudine debentur Superiori. 110
Fructus Beneficii quandoque possunt sequestrari, & apud Sequestrum deponi. 111
G*Enera* hominum tria ponuntur. 77
Generositas quid est. 122
Gerundium, seu Gerundivum, quod tempus importat, denotatur 55
Gratia debetur etiam falsa scribenti, ut innuit *Athon* in Peroratione sua. 155
Gratia est multiplex. 82
H*Abitus* generatur ex Actibus frequenter consimiliterque iteratis. 87
Habitus non facit Monachum. 87
Hæreditaria debita per quem solventur. 120
Hæreticare non est Hæreticum. 4
Hilarem Datorem diligit Dominus. 95
Holocaustum quid sit. 115
Homicida an debeat gaudere immunitate Ecclesiæ. 101
Homo ex contrariis est compositus. 97
Honores mutant mores. 78
Hospitalia diversa notantur. 150
Humilitas caput est omnium Virtutum. 81
Humiliatio multiplex. 140
IGnis duplex est futurus. 116
Ignorantia Sacerdotum est mater Errorum. 78
Ignorare, Scire, & Credere, atque Errare differunt. 78
Illegitimi an possint parentibus suis succedere, discutitur diligenter 38
Illusio quid est. 21

Imperium non habet par in parem. 94
Indulgentiæ qualiter sunt obtinendæ. 139
Infamia an debeat dici, qui per modum correctionis de crimine convictus est. 57
Infamis potest esse Procurator. 61
Ingratus dicitur quis dupliciter. 109
Inquisitio si fiat contra aliquem, an sit de infamia inquirendum. 29
Inquisitio est duplex. 53
Intelligo quandoque accipitur pro *præsumo*, seu *interpretor*. 63
Interdicti tempore non neganda ponuntur. 7
Interdictum quid sit. 7
Inter duo mala magis malum plus est fugiendum. 99
Intestatus quis dicitur. 22
Intruso in Beneficium an teneantur debitores solvere. 30
Invidiæ mirabilis descriptio ponitur 61
Ira est triplex. 139
Irregularitas an incurratur per Clericum procurantem malefactores capi, aut per ebrium occidentem aliquem, discutitur 50
Irregularitas qualiter contrahitur. 50
Judex non debet judicare secundùm conscientiam. 6
Judex duo debet habere notata. 58
Judex potest quandoque de facto supplere. 63
Judex male judicans qualiter punietur. 70
Judicis Registrum an faciat fidem. 72
Judicis est lites minuere. 124
Judex corruptibilis debet excoriari. 125
Judicium an super futuris fundari possit. 25
Juramentum tres debet habere Comites. 26
Juramenti loco habetur Obtestatio. 119
Juramentum malitiæ exigitur quandoque. 60
Juramentum de calumnia quare præstatur. 60
Juramentum de calumnia an possit remitti. 60
Juramentum Prælati de non alienando, an impediat alienationem. 120
Juramentum Advocati quandoque iteratur. 124
Jus Patronatûs transit cum universitate. 21
Justum an præferatur honesto. 20
Latronum absconditum an Clericus indicare teneatur. 48
Latrocinium quomodo fiat. 50
Legati sunt triplices. 4
Legatus an possit Papali Constitutioni derogare. 43
Legati Statutum in una Provincia an astringat existentes in alia. 43
Legatarii an debeant probare sufficientiam Patrimonii ipsius defuncti. 109
Legatum relictum Ecclesiæ an debeatur Rectori. 113
Lex an cesset cessante ejus causa. 23
Lex an Imperialis sit recipienda de Jure Canonico. 77
Lex Naturalis an possit mutari. 43
Libellans in vero, & probans in præsumpto, an obtinere debeat in Causa. 103
Libidinis descriptio. 42
Licentia quid sit, & quamdiu duret. 8
Literæ Episcopi an credendum sit. 27
Literas falsas habens quid facere debeat. 67
Luxuria & Libido taxantur. 42
Malorum duorum utrum plus fugiendum. 99
Malæ fidei contractus non obligat. 151
Manifestum qualiter probatur. 49
Matrimonium cum dormiente contractum non tenet. 40. Est Sacramentum excellens ob multa. 59
Matrimonii contractus differt à reliquis. 106
Matrimonium non vitiatur, licèt Solennia omittantur. 106
Matrimonium an sit fortius Professione. 145
Medii an inhabilitas impediat conjunctionem extremorum. 91
Medicus est tripliciter in culpa. 9
Melius, multipliciter exponitur. 37
Mendicantium status an sit perfectior quàm aliorum Religiosorum. 141
Mensa, & quæ in ea observanda sunt. 150
Mentiri pro alterius vita quis non debet. 78
Misericordia Dei est plus quàm miseria nostra. 83
Misericordiæ opera quot & quæ sunt. 122
Molimina quæ sint. 4
Monachorum conversatio. 141
Monachus factus Episcopus est exemptus in quibusdam à priori Regula, in quibusdam non. 89
Monachus an possit habere peculium. 143. Habebit omnia communia. 145
Monachatus an impediatur per conditionem de retinendo proprio. 145
Monachorum disciplina patet *ibid.*
Monachus per quid fiat bonus. 146
Monachi abstineant à carne. 148
Monachi in quibus casibus tenentur respondere Episcopo. 148
Monachi correctio primò ad Abbatem pertinet. 148
Monialium ad Regulam objicientes responsio. 155
Mortis meditatio carnem refrænat. 42
Mortis articulus est periculosus. 121
Mulieres pulchræ rarò sunt castæ, & ideo earum conversatio vitanda, ut notum est 41
Munitiones Ecclesiæ habentur 82
Murorum ruina cavenda dicitur. 112
Negativa vagans probari non potest. 66
Negligentia & contemptus differunt. 6
Negotiatio quid proprié dicatur. 137
Nisi, quandoque affirmat, & quandoque negat. 25
Nobilitatis & scientiæ ratio habenda est in Beneficiis conferendis, ut ostenditur 23
Nobilitas an sit attendenda rursus. 122
Notabilis vir, i.e. egregius & liber, an possit pro crimine fustigari. 54
Notarii Episcoporum an possint pro Literis Ordinationum aliquid recipere. 18
Notorietas repellit spoliatum agentem. 22
Notorium per quot testes probari potest. 49
Notorium an admittat excusationem. 50
Novum & Renovatum differunt. 4
Novissimum percutiens est Excommunicatus. 143
Nuncii sint fideles, & non adulatores. 65
Obligatio est mater actionis. 39
Obtestatio habetur loco Juramenti. 119
Otium est periculosum. 126
Officium Judicis an tollatur per prosecutionem privati agentis, discutitur 32
Officialis unde dicitur. 68
Orandum quare est versùs Orientem. 83
Orationis effectus ostenditur. 136
Oratio exauditur, quatuor correspondentibus seu concurrentibus. 136
Oratio exauditur, si per placentem Deo porrigitur. 139
Ordo sacer sine Beneficio dari non potest. 17
Ordinatus sine Titulo, an hujus ad provisionè teneatur servire Episcopo. 17
Ordinarii appellatione quis contineatur. 51
Ordo Sacramenti Pœnitentiæ. 82
Actum id potest quod potest Consuetudo. 19
Papa quæ non potest immutare. 76
Papa sine causa dispensans peccat. 141
Papa num sit Dominus omnium Ecclesiarum, & an Dominium earum possit auferre? 76
Papa potest incurrere Simoniam. 76
Par in parem non habet imperium. 94
Parochia si dividatur, quis antiquam seu desertam Parochiam reparabit. 113
Parochiani quando ad duplicem reparationem tenentur. 113
Patronus tripliciter dicitur 135
Patronus an possit vexationem suam redimere. 135
Patronatûs Jus: vide *infrà* in vocabulo *Jus*.
Pauperes sunt triplices. 71
Pauperi notorio dare an sit magis meritorium quàm occulto, disquiritur 120
Pauperes an habeant actionem pro Eleemosynis contra Beneficiatos. 117
Pauper quando plus punitur quàm Dives. 89
Peccatum remitti potest solâ contritione. 11
Peccatum sit gravius, si in eo perseveretur diutius. 81
Peccatum quid sit, innuitur paucis. 83
Peccatis omnino carere est quasi impossibile. 133
Peccator puniens se non punietur à Deo. 139
Pecuniæ omnia obediunt. 31
Pecunia est omnium Regina. 122
Pœnæ ad quid sunt inventæ. *in Proœmio.*
Pœna est triplex. 40
Pœna imposita an censeatur perpetua. 46
Pœnæ sunt medicinæ morum. 90
Pœnitentia vera impeditur propter multa. 15
Pœnitentiarius Episcopi an possit Absolutionem delegare alteri, disquiritur 15
Pœnitentiam se fecisse qualiter probabit aliquis. 45
Pœnitentia publica an possit Clerico indici. 45
Pensio nova quæ sit. 136
Permutans cum alio an teneatur justificare Jus illius cum quo permutavit. 30
Pestilentia quid sit. 138
Possessio colorata non impedit Ordinarium conferre Beneficium, ut ostenditur 23
Possessio diutina an faciat præsumi de Titulo in Beneficialibus, disquiritur 30
Possessionum quædam habet plus juris quàm facti, quædam plus facti quàm juris, ut habetur 47
Possum, qualiter accipitur. 8
Præbendarum divisio per Episcopum fieri debet. 34
Prædicatio multa bona opera facit. 57
Prælatus circa correctionem faciet quid poterit. 29
Prælatus sit diligens in corrigendo. 45
Prælatorum correctio qualis sit. 45
Prælati in multis debent aliis præcellere. 56
Prælato accusato an sit interdicenda administratio Prælaturæ seu Officii. 111
Prælatus si plus exigat à subditis quàm debeat, qualiter punietur. 116
Prælati boni qualitates habentur 119
Prælatus jurans non alienare, an possit pio loco approprtiare, discutitur 119

Prælati an habeant dominium rerum Ecclesiasticarum, an Pauperes, dispuratur 127
Presbytero an liceat pro Missa aliquid recipere. 54
Presbyter coiens an gravius peccet quàm conjugatus adulter. 59
Præscriptionis tempora habentur 8
Præscriptio an habeat locum contra Visitationem Archidiaconi. 53
Præsentatio quod Jus tribuat. 135
Præteritum pro futuro quandoque ponitur. 9
Privatum pro crimine an possit Episcopus in pristinum statum restituere. 46
Privilegium locantis an extendatur ad locatorem. 21
Probatio sit multipliciter. 38
Processio triplex per Christum facta. 139
Processus contra Religiosos qualis esse debeat. 142
Procuratio seu provisio Annonæ an possit percipi à Prælato personaliter non visitante. 114
Procuratio quæ debet præstari de Jure Communi. 85
Procuratio quæ potest præscribi, & quæ sic, & quæ non. 85
Procuratio nunquid debetur de Jure Communi ratione Ecclesiæ pollutæ reconciliatæ. 85
Profectus dupliciter accipitur. 79
Prohibitum unâ viâ an sit ei aliâ concedendum. 24
Prophetia quid & quotuplex sit. 52
Protestatio ad quid valeat. 134
Protinus qualiter accipiatur. 40
Publicè qualiter exponitur. 43
Pudicitia & Castitas commendantur. 93
Puer dicitur multipliciter. 10
Purgans se an possit compelli loca suspecta abjurare. 57
Q*Valis* vir, talis oratio. 87
Qui, vel *quæ*, Relativum, qualiter accipiatur. 47
Quinquennium dandum ad Firmam quando incipiat. 21
K*Ecordum* Regis notatur 6
Rectores habent contribuere æqualiter cum Parochianis, & non ultra. 85
Regis, ac Officiariorum ejus Officium. 91
Registrum Episcopi probat. 18
Religiosus audiens Confessionem an sit proprius Sacerdos. 14
Religiosus an habeat proprium. 145
Religiosus sine Dispensatione potest esse Curatus. 146
Religionis substantialia: vide *ver. Monachus.* 144
Religiones sub quibus sunt fundatæ. 52
Res mobiles dicuntur contrectari &c. 105
Residentiam continuam per juramentum promittens, ad continuitatem vi juramenti non astringitur. 27
Restitutio an competat Rectori contra præscriptionem Vicarii, 25
Restitutio fiat sine præjudicio Juris alieni. 46
Restituere tenentur multi. 54
Rumor quid sit. 49
S*Acramentum* quid sit. 8
Sacramenta sunt duplicia, & sunt septem. 9
Sacramenta an sint necessitatis. 80
Sacramentale capitur tripliciter. 9
Sanguis menstruosus multa mala facit. 42
Scandalum quid sit. 36
Scientia magna magnum tempus requirit. 11
Scientia appetitur propter quinque fines. 33
Scientia an præsumatur. 49
Scire, Ignorare, & Credere. 71
Scriptura quando dicetur Authentica. 67
Scotia & *Scoti* notantur in *ver. Anglia*, & *Angli.*
Sententia per Statutum lata per quem absolvetur. 5
Sententia an sit super Notorio necessaria. 50
Sententia an teneat contra illum, quem præsentem Citatio non apprehendit. 63
Sententia & Statutum differunt. 79
Septem Ordines, Sacramenta, Virtutes, Peccata: vide eisdem *ver.*
Sequestratio potest fieri, ubi est verisimilis suspicio consumptionis fructuum. 111
Servanda in mensa: vide *mensa* in Elevatione. 150
Servire censentur, qui servire non possunt. 149
Sigillum facit fidem contra signantem. 62
Sigilla an sine impressione sint Authentica. 69
Silentium an sit omnino à Religiosis servandum. 144
Simonia quando committatur. 9
Simonia an per preces inducatur. 16
Simoniaci à quibus possunt dispensari. 81
Simoniaca sunt duplicia. 116
Simonia an inducatur per solam pactionem. 135
Simoniæ descriptio habetur. 135
Simplicitas repellit à Promotione. 16
Simplicitas est triplex. 29
Simulatores ex variis considerantur. 23
Simulata non durant. 29
Simulationes carpit & notat *Aibon.* 148
Singuli & *Omnes* differunt. 30
Societas bona præscribitur. 147
Solennitas extrinseca non præsumitur. 28
Solitudo quando sit laudabilis. 42
Statutum ostenditur ex rationis identitate. 52
Tollit Consuetudinem: vide *Consuetudo.* 61
Stipendium quid sit. 122
Studendi intentio quandoque est bona, & quandoque mala. 33
Studenti tria sunt necessaria. 34
Subditi Collegiati an possint alio mitti. 57
Successor in Ecclesiam an teneatur observare contractũ sui Prædecessoris. 21
Sumere & *Suscipere* differunt. 79
Superbiæ pulchra descriptio. 133
Surreptio tollitur per clausulam, *non obstante.* 26
Suspensus notatur 13
Suspensio quando est ab actu Administrationis, & quando à Divinis Officiis. 151
Suspensus ab Officio celebrans quando efficitur Irregularis. 90
Suspensus ab Officio nunquid ex hoc ipso censetur Suspensus à Beneficio. 81
Suum quid importet. 69
T*Abelliones* per quos possunt creari, 67
Tabula salutis est duplex. 80
Tempus modicum quod dicitur. 20
Tempora sunt tria. 77
Tentator debet superari. 153
Termini peremptorii meminit 51
Testamentum notatur in verbis *Executor*, *Mulieres*, & *Servi*, & ad plenum specificatur 109 & 110
Tonsura Clericalis quid significet. 37
Transactio in multis casibus fieri nequit. 55
V*Acatio* est multiplex. 23
Venari an liceat. 147
Venter pinguis facit crassum sensum. 78
Veritas videatur. 5 & 30
Verba Civiliter sunt intelligenda. 27
Vestes Clericorum quales esse debent. 37
Viâ unâ prohibitum, an sit aliâ concedendum. 24
Vicarii quadruplices sunt. 24
Vicarius in Judicio conventus an teneatur Rectorem nominare, vel an possit per se conveniri & convenire. 24
Vicarius an possit contra Rectorem præscribere. 25
Vicarius an dicatur habere Curam, vel potius Rector. 25
Vicarius qui juravit in Vicaria residere, si in loco vicino moratur, quid Juris. 26
Vicarius se absentans pro Ecclesiæ negotiis censetur præsens. 26
Vicarii perpetui & Rectores eodem Jure censentur quoad aliquot. 27
Vicarii absentia voluntaria quanta potest esse. 27
Vicarii possunt habere adjutores. 28
Vir dicens, *nullam ducam nisi te*, an obligetur. 26
Virtus in medio. 87
Usque, quomodo accipiatur. 7
Ut, tenetur dupliciter. 43
Utilitatem sæpe aliis, non nobis quærere licet, ut notatur 39
Uxoris restitutionem petens non semper auditur. 38
Uxor an possit petere à Viro suo sumptus, pendente Lite super Divortio faciendo. 59
Z*Elus* qualiter accipiatur. 132

Finis Secundæ Tabulæ.

TABULA TERTIA, continens Capita Constitutionum LEGATINARUM.

Constitutionum Legatinarum *Capita per ordinem Literarum & numerum Paginarum annotatarum, quæ* Tertia *est* Tabula, *conducens plurimum ad annotata in Glossa* JOH. de ATHON.

AD Baptismum. *Constitut. Othon.* 10
Ad elidendum. *const. Othon.* 29
Ad hæc quoniam. *const. Othob.* 147
Ad hæc quia. *const. Othob.* 155
Ad Firmam. *const. Othob.* 147
Ad tutelam. *const. Othob.* 102
Ad Vicariam. *const. Othon.* 24
Alicubi. *const. Othon.* 22
Ambitionis. *con. Othob.* 134
Amoris proprii. *con. Othob.* 97
Auditu. *const. Othon.* 12
Audivimus. *const. Othon.* 52
Basilicarum. *const. Othon.* 5
Cæterum duximus. *const. Othon.* 55
Cæterum cum. *const. Othob.* 151
Christianæ. *const. Othob.* 126
Clamorem. *const. Othon.* 70
Conjugale. *const. Othob.* 106
Contra Latronum. *const. Othon.* 48
Cum Laicis. *const. Othon.* 20
Cum sit ars. *con. Othon.* 33
Cum non solum. *const. Othob.* 58
Cum in armis. *const. Othob.* 85
Cum Sancti. *const. Othob.* 87
Cum honestatis. *const. Othob.* 89
Cum mortis. *const. Othob.* 121
Cum partes. *const. Othob.* 124
De Archidiaconis. *con. Othon.* 52
De infirmis. *const. Othob.* 149
De Prælatis. *const. Othob.* 151
Deus Omnipotens. *const. Othob.* 115
Domus Dei. *const. Othob.* 83
Ecclesias. *con. Othon.* 18
Ecclesiarum. *con. Othob.* 110
Et quidem. *const. Othob.* 146
Gratia. *const. Othob.* 111
Honoris Ecclesiastici. *const. Othob.* 140
Illud quoque. *const. Othob.* 149
Improbam. *const. Othob.* 112
Indignum. *const. Othob.* 117
Ingredientibus. *const. Othob.* 80
Innotuit. *const. Othon.* 38
Ita mortalium. *const. Othob.* 123
Judicii. *const. Othon.* 122
Jusjurandum. *const. Othon.* 60
Justus & misericors. *const. Othob.* 137
Juxta sacrorum. *const. Othob.* 91
Laudabile. *const. Othob.* 124
Libertatem. *const. Othob.* 107
Licet ad profugandum. *const. Othon.* 41
Licet adeo. *const. Othon.* 46
Mandata. *const. Othob.* 75
Miserabilis. *const. Othob.* 130
Monachos. *const. Othob.* 146
Moniales. *const. Othob.* 153
Naturalis. *const. Othob.* 114
Omnipotens Dominus. *const. Othob.* 136
Pastor bonus. *const. Othob.* 118
Pastoralis. *const. Othob.* 133
Porro. *const. Othob.* 143
Quam indecorum. *const. Othob.* 92
Quanto Scriptura um. *const. Othon.* 65
Quia plerumque. *const. Othob.* 135
Quia vero. *const. Othob.* 145
Quid ad venerabiles. *const. Othon.* 55
Quod in quodam. *const. Othon.* 13
Quoniam decet. *const. Othon.* 3
Quoniam de habitu. *const. Othon.* 36
Quoniam Tabellionum. *const. Othon.* 67
Quoniam cœca. *const. Othob.* 81
Quoniam alienationes. *const. Othob.* 119
Regnum Cœlorum. *const. Othob.* 141
Sacramenta. *const. Othon.* 8
Sacer Ordo. *const. Othon.* 16
Sacrorum Canonum. *const. Othob.* 95
Sanè bonæ memoriæ. *const. Othob.* 142
Sicut Ecclesiasticæ. *const. Othob.* 125
Statuimus. *const. Othob.* 149
Tanto. *const. Othon.* 63
Venalium. *const. Othob.* 152
Unitatem. *const. Othob.* 100
Volentes. *const. Othob.* 150
Usum. *const. Othon.* 61

Principia Constitutionum Legatinarum;

Constitutiones Domini *Othonis* incipiunt 3
Constitutiones Domini *Othoboni* incipiunt 75

FINIS TABVLARVM.

Epigramma *Ascensianum.*

Aurea multiplici redimita decore Statua,
Anglice, *percupidis perlege luminibus.*
His siquidem vitæ disces præcepta probatæ,
Et consultori reddere cuique sua.
His eris ipse bonus, justisque adamabere cunctis:
His Regno fama est, his tibi parta salus.

Incipiunt Conſtitutiones Provinciales in Concilio OXON. *celebratæ:*

(Quas hic habes conjunctim, diſperſim jacent prout Margo indicat.)

Editæ per

Dominum STEPHANUM Cantuarienſem *Archiepiſcopum,*

Anno Domini 1222. *& anno Regni Regis* HENRICI, *Filii* Johannis, *Octavo, Sedente* Honorio 3. Romano *Pontifice.*

Vide Lynd. pag. 345. a. *Malefactores multi ſunt ſententia Excommunicationis innodandi.*

EX Authoritate Dei Patris Omnipotentis, & Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præſentis Concilii, Excommunicamus omnes illos qui Eccleſias ſuo Jure malitioſè privare præſumunt, aut per malitiam earundem libertates infringere vel perturbare contendunt. Item omnes illos, qui propriâ temeritate Eccleſiaſtica Beneficia in *Cantuarienſi* Provincia abſq; Diœceſanorum auctoritate illicitè occupant per intruſionem, & detinent ſic occupata, cum eorundem fautoribus. Item omnes illos, ſive Clericos ſive Laicos, qui ſequeſtrum Domini Epiſcopi in vacantibus Eccleſiis, vel aliis de cauſis juſtis interpoſitum violare præſumunt: Clericis nihilominus hujuſmodi ulterius puniendis, prout ſtatutum eſt in Synodo Synodali. Item omnes illos qui Eccleſias vel Cœmeteria ſive cætera refugia Eccleſiaſtica contra Eccleſiarum immunitates violare præſumunt, vel bona in eis causâ refugii exiſtentia invadendo, vel auferendo, ſive incendendo, Homines in eis capiendo, vel extrahendo ab eiſdem. Item omnes illos qui bona Clericorum aut Hominum tenentium de Eccleſia, & præcipuè manencium in terris Epiſcopalibus injuſtè aut violenter diripiunt, ſeu aliàs eos in propriis perſonis moleſtare præſumunt. Item omnes illos Fures, & Latrones, & Prædones publicè diffamatos, qui de loco ad locum tranſeuntes furta & rapinas ac deprædationes illicitas, Dei timore poſtpoſito, perpetrare non formidant. Item Incendiarios, Sacrilegos, Falſarios, cum omnibus prædictorum fautoribus, auctoribus, receptatoribus, defenſoribus, complicibus, participibus, conſilium præſtantibus, & ſcientibus de hujuſmodi furtis, vel rapinas ementibus. Illique maximè hâc ſententiâ involvantur, qui Latrones in terris, caſtris, vel domibus ſuis tenent, vel de eorum Latrociniis participes ſive Domini fiunt. 345. Item omnes illos Excommunicationis ſententiâ innodamus, qui pacem & tranquillitatem Domini Regis & Regni injurioſè perturbare præſumunt, & qui Jura Domini Regis & Regni injuſtè detinere & continere contendunt.

De ob Falſum Teſtimonium Excommunicandis.

348. ADjicimus omnes illos ſimili ſententiâ involutos, qui ſcienter & prudenter falſum perhibent teſtimonium, vel perhibere procurant: vel etiam qui tales teſtes ſcienter producunt, & ſubornant in cauſa Matrimoniali, ubi ſcilicet agitur contra Matrimonium, vel ubi agitur ad alicujus Exhæredationem.

De Advocatis Excommunicandis.

347. ADvocatos quoque omnes excommunicamus, qui in cauſis Matrimonialibus, malitioſè exceptiones proponunt, vel proponere procurant, ne Matrimonia debitum ſortiantur effectum, vel etiam ut contra Juſtitiam proceſſus ejus diutius ſuſpendatur.

De Accuſatoribus Excommunicandis.

ITem Excommunicamus omnes illos qui gratiâ lucri, 345. favoris, vel odii, vel alia quacunque de cauſa, alicui malitioſè crimen imponunt, cum infamatus non ſit apud bonos & graves, ut ſic ſaltem Purgatio ei indicatur, vel alio modo gravetur. Præterea omnes illos Excommunicationis ſententiâ innodamus, qui vacante Eccleſia malitioſè opponunt ſe, vel opponi procurant ſuper Jure Patronatus, quatenus ſic verum Patronum illius Eccleſiæ collatione, ſaltem illâ vice, defraudent. Excommunicamus omnes illos qui gratia lucri, vel odii, vel aliter contemnunt exequi Mandata Domini Regis contra Excommunicatos edita, claves Eccleſiæ contemnentes. Item omnes illos, qui in ſolvendis Decimis ſuis Eccleſiis ſuis Parochialibus debitis & conſuetis ſcienter fraudem fecerint: viz. de omnibus fructibus Terrarum, & Arborum, de Fœno quocunque loco percepto, de Pannagio porcorum, herbis Hortorum, de Apibus, & nutrimentis animalium, & de fœtibus quos nutriunt, lana, lacte, caſeis quocunque coagulatis, & de omnibus quæ renovantur per annum: piſcationibus, venationibus, molendinis, & negotiationibus, artificiis, cæteriſque juſtis laboribus, & licitè acquiſitis, & de omnibus aliis de Jure, ſive de Conſuetudine Decimandis. Item omnes illos, qui viros Religioſos, Clericos, Beneficiatos, & eorum homines in ſolo Eccleſiaſtico degentes, tailliis, vectigalibus, muragiis, tributis, foſſatis, cariagiis, vel aliis exactionibus indebitis, & inconſuetis, per injuſtas & violentas extorſiones, in non modicum Eccleſiaſticæ libertatis præjudicium aggravare præſumunt. Hæc generalis Sententia Excommunicationis ſupradicta ſingulis annis in quatuor Feſtis Majoribus, viz. Nativitate Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & diei omnium Sanctorum, in ſingulis Eccleſiis innoveturr, & ſolenniter recitetur à ſingulis presbyteris Parochialibus, ſacris veſtibus indutis, pulſatis campanis, & accenſis candelis, præſente Parochianorum multitudine, in lingua vulgari.

Decima de quibus ſunt ſolvenda.

De Eleemoſynariis Prælatorum, & Pœnitentiis injungendis, & aliis quibuſdam.

STatuimus Authoritate præſentis Concilii, ut Prælati ſinguli Eleemoſynarios habeant honeſtos, & ipſi Prælati ſint ſecundum Apoſtolum hoſpitales: & ut hoſtis competentibus ad Pauperes audiendos, & Juſtitiam [illegible]bendam, tam in publico exhibere præſentiam procurent, & perſonis propriis confeſſionibus audiendis interdum intereſſe, & pœnitentiis injungendis. Ipſi 331. etiam per confeſſores diſcretos cicatrices proprias frequenter obducant; & ut in Eccleſiis ſuis Cathedralibus reſidere procurent; in majoribus duplicibus feſtis aliquibus, & ſaltem in aliqua parte Quadrageſimæ, prout animæ ſuæ magis viderint expedire. Et quia juxta Scripturæ Sacræ Teſtimonium vota noſtra reddere tenemur Deo, ſalubriter Decrevimus admittendum, ut Epiſcopi 207.

&

A. D. 1222 piſcopi formam profeſſionis in ſua conſecratione prælatam bis in anno coram ſe legi faciant diligenter: ut tanto melius Sponſionis ſuæ recordentur, quanto ſæpius auribus eorum fuerit inculcata.

137. Ad hæc ſtatuimus, ne Prælatus aliquis, cum Eccleſiam aliquam contulerit aut Præbendam, fructus ejuſdem Eccleſiæ aut Præbendæ nondum collatos ſibi præſumat aliquatenus uſurpare, vel pro Inſtitutione vel proviſione in poſſeſſionem, vel pro Charta ſuper hoc conficienda, aliquid audeat extorquere: nec ab Officialibus ſuis Archidiaconus, vel Decanus, ſuſtineat extorqueri.

De idoneo Præſentato.

138. CUm enim ſecundum *Apoſtolum* avaritiæ (quæ eſt Idolorum ſervitus) Epiſcopos aut alios Dei Miniſtros inſervire non convenit; ad tantam peſtem radicitus evellendam Statuimus, ut ſi quis ad Eccleſiam aliquam nullo contradicente Canonicè præſentetur Epiſcopis, dum non inidoneus ſit, nequaquam admittere differant ultra duos menſes: alioquin quicquid ex eadem Eccleſia pòſt tali præſumptione fuerit fortè perceptum, illi (cum Inſtitutus fuerit) reſtituatur, quatenus illi fructus ad eum pervenerunt. Et Idem in Archidiaconis obſervetur, ſi per eos ſteterit quo minus præſentatus Canonicè infrà prædictum tempus ſit admiſſus, niſi cauſam rationabilem coram ſuo Superiore duxerit aſſignandam, cum ſuper hoc requiſitus ſit ab eo, quare videlicet ipſum non admiſerit infrà tempus in hoc Concilio definitum.

Præſentati intra quod tempus ſunt admittendi.

De Contentione inter Patronos.

215. HOc etiam non immeritò duximus adjungendum, ut ſi duò ad unam & eandem eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum pendente lite cuſtodia committatur. Si autem ad Epiſcopum jus conferendi talem eccleſiam auctoritate Concilii devolvatur, & contentio ſit inter duos Patronos, quorum uterque Clericum ſuum præſentaverit; cùm ex collatione Epiſcopi neutri Patronorum, qui poſtmodum evicerit Jus Patronatus, præjudicium debeat generari: Statuimus, ut Epiſcopi neutri eorum, qui præſentati fuerint, Eccleſiam illam conferant illâ vice, niſi de utriuſque patroni conſenſu; nè ſaltem aliquale præjudicium alteri Patronorum videatur generari, ſi forte poſtmodum unius eorundem evicerit Jus Patronatûs. Et licet de jure Canonico Clericus ſemeſtre, Laicus verò quadrimeſtre tempus habeat præſentandi: tamen de ſtatuto Domini Regis Angliæ hodiè uterque habet tempus ſemeſtre.

Patronus quod tempus habet ad præſentandum.

De Divini Officii miniſterio.

226. AD excitandos affectus laborantium in vinea domini Sabaoth, ut verè retributionis mereantur accipere denarium poſt laborem, Decrevimus, nè opus Dei fiat ab aliquibus negligenter, præſertim cùm in generali Concilio diſtrictius ſit præceptum, ut Divinum Officium diurnum pariter & nocturnum ſecundum quod Deus dederit, ſtudioſè celebretur & devotè. Univerſa quoque Eccleſiaſtica Sacramenta & præcipuè Baptiſmatis & altaris, devotiſſimè (prout Deus inſpiraverit) celebrentur. Verba verò Canonis, præſertim in Conſecratione Corporis Chriſti, plenè & integrè proferantur, præcribaturque, ut poſtquam Dominicum Corpus & Sanguinem ſumpſerit in Altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat, iteratò vinum infuſum calici, vel digitis ſuſum ſumere non præſumat.

Concilio de cele. miſ. c. dolentes.

Nè Miſſa ab eodem bis celebretur in die.

AD hoc duximus Statuendum, inhibentes, nè Sacerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die: excepto die Natalis Domini, & Reſurrectionis Dominicæ, vel in obſequiis defunctorum, videlicet cùm corpus alicujus in Eccleſia eadem die fuerit tumulatum; & tunc prior Miſſa de die, poſterior pro defuncto celebretur. 229.

Ne Clerici Beneficiati ſint ballivi.

CÆterùm præſenti Decreto ſtatuimus, nè Clerici beneficiati, aut in Sacris conſtituti villarum procurationes admittant: videlicet non ſint ſenaſchalli aut ballivi talium adminiſtrationum, occaſione quarum Laicis in rationibus reddendis obligentur, & ubi jurisdictiones exercent Sæculares, præſertim illis quibus judicium ſanguinis eſt annexum. 269.

Nè in loco Sacro fiat judicium ſanguinis: & ut Clericus Beneficiatus, vel in Sacris Ordinibus conſtitutus faciat litteras pro pœna ſanguinis.

ET his duximus adjungendum, nè judicium ſanguinis in locis Sacris tractetur, in Eccleſia ſcil. vel Cœmeterio. Auctoritate quoque generalis Concilii diſtrictius Inhibemus, nè quis Clericus Beneficiatus, vel in Sacris Ordinibus conſtitutus literas pro pœna ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare præſumat, vel, ubi judicium ſanguinis tractetur vel exerceatur, interſit. Noverint enim ſe protectione Eccleſiaſticâ indignos eſſe, cum per eos in Eccleſia per talia ſcripta ſcandalum generetur. 270.

Concilii ſententia nè cleri. vel mon.

De verbo Prædicationis.

PResbyterorum parochialium animos ad ea, quæ temporibus noſtris magis expediunt exercenda, ſtudioſius excitare volentes, eis præſentis Concilii definitione diſtrictè duximus injungendum, ut plebes illis commiſſas pabulo verbi Dei, ſecundùm quod eis fuerit inſpiratum, informare procurent: nè canes muti merito judicentur, cum ſalubri latratu à cauſis Dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellunt. Illud etiam Evangelicum memoriter retinentes, quòd in noviſſimo examine viſitatores infirmorum regno remunerentur æterno, quoties fuerint accerſiti, celeriter accedant & hilariter ad ægrotos. 63.

Curati nè ſint muti.

De Ornamentis Eccleſiæ.

AD exemplum *Salomonis*, qui omnia vaſa domus Domini ex auro purißimo fabricata Divino cultui mancipavit, Statuimus, ut quælibet Eccleſia Calicem habeat Argenteum cum aliis vaſis decentibus, ſindonem mundam & candidam & amplitudinis congruentis: vetera verò corporalia, quæ non fuerint idonea in altaribus quando conſecrantur, loco reliquiarum reponantur, vel in Archidiaconi præſentia comburantur. Provideant etiam Archidiaconi, ut linteamina, & alia ornamenta altaris, ſicut decet, ſint honeſta; libros habeant in Eccleſia idoneos ad pſallendum pariter, & ad legendum: & addimus duplicia Sacerdotalia veſtimenta; & ut honor debitus Divinis Officiis in omnibus impendatur, Præcipimus, ut qui Altari miniſtrant, ſuperpelliciis induantur. 249.

Ne quis Eccleſiæ ſuæ renuncians à ſubſtituto ſibi recipiat vicariam.

NE lepra Jeziana ſeu Gyezitica, quod abſit, pro avaritiæ cultu latenter erumpens miniſtros Eccleſiæ extra caſtra collocet Regis æterni: diſtrictius inhibemus, ne quis Eccleſiæ ſuæ renuncians à ſubſtituto ſibi recipiat Vicariam, cum vehementer poſſit præſumi, 807.

præſumi, quod talia fiant per illicitam aliquam pactionem & turpem: quod ſi ab aliquo præſumptum fuerit, ſtatuimus etiam ut illa Vicaria, & altero Perſonatu privetur. Et illud etiam abſurdum reputamus omnino, ut aliquo exiſtente Perſona unius Eccleſiæ, alii de conſenſu illius Perſonæ aliquid conferatur in eadem Eccleſia nomine Patronatus: niſi priorem Eccleſiam totam prius duxerit reſignandam ſimpliciter.

De diviſione Vicariarum Eccleſiarum.

141. QVia juxta Canonicas Sanctiones inter carnale Matrimonium & ſpirituale nonnulla interdum ſimilitudo notatur: cum unam ſponſam inter duos dividi ratio minimè patiatur: inhoneſtum etiam eſt perplurimum, quòd Eccleſia Dei quæ unius una debet eſſe, appellatur multoties plurimorum. Vnde facto approbante Concilio diſtrictius inhibemus, ne denuò aliqua Eccleſia pluribus Rectoribus, quorum uterque ſit Perſona, committatur regenda. In Parochiis autem ubi nunc plures Perſonæ exiſtunt, ſtatuimus, ut ſingulis decedentibus accreſcat viventibus portio decedentis: donec ad eum ſolum illius Eccleſiæ perveniat Perſonatus, nec de cætero plures Vicarii in eadem Eccleſia conſtituantur. Illis Eccleſiis ab hoc ſtatuto duntaxat exceptis, quæ ab antiquo fuerunt diviſæ.

De Vicariis admittendis.

131. CVm Hoſtis Antiquus ſicut Leo rugiens ſitiat animarum prædam: ſolicitè cavendum eſt, ne talibus Dominici Gregis cura committatur, qui aut negligant, aut ignorent curæ ſibi commiſſæ ut decet vigilanter intendere. Statuimus ut nullus Epiſcoporum ad Vicariam quenquam admittat, niſi velit in Eccleſia in qua Vicaria ei conceditur perſonaliter miniſtrare: ac talis exiſtat qui infra breve tempus valeat ordinari in Presbyterum. Quòd ſi forte admiſſus fuerit aliquis, & noluerit in Presbyterum ordinari, Vicariæ Beneficio ſpolietur.

Ut Eccleſiæ quæ non habent in reditibus ultra quinque Marcas talibus conferantur qui perſonaliter velint in eis miniſtrare.

Ibid. AD hæc quia nimis eſt inhoneſtum, ut Eccleſiæ per minores reditus Paſtoribus maneant deſolatæ: Præſenti Decreto ſtatuimus, ut Eccleſiæ, quæ in reditibus ultra quinque Marcas non habent, non niſi talibus Perſonis conferantur, qui reſideant in eiſdem, & in propria perſona miniſtrent. Si forte tales admiſſi fuerint qui reſidere noluerint, aut etiam miniſtrare: cum non niſi laborantibus panis Dominicus ſit largiendus: Eccleſiis ipſis præmiſſa monitione debita per Diœceſanum Epiſcopum ſpolientur.

De taxatione Vicariarum & procuratione Archidiaconorum.

64. QUod autem, ſicut multoties temporalium rerum luxus quoſdam in non modicum populi ſcandalum ab Officio ſibi commiſſo ſegregat & abducit: ſic in earundem rerum inopia & vituperium Ordinis noſtri quoſdam contingit infeliciter mendicare: providendum nobis eſt ut in utroque caſu, habita moderationis temperie, Eccleſiarum regimini conſulatur. Statuimus ergo ut Vicario perpetuo ad minus quinque marcarum reditus aſſignetur: qui ſcil. per quinque marcas poſſit dari ad firmam niſi forte in illis partibus *Walliæ* ſit, in quibus propter tenuitatem Eccleſiarum minori ſtipendio Vicarii ſunt contenti.

Provideatque Diœceſanus, penſata Eccleſiæ facultate, utrum Vicarius onera Eccleſiæ ſubire debeat, an Perſona, an ea ſimul debeant uterque hæc conficere. Proviſo tamen utrum Archidiaconus loci ſive ab utroque ſive ab altero eorum debeat procurari, una tantum Procuratione ſit contentus. A. D. 1222.

Quòd magnis Parochialibus Eccleſiis ſint plures Presbyteri.

ADinſtar Patris Evangelici plures operarios in vineam ſuam mittentis, ut quod unus non valeret explere, ſollicitudo perficeret plurimorum: præſentialiter diffinivimus, ut in ſingulis Parochialibus Eccleſiis quarum Parochia eſt diffuſa, duo ſint vel tres Presbyteri penſatis pariter magnitudine Parochiæ & Eccleſiæ facultate: ne forte (quod abſit) uno ægro tantum Presbytero, vel aliter debilitato, Parochianis infirmantibus aut divinis volentibus intereſſe Officia debita ſubtrahantur, vel negentur Eccleſiaſtica beneficia. 184.

De Juramento ſuſpecti Præſentati Epiſcopo.

PRæſenti quoque Statuto diffinimus ut Epiſcopus ab eo qui Præſentatus fuerit ſibi accipiat Juramentum, quòd propter Præſentationem nec dederit, nec promiſerit aliquid præſentanti, nec aliquam ob hoc inierit pactionem: ſi tamen dederit ei propter hoc meritò videatur ſuſpectus, cum talia manifeſtè Canonicis obvient Inſtitutis. 108. *Præſentatus præſentanti nihil dare debet.*

De Confeſſoribus.

ITem quoniam nonnunquam ob defectum Confeſſorum, & quòd quidam Decani Rurales & Perſonæ erubeſcerent fortè confiteri ſuo Prælato, certum imminet periculum animarum: Volentes huic morbo mederi Statuimus, ut certi Confeſſores, & prudentes, & diſcreti ab Epiſcopo loci per Archidiaconum ſtatuantur, qui confeſſiones audiant Ruralium Decanorum, Perſonarum, & Presbyterorum. In Cathedralibus autem Eccleſiis ubi ſunt Canonici ſæculares, ipſi confiteantur Epiſcopo, vel Decano, vel certis Perſonis ad hoc per Epiſcopum Decanum & Capitulum conſtitutis. 326.

Qui debent tractare cauſas Matrimoniales.

ITem quoniam in cauſis Matrimonialibus magna eſt diſcretio neceſſaria, unde periculoſum eſt eas à ſimplicibus contractari: ſtatuimus, ut Decani Rurales nullam cauſam Matrimonialem de cætero audire præſumant: ſed eorum Examinatio non niſi viris diſcretis committatur, quibus aſſidentibus, ſi commodè fieri poſſit, poſtmodum ſententia pronuncietur. 79. *Matrimoniales cauſæ per quos ſunt tractandæ.*

Ne Latrones in ſervitio, vel in terris alienjus ſcienter habitare permittantur.

PRohibemus etiam ſub interminatione Anathematis, ne quis Latrones, ut latrocinium facerent, in ſervitio ſuo retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat. 308.

De Procuratione Viſitationis.

VT ſingula Eccleſiaſtica Beneficia in Eccleſia Dei rectè procedant ſecundum Canonicas Inſtitutiones, ſtatuimus, ne Archidiaconi graves nimium Eccleſiis ſibi ſubjectis exiſtant: diſtrictius inhibentes, ne ſtatutum in Generali Concilio numerum evectionis excedant, cum Viſitationis nomine debitam ſibi recipiant Procurationem: nec ad talem Procurationem venientes extraneos, ut ſecum veniant, invitare præſumant: ſi tamen pro honore Archidiaconi Eccleſiarum Rectores velint aliquos invitare, hoc nullatenus prohibemus: ſed ipſi Archidiaconi nullum invitent: ne fortè qui per ſuum adventum Eccleſias non gravent, ſaltem gravent per invitatos: unde ut ſubtrahatur eis neceſſitas invitandi, Prohibemus, ne Archidiaconi, 219. *Concilio t. cum Apoſtolus. decreſſi.*

A. D. 1222 Die Viſitationis ſuæ apud Eccleſiam quam viſitant, capitulum celebrent, niſi fortè in Burgo vel Civitate ſit illa Eccleſia conſtituta:

Ne de Viſitatione aliquid extorqueatur.

210. AD hæc Archidiaconis diſtrictius inhibemus, ne quoquo modo Procurationem ſine cauſa rationabili recipiant, niſi perſonaliter die illo quo viſitant Eccleſiam, nec Procurationem aut receptionem pro Viſitatione extorquere præſumant.

Ne aliquod Officium detur ad firmam.

282. UT omnis cupiditas & avaritiæ occaſio expellatur ab Eccleſiæ Dei miniſtris, præſentia duximus præteritis annectenda; ſtatuentes, quòd Archidiaconatus, Decanatus, vel aliquod Officium quod in ſpiritualibus merè conſiſtit nulli detur ad firmam. Si verò certus reditus illi Officio ſit annexus, ille de ſuperioris licentia poterit dare ad firmam: ſic & de aliis Beneficiis ſtatuimus. Si quis autem contra Statutum noſtrum venire præſumpſerit Archidiaconus vel Decanus, ſi ſuper hoc Canonicè convictus fuerit, per Epiſcopum ſit totali Officio ſuſpenſus per annum, & alius iterum Conſtituatur qui diſcretè gerat vices illius.

De Viſitandis Eccleſiarum Ornamentis.

49. UT autem Archidiaconi ſecundum Apoſtolum non quæ ſua ſunt quærant, ſed quæ Jeſu Chriſti: in ſua viſitatione provideant, quòd Canon Miſſæ emendetur, & quod Sacerdos ritè proferre noverit ſaltem verba Canonis & Baptiſmatis: & quod in hoc ſanum habeat intellectum. Doceant autem Laicos in qua forma debeant Baptizare in caſu neceſſitatis, ut ſaltem hoc ſciant in aliquo idiomate.

Provideant quoque diligenter Archidiaconi, quod ſecundum formam Generalis Concilii, Euchariſtia, Chriſma, Oleum ſanctum ſalva ſub clavibus recondantur, fideli cuſtodiæ deputata. Habeant autem Archidiaconi in ſcriptis omnia Ornamenta & Utenſilia Eccleſiarum: veſtes quoque & libros ſingulis annis ſuo conſpectui ea faciant præſentari: ut ſic videant quæ fuerint adjecta per diligentiam Perſonarum: vel quo tempore medio poſſent proſpicere ne Eccleſia ſuo Jure defraudetur. *Concilii 2. j. de cuſto. Euchari.*

221. Præterea Archidiaconis, Decanis, & Officialibus eorum diſtrictius inhibemus, ne in ſubditos ſuos exactiones vel tallias per ſe, vel per ſuos exercere præſumant.

De Sententia Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti promulganda.

348. AD hæc Eccleſiaſtici Ordinis utilitate penſata pariter & honore, Decernimus, ne Archidiaconi, vel Officiales eorum ſententias Excommunicationis, Suſpenſionis, vel Interdicti, in aliquem audeant promulgare, ubi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi admonitione Canonica præcedente. Si quis autem contra præmiſſa Excommunicationis Sententiam tulerit in quemcunque, pœnæ ſubjaceat in *Lateranenſi* Concilio promulgatæ, & per Suſpenſionem vel Interdictum Superioris arbitrio puniatur: quod etiam Prælati ſuperiores obſervent.

Ne pro debito aut defectu pretii denegetur aliquod Eccleſiaſticum Sacramentum neve pretium exigatur.

278. FIrmiter inhibemus, ne alicui pro Pecunia denegetur Sepultura, vel Baptiſma, vel aliquod Eccleſiaſticum Sacramentum, vel Matrimonium contrahendum impediatur: quoniam ſi quid pia devotione fidelium conſueverit ſupererogari, volumus per Ordinarium loci Eccleſiis Juſtitiam exhiberi, ſicut in Generali Concilio expreſſius & diffuſius eſt ſtatutum. Abſonum eſſe judicamus, quòd de cætero pro Chriſmate, vel Oleo ſancto aliquid exigatur; cum hoc ſcriptura ſeperitur prohibitum.

Ne quis pacem inter partes impediat.

CÆterum diſtrictius duximus inhibendum, ne Archidiaconi vel Decani bonum pacis præſumant impedire, ſi quando diſcordiæ ſibi adinvicem voluerint concordare: ſed licentia petita liceat partibus à lite recedere per compoſitionem quandocunque voluerint: ſi tamen cauſa compoſitionem admittat: nec propter hoc eis aliquam pœnam infligant, nec eis conſtiterit de Juſtitia Actoris vel Rei.

De facili non credatur Præconi, neve quis Judex ſit & Actor.

SEd neque aliquem ad ſuggeſtionem præconum ſuorum ad purgationem compellant, niſi apud bonos & graves viros ſit infamatus; nec in cauſa ſua pariter judices & actores eſſe præſumant; videlicet cum noverint quod ab eis exigatur, debeatur.

De Habitu & Tonſura Clericorum.

UT Clerialis Ordinis honor debitus ſervetur, præſentis Concilii auctoritate Decernimus, ut tam Archidiaconi quam Decani, & omnes alii in perſonatibus ſive dignitatibus conſtituti; item & omnes Decani rurales, & Præbendarii decenter incedant in habitu Clericali, & cappis clauſis utantur. Idem quoque obſervent & Officiales Epiſcoporum & Archidiaconorum, dum fuerint in Conſiſtorio; & nec ipſi, nec alii Clerici comam nutriant, ſed honeſtè tonſi & coronati decenter incedant; niſi forte juſta cauſa timoris exegerit habitum transformari.

De Statu & Vita Clericorum.

ACrapula quoque, & ebrietate, & aliis quæ honeſtatem ſuam deformant, omnes omnino Clerici abſtineant vigilanter: & ad hæc omnia ſtudioſiùs obſervanda ſecundùm formam Concilii generalis à Superioribus ſuis diſtrictiùs compellantur.

De Concubinis Clericorum & Presbyterorum.

ADdentes nè Beneficiati Clerici, vel in Sacris Ordinibus conſtituti in hoſpitiis ſuis tenere præſumant publicè concubinas, nec etiam alicubi cum ſcandalo acceſſum habeant publicum ad eaſdem. Et ſi fortè concubinæ commonitione publicè propoſitâ ab eis non receſſerint, ab Eccleſiis Dei, quas infamare præſumunt, expellantur, nec admittantur ad Eccleſiaſtica Sacramenta; &, ſi nec duxerint ſic abſtinendum, Excommunicationis mucrone percellantur, & ſic demum contra eas brachium Sæculare invocetur: ipſos autem Clericos per ſubtractionem Beneficii monitione præmiſſâ volumus coerceri.

Ne Beneficiati aliquid aſſignent ſuis Concubinis in Teſtamento.

ITem licet legitima teſtamenta Clericorum Beneficiatorum decedentium volumus firmiter obſervari, nolumus tamen ut aliquid Concubinis ſuis relinquatur in teſtamento ſuo: quod ſi de cætero factum fuerit, totum illud arbitrio Epiſcopi convertatur in uſum Eccleſiæ, quam rexit defunctus. *Legatum concubinæ fieri non poteſt.*

De Alienatione poſſeſſionum Eccleſiaſticarum.

ECcleſiarum autem indemnitatibus conſulere cupientes, præſentis Concilii auctoritate duximus ſtatuendum, ut nullus Abbas, nullus Prior, nullus Decanus, vel Archidiaconus, vel habens Perſonatum ſeu Dignitatem, ſed nec Clericus inferior poſſeſſiones vel reditus Dignitatis Eccleſiæ ſibi commiſſæ conſanguineis, *Eccleſiæ bona an poſſint alienari.*

neis, vel amicis ſuis, ſeu aliis quibuſlibet vendere, impignorare, infeudare, ſive aliquo modo ſic alienare præſumant, niſi formâ Canonis obſervatâ. Si quis autem contrà hoc venire præſumpſerit, quod in hac parte præſumptum fuerit viribus careat, & præſumptor Dignitate, Perſonatu, vel Eccleſia, quam ſic læſit, per ſuum Superiorem ſpolietur, niſi quod alienavit per breve tempus à ſuo Superiore ſibi præfixum, ſine damno Eccleſiæ, duxerit revocandum ſuis ſumptibus. Is igitur qui de cætero Eccleſiaſtica bona receperit, & commonitus præſumpſerit ea retinere, Excommunicatione percellatur: donec ea reſtituerit nullatenus abſolvendus. Idem & prælati majores obſervent.

Ne Beneficiati fructus Eccleſiaſticos in fundo Laicali reponant.

185. QUia plures ſunt, (quod non ſine lachrymis dicimus) qui Omnipotentis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam damnationem ſibi cumulantes, non tantum filiis & nepotibus, verùm etiam concubinis ſuis miniſtrant patrimonium *Jeſu Chriſti*; ad quorum uſus, ut quaſi ſecurius res agatur, in Laicali fundo domos de bonis conſtruunt, in quibus Eccleſiaſticos proventus & bona Eccleſiæ in pauperum uſus deputata congregare præſumunt: ſalubri proviſione Decernimus, ne Clerici Beneficiati fructus Eccleſiaſticos in Laico fundo reponant; aut Laicas poſſeſſiones ad opus concubinarum vel filiorum ſuorum emere præſumant, nec etiam ad opus eorum domos conſtruant in fundo Laicali; ſed nec etiam pecuniam miniſtrent ad hujuſmodi emenda ad opus illorum; ut ſic illis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis autem ſuper hoc habeatur juſtâ ratione ſuſpectus, niſi ad arbitrium Superioris ſe purgaverit, ipſius arbitrio puniatur.

Eccleſiæ bona ſunt in pauperum uſus deputata.

Ut Prælati & Obedientiarii rationem ſuæ adminiſtrationis reddant.

204. ITem ut rectius gerantur omnia, ſi exterior adminiſtratio clauſtralium reſpondet ritè quieti, Statuimus, ut tam Obedientiales Regulares Monaſterii, quàm Prælati majores quater aut bis in anno coram fratribus à conventu ad hoc deputatis, vel coram ſororibus (alias Superioribus) juxta Monaſterii conſuetudinem de receptis & expenſis omnibus reddant rationem. Ad hoc tantùm prælatos illos ex iſta Conſtitutione Volumus obligari, qui poſſeſſiones à Monachis vel Canonicis Regularibus ſeparatas non habent.

De habitu Religioſorum, & ne Moniales habeant velum vel peplum de ſerico, vel aliâ hujuſmodi.

205. AD hæc quoniam ſexum muliebrem contra verſutias hoſtis antiqui minus fortem multiplici remedio neceſſe eſt communiri, Decernimus, ut Moniales & cæteræ mulieres Divino cultui dedicatæ, velum vel peplum ſericum non habeant, nec in velo acus aureas vel argenteas audeant deportare, nec ipſæ, vel Monachi, vel Canonici regulares habeant zonas ſericas, vel auro vel argento ornatas, nec burneta, nec aliquo irregulari panno de cætero utantur.

De indumentis Monachorum commenſtrandis.

206. METiantur & juxta dimenſionem corporum veſtem ſuam, ita quòd longitudinem corporum non excedant, ſed pede (ſicut decet) ſupertecto eis ſufficiat ut *Joſeph* indui veſte talari. Et ſola Monialis conſecrata utatur annulo, & uno ſolo ſit contenta. Siquæ autem contra prohibitionem præſumpſerint, & commonitæ ſe non correxerint, regulari ſubjaceant diſciplinæ.

Ut Abbatiſſa annuatim Capellanos mutet. A. D.

VT autem ſecundum Canonicas ſanctiones Abbatiſſæ, de quibus minores vivendi normam habent aſſumere, ſuper honeſta converſatione teſtium copioſitas ſuffragetur, Decrevimus, ut ipſæ Capellanos ſuos, vel aliquem eorum mutent ſingulis annis: quæ autem habent, tantùm unum, ſimiliter mutent, niſi cauſa neceſſaria ſubſuerit; quatenus ſi de vita illarum (quod abſit) ſcandalum oriatur, tantò plures innocentiæ ſuæ habeant teſtes, quantò earum vita pluribus innoteſcit. 1222 208.

De Corrodiis non vendendis.

PRæterea Volumus, ut Prælati domorum Eleemoſynarum corrodia vel ſtipendia Clericis vel Laicis non vendant, aut gratis concedant in perpetuum, vel ad tempus, niſi cum urgens neceſſitas id expoſcat, & Diœceſani accedat conſenſus. 152.

Ne pecunia detur pro receptione alicujus in domum Religioſam.

PRæterea Statuimus Sacro Concilio approbante, ut nullus de cætero pro receptione alicujus in Religionis domum pecuniam, vel quicquid aliud extorquere præſumat; adeo ut ſi pro paupertate domûs ingrediens debeat veſtire ſeipſum, prætextu veſtium ultra juſtum pretium eorum ab eo penitus nihil recipiatur. 379.

De converſatione Religioſorum ut in uno Dormitorio jaceant.

QUia verò nonnunquam ſerpens antiquus, qui jugiter inſidiatur ſanctis viris, quantò magis invenit eos ſolitarios & abſque converſatione mutua converſantes, tantò facilius interdum eos ſuis inſultibus obruit & confundit: provida deliberatione Cenſemus, ut tam Monachi quàm Canonici Regulares, item & Moniales in uno dormitorio dormiant pariter & quieſcant, etiam ſingulis perſonis ſingulis lectis aſſignatis. In uno etiam refectorio ſimul edant, nec per ſe quilibet, ſed communiter victualia præparentur; nec ſingulis eorum pro veſtibus denarii tribuantur, ſed talia per certas perſonas deputatas ad hæc, ſc. Eleemoſynarios, Camerarios, vel Camerarias diligenter expediantur, prout quilibet indiguerit, & facultates domûs permiſerint, eis indumenta miniſtrent; ut cum nova eis tradunt, vetera ab eis recipiant indumenta, quæ in uſus pauperum, vel in alias neceſſitates de conſilio Prioris, vel Prioriſſæ, Abbatis, vel Abbatiſſæ convertantur. Camerario autem, vel Cameriariæ non licet alicui Monacho dare denarios, vel aliquid aliud pro veſtimentis; ſed nec Monacho, vel Canonico, vel Monialli licet aliquid recipere. Alioquin & Camerarius ab officio ſuo deponatur, & Canonicus, Monachus, vel Monialis anno illo careat indumentis. 204.

Ne fiat Monachus aliquis infra xviii. annum.

MOnachi infra decimum octavum annum non recipiantur, niſi evidens utilitas, vel alia neceſſitas aliud inducat. 202.

Contra Laicos frequentantes Clauſtralia, contra Prælatos gravantes Clauſtra, & contra Religioſos facientes Teſtamenta, & firmas habentia.

CLerici vel Laici frequenter non habeant acceſſum ad clauſtrum Monialium ſine rationabili cauſa. Provideant etiam Epiſcopi, quòd Moniales, in omnibus neceſſariis competenter poſſint ſuſtentari de bonis monaſterii, nec ſuſtineant ultra illum numerum aliquam admitti, nec etiam recipiatur aliqua Monialis, 211.

A. D. 1222

quouſque fuerint redactæ ad numerum illum. Et hoc firmiter Statuimus auctoritate Concilii. Si autem de cætero contra hanc formam aliquam contingat admitti, Abbatiſſa vel Prioriſa deponatur. Idem de Magiſtris & Prioribus Moniales cuſtodientibus duximus ſtatuendum.

De confeſſoribus Monialium.

Confiteantur vero Moniales Sacerdotibus ſibi ab Epiſcopo deputatis.

206. *De ſervientibus.*

Inhibemus inſuper Monialibus, nè infra ſepta domorum ſuarum, præter neceſſarias ſervientes, ad cohabitandum mulieres recipiant ſæculares, niſi Diœceſani Epiſcopi aſſenſus accedat.

20. *De ſilentio.*

Item tam Monachis, quàm Canonicis Regularibus, & Monialibus ſilentium Præcipimus obſervari in locis & temporibus ſtatutis.

De ingreſſu Laicorum.

Nec viris aut mulieribus abſque Superioris licentia ingredi liceat ſepta domûs, nec ſine certa cauſa & honeſta egredi eis concedatur.

De exitu Religioſorum.

Ita tamen quòd nulli Clauſtralium cauſa orationis, aut viſitandi parentes, pateat aditus exeundi, niſi talis forte fuerit, de quo nihil ſiniſtri meritò debeat ſuſpicari, quæ etiam ſemper habeat collegam. Et quoties alicui licentia exeundi indulgetur, certus dies, in quo redeat, præfigatur eidem. Hoc etiam Volumus obſervari, ut ubicunque propter exceſſum alicujus viderit Epiſcopus, vel Abbas, vel Prior Conventualis expedire, ut delinquens ad tempus alibi commoretur, ad domum aliquam Religionis ejuſdem in eodem Epiſcopatu idem tranſferatur: vel ſi neceſſe fuerit, etiam ad alium Epiſcopatum dirigatur, & per Diœceſanum cogatur admitti, qui ibi in omnibus regulari ſubjaceat diſciplinæ. Ita ut ſi videatur Eccleſia, in qua moratur, ex ipſius mora gravata, vice verſâ mittat aliquem de ſuis, qui interim moram faciat in Monaſterio delinquentis: nec prius rediens ille qui deliquit, in domo ſua recipiatur, donec plenè pœnituerit de commiſſo, & tunc per Superiorem ſuum revocetur.

De tranſmittendis.

208. *De non recipiendis.*

Ad hoc propter nullam confœderationem vel ſocietatem admittatur Monachus in alterius monaſterium.

De ſingularitate fugienda in refectorio.

Item omnem ſingularitatem interdicimus. In refectorio verò cibus uni aliter quam alteri non paretur, aliàs proponatur. Sed qui præeſt, provideat, ut cibaria talia interdum præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat relevari.

209.

Omnia etiam victualia Religioſis apponenda ſine ſubtractione aliqua eis apponantur, tam in refectorio, quàm alibi, ubi reficiuntur. Et de omnibus appoſitis totum reſiduum ſine diminutione aliqua cedat in Eleemoſynam, per Eleemoſynarium egentibus fideliter erogandum.

De Eleemoſynis faciendis.

Ita quod nec Abbas, nec Prior, nec Eleemoſynarius poſſit contra hoc diſpenſare, & quicunque Statutum illud, vel illud de indumentis, admittere vel obſervare noluerit, ſi Sacerdos fuerit, à celebratione Divinorum, ſi minoris Ordinis, à communione corporis Dominici, uſque ad plenam ſatisfactionem ſuſpendatur.

De non habendo proprio, nec Teſtamento faciendo.

Cum viris religioſis nullatenus liceat propria poſſidere, qui ſe & ſua Religionis ingreſſu Deo dedicant, præſentialiter definimus, ut nulla perſona in Regulari Ordine conſtituta condere teſtamentum præſumat, cum nihil habeat ſuum temporale, quod transferre liceat in dominium alienum.

De non habendo ad firmam.

Item nec Canonicus Regularis, nec Monachus Eccleſiam, Manerium, vel prædium quodlibet Eccleſiæ ſuæ ad firmam audeat retinere. Diſtrictius etiam Inhibemus, nè alicui Monacho vel Canonico Regulari, qui non ſit alias obedientialis, cuſtodia manerii committatur: Ita quòd ex longa ipſius mora vel converſatione ſcandalum oriatur. Quod ſi contra præſumptum fuerit, per Superiorem emendetur. Item Religioſi non capiant Eccleſias ad firmam, in quibus aliquid Juris ſibi vendicent poſt mortem perſonæ; quod ſi fecerint Superioris arbitrio puniantur.

De Eccleſiis non dandis ad firmam.

ITem quoniam inter alia vitia impetus gulæ viros religioſos non mediocriter ſolet infeſtare, Decrevimus, ut nec Monachi, nec Canonici Regulares, niſi horis ſtatutis, potationi & comeſſationi vacare præſumant: ſiquis ſitierit, impetratâ licentiâ, refectorium regulariter introeat, & ſic neceſſitati ſubveniat, ut non conſulat voluptati. Ab hâc generalitate infirmos excipimus, & eos qui ſunt in obſequiis Prælatorum. 211. *De refectionibus religioſorum.*

Ad hæc Statuimus, ut cum pro debilitate vel juſta ratione Monachi in miſericordia ſeorſum commorantur, ſemper ſecum habeant duos ſeniores ad minus, qui aliorum levitates debitâ correctione compeſcant, & qui poſtmodum in Capitulo teſtificentur, qualiter in Miſericordia fuerint converſati.

Idem inter Monachos, Canonicos Regulares, & Moniales volumus obſervari. Et ut verius videantur boni Evangelicæ prædicationis ſcrutatores, cum non niſi in vinea Domini laboranti retributionis ſit denarius porrigendus, ut ille qui altari deſerviat, debeat vivere de altari: Statuimus, ut Eccleſiæ certis perſonis deputatæ nulli dentur ad firmam, niſi forte juſta cauſa ſubfuerit ab Epiſcopo ſuo approbata; & tunc ejus conſenſu alicui perſonæ honeſtè ordinatæ donetur ad firmam, nè veriſimile præſumi debeat, quòd fructus Eccleſiæ in bonos uſus non convertat. 151. *De firmis.*

Non tradatur Beneficii nomine Eccleſia ad firmam.

ITem ut verſutis quorundam calliditatibus cautè obviemus, quæ in fraudem Conſtitutionis generalis novas quaſdam adinventiones fingere moliuntur; Statuimus, quòd non liceat alicui aliquam aſſignare Eccleſiam cuiquam nomine Beneficii, quam ei liceat obtinere cum aliquo Beneficio, cui cura annexa eſt animarum. 140

Contra Advocatos ſtantes contrà ſententiam latam pro Matrimonio.

ITem quoniâ per Advocatos multories legitima Matrimonia malitiosè protrahuntur, Statuimus, ut ſententiâ latâ per Advocatos pro Matrimonio, Advocatus qui contra id ſteterit Matrimonium, hoc ipſo per annum Advocatione privatus exiſtat, niſi Judex eum in ſententia propter juſtum errorem, vel rationabilem ignorantiam expreſſam habeat excuſatum. 74

Contra Judæos.

ITem quoniam abſurdum eſt, quòd filii liberæ cum filiis ancillæ famulentur, & quoniam in habitatione *Judæorum* cum Chriſtianis non modicum in Eccleſia ſcandalum ſolet ſuboriri; Præcipimus, ut de cætero *Judæi* mancipia non habeant Chriſtiana: ad quod obſervandum tam ipſa mancipia per cenſuram Eccleſiaſticam, quàm ipſos *Judæos* per pœnam Canonicam, ſeu extraordinariam à Diœceſanis excogitatam Volumus efficaciter induci: & quoniam ſuper Juris Statuta non habentia à nobis formam, utpote qui per multa enormia his diebus commiſſa, probantur nobis ingrati, Prohibemus, nè de novo conſtruant Synagogas, ut Eccleſiis teneantur ad intereſſe ſuper Decimis & Oblationibus, in quarum Parochiis commorantur.

De veſtibus Judæorum.

ITem quoniam in partibus iſtis ſit inter *Judæos* & Chriſtianos confuſio, ideo oportet ut aliqua differentia diſcernatur, propter quod nonnunquam contingit, quòd Chriſtiani *Judæis* mulieribus vel è contrario commiſcentur; Præcipimus, ut auctoritate Concilii

cilii generalis, omnes *Judæi*, tam maſculi, quàm fœminæ, in veſte ſuperiori, ante pectus, tabulas linteas alterius coloris, quàm veſtis ſit, deferant manifeſtè, ita quòd utraque tabula duorum digitorum menſuram habeat in latitudine, & quatuor in longitudine, & ad faciendum hoc per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. Eccleſias autem de cætero intrare non præſumant; & ne occaſionem habeant ingrediendi, Inhibemus diſtrictè, nè Depoſita eorum in Eccleſiis conſerventur, & ſi contra præceptum factum fuerit, per Epiſcopum corrigantur. Ut autem omnia bono fine concludantur, *Lateranenſe* Concilium ſub ſancto Papa *Innocentio* celebratum in Præſtatione Decimarum, & aliis cauſis, Præcipimus obſervari; & in Synodis Epiſcopalibus Conſtitutiones illius Concilii unà cum iſtis, prout videbitur expedire, exponi volumus & recitari: Excommunicationes etiam in hoc Concilio promulgatas in Synodis Epiſcopalibus ſingulis annis, & quater in anno, in parochialibus Eccleſiis ſolenniter iterentur.

De ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, & primo de Baptiſmo.

BAptiſmus cum omni reverentia & cum magno honore celebrabitur, & cum magna cautela, maximè in definitione & verborum prolatione, in quibus tota virtus Sacramenti conſiſtit, & ſalus puerorum: ſc. ego Baptizo te in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti, Amen. Et ut nomen baptizato imponatur, & ſub eadem forma, quam melius noverint, doceant frequenter Sacerdotes, Laicos baptizare debere pueros in neceſſitate, & mulieres, & patrem & matrem pueri in ſumma neceſſitate. Sacerdos interroget diligenter Laicum, qui baptizaverit in neceſſitate puerum, quid dixerit, quod ſi invenerit Laicum diſcretè & modo debito baptizare, & formam verborum in ſuo idiomate protuliſſe, approbet factum: ſin autem, rebaptizet puerum. Ad levandum puerum de ſacro Fonte tres ad plus recipiantur. Si in neceſſitate baptizetur à Laico, ſequentia inunctionem & non præcedentia per Sacerdotem expleantur. Item de Baptiſmate & Confirmatione ſi dubitetur, ſine trepidatione conferantur: quorum non dicitur iteratum, quod neſcitur eſſe collatum. Ideoque baptizentur, de quorum baptiſmo probabiliter dubitatur, ſi inveniantur cum ſale & aqua & aqua: in qua fuerit baptizatus puer, propter reverentiam Baptiſmi vel fundatur in ignem, vel in baptiſterium ad Eccleſiam deferatur. Nullus Diaconus vel inferior Clericus baptizet, vel pœnitentiam injungat, ſed ſoli Sacerdotes, quibus id competit ex officio, niſi ex ſumma neceſſitate, putà, quoniam Sacerdos abſens eſt, vel preſens etiam & non poteſt, vel ſtultè non vult, & mors imminet puero vel ægroto. Præcipimus ut caſſulæ, quibus noviter baptizati fuerint, ad Eccleſiam reportentur, nec ad communes uſus per aliquem aſſumantur propter Sacramenti reverentiam, & in uſus Eccleſiæ, prout neceſſitas exegerit, reſerventur. Præcipimus ut Fontes, in quibus pueri baptizantur, lapidei ſint, vel aliàs integri & honeſti, ita quòd non ſint aliquibus contemptui vel horrori, ut major honor, vel reverentia ab univerſis exhibeatur eiſdem.

Nota quid dicatur non iteratum.

De Confirmatione.

SAcerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum poſt Baptiſmum: debet enim ſuſcipi Sacramentum Confirmationis, quod ſi confirmandus adultus fuerit, monendus eſt per Sacerdotem loci, ut prius confiteatur, & poſt confirmetur. Item ſæpe dicatur Laicis, nè expectent diu ad confirmandum adventum Epiſcopi, ſed adducant pueros ad eum, ubi eum adeſſe audierint propè, quàm citius pergunt: ut ligaturas ſecum conferant competentes, ſc. longas & latas ſufficienter. Item nullus teneatur ad Confirmationem à Patre, vel Viro, vel Noverca, & hæc prohibitio ſæpius publicetur in Eccleſia per Sacerdotes. Item caveant ſibi diligenter parentes, nè parvulos ſuos proferant iteratò ad confirmandum: cum & inde parvuli per illud Sacramentum iteratum efficiantur irregulares, ſi maſculi fuerint, & ipſi parentes ex tali negligentia gravi ſecundùm Canones ſubjaceant ultioni. Sciant quòd tam parentes, quàm illi qui pueros eorum tenent ad confirmandum, quod Spirituale vinculum in hoc Sacramento æquè contrahitur, ſicut in Baptiſmo. Item parvuli confirmati tertio die poſt Confirmationem deportentur ad Eccleſiam, & frontes eorum per manus Sacerdotum in Baptiſterio propter reverentiam Chriſmatis abluantur ibidem, & tunc ligaturæ ſimul cum igne crementur. A. D. 1213

Nota affinitatem ſpiritualem.

De Euchariſtia.

SInt Rectores Eccleſiarum & Presbyteri diligentes, ut ſumma reverentia & honor maximus Sacris Altaribus exhibeatur, & maximè ubi Sacroſanctum corpus reſervatur, & Miſſa celebratur, Euchariſtia in munda pyxide, vel Argentea, vel Eburnea, vel alias Sacramento digna & idonea conſervetur: nec ultra ſeptem dies conſerventur Hoſtiæ conſecratæ: ſed qualibet ſeptimanà renoventur. Euchariſtia quoque, tam luce quàm lucernà præcedente, ad ægrotos per Sacerdotem, & in ſumma neceſſitate per Diaconum cum ſocietate & reverentia deferatur, niſi forſan id loci remotio, vel tempus, ſive qualitas interdicat. Provideant etiam, ut ita ſe habeant in eundo & redeundo hujuſmodi miniſtri, ut & debitum ſolvant ægroto, & audientes & videntes invitent ad habendum tanto Sacramento reverentiam. Linteamina, Corporalia, Pallia, & alia Altaris indumenta integra ſint & munditiſſima, & ſæpe abluantur per perſonas à Canonibus deputatas, ad reverentiam & præſentiam Salvatoris noſtri, & totius Cœleſtis Curiæ: quam huic Sacramento conficiendo & confecto non dubium eſt intereſſe. Item verba Canonis, præſertim in his quæ ad Sacramenti ſubſtantiam pertinent, plenè & integrè, & cum ſumma animi devotione proferantur: non tamen ita ſit moroſus Sacerdos in præmiſſis, quòd faſtidium ingerat auditoribus, & officium ſuum privet devotionis pinguedine; quia Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti, i. e. pinguedinis ſalutem, aut rationis. Item ſacerdos poſtquam Corpus Domini & Sanguinem ſumpſerit, aquam ſive vinum remiſſum in Calicem, vel digitis ſuperfuſum ſumere non audeat, ſi eodem die Miſſarum Solennia debeat pro neceſſitate iterum celebrare. Sanctorum Patrum veſtigiis inhærentes Prohibemus, nè aliquis Sacerdos Miſſam celebret bis in die, niſi in die Nativitatis, & Reſurrectionis Dominicæ, vel in alia neceſſitate, videlicet cum alicujus corpus fuerit tumulandum, ita ut prior Miſſa celebretur de die, ſi major inſtiterit Solennitas, & poſterior pro defunctis. Nulli Clerico permittatur miniſtrare in Officio Altaris niſi indutus ſit Superpellicio: tempore quo Miſſarum Solennia peraguntur accendantur duæ candelæ, vel ad minus una cum lampade.

Quando bis celebrare liceat.

De Pœnitentia.

SAcerdotes in Pœnitentia injungenda diligenter intendant circumſtantias & qualitatem Perſonæ, genus delicti, tempus & locum, & moram in peccato factam, devotionem animi pœnitentis, ut his conſideratis & diſcretè penſatis, majorem vel minorem pœnitenti Pœnitentiam injungant. Item Sacerdos ad audiendum Confeſſiones communem ſibi eligat locum, unde

A. D. 1222 unde communiter ab omnibus videri poſſit in Eccleſiis: in locis abditis non recipiat Sacerdos alicujus, & maximè mulieris, confeſſionem, niſi pro maxima neceſſitate, aut infirmitate pœnitentis. Item nullus Sacerdos alterius Parochianum recipiat ad Pœnitentiam, niſi de licentia ſui Presbyteri, vel Epiſcopi. Item Sacerdos talem injungat Pœnitentiam uxori, unde viro ſuo non redditur ſuſpecta de occulto & enormi crimine: idem de marito obſervans. Item in majoribus criminibus, & atrocioribus, & dubiis, Sacerdos conſulat Epiſcopum, vel ipſos qui vices ejus gerant, providos & diſcretos, quorum Conſilio certificatus ſciat quos, & qualiter, ligare poſſit & ſolvere. Et nè (quod abſit) pœnitens in deſperationem mutetur, moneat ipſum diligenter, ut bonum, quicquid interim facere poteſt, faciat, ut Deus cor ſuum illuſtret ad Pœnitentiam, & hoc idem faciat de eo qui peccatum confitetur, ab eo tamen non vult abſtinere: quo caſu munus Abſolutionis eidem non poterit impendi; cum venia negatur ei conceſſa eſſe, niſi ſe corrigenti. Item caveant Sacerdotes peccata inquirentes, ut nomina Perſonarum cum quibus peccaverunt non inquirant, ſed circumſtantias tantum, & qualitatem peccati, cum ſcriptum ſit, *Deus, vitam meam* (non alterius) *annunciavi tibi.* Prohibemus, quòd nullus Sacerdos lapſus in mortali peccato ad Altare præſumat accedere celebraturus antequam confiteatur. Item nullus Sacerdos irâ, odio, vel metu etiam mortis, audeat in aliquo detegere alicujus confeſſionem ſigno, vel verbo, ſpecialiter, vel generaliter. Et ſi ſuper hoc convictus fuerit, ſine ſpe reconciliationis non immeritò debet degradari. Cùm ſæpe contingat, quòd Rectores Eccleſiarum, & nonnulli Sacerdotes, & in Sacris Ordinibus conſiſtentes, eò quòd nonnulli (ut eis videtur) quoad forum pœnitentiale ſint abjecti, vel omnino non confitentur, vel ad quoſdam accedunt, qui nullam ipſos ligandi vel ſolvendi habent poteſtatem: per Archidiaconatus ſingulos Statuimus, quòd duo Presbyteri idonei præficiantur in ſingulis Decanatibus literaturæ competentis, & opinionis approbatæ ad Confeſſiones talium audiendas, & pœnitentias eiſdem injungendas, quibus per Nos, vel vices Noſtras gerentes, auctoritatem Noſtram Volumus impertiri, firmiter prohibentes, nè Religioſi Monachi, vel Canonici, Anachoritæ, vel Eremitæ, ſubditum alicujus audeant ad Pœnitentiam admittere.

De Extrema Unctione.

Cum magna reverentia deferatur Oleum infirmorum ad infirmos, & ipſos inungant Sacerdotes cum magna devotione, & Orationum celebritate, quæ ad hoc ſunt ordinatæ. Item ad Sacramentum Extremæ Unctionis moneant ſæpe populum Domini Sacerdotes, ſc. omnes à xiiii. annis & ſupra: & ad omnes communiter ſeparatos exhibeant, cum neceſſe fuerit. Item tam Sanctum Oleum quàm Chriſma ſub fideli cuſtodia, clave adhibitâ, conſerventur: ut non poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia exequenda.

De Matrimoniis.

1171. Matrimonium ſimiliter, ſicut & alia Sacramenta cum honore, & reverentia, de die in facie Eccleſiæ non cum riſu, immo deriſu, & contemptu celebretur. In Matrimonio contrahendo ſemper in tribus Dominicis vel Feſtivis diebus à ſe diſtantibus tribus Edictis perquirat Sacerdos à populo de legitimitate Sponſi & Sponſæ. Si quis autem Sacerdos hujuſmodi Edictum non ſervaverit, pœnam nuper in Concilio ſuper hujuſmodi non evadet. Item prohibeant Laicis Sacerdotes frequenter in Eccleſia ſub pœna Excommunicationis, nè dent mutuò fidem de Matrimonio contrahendo, niſi in loco celebri, & coram ad hoc Presbyteris, & pluribus Perſonis convocatis. Item cum in cauſis Matrimonialibus cum majori diſcretione & cautela ſit providendum, Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, Statuimus, ut nulla cauſa Matrimonii, ubi agitur ad divortium, terminetur, niſi per Nos vel gerentes vices Noſtras: nec aliqua hujuſmodi cauſa ſive agitur ad divortium, ſive non, examinetur per Decanos Rurales, ſed cum magna Archidiaconorum diligentia, vel eorum Officiales providos & diſcretos.

De Ordine Sacerdotali.

Cum quanta reverentia, & cordis contritione, & animi devotione ad Sacramentum Ordinis ſit accedendum, ex eo patet, quòd niſi à ſummo Sacerdote & Epiſcopo confertur, nec paſſim, ſed certis temporibus & jejunio, non ſolum ab Ordinandis, ſed ab univerſa plebe: hinc eſt quòd Sanctorum Canonum Statuta ſervantes Prohibemus, ut nullus ad Ordines accedat vel admittatur, niſi qui fuerit Canonicè examinatus. Item minores Clerici ad inferiores gradus non admittantur. Item in *Hibernia, Wallia,* ordinati, ſeu *Scotia,* maximè ſine literis noſtris commendatoriis ſive dimiſſoriis, non admittantur ad Ordinis ſui ſic ſuſcepti executionem: nec in Epiſcopatu noſtro, niſi magna neceſſitas, ut cum eis à nobis diſpenſetur, inducat: nec etiam tunc admittantur, niſi prius legitimè conſtiterit de ipſorum Ordinatione, vitæ munditia, pariter & literatura. Item univerſi Eccleſiarum Rectores, qui vulgariter dicuntur Perſonæ, qui ſunt in Sacris Ordinibus conſtituti, ad Sacrorum Ordinum celebrationem accedant, ut ibi promoveantur ad minus in Subdiaconum; & ad hoc frequenter moneantur per Archidiaconum, & ſi neceſſe fuerit, compellantur. Item Prohibemus etiam, ut nullus Abbas, vel Prior, Monachos ſuos, vel Canonicos ab aliis Epiſcopis faciat Ordinari, niſi cum literis Noſtris, vel gerentis vices Noſtras aſſenſum exprimentibus.

Ut Eccleſiæ dedicatæ non diſtrahantur.

Vaſa, & Veſtimenta, aut Libros Eccleſiæ nullus Laicus *Judæis,* vel Chriſtianis, impignorare, vel vendere præſumat; ſed nec poſſeſſiones vel reditus locare, vel feudare, ſive alio modo alienare præſumat: niſi urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id deposcat, & prius Diœceſani Epiſcopi ad hoc conſenſus accedat. Si quis autem contra præſumpſerit, quod fecerit, ſuis ſumptibus revocet. Is etiam qui Eccleſiaſtica Beneficia receperit, & detinere præſumpſerit, Excommunicationis ſententiâ feriatur, antequam ea reſtituat nullatenus abſolvendus.

Ut Clerici non ædificent in fundo alieno de Patrimonio Chriſti, nec Beneficia committant, niſi talibus, qui velint & poſſint ædificia ſuſtinere.

Quoniam plures, ut non ſolùm filiis & neporibus ſuis, verum etiam concubinis Patrimonium *Jeſu Chriſti* dent, domos in Laico fundo ædificare præſumunt, ad quas Eccleſiaſticos proventus deportantes, dum proximis in ſanguine bona Eccleſiaſtica congregant, iram Dei ad damnationem perpetuam theſaurizant: Ne igitur de cætero fiat, diſtrictius Inhibemus, ſtatuentes, ut qui aliter abſque neceſſaria cauſa & aſſenſu Diœceſani Epiſcopi fecerit, per annum ad minus à perceptione Beneficii ſuſpendatur, niſi ad commonitionem Epiſcopi vel Archidiaconi ſui, quod fecerit, quàm citius emendaverit. Item nullus Clericus aliquod Beneficium Eccleſiaſticum alicui Laico tradat

ad

ad firmum, nec etiam fructus Decimæ ante ſeparationem earundem eis vendere præſumat. Si quis Clericus Beneficium ſuum in caſu licito alicui committere voluerit, Statuimus, ut illud tali committat, qui velit & poſſit domos & ædificia Eccleſiæ ſuſtinere: qui autem alterius Beneficium ſic receperit, id ſervet pro tempore, quo inter eos convenerit id ſtatutum.

De Decimis & earum Solutionibus.

DEcimæ tam Prædiales, quam aliæ ſine difficultate, & diminutione, & cum omni integritate ſolvantur, ſecundùm quod Canonum continent inſtituta. Concedimus etiam, quòd quilibet Sacerdos Parochialis detentores Decimarum in ſua Parochia poteſtatem coercendi habeat; &, ſi contumaces fuerint, & commoniti ſe non correxerint, ipſos excommunicandi. Item nullus Laicus quantacunque temporis diuturnitate immunitatem ſibi vendicet à Decimarum quarumcunque præſtatione; cùm Laicus ſecundùm Sacrorum Canonum inſtituta Decimas præſcribere non poſſit: in præſtandis Decimis, & maximè Prædialibus, nullæ deducantur expenſæ.

De maleficis emendandis & iſtarum Conſtitutionum in quovis anno recitatione.

PRæcipimus, ut ſingulis annis ter vel quater in genere ſolenniter excommunicenter Sortiarii, Perjuri ſuper Sacroſancta, Incendiarii, Uſurarii, Fures Atrociores, & Raptores. Falſarii malitioſè impedientes executionem rationabilium Teſtamentorum: ita quod ſi ſcienter diſpendium cuilibet injecerint, non abſolvantur, nec eis pœnitentia ab aliquo inferiore injungatur, niſi à Nobis vel Auctoritate noſtra, præterquam in articulo mortis: & tunc ita injungatur eiſdem, ſi convaluerint, Nos adeant à Nobis vel Auctoritate noſtra Pœnitentiam ſuſcepturi. Ut autem omnia ſine bono concludantur, *Lateranenſe* Concilium ſub Sanctæ Recordationis Papa *Innocentio* Celebratum in præſtatione Decimarum, & aliis capitulis præcipimus obſervari, & in Synodis Epiſcopalibus Conſtitutiones illius Concilii una cum iſtis, prout videbitur expedire, volumus recitari. Excommunicationes etiam in hoc concilio promulgatæ ſingulis annis in Synodis Epiſcopalibus, & quater in anno in Parochialibus Eccleſiis ſolenniter iterentur.

Sequuntur Conſtitutiones de Lambeth *per Dominum* Stephanum *de* Langton, Cantuarienſem *Archiepiſcopum editæ: & in quibuſdam libris iſtæ Conſtitutiones præcedunt Conſtitutiones de* Oxonio.

Lyndwood, *aliique aſcribunt hanc primam Conſtitutionem latam Anno* Domini 1367. Simoni Langham, *qui conſecratus eſt* 1366. *& donatus Cardinalatu ceſſit* 1368. *regnante in* Anglia Edvardo 3. *Urbano* 5. *Sedente Papa.*

De modo dandi mortuarium.

19. STatutum fœlicis recordationis *Roberti* prædeceſſoris noſtri de Mortuariis editum, quod nonnulli minus ſano pervertunt intellectu, præſentis Concilii approbatione duximus declarandum. Satagebat idem prædeceſſor ſalutem conſulere animarum, eo quod conſiderabat Laicos utriuſque ſexus ſubditos ſuos, quandoque per ignorantiam, nonnunquam per negligentiam & injuſtam decimarum & oblationum ſuarum detentionem graviter deliquiſſe. Et quòd non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, prudenter attendens: ſalubriter ſtatuit, quod pro recompenſatione decimarum taliter ſubtractarum, licet ſuo ſtatuto cauſam non inſeruit, ſecundum melius animal defuncti Eccleſiæ damnum paſſæ debuit applicari. Quia vero hujuſmodi occaſione ſtatuti inter rectores Eccleſiarum & parochianos ſuos lites, quas extingui cupimus, frequentius oriuntur: illud duximus ſynodali interpretatione declarandum, quod ſi decedens tria tantummodo vel plura cujuſcunque generis in bonis ſuis habuerit animalia, (optimo domino cui de jure fuerit debitum reſervato) Eccleſiæ ſuæ, à qua Sacramenta recepit, dum viveret, ſine dolo, fraude, & contradictione qualibet pro recompenſatione ſubtractionis decimarum tam perſonalium quam prædialium, necnon oblationum, ad liberationem animæ ſuæ, melius animal poſt optimum reſervetur. Quod ſi duo tantum in bonis decedentis extiterint animalia, de manſuetudine Eccleſiæ actio quælibet nomine mortuarii remittatur. Hoc autem adjiciendum ſtatuendo duximus, quod ſi materfamilias viro ſuo ſuperſtite obierit ad præſtationem mortuarii minime coerceatur. Quod ſi poſt obitum mariti in domo & familiæ regimine vidua per annum ſupervixerit, juxta formam ſuperius ſcriptam ad mortuarium obligetur. Hac autem noſtra conſtitutione vel interpretatione conſuetudini laudabili ſuper mortuariis in noſtra Diœceſi hactenus obſervatæ nolumus præjudicium generari, quin ſi decedens hujuſmodi animalium numerum habuerit, ſeu non habuerit, virve aut uxor prius aut poſt deceſſerit, ſuper præſtatione mortuarii conſuetudo Eccleſiaſtica obſervetur. Ad ſolutionem autem debiti mortuarii contradictores & rebelles Volumus per locorum Ordinarios cenſurâ Eccleſiaſticâ coarctari.

A. D. 1367

Muliere decedente vir ſuperſtes non debet mortuarium ſed contrario.

Ne fiant Scotalla ſive Potationes communes.

PRohibitionem Scotalliarum ſeu Scotallarum & aliarum potationum convivii pro ſalute animarum & corporũ introductam provida approbatione proſequentes, Rectoribus, Vicariis, & aliis Capellanis parochialibus Præcipimus ſub obedientiæ debito firmiter injungendo, quod parochianos crebra exhortatione diligenter indicant, ne prohibitionis hujus temerarii violatores exiſtant. Alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint ab ingreſſu Eccleſiæ & Sacramenti communicatione tamdiu ſuſpenſos eſſe denuncient, donec aliis pœnis ceſſantibus ad Pœnitentiarium noſtrũ acceſſerint, quod ab eo pro tranſgreſſione hujus pœnitentiæ nomine injunctum fuerit humiliter recepturi: & prout Deus dederit imprimatur, alias expietur. Communes autem Potationes declaramus, quoties virorum multitudo, quæ numerum denarium exceſſerit, iiſdem domiciliis Potationis gratiâ immoratur. Viatores vero & peregrinos & in Nundinis ac Mercatis convenientes, quamvis in tabernis convenerint, ſub iſta prohibitione nolumus comprehendi. Communes Potationes, quas Scotallas mutato nomine charitatis appellant, deteſtantes, hujuſmodi Potationum auctores & publicè convenientes ad eaſdem excommunicatos Præcipimus publicè & ſolenniter denunciari: donec ſuper hoc ſatisfecerint competenter, & Abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

Contra bibalos et edaces.

Potatione communes.

Quando licet bis in die celebrare.

BIs in die celebrare Miſſam aliquis non præſumat, niſi diebus Nativitatis Domini & Reſurrectionis Dominicæ: vel quando corpus in propria Eccleſia fuerit

A. D. 1229 duntaxat tumulandum. Et tunc in prima Missa ablutio digitorum vel calicis à celebrante non sumatur. Qui contrafecerit, ab officio se noverit suspensum, nisi forte Canonica necessitate sit compulsus; quâ sic duximus declarandam & limitandam, si in festis *novem Lectionum*, vel *Quadragesimæ*, vel *quatuor temporibus*, vel Sponsalia fieri oporteat, vel subitò socio infirmo, vel pro Ecclesiæ suæ negotio, vel propria necessitate manifeste absente.

Nota de istâ materia *Extra. de celebra. miss. c. consuluisti.* & *c. ex parte.* & in dicto *c. consuluisti.* per *Ber.* & omnes *Docto.* ut *suprà*, in *Constit. Oxonien.* quæ incipit, *ad hoc duximus.*

In quibus casibus simplex Sacerdos non potest absolvere citra mortis articulum.

CONstitutio *Stephani Cantuariensis* Archiepiscopi super plures casus, in quibus simplex Curatus non potest absolvere, nisi in articulo mortis, sed mittere debet ad Superiorem; videlicet absolvere non potest publicos fœneratores, incendiarios domorum, falsos testes, abjurantes se super Sacrosancta propter lucrum vel damnum aliorum, sortilegos, falsarios sigillorum, & chartarum, & hujusmodi, cusores monetæ, impedientes testamenta, illos qui incidunt in sententias latas à Canone, & percussores clericorum, proditores, hæreticos, simoniacos, & illos qui partum supponunt, ut alii exhæredentur. Similiter illos, qui partum opprimunt negligenter, seu malitiosè per potiones, postquam conceptum animatum fuerit, propter temeritatem delicti, licèt occultum fuerit, ut suffocatrix proprii partûs: vel quando parvulus per negligentiam cadit in ignem, vel in aquam, vel alio modo propter defectum custodiæ; & propter manuum injectionem in parentes, etiamsi occultum fuerit. Si masculus cum bruto coierit, quamvis sit occultum, propter enormitatem delicti: vel si quis prodiderit dominum suum ad mortem. Pro Sacrilegio, pro adulterio notorio, & læsione fidei manifesta ad Superiorem mitti debet pro Absolutione obtinenda. Similiter & si Parochianus alicujus est excommunicatus ab alio quàm Episcopo debet mitti ad eum qui eum excommunicavit, vel petere à Superiore licentiam ut eum possit absolvere.

Casus in quibus crimina occulta non possunt absolvi à simplice Sacerdote.

Additio. Additio *Pauli de sepultur. c. j. ver. publice. de hæret. quicunque. per Archidiaconum. De temporibus ordinà. ex tenore. Per Innocen. &c. Sed non credo. Per hosti. de maledic. & publice.* per eundem & *Jo.* In istis locis cavetur, quòd simplex Curatus potest absolvere in casibus occultis, nisi in tribus. *Ly. adde Jo. in ti. de pœniten. & remiss. c. si Episcopus. ver. reservantur. & de sepultu. c. dudum. per. W.* qui ponit versus, *Qui facit incestum.* Etiam adde *Jo. Athon. in constit. quod in quodam ver. confessores.* Ibi excipit quinque casus, licet occulti, qui reservantur Episcopo.

Incipiunt Constitutiones Provinciales Richardi Wethershed editæ apud Westmonasterium. Archiepiscopus ille Cantuariensis consecratus fuit An. Dom. 1229. Henrici 3. *anno* 14. & Gregorii 9. *Papæ anno* 3. *currente, duos tantum sedit annos.*

De Clericis contrahentibus Matrimonium.

Clerici non sint concubinarii. SIquis Sacerdos, vel Clericus in Sacris Ordinibus constitutus, & Ecclesiam, vel Ecclesiasticum Beneficium habens publicè fornicariam habeat, & semel, secundò, & tertiò commonitus fornicariam suam non dimiserit, & à se prorsus non expulerit, sed potius in immunditia duxerit persistendum; omni Beneficio & Officio spolietur. Si qui verò infra Subdiaconatum constituti Matrimonium contraxerint, ab uxoribus suis (nisi de communi assensu ad Religionem transire voluerint, & ibi in Dei servitio permanere) nullatenus separentur: sed cum uxoribus viventes Ecclesiastica Beneficia nullo modo participent. Qui autem in Subdiaconatu vel supra ad Matrimonia convolarunt, mulieres invitas & renitentes relinquant. Decernimus etiam ejusdem Concilii auctoritate, ne filii Sacerdotum in paternis Ecclesiis amodò Personæ instituantur, nec eas qualibet occasione medio non intercedente obtineant. 122.

Ne Clerici tabernas exerceant.

CLerici in Sacris Ordinibus constituti, edendi vel bibendi causâ tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus intersint, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Si quis verò tale fecerit, aut cesset aut deponatur.

Ne Clerici exerceant officium Laicorum.

HIs qui Sacris Ordinibus constituti sunt interesse, ubi judicium sanguinis agitur, non licet. Unde Prohibemus, nè aut per se aut per alios membrorum truncationes faciant, aut inferendas judicent. Quod si quis tale fecerit, concilii Ordinis privetur Officio & loco. Inhibemus etiam sub interminatione Anathematis, nè quis Sacerdos habeat Vicecomitis vel Præpositi Sæcularis officium.

De corona & habitu Clericorum.

CLerici qui comam nutriunt ab Archidiacono etiam inviti tondeantur: vestimentis etiam vel calceamentis (nisi quæ honestatem & religionem deceant) uti eis non licebit. Si quis contra hoc facere præsumpserit, & Canonicè emendare noluerit, Excommunicationi subjaceat.

De Ordinatis ab alio quàm Episcopo suo.

QUia quidam Clerici desperantes ab Episcopis suis ordinari propter imperitiam, aut ætatem minorem, extra provinciam suam à transmarinis Episcopis ordinantur, vel ordinatos se mentiuntur, ignorata sigilla Episcopis suis deferentes: Statuimus talem ordinationem irritam esse habendam, sub interminatione Anathematis inhibentes, ne à quoquam ad sui Officii executionem suscipiantur. Episcopum quoque nostræ jurisdictionis, qui talem sciens & perpendens, ordinaverit vel susceperit, ab illius Ordinis collatione, ad quem eum susceperit vel ordinaverit, usque ad condignam satisfactionem se noverit esse suspensum. 31.

Ne Judicia sanguinis fiant in Ecclesiis vel Cœmeteriis.

CUm Ecclesia Dei, secundùm Evangelicam veritatem, *domus orationis esse debeat, & non spelunca latronum*: de sanguinis effusione, vel de pœna, in Ecclesiis vel Cœmeteriis agitari sub interminatione Anathematis prohibemus. Absurdum enim est & crudele ibi Judicium sanguinis exercere, ubi reis constituta est tutela refugii. *Causa sanguinis in Ecclesia tractari non debent.*

Ne aliquid exigatur pro Sacramentis conferendis. 41

DIctum est solere in quibusdam locis pro receptione Chrismatis nummos dari, & pro Baptismo ac Communione: hæc Simoniaca hæresis ab Ecclesia detestata est, & facta Synodus, quæ tales anathematizavit. Statuimus ergo, ut de cætero, nec pro Ordinatione,

tione, nec pro Chriſmate, nec Baptiſmo, nec pro Extrema Unctione, nec Sepultura, nec pro Communione, nec pro Dedicatione quicquam exigatur: ſed gratis dona Chriſti gratuitâ diſpenſatione donentur. Si quis contrafacere præſumpſerit, Anathemate ſit innodatus. 128.

Ne aliquid detur pro præſentatione Eccleſiæ habenda.

281. NUlli liceat Eccleſiam nomine dotalitatis ad aliquem transferre, vel pro præſentatione alicujus perſonæ pecuniam, vel aliquod emolimentum pacto interveniente recipere. Quod ſi quis fecerit, & in Jure convictus vel confeſſus fuerit, ipſum, tam Regiâ quàm Noſtrâ freti auctoritate, patrocinio ejuſdem Eccleſiæ in perpetuum privari ſtatuimus.

De pœna Vicariorum, qui ſe erigunt contra Perſonas.

ILlud etiam de Vicariis, qui Perſonis fide & juramento obligati ſunt, duximus ſtatuendum; quòd ſi fidei & Sacramenti religione contemptâ, Perſonatum ſibi falſò aſſumentes, contra Perſonas ſe erexerint, ſi ſuper hoc in Jure convicti vel confeſſi fuerint, de cætero in eodem Epiſcopatu ad officii ſui executionem non admittantur.

De decimis dandis de omnibus quæ annuatim renovantur.

OMnes Decimæ terræ, ſive de fructibus arborum, ſive de aliis fructibus, Domini ſunt, & illi Sanctificantur. Sed quia nonnulli modo inveniuntur Decimas dare nolentes; Statuimus, ut juxta Domini Papæ *Alexandri* præceptum admoneantur ſemel, ſecundò, & tertiò, ut de grano, vino, de fructibus arborum, & de fœtibus animalium, de Lana, & de Agnis, & de Caſeis, & de Lino, Cannabe, & de reliquis, quæ annuatim renovantur, Decimas integrè perſolvant. Quod ſi commoniti non emendaverint, Anathemati ſe noverint ſubjacere.

Decimæ de quibus ſunt ſolvendæ.

Ne quis Epiſcopus Calicem benedicat, niſi tantum de Auro & Argento.

234. PRæcipimus nè conſecretur Euchariſtia, niſi in Calice Aureo vel Argenteo; & nè Stanneum Calicem aliquis amodò benedicat, interdicimus.

Quid facere debent Medici, ad ægrotos accedentes.

330. CUm Anima pretioſior longè ſit Corpore, ſub interminatione Anathematis Prohibemus, nè quis Medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ converratur. Verùm cum ipſum ad ægrum vocari contigerit, ægrum ante omnia moneat efficaciter, & inducat, quòd Medicum invocet Animarum: ut poſtquam infirmo fuerit de Spirituali proviſum, ad Corporalis Medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Tranſgreſſores hujuſmodi Conſtitutionis pœnam in Concilio ſtatutam non evadent.

Anima eſt pretioſior corpore.

Incipiunt Conſtitutiones Provinciales Sancti Edmundi Cantuarienſis *Archiepiſcopi, qui conſecratus eſt A. D.* 1234. *tempore* Henrici 3. Angliæ *Regis*, Gregorio 9. *ſedente Papa.* 8, *ſedit annos.*

(Statim poſt hujus Conſecrationem Legatus Otho *miſſus eſt in Angliam, & A. D.* 1236. *Conſtitutiones Legatinas edidit.)*

Qui ſint Irregulares, & ſuſpenſi mero Jure.

28. IN primis igitur in virtute Spiritus Sancti diſtrictè præcipimus, ut omnes Eccleſiæ Miniſtri, & præcipuè Sacerdotes, diſcutiant diligenter & ſolicitè juxta Teſtimonium conſcientiæ ſuæ, quales ad Ordines ſuſceptos acceſſerint, & quo fine generaliter enim eos quos Irregularitatem in Ordinis ſuſceptione, vel ante vel poſt ordines ſuſceptos conſtat contraxiſſe, (niſi cum eis diſpenſatum fuerit expreſſè, ab eo qui cum eis diſpenſare potuit) ab Officii executione ſuſpenſos denunciamus, Ne autem ignorans ignoretur: irregulares, qui ſecundùm Canones ab ordinibus prohibentur, & illos, qui diſpenſationis gratia admittuntur, ſeriatim duximus per ordinem ſpecificandos. Homicidæ. Advocati in cauſa ſanguinis. Executores ſervorum in publicis Adminiſtrationibus. Simoniaci. Interventores Simoniacarum pactionum; & qui labe illa infecti Ordines ſcienter ſuſceperint. Qui ab hæreticis, ſchiſmaticis, damnatis, vel nominatim Excommunicatis ſcienter Ordines acceperint. Item Bigami. Corruptarum mariti. Deo Sacratarum Virginum violatores. Item Excommunicati, vel qui furtivè ſcienter ordines acceperunt, & qui in ſuſceptis ſcienter aliter miniſtrare præſumpſerint. Item ſortilegi, & maximè qui dæmonibus immolaverunt. Incendiarii Eccleſiarum. Omnes tales; niſi Noſtrum vel Superioris ſuper hoc requiſierint Conſilium, & requiſitum habuerint: ab Officii ſui executione ſe noverint ſuſpenſos. A. D. 1236

Irregulares multi ſunt.

Qui ante Confeſſionem Officium ſuum exequi non debent.

CErtum eſt enim ſecundum traditiones Sanctorum Patrum irregulares præſumptuosè & periculosè ſine diſpenſatione miniſtrare, cum quibus non eſt diſpenſatum. Adjicimus autem diſtrictè præcipiendo, ut omnes, qui in conſtantiâ mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quæſtum temporalem tantùm, ſuſcipiunt ordinem, Officium ſuum non exequantur, antequam Sacerdoti confiteantur.

Qui Clerici ſint continentes.

NE vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi: in generali Concilio ſtatutum eſt, quòd Clerici, præſertim in Sacris Ordinibus conſtituti, qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, & pro hâc cauſâ ſuſpenſi Officium ſuum exequi præſumpſerint, non ſolum Eccleſiaſticis Beneficiis ſpolientur; verum etiam pro hac duplici culpâ perpetuò damnentur: ut quos Dei timor à malis non revocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. Prælati verò qui tales in ſuis iniquitatibus præſumunt ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubjaceant ultioni. Unde oporteat vos Archidiaconos, Officiales, & Decanos, tanto vigilantius ſuper hoc vigilare, quanto negligentius evitatum irrepere majus periculum dignoſcitur.

De monitione facienda Concubinis ſacerdotum.

COncubinæ Sacerdotum moneantur ab Archidiacono, & præcipuè à Sacerdotibus in quorum Parochiâ morantur, ut vel Matrimonium contrahant, vel clauſtrum ingrediantur: vel ſicut publicè peccaverunt, publicè agant Pœnitentiam. Qui autem contra hanc monitionem ſalubrem obtentu pecuniæ, vel familiaritatis negligens exiterit, pœnæ ſupradictæ ſubjacebit. Quòd ſi ad nullum iſtorum per monitionem reduci poſſint, Interdicto eis, primò pacis oſculo, & pane benedicto, in Eccleſia: ſi perſeveraverint in obſtinatione, ipſæ & Communicantes cum eis excommunicentur, ſæculari Juſtitiæ tradendæ, ſi non reſipuerint.

Concubinæ Sacerdotum qualiter ſunt caſtigandæ.

De Pace inter Parochianos per Rectorem obſervandâ.

MAgna vobis, filii chariſſimi, injuncta eſt neceſſitas Pacis obſervandæ, cum ipſe Deus pacis ſit auctor, & amator: qui non ſolum cœleſtia ſed etiam 71.

A. D. 1236 terrestria venit adinvicem pacificare: & cum non nisi per pacem temporis, & pacem pectoris, ad pacem perveniatur æternitatis, Monemus vos & districtè præcipimus, quatenus pacem, quantum in vobis est, cum omnibus habentes, Parochianos vestros moneatis, ut in unitate fidei & pacis vinculo unum corpus sint in Christo: Inimicitias (si exortæ fuerint in Parochia vestra) diligenter sedantes, amicitias copulantes, discordantes a discordia revocantes, quantum in vobis est non permittentes quod sol occidat super iracundiam Parochianorum vestrorum.

Pax ponenda est inter subditos.

Quod Clerici non nimis potent, nec scotallas faciant, nec eis intersint.

Illum abusum Clericis penitus interdicimus, quo ad potus æquales sumendos se obligant potatores; & ille Judicio talium plus laudatur qui plures inebriat, & calices fæcundiores exhaurit. Unde interdicimus quod nullus alium cogat ad bibendum. Si quis super hoc culpabilem se exhibuerit, nisi à Superiori commonitus satisfecerit competenter; à Beneficio & Officio secundum Statuta Concilii suspendatur. Bannum quoque Scotallarum per Sacerdotem fieri prohibemus: Quod si Sacerdos vel Clericus hoc fecerit, vel Scotallis interfit, Canonice puniatur.

De infringentibus laudabilem consuetudinem.

Sed quoniam quidam Laici, laudabilem consuetudinem erga Sanctam Ecclesiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis, nituntur infringere, sub prætextu Catholicæ pietatis: sicut præcipimus pravas exactiones super his non fieri, ita pias & laudabiles consuetudines præcipimus observari: & qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare, cognitâ veritate compescantur, sicut in Concilio statutum est, & pro mutagio corpus sepeliri non differatur: sed post sepulturam, si quid datum fuerit, in Eleemosynam recipiatur.

De prohibita Missarum venditione.

271. Præterea venalitatem Missarum districtè inhibentes præcipimus: ne Annualibus vel Tricennalibus Missarum faciendis, Laici vel alii aliquid dare vel legare præsumant in Testamento. Et ne super hoc aliqua pactio vel actio vera, vel sub aliqua specie palliata à Sacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat, prohibemus: & ne superflua multitudine talium Annalium quandoque se onerent Sacerdotes; ad quæ explenda honestè sufficere non possunt, & propter quæ illos oportet sub certo pretio conductos habere Sacerdotes, vel ea vendere aliis facienda, ne se exonerent, id de cætero fieri sub pœna Suspensionis prohibemus.

Quod Fons Baptismalis, & Chrisma, ac Unctio sint sub sera.

247. Fontes sub sera clausi teneantur, propter sortilegia: Chrisma similiter, & Oleum Sanctum sub clave custodiantur. Si vero is, ad quem spectat custodia, incaute ea reliquerit, tribus mensibus ab Officio suo suspendatur: & si per ejus incuriam aliquid nefarium contigerit, graviori subjacebit ultioni.

De Baptismo & de aqua Baptismali, si puer domi Baptizetur.

241. Baptisterium habeatur in qualibet Ecclesia Baptismali lapideum, vel aliud competens, ut decenter cooperiatur, & reverenter observetur, & in alios usus non convertatur: aqua vero, in qua Baptizatus est puer, ultra septem dies non serveturin Baptisterio. Si vero puer, à Laico, domi propter necessitatem fuerit baptizatus: aqua, propter reverentiam Baptismi, vel fundatur in ignem, vel ad Ecclesiam in Baptisterium fundenda deferatur, & vas illud vel comburatur, vel ad usus Ecclesiæ deputetur.

Quod Sacerdos interroget Laicum quando puer est à Laico baptizatus.

Semper interroget Sacerdos Laicum diligenter, cum in necessitate baptizaverit puerum, quid dixerit; quid etiam fecerit: & si diligenti præcedente inquisitione, facta sibi fide plenâ invenerit Laicum distinctè & in forma Ecclesiastica baptizasse, sive in Latino, sive in Anglico, approbet factum. Sin autem, baptizet puerum dicendo ut *supra*. 242.

Diaconi præter casum necessitatis Baptizari, aut Pœnitentiam injungere non debent.

De Baptismate & Pœnitentia præcipimus: quod Diaconi Pœnitentias dare vel baptizare non præsumant, nisi in his casibus: cum Sacerdos non potest, vel absens est: vel stultè, vel indiscretè non vult: & mors imminet puero vel ægroto. Si puer Baptizatus fuerit à Laico præcedentia & subsequentia immersionem expleantur à Sacerdote. 243.

Quod panni Chrismales tantum cedant in usum Ecclesiæ.

Panni etiam Chrismales non nisi in usum Ornamentorum Ecclesiæ convertantur: similiter alia Ornamenta Ecclesiæ, quæ Pontificalem accipiunt Benedictionem nullo modo in usus Prophanos deputentur: & Archidiaconus in suis Visitationibus, an hoc observetur, diligenter inquirat. 33.

De muliere in puerperio mortua.

Si mulier mortua fuerit in puerperio, & de hoc bene constiterit, scindatur, si infans vivere credatur, ore tamen mulieris aperto. 307.

De Custodia Infantium.

Fœminæ commoneantur, ut pueros caute alant: & juxta se de nocte non collocent teneros, ne opprimantur. Solos in domibus ubi ignis fuerit, vel solos juxta aquas sine Custode non relinquant, & hoc omni die Dominica eis dicatur. 307.

De diffamatis.

Diffamati fama publica, vel verisimilibus indiciis super aliquo crimine, de quo convinci non possunt, moneantur semel, secundò, & tertiò, ut confiteantur & satisfaciant. Si vero incorrigibiles in negotiatione constiterint, indicatur eis Purgatio, quæ occasione pecuniæ promissæ vel obligatæ in diem nullatenus differatur: sed si parata fuerit statim, prima die, & Canonum numerus observetur.

Archidiaconus, sive ejus Officialis, seu Decanus contra hoc veniens ab Officio se noverit suspensum.

De modo audiendi confessiones.

In confessione habeat Sacerdos vultum humilem, & oculos ad terram demissos, nec faciem respiciat confitentis, maxime mulieris: & patienter audiat quicquid dixerit, & in spiritu lenitatis eam supportet; & ei pro posse suadeat, & pluribus modis, ut integrè confiteatur; Aliter enim vera non est confessio. Peccata inquirat usitata sigillatim: Insuetata autem non nisi à longè & per circumstantias, ut expertis detur modus confitendi, & inexpertis non detur occasio nova delinquendi. Personarum nomina, cum quibus confitens peccaverit, non inquirat Sacerdos: sed per Confessionem potest inquirere, utrum Clericus vel Laicus, Monachus vel Sacerdos vel Diaconus existat; & semper præcipuè majora notoriis majoribus referventur. Sunt autem ista majora peccata: Homicidia, Sacrilegia, peccata contra castitatem, Incestus, Stupra Virginum 338. *Peccata majora quæ sunt.*

ginum & Monialium, & injectiones manuum in parentes, nec non in Clericos, Vota fracta, & hujuſmodi. Sunt autem caſus in quibus nullus niſi ſolus Papa poteſtatem habet abſolvendi, vel ejus Legatus. Abſolutio tamen talium in articulo mortis nulli deneganda eſt, conditionalis videlicet: quod ſi convaleſcant, Apoſtolico conſpectui ſe præſentent. Nihilominus tamen talium rei mittendi ſunt ad Epiſcopum vel ejus Pœnitentiarum. Semper autem qui mittuntur, deferant ſecum literas continentes genus peccati, & circumſtantias ſufficientes, vel ipſe Sacerdos veniat perſonaliter cum eis: alioquin non recipiantur.

De Denunciatoribus criminum.

277. SInt autem in quolibet Decanatu duo vel tres viri, Deum habentes præ oculis, qui exceſſus publicos Prælatorum, & aliorum Clericorum, ad mandatum Archiepiſcopi, vel ejus Officialis, ipſis denuncient.

De Pignore.

280. INhibeatur frequenter, ne pignus retinere quiſpiam contendat, poſtquam de fructibus ſortem percepit, deductis expenſis, quoniam uſura eſt.

Qui ſunt publice denuntiati & excommunicati in Eccleſia.

SIngulis autem annis, in tribus ſolennitatibus majoribus, ſolenniter Excommunicati denuncientur in genere: Sortiarii: auxilium Dæmonum quoquo modo invocantes: Sacramentis vel Sacramentalibus abutentes: vel ea ad uſus prophanos convertentes: Incendiarii: Raptores publici: malitioſè impedientes executionem rationabilium Teſtamentorum.

De Communicantibus cum Excommunicatis.

NE Eccleſiaſticæ ſententiæ rigor vileſcat; Præcipimus, quod omnes ſcienter Communicantes nominatim & publicè cum Excommunicatis, tamdiu arguantur Sententia ſimili, niſi citius recipiſcant. Salvo tenore Canonis *xi. q. ultima. Quam multos.* Ubi dicitur qui poſſunt ſine pœna communicare cum Excommunicatis. Et nota pro iſta materia. *de ſen. excom. c. ſtatuimus.* Et *c. conſtitutionum. li. vi.* Adde ad iſtam Conſtitutionem *Pecham ſupra*: quæ incipit, *Altiſſimus de terra.*

De veneratione Euchariſtiæ.

HIs adjicimus, quòd cum Euchariſtia ad ægrum fuerit deferenda, habeat Sacerdos aliquam pyxidem mundam & honeſtam, in qua ſit pannus lineus mundiſſimus, & in ea, ſ. pyxide deferat Corpus Dominicum ad ægrotum, linteo mundo ſuperpoſito, & lucerna præcedenti, niſi æger valdè remotus fuerit, & Cruce ſimiliter, (ſi fieri poteſt) niſi Crux fuerit ad alium ægrotum deportata: præcedente quoque tintinnabulo, ad cujus ſonitum excitetur devotio fidelium. Habeat quoque ſecum Sacerdos Orarium ſive ſtolam, quando cum Euchariſtia (ſicut diximus) vadit ad ægrotum. Et ſi æger remotus non fuerit, in ſuperpellicio ad ipſum decenter accedat. Habeatque vas argenteum, ſive ſtanneum, ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ad ægrotum ſecum deferat, ut in eo ægro dare valeat, poſt ſumptam Euchariſtiam, ſuorum loturam digitorum.

æger remotus poteſt à Sacerdote ſine lumine viſitari.

De dotibus Eccleſiaſticis rationabiliter reparandis.

260. ITem volumus, quòd hæc Conſtitutio inviolabiliter obſervetur, videlicet ſi Rector alicujus Eccleſiæ deceſſerit, Eccleſiæ ſuæ relicta ſine indumentis Sacerdotalibus competentibus, vel ſine libris, vel utriſque, vel ſi forte domos Eccleſiæ reliquerit dirutas vel ruinoſas, de bonis ejus Eccleſiaſticis tanta pondo deducatur, quæ ſufficiat ad reparandum hæc, & ad defectus Eccleſiæ ſupplendos. A. D. 1236

Item ſtatuimus circa illos Vicarios, qui ſolvendo modicam portionem ſive penſionem, omnes habent Eccleſiæ proventus: nam cum ad præmiſſa teneantur, talis portio deducta ſuis poterit & debet inter debita computari. Semper tamen rationabilis conſideratio ſit habenda ad facultates Eccleſiæ, cùm deducenda fuerit hæc portio.

Nota hodie quantum ad libros & alia neceſſaria Eccleſiæ, non tenetur Rector vel Vicarius, ſed Parochiani, ut patet in Conſtit. *Roberti de Winchelſey Cantuarien. Archiepiſcopi* quæ incipit, *Ut ſciant*, alias, *Ut Parochiani*, & utrumque ſcribit.

De Venditione Decimarum.

NUllus Rector Eccleſiæ nobis ſubjectus Decimas 23.
Eccleſiæ vendere præſumat ante Annunciationem Beatæ *Mariæ*: cum ad tunc Fructus ſecundum Conſuetudinem cedere debeant ad debita vel legata ſolvenda.

De novis penſionibus & præſentatis non præſtandis.

ITem, ne cui de Eccleſiaſticis proventibus modica vel magna penſio detur in fraudem, ſicut in Concilio prohibitum eſt; & Nos prohibemus.

Et quoniam circa hujuſmodi penſiones fraus ſæpius ſolet & Simoniaca pravitas perpetrari: Nos, ut melius obviemus talibus morbis, Præſentantis & Præſentati recipimus Juramentum; quòd nec promiſſio, nec pactio illicita intervenerit, & quòd Eccleſia non debet amplius obligari, quam prius fuit obligata: ſimiliter inhibemus ne quis qui prius Eccleſiæ fuit Perſona, in eadem Eccleſia fiat Vicarius.

Si bonus & continens fuerit Vicarius annuus, ne ſine cauſa rationabili amoveatur.

MOnemus etiam Rectores Eccleſiarum, ne Ca- 310.
pellanos annuos ſine cauſa rationabili ſtudeant amovere: maximè ſi honeſtæ fuerint converſationis, & laudabile de converſatione ſua habeant Teſtimonium.

De incontinentia Preſbyteri Parochialis per Rectorem ordinarium manifeſtanda.

ET ſi de incontinentia Parochialis Sacerdotis ſcan- 311.
dalum ortum fuerit, cum circa hoc vigilans debeat eſſe Rector Eccleſiæ, ſi per famam vel inquiſitionem Nobis de hoc conſtiterit, prius quam per Rectoris denunciationem, tanquam conſcius punietur arbitrio Superioris. Simile de Vicariis perpetuis eſt cenſendum: & tam Perſonas, i.e. Rectores & Vicarios, quam annuos Sacerdotes graviter puniendos eſſe decernimus: niſi ſuper denunciatione exceſſuum, & præcipuè incontinentiæ, in quibus notabiles Clerici inventi fuerint, in ſuis Parochiis fuerint vigilantes.

De ingreſſu Religionis.

ITem docent frequenter Sacerdos populum, & prohibeat ſub Anathemate, ne quis à Conjugio tranſeat ad Religionem, vel recipiatur, niſi per Nos aut per licentiam noſtram.

De Voto non faciendo à mulieribus ſine conſilio.

ITem monent Sacerdos mulieres, ne faciant votum, 204.
niſi cum magna deliberatione, aut virorum ſuorum conſenſu, & conſilio Sacerdotum, qui eis conſilium adhibere ſciunt.

De Teſtamentis faciendis per Sacerdotes ſine testibus Laicalibus.

PRæcipimus, quòd Laicis frequenter inhibeatur, ne Teſtamenta ſua faciant ſine præſentia Sacerdotis

A. D. 1236 Parochialis: ſicut diligunt quòd eorum ultimæ voluntates adimpleantur. Sacerdotibus ſimiliter inhibemus, ne Teſtamentum ſuum per manum ordinent Laicalem.

De Deſponſatione Impuberum.

272. UBi non eſt Conſenſus utriuſque, ibi non eſt Conjugium: igitur qui puerîs dant puellas in cunabulis, nihil faciunt, niſi uterque puerorum conſentiat, poſtquam pervenerit ad tempus diſcretionis. Hujuſmodi igitur Decreti auctoritate Inhibemus, nè de cætero aliqui, quorum uterque vel alter ad ætatem Legibus conſtitutam, & Canonibus determinatam non pervenerit, conjungantur: niſi forte urgente neceſſitate pro bono pacis talis conjunctio toleretur.

De Religionum diverſitate & multiplicitate vitandâ.

214. QUoniam religionum nimia diverſitas, gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducit; Præcipimus, quod qui volunt domum Hoſpitalem, ſeu Xenodochium fundare de novo, regulam & inſtitutionem à Nobis accipiant, ſecundum quam vivant regulariter & Religioſè.

De ſumptione Euchariſtiæ per celebrantem faciendâ.

234. ITem in celebratione Miſſæ hoſtiam daturus conſecratam ſibimet Sacerdos, nè admoveat ori: quia antè perceptionem eam ore ſuo tangere non debet. Si verò de Patina (ſicut quidam faciunt) eam ſumat, poſt celebrationem Miſſæ, tam Patinam quam Calicem faciat aquâ profundi, vel ſolum Calicem, ſi eam non ſumat de Patina: habeat quoque Sacerdos juxta Altare Pannum mundiſſimum circundatum undique, & honeſtè ac decenter coopertum: in quo, poſt ſuſceptionem Sacramenti Altaris digitos cum labiis ablutos emundet.

Quod Mulieres ante partum confitentur, & in partu habeant aquam paratam.

63. ITem commoneant Sacerdotes mulieres prægnantes, de Parochia ſua, ut cum tempus partûs intelligunt inſtare, ſibi proſpiciant quod aquam habeant promptam & paratam; & propter periculum mulieres confiteantur, antequam in puerperio jacuerint, omnia peccata ſua Sacerdoti, ne ſubitò, dolore præoccupante, non poſſint, cum voluerint, habere copiam Sacerdotum. Etiam (quod laudabile eſt inſtitutum) in quibuſdam locis tunc ſumunt Euchariſtiam.

De iis qui Clericos occidunt, & de pœna ipſorum.

307. *Curatorum occiſores qualiter puniantur.* SAcri igitur proviſione Concilii definitum eſt, quatenus ſi Patroni, vel Advocati, aut Feudatarii, ſeu vicem gerens alicujus Domini, Rectorem Eccleſiæ, Vicarium, vel Clericum ipſius Eccleſiæ, vel per ſe vel per alios occidere auſu nefario præſumpſerint: Patroni Patronatus, Advocati Advocatiam, Feudatarii Feudum, Vicedomini Vicedominatum uſq; ad quartam generationem amittant: & poſteritas talium in Clericorum Collegium nullatenus aſſumatur, nec in Regularibus domibus alicujus prælatiæ aſſequatur honorem: & hoc volumus in Eccleſia ſæpius denunciari.

Iſtæ Conſtitutiones ſunt poſita inter Conſtitutiones Provinciales Concilii Oxonienſis, *ideo illas ad iſtas Conſtitutiones, ſi placet, adde.*

De Confirmatione diligenter exportandâ & admonendâ.

Confirmatio ne poſſit dari non confeſſo. SAcerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum: poſt Baptiſmum enim ſuſcipi debet Sacramentum Confirmationis. Quòd ſi Confirmandus adultus fuerit, monendus eſt per Sacerdotem loci, ut prius confiteatur, & poſtea confirmetur.

Item ſæpe dicatur Laicis, ne expectent diu adventum Epiſcopi pro Confirmatione; ſed adducant pueros ad eum, ubi eum adeſſe audierint propè, quam citius poterunt: & ut ligaturas ſecum deferant competenter latas. Item pueri confirmati, tertia die poſt Confirmationem, deportentur ad Eccleſiam, & frontes eorum per manus Sacerdotum in Baptiſterio propter reverentiam Sacramenti abluantur ibidem: & tunc ligaturæ ſimul igne comburantur. Item nullus teneatur ad Confirmationem à Patre vel Vitrico ſeu Noverca: Et hæc prohibitio publicetur per Sacerdotes in Eccleſiis.

De Decimis de omnibus, & ab omnibus debitè perſolvendis.

CIrca Decimas hoc obſervari præcipimus, ut de omnibus quæ per annum renovantur, Eccleſiis, quibus debentur, perſolvantur: & præcipuè illæ, quæ ex Divina Lege debentur, vel ex loci conſuetudine approbata: ita ſcil. ut occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum, Eccleſiæ decimâ parte non fraudentur, quo minus eam plenè percipiant. Detentores verò earum Decimarum, ſi ſemel, ſecundò, & tertiò, commoniti, exceſſum ſuum non emendaverint, concedimus, quod per Capellanos locorum, uſque ad ſatisfactionem congruam Anathematis vinculò feriantur. Cum autem hi, qui Decimas detinuerint vel ſurripuerint, ad Pœnitentiam acceſſerint, non admittantur: niſi per ſe vel per manum Sacerdotis ſui, ei, cui Decimæ debentur, ſatisfaciant competenter. Item Decimæ tam prædiales, quam aliæ ſine difficultate, & diminutione, & cum omni integritate ſolvantur, ſecundum quod Canonum convenit Inſtitutis. Concedimus etiam, quod Parochiales Sacerdotes detentores Decimarum in ſua Parochia poteſtatem coërcendi habeant: & ſi contumaces fuerint, & commoniti ſe non correxerint, ipſos Excommunicandi. Item nullus Laicus per quantamcunque diuturnitatem temporis immunitatem ſibi vendicet à præſtatione Decimarum: cum Laicus, ſecundum Sacrorum Canonum Inſtituta, Decimas præſcribere non poſſit. In præſtandis Decimis, & maximè prædialibus, nullæ deducantur expenſæ. Et ſic nota, quod quilibet Sacerdos hic poteſt excommunicare pro Decimis debitis non ſolutis. Et cum ſit crimen decimas notoriè debitas detinere: videtur, quod notoriè detinenti Decimas, & alia Jura debita Eccleſiis, poſſit in Paſchate licitè denegari Corpus Chriſti; quia in cauſa pro manifeſto & notorio crimine poteſt illud cuilibet denegari. *de conſecra. diſtinc. ii. ea. pro dilectione.* & ibi per *Jo.* & *Archid.* Nec obſtat *c. ſi ſacerdos. de offi. ordi.* cum ſimilibus: quia loquitur de crimine occulto, ut ibi per *Doct.* Et vide quæ *ſupra* dicuntur juxta Conſtitutionem *Rober. de Winchelſey*, quæ incipit, *Quoniam propter. in conſtitu. de Merton.*

Decimæ quæ ſint debentur.

Additio extra tex.

De bonis Clericorum non invadendis.

SUb interminatione Anathematis prohibemus, ut nullus conſtabularius Caſtrorum, Foreſtarius, vel cujuſcunque poteſtatis Ballivus, poſſeſſiones ſeu bona Clericorum aut Religioſorum, ſeu quarumcunque Perſonarum, auſu temerario, præſumat invadere, aut eas exactionibus injuſtis & oppreſſionibus quibuſcunque indebitè moleſtare. Quòd ſi qui contra libertatem & hanc prohibitionem noſtram in propriæ ſalutis diſpendium, quod deus avertat, venire præſumpſerint, & moniti ſe non correxerint, terras earum per Archidiaconum loci ſine dilatione Eccleſiaſtico ſupponi præcipimus Interdicto: ex tunc demum, ſi ad correctionem non redierint indurati, pulſatis campanis, & accenſis

candelis

candelis, Excommunicentur Canonica monitione præmiſſa. Volumus etiam & diſtrictè præcipimus, ut Archidiaconi, & eorum miniſtri, cum fuerint ſuper hoc ab executoribus requiſiti, mutuum ſibi invicem præſtent auxilium.

De temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.

EOs qui de non legitimo Matrimonio nati ſunt, & abſque diſpenſatione ſufficienti ordinati fuerint; Eos etiam qui non ſuis Epiſcopis præter licentiam ſuorum Epiſcoporum ſeu Prælatorum ad ſacros ordines promoti fuerint, ab executione ordinis ſic ſuſcepti ſuſpendimus, donec diſpenſationis gratiam fuerint conſecuti. Item decernimus, quod hi qui in conſcientia peccati mortalis prius perpetrati, vel propter quæſtum temporalem tantum ſacrum ordinem ſuſceperint, Officium ſuum non exequantur, niſi prius à peccato hujuſmodi per Sacramentum Pœnitentiæ fuerint expiati.

Conſtitutiones Domini Bonifacii *Archiepiſcopi* Cantuarienſis *editæ in Concilio* Lambethenſi *Anno Domini* 1260. *vel* 1261. *Anno Pontificatus* Alexandri 4. *Papæ ſeptimo & Anno Regni Illuſtris Regis* Henrici 3tii 45.

UNiverſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis per *Cantuarienſem* Provinciam conſtitutis, *Bonifacius*, miſeratione divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, ejuſque Suffraganei, ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

314. ÆTernæ Sanctio voluntatis, quæ rerum ordinem omnium, cunctarumque ſeminà naturarum in pondere, numero & menſura diſcrevit, ad exemplar cœleſtium procedere cenſuit regimen terrenorum, humanum genus, quòd cæteris præſtare voluit dignitatis excellentia creaturis, conſtringens, à ſenſualitatis prurigine naturalibus regulis, & ab arbitrii lubricitate (alias præcipitio) legalibus cohibens inſtitutis, ut potentiores laxatam ſibi paſſim non crederent in humiles imperandi licentiam: & humiliores, quos, etſi natura pares, cauſarum faciat ſeries indefleXa Prælatis diſſimiles, majorum non contemnerent diſciplinam: Ac ſicut terrenæ domicilium manſionis prò cœleſtium luminum qualitate lucis vices ac noctis, (alias votis) continuis ſucceſſionibus mutuatur, (alias imitatur) & cœleſtium ſubigitur moderamini poteſtatum, ſic ordo Rectorum ipſius Eccleſiaſticis, alias ſpiritualis & terrenus, Sacerdotalis & Regius, videlicet & mundanus conceſſa ſibi dominationis habenas dirigeret, quod unius impetus proceſſum alterius non turbaret nec impediret, ſed accederet unus alteri ſuffragator in mutuæ charitatis ſubſidium: qui ſimul invicem ad humanæ noctis caliginem expellendam ſuſcepti participent luminis ornamentum.

Sanè olim attendentes patres & prædeceſſores noſtri *Cantuarie* Archiepiſcopi, totius *Angliæ* Primates, & Suffraganei eorundem, & potiſſimum temporibus, patrum recto decurſis ametus Dei *Edmundus* prædeceſſor noſter, cujus memoria in benedictionem, & inter Electos ſors illius eſt computata. Nolentes, licet immeriti, in locum regiminis ſibi immediatè ſucceſſimus, cū Fratribus & Coepiſcopis noſtris Suffraganeis *Cantuarienſi* Eccleſiæ noſtris temporibus ponderantes ſolicitè, quod gravamina & oppreſſiones quibus *Anglicana* libertas Eccleſiaſtica deprimitur & calcatur, illuſtri Domino Regi noſtro nequaquam accedant ad commodum: ſed potius ad non modicum ſalutis ſuæ & noſtrarum ſimul periculum animarum, & honoris tam perſonæ ſuæ, quam totius Regni, detrimentum, ipſum frequenter monuimus & ſupplicavimus ei, ac ſupplicari fecimus cum inſtantia ſæpius reverenter: necnon apud Principes, & Magnates Regni, & Conſiliarios quorum moderamine diſponuntur negotia Regni, precibus & exhortationibus pulſavimus importuna opportunitate, & opportuna importunitate frequenter, quatenus intra memoriam recolentes, quot plagis *Ægyptii* fuere percuſſi, pro eo quòd populum Dei, filios viz, *Iſrael*, typum gerentes miniſtrorum altaris in luto cogebant ſervire & latere, ſubjicientes eos indebitè ſervituti contra præceptum Domini, & Juris Privilegium naturalis: quo quis tenetur Alteri non facere, quod nolleт ab alio ſuſtinere, Penſantesque prudenter, quod Chriſtus in tantum dilexit Eccleſiam, cujus hodie, peccatis exigentibus, patres angariantur à filiis, & oves deſæviunt in paſtores, quod vetuſtæ chirographum ſervitutis in Protoplaſti privatione conſcriptum, proprio cruore delevit, & ſanguinem Martyrum in armis fidei expugnantium mundi Principes & ſæculi poteſtates rubricavit: privilegium libertatis cœlo prius conceſſum Eccleſiæ, & in terris poſtmodum à Principibus hujus mundi fidelibus innovarum.

Altaria miniſtri non ſunt ſervitutibus ſubjiciendi.

Huic inquam privilegio tam pio tamque nobili pretio comparato, deferent humiliter ob reverentiam Redemptoris, permittendo Clerum *Anglicanum* in ſollicitudine libertatis, laudis Sacrificium Domino immolare: ne perſecutores ſubmergi contingat in fluctibus iræ Cœleſtis; ſi contempeis imperiis, ipſum cogant ad paleas ſervitutis. Licet autem in precibus inculcandis diu laboraverimus ſuſtinendo, & ſuſtinuerimus laborando: adhuc tamen, inſtantia noſtra ſæpiùs iterata, ad exauditionis gratiam ingreſſum mereri non potuit; nec effectum ſortiri diutius expectatum. Quia verò periculoſè negligitur, quod contra cœli Principem uſurpatur; contra gravamina prælibata, quæ abſque Dei offenſa ulterius † contiere non poſſumus, nec debemus, ad arma juſtitiæ (quod eſt verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti) cum fiducia recurrentes, infra ſcripta remedia ſacro approbante Concilio providimus, adverſus conatus perverſorum ſtatuendo provide ſub hac forma.

† *Alii* Connivere.

Verbum dei eſt omni gladio penetrabilius.

Quod Clerici non veniant ad ſummonitiones Laicorum.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

In Meſſem Dominicam, in qua non Reges & Principes Sæculi, ſed Regnorum Victores & Regum, per fidem, Apoſtolos & Succeſſores eorum Chriſtus mittendos elegit, falcem terrenæ dominationis, charitate frigeſcente, cernebus, effrenatius currere, quàm cœleſtis regula patiatur, qua reddere jubentur Cæſari, quæ ſunt ejus, & quæ ſunt Dei, Deo: dolore Cordis concutimur, & amarè indubio repleмur horroris timentes, quòd dum occurrere malis negligimus, indignationis patibulum incurramus.

Cum igitur Eccleſia *Anglicana* portiuncula Divinæ Meſſis, non ſolum contra Divina Jura & Canonica Statuta, ſed etiam contra libertates à Regibus, & Principibus, & aliis Regni Magnatibus conceſſas eidem, ſuisque Sacrilegis, novis uſurpationibus, diris conculionibus, & oppreſſionibus nefariis multipliciter ſit attrita, & hoc non abſque ſuprmi regis offenſa, & perpetuo Regis noſtri temporalis animarum, & aliorum

A. D. 1260

rum Regni Magnatum, & nostrorum subditorum periculo, sub dissimulationis conniventia pertransire ulterius non possumus: auctoritate præsentis Concilii inhibemus, & inhibendo statuimus ut si contingat ab hac die in aliam (quod deus avertat à sensibus fidelium Sanctæ matris Ecclesiæ filiorum) quempiam Archiepiscopum, Apostolum, vel alium Prælatum inferiorem, per literas Domini Regis vel alicujus alterius potestatis, ad sæculare Judicium evocari, ut ibi respondeant super his, quæ merè ad Officium ipsius & Forum Ecclesiasticum pertinere noscuntur, prout temporibus retroactis usurpatione quadam contra Deum & Justitiam, ac libertatem Ecclesiasticam pluries est præsumptum: Statuimus, inquam, & statuendo inhibemus, quòd Archiepiscopi, Episcopi, & cæteri Prælati Majores & Minores, ad sæculare judicium non veniant, sicut nec venire tenentur pro hujusmodi spiritualibus evocati: ut si fortè Prælati vocentur responsuri in sæculari judicio, pro eo quòd Clericos ad Ecclesias vacantes admiserint, vel non admiserint, Rectores instituerint vel non instituerint in eisdem: suos subditos excommunicaverint, excommunicantes suspenderint vel interdixerint, vel denunciaverint interdictos vel suspensos, sive pro eo quòd dedicaverint Ecclesias, vel Ordines celebraverint, aut tantum de causis merè spiritualibus cognoverint: ut puta, de Decimis, Oblationibus, limitibus Parochiarum, & similibus, quæ non possunt ad sæculare Forum aliquatenus pertinere: sive etiam cognoverint de peccatis, & excessibus subditorum, sicut de perjurio, fidei læsione, Sacrilegio, violatione, ac perturbatione Ecclesiasticæ libertatis: præsertim cum ipsius violatores, nec non & libertatum perturbatores, per chartas Domini Regis Ecclesiæ concessarum, in sententiam Excommunicationis incidant ipso facto. Et si vocetur Prælatus ad Judicium sæculare, pro eo quòd cognovit vel cognoscit inter Clericos suos, vel inter Laicos conquerentes & Clericos defendentes in personalibus actionibus, super contractibus vel delictis, vel quasi; aut pro eo quòd personas Ecclesiasticas, aut mandatum Domini Regis, in Foro sæculari non exhibuerit; seu Clericos in foro sæculari pro negotiis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus amerciatos non compuleric ad amerciamenta hujusmodi persolvenda; aut ipsa non solverit pro ejusdem; vel quia jurisdictionem suam in Ecclesiis vel Capellis Episcopalibus, vel Monasteriis annexis, per mortem Prælatorum vel cessionem vacantibus, Canonicam & consuetam exeroet: & si qua his similia fecerit pertinentia ad Officia eorundem, & ad Forum seu Jurisdictionem Ecclesiasticam evidenter: Pro talibus, inquam, & his similibus, Prælati ad judicium sæculare vocati, ut ibidem pro his judicium subeant, nullatenus venire præsumant: cum judicandi Christos Domini nulla sit Laicis attributa potestas, apud quos manet necessitas obsequendi.

Prælati Ecclesiastici non sunt ad forum Sæculare evocandi.

Ad tantas abusiones tollendas, & libertates Ecclesiæ conservandas Statuimus, auctoritate præsentis Concilii, atque Ordinamus, quod prædicti Archiepiscopi, Episcopi, & cæteri Prælati non veniant prædicto modo evocati.

Ut tamen honori Regio deferatur, Majores Prælati Dominum Regem adeant, vel sibi scribant, quòd hujusmodi mandatis Regiis parere non possunt, absq; periculo sui Ordinis, & subversione Ecclesiasticæ libertatis. Et si fortè Dominus Rex in suis inhibitionibus seu summonitionibus, non de Decimis, sed de Jure Patronatus, non de fide mercita vel perjurio, sed de catallis: non de Sacrilegio vel perturbatione Ecclesiasticæ libertatis, sed de transgressione subditorum vel ballivorum suorum, quorum correctiones tantum ad se alterit pertinere, fecerit mentionem: tunc interim ei Prælati prædicti, quod non de Jure Patronatus, cujus cognitionem Rex de facto exercet, neque de catallis vel aliis ad forum ipsius pertinentibus cognoscunt, vel cognoscere intendunt: sed de Decimis prædictis, & aliis merè spiritualibus ad Officium vel Jurisdictionem ipsorum pertinentibus, & ad animarum salutem: monendo vel rogando eundem, quòd ipsos non impediat in præmissis.

Et Nihilominus Episcopus, cujus res agitur, Dominum Regem moneat iterato, quod animæ suæ saluti consulat, & ab hujusmodi mandatis omnino desistat, Et si non desisterit, tunc ad denunciationem Episcopi, Archiepiscopus, convocatis duobus Episcopis vel tribus vel pluribus quos duxerit evocandos, si in provincia exiterit, alioquin *Londonensis* Episcopus, tanquam Decanus Episcoporum, duobus Episcopis, vel tribus sibi adjunctis Dominum Regem adeant, & ipsum moneant diligentius requirendo, quòd mandatis supersedeat ejus. Et si Dominus Rex, expressis exhortationibus hujusmodi & monitionibus, ad attachiationes, vel districtiones, per se, vel per alios processerit: tunc Vicecomites, & alii quicunque Ballivi Attachiantes vel distringentes, per locorum Diocesanos, in forma Juris, per Excommunicationis & Interdicti sententias arceantur. Idem fiat, si Vicecomites vel Ballivi ad Attachiationes vel districtiones processerint, pendentibus supradictis monitionibus Domino Regi (ut supradictum est) faciendis. Et si Vicecomites vel Ballivi in sua duritia perseveraverint, loca, in quibus commorantur, & terræ eorum quas habent in Provincia *Cantuariensi*, per locorum Diocesanos, ad Denunciationem Diocesani, in cujus Episcopatu tales fuerint districtiones, Interdicto Ecclesiastico auctoritate præsentis Concilii supponantur. Et si tales Attachiantes Clerici & Beneficiati fuerint, ab Officio suspendantur. Et si in eorum malitia perseveraverint, ad desistendum & ad satisfaciendum per subtractionem proventuum Beneficiorum suorum, quæ obtinent, arceantur. Non Beneficiati, per quinquennium, si ad Beneficium Ecclesiasticum in Provincia *Cantuariensi* exiterint præsentati, non admittantur. Clerici vero qui brevia hujusmodi Attachiationum, vel districtionum dictaverint, scripserint, signaverint, consilium vel auxilium adhibuerint, Canonicè puniantur: nec aliqui præmissorum de his certâ ratione suspecti, ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum obtinendum, donec super his Canonicè se purgaverint, admittantur. Et si Dominus Rex competenter super hoc monitus, vel alia sæcularis potestas, hujusmodi districtiones, seu Attachiationes non revocaverit: Episcopus, qui districtus fuerit, terras, Villas, Vicos, & Castra, quæ Dominus Rex, vel alia sæcularis persona taliter distringens in suo Episcopatu obtinet, Ecclesiastico supponat Interdicto. Et si, Dominus Rex, vel alia sæcularis potestas, contemptis pœnis hujusmodi, in sua duritia perseveraverint: tunc Archiepiscopus, ad denunciationem Episcopi conquerentis, convocatis duobus Episcopis, vel pluribus, quos duxerit evocandos, si sit in provincia: alioquin Episcopus *Londinensis*, tanquam Decanus Episcoporum, duobus Episcopis vel tribus vel pluribus sibi adjunctis, Dominum Regem adeant, & ipsum moneant diligenter; requirentes, quod à mandatis supersedeat supradictis. Et si Monitus Rex, hujusmodi exhortationibus & monitionibus obaudiens, ad Attachiationes vel districtiones, per se vel per alios processerit: tunc cæteri Episcopi, districtionem hujusmodi quasi communem injuriam Ecclesiæ reputantes, cunctas terras Dominicas, Burgos, Castra, & Villas ipsius Regis, alteriusve potestatis, in suis Episcopatibus existentes, auctoritate

storitate præsentis Concilii Ecclesiastico supponant Interdicto. Et si non infra xx. dies postmodum Attachiationes seu districtiones hujusmodi Rex, vel potestas Attachians, vel distringens revocaverit, sed ob hoc manum contra Ecclesiam aggravaverit, effectus cum *Pharaone* durior inter flagella pœnarum: extunc Archiepiscopus suas Diœceses Ecclesiastico supponat interdicto. Idem fiat de Castris, Terris, & Burgis Magnatum Regalia habentium in Provincia memorata. Et si aliquis Episcoporum contra executionem præmissarum pœnarum in suis casibus inventus fuerit negligens, vel remissus, per suum Metropolitanum graviter arguatur. Et si perseveraverit in sua negligentia, Canonicè puniatur per eundem, & Nihilominus sua Diœcesis omniù Prælatorum & sua auctoritate, voluntate, & consensu in præsenti Concilio interpositis & expressis, Ecclesiastico subjaceat Interdicto.

Item, statuimus, ut si fortè ab hac die in antea, ab aliquo Episcopo, vel Judice Ecclesiastico, vel inferiori Prælato compulsò, per districtiones, vel spontaneè comparente coram Domino Rege vel Justitiariis suis, vel alleget privilegium suum, & Forum, nisi in casu à Jure permisso, vel ut eos moneat ut à prædictis desistant injuriis, acta processus sui exigi contingant ut per ea appareat, utrum contra Prohibitionem Regiam in aliquo prædictorum casuum & similium processerit, vel petatur super his ab eo Juramentum excusationis vel purgationis, nullo modo exhibeat acta vel juret, cum instrumenta sive acta possint à partibus vel aliqua partium, si necesse fuerit, exhiberi. Et si Clericus super hoc arrestetur, Diœcesanus taliter arrestati, vel impediti Clerici, vel Archiepiscopus vel Episcopus *Londinensis*, tanquam Decanus Episcoporum, cum aliquibus sibi associatis Episcopis, si Episcopus fuerit iste, qui arrestatus extitit, requirant eum ut puniant detentores, & si necesse fuerit ad pœnas alias procedant superius annotatas.

317. Item si, aliquo evincente Jus Patronatus contra aliquem in Foro Regio, scribat Rex Episcopo, vel alteri ad quem Institutio pertinet, quòd præsentatum ab illo qui evicit, admittat; si vacaverit Beneficium, ne Patrono fiat injuria (si alias nil Canonicum aliud obsistat) admittat liberè præsentatum: Si verò non vacat Beneficium illud; hoc Domino Regi, vel Justitiariis, studeat intimare Prælatus, excusando se, quòd Beneficium tale non vacat, & quod non potest Mandatum Regium adimplere. Liceat autem Patronis, si velint, possidentem iterum præsentare, vel illius evincentis Jus Patronatus in posterum declarare.

De iis qui Ecclesias per Laicalem potestatem accipiunt.

318. *Ecclesia per Laicalem potestatem non sunt occupanda.* AD hæc quoniam Ambitio pravissima imitatrix virtutis nihil ducit illicitum, quod sibi æstimat fructuosum; nec curat quibus studiis avarè sitim reficiat voluntatis, dum quæstum reputans pietatem, abominandis & damnabilibus pretiis commercium venatur honoris; Sacro approbante Concilio, districtiùs Inhibemus Clericis cujuscunque conditionis existant aut Ordinis, nè Parochiales vel Præbendales Ecclesias curam Animarum habentes, sive alia Beneficia Ecclesiastica, Dignitates, vel Personatus propriâ Authoritate audeant occupare, vel in ipsis per Laicam se faciant potestatem intrudi. Quod siquis hujus nostræ Inhibitionis salutiferæ temerarius transgressor extiterit, & absque Ecclesiastica Authoritate per Laicalem intrusus fuerit in Ecclesia, vel Præbenda, sive Capella, sive Ecclesiastico Beneficio, Excommunicationis sententiâ, servato Juris ordine, percellatur, & Excommunicatus per loci Diœcesanum publicè denuncietur, & illo Beneficio in perpetuum careat ipso facto. Ac post

A. D. 1260

licam sententiam si in intrusione hujusmodi pertinaci animo per duos menses steterit, per locorum Diœcesanos ubi habet alia Ecclesiastica Beneficia, ad denunciationem illius Episcopi in cujus Diœcesi se intrusit, cujus monitionem & Excommunicationem ad prædictum tempus contempserit, proventus illorum Beneficiorum, quousque congruè satisfecerit, suberahantur. Et si per idem tempus, scil. annum, intrusus in Excommunicationis sententia perseveraverit, extunc ad aliud Beneficium vel Ecclesiam in Provincia *Cantuariensi* minimè admittatur. Si vero per Clericum Procuratorem Clericus fuerit intrusus, contra eundem Procuratorem Clericum simili modo procedatur, ut pœnis subjaceat supradictis. Si vero Procurator Laicus talis fuerit, in forma Juris Excommunicetur, & Excommunicatus publicè denuncietur: Dominus autem absens citetur, qui si comparens ratificaverit factum Procuratoris sui in hac parte, pœnis subjaceat supradictis. Si vero per contumaciam se absentaverit, post spatium trium mensium expectatus, si sit in Regno, Majoris Excommunicationis sententia innodetur, & pœnes nihilominus prætaxatas incurrat, maxime cum Sacrilegio inobedientiam adjecerit & contemptum. Si vero fuerit extra Regnum, contra ipsum vocatum post dilationes transmarinas modo prædicto procedatur: & Præbenda vel Ecclesia, in qua fuerit talis intrusio facta, Ecclesiastico supponatur Interdicto. Fautores verò & cooperatores hujus intrusionis, si Clerici fuerint, præfatas pœnas contra Clericos editas perferant: Et si Laici fuerint, plectentur pœnis contra Laicos superius annotatis. Loca vero & terræ hujusmodi intrudentium & intrusorum, si intra unum mensem non satisfecerint, supponantur Ecclesiastico Interdicto.

Si vero hujusmodi intrusiones factæ fuerint ex Regia potestate, per loci Diœcesanum moneatur Dominus Rex, quòd ea faciat intra tempus competens revocari: alioquin, terræ & loca, quæ Dominus Rex habet in illa Diœcesi, in qua facta fuerit intrusio, supponantur Ecclesiastico Interdicto, secundùm formam superius annotatam. Si vero per alium Magnatem vel Potestatem fiat talis intrusio, per Interdicta & Excommunicationis sententias, ut superius, arceantur. Et si per duos menses hujusmodi sententias sustinuerit propter hoc in se latas, extunc terræ, & loca quæ obtinet in illa Diœcesi per loci Diœcesanum supponantur Ecclesiastico Interdicto, nec relaxentur præfatæ sententiæ, donec de injuria, inobedientia & contemptu satisfecerit competenter.

De Excommunicatis liberatis à carcere sine consensu Episcopi.

PRæterea contingit interdum, quòd Excommunicati de mandato Prælatorum, secundum Regni consuetudinem capti & carceri mancipati, aliquando per Regem, vel Vicecomitem, aliosque Ballivos, sine consensu Prælatorum qui eos capiendos præsentaverunt, & ad quorum mandatum sic captorum debet liberatio fieri, sine satisfactione congrua, liberantur: plerique etiam Excommunicati non capiuntur, neque de ipsis capiendis literæ Regiæ conceduntur. Nonnunquam dicti etiam Rex & Ballivi cum hujusmodi Excommunicatis & denunciatis publicè communicant, Claves Ecclesiæ contemnendo, in subversionem Ecclesiasticæ libertatis, & suarum periculum Animarum. Huic ergo morbo congruam volentes adhibere medicinam; Statuimus, quòd Excommunicati sic capti, & taliter exeuntes à carcere, ad majorem confusionem liberatorum & liberantium, publicè & solenniter, pulsatis campanis & accensis candelis Excommunicentur, & denuncientur Excommunicati, in locis, in quibus Ordinariis eorum

349. *Excommunicati carcerati sine licentia suorum prælatorum non sunt liberandi.*

A. D. 1260 eorum videbitur expedire. Vicecomites autem & alii Ballivi, qui eos liberaverint, non præſtitâ ſatisfactione Eccleſiæ vel emendâ, excommunicentur, ſervato Juris ordine, & Excommunicati ſolenniter nuncientur. Si tamen de mandato Regio ad hoc proceſſerint, mitius cum eis arbitrio Ordinariorum agatur.

Si autem contingat, quòd litera conſueta de Excommunicato capiendo denegetur, cum ipſam requiri contingat, in caſu quo dari debet ſecundum Regni conſuetudinem approbatam: moneatur idem Rex per Prælatum repræſentantem capiendum, qui ſuper hoc ſcribit, ut eam concedere, & faciat pertranſire. Quod ſi non fecerit, Civitates, & Caſtra, & Burgi, & Villæ, quæ habet in Diœceſi ejus qui ſic ſcribit, per Epiſcopum ipſum ſcribentem ſupponantur Eccleſiaſtico Interdicto, donec à denegante literæ tales concedantur, & executionem legitimam ſortiantur. Contra Communicantes vero & participantes procedatur ſecundum cenſuram Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

De Clericis captis à Laicis propter crimina.

91. COntingit aliquando, quòd Clerici ſine Licentia Prælatorum, quanquam in facto non fuerint Deprehenſi, nec convicti, tanquam Facinoroſi, vel ſuſpecti de crimine, ſeu delicto, vel injuria perſonali, capiuntur per potentiam Laicalem, & in carcere detruduntur; nec redduntur Ordinariis ſuis eos requirentibus ſecundum Canones liberè judicandi. Et ſi Clerici, quibus etiam crimina imponuntur, coram Judicibus Sæcularibus evocati non comparuerint, foris banniuntur à Regno.

Quia verò in hoc libertas Eccleſiaſtica confunditur, cum Clericus à Laico judicatur; Statuimus, quòd ſi Clerici capti noti fuerint & honeſti, capientes ipſos, & etiam detinentes, & contra requiſitionem Ordinariorum eos reddere recuſantes, per locorum Ordinarios publicè Excummunicati denuncientur. Loca etiam in quibus detenti fuerint, & terræ capientium eos & detinentium ſupponantur Eccleſiaſtico Interdicto, donec Ordinariis eorundem reddantur, & ſuper hujuſmodi exceſſu ſatisfecerint competenter.

Illi autem qui taliter falſa crimina eis impoſuerunt, ſeu malitioſe confixerunt, aliàs compoſuerunt commenta, vel fraudes, propter quæ capti fuerint & injuſtè detenti, Excommunicati ſimiliter nuncientur, cùm Excommunicati ſunt auctoritate Concilii *Oxonienſis* ipſo facto. Clerici verò vagi vel ignoti capti, & ex cauſis aliquibus detenti, ſi in poſſeſſione Clericatûs inventi fuerint, per locorum Ordinarios requirantur à Domino Rege, vel alio qui poteſtatem habet reddendi eoſdem, ut eos reſtituat libere per Eccleſiam judicandos. Et ſi denegentur, puniantur ut detentatores ſuperius annotati; & ſi reddantur, liberè judicentur, non expectatis judiciariis quibuſcunque. Et ſi Juſtitiarii, Clericis eiſdem coram eis non exhibitis, Epiſcopum condemnent in penſione pecuniaria, pœnæ Superioris, ſive Clerici fuerint ſive Laici, proferantur. Clerici autem Domini Regis, vel quicunque alii, qui excuſationem hujuſmodi pœnæ proſequuntur dictando, ſcribendo, ſigillando, Vicecomitibus vel aliis Ballivis hujuſmodi mandata dirigendo, pœnis ſubjaceant in Clericos promulgatis ſuperius annotatis.

Quod ſi iidem Clerici Eccleſiæ redditi propter tranſgreſſionem aliquando Perſonalem, vel Foreſtæ, amerciati fuerint à Judice Sæculari, Prælati ad hujuſmodi Amerciamenta ſolvenda prædictos Clericos non compellant, cum non à ſuis Judicibus fuerint condemnati. Et ſi propter hoc eos Prælatos diſtringi aut attachiari contigerit, ſe defendant contra hujuſmodi Attachiationes vel diſtrictiones per remedia antedicta. Idem fiat quotieſcunque amerciati fuerint viri Eccleſiaſtici pro his, quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinent, per Judicem Sæcularem.

Si verò Clerici Canonicè ſe purgaverint ſuper ſibi 312.
impoſitis & objectis, & nihilominus bona Laicâ poteſtate detineantur, eorundem occupantes & detinentes bona hujuſmodi per ſæpedictam Eccleſiaſticam cenſuram compeſcantur.

Quòd ſi ſic capti Clerici, tonſuram & Clericatum 311.
habentes, malitioſè tempore intermedio abrаſi fuerint vel ſuſpenſi: abradentes, vel ſuſpendentes, conſilium, vel favorem, ſeu auxilium impendentes, pœnis ſubjaceant ſupradictis; foris bannientes quoque hujuſmodi Clericos pœnis ſimilibus percellantur.

Item Statuimus, quòd ſi aliquis Clericus pro tranſ- 308.
greſſione Foreſtæ ſeu Parcialicujus diffamatus fuerit, vel convictus fuerit legitimè coram ſuo Ordinario, vel confeſſus; idem pro qualitate tranſgreſſionis graviter redimatur; & illi, cui per ſuum Ordinarium, ſi bona habeat, noxa aut injuria illata eſt, hujuſmodi redemptio aſſignetur. Si autem bona non habeat, ſuus Epiſcopus ipſum, prout culpa poposcerit, graviter puniat in perſona: nè propter impunitatis fiduciam paſcat præſumptoribus licentia delinquendi.

De impetrantibus Prohibitiones Domini Regis.

ITaque cum nonnulli Laici adinvicem plerumque, cum Clericis contrahentes, ipſos contractus fidei datione vallantes, aut corporali præſtito juramento firmantes, qui, ſuper fidei aut Sacramenti præſtiti Religione contempta coram Judice Eccleſiaſtico conventi, Regiam Prohibitionem impetrant, ut ſuper perjurio & fidei læſione examen Eccleſiaſtici Judicis ſic declinent: Providemus, quòd ſi Laici fuerint Impetratores per Excommunicationis Sententiam (prout ſuperius dicitur) arceatur. Si verò non deſiterint, & poſſeſſores immobilium exiſtant, terra eorum ſupponatur Eccleſiaſtico Interdicto. Si autem immobilia non habeant, mercenarii ſui non vacatæ perſonæ moneantur, quòd intra octo dies ab eo recedant: alioquin conſimilis pœna Sententiæ Excommunicationis majoris feratur in eoſdem. Si autem Clericus reus fuerit, vel Religioſus, exerceantur pœnæ Canonicæ contra ipſos. Si verò Clericus in ſua pertinacia perſeveraverit, procedatur contra eum ſecundum pœnas ſuperius contra pertinaces Clericos annotatas. Si autem actor Laicus ſit, & non habeat Laicum Feudum, Epiſcopus non exhibeat eum; & ſi diſtringitur Epiſcopus, procedatur contra Dominum Regem, & diſtringentem, ut ſuperius eſt expreſſum. Et hoc idem in Prohibitionibus conſimilibus obſervetur. Idem fiat & ſi tertius veniens ex tranſverſo porrigat, vel porrigi faciat Prohibitionem talem, dum tamen ille eam verbo vel facto ratificaverit, pro quo apparuit impetrata.

Quod Judæi compellantur reſpondere coram Eccleſiaſtico Judice.

ET quia modo conſimili Eccleſiaſtica cenſura confunditur, & Prælatorum Officium impeditur, cum *Judæus* delinquens in rebus Eccleſiaſticis, & perſonis, ſuper his coram ipſis convictus fuerit, vel ſuper aliis, quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinent, mero jure coram Eccleſiaſtico Judice convenitur, per Dominum Regem, ſeu Vicecomites, aut Ballivos ſuper prædictis non permittitur coram Eccleſiaſtico Judice ſtare Juri, ſed declinare compellitur forum ejus: Statuimus, quòd hujuſmodi *Judæi* per Interdictum commercii, contractuum, & communionis fidelium, ad reſpondendum in his caſibus coram Judice Eccleſiaſtico compellantur. Et quòd inhibentes & impedientes eoſdem,

&

& hinc de cauſa Judices & alios diſtringentes, per Excommunicationis & Interdicti Sententias arceantur. A. D. 1260

De fugientibus ad Immunitatem Eccleſiaſticam.

255. *Eccleſia immunitas protegit ad eam fugientes.*

PRoro cum ad immunitatem Eccleſiarum fugientibus aliquando vix in alimentis valeat ſubveniri, propter arctam cuſtodiam, quæ frequenter apponitur contra ipſos; ut aliquando confugientes hujuſmodi ab Eccleſiis, & Cœmeteriis, aut viis publicis poſt terræ abjurationem violenter ſæpius abſtrahantur, ac ſic abſtracti ſceleratè in præjudicium immunitatis Eccleſiæ occidantur: Statuimus quòd qui talibus alimenta impedierint miniſtrari, ſecundum arbitrium Ordinariorum per cenſuram Eccleſiaſticam arceantur. Siquidem confugas ab Eccleſia, vel Cœmeterio, vel poſt abjurationem terræ à via publica extrahentes, vel taliter extractos occidentes, (cum ſub Eccleſiaſtica protectione conſiſtant) pœnis Sacrilegii percellantur, alia aliam minimè conſumente. In Eccleſia autem, vel Cœmeterio non fiat cuſtodia confugientium ad Eccleſiam per Laicam poteſtatem; & ſi fiant cuſtodiæ tam cuſtodientes, quàm qui eam cuſtodiam appoſuerunt, in forma Juris per Excommunicationis Sententiam diſtrictius compeſcantur. Illos autem tantummodo tueatur Eccleſia, quos Canones præcipiunt eſſe tuendos.

De infringentibus Eccleſiæ libertates.

257. UT invadentibus bona Eccleſiaſtica, & libertates Eccleſiæ infringentibus, & perturbantibus obvietur; providè duximus ſtatuendum, quòd hujuſmodi malefactores, invaſores videlicet, & perturbatores Eccleſiaſticorum bonorum, & libertatum violatores ſacrilegi, Excommunicati per locorum Ordinarios denuncientur. Et ſi in ſua pertinacia per unum menſem perſeverent, tunc & loca, in quibus commorantur, ſupponantur Eccleſiaſtico interdicto: & neutra relaxetur ſententia, donec de damnis & injuria ſatisfecerint competenter. Et ſi aliquis Eccleſiam poſſeſſionibus & libertatibus ſuis ſpoliaverit, pœnis ſubjaceat ſupradictis; & in ipſum uſque ad plenam ſatisfactionem & reſtitutionem condignam in forma Juris Excommunicationis Sententia ſolemniter proferatur. Et ſi iidem ſacrilegi faciant Judices aut Prælatos propter hoc Attachiari, vel diſtringi, tam ipſi, quàm diſtringentes, pœnis in Attachiatores & diſtrictores editis condignè percellantur.

De Laicis Clericos aggravantibus.

AD hoc etiam cum contingat, quòd domicilia & hoſpitia Clericorum per Magnates terræ, quamquam in Sanctuario exiſtant, invitis ipſis Clericis, & nonnunquam expulſis ſuis ſervientibus, bonaque ipſorum ibidem inventa occupantur, & per Sacrilegos hujuſmodi conſumuntur; reclamantes & renitentes convitiis affliguntur, verberibus afficiuntur, & multipliciter pertractantur: quandoq; etiam caute & equitatus Dominici Prælatorum, religioſorumque Clericorum in itinere publico ac veritatis, & aliunde in Sanctuariis & conſimilibus capiuntur, & abducuntur violenter ad dictorum magnatum res, commercia, & victualia transferenda; Providemus, quòd omnes hujuſmodi Sacrilegi in forma Juris excommunicentur, & ſolenniter Excommunicati nuncientur, donec ablata & abducta reſtituerint, & de illatis injuriis ſatisfecerint competenter.

Compelluntur etiam Clerici & Religioſi ſuas res, quas habent venales, licitè vel illicitè ad pretium Domini Regis ſibi & ſuis miniſtris vendere, & nonnunquam tradere pretio non ſoluto; unde providemus, quòd taliter compellentes cogantur per Sententiam Excommunicationis juſtum pretium ſupplere, vel deſtituere ſic extorta, nihilominus de Sacrilegio commiſſo, prout decet, ſatisfacere competenter.

De Rege Eccleſiam aggravante vacantem.

COntingit inſuper aliquando, quòd Domino Rege 258.
Eccleſiarum Cathedralium vel *Conventualium* cuſtodiam obtinente, cum ſecundùm Chartam libertatum ab eodem Domino Rege & ſuis Prædeceſſoribus Eccleſiæ conceſſarum, tantundem rationabiles exitus capere debeat, & rationabiles conſuetudines, necnon & rationabilia ſervitia, & hoc ſine diſtrictione hominum & vaſtatione rerum: Ballivi tamen ejus per Tallias immoderatas bona Tenentium vacantis Eccleſiæ auferunt, nemora & vivaria deſtruunt, domos conſumere feſtinant, & diſſipant bona, pauperes malè tractant, & deſtruunt, & non ſolum ad ea, quæ ratione cuſtodiæ obtinere conſueverant, manus extendunt, ſed etiam ad bona ſuperſtitum, ut Blada, & Inſtaura, & alia, quæ ratione Baroniæ ad ipſum ſpectare non poſſunt, videlicet, Decimas, & Oblationes Epiſcopatibus ſeu Monaſteriis appropriatas, & conſimilia occupare præſumant. Ut huic igitur morbo facilius occurratur, Ordinamus, quòd ſtatim poſtquam Eſchaetores & Ballivi Regis hujuſmodi cuſtodias ingreſſi fuerint, prælati, qui Juriſdictionem præſumunt, publicè & ſolenniter interdicant ſub pœna Excommunicationis dictis Ballivis Domini Regis, & aliis omnibus in genere, nè talia attentare præſumant. Quod ſi contrafecerint, denuncient eos in dictam ſententiam incidiſſe, & in ſententiam latam contra illos, qui libertates in *Magna Charta* conceſſas, necnon libertates Eccleſiaſticas confringunt; & tales uſque ad ſatisfactionem congruam Excommunicati publicè nuncientur. Quam ſententiam ſi contempſerint, contra eos procedatur per Interdicta, & alias pœnas ſuperius annotatas. Et ſi Dominus Rex ſuper his competenter monitus ſic ablata non reſtituat, vel damna reſarciat, procedatur contra eum, ſicut in aliis caſibus Regem tangentibus ſuperius eſt ordinatum.

De libertate & longa poſſeſſione.

ARchiepiſcopus itaque, & Epiſcopi ratione patrimonii Eccleſiaſtici coram Juſtitiariis itinerantibus evocati, per Attornatos vel Procuratores literatoriè conſtitutos per libertatem Eccleſiæ & conſuetudinem admittantur. Supplicatum eſt Domino Regi ut ſuſtineat, quòd per literas Procuratorias admittantur Procuratores ſive Attornati eorundem, & Juſtitiarii moneantur quòd pro talibus comparentes admittant Attornatos. Si vero ſic non admittant, ſed quia perſonaliter non venit Prælatus condemnatur poſtmodum & diſtringatur: providemus quòd procedatur contra Attachiatores diſtringentes, ut ſuperius eſt expreſſum. Quia inſuper Prælati & Clerici venire coram magiſtratibus ſæcularibus diſtringuntur oſtenſuri de jure, aut quo Waranto (ſeu Guaranto) utuntur libertatibus, quibus à longis retrò temporibus, ipſi, ſive prædeceſſores ſui, uſi ſunt pacificè nomine Eccleſiarum ſuarum, alioquin impediuntur uti libertatibus prædictis: Ordinamus, quòd ſic vocati non reſpondeant, niſi quòd allegent longam poſſeſſionem Eccleſiæ ſuæ. At ſi revocent eam in dubium, non ponant ſe ad inquiſitionem Laicorum. Et ſi propterea ſpolientur, Attachientur, diſtringantur, vel alias condemnentur, procedatur contra ſpoliantes, Attachiantes, & Dominum Regem, ut ſuperius annotatur: & ſi retineatur Prælatus, Archiepiſcopus cum Epiſcopis requirat eum, & puniat detentores: & ſi liberè non dimittatur, ad Interdicta, ut ſuperius procedatur.

A. D. 1260

De malitia Judicis Secularis contra libertatem Ecclesiæ.

ALiquando quidem Ecclesiis vel Prælatis Principes, & alii Christi fideles, possessiones & libertates dant per suas Chartas, in quibus hujusmodi clausula, vel similis continetur. Omnia quæ ad me, vel ad hæredes meos de tali Feudo, sive Feodo, vel possessione pertinent, vel poterunt pertinere, tali Ecclesiæ vel Monasterio, ac earum Prælatis vel Ministris, sine aliquo retinemento, do & concedo, et hac præsenti Charta me confirmo. Et si postmodum super aliquo articulo de pertinentiis, quæ in Charta ipsa non fuerint specialiter expressa, & in dicto sæculari contento movetur: dicunt Judices sæculares Chartam ipsam esse vacuam & inanem, eo quòd nominatim Articulus ille non exprimitur in eadem: & sic verbum *omnia* secundum eos nihil continet, nisi fuerit specialiter expressum. Et si Articulus libertatis contentus in Charta specialiter exprimatur, dicunt iidem Judices Chartam ipsam esse vacuam & invalidam, si Ecclesia vel Monasterium usa non fuerit hujusmodi libertate. Providemus, quòd Justiciarii & alii Judices sæculares Ecclesias, vel loca religiosa perversa interpretatione hujusmodi possessionibus, vel libertatibus, defraudantes, moneantur per locorum Ordinarios, in quibus talia Judicia exercentur, quòd sub talis interpretationis velamento possessiones, libertates, & Jura Ecclesiastica perturbare, seu invertere non præsumant. Quod si monitionibus non acquieverint eorundem, per Excommunicationis & Interdicti sententias dictorum Justiciariorum & Judicum, sive Cleri sive Laici fuerint, iniquitas secundum formam annotatam superius comprimatur.

Quod Ecclesiastici viri non teneantur facere sectam ad Curiam sæcularem propter Ecclesiæ libertatem.

LIcet autem Dominus Rex, & Magnates, aliique Christi fideles, terras & possessiones in liberam, puram, & perpetuam Eleemosynam Ecclesiis & viris Ecclesiasticis produxerint conferendas: nihilominus ipsi, & Ballivi sui compellunt hujusmodi personas Ecclesiasticas pro prædictis terris & possessionibus sectam facere ad Curiam suam Laicalem, contra donationis formam, & Officium pietatis, & Jura Ecclesiarum & possessiones, quibus usæ sunt à longis temporibus, & antiquis, ac retroactis, perturbantes eos nisi de concessionibus, Originalibus Chartis suis, fortè vetustate vel alio modo de perditis vel consumptis, fidem fecerint coram eis. Ordinamus, quòd si districtio fuerit pro hujusmodi sectis à donatoribus, fundatoribus, vel eorum hæredibus, seu aliis suis qualitercunque succedentibus, per præmissas Censuras Ecclesiasticas pœnitus reprimantur. Si vero à Capitalibus Dominis districtio fiat pro hujusmodi sectis faciendis, compellentes & districtingentes modo simili arceantur. Justiciarii autem, & alii Judices Forenses, qui per fraudem convertunt amiciamenta libertatum Episcoporum, & Prælatorum inferiorum, contra Chartam Domini Regis omnium libertatum, tanquam transgressores dictæ Chartæ arctius puniantur.

De Laicis Dominis Testamenti factionem impedientibus, & de bonis Intestatorum.

QUoniam Laicis ab Intestato decedentibus, Domini Feudorum non permittunt ipsorum debita solvi de bonis mobilibus eorundem, nec in usus liberorum suorum vel parentum, aliàs secundùm dispositionem Ordinariorum, piè distribui pro defunctis. Providemus, quòd dicti Domini & eorum Ballivi moneantur diligenter, ut à talibus impedimentis desistant, quòd si moniti non paruerint, saltem pro ea portione quæ defunctum contingit, ut in pios usus per locorum Ordinarios distribui libere possit, per Excommunicationis sententiam compescantur. Eodem modo procedatur contra eos, qui Ascriptitiorum & aliorum servilis conditionis Testamenta, & ultimas voluntates impediunt, contra consuetudinem *Anglicanæ* Ecclesiæ hactenus approbatam. Prædictas autem provisiones extendi volumus ad omnes personas tam Ecclesiasticas quam sæculares Jura Regalia habentes, quibus hactenus consueverunt uti. Statuimus & Præcipimus, ne cuiquam Executori permittatur administrare de bonis Testatoris, nisi prius de omnibus bonis ipsius defuncti fidele fiat Inventarium, & loci Ordinario ostendatur. Item, probato Testamento coram Ordinariis, non committatur alicui vel aliquibus executio seu Administratio in bonis defunctorum, nisi talibus qui competentem Administrationis suæ rationem (cum super hoc per locorum Ordinarios fuerint requisiti) reddere possint.

Item, statuimus præsentis auctoritate Concilii, ne aliqui Religiosi cujuscunque professionis existant, sine Executores Testamentorum, nisi de licentia Ordinarii & voluntate procedatur.

Item, Testamentis coram Ordinariis probatis, eorundem Testamentorum probatio à Laicis nullatenus exigatur. Nemo impediat nec impedire procuret, quominus ultimæ voluntates defunctorum procedant in his, quæ de Jure vel consuetudine legari possunt. Si vero contra hoc Statutum venire præsumpserint, sciant se auctoritate præsentis Concilii esse Excommunicationis sententiæ involutos, & tanquam contra earundem libertatum violatores contra eos per censuram Ecclesiasticam procedatur.

Testamenta mulierum non sunt prohibenda.

Item, statuimus, ne quis alicujus solutæ mulieris, vel conjugatæ, propriæ vel alterius, impediat vel perturbet, seu faciat impediri justam seu consuetam Testamenti liberam factionem: quod si fecerit, sciat se Excommunicationis sententiam incurrisse. Item, Statuimus, quòd de portione mortui habeat Ecclesia jus suum, deductis tamen prius de communi his quæ Domino debentur, & quod dono debetur, & sumptibus funeris.

Item, statuimus, quod nullus Executor retineat aliquid de bonis defuncti, cujus Testamentum exequitur, emptionis titulo, vel alio modo, nisi fuerit à Testatore sibi inter vivos donatum, vel ex Testamento legatum.

De Sacramento Confessionis: & ne incarceratis denegetur.

PRæterea cum Sacramentum Confessionis & Pœnitentiæ secunda post naufragium tabula, & ultimus humanæ navigationis portus, i. finale refugium, sit unicuique peccatori pernecessarium ad salutem: sub pœna Excommunicationis districtius Præcipimus, ne aliquis impedire præsumat, quin homini Sacramentum Pœnitentiæ unicuique petenti liberè impendatur, & spatium liberum confitendi, quod potissimè propter carceratos suadetur: quibus hujusmodi Sacramentum sæpius inhumaniter (ne dicamus infideliter) denegatur. Et si interdum confitendi spatium eis datur, hoc ita breve & importunè conceditur, quòd potius cedit miseris in desolationes gaudii spiritualis. 327.

De Bedellis & Apparitoribus Archidiaconorum & aliorum Prælatorum.

ITem contra gravamina & excessus, quæ per Bedellos, & Apparitores Archidiaconorum & decanorum subditis inferri didicimus, remedium adhibere volentes; Statuimus, ut cum pro faciendis executionibus, 351.

nibus, aut aliis necessitatibus ad hospitium Rectorum, Vicariorum, seu Capellanorum, vel aliorum Sacerdotum seu Clericorum, seu Religiosorum, eos declinare contigerit, nihil omnino ratione Procurationis, vel alterius servitutis seu servitii exigant ab eisdem, sed cum gratiarum actione recipientes ea, quæ eis ab hospitibus apponuntur, illis contenti existant; neque per nuncios, & Subbedellos, sed per seipsos, exactiones faciant prædictorum: Sententiæ autem Excommunicationis, & Interdicti, vel Suspensionis per se non ferant, neque per alios latas denuncient sine specialibus literis Dominorum suorum. Et si secus præsumptum fuerit, sententiæ sic latæ ipso Jure non teneant, neque serventur, cum in veritate non ligent. Et Bedelli qui contra hoc Statutum fecerint, & onerosi seu injuriosi subditis Dominorum suorum inventi fuerint, graviter puniantur, & gravatis duplum restituere teneantur.

Quod Clerici monachi debeant, ut deferant tonsuram, vestes, & coronam.

68. ITem, Statuimus, quòd Episcopi in suis Synodis, & aliis Convocationibus, & singuli Archidiaconi & Decani in suis Capitulis, & Rectores, Capellani, sive Vicarii Ecclesiarum Parochialium in suis Ecclesiis, semel in anno publice denuncient omnibus qui gaudere voluerint privilegio Clericali, quod deferant tonsuram & coronam rasi capitis deferant competentem: maximè coram suis Ordinariis, & in Ecclesiis ac congregationibus Clericorum: nec erubescant ipsius portare stigmata, qui pro eis spineam non dedignatus est portare coronam: factus patri obediens usque ad mortem, ut eos suæ Resurrectionis tribueret esse participes, & hæreditatis pretio sui sanguinis acquisitæ consortes: comminaturi eis, qui contra denunciationem istam secus præsumpserint attentare, quod si signum salvationis erubuerint frontibus suis imprimere, frustra salvatoris debebunt auxilium implorare, cum privilegium dignitatis meretur amittere, qui concessa sibi abuti detegitur dignitate.

Privilegium perdit qui illo abutitur.

De delatoribus Prælatorum circa occupationem Juris Regii.

353. CUm sæpius Domino Regi & Justiciariis suis falsò suggeratur, quòd Prælati & Judices Ecclesiastici de Jure Patronatûs catallis & aliis ad forum Regium spectantibus cognoscunt in Domini Regis præjudicium; cùm iidem Prælati & Judices super Decimis, peccatis, & excessibus suorum subditorum suæ Jurisdictionis Officium, prout ad eos pertinet, exerceceant. Moneantur hujusmodi Delatores & suggestores iniqui, ut à tali suggestione & dilatione desistant. Quod si Prælatos & Judices Ecclesiasticos sic delatos vel incusatos Principi vel alii Potestati propter delationem vel incusationem hujusmodi damnificari contigit seu taxari, tales suggestores & Delatores Deo odibiles, &, quantum in ipsis est factum, necatores, Excommunicati publicè nuncientur, tanquam violatores & impugnatores Christianæ Unitatis, & Ecclesiasticæ Pacis & Libertatis, donec de expensis, damnis, & injuriis, tam Judicibus quàm partibus quas læserunt, satisfactionem exhibuerint competentem.

De Pœna impedientium Jurisdictionem Ecclesiasticam.

32. EVenit interdum, quod cùm Prælati Ecclesiarum ex Officii sui debito de morum disciplina, & peccatis, & excessibus subditorum inquirunt, Dominus Rex, cæteriquè Magnates, & aliæ Potestates seculares, & Milites Officia impediunt eorundem; Personis Laicis inhibendo, ne ad mandatum Patrum & Prælatorum suorum Spiritualium (quibus vulnera tenentur detegere ut Medicis) consilium valeat reportare, & de Veritate dicenda subeant Juramenta, nec permittunt aliquos de suis Prælatos subditis suis in causis seu negotiis Ecclesiasticis pro excessibus seu culpis eorum, proportionem sibi per ordinem pœnæ imponere, juxta Canonicas Sanctiones, pro culparum & personarum delinquentium qualitate.

Quia verò tam Jure Poli quàm Jure Fori hominibus idcirco metus pœnæ & præmium virtutis proponitur, ut appetitus noxius refrænetur; & ad culpam facile prorumpat homines, si pœna non terreat malefactores, cum infælici felicitate peccantium pœnalis remissio nutritur impunitas, & mala voluntas, vesanis interiùs ebullientibus animis, quòd Laici ad præstandum hujusmodi Juramentum, & ad exolvendum quælibet pœnis, tam corporales quàm pecuniales, à nobis per Prælatos eis inflictas, præcisè per Excommunicationis sententiam compellantur. Impedientes verò ne Juramenta prædicta præstentur, aut pœnæ hujusmodi exolvantur, per Interdicti & Excommunicationis sententias arceantur. Et si propter hoc ad Dilationes Prælatorum processum extiterit, contra distringentes per pœnis in ea parte dictas procedatur.

A. D. 1265

De carcere Episcoporum habendo, & qui Clerici perpetuo carceri sint committendi.

321. ITem speciali præcepto statuimus, quòd quilibet Episcopus in Episcopatu suo, prout competens sibi & securus providere viderit, unum vel duos carceres habeat pro Clericis flagitiosis animalve, vel convictis, juxta Censuram Canonicam desinendis. Statuimus etiam, quòd Clericus aliquis qui adeò malitiæ suæ incorrigibilis fuerit, & consuevit ad flagitia committenda quòd si Laicus esset, secundùm leges seculi, ultimum deberet pati supplicium, talis Clericus perpetuo carceri addicatur. In illis autem, qui non ex voluntate & proposito, sed casu fortuito aut iracundia, aut fortè insania committerent, antiquè Jura servari volumus. Prædicta denique remedia, tàm ad præsentia quàm ad futura gravamina se exeundum, præsertim cum sententiæ Excommunicationis de consensu Regis & Magnatum Regni *Londini* per Prælatos solemniter sint promulgatæ in transgressores Chartæ omnium libertatum, Archiepiscopi & Episcopi, de consensu & approbatione interessorum Prælatorum, Capitulorum Cathedralium & Conventualium, necnon Universitatis totius Cleri *Angliæ* pro reformatione status Ecclesiæ *Anglicanæ* & reparatione libertatis, hæc prædicta concorditer & communiter ordinaverunt, reservata sibi potestate addendi, mutandi, & corrigendi, prout viderint expedire.

Clerici crimini obnoxii qualiter sint puniendi.

Regula de Collatione Beneficii Aquabajuli.

142. ANostris audivimus sæpe majoribus, Beneficia Aquæ Benedictæ intuitu Charitatis ab initio fuisse instituta, ut ex eorum proventibus pauperes Clerici exhiberentur in Scholis, & ibidem proficerent, ut aptiores & magis idonei fierent ad ministeria. Ne igitur, quod laudabiliter extitit Institutum, per temporis lapsum redeat in abusum; Statuimus, quòd in Ecclesiis, quæ à Scholis Civitatum vel Castrorum nostræ *Cantuariensis* Provinciæ ultra decem non distant milliaria, Clericis pauperibus Benedictæ Aquæ Beneficia conferantur. Quia verò inter Rectores & Vicarios Ecclesiarum & suos Parochianos super hujusmodi Collatione Beneficiorum nonnunquam audivimus suscitari, quas, sicut cordi est Nobis, amputare debemus: decernendo Statuimus, ut inter Rectores & Vicarios, quorum magis est scire, qui scilicet ad hujusmodi Officium idonei existunt, tales Clericos in hujusmodi Beneficiis præficere

A. D. 1279 studeant, qui juxta corda eorum sciant & valeant in Divinis sibi congrue deservire, & suis velint obtemperare mandatis, a quibus si Parochiani velint subtrahere Eleemosynas consuetas, ad ipsas largiendas sibi sollicitè moneantur, & si necesse fuerit, compellantur.

Post hæc Constitutiones proximè in ordine Temporis lata sunt Constitutiones Othoboni *Anno Domini* 1268.

Incipiunt Constitutiones de Reading *editæ ibidem per Fratrem* Johannem Peccham *Cantuariensem Archiepiscopum, Tertio Calendas Augusti. Anno Domini* 1279. *Anno Regni Regis* Edwardi I. *septimo*, Nicholao 3. *Papatum obtinente.*

De Institutionibus & destitutionibus.

135. AUdistis, fratres conscripti, istius tenorem Constitutionis: novistis & Canones Sanctorum Patrum super hac materia editos; tam in *Tholosano* quam in *Rhemensi* Concilio. Necnon & Capitulum *xxi. q. i. c. i. dionysii.* quæ omnia, alias quæ omnes, pluralitatem Beneficiorum cum cura, inhibent uni committi, singulas Ecclesias singulis Sacerdotibus committentes, secuta sunt Concilium *Lateranense, de concess. præben. c. ii. all. c. de multa, sub Alexan. Papa*, & Generale Concilium sub *Innocentio* tertio; in quibus omnibus ista pluralitas inhibetur: hoc addito in ultimo Concilio, quòd per receptionem secundi Beneficii vacat primum: receptoque secundo, primum, per eum, ad quem collatio pertinet, liberè alii conferatur. Et si illud infra sex menses alii conferre distulerit, non solum ad alios, juxta *Lateranense* Concilium collatio devolvatur: verumetiam de suis tantum cogatur proventibus in utilitatem Ecclesiæ, cujus illud Beneficium est, assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Et cum nec sic finis hujusmodi ambitionis, nec cæcæ cupiditatis esset impositus, successit præsens Legati Constitutio *Othoboni*, quæ incipit *Christiana religionis*: quæ & ad mala præterita extirpanda, & ad providendum etiam in futurum, ne de cætero pestis hujusmodi pullularet, sufficiens ab eodem fuerat æstimata: dum pestes ac miserias, quæ ex hac radice provenerint, & pericula quæ sequentur evidenter enervans, ea studet imprimere cordibus peccatorum, dum nunc Institutiones decernit irritas ipso Jure: nunc verò ipsum instituendum onerat vel adigit Juramento, nunc si perjurus fuerit privat Beneficiis habitis, & habendis, nunc Episcopos contravenientes à collatione Beneficiorum suspendit: donec Institutiones, à se tactas improvidè contra Constitutionis tenorem, duxerint revocandas.

Beneficiorum pluralitas est multum juribus prohibita.

Et licet hæc omnia cum gravi studio magnaque deliberatione sint provisa, istorum tamen omnium, nec secutus est fructus aliquis, nec proventus, quin potius, ac si nihil prorsus super ista materia excogitatum fuisset à majoribus, vel provisum, nec amore Justitiæ, nec timore pœnæ cessarunt hucusque aliqui per fas vel per nefas undique sibi Beneficia cumulare: nec ipsi pœnas Constitutionis verentes, nec alias sacris inhærentes Canonibus eisdem ipsa Beneficia immensa numeresitate conferre, licet cum eisdem non fuerit dispensatum. Quæ omnia ad aures summi Pontificis sæpe & sæpiùs devenerunt, qui hæc omnia vehementer abhorrens, nec non & vehementiùs admirans, quòd nec per Constitutiones, aut Canones, vel per cautelas, aut pœnas hucusque tantæ præsumptionis enormitas poterat coerceri, nec eidem remedium adhiberi, nobisque etiam vivæ vocis injunxit oraculo, quòd tanto incommodo celeri reformatione faceremus occurri. & hujusmodi præsumptores à tantæ temeritatis audacia, quacunque possumus coertione, compesci. Et licet ad hæc omnia compiimenda solius Metropolitanæ Jurisdictionis potestas apud nos sufficere dignoscatur, qui in benignitate, tolerantia, ac lenitate progredi potius affectamus in singulis, quam severitate nimia ac rigore plectere corrigenda: quia tamen facti perversitas in tantum se extollit, ut ex eo multiplicata sit ruina, & exortum sit scandalum plurimorum, clamorque ad aures superioris ascenderit, ut tamen scelus contra decorum Ecclesiasticæ benefitiis sub dissimulatione de cætero nequeat pertransire, multisque grassantibus, opus sit exemplo, Apostolicique præcepti nos urget auctoritas in hac parte.

Nos Dei adjutorio invocato, prout nobis in præsenti occurrit, manus huic negotio apponimus adjutrices: decernentes, juxta formam Concilii Generalis, omnia illa Beneficia curam animarum habentia quæ obtinuerunt, vel obtinent illi de facto, qui dispensationem sedis Apostolicæ super hujusmodi pluralitate non habent (per Beneficii receptiorem quod ipsi Beneficiati sic ultimo receperint) esse vacantia ipso Jure. Et licet juxta Constitutionis rigorem Domini *Othoboni*, sic recipiens plura Beneficia, etiam ipso Jure sit ultimo privatus, cum secundum eandem decernatur Institutio irrita ipso jure: præcavere tamen volentes, ne rigorem videamur coacervare rigori: mentem etiam Constitutionum tam Concilii Generalis, quam etiam *Othoboni*, clarius advertentes, quarum neutra & præobtentis, & ultimo simul privat: cum Concilium Generale sola auferat præobtenta, ultimum tamen reservat, Conciliumque *Othoboni* Institutionem in ultimo Beneficio decrevit irritam ipso Jure, præobtentis tamen non privat ipso Jure: Nos tamen Misericordiam cum rigore miscentes, non tam misericorditer, quam prudenter permittimus, ut is qui plura Beneficia curam animarum habentia absque dispensatione Apostolica fuerit assecutus, ultimum Beneficium sic obtentum retineat, & eodem juxta tenorem Concilii Generalis, de nostra speciali gratia sit contentus: nisi forsan ex temeritate contenderit etiam præobtenta improbè retinere. In quo casu, nec primo, nec ultimo dignum, nec medio, imo nec aliquo judicamus, sed potius ea omnia de jure vacare, quibus omnibus, quatenus de facto ea detinet occupata, censemus perpetuo spoliandum.

Beneficia vero quæ per modum superius nominatum hactenus vacaverunt, adeo ut ad nos propter negligentiam Prælatorum & Capitulorum fuerit devoluta collatio eobis, seu nostræ collationi: quæ autem per tantum tempus retro vacaverunt, ut per consimilem negligentiam ad summum Pontificem Jus ea conferendi fuerit devolutum, eidem sedi tanquam ejus ministri in hac parte, specialiter reservamus: decernentes ex nunc irritum & inane, si quicquid circa eadem Beneficia sic retro vacantia, aut personis aliis conferendo, vel eaccm Beneficia commutando, vel alias præsentando, seu alias quocunque ingenio, seu colore quæsito, per quoscunque Prælatos superiores, vel inferiores, seu per quoscunque clericos in posterum fuerit attentatum, ipsis quoque Ecclesiarum decretoribus earundem, per nos fratres & Coepiscopos nostros, & earundem Confessores nunciamus, & volumus in posterum nunciari, quòd nec ad dignitates Ecclesiasticas nisi demum purgato vitio possint assumi: vel si de facto ad easdem ascenderint,

scenderint, non posse absque periculo ministrare, nec salvari poterunt in Die Judicii: nec in praesenti poenitentias nisi fictas accipere, quae non proficiunt ad salutem, nisi cum renunciaverint Beneficiis, quae sic de facto desinent occupata: verumetiam de fructibus Ecclesiae consumptis, Ecclesiae Dei, quam graviter offenderunt, quatenus poterunt, satisfaciant competenter, cum ista Beneficia taliter invadentes, scienter falcem in messem miserint alienam, quique non intrent per ostium, non pastores, sed fures existunt pariter & latrones, miseraque animas imprudenter decipiunt, quas nec solvere utique valent, nec ligare. Illos quoque Confessores talium Clericorum, qui eisdem in poenitentia non injungunt, ut fructus Ecclesiarum taliter non perceptos, sed sutiviè surreptos restituant, seu de eisdem fructibus satisfaciant, prout possint, Ecclesiis, quas sic eosdem fructus retinendo laeserunt, imperitos decernimus, aut minus benignos, aut callidos animarum Clericorum hujusmodi deceptores: Inhibentes sub poena Excommunicationis ne ad talium absolutiones temerarias manus extendant, cum hujusmodi Beneficiorum Ecclesiasticorum improbi detentores sint in scelere contumaces.

Huic igitur vulneri cancerosо, quod per modum actium in futurum, ut cernitur, sanari non potest: ferrum quod adhuc superest ignitum injicimus: mucrone Anathematis tam enormis flagitii piacula resecantes: decernentes, & perpetua stabilitate firmantes, ut quicunque in posterum plura Beneficia curam animarum habentia absque Sedis Apostolicae dispensatione receperit, vel fuerit assecutus, per modum Institutionis, vel commendationis, vel custodiae: vel unum titulo Institutionis, aliud titulo commendationis, sive custodiae praeter modum illum quem Constitutio *Gregoriana* edita in Concilio *Lugdunensi* permittit, eo ipso sit privatus omnibus sic obtentis Beneficiis ipso Jure, ipso facto sententia Excommunicationis maneat innodatus, à qua nisi per Nos, vel Sedem Apostolicam absolutionis gratiam non poterit promereri.

Et ut ad Beneficiorum vacantium per hunc modum, vel alium pervenire notitiam valeamus; Vobis, Fratres Charissimi, firmiter injungendo mandamus virtute obedientiae, quatenus per Vos, vel Officiales vestros, Archidiaconos vel Decanos, nomina & numerū Ecclesiarum Rectorumq; cum cognomine, agnomine, vel praenomine, ita quòd possit vera haberi notitia personarum, temporа collationū ipsorū Beneficiorum ipsis Rectoribus assignatorum per modum quemcunque, quo titulo eas obtineant, Institutionis, Commendae, an solius Custodiae. Cujus aetatis sint hujusmodi Rectores, seu Ecclesiarum hujusmodi detentores, in quo Ordine fuerint constituti, utrum alibi, quam in una Ecclesia Beneficiati existant.

Item utrum cum eis dispensatum fuerit super pluralitate hujusmodi obtinenda. Qui sint, & quibus nominibus censeantur earum Ecclesiarum Patroni. Cujus aestimationis sint singulae Ecclesiae seu valoris juxta taxationem *Norwicensem*, faciatis distinctè describi, & scripturas hanc omnia continentes clarè & distinctè confectas, singuli Episcopi de singulis Diocesibus suis Nobis ad Civitatē *Londinensem* transmittant in Octava Sancti *Hilarii*: quibus die & loco, favente altissimo, ad ipsius laudem congregati erimus iterato. Illi autem qui in renunciatione seu descriptione praefata, Nobis, ut supra injunximus facienda, fraudem vel dolum commiserint, vel veritatem instructioni Nostrae necessariam subticendo, aut falsitatem (quod absit) aliquam immiscendo, vel per vias alias callidè commento quocunque circa praefata versando, quo minus ad Nos perveniat plena veritas atque notitia praemissorum, poenam falsi meritò poterunt formidare.

De institutionibus & Ecclesiarum commendis. A. D. 1279

UT Constitutio ista, prout lata est in Concilio *Lugdunensi* quoad verba, & quoad sententiam verborum omnino servetur: Ipse quoque summus Pontifex decrevit, & Nos ipsius vestigiis inhaerentes, decernimus Beneficia aliter commendata à tempore Concilii *Lugdunensis*, seu quae diutius sub commendationis specie sunt obtenta, quam Constitutio memorata *Gregoriana* permittit, *i.e. Gregor. x.* quae incipit. *Nemo desiderat. de elect. li. vi.* Illa quoque quae sub specie custodiae, quam summus Pontifex nihil differre aestimat à commenda, aliter vel diutius fuerint obtenta, quam tenor Constitutionis *Gregoriana* commemorat: Necnon & illa, quae sunt collata minoribus xxv. annis, aut his, qui infra annum post admissionem talis Beneficii in Presbyteros non fuerint ordinati, nisi cum eis fuerit dispensatum *juxta c. Cum ex eo.* vel aliam legitimam habeant causam, esse vacantia ipso jure: ipsa quoque, quorum per negligentiam Praelatorum seu Capitulorum, ad Nos vel ad sedem Apostolicam fuerit devoluta collatio, Nobis & sedi Apostolicae collationem hujusmodi specialiter reservamus, decernentes irritum, & inane &c. *ut supra in c. de institutionibus.* In clausula, *Beneficia vero &c.* *Spelman. Sub commendationis Papa.*

De Sententiis Excommunicationum publicandis.

QUoniam malum, nisi cognitum, vitari non potest, pluresque sint sententiae quibus in Sanctorum Patrum Conciliis homines improbi percelluntur, ne per ignorantiam de caetero in tanti periculi foveam demergantur; praecipimus Provinciae *Cantuariensis* Sacerdotibus universis, ut, in omni Dominica immediatè post celebrationem ruralis Capituli, exponant apertè populo sibi commisso, Excommunicationum Sententias, quae sequuntur. 353.

Primò quidem Excommunicentur auctoritate Concilii *Oxoniensis* à Sanctae memoriae *Stephano Cantuariensi* Archiepiscopo, omnes qui malitiosè Ecclesias suo Jure privare praesumunt, aut per malitiam, & contra justitiam, libertates earundem infringere vel perturbare contendunt: ex quo intelligimus Excommunicationis vinculo subjacere omnes illos, qui literas impetrant à quacunque Curia Laicali ad impediendum Ecclesiasticorum processum in causis, quae per sacros Canones ad Forum Ecclesiasticum pertinere noscuntur. *Excommunicationis sententia populo exponendā.*

Secundò Excommunicantur Universi qui scienter producunt, vel subornant ad impediendum justum Matrimonium, vel ad exhaeredationem alicujus procurandum.

Item tertiò Excommunicantur omnes illi, qui pacem & tranquillitatem Domini Regis & Regni injuriosè perturbare praesumunt, & qui jura Domini Regis injustè retinere contendunt: ex quo intelligimus excommunicari non solum guerrarum suscitantes errorem, verum etiam Latrones publicos pariter, & praedones, & quoscunque Regni justitiam temerarie impugnantes.

Quartò Excommunicantur Advocati omnes, qui malitiosè per quoscunque exceptiones verum Matrimonium impediunt, ne effectum debitum sortiatur, vel qui procurant quibuscunque causis vel modis contra justitiam, ut processus Ecclesiae diutius suspendatur.

Quintò Excommunicantur omnes illi, qui gratia lucri, odii, vel favoris, malitiosè imponunt crimen alicui, cum apud bonos & graves personas non fuerit prius diffamatus; ut sic ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur.

Sextò Excommunicantur, qui vacante Ecclesia malitiosè opponunt, vel opponi procurant, quaestionem de Jure Patronatus, ut verum Patronum à collatione illius Ecclesiae saltem impediant illa vice.

Septimò

A. D. 1279

Septimò Excommunicantur omnes illi, qui malitiosè contemnunt exequi mandatum Domini Regis de Excommunicatis capiendis, vel eorum impediunt captionem, seu procurant eorum injustam deliberationem contra decretum Ecclesiasticæ disciplinæ.

Octavò Excommunicantur in Concilio sanctæ memoriæ *Othoboni* omnes illi, qui pro impedimento pacis, seu compositionis litigantium quicquam recipiunt, donec ipsum hic receptum restituerint donatori.

Nonò Excommunicantur per eundem, quicunque de domibus, maneriis, grangiis, vel locis aliis Archiepiscoporum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum contra ipsorum voluntatem, vel custodum rerum earundem, aliquid auferunt, vel consumunt, vel injuriosè contractant, qua sententia ligantur, nec absolvi possunt, donec de injuria satisfecerint competenter.

Decimò Excommunicantur ab eodem, quicunque abstrahunt violenter reum confugientem ad Ecclesiam, Cœmeterium, vel Claustrum, vel qui ei victum necessarium prohibent exhiberi, vel qui res alienas in locis prædictis depositas asportant, vel faciunt asportari, vel qui asportationem talem factam nomine suo, vel à familiaribus suis ratam habent, vel qui ad hoc publicè vel occultè consilium, vel auxilium præbuerint vel consensum.

Undecimò Excommunicati sunt ab omnibus Archiepiscopis & Episcopis *Angliæ* omnes, qui veniunt atque faciunt contra novam Chartam de Domini Regis libertatibus: quæ sententia per sedem Apostolicam est pluries confirmata.

Episcopi quandoque ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt.

Audistis, Fratres, & Coepiscopi nostri charissimi, articulos, in quibus per Sanctorum Concilia incurritur Excommunicationis sententia, ipso facto. Sunt & alii articuli præter istos, in quibus Episcopi & Prælati ipso facto suspensionis vinculo innodantur per eadem Concilia: quorum Constitutiones quandoque Prælatos ab eorum Officio, quandoque à quibusdam Episcoporum insigniis, quandoque à Beneficiorum collatione suspendunt: quæ omnia ex ipsorum Conciliorum tenore colligi poterunt evidenter, in quas siquidem veremur aliquos tanquam temeratores Constitutionum in ipsis editarum Conciliis incidisse: veremur etiam ne sic ligati divina celebraveritis, & Officia vestra ut prius fueritis assecuti. Veremur etiam, ne notam Irregularitatis contraxeritis in hac parte: sed quicquid fuerit de præterito, hortamur ex parte Dei Patris Omnipotentis, & monemus, & in virtute obedientiæ Vobis injungimus, quòd de cætero Conciliorum statuta supradictorum, & statutorum nostrorum in præsentis Congregationis primordio æditorum, cum Dei timore, & omni diligentia observetis, & faciatis à vestris subditis artius observari: alioquin super Vos provocabitis iram Dei, & Canonicam meritò formidare poteritis ultionem: & ne istorum ignorantia quenquam redderet excusatum, de his omnibus, quæ in nostra Congregatione præsenti recitata sunt, publicata, seu ordinata, hanc formam teneri volumus in futurum: hæc omnia Fratres, & Coepiscopi nostri per Vos vel Archidiaconos vestros faciatis in vestris Synodis publicari. Nihilominus Constitutiones Domini *Othoboni* de Baptismo Paschæ & Pentecostes generali, necnon & extracta de quatuor Conciliis in sessionis nostræ primordiis memoratis super diversis articulis, in quibus Excommunicationis vinculum incurritur ipso jure, in singulis Ecclesiis, tam majoribus quam minoribus per quatuor dies Dominicos, post celebrationem quatuor Capitulorum principalium, faciatis recitari. Constitutio autem ædita super Concubinariis in Concilio Domini *Othoboni* in quatuor Capitulis ruralibus & Principalibus (exclusis tamen Laicis) publicetur. Quæ autem à Nobis modo præsenti ordinata fuerint, vel adjecta Conciliis suprascriptis, bis in anno, videlicet, in duobus generalibus Capitulis singulorum Archidiaconatuum præcipimus singulorum auribus inculcari: ipsam autem Chartam Domini Regis super libertatibus Ecclesiæ atque Regni per Regem concessis, benè & apertè conscriptam, intra singulas Ecclesias Cathedrales, seu Collegiatas, in loco publico jubemus affigi, ut omnium intrantium oculis se palam exhibeat, & in fine anni in vigilia Paschæ & Pentecostes renovetur; ut, sublata veteri, nova recensque benè scripta substituatur eidem.

De pueris Baptizandis conservandis ad generale Baptisma.

QUod in præsenti Constitutione cavetur de pueris baptizandis, usque generale Baptisma Paschatis & Pentecostes videlicet reservandis, pro ipsius statuti reverentia, quod hactenus videtur esse neglectum, sic duximus declarandum; ut pueri per dies octo ante Pascha & dies totidem ante Pentecosten nati de matrum uteris, si absque periculo servari valeant, usque ad illa tempora reserventur baptizandi: ita tamen quòd medio tempore inter nativitatem puerorum hujusmodi, & Baptismum, perfectum recipiant Catechismum: solaque diebus Baptismi superfit immersio faciendæ. Alii autem, qui aliis anni temporibus nati exiterint, tam propter mortis periculum, quod sæpè pueris imminet improvisum, tam propter simplicitatem parentum, qui circa formam Baptismi sunt facilè erraturi, absque ulla offensionis nota, juxta vetustam consuetudinem vel incontinenti cum nati fuerint, vel postea, prout placuerit ipsis parentibus, baptizentur. Quod si fortè contigerit pueros propter mortis periculum baptizari à Laicis, caveant Sacerdotes, ne Baptismum legitimè factum audeant iterare. 246.

Baptismi etiam puerorum quandoque differri potest.

De Concubinariis.

QUia incontinentiæ vitium Clerum maculat, & lamentabiliter dehonestat in scandalum plurimorum, statutum Domini *Othoboni* contra Concubinarios editum præcipimus in suo rigore inviolabiliter observari: ut ne criminis contagione caliginem adducente mentibus vitiosis, se per ignorantiam vel per oblivionem valeant excusare, præcipimus Archidiaconis universis in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab Officio & Beneficio, quam in ipsos ferimus, si sponte contra hoc negligentes fuerint, quatenus Constitutionem supradictam faciant in quatuor anni Principalibus Capitulis ruralibus per se, vel per eorum Officiales, vel saltem per Decanos rurales, seu gerentes vices eorum, distinctè & apertè coram toto Capitulo, exclusis Laicis, recitari: quam recitationem pro monitione haberi volumus, ut liberius contra omnes procedi valeat vitiosos: ne causari possint, cum ad executionem privationis in eos latæ sententialiter in prædicto statuto processum fuerit, se monitos non fuisse. Si quis autem dicti statuti recitationem impedierit malitiosè, Excommunicationis Sententiæ subjaceat ipso facto. Si quis verò dicta statuta recitare neglexerit Archidiaconus, seu Decanus vicem ejus gerens, omni sexta feria in pane & aqua jejunare per obedientiam (nisi infirmitate præpediatur) teneatur, donec in sequenti Capitulo ipsum fecerit recitari. 12.

De mutando Chrismate singulis annis.

CUm Sacri Chrismatis confectio de anno in annum per locorum Episcopos fit agenda, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, & ipsum Chrisma per eosdem confectum annuatim fit fidelibus tradendum; & vetus Chrisma, seu quòd superest de veteri Chrismate, in 36.

Sacris

Sacris Eccleſiis concremandam Presbyteri qui præſunt Eccleſiis, aut per ſe, aut per Diaconos, vel Subdiaconos, à locorũ Epiſcopis annis ſingulis ante Paſchæ ſolennitatem, vel quàm citius fieri poterit, factum Chriſma in ſingulis Eccleſiis petere teneantur; adeò ut ſi quis de alio Chriſmate, quàm de illo novo, quod propria Epiſcopi largitione vel conceſſione accepit, Baptizare, ſeu Baptizatum in vertice ungere (niſi præoccupante neceſſitate) attentaverit, ipſe in ſe Damnationis manifeſtatur protuliſſe ſententiam. Quidam tamen ignorantiâ craſſâ ducti, quæ dolo dicitur eſſe vicina, vel ſpiritu contumaci, Sacris in hac parte Canonibus reluctantes, (quod à crimine Idololatriæ, ſeu peccato ariolandi non multùm abhorret) vetus Chriſma alicubi per biennium, alicubi per triennium, & eò amplius reſervantes, eodem in Baptiſmate, & aliis Sacrificiis damnabiliter abuntur, novum ab Epiſcopis locorum de anno in annum nec accipientes nec petentes. Quòd nè fiat de cætero, diſtrictè Præcipimus ſub pœna Suſpenſionis, quam ferimus in contumaciter contrarium facientes. Quod id ipſum de ſacro Catechumenorum Oleo ſano accipiendum credimus intellectu.

Ignorantia craſſa dolo comparatur.

De cuſtodia Euchariſtiæ.

248. DIgniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Præcipimus de cætero taliter cuſtodiri, ut in qualibet Eccleſia Parochiali fiat Tabernaculum, cum clauſura decens & honeſtum, ſecundum curæ magnitudinem & Eccleſiæ facultates, in quo ipſum Dominicum corpus non in burſa vel loculo propter comminutionis periculum, nullatenus collocetur, ſed in pixide pulcherrima lino candidiſſimo interius adornata; ita quod ſine omni diminutionis periculo facilè poſſit extrahi & imponi. Quod quidem venerabile Sacramentum omni die Dominica Præcipimus innovari. Sacerdotes autem in cuſtodia Euchariſtiæ negligentes puniri Præcipimus ſecundùm regulam Concilii generalis; & gravius, ſi in negligentia perſeverent.

249. Statuimus etiam, ut Sacramentum Euchariſtiæ circumferatur cum debita reverentia ad ægrotos, Sacerdote ſaltem induto Superpellicio, gerente Orarium cum lumine prævio in lucerna cum Campana, ut populus ad reverentiam debitam excitetur, qui ad proſternendum ſe, vel adorandum ſaltem humiliter informetur Sacerdotali prudentia, ubicunque Regem Gloriæ ſub panis latibulo evenerit deportari; & de hoc Archidiaconi in ſuorum remiſſionem peccaminum ſint ſoliciti. Et quos circa hoc negligentes invenerint, diſciplina rigida caſtigent.

Majores Excommunicationes quatuor Dominicis hic annotatis promulgentur.

251. PRæcipimus, quòd ſententiæ majoris Excommunicationis promulgentur in Eccleſiis quater in anno, videlicet die Dominica proxima poſt feſtum Sancti *Michaelis*, in medio Quadrageſimæ, & in feſto S. Trinitatis, & die Dominica proxima poſt feſtum Sancti *Petri* ad vincula, candelis accenſis & pulſatis campanis cum Cruce, & aliis ſolennitatibus, prout decet.

De Exequiis Epiſcoporum.

230. SAnctum & ſalubre eſſe novimus pro Defunctis deprecari, pro illis præcipuè, qui pervigilant rationem pro aliis reddituri; quibus cæteri lege Gratitudinis fortius aſtringuntur. Quocirca Statuimus, ut pro ſingulis Epiſcopis *Cantuarienſis* Provinciæ decedentibus, reſidui Confratres ſuperſtites ſolenne faciant Officium Defunctorum, non ſolùm in Capellis ſuis ſingulis, ſed etiam in Eccleſiis, cum poſt deceſſum alicujus vel aliquorum Epiſcoporum hujuſmodi recenter in Concilio, vel aliàs pro utilitate Eccleſiæ pariter congregantur. Præcipientes inſuper & in virtute Obedientiæ firmiter injungentes, ut ſinguli Sacerdotes, tam ſeculares quàm Religioſi, dicant ſingulas Miſſas, cum de Diœceſani obitu eis fuerit veritas intimata, pro ipſius Anima à peccati maculis expiendâ. Rogamus inſuper Sacerdotes exemptos Religioſos; &, ſiqui ſint, etiam ſæculares, ut Ordinationem iſtam, ſalvis in aliis Exemptionis ſuæ Privilegiis, gratis ſuſcipiant; vel eam ſaltem auctoritate propriâ ſibi conſtituant obſervandam: ſciturí quòd grati erimus Gratiæ, & dolebimus, ſi quos invenerimus de ingratis. A. D. 1279

Quod autem ſuperfacere decreverint Exempti, Nobis in Congregatione noſtra proxima ſtudeant intimare.

Item cum ſalubriter ſit ſtatutum, ut Prælati Indulgentiis concedendis XL. dierum numerum non excedant, nè Claves Eccleſiæ contemnantur, quibus cum theſaurus myſticus committatur diſpenſandus, caveant alii quicunque, nè per multiplicatas Indulgentias Prælatorum gratiâ ſibi perquiſitas dedecus faciant Prælatis Eccleſiæ ſupra ipſos in ſuis prædicationibus Indulgentias effundendo, nè qui Clavibus habent ſubjici, eas faciant vilipendi. 336.

Item pro Miſericordia *Jeſu Chriſti* ſtudeant Fratres & Sanctimoniales, ut pudicitia rigida conſervetur, puniendo ſollicitatores & corruptores earum, & eas à perendinationibus in Parentum ſeu Amicorum ſuorum domibus compeſcendo. Inhibemus etiam viris Eccleſiaſticis cohabitationem in earum Monaſteriis, necnon fœminis ſæcularibus.

Item Clerici pro ſuis criminibus detenti, à publica poteſtate, & tandem pro convictis Eccleſiæ reſtituti, non faciliter liberentur, nec perfunctoriè pro eis Purgatio admittatur, ſed cum omni juris ſolennitate, & tam provida maturitate, ut oculos meritò offendere non debeat Regiæ Majeſtatis, ſeu quorumlibet aliorum quos exagitat ſtudium æquitatis. 313.

Item Præcipimus, ut in proxima Congregatione noſtra, tempore Parliamenti proximi, poſt feſtum Sancti *Michaelis* ad tres hebdomadas per Dei Gratiam futurum, præter perſonas Epiſcoporum & Procuratores abſentium veniant duo electi ad minus à Clero Epiſcopatuum ſingulorum, qui auctoritatem habeant una Nobiſcum tractare de his quæ Eccleſiæ communi utilitati expediunt *Anglicanæ*, etiamſi de conturbatione aliqua, vel expenſis oporteat fieri mentionem.

De Criſcentibus in ſacris locis.

CÆterum advertentes quòd Sacra ſunt, & Religioſa, quæ Sacris & Religioſis adhærent, quòdque Laicis diſponendi de Sacris, & Eccleſiaſticis nulla ſit in Jure attributa poteſtas, ſed cuilibet incumbit neceſſitas obſequendi: Auctoritate Sacrorum Canonum in hac parte ſuffulti Prohibemus, omnibus Parochianis Noſtræ Provinciæ, ne de herbis, vel arboribus, ſeu radicibus creſcentibus in dedicatis Cœmeteriis vel aliis locis Sacris quicquam diſponant ſuo nomine quoviſmodo: ſed ſint, ſicut eſſe debent de Jure, arbores prædictæ in diſpoſitione & ordinatione Rectorum Eccleſiarum & Capellarum hujuſmodi, quorum diſpoſitioni Eccleſiæ ſingulæ, & earum obventiones omnimodo conceduntur, quibus ſi abuſi fuerint dicti Rectores, & arbores, & hujuſmodi creſcentes in Cœmeteriis (quæ quidem arbores, Cœmeteria ipſa, & loca, juxta Eccleſias & Capellas, ubi Plantatæ fuerint, non modicum condecorant) abſque ſufficienti cauſa & rationabili deturpaverint, ſeu radicibus extirpaverint; ſciant ſe pro conſumptione hujuſmodi pro modo & qualitate delicti per Nos & ſucceſſores Noſtros tanquam 96.

A. D. 1281

quam Jurium & libertatum Ecclesiæ violatores Canonicè puniendos.

Incipiunt Constitutiones Fratris Johannis Peccham Cantuariensis *Archiepiscopi apud* Lambeth *editæ Anno Domini* 1281. *& Regni Regis* Edwardi *primi* 9. Martino 2do, *Alias quarto, Pontifice Maximo.*

AB Exordio nascentis Ecclesiæ Christianæ Orthodoxi Patres retroactis temporibus errorum Laqueis, morum corruptionibus, adversitatum molestiis, consiliorum tractatibus obviaverunt: in eis siquidem sapientes se mutuo exacuunt, & congregati Sancti Viri, Christi Domini sensum & consilium impetrantes, faciliter impetrant, qui se spondet talibus sui nominis honorem zelantibus † remedium affuturum. Sanctorum igitur Patrum vestigiis inhærentes, Jurisque Auctoritate compulsi, ac necessitate multiplici Ecclesiæ perurgente: Nos Frater *Johannes* permissione Divina *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, præsentibus cupientes incommodis obviare: sperantes, quod Christi patrocinante gratia, ad hoc nos posse proficere cum Fratrum ac Episcoporum nostrorum, ac cæterorum Nostræ Provinciæ Prælatorum assistentia efficaci, de prudentum virorum consilio hoc Sacrum Concilium Mandavimus convocari. Intendentes, prævia Sancti Spiritus gratia, opere Nostro & consilio transgressores Canonum corrigere: Quædam etiam olim salubriter edita, non tamen Sacris utentium moribus approbata, recensita stabilire: contra novellas quasdam tergiversationes aliàs transgressiones, quas in fumo sulphureo non cessat abyssi puteus exhalare, novis quibusdam remediis occurrere ut valemus: in quibus ob detractorum dentes minime formidamus. Quoniam, etsi res divinæ tanquam perfectissimæ in certis consistant finibus, humani tamen Juris conatus in infinitum decurrere cogit necessitas: quocirca Juris contemptum aut Canonum immane esse piaculum utriusque docet pagina Testamenti. Decretis tunc Apostolicis, & Conciliorum diffinitionibus obsistentes à Sanctæ Matris Ecclesiæ meritis sint præcisi, utpote quos Rhomphæa *Mosaica* plectit sententia capitali: & sapientia incarnata illos qui Ecclesiam non audiunt Ethnicis & Publicanis similes esse differit, ac contemptum Auctoritatis Apostolicæ in contemptum Patris omnium redundare. Quippe quos legum suarum *Petrus* ligat vinculis in summi & cœlestis Imperatoris palatio sunt ligati. Econtra tamen quosdam frivolè de Christianæ nominis titulo gloriantes, tam Clericos quam Laicos quotidianis angustiis experimur jugum Canonum abjicere, & Apostolicas Sanctiones arrogantia diabolica conculcare, illius glorioſi Martyris *Thomæ* Patriarchæ nostri immemores, qui pro hujusmodi Juribus defendendis se murum opposuit, pro ipsis primum sustinens exilium, & postea passionem. *Lateranensis* ergo Concilii Auctoritate præmoniti faciemus Regulas Canonicas recitari. Et quia *Lugdunense* Concilium ultimò celebratum eo enormius quo recentius infringitur: nequis possit se de temeritate hujusmodi per ignorantiam excusare, ipsum Volumus in Principio recenseri: ut non solum omnibus innotescat, verum etiam si quid in ipso videbatur intolerabile illius consuetudini Regionis, quæ in multis ab omnibus aliis est distincta, contra illud temperamentum Apostolicæ Clementiæ humiliter imploretur: quoniam Sacro testante Eloquio, melior est Obedientia quam victima, & quasi peccatum Hariolandi est repugnare, & quasi zelus est Idololatriæ nolle acquiescere: hanc enim inobedientiam credimus esse causam mutationis miserabilis utriusque parietis Ecclesiæ *Anglicanæ*. Secundò Constitutiones Sanctæ Memoriæ Domini *Othoboni* eò faciemus legi reverentius, quò ipse in eisdem Statutis suis hoc mandavit fieri per annos singulos ab Archiepiscopis & Episcopis in Synodis suis de verbo ad verbum: postea ad honorem Apostolicum sublimatus. Tertiò verò recitari volumus Concilium de *Lambeth*. Quod Sanctæ Memoriæ prædecessor noster *Bonifacius*, cum Fratribus & Coepiscopis sui temporis, noscitur salubriter edidisse: ut contra ipsum, quod dicitur fuisse Appellatione suspensum, qualiter procedi debeat, videatur. Ultimò verò adjiciemus quæ nobis videntur necessariò ordinanda.

† *MS. Medium.*

De Custodia Eucharistiæ.

ALtissimus de terra assumpti corporis creavit humani generis medicinam, in septem vasculis repositam: quæ sunt septem Ecclesiæ Sacramenta, quæ à plerisque nec cum condigna tractari reverentia, nec cum condigna vel debita diligentia dispensari fide didicimus oculata. In his igitur præsens correctio sumat exordium, & præcipue circa corporis & sanguinis Domini Sacramentum: quod est Sacramentum & Sacramenti Sacrificium: Sanctificans manducantes & Sacrificium Oblatione sua universis tam vivis quam defunctis proficiens: pro quorum suffragiis immolatur. Multos igitur esse numero, & paucos merito, Domini Sacerdotes quotidianis scandalis experimur. Inter quorum damnabiles accidias hanc plangimus præcipuè: quod ad hoc Eucharistiæ Sacramentum se irreverentes exhibent supra modum: & quod execratis linguis conficiunt, contemptibiliter custodiunt & reponunt: & ipsum tanto tempore negligunt immutatum, donec corrumpitur species continens: ut salutis Auctor, qui infinito amore se in viaticum dedit Ecclesiæ pro tantæ irreverentiæ injuria meritò offendatur. In cujus discriminis remedium Statuimus, ut quilibet Sacerdos, quem Canonica necessitas non excusat, conficiat omni Hebdomada saltem semel: & in qualibet Ecclesia Parochiali fiat Tabernaculum cum clausura decens, & honestum, secundum curæ magnitudinem & Ecclesiæ facultates: in quo Corpus Domini in pyxide pulcherrima, in lineis integumentis, sed quàm tenuis in loculo propter confractionis devitandæ periculum, collocetur: quod in omni Dominica præcipimus renovari. In elevatione verò illius Corporis Christi pulsentur campanæ in uno latere: ut populares, quibus celebrationi Missarum non vacat quotidiè interesse, ubicunque fuerint, seu in agris, seu in domibus, flectant genua, indulgentias concessas à plurimis Episcopis habituri. 231. *Servanda in elevatione Corporis Christi.*

Sacerdotes autem in custodia Eucharistiæ negligentes puniri præcipimus secundum Concilium Generale, & *c. Statuimus*, & gravius, si in negligentia perseverent. Circa deportationem verò ipsius Eucharistiæ ad ægrotos serventur honestas aliàs & alibi constituta. 248. *De administratione.*

Attendant insuper Sacerdotes quod cum Communionem Sacram porrigunt simplicibus Paschali tempore vel alio, solicite eos instruant sub panis specie eis simul dari Corpus & sanguinem Domini: immo Christum integrum, vivum, & verum, qui totus est sub specie Sacramenti: doceant etiam eosdem illud quod ipsis eisdem temporibus præstatur Sacramentum non esse, sed vinum purum eis hauriendum, ut facilius Sacramentum gluttiant quod esperunt. Solis enim celebrantibus sanguinem sub specie vini consecrati sumere 8. *De traditione Laicorum.*

mere in hujusmodi minoribus Ecclesiis est concessum.

Corpus Christi qualiter est manducandum.

Instruant etiam eosdem sumptum ore Sacramentum non nimis dentibus comminuere, sed tritum modicè forbere perfectè: ne aliquam particulam eveniat in dentium interstitiis vel alibi remanere.

232. Parochiales vero Sacerdotes caveant diligenter ut alicui non dent corpus Domini, nisi prius constet eis ipsum fuisse confessum Testimonio, vel Judicio fide digno: & hujusmodi certificationis onus ipsius susceptoris imponimus Sacramento, qui habet ea quæ saluti suæ sunt necessaria procurare. Nullus etiam Sacram Communionem præbeat Parochiano alterius Sacerdotis sine ipsius licentia manifesta: quam Ordinationem non intendimus ad peregrinantes extendere, nec necessitatis casui derogare.

De Annalibus seu Anniversariis.

228. SAcerdotes insuper caveant universi, ne Missarum peculiarium seu familiarium se celebrationi obligent, quo minus valeant Canonico Officio commissam sibi Officiare Ecclesiam, ut tenentur. Nec præsumat aliquis Annalia celebrare, vel celebranda suscipere, nisi pro Defuncto celebret quotidiè, vel procuret specialiter celebrari. Nullus insuper plura suscipiat Annalia celebranda quam habet socios Sacerdotes, illo casu excepto, in quo is, qui procurat suffragia fieri pro Defuncto, consentit expresse Defuncti memoriam in Missa alii vel aliis copulari. Nec credat celebrans se dicendo Missam unam posse satisfacere pro duobus, pro quorum utroque specialiter & in solidum promisit celebrare. Licet enim dicat capitulum, quod nihil minus accipitur cum Missa una pro cunctis dicitur, quam si pro uno quolibet ipsorum diceretur: loquitur tamen de his Missis quæ anxiato corde dicuntur. Absit enim ne à quoquam Catholico credatur intensivè tantum proficere Missam unam devotè celebratam pro mille hominibus pro quibus forsitan dicitur, quam si pro eis mille Missæ devotione consimili canerentur. Licet enim ipsum Sacrificium, quod est Christus, infinitæ sit virtutis: non tamen in Sacramento vel Sacrificio in suæ immensitatis summa plenitudine operatur. Alioquin pro uno mortuo nunquam oporteret Missam dicere nisi unam. Operatur enim in hujusmodi ministeriis distributione certa suæ plenitudinis, quam ipse eisdem lege infallibili alligat illos, qui pro Annalibus seu Anniversariis celebrandis stipendia receperunt: nisi ex certa malitia vel Accidia faciunt ut tenentur, Monemus ut omissa suppleant, & ad plenum satisfaciant in futurum: & quandocunq; id non fecerint, fructus taliter perceptorum pro animabus illorum qui eis talia contulerunt erogantur pauperibus. At si utrumque istorum sponte neglexerint, sicut fraudatores fidelium ab Ordinariis suis asperè corrigantur.

Vide c. non mediocriter. de cons. di. 5.

De Sacramento Baptismi.

244. CIrca Sacramentum Baptismi quosdam comperimus deliquisse. Cum enim periclitantibus parvulis in necessitatis inevitabili articulo quibuscunque Laicis vel mulieribus sit concessum in casibus hujusmodi periclitantes taliter Baptizare: & hujusmodi Baptismum constet ad salutem sufficere, si forma debita teneatur, nec debeant taliter Baptizati iterum Baptizari: quidam tamen stolidi Sacerdotes sic Baptizatos parvulos non sine Sacramenti injuria rebaptizant: quod ne de cætero fiat inhibemus: sed super sic Baptizatis dicatur Exorcismus & Catechismus propter reverentiam Ecclesiæ taliter statuentis. Forma autem Sacramenti in vulgari lingua consistit, & non solum in significatis, verum etiam in ordine eorundem quo ipsum Sacramentum est divinitus institutum: quo Christus illis verbis, & taliter ordinatis, ut sunt in lingua *Latina*, regenerativam contulit potestatem. Dicatur ergo sic taliter Baptizantibus, *Ich cristine the in the name ye Fadere &c.* vel aliter in lingua materna secundum consuetudinem patriæ: vel in *Gallico* sic, *Ie te Baptize en nom du Pere, du Filz, & du saint Esprit, Amen.* Quod si sacerdos rationabiliter dubitet an parvulus in forma debita sit Baptizatus, tenens modum Decretalis in Exorcismo & Catechismo dicat, *Si non es Baptizatus, ego te Baptizo in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti, Amen.* Attendant autem Sacerdotes, ne lasciva nomina, quæ mox prolata sonant in lasciviam, imponi permittant parvulis Baptizatis, sexus præcipuè fœminini: & si fiat contrarium, per confirmantes Episcopos corrigatur.

A. D. 1281

Baptismi forma secundum Anglicos.

De Sacramento Confirmationis.

40. COnfirmationis insuper Sacramentum multi negligunt temerariè, quia desunt forsan ad talia vigiles hortatores, adeo ut plures, immo innumeri sint inveterati dierum malorum, qui nondum confirmationis gratiam receperunt: cui negligentiæ damnabili obviantes, Statuimus, ut nullus ad Sacramentum Corporis & Sanguinis Dominici admittatur extra mortis articulum, nisi fuerit confirmatus, vel nisi à receptione Confirmationis fuerit rationabiliter impeditus.

Ne quinque Ordines simul conferantur.

309. CUm, secundùm Doctores Catholicos, militia Clericalis septem muniatur Ordinibus, singulorum Characteribus in Anima consignatis, per singulos recipiens augmentum gratiæ, nisi Ordinati fiebè ordinem suscipiunt, seu crimine fuerint irretiti, expedit plurimum ipsos Ordines minimè suscipere inculcatos: quoniam inculcatio reverentiâ minuit, & Gratiam per consequens, quæ per irreverentiam repercutitur ab ingratis. Contra Dignitatem igitur tam Reverendissimi Sacramenti esse dignoscitur, quinque, vel quatuor S. Ordines non sacros cum uno sacro alicui uni homini exhibere. Unde in nonnullis aliis Provinciis quatuor minores Ordines non simul faciliter conferuntur, ut ascendentes Clerici ad Christi mysteria quasi Canticum graduum concinentes, cum probati fuerint in minoribus Officiis, demum gradatim proficiant ad majora. Quia igitur in singulis Ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ honesta sunt, tenemur eligere, & ea tanquam fasciculum in *Anglorum* mentes colligare, Præcipimus, ut Episcopi in his sequantur Canonicas Sanctiones: minores etiam Ordines, quando id fieri potest, bono modo pro Sacramenti reverentia seu necessitate dentur, saltem aliquoties combinati. Et recipientes eos seu simul, seu sigillatim, in vulgari lingua publicè instruantur de distinctione Ordinum, Officiorum, & Characterum, ac de profectu Gratiæ, quæ in singulis Ordinibus Continetur, & dignè accedentibus augmentatur.

Ordines sunt septem.

De Confessionibus.

337. SAcramentum Pœnitentiæ naufragantibus remedium singulare, per quorundam simplicium insipientiam Sacerdotum debito caret effectu; & qui credunt à fluctibus se eruere, pernicioſius in damnationis pelagus demerguntur, dum de facto absolvunt plures, quos de Jure absolvere nequeunt: *vivificantes* (ut ait Propheta) *propter pugillum hordei & fragmentum panis animas quæ non vivunt*, utpote absolventes de facto Excommunicatos à Jure, & præcipuè ab *Oxoniensi* Concilio, propter læsionem seu perturbationem Ecclesiasticæ libertatis, vel propter consimilia scelera in eodem Concilio simili pœna damnata, seu Decimas, vel alia Jura

A. D. 1281 Ecclesiastica detinentes. Quibus obsistentes ut seductoribus Animarum, & pulvillos consuentibus sub cubitis reproborum, omnibus *Cantuariensis* Provinciæ Confessoribus sub Nobis & Coepiscopis nostris constitutis districtius Inhibemus, nè de cætero audeant manus extendere ad seducendos hujusmodi per absolutionis fœneculum; quòd novimus sine satisfactione debita, & speciali commissione Archiepiscopi, & Episcopi non tenere, dum sunt in suis sceleribus pertinaces: existimantes nihilominus hujusmodi non tam Confessores, quàm fovearum Diaboli Confossores peccare gravissimè, cum convincantur saltem tacitè eorum sceleribus consentire, & scelerosos in sua perfidia confortare. Unde caveant ipsi nè in eodem cum talibus Excommunicatis laqueo involvantur.

Cum insuper Nos dudum pluralitatem Beneficiorum sacrilegè usurpatam cohibere volentes, Inhibuerimus sub pœna Excommunicationis, nè quis de facto ad tales in suis furtis & Sacrilegiis contumaces manus extendat absolvendos: quidam tamen Sacerdotes potius *Baal* quam Domini contrarium facere præsumpserunt, occidentes Animas Christi sanguine redemptas, & enervantes Ecclesiasticam disciplinam. Illos igitur quasi vulpes demolientes vineas Domini veraciter reputantes, sub pristina districtione Præcipimus iteratò, quatenus à talibus absolvendis de cætero abstineant, & eos ad renunciandum Beneficiis obtentis illicitè vel retentis sollicitè inducant. Alioquin sciant certissimè se Divinæ maledictionis fulgure feriendos.

311. Sunt præterea nonnulli, qui prætextu quorundam Privilegiorum generalium à Sede Apostolica obtentorum contra intentionem Apostolicam, spretâ auctoritate Pontificali, ipsorum Pontificum irrequisito beneplacito & assensu, ingerunt se subditorum eorundem Confessionibus audiendis. Quorum præsumptionem Volentes reprimere, ut tenemur, Prohibemus sub pœna Excommunicationis, nè quis de cætero absque licentia Episcopali expressa, vel probabiliter præsumpta Confessiones suorum audiat subditorum, nisi in audiendis Confessionibus à Jurisdictione Ordinaria, Diœcesana, & Metropolitana, expresso tenore sui Privilegii, sit exemptus. Et si qui contrarium facere præsumpserint, procedatur contra eos, sicut contra Privilegiorum temerarios præsumptores, aliàs abusores.

De Pœnitentia solenni.

339. CUm juxta Sacros Canones peccata majora, ut Homicidia, Incestus, & similia, quæ vulgatissima suo scandalo totam commovent Civitatem, sint solenni Pœnitentia castiganda: quorundam tamen negligentiâ agente, hujusmodi Pœnitentia videtur quasi in Oblivionem tradita, & crevisse per consequens audacia hujusmodi perhorrenda facinora & flagitia perpetrandi. Quocirca Præcipimus, ut hujusmodi Pœnitentia solennis de cætero imponatur secundum Canonicas Sanctiones. Absolutionem autem ab Homicidio voluntario, tam publico quàm occulto, solùm Episcopis extra necessitatis articulum reservamus: per quod minorum intendimus refrænare audaciam, & non majorum reverentiæ in aliquo derogare.

Homicide à quo sunt absolvendi.

De uno Confessore in quolibet Decanatu constituendo.

340. LIcet à Sanctis Patribus jampridem provide fuerit ordinatum, ut in quolibet Decanatu unus sit Rector, vel Vicarius, literaturâ sufficienter illustratus, gratiâ famâque laudabili insignitus, ad Confessiones Rectorum, Vicariorum, aliorumque etiam Sacerdotum, ac Ministrorum Ecclesiæ audiendas, Pœnitentiasque injungendas, ut sit mare fusile in Templi typici Sacramenta. Hoc tamen hactenus non fuit Cleri moribus approbatum, non sine multis Dei injuriis, in Sacramentorum ministrationibus, ac Missarum celebrationibus, quæ cruciationes potius dicerentur. Ordinationem igitur prædictam à dissuetudine revocantes, Præcipimus, ut ipsa de cætero inviolabiliter observetur. Ex hoc inhibere minimè intendentes, quin possint prædicti, si voluerint, ad aliquos communes Pœnitentiarios (dum tamen id constet) pro Sacramento Pœnitentiæ convolare.

De Informatione Parochianorum.

1. IGnorantia Sacerdotum populum præcipitat in foveam erroris, & Clericorum stultitia vel rudibus, qui de fide Catholica mentes fidelium instruere jubentur, magis aliquando ad errorem proficit, quàm ad doctrinam. Quidam etiam cæci non semper loca visitant, quæ magis conflat veritatis lumine indigere, testante Prophetâ qui ait, quòd *Parvuli petierunt panem, nec erat qui frangeret*: & alio clamante, *quia egeni & pauperes quærunt aquas, lingua eorum sitî aruit.*

54. In quorum remedium discriminum statuendo Præcipimus, ut quilibet Sacerdos plebi præsidens quater in anno, hoc est, semel in qualibet quarta anni, unâ die solenni vel pluribus, per se vel per alium, exponat populo vulgariter absque cujusliber subtilitatis textura sintaftica xiiii. Fidei Articulos; x. Mandata Decalogi; duo Præcepta Evangelii, s. geminæ Charitatis; & vii. etiam Opera Misericordiæ; vii. Capitalia Peccata, cum suâ progenie; vii. Virtutes Principales; ac etiam vii. Gratiæ Sacramenta.

Articuli fidei, et multa alia sunt populo prædicanda.

28. Et nè quis à prædictis per ignorantiam se excuset, quæ tamen omnes Ministri Ecclesiæ scire tenentur, ea perstringimus summaria brevitate. Sciendum est igitur vii. esse Fidei Articulos pertinentes ad mysterium Trinitatis, quorum quatuor pertinent ad Deitatis intrinseca, tres verò ad effectus. Primus est, Unitas Divinæ Essentiæ in trium Personarum indivisibili Trinitate, juxta illud, *Credo in unum Deum.* Secundus est, Patrem credere ingenitum esse Deum. Tertius est, Filium credere unigenitum Dei esse Deum. Quartus est, credere Spiritum Sanctum nec genitum, nec ingenitum esse Deum, sed à Patre & Filio pariter procedentem. Quintus est, quòd Creatio Cœli & Terræ, hoc est, omnis visibilis & invisibilis Creaturæ, est à tota indivisibili Trinitate. Sextus est, Sanctificatio Ecclesiæ per Spiritum Sanctum, & Gratiæ Sacramenta, & cætera omnia in quibus communicat Ecclesia Christiana. In quo intelligitur, quòd Ecclesia cum suis Sacramentis & Legibus per Spiritum Sanctum omni homini, quantumcunque peccatori, sufficit ad salutem, & quòd extra Ecclesiam non est salus. Septimus est, consummatio Ecclesiæ per gloriam æternam, in anima & in carne veraciter resuscitandæ: Et per oppositum intelligitur æterna damnatio reproborum.

Articuli septem pertinent ad Christi humanitatem.

Item septem alii pertinent ad Christi Humanitatem. Primus est Incarnatio, seu vera carnis assumptio ex sola per Spiritum Sanctum Virgine Gloriosâ. Secundus est vera Incarnati Dei Nativitas ex Virgine incorrupta. Tertius est vera Christi Passio, & Mors in Cruce sub *Pilati* Tyrannide. Quartus est Descensio Dei ad inferos in Anima, quiescente corpore in sepulchro, ad spoliationem Tartari. Quintus est vera Dei Resurrectio. Sextus est vera ipsius ad Cœlos Ascensio. Septimus est ipsius venturi ad Judicium certissima expectatio.

54. Item decem Mandata Veteris Testamenti, quorum tria ordinantur ad Deum, quæ dicuntur Mandata Primæ Tabulæ: Septem verò ad Proximum, quæ dicuntur Secundæ Tabulæ Mandata. In primo prohibetur omnis

Præcepta Dei sunt decem.

Idololа-

Idololatria, cum dicitur, *Non habebis Deos alienos coram Me*: in quo prohibentur implicitè omnia Sortilegia, & omnes Incantationes cum superstitionibus Characterum, & hujusmodi figmentorum. In secundo, cum dicitur, *Non assumes nomen Dei in vanum*, prohibetur principaliter Hæresis universa, & secundariò, omnis Blasphemia, irreverens Dei nominatio, præcipuè in Perjurio. In tertio, cum dicitur, *Memento ut Sabbata Sanctifices*; præcipitur cultus Religionis Christianæ, ad quem indifferenter Clerici & Laici tenentur. Ubi etiam sciendum est, quòd obligatio ad feriandum in Sabbato legali secundum formam Veteris Testamenti expiravit omnino, cum cæteris in lege cæremoniis: & successit in Novo Testamento modus vacandi cultui Divino diebus Dominicis, & cæteris diebus solemnibus ad hoc auctoritate Ecclesiæ deputatis. Quibus diebus vacandi modus non est sumendus à substitutione *Judaica*, sed à Canonicis Institutis.

57. Primum Secundæ Tabulæ est, *Patrem & Matrem* explicitè, principaliter, & specialiter *honorare*: implicitè autem, & secundariò, omnis homo pro sui gradûs merito ex eodem Mandato intelligitur honorandus. In hoc autem Mandato non solùm intelligitur Pater & Mater carnaliter, verùm etiam spiritualiter: ut Pater sit Prælatus Ecclesiæ mediatus vel immediatus; Mater autem Ecclesia, cujus filii sunt filii Catholici universi. Secundum est, *Non occides*. In quo explicitè inhibetur illicita personæ interemptio, commissa verbo, opere, vel favore: implicitè verò personæ injusta læsio inhibetur. Spiritualiter autem occidunt, qui detrahunt, vel qui Innocentes opprimunt vel offendunt. Tertium est, *Non mœchaberis*. In quo explicitè inhibetur Adulterium, & implicitè Fornicatio, quæ explicitè prohibetur *in Deutero. xiiii.* ubi dicitur, *non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel*. Inhibetur etiam in eodem Mandato omnis commixtio viri & mulieris, quam bona Matrimonii non excusent. Omnis etiam voluntaria pollutio prohibetur, quocunque modo studiosè vel voluntariè procurata. Quartum est, *Non furtum facies*. In quo explicitè prohibetur clandestina detractio rei alienæ invito Domino: implicitè verò omnis injuriosa, seu per fraudem, seu per usuram, seu per violentiam, seu per metum, rei usurpatio alienæ. Quintum Mandatum est, *Non loqueris contra proximum tuum falsum Testimonium*. In quo explicitè prohibetur falsa testificatio ad indignum contra merita promovendum. In hoc etiam Mandato omne Mendacium, sed perniciosum præcipuè, condemnatur. Sextum Mandatum est, *Non concupisces bonum proximi tui*: supple, *cum ejus injuria*. In quo Mandato implicitè inhibetur cupiditas possessionis immobilis, Catholici cujuscunque præcipuè. Septimum Mandatum est, *Non desiderabis uxorem proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt*. In quibus verbis omnis cupiditas possessionis rei alienæ quantum ad res mobiles condemnatur.

58. His autem decem Mandatis duo superaddit Evangelium: dilectionem sc. Dei & Proximi. Deum diligit, qui Dicta Mandata ex amore, non timore pœnæ, principaliter custodit. Proximum autem debet quilibet diligere, ficut semetipsum. Ubi hæc conjunctio (*sicut*) non dicit æqualitatem, sed conformitatem, ut videlicet diligas Proximum tuum ad quod teipsum, hoc est, ad bonum, non ad malum; & quomodo teipsum, hoc est, spiritualiter, non carnaliter, secundùm quod carnalitas dicit vitium. Item quantum teipsum, hoc est, in prosperitate & adversitate, sanitate & infirmitate. Item quantum teipsum respectu temporalium, pro tanto; ut plus diligas omnem hominem & singulum, quam omnem affluentiam temporalium. Item sicut teipsum, pro tanto, ut plus diligas proximi tui Animam, seu Animæ salutem æternam, quàm tuam vitam propriam temporalem: sicut Animæ tuæ vitam debes vitæ tuæ carnis præponere. Item qualiter teipsum, ut videlicet omni alii in necessitate subvenias, sicut tibi velles in necessitate consimili subveniri: & hæc omnia intelliguntur cum dicitur, *diliges proximum tuum sicut teipsum*. A. D. 1281

59. Sex autem Opera Misericordiæ ex *Matthæi* Evangelio patefiunt, quæ sunt, *Pascere famelicum*, hoc est, *famem habentem*; *potare sitibundum*; *hospitio recipere peregrinum*; *vestire nudum*; *visitare infirmum*; *consolari carcerem manentem*. Septimam verò ex *Tobia* colligitur, quod est, *sepelire mortuorum corpora*. 60. *Misericordiæ opera quæ et quot sunt.*

Septem verò Peccata Mortalia sunt, *Superbia, Invidia, &c.* Et est *Superbia* amor excellentiæ propriæ: de qua oriuntur Jactantia, Ostentatio, Hypocrisis, Schismata, & similia. *Invidia* verò est odium felicitatis alienæ: de qua oriuntur Detractio, Verberatio, Murmuratio, Dissensio, perversa Judicia, & similia. *Ira* est appetitus vindictæ & nocumenti inferendi alicui, quæ cum perseverat in corde fit Odium: de quo oriuntur Persecutiones verborum & factorum, Plagæ, Homicidia, & similia. *Acedia* est tædium boni Spiritualis, ex quo homo nec in Deo, nec in Divinis laudibus delectatur: ex qua sequuntur Ignorantia, Pusillanimitas, Desperatio, & similia. *Avaritia* est immoderatus amor habendi, mobilia vel immobilia substantiæ illicitè acquirendo, vel illicitè retinendo: ex qua oriuntur Fraus, Furtum, Sacrilegium, & omne turpe Lucrum, & similia. *Gula* est immoderatus amor delectationis secundum gustum in cibo & in potu. In qua quidem tripliciter peccatur. Primò in tempore, quando comeditur nimis grandè & nimis tardè aut nimis assiduè: aut in qualitate, quando quæruntur cibaria opipara, nimis delicata: vel in quantitate, scil. quando nimis comeditur aut bibitur, quod est vilissimum genus Gulæ; & est nimium in cibo & potu, quod cor aggravat, & impedit sensum interiorem, aut exteriorem, seu quod lædit corporis sanitatem. Item in aviditate seu voracitate: & ultimò in curiosa & exquisita alimentorum præparatione pro Gulæ deliciis excitandis, quæ quinque continentur in hoc versu. *Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose*. *Luxuriam* verò non oportet notificare, cujus infamia ærem inficit universum. *Peccata mortalia sunt septem.*

61. Septem sunt Principales Virtutes, scilicet *Fides, Spes, Charitas*, quæ ad Deum ordinantur, ac idcirco Theologicæ appellantur; *Prudentia, Temperantia, Justitia, Fortitudo*; per quas homo ad seipsum & proximum ordinatur. Est autem actus Prudentiæ bonum eligere; actus Justitiæ recta facere; actus Temperantiæ non impediri deliciis; actus Fortitudinis non dimittere bonum agendum pro Angustiis vel molestiis quibuscunque. Et dicuntur hæ septem Virtutes Cardinales, hoc est, Principales, quia de istis septem plures aliæ sunt extractæ: de quibus, quia pro solis simplicibus laboramus, ad præsens amplius non tractamus. *Virtutes sunt septem.*

62. Septem etiam sunt Gratiæ Sacramenta, quorum dispensatores Ecclesiæ sunt Prælati, quorum Sacramentorum quinque debent recipi ab omnibus Christianis, utpote *Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia* suo tempore, & *Extrema Unctio*, quæ tantum illis dari debet, qui gravis infirmitatis indiciis videntur mortis appropinquasse periculo: veruntamen si fieri potest, detur dum fuerint compotes mentis & rationis. Et si contingat eos phrenesi, vel quacunque alienatione mentis laborare; si ante alienationem erant de sui salute solliciti, consulimus nihilominus eis hoc Sacramentum fiducialiter ministrari. Credimus enim, & *Sacramenta sunt septem.*

A. D. 1281 experimentis didicimus, quantumcunque phreneticò (si tamen sit Prædestinationis filius) illius susceptionem, vel ad habendum lucidum intervallum, vel ad Spirituale commodum, utpote ad augmentum gratiæ, profuturum. Sunt duo alia Sacramenta, sc. *Ordo* & *Matrimonium*; quorum primum perfectis convenit, secundum verò Novi Testamenti tempore solum convenit imperfectis; & tamen per ipsum ex vi Sacramenti credimus largiri gratiam, si sincero animo contrahatur.

De Sententiis Excommunicationum publicandis.

51. TEmporibus eisdem etiam Sententiæ publicentur à nostris ac nostrorum prædecessorum temporibus latè olim. Verbi gratiâ, Excommunicati sunt in *Oxoniensi* Concilio Ecclesias suo Jure privantes, & earum libertates per malitiam & contra justitiam infringere vel perturbare etiam contendentes: ubi tria genera hominum Excommunicationis vinculo innodantur, afferentes Ecclesiis sua Jura; infringentes Ecclesiasticas libertates; & similiter perturbantes eadem; quod non solùm intelligimus de generalibus libertatibus universalis Ecclesiæ, verùm etiam de Spiritualibus & Temporalibus. In quo illos Excommunicari intelligimus præcipuè, qui literis aut juribus Curiæ Laicalis Ecclesiasticarum causarum processum impediunt: quæ ita ad Ecclesiam pertinere noscuntur, quòd nullatenus possunt vel consueverunt per Sæculare judicium terminari. Quod dicimus, non intendentes prædictas Sententias ad istos tantummodo coptare, nec turbationes Jurium Ecclesiasticorum alias approbantes, sed quia hujusmodi Dei & Ecclesiæ inimicos volumus rigore debito castigari.

Excommunicatio in varios male factores ferenda est.

Ex hujusmodi insuper Sententiæ Decreto Excommunicatos denunciari Præcipimus omnes illos, qui falso exceptionis titulo Episcopalem & Archiepiscopalem processum impediunt aut subterfugiunt disciplinam.

Item omnes illos, qui pacem & tranquillitatem Domini Regis & Regni injuriosè perturbare præsumunt.

Et qui Jura Domini Regis injustè detinere contendunt. Ex quo intelleximus non solùm excommunicare guerrarum susciantes errorem, verùm etiam latrones publicos omnes, pariter & prædones, & quoscunque justitiam Regni impugnantes temerè.

Item Excommunicantur omnes, qui scienter falsum Testimonium perhibent, vel perhibere procurant, vel qui tales testes scienter producunt, vel impedimentum justi Matrimonii, vel Exhæredationem alicujus hominis faciendum procurant.

Item Excommunicantur omnes Advocati, qui malitiosè per quascunque exceptiones verum Matrimonium impediunt, nè effectum debitum sortiatur: vel in quibuscunque causis, ut justus Ecclesiæ processus diutius suspendatur.

Item Excommunicantur omnes illi, qui gratiâ lucri, odii, vel favoris, malitiosè crimen imponunt alicui: cum apud bonos & graves non fuerit prius infamatus, ut sic ei Purgatio indicatur, vel alio modo gravetur.

Item Excommunicantur omnes illi, qui vacante Ecclesia malitiosè opponunt, vel opponi procurant quæstionem de Jure Patronatûs, ut verum Patronum à collatione illius Ecclesiæ saltem impediant illâ vice.

Item Excommunicantur omnes, qui malitiosè contemnunt exequi mandatum Domini Regis de Excommunicatis capiendis: vel eorum impediunt captionem; seu procurant eorum injustam deliberationem contra Decretum Ecclesiasticæ disciplinæ.

Item Excommunicantur omnes in Concilio sancto bonæ memoriæ *Othoboni* illi, qui pro impedimento pacis seu compositionis litigantium quicquam recipiunt, donec ipsum sic receptum restituerint donatori.

Item Excommunicantur per eundem, quicunque de domibus, maneriis, grangiis, vel locis aliis Archiepiscoporum, Episcoporum, vel aliarum Ecclesiasticarum Personarum, contra ipsorum voluntatem vel custodum rerum earundem aliquid auferunt, vel consumunt, vel injuriosè contrahunt: quâ Sententiâ ligantur, nec absolvi possunt, donec de injuria satisfecerint competenter.

Item Excommunicantur ab eodem, quicunque abstrahunt violenter reum ad Ecclesiam fugientem, vel Cœmeterium, vel Claustrum, vel qui ei victum necessarium prohibent exhiberi, vel qui res alienas in locis prædictis depositas violenter asportant, vel asportari faciunt, vel qui asportationem talem factam nomine suo vel à familiaribus suis ratam habent, vel qui ad hoc publicè vel occultè consilium præbuerint seu consensum.

Item Excommunicati sunt ab omnibus Archiepiscopis & Episcopis *Angliæ* omnes, qui veniunt aut faciunt contra Magnam Chartam, quæ Sententia per Sedem Apostolicam est pluries confirmata.

De hac autem publicatione inquirant Archidiaconi, & quoties Presbyteros invenerint prædictam moralem instructionem, seu præmissas Excommunicationis Sententias statutis temporibus populo minimè prædicâsse: toties eos arguant, & pœnâ Canonicâ castigando supplere compellant, quod temerè omiserunt.

De Hospitalitate tenenda.

PRæterea cùm Sacro testante eloquio, *Pastores sibi greges creditos pascere teneantur; ac os bovis triturantis non debeat alligari*: Statuimus, ut Rectores, qui in Ecclesiis suis non faciunt residentiam corporalem, nec habent Vicarios, per Oeconomos suos Hospitalitatis gratiam exhibeant, juxta quod sufficiant Ecclesiæ facultates; adeo ut saltem Parochianorum pauperum necessitati extremæ subveniatur. Et ut qui ibidem transeunt & prædicant verbum Dei, necessaria recipiant corpori alimenta: ne Ecclesiæ ipsorum inopiæ violentiâ à prædicantibus meritò deserantur. *Dignus est enim operarius mercede sua: nec quisquam tenetur propriis stipendiis militare.* 132. *Prædicatoribus subveniendum est.*

De Certificationibus Citationum faciendis.

QUidam Ruralium Decanorum in citationibus faciendis contra omnem juris ordinem de Luciferana versutia meritò diffamantur. Qui videlicet certificationem subdolam & vendunt pro præmiis filiis falsitatis, nullâ citatione ad notitiam Citati ante certificationem hujusmodi vel post eam aliquatenus veniente: unde frequenter evenit, ut Innocentes condemnentur. In cujus nequitiæ remedium Statuimus, quòd nulli tradatur vel concedatur Certificatorium, nisi in die solenni inter Missarum solennia in Ecclesia, ubi Citatus fovet larem, vel amplius conversatur, publicè recitetur: hoc adjuncto moderamine, ut Citatus sufficientes habeat inducias, ut die & loco sibi præfixis competenter valeat comparere; quem si aliquo casu tantum arctet, quòd dilationi locus non pateat, Citatione factâ publicè coram Testibus detur Certificatorium in Ecclesia, vel in aliquo loco publico coram Testibus fide dignis, ita quod dies Citationis & locus in ipso Certificatorio exprimantur. Et nullo modo fiet Certificatio ante Citationem factam; quod jurent fideliter Decani in Episcopali Synodo se omni Anno facturos. 86. *Citato sufficienti dari debet inducia.*

De falsis Procuratoriis non signandis.

PErhorrendam quorundam malitiam perpendimus accidisse, quòd aliquo possessore Ecclesiastici Beneficii 96.

ficii in remotis agente, aliquis doloſus ipſius adverſarius domum ejus, vel rem aliam contra inhibitionem Domini concupiſcens, ſpiritu *Satanico* ſe in lucis Angelum transfigurans, fingit mendaciter prædictum abſentem vocari coram Judicibus, & ſe ipſius procuratorem exiſtere, & vocari procurat abſentem ad cauſam ipſius in Judicio defendendam, prætendens falſum Procuratorium alicui Decano vel Superiori in hæc verba, quia ſigillum meum paucis eſt cognitum, peto ut ſigillum veſtræ auctoritatis huic meo Procuratorio apponatis: & ſic datâ mercede iniquitatis obtinet quod requiſiverat, demùm verò obtento falſo Procuratorio cum altero ſe ipſius fingente mendaciter adverſarium litem ingreditur: & in hac fraude procedens poſſeſſionem tandem nanciſcitur per Sententiam, vero Domino (cujus ſtatus de facto ſic ſubvertitur) penitus hoc ignorante. Volentes igitur tam deteſtandis fraudibus obviare, Inhibemus, ut nullus Decanus, ſeu Archidiaconus, vel ejus Officialis, ſeu etiam Officialis Epiſcopi ſigillum ſuum alicui Procuratorio apponere præſumat, niſi hoc ab eo petatur publice in Judicio, vel extra Judicium, ſi is qui Procuratorem conſtituit, & quem conſtat verum Dominum eſſe, præſens corporaliter hoc requirat, ut fraus quælibet excludatur. Quicunque vero Decanus, Archidiaconus, vel ejus Officialis, vel etiam Officialis Epiſcopi ex certa malitia contrarium fecerit, ſuſpendatur per triennium ab Officio advocandi, & inhabilis ſit ad Officium Eccleſiaſticum obtinendum. Quod ſi uxoratus, aut bigamus ſit, Excommunicationi ſubjaceat ipſo facto: eo, quod per talem Procuratorem actum fuerit vel Procuratum, modis omnibus pro infecto penitùs reputato. Procurator autem ipſe, totius falſitatis inventor, ab omni actu legitimo perpetuò repellatur. Et hi omnes nihilominus, ſi ſuper hoc convinci valeant, parti læſæ ad intereſſe & reſtituenda damna omnia teneantur.

Ne fiant clandeſtinæ Inquiſitiones pro præſentatis.

317. PEr Provinciam noſtram frequenter perpendimus juſtos Eccleſiaſticorum Beneficiorum poſſeſſores ſuis Beneficiis fraude Diabolica ſpoliari: dum nonnulli infernalis Regis falſitatibus aggravati, qui in ipſorum Beneficia oculos ambitionis infigunt, procurant ſe per Patronos ad eadem præſentari, & impetrantes clandeſtinas Inquiſitiones fieri per Decanos, vel alios, poſſeſſionem nanciſcuntur. Unde contingit de petitore perfido fieri poſſeſſorem: & de poſſeſſore vero fieri actorem, omni juſtitiâ reclamante. Nos autem cupientes à noſtra Provincia nequitiam funditùs extirpare, Statuimus, & perpetuò Ordinamus, ut nullus Decanus, ſive quivis Prælatus alius (exceptis perſonis Epiſcoporum, quorum hâc ordinatione auctoritas non arctatur) Inquiſitionem faciat de hujuſmodi præſentationis negotio, niſi in pleno loci Capitulo, eo, qui poſſeſſioni Eccleſiæ incumbit, vocato legitimè, ſub tanto temporis ſpatio, quo poſſit ſibi prudentium virorum conſilio proſpicere, & defenſioni ſtatus ſui ſufficienti remedio providere. Quicquid autem de cætero contra hanc Ordinationem noſtram fuerit attentatum, decernimus penitùs non tenere. Ad ſatisfaciendum nihilominus de damno omnimodo, quod idem poſſeſſor paſſus fuerit per Decanum, vel Prælatum alium taliter clandeſtinè inquirentem, præſentis ſanctione Concilii condemnantes, ambitioſum ipſum ab ipſo Beneficio ſic nequiter ambito excludentes perpetuo: & nihilominus eundem ab omni obtentu Eccleſiaſtici alterius Beneficii per triennium ſuſpendentes.

De Firmis non dandis.

332 VEndentes & ementes qui de Templo dudum cœpit ejicere, ſi cœpta penitùs perfeciſſet, non fraudarentur pauperes firmarum contractibus: quibus convertitur in Mammonam, quod eſt Chriſti viſceribus infundendum. Huic igitur peſti remedium apponentes, præcipimus firmiter obſervari, quod circa firmas in *Oxonienſi* Concilio ſalubriter eſt proviſum: ut videlicet Eccleſiæ ad firmam minimè tradantur niſi ex cauſis neceſſariis per ſuos Epiſcopos approbatis. Statuimus inſuper, ut nulli tradantur ad firmam, niſi perſonis Eccleſiaſticis, ſanctis & honeſtis, quas locorum Epiſcopi liberè valeant coercere. Proviſo etiam, ut Parochiæ pauperibus de firmis hujuſmodi pinguibus portio Juri conſona ſecundum arbitrium Epiſcopi aſſignetur, ſub Teſtimoniis quatuor fidelium Parochianorum eis fideliter eroganda. Et ut ab hujuſmodi firmis omnis contractus imaginarius ſubducatur, quia in perſonis Clericorum falſò ſuppoſitis, vel ſub nomine Bajulatus, Eccleſiæ ad firmam Laicis conceduntur, ſacro approbante Concilio, Ordinamus, ut ſi quis Clericus in tali verſutia repertus fuerit, puniatur ſecundùm Statutum Sanctæ memoriæ Domini *Othoboni*; & gravius, ſi Prælati viderint expedire.

De Religioſis non eximendis à Capitulis tenendis.

PLures invenimus domos Religioſas Sancti *Auguſtini* Ordinis, quæ pro eo quòd olim quibuſdam matricibus Eccleſiis ultramarinis adhæſerant, à quibus fermè jam diuturno tempore ſeparatæ noſcuntur, occaſione quarundam Cæremoniarum à dictis matricibus domibus receptarum, per quas diſcrepant à cæteris ejuſdem Ordinis domibus in *Cantuarienſi* Provincia conſtitutis, non conveniunt cum cæteris in Capitulo generali ſingulis trienniis juxta generale Concilium celebrando. Sed quia turpis eſt pars, quæ non convenit ſuo toti, Statuimus, ut omnes hujuſmodi de cætero domus, ſalvâ ſc. Cæremoniarum ſuarum obſervantia, ſpecialiter moneantur per locorum Epiſcopos, ut conveniant cum aliis Canonicis in Capitulo ſuo generali de regimine & reformatione ordinis ſui tractaturi. Vel ſi inter eos quantum ad Subſtantialia Religionis ſit notabilis diverſitas, ſibi ipſis ſeparatim conſtituant Capitulum generale, alioquin hoc facere per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. 313.

De Sanctimonialibus non violandis.

TAntum invaluit deteſtandæ lubricitatis enormitas, ut quidam nec Legibus nec Canonibus deferentes ad caſtitatem Sanctimonialium † concitandam editas, cum ipſis Sacrilegium & Inceſtum committere non formident. Cui horrendo flagitio remedium apponere cupientes, omnes tam Clericos quàm Laicos hujuſmodi turpitudinis patratores majoris Excommunicationis Sententia innodamus, ſolis perſonis Epiſcoporum hujuſmodi abſolutionem ſententiæ reſervantes: exempto mortis Articulo, in quo ſic valeant abſolvi à quolibet Sacerdote, ut ſi convaluerint, piaculum ſuum hujuſmodi teneantur ſub pœna prædicta Anathematis infra trium menſium ſpatium propriis Epiſcopis confiteri; aut Sede Epiſcopali vacante, Cuſtodi Spiritualitatis, aut Decano Eccleſiæ Cathedralis. 312.

† *Alii Caſtodiendum.*

Sanctimoniales plurimæ in vagationis vitio delectatæ *Dinæ* vagantis exemplo, in commune corruptionis ſcandalum, immo longè perniciоſius aſſiduè prolabuntur. 312.

Cui periculo providentes, magis optantes earum ſaluti conſulere, quàm vanis, earum deſideriis complacere, ſub pœna Excommunicationis totaliter Inhibemus, nè quam illarum cum ſocia, nedum ſola, apud parentes vel affines quantumcunque propinquos, nedum apud extraneos quantumcunque famæ, eminentiæ, vel Religionis exiſtant, ultra tres dies naturales cauſa recreationis perendinare, ſeu quacunque neceſſitate vel occaſione

A. D. 1281

A. D. 1281

occaſione ultra ſex dies ceſſante infirmitate commorari præſumant, niſi locorum Epiſcopis aliud aliquoties videatur ex cauſa neceſſaria: de quò eatum conſcientias in extremo Judicio oneramus. Hanc autem Ordinationem ad illas non extendimus, quæ exterius coguntur mendicare ſibi neceſſaria, dum mendicant.

202. *Moniales ultra annum in religione viventes pro profeſſis ſunt habendæ. Similiter de monachis.*

Item Moniales quædam in tantũ decipiuntur, ut cum ſint ætatis legitimæ, & doli capaces, poſtquam ultra annum inter Moniales Monaſticè vixerint, putant ſe non eſſe profeſſas, ac ſibi licere redire ad Sæculum, pro eo quòd Benedictionem Epiſcopalem cum ſolennitate voti immiſſi minimè receperunt. Nos verò errorem hujuſmodi excludentes, præſentis auctoritate Concilii Declaramus eas ipſo facto profeſſas exiſtere reputandas, poſtquam ultra annum vitam ſponte in collegio duxerint regularem, adeo ut nullatenus ad Sæculum redire permittantur: nihilominus ab Epiſcopis cum ſolennitate debita conſecrandas ſuo tempore, vel velandas. Idem etiam quantum ad profeſſionis vinculum ſentimus de Monachis, & Religioſis aliis quibuſcunque, quibus nihil obſiſtit Canonicum: &. eos, ſi ultrà annum Religionis habitum in Monaſterio ſponte detulerint, & ipſo dejecto ad Sæculum redierint, eſſe ſicut Apoſtatas ab Eccleſiaſticis Beneficiis repellendos, & ad repetenda ſua Monaſteria ſecundum Juris exigentiam compellendos. De quibus diligens inquiſitio fiat per Archidiaconum, quoniam multos hujuſmodi ſub ovino vellere lupinum animum novimus palliare.

De Apoſtatis revocandis.

305. PRæterea ſunt nonnulli, qui apparent per facti evidentiam Sæculum perpetuò intendere relinquere, & per certa indicia in Clauſtri excubiis toto ſuo tempore Deo militare: qui tamen prævalente corporali, aliàs carnali deſiderio, ut canes qui redeunt ad vomitum, Sæculum repetunt, inter ſydera errantia computandi. Quamvis enim Jura manifeſtè definiant hujuſmodi non poſſe Religionis habitum omnino deſerere, quin ſaltem in Religione aliqua laxiori perpetuò remaneant: quidam tamen cum attritæ frontis audacia Apoſtaſiæ infamiam non verentes, poſtquam abſolutè ſe velle Sæculum relinquere oſtenderunt, relicta *Hieroſolyma* redeunt in *Ægyptum*. Quocirca Statuimus, ut Ordinarii locorum tales cum omni diligentia inveſtigent, & ſubtractione tam Officii quàm Beneficii Eccleſiaſtici (ſi quod habuerint) ad ſtatum priſtinum, vel laxiorem cogant regulam pertranſire. Quod ſi ſint Laici hujuſmodi Apoſtatæ, & ipſi ad ſalutis ſuæ ſtudia redire per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur. Hanc autem Ordinationem ad illos non extendimus, cum quibus Sedes Apoſtolica aliter ordinavit.

Ne Religioſi ſint Teſtamentorum Executores.

167. *Religioſi an poſſint eſſe executores Teſtamentorum.*

REligioſa ſinceritas ab omni Sæcularis implicationis macula eſt eò præſervanda ſolicitius, quò devotionis Sanctæ ſimplicitas facilius retardatur, cum in curis extrinſecis mentis oculus diſtrictus unitatis ſtudio perpenditur. Quocirca in Concilio de *Lambeth* ſalubriter eſt proviſum, nè aliqui Religioſi cujuſcunque profeſſionis ſint Executores Teſtamentorum, niſi de Ordinarii licentia & voluntate procedat. Cui Statuto adjiciendum duximus, ut nullus Religioſus permittatur Executor alicujus exiſtere Teſtamenti, niſi ſuus Superior ſufficienter caveat pro Religioſo hujuſmodi, quòd exequetur fideliter, & reddet integram rationem de reſiduis, ſi quæ fuerint, & de damnis, ſi quæ per ipſum evenerint, loci Ordinario abſque difficultate qualibet reſponſurus. Et quia nonnulli Religionis habitum deferentes, licèt non ſint Executores, tamen Diſtributores efficiuntur bonorum defuncti temeritate propria, vel imprudentia aliena, ex quo magnam pervenire vidimus bonorum hujuſmodi laſionem: idem contra hujuſmodi Diſtributionem Præcipimus obſervari, quod contra Executionem ſuperius eſt proviſum: nè aliter Executioni vel Diſtributioni hujuſmodi ſe immiſceant ſub pœna Anathematis inhibentes. Unde qui ſufficienter cavere nequeunt, ſciant ſe tam ab Executione quàm à Diſtributione bonorum hujus præſentis definitione Concilii perpetuò elongatos.

De habitu Clericali.

120. † *MS. Gaudium excellentiſſimum.*

QUamvis Religionis nomen vitæ Monaſticæ loquentium uſus appropriet, habet tamen Clericalis honeſtas Religioſæ vitæ † gradum eximium, ſi ea cuſtodiat vita & habitu, quæ Sacri Canones decreverunt obſervanda Clericis. Sed (proh pudor!) Clerici plurimi hujus inclytæ Regionis *Judæorum* antiquam inſaniam imitantes, qui *Græcas* glorias paternis prætulerunt, dum verecundantur Clerici apparere, militari ſe contegunt apparatu, ut ſtultis placeant, quos conſtet cunctis ſapientibus eo ipſo meritò diſplicere, ac fatuos reputari. Et cum Corona ſit character Eccleſiaſticæ militiæ, & revelati cordis ac patuli radiis cæleſtibus inſigne, ipſi ut veraciter oſtendant ſe hujuſmodi charactere titulum erubeſcere, tena coronas abſcondunt, quaſi cœleſtes radios repellentes, & *Judæorum* inſtar corda ſua gerentes erroris velamine obſcurata. Statuto adhærentes Domini *Othoboni* nihilominus Ordinamus, & diſtrictè Præcipimus, ut Clericus quilibet in ſacris Ordinibus conſtitutus veſtem exteriorem gerat diſſimilem militari, utpote anterius & poſterius habeat non Birratam, vel ſaltem ex forma ſua Militari vel Laicali congrua diſſimilem honeſtate. Et qui ſecus facere præſumpſerit, quamdiu formæ contrariæ veſtem tulerit, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpendatur. Et quia prædictus Legatus contra portantes Infulas ac Tenas coram Prælatis, aut coram populo publicè deferentes ſtatuit, ut ſi moniti minimè ſe emendaverint, ipſo facto Suſpenſionem incurrant ab Officio: in quam ſi per tres menſes perſtiterint, extunc à Beneficio ſint ſuſpenſi; à qua Suſpenſione abſolvi nequeant, niſi data ſexta parte Eccleſiaſticorum bonorum per manus Epiſcoporum pauperibus eroganda, nihilominus pœnis aliis puniendi juxta arbitrium Prælatorum. Nos igitur Statutum hujuſmodi advertentes modicæ efficaciæ hactenus extitiſſe, pro eo quòd Prælati minores hujuſmodi Clericos monſtruoſos monere non audent; propter quod in pœnas à dicto Legato conſtitutas videntur puſillanimitatis ſuæ merito incidiſſe, & rarò Epiſcoporum aſpectibus Clerici hujuſmodi ſe præſentant: Statuimus, ut omni monitione ceſſante, cum Clericos Juris ignorantia non excuſet, prædicti Clerici ſuæ proteriæ merito, quotieſcunque publicè coram populo vel Prælato hujuſmodi Infulas portaverint, niſi forſan in itinere, in pœnas omnes incidant ſupradictas. Caveant inſuper omnes illi, de quibus loquitur Legatus, qui moniti Infularum inſolentiam publicè detulerunt, per prætaxati temporis ſpatium, ne in Suſpenſione ab Officio & Beneficio merito culpæ ſuæ inciderint. Mandamus etiam in poſterum, ut de talibus fiat per Decanatus ſingulos inquiſitio ſpecialis, & cujuſcunque gradûs ſint vel excellentiæ, contra ipſos in forma Canonica procedatur.

De filiis Presbyterorum.

CUm à Jure ſit prohibitum, ne abſque diſpenſatione Apoſtolica præficiantur filii Rectorum, vel Presbyterorum in Eccleſiis, in quibus Patres eorum immediatè ſeu proximò miniſtraverunt; ut & conſtet ipſa Beneficia vacare, ſi contrarium de facto fuerit attentatum: Præcipimus, ut Prælati de Eccleſiis ſic vacantibus

vacantibus inquirant, & juxta Juris exigentiam de his non differant ordinare; cautius præcaventes de cætero, ut tales ad hujusmodi Beneficia nullo titulo admittant, nè contra justitiam in hæreditate Crucifixi per surreptionem locus pateat successioni. A. D. 1285

De Institutionibus.

139. EX solito cursu causarum multis recepimus conquerentibus, quòd nonnulli Coepiscopi nostri Clericos præsentatos ad vacantes Ecclesias admittentes, Literas Testimoniales eis recusant impendere facti sui; propter quod subortà inter hujusmodi præsentatos & alios materiâ quæstionis, succumbit plerumque veritas falsitati. Nos autem Ecclesiasticis Regulis adhærentes, quæ fidem gestorum ex legalibus colligant instrumentis, Statuimus, ut unusquisque Episcopus Clerico, quem ad Ecclesiam aliquam admittit, Literas patentes super sua admissione concedat, inter alia continentes in quo consistat Ordine, & quo Articulo ad hujusmodi Beneficium admittatur.

De Clericis Beneficia plura occupantibus.

LAnguor prolixior gravat Medicum, nec faciliter evellitur plantatio infernalis, quæ innumeris perditionis filiis est infixa; nec alicui mortalium hactenus legitur fuisse concessum simul totam convertere multitudinem impiorum; Sacra Pagina attestante: *Deus*, inquit, *confirmet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes.* Sanè Ecclesia *Anglicana* à membris putredinis, à falsis Clericis abolim sustinuit plagas diras, pompæ & avaritiæ æstibus inflammati Beneficia cum cura, absque dispensatione Apostolica, ac contra Canones acervantes, non veriti sunt hactenus Animas perdere acquisitas sanguine Redemptoris; nec erubuerunt fures existere, & vitam infamen agere tamdiu, donec horrenda morte (ut in multis vidimus) Divinæ severitatis percussi fulmine de medio sunt sublati: quam plagam paulatim atque per partes sanare cupientes, hujusmodi multiplicationes salubriter præcipiendo Inhibemus, circa adventus nostri principium, sub certi forma rigoris, nè quis auderet extunc hujusmodi Pluralitate se involvere ullo modo. Præteritam etiam Pluralitatem minis salubribus deterrentes: quas minas intendimus, Deo auctore, ad effectum mancipare, ut sic juxta Sacra eloquia radicatam nequitiam valeamus paulatim funditus extirpare; paulatim quidem dicente Scriptura, *non poteras eas delere pariter, ut forte multiplicentur contrà te bestiæ terræ.* Hujus autem processus nostri conatibus bòni fructûs exordium contulit pietas Redemptoris, dum saltem prohibita est pristina effrænatio Beneficia hujusmodi sine scrupulo admittendi. Quibusdam etiam dedit Deus compunctionis spiritum, ut damnatæ Pluralitatis suæ magnam partem absciderint: quibusdam etiam insuper ut superfluitatem suam nostræ submiserint discretionis arbitrio moderandam, qua submissione noverint universi hujus excessûs non purgari vitium, cum non possumus cum ipsis in talibus dispensare, sed purgationem ipsius quodammodo, quamvis tenuiter, inchoare. Cæteros autem omnes & singulos hujusmodi Pluralitatem damnabiliter occupantes, & in suæ adhuc perfistentes arrogantiæ supercilio, monemus primò, secundò, & tertiò: quia cum parata sit eos absorbere (nisi citius Pœnitentiam egerint) vorago infernalis, mota asinaria deprimente, ulteriori deliberationi nulla potest concedi dilatio, quatinus hujusmodi Beneficia liberè & absolutè infra sex mensium spatium in Episcoporum suorum manibus omnino resignent; satisfacientes nihilominus, ut eorum status patitur, Ecclesiis sic frandatis, nunquam per se vel per alios, clam vel palam, verè vel imaginariè, aliquid de hujusmodi Ecclesiarum fructibus illicitè recepturi. Salvo Nobis Jure de illis Beneficiis ordinandi, quorum collatio est ad Nos per lapsum temporis devoluta: alioquin extunc contra ipsos, favente Altissimo, in forma Canonica procedemus. Interim etiam hac monitione nec Nobis, nec Fratribus ac Coepiscopis nostris præjudicare intendimus, quin contra hujusmodi ordinarios progressu particulariter procedatur.

De Advocatis.

VEloces ad audiendum existere, & tardos ad loquendum Sanctus *Jacobus* imperat, & à juventute usque ad maturitatis annos edoctum decet cæteris præstare ducatum. In Schola siquidem *Pythagoræ* quinquennale tenebant auditores silentium, priusquam de illa gentili sapientia differere finerentur. Cujus prudentiæ disciplinam plurimi Advocatorum hujus temporis non sectantur: quin potius post unum librum Juris vix auditum, vel dimidium, arrogant sibi Officium in causis Ecclesiasticis publicè postulandi. Et quia veritatem Juris ignorant, ad fraudes horribiles impeditivas processus Judicialis tantummodo se convertunt. Cui pesti remedium apponere cupientes, Statuimus, ut nullus de cætero permittatur Advocationis Officium publice exercere, nisi prius ad minus per triennium audiverit cum debita diligentia Jus Canonicum, & Jus Civile. Hujus autem fidem, ubi nec de condigno apparet Testimonio, nec per facti evidentiam, proprio faciat Juramento. 71. *Advocati quanto tempore studere debeant.*

De Suffragiis Episcoporum.

INgratitudinis vitium est plurimum detestandum, & subditorum præcipuè ad Prælatos, qui sollicitè pervigilant, tanquam rationem reddituri pro sibi creditis Animabus. Quocirca Statuimus, ut Archiepiscopo vel Episcopo decedente, quilibet Sacerdos, tam Religiosus quam Secularis, qui defuncto subditus extiterat, pro ipso Missam unam dicere teneatur. Fratres etiam & Coepiscopi omnes in Congregatione sua sequenti proxima simul faciant solenne Officium pro defuncto, singuli nihilominus in Capellis suis condigna suffragia exhibentes, sicut desiderant sibi in casu consimili exhiberi. 338

Acta sunt hæc in Concilio de *Lambeth* à *Pecham* celebrato, & recitata in ultima actione dicti Concilii die Veneris sexto Idûs *Octobris*, Literâ Dominicali currente, Anno Domini Millesimo ducentesimo octogesimo primo, Indictione nona, Pontificatûs Domini *Martini* Papæ quarti primo, anno Regni illustris Regis *Edwardi* primi *Anglia* nono, & Consecrationis nostræ tertio.

Statutum de Circumspectè Agatis, *pro moderanda Prohibitione Regia, editum Anno* 13. Edwardi *primi, Anno Domini* 1285.

REX Justiciariis salutem. Circumspectè Agatis de Negotio tangente Dominum *Norwicensem* Episcopum, & ejus Cletum, non puniendo eos, qui Placitum in Curia Christianitatis tenuerunt de his, quæ merè sunt Spiritualia: viz. de correctionibus, quas faciunt Prælati pro mortali peccato, viz. pro Fornicatione, Adulterio, & hujusmodi; pro quibus aliquando infligitur pœna corporalis, aliquando pecuniaria, maximè si convictus fuerit de hujusmodi & liber homo.

Item, si Prælatus puniat pro Ecclesia non facta, Cæ-

A. D. 1305

meterio non clauso, Ecclesiâ discoopertâ, vel non decenter ornata, in quibus casibus alia pœna non potest infligi, quàm pecuniaria.

Quarte partis excessio.

Item, si Rector petat adversus Parochianum Oblationes vel Decimas, debitas vel consuetas: vel si Rector contra alium Rectorem agat de Decimis majoribus vel minoribus, dummodo non petatur quarta pars Ecclesiæ.

Item, si Rector petat Mortuarium in partibus, ubi Mortuarium dari consuevit.

Item, si Prælatus alicujus Ecclesiæ, vel Advocatus, petat à Rectore Pensionem sibi debitam; omnes hujusmodi petitiones faciendæ sunt in Foro Ecclesiastico.

Item, de violenta manuum injectione in Clericum, vel in causa diffamationis, concessum fuit aliàs, ut Placitum inde teneatur in Curia Christianitatis, dummodo pecunia non exigatur.

Item, in læsione Fidei, dummodo agatur ad Correctionem peccati.

In hujusmodi casibus habet Judex Ecclesiasticus cognoscere, non obstante Regiâ Prohibitione, si porrigatur. Melius tamen est, quòd non faciat, nisi Regiam Consultationem obtineat.

Incipiunt Constitutiones Provinciales Domini Roberti *de* Winchelsey Cantuariensis *Archiepiscopi, apud* Merton *editæ Anno Domini* 1305. *anno Regni Illustris Regis* Edvardi *primi* 33. *Clemente* 5. *Cathedram Papalem occupante, qui transtulit Sedem* Avinionem.

De Decimis & nutrimentis animalium.

Quoniam propter diversas consuetudines in petendo Decimas, per diversas Ecclesias, inter Rectores Ecclesiarum & Parochianos suos, rixæ, contentiones, scandala, & odia quam maxima oriuntur; Volumus & Statuimus, quòd in cunctis Ecclesiis per Archiepiscopatum nostrum constitutis, uniformis sit petitio Decimarum & Proventuum Ecclesiarum.

191. Imprimis Volumus, quòd Decimæ de fructibus, seu de frugibus, non deductis expensis, integræ & sine aliqua diminutione persolvantur: & de fructibus arborum, & seminibus omnibus, & herbis hortorum, nisi Parochiani pro talibus Decimis competentem fecerint redemptionem. Volumus etiam, quòd Decimæ de fœnis, ubicunque crescant, sive in magnis pratis, sive in parvis, in chiminis, aliàs in communibus viis, exigantur, & (prout decet & expedit) Ecclesiæ persolvantur.

Decima quandoque debetur ex septem.

De nutrimentis animalium, sc. agnis, Statuimus, quòd pro sex agnis sex oboli detur pro Decima: si septem fuerint agni in numero, septimus agnus detur Rectori pro Decima. Ita tamen quòd Rector Ecclesiæ, qui septimum agnum receperit, tres obolos in recompensationem solvat Parochiano à quo Decimam illam recepit. Qui octavum recepit, det denarium: qui verò nonum, det obolum Parochiano, vel expectet Rector usque ad alium annum, donec possit alium recipere, si maluerit. Et qui ita expectabit, secundum meliorem vel tertium ad minus de agnis secundi anni semper exiget, & hoc pro expectatione primi. Et similiter qui septimum dederit, vel octavum, sic ad Decimam, non det pejorem, sed tertium meliorem ad minus. Et ita intelligendum est de Decima lanæ. Sed si oves alibi in hyeme, & alibi in æstate nutriuntur, Decima est dividenda. Similiter si quis in medio tempore emerit, vel vendiderit oves, & certum est à qua Parochia oves illæ venerint, dividenda est Decima, sicut de re quæ sequitur duo domicilia. Si autem incertum fuerit, habeat illa Ecclesia totam Decimam illam, infra cujus limites tempore tonsionis oves inveniuntur.

De lacte autem volumus, quòd Decima solvatur dum durat; videlicet de caseo tempore suo, & de lacte in Autumno & Hyeme; nisi Parochiani competentem pro talibus Decimis voluerint facere redemptionem, & hoc ad valorem Decimæ & ad commodum Ecclesiæ.

De proventibus autem Molendinorum Volumus, quòd Decimæ exigantur, & fideliter & integræ solvantur ad valorem proventuum, nisi Domini usque ad valorem proventuum plenam faciant redemptionem.

De pasturis autem & pascuis, tam communibus quàm non communibus Statuimus, quòd Decimæ fideliter persolvantur: & hoc per numerum animalium & dierum, sicut expedit Ecclesiæ; ita tamen quòd nec Domini nec Parochiani justam habere possint occasionem conquerendi.

Decima solvantur de bonis justè acquisitis. vide not. c. ex transmissa. de deci.

De piscationibus autem & apibus, sicut de omnibus aliis bonis justè acquisitis, quæ renovantur per annum Statuimus, quòd Decimæ persolvantur debito modo.

Statuimus etiam, quòd Decimæ Personales solvantur de Artificibus, & Pandoxatricibus, & lucro Negotiationis per Mercatores, & quoscunque alios statutæ: & similiter de Carpentariis, Cæmentariis, Fabris, Mercatoribus, Sutoribus, Scissoribus, & omnibus aliis stipendiariis, vel operariis, qui videl. debent Decimas de stipendiis suis, nisi stipendiarii aliquod certum velint dare ad opus vel ad lumen Ecclesiæ, & hoc si Rectori Ecclesiæ placuerit. In petitione autem principalis Legati vel Mortuarii Volumus, quòd Consuetudo Provinciæ cum possessione Ecclesiæ observetur: ita quòd Rector Ecclesiæ in petitione sua, sive fuerit Vicarius sive Capellanus annuus, Deum habeat præ oculis. Sed quoniam multi inveniuntur sponte Decimas dare nolentes; Statuimus, quòd Parochiani moneantur primò, secundò, & tertiò, ut Decimas Deo & Ecclesiæ fideliter solvant: & si se non emendaverint, primò ab Ecclesia suspendantur, sc. ab ingressu Ecclesiæ; & demum sic ad solutionem Decimarum per censuram Ecclesiasticam, si necesse fuerit, compellantur. Si tamen Suspensionis relaxationem vel absolutionem petierint, ad Ordinarium loci mittantur absolvendi, vel debito modo puniendi. Rectores autem Ecclesiarum, seu Vicarii, Capellanive annui, qui prædictas Decimas antedicto modo, propter formidinem hominum seu favorem, (Dei timore postposito) cum effectu non petierint, pœna Suspensionis innodentur, donec dimidiam Marcam argenti pro sua inobedientia Archidiacono loci persolvant.

Decima recusantes solvere qualiter puniuntur.

Excommunicatio ab possit fieri per inferiores prælatos.

De ista materia tangitur *Extra. de Offic. ordi. cum ab Ecclesiarum.* Et quod hic dicitur, dicit Canon *xvi. q. vii. omnes.* Et hoc est verum, quòd Prælati inferiores auctoritate propriâ possunt excommunicare, nisi Consuetudo sit in contrarium, vel nisi inhibeatur per Superiorem, & hoc manifestè. Ut *xvi. q. vii. omnes.* Hoc melius notatur per *Jo. in. q. i. nemo Episcopus.* Et *Extra. de cele. miss. c. i. ver. exercere. pertinent. per Mel in Clt.* Et quia tangitur *supra* de Decimis Personalibus, dic secundum *Host.* quòd Decimæ Personales non debent ex integro solvi. Hoc tenet *Host. de transact.*

Statui-

Statuimus. ver. Eccleſiaſticum. de decimis. in aliquibus. per eum lem. *xvi. q. vii. c. item quicunque. ver. pridie.* per *Archidi.* ibi & *dicas aliis omiſſis.* Contrarium tenet *Innocen. de parœch. c. i. inſi.* alias ſuper Rubrica *de decimis.* dicit tamen *Jo. imo. de reg. jur. qui prior. in iiii. parte quæſtionis. ver. Imo.* quòd ratio *Imo.* eſt media.

De Decimis, & nutrimentis animalium.

197. QUoniam (ut audivimus) ſuper Decimis & nutrimentis animalium, inter Eccleſiarum Rectores, propter amotiones pecorum ad diverſas Parochiarum paſturas, diverſis anni temporibus, contentiones multimodæ oriuntur: Nos viam pacis præparare volentes, ſtatuendo Decernimus, & Definiendo Statuimus, quòd ad Eccleſias, in quarum Parochia oves à tempore tonſionis uſque ad Feſtum Sancti *Martini* continuè paſcuntur & cubant, Decimæ lanæ & caſei, & lactis ejuſdem temporis, licèt poſtmodum amotæ fuerint à Parochia illa, & alibi tondeantur, integræ perſolvantur. Et nè fraus fiat in caſu præmiſſo, Præcipimus, quòd antequam oves amoveantur à paſturis, vel etiam diſtrahantur, Eccleſiarum Rectoribus ſufficienter de ſolvenda Decima caveatur. Quod ſi intra prædictum tempus ad diverſarum Parochiarum paſcua & paſturas transferantur, quælibet pro rata temporis portione decimam percipiet earundem, minori triginta ſpatio dierum in rata temporis portione minimè computando. Si verò per totum tempus prædictum cubant in una Parochia continuè, & paſcantur in alia, Rector, in cujus Parochia cubant, licet ibidem caſeus fiat, Decimam caſei vel lactis duntaxat percipiet, cum aliam non modicam meliorationem ſentiet, & percipiet utilitatem. Quod ſi poſt Feſtum Sancti *Martini* ducantur ad paſcua aliena, & uſque ad tonſionis tempus in una vel in diverſis Parochiis, ſive in propriis paſcuis Dominorum ſuorum, ſive alterius cujuſcunque paſcantur, habitâ ratione ad numerum ovium paſcua æſtimentur, & ſecundùm æſtimationem paſcuorum ab eorum Dominis exigatur decima caſei vel lactis.

De vaccis & capris Decima proveniens, ubi cubant & paſcuntur, ibidem perſolvatur. Alioquin ſi cubant in una Parochia, & paſcantur in alia, Decima inter Rectores dividatur omninò. Agni verò, vituli, & pulli, & alii fœtus Decimales, habitâ ratione ad loca diverſa, ubi gignuntur, oriuntur, & nutriuntur, & ad moram quam traxerint in eiſdem, particulariter decimentur. Item Præcipimus, quòd ſi quis poſt Feſtum Sancti *Martini* Oves occiderit, vel ſi Oves quovis caſu moriantur fortuitò, Decimam inde legitimam Eccleſiæ Parochiali ſolvere non poſtponat. Et ſi Oves extraneæ in alicujus Parochia tondeantur, Decima lanæ ibidem tradetur Rectori Eccleſiæ, pro ſe fideliter conſervanda, niſi ſufficienter doceri poſſit, quòd pro Decima ſit alibi ſatisfactum, ut ſolutionem ibidem faciendam modo legitimo valeat impedire.

De Mortuariis.

184. QUia inter Rectores Eccleſiarum & Parochianos ſuos lites cupimus extinguere, quæ frequenter oriuntur: Statuimus, quòd ſi decedens tria ad minus habuerit, vel plura cujuſcunque generis in bonis ſuis animalia, optimo, cui de Jure fuerit debitum, reſervato, Eccleſiæ ſuæ, à qua recepit Sacramenta dum viveret, melius poſt optimum reſervetur, &c.

Quæ debent Parochiani invenire vel reparare in Eccleſia, & quæ Rector.

UT ſciant Parochiani defectus Eccleſiarum ipſos contingentes, tenore præſentium innoteſcimus univerſis Parochianis per totam noſtram Provinciam conſtitutis, eos teneri tes & Ornamenta omnia infraſcripta invenire, ſcilicet Miſſale, Calicem, Veſtimentum principale, Caſulam, Albam, Amictam, Stolam, Manipulum, Zonam cum duabus Tueſſis Benedictis, & omnibus ſuis appendiciis. Item Crucem proceſſionalem, & aliam Crucem pro mortuis, Thuribulum cum nave & thure, Lucernam cum Tintinnabulo, Velum Quadrageſimale, Vexilla, Campanas manuales pro mortuis, Feretrum, Vas ad aquam Benedictam, Tabulas pacis ad Oſculatorium, Candelabrum ad cereum Paſchalem, Campanile cum Campanis & Chordis, Fontem cum ſeruris ſeu ſeris, reparationem navis Eccleſiæ interius & exterius, tam de Jure quàm de Conſuetudine, tam in Imaginibus, & præcipuè Imagine principali in Cancello, quàm Altaribus, & Feneſtris vitreis. Item clauſuram Cœmeterii, tam de Jure quàm de Conſuetudine. Volumus etiam in poſterum ad eoſdem Parochianos prædicta ſingula pertinere. Cætera autem tam in reparatione Cancelli interius & exterius, quàm hic non expreſſa, juxta Conſuetudines & Ordinationes approbatas, Rectoribus vel Vicariis incumbit reparare. Item compellendi ſunt Parochiani ad inveniendum hic ſubſcripta, videlicet Legendam, Anciphonarium, Gradale, Pſalterium, Troparium, Ordinale, Capam pro Choro, cum omnibus ſuis appendiciis, Frontale ad magnum Altare, tria Superpellicia, & ſine manicis unum Rochetum, reparationem Librorum & Veſtimentorum, quandocunque contigerit eadem reparatione indigere. *Quære iſtam Conſtitutionem ſub meliore formâ inferius.*

De Juramento Sacerdotis, & Obedientia Rectoribus & Vicariis præſtanda.

PResbyteri, necnon alii Sacerdotes ſtipendiarii, propriis ſumptibus, vel per amicos vel per alios ſuſtentati, divina celebrantes, in Archiepiſcopatu noſtro non recipiant Oblationes, Portiones, Obventiones denariorum pro Requeſtis, Tricennalia, vel aliam partem certam quotam, præſertim Oblationes pro corporibus mortuorum præſentibus, non obtenta licentia à Rectoribus vel Vicariis Eccleſiarum, in quibus celebraverint ullo modo; nec aſportent in præjudicium Rectorum vel Vicariorum Eccleſiarum prædictarum, vel eorum vicem gerentium, ne Sententiam Majoris Excommunicationis in hac parte latam incurrant: immiſcendo ſe, ut prius, in divinis. 237.

Prædicti verò Presbyteri, die Dominica vel feſtiva, poſt admiſſionem ſuam, jurabunt coram Rectoribus vel Vicariis, ſeu eorum vicem gerentibus, ſi nulli Vicarii ſint ibidem; alioquin coram ipſis Vicariis, vel locorum Parochianis, inter Miſſarum ſolennia aperte coram ipſis, Sacroſanctis Evangeliis inſpectis, & tactis, quòd Eccleſiis Parochialibus, & Capellis, in quibus divina celebrantur, eorumque Rectoribus, vel Vicariis, ſeu eorum loca tenentibus, vel quorum intereſt, nullum omnino inferent præjudicium circa Oblationes, Portiones, Obventiones, denarios perquiſitos, Tricennalia, & Jura quocunque nomine cenſeantur. Immo, quatenus de jure eſt, eoſdem obſervabunt indemnes in præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum. Jurent etiam ſpecialiter prædicti Sacerdotes, quòd odia, ſcandala, rixas, aut contentiones inter Rectores, & Parochianos nullo modo ſuſtineant, aut aliquo modo foveant: ſed, quatenus in eis eſt, concordiam nutriant, & conſervent inter eoſdem. Et in dicto Archiepiſcopatu noſtro non celebrent divina, ſed eis interdicatur expreſſè donec prædicta Juramenta præſtiterint, vel ſaltem non ſtet per ipſos quò minus præſtent. Et ſi celebrent in loco ſic Interdicto, irregularitatem incurrant, præter alias pœnas quas Canones inducunt contrarium facientibus. 118.

A. D. 1305

A. D. 1305 Et si fuerint moniti coram Archiepiscopo, seu Officiali ejus, se infirmasse prædictum Juramentum, vel si fuerint diffamati, & se purgare negueunt, amovebuntur omnino, & tanquam perjuris interdicatur eis prædicta celebratio in dicto Archiepiscopatu nostro, donec super hoc fuerit Canonicè dispensatum.

330. Item non audiant Confessiones Parochianorum vel Capellanorum, in quibus ministraverint, nisi in casibus à Jure permissis, nec Oblationes hujusmodi Ecclesiæ sibi appropriabunt: & si sic, crimen Sacrilegii incurrant, nisi licentia Præsidentium petita sit & obtenta. Item debent interesse Cancello Matutinis, vesperis, & aliis divinis Officiis, & debitis horis, induti superpelliciis, quæ sibi propriis expensis providebunt; & non in Navi Ecclesiæ, in Cœmeteriis, nec in campis erunt. Et si fuerint requisiti, vel commoniti super his per Præsidentes, non reddant se elatos, nec erigant cervices contra Præsidentes, nec propter hoc excitabunt aliquos, qui foveant & protegant eosdem.

69. Et quod ad interessendum prædictis horis & magnis Missis debet eis injungi virtute obedientiæ quòd sint præsentes, cantentes, legentes, & Psalmodizantes.

Dicti vero Presbyteri dictis diebus Dominicis, & Festivis, vel si corpus defuncti adest, suas Missas, post lectum Evangelium majoris Missæ incipiant, & compleant, & non prius, nisi de licentia Rectoris vel Vicarii speciali obtenta.

Item Presbyteri non detrahant Rectoribus & Vicariis Ecclesiarum vel Capellarum, ubi celebraverint, sed humiliter se præbebunt, & facient debitam reverentiam.

114. Dicti vero Rectores, vel Vicarii, vel eorum locum tenentes, debent benignè recipere Juramentum prædictum, & habebunt copiam in Ecclesiis de præmissis. Item non exercebunt Tabernas, nec spectacula, nec cellas meretricum, nec ludos noxios, vel prohibitos.

199. *De Decimis Lactis solvendis.*

SAncta Ecclesia constituit & ordinavit, quòd Prælati & Ordinarii Ecclesiarum hæreticos & fide Catholicâ dubios ad unitatem Ecclesiasticam revocent, revocatosque compellant in ea, quâ vocati sunt, fide permanere. Intelleximus, quod nonnulli Parochiani vestri in errorem hæresis, & dissidentiæ jam perveruntur, Articulos Catholicæ Fidei relinquentes, & libertatibus Ecclesiasticis obviantes Ecclesiam ausu temerario suo Jure penitus spoliando, Decimas Ecclesiis suis de Jure debitas, & alia Jura Ecclesiastica retinendo: & qui alios, cum poterit, ab errore non revocat, seipsum ab errore immunem minimè demonstrat. Cùm ergò Ecclesia & Ecclesiarum Rectores tales filios non cogunt, ut reddant illas, filios ac seipsos perdunt: Nos igitur volentes & cupientes Statuta nostrorum Superiorum, ut tenemur, servare, & mandatis Ecclesiæ obedire, & obviando malitiis hujusmodi, medelam Ecclesiasticam tribuere. Cum igitur Sacro eloquio jubente, de omnibus, quæ renovantur per annum, & nullo tempore excluso fideliter Decimæ sint cum omni integritate & absque diminutione solvendæ, licet unicuique Capellano Parochiali Parochianos suos, per censuram Ecclesiasticam, ad solutionem Decimarum compellere. Unde propter tales quotidianos defectus, & hominum malitias, Vobis omnibus & singulis Mandamus, in virtute obedientiæ firmiter injungentes, quatenus diligenter moneatis & efficaciter inducatis, & quilibet vestrum in Parochia sua induci faciat, quod dicti Parochiani omnes & singuli integrè & sine diminutione Decimas inferiùs annotatas suis Ecclesiis persolvant: videlicet Decimam Lactis à primo tempore suæ † innovationis, tam in mense *Augusti*, quàm in aliis † *Al.* Mo-
mensibus, de proventibus etiam Foscorum, Parmagiis nitionii.
Sylvarum, & cæterarum arborum etiam si vendantur, Vinariorum, Piscariorum, Fluminum, Columbarum, Stagnorum, fructuum Arborum, Pecorum, Herbarum, Seminum, Fructuum, & Bestiarum Wastenarum, Aucupitii, Hortorum, Curtilagiorum, Lanæ, Lini, Vini, Grani, Turvarum, in locis ubi fabricantur & fodiuntur, Pavonum, Cygnorum, & Caponum, Aucarum, & Anarum, Ovorum, Avium, Thenecii agrorum, Cuniculorum, Apum, Mellis, ac Ceræ, Molendinorum, Venationum, Artificiorum, & Negotiationum, necnon Agnorum, Vitulorum, & Pullorum Equorum, secundum verum valorem, & omnium proventionum rerum aliarum quæ forte in supradictis his articulis non continentur, de cætero satisfaciant competenter Ecclesiis, quibus de Jure debentur, nullis expensis ratione præstationis Decimarum deductis, Decimis deducendis, seu retentis retinendis, nisi tantùm de præstatione Decimarum Artificiorum & Negotiationum. Quod si monitionibus nostris parere contempserint, per sententias Suspensionis, Excommunicationis, & Interdicti ad præstationem prædictarum Decimarum compellatis.

Decima de multis rebus in Anglia sunt solvenda.

Incipit Constitutio Dominorum Roberti Winchelsey *&* W. *& secundum quosdam* Simonis Islepe *Archiepiscoporum* Cantuariensium.

Quid Parochiani invenire debent, & quid Rectores.

ETut Parochiani Ecclesiarum singulorum Archidiaconatuum *Cantuariensis* Provinciæ sint de cætero certiores de defectibus ipsos contingentibus, ne inter Rectores & Episcopos ambiguitas generetur, pro temporibus successivis Volumus de cætero & Præcipimus, quòd Parochiani teneantur invenire omnia inferius annotata; videlicet Legendam, Antiphonare, Graduale, Psalterium, Tropiarium, Ordinale, Missale, Manuale, Calicem, Vestimenta principalia, cum Casula, Dalmatica, Tunica, & cum Capa de Choro, cum omnibus suis appendiciis, Frontale ad magnum Altare, cum tribus Tuellis, tria Superpellicia, unum Rochetum, Crucem processionalem, Crucem pro mortuis, Thuribulum, Lucernam, Tintinnabulum ad deferendum coram corpore Christi in visitatione infirmorum, Pyxidem pro corpore Christi honestam, Chrismatorium, Velum Quadragesimale, Vexilla pro Rogationibus, Campanas cum chordis ad easdem, Feretrum pro defunctis, Vas pro aqua Benedicta, Osculatorium, Candelabrum pro cereo Paschali, Fontem cum sera, & reparationem ejusdem, Imagines in Ecclesia, Imaginem principalem in Cancello, Clausuram Cœmeterii, Reparationé navis Ecclesiæ interius & exterius, tam in Imaginibus, quam in fenestris vitreis, Reparationem Librorum & Vestimentorum quandocunque contigerit eosdem reparationibus indigere. Cætera autem omnia tàm in reparatione Cancelli, quam in Libris & Ornamentis aliis hic non expressis, secundum diversas Consuetudines & approbatas locorum Rectoribus & Vicariis incumbit in omnibus reparari sumptibus eorundem. 250.

Excerpta

Excerpta quædam de Matrimonio ex Synodo Wintoniensi celebratâ Anno Domini 1308, Roberto de Winchelsey Archiepiscopo Cantuariensi.

Ne quis compellatur ab jurare Mulierem Fornicariam sub pœna pecuniaria.

ABjurationes autem Fornicariarum sub pœna pecuniæ fieri Prohibemus omnino, sed delinquentes Juramento præstito astringantur, quòd si se in Judicio contingat confiteri vel convinci, postea sumpsit recidivum crimis, pœnæ corporali, pensatis personarum suarum conditione & qualitate, Præsidentis arbitrio moderandæ sine contradictione subjacebunt. Si verò pœnam illam incurrerint, & certio super recidivo hujusmodi convicti fuerint, vel confessi, tunc vir & mulier absque Juramento contrahant sub hac forma, *Ego te accipio te in meum, si de vestro carnaliter te cognoscam*: & Muliere respondente, *& ego accipio te in meum, si de vestro fuero à te carnaliter cognita.* Et ut certius sciantur super hujusmodi negotiis, quæ acta fuerint, hanc contrahendi formam Præcipimus fideliter redigi in scripturam; quam quidem formam contrahendi sine contradictione, & sic ut in veris Contractibus, Præcipimus observari.

Additio. Adde ad istam Constitutionem *Extra. de eo qui duxit in uxorem quam prius polluit per adult. & significavit. per B. & alios Doctores.*

Casus in quibus Judex Ecclesiasticus potest cognoscere, Regia Prohibitione non obstante, concessi per Chartam Regiam.

Horum Editio fuit Anno Domini 1316. Anno Regni Regis Edwardi secundi decimo; Pontificatus Johannis vicesimi primi, aliàs, vicesimi secundi primo; & Translationis Walteri Reynold Archiepiscopi Cantuariensis quarto.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hyberniæ*, Dux *Aquitaniæ*, Omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis, quòd cum dudum temporibus Progenitorum nostrorum, quondam Regum *Angliæ* in diversis Parliamentis suis, & similiter postquam Regni nostri gubernacula suscepimus, in Parliamentis nostris, per Prælatos, & Clericos nostri Regni, plures Articuli continentes gravamina aliqua *Ecclesiæ Anglicanæ*, & ipsis Prælatis, & Clero illata, ut in eisdem asserebatur, porrecti fuissent; & cum instantiis supplicatum, ut inde apponeretur remedium opportunum; ac nuper in Parliamento nostro apud *Lincoln*, Anno Regni nostri nono, Articulos subscriptos, & quasdam Responsiones ad aliquos eorum priùs factas, coram Concilio nostro recitari, ac quasdam Responsiones corrigi, & cæteris Articulis subscriptis per Nos, & dictum nostrum Concilium fecimus responderi: quorum quidem Articulorum & Responsionum tenores subsequuntur in hunc modum. A. D. 1316

In primis Laici impetrant Prohibitiones in genere super Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Mortuariis, Redemptionibus Pœnitentiarum, violentâ manuum injectione in Clericum, vel in Conversum, & in causa diffamationis, in quibus agitur ad pœnam Canonicam imponendam. Rex ad illum Articulum respondet, quòd in Decimis, Oblationibus, Obventionibus, Mortuariis, quando sub istis nominibus proponuntur, Prohibitionem Regiæ non est locus, etiamsi propter detentionem istorum diutiùm, ad æstimationem pecuniariam veniatur eorundem. Sed si Clericus, vel Religiosus Decimas in horreo suo congregatas, vel alibi existentes, vendiderit alicui pro pecuniâ, si petatur pecunia coram Judice Ecclesiastico, locum habet Regia Prohibitio; quia per venditionem res spirituales fiunt Temporales, & transferuntur Decimæ in Catalla.

2. Item, si sit contentio de Jure Decimarum, originem habens ex Jure Patronatûs, & earundem Decimarum quantitas ascendat ad quartam partem bonorum Ecclesiæ, locum habet Regia Prohibitio, si hæc causa coram Judice Ecclesiastico ventiletur. Item si Prælatus imponat pœnam pecuniariam alicui pro peccato, & repetat illam, Regis Prohibitio habet locum. Verumtamen, si Prælati imponant pœnitentias corporales, & illi sic puniendi velint hujusmodi pœnitentias per pecuniam sponte redimere, non habet locum Regia Prohibitio, si coram Prælatis pecunia ab eis exigatur.

3. Insuper, si aliquis manus violentas injecerit in Clericum, pro violentia facta, debet emenda fieri coram Rege, pro excommunicatione verò coram Prælato ut imponatur pœnitentia corporalis, quam si reus velit sponte per pecuniam redimere, dandum Prælato vel læso, potest repeti coram Prælato, nec in talibus Regia Prohibitio habet locum.

4. In diffamationibus etiam corrigant Prælati supradicto modo, Regia prohibitione non obstante, primo injungendo pœnam corporalem, quam si reus velit redimere liberè, percipiat Prælatus pecuniam, licet Regia Prohibitio porrigatur.

5. Item, si aliquis in fundo suo Molendinum erexerit de novo, & postea à Rectore loci exigatur Decima de eodem, exhibetur Regia Prohibitio sub hac forma, quia de Molendino tali hactenus non fuerint solutæ Decimæ, prohibemus &c. & sententia Excommunicationis, si quam hâc occasione promulgaverint, revocetur omnino. *Responsio.* In tali casu nunquam exivit Regia Prohibitio de voluntate Principis, qui & decrevit talem perpetuò non exire.

6. Item, si aliqua causa, vel negotium, cujus cognitio spectat ad forum Ecclesiasticum, & coram Ecclesiastico Judice fuerit judicialiter terminata, & transierit in rem judicatam, nec per Appellationem fuerit suspensa, & postmodum coram Judice Sæculari super eadem re inter eosdem personas quæstio moveatur, & probetur per testes vel instrumenta, talis exceptio in foro Sæculari non admittitur. *Responsio.* Quando eadem causa diversis rationibus coram Judicibus Ecclesiasticis & Sæcularibus ventilatur, ut suprà patet de violenta manuum injectione in Clericum, dicunt, quòd (non obstante Ecclesiastico Judicio) cujus Regis ipsum tractat negotium, ut sibi expedire videtur.

7. Item, litera Regia Ordinariis dirigitur aliquando, qui aliquos suos subditos Excommunicationis vinculo innodarunt, quòd eos absolvant intra certum diem: alioquin, quòd compareant responsuri, quare eos excommunicarunt. *Responsio.* Rex decrevit, quòd talis

A. D. 1316

litera nunquam exire in posterum permittatur, nisi in casu quo possit inveniri Regiam libertatem per Excommunicationem lædi.

8. Item, Barones de Scaccario Domini Regis, vendicantes sibi ex privilegio, quòd non debent extra locum illum conquerenti cuiquam respondere, extendunt illud privilegium ad Clericos commorantes ibidem, vocatos ad Ordines, seu ad residentiam; & Diœcesanis inhibent, nè aliquo modo aliquave ex causa, dum sunt in Scaccario & in servitio Domini Regis, ipsos trahant ad judicium quoquo modo.

Responsio. Placet Domino Regi, quod Clerici suis obsequiis intendentes, si delinquant, per Ordinarium, ut cæteri, corrigantur; sed tempore quo occupantur circa Scaccarium ad residentiam in suis faciendam Ecclesiis non tenentur. Hic additur de novo, per Concilium Domini Regis, Rex & Antecessores sui, à tempore cujus memoria contrarii non existit, usi sunt, quòd Clerici suis immorantes obsequiis, dum obsequiis suis intenderint, ad residentiam in suis beneficiis faciendam minimè compellantur; nec debet dici rendere in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, quod pro Rege & Republica necessarium invenitur.

9. Item, ministri Domini Regis, ut Vicecomites, & alii, ingrediuntur feuda Ecclesiæ ad districtiones faciendas, & aliquando capiunt animalia Rectorum in via Regia, quando non habent terram nisi ad Ecclesiam pertinentem. *Responsio.* Placet Domino Regi, quòd districtiones hujusmodi fiant de cætero, nec in via Regia, nec in feudis, quibus olim Ecclesiæ sunt dotatæ: districtiones vult tamen fieri in possessionibus de novo à personis Ecclesiasticis acquisitis.

10. Item, quandocunque aliqui confugientes ad Ecclesiam abjurant terram, secundùm Regni consuetudinem, & persequuntur eos Laici, vel inimici eorum, & à publica strata per eosdem abstrahuntur & suspenduntur, vel statim decapitantur, & dum sunt in Ecclesia, custodiuntur per armatos infra Cœmeterium, & quandoque intra Ecclesiam ita arctè, quod non possunt exire locum Sacrum causa superflui ponderis deponendi, nec permittitur eis necessaria victui ministrari. *Responsio.* Qui terram abjurant, dum sunt in strata publica, sunt in pace Domini Regis, nec debent in aliquo molestari: & dum sunt in Ecclesia, custodes eorum non debent morari infra Cœmeterium, nisi necessitas, vel evasionis periculum hoc requirat: nec arctentur confugere, dum sint in Ecclesia, quin possint habere vitæ necessaria, & exire liberè pro obscœno pondere deponendo. Placet etiam Domino Regi, ut latrones & appellatores, quandocunque voluerint, Sacerdotibus possint sua facinora confiteri, sed caveant Confessores, nè erroneè hujusmodi appellatores informent.

11. Item petitur, quod Dominus Rex, & Regni Magnates non onerent domos Religiosorum, vel Ecclesiasticas personas pro corrodiis, pensionibus, vel perendinationibus faciendis in domibus Religiosis, & aliis locis Ecclesiasticis, carris & equis ibi mittendis: cum per hoc prædictæ domus depauperentur, cultusque Divinus in hac parte diminuatur, & propter hujusmodi onera compelluntur sæpissimè Presbyteri, & alii ministri Ecclesiastici, Divinis Officiis deputati, à locis residere supradictis. *Responsio.* Placet Domino Regi quod super contentis in petitione de cætero indebitè non onerentur. Et si per Magnates, & alios contra fiat, habeant inde remedium juxta formam Statutorum tempore Domini *Edwardi* Regis Patris Domini Regis nunc editorum. Et fiat consimile remedium de corrodiis, & pensionibus per coertionem exactis, de quibus non fit mentio in Statutis.

12. Item, si aliqui de tenura Domini Regis vocantur coram Ordinariis, extra Parochiam ubi degunt, si propter suam contumaciam manifestam excommunicentur, ac post quadraginta dies pro eorum captione scribatur, prætendunt se Privilegiatos, quod extra Villam seu Parochiam suam non debent vocari, & sic denegatur Breve Regium pro captione eorundem. *Responsio.* Nunquam fuit negatum, id. Breve Regium, nec negabitur in futurum.

13. Item petitur, quòd personæ Ecclesiasticæ, quas Dominus Rex ad Beneficia præsentat Ecclesiastica, si Episcopus eas non admittat, ut puta, propter defectum scientiæ, vel aliam causam rationabilem, non subeant examinationem Laicarum personarum in casibus antedictis, prout his temporibus attentatur de facto, contra Canonicas Sanctiones: sed adeant Judicem Ecclesiasticum, ad quem de Jure pertinet pro remedio, prout justum fuerit, consequendo. *Responsio.* De idoneitate personæ præsentatæ ad Beneficium Ecclesiasticum pertinet examinatio ad Judicem Ecclesiasticum, & ita est hactenus usitatum, & sic fiet in futurum.

14. Item, si valet aliqua Dignitas, ubi Electio est facienda, petitur, quod Electores liberè possint eligere absque incussione timoris à quacunque potestate Sæculari, & quod cessent preces, & oppressiones in hac parte. *Responsio.* Fiant liberè juxta formam Statutorum & Ordinationum.

15. Item, licèt Clericus coram Sæculari Judice non debeat judicari, nec contra ipsum aliquid fieri, per quod ad periculum mortis, vel mutilationem membri valeat perveniri: Sæculares tamen Judices Clericos ad Ecclesiam fugientes, & reatus suos fortè confitentes, faciunt abjurare Regnum, & eorum abjurationes admittunt ex illa causa, quanquam illorum Judices super his non existunt; sicque datur Laicis indirectè potestas hujusmodi Clericos cruciandi, si ipsos post abjurationem in Regno contigerit invenirl; super quo Prælati & Clerus petunt tale remedium adhiberi, ut immunitas Ecclesiæ & Ecclesiasticarum personarum conservetur illæsa. *Responsio.* Clericus pro Felonia fugiens ad Ecclesiam, pro immunitate Ecclesiastica obtinenda, asserens se esse Clericum, Regnum non compellitur abjurare, sed legi Regni se reddens, Ecclesiastica gaudebit libertate, juxta laudabilem consuetudinem Regni hactenus usitatam.

16. Item, quanquam Confessio coram illo qui non est Judex constitutus emissa non teneat, nec sufficiat ad faciendum processum, vel sententiam proferendam: quidam tamen Sæculares Judices Clericos, qui de foro suo in hac parte non existunt, reatus proprios, & enormes, utputa, Furta, Roberias, & Homicidia, coram eis confitentes, admittunt ad accusationem aliorum, quam ipsi communiter vocant *Appellum*, ipsosq; sic confitentes, & accusantes, seu *Appellum* facientes, non liberant Prælatis eorum post præmissa, quanquam super his fuerint sufficienter requisiti, licèt coram eis etiam per Confessionem propriam judicari vel condemnari nequeant, absque Violatione Ecclesiasticæ libertatis. *Responsio.* Appellatori in forma debita, tanquam Clerico, per Ordinarium petito libertatis Ecclesiasticæ Beneficio, non negabitur.

Nos desiderantes Statui Ecclesiæ *Anglicanæ*, & tranquillitati, & quieti Prælatorum, & Clericorum prædictorum, (quatenus de Jure poterimus) providere, ad honorem Dei, & emendationem statûs dictæ Ecclesiæ, Prælatorum & Cleri prædictorum, omnes & singulas Responsiones prædictas, & omnia & singula in eisdem Responsionibus contenta ratificantes, & approbantes, ea pro Nobis, & Hæredibus nostris Concedimus, & Præcipimus in perpetuum inviolabiliter observari: volentes & concedentes pro Nobis & Hæredibus

bus noſtris, quòd prædicti Prælati & Clerus, eorumq; ſucceſſores in perpetuum in præmiſſis Juriſdictionem Eccleſiaſticam exerceant, juxta tenorem Reſponſionum prædictarum, abſque occaſione, inquietatione, vel impedimento Noſtri, vel Hæredum noſtrorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunque. In cujus rei Teſtimonium has Literas fieri fecimus Patentes. Teſte Meipſo apud *Eboracum xxiiii.* die menſis *Novembris*, Anno Regni noſtri decimo.

Incipiunt Conſtitutiones Provinciales Domini Walteri Reynold *Cantuarienſis Archiepiſcopi editæ in Concilio* Oxon. 2do *Anno Domini* 1322. *Annoque Regni Regis* Edwardi 2di *Decimo ſexto*, Johanne *Vigeſimo primo, Aliàs ſecundo Papa.*

Hæ Conſtitutiones ſequentes ab aliquibus aſcribuntur Simoni Mepham *tanquam editæ in Concilio* Lambethenſi, *ſed erroneè.*

De Sacramento Ordinis, & de examinatione.

33. CUm quanta reverentia, & cordis contritione, & animi devotione, ad Sacramentum Ordinis ſit accedendum, ex eo patet, quod non niſi à ſummo Sacerdote, i.e. Epiſcopo, confertur, & non paſſim, nec niſi certis temporibus, & jejunio, obſervando non ſolum ab ordinandis, ſed ab univerſa plebe. Hinc eſt, quòd Sanctorum Canonum ſtatuta ſervantes Prohibemus, ut nullus ad Ordines accedat, vel admittatur, niſi fuerit Canonicè examinatus.

Item minores Clerici ad inferiores gradus non admittantur, niſi idoneos habeant præſentatores, & per Teſtimonium eorum admittantur. Nullus Simoniacus, Homicida, Excommunicatus, Uſurarius, Sacrilegus, & Incendiarius, vel Falſarius, vel alius habens Canonicum impedimentum ad quoſcunque Ordines præſumat accedere,

47. Item ordinati in *Hibernia*, *Wallia*, vel *Scotia*, maximè ſine literis ſui Diœceſani, & noſtris Commendatoriis ſeu Dimiſſoriis, non admittantur ad Ordinis ſic ſuſceptı executionem in Epiſcopatu noſtro, niſi magna neceſſitas, ut cum eis diſpenſetur, aliud à Nobis inducat: nec etiam tunc admittantur, niſi prius conſtiterit legitimè de ipſorum Ordinatione, vitæ munditia, pariter & literatura.

31. Item Prohibemus, ut nullus Abbas vel Prior Monachos ſuos vel Canonicos ab alienis (Epiſcopis ſcilicet) faciat ordinari, niſi cum literis ſui Epiſcopi Diœceſani, vel gerentis vices ſuas, aſſenſum ſuum exprimentibus.

48. Item Præcipimus, nè Sacerdotes ignoti, de quorum Ordinatione non conſtat, ad Divinorum celebrationem deſerviendo Eccleſiis admittantur, niſi de Licentia Epiſcopi Diœceſani: cum per Literas Teſtimoniales, vel Teſtimonium bonorum virorum eis, de eorum verè conſtiterit Ordinatione, & ſufficienter fuerit facta fides.

De Confirmatione.

34. SAcerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum; poſt Baptiſmum enim debet ſuſcipi Sacramentum Confirmationis; quod ſi confirmandus adultus fuerit, monendus eſt per Sacerdotem loci, ut prius confiteatur, & poſt confirmetur; veniat etiam jejunus Adultus confirmandus. Item ſæpe dicatur Laicis, nè expectent diu ad confirmandum adventum Epiſcopi, ſed adducant pueros ad eum, ubi eum adeſſe audierint propè, quàm citius poterunt: ut ligaturas ſecum conferant competentes, ſc. longas & latas ſufficienter. Item nullus teneatur ad Confirmationem à Patre, vel Vitrico, vel Noverca, & hæc prohibitio ſæpius publicetur in Eccleſia per Sacerdotes. A. D. 1322

40. Item caveant ſibi diligenter parentes, nè parvulos ſuos proferant iteratò ad confirmandum: cum & inde parvuli per illud Sacramentum iteratum efficiantur irregulares, ſi maſculi fuerint, & ipſi parentes ex tali negligentia gravi ſecundùm Canones ſubjaceant ultioni.

35. Sciant tam parentes, quam illi qui pueros eorum tenent ad confirmandum, quòd Spirituale vinculum in hoc Sacramento æquè contrahitur, ſicut in Baptiſmo. Item parvuli confirmati tertio die poſt Confirmationem deportentur ad Eccleſiam, & frontes eorum per manus Sacerdotum in Baptiſterio propter reverentiâ Chriſmatis abluantur ibidem, & tunc ligaturæ ſimul cum igne crementur.

De conſervatione Olei & Chriſmatis.

36. CUm magna reverentia deferatur Oleum infirmorum ad infirmos, & ipſos inungant Sacerdotes cum magna devotione, & orationum celebritate, quæ ad hoc ſunt ordinatæ. Item, ad Sacramentum Extremæ Unctionis moneant ſæpe populum Domini Sacerdotes, ſcilicet omnes à 14. annis, & ultra ſine fine, & ad omnes communiter ſe paratos exhibeant, cum neceſſe fuerit. Et doceant quòd poſt Sacramentum ſuſceptum licitè poteſt reverti ad opus Conjugale. Item, tam Sanctum Oleum, quàm Chriſma, ſub fideli cuſtodia, clave adhibitâ, conſervetur: ut non poſſit ad illa temeraria manus extendi ad horribilia.

41. Item doceant Populum Sacramentum Extremæ Unctionis apud eſapſo licitè poſſe iterari, viz. quolibet anno ſemel in gravi infirmitate, de quâ metus mortis imminet ægroto.

36. Neceſſarium eſt iſtud Sacramentum; & hoc patet ex verbis Apoſtoli *Jacobi* dicentis, *Si infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo Sancto in Nomine Domini, & Oratio Fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

De Ornamentis Altaris.

32. SInt Rectores Eccleſiarum & Presbyteri diligentes, ut ſumma reverentia & honor maximus Sacris Altaribus exhibeatur, & maximè ubi Sacroſanctum corpus reſervatur, & Miſſa celebratur. Euchariſtia in munda pyxide, vel Argentea, vel Eburnea, vel alias Sacramento digna & idonea conſervetur. Nec ultra ſeptem dies conſerventur Hoſtiæ conſecratæ, ſed quâlibet ſeptimanâ renoventur. Euchariſtia quoque, tam † luce quàm lucerna præcedente, ad ægrotos per Sacer- † *MS.* dotem, & in ſumma neceſſitate per Diaconum cum Cruce. ſocietate & reverentia deferatur, niſi forſan id ſoci remotio, vel temporis inæqualitas interdicat. Provideant etiam, ut ita ſe habeant in eundo & redeundo hujuſmodi Miniſtri, ut & debitum ſolvant ægroto, & audientes & videntes invitent ad habendum tanto Sacramento reverentiam. Provideant etiam Archidiaconi, ut Linteamina, & alia Ornamenta Altaris, ſicut decet, ſint honeſta; & Libros habeat Eccleſia idoneos ad Pſallendum pariter & legendum; & ad minus duplicia Sacerdotalia Veſtimenta; & ut honor debitus Divinis

Officiis

A. D. 1322

Officiis in omnibus impendatur. Præcipimus etiam, ut qui Altari miniſtrat, Superpellicio induatur.

De Ornamentis Altaris & Clericorum circa illud miniſtrantium.

235. LInteamina, Corporalia, Pallæ, Tuellæ, Manitergia, & alia Altaris Ornamenta integra ſint, & munda, & ſæpè abluantur per perſonas à Canonibus deputatas, ad reverentiam Salvatoris noſtri & totius cœleſtis Curiæ, quam huic Sacramento conficiendo, & confecto, non dubium eſt intereſſe. Item verba Canonis, præſertim in his quæ ad ſubſtantialia Sacramenti pertinent, plenè, integrè, & cum ſumma animi devotione proferantur. Non tamen ita ſit moroſus Sacerdos in præmiſſis, quòd faſtidium ingerat auditoribus, & Officium ſuum privet devotionis pinguedine. Quia † *muſcæ morientes* i. e. † importunæ cogitationes, *perdunt ſuavitatem unguenti*, i. e. pinguedinem Devotionis.

† *Al.* impuri.

Nullus Sacerdos Parochialis præſumat Miſſam celebrare, antequam Matutinale perſolverit Officium, & Primam, ac Tertiam de die. Item, nullus Clericus permittatur in Officio Altaris, niſi indutus ſit Superpellicio: & tempore quo Miſſarum Solennia peraguntur, accendantur duæ candelæ, vel ad minus una.

De Viſitatione Archidiaconi.

53. ARchidiaconi & eorum Miniſtri curam habeant & ſollicitudinem, tam de his, quæ ad Sacramentorum pertinent reverentiam, (de quibus præmiſſum eſt) quàm de his, quæ inferiùs ſunt annexa, ut fideliter & irrefragabiliter obſerventur: Tranſgreſſores, ſi qui fuerint hujuſmodi, prout qualitas culpæ expoſcit, coercendo. Injungimus Archidiaconis & eorum Officialibus, ut in Viſitationibus Eccleſiarum faciendis diligenter aſcribi faciant Vaſa, Veſtimenta, Libros, & alia, quæ ad dicta pertinent Officia, habeantque conſiderationem ad Fabricam Eccleſiæ, & maximè Cancelli, ſi forte indigeant reparatione: ſi quos autem invenerint defectus hujuſmodi, certum ſub pœna præfigant terminum infra quem emendentur & ſuppleantur. Cautè etiam per ſe & ſuos inquirant, ſi in Parochia, in qua Officium Viſitationis impendunt, in rebus vel perſonis aliquid fuerit corrigendum: & exceſſus, ſi quos ibidem invenerint, vel tunc, vel in proximo Capitulo corrigantur.

De Sacramento Matrimonii, & quando celebretur.

271. MAtrimonium, ſimiliter & alia Sacramenta cum honore & reverentia de die in facie Eccleſiæ, non tamen riſu & joco, & deriſu, ac contemptu celebretur. In Matrimonio contrahendo ſemper in tribus Dominicis vel Feſtivis diebus, & à ſe diſtantibus, tribus Edictis perquirat Sacerdos à populo ſub pœna Excommunicationis de legitimatione Sponſi & Sponſæ. Si quis autem Sacerdos hujuſmodi Edictum non obſervaverit, pœnam nuper in Concilio ſuper hoc Statutum non evadet. Item prohibeant Laicis Sacerdotes frequenter in Eccleſia ſub pœna Excommunicationis, nè dent mutuò fidem de Matrimonio contrahendo, niſi in loco celebri, & coram Presbyteris & populis ad hoc convocatis.

Qualiter ſe habeat Sacerdos in audiendo Confeſſiones.

332. SAcerdos in Pœnitentia injungenda diligenter attendat circumſtantias criminis, qualitatem perſonæ, & genus delicti, tempus & locum, cauſam & moram in peccato factam, devotionem etiam animi Pœnitentis: & his conſideratis & diligenter penſatis, ac diſtrictè, majorem vel minorem pœnitenti injungat Pœnitentiam. Item Sacerdos ad audiendum Confeſſiones communem ſibi eligat locum, ubi communiter ab omnibus videri poterit in Eccleſia, & in locis abſconditis non recipiat Sacerdos alicujus, & maximè mulieris, confeſſionem; niſi pro maxima neceſſitate, aut infirmitate pœnitentis. Item nullus Sacerdos alterius Parochianum recipiat ad Pœnitentiam, niſi de licentia ſui Presbyteri vel Epiſcopi. Item Sacerdos talem injungat Pœnitentiam uxori, ut viro ſuo non reddatur ſuſpecta de aliquo crimine occulto & enormi: idem de marito eſt obſervandum. Item in Furto, Rapina, Uſura, Fraude, Simonia, & maximè detentione Decimarum, ſeu ſubtractione alicujus Juris Eccleſiaſtici, diligenter ſibi caveant Sacerdotes, nè aliquibus injungant pœnitentias, niſi cum ſatisfactione, & reſtitutione facienda injuriam paſſis: cùm non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Item in majoribus criminibus, & atrocioribus dubius Sacerdos conſulat Epiſcopum, vel ipſum qui vices ejus gerit, aut providos & diſcretos, quorum conſilio certificatus, ſciat quos, & qualiter ligare poſſit, & abſolvere. Et nè (quod abſit) pœnitens penitùs in deſperationem cadat, moneat ipſum diligenter, ut bonum quicquid interim poſſit, faciat: ut Deus cor ſuum illuſtret ad Pœnitentiam. Et hoc idem faciat de eo qui peccatum confitetur, & tamen ab eo non vult abſtinere; quo caſu munus Abſolutionis non poterit ei impendi, cùm venia non legatur conceſſa, niſi ſe corrigenti. Item caveant Sacerdotes, nè peccata imprudenter inquirant, aut nomina perſonarum cum quibus peccaverint, ſed circumſtantias tantum & qualitatem peccati, cum ſcriptum ſit, *Deus, vitam meam* (& non alterius) *nunciavi tibi*: & propria debet eſſe Confeſſio, & non aliena.

Qualis debet eſſe Celebraturus, etſi revelet peccata, qualiter punietur.

334. PRohibemus, quòd nullus Sacerdos lapſus in mortale peccatum ad Altare accedere præſumat celebraturus, antequam confiteatur. Quidam enim errant, credentes quòd mortalia peccata delentur per Confeſſionem generalem. Item nullus Sacerdos ira, odio, vel metu etiam mortis, audeat in aliquo detegere alicujus Confeſſionem ſigno vel verbo, ſpecialiter vel generaliter. Et ſi ſuper hoc convictus fuerit, ſine ſpe reconciliationis non immeritò debet degradari.

335. Cum ſæpe contingat, quòd Rectores Eccleſiarum, ac etiam nonnulli Sacerdotes, in Sacris Ordinibus conſiſtentes, eò quòd nonnulli (ut eis videtur) quoad forum pœnitentiale ſunt ſubjecti, vel omnino non confitentur, vel ad quoſdam accedunt, qui nullam ipſos abſolvendi vel ligandi habent poteſtatē; Statuimus, quòd per Archidiaconos ſingulorum Decanatuum duo Presbyteri idonei præficiantur ſingulis Decanatibus, competentis literaturæ, & probatæ opinionis, ad Confeſſiones talium audiendas, & Pœnitentias eiſdem injungendas: quibus per Nos vel vicem noſtram gerentem auctoritatem volumus impartiri, firmiter prohibentes, nè Religioſi, Monachi, vel Canonici, Anachoritæ, Haremitæve, ſubditum alicujus audeant ad Pœnitentiam admittere.

Conſtitutio Bonifacii *octavi, (qui primus Jubilæum inſtituit,) quod nulla Provincia ſive Locus pro pecuniario debito ſupponatur Eccleſiaſtico Interdicto.*

BOnifacius octavus &c. Providè attendentes, quòd ut frequentius, quamvis non ſine cauſa, tamen ſine

Vide plus Decret. l. 5. Tit. 8.

ſine culpa multorum, Interdicti ſententiæ proferuntur. Et quia ſunt nonnulli Judices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiam in negotiis ſive cauſis, quæ plus interdum ex cupiditatis quàm charitatis radice, perſpicuis indiciis procedere arguuntur; & quia tempore Interdicti Divina organa ſuſpenduntur, & nec laudes Dei, nec Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrantur, ut ſolent, tolluntur mortuis ſeu diminuuntur ſuffragia, præſertim per Oblationem ſequentem Hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & parvuli percipientes rarius Sacramenta, minus inflammantur & ſolidantur in fide, fidelium tepeſcit devotio, hæreſes pullulant, & multipliſcantur pericula Animarum: Præſentis Conſtitutionis Providemus Edicto, ut nulla Provincia, Civitas, Caſtrum, Villa, Locus, Territorium, vel Diſtrictus, auctoritate ordinaria vel delegata ſupponantur Eccleſiaſtico Interdicto pro pecuniario debito, vel pro cujuſvis monetæ vel pecuniæ quantitate, ſub quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quovis quæſito colore, pro eo maximè, quòd ipſorum Domini, Rectores, ſeu Officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu habitatores aut † ſigillatores eorum, ſtatutis vel ſtatuendis, ordinatis vel ordinandis terminis hujuſmodi debitum, ſeu quantitatem non ſolverint hactenus, aut in antea non perſolvent. Nos enim exnunc Decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus fuerit attentatum, vel contigerit attentari: illud quoque revocamus omnino. Non obſtantibus quibuſcunque Contractibus, Obligationibus, Pactis, Conventionibus, Compoſitionibus, Submiſſionibus, Fidejuſſionibus, Conſenſibus, Proceſſibus, Sententiis ſuper hoc habitis vel habendis, Juramentorum, Pœnarum Spiritualium & Temporalium, ſeu Mulctarum oppoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio Interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, & expreſſa per ipſius Patentes literas apparente.

Interdictum multa mala facit.

† *Al.* Singulares perſonæ.

Datum *Andegaviæ* in die Aſcenſionis Domini, Pontificatûs noſtri anno ſexto, Anno Domini 1299.

Incipiunt Conſtitutiones venerabilis Patris Domini Simonis Mepham, Cantuarienſis *Archiepiſcopi in Concilio Provinciali apud Sanctum* Paulum London *celebrato, menſis* Februarii *die Veneris poſt Converſionem Sancti* Pauli, *Anno Domini* 1328. *Anno Regni Regis* Edvardi 3tii 3tio. Johanne 21. *dicto* 22. *&* Nicolao 5to *unâ Pontificibus: unde ortum eſt* 26. *Schiſma.*

ZElari oportet pro Domino Deo ſuo Eccleſiarum Prælatos, qui non de ſola ſunt ſua perditione damnandi, verùm etiam de ſuis manibus requiret Dominus (ſicut ipſe inquit) ſanguinem ſubditorum; adverſus eos præcipuè, quos nominis Chriſtiani titulus inſignivit, & tamen profeſſioni ſuæ damnatis eorum moribus, contraire cognoverint: qui gladio ſpiritus (quod eſt verbum dei) & doctrina ſalutis nocentes viciorum filices non interimant, & Eccleſiaſticæ ſæculo diſciplinæ (velut providi cultores) extirpent, virtutes inſerant, moreſque reforment, ut appetitus noxii honeſtatis debitæ limites non excedant; ſed ut inde Chriſtiana profeſſio magis ac magis, libentiuſque ſalutaribus ſemper proficiat incrementis: hujus rei gratia, Nos *Simon* permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus & totius *Angliæ* Primas, In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, neceſſarium fore duximus providendum, auctoritate præſentis Concilii, de fratrum Suffraganeorum conſenſu, ad confirmationem ſtatûs Eccleſiaſtici, in noſtra *Cantuarienſi* Provincia, ſtatutis Conciliorum prius editis, ad ipſorum conſervationem pœnas adjicere, & quædam etiam nova ſtatuere, quibus vita delinquentium arceatur, & ſalutis profectus uberior inducatur. A. D. 1323

De obſervatione feſtivâ diei Paraſceves.

ANimarum ſaluti proſpicere cupientes, initium ordimur de Fontibus Salvatoris: Statuimus itaque & Ordinamus, ut dies illa ſancta Paraſceves, quâ Salvator Noſter, Dominus *Jeſus Chriſtus*, pro ſalute hominum pretioſam Animam ſuam poſt multa flagella poſuit in Cruce, ſecundùm ritum Eccleſiæ in lectione cum ſilentio, in oratione cum jejunio, in compunctione cum lachrymis feſtivè celebretur. Auctoritate etiam præſentis Concilii diſtrictius Inhibemus, nè de cætero quiſpiam ſervilibus intendat ipſa die operibus, vel quævis alia exerceat, quæ à pietatis cultu fuerint aliena. Per hoc tamen Legem pauperibus non imponimus, nec divitibus prohibemus, quin ad agriculturam pauperum promovendum ſuffragia conſueta, Charitatis intuitu, ſubminiſtrent. 99.

De Conceptione Beatæ Mariæ feſtivè celebranda.

AD hæc quia inter omnes Sanctos memoria Beatiſſimæ Virginis & Matris Domini eò frequentius agitur atque feſtivius, quò majorem Gratiam apud Deum, qui ejus Conceptionem prædeſtinatam ad Unigeniti ſui temporalem originem, & omnium ſalutem veraciter ordinavit, creditur inveniſſe, ut per hoc ſalutis noſtræ quamvis remota primordia, in quibus devotis occurrit mentibus Spiritualium materia gaudiorum, devotionem in omnibus augeant & ſalutem: Venerabilis *Anſelmi* Prædeceſſoris noſtri, qui poſt alia quædam ipſius antiquiora ſolennia Conceptionis ſolenne ſuperaddere dignum duxit, veſtigiis inhærentes, Statuimus, & firmiter præcipiendo Mandamus, quatenus Feſtum Conceptionis prædictæ in cunctis Eccleſiis noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ Feſtive & ſolenniter de cætero celebretur. 101.

De immunitate bonorum ad Eccleſias, ſeu perſonas Eccleſiaſticas pertinentium.

ITem omnes, qui de domibus, maneriis, grangiis, ac locis aliis ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas, vel ad ipſas Eccleſias pertinentibus, quicquam præter voluntatem Dominorum aut permiſſionem, vel eorum, qui ſunt hujuſmodi rerum cuſtodiis deputati, abſtrahere, conſumere, vel contrectare præſumpſerint, abſtrahi, conſumi, vel contrectari fecerint, vel hujuſmodi abſtractionem, conſumptionem, aut contractionem ſuo nomine, vel à familiaribus ſuis, factam ratam habuerint, ſacri approbatione hujuſmodi Concilii Provincialis Pronunciamus, & Declaramus, Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis exiſtere violatores, & ſententiam Majoris Excommunicationis contra hujuſmodi violatores in Concilio *Oxonienſi* latam incurrere ipſo facto. Et ne hujuſmodi Eccleſiaſticæ libertatis violatores occaſione difficultatis Citationis eorundem evitent, ſicut hactenus fieri conſuevit, nè procedi valeat contra ipſos, de fratrum noſtrorum, & Concilii totius aſſenſu & conſilio, Decernimus, quemcunque violatorem hujuſmodi, ſi perſonaliter inveniri, & 85.

Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores qualiter puniri & citari debeant.

 citrè

A. D. 1328

tutè adiri valeat, personaliter evocandum. Si vero non inveniri, vel si tutè adiri non valeat, tunc in Domicilio, si quod habet, quo tutè citari possit. Si vero in Domicilio quod habet tutè citari nequeat, tunc in Ecclesia Cathedrali illius Domicilii: & si nullum habeat, & non constet eum habere Domicilium; tunc in Ecclesia Cathedrali loci in quo immunitas Ecclesiæ dicitur esse læsa: & nihilominus in Ecclesia Parochiali ejusdem loci, si tutè fieri poterit, Citationem decernimus faciendam.

Hujusmodi Citationem in Domicilio, vel in Ecclesia publicè (ut præmittitur) factam vel faciendam, volumus non solum in casibus supradictis, sed etiam in omni casu Constitutionis Domini *Othoboni*, quondam Apostolicæ sedis Legati in *Anglia*, quæ incipit, *Ad Tutelam*, sic arctare citatum, ac si esset per Citationem personaliter apprehensus: ejusdemque Citationis virtutè contra eum procedi ad effectum, ac si personaliter extitisset.

Præfatos etiam, & quoscunque alios Ecclesiasticæ libertatis, vel immunitatis violatores, Decernimus in loco delicti, etiamsi ibidem non inveniantur, posse tam ex Officio Judicis, quàm ad partis instantiam conveniri. Utrum autem hujusmodi violatores Ecclesiasticæ libertatis vel immunitatis inveniri, ac tutè adiri valeant: & utrum domicilium habeant vel non, volumus in dubio stare Certificatorio illius, cui mandatur Citatio facienda. Et ut in præmissis casibus, & in aliis injuriati Justitiam debitam facilius consequantur, districtè, hoc probante Concilio Provinciali, Præcipimus, quòd omnes Judices Ordinarii nostræ *Cantuariensis* Provinciæ se invicem sine qualibet difficultate juvent in citationibus & executionibus faciendis, ac quibuscunque mandatis licitis exequendis.

De Testamentis servorum seu nativorum non impediendis.

Servi Testamenta possunt facere.

ITem, omnes illi, qui ascriptitiorum vel aliorum servilis conditionis Testamenta, vel ultimas Voluntates quovismodo impedierint, contra consuetudinem Ecclesiæ *Anglicanæ* hactenus approbatam, per Excommunicationis sententiam compescantur.

De Probationibus Testamentorum.

170. ITem, quia locorum Ordinarii insinuationem Testamentorum & Commissionem Administrationis bonorum defuncti per cautelas exquisitas contra hujusmodi Executores Testamentorum, ut ab eis citius pecuniam extorquere possint, se (ut dicitur) reddiderunt onerosos hactenus: Statuimus, quòd pro Insinuatione & approbatione Testamenti pauperis, cujus Inventarium bonorum centum solidos Sterlingorum non excesserit, vel pro Commissione Administrationis bonorum hujusmodi Executoribus facienda, nihil penitus exigatur. *C. de Testamentis. L. consulta divalia.*

Ut ante Sententiam Definitivam non obstante Statuto Oxonienſi possit appellari.

Appellari potest etiam ante sententiam definitivam.

115. ITem, quia in Concilio *Oxonienſi* quoddam dicitur Statutum emanasse, quo inter cætera prohibetur, quòd à nullo gravamine Judiciali ante Definitivam Sententiam frivolè appelletur: Cumque omnes Advocati & Procuratores ejusdem Consistorii ad observationem hujus Statuti astringi debeant vinculo Juramenti, pœnis etiam aliis in ipso Statuto contentis, si contra id venerint, affligendi: Nos hujusmodi Statutum, quod etsi colore verborum superficialiter pallietur, ad auferendum tamen oppressis appellationis remedium realiter extitit introductum, & quicquid ex eo vel ob id fuerit subsecutum, penitus reprobamus; & omnes qui ad observationem hujusmodi Statuti præstiterint Juramentum, ab eodem absolvimus.

De non impediendo Oblationes consuetas fieri, & decimas colligere, & asportare absque alicujus Domini exactione.

185. ITem, quia quidam maledictionis filii, in Nubentium solenniis, Mulierum purificationibus, Mortuorum exequiis, & aliis, quibus ipse Deus in ministrorum suorum personis solebat Oblationum libamine populariter honorari, ad unius denarii vel alterius modicæ quantitatis Oblationem, populi devotionem restringere sunt moliti; residuum Oblationis fidelium suis pro libito vel alienis usibus multoties applicantes. Alii verò non attendentes, quòd Dominus Deus noster Omnipotens, cujus est terra & plenitudo ejus, & universi qui habitant in ea, Decimas in signum universalis dominii sibi reddi præcepit, & pro suo cultu easdem Clericis assignavit, aliquando malitiosè impediunt, impedirive faciunt vel procurant viros Ecclesiasticos, ad quos spectat perceptio Decimarum, eorumve servitores, quo minus liberum ingressum & egressum in prædia & à prædiis, de quibus hujusmodi Decimæ proveniunt, habere possunt pro ipsis Decimis colligendis, custodiendis, vel, quo voluerint, abducendis. Alii autem, nisi prius Chirothecæ, vel Caligæ, seu quicquam aliud, eis dentur vel promittantur, Decimas asportant & consumunt, asportari consumive faciunt, seu aliquod damnum inferunt, interrive faciunt in eisdem. Alii insuper viros Ecclesiasticos eâ occasione, quòd Jura Ecclesiastica in foro Ecclesiastico prosequuntur, vel antea fuerint prosecuti, malitiosè attachiant, indicunt, vel indicant attachiari, indicari, judicarive, aut eis alia gravamina inferri faciunt, vel procurant. Nos igitur perversorum damnabilibus consiliis salubre † remedium apponere cupientes, nihil novum statuentes, sed antiquorum Canonum sancita in remedium deducentes, universos & singulos hujusmodi instigatores, & impeditores, & alios supradictos, per quorum nefandas machinationes Ecclesiis, aut ipsarum Rectoribus, seu Vicariis, aut Ministris quicquam damni infertur, aut subtrahitur honoris & commodi consueti, præsentis declaratione Concilii Pronunciamus universos & singulos in præmissis, vel eorum aliquo in posterum delinquentes, vinculo Excommunicationis involvi, reservatâ loci Diœcesano absolutione eorum, præterquam in mortis articulo, quousque ipsorum ministerio in contrarium laborante Ecclesiis fuerit popularis devotio efficaciter restituta, ac viris Ecclesiasticis sic læsis de hujusmodi excessibus plenariè satisfactum.

Decimas Dominus quæreti. nit.

† *MS.* to pagulum.

Nota quòd Rector habens Parochianum suspectum, timens se posse in Decimis defraudari, potest petere, ut interdicatur Domino fundi, nè fructus colligat vel asportet, nisi eo vel suo nuncio præsente: & talis Rector est audiendus per *l. C. communia & quibus quar. pars de. l. Exilio. li. x. C. de decur. l. ii.* quia habet partem in fructibus ratione Decimæ, igitur in fundo: quia fructus sunt pars fundi. *ff. de rei vendi. l. fructus.* de isto notatur *titu. de decimis. §. i. ver. ultimo quæritur. per Spe. in iii. parte de quæstione hujusmodi.*

De Matrimonio non solenniz.ando absque Bannorum editione, & debita pœna delinquentium.

Matrimonia non fiant sine Bannis.

175. ITem, quia ex contractibus Matrimonialibus, Bannorum editione non præhabitâ, initis, nonnulla pericula perveniunt, & manifestum est indies pervenire, omnibus & singulis Suffraganeis nostris Præcipimus statuendo, quòd *Decretalem, cum inhibitio. Extra. de clandest. despon.* (quâ prohibetur, nè qui contrahant Matri-

Matrimonium Bannis non præmiſſis, in ſingulis Eccleſiis Parochialibus ſuæ Diœceſeos pluribus diebus, cum major populi affuerit multitudo, exponi faciant in vulgari, ipſamque faciant obſervari firmiter, quibuſvis Sacerdotibus etiam Parochialibus vel non Parochialibus, qui contractibus Matrimonialibus ante ſolennem editionem Bannorum initis præſumpſerint intereſſe, pœnam Suſpenſionis ab Officio per triennium infligendo; & hujuſmodi contrahentes, etiamſi nullum ſubſit impedimentum, pœnâ debitâ percellendo. Omnis etiam Sacerdos, ſive Sæcularis ſive Regularis exiterit, qui ſolennizationem Matrimonii extra Eccleſiam, vel Capellam habentem Jura Parochialia ab antiquo, abſque Epiſcopi loci Diœceſani ſpeciali licentia celebrare præſumpſerit, aut intereſſe, eò ipſo per annum integrum ab Officio ſit ſuſpenſus.

Nec credo, quòd Epiſcopus poteſt diſpenſare infra annum; ut *Extra. de hæreti. c. multorum, in gl. de diſpenſ. per Jo. in Clo.* A. D. 1342

De defectibus domorum ad Beneficia Eccleſiaſtica ſpectantium reparandis.

ITem Statuimus, quòd nulla inquiſitio ſuper defectibus domorum, vel aliorum ad Beneficium Eccleſiaſticum ſpectantium de cætero facienda valeat in alterius præjudicium, niſi fiat per viros fide dignos in forma Juris juratos, ipſis ad hoc primitùs evocatis, qui ob hoc lædi poterunt: integram verò æſtimationem defectuum in domibus, aut aliis ad Beneficium Eccleſiaſticum ſpectantibus repertorum, ſive per inquiſitionem, ſive per viam Compoſitionis æſtimatio ipſa facta exiterit, loci Diœceſanus in reparationem ipſorum defectuum converti faciat infra competentem terminum ipſius arbitrio moderandum. 353.

Incipiunt Conſtitutiones Domini Jo. de Stratford Cantuarienſis *Archiepiſcopi editæ Anno Domini* 1342. *die Mercurii proxima poſt Feſtum Sancti* Edvardi *Regis & Martyris, in Eccleſia* Sancti Pauli Londinenſi, *in præſentia Comprovincialium Epiſcoporum, viz.*

Dominorum { *Radulphi London.* *Rogeri Cov. & Lich.* *Johannis Exon.* *Roberti Sariſburien.* *Roberti Ciceſtren.* *Thoma Hereforden.* *Radulphi Bathon.* *Simonis Elien.* *Thoma Lincoln.* *Wulftani Wigorn.* *David Bangoren.*

Et Procuratorum cæterorum Epiſcoporum abſentium ſufficienter comparentium tunc ibidem. Regnante in *Anglia Edvardo* tertio, *Clemente* ſexto Pontif. Max.

SPonſam Chriſti Sacroſanctam Eccleſiam, privilegio libertatis cœlitus decoratam, quorundam ambitiones illicitæ infeſtarunt: Unde *Romana* Eccleſiæ ſummi Pontifices, ac Principes Sæculares, & ſpecialiter Reges *Angliæ* Catholici, & illuſtres, intra memoriam revolventes quot plagis *Ægyptii* fuere percuſſi, eò quod populum Dei filios *Iſrael*, typum gerentes miniſtrorum Altaris, ſervituti indebitè ſubjicere præſumpſerunt; quodque oppreſſiones & gravamina, quibus in *Anglia* libertas Eccleſiaſtica depreſſa extitit & calcata, oppreſſionum auctoribus non profuerunt: ſed ipſis inde potius non modicum prodiit ſuæ ſalutis periculum, & notorium detrimentum: Eccleſiam *Anglicanam* quamplurimis libertatum, privilegiorum, & immunitatum prærogativis ſalubriter dotare curavêrunt. Quia tamen ab adoleſcentia flexibilis ad malum humana ſenſualitas adeo morû ſubverſonê in Clero & in populo ſuſcitavit, quod non ſufficiunt proviſa remedia, ut cohibeant noxios appetitus, & Jura Eccleſiæ Dei Sanctæ, ac libertatis illius conſervent illæſa, Nos *Johannes*, permiſſione divina, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus invocata Spiritus Sancti gratia, utile fore prævidimus Auctoritate præſentis Concilii de Fratrum, & Suffragineorum Coepiſcoporum noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ conſilio & aſſenſu, circa remedia perverſis apponenda conatibus, ad vitia extirpanda, ac deformata in Eccleſia, Clero, & populo reformanda, utiliter ordinare in ipſa noſtra *Cantuarienſi* Provincia, futuris temporibus obſervanda.

Natura humana ab adoleſcentia prona eſt ad malum.

De pace Eccleſiæ & Regni Anglia conſervanda.

354. SUperno Dei munere informatus, illuſtris Rex *Anglia Edvardus*, pacem *Anglicanæ* Eccleſiæ, atque Regni cupiens firmiter obſervari, Nos, & cæteros Coepiſcopos dicti Regni olim literis ſuis rogavit, ut communes malefactores, & pacis Sanctæ Eccleſiæ, atque ſuæ turbatores & violatores, Felones, necnon Feloniarum manutentores, falſos juratores, conſpiratores, in Aſſiſis & juratis coram Juſticiariis Regiis pejerantes ſcienter, falſarum querelarum aſſumptores, manutentores, & fautores earum, per quos turbationem, & pacis violationem, libertatis ac jurium Eccleſiæ, atque Regni, in ipſo Regno non ambigitur procurari, in ſingulis Diœceſibus Eccleſiaſtica compeſcantur cenſura, ipſos deſiderans, pro ſuis gravibus in his exceſſibus, majoris Excommunicationis Sententia innodari, ſeu Excommunicatos publicè nunciari. Unde Nos piæ mentis dicti Regis imitatione laudabili excitati, audaciam perfidorum hujuſmodi compeſcere cupientes, omnes malefactores prædictos taliter in poſterum, in *Cantuarienſi* Provincia delinquentes ſcienter, præſentis auctoritate Concilii majoris Excommunicationis ſententiam volumus, & pronunciamus incurrere, ipſo facto: quorum abſolutionem locorum Ordinariis, ſeu, Sedibus Eccleſiarum Cathedralium vacantibus, his, qui Juriſdictionem Epiſcopalem exercebunt ibidem, præterquam in mortis articulo reſervamus. Cæterum, ut hujuſmodi delinquentium facinora eo ampliùs eviterntur, quo ipſi delinquentes Excommunicati ſolennius fuerint nunciati, hoc ſacro Provinciali Concilio approbante, Præcipimus, quòd omnes & ſinguli malefactores prædicti, in ſingulis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus Eccleſiis noſtræ Provinciæ antedictæ, prima Dominica *Quadrageſimæ*, ac in Feſto corporis Chriſti, aliiſque duobus diebus Feſtivis, & ſolennibus, annuatim, Excommunicati publicè nuncientur in genere, cum intimatione reſervationis abſolutionis prædictæ.

De habitu & honeſtate Clericorum.

EXterior habitus mores, & conditiones intrinſecas 111.
perſonarum frequenter oſtendit, & licet Clericorum geſtus exemplum eſſe debeat, & informatio Lai-

A. D. 1342

corum, tamen Clericorum abuſus, qui plus ſolito invaluit his diebus, in tonſuris, veſtibus, & ornamentis, equorum, ac aliis, abominabile ſcandalum in populo generavit, dum Eccleſiaſticas Dignitates, Perſonatus, Præbendas honorabiles, & curata Beneficia obtinentes, in ſacris etiam Ordinibus conſtituti, coronam (quæ Regni Cœleſtis, & perfectionis eſt indicium) deferre contemnunt, & crinium extenſorum quaſi ad ſcapulas utentes diſcrimine, velut effœminati, Militari tamen potius, quam Clericali habitu induti ſuperiori, ſ. brevi ſeu curto, notabiliter tamen & exceſſivè latis, vel longis manicis cubitos non tegentibus, ſed pendulis, crinibus, cum furrura vel ſandalo revolutis & (ut vulgariter dicitur) reverſatis, ac caputiis cum tipetis miræ longitudinis, barbiſque prolixis incedere, ſuiſque digitis annulos indifferenter portare publicè, ac zonis ſtipatis pretioſis miræ magnitudinis ſupercingi, & burſis, cum imaginibus & variis ſculpturis amelatis, & deauratis, ad ipſas patenter cum cultellis, ad modum gladiorum pendentibus, caligis etiam rubeis ſcaccatis & viridibus, ſotularibuſque roſtratis & inciſis multimodè, ac croperiis ad ſellas, & cornibus ad colla pendentibus, epitogiis aut clochis furratis, uti patenter ad oram, contra Sanctiones Canonicas temerè non verentur, adeo quòd à Laicis vix aut nulla patet diſtinctio Clericorum: unde profeſſionis, & Ordinis ſuorum prærogativa ſuis reddunt demeritis ſe indignos. Nos igitur hujuſmodi erroribus, quibus, ut plurimi, Clericorum geſtus, tàm in magiſtrorum & ſcholarium Univerſitatibus noſtræ Provinciæ dehoneſtantur, quàm extra obviare volentes, hoc ſacro approbante Concilio, Statuimus, & Præcipimus, quòd quicunque obtinentes Beneficia Eccleſiaſtica noſtræ Provinciæ, in Ordinibus ſacris potiſſime conſtituti, veſtes & tonſuram Clericales deferant, ſuo ſtatui competentes. Si qui autem Clerici noſtræ Prouinciæ incedentes in ea veſte ſuperiori, brevi, vel ſtricta notabiliter, aut ea cum longis vel latis exceſſivè manicis, cubitos circumquaque non tegentibus, ſed pendulis, crinibus intonſis, barbiſque prolixis, aut annulis ſuis utantur digitis publicè alii, quam quibus ratione dignitatis, & honoris hoc congruit, ſeu in præmiſſis, aut aliquibus præmiſſorum ſuperius expreſſatis, exceſſerint, niſi infra ſex menſium ſpatium à tempore commiſſi exceſſûs hujuſmodi moniti ſe correxerint, & effectualiter dictos dimittant errores, Eccleſiaſtica habentes Beneficia, poſt prædictorum lapſum ſex menſium, ipſo facto ab Officio Suſpenſionem incurrant, in qua ſi per tres menſes perſtiterint, ſuis extunc Beneficiis, nulla requiſita monitione alia, ſint ipſo Jure ſuſpenſi: nec extunc per ſuos Diœceſanos, quibus eorum abſolutionem præſentis auctoritate Concilii reſervamus, prius ab hujuſmodi ſententiis abſolvantur, quam quintam partem proventuum unius anni ſuorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum perſolvant, per Diœceſanos eorum in quorum Diœceſibus hujuſmodi Beneficia obtinent, pauperibus, in locis Beneficiorum ipſorum degentibus, infra tres menſes poſteà fideliter eroganda. Et ſi Suſpenſionibus durantibus hujuſmodi, divinis ſeu adminiſtrationi dictorum Beneficiorum ſe ingeſſerint, vel immiſcuerint, ſicut prius, extunc dictis Beneficiis ſint eo ipſo privati. Non Beneficiati autem Clerici publicè & communiter pro Clericis ſe gerentes, ſi in his exceſſerint, niſi moniti infra ſex menſium ſpatium ſe correxerint cum effectu, eo ipſo ſint inhabiles per quatuor menſes ad Eccleſiaſticum Beneficium obtinendum. Et præter hæc in Univerſitatibus prædictis ſtudio literarum vacantes, & pro Clericis ſe gerentes, ſi ſe à præmiſſis effectualiter non abſtineant, ad quoſcunque gradus Eccleſiaſticos, & honores in ipſis Univerſitatibus ipſo facto reddantur inhabiles, donec ſuis moribus atque geſtu maturitatem exhibeant honeſtis Scholaribus competentem: ſalvis pœnis aliis editis contra hujuſmodi delinquentes. Præſenti tamen Conſtitutione nolumus prohibere, quin Clerici apertis & patentibus ſupertunicis, alias menſalibus nuncupatis, cum manicis competentibus, locis & temporibus opportunis, ac etiam itinerantes, pro eo duntaxat tempore quo per patriam iter faciunt, breves ac ſtrictas veſtes ſibi aſſumere, & illis uti valeant, prout eis videbitur expedire. Verum etiam cum fronte libera cæteros redarguere nequeant Epiſcopi, ſi ſeipſos & domeſticos proprios non corrigant in hac parte: Statuimus, quod Epiſcopi noſtræ Provinciæ venuſtatem, & decentiam in tonſura, veſtibus, & cæteris ſupradictis obſervent, & à ſuis Clericis commmenſalibus faciant obſervari.

Clericorum abuſus Laicos valde ſcandalizat.

Ad hæc, quia parum valeret Jura condere niſi eſſent qui ea executioni debitè demandarent, dicti, Præcipimus, auctoritate Concilii, ut locorum Ordinarii quibus de ſubditorum exceſſibus ſpectat inquirere in locis ſuæ Juriſdictioni ſubjectis, per ſe, vel alios ſuper his annuatim inquirant, & contra reos in hac parte conſtitutionem præſentem obſervent, & diligenti cautela faciant obſervari. 16.

Jura parum valent ſine executoribus.

De dimiſſionibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum ad firmam.

LIcet (bonæ memoriæ) *Otho*, & *Othobonus*, quondam Apoſtolicæ ſedis in *Anglia* Legati, ſuis prohibere Conſtitutionibus curaviſſent, ne Eccleſiæ Laicis, vel Clericis, ultra quinquennium tradantur ad firmam, quidam tamen, excogitato fraudis machinamento, noviter contra eas, ac etiam Conſtitutiones alias, ſuas Eccleſias Laicis, & quandoque mulieribus, aut Clericis, etiam non obtenta Diœceſanorum licentia, dimittunt ad firmam, & ut figmentis † fucata veritas obumbretur, in inſtrumentis ſuper traditione hujuſmodi Eccleſiarum, Laicis ad firmam confectis, nomen Clerici cum nomine Laici contrahentis inſeri faciunt, licet Clericus nominaliter adjectus contrahens non exiſtat: præfati vero Laici prætextu firmarum hujuſmodi, in Eccleſiarum ſic dimiſſarum manſionibus & domibus, cum uxoribus, pueris, & familia morantur, tabernas in eis publicas facientes, & inhoneſta alia exercentes, unde ſcandala pullulant, & Parochianorum devotio ſubtrahitur, ac Eccleſiis hujuſmodi circa Jura ſua plurimum defraudatur, aliàs derogatur. Quapropter hoc Provinciali Concilio approbante Conſtitutionibus adjiciendo prædictis, Statuimus, quòd quotieſcunque Beneficium Eccleſiaſticum noſtræ Provinciæ Clerico, & Laico exnunc ad firmam dimiſſum fuerit, vel † inſtrumentis ſuper firmarũ hujuſmodi dimiſſione confectis, nomen Laici, cum Clerici nomine, amodo inferatur, vel Clericum fingatur fore firmarium, cum non ſit, ſeu ſi Laici fructus, reditus, & proventus, dimiſſorum Beneficiorum ad firmam, ſuo nomine colligant, & eos directè in uſus ſuos convertant, hujuſmodi contractus non teneant, nec ex eis aliquis alteri obligetur, ſed ſic extunc Beneficia hujuſmodi tradentes, & recipientes ad firmam, tertiæ partis proventuum Beneficii, ſic dimiſſi, vel æſtimationis ipſius, ſi ambo ſint ſolvendo communiter, aut tradentem tantum, ſi ſolvendo recipiens non exiſtat, fabricæ Eccleſiæ Cathedralis loci ſolvendum pœna plecti volumus, appellatione nominis Clerici non obſtante. Et quia Religioſi, & alii Eccleſiaſtica Beneficia noſtræ Provinciæ in proprios uſus tenentes, ſe Conſtitutionibus prædictis aſſerunt non ligari: præſentis Concilii approbatione Statuimus, quòd ſi ipſi Beneficia hujuſmodi, vel ſuas, quas, virtute appropriationum hujuſmodi in eis 1543.

† *Alii, fugata.*

† *Alii, in miniſtris.*

Decima-

Decimarum & proventuum percipiunt, portiones ad firmam tradiderint Clericis non obtenta Diœceſanorum licentia, vel Laicis quoviſmodo, vel aliàs qualitercunque, contra præſentis, aut dictarum Conſtitutionum tenorem exceſſerint, pœnæ prædictæ de cætero percellantur.

De Decimis & Oblationibus.

188. ERroris damnabilis devio excæcati, ſuarum animarum excidia non devitant, dum frugum ſuarum Decimam garbam ſolventes, pro labore, mercentibus, ea minimè computata, non abſque errore calculi pro Decima undecimam ſolvant garbam; contendentes ſe mercenariis de frugibus non decimatis, poſſe pro Autumnali labore potiſſimè ſolvere ante Decimationem, mercedem Novi Teſtamenti, & Veteris imperium contemnentes. Quorundam etiam Laicorum ſuperſtitioſa malitia noviter adinvenit, quòd cum garbas aliquas Decimales, non tamen ſignatas, pro Decimis in ſuis terris dimittunt, & ſervientes virorum Eccleſiaſticorum garbas, aut res alias pro Decimis ſic dimiſſis, nomine Decimæ abducentes & aſportantes, ut in ſceleratos exclamant, eoſque arreſtari, & attachiari faciunt, ſicut fures, ac ipſos, & eorum Dominos, propter aſportationem, & abductionem Decimarum hujuſmodi infeſtant, & multipliciter inquietant. Ipſorum etiam alii pro eo, quòd garbarum, & fœni, ſeu rerum aliarum Decimæ per ſolum ducuntur eorum, viros Eccleſiaſticos, & eorum miniſtros in foro ſæculari implacitant, & gravibus fatigant laboribus & expenſis. Alii præterea vias & itinera in prædia, & à prædiis, per quæ Decimas oportet ſeu ipſi conſueverunt abduci, difficilia, & per longos circuitus remota exhibent, & per ea tantum Decimas ducentes ſinunt tranſire, ſeu duci vehicula difficulter, contra Eccleſiaſticam libertatem. Quidam inſuper garbas expoſitas, & aſſignatas pro Decima non permittunt à ſuis terris abduci, quamdiu in illis quicquam de bladis remanet eorundem, ſed ipſas ſcienter tolerant à ſuis, & aliorum animalibus conteri & conſumi, ac circa Decimarum præſtationem, collectionem & abductionem earum, impedimenta multimoda inferunt, & inferri faciunt, ac procurant, in libertatum & Jurium Eccleſiaſticorum violationem, & præjudicium manifeſtum, ſuarumque grave diſpendium Animarum. Nos igitur perverſorum hujuſmodi conatibus, & auſibus damnabilibus, ſalutari remedio cupientes occurrere, omnes & ſingulos exnunc in præmiſſis, vel eorum aliquo, in noſtra Provincia excedentes, ac illicita ſupradicta, vel eorum aliquod, fieri mandantes ſeu etiam Procurantes, nomineve ſuo facta, rata, & accepta habentes, quorum nefandis machinationibus Juribus, ſeu Juri vel conſuetudini approbatæ, ac libertati Eccleſiaſticæ quicquam ſubtrahitur, ſeu aliquid injuriæ, damni, vel moleſtiæ, infertur contra Eccleſiaſticam libertatem, præſentis deliberatione Concilii Pronunciamus vinculo Majoris Excommunicationis involvi, eorumque abſolutionem Diœceſano locorum (præterquam in mortis articulo) ſpecialiter reſervamus.

De ſylva cædua.

190. 356. QUanquam exſolventibus benè Decimas Deus frugum omnium abundantiam, & poſſeſſionum pecuniæ ubertatem: dolentes referimus, quòd nonnulli noſtræ Provinciæ contra Teſtamenti Veteris ac Novi doctrinam, de ſylvis ſuis cæduis, & lignis arborum cæduarum excîſis in eis, circa quæ minus, quam circa fructus agrorum, laboris impendunt, Decimas Deo & Eccleſiis, quibus debentur notoriè, propter hoc, quòd ipſas in præterium non dederunt, ſolvere contradicunt; quod æſtimant idcirco licere, quia legem moris de longa invaluiſſe Conſuetudine arbitrantur, in dubium etiam revocantes quæ ſylva cædua ſit dicenda. Nos igitur advertentes, quòd ſi ſua portione ſit Eccleſia defraudata diutinè crimen propterea non minuitur, ſed augetur, ac fames, & penuria, omniumque egeſtas opprimunt benè Decimas non ſolventes: hujuſmodi declaramus proviſione Concilii ſylvam cæduam illam eſſe, quæ cujuſcunque exiſtens generis arborum in hoc habetur ut cæderetur, & quæ etiam exciſa rurſus ex ſtipitibus aut radicibus renaſcatur, ac ex ea Decimam utpote realem, & prædialem, Baptiſmalibus ſeu Matricibus Eccleſiis perſolvendam, nec non ſylvarum poſſeſſores hujuſmodi ad præſtationem Decimarum ipſorum lignorum exciſorum in eis, ſicut fœni, & bladorum omnium, cenſura Eccleſiaſtica fore Canonicè compellendos.

De Oblationibus per Laicos.

IMmoderatæ temeritatis præſumptio, dum non ſo- 191
lum alienum concupiſcit indebitè, ſed manum extendit impudenter ad retia, judicii rationem ſubvertit, & Divinam vindictam vehementius provocat, quo auſu ſacrilego, à Laicis irreverenter Eccleſiaſticis deputata ubibus contrectantur. In multis autem partibus noſtræ Provinciæ, Conſuetudo, quàm verius jam excrevit peſſima corruptela, dum Oblationes factæ in Eccleſiis, Capellis, ſeu Cœmeteriis, ad Altaria, Cruces, Imagines, ſeu Reliquias exiſtentes in eis, per Laicos occupantur illicitè, ac in uſus varios ſuo arbitrio convertuntur: quamvis, prohibitione Veteris Legis, panes oblatos filiis *Iſrael*, niſi *Aaron*, & filiis ejus comedere non liceret; & longè amplius in Eccleſia, quam Spiritus Sancti gratia, non ſub Legis umbra coruſcat lucidiùs, divino intuitu in locis prædictis oblata Laicis non contingent. Unde, præſentis deliberatione Concilii quoſcunque Laicos Oblationes in Eccleſiis ſeu Capellis, aut cujuſvis earum porticu, vel Cœmeteriis, ſeu quocunque alio loco, Divino intuitu in noſtra Provincia factas, ſeu faciendas, occupantes, ſeu auferentes, ſeu diſponentes quoviſmodo de ipſis, prætextu etiam cujuſvis operis, Conſuetudinis, allove colore, niſi de conſenſu Eccleſiaſticarum perſonarum, ad quas Oblationum hujuſmodi perceptio pertinet, & ex cauſa ſufficienti, & licentia per Epiſcopum loci primitus approbanda, eo ipſo Majoris Excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere.

De Teſtamentis non impediendis.

STatutum bonæ memoriæ *Bonifacii*, quondam Ar- 1171
chiepiſcopi *Cantuarienſis* prædeceſſoris noſtri, circa bona † Inteſtatorum, & Aſcriptitiorum, aliorumque ſervilis conditionis hominum ultimas Voluntates, quod incipit, *Caterum contingit interdum*, à multis in dubium revocatum, noviter recenſentes, quibuſdam ad illud additis, & aliis ab eo ſubtractis, ſub verbis infrà ſcriptis Decernimus ſic in poſterum firmiter obſervandum. Cæterum, contingit interdum, quòd Clericis, aut Laicis Divino Judicio decedentibus inteſtatis, Domini Feudorum non permittunt debita defunctorum ſolvi de bonis mobilibus eorundem, nec in uſus uxorum ſuarum, liberorum ſuorum, & parentum, vel aliis pro diſpoſitione Ordinariorum bona prædicta, pro ea portione, quæ ſecundum Conſuetudinem patriæ, defunctos contingit, permittunt diſtribui pro eiſdem, alii inſuper Aſcriptitiorum, & aliorum ſervilis conditionis hominum, necnon ſolutarum, & conjugatarum mulierum, & ſuarum propriarum uxorum, vel etiam aliorum, impediunt, & impedire procurant factionem liberi Teſtamenti, & ipſius executionem, & dictorum

† *alii, Inteſtatorum.*

A. D. 1342

Testandum Voluntatem ultimam, tam contra Jura, quam Consuetudines Ecclesiæ *Angliæ* hactenus approbatas, in divinæ majestatis offensam, & læsionem Juris Ecclesiæ evidentem: Unde Nos præsentis deliberatione Concilii, omnes & singulos, in his, vel eorum aliquo, de cætero delinquentes Majoris Excommunicationis sententia fore decernimus innodatos. Testamentis insuper coram Ordinariis locorum, ad quos pertinet, probatis, & approbatis, hujusmodi Testamentorum probatio, & approbatio, nisi ratione Laicalis feudi, si id in Testamento legati contigerit, nullatenus à Laicis requiratur; nec impediant Clerici, vel Laici, aut cujuslibet conditionis homines, seu impediri procurent, quo minus Testamenta, & Voluntates ultimæ defunctorum procedant, & consequantur effectum in his, quæ legari possunt de Consuetudine vel de Jure. Si qui verò contra hæc scienter venire præsumpserint in futurum, sciant se præsentis auctoritate Concilii Majoris Excommunicationis sententia esse involutos, ac contra eos, & alios in præmissis nequiter excedentes, tanquam contra violatores, & perturbatores Ecclesiasticam libertatem, gladium Spiritalem decernimus exercendum.

Inhibemus etiam, ne cuiquam Executori Testamenti cujuscunque administrare permittatur de bonis aliquibus Testatoris, nisi prius fiat de dictis bonis fidele Inventarium, sumptibus funerariis, & circa confectionem Inventarii hujusmodi apponendis duntaxat exceptis. Inventarium verò hujusmodi locorum Ordinariis tradi volumus, infra tempus eorum arbitrio moderandum. Et postquam coram Ordinariis, juxta morem, probatum fuerit Testamentum, non committatur aliquibus in bonis hujusmodi Executio, seu Administratio, nisi talibus quibus debitam Administrationis suæ possint, & si oporteat, sufficienter caveant, & promittant fideliter reddere rationem, cùm super hoc per locorum Ordinarios fuerint congruè requisiti.

Item, Statuimus, præsentis auctoritate Concilii, ne aliqui Religiosi, cujuscunque professionis existant, sint Executores Testamentorum, nisi sibi de Ordinariorum voluntate, & licentia concedatur: & quòd de portione contingente defunctum, Ecclesia Parochialis Jus percipiat consuetum.

Statuimus præterea, quòd nullus Executor aliquid sibi applicet, vel appropriet de bonis defuncti, cujus Testamentum exequitur, titulo emptionis vel aliter, nisi quod sibi fuerit à Testatore donatum inter vivos, vel in suo Testamento, seu ultima Voluntate relictum, aut quod pro ipsius Executoris labore, Ordinarii arbitrio, fuerit ordinatum, vel si quod sibi fuerit debitum à defuncto, aut pro moderatis suæ Administrationis expensis, sub pœna Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, cujus absolutionem non obtineant, donec applicata, vel appropriata sibi sic indebite restituerint, & Ecclesiæ Cathedralis fabricæ, cujus defunctus erat subditus, duplum sic appropriatorum, vel applicatorum sibiipsis, solverint de propriis suis bonis. Omnia verò & singula suprædicta mandamus per singulas Ecclesias nostræ *Cantuariensis* Provinciæ, bina vice annuatim solenniter publicari.

De Testamentis Clericorum, & bonis Intestatorum.

179. *Ambitio excæcat.*

ITa quorundam Ecclesiasticorum Judicum nostræ *Cantuariensis* Provinciæ, interiores oculos damnandæ ambitionis improbitas excæcavit, quòd executores Testamentorum Clericorum Beneficiatorum, & aliorum cujuscunque conditionis hominum decedentium, de bonis ad hujusmodi Testamenta spectantibus, juxta Testantium arbitrium, prout legalia & Canonica fanxit Auctoritas, disponere non permittant, sed sic Testantium, & ab Intestato decedentium bona mobilia in suis Jurisdictionibus habentium, tempore mortis suæ, quæ post solutionem debitorum, in pias causas de Jure converti deberent, usurpant indebite sibiipsis, & creditoribus exclusis, ea quandoque distribuunt, sicut volunt; quæ plurimi intuentes, dum ægritudinibus fatigantur, in Ecclesiarum fraudem, seu damnum suorum creditorum, liberorum, & suarum uxorum, qui & quæ tam de Jure, quam de consuetudine, certam quotam dictorum bonorum habere deberent, sua bona dum adhuc vivunt, multoties alienant; & sic creditores, & alii suprædicti debitis sibi carent, non absque gravibus periculis Animarum: propter quæ Statuimus, quòd Episcopi, & alii inferiores Judices nostræ Provinciæ, de bonis Clericorum Beneficiatorum, quos testari posse constat, de consuetudine Regni *Angliæ*, seu aliorum testantium quorumcunque, præterquam in casibus expressè permissis, quovis quæsito colore se nullatenus intromittant: sed executores Testamentorum ipsorum permittant liberè disponere de eisdem, necnon ab intestato decedentium, solutis debitis eorundem, bona, quæ superexunt, in pias causas, & personis decedentium consanguineis servitoribus, & propinquis, seu aliàs pro defunctorum Animarum salute distribuant & convertant, nihil inde sibi retento, nisi forsitan aliquid rationabile, pro Episcoporum Ordinariorum labore fuerit retinendum, sub pœna Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ quam Ecclesiasticos Judices facientes contrarium incurrere volumus ipso facto, donec de præmissis satisfecerint competenter.

Bona Clericorum in quos usus converti debent.

De languidis in extremis sua bona in fraudem alienantibus.

COrdis dolore concutimur intuentes, quòd, in nostra Provincia malitiâ hominum excrescente, pessima corruptela noviter inolevit, dum Ecclesiarum Præsati, & Beneficiati Clerici, aliique nonnulli Laici, mortis vicinæ conjecturam verisimilem obtinentes, universa bona sua, seu quotam eorum tam notabilem donare inter vivos, seu aliter alienare præsumunt, adeò quòd nedum Ecclesiæ, ad quarum, seu Cancellorum, librorum, vel ornamentorum earum reparationem, dum vivebant, erant obligati, suis excluduntur remediis, sed Rex, & creditores alii, quibus sic alienantes efficaciter tenebantur, suis Juribus, uxoresque & liberi conjugatorum suis portionibus, de consuetudine, vel de Jure ipsis debitis, irrecuperabiliter defraudantur. Nonnullique assistentes languentibus in extremis, hujusmodi alienationes fieri consuluerunt, & temerè procurarunt, ipsosque languentes consiliis, & suasionibus perversis à voluntate testandi nequiter averterunt, ex quibus impediri Testamenti liberam factionem, & Ecclesias, & cæteros suprædictos suo Jure non ambigitur malitiosè privari. Unde præsentis deliberatione Concilii, omnes, & singulos in nostra Provincia donantes, seu alienantes taliter bona sua malitia, sive fraude, ac hujusmodi malitiæ, sive fraudis conscios, recipientes sic alienata in eos, & ad hoc dantes consilium, auxilium, vel favorem, Majoris Excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Donantes insuper, & sua bona in ipsa Provincia taliter alienantes, propter sui gravitatem excessûs, non obstante quacunque absolutione impensa, à prædicta sententia Ecclesiastica, careant sepulturâ. Cæterum, ne probationis fraudis, vel malitiæ, in hac parte difficultas provisionem præsentem reddat inutilem, quoties aliqui bona sua omnia, inter vivos, quovis titulo alienant, seu in quantitate tam notabili, quòd appareat de residuo, Ecclesiis, vel creditoribus aliis, de suis debitis, uxoribus,

161.

uxoribus, & liberis, de ſuis portionibus ſupradictis, non poſſe ſatisfieri, ſicut decet: alienatio hujuſmodi per malitiam, ſive fraudem eo ipſo cenſeatur invalida, malitiæ ſive fraudis probatione ulteriori minimè requiſita.

De Vigiliis in Exequiis mortuorum.

183. QUia ſæpe quod credebat conjectura prodeſſe, experimento inutile reperitur, idcirco quod tradit obſervantia generalis opinione probabili, utile reputans, & poſtea tendit ad noxam, rationabilem immutationem admittit; ſanè fidelium ſervare devotio conſuevit, ut, obeuntibus hominibus vel mulieribus ante corporum ſepulturam, nocturnæ agerentur vigiliæ, in privatis quandoque domibus, pro defunctis, ut illuc convenientes, & vigilantes fideles, devotis precibus Domino fuſis, intercederent pro eiſdem: inimici tamen latentis inſidiis, quod ſalubriter cuſtodivit antiquitas, ſuperſtitioſo errore, adeò in ſcurrilitatem nequiter eſt converſum, ut, in vigiliis mortuorum hujuſmodi, neglectis orationibus, illuc conventiculæ ineantur illicitæ atque fœdæ: unde adulteria, fornicationes, & furta ſequuntur, & alia perpetrantur caſualiter multa mala. Quia ſiquidem moribus iſte quaſi communis invaluit, eidem adhibendo medelam Statuimus, quòd in noſtra Provincia, peractis à viris Eccleſiaſticis mortuorum memoriis, nulli in privatis domibus, in quibus mortuorum corpora uſque ad ſepulturam requieſcunt, frequenter de cætero receptentur ad conſuetas populares nocturnas vigilias peragendas, defunctorum amicis, & his, qui pſalteria forſan dicere pro defunctis voluerint, duntaxat exceptis, ſub pœna Excommunicationis Majoris: quam contra præmiſſa vigiliam facientes, & receptatores taliter vigilantium, non immeritò potuerint formidare.

De celebrantibus Matrimonia clandeſtina in Eccleſiis, Oratoriis, vel Capellis.

275. HUmana concupiſcentia, ſemper ad malum procliva, quod eſt prohibitum frequenter ardentius appetit, quàm quod licet: unde perſonæ variæ, quæ propter conſanguinitatem vel affinitatem, ſeu alia impedimenta, Matrimonialiter de Jure nequeant copulari, multoties deſiderant id de facto, ut ſub Matrimonii ficti velamine poſſint carnis operam perniciosam & illicitam † libidinis adimplere, qui ſua ſcientes impedimenta nota fore in Parochiis, in quibus degent, quia Parochianos Presbyteros propter hujuſmodi impedimenta notoria, ſeu famâ impedimenti vehementem, ad ſolennizandum Matrimonium inter tales, paratos non inveniunt, ad loca remota, & præcipuè ad Civitates, & municipia populoſa, in quibus præmiſſorum non habetur notitia, transferunt ſe ad tempus, & illic quandoque Bannis publicè non editis, nec horis, nec temporibus opportunis, aliquoties in Eccleſiis, aliquando in Capellis, ſeu Oratoriis, Matrimonium inter ipſos de facto ſolennizari procurant, & ibidem morantes, ſeu ad partes proprias poſtea redeuntes, & ad invicem cohabitantes, ut conjuges, quia locorum Ordinarii, & populares alii, præ timore vexationum, & ſumptuum, illos ſuper illicita copula nolunt, aut non audent impetere, ſeu eorum denunciando crimina propalare, illicitè remanent adinvicem copulati, in ſuarum Animarum interitum. Nos igitur hoc frequens vitium extirpare volentes, præſentis auctoritate Concilii, Statuimus, quòd exnunc Matrimonia contrahentes, & ea inter ſe ſolennizari facientes, hujuſmodi impedimenta ſcientes, aut ſuſpicionem habentes veriſimilem eorundem, Sacerdoteſque qui ſolennizationem Matrimoniorum prohibitorum hujuſmodi, ſeu etiam licitorum (alii, Laicorum) inter tamen alios, quam ſuos Parochianos in poſterum facientes ſcienter, Diœceſanorum, vel Curatorum contrahentium ſuper hoc licentia non obtenta, clandeſtina etiam Matrimonia in Eccleſiis, Oratoriis, vel Capellis, ſolennizari vi vel metu in poſterum facientes, ac Matrimoniorum prædictorum hujuſmodi ſolennizationi intereſſentes, conſcii præmiſſorum, Majoris Excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto. Et quòd quater in annis ſingulis, in genere Excommunicati publicè nuncientur, pœniſque aliis contra celebrantes Matrimonia, Bannis non editis, vel aliis clandeſtinè Statutis, à Jure nihilominus arceantur. A. D. 1342

† *Alii, liberius.*

Sanè quia Conſtitutio *Simonis*, quondam *Cantuarienſis* Archiepiſcopi, prædeceſſoris noſtri proximi, quæ incipit, *Item quia ex contractibus*, juxta verborum ſuorum corticem, opinione multorum, in ſui fine videtur dubia ſeu obſcura, ipſam Conſtitutionem reddere pro futuro cupientes indubiam, eam ſic intelligendam fore, hoc approbante Concilio, Declaramus, quòd quivis Sacerdos Sæcularis vel Regularis, qui ſolennizationi Matrimonii extra Parochiam, Eccleſiam, vel Capellam habentem Jura Parochialia ſibi competentia ab antiquo, intereſſe præſumpſerit, pœnam in ea latam ſubeat ipſo facto. *Conſtitutio Simonis Mepham.*

De impedientibus Juriſdictionem Eccleſiaſticam.

260. ACcidit novitate perverſâ, quòd cum Eccleſiarum Prælati de morum diſciplina, peccatis, & exceſſibus ſubditorum, nituntur inquirere, Magnates, & † Poteſtates alii Sæculares, Officia impedire molientes eorum, inhibent Laicis ipſorum tenentibus, aut nativis, ne ad Ordinariorum Citationes, pro ſuorum criminum, vel exceſſuum correctionibus Canonicè ſubeundis, quorum correctio & punitio ad ipſos Ordinarios noſcitur pertinere, de Conſuetudine vel de Jure: aut pro Teſtamentorum probationibus, approbationibus, inſinuationibus, aut calculis de bonis defunctorum adminiſtratis per eos, ſeu compotis, & aliis Teſtamentariis juribus, extra locum ſui dominii, veniant vel compareant coram eis: & ne in locis ſui dominii, per Prælatos exerceantur præmiſſa impediunt, & procurant nequiter impediri, ſibique ſuper his Juriſdictionem Eccleſiaſticam exercentes, & ſuis ſubditis, & pro eorum culpis & exceſſibus, pœnitentias corporales, ſeu pecuniarias imponentes, ac ipſos facere cogentes eaſdem, ſicut Ordinariis ipſis licet, aut pro pœnitentiis corporalibus, juxta modum exceſſuum ſuorum impoſitis, redemptiones pecuniarias, prout juſtè poterunt, admittentes, de & ſuper extorſionibus exceſſivis indictant, ſicque indictatos attachiant & incarcerant, ac ſuper his in foro ſæculari eos ſibi reſpondere compellunt, quibus mulctas pecuniarias, ea occaſione, in dicto foro ſæculari imponi procurant, & faciunt indebitè pro libito voluntatis. Frequenter etiam multi cum turmis, & ſtrepitu ad Judicia concurrunt Eccleſiaſtica, ac Judices litigantesque, ſeu habentes ibidem alia expedire, graviter ſic Exterrent, quòd Eccleſiaſtica confunditur Juriſdictio, & obprobrioſe Officium Prælatorum ſuſpenditur, & nequiter impeditur, ac in culpam facilè homines corruentes, dum pœna non reprimit tranſgreſſores, impunitatem ſibi pœnalem nutriunt, & antiqui hoſtis inſidiis levem aditum præparant, & frequentem. † *Alii, Poteſtas.* *Juriſdictio Eccleſiaſtica quandoque per principes multipliciter violatur.*

Alii ſiquidem multos, pro eò quòd cauſas, & negotia in foro Eccleſiaſtico, de Jure, vel Conſuetudine pertractanda, ibidem contra adverſarios ſuos movent, necnon Advocatos poſtulantes pro eis, & Procuratores, alioſque miniſtros, & Eccleſiaſticos Judices cognoſcentes ſuper his indictari, attachiari, carcerique mancipari,

A. D. 1342

mancipari, & aliàs in foro ſæculari multipliciter fatigari faciunt & procurant; ſuiſque tenentibus, & aliis ad forum Eccleſiaſticum, pro cauſis ſeu negotiis in ipſo, de Conſuetudine vel de Jure tractandis, recurrentibus, ſi non deſiſtant, & in foro ſæculari ſuper his litigent, imponunt ſæpiſſimè graves mulctas, ipſoſque affligunt, & vexant injuſtè, multimodis laboribus & expenſis. Alii vero ipſos Juriſdictionem ſuam in Civitatibus, ſeu locis aliis eis ſubditis, debitè exercere volentes, & ſuper his, quæ ſpectant notoriè ad eoſdem, ſeu pro exercitio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ mandata ſua licita, & Canonica deſtinantes, executiones eorum debitè faciendas impediunt, & impedire procurant injuſtè, ac nuncios mandata hujuſmodi deferentes, & facere debitè juſtas executiones volentes, capere, verberare, & malè pertractare injurioſè præſumunt. Quidam etiam Domini temporales, & eorum Ballivi, bona decedentium ab inteſtato in ſuis diſtrictibus ad ipſos Dominos prætendentes fore, quamvis erronè, devoluta, ne per Ordinarios bona hujuſmodi, pro debitorum ſolutione ſic decedentium, ac in alios pios uſus, pro ipſorum animarum ſalute convertantur utiliter, prout conſenſu Regio, & Magnatum Regni *Angliæ*, tanquam pro Jure Eccleſiaſtico, & libertatum ab olim extitit ordinatum, impediunt in derogationem Eccleſiaſticæ libertatis, Juriſque, & Juriſdictionis Eccleſiaſticorum impedimentum, & læſionem enormem. Nos igitur præſentis deliberatione Concilii, omnes & ſingulos in præmiſſis, vel eorum aliquibus delinquentes, ſeu præmiſſa, vel eorum aliqua facientes, conſenſum ad ea dantes, conſilium, auxilium, vel favorem, aut ea, vel eorum aliqua, in ſuis facta negotiis, ſeu nominibus eorum rata, vel accepta habentes, hoc ſacro approbante Concilio pronunciamus Majoris Excommunicationis ſententia innodari, quorum abſolutionem Diœceſanis locorum ſpecialiter reſervamus. Et delinquentes hujuſmodi quater annis ſingulis, in cunctis Eccleſiis Parochialibus noſtræ Provinciæ, Excommunicatos in genere præcipimus publicè nunciari.

Juriſdictio Eccleſiaſtica per Laicos exerceri non debet.

De Excommunicatis incarceratis ſint Prælato Eccleſiæ deliberatis.

264. SÆculi Principes poteſtatem recipientes à Deo, quod Eccleſiæ Sacerdotes ſuperborum cervicibus imponere nequeunt, ſolent ab ipſis terrore diſciplinæ, ſuæ poteſtatis gladio extorquere, unde veneranda tradit antiquitas, quòd ſi Excommunicati humilitatis gratiam, & reconciliationis effectum animo indurato arroganter abjiciant, invocata Regia poteſtate in auxilium, tenetur ex debito rigore ſeveritatis rebelles hujuſmodi compeſcere cuſtodia carcerali. Sed contingit interdum, quòd Excommunicatis, etiam pro manifeſtis offenſis, ad ſignificationem Prælatorum, prout Conſuetudo Regni *Angliæ* obtinet, captis, & carceri mancipatis per Breve Regium demandatur Epiſcopis, quòd ſi ſic capti de ſtando Juri cautionem exhibeant, ipſos, à quibus detinentur, carceribus faciant liberare. Alioquin, ſi Epiſcopi hoc non faciant, ſicut ante debitam ſatisfactionem non poſſunt, nec de Jure tenentur, Vicecomitibus aliud Breve dirigitur, quòd cautione hujuſmodi ab incarceratis accepta ipſos deliberent † indebitè: ſuggeſto inſuper Regiæ curiæ, licet minus veraciter, pro tali Excommunicato incarcerato, quòd ipſe paratus eſt mandatis Eccleſiæ obedire, mandatur Vicecomitibus, ut incarceratum hujuſmodi (Excommunicantium, vel partium ad quarum inſtantiam Excommunicatur, non habita mentione) à carcere liberent & dimittant. Ac quandoque (ut prius) ſuggeſto, ut Excommunicati incarcerati, pro tali cauſa, quæ ad forum Eccleſiæ non pertinet, Excommunicatione nodantur, datur Vicecomitibus in præceptis, quòd ſi pro cauſa hujuſmodi, & non alia Excommunicati & incarcerati fuerint, ipſos curent celeriter liberare, nec proceſſibus Judicum Eccleſiaſticorum ſuper cauſa Excommunicationis hujuſmodi fides aliqua adhibetur; ſed ſic Excommunicati ſupraſcriptis caſibus ad mandata, & præcepta hujuſmodi indebitè liberantur: propter quæ Eccleſiaſticorum Judicum confunditur Officium, dum Laici clave poteſtatis, & ſcientiâ penitus deſtituti, quos ſic tenet obſequendi neceſſitas, quòd de his, quæ ad Juriſdictionem Eccleſiaſticam pertinent, ipſis cognoſcendi vel imperandi prohibetur auctoritas, falcem in meſſem nituntur immittere alienam, Excommunicatorumque ſic & liberatorum indebitè communione nefandâ, tam Vicecomites, & Balliyi liberantes eoſdem, quàm cæteri populares, variique fideles communicantes cum liberatis Excommunicatis hujuſmodi peſtiferè maculantur, & Animarum gravia inde pericula cumulantur: contra quæ zelantes, Statuimus, quòd Excommunicati capti in noſtra Provincia, ſic exeuntes à carcere, contra Conſuetudines & libertates Eccleſiæ *Anglicanæ*, ad ipſorum majorè confuſionem & ruborem, ſolenniter in locis inſignibus, pulſatis campanis, candelis accenſis, Excommunicati publicè nuncientur, ac ipſis commercium ad eorum commodum, & fidelium communio inhibeatur omnino, communicanteſque cum eiſdem illicitè, cenſura Eccleſiaſtica ſine dilatu acriter puniantur.

† *Alii, indilate.*

De herbis & arboribus in Cœmeteriis creſcentibus.

267. QUia Divinis & Sæculi legibus prohibetur, ne de rebus Eccleſiarum diſponendi Laicis ſit facultas, uſurpationis illius contumelia longè noſcitur depellenda, qua quidem noſtræ Provinciæ Eccleſiarum Parochiani ſuæ poteſtatis ignorantes terminos limitatos, ſeu arroganter potius non ſervantes, arbores, ac herbas, in Eccleſiarum ac Capellarum noſtræ Provinciæ Cœmeteriis creſcentes, ſuæ voluntatis arbitrio proſternentes, ac etiam evellentes, ſeu metentes, præter, & contra voluntatem Rectorum, aut Vicariorum Eccleſiarum & Capellarum hujuſmodi, ſeu cuſtodum deputatorum per ipſos, eas, ſuis, aut Eccleſiarum, aut aliorum uſibus, auſu ſacrilego, applicare noſcuntur: unde Animarum pericula, contentiones, & ſcandala gravia, inter Eccleſiarum Prælatos, & Parochianos eorum quaſi quotidiè ſuſcitantur: præſentis Concilii deliberatione, Declaramus, temerarios præſumptores hujuſmodi, Majorum Excommunicationum Sententiis, latis tam in Conſtitutione *Otthoboni*, quondam Apoſtolicæ ſedis in *Anglia* Legati, quam in Concilio *Oxonienſi*, contra violatores Eccleſiaſticæ libertatis, exiſtere involutos: ques, propter uſurpationem in his decæterò factam illicitè, Excommunicatos fore præcipimus ritè, & Canonicè, publicè nunciari per Rectores & Vicarios, qui Eccleſias ſuas offenſas ſenſerint ex præmiſſis, ac uſurpatores prædictos, in eorum confuſionem & ruborem, à communione fidelium decernimus repellendos, donec pro præmiſſis effectualem emendam offerant, & fecerint competenter.

Arbores in Cœmeteriis creſcentes ad quos ſpectant.

De violatione Sequeſtri.

104. FRequens perverſorum audacia, erigens rebellionis cervicem, Epiſcoporum, vel Vicariorum ſuorum generalium, aut Officialiũ ſuorum Principalium ſequeſtra, ex cauſis juſtis & veris, in bonis Eccleſiaſticis, vel aliis in caſibus à Jure permiſſis, interpoſita legitimè, calcata reverentia, injuſtè violare † præſumit, adeò quòd eorum præcepta Canonica illicite contemnuntur: ut igitur taliter delinquentes à ſuis exceſſibus arcean-

† *Al.* præſumunt.

arceratur, præſentis Statuimus deliberatione Concilii, quòd in noſtra Provincia, violatores hujuſmodi ſequeſtrorum, poſt, & contra publicationem eorum palam factam, in locis quibus bona ſic ſequeſtrata conſiſtant, Majoris Excommunicationis ſententiam incurrant, ipſo facto.

114. Si tamen à ſequeſtro fuerit appellatum, & appellatio legitimè proſecuta, ea pendente, poſſeſſores bonorum ſequeſtratorum, & alii liberè & impunè utantur eiſdem.

De impetrantibus, & dolosè proſequentibus Breve Regium, ut ſuos adverſarios Attachiari faciant, ſeu procurent.

97. DIlerum invaleſcens malitia, qua mundus in deteriora jugiter labitur, hominum mentes in apertam facit nequitiam proſilire: unde noſtræ Provinciæ nonnulli aliis malignari conantes, Brevia Regia de computo, ſeu de tranſgreſſione, vel alia contra illos, quibus nocere deſiderant, ad extraneos Comitatus, in quibus ſui nunquam fuerunt adverſarii, nec contraxerunt, vel deliquerunt ibidem, bonave adminiſtrarunt inibi cujuſcunque, fraudulenter & malitioſè impetrare præſumunt, & adeo contra eos ignorantes clam proſequuntur in illis, quòd † ablegantur vel foris banniuntur à Regno: unde cum proceſſus & ſententiæ, contra ignorantes & taliter indefenſos habiti, à Jure meritò reprobentur, nec ſit malitiis hominum indulgendum: Statuimus, ut quicunque Clerici vel Laici in noſtra Provincia taliter ſurreptitiè, fraudulenter, & malitioſe decætero, ut præmittitur, impetrantes & proſequentes, procurantes, ſeu ad ea impendentes ſcienter conſilium, conſenſum, auxilium, vel favorem, aut ea rata habentes nomine ſuo facta, Majoris Excommunicationis incurrant ſententiam, ipſo facto.

† MS. utlegantur.

De publicatione Conſtitutionum facienda.

18. HUjus autem Concilii Conſtitutiones, & proviſa remedia Præcipimus, in noſtra *Cantuarienſi* Provincia, futuris temporibus, inviolabiliter obſervari: Mandantes noſtris Coepiſcopis, & Suffraganeis univerſis, ut ipſas Conſtitutiones per ſe, vel alios, ut Jus exigit, publicent, & faciant publicari: ac in publicam noticiam deduci, ad utilitatem communem, laudem & gloriam nominis *Jeſu Chriſti*, qui extirpet vitia, & plantet virtutes Eccleſiæ, atque Regni *Angliæ* gubernacula dirigat, pacem tribuat, concordiam foveat, & confirmet. *Amen.*

Hæ Conſtitutiones ſequentes (apud nonnullos Extravagantes *dictæ) ſunt Conſtitutiones Provinciales* Johannis Stratford Cantuarienſis *Archiepiſcopi, editæ* Londini, *in Concilio Provinciali, x. die menſis* Octobris, *Anno Domini* 1342.

Ne in privatis Oratoriis Miſſarum ſolemnia ſine licentia Epiſcopi, decætero celebrentur.

133. QUam ſit inhoneſtum, & Reverentiæ Divinæ contrarium, tam in privatis Oratoriis, quam Capellis pro Divinorum celebratione non deputatis, aut dotatis domibus minimè conſecratis, Myſteria tanta celebrare, non tantum Veteris Teſtamenti pagina, & Sanctiones Canonicæ, verum etiam traditiones Principum ſæcularium debitè, conſiderationis judicio, perſpexerunt: quas Sacerdotes Sæculares nequiter contemnentes, nulla neceſſitate cogente, Divina celebrantes, in eis varia diſcrimina pariunt animabus, dum Eccleſiarum Parochiani à ſuis ex hoc ſe retrahentes Parochialibus Eccleſiis, ac ſic informationibus ſalutaribus, quæ in eis ſolent fieri frequenter, carentes, nonnullis † prohibitis, & communioni quorundam, illicitè, & temere ſe ingerunt, ac contra doctrinam, qua præcipitur, iniquam conditionem alteri per alterum non afferri, plurimis ex hoc malis emergentibus, Parochialium Eccleſiarum detrahitur honori, & commodo conſueto. Nos de fratrum noſtrorum, & totius Concilii aſſenſu & conſilio, Decernimus, quemcunque in Oratoriis, Capellis, aut domibus hujuſmodi, ſeu in loco minimè dedicato, ſeu delibato, Miſſarum ſolennia (Dioceſani non obtenta licentia) contra Canonum prohibitionem decætero celebrantem, Suſpenſionem à Divinorum celebratione, per menſem, incurrere, ipſo facto. Licentiam ab Epiſcopis noſtræ Provinciæ, Miſſas, in locis hujuſmodi non ſacratis, conceſſam celebrandi, & in poſterum concedendam perſonis aliis, quam Magnatibus ſeu Nobilibus, moram facientibus in locis ab Eccleſiis Parochialibus notabiliter diſtantibus, aut notorie debilibus aut infirmis, iritam decernimus & inanem. Per hoc tamen Eccleſiarum Prælatis, & Rectoribus, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, vel Religioſis non intendimus derogare, quo minus ipſi, in Oratoriis ſuis, ab antiquo conſtructis, Miſſas poſſint licite celebrare, ſicut fieri conſuevit. Sacerdotes inſuper, quos in Oratoriis Regum, ſeu Capellis, ſeu Reginarum *Angliæ*, aut Liberorum ſuorum, erectis, vel erigendis, Miſſas celebrare contigerit, pœna prædicta Nolumus coarctari.

A. D. 1342.

† *Alii, Prælatorum.*

Miſſa in loco prohibito celebrari non debent.

Ne Inſtituti Beneficiis, vel ad ſacros Ordines promoti, indebite pro ſuis literis pregraventur.

122. NOva & inſatiabilis cupiditas adinvenit, ut pro literis Inſtitutionum Clericorum, ad Beneficia Eccleſiaſtica admiſſorum, & ordinatorum, pro literis Ordinum, pro ſcripturarum labore, ac ſigillis, fiant multoties exactiones immenſæ, id reprobante Canone, dicente; *quod ſicut non decet Epiſcopum manus impoſitionem vendere, ita nec Notarium, nec miniſtrum eorundem, nec calamum, nec miniſterium venundare.* Archidiaconorum tamen, & ſuorum Officialium, necnon aliorum Clerici certificatoriarum & inquiſitionum literas ſuper Beneficiis vacantibus factas tradere renuunt præſentatis, niſi prius nimis exceſſivam ſummam pecuniæ habeant pro ſcriptura. Nos hunc abuſum abolere volentes, præſentis deliberatione Concilii duximus ordinandum, pro ſcriptura literarum Inquiſitionum, Inſtitutionum, vel Collationum, & Commiſſionum ad inducendum, vel Certificatoriarum ipſarum in Beneficiis, non ultra xii. denarios: pro literis verò cujuſlibet Sacri Ordinis, ultra ſex denarios dicti Clerici per ſe, vel per alios, non recipiant quoviſmodo. Cæterique Ordinarii ſuis tenentur miniſtris ſtipendia conſtituere, quibus debent meritò contentari: pro ſigillatione literarum, aut Mareſchallis pro introitu, ſeu Janitoribus, Hoſtiariis, vel Barbitonſoribus Epiſcoporum à Clericis minoribus, vel majoribus Ordinibus decoratis nihil omnino exigi Volumus, vel perſolvi, ne cujuſvis ſpecie velaminis, ſolutio pro ſigillis literarum, vel introitu ſupradictis, in quæſtum damnabilem convertatur. Et ne temeritas, proviſa remedia violans, prætereat impunita, ſi contra præmiſſa quicquam inveniatur, aliàs recipiatur, ab aliquo, duplum ſic recepti reddi Præcipimus infra menſem: alioquin, extunc Clerici Beneficiati, receptorum per ipſos inique du-

A. D. 1342 plum restituere differentes, ab Officio, & Beneficio noverint se suspensos; Clerici non Beneficiati, & Laici, ingressum Ecclesiæ sibi noverint interdictum, quousque de duplo satisfactionem impenderint solventibus competentem.

De Inductionibus in Ecclesiis vel Beneficiis faciendis.

140. ITem quia Archidiaconi & eorum Officiales, aliique ministri Ecclesiastici nostræ Provinciæ post Collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum, vel Institutionem factam in ipsis, promotos in illis Beneficiis ad superioris mandata inducere, ac inductionis literas certificatorias facere, vel concedere differunt, nisi prius eis de immoderata summa pecuniæ satisfiat: Sacro Statuimus approbante Concilio, quòd qui sic promotos ad mandata superioris tenentur inducere, pro Inductione facienda hujusmodi sumptibus moderatis, videlicet, si Archidiaconus inducit, xl. denariorum, ac suus Officialis inducens duorum solidorum perceptione pro sigillo, ac suorum expensis pro diæta, penitus sit contentus. Ipsi tamen inducendo, ut præmittitur, optione servata, an in hujusmodi pecuniæ quantitate, seu in aliis necessariis ipsum inductorem, & suos voluerit procurare. Si quiddam verò ultra hoc ab inductoribus, occasione præmissorum, recipiatur, vel si recipiant quicquam amplius propter Inductionem faciendam per ipsos, vel si Inductionum certificatorias literas facere, & inductis tradere (exquisitis coloribus) differre illos contingat indebitè, culpabiles in hac parte Suspensionem ab Officio, & ingressu Ecclesiæ, tamdiu incurrere volumus, ipso facto, donec contra hæc recepta solventibus restituant, & læso culpâ suâ satisfaciant in præmissis.

Archidiaconi, & eorum Officiales quid habere debent pro inducendo in Beneficiorum possessionem.

De Eleemosynis faciendis in Parochiis Ecclesiarum appropriatarum.

133. IN Decimis, & cæteris Ecclesiarum rebus dispensandis, cum viris Ecclesiasticis permissa sit facultas, hujusmodi rerum compendio pauperes ne defraudentur: sed Religiosi nostræ Provinciæ appropriatas obtinentes sibi Ecclesias, fructus, reditus, & proventus earum sic suis cupidè nituntur usibus applicare, quòd dispensandi Dei misericordiâ Parochianis sic appropiatarum Ecclesiarum regeneratis filiis, quatenus indigentibus, quibus, tanquam suis domesticis naturalibus instructis exemplo, quam extraneis, plus tenentur, in nullo exhibent, nec inter eos exercere curant quævis opera Charitatis. Unde sic nimis agentes avarè, Decimarum & Ecclesiasticorum Jurium debitores, nedum indevotos efficiunt: sed eorum perversos invasores, & consumptores, turbatoresque nefandos, occasionaliter instituunt, in suarum propriarum, & ipsorum grande periculum Animarum, & scandalum plurimorum. Unde Sacri hujus approbatione Concilii, Statuimus, quòd Religiosi prædicti, Beneficia appropriata obtinentes Ecclesiastica, secundum Beneficiorum hujusmodi facultates, annis singulis, pauperibus Parochianis, Beneficiorum hujusmodi certam Eleemosynæ quantitatem Episcoporum locorum moderandam arbitrio, per ipsos Episcopos distribuere compellantur, sub pœna Sequestrationis fructuum, & proventuum Beneficiorum hujusmodi, donec in præmissis paruerint competenter.

Eleemosynas facere coguntur Religiosi quandoque.

De reparationibus Ecclesiarum, & clausuris Cœmeteriorum.

154. LIcet Parochiani Ecclesiarum Parochialium suarum naves, & tectum Ecclesiarum interius, & exterius, ipsarumque Campanile, altaria, & imagines, vitreasque fenestras, in dictis navibus existentes, & Cœmeteriorum clausuras, de consuetudine laudabili in nostra Provincia diutius obtenta facere, ac, quoties fuerit necesse, reparari suis sumptibus teneantur: tamen Religiosi, & alii possessiones, aut prædia, seu reditus, infra fines & limites Ecclesiarum hujusmodi nostræ Provinciæ *Cantuariensis* obtinentes, potissimè degentes extra Parochiam Ecclesiarum ipsarum, fabricæ earundem, aut Coemeteriorum clausuris, & cæteris incumbentibus oneribus, à Parochianis supportandis de Consuetudine vel de Jure, cum eis contribuere, quamvis, ut plurimum, onera hujusmodi, secundum prædiorum ac possessionum quantitatem in Parochiis existentium limitentur, & taxentur, recusant injustè. Sed Religiosi in locis variis nostræ Provinciæ possessiones, & prædia diversa in Parochiis hujusmodi Ecclesiarum, per acquisitiones novas, necnon & alii extra Parochiam degentes occupant, & obtinent his diebus, adeò ut eorum reliqui Parochiani in ipsarum Ecclesiarum Parochiis degentes, onera, aut refectionem, seu reparationem præmissorum, eisdem incumbentia per se nequeant † asportare, unde domorum Dei publicus deformatur aspectus, & earum ex his dehonestatibus sequuntur alia etiam incommoda manifesta. Nos igitur, præsentis approbatione Concilii, duximus statuendum, quòd tam Religiosi, quàm alii possessiones, aut prædia, seu reditus, quæ de gleba reficiendarum Ecclesiarum, seu dote non extant, in quibuscunque Parochiis nostræ Provinciæ obtinentes, seu in posterum habituri, in ipsis degentes, vel alibi, ad quævis onera Parochianis prædictis in his incumbentia, de Consuetudine vel de Jure, quæ consideratis possessionum, & reditum quantitatibus imminent, vel imponentur eisdem, cum cæteris Parochianis Ecclesiarum hujusmodi, quoties opus fuerit, censuris Ecclesiasticis per locorum Ordinarios compellantur.

Ecclesiarum reparatio ad quos spectat.

† *Alii, supportare.*

Quantum pro Insinuatione Testamentorum quorumcunque, ac calculi & computi Administrationis, & Acquietantiarum literis in bonis defunctorum pro labore recipi debeat per quemcunque.

ADeò quorundam animos, temporibus nostris sæva cupiditas occupavit, quod quæstum reputantes pietatem, non curant quibus studiis suæ cupiditatis sitim reficiant, dum venale id exhibent nefando commercio, gratis impendere quod deberent. Sane licet (bonæ memoriæ) *Simon Mepham* (in Constitutione quæ incipit, *Item quia locorum*) Archiepiscopus *Cantuariensis*, prædecessor noster, Provincialis Concilii deliberatione statuerat, quod pro Insinuatione Testamenti cujusvis defuncti, cujus bonorum Inventarium centum solidorum summam non excedit, nihil penitus exigatur: quia cum circa Testamentorum Insinuationes defunctorum, quorum Inventarium bonorum dictam summam excedunt, seu circa id, pro acquietantiis calculorum, vel computorum Administrationis bonorum concernentium hujusmodi Testamentum, quid determinatè debeat recipi minimè providetur: locorum Ordinarii, tam pro Insinuationibus, quam acquietantiarum literis, in hac parte sic immoderatè ac excessivè pecuniam exigunt, quòd defunctorum exhaustis & consumptis facultatibus, per extortiones illicitas in præmissis, decedentium Voluntates ultimæ etiam in his, quæ relinquuntur in usus pauperum, vel alias pias causas, de residuo nequeunt adimpleri: quorum occasione, Laici contra dictos Ordinarios veluti consumentes vel usurpantes, quæ tueri tenentur, exasperantur non modicum, necnon ad fraudes & superstitiosas inventiones periculosè quotidiè provocatur. Ut igitur tantæ usurpationis contumelia depellatur, Statuimus, quod pro Probatione, vel Approbatione, seu Insinuatione, Testamentorum

1811

ſtamentorum quorumcunque, nihil per Epiſcopos, ſeu Ordinarios alios recipiatur omnino: per Clericos tamen ſcribentes inſinuationes hujuſmodi vi. denarios duntaxat recipi permittimus pro labore. Quod ſi Inventarium bonorum cujuſcunque defuncti in computo xxx. ſolidorum ſummam reperiatur excedere, quod tamen ad centum ſolidos minimè extendatur, pro computo, & agendis omnibus circa ipſum, acquietantiarumque literis, ſeu aliis quibuſcunque, Epiſcopi, aut Ordinarii, ſeu deputati ab eis, & audientes computum, vel miniſtri alii ad computum hujuſmodi intendentes, ultra xii. denarios recipere non præſumant. Si vero centum ſolidorum ſummam, aut ultra, minus tamen viginti librarum hujuſmodi contineat Inventarium, perceptione iii. ſolidorum penitus ſint contenti. Sed ſi xx. aut ultra, citra tamen lx. librarum ſummam habeat, ultra quinque ſolidos pro labore, literis, & ſcripturis aliis non admittant. Quòd ſi lx. librarum vel ultra, minus tamen C. librarum ſummam attingat hujuſmodi Inventarium, x. ſolidos pro præmiſſis recipiant, & non ultra. Si verò hujuſmodi Inventarium C. librarum vel amplius, minus tamen quam centum & quinquaginta librarum ſummam contineat, ultra xx. ſolidos pro prædictis recipere non præſumant. Sed ſi C. & lx. librarum ſummam, vel ampliorem contineat, pro ſingulis quinquaginta libris quas ultra C. libras contineri contigerit in eiſdem, Ordinarii pro prædictis ſingulis x. ſolidos cum prædictis xx. ſolidis recipere valeant, & non ultra. Clericos tamen pro ſingulis acquietantiis, & literis, quas in hac parte ſcribunt, ultra præmiſſa vi. denarios recipere permittimus pro labore. Si vero quenquam, in aliquo caſuum præmiſſorum, ultra prætaxatam ſummam quavis cautela, in pecunia numerata, ſeu rebus aliis, contingat recipere: duplum ejus quod ultra recipit fabricæ Eccleſiæ Cathedralis loci, infra menſem reddere teneatur: alioquin, extunc Epiſcopi duplum ipſum ultra prædictum tempus reſtituere differentes, eſſe Eccleſiæ ingreſſum ſibi interdictum, inferiores verò à Beneficio & Officio noverint ſe ſuſpenſos, quouſque de duplo hujuſmodi, prædictis Eccleſiis Cathedralibus plenariam ſatisfactionem impendant. In ipſa quidem probatione, ſeu inſinuatione Teſtamentorum quorundam, vel poſtea, ante Adminiſtrationis computorum redditiones fideliter factas, acquietantiarum literæ Teſtamentorum Executoribus nullatenus concedantur, ſub pœna Suſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ per vii. menſes, quam contra facientes incurrere volumus, ipſo facto.

De Viſitatione & Procuratione Archidiaconorum, & aliorum Ordinariorum.

223. QUamvis lex naturæ fructum laboris tribuat operanti: ſic tamen æquitatem amplectitur, ut non laborantem, potiſſimè circa ea quibus vacare tenetur ex debito, non manducare præcipiat negligentem. Sanè nonnulli Archidiaconi, & alii ſuperiores Ordinarii noſtræ Provinciæ lucris temporalibus inhiantes, & quæ Dei ſunt projicientes à tergo, in ſuatum Viſitationum progreſſibus, venationibus, & aliis vacantes inſolentiis, ad loca viſitanda multoties tales mittunt, quorum exhortatione ſeu informatione Clerus, & populus non inſtruitur ab Eccleſiis, quas die Viſitationis non ingrediuntur, hæc inſpiciunt, & à quibuſdam per ſe, vel aliis nullatenus viſitatis, necnon & à plurimis, quas per alios perfunctoriè viſitari faciunt uno die, quarum quælibet ad procurationem unius diei conſuetam, pro ipſis Archidiaconis, & ſuis Ordinatis famulis competenter ſufficeret, à ſingulis Eccleſiis, Rectoribus, ſeu Vicariis eorundem, Procurationes † ſolitas in pecunia contra Sanctiones Canonicas exigere non formidant: excogitatâ etiâ ſuperſtitioſâ quadam fraude ſæpius viſitaturi Eccleſias, dies Viſitationum hujuſmodi faciendarum prævenientes, in noctibus ipſos dies præcedentibus, Rectorum, ſeu Vicariorum ad eorum ſumptus, cum exceſſivis, & onerosis familiis, & vecturis morantur; ac in craſtino, Viſitatione impenſa, Procurationem plenam, & ſolidam extorquent in pecunia pro dicta, tanquam in victualibus minimè procurati; etiam quandoque licet cum talibus dicto die prandeant viſitatis. Nos præmiſſis, tàm pro ſubditorum quiete, quàm excedentium ſalute, cupientes occurrere, diſtrictius inhibemus, præſentis auctoritate Concilii, ne quis Procurationem, ratione Viſitationis, ſolvendam, ab aliqua præſumat recipere Eccleſia, niſi eandem diligentius impenderit, ſcrutatis perſonaliter, & inſpectis per ipſum cum effectu, quæ fuerint indaganda.

Viſitatores quid à viſitatis exigere poſſint.

† *Alii,* ſolidos.

A. D. 1342

Si quis verò plures voluerit uno die viſitare Eccleſias, Procuratione unica, in victualibus, vel pecunia, ad quam omnes & ſingulas, ſic de die unico viſitatas, proportionabiliter faciat contribuere, prout tradunt Canones, ſit contentus: & ſi nocte præcedente ſuam Viſitationem, in quavis Eccleſia faciendam, ad ſumptus Rectoris, ſeu Vicarii viſitandi, ſeu die Viſitationis in prandio ſteterit cum eiſdem, veram æſtimationem hujuſmodi ſumptuum in Procurationem, ſi eam in pecunia † viſitatis licitè duxerit exigendam, computare, ſeu allocare, vel pro ea in toto vel in parte ſtudeat compenſare, ita quòd non ultra ſumptus hujuſmodi, ſolidam procurationem in pecunia, nec amplius, quàm quæ deductis eiſdem ſumptibus, de procuratione in pecuniâ exſolvendâ ſupererit, præſumat recipere, vel exigere quoviſmodo. Si quis autem aliter fecerit, donec indebitè percepta reſtituerit, ab ingreſſu Eccleſiæ noverit ſe ſuſpenſum. Verum quia plures Archidiaconi, & alii Ordinarii, honoris prærogativa, vel nobilitate generis decorati, in ſuis Viſitationibus incedentes, familiarium & vecturarum ſtatutum in Canonibus numerum excedunt, ſic quòd procurantes eoſdem in victualibus exceſſivè & indebitè onerantur, ultra æſtimationem Procurationis, quæ in pecunia ſolvi ſolet: Nos viſitatis hujuſmodi, an in pecunia quantitatis ſolitæ, an in victualibus viſitantes eoſdem voluerint procurare optionem reſervamus. Si viſitata inſuper Eccleſia Capellas habuerit dependentes ab ea, Statuimus, quòd pro Eccleſiæ, Capellarumque ſuarum hujuſmodi Viſitatione, Procuratione unica, & quæ pro una Eccleſia præſtari ſolet in Diœceſi, cujus eſt Eccleſia, viſitantes Archidiaconi, & alii Ordinarii ſint contenti, ſub pœna Suſpenſionis ab Officio, & Beneficio, quam ipſo facto incurrant, donec duplum illius, quod ultra Procurationem hujuſmodi unicam receperint, fabricæ ſuæ Eccleſiæ ſolverint Cathedralis. Item, viſitantes Archidiaconi, & alii Ordinarii, tam in Eccleſiis, quàm in Ornamentis earum, in Cœmeteriorum clauſuris, manſionum domibus, reperientes defectus, ipſos, ſub pecuniariis pœnis, præcipiunt reparari, & à non parentibus cenſuris extorquent pœnas hujuſmodi, quibus dicti defectus potuerint debite emendari, inde ſuas burſas, cum jactura pauperum his diebus oppreſſorum, inſolitè nequiter impregnantes. Cum igitur, ne propter tales exactiones adverſus Archidiaconos, & alios Ordinarios, & eorum miniſtros, detur legalis occaſio malignandi, nec Eccleſiaſticos viros decet quæſtibus inhonestibus, & pecuniis anhelare, vel ditari: Statuimus, quòd pœnæ hujuſmodi, quoties exactæ fuerint, in reparationem convertantur hujuſmodi defectuum repertorum, ſub pœna Suſpenſionis ab Officio, quam, præmiſſa ſibi ipſis hujuſmodi applicantes, donec ſic percepta ad reparationem dictorum

A. D. 1342

rum defectuum cum effectu assignent, incurrere Decernimus, ipso facto.

De Consistoriis Episcoporum & Capitulis Archidiaconorum & aliorum Ordinariorum.

98. † Alii, excussis.

† EXcussis subditorum oneribus, in eorum quiete superiores quiescunt suaviter, & foventur in pace. Sane considerantes ex eo, quòd quidam Episcoporum, Archidiaconorum, & aliorum Ordinariorum Officiales, sua Consistoria, Sessiones, & Capitula, de tribus in tres, vel de quatuor in quatuor septimanas, annis singulis celebrantes, per varia loca suarum Jurisdictionum & Decanatuum nostræ Provinciæ, illuc frequenter, quo vitæ necessaria venalia difficulter obtineant, declinantes, † Rectores, & Vicarios Ecclesiarum, in locis, in quibus hujusmodi celebrant Consistoria, Sessiones, seu Capitula, vel vicinis similibus sumptibus onerant excessivè, ac scandali, & Calumniæ materiam suscitant eò gravius.

† MS. add. ad ea.

Quòd si per Rectores & Vicarios Ecclesiarum hujusmodi, diebus illis, splendidè non procurentur ad votum, ipsos laboribus vexantes, quæsitis coloribus, & causis confictis, infestant graviter & molestant. Propter quæ, & alias injustas causas, præsentis Statuimus deliberatione Concilii, quòd hujusmodi Consistoria singula, Sessiones, & Capitula in locis Jurisdictionum, & Decanatuum prædictorum magis insignibus, vel saltem, in quibus victualia communiter valeant inveniri venalia, celebrentur. Quodque Officiales, & cæteri Ordinariorum ministri, suorum sumptibus Dominorum, tam in celebratione hujusmodi Consistoriorum, Sessionum, & Capitulorum, quàm in aliis actibus, quos pro suis exercent Dominis, † faciant quæ incumbunt. Citationes autem ad Consistoria, Sessiones, aut Capitula hujusmodi, in aliis locis, quam expressis superius celebranda, & processus, quos in eis contigerit in posterum fieri, ipso Jure decrevimus fore nullos, ac Officiales prædictos pro suorum Dominorum expediendis negotiis sumptus à dictis Curatis exigentes, seu ipsos occasione non præstationis infestantes, eo ipso ab Officio & ingressu Ecclesiæ suspensos volumus remanere.

† MS. quibus ad hoc Ecclesiastici deputantur reditus, peragant exercenda.

90. Item, quia Episcopi, Archidiaconi, & eorum Officiales, & alii Ordinarii, eorumque Commissarii Citationes primarias, pro correctionibus delinquentium, fieri per Rectores, Vicarios, seu Parochiales Sacerdotes demandant, ipsis frequenter imponitur, quòd super his, quibus fit Citatio, Confessiones citatorum occultas, in foro animæ eis perversè revelant. Quapropter in ipsos scandalizatur turpiter, & in illis extunc Parochiani peccatum renuunt confiteri: Statuimus, quòd hujusmodi Citationes primariæ dictorum Ordinariorum auctoritate fiendæ per Rectores, aut alios prædictos de cætero non mandentur; sed fiant per Officiales, Decanos, Apparitores, aut ministros alios eorundem. Si verò Citationes hujusmodi primariæ Rectoribus, aut Vicariis, seu Presbyteris demandentur, ipsis super his parere minimè teneantur; sed Citationes ipsæ primariæ per eos, ac exinde subsecutæ censuræ, vel processus sint ipso Jure irritæ & inanes.

De Apparitoribus.

315. CUm Apparitorum onerosâ multitudine, quæ nihil habet honesti, subditis excessiva gravamina cumulentur, dum Archidiaconi locorum, in Archidiaconatuum suorum singulis Decanatibus, Apparitores equites, qui in Decanatibus hujusmodi sub se habentes alios Apparitores pedites, cum garsionibus, ad malum naturaliter deditis, incedentes, ad sumptus Rectorum & Vicariorum hujusmodi, ad quos nimis frequenter declinant, cum ipsis diutine morantur; quibus etiam non contenti Apparitores prædicti, pecuniarum collectas, in quatuor anni Capitulis Generalibus, faciunt inter eos; agnos, * lanam, & garbas, suis temporibus colligendo, & non conferentes eisdem † per fas & nefas infestari procurant, & malicioſè vexari. Unde, præsentis approbatione Concilii, Statuimus, quòd singuli nostri Suffraganei unum Apparitorem equitem habeant duntaxat pro Diœcesibus eorundem. Locorum vero Archidiaconi nostræ Provinciæ pro suorum Archidiaconatuum Decanatibus singulis, unum Apparitorem, non equitem, sed peditem habeant tantummodo incedentem: qui cum Rectoribus, aut Ecclesiarum Vicariis, ultra noctem & diem unicam, singulis quarteriis in anno, ipsorũ sumptibus non morentur, nisi per eosdem invitati fuerint ad morandum specialiter: nec, in Capitulis Generalibus collectas in pecunia, seu alias, de lanis, agnis, vel aliis rebus faciant aliquales, gratis cum eis data fuerint, cum gratiarum recipere valeant actione: quòd si plures, contra hoc, fuerint deputati, vel eorum aliqui præmissa temerè violare præsumpserint, deputantes eosdem, tandiu ipso facto ab Officio & Beneficio sint suspensi, donec hujusmodi amoverint deputatos, quos etiam ab Apparitorum Officio suspendimus ipso facto.

* MS. add. nihilominus.

† MS. add. in hujusmodi Collectis.

Ne pro peccato Notorio, in recidivo continuato diutius, secunda vice recipiatur pecunia, & de pœna recipientis.

323. QUoniam reus culpam non timescit aliquam, cujus pœnam nummis existimat redimendam: nec pro hujusmodi à vitio noxius subtrahitur appetitus, nostræque Provinciæ Archidiaconi, & eorum Officiales, ac eorum superiores quidam alii, cùm eorum peccant subditi, tam Clerici, quam Laici, adulterando, fornicando, seu aliàs notoriè excedendo, recidivationes, & incorrigibiliter corporalem & manifestam, in aliorum terrorem, pœnam debitam subeundam, pro pecunia indifferenter remittunt, adeò quòd delinquentes hujusmodi dicuntur à multis, eorum criminum conductores, pecuniamque recipientes, & imbursantes hujusmodi, eam, in usus pauperum, vel pias causas alias non convertunt; unde, tam inter populares, quàm inter Judices Ecclesiasticos suscitatur grave scandalum, & malum provocatur exemplum. Statuimus idcirco, quòd pro delicto notorio in recidivo continuato diutius, secunda vice non recipiatur pecunia quovismodo, sub pœna restitutionis dupli pecuniæ contra hoc receptæ, infra mensem post receptionem ejusdem, fabricæ Ecclesiæ Cathedralis applicandæ; & suspensionis ab Officio, quam, taliter recipientes pecuniam, ejus duplum infra mensem non restituentes, incurrere volumus ipso facto. In Commutationibus etiam pœnitentiarum corporalium pro pecunia, quam absque magna & urgente causâ fieri prohibemus, locorum Ordinarii taliter moderentur, quòd delinquentibus pœnitentias corporales graves, & publicas imponant adeò excessivas, ut causativè, & per obliquum cogantur suas redimere pœnitentias pecuniariâ gravi summâ. Sed Commutationes hujusmodi, cum faciendæ in posterum videantur, sic fiant modestè, quòd rapax non judicetur accipiens, & dans ipse nimium non gravetur, sub pœnis superiùs annotatis.

Ne aliquis fatigetur ad purgandum se de peccato sibi objecto ultra Decanatum, in quo moratur.

319. ITem licet quis purgari debeat, ubi noscitur infamatus, tamen nostræ Provinciæ Episcoporum, Archidiaconorum, & aliorum Ordinariorum Officiales & ministri, quidam, ut apparet, excogitata malitia, tam Clericis, quàm Laicis se purgaturos offerentibus de impositis, extra locum Jurisdictionum suarum, in quibus

bus eos conſtat deliquiſſe, ſuæ Juriſdictionis loca remotiora & rutalia, ubi non reperiuntur victualia, & vitæ neceſſaria venalia abſque difficultate, ad ſe purgandum, cum Compurgatorum exceſſivo numero ſtatuunt, ſeu præfigunt, & ſic propter fatigationem expenſarum, ac producendorum compurgatorum ad tam remota loca difficultatem, redemptionem cogant facere pecuniarum innocentes: adeò, quòd aliqui eorum magis eligunt crimen quod nunquam commiſerant confiteri, & pœnitentiam, quam non meruere ſubire, quàm ſe, & compurgatores ſuos, tot laboribus & ſumptibus fatigare. Propterea Statuimus, quòd de cætero diffamati de criminibus ſeu exceſſibus, de eis purgare ſe volentes, de uno Decanatu in alium, ſeu ad alia loca, quàm inſignia, ſuperius ordinata, nullatenus protrahantur. In indicendâ vero purgatione diffamatis hujuſmodi, Epiſcopi, Archidiaconi, & cæteri Ordinarii, aut eorum Officiales, ultra ſextæ manus pro Fornicatione, ſeu ſimili crimine, pro graviori ſiquidem, ut pro adulterio, vel majori, ultra xii. manus compurgatorum numerum non imponant, ſub pœna Suſpenſionis ab Officio, quam contrafacientes incurrere volumus, ipſo facto.

225. Illum inſuper Archidiaconorum, & ſuorum Officialium, aliorumque Ordinariorum deteſtantes abuſum, quo à Sacerdotibus, in ſuis Juriſdictionibus celebraturis Divina, priuſquam id faciant, certam, & exceſſivam quantitatem pecuniæ exigunt, liberalitatem, quam Sacerdotes hujuſmodi Clericos ſua nomina inſerentes in matriculis de uno denario ſolebant reſpicere, in exactionem cenſualem vi. denariorum, vel circiter, illicitè convertentes: ſtatuimus, quòd, de cætero à dictis Sacerdotibus, ultra denarium unicum, pro quo ipſorum nomina regiſtrentur, in primis admiſſionibus eorum ad celebranda Divina, dicti Archidiaconi, cæterique miniſtri recipere non audeant quoviſmodo, ſub pœna Suſpenſionis à celebratione Divinorum, & ingreſſûs Eccleſiæ, quam contra facientes incurrant, quouſque duplum perceptorum hujuſmodi Fabricæ Eccleſiæ Cathedralis locorum perſolvant.

De his qui Beneficia Eccleſiaſtica per alios obtinere nituntur poſſeſſoribus Canonice non amotis.

143. † *Alii,* Voluptatis. ESurientis avaritiæ cultus ſic cupidè ſitim conatur reficere † voluntatis, ut abjecto rationis tramite, Clerici quidam fas & nefas improbè permiſcentes, Eccleſiaſtica Beneficia Patronatus Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & aliarum, tam Eccleſiaſticarum, quam ſæcularium perſonarum de * poſſeſſionibus plena inhumaniter ambientes, eaque temporibus longè retroactis, figmentis varijs prætendentes vacaſſe: dum temporalium Cathedralium vel Conventualium Eccleſiarum, ratione vacationis earum, vel tertarum aliarum, quarum cuſtodia fuerat penes Regem, ſe ad ipſa præſentari, vel ſibi per ipſum conferri procurant, licet poſt prætenſas vacationes hujuſmodi, à diverſis tantis temporibus poſſeſſa fuerint, quòd vix aut nulla ſit alicujus memoria cauſæ vacationis deductæ, quæ etiam quandoque falſiſſima, & quæ nunquam † ſufficit allegatur; quarum occaſione Præſentationum ſeu Collationum, ſi per locorum Ordinarios Præſentati vel Collatarit non admittantur, hujuſmodi, ſicut non poſſunt, poſſeſſoribus Canonicè non amotis, Breve Regium, *Quare non admiſit* nuncupatum, impetrant contra Epiſcopos, & eos implacitant in foro ſæculari, vel implacitari procurant, vacationũ cauſas, non ſolum Juris & facti, ſed Juriſdictionem tamen, in dicto ſæculari Foro diſcuti facientes, quarum cognitionẽ ſæcularis poteſtatis abuſus uſurpat indebitè, quo Beneficiorũ hujuſmodi poſſeſſores ponuntur, nec admittuntur partes ad litem taliter agitatam, nec Ordinariorũ literis, de & ſuper inſtitutione, vel Collatione ac Inductione factis in Beneficiis hujuſmodi fides adhibetur in Curia ſæculari: unde accidit, quòd Epiſcopis, & aliis, quos litium hujuſmodi non afficit nec auget periculum, lites ipſas nullo modo, vel ſegniter defendentibus, pro Præſentante & Præſentatis, Collatore ſeu Collatariis, in foro ſæculari jus evincitur patronatus, timoreque vanò executionis talis Judicii cum à Foro ſæculari ſcribitur Epiſcopis quòd Præſentatos, ac Collatarios admittant hujuſmodi, quandoque per ſe, quandoque per alios Juris ignaros aliquoties, quibus vices ſuas committunt, taliter Præſentatos, in locum viventis poſſeſſoris per ſententiam Eccleſiaſticam amoti, de facto inſtituunt, & in Beneficiorum re verâ non vacantium poſſeſſorem inducunt, quin verius intrudunt, & vitioſos conſtituunt detentores, in animarum deceptionem multiplicem, & poſſeſſorum juſtorum læſionem enormem.

Beneficia non vacantia nullo modo ſunt conferenda.

Alii, poſſeſſoribus.

† *Alii,* ſubſint.

A. D. 1342

Nos igitur adverſus tantæ temeritatis exceſſus, præſentis Concilii proviſione cupientes occurrere: Statuimus, quòd quicunque Clerici ad Dignitates, Perſonatus, Officia, vel Præbendas, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica quæcunque, plena & occupata, de facto ſe præſentari, ſeu ea ſibi conferri per quemcunque, de cætero, in iſta Provincia Procurantes, ſi directè vel indirectè, virtute Brevium *quare non admiſit*, vel, *quare impedit*, aut ſimilium, tacito in dictis Brevibus de Beneficiorum poſſeſſoribus, & eis vocatis rite non amotis, contra Epiſcopos, ſeu alios in ſæculari Curia effectualiter proſequantur, niſi prius de cauſis vacationum prætenſarum ad Ordinariorum mandata inquiri faciant, & poſſeſſores per Judices Eccleſiaſticos competentes Canonicè primitus amoveri, Majoris Excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, & tanquam ſic Excommunicati, prout ſunt, ad Beneficia talia nullatenus admittantur, ſed inhabiles ad ea eo ipſo perpetuò cenſeantur. Si verò contra hæc quiſquâ in occupato per alium Beneficio inſtituatur, vel admittatur de facto; Inſtitutio ſeu Admiſſio hujuſmodi, Juris effectu careat, & quicunque ſic inſtituens, vel admittens Jure proprio, vel delegato taliter Præſentatum vel Collatarium in obtento per alium Beneficio, ipſius poſſeſſore, ſufficienti auctoritate, in foro Eccleſiæ ſententiâ primitus non amoto; ſi Epiſcopus fuerit per duos menſes, inferior verò Epiſcopo ab Officio, & Beneficio, tam diu noverit ſe ſuſpenſum, donec poſſeſſori priori reſarciatur (ut convenit) omne damnum. Et Inſtitutus taliter, vel admiſſus, ſi ſe in occupato per alium Beneficio contra hæc patiatur induci, ipſo facto cenſeatur intruſor, & pœnas intruſionis in Conſtitutione *Othobon*, quæ incipit, *Amoris proprii*, contentas, necnon alias à Canonibus & Sanctis Patribus inflictas ipſo facto incurrat.

Per præmiſſa tamen vel infra ſcripta, Dignitati Regiæ, vel Coronæ, in his, quæ ad eas pertinent, non intendimus derogare; ſed ambitionem inſatiabilem Clericorum ſupradicta illicitè Procurantium & proſequentium (ut præmittitur) cohibere: nec Ordinariorum poteſtati, quâ Beneficia ad ipſorum Collationem ſpectantia, quoviſmodo de facto occupata illicitè, non de Jure, conferre poterunt, volumus derogare, nec eorum Collationes Beneficiorum admittentes hujuſmodi coarctare.

217. Cæterum, nè in Foro Regis evincenti Jus Patronatus adverſus alium, ſua victoria ſit inutilis, ſi ſcribatur Ordinario, quòd admittat Præſentatum ab illo, qui Jus Patronatus evicerit, ad Beneficium hujuſmodi, ſi de Jure vacaverit, & de facto nihil obſtitat Canonicum, admittatur liberè hujuſmodi Præſentatus: ſed ſi Beneficium

A. D. 1351

ficium prædictum non vacaverit, illud Domino Regi, vel Juſtitiariis ſuis intimet Ordinarius, excuſando ſe, quòd, quia tale Beneficium non vacat ad præſens, nequit Regium mandatum adimplere; Præſentatuſque per evincentem in Foro ſæculari contra Ordinarium, ultra proſequens, ſpretâ forma proſecutionis in Foro Eccleſiæ, ut præmittitur, faciendâ, ſupradictas Sententias Excommunicationis, inhabilitatis, & alias pœnas Juris, & Conſtitutionum, editas in hac parte, ipſo facto incurrat. Jus verò Patronatus evincenti, licebit præſentare, ſi voluerit, ad Beneficium hujuſmodi, poſſeſſorem, ut ſuum Jus in poſterum habeat declaratum.

Incipit Conſtitutio Provincialis Domini Simonis Iſlep *Archiepiſcopi* Cantuarienſis, *edita apud* Lambeth *duodecimo Calendarum* Martii *Anno Domini* 1351. *Regnante in* Anglia Edvardo *tertio*, Clemente *ſexto Pontifice Maximo.*

Pro Clericis incarceratis, ad aſperam pœnam ponendis.

SImon permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri Noſtro Domino *Radulpho*, Dei gratiâ, *Londinenſi* Epiſcopo, Salutem & Fraternam in Domino Charitatem. Nuper in Parliamento Regio *Londini* habito, Nobis inſtantibus pro debita reformatione quarundam injuriarum, Deo & Sanctæ Eccleſiæ illatarum, quas conniventibus oculis nequivimus pertranſire, pro eo & ex eo, videlicet, quòd Judices Sæculares nitentes plus ſolito in Meſſem Divinam mittere falcem ſuam, Clericos paſſim, etiamſi Sacerdotes fuerint, & inſuper Religioſos in poſſeſſione Clericatûs & Sacerdotii notoriè Conſtitutos; & pro talibus, tam per ipſos quàm per alios, publicè & communiter reputatos, de & ſuper variis criminibus, flagitiis, ſeu ſceleribus eorum ipſis irretitos, ſeu etiam indictatos, judicatoriæ poteſtatis ſuæ fines notoriè excedentes, & in Epiſcopos Domini ſibi in cauſis Criminalibus hujuſmodi nullo Jure ſubjectos, poteſtatem indebitam uſurpantes, ipſos Clericos & Sacerdotes, contra Sacros Canones & Eccleſiaſticas libertates, morti turpiſſimæ & inſolitæ condemnare, adducere, & effectualiter tradere non verentur, in Dei & Sanctæ Eccleſiæ irreverentiam, contemptum, & ſcandalum manifeſtum, & Animarum ſuarum periculum nimis grave, tam per ipſum Regem & Proceres ſuos, quàm per alias Communitates adjunctas: Cum ibidem objectum fuerit, & ſub reſponſivis coloribus graviter replicatum, quòd Clerici prætextu ſui privilegii audaciam capiant fortiorem ſcelera perpetrandi; cumque ipſi ſuper ſceleribus hujuſmodi capti, ſeu ſaltem veraciter indictati, & de hoc, ſecundum morem Regni convicti coram Judice Sæculari, per Prælatos, Ordinariosve eorum delegatos competentes, ſeu eorum Commiſſarios debitè requiſiti, Deo & Sanctæ Eccleſiæ, & eis ſic petentibus, cum Reverentia fuerint liberati, ita ſegniter, quin potiùs favorabiliter Cuſtodiæ admittuntur, & in hujuſmodi Cuſtodia ſic in cibis & potibus lautiùs procurantur, quòd Carcer pro eorum flagitiis datus cedit eis non ad pœnam, ſed magis ad ſolatium & reſocillationem ſuorum corporum delicatam: & propterea dum quies ſine labore tantis adjutoriis ſuffecta perſæpe vitia ſubminiſtret, plures multoties per tantam crapulam, nè dicam inediam, incraſſati, & in ſuis nequitiis & cogitationibus delectati, ab hujuſmodi Cuſtodia, quaſi eis fuiſſet inimica, ingratiſſimè fugiunt & recedunt. Nonnulli etiam flagitioſi, notoriè etiam famoſi, de quibus nulla ſuppetit veritas excuſandi, ad ſuas Purgationes, etiam Procuratas & ſuſpectas, adeo faciliter admittuntur, quòd cuilibet ſic liberato, ut plurimùm, ſpes firma tribuitur, uno vel alio modo ad vitam malam priſtinam redeundi: Unde ſæpe contingit, quòd nedum ſic purgati efficiuntur ſolito nequiores, ſed etiam aliis Clericis innocentibus, propter facilitates, & incurias, & negligentias hujuſmodi nimis incentivum tribuitur delinquendi, ex quo pax Regni graviſſimè violatur. Unde Nos præmiſſa, & circumſtantias alias in hac parte ſollicitè ponderantes, timentes inſuper, nè abuſus libertatis Eccleſiaſticæ, præſertim qui in Regni perturbationem univerſaliter redundat, in præjudicium & damnum cedere valeat privilegii Clericalis, de conſilio & conſenſu Fratrum noſtrorum in dicto Parliamento præſentium, & Procuratorum abſentium, de Clericorum hujuſmodi cuſtodia taliter Duximus ordinandum; videlicet tam Fratres, quàm alii locorum Ordinarii, Eccleſiaſtici Judices noſtræ Provinciæ *Cantuarienſis*, ad quos de conſuetudine pertinet hujuſmodi receptio & Cuſtodia Clericorum, Clericos ſic eis, ut præmittitur, ad carceralem Cuſtodiam ob præmiſſa juxta libertates Eccleſiaſticas liberatos, & de cætero liberandos, cum bonâ, ſtrictâ, & celeri diligentia ſecundum perſonarum quantitatem, & ſcelerum gravitatem ſtudeant firmiter cuſtodiri, ut ſic pœnaliter cuſtoditi in ſcandalum Eccleſiæ ad vitam priorem non redeant. Et ſi qui Clerici taliter liberati, malefactores notorii fuerint, & famoſi, confeſſive, ſeu ſuper Feloniis, criminibus, ſceleribus & flagitiis hujuſmodi adeo publicè diffamati, quòd ſua per eos commiſſa ſcelera inficiari nequeant, ſeu quòd eorum à carcere liberatio, Eccleſiæque ipſius libertati, tranquillitative Regni ſit evidens ſcandalum allatura, tunc in quarta & ſexta feriis, & in Sabbatis de pane doloris & aqua Anguſtiæ ſemel in die, cæteriſque diebus in pane & debili cerviſia, die verò Dominicâ propter honorem ipſius diei, & excellentiam, de pane & cerviſia & legumine, eiſdem tantummodo miniſtretur, quibus ex Eleemoſyna vel conjunctorum, vel amicorum quorumcumque largitione, ſeu quovis alio quæſito colore, vel ratione quacunque, nihil amplius tribuatur, nec ipſis aliqua purgatio quomodolibet concedatur. Si verò aliqui incarcerati hujuſmodi innocentes fuerint, vel de maleficiis ſibi impoſitis vehementer non ſuſpecti, notorii ſeu confeſſi, vel (ut præmittitur) publicè diffamati, talem Volumus adhiberi cautelam, ut antequam ad eorum Purgationem judicialiter procedatur, præmittatur ſolers inquiſitio per ipſorum Ordinariorum Eccleſiaſticos in ea parte competentes Judices, de ipſorum vita, fama, geſtu, & converſatione in loco criminis de quo indictati, ſeu pro quo incarcerati fuerint, & Originis eorundem, ſuis notis & amicis de inquiſitione hujuſmodi minimè præmunitis. Et ſi locus criminis vel Originis Clericorum Incarceratorum hujuſmodi, in Diœceſi Ordinarii Eccleſiaſtici Judicis, cui fuerint liberati, non fuerit, de vita, fama, geſtu, & converſatione dictorum Clericorum ad ſignificationem Ordinarii Judicis præmiſſi, in cujus carcere detenti fuerint, Judex Eccleſiaſticus Ordinarius loci, criminis prætenſi & Originis inquirere in ea parte, & certificare ſibi Ordinarium mittentem & ſignificantem (ut præfertur) ſuis literis teneatur. Vobis igitur Mandamus, firmiter injungentes, quatenus

Objecta à Judicibus ſæcularibus.

Carcer ad quid inventus eſt.

quatenus præmiſſa omnia & ſingula, quatenus ad Vos attinet, obſervetis; & ut ſinguli Coepiſcopi & ſuffraganei noſtri ea obſervent, veſtris Literis harum ſeriem continentibus vice & auctoritate noſtrâ efficaciter injungatis; mandantes quatenus ipſi Confratres citra Feſtum Nativitatis Sancti *Johannis Baptiſtæ* Nos certificent, quid in præmiſſis duxerint faciendum; Vos etiam citra Feſtum prædictum Nos reddatis certiores quid feceritis, & facere duxeritis in hac parte. Data apud *Lambeth* duodecimo Calendarum *Martii*, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo primo, & Conſecrationis noſtræ tertio.

Incipit Conſtitutio Domini Simonis Iſlepe Cantuariæ *Archiepiſcopi edita apud* Otteford *Anno Domini* 1359. *anno. que Regni Glorioſiſſimi* Anglorum *Regis* Edwardi III. 34. *& Pontificatus* Innocentii *ſexti octavo.*

De exorando pro Rege, & de obſervanda die Dominicos.

SImon permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri noſtro Domino *Michaeli*, Dei gratiâ Epiſcopo *Londinenſi* Salutem, & Fraternam in Domino Charitatem. Præceptis ſalutaribus Divina Inſtitutione fulcitis, jubentur Catholici pro invicem & unanimiter exorare, ut ſic pariter omnes ſalvi fiant, tantò in æterna retributione fæliciùs accepturi, quantò major fuerit orationis inſtantia, & ipſam non ſolùm orantis neceſſitas, ſed utilitas commendaverit publica, charitaſque Fraterna. Sanè cùm Excellentiſſimus Princeps Dominus noſter Rex *Angliæ* illuſtris, pro ſuo Jure recuperando, ſit ad partes exteras cum Exercitu ſuo in proximo profecturus, dubiis Bellorum eventibus, quorum exitus in ſola Dei manu ſunt, militariter ſe exponens: Nos, qui ſub defenſionis ſuæ clypeo hactenus reſpiravimus, Divina gratia dulciter arridente, ne, ſi Nos invaſerit fortuna, quod abſit, contraria, cum majori ignominiâ triſtior humiliet confuſio, ad Sanctæ Orationis præſidium, per cujus virtutem creditur frequens Nobis invaluiſſe victoria, tam pro ſalute cujuſque noſtrûm ſingulari, quàm pro utilitate publica ſpeciali devotione confugere commonemur. Verum etſi Legitimis & Canonicis Sanctionibus caveatur, omnes Dies Dominicos cum omni veneratione debere à veſpera in veſperam obſervari; adeo quod nec Mercata nec aliæ negotiationes, nec Judicia publica ſeu privata, Eccleſiaſtica ſeu Sæcularia, aut alia opera Ruralia fieri valeant in eiſdem, ut ſic fidelis quiſque ſuæ creationis recognoſcens principium, ipſis diebus ſaltem, ad Eccleſiam ſuam Parochialem concurreret reverenter, de commiſſis ſuis veniam petiturus, & quod per Hebdomadam illicitè commiſerit, ſeu negligenter omiſerit jugis contemplationis inſtantiâ ſuppleturus, Sancta quoque Dei Myſteria jugiter honoraret, mandata Eccleſiæ ibidem exponenda humiliter addiſceret & ſervaret, atque in ipſis Eccleſiis tanquàm locis Orationi divinitùs conſecratis, non ſolùm pro ſeipſis, verum & pro omni gradu, tam Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis Militiæ, circa preces Deo devotè fundendas operam daret ſollicitam, omnimodâ Sæculari curâ poſtpoſitâ & ceſſante.

Ex multorum tamen relatione fide dignâ, licèt cum intenſo dolore accipimus ſatis clarè, quòd in nonnullis noſtræ Provinciæ partibus perverſa deteſtatio, imò certè damnabilis inolevit, quod viz. diebus Dominicis paſſim & indiſtinctè Dei honore contempto, Mercata ſeu Fora rerum Venalium in quibus nedùm victualia comparantur, ſed aliæ diverſæ negotiationes, quæ communiter abſque fraudis & deceptionis periculo non pertractantur; Conventiculæ necnon, & congregationes illicitæ fiunt hominum, ſuis Eccleſiis derelictis, aliæque turbæ communes variæ, & malorum occaſiones plurimæ perpetrantur; Commeſſationes & Ebrietates miſcentur; & multa alia inhoneſta, contra diei reverentiam, & in ejus injuriam turpiter committuntur; per quæ plerumque ad rixas & contumelias, minas ac verbera, ac quandoque homicidia proceditur; unde & contingit ſæpius, quòd ad Mercata ſeu Fora hujuſmodi, in quibus potentia creſcit Diabolica, confluit tota populi multitudo, & in Sacroſanctis Eccleſiis, in quibus Deus Pacis pacificè quæritur, ejus ira faciliùs mitigatur, & Orationi locus ſpecialiter indicitur, ut eſt dictum, propter abſentiam fidelium ceſſat Dei & Sanctorum reverentia, Sacra Myſteria nequaquam ut condecet in debita veneratione habentur, & orantium mutua ſupportatio nimium ſubtrahitur & tepeſcit, in Dei & Sanctæ Eccleſiæ irreverentiam, Animarum grave periculum, & Præceptorum Divinorum, imò Religionis Chriſtianæ contemptum, & ſcandalum manifeſtum. Quocirca veſtræ Fraternitati in virtute obedientiæ firmiter Injungimus & Mandamus, quatenus ſubditos veſtros, ſi quos in præmiſſis culpabiles inveniretis, abſque moræ diſpendio Canonicè moneatis, & efficaciter inducatis, monerive & induci conſimiliter faciatis, ut à Mercatis & Foris, cæteriſque illicitis ſuperius deſcriptis, de cætero diebus Dominicis abſtineant, penituſque deſiſtant; atque in ipſis diebus quicunque diſcretionis annos attigerint, ad Eccleſias ſuas Parochiales confluant & accedant, facturi, audituri, & recepturi, quæ ſecundum præmiſſa ejuſdem diei ſacra reverentia exigit & requirit; contravenientes, & Vobis in hac parte rebelles quoſcunque, per cenſuras Eccleſiaſticas, tam in genere, quàm in ſpecie, ſi neceſſe fuerit, Canonicè compeſcentes.

Injungatis inſuper, & injungi faciatis, Gregi Vobis ſubdito, quatenus dictis diebus in ſuis Eccleſiis & aliis, cum eis melius videbitur, inter Orationum ſuarum ſuffragia, præfatum Dominum noſtrum Regem, Regni Proceres, cæteroſque quoſcunque cum eo in ſuo (ut præfertur) Exercitu profecturos, proſperam ipſorum ſalutem, & fælicem ſuæ profectionis expeditionem Altiſſimo Domino, Regi Regum omnium, ex devotiſſimis præcordiorum intimis recommendent, Proceſſioneſque binas qualibet Hebdomadâ, pro eis, & pace Regni circa Eccleſias ſuas & Coemeteria faciant conſuetas. Vobis inſuper Mandamus, quatenus mandatum noſtrum hujuſmodi, ſingulis Fratribus noſtris Coepiſcopis, & Suffraganeis per noſtram *Cantuarienſem* Provinciam Conſtitutis, cum celeritate poſſibili intimetis, ut ipſi quoad ſubditos ſuos faciant, prout ſuperiùs recitatur. Et ut fidelium mentes ad præmiſſa facienda propenſiùs excitentur, de Dei Omnipotentis Miſericordia, Sanctiſſimæ *Mariæ* Virginis Matris ſuæ, Beatæ *Thomæ* Martyris Glorioſi, omniumque Sanctorum meritis & precibus confidentes, cunctis Chriſticolis, per noſtram *Cantuarienſem* Provinciam Conſtitutis, de ſuis peccatis verè pœnitentibus & confeſſis, ſic ut præmittitur orantibus, & ab illicitis ſuperiùs expreſſatis ſe abſtinentibus, quadraginta dies Indulgentiæ Concedimus per præſentes: Voſque & Coepiſcopos noſtros prædictos in Domino hortamur, ut de Theſauro Eccleſiæ Vobis credito præmiſſa facientibus & obſervantibus, ut præfertur, Indulgentias aliquas concedatis;

A. D. 1359

A. D. 1362 cedatis; de die verò receptionis præsentium, modoque & forma Executionis vestræ, Nos citra Festum omnium Sanctorum proximò nunc futurum certificetis, per Literas Vestras Patentes, harum seriem continentes; dictisque Fratribus nostris specialiter injungatis, ut & ipsi singulariter modo consimili de facto suo, Nos curent reddere certiores. Datæ apud *Otteford* XIX. Calend. *Septembris*, An. Dom. MCCCLIX. & nostræ Consecrationis decimo.

Incipiunt Constitutiones Domini Simonis Islepe *quondam Archiepiscopi* Cantuariensis *editæ Anno Domini* 1362. Edvardo 3tio Anglorum *Rege*, Urbano *quinto Pontifice.*

De Presbyteris Annalia celebrantibus, & aliis non Curatis, ut Curis deserviant desolatis; & ad serviendum Curis hujusmodi compellendis.

238. SImon, permissione Divina *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri Nostro, Domino *Simoni* Dei gratiâ *Londinensi* Episcopo Salutem & fraternam in Domino Charitatem. Effrænata generis humani cupiditas, cujus conatus nisi Justitia suâ virtute reprimeret, ita ex sibi innata malitia excresceret, quòd Charitas extra mundi terminos exularet. Sanè communis ad Nos perduxit querela, & Magistra rerum Experientia manifestat, quòd moderni temporis Sacerdotes adeò jam cupiditatis & acediæ vitia infecerunt, quòd stipendiis rationabilibus non contenti, pro labore Salaria vendicant & recipiunt excessiva: salutariumque laborum spretis exercitiis, adeò delicatis student voluptatibus, quòd Ecclesiis, vel Capellis Parochialibus, & Curis Animarum deservire seu intendere, tanquam Parochiales Presbyteri, etiam oblatis sibi congruis Salariis, recusant penitùs & contemnunt, Annalia pro vivis & defunctis peculiari quodam otio celebrantes. Sicque Parochiæ & Capellæ plures nostræ Provinciæ inofficiatæ remanent, Capellanis Parochialibus, immo Curatis propriis, non absque gravi Animarum periculo, destitutæ. Sacerdotesque prædicti sic delicati & cupidi, Salariis excessivis hujusmodi saturati evomunt, indomiti delirant, & deficiunt, & post ventris ingluviem, & varias carnis illecebras, spumant in libidinem: & tandem in malorum voraginem penitùs demerguntur, in virorum Ecclesiasticorum detestabile scandalum, & exemplum perniciosum Laicorum. Huic ergo morbo pestifero mederi salubriter & celeriter cupientes, de Fratrum nostrorum consilio & assensu, Statuimus & Ordinamus, quod Capellani quicunque non Beneficiati, præsertim idonei Curis Animarum, & Ecclesiis, seu Capellis Parochialibus, moderatis sibi Constitutis Salariis, inferiùs plenius describendis, postpositis privatis seu peculiaribus obsequiis quorumcunque, ante omnia Officiari & intendere teneantur: cùm per loci Diœcesanum, seu Ordinarium Judicem in hac parte competentem, fuerint requisiti. Et si, ut præmittitur, infra viginti dierum spatium, cessante impedimento legitimo, non paruerint cum effectu, eò ipso se Suspensionem ab Officio noverint incursuros.

Statuimus etiam, & Ordinamus, quòd Capellani, & & Annuales Missas celebrantes, & cæteri Curis Animarum non intendentes, quinque Marcis; Ecclesiis verò, seu Capellis Parochialibus, & Curæ eisdem imminenti officiantes, sex Marcis, pro stipendiis annuis debeant contentari: nisi locorum Diœcesani propter amplioris Parochiæ sollicitudinem, vel aliam causam legitimam, aliter pro suo arbitrio duxerint ordinandum. Si quis verò Sacerdotum hujusmodi nostræ Provinciæ ampliorem summam, quàm ut præfertur, quovis exquisito colore, pro anno integro, seu rata temporis ejusdem receperit, nisi intra mensem Fabricæ Ecclesiæ, in qua Divina celebraverit, summam ipsam excedentem restituerit, sententiam Suspensionis ab Officio suo incurrat ipso facto: & solvens, si persona Ecclesiastica fuerit, puniatur in duplum; & sic excessivè solutum in pios usus, juxta arbitrium loci Diœcesani, convertendum est. Et ut amplius Sacerdotibus evagandi materia subtrahatur, ipsorumque mores & vita certiùs cognoscantur, Volumus, & Ordinamus, nè quis Sacerdos de una Diœcesi ad aliam se transferens admittatur ibidem, nisi Diœcesano loci, ad quem se transtulerit, literas commendatitias ostendat Episcopi, in cujus Diœcesi antea proximò morabatur. Absolutionem verò ipsorum, qui præfatas Suspensionum sententias incurrerint, Nobis, & Confratribus nostris, locorum Diœcesanis, specialiter reservamus, quos demum, post publicationem debitam præmissorum, juxta Canonum exigentiam, ligare, propter Juris ignaros & simplices, tenore præsentium declaramus. Fraternitati igitur vestræ Committimus & Mandamus, firmiter injungentes, quatenus præmissa omnia & singula in Diœcesi nostra celeriter publicetis, & executioni debitæ demandetis. Et quid feceritis in hac parte, Nos, citra Festum Purificationis Beatæ *Mariæ* Virginis proximum nunc futurum, certificare curetis, per Literas Patentes harum seriem continentes. Datæ apud *Lambeth* xvi. Calendas *Decembris.*

Anno Domini 1362. & Consecrationis nostræ Anno decimo tertio.

Constitutio Simonis Islepe Cantuariensis *Archiepiscopi, de Stipendiis Presbyterorum.*

EFfrænata generis humani cupiditas, cujus conatus nisi Justitia sua virtute reprimeret, ita ex sibi innata malitia excresceret, quòd Charitas extra terminos mundi exularet.

Sanè communis ad Nos querela perduxit, & Magistra rerum efficax Experientia manifestat, quòd Sacerdotes, qui jam supersunt, non considerantes quod ad Executionem ministerii sibi commissi, propter populum Dei & utilitatem publicam, non propter sua merita, dispositione Divinâ à periculo pestilentiæ præstitæ reservantur, nec erubescentes quod eorum insatiabilis avaritia ab aliis operariis, etiam Laicis, nequiter & perniciosè trahitur in exemplum, de Animarum cura (quæ cæteris Curis, præsertim Ecclesiasticis viris, est meritò præferenda) non curant, scilicet curas Animarum gerere negligunt, & onera Curatorum Charitate mutuâ supportare: immo penitùs eis derelictis, ad celebrandum Annalia, & alia pecuniaria se conferunt obsequia, ut sic antiquas possint insolentias liberius innovare, stipendiis competentibus & solitis non contenti, sed pro eorum servitiis stipendia exigunt excessiva, sic quòd nomine simplici & labore debili majora sibi lucra vendicant quàm Curati. Unde evenit, quòd nisi eorum irrationabilis appetitus ad æquitatis regulam reducatur, tum propter hujusmodi frequentationem Annalium, tum propter stipendiorum suorum quantitatem, nullo libramine moderatam, plures immo plurimæ tam nostræ quàm vestræ Diœceses, & totius nostræ Provinciæ Ecclesiæ, Præbendæ, & Capellæ remanebunt Sacerdotum obsequiis destitutæ, & quo dolores

Nobis

Nobis accumulantur, Curati faciliter propter conſimile commodum ad obſequia ſimilia ſe convertent, derelictis penitus ſuis Curis. Volentes igitur hujuſmodi Sacerdotum inſatiabile deſiderium, propter prædicta pericula, & alia diſpendia gravia, quæ ulterior addiceret conniventia, remediis, quibus convenit, refrænare, Fraternitatem veſtram Requirimus, & Hortamur in viſceribus Jeſu Chriſti, quatenus attentis Animarum periculis & cauſis prædictis, ante omnia de Cura cujuſlibet Eccleſiæ Parochialis, Præbendæ, & Capellæ, cui Cura imminet Animarum, ſecundum earum indigentiam, de melioribus & idoneoribus Capellanis, in cujuſcunque alterius quàm Curati reperiantur ſervitio, ſalubriter ordinetis: & non parentes, & eorum fautores, ſeu ipſos contra noſtram Ordinationem hujuſmodi temerè infringentes, ac etiam ipſos Canonicos, & quoſcunque alios, qualiter & ubicunque in noſtra Diœceſi celebrantes, ut moderato Salario ſint contenti, per quaſcunq; cenſuras Canonicè compeſcatis; & ſiquis Nobis rebellis ad noſtrã vel alterius Confratris noſtri duxerit Diœceſin propterea ſe transferre, Volumus & Mandamus, quod nomen & cognomen Nobis, ſeu illi de Confratribus ad cujus Diœceſin tranſierit, cum toto proceſſu inde habito curetis veſtris, aut curent ſuis literis intimare. Volumus enim contra illos, qui ſic ad noſtram venerint Diœceſin juxta veſtros, vel alterius Confratris noſtri proceſſus procedere, & cenſuras in eos latas exequi juxta vires. Hæc ſimiliter per Confratres noſtros ſingulis annis in ſuis Diœceſibus in omnibus fieri & exequi Requirimus & Mandamus. Et ut de quantitate Salarii fiat nota intentio noſtra Vobis, Volumus in dicta noſtra Diœceſi, quod Capellanus Eccleſiæ aut Capellæ vel Præbendæ curatæ de una marca Argenti, ultra id quod in eadem Cura Sacerdoti miniſtranti ſolebat aliàs miniſtrari, pro Salario ſuo contentetur. Salarium verò alterius Sacerdotis ſtipendiarii ad communem taxationem præteritis temporibus uſitatam Volumus coarctari.

Sequitur Conſtitutio Simonis Iſlepe,
De Feſtis Sanctorum obſervandis.

1201. SImon permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri noſtro *Simoni* Dei gratiâ *Londinenſi* Epiſcopo Salutem, & Fraternam in Domino Charitatem. Ex Scripturis Sacris didicimus vitia ſæpe ſe ingerere, & ſe virtutes eſſe mentiri, dum videlicet ſub figmento ſanctitatis ad execrandaproceditur, & ſub ſpecie cultus Divini ad abominabilem Deo victimam properatur. Ab exordiis namque conditionis humanæ die duntaxat ſeptimo hebdomadæ ſtatuit omnium conditor ab operibus abſtinendum. Sed ſuccedente tempore Gratiæ, militans † edicit Eccleſia dies plurimos ab omnibus Catholicis feriandos. Ex quibus poſtmodum tolerante Eccleſiâ propter uſus hominum, & propter operandi neceſſitatem, nonnullos à feriandi ritu ſubtraxit, & quoſdam in diverſis Catholicorum partibus feſtivos ſuperaddidit localiter obſervandos; qui quamvis à primordiis ob reverentiã Sanctorum in feſtivandi conſuetudinem introducti fuerunt, inconſtantiâ tamen humanâ (ut plerumque) in deteriora labente, quod in electorum Dei receptum erat honorem, converſum eſt in Blaſphemiam, dum videlicet Conventiculæ, Negotiationes, & alia exercitia illicita diebus hujuſmodi potiſſimè ingeruntur: quod vero ad Devotionis parabatur compendium, in diſſolutionis erigitur cumulũ, dũ in ipſis Feſtivitatibus Taberna potiùs colitur quàm Eccleſia, comeſſationes & ebrietates uberius abundant, quàm lachrymæ & orationes, laſciviis inſiſtitur, & contumeliis magis quàm otio contemplationis. Et quod prætermittendum non eſt, Mercenarii, ſine quorum operibus Reſpublica regi non poterit, ſub colore illicito ſic ab operibus Mechanicis, diebus etiam quos ſibi Feſtivos conſtituunt, & Sanctorum Vigiliis, abſtinent, licèt non minus per hebdomadam capientes propterea de ſalario, per quod Reſpublica graviter retardatur, quin potius impeditur: nec propter Dei honorem, ſicut deceret, Sabbatizant, ſed etiam juxta præmiſſa Deum ipſum & Sanctam Eccleſiam in diebus hujuſmodi per abominationes ſuas peſſimas ſcandalizant, tanquam ſolennitates ipſæ ad prophanationis & perverſitatis exercitium gratis fuerint inſtitutæ; quæ quantò magis prætenduntur in numero, tantò abundantiùs cultores abuſionum hujuſmodi in ſuis exceſſibus inſoleſcunt. A. D. 1362. † MS. illicito.

Ut igitur Superſtitionibus, Adinventionibus, & etiam fraudulentiis Mercenariorum hujuſmodi convenientiùs occurratur, & eorum attenuetur occaſio, & memoriæ Sanctorum feriandæ juxta primam Eccleſiæ Inſtitutionem, in debita habeantur veneratione, reſervatâ facultate viris Eccleſiaſticis, aliiſq; Majoribus, ac ſibiipſis ſufficientibus, quorumcunq; Sanctorum dies, prout eis placuerit, ad Dei honorem in ſuis Eccleſiis vel Capellis ſolenniter venerandi, de Fratrum noſtrorum conſilio dies Feſtos præſentibus inſerere duximus, quibus videlicet abVniverſis populorum operibus, etiam Reipublicæ utilibus, per noſtram *Cantuarienſem* Provinciam fuerit regulariter abſtinendum.

In primis Sacrum diem Dominicum ab hora diei Sabbati Veſpertinâ inchoandum, non ante horam ipſam præveniendum, nè *Judaicæ* profeſſionis participes videamur. Quod etiam in Feſtis, quæ ſuas habent vigilias, obſervetur. Item Feſta Nativitatis Domini, Sanctorum *Stephani, Johannis, Innocentium*, Sancti *Thomæ* Martyris, Circumciſionis, Epiphaniæ Domini, Purificationis Beatæ *Mariæ*, Sancti *Matthiæ* Apoſtoli, Annunciationis Beatæ *Mariæ*, Paſchæ, cum tribus diebus ſequentibus, Sancti *Marci* Evangeliſtæ, Apoſtolorum *Philippi* et *Jacobi*, Inventionis Sanctæ Crucis, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes cum tribus diebus ſequentibus, Corporis Chriſti, Nativitatis Sancti *Johannis* Baptiſtæ, Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, Tranſlationis Sanctæ *Thomæ*, Sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, Sancti *Jacobi* Apoſtoli, Aſſumptionis Beatæ *Mariæ*, Sancti *Laurentii*, Sancti *Bartholomæi*, Nativitatis Sanctæ *Mariæ*, Exaltationis Sanctæ Crucis, Sancti *Matthæi* Apoſtoli, Sancti *Michaelis*, Sancti *Lucæ* Evangeliſtæ, Apoſtolorum *Simonis* & *Judæ*, Omnium Sanctorum, Sancti *Andreæ* Apoſtoli, Sancti *Nicolai*, Conceptionis Beatæ *Mariæ*, Sancti *Thomæ* Apoſtoli, Solennitatis Dedicationis Eccleſiarum Parochialium, & Sanctorum quibus Eccleſiæ Parochiales dedicantur, aliaque Feſta, quæ in ſingulis dictæ Provinciæ Diœceſibus per locorum Ordinarios ex certa ſcientia peculiariter indicuntur. Vobis igitur Mandamus quatenus præmiſſa omnia & ſingula ad ſingulorum Confratrum Noſtrorum, & ſuffraganeorum Noſtrorum notitiam deducentes, eorum cuilibet injungatis, quòd moneant, & efficaciter inducant, Clerum & Populum ſibi ſubjectum ut Feſta ſuperius enumerata, prout ſuis acciderint temporibus, ſummopere obſervent, & debito venerentur honore. Et ad Parochiales eorum Eccleſias reverenter diebus ipſis accedant, Miſſarum & aliorum Divinorum Officiorum complementum expectent, pro ipſorum cæterorumque Fidelium, vivorum & defunctorum, ſalute, Deum devotè & ſinceris mentibus oraturi. Sic Sanctorum diſcurrendo Solennia, ut ipſi & alii Catholici, pro quibus oraverunt, Sanctos, quorum Feſta celebraverint, Interceſſores mereantur habere aſſiduos apud Deum. Et quòd Confratres noſtri ſubditis ſuis intiment, quòd reliquis Sanctorũ Feſtivitatibus impune poterunt ad opera procedere conſue- *Dies Feſti obſervandi.*

† M.S. adjecit.

A. D. 1378

ta. Si verò aliqui operarii conductitii occurrerint, qui Festis peculiaribus, & non (ut præfertur) indictis, à consuetis operibus cessare præsumpserint, ut sic secundùm præmissa eos defraudent, quorum ministerio se astrinxerint, ipsos à Superstitionibus hujusmodi Canonicè compescant, & faciant per alios compesci Ecclesiasticas per censuras.

Demandantes insuper prædictis Confratribus nostris, quòd eorum nos clarè & distinctè certificent, quid fecerint in præmissis, citra Festum Nativitatis Sanctæ *Mariæ* Virginis proximè nunc futurum, per suas Literas Patentes harum seriem continentes. Vos etiam, quatenus vestras Civitates & Diœcesin concernit, præmissa omnia & singula studeatis efficaciter adimplere, & Nos modo consimili reddere certiores.

Data apud *Maghfeld* Decimo Septimo Calendarum *Augusti*, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Secundo, & Nostræ Consecrationis Decimo Tertio.

Conclusiones Magistri Johannis Wickliff *Sacræ Paginæ Professoris, Rectoriique Ecclesiæ* de Lutterworth *in Agro* Leicestrensi Lincolniensis *Diœcesis, veri ingenio subacto, & Sacris literis versatissimi.*

1. TOtum genus humanũ citra Christum non habet potestatem simpliciter ordinandi, ut *Petrus* & omne genus suum dominetur politicè in perpetuum super mundum.

2. Deus non potest dare homini pro se & hæredibus suis in perpetuum Civile Dominium.

3. Chartæ humanitùs adinventæ de hæreditate Civili perpetua sunt impossibiles.

4. Quilibet existens in Gratia gratificante fideliter, nedum habet jus, sed in re habet omnia dona Dei.

5. Homo potest solùm ministratoriè dare tam naturali filio quàm imitationis in Schola Christi tam temporale Dominium quàm æternum.

6. Si Deus est, Domini temporales possunt legitimè ac meritoriè auferre bona fortunæ ab Ecclesia delinquente.

7. Nunquid Ecclesia est in tali statu vel non, non est meum discutere, sed Dominorum temporalium examinare, & posito casu, confidenter agere, & sub pœna damnationis æternæ ejus temporalia auferre.

8. Scimus quod non est possibile, quòd Vicarius Christi ex Bullis suis, vel ex illis cum voluntate & consensu suo & sui Collegii quenquam habiliter vel inhabiliter.

9. Non est possibile hominem excommunicari, nisi prius & principaliter excommunicetur à seipso.

10. Nemo ad sui deteriorationem excommunicatur, suspenditur, vel aliis censuris cruciatur, nisi in causa Dei.

11. Maledictio vel Excommunicatio non ligat simpliciter, nisi quantum fertur in adversarium Legis Christi.

12. Non est exemplificata potestas à Christo vel suis discipulis excommunicandi subditos, præcipuè propter negationem temporalium, sed econtrà.

13. Discipuli Christi non habent potestatem coactè exigere temporalia per censuras.

14. Non est possibile de potentia Dei absoluta, quod si Papa vel alius prætendat se quovismodo solvere vel ligare, eo ipso solvit atque ligat.

15. Credere debemus, quod solùm tunc solvit vel ligat, quando se conformat Legi Christi.

16. Hoc debet Catholicè credi, quòd quilibet Sacerdos ritè ordinatus habet potestatem sufficientem Sacramenta quælibet conferendi, & per consequens quemlibet contritum à peccato quolibet absolvendi.

17. Licet Regibus auferre temporalia à viris Ecclesiasticis ipsis abutentibus habitualiter.

18. Sive Domini temporales, sive Sancti Papæ, sive *Petrus*, sive Caput Ecclesiæ, qui est Christus, dotaverint Ecclesiam bonis Fortunæ vel Gratiæ, & excommunicaverint ejus Temporalia auferentes, licèt tamen propter conditionem implicitam delicto proportionabiliter eam Temporalibus spoliare.

16. Ecclesiasticus imo & *Romanus* Pontifex potest legitimè à subditis & Laicis corripi, & etiam accusari.

Incipiunt Constitutiones Provinciales Venerabilis Patris Domini Simonis Sudbury Cantuariensis *Archiepiscopi, latæ apud* Lambeth *Anno Domini* 1378. *Annoque Regis* Richardi *secundi secundo, necnon* Urbani *sexti Papæ, &* Clementis *septimi Antipapæ primo. Quo tempore ortum est Schisma* 27. *gravissimum,* 30. *Annorum. Vir hic Eloquentissimus, & incomparabiliter ultra omnes Regni Sapientes sapiens, sedit annos circiter sex, & tandem jussu Rebellium* Tileri *&* Straw Junii 14. 1381. Londini *capite truncatus est.*

De Salariis Presbyterorum.

Simon permissione Divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro Domino *Gulielmo* Dei gratiâ Episcopo *Londinensi* salutem & Fraternam in Domino charitatem. Effrænata generis humani cupiditas, cujus conatus nisi Justitia suâ virtute reprimeret, ita ex sibi innata malitia excresceret, quòd charitas extra mundi terminos exularet. Sanè communis ad Nos querela perduxit, & Magistra rerum Experientia manifestat, quod modernî temporis Sacerdotes, nostrarum Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ *Cantuariensis*, adeo cupiditatis vitia infecerunt, quòd Stipendiis rationabilibus non contenti Salaria vendicant & recipiunt quamplurimùm excessiva: Sacerdotes quoque prædicti sic cupidi & delicati, Salariis excessivis hujusmodi farcinati evomunt, indomiti delirant & inficiunt, ac eorum nonnulli post ventris ingluviem, & varias carnis illecebras spumant in libidinem, & tandem in malorum voraginem funditùs demerguntur, in virorum Ecclesiasticorum detestabile scandalum, & exemplum perniciosissimum Laicorum. Et quanquam bonæ memoriæ Dominus *Simon Islepe*, dudum *Cantuariensis* Archiepiscopus, prædecessor noster, dum in humanis agebat, de Fratrum suorum consilio & assensu statuit & ordinavit, quòd Capellani Annalia celebrantes, & cæteri Animarum Curæ non intendentes, quinque *Marcis*; Ecclesiis verò, seu Capellis Parochialibus, & Curæ eisdem imminenti officiantes, sex Marcis pro suis Stipendiis annuis deberent contentari; in Sacerdotes non parentes Statuto hujusmodi pœnam suspensionis ab Officio ipso facto imponendo. Nos tamen temporum qualitate attentâ, de Fratrum & Suffraganeorum nostro-

noſtrorum, decimo ſexto die menſis *Novembris* Anno Domini infraſcripto, in quadam camera infra ſepta Monaſterii *Petri & Pauli Glaucestriæ, Wigorniensis* Diœceſeos, propter hoc inſimul congregatorum, conſilio & aſſenſu, ſuper Salariis Sacerdotum Parochialium & Annalium in dictis noſtris Civitate, Diœceſi, & Provincia *Cantuarienſi* de cætero percipiendis, Ordinamus & Statuimus ſub forma inferiùs annotata.

In Dei nomine, *Amen.* Nos *Simon* permiſſione Divinâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, de conſilio Fratrum & Suffraganeorum noſtrorum, Statuimus, ut quicunque in noſtra Civitate, Diœceſi, ſeu Provincia *Cantuarienſi*, pro Animabus defunctorum Annalia celebraturi, ſeptem Marcis, aut cibariis & tribus Marcis; alii autem, qui Curæ Animarum deſervient, octo Marcis, aut cibariis & quatuor Marcis Sterlingorum annuatim contententur; nullatenus ex pacto ultra id percepturi, niſi aliter loci Diœceſanus cum his, qui Curæ Animarum deſervient, primitùs decreverit fore faciendum. Siquis autem Clericus contra hanc noſtram Conſtitutionem dando ſeu recipiendo venire præſumpſerit, Excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto; à qua niſi per Diœceſanum loci, in quo deliquerit, non poteſt abſolvi. Sententias verò in dicto Statuto noſtro contentas, poſt publicationem ejuſdem juxta Canonum exigentiam, contrafacientes eidem ligari volumus & involvi. Fraternitati igitur veſtræ Committimus & Mandamus, firmiter injungentes, quatenus præmiſſa omnia & ſingula in Civitate, & Diœceſi veſtris celeriter publicanda, executioni debitæ demandanda quàm citiùs tranſmittatis; de die verò receptionis præſentium, executioniſq; veſtræ, ac modo & formâ ejuſdem, & quid feceritis in præmiſſis, Nos citra Feſtum Paſchæ proximè nunc futurum, certificetis per Literas veſtras, injungentes eiſdem Suffraganeis noſtris, ut eorum quilibet de facto ſuo in hac parte habito, Nos citra Feſtum prædictũ certificet per Literas ſuas harum ſeriem continentes. Datæ apud *Lambeth* quoad conſignationem præſentium ſexto Calendarum *Decembris* Anno Domini 1378, & Tranſlationis noſtræ anno quarto.

Quòd omnis conjunctio Maris & Fœminæ extra Matrimonium eſt mortale peccatum.

343 IN Confeſſionibus & Prædicationibus ſæpius & multis Laicis inculcetur, & præcipuè in majoribus Solennitatibus, quòd omnis conjunctio maris & fœminæ (niſi per Matrimonium excuſetur) eſt mortale peccatum! & ſi in denunciatione hujuſmodi ſalubris doctrinæ Sacerdos negligens inventus fuerit, tanquam Fornicator, vel conſentiens Fornicationibus Canonibus punietur.

De Confeſſionibus mulierum audiendis.

342. COnfeſſiones Mulierum audiantur extra velum, & in propatulo quantum ad viſum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam Laici ſtatim in principio Quadrageſimæ confiteri: & cito ſemper poſt lapſum, ne peccatum pondere ſuo ad aliud trahat. Item nullus Sacerdos homine Pœnitentiæ totalis, vel partialis, Miſſas præſumat injungere: conſulère tamen poteſt.

Peccatum trahit aliud ad ſe.

De pœna non confitentium.

343. CONfeſſiones ter in anno audiantur: ter communicari moneantur: in Paſcha, in Pentecoſte, in Nativitate Domini. Prius tamen præparent ſe per aliquam abſtinentiam de conſilio Sacerdotis faciendam. Quicunque autem ſemel in anno ad minus proprio non ſit confeſſus Sacerdoti, & ad minus ad Paſcha, Sacramentum Euchariſtiæ non percepit, niſi de conſilio Sacerdotis duxerit abſtinendum, & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & mortuus Chriſtianâ careat Sepulturâ: & hoc frequenter eis dicatur. A. D. 1381

Deſinitio facta per Cancellarium & Doctores Univerſitatis Oxonii *de Sacramento Altaris contra opiniones* Wickliffianas, *Anno Domini* 1381. *Regnante in* Anglia *Richardo* II. Urbano VI. *Papâ*, Clemente VII. *Antipapâ*, & Simone Sudbury Cantuariæ *Archiepiſcopo.*

WIllielmus de *Berton* Cancellarius Univerſitatis *Oxonii*, omnibus dictæ Univerſitatis filiis, ad quos præſens noſtrum Mandatum pervenerit, ſalutem, & Mandatis noſtris firmiter obedire. Ad noſtrum non ſine grandi diſplicentia pervenit auditum, quòd cum omnes Hæreſum inventores, defenſores, ſeu fautores, cum eorum perniciosis Dogmatibus ſint per Sacros Canones ſententiâ majoris Excommunicationis damnabiliter involuti, & ſic à cunctis Catholicis rationabiliter evitandi; nonnulli tamen maligni ſpiritus repleti conſilio, in inſaniam mentis producti, molientes tunicam Domini ſimiliterq; Sanctæ Matris Eccleſiæ ſcindere Unitatem, quaſdam Hæreſes olim ab Eccleſia ſolenniter condemnatas, his diebus, proh dolor! innovant, & tam in iſta Univerſitate, quàm extra, publicè dogmatizant; duo inter alia ſua documenta peſtifera aſſerentes: Primò, in Sacramento Altaris ſubſtantiam panis materialis & vini, quæ priùs fuerunt ante Conſecrationem, poſt Conſecrationem remanere. Secundò, quod execrabilius eſt audita, in illo Venerabili Sacramento non eſſe corpus Chriſti & ſanguinem eſſentialiter, nec etiam ſubſtantialiter, nec etiam corporaliter, ſed figurativè ſeu tropicè, ſic quòd Chriſtus non ſit ibi veraciter in ſuâ propriâ præſentiâ corporali; ex quibus documentis Fides Catholica periclitatur, devotio populi minoratur, & hæc Univerſitas Mater noſtra non mediocriter diffamatur! Nos igitur advertentes quòd aſſertiones hujuſmodi partus ſe deteriores haberent, ſi diutiùs in hac Univerſitate ſic conniventibus oculis tolerentur, convocavimus plures Sacræ Theologiæ Doctores, & Juris Canonici Profeſſores, quos peritiores credidimus, &, præmiſſis aſſertionibus in eorum præſentia patenter expoſitis ac diligenter diſcuſſis, tandem finaliter eſt compertum, & eorum judicio declaratum, ipſas eſſe erroneas, atque determinationibus Eccleſiæ repugnantes, contradictoriaſque earundem eſſe veritates Catholicas, & ex dictis Sanctorum & determinationibus Eccleſiæ manifeſtè ſequentes; *viz.* quòd per verba Sacramentalia, à Sacerdote ritè prolata panis & vinum in Altari, in verum corpus Chriſti & ſanguinem tranſubſtantiantur ſeu ſubſtantialiter convertuntur, ſic quòd poſt Conſecrationem non remanent in Venerabili Sacramento panis materialis & vinum, quæ priùs, ſecundùm duas ſubſtantias ſeu naturas, ſed ſecundùm ſpecies eorundem, ſub quibus ſpeciebus verum corpus Chriſti & ſanguis realiter continentur, non ſolùm figurativè ſeu tropicè, ſed eſſentialiter, ſubſtantialiter, & corporaliter, ſic quòd Chriſtus eſt ibi veraciter in ſua propria præſentia corporali: hoc credendum, hoc dicendum, hoc contra omnes contradicen-

A. D. 1381

tes viriliter defendendum. Hortamur igitur in Domino, & auctoritate nostrâ Monemus primò, secundò, & tertiò, ac districtiùs Inhibemus, pro primâ monitione assignando unum diem, pro secundâ alium diem, & pro tertiâ monitione Canonicâ & peremptoriâ unum alium diem, nè quis de cætero cujuscunque gradûs, statûs, aut conditionis existat, præmissas duas assertiones erroneas, aut eorum alteram in Scholis aut extrà Scholas, in hac Universitate publicè teneat, doceat, seù defendat, sub pœna Incarcerationis & Suspensionis ab omni actu Scholastico, ac etiam sub pœna Excommunicationis majoris, quam in omnes & singulos in hac parte rebelles, & nostris monitionibus non parentes, lapsis ipsis tribus diebus pro monitione Canonicâ assignatis, morâ, culpâ, & offensâ præcedentibus, & id fieri meritò exigentibus, ferimus in his scriptis: quorum omnium absolutionem, & absolvendi potestatem, præterquam in mortis articulo, Nobis & Successoribus nostris specialiter reservamus. Insuper, ut homines quamvis non propter timorem latæ sententiæ, saltem propter defectum audientiæ, à talibus doctrinis illicitis retrahantur, & eorum opiniones erroneæ sopiantur, eâdem auctoritate, quâ prius, Monemus primò, secundò, & tertiò, ac districtiùs Inhibemus, nè quis de cætero aliquem publicè docentem, tenentem, seu defendentem præmissas duas assertiones erroneas, aut earum alteram in Scholis vel extra Scholas, in hac Universitate quovismodo audiat vel auscultet, sed statim sic docentem tanquam serpentem venenum pestiferum emittentem fugiat & abscedat, sub pœna Excommunicationis majoris in omnes & singulos contravenientes non immeritò fulminandæ, & sub pœnis aliis superius annotatis. Nomina autem Doctorum, qui præsenti Decreto specialiter affuerunt, & eidem unanimiter consenserunt, sunt hæc: Magister *Johannes Lowndryne* Sacræ Paginæ Professor, & Sæcularis; Magister *Henricus Gromp* Albus Monachus; Magister *Johannes Chesham* de Ordine Prædicatorum; Magister *Willielmus Bruſtoumbe* de eodem Ordine; Magister *Johannes Shipton* de Ordine *Augustinorum*; Magister *Johannes Tissington* de Ordine Minorum; Magister *Johannes Lovey* de Ordine *Carmilitarum*; Magister *Johannes Welles* Monachus de *Rameſey*; Magister *Johannes Wolverton* de Ordine Prædicatorum; Magister *Robertus Rigge* Sacræ Paginæ Professor, & Sæcularis; Magister *Johannes Mombray* Doctor in Utroque Jure; Magister *Johannes Gaſtcoigne* Doctor in Decretis; Convocatis igitur præfatis Doctoribus, ut est dictum, & plena deliberatione habitâ de præmissis, ex omnium nostrûm unanimi consilio & assensu præsens Mandatum emanare Decrevimus. In quorum omnium & singulorum testimonium Sigillum Officii nostri fecimus his apponi.

Constitutio Papæ Urbani *sexti pro Festo* Sanctæ Annæ *in* Anglia *celebrando, directa Venerabili Patri Domino* Gulielmo Courtney *Archiepiscopo* Cantuariensi *Anno Domini* 1381. *& Regni Regis* Richardi *secundi quinto.*

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus universis Archiepiscopis & Episcopis in Regno *Anglia* constitutis Salutem & Apostolicam Benedictionem. Splendet paternæ gloriæ, qui suâ ineffabili mundum illuminat claritate, pia fidelium vota de ipsius clementissima Majestate sperantium benigno tunc præcipuè favore prosequitur, cùm devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cum itaque nuper pro parte nonnullorum Christi fidelium in Regno *Anglia* degentium fuerit expositum coram Nobis, quòd Populus prædicti Regni ad Beatam *Annam*, Genetricem Gloriosæ Virginis *Mariæ* Matris Dei, etiam ob reverentiam ejusdem Beatæ *Mariæ* Virginis, singularem gerunt Devotionis affectum, & pro parte ipsorum Christi fidelium Nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsius Beatæ *Annæ* festivitatem in dicto Regno solenniter & devotè celebrari à Prælatis & aliis Christi fidelibus in ipso Regno commorantibus mandaremus:

Nos hujusmodi piam voluntatem & Devotionis affectum prædictorum Populorum plurimùm in Domino commendantes, & cupientes Christi fideles Domino reddere acceptabiles, & bonorum operum sectatores, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati vestræ præsentium tenore districtè præcipiendo Mandamus, firmiter injungentes, quatenus prædictam festivitatem Beatæ *Annæ* annis singulis, perpetuis futuris temporibus, devotè & solenniter celebretis, & in vestris Civitatibus & Diœcesibus mandetis & faciatis per vestros subditos celebrari. Data *Romæ* apud Sanctum *Petrum* undecimo Calendarum *Julii*, Pontificatûs nostri anno quarto.

Constitutio ejusdem Urbani *Papæ sexti de Vigilia Nativitatis Beatæ* Mariæ.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus *Cantuariensi* & *Eboracensi* Archiepiscopis, eorumque Suffraganeis Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dudum piæ memoriæ *Gregorius* Papa xi. Prædecessor noster ad Gloriosam Virginem Dei Genetricem *Mariam* gerens eximiæ devotionis affectum, & provide advertens, quòd sicut Nativitas Sancti *Johannis* Baptistæ Præcursoris cum debita Jejunii observantia celebratur, ita dignum & debitum reputans, ut dictæ Beatæ *Mariæ* Nativitas cum simili observatione à cunctis Christi fidelibus devotiùs veneretur, ad Omnipotentis Dei gloriam & jubilationem, & Catholicæ Fidei exaltationem, & ad exhortationem devotionis Christi fidelium, auctoritate Apostolicâ Statuit, & etiam Ordinavit, ultra Vigiliam Assumptionis prædictæ Gloriosæ, semperque Virginis, *Mariæ*, hactenus institutam, prædictam Nativitatem ipsius Gloriosæ Virginis de cætero habere Vigiliam, eandemque Vigiliam cum debita Jejunii observantia ab eisdem Christi fidelibus, perpetuis futuris temporibus, devotione quâ convenit venerari, prout in eisdem Prædecessoris inde confectis literis plenius continetur.

Nos igitur, qui ad eandem Virginem devotione afficimur singulari, cupientes quòd hujusmodi Statutum & Ordinatio dicti Prædecessoris à cunctis fidelibus inviolabiliter observetur, Fraternitati vestræ per Apostolica scripta Committimus & Mandamus, quatenus Vos & singuli Vestrum in Civitatibus & Diœcesibus vestris per Vos & alios Statutum & Ordinationem hujusmodi publicetis, & per vestros subditos mandetis & faciatis firmiter observari.

Innova-

Innovatio Statuti aliàs facti per fælicis recordationis Dominum Robertum Winchelſey Cantuarienſem *Archiepiſcopum contra Presbyteros ſtipendiarios; publicata per* Gulielmum Courtney *Nobilem Antiſtitem* Cantuarienſem *Anno Domini* 1391. *regnante in* Anglia *Illuſtriſſimo Principe* Richardo II. *Anno ejus circiter decimo quinto, necnon Pontificatûs* Bonifacii IX. *tertio.*

A. D. 1391

Gulielmus Divinâ permiſſione *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri noſtro Domino *Roberto* Dei gratiâ *Londinenſi* Epiſcopo ſalutem, & Fraternam in Domino Charitatem. Cùm ſecundùm Legem Divinam, ex qua Sanctorum Patrum emanarunt poſtmodum inſtituta, non liceat alicui terminos tranſgredi alienos, nec in alterius meſſem mittere falcem ſuam: gravem profecto cenſentur committere culpam viri Eccleſiaſtici, & præſertim in Sacerdotali Ordine conſtituti, qui Chriſti fidelium Oblationes, cæteraque emolumenta, & commoda, ad Rectores ſeu Vicarios Eccleſiarum, in quibus ad Divinorum celebrationem de ipſorum licentia ſunt admiſſi, ſpectantia, abſque eorum conniventia auferre, & in uſus proprios convertere non verentur; non attendentes, quòd in rebus hujuſmodi nedum furti, ſed etiam Sacrilegii crimen contrahitur, ac *Judæ* traditori, qui loculorum Dominicorum fur extiterat, ſubtractores ſeu invaſores rerum Eccleſiaſticarum meritò comparantur. Quapropter fælicis recordationis *Roberti Winchelſey*, quondam Archiepiſcopus *Cantuarienſis*, Prædeceſſor noſter in Concilio Provinciali hanc avaritiæ peſtem omni volens, qua potuit, vigilantia extirpare, deliberatione providâ ſtatuit & maturâ:

Ne Presbyteri ſtipendiarii, nec alii Sacerdotes propriis ſumptibus aut alienis ſuſtentati, in Provincia noſtra *Cantuarienſi* Divina celebrantes, Oblationes, Portiones, Obventiones, Denarios, Perquæſita, Tricennalia, ſeu aliquam certam quotam partem, præſertim Oblationum pro corporibus mortuorum, præſentibus Rectoribus vel Vicariis Eccleſiarum, in quibus celebraverint, non obtenta licentia acciperent ullo modo, nec in præjudicium Rectorum vel Vicariorum prædictorum, aut eorum vicem gerencium quòmodolibet aſportarent.

Quòd ſi Presbyteri hujuſmodi aliquo die Dominicò, vel alio Feſtivali poſtquàm ad Divinorũ celebrationẽ per eos, ad quos pertinet, fuerint ſic admiſſi, coram Rectoribus ſeu eorum vicem gerentibus, ſi Vicarii ibi deſint, alioquin coram ipſis Vicariis, & locorum parochianis infra Miſſarum ſolennia Sacroſanctis Dei Evangeliis inſpectis præſtent publicè juramentum: quòd Eccleſiis Parochialibus vel Capellis, in quibus Divina celebrant, earumque Rectoribus ſeu Vicariis, aut eorum loca tenentibus, ſeu aliis quorum intereſt, circa Oblationes, Portiones, Obventiones, Denarios, Perquæſita, Tricennalia, vel alia Jura quocunque nomine cenſeantur, nullum inferent præjudicium ſeu jacturam, imo quatenus ad ipſos pertinet Eccleſias & perſonas præfatas in præmiſſis ſingulis indemnes penitus conſervabunt, horumque odia, ſcandala, rixas, & contentiones inter Rectores & Parochianos nullatenus ſuſcitabunt, nec fovebunt aliqualiter ſuſcitata; ſed concordiam & amorem nutrient, quatenus attinet ad eoſdem.

Prohibuit inſuper Prædeceſſor noſter, & probiberi voluit & etiam interdici, ne Presbyteri ſupradicti Divina præſumerent in Eccleſiis hujuſmodi celebrare, priuſquam ſub forma hujuſmodi Juramentum præſtiterint, ſi Rectores, aut Vicarii, aut cæteri ſupradicti voluerint, & petierint ſic jurari: & ſi dicti Capellani coram Judice competenti ſuper violatione Juramenti præmiſſi per probationes legitimas, ſeu, quia diffamati ſuper hoc, legitimè vocati ad Judicium Canonicè nequiverint ſe purgare, fuerint ſic convicti, ſtatuit, quòd inde penitus ſint amoti, nec ad Divinorum celebrationẽ alicubi admittantur in Parochia (aliàs Provincia) antedicta, quouſque ſuper crimine perjurii ſic commiſſi fuerit Canonicè cum eis diſpenſatum.

Item quòd non audiant Confeſſiones Parochianorum Eccleſiarum vel Capellarum, in quibus Divina celebrant, niſi in caſu licito vel permiſſo: quodque Matutinis, magnis Miſſis, Veſperis, & aliis Divinis Officiis, debitis horis, diebus Dominicis & Feſtivis, induti Superpelliciis, (de quibus ſibi expenſis propriis providebunt) cum cæteris earundem Eccleſiarum Miniſtris, qui in Divini cultûs adjutorium & augmentum in ipſis debeant Eccleſiis intereſſe, nec eis in navi Eccleſiæ in qua admiſſi ſunt (ut præfertur) ſeu Cœmeterio, aut aliàs in campo, liceat tunc vagari. Et ſi ſuper his per eos quos Eccleſiis tunc præeſſe contigerit convicti fuerint ſeu correpti, cervices ſuas contra ipſos propterea non erigant, nec tumidos ſe oſtendant: quòdque correptionis hujuſmodi occaſione contra Rectores, Vicarios, ſeu vicem gerentes hujuſmodi, alios, qui eis in inſolentiis ſuis aſſiſtant, ipſoſque foveant, nullatenus commovebunt, ſed his omnibus ſupradictis ſe exhibebunt humiles, reverentiamque debitam impendent.

Dicti verò Presbyteri dictis Dominicis diebus & Feſtivis, vel aliis, ſi corpus defuncti alicujus aſſuerit, demum poſt lectum majoris Miſſæ Evangelium Miſſas ſuas incipiant, & non prius, niſi de licentia Rectoris, vel Vicarii, aut alterius vices gerentis ſpecialiter prærobtenta. Presbyteri quoque præfati Rectoribus, vel Vicariis Eccleſiarum vel Capellarum ubi celebraverint, non erigant cervices, ſed diſcant cum Pſalmiſta ponere cuſtodiam ori ſuo.

Item quòd tabernas, ſpectacula, vel loca alia inhoneſta, ſeu ludos noxios & illicitos, non frequentent, ſed more Sacerdotali ſe in habitu habeant, & in geſtu, nè Eccleſia, aut ejus Rector ipſorum Miniſtrorum (quod abſit) defectu ſcandalo ſeu vituperio habeatur: Rectores quidem, & Vicarii, ſeu loca gerentes prædicti, cum benignitate debitâ præfatum recipiant Juramentum, ac præſentium recipiant copiam ſibiipſis.

Nos verò attendentes Statutum prædictum provide factum, & ſalubriter editum, per Rectorum & Vicariorum incuriam, & defidiam, & deſuetudinem, abiiſſe veluti antiquatum: Statutum hujuſmodi quantum ad omnia & ſingula præmiſſa in eodem contenta, de conſilio Suffraganeorum noſtrorum ac Cleri noſtræ Provinciæ antedictæ, pariter & conſenſu, in Concilio noſtro Provinciali nuper *Londini* celebrato ex noſtra certa ſcientia Innovamus, ipſumque inviolabiliter noſtris temporibus Volumus, & in virtute obedientiæ Præcipimus obſervari. Et ne quis ignorantiam prætendere valeat præmiſſorum, dictum Statutum in ſingulis Diœceſibus noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ per locorum Diœceſanos, ſeu ipſorum auctoritate & mandato annis ſingulis ſaltem ſemel Volumus publicari. Quocirca Fraternitati veſtræ Committimus & Mandamus, quatenus præmiſſa omnia & ſingula, per dictum Prædeceſſorem noſtrum in Concilio ſuo Provinciali piè

A. D. 1398 ſtatuta, ac per Nos in noſtro Provinciali Concilio, ut præmittitur, innovata, in veſtris Civitate & Diœceſi publicetis, ipſaque per ſingulos noſtros Suffraganeos & Confratres debitè publicanda auctoritate noſtrâ etiam demandetis; Vosque veſtros, ſingulique Suffraganei noſtri & Confratres prædicti ſuos ſubditos quoſcunque ad obſervationem omnium & ſingulorum præmiſſorum compellatis Canonicè & compellant. Ad quæ facienda, Vobis & dictis Suffraganeis & Confratribus noſtris ſingulis, tenore præſentium Committimus vices noſtras, cum cujuſlibet coertionis Canonicæ poteſtate. De diebus verò receptis & exceptis præſentium cum clauſula certificandi citra Feſtum Purificationis Beatæ *Mariæ*, &c. Datæ in manerio noſtro de *Croydon* 28. die Menſis *Aprilis*, Anno Domini *Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo*, & noſtræ Tranſlationis Anno decimo.

Conſtitutio Domini Rogeri Walden Cantuarienſis *Archiepiſcopi, ſuper inductione Feſtorum Sanctorum* Ceddæ, Davidis, *&* Wenefredæ, *ac commemorationis Sancti* Thomæ *Martyris*, Cantuarienſis *Archiepiſcopi.*

Thomâ Arundello Cantuariæ *Archiepiſcopo offenſam Regis* Richardi II. *circa Fratrem ſuum* Arundeliæ *Comitem incurrente, & in exilium ejecto Anno Tranſlationis ſuæ ſecundo*, Rogerus Walden *Decanus* Eboracenſis *& ſummus* Angliæ *Theſaurarius ad Archiepiſcopale culmen provectus eſt Anno Domini* 1398. *Vel circiter*, Bonifacio IX. *Sedente Papâ*; *Synodos indixit, & omnia Archiepiſcopalia munia per duos annos obivit*; *dein* Arundello *reſtituto per* Henricum *quartum* Angliæ *Regem, omnibus fortunis derepentè ejectus, Epiſcopus vixit ſine Epiſcopatu, donec Miſertus ejus* Arundellus *in ſede* Londinenſi *ipſum collocaſſet Anno Domini* 1404.

SPlendor Paternæ gloriæ, qui ſuâ ineffabili mundum illuminat claritate, pia fidelium vota de ipſius clementiſſima majeſtate ſperantium tunc favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum meritis & precibus adjuvatur. Nos cupientes ipſos Chriſti fideles, præcipuè intra noſtram Provinciam commorantes, domino reddere acceptabiles, & bonorum operum ſectatores, in ultima Convocatione Cleri Provinciæ noſtræ *Cantuarienſis*, ſecundo die menſis *Martii*, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo, in Eccleſia noſtra Cathedrali Sancti *Pauli Londinenſi* celebratâ, de conſenſu noſtro, aliorumque Fratrum & Suffraganeorum, ac, prædicti Cleri feſtivitates ſupraſcriptas, videlicet Sancti *David* Epiſcopi & Confeſſoris Calendis *Martii*, cujus corpus & reliquiæ *Menevia*, ac Sancti *Cedda*, cujus corpus & reliquiæ in *Lichfeldenſi* Eccleſia, necnon Sanctæ *Wenefredæ*, Virginis & *Martyris*, tertio Nonas *Novembris*, cujus corpus & reliquiæ in Eccleſia Conventuali Monaſterii Sancti *Thomæ* Martyris extra muros villæ *Salopiæ*, *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* Diœceſis ac Provinciæ noſtræ *Cantuarienſis*, reconduntur, & etiam continentur, per univerſas Eccleſias noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ, quamlibet videlicet dictarum Feſtivitatum cum novem lectionibus, & cæteris omnibus, ad officiũ Sanctorũ (de quibus præmittitur) ſingulariter pertinentibus, de communi, in locis ubi ſervitium proprium de Sanctis hujuſmodi non habetur, Ordinamus, & Statuimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus à Clero noſtræ Provinciæ devotiùs celebrari, diebuſque prænotatis (ut præfertur) debito devotionis obſequio dicendum de eiſdem, ac Feſta Sanctorum hujuſmodi diebus ſuperiùs in aliqua cujuſlibet Eccleſiæ dictæ noſtræ Provinciæ *Cantuarienſis* Calendario intitulari pariter & ſignari.

Et licèt univerſis & ſingulis in Regnis Cœleſtibus conſtituris ſtudiis honorare ſollicitis, & ſonoris efferre præconiis debeamus: tamen Glorioſiſſimum Epiſcopum & Martyrem Sanctum *Thomam*, noſtrum, & Eccleſiæ, quæ omnium Eccleſiarum dictæ noſtræ Provinciæ caput extat, & magiſtra, Patronum, qui pro Eccleſiaſtica libertate ſanguinem ſuum fudiſſe dignoſcitur, cujus & meritis & paſſione tota Provincia noſtra *Cantuarienſis* illuſtratur, ac univerſalis decoratur Eccleſiâ, ſummis attollere vocibus, laudibus perſonare præcipuis, & Spiritualibus congruit honoribus venerari.

Hacque conſideratiõne præhabita, Nos in Convocatione prædicta, noſtro & aliorum, de quibus præfertur, concurrente conſilio pariter & aſſenſũ, Commemorationem præfati Glorioſiſſimi Martyris Sancti *Thomæ* ubique intra noſtram Provinciam ſemel qualibet Hebdomada, videlicet die Martis, ſi convenienter id fieri poterit, alioquin alio die Hebdomadæ ſi convenientiùs, ſub regimine Commemorationis Feſti loci, Ordinamus, & Statuimus debere perpetuis futuris temporibus ad Eccleſiæ & dicti Martyris honorem & gloriam laudabiliter obſervari.

Anno Domini 1401 (*qui eſt annus Regni Regis* Henrici *à Conqueſtu* IV. *ſecundus*) *poſt* Epiphaniam *factum eſt Parliamentum* Londini, *in quo ſequens Statutum fuit editum de* Lollardis, *ut ubicunque deprehenderentur ſuam pravam Doctrinam amplexantes, caperentur, & Diœceſano Epiſcopo traderentur. Quod ſi perſeveraverint pertinaciter opiniones ſuas defendere, degraderentur, & Juriſdictioni Sæculari committerentur.*

Bonifacio *ejus nominis nono Pontifice Maximo*, & Thoma Arundello (*haud ita pridem ab exilio reverſo*) *Sedis* Cantuariæ *iterum potito*.

ITem cum Domino Regi, & ex parte Prælatorum, & Cleri Regni ſui *Angliæ* in præſenti Parliamento ſit oſtenſum, quòd licet Fides Catholica ſuper Chriſtum fundata, & per Apoſtolos ſuos & Eccleſiam Sacroſanctam ſufficienter determinata, declarata, & approbata, hactenus per Bonos, & Sanctos, ac Nobiles Progenitores Anteceſſores dicti Domini Regis in dicto Regno, inter omnia Regna exiterit devotiùs obſervata, & Eccleſia *Anglicana* per dictos inclytiſſimos Progenitores & Anteceſſores ſuos ad honorem Dei & totius Regni prædicti laudabiliter dotata, & in ſuis Juribus & libertatibus ſuſtentata, abſq; hoc quòd dicta Fides, vel dicta Eccleſia per aliquas Doctrinas perverſas & opiniones iniquas, hæreticas, vel

Vide *lib. Statut. Henrici IV. an. 2. cap. 15.*

vel erroneas, læsa fuerit, vel oppressa, seu graviter perturbata: Nihilominus tamen diversi, perfidi & perversi, cujuscunque vanæ sectæ, de Sancta Fide, Sacramentis Ecclesiæ & auctoritate ejusdem damnabiliter sentientes, & contra Legem Divinam & Ecclesiasticam prædicationis officium temerè usurpantes, diversas novas doctrinas, & opiniones iniquas, hæreticas, & erroneas, eidem Fidei ac Sanctis determinationibus Ecclesiæ Sacrosanctæ contrarias, perversè & malitiosè, intra dictũ Regnũ, in diversis locis, subsimulatæ sanctitatis colore prædicant & docent his diebus publicè & occultè; ac de hujusmodi Sectâ nefandisque doctrinis & opinionibus, Conventiculas, & Confœderationes illicitas faciunt, Scholas tenent & exercent, libros faciunt atque scribunt, populum nequiter instruunt & informant, & ad seditionem seu insurrectionem excitant quantum possunt, & magnas dissensiones & divisiones in populo faciunt, ac alia diversa enormia auditu horrenda indies perpetrant & committunt, in dictæ Fidei Catholicæ & doctrinæ Ecclesiæ Sacrosanctæ subversionem, Divinique cultûs diminutionem, ac etiam in destructionem statûs Jurium & Libertatum Ecclesiæ *Anglicanæ*.

Crimina non facile puniuntur sine brachio sæculari.

Per quas quidem Sectas, falsas nefandasque prædicationes, doctrinas, opiniones, dictorum perfidorum perversorum nedum maximum periculum, verùm etiam quamplura damna, scandala, & pericula eidem Regno (quod absit) poterunt evenire, nisi in hac parte per Regiam potestatem uberiùs & celeriùs succurratur, præsertim cum Diœcesani dicti Regni per suam Jurisdictionem Spiritualem dictos perfidos & perversos absque auxilio dictæ Regiæ potestatis sufficienter corrigere nequeant, nec ipsorum malitiam refrænare, pro eo quòd dicti perfidi & perversi de Diœcesi in Diœcesin se transferunt, & coram dictis Diœcesanis comparere diffugiunt, ipsosque Diœcesanos, & suam Spiritualem Jurisdictionem, ac Claves Ecclesiæ, & censuras Ecclesiasticas despiciunt penitùs & contemnunt, & sic suas nefandas prædicationes, & doctrinas indies continuant & exercent, ad omnem rationis ordinem atque Regimen penitùs destruendum.

Super quibus quidem novitatibus & excessibus superiùs recitatis, Prælati & Clerus supradicti, ac etiam Communitates dicti Regni in eodem Parliamento existentes, dicto Domino Regi supplicaverunt, ut sua dignaretur Regia Celsitudo in dicto Parliamento providere de remedio opportuno. Qui quidem Dominus Rex præmissa, ac etiam dictorum inclytissimorum Progenitorum & Antecessorum suorum laudabilia vestigia gratiosè considerans pro conservatione dictæ Fidei Catholicæ, & sustentatione cultûs Divini, ac etiam pro salvatione Jurium & Libertatum Ecclesiæ *Anglicanæ* antedictæ ad Dei laudem, ipsiusque Domini nostri Regis meritum, ac totius Regni sui prosperitatem & honorem, pro hujusmodi dissensionibus divisionibus & periculis, & scandalis inposterum evitandis, & ut hujusmodi nefanda Secta, prædicationes, doctrinæ, & opiniones cessent decætero, & penitùs destruantur, ex assensu Magnatum & aliorum Procerum ejusdem Regni in dicto Parliamento existentium concessit, ordinavit, & statuit firmiter observari, quòd nullus intra dictum Regnum, seu alia loca Divina suæ Regiæ potestati subjecta, prædicare præsumat, publicè vel occultè, absque licentia loci Diœcesani petitâ primitus & obtentâ, Curatis in suis propriis Ecclesiis, & Personis hactenus privilegiatis, ac aliis à Jure Canonico permissis duntaxat exceptis; nec quòd aliquis decætero aliquid prædicet, teneat, doceat vel informet, secretè, vel palam, aliquem librum conficiat seu scribat contrarium Fidei Cacholicæ seu determinationi Ecclesiæ Sacrosanctæ: nec de hujusmodi Secta, nefandis doctrinis, & opinionibus, Conventiculas aliquas faciat, seu Scholas teneat, tenenti, vel exercenti, aut talem librum facienti, seu scribenti, vel populum sic docenti, vel informanti, aut excitanti, quomodolibet faveat, nec ipsorum aliquem manuteneat aliqualiter, vel sustentet. Et quòd omnes & singuli aliquos libros, seu aliquas scripturas de hujusmodi nefandis doctrinis & opinionibus habentes, omnes hujusmodi libros & scripturas loci Diœcesano, intra quadraginta dies à tempore Proclamationis istius Ordinationis & Statuti liberent, seu liberari faciant realiter cum effectu. Et si quæ persona vel personæ, cujuscunque sexûs, statûs, conditionisve existat vel existant, de cætero contra dictam Ordinationem Regiam & Statutum prædictum in præmissis vel aliquo præmissorum fecerit vel attentaverit, fecerint vel attentaverint, vel hujusmodi libros in forma prædicta non liberaverit vel liberaverint, tunc loci Diœcesanus in sua Diœcesi ipsam personam in hac parte diffamatam, vel evidenter suspectam, seu ipsas personas diffamatas vel suspectas, & ipsarum quamlibet, possit auctoritate dictorum Ordinationis & Statuti facere arrestari, & sub salva custodia in suis carceribus detineri, quousque de articulo ei vel illis impositis in hac parte Canonicè se purgaverit seu purgaverint, hujusmodi nefandam Sectam, prædicationes, doctrinas, vel opiniones hæreticas erroneas abjuraverit vel abjuraverint, prout Jura Ecclesiastica exigunt & requirunt. Ita quòd prædictus Diœcesanus per se vel Commissarios suos, contra hujusmodi personas sic arrestatas & sub custodia remanentes, ad omnem Juris effectum publicè & judicialiter procedat, & negotium hujusmodi intra tres menses post dictam arrestationem (impedimento legitimo cessante) terminet juxta Canonicas Sanctiones. Et si aliqua persona in aliquo casu superius expressato coram loci Diœcesano seu Commissariis suis Canonicè fuerit convicta, tunc ibidem Diœcesanus dictam personam sic convictam pro modo culpæ & secundùm qualitatem delicti possit in suis carceribus facere custodiri, prout & quamdiu discretioni suæ videbitur expedire. Ac ulterius eandem personam, præterquam in casibus quibus secundùm Canonicas Sanctiones relinqui debeat, Curiæ Sæculari ad finem pecuniarium Domino Regi solvendum ponere, prout hujusmodi finis eidem Diœcesano pro modo & qualitate delicti competens videatur. In quo casu idem Diœcesanus per Literas suas Patentes ipsius Sigillo Sigillatas de hujusmodi fine ipsum Regem certificare in Scaccario suo Rectorio teneatur, ad effectum quòd hujusmodi finis de bonis ejusdem personæ sic convictæ auctoritate Regis ad opus exigi poterit & levari.

Prædicatio certis personis est permissa.

Et si aliqua persona supradicta super nefandis cogitationibus, doctrinis, opinionibus, Scholis, & informationibus hæreticis & erroneis, vel aliqua earundem, finaliter coram loci Diœcesano vel Commissariis suis convicta fuerit, & hujusmodi nefandam Sectam, prædicationes, doctrinam, & opiniones, Scholas, & informationes debitè abjurare recusaverit, aut per loci Diœcesanum vel Commissarios suos post abjurationem per eandem personam factam sententiâ pronunciata fuerit relapsa, ita quòd secundùm Canonicas Sanctiones relinqui debeat Curiæ Sæculari, super quo credatur loci Diœcesano seu Commissariis suis in hac parte; tunc Vicecomites Comitatûs illius, vel Major & Vicecomites, seu Vicarii Majoram & Ballivi Civitatis, Villæ, vel Burgi ejusdem Civitatis, dicto Diœcesano seu dictis Commissariis magis propinqui, in sententiis per Diœcesanum aut Commissarios suos contra personas hujusmodi & earum quamlibet proferendis, ad prædictum Diœcesanum seu Commissarium ejusdẽ, cùm fuerint requisiti, personaliter sint præsentes,

A. D. 1401

A. D. 1408 tes, & perſonas illas ac quamlibet earundem poſt hujuſmodi ſententias prolatas recipiant, & eaſdem coram populo in eminenti loco comburi faciant, ut hujuſmodi punitio in metum maneat mentibus aliorum, nè hujuſmodi nefandæ doctrinæ & opiniones hæreticæ & erroneæ, vel ipſarum auctores & fautores in dictis Regno & Dominiis contra Catholicam Religionem & Chriſtianam determinationem Eccleſiæ Sacroſanctæ (quod abſit) ſuſtententur, ſeu quomodolibet tolerentur. In quibus omnibus & ſingulis præmiſſis dictam Ordinationem & Statutum conſequentibus Vicecomites, Majores, & Ballivi dictorum communium Civitatum, Villarum, vel Burgorum, dictis Diœceſanis & eorum Commiſſariis ſint intendentes, etiam & faventes.

Incipiunt Conſtitutiones Domini Thomæ Arundelli Cantuarienſis *Archiepiſcopi, editæ in Convocatione totius Cleri ipſius Provinciæ* Oxoniæ *celebratâ Anno Domini* 1408, *Regnante in* Anglia Henrico IV. Gregorio XII. Alexandro V. Benedicto XIII. *Juriſdictionem Papalem ſimul exercentibus.*

THomas permiſſione Divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, univerſis & ſingulis Venerabilibus Coepiſcopis, Fratribus, & Suffraganeis noſtris, Abbatibus, & Prioribus, Eccleſiarum Cathedralium Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, & Canonicis, Eccleſiarum parochialium Rectoribus, Vicariis, & Capellanis, ac Clericis & Laicis quibuſcunque, per noſtram *Cantuarienſem* Provinciam videlicet conſtitutis, Salutem, & doctrinæ Sanctæ Matris Eccleſiæ firmiter inhærere. Reverendiſſimæ Synodo injuriam feciſſe dignoſcitur, qui ſemel ibidem diſcuſſa atque definita revolvit, & cum quis de principali terreno judicio diſputare præſumens Sacrilegii pœnæ ſubjicitur, prout Civilis Sapientiæ & Legis humanæ manifeſtè tradit auctoritas: multò magis qui præcepta Legum & Canonum ab æternæ vitæ & mortis clavigero vicem non puri hominis, ſed veri Dei gerente in Terris, & cui ipſe Deus Cœleſtis Imperii Jura commiſit, ritè edita, Canonicè promulgata, ac etiam à Sanctis Patribus Prædeceſſoribus noſtris, uſque ad glorioſam ſanguinis effuſionem & cerebri voluntariam ſparſionem, firmiter obſervata, ſuæ innitentes prudentiæ temerariè violare præſumunt, ac eiſdem doctrinis variis contraveniunt, ipſaque verbis & factis contemnunt, ſunt pœnâ gavioli plectendi, ac tanquam membra putrida à corpore Militantis Eccleſiæ celeriter abſcindendi. Conſiderare enim deberent, quòd in Antiquo traditur Teſtamento, *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus*, i.e. primi inter eos fuerunt; ac in Novo inter Apoſtolos diſcretio quædam fuit; & licèt omnes eſſent Apoſtoli, *Petro* tamen à Domino conceſſum eſt, & ipſi Apoſtoli inter ſe voluerunt id ipſum, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & dictus *Cephas*, i.e. caput, Principatum Apoſtolorum teneret; cui dictum eſt, *Tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Quaſi diceret, Si dubium inter eoſdem emerſerit, ipſorumve aliquis in via fidei, juſtitiæ, morum, aut rectæ converſationis erraverit, tu ipſum confirmes in bono; quòd profectò non dixiſſet Dominus, ſi alios ſibi minimè decerneret obedire.

288. *Sacrilegium eſt de Principis poteſtate.*

Petrus inter Apoſtolos principatum tenuit.

Scimus tamen, & (quod dolenter referimus) indies experimur, quòd antiquus Sophiſta, Chriſtiani nominis inimicus, præſcius, quòd ſana doctrina Eccleſiæ à Sanctis Patribus determinata aliquitùs ſuis malitiis obviaret, ſi Populum Dei in unitate Fidei ſub uno capite in Eccleſia præſervet, ipſam doctrinam mediis excogitatis nititur extirpare, vitia mentitur eſſe virtutes, & ſic per mentita ſuffragia inter Populum Catholicum immittit diſcordias, ad effectum, ut aliis ſic aliiſq; ſic abeuntibus Eccleſiam malignantium ſibi conſtituere poterit, ab Univerſali Sancta Matre nequiter diſcrepantem: In qua ipſe Satanas, in Angelum lucis ſe transformans, prætenſam ſtateram geſtans in manu, ſummam æquitatem prætendit; dum Sanctæ Matris Eccleſiæ doctrinam priſtinam, obſervantiaſque ejuſdem à Sanctis Patribus terminatas & traditas, ſub certis fictitiis ſuadeat fore perverſas, & alia nova docenda, (quæ ſecundùm mendaciorum ſuorum fictitias, magis inducant bonum) licet ipſe in veritate bonum non velit aut cogitet, ſed ut Schiſma ſeminet & opinionibus variis atque contrariis in Eccleſia ſuſcitatis fides minuatur hinc inde, à Paganis, *Judæis*, & aliis incredulis & perverſis; & ut ex hujuſmodi verborum certamine prophanentur Divina Myſteria, ſicque verificatur illa figura *Apocal.* vi. *Sedens in equo nigro ſtateram geſſit manu.* per quam intelliguntur Hæretici, qui primò adinſtar ſtateræ æqua, i. e. juſta proponunt, ut audientium corda ad ſe alliciant, ſed poſtea apparet equus niger, interior videlicet, in qua reſident maledicta. Ipſi namque ſub diverſa facie & effigie juſtæ ſtateræ cum cauda equi nigri hæreſes & errores ſpargentes, repercutiunt venenoſi, atque ſub ſpecie boni infinita ſcandala ſuſcitant, & per electas ad malum perſonas, ipſa in populo nequiter publicantes; tanquam mellis dulcedinem veneno (ut ſumatur libentius) immiſcentes per ſubtilitates † aliquas cauſant, ut error, veritas, nequitia, Sanctitas, & Chriſti voluntas inter ſe ſimilentur. Sed ipſæ, proh dolor! perſonæ ſic electæ ante prædicant, quàm mittantur, & ante ſeminare præſumunt, quàm ipſum ſemen à palea diſcreto examine ſeparetur; Prohibitiones & Decreta Canonum contra hujuſmodi peſtilentes ſeminatores provide promulgata minimè ponderantes, victimam (ut ita loquamur) Diabolicam Sanctæ Militantis Eccleſiæ obedientiæ antepònunt.

Hæretici ſtatera & equo nigro cõparantur.

† *M. S.* obliquas cautè.

Nos igitur conſiderantes quòd error, cui non reſiſtitur, approbari videtur; & nimis late pandit ſinum, qui viperæ ibidem venenum conantis effundere non reſiſtit; volenteſque de pedibus noſtris excutere pulverem, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ honori proſpicere; unamquæ Sanctam doctrinam in Eccleſia Dei, & præſertim in noſtra Provincia *Cantuarienſi*, quatenus Nobis cum Deo poſſibile fuerit ſeminari debere, ad augmentum Fidei & cultus Divini, eradicatis primitus zizaniis, ac malis, & ſcandalis, quæ ratione perverſæ prædicationis & doctrinæ inſanæ hucuſque orta ſunt, & plus veriſimiliter oriri poterunt in futurum, via convenienti atque poſſibili obviare, & Animarum periculis, quæ præmiſſorum prætextu novimus proveniſſe, providere celeriter; necnon & omnia removere obſtacula, per quæ hæc noſtra Provincia poterit impediri; de conſilio & aſſenſu omnium Suffraganeorum noſtrorum & aliorum Prælatorum in hac Cleri Convocatione præſentium, & Procuratorum abſentium, atque ad inſtantem petitionem Procuratorum totius Cleri noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ, in uberiorem fortificationem Juris communis in hac parte editi, pœnas adjicientes condignas & infraſcriptas,

Errorem approbare videtur, qui illi non reſiſtit.

Conſtitu-

Conſtitutio prima, in qua cavetur, quòd nullus Secularis aut Regularis ad prædicandum verbum Dei admittatur, niſi per Ordinarium loci fuerit auctorizatus, aut alio munitus privilegio ſpeciali.

A. D. 1468

282. STatuimus, Decernimus, & Ordinamus, quòd nullus Sæcularis, aut Regularis ad prædicandum verbum Dei à Jure ſcripto minimè auctorizatus, privilegiove ſpecialiter munitus, officium ſive exercitium prædicationis ejuſdem verbi Dei in ſe aſſumat, populove aut Clero quoviſmodo prædicet in ſermone Latino, ſeu vulgari, in Eccleſia, aut extra, niſi Diœceſano illius loci, in quo prædicare ſic hititur, ſe præſentet, & examinationem ſubeat. Sicque deinde tam moribus, quam ſcientiâ repertus idoneus, per ipſum Diœceſanum ad prædicandum mittatur ad aliquam certam Parochiam, vel ad plures, prout eidem Ordinario ſecundùm qualitatem Perſonæ videatur expediens. Nec etiam aliquis præmiſſorum prædicare præſumat, niſi de miſſione vel auctorizatione primò fiat fides in forma competenti: ita videlicet, quòd ille qui de Jure ſcripto auctorizatus eſt, veniat in formâ limitata in eo; & qui de Privilegio ſpeciali venire ſe aſſeruit, privilegium ipſum Rectori, aut Vicario loci, ubi prædicant, realiter exhibeant.

Prædicatio non omnibus permittenda eſt.

Qui verò per locorum Diœceſanos ſe miſſos foré prætendunt, ipſius Diœceſani Literas ſub ſigillo ſuo magno ad hoc confectas ſimiliter oſtendant. Curatum verò perpetuum admiſſum intelligimus à Jure ad locum & populum Curæ ſuæ. Si tamen præmiſſorum quiſquam propter errores aut Hæreſes, quos ante forſan prædicaſſe, aſſeruiſſe, aut docuiſſe prætenditur, per loci Diœceſanũ fuerit aliumve Superiorem, à prædicatione ſuſpenſus, ſive prohibitus, extunc de prædicando alicubi in noſtra Provincia antedicta ſe nullatenus intromittat, donec ad ipſius ſuſpendentis & prohibentis juſtum arbitrium defectum ſuum purgaverit, & ad prædicandum legitimè fuerit reſtitutus: ſuper quo Literas Teſtimoniales ipſius reſtituentis ad locum quemcunque in quo poſteà prædicabit, ſecum deferre, & modo ſupradicto exhibere realiter teneatur.

Sacerdotes verò Parochiales, ſive Vicarii temporales, & non perpetui, in forma ſupradicta non miſſi, in Eccleſiis illis, in quibus Officia hujuſmodi gerunt, illa ſola prædicent ſimpliciter, una cum precibus conſuetis, quæ in Conſtitutione Provinciali à Bonæ memoriæ *Johanne*, Prodeceſſore noſtro, bene & Sanctè in ſuppletionem ignorantiæ Sacerdotum edita (quæ incipit, *Ignorantia Sacerdotum*) continentur expreſſè: quam in ſingulis Eccleſiis Parochialibus noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ, intra tres menſes poſt publicationem præſentium haberi Volumus, & prout iſta poſtulat, annis & temporibus ſingulis per ipſos Sacerdotes effectualiter declarari.

Et nè hoc ſalubre Statutum ſub ratione exactionis pecuniæ, difficultatiſve alterius tendere videatur ad noxam, Volumus, & Ordinamus, quòd examinatio Perſonarum, de qua ſuperius ſit mentio, ac Literæ Diœceſani faciendæ eiſdem, ſine aliquali exactione pecuniæ, per ipſos quorum intereſt, & ad quos ſpectare & pertinere dignoſcitur, celeriter expediantur, & gratis difficultate quàcunque ſemotâ.

283. Si quis hoc noſtrum antiqui Juris executivum Statutum, poſt publicationem ejuſdem, ſcienter violare præſumpſerit, contra formam in eodem deſcriptam, ſuâ temeritate propriâ prædicando, ſententiam majoris Excommunicationis incurrat ipſo facto: cujus Abſolutionem Nobis, & Succeſſoribus noſtris, tenore præſentium ſpecialiter reſervamus. Quod ſi hujuſmodi prædicator hoc ſalubri Statuto contempto, ipſamque majoris Excommunicationis ſententiam minimè ponderans, ſe ſecundò ingeſſerit prædicando, docendo, aſſerendo, pertinaciterve verbo aut facto innuendo, non poſſe per Eccleſiam in perſonis Prælatorum ejuſdem hic ſtatui, ſententia Excommunicationis prædicta per Superiores locorum aggravetur debitè contra eos, & inhibeatur eiſdem omnis communio Chriſti fidelium, ac ſuper hoc legitimè convicti, niſi reſipiſcant & abjuraverint in forma conſueta Eccleſiæ, per loci Ordinarium pro Hæreticis declarentur, & extunc pro Hæreticis & Schiſmaticis ab omnibus reputentur ad omnem Juris effectum, Hæreſiſque & Schiſmatis pœnas in Jure expreſſas incurrant ipſo facto; & præſertim ut bona eorundem ipſo Jure cenſeantur confiſcata, & ab illis, quorum intereſt, occupentur, eorumque fautores, receptatores, & defenſores, ſi per Superiores ſuos in hac parte legitimè moniti, non deſtiterint infra menſem, ſuper hoc convicti ſimili in omnibus pœnâ percellantur.

Nè quiſquam admittatur ad prædicandum in Eccleſiis, Cœmeteriis, vel aliis locis quibuſcunque, niſi auctorizatus, vel alio modo de Jure admiſſus, de cujus admiſſione fiat Fides in forma ſupradicta.

284. PRæterea nullus Clerus aut populus cujuſcunque Parochiæ aut loci noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ ali quem in Eccleſiis, Cœmeteriis, aut locis aliis quibuſcunque, ad prædicandum admittat, niſi prius de auctorizatione, privilegio, aut miſſione ejuſdem, juxta formam ſupradictam, fuerit facta fides. Alioquin Eccleſia, Cœmeterium, ſeu locus quicunque, in quo ſic prædicatum fuerit, ipſo facto Eccleſiaſtico ſubjaceat Interdicto; ſicque maneat interdictus, quouſque ipſi ſic admittentes, ſeu prædicare permittentes ſe congruè emendaverint, & per loci Diœceſanum, ſeu alium Superiorem ipſum Interdictum obtineant in debita Juris forma relaxari.

Quod admiſſi ad prædicandum in forma ſupradicta, Auditorio debeant ſe conformare in materiâ prædicanda.

285. INſuper, ſicut bonus Paterfamiliâs triticum ſpargit in terram ad hoc diſpoſitam, ut fructum plus afferat, Volumus & Mandamus, ut prædicator verbi Dei juxta formam ſuperiùs annotatam veniens in prædicando Clero ſive Populo ſecundùm materiam ſubjectam ſe honeſtè habeat, ſpargendo ſemen ſecundùm convenientiam ſubjecti Auditorii; Clero præſertim prædicans de vitiis pullulantibus inter eos, & Laicis de peccatis inter eos communiter uſitatis, & non econtrà. Alioquin ſic prædicans ſecundùm qualitatem delicti per loci Ordinarium Canonicè & acriter puniatur. *Prædicatio qualis eſſe debet.*

Nè aliqui prætendant de Sacramento Altaris, vel Matrimonii, vel quocunque Sacramento Eccleſiæ aliter prædicari, quàm per Sanctam Matrem Eccleſiam diſcuſſum reperiatur.

286. ITem, quia turpis eſt pars, quæ non convenit ſuo toti, Decernimus, & Ordinamus, quòd nullus hujuſmodi prædicator, aut alia quævis perſona de Sacramento Altaris, Matrimonio, peccatorum Confeſſione, aliove quocunque Sacramento Eccleſiæ, ſeu Fidei Articulo, aliter doceat, prædicet, aut obſervet, quàm quòd per Sanctam Matrem Eccleſiam reperitur diſcuſſum. Nec vertat in dubium, quod per Eccleſiam terminatum fuerit, aut deciſum, nec verba ſcandaloſa circa eadem ſcienter proferat, publicè vel occultè, neque Sectam aut ſpeciem Hæreſis quamcunque prædicet, doceat, vel obſervet, contra ſanam Eccleſiæ doctrinam. Qui autem contrarium poſt publicationem

A. D. 1408 præſentium ſcienter & pertinaciter attentare præſumpſerit, Excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto: à qua (excepto mortis articulo) minime abſolvatur, niſi abjuratione præmiſſa de Hæreſi generaliter vel ſimpliciter, in forma Eccleſiæ conſueta ad arbitrium Ordinarii, in cujus territorio convincitur deliquiſſe, ſe correxerit, & de hac pro commiſſis Pœnitentiam recipiat ſalutarem. Quod ſi ſecundo ſe ingeſſerit, recidivaverit, vel relapſus fuerit, convictus legitimè, pro convicto & Hæretico ſententialiter declaretur, & ipſius bona pro confiſcatis habeantur, & ab illis quorum intereſt occupentur. Pœnitentiam verò de qua ſuperiùs ſit mentio Volumus eſſe talem, quòd ſi quis contrarium de determinatis per Eccleſiam, videlicet in Decretis, Decretalibus, ſeu Conſtitutionibus noſtris Provincialibus quamcunque ſive Hæreſis ſpeciem, ſive Sectam publicè vel occultè docuerit, prædicaverit, vel aſſeruerit, in Eccleſia Parochiali iſtius loci in quo ſic prædicaverit, aſſeruerit, ſeu docuerit, uno die Dominico, aut alio ſolenni, pluribuſve, ad ipſius Ordinarii arbitrium, prout magis aut minus convincitur deliquiſſe, ipſa ſic prædicata, docta, ſive affirmata revocabit expreſſè infra Miſſarum Solennia, cum major Populi affuerit multitudo, & ipſa determinata per Eccleſiam prædicabit, docebit, & recitabit effectualiter ſine fraude, ulteriuſque punietur juxta ſui demeriti qualitatem, quatenus diſcretioni Ordinarii videbitur expedire.

Quòd nulli Informatores permittant ſuos Scholares in primitivis Scientiis ſtudentes de Fide Catholica diſputare.

281. SImiliter, quia id *Quod nova Teſta capit, inveterata ſapit*, Statuimus, & Ordinamus, quòd Magiſtri, ſive quicunque docentes in Artibus aut Grammatica pueros, ſeu alios quoſcunque in primitivis Scientiis inſtruentes, de Fide Catholica, Sacramento Altaris, ſeu aliis Sacramentis Eccleſiæ, aut materiâ aliquâ Theologicâ, contra determinata per Eccleſiam ſe nullatenus intromittant inſtruendo eoſdem, nec de expoſitione Sacræ Scripturæ, niſi in exponendo Textum, prout antiquitùs fieri conſuevit: nec permittant Scholares ſuos ſive Diſcipulos de Fide Catholica, ſeu Sacramentis Eccleſiæ publicè diſputare, etiam vel occultè. Contrarium autem faciens, ut fautor errorum & Schiſmatum, per loci Ordinarium graviter puniatur.

Ne Libellus aliquis, ſive Tractatus compoſitus per Magiſtrum Johannem Wickliff. *legatur vel doceatur in locis quibuſcunque, niſi primitùs fuerit approbatus in forma ſubſcripta.*

284. QUia inſuper nova via frequentiùs ſeducit quàm antiqua, Volumus, & Mandamus, quòd nullus Libellus ſive Tractatus per Magiſtrum *Johannem Wickliff*, aut alium quemcunque tempore ſuo, aut citra noviter compoſitus, ſive in poſterum componendus, amodò legatur in Scholis, aut hoſpitiis, ſeu locis aliis quibuſcunque, infra noſtram Provinciam antedictam, ſive ſecundùm ipſum doceatur, niſi per Univerſitatem *Oxonii* aut *Cantabrigiæ*, ſeu ſaltem duodecim perſonas ex eiſdem, quas eædem Univerſitates, aut altera earundem ſub noſtra, ſucceſſorumve noſtorum diſcretione laudabili duxerint eligendas, primitùs examinetur, & examinatus unanimiter per eoſdem, deinde per Nos, ſeu Succeſſores noſtros expreſſè approbetur, & Univerſitatis nomine ac auctoritate Stationariis tradatur, ut copietur, & factâ collatione fideli petentibus vendatur juſto pretio, ſive detur; Originali in ciſta aliqua Univerſitatis extunc perpetuò remanente. Quòd ſi quis Libellum vel Tractatum hujuſmodi in Scholis, vel alibi, ut ſuprà, legerit, ſive ſecundùm ipſum docuerit, contra formam ſupradictam, ut ſeminator Schiſmatis, & fautor Hæreſis puniatur, prout delicti qualitas flagitaverit.

Ne Textus aliquis Sacræ Scripturæ in linguam Anglicanam *de cætero transferatur per viam Libri aut Tractatûs.*

PEriculoſa quoque res eſt, teſtante Beato *Hieronymo*, Textum Sacræ Scripturæ de uno in aliud Idioma transferre, eò quòd in ipſis tranſlationibus non de facili idem in omnibus ſenſus retinetur, prout idem Beatus *Hieronymus*, etſi inſpiratus fuiſſet, ſe in hoc ſæpius fatetur errâſſe. Statuimus igitur, & Ordinamus, ut nemo deinceps aliquem Textum Sacræ Scripturæ auctoritate ſuâ in linguam *Anglicanam*, vel aliam, tranſferat per viam Libri, Libelli, aut Tractatûs: nec legatur aliquis hujuſmodi Liber, Libellus, aut Tractatus jam noviter tempore dicti *Johannis Wickliff*, ſive citra compoſitus, ſive componendus in poſterum, in parte vel in toto, publicè vel occultè, ſub pœna Excommunicationis majoris, quouſque per loci Diœceſanum, ſeu (ſi res exegerit) per Concilium Provinciale ipſa tranſlatio recognita & approbata fuerit. Qui contra fecerit, ut fautor Hæreſis & erroris ſimiliter puniatur.

286. *Bibliæ in aliud Idioma transferre periculoſum eſt.*

Nè quis cujuſcunque gradûs ſive ſtatûs exiſtat, Concluſiones aut Propoſitiones aliquas contra ſanam doctrinam Eccleſiæ pertinaciter in Scholis teneat, aut defendat.

PRæterea cum terminis Philoſophicis, ſive aliis humanitùs adinventis concludi non poterit omnium terminator, Beatuſque *Auguſtinus* veras † Concluſiones, quæ Religioſarum aurium fuerant offenſivæ, ſæpius revocavit: Statuimus, & ſub reſtatione Divini Judicii ſpecialiſſimè Inhibemus, nè quis cujuſcunque gradûs aut conditionis exiſtat, Concluſiones aut Propoſitiones in Fide Catholicâ, aut bonis moribus adverſè ſonantes, præter neceſſariam doctrinam facultatis ſuæ, in Scholis aut extra, diſputando aut communicando, proteſtatione præmiſſâ vel non præmiſſâ, aſſerat vel proponat, etiamſi quædam verborum vel terminorum curioſitate defendi poſſunt. Nam teſte Beato *Hugone*, *de Sacramentis*: *Sæpius quòd bene dicitur, non bene intelligitur.* Si quis autem poſt publicationem præſentium hujuſmodi Propoſitiones aut Concluſiones convictus fuerit ſcienter propoſuiſſe ſive afferuiſſe, niſi monitus ſe correxerit infra menſem, auctoritate præſentis Conſtitutionis, ſententiam majoris Excommunicationis incurrat ipſo facto, & pro Excommunicato publicè nuncietur, donec in loco, ubi ſic propoſuit aut aſſeruit, ſuum delictum publicè fateatur, & verum Catholicum intellectum ejuſdem Concluſionis ſeu Propoſitionis ad arbitrium Ordinarii publicè prædicaverit in una Eccleſia, aut diverſis, prout ipſi Ordinario videbitur expedire.

286. † M. S. Quæſtiones.

Nullus diſputare audeat de Articulis per Eccleſiam terminatis, prout in Decretis, Decretalibus, & Conſtitutionibus Synodalibus continentur.

NUllus quoque de articulis terminatis per Eccleſiam, prout in Decretis, Decretalibus, Conſtitutionibus noſtris Provincialibus, ſive locorum Synodalibus continetur, niſi ad habendum verum intellectum eorundem, & hoc expreſſe publicè vel occultè diſputare præſumat, aut auctoritatem eorundem Decretorum, Decretalium, aut Conſtitutionum, poteſtatemve condentis eadem in dubium revocet, ſive

297. contra

contra determinationem eorundem doceat, & præſertim circa adorationem Crucis gloriosæ, Imaginum Sanctorum veneraciones, ſeu peregrinationes ad loca, ſeu ad Reliquias eorundem, aut contra Juramenta in utroque foro, Eccleſiaſtico videlicet & Temporali, caſibus conſuetis, & more ſolito præſtanda: Sed ab omnibus deinceps communiter doceatur, atque prædicetur Crucem Crucifixi & Imaginem, cæteraſque Imagines Sanctorum in ipſorum honorem & memoriam, quos figurant, ac ipſorum loca & Reliquias Proceſſionibus, Genuflexionibus, Inclinationibus, Thurificationibus, Oblationibus, Deoſculationibus, Luminarium Accenſionibus, & Peregrinationibus, necnon aliis quibuſcunque modis & formis, quibus Noſtris & Prædeceſſorum noſtrorum temporibus fieri conſuevit, veherari debere; atque Juramenta tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis, & ſuper ipſis in Jure expreſſis, & in utroque foro uſitatis, ab omnibus quorum intereſt legitimè fore præſtanda. Contrarium autem aſſerens, docens, prædicans, ac pertinaciter innuens, niſi reſipiſcat ſub modo & forma prædictis, & abjuret, ut ſupradictum eſt, pœnas Hæreſis & Relapſi in eventum incurrat, & pro tali ad omnem Juris effectum ſingulariter declaretur.

Nullus Capellanus admittatur ad celebrandum in aliqua Eccleſia Cantuarienſis *Provincia abſque Literis Diœceſani Commendatitiis ubi fuit oriundus.*

48. *Capellani extranei qualiter ſint admittendi.*

STatuimus etiam & Decrevimus, quòd nullus Capellanus admittatur ad celebrandum in aliqua Diœceſi noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ, qui inde oriundus ſive ordinatus non fuerit, niſi deferat ſecum Literas Ordinum ſuorum, atque Literas Commendatitias Diœceſani ſui, & nihilominus aliorum Epiſcoporum, in quorum interim Diœceſibus per magnum tempus converſatus fuerit; in quibus expreſſè caveri Volumus & Mandamus de moribus & converſatione ejuſdem, & an ſit diffamatus de & ſuper aliquibus opinionibus novis in Fide Catholica, aut bonis moribus malè ſapientibus, vel ſit de eiſdem omnino immunis. Alioquin tam ipſe celebrans quàm ipſum celebrare ſic permittens ad arbitrium Ordinarii acriter puniatur.

Guardiani, Principales, & Præpoſiti Univerſitatis Oxonienſis ſemel in ſingulis Menſibus inquirant de Moribus & Doctrina ſuorum Scholarium.

399. FInaliter quia ipſa quæ de novo & inſolitè emergunt, novo & maturo indigent auxilio; & ubi majus eſt periculum, ibi cautiùs eſt providendum, & fortiùs reſiſtendum: nec injuſtè minus nobile diſcretè abſcinditur, ut quod nobilius eſt, perfectius nutriatur. Conſiderantes igitur (ſed dolenter referentes) quomodo Alma Univerſitas *Oxonienſis*, quæ ſicut Vitis abundans ſuos Palmites fructuoſos ad honorem Dei, multiplicemque profectum & protectionem Eccleſiæ ſuæ conſuevit extendere, jam partim verſa in labruſcas, uvas acerbas gignit, quibus indiſcretè comeſtis à Patribus in Lege, videlicet Dei, reputantibus ſe peritos, dentes obſtupeſcunt filiorum, noſtraque Provincia variis & infructuoſis Doctrinis inſ̃gnitur, ac novo & damnabili *Lollardiæ* nomine maculatur, & in ipſius Univerſitatis ſcandalum non modicum, ad partes exteras & remotas extenſum, & proficientium in eadem permaximum tædium, necnon & Eccleſiæ *Anglicanæ*, (quæ per Virtuoſam Doctrinam ejuſdem tanquam muro inexpugnabili defendi ſolebat) jam ſciſſis & diviſis lapidibus, niſi ceſeriùs occurratur, (ſecundùm veriſimile) irrecuperabile damnum. Ad ſupplicationem igitur totius Cleri Procuratorum noſtræ Provinciæ *Cantuarienſis*, conſenſu & aſſenſu omnium Fratrum Suffraganeorum noſtrorum, ac aliorum Prælatorum in hac Convocatione præſentium, & Procuratorum inſuper abſentium, ne purgato rivulo maneat fons infectus, & aquam ab eo current̃em non ſinat eſſe claram, Volentes honori & utilitati Sanctæ Matris Eccleſiæ & Univerſitatis prædictæ ſalubriter providere: Statuimus, & Ordinamus, quòd quilibet Guardianus, Præpoſitus, ſive Cuſtos Collegii, aut Principalis Aulæ, vel Introitûs cujuſcunque Univerſitatis præfatæ ſemel ſingulis Menſibus ad minus inquirat diligenter in Collegio, Aula, ſive Introitu hujuſmodi, ſi quis aliquam Concluſionem, ſive Propoſitionem, aut Opinionem in Fide Catholica aut bonis moribus malè ſonantem, aut contra determinationem, præter neceſſariam Doctrinam Facultatis ſuæ, aſſeruerit, tenuerit, defenſaverit, ſeu aliquo modo propoſuerit. Et ſi aliquem propter hoc ſuſpectum, aut diffamatum reperiat, ipſum moneat effectualiter, ut deſiſtat. Et ſi poſt hoc contra monitionem hujuſmodi iterato eadem vel ſimilia reaſſumat, præter pœnas ſupradictas majoris Excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto. Et nihilominus ſi Scholaris fuerit, qui ſic reaſſumit, quicquid extunc in eadem Univerſitate fecerit, non ſtet ſibi pro forma. Et ſi Doctor, Magiſter, ſive Baccalaureus fuerit, eò ipſo ab omni Scholaſtico actu ſit ſuſpenſus. Et in utroque caſu Jus quod habet in eodem Collegio, Aula, ſive Introitu, amittat ipſo facto, & per ipſos Guardianos, Cuſtodes, Præpoſitos, Principales, ſeu alios, ad quos hoc ſpectat, realiter expellatur: & ſtatim viâ legitimâ ſubſtituatur Catholicus ſuo loco. Et ſi ipſi Guardiani, ſeu Cuſtodes Collegiorum, aut Principales Aularum, ſive Introituum, in quibus degunt hujuſmodi perſonæ ſuſpectæ, detectæ, aut diffamatæ, negligentes fuerint circa Inquiſitiones, aut Excommunicationes prædictas, per decem dies continuos à tempore notitiæ veræ & præſumptæ publicationis præſentium, eò ipſo majoris Excommunicationis incurrant ſententiam, & nihilominus omni Jure, quod in ipſis Collegiis, Aulis, ſeu Introitibus habere ſe prætendunt, ipſo facto ſint privati, & ipſa Collegia, Aulæ, ſive Introitus effectualiter vacent. Et factâ ſuper hoc legitimâ declaratione per ipſos quorum intereſt, novi ſubſtituantur Guardiani, Cuſtodes, Præpoſiti, ſive Principales, prout ſecundùm antiquum morem Univerſitatis prædictæ vacantibus Collegiis, Aulis, ſive Introitibus, fieri conſuevit. Quod ſi ipſi Guardiani, Cuſtodes, Præpoſiti, ſive Principales prædicti de & ſuper hujuſmodi Concluſionibus aut Propoſitionibus diffamati, ſuſpecti fuerint, aut detecti, ſive defenſores, protectores, aut fautores eorundem, ſi per Nos, aut auctoritate noſtrâ, per Ordinarium ve loci auctoritate ſua moniti non deſiſtant, extunc omni Privilegio Scholaſtico Univerſitatis prædictæ, & Jure, quod ſibi competebat in hujuſmodi Collegio, Aula, ſive Introitu, præter alias pœnas (de quibus ſupradictum eſt) ipſo Jure priventur, & ſententiam inſuper majoris Excommunicationis incurrant.

Pœna violantium pertinaciter in aliquo caſu hanc ultimam Conſtitutionem ſive Conſtitutiones præſcriptas in aliqua ſui parte præter pœnas in eiſdem poſitas.

QUod ſi quis in aliquo caſu præſentis ultimæ Conſtitutionis, aut de quocunque ſuperiùs expreſſato, Statuta noſtra hujuſmodi in aliqua ſui parte, etiamſi pœna alia ibidem expreſſè limitetur, temerè & pertinaciter violare præſumpſerit, eò ipſo ad quodcunque Beneficium Eccleſiaſticum in noſtra *Cantuarienſi* Provincia obtinendum per triennium extunc abſque ſpe veniæ reddatur inhabilis, & omnino indignus: & nihilominus juxta ſingula ſua demerita & qualitatem exceſſûs

A. D. 1408

Locus indigni digne debet aſſignari.

A. D. 1415

cessûs secundùm sui Superioris discretionem Canonicè puniatur.

Quod contra infamatum super crimine Hæresis procedi poterit summariè & de plano ipso citato in forma subscripta.

302. *Hæresis & crimen læsæ Majestatis in aliquo cõveniunt.*

AD hæc nè in modo procedendi circa præmissa vagari videamur sub incerto, advertentes quòd licet inter crimen Hæresis & læsæ Majestatis in Legibus diversis quædam paritas reputetur, est tamen dissimilis culpa, pœnamque exigit graviorem Divinam quàm humanam offendere Majestatem. Cum ergo reum læsæ Majestatis, propter pericula quæ ex dilatione poterunt imminere, sufficit convincere per indicia, procedique poterit contra eum summariè & de plano, ac citatione præmissâ per Nuncium, per Literas, sive per Edictum, & lite non contestatâ ad Testium receptionem & definitivam Sententiam; Volumus, & Ordinamus, & Declaramus, ob faciliorem punitionem delinquentium in præmissis, & reformationem scissuræ Sanctissimæ Ecclesiæ ex hoc læsæ, quòd diffamati, detecti, denunciati, sive vehementer suspecti in aliquo casuum prædictorum, sine alio articulo quocunque in Fide Catholica aut bonis moribus malè sonante, auctoritate loci Ordinarii alteriusve Superioris citentur personaliter, si apprehendi potuerint, per Literas, sive per Nuncium publicum juratum. Sin autem, per Edictum ad locum habitationis ejusdem delinquentis ubi morari communiter consuevit, & in Ecclesia suâ Parochiali, si certum habuerit domicilium, publicè propositum: Alioquin in Ecclesia Cathedrali loci Originis suæ, & in Ecclesia Parochiali illius loci in quo sic prædicaverit & docuerit, ac recepto Certificatorio legitimo de Citatione hujusmodi executâ, contra sic Citatum etiam absentem & comparere negligentem, in pœnam Contumaciæ suæ hujusmodi, summariè & de plano absque strepitu & figura Judicii, ac lite non contestatâ ad Testium receptionem & alias Probationes Canonicas procedatur. Habitâ quoque informatione legitimâ, idem Ordinarius omni dilatione semotâ sententiet, declaret, puniatque secundùm qualitatem delicti, modo & formâ superiùs expressatis: ulteriusque faciat quod est justum, ipsius Contumacis absentiâ non obstante. Fiat. Fiat. *Amen.*

Citatio in hæreticos ubi fieri debet.

Commissio Episcopo Londinensi *ad publicandum Constitutiones prædictas.*

THomas permissione Divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro Domino *Richardo* Dei gratia *Londinensi* Episcopo Salutem & Fraternam in Domino Charitatem. Cum in nostro Provinciali Concilio nuper *Oxonii* celebrato, de Consilio & assensu vestris, & aliorum Venerabilium Confratrum & Suffraganeorum nostrorum, ad instantem petitionem totius Cleri nostræ *Cantuariensis* Provinciæ, certas Constitutiones Provinciales contra Detractores Evangelicos, conantes seminare zizania in Agro Dominico, Sacrosanctâ viz. Militante Ecclesiâ, ediderimus; ipsasque postmodum in ultima Convocatione nostrâ celebratâ, in Ecclesia Sancti *Pauli London*, coram Vobis ac præfatis Venerabilibus Confratribus nostris & Clero, repetitâ promulgatione recensitas debitè publicaverimus, ut Vos latere non credimus: Nos proinde attendentes quod frustra Jura vel Leges conduntur, nisi debitæ executioni mandentur, Constitutiones ipsas sub Sigillo nostro Clausas præsentibus annexas, nè quisquam ignorantiam prætendere poterit, Vobis mandantes, quatenus copias Constitutionum ipsarum sub Sigillo & Literis Vestris harum seriem continentibus, singulis Venerabilibus Confratribus & Suffraganeis nostris dictæ nostræ Provinciæ transmittentes auctoritate nostrâ injungatis eisdem, quibus Nos etiâ tenore præsentium Injungimus, quòd eorum singuli in singulis Civitatibus & Diœcesibus, prout ad eorum unumquemque attinet, præfatas Constitutiones in Synodis eorum & Capitulis, juxta Canonicas & Provinciales Constitutiones in ea parte editas, Canonicè publicent, seu sic faciant debitè publicari. Vosque Venerabilis Frater noster Executioni præmissorum in vestris Civitatibus & Diœcesi, prout ad Vos attinet, consimiliter faciatis. De die verò receptionis præsentium, modoque & forma Executionis vestræ, necnon & quid feceritis in præmissis, Nos citra Festum Sancti *Johannis Baptistæ* proximò futurum debitè certificetis Literis vestris Patentibus, habentibus hunc tenorem; eisdem Venerabilibus Fratribus nostris auctoritate nostrâ firmiter injungentes, quod eorum singuli citra præfatum Festum consimiliter Nos certificent debitè & distinctè. Datæ in Castro nostro de *Quenburgh* 13. die Mensis *Aprilis*, Anno Domini 1409. & nostræ Translationis Anno decimo quarto.

Incipiunt Constitutiones Venerabilis in Christo Patris Henrici Chicheley Cantuarienſis *Archiepiscopi, editæ apud* Otteford *Anno Domini* 1415. *Annoque Regni* Henrici V. *Magnanimi Regis* Angliæ *tertio, Sede Apostolicâ per depositionem* Johannis XXII. *vel* XXIII. *PP. tunc temporis vacante.*

Pro Festo Sancti Georgii *Martyris magis duplici tenendo, necnon de Festis S.* David, *S.* Cedde, *& S.* Winefredæ *celebrandis.*

HEnricus permissione Divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro Domino *Richardo Londinensi* Episcopo Salutem, & Fraternam in Domino Charitatem. Ineffabilis & imperscrutabilis potentiæ Dominus, cujus altitudo prudentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censurâ Judicii cœlestia pariter & terrena gubernat; etsi cunctos ejus ministros magnificet, altis decoret honoribus, & cœlestis efficiat beatitudinis possessores; nonnullos tamen apud diversarum Christianismi Regionum incolas, laudis & præmiorum, uberiori retributione prosequitur, quos ipsarum Regionum habitatoribus patronos & intercessores speciales disposuit, ut sic ipsos meritò collaudet ingentior devotio populi sub tanto patrono & intercessoris præsidio, per Dei clementiam assiduè stabilita: Hujus itaque dispositionis ex clementissimâ & benignissimâ Dei Salvatoris nostri miserecordiâ procedentis consideratione, Nationis *Anglicanæ* plebs fidelis, etsi Deum in Sanctis suis omnibus laudare ex debito teneatur, ipsum tamen, ut Orbis affatus, ipsaque gratiæ desuper concessæ experientia, rerum cunctarum interpres optima asseratur in suo Martyre gloriosissimo beato *Georgio*, tanquam patrono & protectore dictæ Nationis speciali, summi tenentur attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, 303.

præcipuis, & specialibus honoribus venerari: Hujus namque (ut in dubitantur credimus) interventu, nedum Gentis *Anglicanæ* armata militia contra incursus hostiles bellorum tempore regitur, sed & Cleri pugna militaris in Sacræ pacis otio, sub tanti patroni Suffragio celebriter roboratur; Hinc est quòd Nos, qui Dei laudem in Sanctis suis, in quibus glorioſus existit, in nostrâ Provinciâ cupimus ampliari, Regiis & Regni incolarum hortatibus excitati, Confratrumque nostrorum & Cleri Provinciæ nostræ ducti Consiliis, quinimo & nostri Provincialis Concilii robore ac Decreto suffulti, antiquorum patrum erga Sanctos Dei devotionis affectum prosequentes, Festum beati *Georgii* Martyris prædicti, sub Officio duplici ad modum majoris dupliciis Festi, tam per Clerum, quàm per populum nostræ *Cantuariensis* Provinciæ, per Universas Ecclesias ejusdem, de expresso Consensu Confratrum nostrorum, & Cleri antedicti, Volumus, Statuimus, & Præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solenniter celebrari; & in ipso Festo ab omni servili opere per omnes Civitates & loca ipsius Provinciæ, sicut & prout in Festo Natalis Domini Præcipimus feriari, quo magis in ipso Festo plebs fidelis conveniant, Deum laudent, & ipsius Sancti & omnium Beatorum patrocinia devotius implorent, & pro Regis & Regni salute ferventius instent & exorent.

Ad hæc dicti Provincialis Concilii auctoritate Decernimus, & etiam Statuimus per præsentes; quòd Festa Sanctorum *David* & *Cedde* Episcoporum, *Wenefredæ* Virginis, de cætero per totam Provinciam nostram antedictam, suis temporibus, videlicet, Sancti *David* primo, Sancti *Cedde* secundo mensis Martii diebus; *Wenefredæ* autem tertio die *Novembris*, cum regimine Chori & novem Lectionibus, perpetuis futuris temporibus etiam celebrentur. Vobis Venerabili Confratri nostro, tenore præsentium mandantes, & firmiter injungentes, quatenus Festa prædicta singulis annis de cætero, sic ut præfertur, solenniter celebretis, & per vestras Civitatem & Diœcesin faciatis, tam per Clericos quam per Laicos modo præmisso solenniter celebrari. Volumus etiam & Mandamus, quatenus Vobis Confratribus, & Coepiscopis nostris Ecclesiæ nostræ *Cantuariensis*, Suffraganeis omnibus & singulis, per literas vestras, auctoritate nostrâ, ac dicti Concilii injungatis, & mandetis, quibus & Nos modo consimili Injungimus & Mandamus, quòd ipsorum singuli eadem Festa sic, ut præmittitur, singulis annis solenniter celebrent, & per suas Civitates & Diœceses modo præmisso faciant, perpetuis temporibus futuris, à Clero & populo solenniter celebrari. Et quid feceritis in præmissis ac quomodo, & sub quâ formâ præsens nostrũ mandatum executi fueritis, Nos citra Festum Purificationis Beatæ *Mariæ* Virginis proximò futurum, distinctè certificetis per literas vestras harum seriem habentes, Sigillo vestro consignatas. Mandantes etiam singulis Confratribus nostris prædictis, quatenus ipsi sigillatim, quatenus præsens mandatum nostrum ipsorum Civitates & Diœceses concernit, Nos citra Festum *Paschæ* proximò futurum, per literas suas modo consimili certificare non omittant, sub pœnâ quæ incumbit tam Vobis quàm ipsis, si contra factum fuerit, infligendâ. Datæ in manerio nostro de *Otteford* quarto Die mensis *Januarii* Anno Domini 1415. & nostræ Translationis Anno secundo.

Ne Clerici Conjugati bigami; seu Laici Jurisdictionem spiritualem exerceant quovismodo.

119. CUm ex eo quòd Clerici conjugati bigami, necnon Laici, Jurisdictionem Ecclesiasticam exercere, ac de criminibus & excessibus ad Forum & Coertionẽ Ecclesiæ pertinentibus, interdum suo, interdum sub alieni nominis umbra seu velamine investigare & inquirere, eaque punire & corrigere, ac Excommunicationum literas & Suspensionum decernere præsumant, ac negotiorum correctionum hujusmodi Scribæ & Registrarii, ac Registrorum eorundem custodes existant; non modicum patiatur Ecclesia scandalum, ac Ecclesiastica vilescat auctoritas pariter & censura. Nos igitur hujusmodi scandalis occurrere, & Ecclesiæ honestati decorique providere volentes, Sacrorum imitando vestigia Canonum, præsentis auctoritate Concilii Ordinamus & Statuimus, quòd nullus Clericus conjugatus bigamus, sive Laicus, quovis exquisito colore sub suo vel alieno nomine infra nostram *Cantuariensem* Provinciam de cætero Jurisdictionem spiritualem exerceat qualemcunque. Nec in causis correctionum, scilicet cum ad correctionem animæ, vel ubi ex Officio Judicis proceditur, Scriba, aut Registrarius, aut Registri correctionum hujusmodi custos quomodolibet existat. Quodque quicunque Ordinarius Episcopo inferior, seu Jurisdictionem obtinens Ecclesiasticam Clericum conjugatum, Laicum, vel bigamum ad præmissa vel eorum aliquod assumère, recipere, vel post duorum mensium spatium à tempore publicationis hujusmodi Constitutionis in Officio Jurisdictionis hujusmodi tolerare scienter seu retinere præsumpserit, vel admissum vel in posterum admittendum non amoverit, pœnam suspensionis ab exercitio Jurisdictionis hujusmodi, necnon ab ingressu Ecclesiæ incurrat ipso facto. Citationes insuper, processus, sententiæ, actaque & gesta quæcunque per eosdem Clericos conjugatos, sive bigamos habita sive facta in præmissis, vel aliquo præmissorum per modum superius expressatum, sint nulla, cassa, irrita, & inania ipso Jure. Idemque Clerici Conjugati, bigami, sive Laici præmissis, vel eorum alicui contra præsentis prohibitionem Concilii se ingerentes, sententiam majoris Excommunicationis incurrant ipso facto.

Hæc sequens Constitutio, necnon quamplurima alia in hoc Opere inserta, transcripta sunt ex Veteri Manuscripto penes Celeberrimum Professorem Juris Civilis Oxoniæ.

Constitutio Domini Henrici Chicheley Cantuariensis *Archiepiscopi edita* Londini *Anno Domini* 1416. *Super Testamentis & eorum Inventariis faciendis.*

IN primis Ordinamus, & ex consensu generali in Convocatione nostra Consentimus, videlicet quòd unusquisque, ad quem in quibuscunque locis nostræ *Cantuariensis* Provinciæ Jurisdictio in hac parte dignoscitur pertinere, statim post mortem cujuscunque defuncti, quàm citò commodè poterit, bona ejusdem faciat sequestrari, & sub fideli custodia fideliter conservari, moderatis expensis funeralibus duntaxat exceptis, donec Testamentum, si quod fecerit, exhibeatur, vel per testes idoneos, aut aliis legitimis documẽtis sufficienter probetur: ita quòd non statim committatur Administratio, sed injungatur Executoribus in eodem Testamento nominatis, super quo primitus ad Sacra Dei Evangelia corporale præstant Juramentum, quatenus infra brevem terminum Ordinariorum seu Jurisdictionem hujusmodi obtinentium arbitrio juxta facti qualitatem moderandum, de omnibus bonis defuncti, de

A. D. 1416

A. D. 1416 quibus teſtari potuit, fidele & clarum fiat Inventarium; quo exhibito, & per diligens examen reperto idoneo, tunc & non ante committatur eiſdem Executoribus Adminiſtratio omnium bonorum, injuncto eiſdem ſub pœna Excommunicationis majoris, nè de aliis quàm in ipſo Inventario contentis ſe adminiſtrando quomodolibet intromittant, quouſque de illis noviter repertis Inventarium fecerint, exhibuerint, & Adminiſtrationem receperint de eiſdem; quodque iidem Executores onerentur, ac ad Sacroſancta Dei Evangelia jurent, & ſi opus fuerit ſufficienter caveant, quòd quàm citò commodè poterunt, & præſertim infra annum, ſi poſſibile fuerit, omnia bona, quorum Adminiſtratio eiſdem commiſſa eſt, in fideles & pios uſus ſecundùm voluntatem defuncti plenariè adminiſtrabunt, ac de Adminiſtratione hujuſmodi incontinenti poſt ipſam Adminiſtrationem completam, ſeu ſaltem cum ad hoc moniti fuerint, diſtinctè, particulariter, & apertè, ipſis ad quos pertinet, fidelem & plenam reddant rationem, nihil de bonis antedictis tacitè vel apertò, præter id quod eiſdem per ipſos Ordinarios fuerit allocatum, ſeu in Teſtamento ritè & rectè relictum, titulo emptionis, aut aliter ſibi quomodolibet retinendo; quòdque Ordinarii & Juriſdictionem hujuſmodi exercentes, in redditione hujuſmodi computi, & circa illud ſic ſe & miniſtros ſuos diligenter habere curent, ut vel abſque dolo & fraude bona defunctorum fideliter & plenariè, prout eorundem ſaluti Animarum magis conveniens fuerit, ſine dilatione qualibet, quatenus poſſibile fuerit, diſponant; & pro Inſinuatione inſuper Teſtamentorum hujuſmodi, necnon calculi ſive ratiocinii auditione ſive Dimiſſione finali Executorum eorundum, ultra quinque ſolidos nullatenus exigant, aut quomodolibet recipiant, uſque ad unum annum à data præſentium continuè numerandum: Bona quoque Inteſtatorum in ſuo caſu pro Animabus ipſorum defunctorum cum celeritate poſſibili diſponi faciant, prout per Jura communia, Conſtitutioneſque Provinciales in ea parte eſt plenius ordinatum. Vobis igitur (ſcilicet R. *Londinenſi* Epiſcopo) in virtute obedientiæ, & ſicut periculum, ſi quod in ea parte incumbit, evitare voluerit is, firmiter injungendo Mandamus, quatenus Ordinationem hujuſmodi ſecundùm omnem vim, formam, & effectum ejuſdem, per veſtras Civitatem & Diœceſin debitè publicari facientes, illam in omnibus & per omnia obſervetis, & per alios ut mandatur faciatis obſervari: Intimantes inſuper omnibus & ſingulis Suffraganeis noſtris, quod & ipſi omnes & ſinguli eandem per ſuas Civitates & Diœceſes modo præmiſſo publicari facientes inviolabiliter obſervant, & faciant per ipſorum ſubditos firmiter obſervari, ſub pœna Excommunicationis majoris in Perſonas contra iſtam Conſtitutionem facientes fulminandæ. Et quid feceritis in Præmiſſis Nos citra Feſtum Sancti *Petri ad Vincula* proximò futurum debitè certificetis, per Literas veſtras Patentes harum ſeriem continentes, Sigillo veſtro conſignatas. Datæ in Hoſpitio noſtro *Londini* primo die Menſis *Julii*, Anno Domini MCCCCXVI. & noſtræ Tranſlationis anno tertio.

Statutum Venerabilis in Chriſto Patris, Domini Henrici Chicheley Cantuarienſis *Archiepiſcopi, pro Feſto* S. Johannis Beverlaci *celebrando.*

[103] HEnricus permiſſione Divinâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, dilecto in Chriſto Filio Venerabilis Fratris noſtri Domini *Richardi* Dei gratiâ *Londinenſis* Epiſcopi in remotis agentis Vicario in Spiritualibus Generali Salutem, Gratiam, & Benedictionem. *Anglicanæ* Eccleſiæ, cujus laudes & præconia in Dei & Sanctorum ſuorum devotâ veneratione præ cæterarum Regionum & Provinciarum Eccleſiis Orbis attollit Univerſus, Sacra promeretur auctoritas, ut ipſorum laudibus eadem Eccleſia magis exuberet, jocundâque devotione gaudentiùs exultet, quorum patrocinio & miraculorum gratiâ ſe reflorere lætatur; ac quorum piis interceſſionibus nedum ipſius Eccleſiæ, ſed & totius Regni Res publicæ, cum pacis & quietis interiori dulcedine, hoſtiumque ipſam exterius impugnantium optatâ victoriâ, per juſtos Rectores ſtrenuè defenſatur: hujus ſiquidem opitulaminis gratiam, etſi Deus eidem Eccleſiæ ſuæ, ipſiuſq; Regni *Angliæ* incolis per diverſorũ Sanctorum merita, quibus undique Glorioſa refulget, ſæpius oſtendere decreverit, ipſos tamen noviſſimis his diebus almifici Confeſſoris & Pontificis ſui Beatiſſimi *Johannis de Beverlaco*, ut veraciter confidimus, Suffragio ſpeciali Eccleſiam prædictam, unà cum præfatis Regni Proceribus, incolis, & membris univerſis, miraculoſius dignatus eſt, & evidenter ſpecialiùs conſolari. O nempe conſolatio ineffabilis noſtris præſertim temporibus, omniq; ævo jocunda, ac ſemper memoriæ revocanda, Chriſtianiſſimi videlicet Principis *Henrici* Regis *Angliæ* quinti & ſui Exercitûs in Bello de *Agincourt* nuper in partibus *Picardiæ* commiſſo, gratioſa Victoria! quæ in Feſto Tranſlationis dicti Sancti ad laudem Divini nominis, & Regni *Angliæ* honorem, ex immenſa Dei miſericordia, *Anglicis* eſt conceſſa: in quo ſiquidem Tranſlationis Feſto, dum inter Noſtrates & *Gallicos* conflictus, de quo præmittitur, haberetur, ſicut ad noſtrum & Confratrum noſtrorum auditum in ultima Convocatione noſtra quamplurium, & præſertim incolarum dictæ Patriæ deduxerat vera fama, de ipſius tumba Sacrum ſtillantibus guttis ad modum ſudoris emanavit oleum Divinæ miſerationis erga plebem ſuam, non dubium præfati Sanctiſſimi viri meritorum oſtenſio. Volentes igitur in Noſtra Provincia Divini cultûs augmentum, & ſpecialiter ad tanti Patroni celebriorem laudis extollentiam dilatare, de Fratrum noſtrorum, & Cleri in eadem Convocatione præſentium voluntatibus, conſilio & aſſenſu, & nihilominus ad dicti Chriſtianiſſimi Principis noſtri inſtantiam ſpeciálem, memorati Confeſſoris Sanctiſſimi memoriam, ubique per noſtram Provinciam prædictam votivis & devotis affectibus Duximus exaltandam: Statuentes, & de prædictorum Fratrum noſtrorum ac Cleri conſilio & aſſenſu, pro futuris temporibus Ordinantes, quod Feſtum Depoſitionis dicti Sancti, quod ſeptimo die *Maii*, viz. in craſtino Sancti *Johannis ante Portam Latinam*, contingere dignoſcitur, ad modum Feſti unius Confeſſoris & Pontificis Paſchalis temporis cum regimine Chori, ſecundùm uſum *Sarum* Eccleſiæ, per Provinciam noſtram prædictam futuris temporibus perpetuò celebretur. Cæterum quia in Feſto Tranſlationis ejuſdem, quod viceſimo quinto Die menſis *Octobris* etiam contingit annuatim, de Sanctis *Criſpino* & *Criſpiniano* ſecundùm uſum *Sarum* Eccleſiæ conſuevit quaſi per omnes Eccleſias Provinciæ noſtræ prædictæ celebrari, & Servitium fieri ab antiquo: nè unius Feſti introductio alterius diminutio exiſtat, ſed magis ſub una celebritatis lætitia dicti Martyres, quorum etiam Die & meritis tantæ viſitationis gratiâ Gentem *Anglicanam* Dominus ex Alto proſpicere decreverat, unà cum præfato Confeſſore almifico pariter honorentur; de Fratrũ noſtrorum & Cleri prædictorum conſenſu unanimi, Statuimus, Decernimus, & Ordinamus, quòd de cætero ſingulis annis dictus dies viceſimus quintus menſis *Octobris*, ob tam notabilis rei memoriam, ubique per Provinciam noſtram prædictam, cum novem Lectionibus celebris habeatur; quarum tres primæ erunt de

propri-

proprietate Sanctorum *Criſpini & Criſpiniani*, tres mediæ de Tranſlatione Sancti *Johannis* prædicti, & tres ultimæ de expoſitione Evangelii plurimorum Martyrum cum Servitio ſecundum uſum *Sarum* in talibus fieri conſueto.

Volumus ergo, & Vobis firmiter injungendo Mandamus, quatenus Statutum & Ordinationem noſtra prædicta per Civitatem & Diœceſin *Londinenſem* debitè publicantes Feſta prædicta faciatis annuatim de cætero celebrari; Mandantes omnibus & ſingulis Confratribus & Suffraganeis noſtris, quibus & Nos tenore præſentium ſic Mandamus, quòd & ipſi eadem Feſta modo præmiſſo celebrent, & per ſuas Civitates & Diœceſes de cætero etiam conſimiliter faciant celebrari. Et quid feceritis in præmiſſis, Nos citra Feſtum Purificationis Beatæ *Mariæ* Virginis proximò futurum certificare curetis per Literas veſtras Patentes harum tenorem habentes, Sigillo Officii veſtri conſignatas. Datæ in Manerio noſtro de *Otteford* ſub Sigillo noſtro ad cauſas XVII. die Menſis *Decembris*, Anno Domini DCCCCXVI. & Noſtræ Tranſlationis anno tertio.

Ordinatio Venerabilis in Chriſto Patris Domini Henrici Chicheley Cantuarienſis *Archiepiſcopi pro promotione Graduatorum in Academiis* Oxoniæ & Cantabrigiæ, *facta in Convocatione Cleri in Eccleſia Cathedrali S.* Pauli London *incœpta* VI. *die Menſis* Novembris *Anno Domini* MCCCCXVII. *Annoque Regni Magnanimi Regis* Henrici V. *quinto & Pontificatûs* Martini V. *primo.*

HEnricus permiſſione Divinâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, &c. Gravi etiam & frequenti querelâ multorum filiorum noſtrorum in Univerſitate *Oxonii* ac *Cantabrigiæ*, noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ ſtudentium, ac querulofo clamore nuper ad Nos delato percepimus, necnon experimenta præſentium temporum manifeſtè declarant, quomodo Univerſitates hujuſmodi, almæ Matres gariter & Matrices quorumcunque ſtudentium in eiſdem, jam à multis retrò temporibus plurimè ſuccubuerant deſolationis opprobrio, ac vix fuit qui alicujus Eccleſiaſticæ promotionis opportuno remedio conſolaretur eaſdem ex omnibus cariſ ſuis. Proinde igitur attendentes Apoſtoli atteſtante Doctrinâ, laborantem Agricolam de fructibus oportere percipere, nè terræ deficiente culturâ ſterilitatis immenſæ jactura proveniat, ac ut Univerſitates jam dictæ ſpe firmâ conceptâ de futura promotione condigna juxta filiorum ſuorum exigentiam meritorum Gentem multiplicent magnificatione lætitiæ, ac multiplici fructu Scholaſticæ Diſciplinæ pinguefcant; & nè continuata Vigilia Graduatorum ac Graduandorum in poſterum in eiſdem in deſperationem aliquam promotionis jam dictæ labatur, & Diſciplinæ naufragetur; dignumque, juſtum, ac etiam ſalutare reputantes, ut dignis digna rependere valeamus, ac potioribus attollamus Beneficiorum inſigniis, quos digniores agnoſcimus, & labor commendat ingentior meritorum; de noſtrorum Fratrum ac Cleri Provinciæ noſtræ *Cantuarienſis* prædictæ conſilio & aſſenſu, ad Dei laudem, gloriâ & honorem Sanctiſſimæq; Virginis Matris ſuæ *Mariæ*, ac omnium ſupernorum civium Ordinamus, & præſentium tenore per decennium duraturum ſtatuimus, quòd promoveantur Doctores Sacræ Theologiæ, Decretorum, Legum, & in Medicinis, licentiati in eiſdem facultatibus, Baccalaureique in Sacra Theologia, qui formam opponendo & legendo debitè complevernnt, ac Magiſtri in Artibus, qui in Univerſitate, in qua incœperint, per unum annum incœptum à tempore inceptionis ſuæ continuè numerandum debitè rexerint in eiſdem; ac etiam Baccalaurei in Decretis, qui unum librum Decretalium pro forma in Scholis publicè & non curſoriè; Baccalaurei verò in Jure Civili, qui libellum Inſtitutionum etiam pro forma ſua, ut præmittitur, perlegerint debitè & completè: Proviſo ſemper, quòd perſonæ prædictæ gradus ſupradictos per gratias de cætero non attingant, exceptis perſonis infraſcriptis, viz. Religioſis viris, qui quodam obſtante Statuto Univerſitatem prædictam in Artibus regere non valebunt, atque Juris Canonici Scholaribus, qui abſque verbo completè de audiendo lecturam Decretalium, & triennio in Jure Civili qui in ipſo ſtudere non poſſunt, cum quibus Univerſitates *Oxonii* & *Cantabrigiæ* ſupradictæ ſuper impedimentis prædictis uſque ad decennium diſpenſabunt. Quodque Doctores in facultatibus antedictis promoveantur ad Beneficia curata, ad verum valorem annuum ſecundùm communem æſtimationem Sexaginta Marcarũ vel ſupra. Licentiati verò in facultatibus prædictis, ac Baccalaurei in Theologiæ ſuperiùs limitati, ad Beneficia curata quinquaginta Marcarum; non curata triginta Marcarum & ſupra. Ac Magiſtri & Baccalaurei prædicti ad Beneficia curata quadraginta Marcarum; non curata viginti Marcarum vel ſupra, niſi Graduati prædicti de Beneficiis minoribus voluerint contentari.

Et Volumus, ac etiam Ordinamus, quòd omnes & ſinguli Spirituales Patroni infra noſtram *Cantuarienſem* Provinciam Conſtituti, & quilibet eorundem, ad quorum collationem, præſentationem, nominationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, Beneficia hujuſmodi occaſione Patronatûs Eccleſiaſtici pertineant, ſive infra dictam Provinciam noſtram ſive extra, primum Beneficium hujuſmodi in proximum vacaturum alicui de perſonis prædictis quam duxerunt eligendis conferre, aut ad hujuſmodi Beneficium aliquam perſonam de ſuperiùs expreſſatis, ut præmittitur, præſentare, ſive nominare, uſque ad tempus prædicti decennii de cætero teneantur. Et deinde expeditâ & executâ hujuſmodi primævâ vacatione, Patroni prædicti in quâlibet tertiâ vacaturâ conſimiliter teneantur perſonis antedictis providere de Beneficiis ſuperiùs expreſſatis.

Statuimus inſuper ac etiam Ordinamus, quòd ſi quibuſvis ſupradictis Beneficia prænominati valoris offerantur, & ipſa Beneficia infra tres dies continuos à tempore oblationis eorundem admittere recuſaverint, ipſæ perſonæ ab omni Beneficio hujus Ordinationis eo ipſo de cætero ſint excluſæ, & bene liceat Patronis eorundem, & teneantur aliis perſonis ſuperiùs nominatis providere; & ſic uſque ad tertiam perſonam: & ſi ipſa tertia perſona Beneficium hujuſmodi recuſaverit, infra tempus prædictum, bene liceat eiſdem Patronis de ipſo Beneficio diſponere, pro ſuæ libito voluntatis, Ordinatione prædictâ non obſtante; ſalvâ Ordinatione prædictâ, quoad alia Beneficia poſtea vacatura; ſalvo etiam eo, quòd Patroni de fundatione Regia exiſtentes, qui ratione vacationum Dignitatum, loci, Monaſteriorum ſuorum diverſis Clericis Domini noſtri Regis in certis penſionibus annuis ſunt aſtricti, quouſque ipſi aliqua Beneficia competentia eiſdem Clericis obtulerint, & ipſa acceptaverint, ſeu ipſa recuſaverint, Ordinatione præſenti non actentur.

Et in eventu quo Penſionarii hujuſmodi Beneficia ſic eis oblata admittere recuſaverint, quòd ipſi Patroni de Beneficiis hujuſmodi perſonis prædictis in forma ſupradicta providere teneantur: quòdque Patroni ſupradicti Beneficia quæcunque quibuſvis perſonis offerre minimè teneantur, nec de eiſdem providere illis perſonis Graduatis, quæ ad ſummum prædictam jam promotæ ſunt, vel in futurum tempore vacationis Beneficiorum hujuſmodi contigerit promoveri; & quòd omnes & ſinguli Graduati prædicti, antequam ad Beneficia hujuſmodi

promo-

A. D. 1417

A. D. 1421 promoveantur, Literas Testimoniales sub Sigillo Universitatis in qua Gradus suos adepti fuerunt, Patronis, & Ordinariis Locorum, de Gradibus & Lecturis suis exhibeant realiter & ostendant.

Ac insuper Statuimus & Ordinamus, ut Ordinatio prædicta executioni debitæ demandetur, ac de nominibus Promotorum publicè constare poterit, quòd omnes & singuli, ad quos Institutiones Beneficiorum pertinere debeant, de Nominibus & Cognominibus Promotorum hujusmodi ac Beneficiorum ad quæ promoti fuerint, necnon de valore eorundem, de Convocatione in Convocationem, durante tempore supradicto, Dominum Archiepiscopum *Cantuariensem* distinctè certificent & aperte: Proviso, quòd si per Sedem Apostolicam, contra quam nullatenus attentare intendimus, alias pro Promotione Graduatorum dictorum infra tempus prædictum provisiones generales dudum consuetas fieri contingat, quòd extunc omninò cesset Ordinatio antedicta, nec per eam arctentur, aut quomodolibet obligentur Collatores aut Patroni supradicti.

Post quam quidem Ordinationem sic factam, incontinenti ostensa erat in publico quædam supplicatio in scriptis redacta, ex parte duarum Facultatum, Theologiæ scilicet & Juris Canonici, concepta, remedium & emendationem expostulans gravaminum prædictorum, super qua supplicatione, habitâ in Concilio deliberatione maturâ, tandem placuit toti Concilio, quòd hujusmodi supplicatio, una cum copia Ordinationis prædictæ transmitteretur ad Universitates prædictas ad illum finem, quòd si Magistri Regentes & non Regentes, ac illi quorum in hac parte interest eandem supplicationem admitterent, & eidem consentirent, & super consensu suo hujusmodi Literas sub Sigillis dictarum Universitatum communibus præfato Reverendissimo Patri Archiepiscopo, citra Festum Purificationis Beatæ *Mariæ* proximò futurum, transmitterent, tum primò & non ante ligaret Ordinatio prænotata; & tunc etiam primò & non aliter deberet eadem Ordinatio per eundem Reverendissimum Patrem, ut moris est, per Provinciam suam *Cantuariensem* tanquam Constitutio generalis, auctoritate & assensu unanimi totius Provincialis Concilii legitimè facta & approbata publicè promulgari.

Alia Ordinatio facta per præfatum Archiepiscopum pro Promotione Graduatorum in Academiis antedictis, facta XVI. Julii *Anno Domini* MCCCCXXI. *Anno*que *Regni Magnanimi Regis* Henrici V. *nono & ultimo, Pontificatus Martini* V. *quinto.*

HEnricus permissione Divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro Domino *Richardo* Dei gratiâ *Londinensi* Episcopo salutem & Fraternam in Domino charitatem. Cum Nos in Convocatione Prælatorum & Cleri nostræ *Cantuariensis* Provinciæ quinto Die Mensis *Maii* ultimo præterito celebratâ in Ecclesia Sancti *Pauli London*; nonnullis propositionibus & querelis pro parte Universitatum *Oxonii* & *Cantabrigiæ*, coram Nobis in præsentia Prælatorum & Cleri prædicti, super desolatione Universitatum prædictarum, occasione non Promotionis Graduatorum in eisdem factis & expositis, pio compatientes affectu, de vestro ac cæterorum Venerabilium Confratrum nostrorum, aliorumque Prælatorum & Cleri Provinciæ antedictæ consensu pariter & assensu, ad laudem Dei Omnipotentis, dictarumque Universitatum exaltationem, & incrementum, relevationem & Promotionem personarum prædictarum, quæ ante hæc tempora in variis Facultatibus proficerunt, & Deo duce in posterum proficient in eisdem, Decrevimus, & sub modo & forma sequentibus Ordinavimus providendum; videlicet, quòd quisque Patronus Ecclesiasticus dictæ Provinciæ, quodcunque Beneficium Ecclesiasticum, quod ad ipsius Collationem, Præsentationem, Nominationem, aliamve dispositionem quamcunque pertinens post publicationem Ordinationis nostræ hujusmodi primò vacare continget, alicui personæ alterius Universitatum prædictarum gradum Scholasticum habenti; Doctori videlicet Theologiæ, Decretorum, Legum, vel Medicinæ, Artium Magistro, licentiatove, aut Baccalaureo in aliqua facultatum prædictarum, dum tamen in Artibus Baccalaureus in facultate sua antea determinaverit, seu aliàs, in ordine Sacerdotali Constitutus fuerit, juxta & secundùm ipsius Patroni propriam electionem offerre, & si illud acceptare voluerit conferre, seu aliàs aliquam ex personis Graduatorum hujusmodi ad Beneficium Ecclesiasticum, de quo præfertur, cum vacaverit, præsentare, nominare, aut pro persona hujusmodi juxta Beneficii sic vacaturi, juris; dicto Patrono in eodem competentis qualitatem disponere teneatur, dolo, fraude, seu malo ingenio quibuscunque cessantibus in ea parte; sicque extunc Collatione, Præsentatione, Nominatione, seu quavis alia dispositione quorumlibet duorum Beneficiorum, ad cujuscunque talis Patroni Collationem, Nominationem, seu aliam dispositionem pertinentium, sub ejusdem Patroni dispositione libera remanente, tertium quodcunque Beneficium Ecclesiasticum, ad ipsius Collationem, Nominationem, Præsentationem, seu aliam dispositionē, pertinens alicui personæ alterius Universitatū prædictarum, sic ut præmittitur, graduatæ conferre, ipsa vve ad illud præsentare seu nominare, aut aliàs pro eadē ad ipsū Beneficiū disponere etiam teneatur. Sicq; successivè modus & forma prædicti usque ad decennium plenariè completum effectualiter observentur: quodq; interim nullus Patronus Ecclesiasticus Provinciæ prædictæ, Advocatiam, seu Jus Patronatus, aut Jus aliquod quod habet in aliquo Beneficiorum hujusmodi, in fraudem hujus Ordinationis in genere vel in specie alienabit perpetuò vel ad tempus: quodque etiam quilibet talis Patronus in Literis Collationis, Præsentationis, Nominationis, aut dispositionis suæ ad Beneficium quodcunque ad Collationem, Præsentationem, Nominationem, aliamve dispositionem suam pertinens, quod interim vacare continget, gradum, & Ordinem personæ, cui aliquod Beneficium conferre, vel ad quod ipsam præsentare, nominare, vel de quo aliàs disponere Patronum hujusmodi contingerit, realiter exprimat.

Proviso semper, quod in Promotionibus hujusmodi eminentia statuum, graduum & meritorum personarum prædictarum realiter attendatur: & quod hi qui nullo modo, aut consideratis eorum gradibus & meritis exiliter sunt promoti, aliis in promotionibus hujusmodi præferantur.

Quodque, ut provisionis hujusmodi certior in futurum habeatur notitia, singuli Confratres Suffraganei nostri, in singulis Convocationibus, sive Conciliis Provincialibus interim celebrandis, nomina & cognomina omnium & singularum personarum per eos interim promotarum, & ad aliorum Patronorum Spiritualium præsentationem, nominationem, vel aliam dispositionem admissarum, vel institutarum, una cum nominibus Beneficiorum ad quæ promotæ fuerint, coram Nobis aut successoribus nostris actualiter exhibeant & præsentent, ac penes Nostrum, & successorum nostrorum Registrum realiter dimittant: Volentes, & tenore præsentium declarantes; quòd præsens nostra Ordinatio ad Patronos Ecclesiasticos prædictos, tàm

masculos

maſculos quam fœminas dictæ Provinciæ extendatur. Per hanc tamen proviſionem præjudicare non intendimus Patronis prædictis, quo minus ipſi, & eorum ſinguli de Beneficiis prædictis, perſonis quibus in certis penſionibus annuis auctoritate Regia onerantur, quouſque de Beneficiis Eccleſiaſticis per eos congruè ſit proviſum, ſed quòd ipſi talibus perſonis ante omnia, de Beneficiis hujuſmodi providere poſſint; ita quòd deinde quoad alia Beneficia poſtea vacatura præſentem Ordinationem obſervent in omnibus ſicut decet. Vobis igitur auctoritate dicti Concilii & noſtrâ in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatenus præmiſſa omnia & ſingula per veſtras Civitatem & Diœceſin publicari ut convenit facientes, Ordinationem prædictam, quatenus perſonam veſtram concernit, obſervetis, & per veſtros ſubditos faciatis inviolabiliter obſervari.

Auctoritate etiam prædicta omnibus & ſingulis Coepiſcopis, Confratribus & Suffraganeis noſtris per literas veſtras mandantes, quatenus ipſorum ſinguli præmiſſa omnia & ſingula, quatenus perſonas eorundem concernunt, diligenter obſervent, & facta publicatione Ordinationis prædictæ, per ſuas Civitates & Diœceſes, ut præfertur, eandem a ſuis ſubditis faciant inviolabiliter obſervari. De die verò receptionis veſtræ præſentium, modoque & forma executionis veſtræ earundem, Nos citra Feſtum Sancti *Michaelis* Archangeli proximò futurum ad ultimum debitè certificetis per veſtras, dictis Confratribus noſtris, & Suffraganeis mandantes, quòd eorum ſinguli de publicatione Ordinationis hujuſmodi, necnon de modo & forma executionis præſentium literarum noſtrarum, citra Feſtum omnium Sanctorum proximò futurum ad ultimum curent reddere certiores, per ſuas literas Patentes harum ſeriem continentes, auctoritate ſigillatas. Datæ in hoſpitio Reſidentiæ noſtræ juxta *Weſtmonaſterium* decimo ſexto die menſis *Julii* Anno Domini 1421. & noſtræ Tranſlationis anno octavo.

Ex MS. Alton.

Sequitur Conſtitutio Henrici Chichley *Archiepiſcopi* Cantuarienſis *ſuper Articulis ſententiæ Excommunicationis, ad minus ter in anno in ſingulis Cathedralibus & Parochialibus Eccleſiis Provinciæ* Cantuarienſis *promulgandis, edita, cum Articulis hujuſmodi in lingua vulgari.*

HENRICUS permiſſione divina *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Venerabili fratri noſtro *Roberto* Dei gratia *Londinenſi* Epiſcopo, ipſove in remotis agente, ejus Vicario in Spiritualibus Generali ſalutem & ſinceræ dilectionis continuum incrementum. Nuper in Concilio noſtro Provinciali in Eccleſia Cathedrali Sancti *Pauli London*, in craſtino Sanctæ *Fidis* Virginis, viz. Septimo die *Octobris* ultimò præterito celebrato coràm Nobis, Vobis, cæteris Confratribus & Coepiſcopis noſtris depoſitum fuit per Clerum noſtræ Provinciæ Prædictæ, & graviter querelatum, quòd quanquam per Prædeceſſores noſtros, & ſpecialiter per celebris memoriæ *Johannem Pecchum* in Concilio Provinciali de *Reading* ab olim fuerit providè ordinatum, quòd caſus illi & Articuli, in quibus per Conſtitutionem Provincialem noſtræ Provinciæ ſupradictæ ſententia Excommunicationis majoris in delinquentes ipſo facto eſt lata, in ſingulis Eccleſiis Parochialibus noſtræ Provinciæ prædictæ, Statutis ad hoc diebus, deberent exponi publicè in vulgari: hujuſmodi tamen obſervantia ſalutaris in publicando exponendoque caſus hujuſmodi a multis jam retro temporibus in deſuetudinem abiit, velut oblivioni tradita, ſeu neglecta, unde præterea timetur, ne perplures in hujuſmodi ſententias inſcii prolabantur. Quare ex parte Cleri noſtri prædicti fuimus cum inſtantia non modica requiſiti, quatenus hos caſus & Articulos, aliquibus diebus ad hoc congruis, in ſingulis cauſis noſtræ Provinciæ, auctoritate dicti Concilii in vulgari publicè proponi, & exponi debere ſolenniter decernere dignaremur: Nos idcirco petitionibus dicti Cleri tanquam juſtis & rationi conſonis favorabiliter inclinati, caſus ipſos & Articulos in vulgari conceptos, & ad tunc pleno Concilio perlectos, ac ab omnibus abſolutos, ex conſenſu veſtro, & aliorum Confratrum, Coepiſcoporum, & Suffraganeorum noſtrorum congregatorum ad minus in tribus Dominicis diebus, primâ ſc. Dominicâ Quadrageſimæ, primâ poſt Feſtum Trinitatis, primâ Dominicâ Adventus Domini, in ſingulis annis decætero per Eccleſias Cathedrales, ac etiam Parochiales noſtræ *Cantuarienſis* Provinciæ ſupradictæ plenè, perfectè, ac diſtinctè inter Miſſarum ſolennia, cum major in eiſdem Eccleſiis affluerit populi multitudo, perlegendos & exponendos fore Decernimus, prout etiam Decernimus in præſenti: Veſtræ igitur fraternitati tenore præſentium committimus & mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ injungentes, quatenus has literas noſtras cum dictis caſibus & Articulis, quos præſentibus appendi fecimus, in Eccleſia veſtra Cathedrali prædicta, & in ſingulis Eccleſiis Parochialibus, per veſtras Civitatem & Diœceſin auctoritate noſtrâ, ſingulis diebus Dominicis prædictis, ſeu ſaltem ſi aliquâ earundem Dominicarum, obſtante impedimento legitimo, fieri non poterit, tunc proximo ſequenti Dominica, modo prædicto, debitè publicantes, ſeu publicari facientes, ſingulis Coepiſcopis & Suffraganeis noſtris per literas veſtras harum, & dictorum Articulorum ſeriem continentes, cum celeritate tranſmittere ſtudeatis: firmiter injungentes, quatenus ipſi in ſingulis eorum Eccleſiis Cathedralibus & Parochialibus ſuarum Civitatum & Diœceſium articulos & caſus prædictos, per ſingulos annos ad minus, in prædictis tribus Dominicis diebus, ceſſante impedimento legitimo, alioquin in proximâ tunc ſequente Dominicâ, quâ commodè fieri poterit, in vulgari publicè & apertè coram populo inter Miſſarum ſolennia diſtinctè legi faciant & exponi. Et quid feceritis in præmiſſis, Vos citra Feſtum *Pentecoſtes* proximò futurum diſtinctè certificetis per literas veſtras harum ſeriem continentes. Mandantes etiam ſingulis Confratribus noſtris prædictis quòd & ipſi Nos citra Feſtum Sancti *Michaelis* proximò futurum modo Conſimili certificare per ſuas literas non omittant. Datæ in Manerio noſtro de *Maidſton* viceſimo tertio die menſis *Februarii*, Anno Domini Milleſimo quater centeſimo triceſimo quarto, & noſtræ Tranſlationis viceſimo primo. A. D. 1434.

Hic ſequitur forma promulgandi Articulos ſententiæ Excommunicationis in vulgari.

Ye that pe be accurſyd that preſume to take away or pyke any Chirche of the right pat longyth perto, or elſe agayne ryght to ſtroy, breke or trubyll pe libertes of the chirche.

Alſo yee that purcheſes any maner of letterys from any temporall Courte to lett any proceſſe of Spiritual Juggys in ſuch cauſes as longyth to Spirituall Court: and all yee pat with pople and noyſe come to Spirituall Courte, and put the Juggys, or partyes pat there pletts in fer, or elis for els moche as the partyes ſeyn in Spirituall Courte ſuche cauſes as longyth to Spirituall Courte, make or procure any of the ſaid partyes, Advocats, Procuratays, or other Pynyſteras of Spirituall Courte to be endit or trayte, or anyſoſe be perpe.

A D. 1439.

Also yei yat presume to distroy or trobyll the ease and tranquillite of the Kynge and hys Reame of Englonde, and yo yat wrangfully withehold any ryght yat longythe to the Kynge.

Also all yo yat wetyngly berys fals wittnes, o3 procure fals witnes to be born, o3 els wetyngly bring forthe in jugment fals witnes to let ryght Patrimonie, o3 procure dysherytynge of any person.

Also all yo yat of malyce put any crime of sklandyr to any man o3 woman the whiche was not sklanderyt byfore amonge gude men any worthy, so that he o3 sche schulde be cauyde to jugment, a Purgacion assigned to hyme on the said crime, or grevyd in any other wise.

And also yo yat resyve the Kyngs writtys or mandements to take such as ben acursyde for neede o3 favour, o3 any other wilefull causys yei do nott delwe execucion theroff, and yo yat letts suche execucion, o3 procure wrongefull delyverannce of suche yat ben acursyde.

Ande all yo yat take waskynge or withedrawynge owte of house, Maners, Grangs, o3 odyr placys of Archbyschopes, Byschopes, or any other person of holy Chirche azéne their will, o3 azene the will off suche persons yat ben ordeynt ande deputede Kepers therof. Also all yo yat drawethe owte of Seyntary any man o3 woman yat fleythe to chirche or Chirche Yarde, o3 Closkyr fo3 gyrthe or immynyte of holy Chirche, o3 let or forbyde necessary lykelode to be gyffynge to suche persons beyinge withinne Seyntory.

And yo yat putt violent honds on Preste, o3 on Clerke.

Also all yoo yat use any wychcrafte, o3 gife therto faith or credence, Ande all fals jurowrs, and other yat be forswo3ne on boke, o3 off any other holy thing.

And all yo yat dothe Symonye o3 Sacrilege, Hereticks, Lollars, and Fawtowrs of yanie famole Thefys, robbers, reffers, and ravyshers, Falsarias of the Poppys, or the Kings, o3 off any Ordinary of holy Chirche.

And yei yat letten execucion of trewe Testaments o3 laste Wills, ande withebolders of Tyth, o3 any other Spirituall Commodytys yat longyth to holy Chirche. Amen.

Ex MS. *Æton.*

Constitutio ejusdem Henrici Chichley Cantuariensis *Archiepiscopi edita in Concilio suo Provinciali super augmentatione exilium Vicariarum incepto primo die Mensis* Novembris *Anno Domini* M CCCC XXXIX. *Anno Regni* Henrici VI. *Regis*, Angliæ & Galliæ *decimo octavo, quo anno* Felix IV. *vel* V. *a Concilio* Basiliensi *suffectus R. P.* Eugenio IV. *deposito.*

QUoniam propter nimiam prorogationem litium, quæ ex subtili ordinis Judiciarii observantia nonnunquam proveniens solet esse litigantibus, maximè pauperibus onerosa, Jure Communi statutum sit, quòd in quibusdam casibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura judicii procedi valeat: ac in nostra *Cantuariensi* Provincia multæ sint Ecclesiarum in fructibus satis abundantium exiles Vicariæ, quarum fructus propter repescentem modo pluſquam solito populi devotionem earundem Vicariis, etiam ut tenuem ducant vitam, non sufficiunt: contra quos insuper si ad augmentationem suæ portionis, coram locorum Ordinariis agant, per Rectores Proprietariosve Ecclesiarum hujusmodi, tot difficultates per exceptionum dilationumque dispendia opponuntur, quòd a propositis earum justis querelis propter inopiam & obtinendi in causa desperationem ab initio penitus desistere compelluntur, præsentis Concilii provida deliberatione Statuimus, quòd decætero in causa augmentationis Vicariarum exilium, quæ quibusdam casibus prædictis non multum absimilis est, similiter & eodem modo, si hoc petat pars actrix, videlicet summariè & de plano, ac sine strepitu & figura Judicii procedatur: Adjicientes quod Ordinarii locorum Vicarios affirmantes se eisdem proprio Juramento, paupertatis onere nimium prægravatos, causam augmentationis hujusmodi Vicariarum suarum prosequentes, in forma pauperum admittant, officium suum in hac parte gratis & liberaliter eis impendentes; necnon ab Advocatis, Procuratoribus, cæterisque Officialibus, & Actorum scribis Curiarum & Consistoriorum suorum patrocinia factaque gratis impendi faciant & liberaliter impertiri: talesque portiones hujusmodi Vicariis assignare curent, quales pro fructibus, & proventibus Ecclesiæ rationabiliter supetere, & ad onera quæ ad Vicarios pertinere debent viderint convenire: & quod non minor portio assignetur alicui Vicario, quam summa duodecim Marcarum, si ad tantam summam totius Ecclesiæ, cujus est Vicaria augmentanda, fructus integri se extendant.

Et ne locorum Ordinarii prætextu difficultatis citandi Proprietarios, & Rectores hujusmodi, qui nonnunquam moram trahunt extra Diœceses, in quibus consistunt Vicariæ, de quarum augmentanda portione quæstio versatur, sint ab executione suorum officiorum quomodolibet impediti, ejusdem Concilii auctoritate Statuimus, quòd in causis augmentationum prædictarum per Citationes in Ecclesiis, quarum Rectores aut Proprietarii extra Diœcesin Ordinarii demandantis Citationem hujusmodi demorantur aliquo die Dominico vel Festivo, cum major sive notabilis in eisdem affuerit populi multitudo, publicè & solenniter factas; in quibus Citationibus ad comparendum ipsis citatis ad minus dentur triginta dies, prædicti Rectores & Proprietarii perinde arcteantur ad comparendum, ac si essent Citatione hujusmodi personaliter apprehensi.

Incipit Constitutio Provincialis Domini Johannis Stafford *Archiepiscopi* Cantuariensis *tam gente stirpeq; quàm meritis spectatissimi, de Festo Sancti* Edwardi *Regis & Confessoris solenniter celebrando, edita Anno Domini* M CCCC XLV. *Regnante in* Anglia Henrico VI. *Felice* V. PP. Eugenio IV. *à Concilio* Basiliensi *deposito.*

JOHANNES permissione Divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Confratri nostro Domino *Thomæ* Dei gratiâ *Eliensi* Episcopo salutem & fraternam in Domino charitatem. Quanquam admonitione Divinâ per Sanctum *Davidem*, eximium Prophetam & Regem, de quo per Dominum dictum est, *Inveni virum secundùm cor meum*, jubeamur laudare Dominum in Sanctis suis, per quos, & quibus intervenientibus; idem Dominus & Deus noster plerumque pacem populo suo confirmat, interdum Pestes aufert & fames, solidat Principatus & Regna, conferetque victorias timentibus & diligentibus nomen suum: sed & per quos ex suæ miraculosâ potentia membris languidorum frequentissimè in desperatis languoribus Antidota votiva impertitur salutis: ipsos nihilominus Dei Sanctos, & Dominum in illis specialis Devotionis Prærogativa immensarum

sarum laudum præconiis, & obsequiosis honoribus attollere & venerari debet & tenetur omnis Ecclesia Christiana, quorum specialibus tenetur Patrociniis, & illustratur Miraculis gloriosis. Propterea Nos nuper; ut Divina Majestas perampliùs devotiùs & celebriùs suis glorificetur in Sanctis, in Sancta Matre nostra Ecclesia *Anglicana*, quæ inter cæteros Sanctos beatissimi *Edwardi* Confessoris & Regis piis consonetur suffragiis, frequentibus irradiatur miraculis, & cujus olim meritis traditur Historiæ regnum *Angliæ* ereptum fuisse de rabie & executione sævissima Paganorum, in Convocatione ultimâ nostrâ ex unanimi Venerabilium Confratrum nostrorum ac Cleri consilio & assensu, pensatis, quantum potuit nostra fragilitas, necnon devotissimi Christianissimique Regis *Henrici* Sexti Domini nostri supremi multiplicatis instantiis specialibus in hac parte, cujus Gloriosissimi Regis & Confessoris intercessionibus & Patrociniis sua Regnum & Celsitudinem tueri non ambigit, Constituimus, Decrevimus & Ordinavimus per nostrani *Cantuariensem* Provinciam Festum Translationis Sancti *Edwardi* prædicti, singulis annis decætero solenniter Celebretis & per vestras Civitatem & Diœcesin faciatis tam per Clericos quam per Laicos modo præmisso solenniter celebrari. Et quid in præmissis feceritis Nos citra Festum Omnium Sanctorum proximo futurum distinctè certificetis per literas vestras harum seriem habentes, Sigillo vestro consignatas. Datæ in Manerio nostro de *Croydon* primo die Mensis Octobris Anno Domini M CCCC XLV. & nostræ Translationis Anno Tertio.

Commissio Alexandri VI. *Papæ, ad inquirendum de Vita, Moribus, & Miraculis Regis* Henrici VI.

ALEXANDER Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus † Archiepiscopo
† Jo. Morton *Cantuariensi* & Episcopo *Dunelmensi* salutem & Apostolicam Benedictionem. Divinæ providentiæ altitudo nullis clausa limitibus, nullisque finibus terminata, cujus potentia inscrutabilis, & viæ investigabiles sunt, ad corroborationem & exaltationem Catholicæ Fidei, poni præter quam nullum aliud ad salutem fundamentum potest; & ut secundum Prophetam in suis Sanctis collaudetur, nonnullos ex hominibus, quos ad sui similitudinem formavit, suæ gratiæ infusione clarius illustrat, & Benedictionibus suis specialiùs prævenit & exornat, ut in illis Gratiæ suæ radiis singulari quadam prærogativâ virtutum & meritorum uberiùs circumfultis, suæ Majestatis potentiam ostendat, & per lumen Fidei quam in eis firmiter roboravit, ejus benignitate cognitâ, ad ipsius laudem & magnificentiam fideles ferventiùs inducantur, & Sanctorum, in quibus benedicitur & laudatur, precibus & meritis ad æternæ & incorruptibilis mansionis gloriam fæliciter producantur. Sanè ex literis charissimi in Christo Filii nostri, *Henrici* septimi *Angliæ* Regis illustris, ac etiam famâ quadam non vulgari, intelleximus claræ memoriæ *Henricum* Sextum *Angliæ* Regem, dum in hoc mundo ageret, vitæ sanctimoniâ, moribus probatis, ferventi in proximos charitate, & omni virtutis & sanctitatis genere claruisse; ac jejuniis, vigiliis, orationibus & misericordiæ operibus assiduè vacavisse, & duo magna & insignia Collegia pro sustentatione pauperum Scholarium, ad honorem Omnipotentis Dei, & ejus Gloriosissimæ Genetricis, in Regno *Angliæ* erexisse, fundavisse, & dotavisse; & tam eo vivente, quàm post ejus mortem Divina illius meritis & intercessionibus multa evidentissima miracula demonstrasse & quotidiè demonstrare. Nam cum ad ejus sepulchrum debita cum devotione accedunt, cæci videre, surdi audire, claudi ambulare, & quocunque infirmitatis genere oppressi, ipso *Henrico* quondam Rege intercedente, & Altissimo operante, sanitatem recipere dicuntur; cujus rei fama non solùm per totum dictum Regnum, sed etiam per alia loca vicina est mirificè divulgata; populique diversarum Regionum ad illum frequens concursus, & singularis devotio habetur, & continuè magis augetur à Deo, ut totius populi illarum partium firma sit opinio, quòd dictus quondam *Henricus* Rex Catalogo Sanctorum mereatur ascribi: quare præfatus *Henricus* Rex modernus Nobis humiliter supplicari fecit, ut aliquibus Prælatis illarũ partiũ, qui de vita & meritis ac miraculis, aliisq; suprædictis diligenter & prudenter inquirant, & Nobis per suas literas, super his quæ invenerint, relationem fidelem facerent committere, ac alias ad effectum Canonizationis dicti quondam Regis in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur etsi dicti *Henrici* moderni Regis desideriis annuere cupiamus, attendentes tamen hujus rei indicium Divinum potius quam humanum existere; & propterea pro tanti negotii magnitudine in illo maturè, graviter, & accuratè procedere intendentes, ipsius *Henrici* moderni Regis in hac parte supplicationibus inclinati, vestigiis etiam fœlicis recordationis *Innocentii* Papæ IIX. prædecessoris nostri, qui similem fecit Commissionem, inhærentes, Fraternitati vestræ, de qua etiam in magnis & arduis fiduciam gerimus in Domino specialem, per Apostolica scripta Committimus & Mandamus, quatenus ad Ecclesiam Collegiatam in Castro de *Wyndsor*, *Sarum* Diœcesi, in qua corpus quondam ipsius *Henrici* Regis sepultum est, insimul personaliter accedatis, & de vita, moribus, sanctimoniâ, charitate, devotione erga Deum, & piis operibus dicti quondam *Henrici* Regis, necnon miraculis, tam in vita quàm post mortem, aliisque consimilibus, quæ circa pondus tanti negotii requiruntur, diligenter, solerter, prudenter, cautè & maturè inquiratis, testes legitimos recipiatis, & præstito prius per eos debito Juramento, diligenter examinare curetis de loco, tempore, mense, die, nominibus, cognominibus, causâ scientiæ, aliisque circumstantiis, in talibus necessariis & requisitis, fideliter inquirentes; instrumenta etiam publica & alias Scripturas, universaque alia Probationum genera, ad hujusmodi negotium facientia videatis & diligenter examinetis, & personas apud quas fuerint ad illa Nobis exhibenda, per censuram Ecclesiasticam & alia Juris remedia appellatione remotâ compellatis; & quicquid in præmissis inveneritis, sub Testimonio Literarum vestrarum clausarum, vestris sigillis munitarum, per fidelem nuncium, ad Nos & Sedem Apostolicam transmittere curetis; ut Nos & illis visis & diligenter examinatis, & cum Venerabilibus Fratribus nostris communicatis, in hujusmodi negotio, prout illius magnitudo requirit, concedente Domino, ad ejus laudem & gloriam, ac Orthodoxæ Fidei exaltationem, ad ulteriora & magis specialia, si Nobis & eisdem Fratribus nostris visum fuerit, procedere valeamus. Datæ *Romæ* apud Sanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ *Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto*, Nonas *Octobris*, Pontificatus nostri anno tertio.

A. D. 1494.

A.D. 1508. *Statuta & Ordinationes Reverendi in in Christo Patris Domini* Willielmi Warham *Archiepiscopi* Cantuariensis *in Curia Audientiæ apud* Lambeth *editæ & publicatæ Tertio die Mensis* Februarii *Anno Domini* MDVIII. *& ejus Translationis, Anno Quinto, de Consensu omnium Advocatorum & Procuratorum ejusdem Curiæ. Regnante in* Anglia *tunc temporis Glorioso Rege* Henrico VII. Julio II. *Pontifice Maximo.*

Antistes ille optimus familiâ ortus est nobili & antiquâ in Agro Hantonensi, *educatus in Collegio* Wintoniensi & Oxoniæ *in Collegio Wicchamico; Rotulorum constitutus Magister, brevi post missus est à Rege Legatus ad Carolum* Burgundiæ *Ducem, dein* Londinensem *Sedem adeptus, biennio vix dum inde exacto,* Decanum (Harpsfeldio & Godwino *Testibus*) Wicchamicum *in Cathedra* Cantuariensi, *necnon in* Angliæ *Cancellariatu excipit, uti in Academia* Oxoniensis *Cancellariatu* Ricardum Mayew: *Quam & Togatos summo indelebilique amore & benevolentiâ complectabatur. Quem omnibus partibus & dotibus ornatissimum Præsulem in Album egregiè Literatorum misit* Erasmus, *veræ eruditionis Phosphorus & Summus Literarum Princeps.*

1. IMprimis Statuimus, Quod nullus officium Advocati seu Procuratoris in Curia Audientiæ præsumat exercere, nisi prius fuerit in Advocatum vel Procuratorem in Curia *Cantuariensi* admissus.

2. Item Statuimus, quòd causas pauperum Judex certis Advocatis & Procuratoribus gratis suscipiendas assignet, & tam Actorum Scribæ, quàm cæteri de Curia nostra Audientiæ, officium suum dictis pauperibus impendant Charitatis intuitu, quas causas Judex præ cæteris, & citius si poterit expedire teneatur, nihil pro examinatione processuum aut sententiarum literis executoriis, seu probatione sententiæ à partibus hujusmodi exigendo; & si Advocatus vel Procurator hujusmodi per Judicem eis assignatus, in eorum causis remissior aut negligentior, quàm in cæteris suis causis fuerit, seu Officium suum absque exactione mercedis eis non præstiterit, ab hac Curia nostra perpetuò expellatur.

3. Item Statuimus, quòd uno electo negotio sive incepto cæteri sileant Advocati & Procuratores, nisi fuerint in eodem negotio salariati, in ipso negotio ad Bancum accedant, quousque inchoatum expediatur negotium eâ vice, ac etiam honestè & modestè se habeant, & proponenda proponant cæteris Procuratoribus ab inceptione aliarum causarum tacentibus; Registri etiam ordo in causarum expeditione omnino observetur, ita ut prius illæ causæ expediantur, quæ priores in ordine Registri fuerint; nisi forte instans productio Testium, seu partium principalium, quæ sine dispendio differri non poterit, ejus ordinem ex æquitate quandoque postulet interverti. Et si quis Advocatus vel Procurator hujus Statuti pro celeri causarum expeditione inducti transgressor extiterit, juxta arbitrium Judicis puniatur.

4. Item Statuimus, quòd nullus Procurator in dicta Audientia Libellum, Exceptionem, Replicationem, seu quamcunque materiam justificatoriam, seu exclusoriam, vel directè contrariam, positiones vel articulos in Curia prædicta porriget, proponat, aut ministret in quacunque causa, nisi consilium alicujus Advocati dictæ Curiæ, officium Advocandi communiter in eadem exercentis, ad videndum hujusmodi Libellum, Exceptionem, Replicationem, materiam justificatoriam, exclusoriam, vel directè contrariam, positiones vel articulos prius habuerit, dummodo copiam Advocatorum ejusdem Curiæ habere possit; & si Advocatus Libellum, Exceptionem, Replicationem, materiam justificatoriam, exclusoriam, vel directè contrariam, aut positiones, vel articulos absque Salario ante sibi tradito videre, aut consilium eisdem adhibere recusaverit, tunc liceat Procuratori Libellum, Exceptionem, Replicationem, materiam justificatoriam, exclusoriam, vel directè contrariam, positiones, & articulos in quacunq; causa porrigere, proponere, & ministrare.

5. Item Statuimus, quòd nullus Procurator post litis contestationem, in præsentia Advocati ejusdem causæ aliquid petat per Decretum, nisi prius per ipsum Advocatum ejusdem causæ tunc præsentem petatur, & si aliquis Procuratorum hæc duo Statuta pro communi litigantium utilitate inducta, seu eorum aliquod observare neglexerit, ab Officio procurandi in hac Curia nostra, absque spe restitutionis, perpetuò expellatur.

6. Item Statuimus, quòd Auditor causarum in Curia nostra Audientiæ, deinceps omnia & singula præcedentia Statuta in primo die Juridico cujuslibet Termini, quo eum sedere contigerit pro Tribunali, & antequam aliquem actum Judicialem exerceat, per ejus Actorum Scribam publicè perlegi faciat: & tam dictus Auditor, quàm ejus Actorum Scriba, qui pro tempore fuerit, qui hoc facere neglexerit, tenebitur solvere Nobis & Successoribus nostris xx. Solidos Serlingorũ, pro singulis Terminis, toties quoties hujusmodi negligentia contigerit, præter & ultra pœnam arbitrariam, per Nos & Successores nostros imponendam cuilibet eorundè id facere negligenti, ratione suæ negligentiæ & contemptûs.

7. Item Statuimus, quòd quando propter senectutem vel valetudinem Testium, aut de consensu partium, vel aliâ justâ causâ fuerit pro examinatione Testium ad loca extra Curiam nostram mittendum, illud in prima vel secunda productione ante tertiam omnino fieri postuletur. Quòd si usque ad tertiam productionem omiserit malitiosè (quod eo ipso præsumetur si omissum fuerit) volens ulteriùs ad producendum eos admitti nullatenus audiatur, nisi fecerit fidem corporali præstito Juramento, quòd de novo ad ipsius pervenit notitiam, Testium hujusmodi Testimonium in causa sua vel negotio utile esse vel necessarium, aut eos senes vel valetudinarios extitisse, solennitate Juris, quæ in quarta productione requiritur, in suis casibus nihilominus observatâ. Nec tunc, cum mittendum fuerit, sit in voluntate partis contra quam conceditur missio, utrum Actorum Scriba ad id nostræ Curiæ vel alius destinetur, cumque plerumque sumptus examinatorum mittendo quantum seu valorem totius litis excedant; sed Judicis arbitrio committatur, utrum Actorum Scribam vel alium transmittat; vel, consideratione habitâ ad personas & causas, alteri personæ illarum partium Provinciæ receptionem & examinationem in debita Juris forma committat.

8. Item Statuimus, & Ordinamus, quòd nullus Advocatus in Curia nostra Audientiæ de cætero causam aliquam, quam suus Coadvocatus incepit, in se scienter assumat, nisi Coadvocatum suum infirmum aut absentem fore contigerit, aut suo Coadvocato in eadem causa associatus fuerit vel assistat; & qui contrarium fecerit, ab Officio Advocandi à Curia nostra Audientiæ expellatur.

9.

9. Item Statuimus, ut ſi aliquando Juſtificationem ſeu Exceptionem aliquam directè contrariam intentioni, vel Replicationem directè contrariam Exceptioni, aut Duplicationem Replicationi, ſeu deinceps in Curia noſtra Audientiæ proponi contigerit, hoc ſtatim fiat quoad Juſtificationem, ſeu Exceptionem directè contrariam intentioni, ſtatim poſt litis conteſtationem, aut ſaltem infra tertiam Seſſionem Judicialem, prædictæ litis conteſtationem immediatè ſequentem; & quoad Replicationem, ut id ſtatim fiat poſt Exceptionem propoſitam & admiſſam, aut ſaltem infra tertiam Seſſionem Judicialem poſt hujuſmodi Exceptionem admiſſam immediatè ſequentem; & ſimili modo quoad Duplicationem, aut proponatur ſtatim, aut ſaltem infra tertiam Seſſionem Judicialem poſt Replicationem propoſitam & admiſſam immediatè ſequentem; & ſic deinceps, ut ſic Probationes concurrere valeant ſuper eiſdem.

De Roſa Aurea Benedicta Regi Henrico IIX. *per ſummum Pontificem miſſa.*

VEnerabili Fratri *Gulielmo* Archiepiſcopo *Cantuarienſi Julius* Papa ſecundus. Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum *Henricum Angliæ* Regem illuſtrem, quem peculiari charitate complectimur, aliquo inſigni Apoſtolico munere in hoc Regni ſui primordio decorandum putantes, mittimus nunc ad eum *Roſam Auream* Sancto Chriſmate delibutam, & odorifico muſco aſperſam, noſtriſque manibus de more *Romanorum* Pontificum Benedictam, quam ei à tua Fraternitate, inter Miſſarum ſolennia per te celebranda, cum cæremoniis in notula allegata contentis, dari Volumus cum Noſtra & Apoſtolica Benedictione. Datum apud Sanctum *Petrum* ſub Annulo Piſcatoris die quinta *Aprilis* Milleſimo quingenteſimo decimo, Pontificatûs noſtri Anno ſeptimo. A. D. 1510.

Conſtitutio Officialis Cantuarienſis *de Arcubus, de Anni & Menſis adjectione in Inſtrumentis faciendis.*

DOminus Officialis *Cantuarienſis* Curiæ Conſiſtorialis de Arcubus pro Tribunali ſedens Decrevit & Statuit de aſſenſu & voluntate omnium exiſtentium in dicta Curia, abſente Decano de Arcubus, quòd ab illo die quibuſcunque Libellis, Inſtitutionibus, Exceptionibus, Replicationibus, & aliis Propoſitionibus de Excommunicatione Canonis ſive Concubinatus facientibus mentionem de repellendo teſtes vel partes de cætero proponendis, expreſſè fiat mentio in eiſdem Decretis de Anno & Menſe delicti perpetrati: alioquin propoſitio hujuſmodi non valeat ipſo facto. Et hoc idem Decrevit obſervari in quibuſcunque Excommunicationibus criminum, nec admittatur declaratio.

Clauduntur itaque Conſtitutiones tam Legitimæ Legatorum à latere Summi Pontificis cum ſolenni Interpretatione Domini *Johannis* de *Athona*, præmiſſis Summariis *Aſcenſianis*, quàm Provinciales in variis Conciliis per Archiepiſcopos *Cantuarienſes* editæ; necnon & quædam Statuta Regia ad Libertatem Eccleſiaſticam, aut Fdem Catholicam conducentia; cum Indicibus ſeu Tabulis toti operi præmiſſis. Quæ omnia, quantâ maximâ fieri potuit diligentiâ, in unum Codicem collecta, & à Juris peritis recognita & emendata, coimpreſſa ſunt ſolertiſſimâ accuratione atque arte, Impenſis *Richardi Davis* Bibliopolæ meritiſſimi, in Celeberrima *Oxonienſium* Academia, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Septuageſimo Nono.

INDEX

Index omnium quæ in Marginibus annotata ſunt.

A

Adminiſtratio Sacerdotum. 26
Advocati futuri quanto tempore ſtudere debent. 31
Æger remotus poteſt à Sacerdote ſine lumine viſitari. 13.
Affinitatem Spiritualem nota. 7
Altaris miniſtri non ſunt ſervitutibus ſubjiciendi. 15
Ambitio excæcat. 46
Anima eſt pretioſior corpore. 11
Appellari poteſt etiam ante ſententiam definitivam. 42
Articuli Fidei, & multa alia ſunt populo prædicanda. 28
Articuli ſeptem pertinent ad Chriſti humanitatem. 28
Arbores in Cœmeteriis creſcentes ad quos ſpectant. 48
Archidiaconi & eorum officiales quid habere debent pro inducendo in Beneficiorum poſſeſſionem. 50

B

Baptiſmi forma ſecundum Anglicos & Gallicos. 27
Baptiſmus etiam puerorum quandoque differri poteſt. 24
Beneficiorum Pluralitas eſt multum Juribus prohibita. 22
Beneficia non vacantia nullo modo ſunt conferenda. 53
Bibuli & edaces taxantur. 9
Bibliam in aliud Idioma transferre periculoſum eſt. 66
Bona Eccleſiæ an poſſint alienari. 4
Bona Eccleſiæ ſunt in pauperum uſus deputanda. 5
Bona Clericorum in quos uſus converti debent. 46

C

Capellani extranei qualiter ſunt admittendi. 67
Carcer ad quid inventus eſt. 54
Caſus in quibus crimina occulta non poſſunt abſolvi à ſimplice Sacerdote. 10
Cauſæ ſanguinis in Eccleſia tractari non debent. 10
Celebrare bis in die quando liceat. 7
Citatio in Hæreticos ubi fieri debet. 68
Citato ſufficientes dari debent induciæ. 30
Clericorum abuſus Laicos valde ſcandalizat. 44
Clerici criminoſi qualiter ſint puniendi. 21
Clerici non ſint Concubinarii. 10
Concubinæ Sacerdotum qualiter ſunt caſtigandæ. 21
Concubinatus prohibetur Clericis. 10
Confeſſores Monialium. 6
Confirmatio an poſſit dari non confeſſo. 14
Corpus Chriſti qualiter eſt manducandum. 27
Crimina non facile puniuntur ſine brachio Sæculari. 63
Curati non debent eſſe muti. 2
Curatorum occiſores qualiter punientur. 14

D

Decima quandoque debetur ex ſeptem. 34
Decimæ de quibus ſunt ſolvendæ. 1, 11
Decimæ quo Jure debentur. 14
Decimæ ſolvantur de bonis juſtè acquiſitis. 34
Decimæ de multis rebus in Anglia ſunt ſolvendæ. 36
Decimas recuſantes ſolvere qualiter puniuntur. 34
Decimas Dominus quare retinuit. 42
Dies Feſti in Anglia obſervandi. 57

E

Eccleſiæ bona an poſſint alienari. 4
Eccleſiæ bona ſunt in pauperum uſus deputanda. 5
Eccleſiæ non dentur ad Firmam. 6
Eccleſiæ per Laicalem poteſtatem non ſunt occupandæ. 27
Eccleſiæ immunitas protegit ad eam confugientes. 19
Eccleſiarum reparatio ad quos ſpectat. 50
Eleemoſynæ faciendæ ſunt. 6
Eleemoſynas facere coguntur Religioſi quandoque. 50
Epiſcopi correctio quatuor habere debet. 24
Epiſcopi quandoque ipſo facto ſententiam Excommunicationis incurrunt. 24
Eruditio Laicorum præcipitur. 26
Errorem approbare videtur, qui illi non reſiſtit. 64
Excommunicatio an poſſit fieri per inferiores Prælatos. 34
Excommunicatio in varios malefactores ferenda eſt. 30
Excommunicationum ſententiæ ſunt populo exponendæ. 23
Excommunicati carcerati ſine licentia ſuorum Prælatorum non ſunt liberandi. 27
Exitus Religioſorum prohibetur. 6

F

Feſta obſervanda ab omnibus in Anglia. 57
Fidei articuli diſtinguuntur. 28
Firmæ Eccleſiæ non dentur. 6
Forma Baptizandi in Anglico. 27

G

Guloſi, id eſt, Bibuli & Edaces taxantur. 9

H

Hæretici ſtatuæ & equo nigro comparantur. 64
Hæreſis & crimen læſæ Majeſtatis in aliquo conveniunt, ſeu coæquantur. 68
Homicidæ à quo ſunt abſolvendi. 28

I

Ignorantia craſſa dolo comparatur. 25
Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores qualiter puniri & citari debeant. 41
Interdictum multa mala facit. 41
Irregulares multi ſunt. 11
Jura parum valent ſine executoribus. 44
Juriſdictio Eccleſiaſtica quandoque per Principes multipliciter violatur. 47
Juriſdictio Eccleſiaſtica per Laicos exerceri non debet. 48

L

Laicorum ingreſſus ad Moniales prohibetur. 6
Legatum Concubinæ fieri non poteſt. 4
Locus indigni debet digno aſſignari. 67

M

Malefactores qui excommunicandi ſunt. 1
Matrimoniales cauſæ per quos ſunt tractandæ. 3
Matrimonia non fiant ſine Bannis. 42
Miſericordiæ opera quæ & quot ſunt. 29
Miſſam bis in die celebrare quando liceat. 7
Miſſæ in loco prophano celebrari non debent. 49
Monachi non ſunt recipiendi. 6
Moniales ultra annum in Religione viventes pro profeſſis ſunt habendæ. Similiter de Monachis. 32
Mortuarii ſolutio qualis erit. 9
Muliere decedente vir ſuperſtes non debet Mortuarium, ſed econtra. 9

N

Natura humana ab adoleſcentia prona eſt ad malum. 43
Non iteratum quid dicatur. 7

O

Objecta à Judicibus Sæcularibus contra Clericos reciantur. 54
Ordines Sacri ſunt ſeptem. 27

P

Paſſionis Dominicæ dies eſt in obſervatione. 41
Patronus quod tempus habet ad præſentandum. 2
Pax ponenda eſt inter ſubditos. 12
Peccata quæ ſunt dicenda majora. 12
Peccata Mortalia ſunt ſeptem. 29
Peccatum unum attrahit aliud. 59
Petrus inter Apoſtolos principatum tenuit. 64
Potationes communes. 9
Præcepta Deiſunt decem. 28
Prælati Eccleſiaſtici non ſunt ad forum Sæculare evocandi. 16
Præſentati intra quod tempus ſunt admittendi. 2
Præſentatus Præſentanti nihil dare debet. 3
Privilegium perdit, qui illo abutitur. 21
Proprium non habendum Monachis. 6
Prædicatoribus ſubveniendum eſt. 30
Prædicatio non omnibus permittenda eſt. 65
Prædicatio qualis eſſe debet. 65
Prædicatio certis perſonis eſt permiſſa. 63

Q

Quartæ partis exceſſio quid importet. 34

R

Religioſi quandoque ſunt tranſmittendi. 34
Religioſus non habet proprium, nec Teſtamenta facere poteſt. 6
Religioſus Eccleſiam &c. non debet habere ad firmam. 6
Religioſorum Refectorium. 6
Religioſi an poſſint eſſe Executores Teſtamentorum. 32
Religioſorum Statuta. 6
Religioſorum contractus. 56

S

Sacramenta ſunt ſeptem. 29
Sacrilegium eſt de Principis poteſtate. 64
Servanda in elevatione Corporis Chriſti. 26
Servientes Monialium. 6
Servi Teſtamenta poſſunt facere. 42
Silentium inter Moniales. 6
Singularitas fugienda eſt in Refectorio. 6

T

Teſtamenta Mulierum non ſunt prohibenda. 20

V

Verbum Dei eſt omni gladio penetrabilius. 15
Virtutes ſunt ſeptem. 29
Viſitatores quid à viſitatis exigere poſſint. 51

FINIS.

Geo: Lyonner pret: 1-3-a.

PROVINCIALE,

(seu CONSTITVTIONES *ANGLIÆ*,)

CONTINENS

Constitutiones Provinciales quatuordecim Archiepiscoporum CANTUARIENSIUM, viz. à *Stephano Langtono* ad *Henricum Chichleium*; cum Summariis atque eruditis Annotationibus, summâ accuratione denuo revisum atque impressum.

Auctore *GULIELMO LYNDWOOD*, J.U.D. Officiali Curiæ *Cantuariæ*, dein Privati Sigilli Custode, demùm Episcopo *Menevensi*.

Cui adjiciuntur

Constitutiones Legatinæ D. OTHONIS, ET D. OTHOBONI,

CARDINALIUM,

& Sedis Apostolicæ in *Anglia* Legatorum,

Cum Profundissimis Annotationibus JOHANNIS *de* ATHONA, Canonici *Lincolniensis*.

Huic Editioni nunc primùm accesserunt *Constitutiones Provinciales* antedictorum Archiepiscoporum, & aliorum, sine Glossematis in ordinem digestæ.

Omnia ab innumeris, quibus undique scatebant, erroribus atque mendis purgata ac restituta.

——*Ut monitus caveas, ne forte negoti*
Incutiat tibi quid Sanctarum inscitia Legum.
Hor. Serm. lib. 2. Sat. 1.

OXONIÆ,

Excudebat *H. Hall* Academiæ Typographus, Impensis *Ric. Davis*.

Anno Domini CIↃ DC LXXIX.

Aliis ergo videtur in hoc casu fore recurrendum ad consuetudinem Patriæ: & sic sentit *Franc. de Senis*, *Consilio suo* 38. Ego autem puto, quòd quoad Regnum illud hæc Constitutio subsit ad excludendum Episcopum, una cum Consuetudine in hac parte diutiùs observatâ, quæ talia relinquunt dispositioni Executorum, prout tenet *Archi.* & hic patet.

[a] *Necnon.* Secundò dicit,

[b] *Ab intestato.* Hic vide quæ scripsi *supra c. proxi. §. 1. verbo, intestato*, & qd 7. modis dicitur aliquis decedere Intestatus, notatur *C. de Coll. l. ut liberis. per Autorē.* Et nota, quòd etiam Pupillus, & alii qui non possunt condere Testamenta, jura communem usum loquendi, dicuntur Intestati, si tales moriantur: unde ubi Statutum concedit Ordinario Administrationem bonorum ab Intestato decedentium, habebit Ordinarius Administrationem bonorum talium decedentium. Ratio est, quia verbum, *Intestatus*, bene cadit in tales: & probatur *Inst. de hæred. quæ ab intest. in prin.* ubi dicitur, quòd *Intestatus* est, qui omnino Testamentum non fecit: nota, quòd dicit *omnino*, quasi diceret, sive quia noluit, sive quia non potuit. Si ergo dicas aliquem talem esse Intestatum proprie loquendo, satis constat locum esse Statuto. Si dicas talem fore Intestatum improprie loquendo, adhuc locum habebit Statutum; quia vunc dicitur Intestatus secundùm communem usum loquendi: & verum est, qd *Statuta* debent intelligi secundùm communem modū loquendi, qui prævalet omni propriæ significationi. *ut l. Labeo. de supell. le. per Bart. & l. liberorum. §. qd tamen Cassius. de leg. 3. et nota. per Pe. de Anchara. extra. de sepul. cum sibi. vers. ubi.* Et ex illo *c. cum sibi.* potes colligere, qd qui extremam Voluntatem committit dispositioni alterius, non decedit Intestatus. Dic ut ibi per *Inno.* & alios.

[c] *Solutis debitis.* Ære namque alieno deducto, quæ superfunt bona dicuntur. *C. de verbo sig. l. subsignatum. §. bona.* ubi in Glo. sunt plures Concordantiæ.

Quæ dicantur pia Causa.

[d] *Piæ causas.* Ubi patet, inter personas miserabiles, viz. Pupillos, Viduas, Peregrinos, & Pauperes studio proprio destitutos; item ratione morbi vel ætatis expositos: satis *ff. de. c. 2.* & per notata, dum tamen prædictæ Personæ pauperes sint, & non divites. *Extra. de offi. de leg. ex significatum.* & hi per *Jo. And. in 4. Sto. et 5.* Et præterea locum habent subscripta Præscriptiones; respectu verò Locorum potest poni exemplum, murus, *de offic. c. si dilectus l. si quis ad declinandum.* & *Orphanotrophia*, *C. de Epi. & Cle. extra. de reli. do. c. de Xenodochiis. et c. seq.* & quæ *c. quamvis*, est *singulare. C. de sacrosanct. Eccle. & Nicolaus I. allegat. et l. murus. C. de excusat. mu. li. 10.* Inter pias causas numerantur quæ relinquuntur ad custodiam Civitatis. *Ar. extra. de immu. Ec. c. 1 &* 2. Item ad reficiendum Pontem, Viarum, Murorum, & Fossatorum Civitatis, Cathenarum, & similia; maximè ubi necessitas imminet. *C. de sacrosan. Eccl. l. ad instructionem. C. de epi. per. l. omnes Provinciæ.* Item ad [illegible] Casus numerantur Legata ad Ornamenta Ecclesiæ, vel pro ejus Fabrica, vel pro Luminaribus, vel Anniversariis, vel aliis ad Divinum Cultum temporalem vel perpetuum spectantibus. *Ro. c. 2. li. 6. f.* Et idem est, secundùm quosdam, in his quæ legantur pro emendandis hostiis Ciriis: quod vide etiam per *Spe. de instrumen. §. nunc vero aliqua. ver. de hoc autem quæritur.* Ita intelligit Legata pro malè ablatis dicuntur Legata ad pias Causas, vide notata per *Jo. And. in addi. ad Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. add. nunque sic incipit. de his infra.* Ad pias etiam Causas legatur generaliter ubicunque legatur pro Animâ; in quo casu valet Legatum Patri & Matri pro Animâ relictum, dummodo sint pauperes. *C. de Epis. & Cle. l. si quis ad declinandum. ver. ubi autem. et ver. quis enim pauperior.* Si verò divites sint, non videtur tale Legatum relictum ad piam Causam. *C. de sacrosan. Ec. l. illud.* Prædicta colliguntur per *Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. nunc addi. Jo. An. ibi posita.*

[e] *Personis.* Sive Masculis, sive Fœminis.

[f] *Decedentium.* Hic oportet distinguere inter Clericos decedentes ab Intestato, & Laicos; item inter Clericos Beneficiatos, & non Beneficiatos. Et scias, qd quoad Clericos Beneficiatos decedentes ab Intestato, de Jure communi bonis occasione Beneficii provenientia debentur Successori. *Extra. eo. rplanxit. 2. §. insuper.* Alia verò bona, quæ habuit Clericus contemplatione Patrimonii, prius deferuntur Consanguineis, *ut hic dicit*, & illis deficientibus succedit Ecclesia. *12. q. ult. ubi de hoc. & q. 3. c. quicunque.* Et sic debet intelligi *Extra. de sep. ab intestato. c. 1.* In Clerico autem non Beneficiato si decedat Intestatus, idem est quod dixi in Clerico Beneficiato quoad bona sua propria, quæ habet non contemplatione Ecclesiæ, sed Personæ; ut videbimus primo loco dicendum Consanguinei, sive sint Agnati, sive Cognati: & facit ad idem *C. de hære. decur. l. 1. 2. & 3.* His deficientibus succedit Ecclesia, sicut patet in dicto *c. 1.* Si tamen talis Clericus prius fuerit fe-

[g] *Consanguineis.* Hæc dictio generalis est, tam quoad Clericos, quam ad Laicos. Et nota, quòd Clerici etiam virtutes inveniunt providere Consanguineis suis pauperibus, ut notat Glo. *de cele. Cle. & unalic. c. 1. ver. subaudi presul.* Unde & eis mortuis debet de eorum bonis ipsis subveniri, ut patet ex præcedentibus. Facit ad hoc *ff. mandati. l. si quandocunq. §. si tibi. 16. li.* non *sa.* Et qui dicantur *Consanguinei*, patet per *Instien in summa. ti. de cognagi. & affi. §. 1. et 2. et per totum.* & patet ex dictis in Glo. *ff. de suis & legit. hæred. l. 2. §. si.*

[h] *Servientibus.* Sc. secundùm Servitii meritū, arguendo contra legentem *extra. ut c. relatum. c. §. licet autem ibi servierunt.*

[i] *Propinquis.* Horum appellatione qui continentur, potest colligi *C. de usufr. proxim. per totum.* Et potest dici *propinquus*, sive ratione sanguinis, sive ratione loci, secundùm *Jo. Andream.*

[k] *Alliis.* Etiam Ecclesiis, dummodo sint pauperes.

[l] *Diœcesanum.* Sive Clericorum, sive Laicorum.

[m] *Diœcesanus.* Sic quòdlibet eorum unus, sed *singulus*, quasi cujus habuit, & secundùm *singularem* honorem. *22. q. 2. Valentinus. ad fi. cum. c. seq.*

[n] *Mihi dicit.* Similia habes *C. de Epis. et Cle. l. si quis ad declinandum. §. Si quidem. C. de Decim. & si quidem pro redemptione. ibi.* Et facit ad rem *extra. de. c. cum non.*

[o] *Alibi.* Ita. *Ad decimas sanctæ ecclesiæ, Clerum ad hoc C. de sacrosan. Eccle. Authen. quomodo oportet. C. de epi. Presb. l. 3.* Nisi Clericus aliquid reliquerit voluntate defuncti, propter id, ex quo defuncto nascitur, non potest dici pauperculus. *ff. de judi. si quis legatum. & l. tutoris. C. de excusat. tu. l. penult.* Circa istum locum facit *C. de sacrosan. Eccle. de rebus. si quis clericus. decret. de simoniis. Epis. §. Diœcesanus. coll. 11. f. de consti. Jud. 1. §. fi. et de elec. In distinguis*, aut Executor est solus, aut socius: primo casu non potest sibi aliquid retinere, ut forte Parochus sibi valide conferatur. *10. dist. decretor. 10. q. 2. hoc ipsum. ff. ut legata. Authen. quibus modis. extra. de sepul. c. fi. ff. de jurisdi. om. judi. l. qui jurisdictioni.* Et hoc verum, nisi ille conjunctus sit summè pauper. *Adde ad hoc 96. dist. passu.* Secundo casu poterit, ut prædicta *l. qd si cum. ff. qd cujusque univer. l. unli. & l. plautius. ff. de adop. l. si pater. §. quid dicemus.* Sic notavi per *Jo. And. in addi. ad Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed qd erit in Prælatis. addi.* quæ incipit, *continuatur hic alia.*

Sed hic quæro, cùm hoc Ordinarius sit, quòd Consanguinei & Propinqui distribuantur bona decedentium ab Intestato, numquid Ordinarius possit, aut teneatur, de Jure, aliquam partem hujusmodi bonorum distribuere inter filios Defuncti Spurios, vel Bastardos? *Jo. An. in addi. primitiæ.* dicit, quòd de quota aliqua Jus Filiationis nihil sibi detinet, Tabbati tamen tanquam pauperibus, qui nihil pro delictum parentum demeruerunt, pro viam Elemosynæ possit providere. Facit ad hoc *Extra. de ea qui desit in matrimo. quam sol. per addit. c. cum haberet.* & quid ibi notatur in *fi. alii. glo. de alijs quæ dicuntur*, quæ concernunt Executores legitimos, vide per *Spe. ut d. §. nunc verò aliqua. vers. sum certa ratione. aliquod vers. illud autem quæritur. ante addi. Jo. An. ibi positas.* Unum tamen circa istud, quòd Executor alijs legitimum tenetur de bonis Defuncti facere Inventarium, & de quolibet illi pertinente rationem reddere rationem; sunt planè legitur *C. de Epis. et Cle. l. nulli. §. nunc autem.* Inferiores viz. Ordinarii autem Episcopo, Episcopus eorum Archiepiscopo, qui in hac parte vices Rectoris Provinciæ, de quo loquitur ibi Textus. Archiepiscopus autem de Administratis per eum suis Confratribus in Concilio Provinciali reddet rationem; non tamen ab eis, si quid suspicionis fecerit, redarguendus est, sed suo Superiori, viz. Papæ super hoc denunciandus.

denunciandum: *Id.* verùm quæ leguntur & *extra tit. de Præben. grave.*

a *Nisi forsitan.* 3. dictum. Et nota, quòd hæc dictio, *forsitan*, potest sumi affirmativè: sic aliàs sumitur *Extra. de renunc. c. nisi cum pridem. §. pro conscientia.* & ibi *per Ber. in ver. forsitan.* Potest etiam legi dubitative, sicut aliàs sumitur in *c. magna. de re. & re. ubi de hoc in glo. verf. forsitan.*

b *Rationabile.* Ista Rationabilitas exactur *infrà. ea. c. prud.* ibi videas.

c *Retinendum.* Est enim regulare, qd pro debito naturali, ubi non datur Actio, potest quis uti Jure retentionis. *ff. communi. di. l. in hac judicium.*

d *Sub pœna.* 4tum dictum.

e *Ecclesiasticos Judices.* Intellige de Inferioribus Episcopo; nam Episcopi hac pœnâ non ligantur, eò qd de eis non fit mentio specialis. *de sen. Excom. c. quia periculosum. li. 6.*

f *Ipso facto.* Et sic pœna est sententiæ latæ.

g *Donec.* Pro ista Clausula quid imponer, vide *supra. de foro compe. c. 1. ver. donec. & ver. satisfecerint.*

h *De præmissis.* sc. Impedimentis quod Executores, de quibus dictum est in principio Capituli. Item de usurpatione bonorum decedentium ab Intestato, ut patet in *ver. autem.*

i *Satisfecerint.* sc. In primo casu, restituendo bona his ad quos pertinet distribuenda. In secundo casu, distribuendo ipsa bona, ut hic mandatur.

k *Competenter.* Circa hoc *vide quæ scripsi supra. de foro compe. c. 1. ver. competenter.*

Pro Approbatione & Insinuatione Testamenti nihil usurpet Superior; pro labore autem scriba justum duntaxat Mercedem: quæ si supra viginti & circa centum Solidorum sit bonorum summa, non excedat XII Denarios, sed pro ratione istic assignatâ competatur. Similiter ultra centum Librarum Summâ erit hic assignata Mercedis ratio, quam excedere, ad dupli restitutionem cogatur.

Idem.

[1] Adeò quorundam, [m] & [n] nisi forsan aliquid [b] rationabile pro ipsorum Ordinariorum labore fuerit [c] retinendû, [d] sub pœna Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, quam [e] Ecclesiasticos Judices in contrariû facientes incurrere volumus [f] ipso facto, [g] donec [h] de præmissis [i] satisfecerint [k] competenter.

[1] Adeò quorundam. Hæc est Constitutio ejus cujus & præcedens, & habet quatuor puncta. In primo enim quid recipi vel non recipi debeat pro Insinuatione Testamentorum. In secunda ibi, *Quod si aliquod*, erat quid recipi debeat pro laborantes circa Auditionem Computi secundùm minus & majus. In tertia ibi, *Si verò quicquid*, adjicit portam contrafactionibus. In quarta ibi, *in ipsa*, limitat tempus dandi Acquietantias supra Relationibus.

m *Et infrà.* Hic decidit causa movens editionem hujus Statuti, quæ satis patet in integra.

n *Pro Probatione.* i.e. Probationem recipiendo.

o *Approbatione.* i.e. Decreti super valore Testamenti spoletione.

p *Insinuatione.* i.e. Apud Acta Judicis Publicatione vel Transumptione. *C. de ti. li. l. publicam.* ubi de hoc, & dic *supra. eo c. item quia locutus. ver. insinuationem.*

q *Quorumcunque.* Sive Divitum, sive Pauperum, sive Procerum, vel Plebeiorum.

r *Ordinarios.* Loquitur itaque de ipsis Judicibus, quos vult suum Officium impendere gratis: & concordat in simili *C. de Epis. et Cleri. l. nulli. §. cum autem. C. eo. ti. l. Consulta Divalia.*

s *Omnino.* i.e. Ullo modo: ut hic *Additione, omnino*, habes *extra. de jureju. c. ex si Christus.* ibi, *dico vobis non jurare omnino.* ubi exponitur *omnino*, i. e. pro quacunque causa levi. Aliquando exponitur *omnino*, i. e. nullo modo. *ff. de fidejuss. l. Gravi. §. illud.* Sed ibi sic exponitur, quia negatio sibi sequitur, cum dicit, *omnino non obligari* secus esset, si negatio præcederet. Item concordantia de hac dictione *omnino* ponit *Archi. de elect. c. licet Canon. ver. omnino, li. 6.*

t *Per Clarissi. Vers.*

v *Insinuationem, Insinuandi.* Et hic videtur apponi Approbationem & Insinuationem supponere pro eodem, viz. pro Actu Publicationis ipsius Testamenti: aliàs, si ponerentur ut diversa, reperiretur quod prius dixit de Approbatione. Hic tamen adverte, quòd Clerico scribenti hujusmodi Insinuationes limitat pro labore tantùm VI. Denar. Nunquid ergo si contingat Testes in Probatione Testamenti examinari, & oporteat eorum Depositiones scribi, contentabitur Clericus scribens tantùm VI Denariis? Puto quòd non: imò secundùm quantitatem laboris sic sibi Remunerandum: & idem intelligo, si Testamentum prolixum sit in scriptura, & ipsum oporteat Registrari, ut viz. eviam tunc Registrarius pro suo labore congruam Remunerationem recipiat. *Ar. ad hoc Authen. de judi. §. in ea. coll. 6. 12. q. 2. c. Ecclesiasticis. C. de offi. præfec. Prætor. l. in nomine Domini. §. penul.* Et notabiliter ad hoc facit quod legitur in *Extravag. Jo. 22. cum ad sacrosanctæ §. si verò eisdem.*

x *Seu Denarios.* Hæc Summa limitatur ad certum, ut eviteretur difficultas conveniendi cum Notario, qui aliàs circa hoc se gravem exhiberet. *de rescrip. c. statutum. §. Notarium. li. 6. C. de jure fisci. l. facultas. li. 10.* Et si quæras quare Constitutionis Lator ad hanc Summam taxavit, & non ad ampliorem vel minorem; Respondeo, quia sic sibi placuit, unde est pro ratione voluntas. *ff. de verbo. prius l. 1.* Et talem Summam pro labore arbitratus est sufficere. *Ar. C. de temp. in integ. resti. l. supervacuum.* Sed quæro, cujus sumptibus satisfiet Clericis hujusmodi scribentibus? Dic quòd sumptibus eorum qui procurant hujusmodi Insinuationes fieri, saltem de bonis Defuncti. *Ar. ad hoc C. de jure deli. l. sciunt. §. in computatione.*

Quæstio.

y *Qd si aliquod.* Secunda pars.

z *In Computo.* sc. Numeratione sive calculatione Summarum bonorum contentorum in Inventario.

a *Triginta Solidorum.* sc. Usualium de Moneta *Anglia.*

b *Excedere.* Sic ergo in Summa XXX Solidorum, vel minus, non habet locum, qd hic dicitur; sed usque ad summam illam erunt computantes liberi.

c *Centum Solidos.* sc. Usualis Monetæ: & sic intellige per totum hoc Capitulum, licet tamen verum, qd *l. Consulta Divalia. C. eo. ti.* loquitur de centum Solidis non usualis Monetæ, sed legalibus; qui Solidi, in quibus differunt, dixi *supra. eo. ti. cuidam quia locorum. ver. solidos.* sed plenius *supra. eo. c. statutum. §. Testamenti, ver. Laicis.*

d *Pro Computo.* i.e. Auditione Computi, vel actu computandi, agendis omnibus sive in Jure sive in facto consistentibus.

e *Circa ipsum.* sc. Computum. Sed quid si in Auditione Computi insurgat Cleriko alicujus vel aliquorum faciendi, forsan ex Decreto eorum qui sunt Auditores & Judices Computi: numquid licebit his, quorum interest, pro talibus aliquid ultra Summam hic limitatam recipere, viz. ultra XII Denar. de quibus *infrà* sequitur? Ultimo quòd sic; quia hæc potiùs concernunt rationem Computi extrinsecam quàm intrinsecam, maximè cùm Computus de se non sit perfectus neque plenus. Hæ namque Constitutio habet intelligi de Computo pleno & perfecto, aliàs autem nihil actum esse dicetur. *C. ad Sylle. l. cæca ad Syllæum.* Nam Legislator non videtur de re imperfecta sensisse, ut sibi patet. *Contor.* habes ad idem eadem *l. in glo. ulti.*

f *Acquietantiarum.* De materia Acquietantiarum videre poterit potata *per Cy. C. de transac. li sub. pretextu. ver. justa præmissa quæro. & C. de excep. l. si ex majore. per eundem, et dicam infrà. eo §. ulti.*

g *Aliis quibuscunque.* Hæc Clausula generalis comprehendit omnes casus, de quibus Constitutionis Lator non potuit providere in specie; nam in Constitutione aliqua non possunt singuli casus occurrere valentes comprehendi. *ff. de legi. l. non possunt.* Potes tamen istud intelligere pro Membrana, pro Cera, pro Sigillo, & aliis, sine quibus talia expediri non possunt.

h *Episcopi.* De his principaliter loquitur, quia eorum circa præ dicta principaliter versari debet Officium; ut patet in pluribus locis superiùs allegatis.

i *Ordinarii.* sc. Inferiores Episcopo.

k *Deputati.* i. e. Commissarii.

l *Ab eis.* sc. Episcopis, vel inferioribus Ordinariis, juxta ea quæ dixi *supra. eo. c. statutum. §. Testamentis. ver. approbatis. ver. sed nunqd.*

m *Audientes Computi.* i.e. Auditores forsan ad hoc deputati.

n *Ministri alii.* Utputà, dictorū Ordinariorum, Commissariorū, vel Auditorū Clerici servientes, vel alii in talibus Experientiam & præxim habentes. *Ar. ad hoc. C. de judi. l. certi juris.*

o *Computis.* i.e. Calculationibus.

p *Intendentes.* sc. Operam dantes.

q *Ultra duodecim.* Minus tamē licet recipere. *C. de dilu. l. 1. ma-*

xime

nimè ubi Partes conveniunt de minori Summa. *Ar. ff. de no. pe. nunci. l. 1. §. inde quæritur.* Sed si non conveniant, ad minus deberet ista Summa.

a *Recipere.* Etiam à gratis offerente. *Ar. ad hoc de cens. c. exigit. de rescrip. §. Statutum. §. si quis autem. li. 6.*

b *Si verò. Vers.*

c *Minus tamen.* Si ad modicum *minus* se extendat, bene poterit locum habere quod hic statuitur. *Arg. de con. di. 2. c. vestra. ff. de in integ. resti. l. scio. ubi de hoc.*

d *Alii prædicti.* sc. Auditores, Commissarii, vel etiam Episcopi.

e *Labore.* sc. In audiendo hujusmodi Computum, & vacando eidem.

f *Aliis suprascriptis.* i. e. Quomodolibet agendis.

g *Penitus.* i. e. Prorsus ex toto. Sic aliàs sumitur *de offi. ordi. cardinarii. ver. penitus. per Jo. An. de Cleri. exco. c. unico. per Archi. li. 6.*

h *Sed si viginti. Vers.*

i *Literis.* sc. Acquietantiarum.

k *Si verò Summam. Vers.*

l *Non præsumunt.* Sed quid si Inventaris hujusmodi excedunt centum Libras? Dic quòd tunc pro singulis Summis excrescentibus servabitur Ordo prædictus, quousque deveniatur ad alias centum Libras, & sic de cæteris; undique namque est eadem ratio, undè idem erit Jus. *ff. ad l. Aquil. l. illud autem. de pœn. pact. fin. §. ultimo. extra. de constr. utili, e. cum dilecta. §. non igitur.*

m *Clericis tamen. Vers.*

n *Acquietantiarum Literis.* Causa hoc videtur esse litera, quæ ponitur *supra. in prin. ibi. Acquietantiarum literis &c.* Solutio. Litera debet intelligi hoc casu concerne. Episcopos, Ordinarios, Commissarios, Archidiaconos, aliosve Ministros, quibus forsan ex suo Officio incumbit quitantias concedere & sigillare: hoc loquitur inquantum concernit Clericos Exactores, quorum labor non erit sine mercede. *C. de proc. quæ in urbe. l. quoties. li. 12.* & dicit *supra* eo. *ver. substantiales hujusmodi. ad fi.*

o *Accipere.* Non dicit quantum, sed moderatum debet esse talis accepcio, ut sc. quantitas recipiendi moderetur, & commensuretur secundum quantitatem laboris. Non enim debet recipiens esse onerosus, nec solerter nimis parcus, juxta illud. *Onerosus Creditor, nec delicatus Debitor audiendus est. ff. de pig. act. l. si servus. in fi.* Debet enim in talibus attendi quod solemne est boni. *de offi. ordi. delatum. de sen. Excom. venerabilis. §. denique. li. 6. cum similibus.* Scylus namque & Confusio Contrarium. & locorum singularium servanda sunt. *Ar. epistolam ad hoc C. de jur. incum. l. 1. §. sed si quæ. ff. de constitu. ea literis. ubi de hoc per Bofiam. de testimo. fal. c. quam graves. ff. per locum. de offi. leg. quod transsentemus.*

p *Si verò quemquam.* Tertia pars.

q *Duplum.* Simile habes *de const. c. 1. §. autem. li. 6. & c. exigit. ea. li.* Sic in hoc duplo forsan inest aliquod simplum, illud sc. quod ultra recipit. Facit ad hoc *de cens. c. Præterea nonne. in fi. ubi de hoc in glo. ultima.* Et facit ad hoc notata *per Dulla. c. plerique. de immuni. Eccle.* Ibi tamen dicit Innocen. quòd illud quod injustè receptum est, restitui debet illi à quo receptum est. Illud autem, quod adjicitur per viam pœnæ, habebit Ecclesia, & sic secundum hoc in duplo inest simplum: littera tamen hujus Constitutionis videtur innuere, quòd illud duplum totum retinere nomine pœnæ, dum dicit, *duplum ejus quod recepit*, Ex ad illud facit *Inst. de obligatione quæ ex malefi. nasc. §. fi.* Huic tamen ad primò dictum est videtur *concur. de probat. ff. pelligo. l. hoc Edicto. §. quæremus. ubi dicit Bart.* od quando Statutum dicit, quòd aliquis solvat *duplum*, quæritur an sit simplum rei persequendi, & aliud pœnale. Ubi verò loquitur in materiis mere pœnalibus, ut plerunque illud quod erat simplandum. *ff. quod me. causa. l. si cum exceptione. §. 1. & §. quadruplatus.* Ex illud simplum in dubio intelligitur duplo, ut patet *d. §. quæritur.*

r *Cathedralis Ecclesiæ.* Videretur potius hoc esse restituendum ei à quo malè receptum est. *de cens. c. exigit.* Dici potest, quòd illud malè receptum restitui debet, residuum verò applicabitur Ecclesiæ Cathedrali nomine pœnæ, secundum *Inno.* qui sic sentit *de immuni. Eccle. c. quia plerique. ver. pauperibus.* Et ad hoc optimè facit ista Textus ejusdem *c.* & *in c. Præterea nonne. cum. de cens.* Ista tamen littera videtur innuere, quòd totum illud duplum applicabitur Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis; unde tunc oportet dicere, quòd propter hoc duplum, simplum, etiam malè receptum, est restituendum; aliàs peccatum non dimitteretur, ut *in re. jur. peccatum. li. 6.* maximè ubi Persona recipiens novit à quo vel à quibus recepit. Circa hanc materiam sc. malè receptorum, quomodo quis teneatur ad restitutionē, notantur optimè *de immuni. Eccl. c. quia plerique. per tot.* & *de pœn. & remis. c. fi. per Bofiam, in summa.*

s *Loci.* sc. Ipsius recipientis. Vel dic, *loci*, sc. in quo aliquid tale malè receptum est. *Ar. de fori compe. c. 1. §. contrahentes. cum glo. Dulla. ibi positis. li. 6.*

t *Infra quatuor.* Simile habes *de cens. c. exigit. li. 6.*

u *Reddere.* Quomodo differunt *reddere* & *dare*, potes colligere *ff. depositi. l. 1. §. elegenter. & de pecul. l. Stichum. §. si heres.* Unum tamen pro alio quandoque ponitur. *Extra. de decimis. c. 1. ver. decimarum. circa medium. per Archidia. li. 6.*

x *Aliequin.* sc. Si non reddat.

y *Extunc.* sc. Lapso Mensis. *C. de cundi. & denun. l. 2.*

z *Episcopi.* Horum suscepusione cognoscitur & Archiepiscopi. ut in. *§. 2. An. de fun. Excom. c. quia periculosum. ver. de Episcopis. li. 6. ubi videtis.*

a *Tempus.* sc. Mensem.

b *Restituere.* Potes dixit *reddere*; & simile habes in *c. exigit: gratia. de cens. li. 6.* In casu tamen nostro stat impropriè, ut loris patet, cum non loquatur de Persona à qua receptum est.

c *Ingressum Ecclesiæ.* Quæ talibus enim incipiendum est primò à leviori pœna. Vel *cumve. de offi. delog. c. 2. li. 6.*

d *Interdictum.* sc. Ipso facto: unde si interim celebrent in Ecclesia sicut prius, efficiuntur Irregulares: & si moriantur, non debent sepeliri in Ecclesia, nec in Cœmeterio. *de sen. Excom. c. is cui. li. 6.*

e *Inferiores.* Ex hoc, quod hic sequitur, potes colligere, quòd magis punitur minor quàm major. Pro quo dic ut *ff. per Bar.* & *alios de pœnis. c. cum quidam.*

f *Officio & Beneficio.* Sufficiebat dixisse solùm *ab Officio.* Nam suspensus ab Officio, per consequens suspensus est à Beneficio. *6. q. 1. si quis Presbyter. de app. c. pastoralis. 32. dist. cui.* Tu dic circa hoc ut dixi *supra. de constit. c. 1. super eo. ver. ad fi.*

g *Sed postea.* Ubi si interim celebrent ut prius, efficiuntur Irregulares, nec possunt absolvi ab alio quàm à Papa. *de sentent. & re judi. c. cum oriri. de sen. Excom. cum medicinalis. li. 6.*

h *Quousque.* Ex hoc facta restitutione statim fiat absoluti. *ff. di. si quis non suis causis. de sponsa. c. non est. & sic no. Jo. An. de cens. c. exigit. ver. quousque. li. 6.* Ex hoc verum intelligi, quòd non requiritur segunda Absolutionis. Sed quia posset esse dubium, an satisfactio necne, ideo super hujusmodi satisfactione necessaria est Declaratio. Circa quod vide quæ scripsi *supra. de fori compe. c. 1. ver. sed numquid.* Ibi, *plenam.*

i *Plenariam.* Simile habes *de cens. c. exigit. li. 6.* ubi est omnino contrarium Litera.

k *In ipsa verò.* Quarta pars. Et dic, *in ipsa*, sc. in ipso Actu Probationis vel Informationis.

a *Postea.* i. e. Incontinenti, sive ex intervallo.

b *Ante.* Sume quod est *infrà. redditionis &c.* Esset enim quædam inconvenientia aliquem liberare à Computo, qui nullum vel minus plenum Computum reddidit.

c *Fideliter.* i. e. Plenariè. *Extra. ea quæ sunt in tua.* Ut sic dictio *&*, hic posita, ponatur pro *id est*, & sic stat exponitive. Ille namque, qui tenetur Rationes reddere, tenetur etiam de reliquis respondere. *ff. de cond. ex lemon. l. quatenus.* Et hoc verum intelligas in Executore particulari, secus in universali, qui est in loco Hæredis; ut dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. reddere rationem.* & *§. testamentum. ver. officium, ad fi. glo. & ex. ita statuimus. ver. propriis suis bonis.* Sed quæro, numquid Ordinarius poterit talem Executorem liberare à Computo sine Ratione reddenda? Videtur quod sic, sicut aliàs de confectione Inventarii dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. inventarium. ver. Ordinarius etiam.* Et sic per consequens poterit eum acquietare, Computo non recepto. Æstimo tamen contrarium esse verum; nam si Testator non potest liberare Executores à Ratione reddenda, ut legitur *Extra. ea. c. ita nos.* & dixi *supra. eo. c. Religiosi. ver. rationem.* multò minùs Ordinarius hoc poterit: ratio est, quia esset contra Jus publicum. *ff. de adim. leg. l. quidam decedens. ff. de testa. tu. l. jure nostro. cum similibus.* Redditio namque Rationis non solùm concernit Ordinarium, sed alios quorum interest; ut dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. Ordinarius etiam.* Aliàs, si Rationis redditio posset remitti, de facili daretur Executoribus via omnia retinendi & sibi appropriandi, contra illud quod legitur *extra. ea. c. tua nos.* ibi, *aliis usibus &c.* Facit *Inst. ut. lo. rep. §. Sed ut duo talia. de diver. quæstio. §. penul. cum similibus.* Sic videtur sentire *Host. d. c. ita nos. ver. testatoribus.* Dicit tamen, quòd ubi Executor ex voluntate, & non ex oppressione fuerit in se tale onus, non tenetur ad Rationem, nisi ex bono & æquo Judicis arbitrio faciendam. *Arr. ff. de adm. tut. l. qui filiam. ad fi. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. filiam. ad fi. ex h. eruditur. §. igitur cætera.* Et præmissis adde quæ dixi *supra. eo. c. Religiosi. ver. rationem.* Sed ecce cùm Executor teneatur fideliter administrare bona Defuncti, & eis reddere Rationem, ut hic dicitur, & talis redditio Rationis, ut regulariter, fieri debet: Administratione impleta, ut dixi *supra. ea. c. statutum. §. inhibemus. ver. reddere rationem. ver. & sciat.* Quæro, infra quod tempus debet compleri talis Administratio? Circa cujus Quæstionis Solutionem dicunt aliqui, quòd hoc debet fieri secundùm qualitatem injunctæ Executionis, & sic non est dare tempus certum. Alii dicunt, quòd debet fieri infra Annum à die Administrationis receptæ. *C. de Epis. & Cle. l. nulli. §. cum autem.* Tertia Opinio est, quòd Annus debet computari à die factæ Monitionis per Episcopum de exequendo. *Auth. de Eccle. titu. §. si autem quis facere. de hæred. & falf. §. si quis non impleverit. extra. ea. c. nos quidem.* Quarta Opinio est, quòd hoc tempus relinquitur Judicis arbitrio. *Ar. c. de rescis. extra. de offi. deleg. ff. de jure deli. l. 1.* Petrus de Ancharano *dicto c. nos quidem.* dicit; quòd ubi tempus est limitatum per Testatorem, tunc illud tempus currit à tempore aditæ Hæreditatis & scientiæ. *ff. de statuli. l. stabilib. §. si quis hæres.* Alias autem ubi tempus non est limitatum, dabitur Terminus per Episcopum ad implendum plam Voluntatem Testatoris; & tunc tempus currit à die Monitionis; ut *dicto §. si quis non impleverit.* Fredericus de Senis dicit, quòd hoc tempus erit Annale tantùm; ut *dicto c. Nos quidem.* nisi ille, ad quem pertinet, fuerit justè causâ impeditus; & sic ipse notat *Consilio 124.* & circa hoc vide notata per Speculatorem, *ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in ver. illud etiam quæritur.* & ibi per Jo. An. *in add.* quæ incipit, *Hic omnino vide.* potes videre quales Expensæ allocari debent Executoribus in redditione Computi.

d *Acquietantiarum Litera.* De his dedi Remissiones *supra. eo. c. ver. Acquietantiarum.* Sed pone, quòd de facto Ordinarius cum Rationes fideliter redditas, fecit Executoribus Acquietantiam generalem de ulteriùs non reddendo Rationem; in quo valet talis Acquietantia? Dic, quòd valet quoad ea quæ prius fideliter Administrata sunt, & in Computum deducta, dum tamen dolus & fraus absint. Nam aliàs in generali Quietatione non veniunt Gesta per dolum vel fraudem: *ff. de lite. leg. l. Lucius. & l. Aurelius. in fi.* nisi etiam dolus expresè sit remissus; ut in *l. actione. C. de transac.* Et hoc verum est, ubi talibus Executoribus aliquid adest; quia forsan aliqua de bonis Defuncti subtraxerunt, vel aliqua retinent, & sic sunt in dolo: nam tunc ad talia non extenditur talis Acquietantia, ut *dicta l. Lucius. & ff. de pactis. l. vos fratres.* Si verò nihil eis adest, tunc dolus videtur remissus. Et sic intellige *Glossam* quam habes *dicta l. actione. C. de transac.* ubi verò talis Acquietantia concernit Administrationem futuram, nunquam potest intelligi remissus dolus, etiamsi hoc sit expressum. Facit *l. si omnis. §. illud. ff. de pactis. & l. quidam decedens. ff. de adimend. le.* & sic stat *l. si quis rationes. ff. de liberat. lega.* Imò non obstante tali Acquietantiâ tenetur ex bono & æquo reddere Rationem, ut prædicit *supra. glo. præcitata.* Hanc materiam habet *Bart. ff. de lib. leg. l. ab Aurelio. §. Gaius.* & notatur per Petrum de Ancharano. *extra. ea. c. Johannes. ver. quinto quæri. & Alii* ibi *seq. sequentibus.*

e *Suspensionis.* Hanc pœnam in hoc casu non incurrere Episcopi, eò quòd de eis non fit mentio specialis, ut patet in *c. quia periculosum. de sen. Excommuni. li. 6.*

f *Sex Menses.* Incipiendo hos sex Menses post Literas hujusmodi realiter concessas. Nam pœna quæ ipso Jure incurritur, non committitur ex delicto inchoato, sed consummato; sicut notatur *de Regu. Ju. c. in pœnis. per Jo. An. in Novel. li. 6.* ubi de hoc optimè.

---

§ *QUia sæpe.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford* Cantuariensis Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo ponitur Statuti Editio. In secundo ibi, *Defunctorum*, ponitur quædam exceptio. In tertio ibi, *Sub pœna*, adjicitur pœnæ comminatio. *Divisio.*

h *Statuimus.* Ex hoc apparet, quòd est Jus novum.

i *Ecclesiastici.* Quorum Officium circa ea quæ sequuntur versari debet inter cætera eis incumbentia.

k *Memoriis.* i. e. Exequiis, de quibus habes 13. *q. 2. c. pro defunctis. & c. Animæ defunctorum. & c. q. c. non abhorremus.* ubi patet ideo generaliter pro Regeneratis omnibus solemnes Orationes fieri; quia non discernimus qui sunt hi, quibus prosunt, aut quibus non prosunt. Et ideo melius est, ut talis superfluo his, quibus non obsunt nec prosunt, quàm ut desint his quibus prosunt, ut ibi dicitur.

l *Nulli.* Sume quod est *infrà. recipiantur.*

m *Privatis domibus.* sc. Extra Ecclesias. Et idem intelligo in Ecclesiis: nam eadem, imò fortior est Ratio Prohibitionis, scilicet evitandi malas Conventiculas, & perpetrandi alia facinora; ut puta, Fornicationem, Adulterium, & hujusmodi, quæ numerantur sub parte decisa. In his namque fortior est Ratio quoad Ecclesias, quas decet omnis Sanctitudo. *de immunita. Eccle. c. decet. li. 6.*

n *Sepulturam.* i. e. Tempus Sepulturæ.

o *Frequentior.* sc. Secundùm communem usum Patriæ.

p *Requiescunt.* i. e. Remanent.

q *Recipiantur.* sc. Per inhabitantes Domos hujusmodi.

r *Consuetas.* Sic ergo Consuetudo quæ tendit ad nocumentum, & ad scandalum eradicanda est. *8. di. mala.*

s *Nocturnas.* Diurnas autem non prohibet. Nam tenebræ ad malè faciendum aptiores sunt. *ff. de ventre inspi. l. 1. §. tria lumina.* Unde & Furtum dicitur à *furvo*, i. e. nigro. quia fœpiùs de nocte fit. *Inst. de oblig. quæ ex male. nascun. §. 1.* Et qui malè agit, odit lucem. *Extra. de Offi. dele. c. consuluit.*

t *Vigilias.* Consimili ratione sublatæ sunt Vigiliæ, quæ solebant fieri in Ecclesiis in Vigiliis Sanctorum, de quibus legitur *76. dist. nosce.*

u *Defunctorum.* Secundum dictum.

x *Amicis.* Horum nuncupatione qui concinentur, habes *ff. de verb. sig. l. latæ culpæ. §. amicos.* Et possunt dici *Amici*, Pater, Mater, Frater, Soror, & Consanguinei Defuncti; item Uxor, & Servientes Domestici; item Socius in Hospitio vel in Scholis. Concubina verò, quòd non sit dicenda Amica, notatur ibi. in *Glossa*, quia talis Amicitia procedit ex causâ inhonestâ. *ff. de verb. sig. l. liberorum.* Sic etiam & Amicitia quæ est inter Fures, *Qui dicantur Amici.*

Sit Consanguineus Psalterium dicturus, sub majoris Excommunicationis pœna.

Johannes Stratford.

QUia sæpe, *& infrà.* Statuimus in nostra Provincia, quòd peractis à viris Ecclesiasticis mortuorum memoriis, nulli in privatis domibus, in quibus mortuorum corpora usque ad Sepulturam frequenter requiescant, de cætero recipientur ad consuetas nocturnas vigilias peragendas, defunctorum amicis, *Quia sæpe.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford* Cantuariensis Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo ponitur Statuti Editio. In secundo ibi, *Defunctorum*, ponitur quædam exceptio. In tertio ibi, *Sub pœna*, adjicitur pœnæ comminatio.

Nullus Ecclesiasticus permittatur apud Defunctum, nisi

Furet, ut dicitur in *Glossa dicta* §. *amicos*.

h *Propinquis*. Scilicet ratione Sanguinis vel Affinitatis, non autem ratione Loci.

i *Et his*. Etiam Extraneis,

k *Psalteria*. Idem credo in his, qui alias Orationes devotas dicere volunt; sed specialiter dixit de *Psalteriis*, eo quod cum Psalmis ad Sepulturam corpora Defunctorum deducuntur, 23. q. 5. *placuit*. Ubi notatur pro quibus Defunctis est orandum, pro quibus non. Sic ergo quod Psalterium sic virtualiter contineat benedictionem mirificam Testamenti. Unde licet Sacra Biblia integraliter habeant quandam virtutem, ad fugandi Daemones, alliciendi Spiritus Coelicos, placandi etiam Trinitatem, ut vult *Origenes* super *Josue* Homil. 10. hoc tamen hoc specialiter Scriptura *Psalmorum*, prout pulchre declarat *Richardus Hampole*, in Prologo *Psalterii* sui, sic dicens: Grandis, inquit, abundantia Spiritualis lucis & gaudii, quod in Deo solo sentitur, in eorum corda descendit, qui devote Psalmos aut dicunt, aut audiunt. Psalmos in laudem Domini nostri *Jesu Christi*; dulcedinem quippe distillant in corda dicentium, delectationémque in mentes eorum infundunt, ac insuper animum intra suae Charitatis ignem, interius quidem inflammando ac ferventes efficiendo, decoras ac petitionis in conspectu Dei reddendo, perseverantémque in Devotione ad sublimitatem contemplationis ac sonum Calicum sustollunt. Quid plura? Cassiletes Psalmorum Daemones fugat, Angelos in nostrum excitat auxilium, peccata vellit, Deum placat, Perfectionem addocit; propellit infirmitates, sanctis adornat, & angelicis animorum, instit corpus & animum pacem, suavem; affert Coelestis desiderium certum consequendi retributorum.

Nota de effectu Psalmodiae.

l *Sub pena*. Tertiam dictum.

m *Recipientes*. Sine quibus tales hujusmodi Vigilias exercere non possunt. Quid autem importet hanc dictio, *Recipientes*, notatur per *Archid. de haeret. c. quicunque. ver. receptatores. li. 6.*

n *Taliter*, &c. Contra prohibitionem istam.

o *Fortasse dare*. Communiter est, non Sententia lata.

---

p A *Dinstar*. Ista Constitutio fuit *Stephani* Archiepiscopi, in Concilio *Oxon.* primo, & habet duo dicta. In primo ponit *Statutum*. In secundo ibi, *Ne forte*, ponit rationem sic Statuendi.

q *Evangelici*. Matth. 20.

r *Vineam*. Quid per hanc Vineam intelligatur, potes videre per *Nic. Gorran.* & *Nottingham super ea. Evangelio.*

s *Sententialiter Definimus*. Patet ex hac, hanc Constitutionē non esse rapi Juris ordinarii, sed potius aliquos dubii sunt; esse definitivam, sive declaratoriam, secus alias solet dici de *Statuto. Extravagantes, li. 6. de constitutionibus, cum similibus.*

t *Parochialibus Ecclesiis*. Quae sunt istae, per ea colligere per *Dominum extra. de offic. ordinar. per totum*, & per *Hostiensem summa. & Jo. Andreae super Rubri.*

u *Diffusa*, i. e. Ampla.

x *Duo sint*. Sume quod est *infra. Presbyteri. & contra. in simile 7. q. 1. Illud. & 3. q. 1. placuit. ibi. sumus*, &c. Faciunt ad hoc *nota. per Bern. de consecra. Eccle. c. cum sicut. ver. consecrando. de sum. Trinit. c. proposuit. §1. li. in omnibus.*

y *Tres Presbyteri*. Facit ad hoc *de consec. dist. 1. hoc quoque*. Sed ibi loquitur alio respectu. Sed nonne isti Presbyteri erunt omnes insimulati in tali Ecclesia? Dic quod non; sed unus debet insimulari, alii vero erunt ut Vicarii Temporales. Pro quo vide quae scripsi *supra. de Praeben. c. 1. ver. pluribus rubricae. et ver. plures Vicarii*. Possunt tamen duo esse insimulati, imprimis, unus ut Rector, alius ut Vicarius, *secus dic dicta c. 1. verb. sit perpetuus.*

z *Magnitudine Parochiae*. Sic quod unus non sufficit ad deserviendum Curae.

a *Facultates*. Sic quod sufficiat omnibus. *7. q. 1. illud.*

b *Ne forte*. Secunda pars.

c *Debilitato*. Sic quod non possit ministrare in Cura sibi commissa. *Extra. de Cle. aegr. c. 2.*

d *Infirmantibus*, i. e. Infirmis, quibus ad petitionem eorum sine † tunc ipsimet ministrari debent Ecclesiae Sacramenta. *supra. de aet. Mendicantes. c. 5.*

e *Divinis Officiis*, &c. Vesperis, Matutinis, Horis, & Missa, &c.

f *Volentibus*. Libertatem importat, non necessitatem. Et intelligas simul de illis diebus, quibus Parochiani non tenentur interesse Divinis Officiis nisi velint, utpotà, diebus non Dominicis nec Festivis. Nam Dominicis & Festivis diebus tenetur quilibet Christianus interesse Divinis Officiis, & praesertim Missae in Ecclesia sua propria. *Extra. ea. c. ut Dominicis. de consec. dist. 1. si quis contra.*

g *Subtrahantur*. Posset enim contingere necessitas ministrandi Sacramenta tali tempore, quo deberent Divina Officia. Unde si non sit nisi unus Presbyter, aut oportebit habere alii pro illo tempore Divina Officia, vel alias Administrationem Sacramentorum; & hoc est quod sequitur, *vel negentur* &c.

Si decedens tria aut plura reliquerit Animalia, & optimum alteri sit debitum; sit proximi usuris ipsius Ecclesiae.

Robertus Winchelsey.

h QUia inter i Rectores Ecclesiarum & k Parochianos suos l lites cupimus extinguere, quae frequenter oriuntur: m Statuimus, quòd si n decedens o tria ad minus, vel plura cujuscunque generis in bonis Animalia habuerit; optimo cui de Jure fuerit debitum reservato, Ecclesiae suae, à qua recepit Sacramenta, dum viveret, melius post optimum reservetur.

De Parochiis, & aliis Parochianis.

In singulis Parochiis magis duo vel plures sint Presbyteri juxta Parochianorum numerum, & Ecclesiae facultatem; ut ritè ministrentur Sacramenta.

Stephanus Langton.

p A Dinstar Patrisfamilias q Evangelici plures Operarios in r Vineā suam mittentis, ut quod unus non valeat explere, saltem sollicitudo perficeret pluriorum; s sententialiter Definimus, ut in singulis t Parochialibus Ecclesiis, quarum est Parochia u diffusa, x duo sint vel y tres Presbyteri, pensatā pariter z magnitudine Parochiae, & Ecclesiae a facultate: b nè fortè (quod absit) aegrotante uno Presbytero, vel c debilitato, Parochianis d infirmantibus, aut Divinis e Officiis f volentibus interesse, Officia Divina g subtrahantur, vel negentur Sacramenta Ecclesiastica.

Nemo Sacramentum Eucharistiae Parochianis alterius Sacerdotis praebeat.

Johannes Peccham.

i A Latissimus de Terrā, & *infrà*. Nullis Communionem praebeat Parochiano alterius k Sacerdotis sine ipsius l licentia manifesta. Quam Ordinationem non

---

Divisio.

h *Quia inter*. Haec est Constitutio *Roberti Winchelsey*, Cantuariensis Archiepiscopi, secundum quosdam Libros, & habet duas partes. In prima ponitur Constitutionis ratio. In secunda ibi, *Statuimus*, sequitur ipsa Constitutio.

i *Rectores*. Idem si inter Vicarios, ut dixi *supra. de constit. c. 1. ver. Rectores Ecclesiarum.*

k *Parochianos*. Qui sunt Parochiani proprii, qui alieni, patet colligere *extra. de Parochiis. c. ut Dominicis. glo. 1. per Bern.* & *c. 2. de sepultu. li. 6.*

l *Lites*. Simile habes *supra. de treu. & pa. per totum*. Et ibi ad propositum in *verb. Renovantes*.

m *Statuimus*. Secunda pars.

n *Decedens*. Scire infra Parochiam, sive extra.

o *Tria*. Simile habes *supra de constit. c. 1.* & ibi nota *glo. super verb. constituit per quinque*, & ceteras *Glossas* sequentes, quia per eas declaratur omnia ista Capituli. Nam ibi habes idem quod hic dicitur cum aliis superadditis.

---

p A *Dinstar*. Ista Constitutio fuit *Stephani* Archiepiscopi; in Concilio *Oxon.* primo, & habet duo dicta. In primo ponit *Statutum*. In secundo ibi, *Ne forte*, ponit rationem sic Statuendi.

q *Evangelici*. Matth. 20.

r *Vineam*. Quid per hanc Vineam intelligatur, potes videre per *Nic. Gorran.* & *Nottingham super ea. Evangelio.*

s *Sententialiter Definimus*. Patet ex hac, hanc Constitutionē non esse rapi Juris ordinarii, sed potius aliquos dubii sunt; esse definitivam, sive declaratoriam, secus alias solet dici de *Statuto. Extravagantes, li. 6. de constitutionibus, cum similibus.*

t *Parochialibus Ecclesiis*. Quae sunt istae, per ea colligere per *Dominum extra. de offic. ordinar. per totum*, & per *Hostiensem summa. & Jo. Andreae super Rubri.*

u *Diffusa*, i. e. Ampla.

x *Duo sint*. Sume quod est *infra. Presbyteri. & contra. in simile 7. q. 1. Illud. & 3. q. 1. placuit. ibi. sumus*, &c. Faciunt ad hoc *nota. per Bern. de consecra. Eccle. c. cum sicut. ver. consecrando. de sum. Trinit. c. proposuit. §1. li. in omnibus.*

y *Tres Presbyteri*. Facit ad hoc *de consec. dist. 1. hoc quoque*. Sed ibi loquitur alio respectu. Sed nonne isti Presbyteri erunt omnes insimulati in tali Ecclesia? Dic quod non; sed unus debet insimulari, alii vero erunt ut Vicarii Temporales. Pro quo vide quae scripsi *supra. de Praeben. c. 1. ver. pluribus rubricae. et ver. plures Vicarii*. Possunt tamen duo esse insimulati, imprimis, unus ut Rector, alius ut Vicarius, *secus dic dicta c. 1. verb. sit perpetuus.*

z *Magnitudine Parochiae*. Sic quod unus non sufficit ad deserviendum Curae.

a *Facultates*. Sic quod sufficiat omnibus. *7. q. 1. illud.*

b *Ne forte*. Secunda pars.

c *Debilitato*. Sic quod non possit ministrare in Cura sibi commissa. *Extra. de Cle. aegr. c. 2.*

d *Infirmantibus*, i. e. Infirmis, quibus ad petitionem eorum sine † tunc ipsimet ministrari debent Ecclesiae Sacramenta. *supra. de aet. Mendicantes. c. 5.*

e *Divinis Officiis*, &c. Vesperis, Matutinis, Horis, & Missa, &c.

f *Volentibus*. Libertatem importat, non necessitatem. Et intelligas simul de illis diebus, quibus Parochiani non tenentur interesse Divinis Officiis nisi velint, utpotà, diebus non Dominicis nec Festivis. Nam Dominicis & Festivis diebus tenetur quilibet Christianus interesse Divinis Officiis, & praesertim Missae in Ecclesia sua propria. *Extra. ea. c. ut Dominicis. de consec. dist. 1. si quis contra.*

g *Subtrahantur*. Posset enim contingere necessitas ministrandi Sacramenta tali tempore, quo deberent Divina Officia. Unde si non sit nisi unus Presbyter, aut oportebit habere alii pro illo tempore Divina Officia, vel alias Administrationem Sacramentorum; & hoc est quod sequitur, *vel negentur* &c.

---

h A *Latissimus*. Haec est Constitutio *Johannis Peccham*, & est pars tripartita *supra. de sum. Tri. & fide Cathol. c. abbatissam. infra. de cele. Miss. c. 1. Item de poen. & re. c. 1.*

i *Communionem*. I. e. Sacramentum Eucharistiae: & vide circa hoc quod scripsi *supra. de summa. Tri. et fide Cathol. c. abbatissam. ver.* (communionem.

k *Sacerdotis*. I. e. Curati.

l *Licentia*. Simile habes *de privil. c. 1 in Cle.* ubi statuitur, qd Religiosi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum Unctionis Extremae vel Eucharistiae

Parochialis ministraret, Matrimonium ve solemnizare præsumeret, non habito super eo à suo parochialis Presbyteri licentiâ specialî, ipsoque facto sint excommunicati. Sed quid si Parochianus dicat se habuisse licentiam hanc à suo Curato, an ministerium hoc Sacramentale habeat fideliter celebrare? *Jo. d. c.* 2. videtur sentire quòd sic: & censet, *ibi Paulus, ver. licentia*, qui allegat ad hoc *de pœn. dist.* 6. *plasmii*. Sed numquid Curatus non Presbyter possit dare hanc licentiam? dic quòd sic, alias per Episcopum sic posset. Cæsar Vicarius Tiberii, quia tunc ibi Vicarius non habebat Presbyter, qui dare posset licentiam, dicas quod *Pastor* ibi loco præsulis. Parochialis, potest etiam absque ea in sua Diœcesi hanc benedictionem conferre, maximè ubi Ecclesia vacat. Sic etiam Archipresbyter Civitatensis ubi palatii audire consuevit. *Extra. de offic. Archipresb. c.* 2. non enim est absurdum curam eiusdem Loci & Parochiæ pluribus in solidum esse commissam, ut *notat. Innoc. de præben.* Ultra vero ignoret, facit ad hoc quod notat *Host. de pœn. Sacer. c. omnis*, ubi dicit, quòd Papa, Episcopus, & ejus Vicarius, Lazarus, & ejus Penitentiarius, dicuntur propriè & laudabiliter Sacerdotes; sic refertur per *Paulum in loco prædicto*, qui tamen, non obstantibus prædictis, negavit sacerdotes, seu simpliciter licentia ipsius Sacerdotis Parochialis, posse fieri. *Innoc. ut ad hoc Extra. de decimis, c. ad audientiam.*

a *Peregrinantes.* Vinctor namque ambitiosæ Parochialium est, *argum. ad hoc ff. de judi. l. haberi oportet*, & cùm hoc vitè evitarè per *Host. in summa de pœn.* & *ut fiunt conditiones filiis fiant quæ patri.*

b *Necessitatis.* Quia sicut necessitatis tempore quilibet Presbyter quemlibet alienum Parochianum audiat, *infr. q.* 6. *si Presbyter, cum similibus notat. per Host. in summa de pœn.* & *re.* §. *qui confessionem ver. septimo tempore*, & confessionis, & potest & Eucharistiam ministrare. 50. *dist. presbyteros. Ivo. q.* 1. *c. si quis.* & *ante.* & *ante.* faciunt ad hoc quæ ibi *supra, de decim. c. omnis. vers. ad hoc.*

c Quòd quidam. Hæc est Constitutio *Simonis Meopham* Cantuariensis Archiepiscopi. Et habet duas partes principales. In primâ ponitur triplex motivum, sive occasio hujus Constitutionis edendæ. In secundâ ibi *Nos igitur*, procedit ad Statutum ponendo.

d *Maledictionis*, i.e. Pœnæ æternæ, sicut notat *Card. de offurtis. 1. ver. Maledictionis. h. 6.* & *de verb. c.* 1. *vers. maledictionem. ex. li.*

e *Nuberum solemnia.* De quibus parte *Extra de sponsa. c. Cæterùm*, hæc etiam solemnia cessare certis temporibus, vis. à prima Dominica Adventus Domini usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè, & à I. Dominica Quadragesimæ usq; ad Octavam Paschæ inclusivè. Et à primo die Rogationum usq; post septem dies Pentecosten elapsos. Unde in Dominicâ Festi Trinitatis licitè possunt hujusmodi Nuptiæ celebrari sive solemnizari, ut patet *in d. c. capellanos. ad fi.* & sic sensu ibi dicto *de Burrio*, dum dicit, alii incipiunt à Dominicâ in Albis, non Dominicâ post Pentecosten: & hi videntur Canonem violare.

f *Purificationibus mulierum.* De his habes *Extra. de purificatione post partum, per totum.*

g *Exequiis.* De quibus dixi *supra. ti. præti. c.* 1. *vers. sacramenta.* Et de his legitur *Extra. de sepulturis. c. cum in Ecclesia.* Et debent fieri sine pluralitate. 16. *q.* 2. *quam præposterum. cum sibi vers. sequen.*

h *Et aliis.* Sc. Festis & temporibus, quibus populus consuevit Deo offerre.

i *Dominus.* Ille viz. qui absolutè est Dominus omnium, & cujus sunt omnia, & qui nullo indiget, sed omnia possidet, largitur, & distribuit: de quo plenius *infrà* sequitur, & de quo dicitur *Malach.* 2. *Dominus dixit hæc.*

k *Aliusve rectorum superius.* Sc. Rectorum, & Vicariorum, & aliorum Curam animarum habentium. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de sum. trin. & fi. catho. c.* 1. *ver. ministri.*

l *Personis.* Tales namque Personæ Dominâ, qui est missi, Personam sive cretam. 2. *q.* 3. *c. habet. in fi.* ubi patet, quòd Deus honoratur in personis Ministrorum suorum.

m *Oblationibus.* De his potes videre, quæ dixi *supra. de censu. c.* 1. *ver. oblationibus.*

n *Libamine.* i.e. Sacrificio, sive placatione. Scias enim quòd in Veteri Testamento Oblationes triplices erant differentes: una fit Animalibus, & dicebantur Sacrificia; nec ante octavâ diem Nativitatis potuit offerri. Alia in sicca materia, ut de Simila, Pane, & Thure, & hæc propriè dicebantur Oblatio. Tertia de liquidis, ut puta, Vino & Oleo, & propriè dicebatur Libamen vel Libatio. Sed his nominibus Scriptura indifferenter utitur. Hic verò ponitur pro Oblationes, quæ fit in pecunia secundùm morem *Angliæ*, & sicut materia arida.

o *Populariter.* i.e. Communiter, vel in congregatione Populi. Vel dic *populariter*, i. e. per singulos de populo. Sicut dicimus de actione popularî, quia competit singulis de populo. *ff. de popular. l.* 1. *per totum.* Solet namque generalis in talibus solemnis, de quibus hic dicitur, fieri collecta, & per capita singulis aliquid offerre, quorum denarii reciabi non debent, sed potius augeri. *arg. de Cons. Ecclesiæ. ff. de pœnis. de decr. c.* 1. *in fi.*

t *Integrè.* i. e. Absque ꝙ divisione quoad tempus illud. Sed hic adverte, quia quoad Decimam lactis, & caseï hujusmodi Ovium satis potest constare de integra Decima proveniente sub illo tempore: unde quoad hanc Decimam potest satis concedi quod hic dicitur: quia cum lac & caseus proveniant occasione nutrimenti recepti in illa Parochia, ubi à tempore tonsionis usque ad dictum Festum pascebantur, & cubabant, satis æquum est, quòd de illo tempore solvatur integra Decima lactis, & caseï illi Ecclesiæ, ubi pro tunc continuè nutriebantur & cubabant; debetur namque talis Decima statim tanquam prædialis. Et ad hoc facit Textus *supra. c. proxi. §. de lacte.* ubi vult, quod lac Decimetur dum durat, caseus verò Decimetur tempore suo. *Job. quoq; An. in add. ad Specu.* concordans præmissis *in Titulo de Decima super. 2. libello. ver. sed dubitatur, ad finem.* dicit, quòd de lana statim exigi potest Decima, cum nulla sit causa differendi, sicut est in agnis, & aliis fœtibus qui decimari debent ablactati, prout notat idem *Joh. An.*

M.S. Æ. ton. ꝙ Diminu tione.

de Extra. ea. c. cum homines. & idem intelligit de lacte & caseo, si Sacerdote conveniunt, quod talis Decimæ solutio differatur. Sed licet prædicta secundum sententiam hujus Constitutionis vera sint quoad Decimam lactis & caseorum quoad Decimam lanæ quæ non solet solvi, nec potest solvi antequam iterum tondeantur oves; videtur, quod Constitutio ista non potest probedere, ut de integra Decima illius temporis solvatur ipsi Ecclesiæ, ubi Oves continuè pascebantur & cubabant; maximè cum in Constitutione præcedenti ver. *sed si* oves sic earum fit, ut in casu ibi posito Decimæ dividantur. Sed die, quod ista Constitutio declarat sive supplet id quod in Constitutione præcedenti fuit minus dictum: nam ibi exprimit tantum casum illum quo in Æstate, sub qua comprehendit partem ultimam Veris, & primam partem Autumni, Oves pascuntur & cubant in una Parochia, & sic per medietatem anni. In Hyeme verò, sub qua comprehendit partem ultimam Autumni & partem primam Veris continuè pascuntur & cubant in alia Parochia, ut sc. tunc dividatur Decima lanæ. Hic verò à dicta Ordinatione non recedens, Statuit quid fit faciendum in casu quo non fit dare æqualitatem anorz in diversis Parochiis: sc. ut tunc dividatur Decima non æqualiter, sed ut hic dicitur, ut sc. in casu hic posito Curatus infra cujus Parochiam Oves continuè pascebantur & cubabant à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini* in Hyeme habeat integram Decimam lanæ illius temporis; non autem totius anni, sed secundum numerum Mensium, ut viz. si fuit sex Mensi, habeat medietatem, si quinque, habeat pro rata illius temporis; & alii etiam pro rata alterius temporis, *prout infrà* statuimus, & ordinamus.

a *Et ne fraus.* Vers.

b *Casu præmisso.* Sc. quando usque ad Festum *Sancti Martini* iterum continuè in una Parochia.

c *Amoveantur.* Supple, ad aliam Parochiam, & remanent ejusdem cujus erant prius.

d *Distrahantur.* i. e. Vendantur; & supple, sive lactim, sive alias, quandocunque ante tempus futurz tonsionis.

e *Rectoribus.* Idem intelligas de cæteris Curatis.

f *Sufficienter.* Sume quod est *infrà, caveatur.* & erit sufficiens cautio per pignora, vel fidejussores *sf. mand. si mandato, s. vel.*

g *Decima.* Sc. pro quantitate illius temporis.

h *Quod si.* Vers.

i *Prædictum tempus.* Sc. à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini.*

k *Ad loca seriùs.* Utputà illius Parochiæ ubi tonsæ sunt; & alterius, vel forsan plurium aliarum, quam illius ubi tonsæ sunt.

l *Quælibet Ecclesia.* Sc. infra cujus Parochiã pastæ sunt oves & cubant.

m *Pro rata.* i. e. Pro parte sibi contingente.

n *Decimam.* Sc. lanæ, quia Decimam lactis, & caseï sibi contingentia pro tempore illo integram accipiet.

o *Earundem.* Sc. Ovium.

p *Minori.* Sume quod est *infrà.*

q *Spatio triginta dierum.* Sc. continuorum non interpolatorum, & habet in se hoc tempus Mensem communem: licet Menses aliqui in uno die excedant. Habet namque Januarius, Martius, Maius, Julius, Augustus, Octobet, & December, quilibet mensis 31. dies. Reliqui habent quivis solum 30. dies: excepto Februario qui habet solum 28. dies. Unde versus, *Junius, Aprilis, September, atque November, Plus nos reliqui; sed habet Februarius bis.* Sed numquid in hoc casu requiritur 30. dierum esse completorum, vel sufficiat extitisse tricesimum diem? Hic namque videtur, quod defectus diei faciat ut in hac rata nihil veniat. Solet dici, quod ubi favor tantum vertitur in Causa, tunc sufficit diem incipere. Si verò vertatur odium tantum, tunc oportet implere. Si autem vertatur favor, & odium, habet fieri computatio de momento in momentum. Notatur *de elec. c. cum in cunctis, ver. exigendi. per Host. & ff. de Sc. Silvinianus. per Jo.* Cum ergo hic vertatur favor Ecclesiæ infra cujus Parochiam pascuntur, sufficiet diem tricesimum attigisse. Et quod hic dicitur de rata pro tempore 30. dierum, intelligo Communiter quoad Decimã lanæ quæ non subito, sed magno temporis processu, sive successu crescit & augmentatur. Decima autem lactis, statim postquam incipiunt lac, peri possit ratione nutrimenti, per eum infra cujus Parochiam oves pascuntur & cubantunde in Decima lactis aut caseï nihil veniet in rata, *et quæ dicti supra. c. ver. integrè. in fine.*

Versus. Quæstio.

r *Rata temporis.* Sc. quoad Decimam lanæ. Verbi gratia, sint in Gregę 300. Oves: & sic integra Decima vellerum illius gregis, quæ forsan ponderabit quater viginti Libras, debet Decimam habentia integraliter illa Ecclesia, infra cujus Parochiam consuevit pascere & cubare per totum annum. Si verò illi per unum dierum annui habebit medietatem, sc. quadraginta Libras lanæ. Si per tres Menses habebit quartam partem, viz. viginti Libras. Si per quatuor Menses habebit tertiam partem, sc. 26. Libras, & dimidiam & quartam. Si per duos Menses habebit mediętatem quinta partis, sc. decem Librarum, & sic octavam unius. Si per unum Mensem sibi fuerint, habebit duodecimam partem totius, sc. sex Libras & dimidiam. Si verò per quinque Menses ibi fuerint, habebit medietatem, minus duodecima parte totius, & sic habebit 34. Libras & dimidiam. Et eodem modo computatur pœnis de alia mediętate anni.

s *Computando.* Ratio potest esse quia si tempore lanæ modicum augmentatur. Unde Lator hujus Constitutionis arbitratus est esse rationabile, ut pro magnitudine, tanti temporis solvatur Decima.

t *Si vero.* Vers.

u *Tempus.* Prædictum, sc. à tempore tonsionis usque ad Festum *Sancti Martini* in Hyeme.

x *Cubant.* sin. Jnocen.

y *Decima.* Sc. lanæ, lactis, & caseï. Et sic extenditur superiùs tribus, sc. quæ habentur in §. suo vicino.

z *Dividatur.* Huic textui concordat quod dicit *supra. c. proxim. §. sed si Oves. ver. Dividendo est dicendum. propter §. ibi.* Hic tamen aliqui Libri habent talem literam in Texto, viz. quod Rector in cujus Parochia cubant oves illi earum fœtus Decimam Decimæ caseï vel lactis dumtaxat percipiat: cum aliis ex Constitutione non meditatam melioratione lanæ, & percipiat utilitatem. Sed hanc literam reprobo tanquam minus Canonicam. Primò, quia præsupponit, quòd unus Clericus alteri Clerico sibi æquali, & sic qui pari de Jure præeminentiæ ad Ecclesiam suam habeat jus vel Decimam, quod expresse est contra ea quæ leguntur 16 qu. *Extra. c. 6. virum quem.* Secundò, quia sic contradiceret sententiæ quam ponunt *Doctor. Extra. c. ad audientiam*, de Decimis in tali casu dividendæ, prout dixi *supra. c. proxim. §. in fine. allog. ad fi.* Posset tamen justificari juxta opinionem illorum qui volunt, quòd potius considerandæ est Parochia ubi pascuntur quoad solutionem Decimæ quam Parochia ubi cubant: de qua opinione dixi *supra. c. proxim. ver. dividendo est. fi. §. in.* Et hanc opinio in hoc casu est satis æqua, ut viz. plus accipiat is in cujus Parochia continuè pascuntur, quàm is in cujus Parochia continuè cubant: unde quòd hic dicit *dividatur* (sc. inteligę non æqualiter, sed proportionaliter. *ar. ad hoc Extrà. de testa. c. relatum. 2. in fi.* ibi, *per æstimationem congruam.* & ibi *not. in glo. & per Doctor.* Et sic multo major pars assignabitur ei infra cujus Parochiam pascuntur, quàm ei infra cujus Parochiam solummodo cubant.

a *Quod si post.* Tertium dictum: & ex hoc quod dicit, *post Festum*, facis patet quòd Festum *Sancti Martini* hic includitur, & dicto (*usque*) *supra* posita sunt inclusivè.

b *Aliarum.* i. e. Aliarum Parochiarum, vel aliarum Parochiarum.

c *Usque.* Inclusivè ponitur ut *supra.*

d *In una.* Sc. Parochia. Et sume quod est *infrà. pascuntur.*

e *Pascantur.* De cubatione non repetit.

f *Æstimentur.* Sc. quantum valeat Pastura toc Ovium per unum Mensem: quia pro minori tempore non habet locum *solutio pro rata*, ut *supra* patet.

g *Earum.* Sc. Pascuorum.

h *Dominis.* Hoc verum, si Pastura vendantur; secus si gratis ibi pascantur Oves: quod dic ut dixi *supra. c. proxim. §. sed si pro. ver. dividendo est. versus fi. §.*

i *Decimæ.* Non intelligas lanæ, sed herbæ in hujusmodi Pascuis arullæ. Ratio hujus est, quia post Festum *Sancti Martini* non solet colligi lac de ovibus, nec de eis fieri caseus. Et ideò vult, quòd Decima solvatur secundum æstimationem valoris Pasturæ pro ratione illi depastis.

depastis. Alioquin si ibi cubarent, & interim darent lac, & fieret caseus, tunc solveretur Decima lactis & caſei, sicut contingeret, ut dixi *supra. eo. ver. integrè. in prin. & infra* patebit in §. *Decima vero.* Decima autem lanæ in hoc casu solvenda est secundum ratam temporis quo manent in una Parochia, vel alia; nam si continuè in una Parochia pascantur & cubent, etiam à Festo Sancti *Martini* usque ad tempus tonsionis, tunc illa Ecclesia habebit medietatem Decimæ lanæ, & quicquid etiam commodi interim de lacte, & caseo habitum evenerit, ut dixi *supra. eo. ver. ejusdem temporis.* & *ver. integre.* Si verò per totum illud tempus continuè pascantur in una Parochia, & cubant continuè in alia, servabitur quòd *supra* dicitur in *ver. si vero.* per totum. Si verò pascantur in diversis Parochiis, dividetur Decima lanæ secundum ratã temporis quo in una Parochia, vel alia permanserint: dum tamen in rata nullus minus tempus non computetur quàm 30. dierum, ut *supra* dictum est. Et circa hanc divisionem pone exempla ut dixi *supra. eo. ver. rata temporis.*

a *Decima vero.* Quartum dictum.

b *Capris.* Idem est intelligendum de aliis Animalibus, de quibus sumitur lac.

c *Et pascuntur.* Sicque utrumque continuetur.

d *Continuè.* Sc. integrè per illud tempus.

e *Decima.* Sc. lactis & caſei.

f *Agni vero.* Quintum dictum.

g *Pulli Equini.* Hoc additur ob differentiam Pullorum Gallinarum, de quibus in Villa, qua natus sum, solent Decimæ solvi.

h *Gignuntur.* Id est concipiuntur.

i *Oriuntur.* Id est nascuntur.

k *In ecclesia.* Sc. Parochiis diversis.

l *Particulariter.* i. e. Proportionaliter, sic viz. quòd unus non habeat totum, sed unusquisque, pro tempore quo fuerint in sua Parochia, habeat partem.

m *Quod vero.* Vers.

n *Mungitur.* Utpotà, quia non est nisi una vacca, quæ forsan non nisi duobus diebus mulgetur.

o *Pro agnis.* De his, & de lana habes Ordinationem expressam *supra. eo. prope. §. de nutrimentis.*

p *Aliis huiusmodi.* Utpotà Porcellis.

q *Modicitatem.* Ut quia non habetur nisi unum tale, vel duo, vel tria.

r *Consuetudini Locorum.* Quæ alicubi est, ut pro qualibet vacca certum quid solvatur, & consimiliter pro vitulo, & aliis hujusmodi: & quod Consuetudo in Decimis considerari debet, legitur & notatur *supra. eo. c. in aliquibus.* Sed in contrarium facit, quia Decimæ debentur Jure Divino, *Extra. eo. c. nos autem.* ergo Consuetudo non potest supra, vel infra aliquid Statuere. 21. *dist. Inferior.* Solutio. Consuetudo locum habet in Decimis multipliciter. Uno modo, ut vel Ecclesiæ & non alteri debeantur. *Extra. eo. c. cum sint homines.* & *c. ad Apostolicæ.* vel quòd laici minus solvant quàm Decimam non possit Consuetudine introduci, quia esset contra Jus Divinum, quo tamen posset deberi ex Consuetudine, putà 6. 7. 8. vel 9. Et de tali Consuetudine, sc. quando plus solvitur, potest intelligi *c. præsentium. de his quibus secundum Petrum de Ancharano. eo. c.* ver. *opponitur. ad fi.* Plurimus etiam modis aliis habet locum Consuetudo in Decimis, prout hic ponuntur exemplo per *Joh. And. in Novella* quæ hic videre poteris. Quod autem hic loquatur de Consuetudine Locorum, intelligas de tali Consuetudine quæ non excludit Solutionem Decimæ; sed de tali quæ limitat ipsius Decimæ Solutionem ad commodum Ecclesiæ. Scilicet ad verum valorem, vel amplius prout legitur *supra. eo. prope. ver. de lacte.*

s *Hanc præcipimus.* Sextum dictum.

t *Occiderit.* Prout in quibusdam Partibus *Angliæ* solet fieri, quandoque ad Staurum proprium, quandoque ut vendantur in Mercato.

u *Fortuitò.* Sc. de morina.

x *Decimam legitimam.* Sc. secundùm quantitatem temporis, ut prædictum est, habito scil. respectu ad tempus, quo in una Parochia, vel alia manserint.

y *Parochiali Ecclesiæ.* illi scilicet infra cujus Parochiam pascebantur, & cubabant pro tempore in rata computando.

z *Et si oves.* Septimum dictum.

a *Extraneæ.* Sc. alterius Parochiæ, vel talis quæ non sunt Oves alicujus ipsius Parochiæ, tales enim dicuntur ignotæ. *C. de haret. insti. l. extraneum.*

b *Ibidem.* Sc. ubi tondentur.

c *Sufficienter.* Scil. per Testes fideles & idoneos, vel per Scripturam inde confectam.

d *Posset.* Sc. per illum, cujus sunt Oves, vel illum cui debetur Decima.

e *Alibi.* Sc. ubi pascebatur in Æstate, ut dictum est *supra. §. 1.*

f *Ibidem.* Sc. ubi tondentur.

g *Modo legitimo.* Scil. per Probationem legitimam, ut *supra* dictum est.

Admonendi sunt Parochiani fideliter persolvere Decimas lactis à tempore innovationis: item cæterarum rerum hic annotatarum sub Excommunicationis pœna.

Idem.

h SAncta Ecclesia, *& infrà.* Hæc Constitutio attribuitur, & ascribitur Roberto *Winchelsey* Archiepiscopo Cantuariensi. Et summariè recitat, de quibus rebus & quomodo Decimæ sunt petendæ. Et habet tres partes. In prima recitat Jura Antiqua, & Constitutiones prius editas. In secunda ibi, *Omnibus*, mandat Monitiones fieri pro Decimis solvendis, & declarat specificè de quibus. In tertia ibi, *Quod si*, præcipit nolentes solvere compelli per Censuras Ecclesiasticas. *Divisio.*

i *Sancta Ecclesia.* Hæc Constitutio attribuitur, & ascribitur Roberto *Winchelsey* Archiepiscopo Cantuariensi. Et summariè recitat, de quibus rebus & quomodo Decimæ sunt petendæ. Et habet tres partes. In prima recitat Jura Antiqua, & Constitutiones prius editas. In secunda ibi, *Omnibus*, mandat Monitiones fieri pro Decimis solvendis, & declarat specificè de quibus. In tertia ibi, *Quod si*, præcipit nolentes solvere compelli per Censuras Ecclesiasticas.

k *Sacro Eloquio. Levitici 27. 2. Paralip. c. 31.*

l *Novantur.* Immò & de omnibus quæ producit humus. 2. *Paralip.* 31.

m *Nullo tempore.* Facit ad hoc *ff. Sol. Ma. l. Divortio §. quod in anno. & Extra. e. c. ex parte Canonicorum. & c. cum in tua.*

n *Diminutione.* Si ergo non valet Consuetudo, ut minus quàm Decima solvatur: ut dixi *supra. eo. c. proxi. ver. Consuetudini locorum.* Dicit etiam *Augu.* qui vult indulgentiam peccatorum promereri, redda Decimam, & de 9. partibus facias Eleemosynam. 16. *q.* 1. *Decimæ. in fine.*

o *Parochianos suos.* Hoc loco intelligere debes Parochianos etiam illos, qui non habent ibi Domicilium, sed habent ibi Terras, Possessiones, vel alias res, ex quibus tenentur solvere Decimas; cui sententiæ concordant notata per *Johan. de Athona in Constitutione Othoboni, Improbamus. ver. tenentur.* Et hoc verum puto, ut scilicet tales possent moneri tanquàm Parochiani in genere, non tamen Excommunicari, si non solvant: quia licet Terræ sint infra Parochiam, Personæ tamen non sunt de Jurisdictione ejus, infra cujus Parochiam sunt Terræ. Ad cujus majorem declarationem vide notata *supra. de judi. c. quidam ruralium. ver. ante citationem factam. ver. tertio casu.*

p *Censuras Ecclesiasticas.* Cujus nomine continentur Suspensio, Excommunicatio, & Interdictum. *de verbo. sig. quærenti.* Et vide quæ dixi *supra. eo. c. quoniam propter. vers. sed quoniam. ver. Censuras.*

q *Omnibus.* Secunda pars.

a *Montant.* &c. vtinã vide, vel vna pro omnibus, secundùm ea quæ leguntur *de sen. Excommun. c. Cõstitutionem, in fi. li. 6.* Alias enim Excommunicans, vel aliam Censuram Ecclesiasticam exercens puniendus esset, prout *no. de sen. excommuni. c. sacro.* ubi de hoc plenius. Scias tamen, quòd quandoque ad effectum incurrendi pœnam latã à Canone, vel à Jure, sufficit una requisitio partis, dũ tamen protari possit ad effectum, ut constituat eam quæ requiritur commonitionem. *de Decimis. c. 1. ver. fo. Exam. per Jo. An. in Clem.*

b *Ecclesiis suis.* Scil. de prædialibus, ubi sita sunt prædia de personalibus, ubi audiunt Divina, & recipiunt Ecclesiastica Sacramenta: *Extra. ſ. c. ad Apostolicæ.*

c *Laßis.* Sive vaccarum, sive ovium, vel caprarum, aliorumve animalium, de quibus colligitur lac.

d *Aliis Mensibus. Cæter. supra. e. c. quamvis propter diversos. ver. de lacte.*

e *Boscorum*, i. e. Sylvarũ, de quibus dictum est *supra. e. c. quamquam.*

f *Pannagiis.* i. e Pastu porcorum in nemoribus, & in Sylvis; unde, de glandibus, & aliis fructibus arborum Sylvestrium, quarum fructus aliter non solent colligi.

g *Cæterarum.* Scil. arborum Sylvestrium.

h *Si vendantur.* Videlicet decimum denarium. Si autem non vendantur, sed ponti gratis de hujusmodi fructibus pascuntur: tunc quia tales fructus transeunt cum suo onere, *Extra. e. c. pastoralis.* Dominus porcorum solvet Decimam secundùm æstimationem fructuum hujusmodi, prout clarè notatur *Extra. no. li. e. communiter. per Innocen.*

i *Vivariorum.* i. e. Locorum, in quibus pisces pascuntur, & impinguantur, secundùm *Joannem. & no. de fla. omne. c. 2. ver. solent. in Cle. per Johan. An.* Et de hujusmodi Vivariis habetur mentio *ff. de usufruct. l. usufructuarius venari.* ubi Vivarium ponitur pro loco ubi feræ includuntur.

k *Piscariorum.* Id est piscium: & sic intelligitur de lucro quod quæritur de piscibus quos capiunt: vel aliàs est in literâ, Piscariarum, & sic sumitur pro loco præparato artificiosè, ut ibi capiantur pisces. *Extra. eo. pervenit.*

Fluvius & Fluvius *differunt.* *Stagnum.*

l *Fluminum.* Id est aquarum quæ sunt in fluvio. Est enim Fluvius perennis aquarum decursus; Flumen verò propriè est ipsa aqua decurrens. *Isidorus.*

m *Stagnorum.* Stagnum est aqua artificialiter collecta, non discurrens, sed stans; & est idem quòd locus secundùm *Isid.* quomodo autem de loci perditi, & aliis piscationibus solvenda est Decima, dici *supra. eo. c. quamvis propter. & de piscationibus.* ubi dictum fuit.

n *Arborum.* Etiam Glossarum, ut dixi *supra. eo. c. quamquam. ver. renascitur.* nec obstat quòd tales arbores non sunt in fructu. *ff. sol. matri. l. donatio. §. si fundum. ff. de usufruct. l. sed si grandes.* nam Lapicidinæ, quæ non renascuntur, non sunt in fructu. Ut dicta *l. divortio. §. si ut in fundo.* & tamen de Lapicidinis debetur Decima, ut notat *Hostiensis Extra. e. c. per totum.* Hoc etiam sic probatur, nam de lignis debetur Decima, ut notat ibi *Hostien.* & dixi *supra. eo. c. quamquam. ver. lignis.* ubi patet, quòd lignum proprie sumptum dicitur quod ad comburendum, non ad ædificandum, disponitur: sed satis constat multas grossas arbores non valere ad ædificandum, sed potius ad comburendum: ergo si tales arbores prosternantur, debet de eis solvi Decima. Probatur etiam hoc per illud generale dictum, quod vult, ut de omni eo quod producit humus solvatur Decima. 2. *Paral.* 31. nec obstat si dicatur, quòd de illis arboribus non consuevit solvi Decima, nec ulla Decima soluta est à tempore cujus contrarii non est memoria: & sic in hoc videtur esse præscriptum, *Extra. de præscript. c. 1. li. 6.* quia verum est, quòd præscriptio locum habere non potest, ubi illi cui Jus competit, agere non potest, cum cesset materia super qua experiatur, ut hic in casu nostro, ubi videlicet per centum annos, vel duo circiter forsan arbores in aliqua sylva non fuerunt prostratæ, & sic non potuit peti Decima: & pro tanto dicit *Innocen.* quòd contra habentem merum Imperium non præscribitur, si centum annis non occurrat casus quo possit dictum Imperium exercere. *Extra. de capel. mo. dilectus.* Patet etiam hoc per ea quæ no. *Jo. An. de cleri. conjug. c. Johannes.* ubi dicit, quòd contra Leges multas, quæ in Practica non occurrunt, non præscribitur; sed hodie eis uteremur, si casus contingeret. Idem notat *Cy. in l. 2. C. quæ sit long. consue.* Optimè facit ad hoc *l. arboribus. ver. nam & li agrum. ff. de usufr. lib.* & sic notatur *Extra. eo. ti. c. quoniam in prin. per Petrum de Ancha.* Præterea Thesaurus inventus non est in fructu, sicut patet *d. l. divortio. §. si fundum.* & tamen de Thesauro invento solvenda est Decima tanquam de lucro, ut clarè notat *Petrus de Ancha. Extra. eo. c. pastoralis. ver. venio ad quæstionem.* Et Lucrum quid sit enim lucrum quod provenit ex negotiatione. Item ex quali negotiatione, ut in salario Advocationis, vel Doctrinæ. Item extra omnem negotiationem, ut cum mihi donas census, vel invenio thesaurũ, quę quidem, totũ consequor, quando, & quibus *Inst. de re. divi. §. Thesaurus.* & §. *sequens.* unde de omni lucro solvenda est Decima.

o *Porcorum.* De his dixi *supra. eo. c. primo. ver. porcorum.*

p *Columbarium.* Aliàs *Columbarium.* Sc. domũ, vel locorum ubi nutriuntur, & producuntur Columbæ.

q *Seminibus.* De his dixi *supra. e. c. quamvis. ver. seminibus.*

r *Fructuum.* Hi sunt proprie agrorum, & arborum: impropriè verò dicitur fructus de animalibus, secundùm *Isidorum.*

s *Bestiarum Guarennarum.* Sc. Ferarum Bestiarum, quæ sunt sub Custodia ceterorum Custodum posita, ut patet in Statutis Forestæ, Parcis, & aliis locis ad nutriendas feras bestias deputatis. *de Fla. no. c. 1. §. porro. in Cle.* & ibi per *Jo. An. ver. Guarennas.* & *eo. ver. per Panor.* & ibi etiam *eo. ver. per Abb.* qui in specie concordat expositioni prædictæ. Sc. ut *Guarenna* dicatur locus quem Custodiant hujusmodi Bestiarũ: & idem notat ibi *Gesselinus.* & dicitur *Guarenna à Guardia* quæ Idem est quod Custodia: facit ad hoc natura Tituli *in li. Feudorum, de Feudo Guardiæ & Castaldiæ. Lib. 1. Tit. 24.*

t *Aucupiis.* Aliàs *Aucupii.* Simile habes *ff. de usuf. ea. l. Item si fundum. §. aucupiorũ.* & dicitur *Aucupium* id est capere aviculas: & talis Decima est realis, vel personalis, sicut dictũ est de piscibus *supra. eo. c. quamvis. §. de piscationibus. ver. debito modo.* viz. de avibus, ubi includuntur in aliquo certo loco, ut Columbæ in Columbario, vel si capiantur in Nidis existentibus infra Parochiam alicujus, tunc Decima est prædialis. Alioquin si non includantur, erit personalis, ut notatur *Dello. Extra. eo. c. non est.*

Curtis. u *Curtilagorum.* Vulgare est non omnium Patriarũ, sed tantũ. Est enim *Curtis* Mansio, vel Manerii ad inhabitandũ cum terris, possessionibus, & aliis emolumentis ad tale Manerium pertinentibus, prout satis colligitur in *li. 1. Feudorum. ti. de controversia investituræ. §. si quis de manso.* unde *Curtilagium* dicitur locus adjunctus tali *Curti*, ubi legantur herbæ, vel oleræ; sic dictus à *Curtis*, & *lego*, *legis* pro colligere. Curtilag.

x *Vini.* i. e. Uvarum ad faciendum vinum: vel dic, quòd Decima ipsius vini non erit facta debet solvi, quando ex Consuetudine fit fieri solet. Sicut in quibusdam partibus solet Decimari Cervisia: & tali Decimario est standum; quia si Curatus reciperet Decimas uvarum maturarum in domum possessoris collectarum, forsan modicum reciperet, propter defluentiam liquoris ex ipsis uvis in ipsarum Cariatione confractis.

y *Grani.* Generale est cujuslibet Seminis; per excellentiam tamen intelligitur specialiter de Frumento, secundùm *Isidorum.*

z *Torrentum.* Vulgare Anglicorum est, & sunt de terra dispositæ, & præparatæ ad comburendum, sicut patet in Insula *Elienſi*, & aliis locis paludosis; & ligni appellatione continentur. *ff. de leg. 3. l. ligni. §. lignorum. ver. quod autem.* ubi etiam patet, quòd focilia, quæ colliguntur de fœcoribus animalium, continentur appellatione lignorum, & sic Decimari debent.

a *Fabricantur.* Scil. per artem aliquam, sicut patet exiri in Turris quas componunt Tannatores pellium.

b *Fodiuntur.* Scil. absque cali arte, sed solùm fiunt mediante aliquo instrumento ad hoc præparato, per quod aperiantur, & effodiantur.

c *Cygnorum.* Cygnus genus avis est habentis plumas albas, & est dictus *Græce, Jonice* verò dicitur *Olor*, & quod pullos Cygnorum capiorum à nido affirmo, quòd Decima eis prædialis, quia nascuntur in loco certo, & suscipiuntur à loco certo. Secus tamen dicerẽ, si caperentur Cygni volantes à loco incerto, sicut dictum est de piscibus *supra. e. c. quamvis. §. de piscationibus. ver. debito modo.*

d *Anatum.* Horum aliqui nõ solvunt Decimas, sicut nec de pullis Gallinarũ, eò quòd de ovis solvunt Decimã. Cõsuetudo tamẽ in pastibus meis habet cõtrariũ, ut scilicet de ovis quam de pullis solvãt Decimam.

cimam. Et hæc Conſuetudo eſt valde rationabilis propter incrementum indè proveniens; vel iſtud intelligi poteſt de Anatibus ferè, a *Theocris agrorum.* Id eſt Agrorum cruſcentium circa agros pro claſtura eorum.

b *Apum.* Ut dixi *ſuprà. c. c. quoniam. §. de proventibus. ver. Molendinorum.*

c *Venationum.* Quæ ſi- ſunt de feris Animalibus, circa quæ tene Regulam quam poſui *ſuprà. c. c. quoniam. §. de piſcationibus, ver. debito modo.* Doctores namque circa Decimas ferarum Aviũm & Piſcium idem ſapiunt. *Extra. c. c. non eſt.*

d *Negotiationum.* De his, & pluribus aliis hic ſpecificatis quæ numerantur inter Decimas Perſonales, ſolvenda eſt Decima, deductis expenſis tam neceſſariis, quam utilibus & voluntariis niſi fiant in fraudem Eccleſiæ, ut notant *Doct. Extra. eo. ti. c. paſtoralis.* Et ſic de lucro ſolvenda eſt Decima in talibus, ut ibi patet.

Quæſtio. Quæro ergo, quid Dicemus de Artificibus & Negotiatoribus Civitatis *London.* qui ex Ordinatione Antiqua in dicta Civitate obſervata tenentur ſingulis Dominicis diebus, & in principalibus Feſtis, & Sanctorum Apoſtolorum, & aliorum quorum Vigiliæ jejunantur, offerre pro ſingulis decem Solidis reditûs domûs quam inhabitant unum quid? ante m: Numquid excuſetur per hujuſmodi Oblationem à perſonalibus Decimis, quæ ſolvi debent ex lucro ſui Artificii vel Negotiationis? quòd non arguitur. Nam Decima prædialis & perſonalis ſunt Decimæ omninò diſtinctæ & ſeparatæ, ſic quòd in eis non habet locum confuſio. Et hoc ſatis patet, quia diverſis reſpectibus debentur, una viz. prædialis reſpectu † rei, alia reſpectu indebitæ Perſonæ. *Extra. eo. c. paſtoralis. & ead Apoſtolicæ.* Patet etiam alia ratione, quia Decima prædialis debetur Eccleſiæ infrà cujus Parochiã prædium ſitum eſt; perſonalis verò debetur Eccleſiæ, ubi Perſona ſuum debet eas ſolvere, audit Divina, & recipit Eccleſiaſtica Sacramenta. 16. q. 1. *quatuor.* 13. q. 1. §. 1. Cum ergo verum ſit, quòd Penſiones provenit ex domo vel habitatione, eſt reditus prædialis, *ff. ſo. ma. l. decretis. §. in penſionibus.* & de tali reditu debetur Decima. ut notat *Hoſtien. Extra. eo. pertotum.* ſalis conſtat quòd ſolutio unius non liberat à † obligatione alterius. Præterea Jus Parochiale conſiſtit non ſolùm in Decimis, ſed etiam in Oblationibus; ſicut patet *Extra eo. ſup. Rubrica.* ubi Decimæ & Oblationes ponuntur ut diverſa: unde & quilibet fidelis tenetur in Dominicis Diebus, & aliis Feſtivis Diebus offerre. Et ad hoc cogi poteſt ſecundùm conſuetudinem Regionis; ut plenè notat *Hoſtien. ti. in ſumma. §. in quibus, ver. ſed numquid.* allegat ad hoc *de conſe. diſt. 1. Omnis Chriſtianus. & c. ſi quis.* Et illud intelligi debet de Oblatione corporali, nõ autẽ ſolum mentali. Cum ergo Ordinatio ipſa tale reditum aſſignet Eccleſiæ ſub nomine Oblationum, videtur quòd non ſit habenda talis Oblatio loco Decimæ, maximè perſonalis. Præterea ubi alicui poſſeſſioni adhæret aliquid onus certum, ut ſc. aliquid ſecundùm reditũ illius poſſeſſionis offerat eam inhabitans, ſicut præſupponitur in caſu illo, ſi poſſeſſio ipſa ad manus alterius veneris, etiamſi *Judæus* ſit, tenebitur ad ſolutionem oneris antedicti: *Extra. de uſuris. c. quanto. ad finem.* Facit ad idem *Extra. c. c. de terris.* Talis namq; reditus eſt prædialis. Unde & *Judæi* Decimas prædiales ſolvere tenentur, & etiam Oblationes quæ de domibus, ſive Poſſeſſionibus, & à Perſonis inhabitantibus eas ſolvi conſueverunt, ut patet in Juribus prælegatis, non tamẽ ex Obligatione Perſonæ, ſed rei. Nam ad Perſonales Decimas non tenentur *Judæi*, ut notant *Doct. c. de terris.* Et hoc verum per modum Decimarum; ſecus tamen per modum intereſſe. Et ſic poſſunt intelligi *notæ. 16. q. 1. Decimæ. per Joh. & Arch.* Et quod notatur per *Ber. Extra. c. ſua nobis. ver. nequitia.* Cum ergo *Judæus* inhabitans talem domum teneatur ad Oblationes per alios ibi inhabitantes fieri conſuetas; non tamen tenetur ad ſolutionem Decimarum perſonalium ſequitur, quòd talis Oblatio non poteſt, nec debet computari in ſolutionem Decimarum perſonalium. Præterea Ordinario prædicta indifferenter arctat quoſcunq; inhabitantes, ſive ſint Artifices vel Mercatores, vel quivis alius unde poſito, quòd domus aliqua inhabitetur per talem qui non ſit Artifex, nec Negotiator, nec aliquem lucrum acquirat, ſi talis teneatur ad hujuſmodi Oblationes integrè ſolvendas, ut patet ex ſuperioribus; ſatis apparet, quòd talis Oblatio non participat de Decimis Perſonalibus. Præterea præſuppoſito quòd talis Oblatio ſuccederet loco Decimarum perſonalium in parte, vel in toto, ſequeretur quædam abſurditates, & inconvenientiæ. Primò ſequeretur quòd ille qui non teneretur ſolvere Decimas Perſonales, eo quòd nihil lucratur, per talem Oblationem ſolveret illud quod non debetur, & ſic Eccleſia reciperet commodum de damno alterius, contra *l. nam naturæ. ff. de condi. indeb.* Secundò ſequeretur, quòd Mercator forſan in anno lucrans mille, eo quòd moraretur in domo, cujus Penſio non eſt forſan 20. ſolid. niſi aut hoſpitium ſolveret de ſuo lucro. Ille verò qui inhabitaret domum cujus penſio eſſet 10. lib. dum nihil lucraretur in anno, ſolveret quod non eſſet ſolvendum, ut prædixi. Nec obſtat ſi dicas quòd Oblatio fiat in Diebus Dominicis ut decima pars reditus, quã Decimã deberet Curatus conſequi, tanquam pro Decima prædiali, ſicut patet per *narratam totius Tituli De Decimis*, unde quicquid plus hoc offertur in aliis ſolemnitatibus, debet computari pro ſolutione Decimarum perſonalium, quia, ut prædixi, ſic ſequeretur, quòd non aſtrictus ad Decimas perſonales eas nihilominus ſolveret, quòd eſſet inconveniens. Eſt & alia Ratio quæ ſequitur: quia quælibet Eccleſia Parochialis habebit dotem unde ſpiritus *Curatio* congruè poſſit ſuſtentari. *Extra. de conſec. c. de conſe. diſt. 1. nemo. 16. q. 7. pia mentis*, & non ſolum pro ſe, ſed etiam aliis miniſtris ut patet in locis præallegatis. Patet exemplum in locis ruralibus ubi Curati habent manſum cum certa gleba eis aſſignata & nihilominus, ultra hoc habent Decimas & Oblationes ſicut patet dicto *c. 2. de cenſibus.* Propterea ergo ordinatum eſt quòd Eccleſiæ dictæ civitatis eo quòd non ſint dotatæ ultra Decimas reditus prædictorum quæ ſumuntur per viam Oblationis in diebus Dominicis habeant conſimiles oblationes in aliis Sanctorum feſtivitatibus in recompenſam dotis ipſarum Eccleſiarum, prout ſatis colligi poteſt ex inſpectione ordinationis prædictæ. Unde per ordinationẽ hujuſmodi non poſſunt Curati ejuſdem à Decimis perſonalibus ſicut patet ex præmiſſis. Quòd autem conſuetudo non poteſt excuſare non ſolventes hujuſmodi Decimas perſonales patet, quia cadunt ſub præcepto Divino contra quod non operatur conſuetudo. Et circa hoc vidè quæ ſcripſi *ſuprà. eo. c. ii. ver. præcepit.*

e *Eorum valorem.* De agnis patet exemplum *ſuprà. c. c. quoniam. §. de nutrimentis.* De Vitulis ponè Exemplum. Si Vitulus valeat 20. Denarios, ſolvantur duo Denarii: & idem intellige de Pullis Equorum, ut ſc. decimentur ſecundùm valorem, niſi ſint tot quòd ſolvi poſſit vera Decima, vel adminus, quòd ſint ſeptem: ut dictum eſt de Agnis *ſuprà. eo. c. quoniam. §. de nutrimentis.*

f *Rerum aliarum.* Quarumcunque, ſc. quas producit humus.

g *De cætera.* Eſt ſic pro præteritis, facit ad hoc 16. q. 7. *quicunque.*

h *Competenter.* Sc. congrue ſecundùm Conſuetudinem Patriæ, ſic quòd non ſolvatur minus quàm Decima, quia debet ſolvi ſine diminutione. *Extra eo. c. non eſt.*

i *Eccleſiis.* Sc. infrà quarum Parochias Prædia conſtituta ſunt de prædialibus. *Extra. eo. c. ad Apoſtolicæ.* de Perſonalibus verò illis Eccleſiis ubi ſolventes audiunt Divina, & percipiunt Sacramenta Eccleſiaſtica, ſicut patet *ex c.* poteſt tamẽ eſſe ex conſuetudine præſcripta cujus contrarii non eſt memoria, quòd Decimæ prædiales ſolvantur alteri Eccleſiæ quàm illi infrà cujus Parochiam Prædia ſita ſunt: *de reſt. ſpol. c. ad Decimas. li. 6. cum ibi notatis per Doctos.*

k *De Jure.* idem ſi de Conſuetudine, ut dixi in Gloſſa præcedẽti.

l *Decimarum.* Sc. prædialium.

m *Niſi tantum.* Excipit ab eo quod prædixit, & quod dicit, *tantum*, intellige quoad Decimas in hoc Capitulo ſuperius expreſſatas; ſic ut intelligantur Decimæ prædiales, nam Decimæ Piſcariarum, Beſtiarum ferarum, Aucupirii & Venationum poſſunt in ſuis eſſibus eſſe perſonales, ut notant *Doctor. Extra. eo c. non eſt. & dixi ſuprà. eo. c. quoniam. §. de piſcationibus. ver. debito modo.*

n *Negotiationum*, Supple, vel quaſi negotiationum, ut de Salario Advocati vel Doctoris: item de Militia, & omni Lucro. 16. q. 1. *Decima.* & q. 7. *quicunque. Extra. eo. c. non eſt.* & c. *paſtoralis.*

o *Quod ſi.* Tertia pars.

p *Decimarum hujuſmodi.* Et ſic tam Prædialium quàm Perſonalium.

q *Compellant.* Quomodo autem hoc ſit dixi *ſuprà. eo. c. quoniam. §. ſed quoniã. ver. cenſurâ Eccleſiaſticâ.* & ex hoc loco potes notare, quòd etiam Decima perſonalis cadit ſub præcepto, & illam non ſolvens peccat mortaliter: alias enim non excommunicarentur nolentes ſolvere, ut hic præcipitur. Dicit enim *Antonius de Butrio, Extra. eo. Capitul. tuis nuper.* "Nota, *inquit*, per Eccleſiam declaratum, videlicet hanc Conſtitutionẽ, & per Canones, quòd Decimæ debentur ex præcepto Divino. Sileant propterea Theologi, quia ad eos nõ ſpectat declarare

---

De Regularibus & transeuntibus ad Religionem.

Nemo ante 18. annum Monachatum *ſine neceſſitate, aut evidenti utilitate profiteatur.*

Stephanus.

M.S. Æton. † declarare, immò & dicta Sanctorum succibunt declarationi Ecclesiæ. 20. dist. per totum. & maximè c. de libellis. hæc ibi per Abb. in 3. notula. & de hac Declaratione facta per Ecclesiam, habes optimè ca. ti. c. suus mobis ad fi. ubi loquitur, tam de Decimis Textualibus quam Prædialibus, ut ibi patet.

† determinare.

a Q Via vero. Hæc est Constitutio Stephani Archiepiscopi Cantuariensis edita in Concilio Oxon. primo.

b Monachi. Unde & dicamus, habes 16. q. 3. placuit Concilii Carthag. c. XVIII. annum. Fundatio hujus literæ super hîc, quæ legantur, & notantur Extra. e. c. quia in Insulis, ubi dicunt Doctores quod in Insulis illud speciale est propter asperitatem Loci & Religionis, quæ ibi asperior solet esse. Et non habet locum hoc quod hic significatur in Monachis, sed etiam in Fratribus, & aliis

M.S. Æton. † Religionibus quarum observantiæ sunt duræ & asperæ. Nec obstat, licet Insula sit deliciosa, qualis est Anglia secundum quosdam, quia sufficit, quod Monasterium sit situm in Insula. Et sic tenere videtur ibi Antonius de Butrio, adhærens literæ, licet alii aliter dicant; arguendo super hoc à contrario sensu. Patrem tamen ibi Doctores se non vidisse hoc servari etiam in Monasteriis Insularibus. Et super hoc habes Decretum 20. q. 1. quia in Insulis. & ibi Notata.

d Non recipiantur. Sc. ad Professionem, & oponit quòd intelligas de 18. anno completo, sicut alias solet dici de 14. anno. Extra ea. c. ad aliquem.

e Necessitas. Quia scilicet Monasterium caret Ministris Insti Deo servientis.

f Utilitas. Custos. ad hoc Extra. de aet. & qual. c. quæritur, ubi notat Hostien. ponderatur utilitas ratione Potentiæ, Scientiæ, vel Artificii, vel quia sunt in Temporalibus providi.

Divisio.

¶ S Anctimoniales. Hæc Constitutio fuit edita per Johannem Peccham Cantuariensem Archiepiscopum, Et habet tria dicta. In primo ponit unum errorem quoad professionem Religionem, maximè quoad Moniales. In secundo ibi, Nec erroneum, super hoc ponit præsens Statutum. In tertio ibi, Idem etiam, concedit tamen tractum ad alios Religiosos. Et est pars ista infrà. de statu Regularium. c. Sanctimoniales.

h Moniales. De his, & de earum Clausura, videre potest de Statu Monac. c. 1. li. 6.

i Ætatis legitimæ. Sc. 12. annorum. Extra. ea. mihi virum. ubi de hoc in prima glo. per Host.

k Doli capaces. Sciendum enim, quod licet ætatis 12. annorum, quod sunt doli capaces, quia etiam ultra post septem annos sunt doli capaces, ut notat Host. Extra. ea. li. c. 1. verb. annorum. Et de dolo. ibi. c. 2. li. 6. per eundem non enim intelligo &c. quod omnis doli capax eo facilis ad Monachatum, nisi etiam concurrat cum hoc ætas di cretionis, ut Extra. ea. dilectus. c. 1. sufficit tamen ad habendum Clericatum, ut ibi bene notatur, & hoc tene quæso.

l Ultra annum. Sc. non computato anno 12. sed anno quocunque sequenti, quo sic ingrediens, steterit in sua Religione. Verbi gratiâ, nullus completa ætate 12. annorum intrat Religionem, & libellat per annum integrum, in hoc casu habet locum quod sequitur.

m Monasticè. Sc. observando Regularem observantiâ cum aliis.

n Vixerint. Et nota 20. q. 2. puella.

o Non esse professos. Ex eo viz. quia professionem expressam non emiserunt, ut infrà sequitur.

p Benedictionem Episcopalem. De qua habes 20. q. 1. decretis. & Extra. de regular. ea. c. 1. & hi quæ ut notatur causa. c. 1. q. 1.

q Vota emisit. Sc. Per expressum.

r Non erroneum. Secunda pars.

s Declaramus. Sic ergo non est Novi Juris constitutiva, sed Antiqui declarativa.

t Ea. sc. Moniales.

u Ipso facto professas. sc. Tacitè.

x Ultra annum. Simile habes Extra. ea. c. ex parte.

y Spatio. Secus tamen foret, si constet. Extra. quid ea. consu. q. 1. 20. q. 3. præsens.

Moniales a Monasticè vixerint, b putant se c non esse professas, ac sibi licere redire ad sæculum, pro eo quod d Benedictionem Episcopalem cum solemnitate e voti emisse minimè recolerunt. f Nos errorem hujusmodi excludere, præsentis auctoritate Concilii g Declaramus, eas a ipso facto professas existere reputandas, postquam h ultra annum vitam i sponte in k Collegio duxerint, l Regularem, m adeo ut ad sæculum redire n nullatenus permittantur; nihilominus o ab Episcopis cum p solemnitate debita consecrandas suo q tempore, vel r velandas. Idem s etiam quantum ad professionis vinculum t censemus de monachis, & u Religiosis aliis

x Collegio. sc. Tempus Moniales, sic sc. ut in sequenti additum Prohibitorum. Extra. de statu.

a Regulariter. Sume quod est supra. versum.

b Licere. i. c. licitum.

c Nullatenus permittantur, dicitur in simili 27. q. ad interrogata. Sed melius quod dicunt ibidem Extra. ea. c. ex parte. & intelligas ea quæ hic dicuntur, quando habitus non fuit distinctus quod Novitius & Professus sit tamen habitus aliter distinctus, tunc quamcunque tempore quis ferat habitum probationis non censetur professus, secundum Innocen. d. c. ex parte. & hoc verum intelligas, quando est Distinctio puerilis, viz. in Colore, Scissura, vel Forma, quod dic, ut in Clem. ea. ea. li. ibi per Ant. dicit quòd in habitu Novitiorum laicorum distincto, vel indistincto, vel indistinctissimo, dummodo receptus fuerit ab abbate delatio habitus per quemcunque, indicit tacitam Professionem, & hoc indubitanter est. Delatio verò habitus Novitiorum quorumcunque distincti, vel indistinctissimi, ubi receptus fuerit ab Episcopo per Ipsum suum, non indicit tacitam Professionem: & in hoc casu verum est quod notavit Abbas. Extra. ea. c. quamvis. quod dicit & videtur Monachatum, qui gestavit habitum per tres annos, Professum & Regularem. Literas de redeundo ad Sæculum. Circa hanc autem materiam vide quæ legentur & notantur in tit. de Confessionibus. §. fi. li. 6. & vide quod dicam infrà. de cler. præsen. ca. Religiosos habitum. Et sic hic fictis, quòd Petrus obligatus ad Religionem sex modis. Primo, si Petrus recepit habitum Professionis, ut di. c. Constitutionem. in fi. li. 6. Secundo, si fecit Professionem expressam. Tertio, si renuntiat Mundo & pompis ejus pompæ, & Beneficio. Dicr. Stephanus ea. li. Quarto, quando in Claustri habitu annis Probationis implevit. Et idem hodie in habitu laicorum distincto, ut di. c. ea. in Cle. Quinto, si juravit quòd nunquam exiret de monast. & si vere. & c. cum contingat. quid ut. can. c. fina. Cle. de voto. cum de Authore secundo. Sexto quando sub hac conditione fuit susceptus sine pulsu vel impulsu. de ser. cum ordi. c. 10 li. Quæritur. de regul. ejus. c. 2. Impubes autem ingressus Religionem Quamvis antequam 14. anno, obligatur quatuor modis. Primo, si tunc fecit Professionem in Religione quam prius intraverat. Secundo, si tunc fuit receptus circa habitum Professionis. Tertio, si tunc Professionem prius factam ratam habuerit. Quarto, quando complevit decimum quintum annum in habitu indistincto, non tamen indistinctissimo. Omnia illa patent ea. ti. c. 1. li. 6. & ibi per Doctores 20. q. 1. in summa. & vide infrà. ea. verb. Religiosos habitum.

d Ab Episcopis. Si simplici enim Sacerdote non potest fieri Consecratio, de quo hic loquitur. 26. q. 6. c. 1. 68. dist. quamvis.

e Solemnitate debita. Pro qua recurras ad Pontificale.

f Suo tempore. sc. Dum fuerint ætatis 25. annorum, & non ante. 20. q. 1. c. placuit.

g Velandas. sc. Velo Consecrationis. Illi namque velum Professionis, & datur post 12. annos. 20. q. 2. puella. Illi etiam velum Consecrationis, & non datur ante 25. annos. 20. q. 1. placuit. & illi velum Ordinationis, quod olim imponebatur Diaconissis in 40. anno. Illi quoque velum Prælationis, quod in 60. anno datur Abbatissæ. 20. q. 1. juvencula. de hoc quadruplici velo, notatur per Jo. 20. q. 1. velamen. & illi velum Conceptæ Observationis, & hoc illi Viduarum. Extra. qui cle. vel ea. consulens. & secundùm quosdam illi velum Conversionis. 37. q. 1. soluta.

Velum

h Idem etiam. Tertia pars.

i Censemus. Id est, Judicamus, sive statuimus.

k Religiosis aliis. sc. Quorum Religio approbatur per Sedē Apostolicam: nam in Religione à Sede Apostolica approbata, pomitio habitus nullo modo obligat. de reg. do. c. ne nimia. de voto c. nuper. li. 6. hi notatur per doct. in c. Constitutionem. ea. ti.

sicut

De Voto & Voti redemptione.

Formam professionis, ut melius observetur à professentibus, Episcopi bis in anno faciant pronunciari.

Stephanus.

Quia juxta [f] Scripturæ [g] testimonium [h] vota nostra [i] tenemur Deo reddere quæ vovemus, salubriter Decernimus [k] annectendum, ut Episcopi formam [l] professionis in sua Consecratione prolatam [m] bis in anno [n] coram se legi [o] faciant [p] diligenter, [q] ut tanto melius sponsionis propriæ recordentur, quanto sæpius fuerit eorum auribus [r] inculcata.

Admoneatur populus non fácere vota sine matura deliberatione, nec mulieres sine maritorum consensu, & Sacerdotum consilio.

Edmundus.

[s] Quia juxta. Hæc est Constitutio *Stephani* in Concilio *Oxon.* *Scripturæ. Numeri* 30. *Psal.* 75. *Eccle.* 5. *Isai.* 19. *Extra. eo. augusto. & c. licet.*

[t] *Vota.* i. e. Promissiones alicujus boni factas cum deliberatione. 27. *q.* 1. *de votis.* 2. si namque fierunt de re mala, vel sine deliberatione, vel sine discretione ex facilitate animi, non obligant. *Extra. eo. c. venientis. & de Regulo. c. ad nostram.* ubi de hoc per *Inno. & Archid. Extra. eo. c. omico. glo. 1. li. 6.*

[u] *Tenemur reddere.* Hic adverte, quòd in Voto considerandæ sunt tria, scilicet Initium, Confirmatio, & Consummatio. Initiatur Votum, cum propositum tantum in animo seminatur, & ex hoc non obligatur sic proponens. *Extra. eo. literaturam.* Confirmatur per deliberationem cum consensu interiori, & obligat quoad Deum, maximè in Voto Pœnitentiali. 27. *q.* 1. *qui bona.* non tamen quoad Ecclesiam, quæ non judicat de occultis. 32. *q.* 5. *Christiani. Extra. de Sponsa. sicut nuis. & c. sequenti.* Consummatur, cum propositum deliberatum ore exprimitur, in quo casu obligat quoad Deum, & quoad Ecclesiam. *Extra. eo. per tuas.*

In Votis tria sunt considerranda.

[v] *Annectendum.* Sc. Constitutioni quæ loquitur de Residentia Episcoporum in suis Ecclesiis Cathedralibus certis temporibus. De qua habes *supra. de Cler. non resident. c.* 1.

[x] *Professionis.* Quam Videre poteris in Libro Pontificali.

[y] *Bis in anno.* Ratio hujus *infrà* sequitur. Sed nunquid sufficiet hanc Literam fieri bina vice in una die, vel quòd fiat in binis diebus sibi propè succedentibus ad effectum ut satisfaciat huic Constitutioni? puto quòd non, inspecta mente Statuentis, sed debet talis Lectura fieri in qualibet medietate Anni, sive prope ipsius initium, medium, sive finem semel: & sic iterum in alia ipsius Anni medietate. Faciunt ad hoc notata per *Jo. An. de statu Mona. c. in singulis. & de consang. & affini. c. quòd dilectio.* vel potes istud intelligere secundum declarationem quæ ponitur in Constitutione *Othobon, parra.* §. *fina.* ut scilicet hæc Lectura fiat in initio Adventus, & in capite Quadragesimæ.

[z] *Coram se.* Sic quòd auscultent, & bene intelligant. *ff. de verbo. sig. l. coram.*

[a] *Faciant.* Non ergo oportet quòd ipsimet legant.

[b] *Diligenter.* Sic ut bene percipiant, & intelligant quod legitur, ut dixi *supra. eo. vers. coram.*

[c] *Ut tanto.* Hic ponitur Ratio præmissorum.

[d] *Inculcata.* Id est multiplicata, vel iterata.

---

super ver. in illa li. 6. & per Jo. An. Gessin Clem. 1. ti. ver. Religiose.

[a] *Quibuscunque.* Et sic etiam in Fratribus mendicantibus locum habet: quod dic, ut in *c. nos solum. eo. ti. li. 6.*

[b] *Canonicum.* Tali enim Professioni enim obsisteret non approbatio Religionis, ut dixi *supra. eo. verb. Religiosis aliis.* obsisterent etiam omnes casus illi, in quibus ingrediens Religionem non posset se Religioni obligare. Exemplum habes de impubere, qui invito Patre non potest se obligare Religioni. 20. *q.* 2. *puella.* Aliud exemplum habes de Uxore, quæ post carnalem Copulam non potest se Religioni obligare invito Viro. 27. *q.* 2. *si quis conjugum.* Item in Episcopo, qui invito Papa non potest se obligare Religioni. *Extra. eo. c. licet.* & notatur 19. *q.* 1. *duæ sunt glo. ulti. per Jo.*

[c] *Eos.* Scil. Monachos, & Religiosos alios.

[d] *Ultra annum.* Simile habes *Extra. e. ex parte.* ubi de hoc *glo. ulti.* Et vide quod dicam *infrà. glo. prox.*

[e] *Religionis habitum.* In Pubere, & habente discretionis Annos, ingredientes Religionem, hoc est satis certum, quòd talis Adultus scienter & sponte recipiens habitum Novitiorum intrat per distinctum, vel indistinctum habitum, vel indistinctissimum, illum deferens ultra annum, censetur tacitè professus, ut dixi *supra. e. ver. aut annum permittatur.* Et hoc verum, nisi professus fuerit expressè, quòd non intendebat profiteri, etiamsi ultrà annum gesserit hujusmodi habitum. Aliàs si simpliciter professus fuerit, quòd per declarationem habitûs non habuit animum profitendi, tunc per lapsum anni obligatur, prout notat *Petrus de Ancharano. Extra. eo. c.* 2. *ver.* 3. *quæro.* Et ibi etiam per *Inno. & Host. & Jo. An.* Si autem nullam professationem fecerit, recurre ad *c.* 1. *e. ti. li.* 6. distinguendo, videlicet inter illos qui portant habitum indistinctum, indistinctissimum, & distinctum. Et intellige habitum indistinctum, quando inter Professos & Novitios non distinguitur habitus; sed inter Professos ac Conversos, & alios vitam Communem inter eos agentes, est distinctio. Quo casu lapsus Anni post ætatem Discretionis induxit tacitam Professionem. Quod dic, sicut legitur *eo. ti. c. is qui.* §. *quòd si per totum. & §. seq. li.* 6. Habitus verò indistinctissimus est, quando Professi & Novitii, Conversi, Mercenarii, Deo obligati, ac alii cum eis Communem vitam agentes, simili penitùs habitu induuntur. In quo casu refert inter illos qui infra Annos Discretionis Religionem incraverunt; & illos qui post ætatem, seu in ætate legitima. Primi nunquæ non obligantur ad Religionem, nec intelliguntur tacitè professi per lapsum Anni. Alii verò per lapsum Anni obligantur, sicut patet *eo. ti. c. is qui.* §. *quod si per totum. & §. seq.* Habitus autem distinctus quandoque est parens, quandoque est latens: patenter distinguitur altero de tribus modis, scilicet Colore, cissura, vel Forma. In quo casu, quando habitus Novitiorum altero istorum modorum distinguitur ab habitu Professorum, lapsus Anni non obligat, ut in *Cle. eos. c. ti.* ubi verò Distinctio habitus est latens, puta, ubi habitus sunt aliàs omnino similes; tamen habitus Professorum benedicuntur, habitus verò Novitiorum non; vel quia habitus Professorum datur in Capitulo, habitus autem Novitiorum in Choro; vel econtra: vel quia habitus Novitiorum datus ab uno, habitus Professorum ab alio; vel unus datur cum solennitate, alius sine solennitate, tunc obligat lapsus Anni, ut patet in dicta *Clem. eos. in primis.*

[f] *In Monasteria.* Secus si extrà Monasterium. *Extra. eo. c. ut Clerici.* Et contra. notata per *Jo. An. & Paulum in Clem. eos. eo. titu. ver. Religione.*

[g] *Spontè.* Secus si coactè. *Extra. e. c. cum virum.* 20. *q.* 3. *professi. & eo. ti. c. Constitutionem. in fi. li.* 6. ibi, *voluntariè &c.*

[h] *Seculum.* Sic dictum, quia unum sequitur aliud. Abeuntibus enim aliis alii succedunt, sicut notat *Archidia. eo. ti. c.* 1. *ver. seculum. li.* 6. Tu in hoc loco dic *Seculum*, i. e. statum Regularem. Sic sumitur dicto *c.* 1. *per Jo. An. in Novella.*

Apostatas. Id est retrò abeuntes. 50. *dist. placuit.* §. *Apostatæ.* ubi de hoc per *Archidia.*

[k] *Beneficiis.* Supple, obtinendis. Et *concor. 50. di. bi qui.*

[l] *Suis Monasteriis.* In quibus scilicet recepti sunt.

[m] *Juris exigentiam.* Circa hoc videas quod legitur, *Extra. de Apostatis. c. à nobis. & Extra. e. ti. c. fi.*

[n] *Compellendos.* Scil. per Præsidentes Capitulis Generalibus. *Extra. eo. ti. c. fina.* Item per Episcopos, in quorum Dioecesibus tales inveniuntur. *Extra. de Apostat. c. à nobis. & Extra. eo. ti. c. non est.* Et tales retinere compellendi sunt etiam ipsorum Prælati, ut patet dicto *c. fi.*

[o] *Ut quibus.* Sc. Religiosis sic dimittentibus habitum.

[p] *Inquisitio.* Simile habes *Extra. eo c. fi. & concor. C. de agricolis & cens. l. omnes. li.* 11. *C. de servis fug. l. inquirendi. & l. quicunque.*

[q] *Ovium vellere.* Id est sub Signis pietatis & innocentiæ. Est autem Ovis animal innocens, animal obediens, animal fœcundum, animal immolatitium. Tales itaque, de quibus hic habetur, præcendunt innocentiam quantum ad vultûs; obedientiam quantum ad mandata seu præcepta; fœcunditatis efficientiâ quantum ad opera Devotionis; reverentiam quantum ad Sacrificia.

[r] *Lupinum animum.* Id est interius in Conscientia intentionem perdendi & mactandi, & peccatum suum dissimulandi.

a PRæcipimus. Hæc Constitutio attribuitur *Edmundo* Archiepiscopo.

b *Sacerdotes.* Sc. Curam animarum habentes.

c *Sæpe.* Bina vel trina vice in Anno ad minus. Facit *Auth. de Testibus. §. quia vero in prin.* & notatur per *Archidia. de elect. c. quia sæpe. in princ. li. 6.*

d *Populum.* sc. suæ Parochiæ, & sibi subjectum.

e *Mulieres.* Quæ facilius solent Vota emittere quàm viri, maximè cum sunt in aliqua Tribulatione, & Angustia positæ. Et intelligas, quod hic dicitur, de mulieribus conjugatis, ut *infrà* patet.

In Voto tria requiruntur.

f *Deliberatione.* Ad Votum enim Tria requiruntur ex necessitate. Primum est Deliberatio. Secundum est Propositi Voluntatis. Tertium est Promissio in qua perficitur. His secundùm quosdam adduntur alia duo, sc. Pronunciatio otii, & Testimonium aliorum: prout ista notantur per *Jo. in summa confessorum. li. 1. ti. 8. §. 2.*

g *Consensu.* Mulieres enim Uxoratæ non habent voluntatem liberam, unde non possunt se firmiter obligare: quod dic, ut plenius notatur *ex. ti. §. quis vovere possit. vers. secus, cum vers. sequentibus.* per *Hostien. in summa.* Scias tamen, quòd uxor sine consensu Viri vovendo non peccat, quia in tali Voto intelligitur conditio, scil. si suus Superior consentire voluerit, secundum *Thomam in summa, Articu. 4.* Hanc etiam materiam plenius videre poteris *Extra. eo. c. scripturæ.* ubi dicit *Innoc.* & concordant alii Doctores, quòd Uxor sine licentia viri non potest emittere Votum abstinentiæ, nec Peregrinationis cum effectu: quod si fecerit, Maritus potest revocare. *33. q. 5. manifestum.* & idem è contrario: quia Vir & Mulier non sunt in talibus ad Imperia judicandi. Fallit in Voto uteramarino, *Extra. eo. c. cum multa. §. quod autem.* & si ante nuptias alter eorum Votum emiserit, quod non implerit, altero lædito non intelligitur illud post Matrimonium contractum. *33. q. 1. Adhuc.*

M.S. Æton.

†Vitæ.

Quæs.

h *Castitatis Sacerdotum.* Illud non est necessitatis, sed potius securitatis. Sed hic quæro, numquid mulier in periculo, in infirmitate, vel aliquâ angustiâ posita, vovens forsan de consensu viri tenetur reddere votum? Dic quod sic, si habuit intentionem obligandi se Deo, cogitans etiam de causa movente ad vovendum, sc. infirmitate, periculo, & hujusmodi; et iam de fine, sc. evasione illius periculi, vel Angustiæ. Sic tenet *Archi. 17. q. 4. c. sunt qui opes.* & notatur per *Jo. in summa confess. li. 1. ti. 8. q. 2.*

Divisio.

i VTrectius. Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi in Concil. io *Oxon.* Et facit tria. Primo recitat motivum *Statuendi.* Secundo ibi, *Statuimus*, procedit ad Statutum. Tertio ibi, *Ad hoc*, restringit Statutum ad quosdam Prælatos.

k *Administratio.* Hæc dictio largè intellecta comprehendit non solum Officium aliquod in Monasterio, sed etiam Dignitatem, sicut notatur *de rescrip. c. 1. ver. Administrationibus. per Wil. in Clo.* & ibi per *Gess. e. ver.* Et dicuntur habere Administrationes, hi qui regunt Officia ordinata in Monasterio, utputà, Camerarius, Vestiarius, Eleemosynarius, & hujusmodi, ut notat *Archid. de consue. c. 1. ver. Administrationes. li. 6.* Et circa hoc vide notata *de supp. neg. prala. c. unico. ver. Administrationes. in Clem.*

l *Claustralium.* Qui sic dicuntur, eò quòd licet Administrationem ad extra habeant, nihilominus Claustrum cessante solicitudine circa eorum Officia exercere tenentur. Alias autem essent sicut pisci sine Aqua. *16. q. 1. placuit Communi.*

m *Quies.* Quæ consistit in Contemplatione Cœlestium. *Extra. de renunc. c. nisi cum pridem. §. nec potest.* Vel dic, *Quieti*, aliorum scilicet, qui nullam Administrationem habent, qui forsan alias non quierantur, nisi cognoverint statum Monasterii.

n *Statuimus.* Secunda pars.

o *Obedientiales.* Hi sunt, qui sub obedientiâ suorum Prælatorum sunt, & habent certa Officia administranda interius vel exterius. *Extra. e. c. cum ad Monasterium. §. tales.* ubi tales Administrationes dicuntur Obedientiæ.

p *Prælati majores.* sc. Abbates & Priores.

q *Aut bis ad minus.* Istud hodie laxatur, ut fiat saltem semel in Anno, in Constitutione *Othoboni. De Præb. Et concordat* quod habes *de reli. do. c. quia contingit. §. illi etiam.* ubi de hoc per *Jo. Andr. ver. rationem. in Clem.*

r *In anno.* Supple, quolibet.

s *A conventu.* sc. Quando Prælatus superior redderе debet rationē. Alioquin, quando Obedientiarius reddat rationem, tunc tales deputati debent ab ipso Superiore, viz. Abbate, vel Priore & Conventu, vel forsan à solo Superiore, ut apparet *de reli. do. c. quia contingit. §. illi etiam. in Clo.* ibi, *aliis quibus subsunt* &c. Securius tamen est; ut etiam fiat cum consensu Conventûs, ut hic.

t *Superioribus.* Inferior, scil. Obedientiarius coram Abbate. Abbas autem coram Episcopo, ut dicta *Clo. quia contingit. §. illi etiam.*

u *Confessionem.* Quæ si sit rationabilis, servanda est. Et in diversis locis diversa esse possit: unde Consuetudo singularis unius loci derogat Juri Communi in eodem loco. *ff. de leg. l. de quibus. glo. 2. in fi. ff. Commun. prædi. l. verùm. §. fina.*

x *Reddunt rationem.* i. e. Computum. Et intellige quando erunt super hoc requisiti, sicut aliàs notatur per *Jo. An. in dicto Clo. quia contingit. §. illi etiam. ver. annis singulis.* Et hoc puto verum nisi Consuetudo, de qua *supra* dixi, aliter usum huj⁹ Computi, quia tunc absque requisitione debet se offerre ad Computum; quia tempus interpellat pro homine. *C. de contr. & commit. stipu. l. neg.*

y *Ad hoc autem.* Tertia pars.

z *Prælatus.* i. e. Abbates vel Priores.

a *Monachis.* Scil. sibi subditis per viam Conventûs.

b *Separatos.* id. Divisas, vel discretas, secundum ea quæ notantur & leguntur *de rescrip. c. ecclesiarum. Et concor. notata per Jo. de Abbat.* in Constitutione *Othoboni. De Prælatis. ver. Administratione sua.*

Divis.

c QUia nonnunquàm. Hæc Constitutio est ejusdem, cujus & prior, & principaliter facit duo. Primo ponit motivum sui Statuti. Secundo ibi, *Provida*, procedit ad Statutum. Et in isto secundo dicto, primò disponit circa Religiosos quoad loca dormiendi. Secundo ibi, *In eum*, disponit quoad loca comedendi. Tertio ibi, *Nec singulis*, providet circa eorum vestes. Quarto ibi, *Cæterùm*, providet, ne pecunia detur loco vestium. Quinto ibi, *Nec Monachi*, prohibet pro vestibus pecuniam dari, seu recipi, & adjicit pœnam contrafacientibus.

Divis.

d *Serpens antiquus.* i. e. Diabolus, cujus alia nomina plura recitat *Archidia. 13. dis. c. nemo. in princ.* Vocatur enim Leviathan, ut ibi. Item inimicus homo. *de elect. c. licet.* Item hostis versutus. *16. q. 2. c. 1.* Item hostis antiquus. *2. q. 5. habet.* Item nequissimus hostis. *ad Eph. 6.* Item superbus. *Job. 26.* Item mendax. *Johan. 8.* Item homicida, propter primam mortem quam intulit humano generi. *Gen. 2.* Item invidus. *Job. 8.* Item peccator juxta illud, *Custodi me Domine de manu peccatoris. in Psal.* Item immundus spiritus. *Luc. 11.* Item malignus. *Psal. 14.* Item mancipium. *40. dis. si Papa.* Item magister elationis. *46. dis. c. 1.* Item Beelzebub. *21. dis. §. 1.* Item Behemoth. *de pœn. di. 1. principium.* Item Insidiator. *7. q. 1. quamvis.* Item princeps mundi. *32. q. 2. c. pudor.* Item lupus rapax. *de elect. ne pro defectu.* Item antiquus Sophista, in Constitutione *Othoni*). *Cum sis ars. in prin.*

Nomina Diaboli.

e *In insidiis.* Ex hoc enim dicitur insidiator. *7. q. 1. quamvis*, juxta illud, *ut possitis stare adversus insidias Diaboli. ad Eph. 6.*

f *Sanctis viris.* i. e. A peccato mundis, in fide firmis, & à terrenis separatis.

Cœnobita in uno Dormitorio dormiant, & in uno Refectorio reficiantur, ex communi vestiantur, neque pro vestitu pecuniam recipiant, sed in pios convertatur usus vetus amictus, dum novum recipiunt.

Idem.

e QUia nonnunquàm Serpens antiquus, qui jugiter sedet f in insidiis f sanctis viris, quantò magis eos

a *Solitarios.* Id est singulares.

b *Consolatione mutua.* Quæ habetur ex societate plurium : juxta illud, *Melius est esse duos simul quàm unum : habent enim emolumentum societatis suæ. Eccl. 4.*

c *Provide.* Secunda pars.

d *Duo Denarios.* Cuncor. *Extra. de vita & hon. cler. c. quoniam.* Imperatum etiam de Monialibus loquitur, & quòd non debent locare in singulis Cameris habere : *q. c. 3. præcipimus.*

e *Singulis lectis.* Qui non debent esse alterius lectis proximiores, ut patet in Constitutione *Othoboni. Illud quoque.*

f *In uno.* Vers.

g *Simul edant.* Non tamen cantus. *Extra. de cel. miss. ad Monasterium.* §. *in Refectorio.* & quomodo Superior possit & debet tales vocare ad Refectionem, vide ibidem, & in Constitutione *Othoboni. Statuimus.*

h *Conjunctim omnibus.* Quia pares sunt, & sanctæ fraternitatis nomine conjunctæ : sicut legitur in Constitutione *Othoboni. Illud quoque* & hoc verum, nisi ratione debilitatis vel infirmitatis, quod dic ut *d. c. cum ad Monasterium.* §. *in Refectorio.* & in Constitutione *Othoboni. De infirmis.*

i *Nos singulis.* Vers.

k *Pro vestibus.* Quæ quales sunt, vide in *Clem. ne in agro. in fi. in princ.*

l *Denarii tribuantur.* Simile habes in Constitutione *Othoboni.* & *quidem.* Dicit tamen *Antonius in c. cum ad Monasterium. Extra. eo. tit. ver. nec assimet.* quòd Curia Romana tolerat, quòd Regularibus aliquid tantum pro vestibus, vel pro eis detur aliqua Possessiones : & sic etiam ibi notavit *Wil. Naso & Petrus de Ancha. ver. 16. nota.* Quid ergo si Abbas cum Conventu, causa vitandi scandalum & murmur, facit Statutum juramento firmatum, quòd singuli Monachi habeant certam pecuniam pro vestimentis : Nunquid Abbas possit illud Statutum revocare ? *Jo. An.* disputat hanc quæstionem in *Regula Juris. Non est obligatorium.* & tenet quòd non, quia causa Statuti est laudabilis & sancta; & sic Juramentum potest servari sine interitu salutis æternæ. Et hoc verum intelligas, nisi Statutum redat ad nocum : nam tunc puto, quòd tale Statutum non arctaret, quin possit dissolvi. Argumento eorum quæ leguntur & notantur 63. *d. c. quia sancta Romana.* & §. *sed cui.* Et notatur *Extra. c. ti. cum ad Monasterium. vers. quod si Abbas. per Jo. in Collect.*

m *Talia. Sc.* vestimentorum Administratio.

n *Certas Personas.* Propter difficultatem, quæ aliàs exinde sequerentur ratione incertitudinis. Ad quod facit *ff. de test. tu. l. tutor incertus. Extra. de rescrip. c. ad hæc.* cum ibi notatis.

o *Camerarius.* Ad quorum sc. officia onera hujusmodi sunt deputata. Et de his dixi *supra. e. c. 1. ver. Administratio.*

p *Diligenter.* Sic sc. quòd ea de causa querelæ non sit locus. Nam negligentia talium Officiariorum in hoc casu non debet remanere impunita. *ff. de offi. Præsid. l. Divus.* §. *si.*

q *Qui* vel *quæ. Sc.* Camerarii vel Camerariæ.

r *Facultates.* Quæ in talibus inspici debent; *Extra. de vi. & hon. cler. c. quoniam.* potius quàm Nobilitas Personæ. Omnes namque quasi hoc per Sanctam Fraternitatem sunt pares in Constitutione *Othoboni. Illud quoque.*

s *Nova. Sc.* indumenta.

t *Tradunt. Sc.* Camerarii.

u *Ab eis.* Scilicet Religiosis recipientibus hujusmodi indumenta.

x *Necessitates.* Ueputà, in solutionem debitorum, sic scil. ut venderentur, & pro eis pecunia recipiatur, si Monasterium ære alieno forsan gravatum sit : nam necessitas facit licitum, quòd aliàs esset illicitum. *de Præben. c. exposuisti. 10. q. 3. unio. de æta. & quali. cum tu. de re. eccl. non alie. c. 1. in Clem.* Vel potest esse necessitas, ut ex eis refarciantur alii panni sartione indigentes, ubi Monasterium est pauper.

y *De Consilio.* Simile habes *Extra. e. c. 1. ad fi.* Et nota, quòd aliud est aliquid facere de Consilio assensus, aliud cum Consilio, aliud Consilio, & aliud non facere sine Consilio. Circa hæc vide *nota. per Archi. ne sede va. c. omnes. ver. cum Consilio. hr. 6.*

z *Camerarii.* Vers.

a *Dare.* Primò prohibuit in genere pecunias tribui pro vestibus : nunc specialiter hoc idem in specie prohibet fieri per Camerarium.

b *Aliquid aliud.* Sc. loco pecuniæ. Facit ad hoc *Regula Juris. Cum quid. li. 6.* cum ibi notatis.

c *Sed nec Monacho.* Vers.

d *Recipere.* Supple, pro vestimentis. Sic hic habes hic triplicem Prohibitionem ; unam in genere quoad universale Regimen Monasterii. Aliam quoad particularem Administrationem Camerarii. Tertiam quoad Personas ipsius recepturi. Et quoad Prohibitionem dandi & recipiendi, habes simile *de cens. c. exigit. li. 6.*

e *Et si fecerint.* Scil. si Camerarius pecuniam, vel aliquid aliud pro vestibus dederit, vel vestiendus aliquid hujusmodi receperit.

f *Ab officio.* Sc. Camerariatus.

g *Monachus.* Simile : vestiendus. Et idem intelligo de sequentibus.

h *Anno illo.* Hic quæro à quo tempore computabitur ille Annus ? Dic quòd circa hoc inspiciendi est Consuetudo Monasterii, ut si aliquo certo tempore solent indumenta dari Monachis, tunc illo anno talibus non dentur hujusmodi indumenta nova : quòd si non sit consuetudo talis, tunc Annus statim incipiet post receptionem hujusmodi Denariorum, ut sic computetur à die in diem. *ff. de verb. sig. l. semiculus.* Vel potes intelligere, ut Annus computetur ab Incarnatione Domini. 23. *di. In Nomine Domini. in prin.* Sed nunquid in hoc casu recipiens Denarios pro indumentis tenetur eos restituere, & etiam carebit vestibus illo anno ? Dic quòd sic : quia aliàs sequeretur, quòd retineret proprium, contra illud quod legitur *Extra. eo. c. cum ad Monasterium. in prin.*

i *Careat.* Si ergo talis Religiosus male vestiatur, an possit de sibi donatis à parentibus vestes emere ; vide notata per *Jo. de Anbr.* in Constitutione *Othoboni. Quia vers. ver. proprium non habeat.*

Mulieres & Virgines Deo dedicatæ utantur vestibus pro magnitudine corporis decentibus, non fortibus, nec auro, aut argento ornatis, nec annulo, quæ consecratæ sunt, contento. Quæ Lex Monachis quoque, & Canonicis Regularibus indicitur.

Idem.

k AD hæc quoniam sexum muliebrem contra versutiam antiqui hostis l minus fortem multiplici m remedio necesse est efficaciter communiri, Decernimus, ut n Moniales & cæteræ mulieres Divino cultui o dedicatæ velum vel p peplum

k *Ad hæc.* Hæc Constitutio est ejusdem cujus & superior. Et facit tria. Primo, prohibet superfluum ornatum omnibus Religiosis. Secundo ibi, *Metiantur*, statuit circa longitudinem vestium. Tertio ibi, *Si qui autem*, adjicit pœnam. *Divisio.*

l *Minus fortem.* Dicitur namque *Mulier* à *mollis* quasi *mollier* ; quia mollis est, & debilis respectu viri : & ideo virtus viri est major, & mulieris minor ; ut pariens viro esset, scilicet ne † fœminis repugnantibus libido cogeret viros alias appetere, vel in alium Sexum prorumpere, secundùm *Jamon.* *Nota.* *M.S. Æton.*

m *Remedio.* De quo in parte legitur in Constitutione *Othoboni. Moniales.* † factis.

n *Moniales.* Harum nomine continetur etiam Abbatissa. *de Simonia. c. fi. de privil. c. ex ore.*

o *Dedicatæ.* i. e. In Dei servitium per Professionem, vel velli Professionis susceptionem translatæ : & potes intelligere, quod hic dicitur, de Viduis, juxta ea quæ leguntur & notantur *de regul. c. vidua.*

p *Peplo.* Hoc secundùm *Jamon.* dicitur Matronale Pallii ex Purpura signatum, cujus limbriæ Aurei Staminis sumitate resplendent; & *Peplum.*

& propriè est capitis: hic verò ponitur *Pepl.* pro pannis lineis quos Moniales gerunt sub velo.

a *Sericum.* Simile habes *et. ti. c. attendentes. in Cle.* ubi de hoc per *Jo. And. Guil. & Pan. ver. sericis.* qui notant, quòd nullam debent habere seriçam Textura. *11. q. 4. c. 1.*

b *Nec ipsæ.* Sc. Moniales.

c *Zonulis sericeis.* Cancer. in simili quoad Ornatum superiorum *ti. Cle. ne in agro. in princip.*

d *Burnetos.* Contra hoc facit *Cle. ad hæc. de vit. & hon. cler.* ubi per tot. text. apparet, quòd Pelles non possunt Brunis colorib. tingi. Dic quòd illa intelligi debent Mann: vel potest esse differentia inter Brunum colorem & Burnetum; Brunus enim color potest fieri ex lana sola absq; Tinctura, ut notatur hic *Gen. super ver. coloris. & Jo. And. ubi. ver.* quale est apud nos Russetum nigrum. Burnetum verò requirit Tinctur. & Artificium hominis quoad colorem, & sic non obstat.

Brunum & Brunerum differunt.

e *Pannis irregularib.* Irregularis pannus dicitur Venis aliis pannus quam pannus Nigri, Bruni, vel Albi coloris, ut patet per *Gen. glo. finali.* & clarius ibidem per *Panorm. ver. nec.* Quia ergo dicentes de habitu tractant de *Ecclesiis & Alb.* Burg. cujus color est Bloddius inserius, mistus cum quodam Albo, & sic non est Niger, neque Brunus, scil. Albus? Nihil videtur scribendum super dictum *Clementinæ*, quòd non est habitus Regularis. Facit ad hoc *20. q. 1. c. alia ad fi.* & consulunter videretur fieri quibusdam de habitu Religiosorum Monasterii de *Syon* apud *Shene*, quorum habitus color est de Russeto alio, sic tinto per tubarum, bene albi cum modica parva lana nigra. Sed Nota habitum eorum *suis* Regularem, eò quòd non requirit periculum Tinctur. sed *sic de ipsa lana*, ipsum colore nulla arte mutato, ubi per ministrum, qui tamen *quæ dicti supra. c. ver. Burnetos.* nec obstat dictum *c. cum in* quia loquitur de diverso colore secundum statutum, ut nocte sit *Archidiaconus.*

f *Metiantur.* Secundò pon.

g *Dimensionem.* i. e. mensurati, prout stat in *infrà* exemplificis ibi, *longitudinem &c.*

h *Non excedant. Cancer. in simili dicto Cle. ubi in agro. §. 11.* cum sui notatis.

i *Superiori.* i. e. Cooperto.

k *Eis.* sc. Monialibus, & aliis Religiosis.

l *Cum Joseph. Gen. 37. Ibi, fecit ei Tunicam Polymitam &c. & infra. 2a. c.* dicitur, *undecentum cum Tunica Talari, & Polymita.*

m *Ex solo.* Verb.

n *Consecratio.* Hæc Consecratio non debet fieri nisi certis diebus, *20. q. 1. Nemo.* & Vidua consecrari non debent, ut ibi patet in fine; nec Virgines ante 25. *Annos; c. q. c. plerique. & c. sequenti.*

o *Desponsatur.* Qui est figuratus Desponsationis *30. q. 5. infrà ver.* Desponsatur enim Monialis in sua Consecratione, non Episcopo consecranti, sed Christo. Et est hæc Desponsatio representativa conjunctionis Christi ad Ecclesiam quamquam ad ejus integritatem, sicut per Carnale Matrimonium representatur Conjunctio spiritualis Christi ad Ecclesiam quoad ejus fœcunditat. Notatur per *Archid. 27. q. 1. Vide ar. 3.* ubi etiam ponitur ratio, quare virgines consecrantur, & non Viduæ. Ratio est, quia Integritatis significatio plenè potest esse in Continentia Virginali, sed est imperfecta in Continentia Vidual.

p *Si qui autem.* Tertia pars.

q *Commoniti.* Regulare cujus est, quòd Vindictam præcedere debet Monitio. *Et concor. in simili ti. c. attendentes. ad fi. in Cle. Disciplinâ.* Simile habes *c. ti. c. ne in agro.* & est Regularis Disciplina, illa sc. quæ à Regula est introducta, quæ si tenia fit, incurri debent, dicta autem erit ministerio secundum quod notant *Gosse & Host. d. c. cum agro. & si quis. non disciplinæ. Magnificis Lumpa. de Regula. c. alii.* dicit, quòd Disciplina Regularis consistit in septem Gradibus. Primus est secreta Monitio. Secundus publica Consultio. Tertius minor Excommunicatio. Quartus *Anathematis* cum *Sententia*. Quintus *Disciplina*. Flagellorum Vapulatio. Septimus ad Dum. Omnia. *Septimus de Monachis capitulo.* Istos dicit colligi ut *29. q. 1. Regulæ de Excommunicatis. & ult. c. de his qui faciunt vim. cum similib.* Reprobabilis concordia *Panormitani* in dicta Clem. *ut in c. gro. ver. disciplinæ.*

Regulæ disciplinæ sunt septem.

Divisio.

r *Vt, secundùm.* Hæc Constitutio est ejusdem, cujus & superior, & licet duo in ea primò ponit motivum hujus Constitutionis. Secundo ibi, *Decernimus*, ponit ipsam Sanctionem.

Divisio.

1 *Sanctiones. 2. q. 7. Item Pastoris. de consec. dis. 1. fidelium.*

2 *Norunt.* i. e. Regulâ vel Exemplum.

3 *Conversatione.* In qua debent succedere alios. *8. q. 1. quales.*

4 *Copiosiùs.* i. e. Multitudo.

5 *Decernimus.* Secundò pars.

6 *Ipsi.* sc. Abbates.

7 *Vel aliquem.* i. e. Utrum eorum. Et ex hoc liquet apparet, quòd Abbas habens duos Capellanos, potest unum eorum continuè retinere, quia secundum hanc literam, *Vel aliquem* &c. sufficit, quòd unum eorum maneat: unde uno decedente, potest alium & quemlibet subrogandum in posterum manere, sic quòd semper unus sibi placens & favorabilis remanebit cum eo. Etc namque in Electione ipsius Abbatis unum retinere, vel alium, secundum necessitatis discretivum, cujus alterum partem sufficit esse verum. *Rectus. de rescrip. c. inter cætera.* cum ibi notatis.

Abbates Capellanum aut Capellanos suos singulis annis, si fieri potest, mutent.

Idem.

t *Vt secundùm.* Canonicas Sanctiones Abbatibus, à quibus Minores vivendi normam habent assumere, super honesta conversatione testium & copiosiùs sufficientiam, Decernimus, ut ipsi Capellanos suos vel aliquem aliorum singulis annis mutent, quos si bonos invenerint, in suum habeant ministerium. Qui simul habeant unam mensam, unum dormitorium, & simul, nisi necessitatis causa subsistat, quousque de vita eorum, quod absit, scandalum exoriatur, tanto plures invocentur in hoc habeant testes, quanto eorum vita pluribus innotescit.

Abbates non recipiant præter Episcopo suo obsequium exhibitrices. Nulli autem Religiosæ fœminæ liceat, aut egredi de domo sua, aut egredienti consentire, nisi approbata vitæ, & id cum rationabili causa viderint expedire. Superiori autem suo eorum in aliam domum transmittendi potestas, ubi confuetæ subjacerent disciplinæ. Quoscunque recipientibus per alium ejus loco missum, aut per vestitus assignationem subleverur.

Idem.

u INhibemus ne Moniales infra Septa

semper unus sibi placens & favorabilis remanebit cum eo. Etc namque in Electione ipsius Abbatis unum retinere, vel alium, secundum necessitatis discretivum, cujus alterum partem sufficit esse verum. *Rectus. de rescrip. c. inter cætera.* cum ibi notatis.

c *Mutent.* Requisivi ergo hanc mutatio factum Abbatis, non omnes aliquorum de Conventu: nam solus Abbas habet potestatem in Monasterio suo. *18. q. 2. quidam.* Potest tamen Episcopus hanc mutationem facere rationabili causa subsistente, ubi Abbas non est exemptus. *18. q. 2. Abbates.*

d *Qui omnia.* Vers.

e *Unum eorum.* Sc. Capellanum.

f *Similiter.* Id est simili modo, viz. singulis annis.

g *Nisi causa subfuerit.* Supple, eum in illo officio retinendi, utpote, quia vir sanctus & devotus esset ad illud officium quovis alio in Monasterio magis aptus.

h *Quatenus.* Hic ponitur Ratio præcedentium.

i *Testes.* sc. Exteriores. Est namque Testis superior Deut. *11. q. 3. inter verba. ibi, Ecce in Cœlo Testis meus.* Item Testis interior, sc. Conscientia, ut patet *in c. r.* Item Testis exterior, sc. Proximus, ut *hic*, & *11. q. 3. eum sum. 12. q. 1. solo.*

k *Pluribus. De consec. di. 1. inhibemus.*

u *Moniales.* Quarum nomine continetur Abbatissa. *de Sim. c. alii.*

x *Septa.* i. e. Clausuras: & intellige de Clausuris, non solum interioribus

teriotibus, sed exterioribus. Ad quod facit nov. per Paulum in Cle. ne in agro. §. rursus. c. ti. hic septa.

a *Domorum suarum.* Supple, non solum interiorum, quæ vicinantur claustro; sed etiam exteriorum, forsan et ope portæ. Facit ad hoc glo. Pau. quam allegavi supra. glo. præcip.

b *Necessarios servientes.* Voluptuosi itaque & dediti vino per hæc excludentur, quales sunt illi qui solum servitiis operibus insistunt, vel ad pedissequii officium dignitati deputati sunt. Item ad Balistas faciendas assumpti, ar. Imperator. ff. de imper. in rem. dat. fa. & inpr. Seminarii autem intelligi Cognatibus, Patricio, Pandonibus, Furnariis, & aliis hujusmodi, ad præparandum vel ministrandum victualia deputatos, & etiam ad alios, quos necessitas aliunde fieri exigit, jura ea quæ loquuntur de expensis necessariis. ff. de impen. in re. do. fac. l. 1. & per eorum.

c *Mulieres.* Harum vocabulo continentur Infans, Puella, virgo corrupta, & omnes quæ sunt Sexûs fœminini. ff. de aur. & arg. legat. §. mulieri.

d *Secularis.* Socia de Conversis: nam tales gaudent eisdem Privilegiis quibus & hæ quarum Religiones se dederunt. de sep. ex. cum. c. cum dubium. cum sua glo. & huic, quod hic dicitur, cessat. c. ti. c. omnis. li. 6.

e *Nisi.* Recipit ab eo, quod prius dixit.

f *Diœcesani.* Unde Archiepiscopi consilium non sufficeret; & hoc verum puto, nisi pro tempore Visitationis Metropolitica, vel alibi Vocationis Ecclesiæ Cathedralis ibi subjectæ, maximè ubi hoc habet Consuetudo. de offi. ord. c. præsenti. li. 6. Nam aliàs de Jure Communi hoc non posset, secundùm quod no. de cons. c. alii. per Doct. li. 6.

g *Intra tam.* Secunda pars.

h *Silentium.* Quod est Justitiæ cultus. 5. q. 3. in loco. & de silentii virtute bene no. per Abb. in Proœmio Clemen. ver. silentio.

i *In locis.* De quibus habetur 2. ti. c. cum ad Monasterium. §. in refectorio.

k *Temporibus.* Utpotè, certis horis in Claustro, ut patet dicto c. §. in Oratorio. Item post Completorium debet servari silentium, ut patet in Regula. 42.

l *Nec viris.* Tertia pars; & dic *Viris*, i. e. Monachis vel Canonicis.

m *Mulieribus.* Id est Monialibus.

n *Superiorissæ*, Sc. Abbatis vel Prioris, Abbatissæ vel Priorissæ, alteriusve qui ad hoc deputatus est.

o *Egredi.* Simile habes in Constitutione Othoboni. Monialer. & c. ti. c. unico. li. 6.

p *Septa domus.* Hodiè deberent esse ex ære Moniales redditæ, ne exeant, sicut legitur c. ti. c. unico. li. 6.

q *Certa causa.* Id est, Superiori cognita.

r *Ei*, Sc. Monachis, Canonicis, vel Monialibus.

s *Concedatur.* Sc. Per Superiorem.

t *Claustrales.* Sive Monachorum, sive Canonicorum, sive Monialium.

u *Nihil sinistrum.* Ut quia ipsius mores boni sunt sufficiuntur in Monasterio probati: & habes simile in Constitutione Othoboni. Moniales. ad fi.

x *Qui enim.* Scilicet egressurus.

y *Semper.* Id est, omni tempore, & omni loco.

z *Collegæ.* i. e. Socii ejusdè Religionis. ff. de verb. sig. l. Collegæ.

a *Certus dies.* Quod dic, ut supra. c. c. ultimo.

b *Hoc quoque.* Quarta pars.

c *Excesserit.* Id est, Deliquerit.

d *Episcopus.* In Visitatione sua, vel etiam extrà: tam in Monasteriis sibi subjectis Dispositio spectat ad Episcopum. de verb. do. c. 3. ubi de hoc.

e *Prior conventualis.* Sc. qui eligitur à Conventu, & qui est removendus sine nec Abbas, absq; causa magna. Extra. 26. Monachis ad fi.

f *Non habens Abbatem.* Simile habes in Clemente. in agro. §. si quis autem. ubi Paulus hoc intelligit de eo qui non habet †proprium in Monasterio, vel in Ordine, & de tali Priore fit mentio Extra. t. ti. c. in singulis. in prin. & dicitur Prior Conventualis qui eligitur a Conventu, licet Abbas, & est Dignitas sicut Abbatia, prout potat Archidia. in c. licet de præben. ver. Dignitates. li. 6. De Priore Claustrali, & aliis Prioribus notabiliter tractat Wil. in Extravag. execrabilis. ver. Privatus.

g *Quis.* Sc. Religiosus.

h *Ad tempus.* Sc. arbitrarium, non tamen ut sic illi loco obligatus, tanquàm ibi locum habens quia Religiosus non potest habere locum in diversis Monasteriis. de reli. do. c. ultim.

i *Domum aliam.* Valet namque sæpius pro animæ salute loci mutatio. Nam plerumque quando mutatur locus, mutatur mentis affectus. 81. di. solet. Sed contra hoc opponitur; nam Religiosus delinquens, debet in proprio Monasterio agere pœnitentiam. 27. q. 1. impudicæ. & c. peruenit. Solutio. Missio ad aliud Monasterium, tunc locum habet, quando proprium Monasterium est negligens, vel dissolutum, alias non. Sic nota. 16. q. 1. quidam. & 27. q. 1. si quis Monachorum.

k *Religionis ejusdem.* Ratio est, propter disparitatem habitûs, quæ non debet esse in uno Monasterio. 16. q. 7. in una.

l *Necesse fuerit.* Quia forsan Monasteria dicti Ordinis ejusdem Episcopatûs sunt diffoluta.

m *Diœcesanum*, Sc. illius Episcopatûs ad quem mittitur.

n *Compellatur.* Hoc ideo dicit, quia Episcopus alterius Diœcesis, viz. à qua mittitur talis Religiosus delinquens, non potest compellere subditum non suum, ut talem Religiosum recipiat. Sed prius debet scribi Episcopo illius Diœcesis in quam mittitur, sub Motus Vicissitudinis Obtentu, ut ipse compellat Abbatem vel Priorem sibi subditum talem missum recipere. Sic in eventum; quòd Episcopus, cui sic in subsidium Juris mittitur, nolit talem compulsionem adversus Abbatem vel Priorem sibi subditum facere, quis habet eum compellere, vide in parte secundùm ea quæ scripsi supra. de fur. temp. c. cum omnes illi. §. & ut in præmissis. ver. inveneris. Verum tamen quòd hanc compulsionem habeatur aliud remedium per c. ultim. de regul. ubi patet, quòd talis compulsio fieri potest per Præsidentes Capituli Generalis.

o *Qui.* Scilicet Religiosus sic missus.

p *Ibi.* Scilicet in Monasterio ad quod mittitur.

q *In omnibus.* Scilicet Regularem observandam concernentibus.

r *Gravata.* Quia forsan receptus est ultra Numerum limitatum: vel quia facultates Ecclesiæ non possunt tot Personis sufficere.

s *Mittat.* Scilicet Prælatus eum recipiens.

t *Collegio.* Id est, Confratribus.

u *Nec prius.* Vers.

x *Plene.* Expectando, sc. ibidem usque ad finem temporis limitati, & perficiendo pœnitentiam sibi injunctam. Et concur. Extra. t. ti. c. cum ad Monasterium. §. 1. ibi, nec recipiatur &c.

y *Commisso.* i. e. Forefacto.

z *Pœnituerit.* i. e. Pœnitentiam peregerit & compleverit, prout satis ostendit dictio, *plenè*, superius posita. Et illud intelligas; quando Delictum est grave, aliàs autem si esset leve, vel mediocre, sufficeret pœnitentiam esse inceptam, licèt non esset completa. Pro quo vide quæ scripsi supra. de temp. ordin. c. cum quæstio. glo. penulti.

a *Tunc.* Extremitatem temporis significat. ff. de cond. & demon. l. 4.

b *Superiorem.* Sc. Episcopum, Abbatem, vel Priorem, qui eum illuc miserat ad pœnitentiam peragendam.

c *Revocetur.* Si se apparet, quòd finito tempore non potest eo ipso redire

M.S. Ex. non add. Meri-

M.S. Abbatem add. † Abbatis. Prioris Conventualis.

redire absque revocatione sui Superioris. Ratio est, quia non habet velle, neque nolle: 12. q. 1. *non dicatis.* sed est sub obedientia Superioris sui. *Extra. e. t. cum ad Monasterium ad fi.* Quid ergo si ipsius Superior eum non revocet finitâ pœnitentiâ, nunquid prælatus Monasterii, ad quod missus fuit, teneatur eum ulterius retinere? Pro quod ex necessitate non tenetur, non tamen debet eum inhumaniter excludere. Turpius enim ejicitur quàm non admittitur hospes. *Extra. de jurejur. c. licet modum.* Sed licet Superior suus compellat eum revocare. Nam & si Apostata foret, eum recipere tenerentur. *Extra. de Regul. c. ultimo.*

a *Si autem.* Vers.

b *Monasterium.* Id est Prælatus & Conventus Monasterii: & sic ponitur continens pro contento. Nam *Monasterium* est habitatio Monachorum, & aliorum Religiosorum, ut notat *Archid. de Regula c. 1. gl. 1. fi.* Et ita junc notata per *Fr. Am. de elect. c. in plerisque. ver. Monasterii in Clem.*

c *Neminem. Sc.* de suis.

d *Vestes ministres.* Quatenus nomine continetur etiam hæc quæ ad Lectum pertinent. *ff. de aur. & arg. le. l. vestes.* Ex hoc apparet, quòd alimenta gratis habebit de Monasterio ad quod mittitur. Sed contra hoc opponitur *Extra. de Regul. cum ii*, ubi apparet, quòd de suo Monasterio habebit omnia necessaria, & sic tenet ibi *Ber. gl. ult.* Cui concor. ibi *Inno. Hostiens.* ibi dicit, quòd si talis Religiosus ab initio habuit bona propria, debet de eis ali, ut dicit *gl. Ber.* allegat ad hoc 16. q. 6. *de lapsis.* Si verò nulla habuit, vel habita non sufficiant, tunc si tam velum Monasterium quàm secundum sufficiant, providebit sibi primum in memoriam pristinæ Fraternitatis. *C. de quæstio. l. servos. ff. de re. judi. l. non tantum. ff. so. ma. l. si cum dicem. §. sed autem tantum. cum similibus.* Si verò primum non sufficiat, tunc secundum providebit. *de lapsi. c. 1. & c. authoritate. 88. dist. posce. sup. hos satis.* Quòd si neutrum sufficiat, providebit Capitulum Generale. *ar. ad hoc c. ii. c. in singulis. §. 1. ad fi.* In subsidium autem ad Episcopum recurri debet. *ar. 81. di. c. 1. ex. q. 1. præcipimus. & c. Ecclesiasticarum.* Et omnia hæc possunt Prælati nisi exequi auctoritate Papæ, hoc salvo, quòd Episcopum sequentis coercere. *Extra. e. t. c. in singulis. §. ordinentur. & c. si. nulli. §. quod si Abbas. de majo. & obe. c. cum inferior.* Hæc Glossa *Hostien.* non solùm opponitur quod illud, quod hic dicitur. Nam ista Constitutio videtur velle, quòd à primo Monasterio habebit vestes, & à secundo habebit alimenta, etiam duo, quòd utrumque Monasterium sufficiat. Et forsan hujus Constitutionis Lator voluit fuit ad hoc ex quadam æquitate, dividendo onera inter ipsa Monasteria. Sed quod dicit *Hostien.* majori nitetur æquitate, hoc salvo, quòd si per talem in Monasterio secundo augmentetur Cultus Divinus, satis æquum est, ut absque Monasterio recipiat alimenta in quandam recompensam.

e *Monemus autem.* Hæc est Constitutio ejusdem, cujus est superiora, & principaliter facit tria. Primo *Statuit* circa refectionem & alimenta Religiosorum. Secundo ibi, *Ad hæc, statuit* circa moram, seu in illis Monasteriis. Tertiò ibi, *Providemus*, providetur diversimode pro Subditis Monasteriis.

f *Singularitatem.* Quæ in omni communitate reprobanda est. 41. *di. c. i.* & maximè ibi est Religiosis. Item Religioso extra Claustrum singularitas non competit. *Extra. e. t. Monachi.* Item dico quoad habendum pecuniam. *ii. c. cum ad Monasterium. in prin.* Item nec quoad singularem observantiam. *ii. e. resolutus.* quia, ut ibi dicitur, qui Communem cum aliis vitam suscipiunt, similem sensibiliter ducant.

g *In Refectorio.* Loco scilicet deputato ad reficiendum, de quo habes *Extra. e. t. cum ad Monasterium. §. in Refectorio.* & in illo loco refici debent omnes duæ partes Conventus; in Constitutione *Otthoboni. Statuimus.*

h *Aliter.* Scilicet. Mixtim, vel de aliis, cibis conformes. Cenim debent esse in qualitate ciborum & potuum. 41. *di. quod dicis.*

i *Sed qui præst.* Hic respondet tacitæ objectioni, quæ posset esse de illicitis & nimiis.

k *Sibi.* Simile habes *Extra. eo. ti. c. cum ad Monasterium, §. per-*

Quæstio.

Divisio.

vro. ibi *Auth. Sc. Ge.*

l *Interdum.* Non tamen quotidiè.

m *Talia.* Scilicet lenta.

n *Debilitas.* Quæ sæpiùs contingit Senibus, & aliis, quibus aliter quàm per infirmitatem non subvenitur vigor corporeus.

o *Vel infirmitas.* Hæc disjunctiva vel, apponitur, quòd aliud est infirmitas, & aliud debilitas. Pro quo vide *supra. de consti. c. 2. ver. infirmitas.* Sic idem quòd hic dicimus de debilibus & infirmis, habes intelligere de delicatis; his viz. qui non possunt uti cibis Communibus, nisi infirmentur. 41. *di. non enarrabo.*

p *Viderit expedire.* Arbitrium boni viri dicens, ut dixi plenius *supra. de vi. & ho. cle. c. ubi. c. ver.* Patet ergo, quòd etiamsi non potest facere præparari pro talibus, quia hoc esset contra arbitrium boni viri. Nam hic loquitur de eo qui præest in Refectorio in quo carnes comedi non possunt, nec debent sicut legitur *d. c. cum ad Monasterium. §. in refectorio.* immò nec extra refectionem debent Monachi comedere carnes sine dispensatione Abbatis, ut colligitur *ex d. c. cum ad monasterium.* ubi de hoc per *Doctores* & præcipuè *Fr. Am. in m. Pe. de Ancha. & Anto. de Butrio*, qui cum aliis dicunt, quòd etiam Monachus in studio existens non posset comedere carnes nisi de licentia Abbatis. Facit *de consc. di. 5. carnem.* Non enim reperitur locus, in quo de Jure possint comedere carnes, nisi in Infirmitorio, ut patet *d. c. cum ad Monasterium. ver. sed nec Extra.* Nec obstat, quòd in *Regula* prohibetur eis esus carnium quadrupedum, & si à contrario vellet, quòd bipedum carnes possunt comedere, ut puta, Cygnorum, Aucarum, Pavonum, Perdicum, Phasianorum, & aliorum hujusmodi: quia in hoc casu Argumentum à contrario sensu non habet locum ratione Absurditatis inde secutæ. Absurdum enim esset, si non possent comedere carnes hujusmodi quadrupedum, quæ, ut communiter, minùs delicatæ sunt, quòd possint comedere carnes bipedum, quæ pro delicatis habentur. Sic quòd in hoc casu non habet locum Argumentum à contrario sensu, facit *l. circumcelliones*, cum ibi notatis. *Ode epi. & cle.* Circa quod vide quæ scripsi *supra de cohabi. cle. & mul. c. 1. ver. publice.* Quæro igitur cum Abbas, vel alius Præsidens in loco suæ Præsidentiæ possit talibus de recreatione providere, sicut hic apparet, sed plenius *d. c. cum ad Monasterium. §. quod si quis.* de quibus Cibariis debet esse talis provisio? Hic advertite, verum est, quòd tales in Infirmitorio de Jure Communi possunt comedere carnes, & alia cibaria quæcunque eis necessaria ad salutem, ut patet *d. c. cum ad Monasterium. §. porro.* In Refectorio facta constat ex prædictis, quòd talis recreatio non potest fieri de carnibus: nec video quòd in alio loco etiam extra Refectorium, quàm in Infirmitorio possunt Monachis ministrari carnes, sicut patet in dicto *text. sed nec Extra.* Debet ergo talis recreatio, quando sit extra Infirmitorium, fieri de Piscibus salubribus, vel de Potagiis, Lasticinis, aliisve Coquorum confectionibus non carneis, debilitati vel infirmitati indigentium convenientibus. Facit ad hoc Constitutio *Otthoboni, ad hæc.* ibi. *alium competentem &c.* ubi tamen recipiuntur ad Refectionem in præsentia Abbatis; dicunt aliqui, quòd eorum Refectio potest esse de carnibus; sed hoc non dicit Textus *d. c. cum ad Monasterium.* sed dicit *melius & plenius*; et hoc intelligit *Fr. Am.* quod fieri debeat de grossis Piscibus, æstimo quòd non intellexit de Balænis, Cetis grandibus, & aliis Beluis Marinis; quia in Religiosis Petitionis simplicis talium piscium reprobabilis est. 4. *di. denique.* Sed debet intelligi de Piscibus salitis & duris, qualis est Fungia; & aliis consimilibus, de quibus, ut Communiter, vivunt Hospitales. Si tamen eis ministretur de Piscibus Marinis, vel aquæ recentis boni incrementi non salitis sed recentibus, tam pro grossis Piscibus recipiant cum Gratiarum Actione, quia non video, quòd de carnibus eis ministrandum sit à parte Juris; licèt Consuetudo faciat in contrarium, quæ non obstat, quia non quod fit, sed quod fieri debet, inspiciendum est. *de elec. c. consuet.* & multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta essent in Judicium tolerari non deberent. *de præben. cum jamdudum.* Nec contra Regulam Consuetudo videtur excusare Monachos in esu carnium, ut non contra Regulam valeat Consuetudo contra Votum continentiæ. Quòd tamen Abbas in Camera possit Monachos exhibere

exhibere de carnibus faciat; quia ipse Abbas non debet esse sine Hospitibus, secundum Regulam. Sed Hospites, ut Communiter, comedunt carnes, ergo & Abbas & Monachi Commensales qui debent se conformare eis in cibis, sic etiam comedant carnes. *Arg. ad hoc 41. dist. quisquis.* Sed dicit *Hostien.* quòd Abbas melius faceret, si causa Hospitum non comedat carnes. Perfectiusque est, & melius Exemplum, quòd tã ipse quàm Monachi à carnibus se abstineant, nisi ex causa debilitatis, vel infirmitatis, ut prædictum est. Mihi videtur, quòd dictum *c. quisquis.* potius facit ad hoc, quòd Abbas deberet se conformare suæ Regulæ, ut scil. comedat Pisces, etiam tam in præsentia Hospitum, quàm carnes. Et hoc bene probat Textus ibi, in *vers. quisquis vero*, ibi, *metas consuetudinis huiusmodi &c.* Nec esset Perfectio, quòd unus vel duo Hospites supervenientes, volentes comedere carnes, attraherent Abbatem, & forsan cum eo plures de Conventu alias secundùm Regulam comesturos Pisces, ut ratione Hospitum comedant carnes; quia sic minor perfectio suffocaret perfectionem majorem, cum tamen contrarium esset dicendum, ut scil. supervenientes sequantur mores eorum ad quos accedunt, etiam in cibis & potibus, ac abstinentiarum modis. Et videtur super hoc Textus 32. *dist. Illa. vers. mater mea.*

a *Omnia autem.* Vers.

b *Sine subtractione.* i.e. Quòd nõ minus ministretur uni quã alteri.

c *Conventu.* i. e. Refectorio, ubi Conventus debet comedere.

d *Alibi.* Utputà, in Infirmitorio, vel Hospitum Receptaculo, vel in Camera Abbatis.

e *De omnibus.* Sc. tam cibũ quàm potũ.

f *Totum residuum.* Hoc statim declaratur ex hoc, quod dicit, *sine diminutione &c.* unde ex hoc apparet, quòd de appositis tempore Prandii nihil debet reservari ad Comam, etiamsi Panes aliqui tunc appositi remaneant integri, aliqua etiam Fercula remanserint intacta, nec de Cœna in aliud tempus.

g *Eleemosynarium.* Non ergo per quemcunque de Monachis ad libitum, sed per eum qui tali Officio Præpositus est. Potest tamen alius Monachus de Administratione sibi commissa, Eleemosynam largiri, ut notat *Host. de usu. & bon. Cler. quæstion. per. administrationem Cler.* & ibi *concor. Fo. dec. in ver. concurrendum*, qui dicit, quòd licèt Religiosus non habens Administrationem non possit Eleemosynam facere, Religiosus tamen habiens in Schedis, de licentia sui Abbatis bene potest Eleemosynam facere. *Alle. ad hoc Host. in summa de puni. & remiss. § quibus & qualiter, ver. quid de faciendibus.* cujus sententiæ *concor.* ibi *Gess. in ver. effugiare.* ubi concludit *Gess.* quòd etiam Monachus non habens Administrationem, si viderit aliquem fame forte periturum, bene potest facere Eleemosynam: nam tali casu quilibet ex præcepto ad hoc tenetur. *26. dist. non satis. & c. posse.* & quia tunc omnia sunt Communia. *47. dist. sicut li. ff. ad leg. Rho. de jac. l. 2. § cum eadem.* & hoc ultimum intelligit verum, etiamsi Abbas contradixerit; quia in hoc casu magis Deo quàm homini est obediendum. *11. q. 3. Julianus.* & plenissime *concor. Archi. 22 q. 2. non dicatis. & concor. Fo. in summa tutiss. li. 2. ti. 8. q. 26.*

h *Egentibus. Sc.* ad corporis sustentationem, maximè his qui suis manibus laborare non possunt: nam qui laborare potest, si se immiscrat Eleemosynæ Imperatoris redigitur in Servitutem. *C. de mendi. vali. lib. 11.* Et circa hanc materiam videas, quæ scripsi *supra, de offi. ordi. c. 1. ver. Eleemosynarius.* & *ver. Hospitales.* Juxta quod quæro, quicquid talis Eleemosyna possit distribui in usus Scholarium proficere volentium in studio Grammaticæ, prout fieri solet in quibusdam Monasteriis, in quibus de remanentibus Monachorum in Eleemosynaria exhibentur tales Scholares in magno numero? videtur quòd non: quia tales aliunde laborando, reddunt sibi vitæ necessaria quærenda, ut prædixi, ergo &c. Maximè si occasione talium subtrahatur Eleemosyna ab egenis, & pauperibus magis indigentibus qui seipsos relevare non possunt; nam secundùm indigentiam Personarum danda est Eleemosyna. *86. dist. fratrem nostrum.* Circa hanc quæstionem adverte, quia hæc Quæstio procedit aut in eo casu quo Eleemosynarius potest omnibus egentibus subvenire, & tunc tam istis quàm ceteris satisfaciat. Exemplo *Lot & Abrahæ. 42. dist. quæstionis. Si non sufficiat omnibus*, attendat ad Regulam *Apostoli 86. dist. non satis.* ubi tradit novem esse considerandà circa Eleemosynam distribuendã. Prima Consideratio erit respectu Fidei, ut scil. Fidelis & Christianus præferatur Infideli & Pagano. Secunda est respectu causæ, ut quia captivi ab hostibus tali Eleemosyna indigent. Tertia est respectu Loci, verbi gratia, circa eos qui incarcerantur propter debitum, & ibi diversis supplicijs fatigantur. Quarta ratione temporis, utputà, quia Carnitis est victualium. Quinta est ratione modi, ut non totum uni, nec simul effundat omnia. Sexta respectu necessitudinis, ut sc. propinquos sanguinis sui alijs præferat; ita viz. ut eos pascat propter carnis sustentationem, non autem diligat propter carnalem amorem. Septima est respectu ætatis, ut, sc. Senes Juvenibus præferantur. Octava est respectu debilitatis, ut sc. Claudi, Cæci, Valetudinarii, & similes præferantur Sanis. Nona est respectu Nobilitatis sive Verecundiæ qua quis ingenuos prodit Natales. Et hæc Consideratio attenditur maximè in his, qui à divitijs sine suo vitio ceciderunt in egestatem. Ex prædictis apparet, quòd in Eleemosyna, de qua hic loquitur, si possit fieri, distribuenda est secundùm gradus prædictus, ubi major est indigentia. Potest tamen pro parte Religiosorum hujusmodi, quantum est ad exhibitionem talium, qui, ut communiter, sunt eorum Consanguinei, vel alia propinquitate eis ligati, applicari sententia *Augu.* quam ponit in Libro primo de Doctrina Christiana; ubi dicit, quòd his, qui sunt nobis magis conjuncti, quàm his qui quadam sorte nobis obveniunt, magis providere debemus. Sed tu hic adverte, quia est circa conjunctionem hujusmodi discretio adhibenda, viz. ut fiat discretio Sanctitatis & Utilitatis, quia sanctiori indigentiam patienti, & magis utili ad Commune bonum, est Eleemosyna ministranda secundum *Thomã in summa. q. 32. arti. tertio.* quòd exhibitio Charitatis & Beneficiorum ad magis propinquos, vel magis attinentes est extendenda. Sed propinquitas unius hominis ad alterum potest attendi secundùm diversa, in quibus homines sibi adinvicem communicant: utputà Consanguinei Naturali Communicationes, Cives Civili, Fideles Spirituali; & sic de aliis: unde secundum diversas conjunctiones sunt diversa Beneficia dispensanda; nam unicuique magis exhibendum est Beneficium pertinens ad illam rem, secundùm quam est nobis magis conjunctus; & sic ex hoc processu apparet, quòd his qui Scholarizant in Monasterio, ut postea Religionem ingrediantur, vel aliis Ordinem Ecclesiasticum suscipiant, cùm in hoc allis sanctiores existant, & his à quibus suscipiunt hujusmodi Eleemosynam conjunctione Spirituali magis appropinquant, præ aliis est talis Eleemosyna facienda. Verum tamen est, quòd secundùm diversitatem Locorum, Temporum, & Negotiorum, magis subveniendum erit extraneo gravem patienti necessitatem, quàm alteri etiã Patri, vel Matri, tantam necessitatem non patenti. In talibus igitur non potest dari certa Regula, sed relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis bene & Sanctè in sua conscientia sapientis. Hoc tamen tenne, quòd generaliter intelligendo Eleemosyna danda est his, qui suis manibus laborare non possunt, ut dixi in principio.

i *Simul.* Istud potest intelligi dupliciter. Uno modo respectu Eleemosynæ dandæ, ut sc. non fiat per vices, sed simul. Potest etiam intelligi respectu Personarum quibus dabitur, ut sc. detur venientibus ad Eleemosynam non diversis temporibus, sed uno tempore. Quid igitur erit, si in magno Monasterio ubi dimittuntur magnæ Reliquiæ, non veniant ad Eleemosynam nisi duo, vel tres hõines, cũ tamen Reliquiæ ipsæ valeant sufficere viginti, vel pluribus Personis, numquid hi duo, vel tres habebunt totam Eleemosynam? dic quòd non, sed quantum sufficit ad eorum indigentiam. Nam ut tales petentes Eleemosynam superabundent ad superfluitatem in Eleemosynã recipienda non est laudabile, sed melius est pluribus indigentibus eam largiri. Unde Apostolus 1. *ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum &c.* ubi *glossa* dicit, quod per hoc Cautela Eleemosynæ docetur, ut pluribus prosit: nec obstat, quod hic dicitur, totum residuum simul dari debere sine diminutione; quia debet intelligi quando numerus egentium ad hoc sufficit. Alioquin si numerus non sufficiat, ut in casu posito, puto quòd Eleemosynarius poterit in Villa, vel Locis prope Monasterium de Eleemosyna hujusmodi magis indigentibus providere. *Quæstio.*

k *Erogandum.* Gratis, scil. non potest ergo pro tali Eleemosyna aliquid recipi, sicut in quibusdam Locis fieri consuevit, & pale.

l *Prior.* Supple, non habens Abbatem.

m *Dispensare.* Habes ergo hic unum casum, in quo Abbas non dispensat. Alius est, quod cùm Monachus qui in Apostasia recipit Ordinem Sacrum, non potest dispensare. *de Apostat. c. ult.* & generaliter, ut Monachus aliquid faciat contra Jus, vel contra Regulam, vel contra bonos Mores, non potest dispensare. *9. dist. Ecclesiasticarum.* & *c. consuetudinem*, secundum quosdam. Tu verò circa hoc latius videas *ti. de Legato*, in materia dispensationis. *§. sunt quoque. per Spec. & de Statu Mona. c. cum ad Monasterium. ver. indulgentia. per Ber. 20. q. 4. c. alii. per Jo.*

n *Et quicunque.* Vers.

o *Istud.* Sc. de Eleemosyna largienda.

illud de [a] indumentis, [b] admittere vel [c] observare noluerit, si Sacerdos fuerit, à celebratione Divinorum, si minoris [d] Ordinis, vel Monialis, à communicatione [e] Corporis Christi usque ad [f] plenam satisfactionem [g] firmiter [h] suspendatur. [i] Item Prohibemus, nè aliquæ Moniales [k] singulariter [l] in Refectoriis comedant carnes, in [m] quibus non [n] solent [o] communiter carnes comedere. Ad [p] hæc per nullam [q] societatem vel [r] considerationem admittatur Monachus in alterius Monasterio ad [s] moram faciendam, nisi cum [t] Literis Episcopi sui, vel [u] Abbatis, vel [x] Prioris Conventualis non habentis Abbatem. [y] Idem inter [z] Canonicos Regulares & Moniales Volumus [a] observari. [b] Provideant etiam Episcopi quòt Moniales in [c] omnibus necessariis [d] sustentari possint de [e] bonis Monasterii, nec [f] sustineant ultra numerum illum aliquem admitti; nec etiam [g] recipiatur aliqua, postquàm [h] redactæ fuerint ad

a *Indumentis.* Ut sc. pro eis pecunia non detur, neque recipiatur; *supra. eo. c.* 2.

b *Admittere.* Sume quod sequitur, *noluerit*, & hoc intellige post Promulgationem ejusdem, à quo tempore ligat post duos Menses etiam ignorantes. *Extra. ne cleri. vel mo. c. si. glo. penul. de constit. & glo. si. Auth. ut facta. no. constit. in prin.* Pro quo vide *supra de consti. c. ulti. ver. publicam notionem.* Et ex hac litera apparet, quòd subditus tenetur omnino admittere Constitutionem sui Superioris. Pro quo vide quæ scripsi *supra. de consti. c. 1. ver. præcipimus.* & *ver. mandamus.* & *de sacra. unctio. c. cum sacri. ver. reiudicantes.*

c *Observare.* Scil. post Admissionem.

d *Minoris ordinis.* Ut puta, Diaconus, & citra illum Ordinem.

e *Corporis Christi.* Quod recipere tenentur ad minus in prima Dominica cujusliber Mensis, sicut legitur in *Cle. ne in agro. c. ti. §. sane.*

f *Plenam satisfactionem.* Quæ consistit in observantia harum Constitutionum, & in agendo pœnitentiam à Superiore injunctam pro commissis. Sed ecce, *supra. in c. 2. hujus Tituli.* ubi prohibet pecuniam dari vel recipi pro vestibus, adjicit pœnam dandi, ut sc. amoveatur ab Officio suo: Recipienti verò, quòd careat novis pannis eo anno. Hic verò adjicit pœnam Suspensionis à celebratione Divinorum, & à Communione Corporis Christi: videtur itaque, quòd tales affici debent duplici pœna, contra ea quæ leguntur, & no. *de judi. c. si clerici. ad fi. cum concor.* ibi positis. Solutio. Ista pœna non est Sententiæ latæ, sed ferendæ, sicut nec illa *supra. c. c. 2.* Et sic cum duæ pœnæ pro uno delicto inveniuntur, locus est gratificationi, vel minor pœna debet imponi, prout *no. in glo. Ber. c. de causis. ver. certa. Extra. de offi. deleg.* & *no. in c. in panis. de reg. jur. li. 6. per Jo. An.*

g *Firmiter.* Id est, sine remissione.

h *Suspendatur.* Scil. per Sententiam.

i *Item prohibemus.* Vel.

k *Singulariter.* Non intelligas de una per se, sed de pluribus, quod satis patet ex hoc, quod dicit, *Moniales*, in plurali: sed quod dicit *Singulariter*, expone, i. e. non conformiter cum aliis, ut dixi *supra. c. c. in princi. ver. singularitas.*

l *In Refectoriis.* Idem intellige in aliis locis, quia in hoc casu non habet locum Argumentum à contrario sensu, ut dixi *supra. c. ver. viderit expedire.*

m *Quibus.* Sc. Refectoriis.

n *Non solent.* Immò non debent, ut dixi *supra. c. c. ver. viderit expedire.* Nam principium hujus Constitutionis generaliter loquitur de omnibus Religiosis: & intelligi debet tam de Monachis, quam de Canonicis Regularibus, & etiam Monialibus, ut patet *supra. c. ti. c. 2.*

o *Communiter.* i. e. In Communi modo recidendi.

p *Ad hæc.* Secunda pars.

q *Societatem.* Forsan inter duo Monasteria contractam, ut eorum Munachos recipiant mutuò.

r *Considerationem.* Ut puta, causa docendi Monachos, vel eos informandi in Musica, vel in Cantu, vel forsan quia in illo Monasterio Religio est arctior & melius observata, pro quo vide *infra. glo. præsi.*

s *Moram.* Sc. divinam, per quam videretur alienari à suo Claustro. 20. *q. 4. Monachus.* Nam Monachus in Claustro sui Monasterii debet remanere, ut *no per Archi. de Cle. vel Mona. c. 2. li. 6.* & perpetuò stare in eodem Monasterio est de substantia Professionis suæ, *de jurejur. c. sicut.* ubi de hoc per *Hostien.* nam in vocatione, qua vocatus est, stare debet. *Extra. de Regula. c. licet.* Et contin. *in simili 16. q. 1. qui verè.* Potest tamen ad tempus cum dispensatione Abbatis esse absens, ut ibi patet, & 19. *q. 3. statuimus.* Sed

Quæstio.

quid si Monachus velit transire ad aliud Monasterium causâ majoris Perfectionis, quia Religio ibi magis viget, & melius observatur, nunquid habebit locum quod hic dicitur, ut scil. *non admittatur sine Literis Episcopi vel Abbatis?* Et ? Hic adverte, quòd quandoque Monachus transit de uno Monasterio ad aliud causâ levitatis, & in hoc casu verum est, quòd sine Literis non debet admitti in alio Monasterio. 30. *q. 3. statuimus.* & licèt ad hoc quod *no. per Ber. d. c. licet.* glo. *sufficit igitur.* quòdcunque transit causa Perfectioris Vitæ: & tunc si transit ad Monasterium arctioris Religionis sufficit, ut [z] petitâ licentiâ sui Prælati licet non obtenta, hoc faciat, sicut patet *d. c. licet.* Fallit tamen hoc, si ex tali transitu sequeretur gravis jactura Monasterio à quo transit, vel etiam grave scandalum tam ione transitus talis Personæ: Nam in hoc casu etiam si teneat transitus, potest repeti non ut ipso, sed per viam Restitutionis, secundùm *Inno. Hostien. & Jo. An. & alios* qui sic notant, *d. c. licet.* Ratio est, quia si propter lasionem in rebus temporalibus restituti debet Monasterio; multò fortius hoc erit in lasione quæ sequitur ex Alienatione Personarum. Ubi verò vult transire ad parem Religionem, tunc petitâ & obtentâ licentiâ sui Abbatis, etiam cum Dispensatione sui Episcopi poterit transire. Et quod in hoc casu requiratur Dispensatio Episcopi, & ejus Licentia, notant *Inno. de renunc. c. ulti. & Archi. de elect. x. si Religiosus. glo. ulti. li. 6.* & tangitur per eundem 20. *q. 1. Monachum. glo. ulti.* & 18. *q. 2. ver. sed quæres. de præben. c. cum singula. in glo. Monachus. per Card. li. 6.* & ibidem per *Jo. An. in no.* Et hoc verum intelligo, ubi vult transire ad Monasterium alterius Dioc-

telis, secùs si ejusdem Diœcesis. Sic notat *Anto. de Butrio ultra alios Doct. in c. significatum. Extra. de Regula.* Si verò velit transire ad laxiorem Religionem, non potest, nisi de licentia solius Papæ. *ita per Jo. An. Card. & alios. de cum singula.* Quidam tamen *Doctores* in hoc articulo dicunt, quòd potest sufficere licentia Episcopi, sicut M. I. potentis videre per Remissiones, *Extra. de Regula. c. significatum.* ubi no. al. de hoc per *Host. Butr. & alios.* Pro quorum Opinionibus concor- + lalt dandis *Anto.* ibi sic dicit, quòd si nulla subest causa, requiritur licentia Papæ: & sic intelligit *Gla. c. cum singula.* Si verò subest causa, & ingrediens juvenis est *sufficit* licentia Episcopi; si subest causa, & est matutinis annis tempore recessus, tunc si causa transitus erit celeritatem, sufficit licentia Episcopi; si non exigit celeritatem, tunc requiritur licentia Papæ: & sic intelligit Glossam *in d. c. cum singula.* Et per hanc viam reducit *Doctores ad Concor.*

t *Literis Episcopi.* Hoc, quod hic dicit de consensu Episcopi, intellige, quando transit ad aliâ Diœcesim, ut *supra* dixi *glo. præsi.* Ratio est, quia in hoc casu Episcopus admittit Clericum suum, & ideo ipsius interest, ne sine licentia suâ transeat: secus tamen est, si velit transire ad aliud Monasterium ejusdem Diœcesis, quia tunc sufficerent Literæ sui Abbatis, prout notat *Anto. Extra. de Regula. d. c. significatum.* & dixi *supra glo. præsi.*

u *Vel Abbatis.* Non intelligas, quòd utrobiq; sufficiat habere Literas unius, vel alterius; sc. sive Episcopi sive Abbatis; sed distributivè legas, ut scil. in casu suo necesse sint Literæ Abbatis; & in casu suo necesse sint literæ Episcopi, secundùm ea quæ dixi *supra* duabus Glossis proximis. Et quòd Literæ in tali casu requirantur, cavetur expressè 19. *q. 3. Statuimus.* & 20. *q. 4. Monachus.*

x *Prioris Conventualis.* Qui æquipollet Abbati, ut dixi *supra. c. ti. inhibemus.* & *hoc quoque. c. ver.* & *glo. sequenti.*

y *Idem.* Sc. quod dictum est de Monachis.

z *Canonicis Regularibus.* Qui non multum sunt sejuncti à consortio Monachorum. 20. *q. 3. c. præsens. ad finem.*

a *Observari.* Ut scil. non admittantur in aliis Monasteriis sine Literis Commendatitiis Episcopi, vel Superioris.

b *Provideant.* Tertia pars.

c *Omnibus necessariis.* In quibus continentur tectus, & vestitus, & reparatio, & sustentatio bonorum, & ædificiorum Monasterii. *ut ad hoc ff. de verb. sig. l. impensa.* Appellatione namque *Necessariorum* continentur Alimenta, Vestiarium, & Habitatio, *ff. de ali. & cibi. & l. legati. & l. al.* Pro quo facit *tota. per Archi. de præben. c. si Episcopus. ver. necessaria. li. 6.*

d *Sustentari.* Supple sine penuria: simile habes *c. ti. c. unico. §. sane. li. 6.* quòd Ordines non mendicantium: & *concor. Extra. de insti. c. præsi.*

e *Bonis Monasterii.* Sic ergo secundùm Facultates merendæ sit expensa, & non secundùm numerum Personarum possessiones quarendæ, *Auth. ut decerni. sit nunc. cleri. ultra medium.*

f *Sustineant.* i. e. Patiantur.

g *Recipiatur.* Sc. per Abbatissam, & Conventum de Jure communi. *de Regula. c. si. cum sua glo. li. 6.*

h *Redacte fuerint.* Forsan per Mortem aliarum, vel forsan per Apostasiam aliquarum in alia Monasteria: quia si fuerit necesse numerum diminui, bene possunt aliquæ amoveri. In qua Amotione debet haberi ratio, ut remaneant debiliores. 18. *q. 2. in nullo.* & sic no. + d. M. *per Vinc. de consti. c. pe.* & *per Anto.* & *Pe. de Ancho. de insti. c. 1. ver.*

z *Firmiter.*

a *Fiunter.* Simile habes 16.q.1.c.1.

b *Si autem.* Vers.

c *Hanc formam.* Sc. ultra tot in numero, quot absque propria possunt sustentari de bonis Monasterii.

d *Quam Priorissa.* Supple, ubi non est Abbatissa.

e *Deponatur.* De Jure Communi potuit esse, quòd talis recepto non teneat. *c.ii. c.nos. §. fine. h.t.*

f *Idem.* Sc. quod deponatur.

g *Magistris.* De quibus patet exemplum in Ordine Sancti Gilberti de Semperingham, cujus Ordinis Principalis Pater appellatur Magister.

h *Prioribus.* Prout est videre in Lincoln. Dioces. apud Bolingtone, & apud Stixhill.

i *Custodiant hoc.* i.e. Generalibus. Et de his loquitur Decretum 18.q.2.c.in Africa. Sed hi in eadem Monialitio cum Monialibus morari non debent; 18.q.ii. definimus. Et c. in nullo. sed habeatur Monasterium per se longe extra Monasterio Puellarum. 18. q.i. c. Monasteria. Nec in eodem Choro ad psallendum cum Monialibus debet in Ecclesia hujusmodi esse, c.q. c. sanctimoniales supra facta.

k *Admittat.* Præsupponit Admissio cum hujusmodi restringere ad Magistrum vel Priorem, quod tamen de Jure non verum; quia de Jure Admissio hujusmodi Monialium spectat ad Abbatissam vel Priorissam, ubi non est Abbatissa, & Conventus, ut dicit *Speculator. de consuetudine.* Hinc videtur quod tales Magistri vel Priores non deputari, ut illicam Potestatem haberent, talem quod Monialibus nil omnino. in essentiali, viz. quo casu, ut sint ejus in Præsidium Administrationis & Gubernationis intra Monasterium, ne sint vis Patres Spirituales ad Confessionem, prout hinc colligi potest. 18.q.2.c.de decretis.

l *Statuendum.* Ut sc. deputentur sic Administratores, & aperiatur ut illud intelligas de his, qui non sunt competenti, nam extremos ligatos ab potest illa Constitutio *Nil. extra. Iuramento. Et de consti.c.1.h.6.* m *Confessarium etiam.* Vers.

n *Ab Episcopis.* Sic ergo non possunt. Obligatio confessores eligendi, sed ab Episcopo deputatos recipere: Ratio est, quia Episcopus habet curam omnium qui sunt in sua Diœcesi & fuerunt hanc c. qui religiosi. 18.q.2. Fallit tamen hoc quando sunt privilegiati, ut possint aliis confiteri, juxta ea quæ legimus *de eo de pœnit. & remiss. c.* ult. vel ex hac Religionis primæva Institutione Ordinarum sit quibus confiteri debeant: alias autem prædictis cessantibus, confiteri debent Curato Ecclesiæ infra cujus Parochiam degunt. *Extra. de pœnit. & remiss. c. omnis utriusque*, nam & hi ab Episcopis deputati existunt, in his, quæ ad Curam animarum pertinent.

o *Clerici autem.* Vers. & intelligo de Sæcularibus, quorum appellatione non continentur Monachi: nam Monachi vivere debent in Communi, ut patet *c.ii.c. cum ad Monasterium.* Sed Clerici Sæculares possunt habere proprium, sicut notat *Ber. de offi. ordi. c. licet. ver. sæculares.* Et quod appellatione *Clericorum* non contineantur Monachi, notat *Anto. Extra. de inofficio.c.1.* propter hoc quod ibi dicitur, *Monachorum aut Clericorum*, in hoc tamen casu, idem quod hic statuitur de Clericis, debet intelligi de Monachis. 18.q. 2. *c. definimus. Et tribus c. sequentibus.*

p *Laici.* Simile habes *de vi. & ho. cle. c. Monasteria.*

q *Frequentur.* Intersionem significat secundùm *Ber. d.c. Monasterio. Hostiensis* autem intelligit hoc secundùm modum loquendi usitatum, ut sc. tunc dicatur *Frequentatio*, quando homines incipiunt ebloqui intantum, ut fama perveniat ad Prælatum. 86. *di. si quid. de accus. c. qualiter. 2.* Unde secundùm eum, hoc remanet in arbitrio Judicantis. *ar. de offi. deleg.c. de consuls.* Tu dic, quòd si præsit Monitio, etiam semel, & illuc redierit, puniendus est. *ar. ad hoc. de cohabi. cle. Et sunt c.2.* Et sic similiter videntur *Anto. & Petrus. d.c. Monasteria.*

r *Clausuram Monialium*, i. e. Ad ipsas Monialest: & sic continens ponitur pro contento. Et similiter habes *de excess. prælat. c. fi.* Nam non solum Moniales, sed nec earum loca debent frequentari; quia secundùm *Hostien. in d.c. Monasteria* sæpè intactis ab immunda violatione corporibus fugit ipsa Castitas de moribus. 32.q. 5. *nec solo.*

s *Rationabilis causa.* Consanguinitas non erit rationabilis causa, nam sub Cognati nomine poterit culpa regi: & ideo etiam à Consanguineis cavendum est. *de cohabi. cleri. & mul. c.1.* Quæ igitur sit causa rationabilis, relinquitur arbitrio Judicis. *Extra. de offi. del. c. de causis.* vel poterit dici *rationabilis causa* propter Medicos, Sartrectores, Carpentarios, & hujusmodi, juxta *ea. fo. Au. in c. periculosa. ver. causa. c. ii. h. 6.*

t *Quoniam inter alia.* Ista est Constitutio, & fuit facta per Gulam & superbiam, & hinc Divisa: principaliter dato. Primo statuit circa abstinentiam Regularium quoad Potationes &c. Secundo ibi, *Ad hæc*, disponit pro eorū Regimine dum sunt in misericordia.

u *Gulæ.* De quo vitio plenius videre poteris *supra c. de offi. Archipres. c.1. §. gulæ.*

x *Infestare.* Cum carne à crapula & ebrietate eos pro cæteris conveniat abstinere. *de vi. & hone. cleri. c. à crapula.*

y *Horis statutis.* Supple, secundùm Regularem observantiam: licita enim quandoque esurimus sine culpa comedimus *§. di. c. nos. in fi.* & quicquid, & quantum placet. 44. *di. quicquid. & c. delicias.* Horæ tamen illarum servandæ sunt, & ad concedendum secundùm Canones Statuitur hora Tertiarum. 44. *di. non licet.*

z *Concessionis.* Quæ Clericis & Religiosis omnino prohibentur, sunt parte 44. *di. per totum.* & dicitur Comessatio frequens, & temulenta Comestio secundùm *Isidorum.*

a *Vacare.* i. e. Operam dare.

b *Si verò statuerint.* Vers. & nota, quòd hic de esurie nihil dicitur, & properet quantum ad Comessationem extra tempora statuta hic non providetur.

c *Impetrata.* Non erit sufficit petere Licentiam, nisi concedatur,

d *Regulariter.* Id est, secundùm observantiam Regularem.

e *Refectorium.* Non autem locum aliud, sed locum ad talem usum deputatum.

f *Necessitati.* Sc. corporis quoad sitim.

g *Voluptati.* i. e. Delectationi secundùm superfluitatem.

h *Ab hac.* Vers.

i *Infirmos.* Eos vir. qui per Præsidentem ad Infirmitorium causa recreationis deputantur.

k *Excipimus.* Ut sc. non teneantur adire Refectorium.

l *Obsequiis Prælatorum.* i.e. Abbatum vel Priorum, quales sunt Capellani & Administrationem habentes ad extra: hi namq; ad cellarium Abbatis, vel aliàs Officii sui, si sic se habeat usus, pro tali necessitate recurrere possunt.

m *Ad hæc.* Secunda pars.

n *Justa de causa.* Judicio Abbatis vel Prioris relinquenda.

o *Seorsum.* Extra locum consuetum ad reficiendum, utpotà, Refectorium, *Extra. c. c. ad Monasterium. §. in Refectorio.* & idem potest intelligere de Infirmitorio in casu suo. Item de Aula vel Camera Abbatis in casu suo. Nam in his locis non est opus provisione, de qua sequitur; quia in Refectorio cunctos supervider Præsidens eidem; in Infirmitorio sola infirmitas cognita excusat cum supervisione Infirmarii; in Aula vel in Camera Abbatis sufficit supervisio ipsius Abbatis, in cujus Præsentia reficiuntur: oportet itaque intelligere hoc, quod hic dicitur, de his qui Dispensativè in aliis locis recreantur.

p *Misericordia.* i. e. Relaxatione austeritatis observantiæ Regularis ad tempus, & loquitur secundùm Consuetudines diversorum Locorum, in quibus Religiosi per septimanas alternatim recreantur, & sunt exonerati à Choro & observantia Claustrali.

q *Semper.* Sc. dum sunt in misericordia: & intelligas Civili modo, non scilicet, ut omni hora, & omni loco sint cum eis Præsentes, sed quòd cum eis de Monasterio egrediantur & regrediantur; & interim cum eis in loco misericordiæ conversentur; non enim intelligi debet de quolibet instanti. *ar. ad hoc ff. de servi. l. si cui. ff. de Edil. Edict. quid si vendiderit ubi patet quod non debet hoc intelligi*

pretatio smara; faciunt ad hoc notata per *Archid. 22. dist. sacrosanctæ. Ecclesiæ. xxv. constituit.* & in Constitutione *Othonis. Ad vicarios. xxv. contingit. per ff. de Arbitris.*

a *Duos.* Nam in quo duorum ad minus stat Testimonium fidem. *de Testi. c. in omni.*

b *Seniores.* Istud (ut credo) sumptum est *de c. 1. 32. q. 1.* Et nota, quod Senior dicitur quandoque ratione ætatis; quandoque ratione scientiæ in Religione; quandoque ratione Ordinis Presbyteralis. 83. *dist. Presbyter.* Sed hic sumitur *Senior* non solum pro Presbytero, sed pro Seniore in Religione: unde requiritur quod tales fuerint non solum ætate, sed scientia, quod fiat de Seniore dicta. *de ætate & qualit. c. cum Abbatissa.* ubi sufficit septem esse dignum, licet multi alii fuerint digniores: & sic notatur per *Jo. And. ver. dignitate.*

c *Minorem.* Duos comprehendit ad minus. *ff. de Testi. l. ubi autem.* & sic cum duobus Senioribus, possunt esse quatuor in misericordia.

d *Correctione.* Scriptum, quæ deberent Seniores facere Juniores: non autem e contra. 2. 27. *Pastus.* & hoc verius, nisi malum exemplum Senioris Juniores trahat ad imitatum, ut dicit patet.

e Et qui. Sc. Seniores.

f *Misericorditer.* i. e. In misericordia existentes.

g Idem. Sc. quod dictum est de Monachis.

Divisa.

h *Sanctimoniales.* Hæc Constitutio est edita per *Johannem Peccham* Archiepiscopum Cantuariæ, Anglicanæ totius & totalis Primatem, & Apostolicæ Sedis Legatum, & Synodalis Judicii, Summum Sacerdotem, Ecclesiæ Christi Dominum, & Universalis Ecclesiæ Doctorem, & Magistrum, & Patrem Reverendissimum, & Sanctissimum, Sanctorum Sanctissimum, Sanctissimi Sanctissimum, Sanctissimi Sanctissimum, Sanctissimi

a *Eorum.* Sc. Episcoporum.

b *Conscientias onerauimus.* Ipsi ergo in hoc sibi ipsis erunt Judices, prout in *c. Archidiaconus. de refeript. in sexto.* ver. *relinquitur. li. 6.*

c *Hanc autem.* Secunda pars.

d *Illas.* Scil. Monialeſ.

e *Exteros.* Le. Ad extra.

f *Cogantur.* Sc. neceſſitate compulſæ. Quia aliis non habet ſufficienter unde vivant: & ſic, ut videtur, non loquitur de his, quarum Ordo fundatur ſuper mendicitate. Vide *infrà. in fin. proxi.*

g *Mendicare.* Contra hoc opponitur *ſuprà. c. ſi. omnes. §. procedunt. & c. unica. §. ſanè. c. ti. li. 6.* In quibus locis Ordinatur, quòd numerus Monialium debet ita moderari in Monaſterio, quòd abſque penuria poſſint ſuſtentari de bonis Monaſterii: ergo ſi ſic obſervatum ſit, non habebit locum, quòd hic dicitur, &. quòd cogantur mendicare: & hoc verum eſt in Monaſteriis non mendicantium, ſicut patet *d. §. ſanè. proxi.* Intelligas ergo hoc, quòd hic dicitur, quòd Moniales quæ virum ex mendicitate, & non habent Poſſeſſiones, neque reditus unde vivant, nec obſtat quòd dicit hic, *cogantur &c.* quia illa coactio poteſt verificari, non ſolum ubi Poſſeſſionalia deficiunt proventus temporales, ſed etiam ubi nullas habent Poſſeſſiones, ſed vivunt ſuper mendicitate incerta, ſicut faciunt Fratres nostri in talibus Monaſteriis non præcipiunt tantum numerum, ſicut patet *d. §. ſanè. proxi.*

h *Duas mendicent.* Ita litera, ut videtur, præſupponit, quòd mendicantes Moniales poſſint egredi perſonaliter ad mendicandū: hoc tamen non eſt verum de Jure Communi, quia quoad Clauſuri comprehenduntur univerſæ & ſingulæ Moniales cujuſcunque ſint Religionis vel Ordinis, ſicut patet *c. Mos. perniciosè. §. 1. li. 6.* non poſſunt exire, niſi in duobus caſibus, de quibus dixi *ſuprà. c. ver. cujus ſanctæ.* Oportet itaque, ut illum Conſtitutionem intelligas de non inclusis, prout Communiter ſtatur Monialibus per totum *Anglicum.*

i *Plures invenimus.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham* apud *Lambeth*, & habet duo dicta. Secundum ibi, *Et quia.* In primo notat quandam Abuſionem. In ſecundo ordinat Remedium.

k *Sancti Auguſtini.* Ut puta, Canonicorum Regularium, & aliorum, qui profitentur Regulam Beati *Auguſtini.* Sunt enim Tres Regulæ à parte Juris Communis, quarum aliqui obligantur Religioni, viz. Sancti *Benedicti, Baſilii,* & *Auguſtini. 18. q. 2. pernicioſè.* Nil tamen in *Cle. 2. de diuinis. ver. religioſi* dicit, quòd omnes Religioſi militant ſub una de tribus Regulis, viz. *Benedicti, Auguſtini,* vel *Franciſci*: ſi *Franciſcus* ſupplanaverit *Baſilium* neſcio. Scio tamen ſecundùm Decretaſtertia Regula de Approbatis, eſt *Baſilij* non *Franciſci.*

l *Matricibus Eccleſiis.* Sic dictis, quia ab eis tanquàm Filiæ à Matribus procedebant. Aliter dicitur *Matrix Eccleſia,* illa quæ eſt major, & Baptiſmalis: quæ ideo dicitur *Matrix,* quia ſicut Mater generat, ſic illa regenerat per Baptiſmum: ſic ſumitur *de præſcrip. c. 1. & c. ex tranſmiſſa. de tranſac. c. præterea. 2. & nota. de ſentent. excommunic. c. 1. ver. matricem per Jo. Andr. in Clem. & cæter.* ibi *Paulus. c. ver.*

m *Ultramarinis.* Inter Monachos patet Exemplum de *Cluniacenſibus, Ciſtercienſibus,* & *Carthuſienſibus*; patet etiam de Domo Sancti *Antonii Londin.* cujus Domus ſuperior eſt in Regno *Navarr.* apud *Viennam.* & eſt Ordinis Sancti *Auguſtini.* Patet etiam hodie Exemplum de Domo de *Sion* Ordinis Sanctæ *Brigitæ Londin.* Dioceſis, cujus Domus Principalis eſt in *Weſtmo* in Regno *Anglie,* & vivunt ſub Regula Sancti *Auguſtini.* Dicta tamen Domus de *Sion* hodiè non ſubjacet Domui de *Weſtmo* virtute Ordinationis Apoſtolicæ, quam vidi & palpavi.

n *Adhæſerant.* Sc. Tanquàm membra, & ab eis dependentes, & eis ſubjectæ. *c. de referip. c. 1. in Clem.*

o *Separata.* Forſan Auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel de conſenſu Domus Superioris, quæ bene poſſit renunciare Juri ſibi competenti in Domo inferiori, & ſibi ſubjecta; *Extra de crimi. falſ. c. ſi. de priuil. ſi de terra. ff. de pact. l. pactum.* etiamſi illud Jus, ſive Privilegium in Dei honorem induſtum ſit. 17. q. 4. *uxor.* & ibi per *Jo.* Nec obſtat *c. ſi diligenti. in fi. Extra de foro compet.* ubi apparet, quòd Juri indulto Collegio vel Univerſitati non poteſt renunciari: quia Jus competens alicui Collegio, vel Univerſitati, per ſingularium Perſonarum renunciationē non poteſt tolli, ut ibi patet: ſed per renunciationem Univerſitatis & Collegialiter factam ſic. Ad quod facit dictum *c. ſi de terra.* nam ſi ibi tacitè tollatur Privilegium Collegio competens per non uſum; ergo multo fortius hoc poterit fieri per expreſſum; requiritur tamen in hoc caſu †Tractatus qui ſolet haberi † Contractus. Alienationibus. *Extra de his quæ fiūt a Prælat. ſine conſen. Capi. c. 1. eod. ſuper.*

p *Cæremoniarum.* Quæ conſiſtunt in variatione Obſequiorum, in diſcretione Ciborum, in differentiis Sacrificiorum, in expiatione Immunditiarum, in obſervatione Solennitatum, in differentiis colorum Veſtium, & hujuſmodi. *Cæremonia I quibus conſiſtunt.*

q *Per quas.* Sc. Cæremonias.

r *Diſcrepant.* Id eſt, diſcordant.

ſ *Cæteris.* i. e. Omnibus: nam verbum *cæterorum,* omnia comprehendit. *ff. de verb. ſig. l. cæterorum.* ſic circa hoc vide m. *per Jo. An. c. ſi. unico. ver. cæterorū. li. 6.*

t *Ordinis.* Ordo & Religio idem ſignificant, ſicut plane concludit *Jo. An. ubi ſu. c. unica. ver. Ordinem aut Religionem. li. 6.* ubi tamen ponit Rationes in contrarium.

u *Non conveniunt.* Id eſt, ſimul cum eis non veniunt.

x *Generalis Statio. de ſta. mo. c. in ſingulis. ver. hoc ipſum.*

y *Et quia.* Secunda pars.

z *Sine ſua. VIII. di. quæ contra.*

a *Hoſpitandi Domum.* Quæ ſcil. olim adhærebant domibus Alienigenis, ſed modo ſunt ſeparatæ ab eis. Et dic *domum,* i. e. inhabitantes Domus ipſius, ut ſic consensum intelligatur per continens.

b *Obſervantia.* De iſtis Cæremoniis dixi *ſuprà. c. ver. Cæremoniarum.* Et ex iſta litera apparet, quòd Capitulum Generale Cæremonias ritium tollere non poteſt. *Religioſorum diverſi habitus.* Sunt enim aliqui de Ordine Sancti *Auguſtini* qui utuntur Rocheto lineo, & deſuper Capa nigra antè aperta. Aliqui totaliter utuntur Veſtibus albis lineis, aut laneis. Aliqui utuntur deſuper Capis nigris, clauſis cum Cruce ante pectus impreſſa. Aliqui deferunt Indumenta alba cum Cruce appoſita: & ſic in talibus, valt ipſorum Cæremonias eis ſalvas eſſe. Et idem intelligas de diſcretione Ciborum. Nam aliqui veſcuntur carneis, aliqui non: aliqui certis temporis jejunant, aliqui non jejunant. Sic etiam aliqui utuntur ocreis, ſicut Monachi. Alii utuntur Secularibus, ſicut Clerici Seculares.

c *Specialiter.* Id eſt, ſingulariter, per ſingula eorum Monaſteria. Et ſic Generalis Monitio non eſſet ſufficiens.

d *Locorum Epiſcopus.* Non oportet, quòd hoc fiat perſonaliter per ipſum Epiſcopum, ſed ſufficit, quòd per alium fiat ipſius Præcepto & Auctoritate, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de conſti. c. 1. ver. vel eorum Officiales.*

e *Aliis Canonicis.* Supple, ejuſdem Ordinis.

f *Vel ſi.* Vers.

g *Inter eos.* Sc. qui olim adhærebant Alienigenis.

h *Et alios.* Indigenas de Provincia *Cantuarienſi.*

i *Subſtantialia.* Quæ conſiſtunt in Tribus, ſc. Abdicatione Proprietatis, Obſervatione Caſtitatis, & Obedientia. *Extra. de ſta. mo. c. cum ad Monaſterium. ad ſ. & nota. Extra de Regula. §. ad quid tenentur. per Hoſtien. in ſumma.*

k *Notabilis diverſitas.* Hanc diverſitatem ſecundùm ſenſum iſtius literæ, qualis eſſet, non bene concipio. Nam univerſi Religioſi tenentur ad tria ſupradicta, ſicut patet *de ſta. mo. §. in quibus conveniunt. per Hoſtien. in ſumma.* Sed intellige hanc diverſitatem ſecundùm diverſitatem Regularis obſervantiæ quoad exercitium varium juxta Inſtitutiones diverſarum Religionum. Aliquorum enim Religioſorum Ordo inſtituitur principaliter ad opera vitæ contemplativæ, quæ *Religioſorum varia Inſtitutio.*

De Religioſis Domibus.

Domus quæ per Cæremonias ab Ordine Sancti Auguſtini alienata ſunt, cogantur nihilominus falcis Cæremoniis Capitulo Generali intereſſe, aut inter ſe novum conſtituere.

Johannes Peccham.

[1] PLures invenimus Religioſas Domus Ordinis [k] Sancti *Auguſtini,* quæ pro eo quòd olim quibuſdam [l] matricibus Eccleſiis [m] ultramarinis [n] adhæſerant, à quibus [o] eorum [p] conſcientias in tremendo judicio onerāmus. [q] Hanc autem Ordinationem ad [r] illas non extendimus, quæ [s] exterius [t] cogūntur [u] mendicare ſibi neceſſaria [x] dum mendicant.

modo immò jam diuturno tempore [y] ſeparatæ noſcuntur, occaſione quarundam [z] Cæremoniarum à dictis matricibus domibus receptarum, [a] per quas [r] diſcrepant à [ſ] cæteris ejuſdem [t] Ordinis domibus in *Cantuarienſi* Provincia Conſtitutis, [u] non conveniunt cum cæteris in Capitulo [v] Generali ſingulis triennis juxta Concilium Generale celebrando. [w] Et quia turpis eſt pars, quæ non convenit [x] ſuo toto, Statuimus, ut de cætero omnes [y] hujuſmodi domus ſalvâ Cæremoniarū ſuarum [b] obſervantiâ [c] ſpecialiter moneantur per [d] locorum Epiſcopos, ut conveniant cū [e] aliis Canonicis in Capitulo Generali de regimine & reformatione Ordinis cōmuniter tractaturi. [f] Vel ſi [g] inter eos [h] & alios quantū ad [i] ſubſtantialia Religionis fuæ ſit [k] notabilis di-

---

1 *Plures invenimus.* Hæc eſt Conſtitutio *Johannis Peccham* apud *Lambeth*, & habet duo dicta. Secundum ibi, *Et quia.* In primo notat quandam Abuſionem. In ſecundo ordinat Remedium.

k *Sancti Auguſtini.* Ut puta, Canonicorum Regularium, & aliorum, qui profitentur Regulam Beati *Auguſtini.* Sunt enim Tres Regulæ à parte Juris Communis, quarum aliqui obligantur Religioni, viz. Sancti *Benedicti, Baſilii,* & *Auguſtini. 18. q. 2. pernicioſè.* Nil tamen in *Cle. 2. de diuinis. ver. religioſi* dicit, quòd omnes Religioſi militant ſub una de tribus Regulis, viz. *Benedicti, Auguſtini,* vel *Franciſci*: ſi *Franciſcus* ſupplanaverit *Baſilium* neſcio. Scio tamen ſecundùm Decretaſtertia Regula de Approbatis, eſt *Baſilij* non *Franciſci.*

l *Matricibus Eccleſiis.* Sic dictis, quia ab eis tanquàm Filiæ à Matribus procedebant. Aliter dicitur *Matrix Eccleſia,* illa quæ eſt major, & Baptiſmalis: quæ ideo dicitur *Matrix,* quia ſicut Mater generat, ſic illa regenerat per Baptiſmum: ſic ſumitur *de præſcrip. c. 1. & c. ex tranſmiſſa. de tranſac. c. præterea. 2. & nota. de ſentent. excommunic. c. 1. ver. matricem per Jo. Andr. in Clem. & cæter.* ibi *Paulus. c. ver.*

m *Ultramarinis.* Inter Monachos patet Exemplum de *Cluniacenſibus, Ciſtercienſibus,* & *Carthuſienſibus*; patet etiam de Domo Sancti *Antonii Londin.* cujus Domus ſuperior eſt in Regno *Navarr.* apud *Viennam.* & eſt Ordinis Sancti *Auguſtini.* Patet etiam hodie Exemplum de Domo de *Sion* Ordinis Sanctæ *Brigitæ Londin.* Dioceſis, cujus Domus Principalis eſt in *Weſtmo* in Regno *Anglie,* & vivunt ſub Regula Sancti *Auguſtini.* Dicta tamen Domus de *Sion* hodiè non ſubjacet Domui de *Weſtmo* virtute Ordinationis Apoſtolicæ, quam vidi & palpavi.

n *Adhæſerant.* Sc. Tanquàm membra, & ab eis dependentes, & eis ſubjectæ. *c. de referip. c. 1. in Clem.*

o *Separata.* Forſan Auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel de conſenſu Domus Superioris, quæ bene poſſit renunciare Juri ſibi competenti in Domo inferiori, & ſibi ſubjecta; *Extra de crimi. falſ. c. ſi. de priuil. ſi de terra. ff. de pact. l. pactum.* etiamſi illud Jus, ſive Privilegium in Dei honorem induſtum ſit. 17. q. 4. *uxor.* & ibi per *Jo.* Nec obſtat *c. ſi diligenti. in fi. Extra de foro compet.* ubi apparet, quòd Juri indulto Collegio vel Univerſitati non poteſt renunciari: quia Jus competens alicui Collegio, vel Univerſitati, per ſingularium Perſonarum renunciationē non poteſt tolli, ut ibi patet: ſed per renunciationem Univerſitatis & Collegialiter factam ſic. Ad quod facit dictum *c. ſi de terra.* nam ſi ibi tacitè tollatur Privilegium Collegio competens per non uſum; ergo multo fortius hoc poterit fieri per expreſſum; requiritur tamen in hoc caſu †Tractatus qui ſolet haberi † Contractus. Alienationibus. *Extra de his quæ fiūt a Prælat. ſine conſen. Capi. c. 1. eod. ſuper.*

p *Cæremoniarum.* Quæ conſiſtunt in variatione Obſequiorum, in diſcretione Ciborum, in differentiis Sacrificiorum, in expiatione Immunditiarum, in obſervatione Solennitatum, in differentiis colorum Veſtium, & hujuſmodi. *Cæremonia I quibus conſiſtunt.*

q *Per quas.* Sc. Cæremonias.

r *Diſcrepant.* Id eſt, diſcordant.

ſ *Cæteris.* i. e. Omnibus: nam verbum *cæterorum,* omnia comprehendit. *ff. de verb. ſig. l. cæterorum.* ſic circa hoc vide m. *per Jo. An. c. ſi. unico. ver. cæterorū. li. 6.*

t *Ordinis.* Ordo & Religio idem ſignificant, ſicut plane concludit *Jo. An. ubi ſu. c. unica. ver. Ordinem aut Religionem. li. 6.* ubi tamen ponit Rationes in contrarium.

u *Non conveniunt.* Id eſt, ſimul cum eis non veniunt.

x *Generalis Statio. de ſta. mo. c. in ſingulis. ver. hoc ipſum.*

y *Et quia.* Secunda pars.

z *Sine ſua. VIII. di. quæ contra.*

a *Hoſpitandi Domum.* Quæ ſcil. olim adhærebant domibus Alienigenis, ſed modo ſunt ſeparatæ ab eis. Et dic *domum,* i. e. inhabitantes Domus ipſius, ut ſic consensum intelligatur per continens.

b *Obſervantia.* De iſtis Cæremoniis dixi *ſuprà. c. ver. Cæremoniarum.* Et ex iſta litera apparet, quòd Capitulum Generale Cæremonias ritium tollere non poteſt. *Religioſorum diverſi habitus.* Sunt enim aliqui de Ordine Sancti *Auguſtini* qui utuntur Rocheto lineo, & deſuper Capa nigra antè aperta. Aliqui totaliter utuntur Veſtibus albis lineis, aut laneis. Aliqui utuntur deſuper Capis nigris, clauſis cum Cruce ante pectus impreſſa. Aliqui deferunt Indumenta alba cum Cruce appoſita: & ſic in talibus, valt ipſorum Cæremonias eis ſalvas eſſe. Et idem intelligas de diſcretione Ciborum. Nam aliqui veſcuntur carneis, aliqui non: aliqui certis temporis jejunant, aliqui non jejunant. Sic etiam aliqui utuntur ocreis, ſicut Monachi. Alii utuntur Secularibus, ſicut Clerici Seculares.

c *Specialiter.* Id eſt, ſingulariter, per ſingula eorum Monaſteria. Et ſic Generalis Monitio non eſſet ſufficiens.

d *Locorum Epiſcopus.* Non oportet, quòd hoc fiat perſonaliter per ipſum Epiſcopum, ſed ſufficit, quòd per alium fiat ipſius Præcepto & Auctoritate, ſecundùm ea quæ dixi *ſuprà. de conſti. c. 1. ver. vel eorum Officiales.*

e *Aliis Canonicis.* Supple, ejuſdem Ordinis.

f *Vel ſi.* Vers.

g *Inter eos.* Sc. qui olim adhærebant Alienigenis.

h *Et alios.* Indigenas de Provincia *Cantuarienſi.*

i *Subſtantialia.* Quæ conſiſtunt in Tribus, ſc. Abdicatione Proprietatis, Obſervatione Caſtitatis, & Obedientia. *Extra. de ſta. mo. c. cum ad Monaſterium. ad ſ. & nota. Extra de Regula. §. ad quid tenentur. per Hoſtien. in ſumma.*

k *Notabilis diverſitas.* Hanc diverſitatem ſecundùm ſenſum iſtius literæ, qualis eſſet, non bene concipio. Nam univerſi Religioſi tenentur ad tria ſupradicta, ſicut patet *de ſta. mo. §. in quibus conveniunt. per Hoſtien. in ſumma.* Sed intellige hanc diverſitatem ſecundùm diverſitatem Regularis obſervantiæ quoad exercitium varium juxta Inſtitutiones diverſarum Religionum. Aliquorum enim Religioſorum Ordo inſtituitur principaliter ad opera vitæ contemplativæ, quæ *Religioſorum varia Inſtitutio.*

M.S. Aſtun.

quæ

quæ consistit in studio, & Oratione, sicut Ordo *Carthusiensium*. Aliorum verò Ordo instituitur ad obsequia Hospitalitatis, & Infirmorum, ut Ordo *Crucigerorum*, & Sancti *Antonii Viennæ*. Quorundam verò Ordo instituitur ad Prædicationem, Doctrinam, & Consilium animarum, sicut patet in Fratribus *Prædicatoribus*, *Minoribus*, *Augustinis*, & *Carmelitis*.

Aliorum verò Ordo instituitur ad Militiam, ut *Hospitalarii*, & olim *Templarii*, ex quibus patet, quod Religiones diversificantur secundùm diversos actus Exercitiorum; nam in una Religione castigatur corpus per abstinentiam, in alia per nuditatem, in reliqua per operationem manuum: unde per hæc diversa Officia, sive Exercitia, licet tendentia ad eundem finem, dicuntur Religiones diversæ; tum ratione diversarum Institutionum; tum ratione diversi Habitus; tum ratione diversæ Nominationis. Pro qua materia videre poteris notata per *Petrum de Ancha. Extra. de Regular. Sanct. nostr.* secundo apponitur.

versitas, sibiipsi [a] separatim constituant Capitulum Generale, [b] alioquin [c] hoc facere per censuram Ecclesiasticam [d] compellantur.

Religiosi novi qui sibi domũ, hospitale, aut Xenodochium construunt, à loci Ordinario Regulam quærendi accipiant. Anachoritæ non fiant sine speciali Episcopi approbatione; nec sæculi, Sæcularibus hospitia sine honesta causa præbeant.

Edmundus.

---

a *Separatim.* Sic, c. ut simul non conveniant in eodem loco.

b *Alioquin.* Sc. si nec cum aliis convenire, nec per se Capitulum Generale celebrare volunt.

c *Hoc facere.* Scilicet cum aliis convenire, vel per se Capitulum celebrare.

d *Compellantur.* Intellige de non Exemptis: quia Exempti per Episcopos ad hoc compelli non possunt, cùm non sint eorum Subditi. *De constit. c. x. li. 6.*

---

[e] QUoniam Religionum. Hæc Constitutio, quæ est *Edmundi*, facit tria. Primo Statuit circa Nova Loca Religiosa fundanda. Secundo ibi, *Ad hæc*, statuit quid fieri debeat circa *Anachoritas* vel *Reclusos*. Tertio ibi, *In Domibus*, prohibet, ut Personæ Sæculares in domibus hujusmodi *Reclusorum* habitent.

Divisio.

f *Diversitas.* Quæ consistit in multitudine Domorum Religiosarum secundùm quosdam: sed hoc non placet, quia quamvis quæ multiplicarentur Religio *Nigrorum Monachorum* una esset, nisi una Religio. Sed hæc diversitas attendi debet secundùm diversitatem Regularium habituum, & Sectarum sicut patet *ex. ti. c. cum. li. 6.* Et in hoc casu *vide. Extra. ex ti. c. fi.* ubi prohibet Novam Religionem institui.

g *Confessarius. Clem. Extra. ex. c. fi. & ex ti. cit. li. 6.*

h *Domum. Supple*, Religiosam. i.e. Monasterium.

i *Hospitale.* Quod inter Loca Religiosa numeratur. *Extra. c. c. Ad hæc.*

k *Xenodochium.* Sc Locum ubi recipiuntur Senes & Debiles *secundùm Abb. in Clem. per literas de præben.* vel sic quid *Xenodochium* est Locus pius, ubi pauperes peregrini recipiuntur; sicut notatur 23. q. 8. c. 23. § *sanctum.* per *Jo.* & ibi ponitur differentia inter *Xenodochium*, *Gerontochomium*, & *Brephotrophium*. Sed melius *ex. ti. c. de Xenodochiis. per Hostien. in Lectura.* qui super hoc dat Remissiones tam ad Jura Civilia, quàm Canonica: dicit tamen, quòd quandoque sumitur pro quolibet Hospitali, & sic sumitur *dicta c. de Xenodochiis.* secundùm eum: & de prædictis ponit *Archid. in loci prælleg.* hos versus.

Xenodochium quid sit.

Versus.

Pascitur in Brephio, Geron, Orphano, Nosc, Xenoque;
Infirmus, vetulus, puer, insons, & peregrinus.

l *Fundare.* i. e. De vel à fundo in Structuram aliquam erigere, ut *de novo*. Sic ergo, de renovatione vel reparatione alicujus Loci talis antiqui, non debet intelligi hæc Constitutio: & sumitur hoc *ex c. fi. Extra. ex. ti.*

m *De novo.* Sic ergo, de renovatione vel reparatione alicujus Loci talis antiqui, non debet intelligi hæc Constitutio: & sumitur hoc *ex c. fi. Extra. ex. ti.*

n *Regulam.* Secundùm quam ibi Instituendi vivere debent.

o *Institutionem.* i. e. Ordinationem quoad Statum.

p *Loci Ordinario.* Sc. Episcopo, sed contra hoc opponitur: nam in *c. fi. Extra. ex.* dicitur, quòd volens fundare Domum Religiosam de novo, accipiet Regulam & Institutionem de Approbatis: ex qua licera apparet, quòd talis Fundator possit per se, sine consensu Episcopi, eligere Regulam, & facere Statuta, dum tamen ea sint de Approbatis. Solutio. Ista Constitutio supplet ad illud quod in *d. c. alias* minùs cautus dicitur esse: ut scil. talis Fundator non per se, sed ab Episcopo Regulam & Institutionem accipiat. Episcopus tamen videre habet, quòd sint de Approbatis, ut ibi dicitur: unde pro intellectu horum, quæ hic dicuntur, adverte, quia regulariter & de Jure Communi talia loca Religiosa, de quibus hic loquitur, sunt in potestate Episcopi, ut patet *Extra. ex. c. de Xenodochiis.* & hoc verum quoad Protectionem, non quoad Temporalia, quæ non debet sibi usurpare, sed dare operam, ut expendantur in illum usum ad quem destinata sunt, ut ibi patet. Quandoq; tamen talia Loca constituit in Potestate alterius quam Episcopi, forsan ex Statuto facto in Fundatione Locorum, vel aliis ex Præscriptione legitima, vel Privilegio Papæ, sicut patet *ex. ti. quia contingit. in Clem. 1. Responso* secundum *Jo. And. in dict. de Xenodochiis.* & ille qui dicit talem Locum exemptum ab Episcopo, hoc probare debet, secundùm *Petrum de Ancha. c. c.* quæ Exemptio licet præcessit in certis Capitulis, nò tamen prodest in aliis. *Extra. ex. c. cum venerabilis.* Sic etiam Exempta subjunt Episcopo. 93. *dist. c. nullus.* & sciat, quòd talibus Locis non possunt accedere Ecclesiæ, nec Cimeteria, nec Altaria, nisi auctoritate Episcopi, ut patet dicto *c. quia contingit.* nec possunt erigi talia Loca habentia Spiritualia Jura annexa sine auctoritate Episcopi: & secundùm quosdam Hospitale, vel Xenodochium, aut locus consimilis pius, non potest fundari eo modo, quod Episcopus non possit sic ingrominare. *ar. c. cupientes de testa. ff. de leg. 3. l. nemo potest. Col. tamen de Monte Laud.* dicit, quòd sic, in *Clem. quia contingit. per c. omnibus. de consc. di.* 1. & hoc intelligas verum quoad Temporalia ministranda, utpotà, Hospitalitatem tenendam, & etiam in aliquo Oratorio sol erecto, non tamen adinstar Ecclesiæ erandum aliqui Missarum celebratione, Sacramentorumve aut Sacramentalium administratione; ex quis super talibus in Spiritualibus Episcopus in sua Diœcesi erit Præordinator & Dispositor, ut prædixi: & sic apparet in *d. c. omnibus.*

M. S. & ms. † Nisi.

q *Ad hæc.* Secunda pars.

r *Inclusi.* Intellige de singulariter *Inclusis*, quales sunt apud nos *Anachoritarum* de Communiter *Inclusis*, quales sunt vel esse debent omnes *Monialles de fra. ord. Carmelit. li. 6.* non debet hoc intelligi.

f *Aliquibi.* Id est, in aliquo Loco.

t *Diœcesani.* Et sic inferior Episcopo hanc licentiã dare non potest. Cui *contrar. in simili*, quod legitur & notatur in *Clem. 1. de sepult.* unde non licebit postea licentiare Monachũ suum ut includatur: nec obstat quod legitur *de excess. Prælat. c. omnis. ad fi. li. 6.* quia licet Monachi possint de licentia Abbatis ad vitã solitariã & Eremiticam transire, ut ibi dicitur, 96 tamen sic, ut ibi includantur: sed hoc ibi dicitur, sed loquitur volentibus habitare in Eremo cũ sociis suis, ut bene accipitur per *Host. de clerici. cum Monasterium. q. 2.*

u *Loci.* Hic aliqui Libri habent *Sociis*, sed hæc litera est convenientior: alii intelligas de Inclusione totius Conventus, sicut fuit in Monasterio de *Sion London. Diœcesis.* Debet enim Diœcesanus considerare, an Locus, ubi aliquis reclusi desiderat, sit alicui Ecclesiæ propinquus, vel ab Ecclesia multum separatus. Item an sit in Urbe vel in Rure, quia tali incluso in suis necessitatibus civitas provideretur in Urbe, ubi est multitudo Populi, quàm in Rure, ubi pauci sunt, & ut Communiter pauperes, qui non possunt talibus succurrere. Considerari etiam debet Locus, si sit prope aliquod Monasterium, ex cujus Elemosyna possit sic Inclusus sustentari, vel longè à Monasterio. Nec obstat quod legitur *de excess. Prælat. c. omnes. ad fi. li. 6.* Nam intelligi debet, ut dixi *supra* super *ver. Diœcesani.*

x *Moribus.* Sc. an sit flagitiosus, vel virtuosus. Item an sit constans, vel ciro mutabilis. Nam omnibus in Christo piè vivere volentibus, necessaria est constantia in adversis. *7. q. 1. Suggestum.* Item an sit in Vita Activa perfectus, & virtuose confirmatus, quia minus perfectus, vel aliàs indispositus ad perfectionem Vitæ Activæ, non est de facili, nec sibi, nec aliis † profectum allaturus in Vita Contemplativa. Est namque Vita Activa dispositiva ad Contemplativã: unde dicit *Ysid. de Summo bono*, qui prius in Vita Activa proficit, † perinde ad Contemplationem conscendit. Ideo quamdiu non pervenit homo ad perfectionem in Vita Activa, non potest esse in eo Vita Contemplativa, nisi secundùm quandam inchoationem. M. S. † perfecte

y *Personarum.* Utrum sc. sit Religiosus vel Sæcularis, Clericus vel Laicus, Vir vel Mulier, austeritatem vitæ prius expertus, vel non expertus, Juvenis vel Senex, vel alia hujusmodi.

z *Sustentari.* Utpotà, quia sufficienter habent de proprio, unde vivere possint: tales namque Reclusi, si non sint alicui de Religionibus approbatis per professionem obligati, possunt habere proprium, adinstar Eremitarum, de quibus legitur & notatur 16. q. 1. *qui vere.* ubi de hoc. Alias autem si proprium non habeant, unde sufficienter vivere possint, de facili reclusi non debent, nisi ad minus sustentationem habere valeant

Divisio.

leant cum aliis in Communi: utputà, quia talis recludendus Religiosus est, & vivere debet de bonis Monasterii. *ar. ad hoc de verb. sig. c. privilegium. & d. c. unico de cens. præla. ad fi. li. 6.* Ut autem talis Inclusus vivat de mendicitate non videretur esse securum; nisi esset de Ordine mendicantium, sic quòd sibi per alios mendicantes ejusdem Ordinis non inclusos de necessariis valeat secundùm Religionis observantias provideri. Cujus rei dispositionem in hoc casu non puto ad Episcoporum Ordinationé pertinere, eò quòd Communiter médicâtes hujusmodi à Jurisdictione Episcopi sunt exépti: tamen, alios Jurisdictioni Episcopi subjectos, bene tenetur Episcopus aspicere, & videre, né sub incerto suam sustentationem quærere cogantur. Incerta namq; mendicitas videtur in Jure reprobata, sicut patet *eo. ti. c. unico. ver. confirmatos. li. 6.* unde si talis recludi volens Clericus esset sub obedientia Episcopi existens, jure & rationabiliter posset Episcopus ejus Reclusioni contradicere, in casu quo non haberet proprium, nec in Communi unde se sustentare sufficienter posset. Ratio est, quia mendicitas Clericorum est ignominia Episcoporum, *Extra. de renūc. c. ad supplicationē.* cum ibi notatis. In hoc enim casu non solùm posset dici, *mendicat in Plateis infelix Clericus &c. 93. di. Diaconus sunt quos.* Sed médicitaté suâ deplorat in domo reclusus Clericus infelix, cujus miseriam sive inopiam non est qui aspiciat, quin sine succurrente in fame & inopia periturus, *contra illud 86. di. c. pasce. cum similibus.* Cavendum ergo est Episcopo, né aliquos includat, nisi de prædictis in hoc Capitulo describitur: & etiam quòd de talium sustentatione futura certus sit, alioquin, ut rationabiliter judico, de sua Mensa talibus per eum inclusis tenebitur providere, sicut & Clerico provideri tenetur, quem sine Titulo promoverit ad Ordines. *Extra. de præben. c. cum secundùm Apostolum.* Insuper circa hanc materiam scire debes, quòd licet vita solitaria conveniat contémplanti, qui jam pervenit ad perfectū, qd dupliciter esse potest: Uno modo ex dono Dei, ut in *Jo. Baptista.* Secundo per Exercitium virtuosi actus: ex aliorum tamen societate juvatur homo dupliciter, sc. quoad intellectum, ut instruatur in his quæ sunt contemplanda: unde *Henri.* ad Rusticum Monachum *inquit*, placet quòd habes Sanctorū contubernium, nec ipse te docuit, *16. q. 1. si Clericus in fi.* Secundo quoad effectum, sc. ut nostræ Affectiones hominis reprimantur exemplo, & Correctione aliorū unde Idem ad eundem. In solitudine *inquit*, clrò surrepit superbia, dormit quando vult, facit quod vult &c. Ad viventé in societate dicit, Non facies quod vis, comedes quod juberis, subjicieris cui non vis, servies Fratribus, Præpositum Monasterii timeas, ut Deum diligas, vel Parentem &c. prout ibi, & alia notantur *Extra. de Regulari, c. sanc. ver. 3. quæro. per Petrum de Ancho.*

a *In Domibus.* Tertia pars: & dic, *in domibus*, scil. ædificatis pro inclusione talium, de quibus hic loquitur.

b *Eorum.* Sc. Inclusorum: & intellige hoc verum ipsis viventibus, non autem forsan quando mortui sunt, vel a loco suæ Inclusionis recesserunt.

c *Sæculares.* Potes intelligere tam de Clericis Sæcularibus quàm etiam de Laicis: nam etiam Clerici Sæculares appellantur, *de præben. c. cum de Beneficio. li. 6.* & hoc quod hic dicitur, si intelligatur de Clericis, puto verum, sc. quòd non debent hospitari in talium Domibus, quamdiu sunt Sæculariter viventes; secus putarem, si in tali loco Contemplationi & Orationi vacare vellent, ab occupatione Sæculari se penitus separantes; & idem si quis dicerem de Laico, qui totaliter Contemplationi & Orationi intenderet, absque inclusione aliqua: nam tales non sunt dicendi meré Sæculares sed Religiosi; secundùm ea quæ notantur per *Arch. de hæreti. c. ut officium. ver. Religiosos. li. 6.*

d *Hospitentur.* i. e. Maneant, vel morentur.

e *Honesta.* Bene Exemplum *supra d. c. ver. Sæculares.*

f *Manifesta.* i. e. Non latenti, sed aperte cognita.

g *Cum secundùm Apostolum.* Ista fuit Constitutio *Stephani* in Cōcilio *Oxon.* Et facit duo. Primo provider, quid faciendum est quoad Custodiā Ecclesiæ, quando duo sunt Præsentati ad unam & eandē Ecclesiā. Secundo ibi, *Sed si ad Episcopum*, provider quid fieri debeat, in casu quo Collatio devolvatur ad Episcopum Jure devoluto: & est pars hujus *supra d. de instit. c. cum secundum Apostolum.*

h *Hoc.* Sc. quod sequitur.

i *Adjungendi.* Sc. Illi Statuto quod habes *supra d. de instit. c. c.*

k *Præsentati.* Supple, per diversos se ejusdē Ecclesiæ Patronos fore præsentatos, ut *infrà* apparet §. *proviso.* Nā si duo essent Præsentati ab uno, siquidem præsentatus esset Clericus, qui variare nō posset, præferri deberet primò Præsentatus. Si verò Præsentans esset Laicus, foret in gratificatione Episcopi, quem velit admittere, *Extra. c. c. cum autem.* ubi de hoc: & est ibi *Doctorū* Conclusiò in substantia, quòd Patronus Laicus uno Præsentato potest postea alium Præsentare, & sic potest variare. Et est ratio, quia effectus rei, i. e. Titulus & Dominium Præsentatione Laici non confertur Admissione Episcopi non securā: & ideo ante effectum consummatum habet locum pœnitentia. *ar. l. si convenerit. ff. de juris. om. judi. & l. si cum dotem. §. ea autem tempore. ff. sol. ma.* Secus tamen esset, si illa Voluntas & Electio traheret secū suum effectum, quia tunc variatio non admitteretur: patet exemplum in Episcopo cōferente Beneficium, ut in *c. si tibi absenti. de præb. li. 6.* & hinc est, quòd ille, qui habet Electionem ex contractu, potest variare postquàm elegerit, sed non ille qui habet Electionem ex ultima voluntate; quia in hac statim per Electionē transfertur Dominū, & sic effectus cōsummatur: non tamē sic ibi, ut notatur *in Leū qui certarum. §. 1. ff. de verb. obli. per Bart.* ubi dicit, qd ille qui habet potestatē declarādi, post declarationē semel factā, nō potest variare. Scias quoq; quòd Patronus Laicus successivè potest plures Præsentare, non tamen per Præsentationē secundi removetur primus, sed accumulatur primo: unde ex quo potest successive plures Præsentare, multo magis hoc potest à principio, sic, ut Episcopus eligat unum ex Præsentatis pluribus, secundùm *Jo. An. in dicto c. cum autem.*

l *Pendente lite.* sc. inter Præsentatos, vel etiā inter Præsentantes.

m *Custodia.* Sc. Ecclesiæ, secundùm ea quæ leguntur, & notantur *Extra. de offi. ordi. c. cum vos.*

n *Sed si ad Episcopum.* Secunda pars. o *Concilii.* Sc. *Lateranensis* de quo habetur *Extra. de concess. præben. c. nulla.*

f *De die*. Quæ non debet omitti propter aliquam Missam pro defuncto, *Extra. de cel. Miss. c. 2.* & quam diebus Dominicis quilibet tenetur audire. *de cons. di. 2. Missam*.

g *Pro defuncto*. Ex hoc Ordine colligit *Jo. Andr. extra. de cons. dist.* quòd post Missam de die, si aliquis sacerdos, puta Sacerdos celebrans Missam pro Defuncto, sed non de corpore, audiendo est, quia à Defunctis nullus regreditur, & ideo celebrans Missa Defunctorum non celebratur pessima de die. Sed quia communi usu tenemur ad oppositum, ideo celebrans Missa de die, potest postea pro Defunctis celebrare. Et pro hac Conclusione facit 11. *dist. Manifestissimum*.

h *Sacerdotes*. Hæc est Constitutio *Jo. Peccham*, Archiepiscopi *Cantuariensis*, & factoria. Primò statuit circa Curatos, ut obligent se Missis peculiaribus, per quas impediri valeat eorum Officium Canonicum. Secundò ibi, *Nec præsumant*, statuit circa Annalia celebranda quoad non Curatos, cum certis circumstantiis in ea parte opportunis. Tertiò ibi, *Nec autem*, adjicit de quibusdam monitionibus & exactionibus in personas committendis in exequendis.

i *Universis*. Supple, habentibus Curam Animarum, ut *infra*. potet ibi, *committere sibi officium Ecclesiæ*.

k *Peculiaribus*, viz. De Trinitate, de Sancto Michaele, de Sancto Spiritu, & aliis hujusmodi, quæ compotos Festorum exercitium, secundùm ea quæ legantur & memoriæ commendantur. Ex hoc apparet, quòd non liceat Curato celebrare Trentale, alias Trigesimale Sancti Gregorii pro Animâ alicujus Defuncti, sed viz. in propriæ suæ ecclesiæ Missam de die, vel de Festo currenti celebretur. ut solet notari *de*. 2. Et hoc verum intelligas quando solus est, secus si esset alius in Ecclesia, qui posset celebrare de die. Qui dicto *concor. Hostien. de*. ver. *Anniversaria*. Plures profitet tales peculiares Missas non debent populus assistere, & pulsari solemniter de die. *de cons. di. 1. c.* Sed hoc *intelligendum*. Nec debent Dominicis aut Festivis diebus tales Missæ cantari in publico sine Missam solemnem ipsius diei, prout ego *d. l. C.* Et hoc *distinguendum, per Arch.*

l *Familiarium*. i.e. Pro Familiaritate vel Familia alicujus certæ Personæ, vel aliquarum Personarum ante horam congruam Missa cantata eis celebrari vel audiri.

m *Obligent*. Sive scripto, sive verbo, etiam per modum promissionis, & sic licita, obligat promittentem. Ad quod vide ea per *Host. de Probat. c. relatum. glo. 1.* & facit ad idem 22. q. 2. c. *quicunque suffragia. per Jo.* Dens hâcque inter Juramentum & simplicem Promissionem non facit differentiam.

n *Canonico Officio*, i.e. Missa de die, quæ non debet omitti propter alias, ut prædictum est. Et nota, quòd causa dicit, *Canonici Officio*, ac si per hoc innuat, quòd Missæ sic de Officiis Canonicis, non tamen de Missis Canonicis. *Sic ut. c. dist. 1. ver. Canonicas. per Jo. And. in Clem. & ca. ver. per Wil. & concor. ibi Panorm. ca. ver.*

o *Commissum*. Sume quòd est *infrà. Ecclesiam*. & ex hac litera apparet, quòd loquitur de Sacerdotibus habentibus Curam Animarum.

p *Officium*. Celebrando ibi Missas, & alia Divina Officia. 25. *di. perlectis. ver. ad Presbyterum*.

q *Nec præsumant*. Secunda pars.

r *Aliqui*, sc. Sacerdotes, etiam non Curati.

s *Annalia*, i.e. Missas celebrandas per Anni spatium, vel alias compotandas, sic quòdcunque sint ad Officia talia dicenda instituti, non perpetui, sed temporales, & cessante tempore removibiles.

t *Pro Defuncto*. Loquitur in casu quo Sacerdos sit conductus per Annum, ut specialiter celebret pro Animâ alicujus Defuncti. Et idem intelligas, si conveniunt per Annum celebrare pro vivente.

u *Quotidie*. Hoc intelligo, ut si. assidue hoc faciat, nisi corporis infirmitate fuerit impeditus; & quanto frequentiùs poterit, fiat vel hortatibus sui & debitâ Devotione. *Extra. de Probat. c. significatum*. Nam ut *quotidie* quis ad hoc arceatur, nisi manifesta Juris communis, ut dicit *Host. Quotidie*. Ea charitate Communionem percipere nec laudo nec reprehendo *de cons. di. 2. quotidie*. Ubi enim Sacerdotis fuerit fervens & amoris ergà Deum augeri, poterit quotidie celebrare. Si autem sentiat fumet Deo devotionem minui, laudo ut quandoque desistere, ne cum minùs reverentia & devotione possit accedere. Sic notat *Jo. in summa confes. lib. 3. ti. 24. fol. Rubri, de Sacramento Eucharistiæ, & etiam quidlibet dic*.

x *Prohibeat*. Hoc intelligo, quando rationabiliter impedimentur, quo minus possint hoc facere in Persona propriâ, nec fuit super hoc speciale præmium indictum, ut hic dicetur per se, secundùm ea quæ legantur & ea. *de Probat. si quidem*. Nam si pariter incidisset esse dictus, non possit absens delegari. *de offic. delegati*.

y *Specialiter*. Sic, ut hic videtur, non sufficit talis Defuncti memoriam fieri sub suffragiis generalibus, sed debet fieri cum specificatione aliqua, saltem nominis ipsius Defuncti. Sed contra hoc facit una extrav. *Jo. de cons. di. 1. quamvis. & cede similibus*. ubi apparet, quòd in nulla parte Missæ debent Sacerdotes aliquem specialiter, sed sufficit, pro illo orare in genere. Licet tamen illi videntur inducere contrarium: dicit enim dicto 1. *visum*, quòd in secundo memento potest Sacerdos facere nominis quæ voluerit: & hoc verum intelligo memoriter, non autem secundùm verum nominis literæ. Potest tamen populo etiam in Missa tempore fieri specialis recommendatio alicujus Defuncti, vel aliquorum Defunctorum; imò aliquo tempore quo in conspectu populi Sacerdotes fundunt communes preces, ut & tunc nominatim & in specie aliqui populo recommendentur, pro quibus habeant specialiter orare: & hæc possunt intelligi quæ leguntur & memoriæ commendantur. *Sic ut. c. dist. 1. visum. & ea. sequentia*.

z *Nullus insuper*. *Vers.*

a *Plura Annalia*, i.e. Pro pluribus Annalibus sibi singulis & Annis impetrandis.

b *Socios Sacerdotes*. Ex hac litera videtur, quòd possit in locum plurium Annalia suscipere, si tantùm qui habeant unum Sacerdotem qui possunt ea singulariter adimplere; quia in pluribus una propria hora omnes, sicut hic apparet, celebrare non possit. Et quia Author hujus Constitutionis fuit unus Frater, & ita videtur per illud *Gwentum*, nihil Presbyteris alicui alicubi fuerit de suis Fraternitate per aliquem privilegium in partibus talem celebrationem Annalium acquirere? Videtur, quòd hanc materiam modo & formâ quibus superius intelligere decrevi. Quare ergo, an istos Sacerdotes unus Quatuor, præferit

Frati

Petsm.

Divise.

Quæs.

Fratri Mendicanti pro salvo recipere aliquod Annale celebrandum pro suis Vivi vel Animæ Defuncti, pactione intervenientè de aliquo Salario sibi per Animam, vel aliud certum respectu hæreditatis persolvendo? Dic quòd si aliis ex Officio assumpto ad hoc tenetur, tunc non licet aliquid recipere ex pacto vel conventione, quia si faceret, esset Simoniacus 1. q. 3. vendentes. & notatur per *Arch. 1. q. 11. c. 1. judicet. in glo. abbr. dicitur ad Sacerdotes.* Et intelligo Officium assumptum, ubi aliquis talis prius astrictus est legitimè & Canonicè in genere vel in specie ad illud Officium peragendum. Si verò non tenetur ex Officio aliis debito sibi assumpto ad hoc faciendum, & non est Beneficiatus, ut patet in Fratre Mendicante, vel quia aliàs pauper est: tunc pro Divinis vel Missis celebrandis nihil debet recipere ex pacto, sed ut moveatur in aliqua Ecclesia, & ibi celebret Divina, & ut impendat operas suas, quas aliàs non teneretur impendere circa talia: sive sit dives, sive pauper, potest ex pacto aliquid recipere ratione laboris sui, & ratione operarum hujusmodi, & moræ ibidem faciendæ, non pro dicendo Officio Divino. Faciunt ad hoc notata *per Ber. & alios de Præbend. c. significatum. & per hum. de Simonia. c. non satis.* & per eundem *extra. de Præbend. c. quemadmod.* ubi etiam de hoc per *Host.* Et in hac sententia concordant quasi omnes Doctores. & notatur per *Arch. d. c. judicet.* & per *Jo. Andræ summa confes. li. de simonia. q. 39.* & per *Henricum de Bonyco. extra. de Præben. c. significatum. in. 2.* & *de significatum. per Anton. de Butrio.* Secundo quæro, numquid Rabbi in scitis ne suis plures Sacerdotes non Beneficiatos, sed ad percipiendum injustos Annalia aliis latos, possit emere vel pluribus impertiri talis Annalis celebrationem, & ipsum acquirentem, & cum eis acquirit, ad idem effectualiter obligare? Et hoc Capitulo videtur quòd sic. Sed contra hoc opponitur: *quod alteri stipulari nemo potest. Instit. de inutili stipul. §. si quis alii.* & §. *alteri.* cum similibus. Unde & similabiliter Jura communiter Theologi tenent, quòd quicunque gerit negotia alterius sine mandato, licet in pluribus sortiatur, & ipsum faciat, inutiliter actum efficitur. *ff. de diver. & quæ. in fin.* Item Promissio requirit Personam promittentis, & Personam cui promittitur, & rem promissam; unde requiritur quòd Persona cui promittitur sit præsens, ita quòd in Personam suam contrahatur Obligatio. *Instit. de inutil. stipul. §. item verborum obligatio.* Sed dic quòd talis Promissio, si fiat ipsi qui præsens est stipulanti, se tamen ut effectus sui præmisso cedat in præsentia absentis Fratris Mendicantis, talis Promissio bene tenet. Verbi gratia, Promittens alii stipulanti, quòd solvam *Titio Socio* suo hac Anno eorum; & quòd dictus *Titius* hoc Anno specialiter celebret pro Animæ ejus: hæc Promissio facta Fratri, & bene valet, dum tamen ejus sui interesse, qui hoc stipulatur. *ff. de verb. obli. li. Stipulatio ista. §. si quis rogatus.* & *l. 1. quatenus. præsti. Stipulatio ista. §. si quis rogatus.* Item dic, si quis rogatus in persona alterius stipulatus fuerit, licèt ipse stipulans in persona sua nihil interesse habeat, ut si rogatus non interrogatus alteri det, quia ille inde habet effectum, sed tamen interest illius, cujus nomine stipulatus fuerit. Prædicta locum habent, ubi ex Promissione, quæ fuit facta, quæritur obligatio vel actio, ut ff. dicit; sed hæc Promissio, quæritur obligatio vel actio per hanc obligationem ille, cui talis quæritur effectus ipsius Obligationis ad faciendum illa, ejus cui promittitur valet Promissio? Dic quòd non: quia etiam ipse, cui se promittitur, promittens factum ejus ut factum alienum, non obligatur. *ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. si. li. de inutil. stipul. §. quod alteri.* cum similibus, nisi se promittat ad hoc habendum potestatem ab eo, cujus nomine promittitur. *ff. ad hoc habet. per quæ personam. aliqui. §. penult.* Vel aliis dic, cujus nomine fit promissum fieri, posset hoc etiam habere: ut si Rex *Franciæ* mandasset. *li. 6.* cum ibi notatis. Hanc materiam latiùs videre poteris, secundùm ea quæ notat *Bart. ff. de publicis li. 1. & ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. si stipular alicui.*

a *Procurans.* i. e. Sollicitans vel industrius.

b *Suffragia.* Quæ continentur in Epistolari, quæ recitantur *13. q. 2. c. animæ defunctorum.*

c *Expressè.* i. e. Per verba aperta, voluntatem suam in hoc exprimentis: & circa hoc vide quæ scripta supra *de Cle. pereg. c. alii. ver. expresse caveri.*

d *Defuncti.* Pro quo fieri debent suffragia.

e *In Missa.* sc. Dicenda pro Anima ipsius Defuncti.

f *Mille.* sc. Defuncto.

g *Copulari.* i. e. Conjungi.

h *Non credat.* Vers. ubi respondet tacitè Quæstioni sive Objectioni. Dicet quisque forsan aliquis, quòd obligatus dicere Missam specialiter pro *Johanne*, item dicere Missam specialiter pro *Richardo*, item dicere Missam specialiter pro *Guilielmo*, posset in una Missa satisfacere his tribus. Sed istam Opinionem reprobat in sequentibus.

i *Specialiter & in solidum.* Hoc quod dicit, *specialiter & in solidum*, tollit opinionem contrariam: quia sicut ex pacto speciali promittens nihil soli aliquid solvere, vel aliquam rem tradere, violat pactum, si in illius rei Solutione vel Traditione aliquem mecum participem efficiat. *ff. de verb. obli. li. cum quis sibi.* cum concordantiis ibi positis la *Glo.* Clarius tamen ad propositum *Extra. de furtis, c. ex.* cum ibi allegatis. Sic & in casu nostro, maximè cùm de Proprietas, nec Possessio, nec usus rei potest esse apud duos in solidum simul & semel. *ff. commun. l. si res vero. §. si duobus vehiculum.*

k *Licèt Canon. de consec. d. 3. non mediocriter.*

l *Dicat.* Supple, in effectu sententiam quæ sequitur, quia eadem verba non habet, immo habet ista verba. Cùm igitur pro centum Animabus Psalmus vel Missa dicitur, nil minus, quàm si pro unoquoque istorum diceretur, accipitur. Et hæc sunt verba *Petri Hevenensis*, ut ibi patet in Superscriptione, super qua Litera ibi dicit *Jo. de Deo*, quòd hoc, quod ibi dicitur, potest esse verum triplici ratione. Una est, quia in Sacramentis non datur Spiritus Sanctus ad mensuram, sed omnia facit communia. *de consec. d. 4. nec quisquam. & c. quarto.* Vel potest illa Litera intelligi de ipso celebrante, ut videlicet tantum valeat ei qui Missam celebrat pro omni, ac si pro centum eam celebraret. Tertiò potest illa Litera, sumi secundùm materiam sibi præsuppositam, ut s. non minus valeat una Missa dicta cum hilaritate mentis pro duobus, quàm si pro quolibet diceretur cum mentis anxietate. Et hanc ultimam sententiam amplectitur hic Author. *Hug.* tamen dicit hoc quod dicitur in *d. c. non mediocriter.* esse verum in Psalmis & Missis, quæ generaliter cantantur pro omnibus, licèt specialiter pro aliquibus videantur dici. De Jejuniis tamen, Eleemosynis, & aliis Orationibus, hoc non reputat esse verum, quia talia non prosunt, nisi eis pro quibus sunt specialiter. Et iste est verus intellectus secundùm eum, quia nec Psalmus nec Missa dicuntur fieri specialiter, nisi propter illum qui facit illam vel illam cantari. *Beyo. Ebroicus*, in dicit *Abrev.* tenet istud *Hevenensis* esse verum, si æqualiter pro omnibus dicatur Missa. Sed si inviti unius dicatur, licèt etiam dicatur pro omnibus, plus proficit ei pro quo Orans specialiter intendit. Et hanc sententiam dicit *Archi.* esse veram, secundùm Theologos. In hac materia dicunt Beatus *Thomas* & *Petrus* in Scripsi, & idem recitat *Jo. in summa confes. li. de penitentia. Rabbi. de suffragiis defunctorum. q. 169. utrum suffragia Ec. vin.* secundùm opinionem propositam, quòd Suffragia pro aliquo facta specialiter æquè prosunt omnibus æqualis meriti, quantum ad liberationem seu utilitatem, sed non æqualiter quoad honorem: sicut Cathedra accensa in mensa pro Divite, æqualiter facit ad sociorum mensæ utilitatem, sed magis ad Divitis honorem. Solet tamen communiter ab aliis dici, quòd cùm Suffragium sit virtutis fructus, & derivetur per intentionem facientis pro quo voluerit, plus valet ei pro quo fit quantum ad liberationem à pœna, tamen quantum ad gratulationem & interiorem consolationem, secundùm quod unus in Charitate existens gaudet de bonis alterius; sic valet omnibus in Charitate existentibus, & plus ei qui est in majori Charitate. Secundùm quod ista notantur *de rel. & vene. sanctis. c. audivimus. per Henri. de Bonyco.* & circa hoc vide *not. per Jo. An. de sepult. c. 3. ex de cele. Miss. c. cum Matthæ. ver. sed numquid facta pro uno per Jo. in coll.*

m *Pro defuncto.* sc. In genere.

n *Vel aliter.* sc. In specie.

o *Dicatur.* sc. Canon.

p *Aliarii cardi.* Et sic sequitur opinionem quam ponit *Jo. in Addi. c. non mediocriter.* exponendo quod ibi dicitur ad Literam, De aliis Oblationibus dixi *supra, ex ver. dicat.*

q *Missæ cantu. Vers.*

r *Inclusive.* i. e. Tam effectualiter.

s *Licèt ita.* Respondet tacitè Objectioni, quæ posset fieri de efficacia Sacramenti.

t *Sacrificium.* Sic dictum, quia Prece Mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ Passionis, & hoc pertinet ad corpus Christi. Sed generaliùs accipit *Isidorus Sacrificium*, cum dicit, *Sacrificium* est Victima, & quæcunque in Ara cremantur seu ponuntur.

Nota de effectu Missæ pro defunctis dictæ.

a *Est Christus.* Non secundùm Figuram, ut quidam Hæretici dicunt, sed secundùm Veritatem, scilicet idem Christus qui de Virgine natus, & pro nobis passus est, secundùm *Thomam* & *Petrum*: & ita cav. *Ambrosius de consecra. dist. 2. c. omnia.*

b *Infinita sit virtutis, de consecra. dist. 2. nihil. l. q. 1. multi. de cons. dist. 2. iteratur.* Et dicitur *virtutis infinitæ*, quia ejus virtus non limitatur ad mensuram certam seu finitam. *de cons. dist. 4. nec quemquam.*

c *Vel Sacrificio.* In quo differunt *Sacramentum* & *Sacrificium* vide *supra. de sacra unctio. c. cum sacri. ver. sacrificii.*

d *Alioquin.* Scilicet si operaretur summam plenitudinem.

e *Nisi unum.* Quia si in Sacramento vel Sacrificio Altaris Christus operaretur summam suam plenitudinem, & virtutis suæ infinitatem una Missa sufficeret non solùm ad unam, sed etiam ad omnes Animas de Purgatorio eruendas.

f *Operatur enim.* Scilicet Christus.

g *Mysteriis.* Quæ licet sint in Sacramentis & Sacrificiis. Et differt *Mysterium* à *Sacramento & Sacrificio*, secundùm ea quæ dixi *supra. de sacra unctio. c. cum sacri. vers. sacrificii, in f.*

h *Distributione certâ.* Scilicet finitâ & limitatâ, secundùm merita eorum qui dicta Sacrificia offerunt, & omnia secundùm merita eorum pro quibus offeruntur. Valent namque suffragia Ecclesiæ ipsis Defunctis secundùm majus & minus pro diversitate meritorum in mortuis, vel pro Charitate vivorum, qui magis sollicitantur pro aliquibus quàm pro aliis, secundùm *Tho. in 4. de veritate. d. 7. c. 5.*

i *Illos autem.* Tertia pars.

k *Annalibus, i. e.* Suffragiis per Annum dicendis.

l *Anniversariis.* Potest supponere pro eo quod *supra* dixi, *Annalibus.* Et est *Anniversarium* omnium Officium non solùm uno die, scilicet in fine Anni, sed etiam omni die per Annum dicendum pro Defunctis, sicut notant *Doctores, videlicet Host. in tra. de, c. cum creatura. gl. 1. de Præben. & Significavit*, ubi sic notatur per *Ant. & Jo. An. in Addi.* Anniversarium.

m *Recepérunt.* Scilicet in Redditibus, vel aliquâ Pensione Annuâ, ad hujusmodi Anniversarium celebrandum instituta, ut solet notari dicto *c. significavit. & citra. ea. c. cum quorundam.*

n *Nec.* Sume quod est *infrà. satisfaciant.*

o *Vel malitia.* Quia voluntarie hoc omittunt absque impedimento rationabili. Si enim rationabile esset impedimentum, utpotè ægritas, vel infirmitas, excusaret, esset omittens; tenetur tamen in aliis facere Recompensam, ut in Psalmis & Orationibus: secundùm *Joh. in Summa conf. li. 1. tit. 7. Rubr. de offi. Cleri, in princi.*

p *Accidia.* De quâ dixi *supra. de offi. Archipresb. c. ignorantia. §. 7. vers. vers. accidia.*

q *Suppleant.* Aliis diebus vel horis, quibus ad talia non astringuntur. Suffragia sic omissa celebrando vel faciendo celebrari: & sic ex hoc loco potes colligere, quòd Officium Divinum omissum aliàs est supplendum, & plenariè restituendum. De quâ materiâ quædam scripsi *supra. ea. c. 1. ver. negligentia.* Ibi videas. Et diligenter adverte, quòd hic dicit *ex certa malitia vel accidia.* Nam si infirmitas gravis esset in causa, excusabilis esset impotens quòd non teneretur postea redire: secundùm *Jo. An.* qui sic notat *extra. ea. c. 1. gl. ult.* allegat ad hoc *de Cleri. cum ripid. & ad dictum.* Commendabilius tamen est, ut etiam cessante impedimento, suppleatur quod omissum est, secundùm eum: ubi verò ex oblivione vel negligentiâ omisit, sunt de peccato omissionis est sibi Pœnitentia injungenda, & satis conveniens est, quòd Sacerdos imponat ei Pœnitentiam in eo quo deliquit, scilicet in Officio omisso rediendo; vel commensa la aliam pœnam, si magis credat proficere, secundùm *Hostien. & Jo. An. in loco prædic.* Et hoc verum, nisi tanta fuerit Horarum omissarum multitudo, quòd quasi impossibile esset eis supplere. *Argu. ad hoc ff. de Reg. Juris. l. impossibilium. Extra. de pœnis. c. fi.*

r *Ad plenum.* Nihil omittendo.

s *Non fecerint.* Scilicet hujusmodi Anniversarium non celebraverint, vel omissum non supplèverint.

t *Fructus.* Apparet ex hoc quod loquitur, ubi Terræ certæ vel certi Reditus sunt assignati pro celebrando Anniversario alicujus, sicut patet in Cantariis, & aliis hujusmodi.

u *Recepti.* Officio debito pro his non impenso.

x *Talia.* Scilicet Emolumenta.

y *Pauperibus.* Quia absque peccato non possunt Fructus hujusmodi retinere, Officio non impenso. Et sic ex hoc apparet, quòd non faciendo Officium pro quo recepérunt Terras, Possessiones, vel Reditus à Defuncto, non amittunt ex hoc dominium rei sic donatæ. Circa quod vide quod dicam *infrà. glo. alii.*

z *Denuntiet.* Scilicet tam suppleat Officium omissum, quàm in causa non suppletionis, Officii hujusmodi Fructus recepti dent pauperibus.

a *Spreti.* Sc. Nulla ratione ducentes.

b *Fidelium.* Sc. Defunctorum.

c *Corrigantur.* Sic ergo apparet, quòd bona ejus donata ut faciant tale Officium, vel annuatim celebrent tale Anniversarium, ob talem causam ab Officiis hujusmodi non possunt ab eis auferri, sed debent alio modo tolligeri. *Sed contra hoc opponitur C. de donat. quæ sub mod. l. 2.* ubi apparet, quòd donatum rei donatæ sub modo sive ob eorum causam, propter non observantiam promissorum, ipso jure revertitur ad Donatorem. Solutio. Dic hoc esse speciale in casu illo, quando fit Donatio ut perficiatur Alimenta: & hæ solent *Ff. de Alimen. cumu. de condi. appo. c. cum.* Sed nunquid propter non observantiam hujusmodi promissorum quasi Donatio sic facta revocatur? Videtur quòdsic; *Arg. de cumu. contra. de condi. appo.* Sed dic quòd illud operatur Ri pactum, quòd fuit ibi appositum, ut sc. Donatio posset revocari, si non servaretur promissa: unde ubi non invenitur tale Pactum, non debet fieri talis Revocatio, sed potius agi ad invocandum *ut l. ex conditione. C. de rebus credi. & ad hoc cumu. cons. per. Host. & Jo. An. de fure cumpt. c. postulasti.*

d *Sollemne.* Hæc est Confirmatio ejusdem, cujus & præcedens, & Dirige habet tres partes. In prima finunt de solemnibus Exequiis pro Episcopis diœcesanis, singulariter & in communi faciendis. In secunda ibi, *Præterea*, ordinat de Missis pro Diœcesano defuncto celebrandis. In tertia ibi, *Rogamus*, hoc idem fieri requirit etiam ab exemptis.

e *Confratres*, i. e. Coepiscopi.

f *Solemne.* Sc. Cum Cantu.

g *Officium Defunctorum.* Sc. Institutum pro Defunctis, ut sunt Exequiæ, de quibus legitur 13. q. 2. *animæ defunctorum.*

h *Recenter.* I. e. Primo.

i *Concilio.* Sc. Provinciali.

k *Aliàs.* I. e. Alio tempore, vel alio loco.

l *Præterea.* Secunda pars.

m *Religiosi.* Suppl. non exempti, ut differat à sequentibus.

n *Missas.* Et sic per hanc Constitutionem non astringuntur ad Exequias pro eis dicendas.

2 *Cum.* i. e. Postquam, vel Quando, *C. de probat. l. cum res. ubi de hac. ff. de offic. consul. l. unica. § fi.*

b *Veritas intimata.* Quomodo autem hæc veritas sciri posset, scil. an aliquis ex mortuis, vocatur *ff. quemadmod. testa. aper. l. 3. §. si dubitetur. per illum.* Et huic quod hic legitur simile habes *de cler. c. sub periculum. §. penul. ff. 6.*

c *Regulares.* Tertia pars. Et adverte, quia Sacerdotibus non exceptis præcipit, sicut patet in §. præcedenti. Exemptos verò rogat; ratio est, quia in talibus non subsunt Jurisdictioni Metropoliticæ. *de privil. c. 1. ff. 6.*

d *Gratis.* Hoc dicit, quia ad hoc artari non possunt.

e *Eam.* f. Ordinationem.

f *Auctoritate propria.* Non stetit in vim hujus Ordinationis.

g *Sciturî. Vasf.*

h *Grati.* Rependendo, f. bonum pro bono.

i *Gratia.* i. e. Gratæ voluntati, vel gratiæ operationi.

k *Dolebimus.* i. e. Tristabimur.

l *Ingratis.* i. e. Non gratis, vel gratiam facere nolentibus.

m ALtissimus. Hæc est Constitutio ejusdem, cujus & præcedens. Et est pars hujus *supra. de sum. Trin. & fide Cath. c. altissimus. supra de Parochis. ca. 6.* & *infra. de pœn. & remiss. ca. 5.* & habet quinque dicta. In primo ponitur Statutum, sive quædam Ordinatio, tendens ad exaltationem cultûs sive reverentiæ quæ exhibenda est Sacramento Altaris. In secundo ibi, *Statuimus*, hortatur, ut quilibet Sacerdos ad minus Missam celebret semel in Hebdomada. In tertio ibi, *Parochiales*, statuit circa Sacramentum Eucharistiæ, non ministrandum esse de quorum Confessione non constat. In quarto ibi, *Abbates etiam*, prohibet ne ministretur Parochiano alterius sine licentia ejus speciali. In quinto ibi, *Quam Ordinationem*, punit Contrahentes vel facientes Ordinationis prædictæ.

n *Elevatione.* Quæ fit, ut populus illud adoret.

o *Pulsantur.* Vel f. Iconici ex una parte ad aliam, ut dicitur in Textu.

p *Campanæ.* Non intelligo de pluribus illo tempore simul pulsandis in una Ecclesia, quia difficile tunc temporis simul; sed pluraliter loquitur respectu plurium Ecclesiarum. Et hæc palliatio fieri debet de Campanis illis quæ longiùs possent audiri, quod satis patet per rationem quæ additur.

q *Ut populares.* Vel. f. ubi portiùs sint, ob quem fit statutum.

r *Flectant genua.* Saluti Cordis. *Augu. ad hoc de summa Eccle. c. devot. ff. 6.*

s *Indulgentiæ.* A quibus tales Indulgentiæ concessæ sunt, hic non exprimitur. Sufficit tamen, si sint concessæ, quòd per eos qui volunt consequi ipsas Indulgentias, fiant ea pro quibus fiendis concessæ fuerunt Indulgentiæ. Alias, si quis non faciat id propter quod exponitur Indulgentia, ipsum non consequitur, etiamsi Absolutionem illud faciens, cùm tamen non possit; secundum Host. & Alberigum, & notatur per *Host. in summa conf. ff. 1. ff. 34. §. 287.* Et quia hic occurrit aliquid scribendum circa materiam Indulgentiarum, pono, ut videtur; non improbabiliter haberi, quòd verum profitur vel profiteri possunt Indulgentiæ, quæ ut communiter à Prælatis Ecclesiæ concedantur. Nam aut intelliguntur concessæ impœnitentibus, aut pœnitentibus: si impœnitentibus, non videtur posse defendi, quòd Indulgentia conferatur eis; nam manentes culpâ impossibile est remitti pœnam. *de consec. dist. 4. Baptismi vicem. de pœn. dist. 3. sunt coercendi.* Item impœnitentes retinet culpam Dei, & per culpam, quibus stantibus impossibile est Remissio. *de pœnit. dist. 1. §. hoc loco. & c. misissent.* Et ideo Regula Juris ff. quòd *Venia peccati non datur nisi correcto. de Reg. Jur. c. peccati. ff. 6.* Quod autem hujusmodi Indulgentiæ non prosint impœnitentibus, probatur: quia pœnitentibus debet imponi pœnitentia satisfactoria, & quantitas delicti. *17. dist. omnes. Item Canones. penult. &c.* ut alibi dicit Canon, *Quanto tempore quisque peccavit in seculo, tanto tempore in pœnitentia. de pœnit. dist. 1. pœnitentiam. & dicit. ff. Quomodo & quando sit. §. & in Ecclesia fiat, quantum dare debeamus & laxare. Et secundum quantitatem Delictorum erit Plagarum modus. Deuter. 25. de reg. ff. 1. quia divinitus.* Imò, ut dicit Canon, *Prodesse debet ei Pœnitentia, quem Delictum. de pœnit. dist. 1. c. in præsentia. & c. præsentium.* Cum ergo per hujusmodi Indulgentias, nulla prævia satisfactione, videantur remitti peccata, apparet, quòd contra Jura Divina & Humana conceduntur, & Divinæ Justitiæ non concordant, cui Humana debet se conformare. *11. q. 3. revera.* Præterea alibi legitur, quod Deus non dimittit debitum cui se non debet justitiæ. *de consec. dist. 4. baptismi.* Et Beatus *Augustinus* dicit, quòd opus est misericordiæ petenti peccata dimittere; sed oportet, ut justus misereatur justè. *de pœnit. dist. 1. quem pœnitet.* Præterea, pœnam Inferior à Superiore inflictam tollere non potest. *21. dist. inferior. & in Clem. ad Romanæ. de elect.* Hinc est, quòd de Pœnitentia imposita per Papam non potest Episcopus minuere, nec inferior Prælatus de impositâ per Episcopum; ut notatur *de sortileg. c. 2.* & facit qd notatur *de accusa. ca. cum P. in glo. fina.* Sed Deus qui est Superior, pœnitentem absolvendo à culpa, mediante cordis contritione, obligat seu dimittit obligatum ad pœnam. *de pœnit. dist. 1. si peccatum. & c. sicut primò. ergo &c.* Præterea, Satisfactio est pars Pœnitentiæ. Nec dicitur Pœnitens, qui non satisfacit. *de pœnit. dist. 1. tres sunt. et c. non sufficit. et c. quamobrem.* Unde qui non satisfacit cùm potest, non absolvitur à Deo: *14. q. 6. fires aliena.* nisi in Baptismo. *de consec. dist. 4. sunt pœnitentiæ.* Unde legitur, quòd habemus duas Tabulas ad peccata expianda, scil. Baptismum & Pœnitentiam. *de pœnit. dist. 1. c. secunda post naufragium. de summa Trini. c. 1.* Sed de Indulgentiis non habemus expressum, nec in Canone Bibliæ, nec in Evangelio, nec in Epistolis talem concessam fuisse potestatem Apostolis, vel eorum Successoribus legimus: nec Beatum *Petrum*, nec *Paulum*, vel alios Apostolos talia concessisse; Ergo quod non est Sanctorum Patrum Auctoritate sanctum, superstitiosa adinventiones non est præsumendum. *2. q. 5. consuluisti. 31. q. 1. si dormierit.* Præterea, potestas ligandi & solvendi est tradita Ministris Ecclesiæ ad ædificationem, non ad destructionem. *de pœn. dist. 6. c. 1.* facit *23. q. 4. cum in Ecclesia.* Sed Indulgentia, quæ est gratuita remissio pœnæ peccatorum, tendit ad destructionem, quia per eam remanent delicta impunita, contra *c. ut famæ. de sen. Excom.* & *l. ita quidam. ff. ad leg. Aquil.* Item tribuit incentivum delinquendi facilitas veniæ: unde cùm illa, quæ invitant homines ad delictum, sint de genere malorum, nulli pactione confirmantur: ut *l. convenire. ff. de pac. dotal.* & facit *c. ut Clericorum. cum ibi notata, de vi. et ho. Cler.* & facit ad idem *l. inspiciendum. in prin. ff. de pœnis.* Ibi neque enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout unaquæque res postulat, statuendum est: & facit ad hoc *l. 1. post princ. ff. ad Turpil.* ubi pœna Legis auctoritati reservatur, non Præsidentis arbitrio committitur. Ex his omnibus concludendum videtur, quòd hujusmodi Indulgentiæ sint contra Jura Divina, & contra sacros Canones atque Leges. Ad oppositum tamen, quòd Indulgentiæ hujusmodi sint validæ, facit, quia hoc fatentur omnes Theologi, sicut patet in scriptis suis. Item omnes Canonistæ, sicut patet hoc eodem *titu. in antiquis, li. 6.* & in *Clem. per totum.* & signanter in *Cle. si dominum. de re. & vene. sancto. in fi.* & probatur auctoritate *Augustini* dicentis, "Quod quilibet Sacerdos remittit, Deus remittit. *de pœni. di. 1. quem pœnitet. ante medium.* Item hoc servavit Ecclesia, à tempore cujus contrarii memoria hominum non existit. Et Beatus *Gregorius*, qui fuit Sanctus, hoc servavit: nec putandum est totam Ecclesiam errâsse. Nam dictum est *Petro* in Persona totius Ecclesiæ, *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Luc. 22. de pœni. di. 2. si enim inquit.* Præterea, hoc idem probatur per illud Privilegium datum *Petro* & Successoribus suis, *Quodcunque ligaveris &c. 20. dist. in prin. 24. q. 1. quodcunque.* Præterea in *Exod. c. 21.* legitur de Indulgentiis sive Remissionibus, quæ fiebant in Anno Jubilæo; & notatur *3. di. in prin.* Et ab his Justificationibus cessit Jus Constitutionis, ut ibi dicitur, & de quibus habetur *de pœ. di. 1. qui dixerit.* ad quarum Remissionum exemplificationem sunt Remissiones Anno Jubilæo, ut patet in *Extravag. Bonifacii*, quod incipit, *Antiquorum.* Præterea causis possibilis Validationis Indulgentiarum est Unitas Ecclesiæ, viz. corporis Christi Mystici, in qua multi viri sancti opera pietatis & Misericordiæ supererogaverunt ultra mensuram suorum Delictorum, dum patienter opprobria, contumelias, & infinitas passiones & cruciatus, quæ non merebantur, sustinuerunt; ut dicam *infrà. de pœni. & re. c. cum salubriter. in fi. thesaurus mysticus.*

In elevatione corporis Christi pulsentur Campanæ, ut Officio interesse nequientes, saltem

Genua flectant. Nec ministretur Corpus Domini, nisi eis quos constat confessos esse, & Parochianos ejus, in qua recipiant, Ecclesia; nisi permissionem habeant, aut peregrini sint, aut necessitas urgeat.

Idem.

n ALtissimus. & *infrà.*

o In elevatione corporis Christi ab una parte ad minus pulsentur Campanæ, ut populares, qui Celebrationi Missarum non valent quotidie interesse, ubicunq; fuerint, sive in agris, sive in domibus, flectant genua, Indulgentias concessas à pluribus

Hi enim non cessant orare pro nobis, & Ecclesia fundit preces ad eos, ut orent ad Deum pro nobis, ut patet in Letaniis. Et facit ad hoc 13. q. 2. *anima defunctorum*. Et Beatus *Paulus* pollicetur pro suis sine intermissione ad Deum Orationes porrigere. 22. *dist. sacrosancta*. Præterea, his cessantibus, meritum mortis & Passionis, & effusionis sanguinis Christi remissionem peccatorum operatur. *de cons. dist.* 2. *quia corpus*. Ipse enim obtulit se hostiam pro peccato. *de cons. dist.* 2. *non est*. Et illa pœna & Martyrium quod injuste pertulit, quamvis minima ejus gutta sanguinis erat sufficiens ad ablutionem delictorum nostrorum. Unde *Isa.* 53. *Verè languores nostros ipse tulit, & pro transgressoribus oravit*. Sua igitur merita & Sanctorum nobis communicans, potestatem *Petro* & Successoribus suis dedit ligandi & solvendi. Istâ igitur Indulgentia pœnæ pro peccatis infligendæ concordiæ vere pœnitentibus & confessis, in remunerationem præmii Sanctorum Martyrum quibus sufficientes sint debitores, & pro nobis satisfaciendo liberent nos à pœna. Dispensationem vero istorum meritorum, quibus à pœna peccatorum possumus liberari, Christus (ut dixi) *Petro* commisit, & Successoribus suis, qui etiam Episcopis in partem sollicitudinis vocatis talia commiserunt, sicut & alia; ut in *c. mandata, extra. de Præsump.* Restat igitur respondere ad contraria: & primò ad id quod dicitur, quod impœnitentes non gaudent Indulgentiis, quia Venia non datur nisi correcto: fateor. Sed pœnitenti datur, vel proponenti se corrigere, & sic jam corde contrito bene valens, si tamen hoc habeat forma Indulgentiæ. Pro quo facit 17. q. 2. §. *si ergo*. Papa enim qui habet summam potestatem, & in quo repræsentatur Ecclesia, indulgendo, videtur nobis communicare opera Sanctorum, & Passionis Christi, & sic satisfacere & solvere pœnam pro delicto peccatori infligendam. Et per hoc simul Justitia cum Misericordia conservatur; quia prior est Contritio, quæ accedit ad Justitiam, & sequitur Indulgentia, quæ est ad partem Misericordiæ. Ad hoc *de pœnit. dist.* 1. *nullus debitor*. Et per hoc etiam solvitur aliud contrarium. In quo dicit, quòd satisfactio debet præcedere, ut Pœna remittatur: & qui non satisfacit, non dicitur Pœnitens; nam Contritio pro Satisfactione haberur: & aliter, sc. Sanctorum merita, quæ communicat Ecclesia pro peccatoribus, satisfacere dicitur; ut in *c. qui per alium, de Reg. Jur. li.* 6. Ad aliud contrarium, in quo dicit, quòd Indulgentiæ sunt ad destructionem, non ad ædificationem fidei, &c. ex eo quòd *fundatus* &c. Respondeo, quòd imò præbent remedium efficax peccatum vitandum, ratione Contritionis, ad quam disponitur homo, ut eis possit gaudere. Et cum hac concurrit Gratia gratum faciens, quam meretur in humilitate & opere pio. Caveat tamen, ne illam Gratiam suscipiat quis pravo corde, negligendo propter ipsam Indulgentiam bona opera in posterum. Tales namq; licet propter Indulgentiæ reddantur immunes, tamen ex contemptu possunt ligari. 11. q. 3. *Sunt enim*. 24. q. *mandatum*. Unde dicit Canon, quòd negligendo & superbia peccavit offensam, & loquitur de contemptore talis Indulgentiæ pro delicto. *de pœnit. dist.* 1. *prædixerit*. Non ergo cuilibet debet Pœnitentia injuncta, vel Satisfactio propter Indulgentiæ susceptionem. Ad illud quod dixi de istis Indulgentiis, nullo Jure caveri: Dico, quòd sedes Cavent in illo privilegio, quod datum fuit *Petro* & Successoribus suis, *Quodcunque ligaveris &c.* de quo *supra* dixi; vacat namq; illud generale privilegium hoc tali modo. Hanc materiam tangit *Petrus de Anchar. de pœnit. & remiss. c. absolutionibus. per circa ipsas Indulgentias. in Clem.* qui super eadem remittit ad ea quæ notat *Gaspar. de Calde. extra de pœnit. & remiss.* in repetitione quam facit *super c. nostro. eo. ti.*

a *Statuimus*. Secunda pars.

b *Quilibet Sacerdos*. Sive Curatus, sive non Curatus.

c *Canonica necessitate*. Quæ potest ex diversis causis considerari; ut quia sententiatus est, vel Excommunicatus, vel Interdictus, secundum ea quæ leguntur & notantur *de sententia & re judi. c. cum æterna. li.* 6. *extra de Cle. excommunicat. vel. c. alii. per Doct.* vel quia est in peccato Mortali; vel quia sibi conscius Indevotio, vel mentis hebetudo, vel inquinatio corporalis per pollutionem in somnis. Pro quibus plenius vide notata per *Fo. in summa confes. li.* 3. *ti.* 24. *q.* 73. Et circa pollutionem in somnis potest breviter dici, quòd ubi pollutio talis omnino habet à peccato Mortali, abstinendum est ex necessitate; sed non habet omnem ex Mortali peccato, abstinendum est ex necessitate. Est tamen in arbitrio pollui, abstinere, vel non abstinere. Ubi vero dubium est, debet etiam pollutus ex necessitate abstinere, secundum *Petrum*, qui sic notat, ut recitat eum *Fo.* loco prallegato. Et vide quod circa hoc legitur & notatur *dist.* 6. *c. stellamentum*. Potest etiam dici *necessitate Canonica*, si non habeat naturalem digestionem cibi, secundum ea quæ leguntur & notantur in *c. si confiteris. de accus.* Item infirmitas, quod dic ut notatur 7. q. 2. *in summa, per Fo.* Item quia non potest absque periculo corporis jejunare, quia Missa non est dicenda nisi à jejuno. 7. q. 1. *nihil. cum glo. de cele. Miss.*

Episcopis habituri. a Statuimus insuper, ut b quilibet Sacerdos, quæ c Canonica necessitas non excusat, d confiteat e omni Hebdomada f saltem semel. g Parochiales insuper Sacerdotes caveant diligenter, ne alicui dent h corpus Domini, nisi i prius k confiteat l eis m ipsum n confessum

c. ex parte. & ibi per Doct. Item, quia non est dare aditum ad locum sacratum. Nam in loco non sacrato non est celebrandum sine licentia Episcopi; *de consecra. dist.* 1. *sicut*. & 4. *c. sequenti*. hæc etiam in Oratorio, *ex. de. consecrat.* & *duabus c. sequent.* nisi tempore necessitatis, ut dicto *c. sicut. & c. ecclesiam*. Item quia non potest habere sacratas Vestes, sine quibus Missa celebrari non potest. *de cons. dist.* 1. *vestimenta*. Vel quia non habet Stolam & Manipulum. 23. *dist. c. Ecclesiastica*. Item si non habet Adjutorem, qui sibi assistat. 7. q. 1. *illud. de cons. dist.* 1. *hoc quoque. quod dic ut ibi per Jo. & Archi.* Item si laboret casco morbo, vel consimili. 7. q. 2. *in litera*. Item ubi non potest habere Calicem alii ligneum, vel vitreum, vel æreum. *de consecra. dist.* 1. *c. vasa. & c. sequens*. Et breviter, in omni casu ubi non potest haberi requisita ad Missæ celebrationem & confessionem Eucharistiæ, præsertim ea quæ sunt de materia hujus Sacramenti; de quibus notat *Jo. in summa confes. li.* 3. *tit.* 24. incipiendo cum *Quæritur* 18. & finiendo cum *Quæritur* 105. Et etiam dici potest *Canonica necessitas*, si Altare non sit consecratum. *de consecra. dist.* 1. *Altaria*. Item si Corporale convenienter haberi non potest. *de cons. dist.* 1. *ex consulto*. Item si non possit haberi lumen Ignis. *Extra. de cele. Miss. c. ultimi.*

d *Confiteat*. Aliqui Libri habent, *confiteatur*, sed illa Litera est corrupta & erronea; & hoc patet, quia totum illud Capitulum loquitur in materia Sacramenti Eucharistiæ: & in Monachis statuunt est, quòd non arctantur ad Confessionem nisi singulis sex mensibus, ut patet in *Cle. ut in opere. de statu. Mo.* §. *sane*. Clerici verò Seculares & Laici non arctantur nisi semel in anno: *Extra. eo. ti. c. omnis utriusque*. licèt quoties peccaverit quis, toties expediat confiteri, secundum suum *dic. ubi supra*. Et dic, *confiteat*, i. e. Missam celebraturus, in qua Confessionem omittere non debet, nec propter alicujus peccati conscientiam debet fingere se confessum, cum hoc non faciat, quia sic faciens dupliciter offendit: offendit enim Deum, & Populum decipit. *Extra. eo. ti. de homine*. Et non solùm debet confiteri, sed etiam communicare. *de consec. dist.* 2. *relatum*.

e *Omni Hebdomada*. i. e. Septimana.

f *Saltem semel*. Et hoc sine die Dominicæ, si fieri poterit, juxta illud *Matt.* "Quotidie Eucharistiæ communionem accipere nec laudo, nec vitupero; omnibus tamen Dominicis diebus ad communicandum hortor. *de cons. dist.* 2. *quotidie*. Et ista Constitutio facta est ad inducendum Presbyteros frequentius celebrare, qui forsan via quærent in festo confitendum celebrare; secundum ea quæ leguntur *Extra. eo. ti. debentes*. Et hic nota, secundum *Thomam* quòd licèt quidam dicant Sacerdotem non peccare, qui dimittit celebrationem Missæ, ubi habent Populum ad communicandum, vel ex obedientia senescalci celebrare; tamen quia, ut *Gregor.* dicit, eum crescunt donationes crescunt domorum. Ideo cum Sacerdoti sit data potestas nobilissima, nunc est negligentia nisi utatur ea ad honorem Dei & salutem Animæ suæ, & aliorum virorum & mortuorum; secundum illud 1 *Petri* 4. *Unusquisque, sicut accepit gratiam, administrent illam ad invicem sicut &c.* nisi forsan aliquis ex familiari Spiritûs Sancti instinctu dimitteret: sicut legitur in quadam fundo Patre, in Vitis Patrum, qui Orationem meditationi postea celebravit; Sacerdos enim tenetur Deo Sacrificium offerre, licèt nulli homini teneatur. Sacerdotibus enim præsumptum est, *Hoc facite in meam commemorationem*. Et sic dicit *Thomas* in ultima parte *Summæ*, q. 81. *art.* 1. & addit, quòd saltem videtur quòd celebrare teneatur in præcipuis Festis, & maxime in illis diebus in quibus fideles communicare consueverunt.

g *Parochiales*. Tertia pars.

h *Corpus Domini*. i. e. Eucharistia, de cujus materia plura dixi *supra. de summa Tri. et fide Ca. t. ultimo*. qd est pars hujus Capituli, & alia poteris videre *ex. si de summa. in Cle. et extra. eo. ti.*

i *Prius*. i. e. Antequam illud ministret. (cum Marchia.

k *Confiteat*. Ut *supra* sequitur, sic, *confessum* &c.

l *Eis*, scilicet sacerdotibus.

m *Ipsum*. sc. Cui illud habent ministrare.

n *Confessum*. Sed nunquid constat, non tamen confessus, recipiendo Corpus Christi peccat? Dic, secundum *Petrum*, quòd peccator contritus ante Confessionem, volens confiteri, aut habet copiam Confessoris, qui eum possit absolvere, aut non: si sic, tunc peccat sine Confessione communicando, quia ad Sacramentum Ecclesiæ requiritur reconciliatio secundum judicium Ecclesiæ; aut non habet, tunc si imminet aliqua necessitas communicandi, ut qui timet scandalum populi, vel similia loquetur, & hinc non peccat, & si hoc faciat cum proposito confitendi quando poterit; si verò non imminet aliqua necessitas, tunc peccat: & his consonat *Albertus. dist. dist.* 16. Hæc tamen quæro, quæ esset causa hujus prohibitionis, quòd non ministretur alicui Corpus Christi, nisi ei quem prius constet esse confessum? Ratio potest esse, quia cadenti in peccato mortali non est ministrandum. *de offi. ordi. c. si Sacerdos. de pœnit. dist.* 1. *Ejus quibus Sacerdos à celebratione Missarum excusari potest.*

Quæri.

cons. di. 2. qui sibimet. & ei sequitur. Circa hoc dicitur &c, quòd si Sacerdos habet peccatum mortale in quo per Confessionem, & illud peccatum celatum est, & ingrit ad celebrandum, debet ei dicere, & etiam monere ut se accuset, debet ei dicere quòd non celebret, & etiam celebrando in publico peccat. Si autem Sacerdos celebrat, in mortali celato, non peccat. *De cons. di. 2. c. nos prohibuit.* Et hujus ratio est, quoniam [illegible] Ecclesiæ, quia per peccatum occultum peccatum publicum [illegible], est remedium Confessionis, & sacramentum Christi. Alia est, quia quilibet Christianus debet sua peccata confiteri, & ante confessionem communicare, nisi [illegible] Mortale [illegible]. Unde dicimus in isto Textu, non confiteri alicui Sacerdoti, non debet se de facto Ecclesiæ derogare, alias daretur facultas multis Sacerdotibus pro suo libito peccandi, quia peccatum remittitur, & [illegible] Deo [illegible] ad Sacramentum accidere. Quæritur ergo, quis esset scandalum si derogaretur. Et hic concedit *Alber. in li. de Bibl. in fi.* Si verò peccatum est manifestum, debet ei derogari, sive in occulto sive in manifesto patet; prout hoc notatur per *Jo. in summa confes. li. 3. c. 24. q. 36.*

2 *Confessionis.* Id est forsan cui confessus est; alias aliorum, qui videntur cum sacerdotibus & per modum Confitentis loquentem cum Sacerdote.

b *Judicio.* id est, Ostensione, vel demonstratione.

c *Et hujusmodi.* Respondet tacitæ quæstioni. Forsan aliquis quæret, quis sacerdotis bonarum qd talis confessus est? Cui respondens qd hic patet.

d *Suscipere.* Scl. Suscipere voluntè Corpus Christi.

e *Sacramentum.* Scl. Jurisdictionis. Quia licet alias quæ fiunt *infra de pœnit. & remiss. sacerdotes non sunt Episcopi*, ubi apparet qd credendum est multis quæ dicuntur de illo Confessionali hic qd hic dicitur, intelligo quando Sacerdos habet suum proprium & suspectum; quo casu potest ab eo eligere Jurisdictionem.

f *Rubei sint.* Non est enim pudibundus, quid aliquis sit immemor sui fideis. *C. ad Episcopi. Ls.*

g *Nullus enim.* Quæra pars.

h *Sacram Communionem.* Lc. Eucharistiam, sive Corpus Christi.

i *Prohibet.* Verb. ministrare.

k *Alterius.* Tali videlicet, qui non sit Parochianus suus.

l *Sacerdotis.* Qui, scilicet, præsit Curæ Animarum; de patet ex hoc quod dicit, *Parochiano &c.*

m *Ipsum.* Scilicet Sacerdotis.

n *Laicum.* Is Religiosi, qui licite ministrant Parochiano alicui Sacramentum Eucharistiæ, vel Eucharistiæ, vel qui solemnizant Matrimonium inter Parochianos alienos sine licentia speciali Curati, ferunt sententiam Excommunicationis ipso Jure. *de priv. c. 2. in Clem.* Hic tamen non servatur in contrahentibus aliqua pœna. Et sic hæc Constitutio modicum profuit poterit quoad contrahentes, secundum notata per Doct. *de const. c. 2. li. 6.*

o *Quam Ordinationem.* Quinta pars. Et intellige de Ordinatione de qua loquitur §. *præx.*

p *Peregrinantes.* Viatores namque cujuslibet Ecclesiæ Parochialis existunt. *Argu. ff. de jurisd. Omnes absent.* Unde & Scholaris, diversens se ad studium, dum ibi moratur, efficitur pro tempore Parochianus ejus, in cujus Parochia degit, secundùm ea quæ notat *Hostiensis in summa. de paroch. §. quis intelligitur Parochianus.* ver. quid de Scholaribus, maxime quando hoc faciunt Scholares de licentia Prælatorum suorum, ut ibi dicitur. Et potest intelligere aliquem esse peregrinantem, non solùm si longè à sua propria Parochia peregrinatur, sed ut si properum relinquens domicilium, aliud sibi quæsiit hon habendo, vel navigando. *Arg. ad hoc ff. ad municip. l. Labeo. de priv. & l. ejus. §. Celsus.*

q *Periclitantes.* i. e. In periculo mortis constitutos. Potè namque hi puniendis ultimo supplicio, quibus non est negandum Sacramentum Pœnitentiæ; secundùm ea quæ legunur & notantur *de pœnit. & remiss. c. 1. in Clem.* nec per consequens Sacramentum Eucharistiæ. *Secus. de pœnit. ex remiss. c. quod in ult.* licet non semper hoc sit verum, ut legitur & notatur *de pœnit. Extitit. c. fi. li. 6.* ubi *de hoc per Jo. et Archid.*

r *Necessitatis casui.* Supple, alteri cuicunque. Necessitas namque facit licitum, quod alias foret illicitum. *de Presbyt. c. cupiunt.* 21. q. 3. *unico. de eta. et qualit. cum tc. de rel. Eccle. non alie. p. V. in Clem.* Unde solet dici, quòd Necessitas non habet Legem. *de cons. c. quanto. de cons. di. 5. discipulos. in gl.*

Divisa.

Quam sit inhonestum, & infrà. De Fratrum nostrorum, & vicinis Concilii assensu Decernimus quemcunque in Oratoriis, Capellis, aut domibus non Consecratis, seu in loco minimè Dedicato seu deputato Missarum Solemnia, Diœcesani

secretis suæ Diœcesis permittere, nisi ne de facto suspectus sit à Celebrandi Officio; nec Diœcesanus permittat, nisi Magnatibus à Conservatore suo deputandis. Prælatis tamen & Regis Capellanis hoc Canon non præjudicat.

Johannes Stratford,

Quam sit inhonestum, & infrà. De Fratrum nostrorum, & vicinis Concilii assensu Decernimus quemcunque in Oratoriis, Capellis, aut domibus non Consecratis, seu in loco minimè Dedicato seu deputato Missarum Solemnia, Diœcesani

Divisa, dicendo, hoc Statuta Episcopi. Secundò hic, *Licentiam*, disponit quibus personis debet concedi talis licentia. Tertiò hic, *per hoc*, rationem dicit. Sextum quando certus effectus. Quartò hic, *Sacerdotes*, excipit ab hoc Statuto Sacerdotes Regum, & Reginarum Angliæ, & liberorum suorum.

t *Quamvis.* Scl. Sacerdotem, & intelligo eriam de excommunicato, quem esi sit excommunicatus, in hoc tamen casu subest coercioni Ordinarii loci. *de judic. c. auditorio. li. 6.*

u *Oratoriis.* Supple, etiam publicis, de quibus loquitur Textus *de privile. c. auditorio. li. 6.* secundùm *Archid.* ibidem, qui illud intelligit de Ecclesiis, prout aliàs sumitur Oratorium. 42. di. c. alii. Et sic ibi notatur per eundem in suo Rosario. Quandoque tamen Oratorium sumitur pro loco privato, quod deputatur ad Orandum, & sic sumitur hic: unde, secundùm *Jo. de Ora-* Ecclesia et *rium* differt ab *Ecclesia*; nam in Ecclesia fiunt ex certa dos pro Oratoriis Rectore, & aliis necessariis, *de cons. di. 1. omnes.* *Oratorium* vero *differunt.* dicitur, quod non ad publicorum ad Missam dicendam, nec dotatum, sed ordinatum ad Orandum. *de cons. di. 1. ubicunque.* Et talis Oratorium potest quis ædificare sine consensu Episcopi, tamen sine licentia Episcopi non potest ibi Celebrari; sed hanc licentiam non committas in majoribus Festivitatibus, *ut dis. Clericis. & c. si quis.* Et hæc de Oratoriis quandoque quæritur ex necessitate, cum loci non sit facilis visitatio, & tunc debet permittere Episcopus, ut ibi Celebretur, & non aliter; ut *dic. capitulique. & c. si quis.* In dictis tamen Oratoriis non possunt imponi Campanæ sine auctoritate Episcopi. *Extra. de privile. c. sanctimoniales.* Fiunt enim hujusmodi Oratoria ad Orandum, non ad Celebrandum, nisi auctoritate Episcopi intervenire, vel aliud privilegium à Sede Apostolica impetretur. *de privile. c. in his.* Et expressum est *Authent. ut nullus judicum Oratoria domum.* §. 1. *col. 3.* Prædicta notantur *de cons. c. ubi. per Jo. in re.*

x *Capellis.* Simile habes *de cons. di. 1. cupiunt.* *de privile. c. auditorio. li. 6.* Et potest *Capella* dici idem quod Oratorium, vel quæ præparata est non solùm causa Orandi, sed etiam Missas celebrandi, tamen cum Episcopi auctoritate, sed non habet propriam parochiam ei deputatam; & dicitur quandoque etiam *Capella*; licèt sit dedicata, ad differentiam Ecclesiæ majoris à qua dependet, secundùm ea quæ dicit *supra: de ma. & obe. c. Presbyteri, verb. Capellarum.*

giosa, secundùm *Albertum*, in scriptis *in glo. super Reg. ti. de cogna. spiri. super vos suscipere.* & notatur per *Henricum de Bonyco. eo tit. c. ex literis.* Scire etiam debet, quòd Patrini adhibiti in Baptismo Fidejussores sunt Baptizati apud Deum: *de consecra. di. 4. vos ante omnia.* & tenentur docere cum Symbolum & Orationem Dominicam, & alia quæ pertinent ad salutem, sicut ibi patet. Et notatur *per Jo. An. in ma. de cog. spiri. c. 1. li. 6.* Requiritur quoque quoad vinculum cognationis Spiritualis contrahendum, qd ipse Patrinus per se suscipiat Puerum de sacro Fonte, nec potest hoc facere per Procuratorem. Nam Compaternitas non contrahitur per Procuratorem, sed requiritur Actus Corporalis. *Extra. de cogna. spiri. c. verbum. & ea. ti. c. 1. li. 6.* ibi, *suscepit &c.* & sic ibi notatur per *Archid. & Jo. An.* pafl *eum in ma. & de Regu. juris. c. potest quis. in Novel. per eundem.* & idem tenet *Hart. l. Gallus. §. forsan. ff. de liberis & posthu. Angelus de Perusio* distinguit; aut fit actus Lavationis per Procuratorem, & tunc procedit Opinio *Arch.* aut fit per Nuncium, & tunc bene potest contrahi Paternitas. *Arg. l. & licet. ff. de conditi. furti.* Sed Dominus *Jo. de Imola* dicit, quòd rectius est tenere Opinionem *Arch. & Joh. An.* quia Opinionem eorum pariter concludunt, & quia in actibus Spiritualibus inseparabilibus à persona non est differentia inter Procuratorem & Nuncium; ut notatur per *Jo. An. ver. extendamus. in glo. Clem. 1. de rescrip.* & *in l. qui ita. §. 1. ff. ad Trebel. et l. qd modo. ff. de acquiren. possess. per Bart.* Solet tamen dubitari, an requiritur quòd Patrini respondeant Interrogationibus in Catechismo factis, vel sufficit quòd ipsi præsentes annuendo consentiant? Quòd debeant respondere, expresse videtur *de consecra. dist. 4. c. parvuli.* ubi de hoc per *Archid.* qui dicit *Hostiensem* sic tenere *in summa sua ti. de sponsal. sub Rubrica de Matrimoniis. §. qualiter contrahantur. ver.* & numquid. & sic videtur tenere idem *Archid. dicto c. parvuli.* & *de cogna. spiri. c. 1. ver. cognati mei spirituales. li. 6.* Alii tamen Doctores, viz. *Wilhelmus super Reg. ti. de cogna. spiri. super ver. Baptismum.* & *ver. Confirmationem.* & *Jo. in summa confes. ca. 22.* & *Astesanus ca. 6. in 5. tenore contrarium*, dicentes, quòd non requiritur Responsionem Patrinorum esse de substantia rei quoad Compaternitatis contrahendam; & pro illa Opinione facit Textus *in dicto c. 1. li. 6.* qui loquitur de Suscipiente, nec facit mentionem de Respondente. Tu dicere potes, quòd ubi Baptizatus est Infans, ita quòd non sciat nec possit respondere pro seipso, tunc necessaria est Responsio Patrinorum: & sic stat dictum *c. parvuli.* Secus tamen est in his qui possunt & sciunt respondere pro seipsis. Hanc Solutionem ponit *Henricus de Bonyco, Extra. de cogna. spiri. c. licitum.*

Sed quæro, numquid in tali Levatione sive Susceptione requiritur tactus ipsius Baptizati ad effectum contrahendæ Compaternitatis? *Archid. de consecra. di. 4. c. non plures.* dicit quòd sic: & cum eo concordat *glo. Wil. super Reg. ti. præcite. & Jo. in summa confes. ver. 9. 23.* & pro hac materia videas notata *per Archid. 30. q. 4. c. apud eatenus.* ubi dicit, quòd sufficit tangere Linteum, in quo forsan Puer est involutus, licèt non tangat ipsum Puerum. Pro quo videas quod notat idem *Archid. de cogna. spiri. c. alii. li. 6. in fi.*

a *Amplius.* Sc. Quam ad numerum trium Personarum.

b *A malo.* Dicitur enim talis pluralitas Patrinorum fieri a malo, rationes mali inde secuturi. Unum malum est, quia licet unus tantùm Baptizandum suscipere debeat, ut patet *de consecra. dist. 4. c. non plures.* si tamen plures accedant, contrahunt per hoc quandam cognationem Spiritualem cum Levato, & ejus Parentibus, & aliis, de quibus legitur *de cogna. spiritu. c. sedens, li. 6.* & ut dixi *supra. eo. ver. tres ad plus.* Et sic etiam Matrimonialiter commisceri adinvicem non possunt tali cognatione contrahentes hoc peccatum. Aliud malum est, quia quot Patrinos habet Filiola, tot Maritos amittit. Econtra, quot Matrinas habet Filiolus, tot Uxores amittit. Tertium malum est, propter inordinatam ex tali cognatione insurgentia, etiam quoad personas illas; de quibus legitur & notatur *de cogna. spiri. c. 1. li. 6.* Et circa hanc materiam poteris videre notata *Hostien. in summa. de cognatio. spiri. §. quot ejus species. in primis.* Sed quæro, numquid in Baptismate Adulti requiritur præsentia & assistentia Patrinorum? qui cum suscipiant de sacro Fonte? Videtur quòd non: quia Adultus satis potest, & scit & debet respondere pro seipso: *de consecratio. di. 4. cum pro parvulis. vi c. primo igitur.* sic tamen non est in Parvulis, & ideo opus est, ut alius respondeat pro eis. Econtra tamen videtur, Quòd Confirmandus, etiamsi sit Adultus, debet teneri in Confirmatione, in signum quòd non debet præsumere à seipso habere robur; sed ad significandum quòd per se stare non potest, tenetur ab alio. *de consecra. di. 4. c. in Catechismo. cum duobus Capitulis sequentibus.* & notatur per *Archid. de consecra. di. 5. c. Spiritus.* Et illud puto verius, tum quia Baptizatus est sæpiùs admonendus, ut sit firmus in Fide, ut dicit Textus *de consc. di. 4. c. vos ante omnia.* Et talis Admonitio debet fieri per Patrinum, tum quia Presbyter Baptizans tenetur omnes Baptizatos per se instruere semper: & quia multis impedirus non posset facere hanc instructionem, committit curæ Patrini levancis; prout notat *Archid. dicto c. vos ante omnia.* Unde cùm hæ rationes etiam concludant in Adultis, satis potest dici, quòd etiam in Baptismo Adulti debet Patrinus intervenire. Et sic notatur *de cognatione Spirituali. capit. ubi. vers. quid de adulto. per Dominicum de Sancto Geminiano. li. 6.*

c *De Baptismate.* Secta pars.

d *Pœnitentia.* Quæ duo quoad ministrationem eorundem pariformatur, ut scilicet non ministrentur nisi à Sacerdote, qui dictorum Sacramentorum est debitus Minister, excepta causa necessitatis. De primo, scilicet quoad Baptismum, sic scribunt communiter omnes Theologi, qui dicunt, quòd alius non Sacerdos Baptizans præter articulum Necessitatis peccat. Et hoc dixi *supra. eo. vers. 2. ver. propter necessitatem.* De secundo, scilicet Pœnitentia, quòd sit proprium Officium Sacerdotis & non alterius, qui non est Sacerdos, patet ex hoc; quòd solùm Sacerdotibus Dominus dedit potestatem ligandi & solvendi. *de pœni. di. 1. c. verbum Dei.* Et notatur *de pœni. & remiss. §. quibus confitendum sit. in primo. per Hostien. in summa.*

e *Diaconi.* Illud sumptum est à Canone *de Consecra. di. 4. constat.* & *94. di. Diaconos.* ubi legitur, "quòd Diaconi non debent Baptizare absque jussu Episcopi vel Sacerdotis, nisi contingat ipsum Sacerdotem longiùs abesentari, & necessitas extrema compellat. Nam in casu necessitatis, absente Presbytero, potest Diaconus suo Jure Baptizare, & Corpus Christi erogare Infirmis; sed in Ecclesia præsente Presbytero, non potest, etiamsi necessitas exigat, nisi jussus à Presbytero, putà, cùm multi sint qui indigent Baptismo, & Presbyter non potest omnibus sufficere. Similiter, si multi volunt accipere Corpus Christi, nec Presbyter sufficit omnibus: prout ista notantur dicto *capit. Diaconos. per Johannem.*

f *Non præsumat.* Sc. Jure suo.

g *Nisi in his.* Excipit à præmissis.

h *Non potest.* Quia festus est, vel impotens.

i *Absens est.* Hoc dic ut dixi *supra. ver. Diaconi.*

k *Stultè*, i.e. Obtusis sensibus.

l *Indiscretè.* Quia forsan non vult Baptizare, nisi data pecunia; vel fingit se forè aliud facturum, quod non requirit confestim accelerationem. *de consc. di. 4. c. quicunque.*

m *Mors imminet.* Quo casu, non solùm Diacono, sed etiam Laico, & cuicunque alteri licet Baptizare; ut dixi *supra. eo. §. 2. ver. propter necessitatem.*

n *Ægroto.* Qui desiderat Confiteri. Tali namque casu potest non solùm Diaconus, sed etiam Laicus Confessionem Ægroti audire; immo & Mulier hoc potest. *de pœni. dist. 1. quem pœnitet. de consecra. di. 1. semblem est.* Et hoc verum, ad ostendendum Fidem Sacramenti; Sacramentum tamen deficit, quia nullus potest verè absolvere † nisi Sacerdos. *Ar. ad hoc. extra. de summa Trinitate & fide Catholica. c. 1. §. una.* & notatur *de pœnitem. & remissio. §. quibus confitendum sit. ver. 7. tempus necessitatis. per Hostien. in summa.*

† *MS. Æton. add.* ut verũ sit Sacramentum Pœnitentiæ.

o *Si verò.* Secunda pars.

p *Laico.* Sc. in casu necessitatis.

q *Præcedentia.* Scilicet Exorcismi & Catechismi, de quibus dicam *infrà. c. primo.*

r *Subsequentia.* Scilicet signatio cum Chrismate in vertice cum Oratione secunda. *de Consecratione. di. 4. postquam exorcizaverit.* Tradi etiam sibi debet Candida Vestis, quæ significat Innocentiam & Puritatem Christianam. *de Consecratione. dist. 4. post Baptismum.* Traditur etiam sibi & Cereus, qui significat Fidei & Morum claritatem, secundùm *Johannem, in summa confess. li. 3. c. 24. q. 44.* & notatur *de consecra. di. 4. c. sive parvuli. per Archid.* & sic fieri debent alia, prout in Manuali continetur.

a *Metsonem.*

Divisio.

In Baptismo tria requiruntur.

a *Mersionem.* In qua sc. Baptismus: & an hujusmodi *Mersio* debeat esse trina vel unica, & an sufficit super Baptizandum semel aspergere, dixi *supra. eo. vers. 2. ver. vnde illud*, & vide quod dicam *infra. eo. t. ff. ver. immersio.*

b *A Sacerdote.* Cujus solius Officium est solemnitatem Baptismi agere. *de consecra. di. 4. c. constat.* & dixi *supra. eo. c. parte 2. ver. propter necessitatem.*

c *Circa Sacramentum.* Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & habet quatuor partes. In prima recitat abusum quem præcipit emendari. In secunda ibi, *Formis autem*, ostendit quæ sit forma Ecclesiæ in Baptizando, & quomodo verba proferri debeant. In tertia ibi, *Quod si Sacerdos*, instruit quid fieri debeat, quando dubitatur de Baptismo. In quarta ibi, *Attendant*, statuit circa Nomina Baptizandis imponenda.

d *Sacramentum Baptismi.* In quo consistat illud Sacramentum sunt Opiniones. Prima est, quòd ipsa Aqua est Sacramentum Baptismi. Secunda est, quòd passio Tinctionis sive Ablutionis, est Sacramentum Baptismi. Tertia est, quòd Character, qui in Baptismo confertur, est Sacramentum Baptismi. Tu dic, quòd in Baptismo sunt tria; unum quòd est Sacramentum & non Res, sc. Aqua ablutens, sive ablutio. Secundum est Res & non Sacramentum, sc. Peccati remissio & Gratiæ infusio. Tertium est Res & Sacramentum, sc. Character Animæ impressus in Baptismo. Aqua igitur Verbo Domini sanctificata, proprie est Sacramentum, ficus & species Panis in Sacramento Altaris, & Character secundariò, sicut & verum Corpus Christi: sic notatur *xx. vi. super illud. per lum.* cum quo concordant alii Doctores, in eodem loco scribentes, & sic notatur *per Joh. de semeca consuet. li. 3. ti. 24. q. 1. ad finem.*

e *Periclitantibus.* Lic. Periculum Experientibus.

f *Parvulis.* Idem intelligas de adultis capientibus Baptizari, quando constituti sunt in periculo mortis.

g *Necessitatis.* Non solùm mortis sed alterius necessitatis, secundùm ea quæ dixi *supra. eo. c. 2. vers. 2. ver. propter necessitatem.*

h *Quibuscunque.* Etiam Hæreticis vel Schismaticis, fidelibus & infidelibus, dummodo habeant intentionem Baptizandi, & servent formam Ecclesiæ. *de consec. di. 4. c. constat in fine. & ibi q. seq.* & notatur *extra. eo. ti. c. de quibus, per Hostiensem & Bonajos in primo, sua distinctionis.*

i *Casibus hujusmodi.* Ex hac litera apparet, quòd in talibus non solùm ponderari debet Mortis articulus, sed etiam casus ex quibus interitur periculum inevitabile; secundùm ea quæ dixi *supra. eo. c. proximo. vers. propter necessitatem.* & facit ad hoc *de consecra. di. 4. c. hi qui.*

k *Talem.* sc. In articulo periclitantis inevitabili.

l *Baptizare.* Supple, sine solemnitate. Alias enim si cum solemnitate Baptizaret, etiam Clericus esset, peccaret mortaliter; *per text. & ibi Doct. de Baptismo. c. 1. in fi.* Sic tamen Baptizatus Baptismi Sacramentum conferret, nec talis Baptizatus deberet rebaptizari, secundùm quos.

m *Hujusmodi Baptismum.* sc. Factum à non Presbytero tempore necessitatis.

n *Ad salutem.* i.e. Ad salvationem ipsius Baptizati. Pro qua materia vide quæ scripsi *supra. de sacra. ti. quod non. c. ignorantia. ver. debet baptizari, & c. quod in Constitutione. per. legitimè sufficere.*

o *Formæ debitæ.* Ubi cum Clemente Papa, de quibus dixi *supra. de sacra. ti. quod non. c. ignorantia. ver. debet baptizari, & c. quod in Constitutione. per. legitimè sufficere.*

p *Taliter Baptizare.* sc. Per Laicos, vel alios non Presbiteros tempore necessitatis.

q *Iterum Baptizari.* Circa hoc vide quæ dixi *supra. de sacra. ti. quod in Constitutione. ver. iterum.*

r *Quid tamen.* Vers.

s *Stolidi.* i. e. Rudes, imperiti, vel insufficientes.

t *Sic Baptizatos.* sc. Per non Sacerdotes, videlicet per Sacerdotes Ordine Sacerdotali insufficienter instructos, servatâ tamen forma & materia debitâ.

u *Parvulos.* Idem intellige etiam in adultis.

x *Sacramenti injuria.* Secundùm ea quæ dixi *supra. de sacra. ti. quod in Constitutione. ver. iterum. & c. sacerdotes. ver. sic non obstrandis. & ver. irregularis. & c. sacramentum. ver. literis.*

y *Sed super.* Vers.

z *Baptizentur.* sc. Servato modo legitimo.

a *Dicuntur.* Hic non dicit per quem: sed hoc videtur supplere *supra. eo. c. primò. in fi. ibi, à Sacerdote &c.* Sed quòd Exorcismus videtur quòd possint, immo debeant fieri per inferiores Clericos, sc. Exorcistas, quorum Officium est per Interpellationes & Conjurationes potestatem Spirituum malignorum per mentium impositionem abigere & effugare à Catechumenis & Energumenis. *25. di. perfectis.* Cui etiam sententiæ convenit quod legitur *de consecra. di. 4. c. sive parvuli. ibi, donec dicto, Exorcismi et Exsufflationes Clericorum.* Videtur videtur, quòd Exorcismi fieri debeant per Sacerdotes. *de consecra. di. 4. c. presbyter. & c. sequentia.* Solutio, Ubi adulti sunt solemniter Baptizandi ad Pascha vel Pentecosten, tunc solet observari, quòd ante vigiliæ dies Baptismi ad Purgationis Exorcismi circuit Baptizandi. *de consecra. di. 4. c. ante vigiliæ dies.* Et ille Exorcismus potest fieri per Exorcistas, maximè quando Lacrices est aliunde multum occupatus; & sic loquitur dictum *c. sive parvuli.* Ubi tamen fit Baptismus, non servato tali intervallo temporis, sed fit Baptismus absque ulteriori expectatione, unà cum Exorcismis ad hunc immediatè præmittendis, debent fieri hujusmodi Exorcismi per ipsum Sacerdotem, ad cujus Officium pertinet solemniter Baptizare. Et sic sunt Capitula in contrarium allegata: & idem intelligo, ubi aliquis in articulo † necessitatis Baptizatus est, ut sil. per Sacerdotem suppletum Exorcismi, & alia quæ ex parte Solemnitatis Baptismi omittuntur præcedentia vel subsequi Interrogationes; ut patet *supra. eo. c. primò. in fi.* Nisi locus hujusmodi Officium Exorcismum non habeatur in eis.

† MS. Ante Missa.

b *Exorcismi.* i.e. Interpellationes & Conjurationes adversùs Diabolum, ut recedat à Baptizando. Ad hoc enim facti sunt Exorcismi. *de consec. di. 4. c. dubium. & c. sequenti.* Et nota, quòd Exorcismi habent efficaciam in Corpore & in Anima, quia subsunt potestatem Diabolo, ad cultum pellit in homine suæ arte, & ad Baptismum & alia bona in ipso suspendat; sed potestas pellendi coactivè in Baptismo colligit: sicut etiam *Pharao* prius flagellatus est, Populo nondum egresso de *Egypto*; & postea totaliter in Mari Rubro, quod est figura Baptismi, submersus est. Sic notatur per *Jo. in summa Confessorum. li. 3. t. 24. q. 43.* & notatur per *Archid. de consecra. di. 4. c. sive parvuli.*

c *Catechismi.* Id est, Instructiones sive Informationes in Fide. Hi enim duo, scilicet Catechismus & Exorcismus, sunt præparatorii ad Baptismum; sicut legitur *de consecra. di. 4. c. ante Baptismum*, cum multis Capitulis sibi sequentibus. Et nota, quòd Catechismus triplex de causis institutus est. Primò propter subsequentis de Articulis communibus ad Fidei instructionem & subscriptionem. Secundò propter responsionem ad Fidei Professionem. Tertiò propter sponsionem ad Fidei observationem. Quia verò *Adultus* proprium peccatum habet, & per se respondere potest, requiruntur hæc ab eo. Parvulus autem, quia non habet peccatum actuale, nec per se credere potest, requiruntur hæc ab eo per Vicarium, qui pro eo respondet de Fidei observantia: & notatur per *Archid. de consecra. di. 4. c. ante Baptismum.*

d *Sinamodi.* Cujus Sententiæ in talibus humiliter obediendi est.

e *Formæ autem.* Secunda pars.

f *In frontibus.* sc. Baptizandorum, quatta fiat Signatio in fronte & in pectore. *de consec. di. 4. c. postea.* Item Exsufflatio. *eo. di. c. insufflavit. & c. sicut ait.* Salis datio. *eodem dist. eodem. & infra. ti. fol.* Item Salivæ ad nares & aures appositio. *eo. di. c. postea vero.* Item Manuum impositio. *eo. di. c. postea vero.* Item pectoris & inter scapulas cum Oleo Sanctificato. *eo. di. c. ad hoc.* Item Fontis consecratio. *eo. c. in fi. & c. sequ.* Item Nudationis adscitio. *eo. di. c. postea.* cum tribus sequentibus. Item in pectore Chrismatio. *eo. di. c. consequenter.* Item candidi vestis cum Cereo traditio. *eo. di. c. post hæc.* Hæc enim sunt partes de solemnitate Baptismi quam de substantia, juxta illud Metricum:

Sal, Oleum, Christus, Cereus, Chrisma, Salivæ,
Fletus, virtutem Baptismatis hæc figurant.

Hæc alia Patribus non unam esse, sed ornant.

g *Sed.*

a *In ordine.* Unde transpositio ordinis verborum Sacramentalium vitiaret Baptismum. Pro quo vide quod scripsi *supra. de Sacra. ult. c. quod in Constitutione. ver. legimus subjun.* & ibi videas plenè pro hâc quæ pertinent ad formam verborum in Baptizando. Et nota, secundùm *Innoc. & Hostien. extra. eo. tit. c. 1.* quòd ordo verborum formæ Baptismi sic servari debet, quòd nec literaliter nec in vulgari licet aliquid interponere, vel anteponere, vel addere aliquid in ipsâ formâ, intendendo id esse de forma, nec formam esse sine ipso. Et quoad additionem, hoc intellige verum, quando addens credit illud additum esse de forma: si tamen ex simplicitate vel devotione aliquid addat, non dico diminuit, vel ordinem perpositerat, verus esset Baptismus, etiamsi ex malitia vel Hæresi adderet, dummodo non crederet illud additum esse de forma. Circa hoc potes videre notata *Extra. eo. ti. §. quæ sit ejus forma. vers. quid si aliquid. per Host. in summa. & ver. quid si ordo. per eundem.* ubi dicit, quòd non est vis, an dicas, *Ego Baptizo te*, an sic, *Ego te Baptizo &c*

b *Eorundem verborum.* Unde loco hujus verbi, *Baptizo*, non posset dici, *lavo*, vel *lavo*, vel *ungo*, secundùm *Innoc. extra. eo. c. 1.* ubi plura circa formam Baptismi ponuntur. Notæ enim ibi inter cætera, quòd licèt hoc Pronomen, *Ego*, non sit de Baptismi substantia; tamen hoc Pronomen, *te*, sit de substantia: & *contra. ibi Hostien. & Antonius. Petrus tamen de Ancho, in eo. c. ver. circa formam verò.* dicit *per l. cum pater. §. decimum. ff. de leg. 2.* ubi dicitur, "quòd non refert cùm quo loquatur, sed in quem voluntatis intendo diligentiam; qd fortè non esset inducibile, quòd omissio Pronominis, *te*, non vitiaret Baptismum, & Baptizans aliis proferat verba apta: & sic verba in dubio referri videntur ad illum qui in Aqua mersus est, & non ad aliam rem; quia malignus interpretatio non est facienda, nec talis qui vitiat actum: ut *l. quoties. ff. de reg. jur.* & hoc dicit idem *Petrus* sese sequi, licèt *Innoc. Hostien. & Jo. And.* videantur contrariari. Ego tamen ultimo Opinionem hanc, & sequacium fore amplectendam ut securiorem, & magis certam. Ad quod faciunt notata *extra. de Presbyt. non baptizato. c. veniens. prope fi.* In his namque, in quibus versatur periculum Animæ, quod non est sequius vel minus, sed quod tutius est ponderandum, 50. *dist. ponderet. in fi. & c. ne, et extra de sponsal. c. juvenis.* & sic notas idem *Petrus in dicto c. veniens. ver. quæro nunc.*

c *Ipsum.* Sume quod est *infrà. sacramentum.*

d *Divinitus.* Id est, à Deo.

e *Institutum.* Facto sc. & Exemplo, quando Christus Baptizatus fuit à *Johanne*: Verbo autem & Præcepto institutum est, quando dixit Discipulis suis, *Ite Baptizate omnes Gentes, &c. Matth. ult.* Sit tamen videre *Archidia. post Gaff. de consec. dist. 4. in summa.*

f *Quo.* Scilicet, ordine.

g *Taliter.* Id est, sub tali ordine.

h *Ut jam.* Supple, *ordinata.*

i *Regenerativum.* Id. Spirituallem, secundùm ea quæ notantur *de consecra. dist. 4. in quo, per Jo.* Duæ enim sunt Generationes; una Carnalis, quæ est à Parentibus per fornicationem; & alia Spiritualis, quæ fit per Baptismi Generationem. *32. q. 4. renovati. de consec. dist. 4. c. regenerantur. & c. præcedente.*

k *Quod si Sacerdos.* Tertia pars.

l *Dubitet.* Si enim constiterit aliquem esse Baptizatum per hominem habentem ad hoc potestatem, utpotè per Presbyterum extra casum necessitatis, vel in casu necessitatis per quemcunque aliam habentem intentionem Baptizandi, & servantem formam Ecclesiæ; talis non debet iterum Baptizari. *C. nè furer. Baptizare. l. 1. et quasi per totum.* Si verò per Hominem non sit Baptizatus, sed per Angelum bonum, & de hoc constet; tunc etiam secundùm *Petrum* non est talis rebaptizandus: quia facet ad ejus, sc. Angeli Officium non pertinere baptizare, potest tamen ex Dei speciali mandato hoc facere; & hoc probatur, quia Angelus bonus nunquam sine tali Officium libenter hoc speciali mandato Dei. Sic etiam de Ecclesia per bonum Angelum consecrata. Et huic sententiæ concordat *Innoc. extra. de consecra. ecclesiæ*, ubi facit Exemplum de Ecclesia Sancti *Michaelis*, & notatur per *Archid. de consecrat. dist. 4. c. propter. ver. habitantibus.* & per *Jo. in summa confess. li. 3. c. 14. q. 28.* Si autem aliquis sit Baptizatus per malum Angelum, & de hoc constet, Baptizandus esse sic Baptizatus, secundùm *Petrum & Thomam*, quia 4. in potestate nec in Officio nec in speciali mandato potest competere malo Angelo, de quo præsumendum est, quòd non haberet intentionem Baptizandi, sed potius decipiendi. Iste tamen Textus loquitur in casu dubii, ubi notatur, qd Dubium potest esse sive ratione Facti, sive ratione Juris. Ratione Facti patet Exemplum, quando aliquis natus est in Captivitate *Sarracenorum*: nam si quis natus est de Parentibus Fidelibus, & inter Fideles nutritus, præsumitur Baptizatus. *Extra. de Presby. non baptizato. c. veniens.* De Jure autem potest esse dubium, secundùm *Hostien. extra. eo. c. 2.* ut quia dubitatur, an fuerit forma servata vel non. Et hoc verum, secundùm *Jo. And.* ubi propter opiniones est Juris dubium; tunc namque habet locum qd hic dicitur, & *Extra. eo. c. 2.* ut scilicet veneretur certum, & dimittatur incertum. *de pœn. dist. 7. ad finem.* Et ad hoc facit dictio *rationabiliter*, hic posita in Textu. Potest etiam esse dubium de Facto, si Infans recenter natus expositus fuerit, & in eo vel circa eum non appareant signa Baptismi; ut dicunt *Doctores dicto c. 2.* & ad hoc facit *de consec. dist. 4. c. parvulos.*

m *Parvulus.* Idem intelligas de Adulto.

n *Forma debita.* Hæc litera concordat Opinioni *Hostien.* de qua dixi *supra. hoc 8. glossa 2.*

o *Decretalis. Extra. eo. c. de quibus.*

p *Catechismum.* Quid sit Catechismus, dixi *supra. eo. ver. Catechismum.* Et nota, quòd Catechismus præcedere debet Baptismum. *de consecra. dist. 4. c. ante Baptismum.* Et est ratio, quia cùm salus Baptismi fiat per virtutem Fidei, necessarium est, ut Baptizando requisitum ea quæ sunt de necessitate Fidei, & sunt tria, videlicet: Fidei susceptio, Fidei professio, & Fidei observatio; quibus si Baptizandus sit Adultus, respondet in propria persona: *de consec. dist. 4. cum pro parvulis.* Parvuli Deo respondent per alios, sc. Patrinos, qui non respondent ut in persona propria, sed ut in persona ipsius Parvuli. *de consecra. dist. 4. quæris.* Et ad sensum, secundùm *Augu.* olim Patrinus respondet, *Credo*, id est, Præstò sum Fidei Sacramentum recipere; vel potest intelligi, secundùm *Uimgisium*, de observatione Fidei in futuro. Et sic, secundùm *Thomam*, quando Patrinus dicit, *Credo*, duplex potest esse sensus: unus est, ac si in persona Infantis diceret, *Credo*, i. e. cùm ad perfectam ætatem venero, Fidei consentiam. Alius sensus est, *Credo*, i.e. Ego Patrinus operam dabo ad hoc, ut Infans, cùm pervenerit ad ætatem adultam, credat. Patrini namque vigerunt sic suscepisse in Articulis Fidei infantes; ut dixi *supra. eo. c. 1. vers. feminæ. ver. scire etiam debes.* Et circa præmissa videre potuis notata *de consec. dist. 4. c. ante Baptismum. per Archidia.*

q *Si Baptizetur.* Hæc Forma Baptizandi in dubio ponitur *Extra. eo. c. 2.*

r *Si tu non dum.* Ex hac Litera videtur, quòd aliquis Baptizari possit sub Conditione. Sed contra hoc opponitur *de Reg. Jur. c. actus legitimi. li. 6.* Solutio. Dic, quòd quædam est Conditio de præterito, vel de præsenti, & ista non est propriè Conditio, nec suspendit actum: *secùs ad præsens. ff. si certum pet.* & talis est illa, de qua hic fit mentio. Alia est Conditio de futuro, & talis non potest adjici in Baptismo, utputà, *Baptizo Te si vivere Romam*, vel *si fecerit talem Elemosynam.* Ecclesiæ namque Sacramenta sunt pure & simpliciter conferenda. *1. q. 3. quam pia.* Et ex Practica ista potest colligere aliam, quòd ubi dubitatur in Judicio de revocatione Mandati Procuratoris prius in Judicio exhibiti, & sic propter dubium petitur à Procuratore Satisdatio, ut *l. 1. C. de procura.* Si Procuratio velit sub hac forma satisdare, si appareat Procuratorium revocatum, Satisdatio sit valida: aliàs, si non appareat revocatum, habeatur pro non præstito, unde bene videtur talis modus Satisdandi. In hac sententia concordat *Petrus de Ancho. & Antonius. d. q. 2.*

An Baptismus conditionalis valeat?

s *Catechismum.* Quarta pars.

t *Sacerdos.* Non dicit, Parentes, vel Compatres. Et sic ex hac Litera videtur, quòd Parentes vel Patrini non habeant liberam facultatem imponendi Nomina Baptizandis ad libitum, sed quòd potius talis Nominatio dependeat ex judicio Sacerdotis. Et hoc verum puto, ubi per Parentes vel Patrinos imponuntur Nomina inhonesta, & in sæculum sonantia, ut hic dicitur. Secus tamen crederem, si per Parentes vel Patrinos imponantur honesta Nomina, & bene sonantia. Quòd autem Parentes possint suis Natis Nomina imponere, vel imponenda aliis committere, facit Scripturæ Evangelii *Lucæ 1.* ubi tunc *Zacharia* filio, *Matth. dixit ipsum decere nomen*

*al. corrigantur.

Quando mutatio Nominis sit licita, & quando non.

Divisa.

nominari Johannem: cujus dictis Pater nunc nutu consentiens scripsit, *Johannes est nomen ejus.*

a *Lasciva.* Id est, in luxuriam vel dissolutionem sonantia.

b *Nomina.* Sicut enim in veteri Lege tempore Circumcisionis Nomina ipsis Circumcisis imponebantur; sic & hodie Baptizandis imponenda sunt. *de consec. dist. 4. c. Baptizandi.* Et hoc jure, quia in Baptismo renovatur Baptizatus, ut nomen ejus scribatur in libro Vitæ, secundum *Archidia.* ibi. Et facit ad hoc *de consec. dist. 2. quia passim.*

c *Quæ.* sc. Nomina.

d *Lasciviam.* l. 2. Dissolutionem vel luxuriam. Et idem intelligo, si Nomina hujusmodi in aliquam aliam turpitudinem sonaverint: ut dicam *infra eo. glo. ult.*

e *Permittant.* Sacerdotium enim, ut hic apparet, non est imponere Baptizandis Nomina, sed hoc potius pertinet ad Patrinos vel Patres. Possunt tamen Sacerdotes refutare volentes imponere Nomina turpia vel malè sonantia, ut hic dicitur.

f *Parvulis.* Idem intelligas de Adultis, etiamsi nomina talia in lasciviam sonantia prius habuerint imposita. Circa quod vide *infrà eo. glo. ult.*

g *Baptizatis.* i. è. Baptizandis, quia Nomina debent eis imponi ante Baptismum; ut dixi *supra. per. nomina.*

h *Præcipuè.* Hæc dictio includit, quòd etiam idem servari debet circa Masculos, sed multò magis circa Fœminas. Et habes simile *ff. de tabulis. l. 2. ubi de hoc. in glo. per. præcipuè.*

i *Fœminini.* Fœminarum namque honestati magis providendum est, propter suæ secundum sexûs. *de jurej. c. duobus. li. 6.*

k *Et si.* Vers. l *Convenit sint. &c.* quòd in Baptismo imponitur Nomen sonans in lasciviam.

l *Episcopus.* Adeo quod soleant puniri Confirmandos Chrismate in fronte. *Extra. de consec. c. quoniam.*

m *Corrigatur.* Sc. Mutando Nomen, & imponendo Nomen congruens. Sed quæro hoc opponitur *C. de mutat. nomi. li. 1.* ubi prohibita est mutatio Nominis. Solutio. Ille glossa intendit dicere hoc, quando mutatio Nominis est licita, quando non: dic quòd per Superiorem illum, cujus Nomen mutatur, licèt posset talis mutatio fieri. Patet exemplum Gen. 17. ibi Dominus mutavit Nomen *Abram*, & vocavit eum *Abraham.* Patet etiam exemplum de Petro, qui primò vocabatur *Simon*; ut notat *glo. de. in primum de Electo. Bonifacius.* Per scripturam verò *c.* quod Nomen mutatur, si simile Nomini. Appellativum non valet talia mutando, & talia Nomina sunt immutabilia. *ff. de leg. 2. l. si quis in testamento.* Ratio est, quia talia nomina habentur sine significatione hominis, ut ibi patet. Si verò talis mutatio fiat in Nomine Proprio; & mutatio fiat per aliquem habentem talem mutationem fieri Divina voluntate: si verò fiat Libere, & mutatio fiat in alterius injuriam, vel ut alius ex hoc decipiatur, sic est mutatio illicita. *ff. de l. 1. alias gesta pro contracta.* Ita proferunt ut sonat. Si in uno nomine talis mutatio fit Nomen, sed non in omni casu. Facit *de fals. nomini. in prin. & de fals. ubi de hoc.* Secus tamen & generaliter in omni casu mutatio fit Nominis, mutatur eius proprietatis forma. Ubi verò aliquis habet sibi Nomen sibi alterius latentem, in quo habet Nomen suum, & vult assumere Nomen honestum, sic est mutatio licita: Nam in tantum cujusque habetur Nomen honestum & bonum, *juxta illud. Curam habe de bona nomine. Eccle. 41.* Unde ex tali causa potest fieri mutatio Nominis, ut hic apparet. Ille idem potest licitè, si quis habeat bonum Nomen, & forte prophanum, ibi mutatur ex causa legitima, sicut fit in assumptis ad Papatum: potest notari in Pauperis *li. 6. ver. Beneficium quæ ff. de li. claus.* Item quod dixi de mutatione Nominis licitè, quando fit de voluntate Domini. Hanc materiam tractat *Doctor eximius de Sancto Geminiano, in Prædicabili* 6. ubi enim mutatur *Stephanus, in Paulum*, qui interficit *Glo. in Epistola ad Romanos* 9. ubi dicitur, quòd in Sacro Baptismate Patrum, ad quorum mandatum fit sacrum Baptisma, Nomen fit Nominis. Sic hanc sententiam intendit *Bart. de li. de fals. nominis*, ubi dicit, quòd Milites & Doctor amittunt Nomina in receptione sui status.

o *Dubia Cleri.* Hæc est Constitutio ejusdem, qua & præcedens, & habet duo capita. In primo docet, an Constitutiones prius editæ, in Secunda ibi, *Alii autem*, statuit in aliis Constitutionibus quibusdam fore observandum.

p *Othoboni.* Quæ incipit, *Ingredientibus*, & approbat Constitutionem *Othonis*, quæ incipit, *ad Baptismum.*

q *Generale Baptisma.* De quo habetur *de consec. dist. 4. c. non tantum. & c. duo tempora.*

r *Paschæ & Pentecostes.* Intelliguntur hæc quidam non de ipso die, sed de Vigiliis, &, in ipso Sabbato, qd Requiem significat. *Archi. eadem de consec. dist. 4. c. duo tempora.* dicit, quòd generalis Baptismus fieri non debet in his temporibus ante Vesperas Sabbati, tunc enim quando incipit dies Dominicus celebrandus est; & si ante celebretur, male fit: non enim fiet hujusmodi Baptismus intuitu Sabbati, sed diei sequentis: unde non rabilitèr dicit Litera, *Paschæ & Pentecostes.*

s *Reservandis.* Hoc non dicit Litera in Constitutione *Gelasini, Ingredientibus*, nec in Constitutione *Othonis, ad Baptismum.* Sed volunt dictæ Constitutiones, quòd Fideles frequenti Prædicatione inducantur, ut his temporibus suos Parvulos faciant Baptizari.

t *Negligunt.* Eò quòd dictis temporibus non Baptizabant.

u *Declarandum.* Contra hoc opponitur *Extra. de consti. c. nihil*, ubi legitur & notatur, quòd ad statuendum & ad nullum aliud pertinet declarare vel interpretari Constitutionem prius editam: & ad hoc facit *Extra. de sen. Excom. c. inter alia. li. 2. q. 1. §. Ex his similibus. C. de legibus. l. 1.* & alibi. & bene sententiat *extra. de offi. Archi. c. Ordinarii. li. 6. ubi dicitur per Card.* in ea, recurrendum *Solutio.* Ibi patet, Constitutionis vel Statuti tunc ambigua vel obscura, tunc Interpretatio ejus ipsius qui Statuit, & se statuit contrarie: ubi autem sunt satis clara & aperta, ut est videre in dicta Constitutione *Othoboni*, tunc Inferior Prælatus potest declarare intellectum talis Statuti, sunt alibi satis notata per *Doctor. extra. de judi. c. cum omnibus.* Vel dic, quod ibi Declaratio Statuti est Juri contraria, unde hanc nemo Declarandi facultas per Inferiorem; ut dicit *glossa Extra. de consti. c. cum dilectus.* Ubi verò Statutum est aliquibus obscurum, quòd non possit haberi congrua Expositio, tunc recurrendum est ad Statuentem, sic notatur *C. de judi. & jur. l. omnes, cum sibi principaliter sub q. l. per Mare.*

x *Dies octo.* Alibi conceditur spatium octo Mensium: *de consec. dist. 4. Sicut.* sed aliud habet locum solummodò in *Sicilia*, ut probatur ex ejus conversatione, vel sic. Et corrigitur *ex. d. c. ad quod dies*, ubi limitatur tempus 40. Dierum.

y *Maturuis esse.* Si namque adhuc esset in Utero, Baptizari non posset. *de consec. dist. 4. c. qui in maternis.* Ratio ibi redditur: & alia ratio est, quia licèt talis sit notus Deo, non tamen est notus Ecclesiæ, nec subjici potest operationi Ministrorum Ecclesiæ. Unde & *Aug. in. de Baptismo parvulorum*, sic ait: "Sicut qui non viverit, non potest mori; ita qui natus non fuerit, non potest renasci. Et hoc simili ratione quoniam in Aqua visibili; prout notat *Archi. d. c. qui in maternis.* Potest tamen talis ex speciali privilegio Dei in Utero sanctificari, & nihilominus natus debet Baptizari; quia per Baptismum Character imprimitur, & augmentum Gratiæ confertur, secundum quos *in summa tenetur li. 3. tit. 24. q. 31.* qui etiam in Capitulo sibi sequenti dicit, quòd si Puer non sit perfectè natus, tamen caput Pueri vel aliud membrum appareat, si non imminet periculum mortis, expectanda est totalis egressio Pueri *de Utero.* Alias autem si periculum mortis immineat, tunc egressâ parte principali, sc. Capite in quo operationes Animæ magis manifestantur, ut quidam dicunt, Baptizari debet. Et notatur *q. dist. c. baptizari. per Archi. qui ibi. ci in diversis. Fides rebi. & simp. su.* Non tamen sic erit de aliis partibus, ut de Manu, vel Pede; quamvis non negem, si aspergantur partes illæ Baptismali Aqua, quin Divina Misericordia non sit arctanda. Si tamen postea Puer plenè nascatur, non est rebaptizandus, secundum quosdam, sic hujus sententiæ videtur esse *Hugo. de consec. dist. 4. c. presbyter. super verbum millium.* Et pro hac sententia facit, qd Anima est tota in qualibet parte Corporis. Et sic simile *Adeo. 1. 4. ti. de hæreticis. cap. 2. q. 7.* dicens, qd si alia pars quàm Caput abluta fuerit, decedat Puer non habuit Baptismum, pie potest tolli Puer nisi Baptismum, ut in Cimiterio sepeliatur. Sciat tamen, qd si Puer exierit in aliquo membro suæ perfectum Naturæ in aqua Baptismali, magis dubium, potest perfectè baptizari, & vivat; non erit mutatio si ad tutiorem cautelam Baptizetur sub hac Forma, *Si non es Baptizatus &c. in Extra. ut. c. 1. ut supra eo. c. presbyter. §. qd si secundus. De hac materia confluunt de summa Trin. & fide Cathol. ubi. regulariter. per Host. in Clem. & Extra. eo. ubi. compara. di. 3. per Hostiensem de Baptismo.*

1 Aliqui

a *Absque periculo.* Scilicet mortis.

b *Tempora illa.* Scilicet Paschæ & Pentecostes.

c *Catechismum.* Supple, etiam cum Exorcismis, & aliis quæ solent præcedere Baptismum.

d *Immersio.* De *immersione* hujusmodi, an debeat esse trina, vel unica, & an sufficit Aspersio, dixi *supra. eo. t. 1. vers. sed illud.* Et solet dici, quòd Aspersio in Capite, vel Perfusio sufficit, ut quis dicatur Baptizatus. Sic notat *Host. de consec. dist. 4. c. propriè, §. verò in ea. c. sed trigam millium.* dicit, quòd sufficit si Aqua tangat Pedem Baptizati. *Ar. ad hoc de consec. dist. 4. c. nec quicquam.* Sicut aliis sufficit apprehensio possessionis in parte fundi, dum tamen ejus animus sit, ut totum incendat possidere. *ff. de acquir. poss. l. possideri. §. 1.* facit ad hoc *de pæn. dist. 1. ante omn.* & ad hoc concordat *Innoc. extr. eo. c. debitum.* qui dicit, quòd sufficit quòd modica Stilla Aquæ projecta à Baptizante tangat Baptizandum. Sic concordat ibi *Hostien.* qui hoc putat satis consonum esse juri & æquitati, licèt minus sit quòd totus mergatur in aqua. Et verisimile est, qd non per modum Immersionis, sed Aspersionis Baptizaverit Apostolus *Petrus*; ad cujus Prædicationem legitur una die quinq; millia, & alia die tria millia, conversos ad Fidem Baptizasse. *Alluum* 2. & 3. *c.* Et legitur *d. c. propriè.* ubi de hoc. per *Archi. Thomas* verò, *Alberus*, & *Petrus*, prout refert *Jo. in summa confes. tit. de Baptismo. §. 24.* videntur tenere, quòd in casu Aspersione requiritur ad minus id fieri in Capite, nec sufficit id fieri in alio membro. Mihi videtur sic dicendum, salvo judicio sanctorum, qui in Baptismo generali, de quo loquitur illud *c. propriè.* ubi scilicet est dare multitudinem talem, qd Baptismus non potest per singulos expediri, sed oportet, necessariò urgeatur, quòd fiat generaliter, sic scilicet dicendo: *Ego Baptizo vos in Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti*, quod satis bene, ut notat ibi *Archi. ver. confessorum.* Sufficit, quòd Aqua aspersa tangat aliquam partem corporis, ut dicunt *Host. & Jo. de Deo.* & eorum sequaces. Ubi verò non est talis necessitas rationabilis, sed possunt per singulos Baptizari, tunc habeat Caput Aquæ perfundi.

e *Alii autem.* Secunda pars.

f *Tuto.* Id est, unâ ratione sive considerationè.

g *Improvisum.* Le. Subitò. In hac dicit, secundum Tho. quòd laudabilius est qd Puer quàm citiùs poterit Baptizetur, quàm quòd longo tempore expectetur, usquè ad adultam ætatem; & hoc propter tres rationes. Prima est propter imbecillitatem naturæ, secundum quam talis puer possit de facili mori, ut hic. Et in hoc casu, si decederet sine Baptismo, damnaretur. Alia ratio est propter infestationes Dæmonum, qui non habent tantam potestatem in pueris Baptizatis, & à peccato Originali mundatis, quantam habent in non Baptizatis; & hoc verum quantùm ad corporalia nocumenta. Tertia ratio est, quia in pueritia facilius bono inducitur, & assuescit in his quæ sunt Christianæ Religionis, & fortius imprimitur; & hæc ratio assignatur per *Damas. in fi. Ecclesiasticæ Hierarchiæ.* prout notat *Jo. in summa confes. ti. de Baptismo. §. 40.* Quarta ratio subjicitur hic, sc. propter simplicitatem Parentum, qui in casu periculi mortis forsan errarent in forma Baptizandi. Unum tamen nota, quòd licèt Baptismus puerorum non sit multùm differendus; Adultis tamen, cùm consuluntur, non est statim Baptismus conferendus, sed debet differri usque ad aliquid certum tempus, triplici ratione. Prima est propter cautelam Ecclesiæ, nè scilicet decipiatur, forsan conferens Sacramentum fictè accedentibus. Secunda est, ut ante Baptismum de Fide plenè instruantur. Tertia est propter reverentiam Sacramenti, dum scilicet in Solemnitatibus præcipuis, videlicet Paschæ & Pentecostes, homines ad Baptismum admittuntur. Si tamen tales Adulti plenè essent instructi in Fide, vel Infirmitas, vel aliquod aliud mortis periculum immineret, statim sine dilatione essent Baptizandi.

Uteris, si a absque periculo servari valeant, usque ad b tempora illa reserventur baptizandi; ita tamen quòd medio tempore inter nativitatem Puerorum hujusmodi & perfectum Baptismi receptionem c Catechismum, solaque diebus Baptismi superfit d immersio facienda. e Alii autem, qui aliis Anni temporibus nati extiterint, f tum propter mortis periculum, quod sæpe pueris imminet g improvisum, tum propter simplicitatem Parentum, qui circa formam Baptismi sunt de facili erraturi absque ulla offensionis nota, juxta h vetustam Consuetudinem, vel i incontinenti cùm nati fuerit, vel k postea, prout placuerit ipsis Parentibus Baptizentur.

De Custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & Olei sancti.

Aqua Baptismatis & Chrisma diligenter clausa custodiantur, in qua re negligens tribus mensibus ab Officio suspendatur. Et si per hoc nefas contigerit, gravius puniatur.

Edmundus.

l Omnes m Baptismales sub n Sera clausi teneantur o propter Sortilegia; Chrisma similiter & Oleum sacrum p sub Clavi q custodiantur. r Si verò is ad quem spectat custodia, s incautè t ea reliquerit, u tribus mensibus ab Officio x suspendatur. y Et si z per ejus a incuriam aliquod b nefarium contigerit, c graviori subjaceat d ultioni.

Eucharistia in Tabernaculo clauso, idque in Pixide decenti, nè atteratur, custodiatur, & singulis Dominicis renovetur.

Johannes Petcham.

h *Vetustam Consuetudinem.* Quæ dicitur Optima Legum Interpres. *Extra. de consue. c. cum dilectus.*

i *Incontinenti.* Et hoc securius est.

k *Postea.* Sic tamen quòd ultra tempus Paschæ non differatur Baptismus nati ante Pascha, nec ultra Pentecosten differatur Baptismus pueri nati inter Pascha & Pentecosten.

l *Ipsis Parentibus.* Sed quid si Parentes nolint, vel effectualiter non procurarint pueros suos Baptizari, saltem tempore alicujus Solennitatum prædictarum, sed eos ferent usq; ad pleniorem ætatem Baptizandos? Mihi videtur in hoc casu, quòd tales Parentes errantes in hoc, venient per suos Ordinarios coërcipiendi, maximè propter pericula & rationes, de quibus dixi *supra. eo. ver. improvisum.* & ut suos parvulos Baptizari faciant celeriùs quo fieri poterit, sunt cogendi; maximè ubi Consuetudo approbata est, ut quàm citiùs fieri poterit post nativitatem pueri Baptizentur. Nunquam cùm in hoc casu nulla esset Parentum rationabilis excusatio, quæ moveret ad differendum Baptismum; sic differendo præsumerentur contra tales parentes, quòd nollent esse conformes quoad hoc moribus aliorum inter quos conversantur, contra illud de quo legitur *41. dist. quidam.* Et nihilominus tales possent reputari suspecti de Hæresi eorum, qui non credunt Baptismum esse necessarium ad salutem, maximè quoad eos qui nati sunt de parentibus Baptizatis 1. contra quorum Hæresim habes scripturam *Augustini*, illam Optatum Mediolanensis *dist. de Consecratione. dist. 4. c. si Baptizatis.* Ubi etiam per *Archid.* notatur aliud dictum *Augustini* sic dicentis: "Quomodo præputium remanet in illis quos genuerint Circumcisi, & quomodo licèt Palea humanæ diligentiæ à Grano separetur, remanet tamen Palea in Fructu, qui pullulat et Grano taliter mundato in terram projecto: sic peccatum remanet in his quod genuerunt Baptizati. Ibi videas.

---

m *Omnes.* Hæc fuit Constitutio *Edmundi* Archiepiscopi, & hæc duo dicta: In primo ponit Statutum. In secundo ibi, *Divisio si verò*, adjicit pœnam.

n *Baptismales.* Quibus sc. sit Baptismus.

o *Propter sortilegia.* Quæ honestius est tacere quàm dicere. *43. dist. sit reliqua.*

p *Sub clavi.* Claves enim inventæ sunt, ut res diligentiùs conservantur; & ille qui tradit Claves, videtur tradere rem quæ sub Clavibus claudunter. *ita l. clavibus. ff. de contrahen. emp.*

q *Custodiatur.* Supple, per Sacerdotem. *dr. ad hoc. extra de cele. Miss. c. sanè in prin.*

r *Si verò.* Secunda pars.

s *Incautè.* i. e. Negligenter.

t *Ea.* Scilicet Fontem, Chrisma, vel Oleum sacrum.

u *Tribus mensibus. Concor. Extra. eo. c. 1.*

x *Suspendatur.* Scilicet per sententiam. Sed quid si hac Suspensione durante, in aliam Suspensionem ex alia culpa incidat; an tempus secundæ Suspensionis incipiat statim currere, vel finito tempore Suspensionis primæ? Dic ut notatur in *Clr. 1. de magistris. ver. sequuntur. per Jo. And. & de elec. c. cum in cunctis. ver. trium. per eundem in fi.*

y *Et si. Vers.*

z *Ejus.* Scilicet Custodis.

a *Incuriam.* i. e. Negligentiam.

b *Nefarium.* Utpotà, Sortilegium, vel aliud hujusmodi.

c *Graviori.* Arbitrariæ tamen. *Extra. de offi. deleg. c. de causa.*

d *Ultimi.* i. e. Penæ: & sic ex hoc apparet, quòd Custodi negligenti imputatur eventus omnium malorum, quæ ex sua negligentia

ligentia sequuntur; & hoc fatentur *Doct.* in foro contentioso, non tamen in foro Animæ: nam licet perhibens falsum testimonium sit reus omnium malorum quæ inde sequuntur, in judicio tamen Animæ non imponeretur Poenitentia nisi de falso testimonio, licet aggravaretur per mala secuta. *Ar. I. Neratius.* §. 1. ff. *de servo corrupt.* & habes ad hoc *contor. extra. eo. c. 1. ver. graviter.*

Divisio.

a *Dignissimum.* Hæc est Constitutio *Fabricii Peckham*, & habet tres partes. In prima statuit circa custodiam Eucharistiæ. In secunda ibi, *Quod quidem*, ordinat pro ipsius frequenti innovatione. In tertia ibi, *Sacerdotes*, adjicit poenam negligentibus.

DIgnissimum Eucharistiæ Sacramentū Præcipimus de cætero [b]taliter custodiri, ut in qualibet [c]Ecclesia Parochiali fiat [d]Tabernaculū, [e]cum clausura decens & honestū, secundū Curæ [f]magnitudinem & Ecclesiæ [g]facultates, in quo ipsum Dominicum corpus non in bursa vel loculo propter comminutionis periculū nullatenus collocetur, [h]sed in Pyxide pulcherrima lino candidissimo interius adornata; ita qd sine omni [k]diminutionis periculo [l]facilè possit extrahi & imponi. [m]Quod quidem venerabile [n]Sacramentum omni [o]die Dominica [p]præcipimus innovari. Sacerdotes autem in custodia Eucharistiæ negligentes puniri Præcipimus secundùm regulam [q]Concilii generalis; & [r]graviùs, si in negligentia [s]perseverent.

b *Taliter.* Sc. sub forma quæ sequitur.

c *Ecclesia Parochiali.* Id est intelligas in Capella Curata habente populum, ubi sc. populus ejusdem ab Ecclesia majori Eucharistiam non recipit, sed a Sacerdote specialiter deputato, ut Sacramenta ministret in eadem Capella.

d *Tabernaculum.* Sic dictum, quia de Tabulis sit factum, vel quia Tabulis vel lignis sit appensum. Quandoque tamen *Tabernaculum* ponitur pro loca Ecclesiæ, ut notat *Archi. 16. q. 7. & hæc. ver. templum* Quandoque ponitur pro Tentorio, quo utuntur in expeditione militari manentes. Quandoque ponitur pro domo Deo dedicata, quadrata, oblonga, tribus pariebus clausa; & sic sumitur *Exodi* 26. sicut notat *Archi. de re judi. c. 3. ver. tabernaculum. li. 6.*

e *Cum Clausura.* Simile habes *extra. de cele. Miss. c. sane.* ubi dicitur, quòd in loco singulari, mundo, & signato, debet servari Eucharistia. Et ex hoc videtur, quòd usus observatus in *Anglia*, ut sci. in Conopeo pendeat super Altare, non est commendabilis, quia contra mentem dicti *c. sane.* ubi statuitur, qd non custodiatur in loco patenti sed singulari. Licèt enim Consuetudo *Anglicana* commendabilis sit illa consideratione, quia citiùs repellitur a nostris aspectibus adorandis, non tamen est commendabilis ea respectu quo ponitur in loco publico, sic qd ad eam manus temerariæ de facili valeant extendi. Nam licèt in Cupa, quæ forsan clausa est, pendeat; tamen ad illam deorsum mittendam, vel forsan cum ipsa Cupa totaliter auferendam, manus temerariæ de facili possunt apponi. Et ideo, ut mihi videtur, commendabilior est usus aliorum locorum quæ vidi, *viz.* in *Hollandia* & *Portugallia*, in quibus ordinatur unus locus singularis honestus propè Altare, in quo reponitur Eucharistia sub Clavibus infra parietes vel locum bene munitum conservanda, sic qd nullus ad ipsam Eucharistiam accedere poterit, nisi Sacerdos loci illius Clavem custodiam.

f *Magnitudinem.* Quæ requirit locum ad hoc celebriorem.

g *Facultates.* Quæ in sumptibus hujusmodi faciendis insipiendæ sunt. *Extra. de vi. & hone. Cle. c. quapropter ut nul. ubi de hoc per Bern. glo. 1.*

Quæstio. Sed quæro, quorum vel cujus sumptibus fieri debet hujusmodi Tabernaculum, an sci. sumptibus Curatorum vel Parochianorum? Videtur quòd Curati. Et hoc satis patet ex hoc quod hic dicitur, *Ecclesiæ facultates*, cùm Facultates ipsæ attendi debeant non respectu Parochianorum, sed respectu Curati; prout colligi potest et concordantiis ibi positis *d. c. quoniam. glo. 1.* & ad hoc facit *infrà. de Eccl. edi. c. 2.* ubi Parochiani non arctantur, nisi ad Pyxidem honestam pro Corpore Christi. Unde cùm ibi non fiat mentio de Tabernaculo, & Parochiani teneantur solummodo ad ibi expressa, ut ibi patet in §. *alt.* apparet, quòd onus talis Tabernaculi pertinere debeat ad Curatum, & non ad Parochianos. Et hoc verum puto, nisi Consuetudo aliud operetur; nam Consuetudo in talibus considerando est, ut ibi patet: posset enim Consuetudo dare ut pertingeret Parochianos solummodo, vel solùm ad Curatum, vel qd onus talis incumberet communi. Et ad hoc facit Litera hic posita, *secundùm Curæ magnitudinem & Ecclesiæ facultates*, ut scil. magnitudo Curæ referatur ad Parochianos: hoc autem quod dicit, *Ecclesiæ facultates*, referatur ad Curatum.

h *Sed in Pyxide.* Sic ergo Tabernaculum & Pyxis non supponunt pro eodem, quia Pyxis poni debet in Tabernaculo, sicut hic patet.

i *Lino candidissimo.* Non autem ex Serico. Pro quo vide rationem *supra. de cele. Miss. c. linteamina. ver. corporalia.*

k *Diminutionis.* Quæ citò contingeret, si poneretur in loco mollo.

l *Facilè.* i.e. De levi sine compressione.

m *Quod quidem.* Secunda pars.

n *Sacramentum.* Sc. Eucharistiæ.

o *Die Dominica.* Supple, *ad minus.* Nam & aliis diebus innovari potest, instante necessitate; quia Presbyter semper habebit Eucharistiam paratam propter infirmantes. *de consec. di. 2. c. Presbyter.* Nec obstat *ea. d. c. tribus.* ubi prohibetur Hostias plures in Altari dimissas reservare, quia verum est qd non debent reservari ad opus consecrationis, sed ad opus morientium, sic ut ibi *nō. per Jo.* Et qd sic debeat Eucharistia ad tale opus reservari, habes *de offi. Archipres. c. officium.* & pro confirmatione hujus Constitutionis, quæ vult qd Eucharistia non reservetur ultra unam hebdomadam, videtur Textus, *extra. de sentē. Excom. c. 2. permittimus. ubi de hoc per Hostien.*

p *Præcipimus.* Sic ergo peccat faciens contrarium. Pro quo vide quod scripsi *supra. de consti. c. quia in-*

De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

Calix sit argenteus cum aliis Vasis decentibus, & Sindone munda; quæ attrita, aut pro Reliquiis custodiatur, quæ coram Archidiacono comburatur.

Stephanus.

continentia. ver. præcipimus.

q *Innovari.* Supple, & Hostias, si quæ fuerint remanentes a Sacerdote, & ejus ministris, videlicet Diacono & Subdiacono, recipi & consumi. *de consecra. di. 2. c. tribus.*

r *Sacerdotes.* Tertia pars.

s *Concilii generalis. Extra. eo. c. 1.*

t *Graviùs.* Ad arbitrium Ordinarii. *Extra. de offi. dele. c. de causis.*

u *Perseverent.* Multis namque grassantibus opus est Exemplo. ff. *de pœnis l. aut fallit.* Et potes intelligere hoc quod hic dicitur de graviori pœna, quando sc. pœnâ semel incursâ, nihilominus iterùm deliquit: nam talis, ut videtur, perseverantia sive continuatio in delicto non exigit nisi unam pœnam. Facit ad hoc ff. *de furtis. l. insciendo.* §. *si insons.* ubi habetur, quòd ex continuatione temporis non sequitur pluralitas delictorum. Et pro meliori intellectu hujus materiæ nota secundùm *Bart. in ea.* §. quòd quædam delicta committuntur Negligendo, quædam Faciendo. In delictis quæ committuntur Negligendo ut hic, quandoque præcedit dispositio seu præceptum de faciendo, & si non fiat, imponitur pœna: prout patet Exemplum in casu isto, ubi præcipitur Eucharistiam sicut custodiri, addita pœnâ contra negligentē; & in tali casu, dicit *Bart.* quòd tunc committitur est Negligentia, quando lapsum est tempus limitatum in dispositione. Quid si tempus non fit appositum, sicut est videre in casu nostro, ubi præcipitur sola custodia absque limitatione temporis? Tunc committitur est Negligentia, quando tantum tempus est elapsum, qd res fienda commodè potuit explicari. Si tamen inciperet a conditione, tunc diceretur committitur Negligentia, quando desiit posse fieri: ut *Lisio stipulatio. ff. de verb. obli.* & *si fuis stipulatus essē ab te.* & *l. insulam.* & *l. continuus.* §. *item qui insulam. eo. titu. cum similibus.* & hoc tenet *Inno. extra. de Præben. c. extirpandas. secundùm eum.* Et hoc præsupposito dicit *Bart.* quòd si aliquis fuerit negligens per longissimum tempus, totum hoc est una Negligentia, & meretur unam Pœnam, nisi ex pluralitate Terminorum inducerentur plures Negligentiæ. Verbi gratiâ, aliquis negligit vindicare mortem Defuncti, vel negligit petere † Curatorem patri furioso; totum hoc est una Negligentia. *ut l. 1. C. de his qui. ut indig.* & *C. de Epis.* & *Cler. Auth. si captivi.* & *de Episcopis audi. Auth. liberi furiosi.* Et ideo si Syndicus † Ms. Comitatus, qui tenetur denunciare malefacia, stetet per plures menses nihil denunciando; non essent tot Negligentiæ quot Menses fuerunt, sed una tantùm Negligentia: & prædicta intelligitur vera, nisi pluralitas Terminorum aliud induceret. Exemplum ad hoc in *Auth. ex deuter. C. de hæreti.* ubi propter primam Contumaciam Excommunicatur; postea si fuerit Contumax per annum, plus punitur. Simile habes in missione in Possessionem, quæ fit in Actione reali; nam pro prima Contumacia fit Missio: si est postea Contumax per annum, non auditur postea nisi de proprietate. *ut l. si quis.* §. *sed et si quis. C. de præscrip. 30. anno.* Et ideo si per Judicem vel per Legem essent statuti diversi Termini ad aliquid faciendum, pro qualibet Termino posset dici una Negligentia & una Contumacia, & pro qualibet imponeretur nova pœna. Si verò committatur plura delicta faciendo, vide notata ulteriùs per *Bart. in loco prælle.* & vide quòd dixi *supra. de vita & hone. Cler. c. quamvis. ver. quotidianque.*

Divisa.

[a] A Dexemplum [b] *Salomonis*, qui omnia Vasa [c] Domûs Domini ex Auro purissimo [d] fabricata Divino cultui mancipavit, Statuimus, ut quælibet Ecclesia [e] Calicem habeat [f] Argenteum cum [g] Vasis aliis decentibus, [h] Sindonem mundam, & candidam, & amplitudinis congruentis. [i] Veterâ quoque Corporalia, quæ fuerunt non [k] idonea in [l] Altaribus quando consecrantur, [m] loco Reliquiarum reponantur, [n] vel in præsentia [o] Archidiaconi [p] comburantur.

Eucharistia ad Ægrotos decenter cum Luce & Campana à Sacerdote Superpellicio induto deferatur, & à populo se in via prosternente adoretur; negligentes autem rigidè corrigantur.

Johannes Peccham.

[q] D Ignissimum, *& infrà.* Statuimus, ut Sacramentũ Eucharistiæ [r] circumferatur cum debita [s] reverentia ad ægrotos, Sacerdote [t] saltè induto Superpellicio, gerẽte [u] Orarium cum [x] lumine prævio in [y] lucerna cum [z] Campana, ut populus ad reverentiam debitam excitetur, [a] qui ad [b] prosternendum se, vel † [c] adorandum saltem [d] humiliter [e] informetur Sacerdotali prudentia, ubicunq; [f] Regẽ Gloriæ sub panis [g] latibulo evenerit [h] deportari;

Divisa.

† al. orandũ.

[a] *Exemplum.* Hæc est Constitutio *Stephani* Archiepiscopi, edita in Concilio *Oxoniæ* primo, & habet duas partes. Secunda ibi, *Vetera quoque.* In prima per viam Exempli ponit Statutum circa vasa Ecclesiæ ordinanda. In secunda etiam Statuit quid fieri debeat de veteribus Corporalibus ad usum Ecclesiæ non idoneis.

[b] *Salomonis.* Regis *Israel*, de cujus Regni initio fit mentio 3 *Reg.* 2. *c.*

[c] *Domus Domini.* De qua legitur 3 *Reg.* 6. *c.*

[d] *Fabricata.* Sc. vasa, ut *suprà* dicitur in Textu. Sed inquantum hic dicitur, *omnia vasa Domûs Domini fuisse fabricata de Auro purissimo*, videtur obviare Textus Scripturæ 3 *Reg.* 7. ubi apparet, quod vasa quæ fecit *Salomon* in domo Domini fuerunt de Aurichalco, & de Ære. Sed dic quod in domo Domini fuerunt Vasa multiplicia, quædam scil. quæ servibant ministerio Altaris, & illa fuerunt de Auro purissimo, ut hic dicitur, & patet *d. c.* 7. *prope fi.* ubi dicitur, quòd Hydriæ, Fuscinulæ, & Phialæ, & Mortariola, & Thuribula, fecit de Auro purissimo; alia erant Vasa communia, utpotà, Mare fusile, Luteres & Basæ, Lebetes, & alia hujusmodi, & hæc Vasa erant de Aurichalco, & de Ære, ut ibi dicitur.

[e] *Calicem.* Scil. unum ad minus.

[f] *Argenteum.* Vel Aureum. Et hoc magis concordaret exemplo *Salomonis* assumpto, non autem Ligneum, nec Vitreum, nec Æreum habebit quis Calicem; quod dic ut dixi *suprà. de sum. Trin. & fi. Ca. c. altissimus. ver. in calice.*

[g] *Vasis aliis.* De quibus *infrà. tit. proxi. c. ut Parochiani.* Et nota illa de Jure debent esse in Ecclesia tres Pelves; una in qua lavabuntur Corporalia, alia in qua lavabuntur Pallæ Altaris, tertia in qua lavabuntur Vela. *de consecra. di. 1. c. nemo per ignorantiam. de consec. dist. 4. c. omnis Presbyter.*

[h] *Sindonem.* i. e. Corporale; sic similiter *de consec. di. 1. c. nemo per ignorantiam.* & erit de panno Lineo, ut hic patet: nam *Sindon*, dicitur Linteum Amictuum Mulierum, qua humeri cooperiuntur; & quandoque simpliciter ponitur pro Panno Lineo, *Matth.* 27. ubi dicitur, *et accepto corpore, Joseph involvit illud in Sindone mundâ*; & quòd Corporalia erunt de Lino, dixi *suprà. de cele. Miss. c. Linteamina, ver. corporalia.*

[i] *Veterâ quoque.* Secunda pars.

[k] *Non idonea.* Quia fracta, vel consissa, vel vetustate consumpta, aut aliàs inhonesta.

[l] *Altaribus.* Quæ consecrari non debent, nisi sint lapidea. *de consecra. di. 1. Altaria sic sunt.*

[m] *Loco reliquiarum.* Sine quibus Altaria consecrari non debent. *de Consecratione. di. 1. c. de fabricis. et c. placuit.* Si tamen consecretur Altare sine Reliquiis, tenet Consecratio, secundùm *Hugo.* ibi. Malè tamen facit, qui sine Reliquiis consecrat, si alio modo fieri possit, ut notat *Archidiac.* ibi. Unde licèt Reliquiæ non sint de substantia Consecrationis Altaris, ubi tamen non habentur Reliquiæ, solent aliqui apponere Corpus Christi: & hoc aliqui *Doctores* dicunt debere fieri, etiamsi habeantur Reliquiæ. Et licèt hoc posset dici verum quoad Consecrationem Ecclesiæ, sicut notatur *de Consecratione. di. 1. c. Ecclesias.* non tamen puto hoc verum in Consecratione Altaris, ut scilicet Corpus Dominicum loco Reliquiarum sepeliatur in Altari, licèt communis Opinio faciat in contrarium; prout notatur *de Consecratione Ecclesiæ vel Altaris. §. & qualiter. per Hostiensem in summa.* Ratio hujus dicti patet ibi per *Hostiensem in fi.* Alia ratio est, quia Corpus Christi est Cibus Animæ. *de consec. di. 2. c. in illo. et c. non ista. et c. panis.* Item quia non debet servari, nisi ad opus Infirmorum. *de consec. dist. 2. c. tribus.* Et non debet poni ad alium usum quam ad eum pro quo institutum est, nam debet comedi: *de consec. dist. 2. c. accipite.* ubi dicit, *Accipite, & Comedite*, non dicit *Accipite, & Conservate, sive Recondite.* Et facit ad idem *de Consecratione. dist. 2. c. comperimus. Extr. de celebratione Miss. c. ex parte.* Quod tamen Corporale vel ejus pars detur in Consecratione Altaris loco Reliquiarum, non videtur esse absurdum, ut hic patet. Et de his vide notata *de consec. di. 1. c. placuit. per Archidiaconum.*

[n] *Vel in præsentia.* Sufficit itaque alterum eorum fieri. *Extra. de rescrip. c. inter cætera.*

[o] *Archidiaconi.* Supple, vel alii Visitatores.

[p] *Comburantur. de Consecratione. di. 1. c. Altaris.* ubi Statuitur, quòd Cineres vel in Baptisterium, vel in parietes, vel in fossis Pavimentorum jactentur, sic quòd introeuntium pedibus non conculcentur.

[q] D Ignissimum. Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & est pars hujus *suprà. ti. proxi. c. dignissimum*, & habet duo dicta. In primo statuit circa Reverentiam Sacramento Altaris exhibendam in ejus deportatione ad Infirmos. In secundo ibi, *& de hoc*, imponit super hoc sollicitudinem Archidiaconis. Divisa.

[r] *Circumferatur.* Sume quod est *infrà, ad infirmos sive ægrotos.*

[s] *Reverentia.* Quam statim declarat ibi, *Sacerdote &c.*

[t] *Saltem.* i. e. Ad minus: & sic tolerari potest, licèt Minister Sacerdotis non sit indutus Superpellicio, licèt honestius sit quòd & ipsum Minister Superpellicio induatur, consideratâ qualitate Beneficii & facultatibus ejusdem.

[u] *Orarium.* i. e. Stola, qua Sacerdos in omni obsequio Divino uti debet, & suo collo imponitur, ut significet se jugum Domini suscepisse. 23. *di. Ecclesiastica. ubi de hoc per Archi.* & de hoc legitur 25. *dist. unum est.* Quandoque tamen *Orarium* ponitur pro ornamento Mulieris, viz. Peplo, quo Mulieris caput velatur. 27. *q.* 1. *c. Monacho. per Jo.*

[x] *Lumine prævio.* Ratio est, [illegible] candor lucis æternæ, & non præcedit Lumen ad fugand[illegible]ras sed ratione prædictâ. *Extra. de celebratione Missarum [illegible]sanctæ.* ubi etiam Statuitur, quod Sacerdos Eucharistiam reverenter gerat ante pectus suum, & quòd Tabernaculum, in quo portatur, operiatur mundo velamine. Et ex his apparet, quòd Lumen, de quo hic loquitur, portari debet per Ministrum; nam Lumen præcedere debet, ut hic dicitur, & dicto *c. sanctæ. Si tamen contigerit casus necessitatis*, sic quòd Presbyter nullum Ministrum habere posset paratum ad deferendum Lumen, puto quòd non esset inconveniens, ut Presbyter Lucernam cum Lumine ad unum de suis Brachiis suspensum gestaret, & Campanam, modo quo posset meliori, pulsaret. Sic enim faciunt Presbyteri in amplis Parochiis, quando transeunt ad Infirmos in locis remotis existentes; qui quandoque equitantes Lucernam cum Campana applicant collo Equi, & in hoc non sunt reprehendendi, quia Necessitas non habet Legem. *Extra. de consuet. c. quanto.*

[y] *Lucerna.* Ne scilicet lumen vento vel pluvia extinguatur.

[z] *Campana.* Ratio hujus statim sequitur in Textu. Sciat tamen, quòd si Sacerdos reverteretur vacuus sine Hostia, debet extinguere Lumen, & facere quòd non pulsetur Campanula, nè populus adorando committeret Idololatriam, secundùm *Host.* qui sic notat dicto *c. sanè.*

[a] *Qui.* Scilicet populus.

[b] *Prosternendum.* Sc. genua, sc. ad terram flectendo.

[c] *Adorandum.* Cum inclinatione capitis, & cordis devotione, & manuum expansione, sive etiam elevatione, cum Orationis devotæ vocali expressione, ut scil. sic dicatur secundùm *Hostiensem*, *Salve, Lux mundi, Verbum Patris, Hostia vera; Viva Caro, Deitas integra, verus Homo. Salve, caro Christi, qui pro me passa fuisti. Infunde me vunda, Christi caro, sanguis, & unda.* Et consimili modo dicatur in elevatione Corporis Christi in Missa. Alias Orationes ponit *Anto. d. c. sanè. de cele. Miss.* quas non curo recitare. Ego tamen soleo sic dicere. *Ave, verum corpus, natum ex Maria Virgine! Vere passum, immolatum in Cruce pro Homine! Cujus latus vulneratum vero fluxit sanguine. Esto nobis prægustatum mortis in examine, O dulcis, O pie, O Jesu, fili Mariæ.* Oratio de Corpore Christi. Alia Oratio.

[d] *Humiliter.* Cum inclinatione capitis, ut prædixi, oculisque in terram demissis, ac concussis visceribus.

[e] *Informetur.* Scilicet Populus.

[f] *Regem Gloriæ.* i. e. Ipsum Christum secundùm Humanitatem glorificatum.

[g] *Latibulo.* i. e. Specie sive occultatione.

[h] *Deportari.* Sed nunquid Homicida, vel alius flagitiosus fugiens ad Corpus Christi deportatum in via, defenderur ab Ecclesia,

ac si fugeret ad Ecclesiam? *Hostien. in c. sanè, de cele. Miss.* ponit super hoc Opiniones, dicens, qd communis Opinio Magistrorum est, qd non debet defendi: *Hostiensis* tamen concludit, tenendum esse usq; ad sanguinis effusionem, qd talis debet ab Ecclesia defendi, & ad hoc facit multa Argumenta; cujus sententiæ etiam *concor. Jo. An. in add. & in no.* & idem *Petrus de Ancha. & Anto. ea. c.* & etiam *Joan in cll. & Henricus de Cervoca.* Secus tamen est secundum eos, in his quibus infirmis, vel in carcere positis, vel aliàs ad mortem tendentibus, per Sacerdotē portatur Corpus Christi; nam talibus non subvenitur per Ecclesiam ad hoc, ut à carcere liberentur, licèt honestum sit, ut illa die quâ Communionem recipiant, illis subveniatur ad Justitiā differendam: & sic potest intelligi quod notatur A3 *A. 2. c. fi.* ubi *Archi.* concordat cum dicto *Hostiensis*.

a &de hoc b Archidiaconi in suorū remissionem peccaminum sint solliciti. c Et quos d circa hoc e negligentes invenerint, f disciplina g rigida castigent.

De Ecclesiis Ædificandis.

Rectoris decedentis bonis Ecclesiasticis reparetur Domus Ecclesiæ, quam dereliquerit ruinosam; quod & Vicarius faciat, si multum commodum perceperit, habitâ tamen rationabili consideratione.

Edmundus.

h SI Rector alicujus i Ecclesiæ k decedens l domos Ecclesiæ reliquerit m dirutas, vel n ruinosas, de o bonis ejus p Ecclesiasticis tanta portio q deducatur, quæ r sufficiat ad s reparandum hæc, & ad alios t defectus Ecclesiæ, quam ipse dimisit? Dic, quòd si bona Ecclesiastica expenderit in meliorationem Patrimonii sui, vel si propter nimiam diligentiam proriorum negotiorum negligerit negotia Ecclesiæ procurare, & sic Ecclesia sit damnum passa, tenetur satisfacere de bonis suis Patrimonialibus. Ad quod facit *Extra. de elec. c. quod sicut.* § *fi.* Et idem intelligas, si ex culpa seu negligentia Procuratoris sui Ecclesia damnum passa sit. *Ar. ad hoc Extra. de offi. Archid. c. ea quæ. de sta. Mo. c. cum ad Monasterium.* § *penul. ff. de custo. & emb. rer. l. fi.* Pro qua materia poteris latiùs videre *in. de pœni.* & *vc.* § *. quibus & qualiter. in prin. per Hosti. in summa.* & per *Henr. de Bergen. Extra. de pœn. Cleri. c. ulti.*

Alioquin hæc fieri debet authoritate Ordinaria, cujus Officium est, utilitati Ecclesiæ providere. 21. *dist. Cleros. l. q. 1. c. qui Episcopatum.* & ad hoc facit Constitutio *Othoboni. Improbum*, paralleg. 2.

u *Sufficiat.* Sed quid si non habeat tantum in bonis? Dic, quòd onus debent hujusmodi bona, quatenus se extendunt. *Ar. extra quæ leguntur* & *in. Extra. de fide. c. Odoardus.* ubi patet, quòd non obstante Debitoris quantumcunque particulari Solutione, etiam Creditor lucro.

Sed quid si bona dimissa sufficiant ad hujusmodi Reparationem, vel forte non sufficiant, sunt tamen plures Creditores vel Legatarii, qui petunt debitum vel legatum, & simul concurrunt; an in hoc casu aliqui aliis præferri debent? Dic, quòd in hoc casu, si Legatarii tanquam Creditores petant legata sibi relicta, & Prælatus Ecclesiæ petat sumptus Reparationis Ædificiorum Ecclesiæ, talis Prælatus debet præferri cæteris Legatariis; nam Legata solvi non debent nisi prius deducto ære alieno. *ff. de separa. l. creditoribus.* & *l. quoties. ff. ad Trebell. l. 1. §. denique.* In aliis verò Creditoribus concurrentibus cum Ecclesia in petitione debiti, vide notata per *Dy. in c. qui prior. de Reg. Jur. li. 6.*

x *Disciplina.* Quæ [illegible] *c. 23. q. 5. c. ad fidem.*

y *Rigida.* I. e. Aspera [illegible]. Debet tamen talis rigiditas temperari cum mansuetudine. *de judic. c. 2. in Clem. de pœnis. c. 1.* § *. volumus. ea. li.*

Divisio.

z SI Rector. Hæc est Constitutio *Edmundi*, & facit quatuor. Primò ponit Statutum. Secundò ibi, *Idem*, illud exponit. Tertiò ibi, *Nam cum*, ponit rationem. Quartò ibi, *Quoniam tamen*, providet de adhibendo moderamine.

a *Si Rector.* Hic loquitur de Rectore, ut de Rectore Ecclesiæ Parochialis: qd patet ex eo, quòd statim in *Vers.* sequenti loquitur de Vicario. Quibusdam tamen Rectoris appellatio se extendit ad quamcunque Personam Ecclesiæ, ut dixi *supra. de constitu. c. nullus Rector. ver. Rectorum.*

b *Ecclesiæ.* Sc. Parochialis.

c *Decedens.* Videtur quòd hæc Constitutio referri debet ad aliam Constitutionem ejusdem Auctoris, de qua habetur *supra. de constitu. c. nullus Rector.* ubi dicitur, quòd nullus Rector decedens post Festum Annuntiationis potest disponere de fructibus illius Anni nondum receptis ad sua legata persolvenda; ubi vide per Me scripta *ver. decesserint. et glo. seq.* Et qd hic statutum est de defectibus contingentibus ex parte decedentium, per Constitutionem Domini *Othoboni. Improbum*, etiam Ordinatur ex parte vivorum, & Beneficiis ipsis incumbentium.

d *Domos Ecclesiæ.* Veputà, Mansum Rectoris, vel Vicarii, & alia ædificia quæcunq;, quorum ædificatio sive reparatio spectat ad ipsum Rectorem immediatè. Secus tamen puto dicendum de illis domibus, quarum ædificatio sive reparatio immediatè pertinet ad alios secundùm fundi dationem ab antiquo, utputà, Inquilinis, Vasallis, & aliis consimilibus, qui secundùm suam Tenuram tenentur ad hujusmodi reparationem faciendam. Ad quod vide notata per *Jo. de Athon.* in Constitutione *Othoboni. Improbum. ver. ædificia.*

e *Dirutas.* I. e. Totaliter prostratas.

f *Ruinosas.* I. e. De proximo, vel verisimili casura.

g *Bonis ejus.* Sc. Rectoris. Ex hac litera apparet, qd bona per Rectorem Ecclesiæ acquisita, dici possunt ipsius propria bona. Et hoc satis innuit hæc dictio *ejus*, hic posita in Textu. Circa qd vide *Jo. de Ioseph c. Fraternam. ver. sine proprio. li. 6. per Archid.* Ite adverte, qd bene dicit *ejus*, quia de bonis portionibus ad alios non est hæc portio deducenda. Unde de fructibus, quos tales non fecerunt hæc habuerit, sed factus suos, quia forsan non residerunt in Beneficiis suis; *Extra. de Cler. non resid. c. quidam.* & *per totum. ff. ut. li. c. ult. c. 10. li. 6.* vel quia debentur Fabricæ Ecclesiæ, vel Episcopo, secundùm ea quæ leguntur & no. *Extra. ut Ecc. Bene. sine diminu. c. ut fideles. in fi. de verb. sig. c. sua nobis. de reform. c. si propter. de Prebend. si sibi concessa. li. 6.* & quia natura Beneficii est talis, qd Beneficiati non faciunt fructus suos, ut sunt Rectores Eleemosynariarū, Leprosiariarum, seu Hospitalium, qui non faciunt fructus suos, sicut legitur *de relig. do. c. quia contingit. in Clem. secundùm Jo. An. & Gess. ibi per ver. usus fructus.* non est hæc portio deducenda. Res namq; aliena ad talem usum obligari non potest: *ff. de pig. ac. l. si res alienam. C. si res ali. pig. da. fit. per totum.* nec etiam potest in causa Judicati capi vel distrahi. *ff. de re. ju. dica. l. à Divo Pio.* § *si super verbis.*

h *Rectoris decedentis.* Hæc Constitutio videtur ordinare de bonis Rectoris decedentis, & non de bonis Vicarii, ut patet per Me scripta *ver. Vicarius.* Sed quæritur, quid si Vicarius decedat, an bona sua Ecclesiastica debeant reparationi Ecclesiæ applicari? Dic, quòd sic, *Ar. extra. de sepul. c. cum ad Monasterium.* § *penul. ff. de custo. & emb. rer. l. fi.* Pro qua materia poteris latiùs videre *in. de pœni.* & *vc.* § *. quibus & qualiter. in prin. per Hosti. in summa.* & per *Henr. de Bergen. Extra. de pœn. Cleri. c. ulti.*

i *Ecclesiæ.* Sc. Parochialis.

k *Decedens.* Videtur quòd hæc Constitutio referri debeat ad aliam Constitutionem ejusdem Auctoris, de qua habetur *supra. de constitu. c. nullus Rector.* ubi dicitur, quòd nullus Rector decedens post Festum Annuntiationis potest disponere de fructibus illius Anni nondum receptis ad sua legata persolvenda; ubi vide per Me scripta *ver. decesserint. et glo. seq.* Et qd hic statutum est de defectibus contingentibus ex parte decedentium, per Constitutionem Domini *Othoboni. Improbum*, etiam Ordinatur ex parte vivorum, & Beneficiis ipsis incumbentium.

l *Domos Ecclesiæ.* Veputà, Mansum Rectoris, vel Vicarii, & alia ædificia quæcunq;, quorum ædificatio sive reparatio spectat ad ipsum Rectorem immediatè. Secus tamen puto dicendum de illis domibus, quarum ædificatio sive reparatio immediatè pertinet ad alios secundùm fundi dationem ab antiquo, utputà, Inquilinis, Vasallis, & aliis consimilibus, qui secundùm suam Tenuram tenentur ad hujusmodi reparationem faciendam. Ad quod vide notata per *Jo. de Athon.* in Constitutione *Othoboni. Improbum. ver. ædificia.*

m *Dirutas.* I. e. Totaliter prostratas.

n *Ruinosas.* I. e. De proximo, vel verisimili casura.

o *Bonis ejus.* Sc. Rectoris. Ex hac litera apparet, qd bona per Rectorem Ecclesiæ acquisita, dici possunt ipsius propria bona. Et hoc satis innuit hæc dictio *ejus*, hic posita in Textu. Circa qd vide *Jo. de Ioseph c. Fraternam. ver. sine proprio. li. 6. per Archid.* Ite adverte, qd bene dicit *ejus*, quia de bonis portionibus ad alios non est hæc portio deducenda. Unde de fructibus, quos tales non fecerunt hæc habuerit, sed factus suos, quia forsan non residerunt in Beneficiis suis; *Extra. de Cler. non resid. c. quidam.* & *per totum. ff. ut. li. c. ult. c. 10. li. 6.* vel quia debentur Fabricæ Ecclesiæ, vel Episcopo, secundùm ea quæ leguntur & no. *Extra. ut Ecc. Bene. sine diminu. c. ut fideles. in fi. de verb. sig. c. sua nobis. de reform. c. si propter. de Prebend. si sibi concessa. li. 6.* & quia natura Beneficii est talis, qd Beneficiati non faciunt fructus suos, ut sunt Rectores Eleemosynariarū, Leprosiariarum, seu Hospitalium, qui non faciunt fructus suos, sicut legitur *de relig. do. c. quia contingit. in Clem. secundùm Jo. An. & Gess. ibi per ver. usus fructus.* non est hæc portio deducenda. Res namq; aliena ad talem usum obligari non potest: *ff. de pig. ac. l. si res alienam. C. si res ali. pig. da. fit. per totum.* nec etiam potest in causa Judicati capi vel distrahi. *ff. de re. ju. dica. l. à Divo Pio.* § *si super verbis.*

p *Ecclesiasticis.* I. e. Jure & nomine Ecclesiæ obvenientibus; talia enim bona sunt per viam tacitæ Hypothecæ ad reparationem hujusmodi faciendam obligata, sicut no. *Jo. de Athon.* in Constitutione *Othoboni. Improbum. ver. fructibus.* Sed Quæs. quid si bona sua Ecclesiastica non sufficiant ad hujusmodi defectus reparandos, an debeat talis reparatio suppleri seu fieri de bonis suis Patrimonialibus, si qua habuerit? Dic, quòd si bona Ecclesiastica expenderit in meliorationem Patrimonii sui, vel si propter nimiam diligentiam proriorum negotiorum negligerit negotia Ecclesiæ procurare, & sic Ecclesia sit damnum passa, tenetur satisfacere de bonis suis Patrimonialibus. Ad quod facit *Extra. de elec. c. quod sicut.* § *fi.* Et idem intelligas, si ex culpa seu negligentia Procuratoris sui Ecclesia damnum passa sit. *Ar. ad hoc Extra. de offi. Archid. c. ea quæ. de sta. Mo. c. cum ad Monasterium.* § *penul. ff. de custo. & emb. rer. l. fi.* Pro qua materia poteris latiùs videre *in. de pœni.* & *vc.* § *. quibus & qualiter. in prin. per Hosti. in summa.* & per *Henr. de Bergen. Extra. de pœn. Cleri. c. ulti.*

q *Deducatur.* Scil. per ipsum morturum, qui de Consuetudine potest testari de rebus etiam jure & nomine Ecclesiæ acquisitis, secundùm ea quæ scripsi *supra. de constitu. c. nullus Rector. ver. legata.* Alioquin hæc fieri debet authoritate Ordinaria, cujus Officium est, utilitati Ecclesiæ providere. 21. *dist. Cleros. l. q. 1. c. qui Episcopatum.* & ad hoc facit Constitutio *Othoboni. Improbum*, paralleg. 2.

r *Sufficiat.* Sed quid si non habeat tantum in bonis? Dic, quòd onus debent hujusmodi bona, quatenus se extendunt. *Ar. extra quæ leguntur* & *in. Extra. de fide. c. Odoardus.* ubi patet, quòd non obstante Debitoris quantumcunque particulari Solutione, etiam Creditor lucro.

Sed quid si bona dimissa sufficiant ad hujusmodi Reparationem, Quæs. vel forte non sufficiant, sunt tamen plures Creditores vel Legatarii, qui petunt debitum vel legatum, & simul concurrunt; an in hoc casu aliqui aliis præferri debent? Dic, quòd in hoc casu, si Legatarii tanquam Creditores petant legata sibi relicta, & Prælatus Ecclesiæ petat sumptus Reparationis Ædificiorum Ecclesiæ, talis Prælatus debet præferri cæteris Legatariis; nam Legata solvi non debent nisi prius deducto ære alieno. *ff. de separa. l. creditoribus.* & *l. quoties. ff. ad Trebell. l. 1. §. denique.* In aliis verò Creditoribus concurrentibus cum Ecclesia in petitione debiti, vide notata per *Dy. in c. qui prior. de Reg. Jur. li. 6.*

s *Reparandum hoc.* Sc. dirutæ, vel ruinosæ. Et intelligo hanc Reparationem fieri debere secundùm indigentiam & qualitatem rei reparandæ; ut sc. impensa sint necessariæ, non voluptuosæ. *Ar. ad hoc ff. de impenſis in res dotales factis. l. 1. cum legibus sequentibus*, & notatur per *Jo. de Athon* in Constitutione *Othoboni. Improbum. ver. indigentiæ.*

t *Defectus Ecclesiæ.* Hæc littera potest intelligi de defectibus Ecclesiæ, quæ pertinent ad Curatum ipsius Ecclesiæ in solidum. Sic qd non pertinent ad alios, utputà, in Cancello, & aliis ad eum Rectoris de Jure vel Consuetudine spectantibus; vel potest intelligi de defectibus in Ecclesia contingentibus, qui spectant ad alios, non tamen sic, quin Curatus teneatur ad tales defectus reparandos contribuere, secundùm ea quæ leguntur & no. *Extra. ti. c. 1. ver. de illis.* Pro qua materia scire debes, quòd circa Reparationem defectuum Ecclesiæ, sc. quis debeat eos reparare, primò attendendū est Consuetudo; nam in quibusdam partibus, ut in *Anglia*, Reparatio pertinet de Consuetudine ad Parochianos, & hanc Consuetudinem servare possunt contra illi. *Extra. de Sim. c. ad Apostolicam. de elect. jun. c. conſultum.* § *ſanctorum.* & § *Item de illis.* & *c. fi.* Ubi tamen verò talis Consuetudo reprehendenda est ad portionem Fabricæ deputatam; ut sc. ille ad Reparationem hujusmodi teneatur, qui dictam portionem recipit. 10. *q. 3. c. 1.* & *c. omn.* Ubi verò non est Consuetudo, nec talis portio est ad Fabricam assignata, vel portio illa est minus sufficiens; tunc illi, qui sunt in Ecclesia ipsa Beneficiati, habent ad hujusmodi Reparationem, secundùm quod percipiunt, contribuere. *Extra. ea. c. 1.* & *c. de his.* & *no. d. c. 1. per Hosti.* & *Jo. An. in add.* & *in no. et per Jo. in col.* & *16. q. 1. si Abusibus. in fi. per Abb.* & *12. q. 2. c. quantum. per eundem.* & vide quod dicam *infrà. c. prox. ver. novis Ecclesiæ.*

a *Idem*

[a] *Idem Statuimus.* Secunda pars.

[b] *Illos Vicarios.* Non ergo circa omnes, ſed illos duntaxat de quibus ſequitur.

[c] *Modicam Penſionem.* Cujus Taxatio potiùs relinquitur arbitrio Judicis quàm alicui limitationi certæ: pro quo vide qd ſcripſi *ſupra d. de Decimis, c. 12 ver. modicè.* & qd no. *ff. de impenſis in res dotal. facti. l. omnium. in glo. 1. & ibi per Bart. in fi.*

[d] *Nam cùm.* Tertia pars, & eſt ratio præmiſſorum.

[e] *Præmiſſa.* Sc. reparationem hujuſmodi defectuum.

[f] *Teneantur.* Sc. illi Rectores & Vicarii recipientes omnes Proventus Eccleſiæ. Et dic *teneantur de Jure*, qd vult ut ipſum ſequantur onera ad quem ſpectant emolumenta. *ff. de rt. ju. l. ſecundùm naturam. C. de cad. toll. l. 1. §. pro ſervo. de rt. ju. c. qui ſentit li. 6.* cum concordantiis ibi poſitis per *Jo. An. & Dy.* & circa hanc materiam vide noſtra per *Jo. de Athe.* in Conſtitucione *Othoboni. improbam. ver. teneatur.*

[g] *Partis.* Quæ ſc. ſufficiat ad hujuſmodi Reparationem.

[h] *Inter debita.* Sc. ipſius Defuncti; & ſic habes hic, quòd Beneficiatus poteſt eſſe Debitor Eccleſiæ cui præeſt: & ad hoc facit *de præſcr. Cle. 2. alibi. & de rt. Eccl. non alie. c. ſi quis Presbyterorum. ubi de hoc in gla. fi. 12. q. 3. tenemur. ubi de hoc.*

[i] *Semper tamen.* Quarta pars.

[k] *Facultates Eccleſiæ.* Secundùm quarum conſiderationem hæc Reparatio eſt facienda, quia in Beneficio pinguiori requiruntur Ædificia magis ſumptuoſa quàm in Beneficio minùs pingui, ſicut & in Ornamentis Eccleſiæ. Ad quod vide quæ leguntur & nocantur *de cele. Miſſa. 2. in Cle. §. in nullis. ubi de hoc. ver. indecentibus. per Jo. An.*

VT Parochiani. Hæc eſt Conſtitutio *Roberti Winchelſey*, & habet tres partes. In prima agitur cauſam ſui Statuti. In ſecunda ibi, *Volumus*, procedit ad Statutum. In tertia ibi, *Cæterò*, ponit certam limitationem quoad non expreſſa in ipſo Statuto.

[l] *Eccleſiarum.* Sc. Parochialium.

[m] *De cætero.* Hoc ideo dicit, quia forſan prius erat dubium de his quæ hic decluntur.

[n] *Diſſolvi.* Supple, reſarciendis, ſive reparandis, vel reſcindendis.

[o] *Inter Rectores.* Supple, vel Vicarios, ubi forſan ex Ordinatione Vicarii, vel conſuetudine, omne Eccleſiaſticum tranſitum eſt in ipſum Vicarium.

[p] *Ambiguitas.* Le. Dubitatio, maximè quando Jura vel rationes applicari poſſunt ad unam partem, vel ad aliam; ſecundùm ea quæ leguntur & nocantur *de judi. c. 1. li. 6. ubi de hoc. ver. ambiguum. per Card.* Quandoq; *ambiguitas* eſt in oratione, ut ibi, *dicere Matthæus Rasnus vocare poſſe*; & ibi, *Si omnes confeſſerint, ego non vero*, unde, prout eſt in fallacia Amphibolie: de qua vocatur *per glo. & de rebus dubiis. l. in ambiguis.* Poteſt etiam *ambiguitas* eſſe in verbo vel dictione. *ff. de leg. 3. Senatuſcon. l. in ambiguis. ff. de peti. hæred. l. ſi cum. C. de acqui. poſſ. l. unica.* Item in intentione: *ff. de judi. l. ſi quis intentione ambigua.*

[q] *Succeſſivis.* Le. in poſt ſequentibus.

[r] *Volumus.* Secunda pars.

[s] *Præcipimus.* Contrarium ergo faciendum præcepit. Circa qd vide quæ notantur *ſupra. de conſtit. c. quia inconſiderata. ver. præcipimus.* Illud verò Præceptum originem & fundamentum habere poteſſet à Conſuetudine præcedente, per quam inductum eſt, talia, de quibus hic loquimur, pertinere debere ad Parochianos, ſicut etiam ad eos pertinet conſtructio ſive reparatio Navis Eccleſiæ, ſicut dixi *ſupra d. c. 1. ver. manſionarius Eccleſiæ.*

[t] *Teneantur.* Sc. Parochiani.

[u] *Inconſue.* Sola ſimplicibus.

[x] *Legendum.* Le. Librum in quo ſcribuntur Lectiones in Officiis Mortuorum legendæ, quæ quandoque ſumuntur de Prophetiis, ut puta, de *Iſaia* in Adventu, quando agitur de Temporali, niſi in ſecundo Nocturno: diebus Dominicis, quando leguntur Lectiones de *Sermonibus*, aut *Homiliis* Epiſcopi, videlicet Dominicâ primâ & ſecundâ; aut *Auguſtini*, viz. Dominicâ tertiâ vel quartâ. In tertio verò Nocturno leguntur Lectiones de Evangeliis, & approbatorum Doctorum Homiliis. Et. idem fit in Feriis quatuor Temporum, quæ contingunt in Adventu. In die verò Natalis Domini tres primæ Lectiones ſunt etiam de Prophetia *Iſaiæ*. Lectiones verò ſecundi Nocturni ſunt de Sermone *Iſidori* Epiſcopi: tres ultimæ Lectiones ſunt de Homiliis. Sic etiam in die Epiphaniæ tres primæ Lectiones ſunt de Prophetia *Iſaiæ*; mediæ Lectiones de *Sermone Beati Leonis*. Per Octavas ſunt Lectiones de Sermonibus diverſorum Doctorum, ſc. *Leonis* Papæ, aut *Martini* Epiſcopi. Quandoque Lectiones hujuſmodi ſumuntur de Epiſtolis *Pauli*, utpotà, a Dominica prima poſt Octavas Epiphaniæ uſque Dominicam in Septuageſima, quo die leguntur tres primæ Lectiones de Libro *Geneſis*; & ſic conſequenter uſque ad primam Dominicam Quadrageſimæ. Mediæ verò Lectiones ſunt de Sermonibus Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica prima Quadrageſimæ ſunt Lectiones ſes de *Sermone Beati Leonis* Papæ. Per Hebdomadam verò ſunt Lectiones de *Sermonibus* diverſorum Doctorum. Dominica ſecunda leguntur tres Primæ Lectiones de Libro *Geneſis*, viz. Hiſtoria *Iſaac*, & ſic per totam Hebdomadam. In Dominica tamen ſunt mediæ Lectiones de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica tertia leguntur Lectiones Libri *Gen.* de Hiſtoria *Joſeph*, & per totam Hebdomadam. In Dominica verò ſunt mediæ Lectiones de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica quarta leguntur Lectiones de Libro *Exodi*, & per totam Hebdomadam cum mediis Lectionibus. In Dominica de Sermone Beati *Johannis* Epiſcopi. Dominica in Paſſione, & in Ramis Palmarum, legitur *Jeremias*, & per totam Hebdomadam cum mediis Lectionibus de Sermonibus *Johannis* & *Maximi* Epiſcoporum. Feria ſecunda poſt Octavas Paſchæ legitur *Apocalypſis*, & ſic ſubſequenter uſque ad Feriam ſecundam Hebdomadæ quartæ, quo die legitur Epiſtola Beati *Jacobi*: & ſic per totam Hebdomadam infra Octavas Aſcenſionis Domini leguntur Lectiones de Actibus Apoſtolorum. Dominica prima poſt Feſtum Trinitatis legitur Liber *Regum* inchoatâ Hiſtoriâ. In principio legitur Liber *Eccleſiaſticus*. In Hiſtoria, *Si bona*, legitur Liber *Job*. Durante Hiſtoriâ, *Pero Domine*, legitur Liber *Tobiæ*. Cum veneris Hiſtoria *Adonai*, legitur Liber *Judith*. Adveniente autem Hiſtoriâ, *Adoperias*, legitur Liber *Machabæorum*. Poſtremò, in Hiſtoria, *Vidi Dominum*, legitur Prophetia *Ezechielis*. Cæteris verò temporibus leguntur Lectiones aut de Sermonibus, aut Homiliis, aut Vitis Sanctorum excepto die Commemorationis Animarum, quo die leguntur Lectiones Libri *Job*, viz. prima, *Job. 7.* ſecunda & tertia, *Job. 10.* quarta, *Job. 13.* quinta & ſexta, *Job. 14.* ſeptima, *Job. 17.* octava, *Job. 19.* & nona, *Job. 10.*

[z] *Antiphonarium.* Sic dictum ab Antiphonis in illo Libro contentis. Et dicitur *Antiphona*, Le. contra Pſalmum ſonans; vel quia pars una illius cantatur ab una parte Chori, alia ab altera: & dicitur ab *anti* qd eſt *contra*, & *phone* quod eſt *ſonus*; ſecundùm *Joannem*: vel, ſecundùm *Papiam*, *Antiphona* Græcè dicitur vox reciproca, duobus Choris alternatim pſallentibus. Et nota, qd tale Antiphonarium non ſolùm continebit in ſe Antiphonas, prout ipſa dictio nudè ſonat, ſed etiam continebit Invitatoria, Hymnos, Reſponſoria, Verſus, Collectas, Capitula, & alia quæ pertinent ad decantationem Horarum Canonicarum, tam pro Matutinis, quàm Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperis, & Completorio. De Pſalterio non loquor, quia de eo *infrà* fit mentio &c.

[a a] *Gradale.* Sic dictum a Gradalibus in tali Libro contentis. Scitote tamen ponitur *Gradale* pro eo qd gradatim † ponitur poſt Epiſtolam; hic tamen ponitur pro Libro integro, in quo continentur debent Officium aſperſionis Aquæ Benedictæ, Miſſarum inchoationes, ſive Officia, *Kyrie*, cum verſibus *Gloria in Excelſis, Gradalia, Hallelujæ, & Tractus, Sequentiæ, Symbolum cantandum in Miſſa, Offertoria, Sanctus, Agnus, Communio*, &c. quæ ad Chorum ſpectant in Miſſis Solemnis decantandis.

† MS. Æton. cantatur.

[b b] *Pſalterium.* i. e. Librum, in quo Pſalmi continentur.

[c c] *Troperium.* i. e. Librum Sequentiarum; & hoc neceſſarium eſt, quando Sequentiæ non habentur in Gradalibus.

[d d] *Ordinale.* i. e. librum, in quo ordinatur modus dicendi & ſolennizandi Officium Divinum.

[e e] *Miſſale.* i. e. Librum, in quo continebuntur omnia ad Miſſam ſingulis diebus dicendam pertinentia.

[f f] *Manuale.* Sic dictum à *manu*, quia aſſiduè habetur ad manum, & in eo continebuntur omnia quæ ſpectant ad Sacramentorum & Sacramentalium miniſtrationem: Item Benedictiones tam Pontium quàm aliorum ſecundùm uſum Eccleſiaſticum Benedicendorum. Et hic, in hoc loco, *Manuale* nuncupatione, puto etiam contineri ea quæ ſunt uſitata in Proceſſionibus Eccleſiaſticis quandocunque fiendis; ut ſic etiam

---

In Eccleſiis Parochialibus omnis ſupellex rei Divinæ, aut Parochiali opportuna hic an-

PROVINCIALE,

(seu CONSTITVTIONES ANGLIÆ,)

CONTINENS

Constitutiones Provinciales quatuordecim Archiepiscoporum CANTUARIENSIUM, viz. à *Stephano Langtono* ad *Henricum Chichleium*; cum Summariis atque eruditis Annotationibus, summâ accuratione denuo revisum atque impressum.

Auctore GULIELMO LYNDWOOD, J.U.D. Officiali Curiæ *Cantuariæ*, dein Privati Sigilli Custode, demum Episcopo *Menevensi*.

Cui adjiciuntur

Constitutiones Legatinæ

D. OTHONIS,

ET

D. OTHOBONI,

CARDINALIUM,

& Sedis Apostolicæ in *Anglia* Legatorum,

Cum Profundissimis Annotationibus JOHANNIS *de* ATHONA, Canonici *Lincolniensis*.

Huic Editioni nunc primùm accesserunt *Constitutiones Provinciales* antedictorum Archiepiscoporum, & aliorum, sine Glossematis in ordinem digestæ.

Omnia ab innumeris, quibus undique scatebant, erroribus atque mendis purgata ac restituta.

——*Ut monitus caveas, ne fortè negoti*
Incutiat tibi quid Sanctarum inscitia Legum.
Hor. Serm. lib. 2. Sat. 1.

OXONIÆ,

Excudebat *H. Hall* Academiæ Typographus, Impensis *Ric. Davis*.

Anno Domini CIↃ DC LXXIX.

Aliis ergo videtur in hoc casu fore recurrendum ad consuetudinem Patriæ: & sic sentit *Franc. de Senis*, *Consilio suo* 38. Ego autem puto, quòd quoad Regnum istud hæc Constitutio sufficit ad excludendum Episcopum, una cum Consuetudine in hac parte diutiùs observatâ, quæ talia relinquunt dispositioni Executorum, prout tenet *Archi.* & hic patet.

a *Necnon.* Secundò dictû.

b *Ab Intestato.* Hic vide quæ scripsi *suprà. c. proxi. §. 1. verbo, intestatis.* & qd 7. modis dicitur aliquis decedere Intestatus, notatur *C. de Coll. l. ut liberii. per Accurs.* Et nota, quòd etiam Pupillus, & alii qui non possunt condere Testamenta, juxta communem usum loquendi, dicuntur Intestati, si tales moriantur: unde ubi Statutum concedit Ordinario Administrationem bonorum ab Intestato decedentium, habebit Ordinarius Administrationem bonorum taliter decedentium. Ratio est, quia verbum, *Intestatus*, bene cadit in tales: & probatur *Instit. de hæred. quæ ab intest. in prin.* ubi dicitur, quòd *Intestatus* est, qui omnino Testamentum non fecit: nota, quòd dicit *omnino*, quasi diceret, sive quia noluit, sive quia non potuit. Si ergo dicas aliquem talem esse Intestatum propriè loquendo, satis constat locum esse Statuto. Si dicas talem fore Intestatum impropriè loquendo, adhuc locum habebit Statutum; quia tunc dicitur Intestatus secundùm communem usum loquendi: & verum est, qd Statuta debent intelligi secundùm communem modû loquendi, qui prævalet omni propriæ significationi. *ut l. Labeo. de supell. le. per Hart. et l. librorum. §. qd tamen Cassius. de leg. 3. et nota. per Pe. de Ancharano. extra eo. c. cum tibi. vers. ulti.* Et ex illo *c. cum tibi.* potes colligere, qd qui extremam Voluntatem committit dispositioni alterius, non decedit Intestatus. Dic ut ibi per *Imo.* & alios.

c *Solutis debitis.* Ære namque alieno deducto, quæ supersunt *bona* dicuntur. ff. *de verbo sig. l. subsignatum. §. bona.* ubi in *Glo.* sunt plures Concordantiæ.

Quæ dicantur piæ Causæ.

d *Pias causas.* Utputà, inter personas miserabiles, viz. Pupillos, Viduas, Peregrinos, & Pauperes auxilio proprio destitutos; item ratione morbi vel ætatis expositos: facit 77. *di. c. 2. & per totum.* dum tamen prædictæ Personæ pauperes sint, & non divites. *Extra. de offi. del eg. c. significantibus.* & ibi per *Jo. An. in 4. glo. et 5.* Et prædicta locum habent respectu Personarum; respectu verò Locorum potes ponere exemplum. *extra. de testa. c. fi. et in l. si quis ad declinandam. & l. Orphanotrophos. C. de Epi. & Cle. extra. de veli. do. c. de Xenodochiis. et c. seq. 23. q. ult. c. quamvis. et l. sancimus. C. de sacrosanc. Eccle. & ibidem l. illud. et l. unica. C. de mendic. vali. li. 12.* Inter pias etiam Causas numerantur quæ relinquuntur ad custodiam Civitatis. *Ar. extra. de immu. Ec. c. 1 & 2.* Item ad refectionem Pontium, Viarum, Murorum, & Fossatorum Civitatis, Castrorum, & similia; maximè ubi necessitas imminet. *C. de sacrosan. Eccl. l. ad institutionem. C. de ope. pu. l. omnes Provinciarum. cum similibus.* Item ad pias Causas numerantur Legata ad Ornamenta Ecclesiæ, vel pro ejus Fabrica, vel pro Luminaribus, vel Anniversariis, vel aliis ad Divinum Cultum temporalem vel perpetuum spectantibus. *Extra. eo. ti. c. fi.* Et idem est, secundùm quosdam, in his quæ legantur pro emendandis Forefactis. Circa quod vide notata *per Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. de hoc autem quæritur.* Et nunquid Legata pro malè ablatis discantur Legata ad pias Causas, vide notata *per Jo. An. in addi. ad Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. add. iniquæ sic incipit. de his infra.* Ad pias etiam Causas legatur generaliter ubicunque legatur pro Anima: In quo casu valet Legatum Patri & Matri pro Anima relictum, dummodo sint pauperes. *C. de Epis. & Cle. l. si quis ad declinandam. ver. ubi autem. et ver. quis enim pauperior.* Si verò divites sint, non videtur tale Legatum relictum ad pias Causam. *C. de sacrosan. Ec. l. illud.* Prædicta colliguntur *per Spe. d. §. nunc verò aliqua. ver. et scias. cum addi. Jo. An. ibi positis.*

e *Personis.* Sive Masculis, sive Fœminis.

f *Decedentium.* Hic oportet distinguere inter Clericos decedentes ab Intestato, & Laicos; Item inter Clericos Beneficiatos, & non Beneficiatos. Et scias, qd quoad Clericos Beneficiatos decedentes ab Intestato, de Jure communi bona occasione Beneficii provenientia debentur Successori. *Extra. eo. relatum. 2. §. nomine.* Alia verò bona, quæ habuit Clericus contemplatione Personæ, priùs deferuntur Consanguineis, ut hic dicit, & illis deficientibus succedit Ecclesia. *12. q. ulti. ubi de hoc. & q. 3. c. quicunque.* Et sic debet intelligi *Extra. de suc. ab intestato. c. 1.* In Clerico autem non Beneficiato si decedat Intestatus, idem est quod dixi in Clerico Beneficiato quoad bona sua propria, quæ habet non contemplatione Ecclesiæ, sed Personæ; ut videlicet primo succedant Consanguinei, sive sint Agnati, sive Cognati: & facit ad idem *C. de hæ. decur. l. 1. 2. & 3.* His deficientibus succedit Uxor, si quam habuit. *C. de Epis. & Cle. l. si quis Presbyter. C. unde vir & uxor. l. unica.* Omnibus verò prædictis deficientibus succedit Ecclesia, sicut patet in dicto *c. 1.* Si tamen talis Clericus priùs fuerit servus, tunc bona sua debent dividi in quatuor partes. *Extra. de succ. ab intestato. c. 2.* In Laico autem decedente ab Intestato, deficientibus Consanguineis & Uxore, succedet Fiscus. Unde breviter scias, quòd in successione ab Intestato prima Causa est Liberorum, secunda Ascendentium cum quibusdam Collateralibus si extent, tertia Transversalium. Primæ duæ in infinitum protenduntur, tertia usque ad decimum gradum protenditur, sive sint Agnati, sive Cognati. *Instit. de legit. Agna. suc. in fi.* Istis autem deficientibus, si extat Uxor defuncti, ipsa succedet; post eam Fiscus. *C. unde vir & uxor. l. unica.* Excipiuntur tamen quidam casus, quibus alii præferuntur Fisco. Puta, decedit Miles, Navicularius, Coherralis, vel Fabricensis. *C. de hæred. Naviculor. per totum.* Item Socius Libertatis Imperialis. *C. si sub. li. imper. sine hæred. l. 1. li. 10.* Sic etiam in bonis Clerici Intestati, deficientibus prædictis, Ecclesia præfertur Fisco. Præmissa colliguntur ex dictis *Petri de Ancharano. extra. de suc. ab intest. super Rubrica.* qui remittit ad *Cy. C. communia. de succes. l. itaque.* Et quoad Ecclesiam, quòd in casibus præmissis præfertur Ecclesia Fisco in bonis Clerici, notat idem *Petrus. eo. ti.* videlicet *de suc. ab intestato. c. sancta. ver. 7. nota. ad finem.*

g *Consanguineis.* Hæc dictio generalis est, tam quoad Clericos, quàm ad Laicos. Et nota, quòd Clerici etiam viventes tenentur providere Consanguineis suis pauperibus, ut notat *Gl. de cohab. Cle. & mulie. c. 1. ver. subministrent.* Unde & eis mortuis debet de eorum bonis ipsis subveniri, ut patet ex præcedentibus. Facit ad hoc ff. *mandati. l. si mandavero. §. si tibi. 86. di. non satis.* Et qui dicantur *Consanguinei*, patet per *Hostien. in summa. ti. de consangui. & affi. §. 1. et 2. et per totum.* & patet ex dictis in *Glossa præcedenti*, ff. *de suis & legit. hæc. l. 2. §. si.*

h *Servitoribus.* Sc. secundùm Servitii meritû, argumento eorû quæ leguntur *extra. eo. c. relatum. 2. §. licèt autem ubi servierant.*

i *Propinquis.* Horum appellatione qui contingentur, potest colligi *C. de emen. propin. per totum.* Et potest dici *propinquus*, sive ratione sanguinis, sive ratione loci, secundùm *Jonacensem.* *Propinquus.*

k *Aliis.* Etiam Extraneis, dummodo sint pauperes.

l *Defunctorum.* Sive Clericorum, sive Laicorum.

m *Distribuant.* Sic quòd non totum uni, sed singulis, prout opus habent, & secundùm †qualitatem bonorum. *12. q. 2. Valterana. ad fi. cum 2. c. seq.* †*Al. Quantitatem.*

n *Nihil inde.* Simile habes *C. de Epis. et Cle. l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. C. de Donat. l. si quis pro redemp.* ibi, *omnem quantitatem &c.* Et facit ad rem *extra. eo. si. c. tua nos.* *Quæstio.*

o *Sibi.* i.e. Ad usum suum proprium. *Concor. ad hoc C. de sacrosan. Eccle. Auth. quibuscunq; ff. de offi. Præf. l. 3.* Nam sibi aliquid retinendo redderet se suspectum; ergo id, ex quo suspicio nascitur, non potest dici sibi permissum. ff. *de falsis. l. si quis legatum. & l. uxori. C. de excus. tu. l. pietatis.* Contrà tamen facit *C. de sacrosan. Eccle. Authen. si quis mulier. Auth. de sanctiss. Epis. §. Diaconissam. coll. 11.* ff. *de colla. bo. l. 1. §. fi. Fac. de Are.* sic distinguit, aut Executor est solus, aut sociatus: primo casu non potest sibi aliquid retinere, nec forte Personæ sibi valde conjunctæ. *89. dist. decemer. 10. q. 2. hæc usur. in fi. et dicta Authen. quibuscunque. extra. de insti. c. fi.* ff. *de jurisdi. om. judi. l. qui jurisdictioni.* Et hoc verum, nisi ille conjunctus sit summè pauper. *Ar. ad hoc 76. dist. pasce.* Secundo casu poterit, ut prædicta *l. qd si uno.* ff. *qd cujusque univer. l. nulli. & l. planè.* ff. *de adop. l. si pater. §. qui duos.* Sic notatur per *Jo. An. in addi. ad Spe. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed quid erit in Prælato. addi.* quæ incipit, *continuatur hic alia.*

Sed hic quæro, cùm hoc Ordinarium sit, quòd Consanguinei & Propinquis distribuantur bona decedentium ab Intestato, nunquid Ordinarius possit, aut teneatur, de Jure, aliquam partem hujusmodi bonorum distribuere inter filios Defuncti Spurios, vel Bastardos? *Jo. An. in addi. præalle.* dicit, quòd de quota aliqua Jure Filiationis nihil sibi debetur. Talibus tamen tanquam pauperibus, qui nihil per delictum paternum demeruerunt, per viam Eleemosynæ potest provideri. Facit ad hoc *Extra. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. c. cum haberet.* & quid ibi notatur in *fi. ulti. glo.* de aliis quæstionibus, quæ concernunt Executores legitimos, vide *per Spec. in d. §. nunc verò aliqua. vers. Item circa legitimos. usque ad vers. illud etiam quæritur. cum addi. Jo. An. ibi positis.* Unum tamen nota, quòd Executor talis legitimus tenetur de bonis Defuncti facere Inventarium, & de eorundem dispensatione reddere rationem; sicut planè legitur *C. de Epis. et Cleri. l. nulli. §. cum autem.* Inferiores viz. Ordinarii coram Episcopo, Episcopus coram Archiepiscopo, qui in hoc gerit vices Rectoris Provinciæ, de quo loquitur ibi Textus. Archiepiscopus autem de Administratis per eum coram suis Confratribus in Concilio Provinciali reddet rationem; non tamen ab eis, si quid suspicionis foverit, redarguendus est, sed suo Superiori, viz. Papæ super hoc denunciandus.

denunciandus. *Ar.* eorũ quæ leguntur & *no. extra. de Præben. grave.*

a *Nisi forsitan.* 3. dictum. Et nota, quòd hæc dictio, *forsitan*, potest sumi affertivè: sic aliàs sumitur *Extra. de renunc. c. nisi cum pridem. §. pro conscientia.* & ibi per *Ber. in ver. forsitan.* Potest etiam legi dubitativè, sicut aliàs sumitur in *c. magna. de re. & re.* ubi de hoc in *glo. verſ. forſitan.*

b *Rationabile.* Ista Rationabilitas taxatur *infrà. eo. c. proxi.* ibi videas.

c *Retinendum.* Est enim regulare, qd pro debito naturali, ubi non datur Actio, potest quis uti Jure retentionis. *ff. communi. di. l. in hoc judicium.*

d *Sub pœna.* 4tũ dictum.

e *Ecclesiasticos Judices.* Intellige de Inferioribus Episcopo; nam Episcopi hæc pœnâ non ligantur, eò qd de eis non fit mentio specialis. *de sen. Excom. c. quia periculosum. li. 6.*

f *Ipso facto.* Et sic pœna est sententiæ latæ.

g *Donec.* Pro ista Clausula quid importet, vide *supra. de foro compe. c. 1. ver. donec.* & *ver. satisfecerint.*

h *De præmissis.* sc. Impedimentis quoad Executores, de quibus dictum est in principio Capituli. Item de usurpatione bonorum decedentium ab Intestato, ut patet in *ver. necnon.*

i *Satisfecerint.* sc. In primo casu, restituendo bona his ad quos pertinet distribuenda. In secundo casu, distribuendo ipsa bona, ut hic mandatur.

k *Competenter.* Circa hoc vide quæ scripsi *supra. de foro compe. c. 1. ver. competenter.*

Pro Approbatione & Insinuatione Testamenti nihil usurpet Superior; pro labore autem Scribæ justam duntaxat Mercedem: quæ si supra viginti & circa centum Solidorum sit bonorum summa, non excedat XII Denarios, sed pro ratione istic assignatâ computetur. Similiter ultra centum Librarum Summã erit hic assignata Mercedis ratio, quam excedens, ad dupli restitutionem cogatur.

Idem.

1 Adeò quorundam, m & nisi forsan aliquid b rationabile pro ipsorum Ordinariorum labore fuerit c retinendũ, d sub pœna Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, quam e Ecclesiasticos Judices in contrariũ facientes incurrere volumus f ipso facto, g donec h de præmissis i satisfecerint k competenter.

---

1 *Adeò quorundam.* Hæc est Constitutio ejus cujus & præcedens, & habet quatuor partes. In prima tanxat quid recipi vel non recipi debeat pro Insinuatione Testamentorum. In secunda ibi, *Quod si aliquod*, taxat quid recipi debeat per laborantes circa Auditionem Computi secundùm minus & majus. In tertia ibi, *Si verò quicquid*, adjicit pœnam contrafacientibus. In quarta ibi, *In ipsa*, limitat tempus dandi Acquietantias super Administratione.

m *Et infrà.* Hic decidituꝛ causa movens editionem hujus *Statuti*, quæ satis patet in integra.

n *Pro Probatione.* i.e. Probationum receptione.

o *Approbatione.* i.e. Decreti super valore Testamenti prolatione.

p *Insinuatione.* i.e. Apud Acta Judicis Publicatione vel Transsumptione. *C. eo. ti. l. publicati.* ubi de hoc, & dicti *supra. eo. c. item quia locorum. ver. insinuationem.*

q *Quorumcunque.* Sive Divitum, sive Pauperum, sive Procerum, vel Plebeiorum.

r *Ordinarios.* Loquitur itaque de ipsis Judicibus, quos vult suum Officium impendere gratis: & concordat in simili *C. de Epis. et Cleri. l. nulli. §. cum autem. C. eo. ti. l. Consulto Divalia.*

s *Omnino.* i.e. Ullo modo: de hac dictione, *omnino*, habes *extra. de jureju. c. et si Christus.* ibi, *dico vobis non jurare omnino*, ubi exponitur *omnino*, i. e. pro quacunque causa levi. Aliquando exponitur *omnino*, i. e. nullo modo. *ff. de fidejuss. l. Græc. §. illud.* Sed ibi sic exponitur, quia negatio subsequitur, dum dicit, *omnino non obligari* secus esset, si negatio præcederet. Item concordantias de hac dictione *omnino* ponit *Archi. de elect. c. licet Canon. ver. omnino. li. 6.*

t *Per Clericos. Verſ.*

v *Insinuationes hujusmodi.* Ex hac litera apparet Approbationem & Insinuationem supponere pro eodem, viz. pro Actu Publicationis ipsius Testamenti: aliàs, si ponerentur ut diversa, repeteret quod priùs dixit de Approbatione. Hic tamen advertę, quòd Clerico scribenti hujusmodi Insinuationes limitat pro labore tantùm VI. Denar. Nunquid ergo si contingat Testes in Probatione Testamenti examinari; & oporteat eorum Depositiones scribi, contentabitur Clericus scribens tantùm VI Denariis? Puto quòd non: imò secundùm quantitatem laboris fiet sibi Remuneratio: & idem intelligo, si Testamentum prolixum sit in scriptura, & ipsum oporteat Registrari, ut viz. etiam tunc Registrarius pro suo labore congruam Remunerationem recipiat. *Ar. ad hoc Authen. de judi. §. in causis. ll. 12. q. 2. c. Ecclesiasticis. C. de offi. præfec. Prætor. l. in nomine Domini. §. penul.* Et notabiliter ad hoc facit quod legitur in *Extravag. Jo. 22. cum ad sacrosanctæ §. si verò eisdem.*

x *Seu Denarios.* Hæc Summa limitatur ad certum, ut evitetur difficultas conveniendi cum Notario, qui alias circa hoc se gravem exhiberet. *de rescrip. c. statutum. §. Notarium. li. 6. C. de jure fisci. l. sacrarum. li. 10.* Si quæras quare Constitutionis Lator ad hanc Summam taxavit, & non ad ampliorem vel minorem; Respondeo, quia sic sibi placuit, unde est pro ratione voluntas. *ff. de constit. prin. L. 1.* sic talem Summam pro labore arbitratus est sufficere. *Ar. C. de temp. in integ. resti. l. supervacuum.* Sed quæro, cujus sumptibus satisfiet Clericis hujusmodi scribentibus? Dic quòd sumptibus eorum qui procurant hujusmodi Insinuationes fieri, saltem de bonis Defuncti. *Ar. ad hoc C. de jure deli. l. scimus. §. in computatione.* *Quæstio.*

y *Qd si aliquod.* Secunda pars.

z *In Computo.* sc. Numeratione, sive calculatione Summarum bonorum contentorum in Inventario.

a *Triginta Solidorum.* sc. Usualium de Moneta *Angliæ.*

b *Excedere.* Sic ergo in Summa XXX Solidorum, vel minus, non habet locum, qd hic dicitur; sed usque ad summam illam erunt computantes liberi.

c *Centum Solidos.* sc. Usualis Monetæ: & sic intellige per totum hoc Capitulum. Est tamen verum, qd *l. Consulta Divalia. C. eo. ti.* loquitur de centum Solidis non usualis Monetæ, sed legalibus; qui Solidi, in quibus differunt, dixi *supra. eo. ti. c. Item quia locorum. ver. solidos.* sed plenius *supra. eo. c. statutum. §. Testamentis. ver. Laicis.*

d *Pro Computo.* i.e. Auditione Computi, vel actu computandi, agendis omnibus sive in Jure sive in facto consistentibus.

e *Circa ipsum.* sc. Computum. Sed quid si in Auditione Computi imminet ei Citatio alicujus vel aliquorum facienda, forsan ex Decreto eorum qui sunt Auditores & Judices Computi: nunquid licebit his, quorum interest, pro talibus aliquid ultra Summam hic limitatam recipere, viz. ultra XII Denar. de quibus *infrà* sequitur? Æstimo quòd sic; quia hæc potiùs concernunt rationem Computi extrinsecam quàm intrinsecam, maximè cùm Computus de se non sit perfectus neque plenus. Hæc namque Constitutio habet intelligi de Computo pleno & perfecto, aliàs autem nihil actum esse dicetur. C. *ad Sylle. l. cum ad Syllenium.* Nam Legislator non videtur de re imperfecta sensisse, ut ibi patet. Censor, habes ad idem eadem *l. in glo. ulti.*

f *Acquietantiarum.* De materia Acquietantiarum videre poteris notata per *Cy. C. de transac. l. sub. prætextu. ver. juxta præmissa quæro. & C. de excep. l. si ex majore. per eundem, et dicam infrà. eo §. ulti*

g *Aliis quibuscunque.* Hæc Clausula generalis comprehendit omnes casus, de quibus Constitutionis Lator non potuit providere in specie; nam in Constitutione aliqua non possunt singuli casus occurrere valentes comprehendi. *ff. de legi. l. non possunt.* Potes tamen illud intelligere pro Membrana, pro Cera, pro Sigillo, & aliis, sine quibus talia expediri non possunt.

h *Episcopi.* De his principaliter loquitur, quia eorum circa prædicta principaliter versari debet Officium, ut patet in pluribus locis superiùs allegatis.

i *Ordinarii.* sc. Inferiores Episcopo.

k *Deputati.* i. e. Commissarii.

l *Ab eis.* sc. Episcopis, vel inferioribus Ordinariis, juxta ea quæ dixi *supra. eo. c. statutum. §. testamentis. ver. approbatis. ver. sed nunqd.*

m *Audientes Computum.* i.e. Auditores forsan ad hoc deputati.

n *Ministri alii.* Utpotà, dictorũ Ordinariorum, Commissariorũ, vel Auditorũ Clerici servientes, vel alii in talibus experientiam & praxim habentes. *Ar. ad hoc. C. de judi. l. certi juris.*

o *Computis.* i.e. Calculationibus.

p *Intendentes.* i.e. Operam dantes.

q *Ultra duodecim.* Minus tamẽ licet recipere. *C. de dila. l. 1.* maxime

ximè ubi Partes conveniunt de minori Summa. *Ar. ff. de no. ope. nunci. l. 1. §. inde quæritur.* Sed si non conveniant, ad minus deberur ista Summa.

a *Recipere.* Etiam à gratis offerente. *Ar. ad hoc de censi. c. exigit. de rescrip. §. Statutum. §. si quis autem. li. 6.*

b *Si verò. Vers.*

c *Minus tamen.* Si ad modicum *minus* se extendat, bene poterit locum habere quod hic statuitur. *Arg. de con. di. 2. c. revera. ff. de in integ. resti. l. scio. ubi de hoc.*

d *Alii prædicti.* sc. Auditores, Commissarii, vel etiam Episcopi.

e *Labore.* sc. In audiendo hujusmodi Computum, & vacando eidem.

f *Aliis suprascriptis.* i. e. Quomodolibet agendis.

g *Penitus.* i. e. Prorsus ex toto. Sic aliàs sumitur *de offi. ordi. c. ordinarii, ver. penitus. per Jo. An. de Cleri. agro. c. unico. per Archi. li. 6.*

h *Sed si viginti. Vers.*

i *Literis.* sc. Acquietantiarum.

k *Si verò Summam. Vers.*

l *Non præsumant.* Sed quid si Inventaria hujusmodi excedunt centum Libras? Dic quòd tunc pro singulis Summis excrescentibus servabitur Ordo prædictus, quousque deveniatur ad alias centum Libras, & sic de cæteris; utrobique namque est eadem ratio, unde idem erit Jus. ff. *ad l. Aquil. l. illud autem. de pace jurà. fir. §. ultimo. extra. de constit. utili. c. cum dilecta. §. nos igitur.*

m *Clericis tamen. Vers.*

n *Acquietantiarum Literis.* Contra hoc videtur esse litera, quæ ponitur *suprà. in prin.* ibi, *Acquietantiarum literis &c.* Solutio. Litera debet intelligi inquantum concernit Episcopos, Ordinarios, Commissarios, Auditores, aut alios Ministros, quibus forsan ex suo Officio incumbit tales Acquietantias concedere & sigillare: hic loquitur inquantum concernit Clericos scribentes, quorum labor non erit sine Mercede. *C. de prin. agen. in rebus. l. agentes. li. 12.* & dixi *suprà eo. ver. insinuationes hujusmodi. ad fi.*

o *Accipere.* Non dicit quantum, sed moderata debet esse talis acceptio, ut sc. quantitas recipiendi moderetur, & commensuretur secundùm quantitatem laboris. Non enim debet recipiens esse onerosus, nec solvens nimis parcus, juxta illud, "Onerosus Creditor, nec delicatus Debitor audiendus est. ff. *de pig. act. l. si servus. in fi.* Debet enim in talibus attendi quod solitum est fieri. *de offi. ordi. dilectus. de sen. Excom. venerabili. §. denique. li. 6. cum similibus.* Stylus namque & Consuetudo Curiarum, & locorum singularium servanda sunt. *Ar. optimum ad hoc C. de jur. immu. l. 1. §. Sed si quæ. & de constitu. ex literis. ubi de hoc per Hostien. de crimine fal. c. quam gravi. & per Inno. de offi. leg. quod translationem.*

p *Si verò quenquam.* Tertia pars.

q *Duplum.* Simile habes *de censi. c. 1. §. caveat. li. 6. & c. exigit. eo. li.* Et in hoc duplo forsan inerit aliquod simplum, illud sc. quod ultrà recipit. Facit ad hoc *de censi. c. Procurationes. in fi. ubi de hoc in glo. ultima.* Et faciunt ad hoc notata *per Doctor. c. plerique. de immuni. Eccle.* Ibi tamen dicit *Innocen.* quòd illud quod injustè receptum est, restitui debet illi à quo receptum est. Illud autem, quod adjicitur per viam pœnæ, habebit Ecclesia; & sic secundùm hoc in duplo inest simplum: litera tamen hujus Constitutionis videtur innuere, quòd istud duplum totum retinet nomine pœnæ, dum dicit, *duplum ejus quod recepit.* Et ad istud facit *Insti. de oblig. quæ ex malefi. nasc. §. fi.* Huic tamen qd primò dictum est videtur *concor. ff. de publi. & vectiga. l. hoc Edicto. §. quærentibus.* ubi dicit *Bart.* qd quando Statutum dicit, quòd aliquis solvat *duplum*, tunc unum est simplum rei persecutorium, & aliud pœnale. Ubi verò loquitur in materiis merè pœnalibus, duplatur illud quod erat simplandum. ff. *quod me. causa. l. si cum exceptione. §. 1. & §. quadruplatus.* Et illud simplum in dubio inest duplo, ut patet *d. §. quærentibus.*

duodecim Denarios [a] recipere non præsumant. [b] Si verò centum Solidorũ Summa aut ultra, [c] minus tamè viginti libris dicta contineant Inventaria, Computis intendentes, & [d] alii prædicti, pro ipsorũ [e] labore, Acquietantiarũ Literis, & [f] aliis suprascriptis, triũ Solidorum perceptione [g] penitus sint contenti. [h] Sed si viginti Libras aut ultra, minus tamen sexaginta librarũ summam habeant, ultra quinq; Solidos pro labore, [i] Literis, & scripturis aliis, non admittant. Si verò [†] quadraginta Librarũ aut amplius, minus tamè centũ Librarũ summa attingant hujusmodi Inventaria, decẽ Solidos pro præmissis recipiat, & non ultra. [k] Si verò summa centũ Librarũ vel amplius, dicta cõtineant Inventaria, minus tamen centũ quinquaginta Libris summa contineant, ultra viginti Solidos pro prædictis recipere nõ [l] præsumant. Sicq; ad ulteriora ascendendo, sive procedendo, pro singulis quinquaginta Libris excrescentibus præter & ultra dictos viginti Solidos, alios decem Solidos recipiant, & non amplius. [m] Clericis tamen pro singulis [n] Acquietantiarum Literis, quas scribunt in hac parte, ultra præmissos sex Denarios [o] accipere permittimus pro labore. Si [p] verò quenquam in aliquo casuum prædictorum ultra summam prætaxatam, quavis cautela in pecunia numerata, seu rebus aliis contingat accipere, [q] duplum ejus quod recepe-rit ultra Fabricæ [r] Cathedralis Ecclesiæ [s] loci infra [t] Mensẽ [u] reddere teneatur. [x] Alioquin [y] extunc [z] Episcopi duplum ipsũ ultra prædictum [a] tempus [b] restituere differentes, sciant [c] ingressum Ecclesiæ eis esse [d] interdictum. [e] Inferiores verò ab [f] Officio & Beneficio noverint se [g] suspensos, [h] quousq; de duplo hujusmodi dictis Cathedralibus Ecclesiis [i] plenariam satisfactionem impendant. [k] In ipsa verò Probatione, Approbatione, vel Insi-

† *MS. Æton.* Sexaginta.

r *Cathedralis Ecclesiæ.* Videretur potius hoc fore restituendum ei à quo malè receptum est. *de censi. c. exigit.* Dici potest, quòd illud malè receptum restitui debet, residuum verò applicabitur Ecclesiæ Cathedrali nomine pœnæ, secundùm *Inno.* qui sic sentit *de immuni. Eccle. c. quia plerique. ver. pauperibus.* Et ad hoc optimè facit iste Textus ejusdem *c. & in c. Procurationes. extra. de censi.* Ista tamen litera videtur innuere, quòd totum istud duplum applicabitur Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis; unde tunc oportet dicere, quòd propter hoc duplum, simplum, etiam malè receptum, est restituendum; aliàs peccatum non dimittitur, ut *in re. jur. peccatum. li. 6.* maximè ubi Persona recipiens novit à quo vel à quibus recepit. Circa hanc materiam sc. malè receptorum, quomodo quis teneatur ad restitutionẽ, notatur optimè *de immuni. Ecc. c. quia plerique. per Inn. & de pœni. & remis. c. fi. per Hostien. in summa.*

s *Loci.* sc. Ipsius recipientis. Vel dic, *loci*, sc. in quo aliquid tale malè receptum est. *Ar. de foro compe. c. 1. §. contrahentes. cum glo. Docto. ibi positis. li. 6.*

t *Infra mensem.* Simile habes *de censi. c. exigit. li. 6.*

u *Reddere.* Quomodo differunt *reddere* & *dare*; potes colligere ff. *depositi. l. 1. §. eleganter. ff. de statuli. l. Stichum. §. si heres.* Unum tamen pro alio quandoque ponitur. *Extra. de decimis. c. 1. ver. decimarum. circa medium. per Archidia. li. 6.*

x *Alioquin.* sc. Si non reddat.

y *Extunc.* sc. Lapso Mense. ff. *de condi. & demon. l. 4.*

z *Episcopi.* Horum nuncupatione continentur & Archiepiscopi, ut *no. Jo. An. de sen. Excom. c. quia periculosum. ver. de Episcopis. li. 6. ibi videas.*

a *Tempus.* sc. Mensem.

b *Restituere.* Prius dixit *reddere*: & simile habes in *c. exigit. prædic. de censi. li. 6.* In casu tamen nostro stat impropriè, ut satis patet, cùm non loquatur de Persona à qua receptum est.

c *Ingressum Ecclesiæ.* Cum talibus enim incipiendum est primò à leviori pœna. Cui *concor. de offi. deleg. c. 2. li. 6.*

d *Interdictum.* sc. Ipso facto: unde si interim celebrent in Ecclesia sicut priùs, efficiuntur Irregulares: & si moriantur, non debent sepeliri in Ecclesia, nec in Cœmeterio. *de sen. Excom. c. is cui. li. 6.*

e *Inferiores.* Ex hoc, quod hic sequitur, potes colligere, quòd magis punitur minor quàm major. Pro quo dic ut *no. per Ber. & alios de jurejur. c. cum quidam.*

f *Officio & Beneficio.* Sufficisset dixisse solùm *ab Officio.* Nam suspensus ab Officio, per consequens suspensus est à Beneficio. *6. q. 1. si quis Presbyter. de app. c. pastoralis. 32. dist. eos.* Tu dic circa hoc ut dixi *suprà. de constit. c. 1. super eo. ver. ad fi.*

g *Suspensos.* Unde si interim celebrent ut priùs, efficiuntur Irregulares, nec possunt absolvi ab alio quàm à Papa. *de senten. & re judi. c. cùm æterni. de sen. Excom. cum medicinalis. li. 6.*

h *Quousque.* Et sic factâ restitutione statim sunt absoluti. *81. di. si qui. cum suis concor. de sponsa. c. non est.* & sic *no. Jo. An. de censi. c. exigit. ver. quousque. li. 6.* Et hoc verum intellige, quòd non requiritur sententia Absolutionis. Sed quia potest esse dubium, an satisfecerit necne, ideo super hujusmodi satisfactione necessaria est Declaratio. Circa quod vide quæ scripsi *suprà. de foro compe. c. 1. ver. satisfecerint.* ibi, *plenè.*

i *Plenariam.* Simile habes *de censi. c. exigit. li. 6.* ubi est omnino consimilis Litera.

k *In ipsa verò.* Quarta pars. Et dic, *in ipsa*, i. e. in ipso Actu Probationis vel Insinuationis.

a *Postea.*

nuatione Testamentorũ quorumcunque, vel [a] postea, [b] ante Administrationis Computorum redditiones [c] fideliter factas, [d] Acquietantiarum Literæ Testamentorum Executoribus nullatenus concedantur sub pœna [e] Suspensionis ab ingressu Ecclesiæ per sex [f] menses, quam contrafacientes incurrere Volumus ipso facto.

a *Postea.* i. e. Incontinenti, sive ex intervallo.

b *Ante.* Sume quod est *infrà. redditiones &c.* Esset enim quædam inconvenientia aliquem liberare à Computo, qui nullum vel minus plenum Computum reddidit.

c *Fideliter.* i. e. Plenariè. *Extra. eo. c. cum in tua.* Ut sic dictio *&*, ibi posita, ponatur pro *id est*, & sic stat expositive. Ille namque, qui tenetur Rationes reddere, tenetur etiam de reliquis respondere. ff. *de condi. et demon. l. quamvis.* Et hoc verum intelligas in Executore particulari, secus in universali, qui est in loco Hæredis; ut dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. reddere rationem.* & §. *testamentum. ver. effectum. ad fi. glo.* & *eo. ti. c. statuimus. ver. propriis suis bonis.* Sed quæro, nunquid Ordinarius poterit talem Executorem liberare à Computo sine Rationis reddenda? Videtur quòd sic, sicut alias de confectione Inventarii dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. inventarium. ver. Ordinarius etiam.* Et sic per consequens poterit eum acquietare, Computo non recepto. Æstimo tamen contrarium esse verum; nam si Testator non possit liberare Executores à Ratione reddenda, ut legitur *Extra. eo. c. tua nos.* & dixi *supra. eo. c. Religiosa. ver. rationem.* multò minùs Ordinarius hoc poterit: ratio est, quia esset contra Jus publicum. ff. *de adim. tu. l. quidam decedens.* ff. *de testa. tu. l. jure nostro. cum similibus.* Redditio namque Rationis non solùm concernit Ordinarium, sed alios quorum interest; ut dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. Ordinarius.* Aliàs, si Rationis redditio posset remitti, de facili daretur Executoribus via omnia retinendi & sibi appropriandi, contra illud quòd legitur *extra. eo. c. tuas nos.* ibi, *aliis usibus &c.* Facit *Insti. vi. bo. rap. §. Sed ne dum talia. de diver. quarto. §. penul. cum similibus.* Sic videtur sentire *Hostien. d. c. tuas nos. ver. testatoribus.* Dicit tamen, quòd ubi Executor ex voluntate, & non ex necessitate sumit in se tale onus, non tenetur ad Rationem, nisi ex bono & æquo Judicis arbitrio faciendam. *Ar.* ff. *de min. test. l. qui filium. ad fi.* ff. *de lib. leg. l. Aurelius. §. filias. ad fi. et l. creditor. §. inter cætera.* Et præmissis adde quæ dixi *supra. eo. c. Religiosa. ver. rationem.* Sed ecce cùm Executor teneatur fideliter administrare bona Defuncti, & eis reddere Rationem, ut hic dicitur, & talis redditio Rationis, ut regulariter, fieri debet Administratione impletâ, ut dixi *supra. eo. c. statutum. §. inhibemus. ver. reddere rationem. ver. si scias.* Quæro, infra quod tempus debet compleri talis Administratio? Circa cujus Quæstionis Solutionem dicunt aliqui, quòd hoc debet fieri secundùm qualitatem injunctæ Executionis, & sic non est dare tempus certum. Alii dicunt, quòd debet fieri infra Annum à die Administrationis receptæ. *C. de Epis. et Cle. l. nulli. §. cum autem.* Tertia Opinio est, quòd Annus debet computari à die factæ Monitionis per Episcopum de exsequendo. *Auth. de Eccle. titu. §. si autem quo facere. de hæred. & falsi. §. si quis non implens. extra. eo. c. nos quidem.* Quarta Opinio est, quòd hoc tempus relinquitur Judicis arbitrio. *Ar. c. de causis. extra. de offi. deleg.* ff. *de jure deli. l. 1. Petrus de Ancharano dicto c. nos quidem.* dicit, quòd ubi tempus est illimitatum per Testatorem, tunc illud tempus currit à tempore adítæ Hæreditatis & scientiæ. ff. *de statuli. l. statulib. §. si quis heres.* Aliàs autem ubi tempus non est limitatum, debitus Terminus per Episcopum ad implendum piam Voluntatem Testatoris, & tunc tempus currit à die Monitionis; ut *dicto §. si quis non implens. Fredericus de Senis* dicit, quòd hoc tempus erit Annale tantùm; ut *dicto c. Nos quidem.* nisi ille, ad quem pertinet, fuerit justâ causâ impeditus: & sic ipse notat *Consilio 124.* & circa hoc vide notata per *Specu. ti. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. in ver. illud etiam quæritur.* & ibi per *Jo. An. in add.* quæ incipit, *Hic nimirum vide.* potes videre quales Expensæ allocari debent Executoribus in redditione Computi.

d *Acquietantiarum Literæ.* De his dedi Remissiones *supra. eo. c. ver. Acquietantiarum.* Sed pone, quòd de facto Ordinarius ante Rationes fideliter redditas, dicit Executoribus Acquietantiam generalem de ulteriùs non reddendo Rationem, in quo valet talis Acquietantia? Dic, quòd valet quoad ea quæ prius fideliter Administrata sunt, & in Computum deducta, dum tamen dolus & fraus absint. Nam aliàs in generali Quietatione non veniunt Gesta per dolum vel fraudem: ff. *de libe. lega. l. Lucius.* & *l. Aurelius. in fi.* nisi etiam dolus expressè sit remissus; ut in *l. actione. C. de transac.* Et hoc verum est, ubi talibus Executoribus aliquid adest; quia forsan aliqua de bonis Defuncti subtraxerunt, vel aliqua retinent, & sic sunt in dolo: nam tunc ad talia non extenditur talis Acquietantia, ut *dicta l. Lucius.* & ff. *de pactis. l. tres fratres.* Si verò nihil eis adest, tunc dolus videtur remissus. Et sic intellige *Glossam* quam habes *dicta l. actione. C. de transac.* ubi verò talis Acquietantia concernit Administrationem futuram, nunquam potest intelligi remissus dolus, etiamsi hoc sit expressum. Facit *l. si unus. §. illud.* ff. *de pactis.* & *l. quidam decedens.* ff. *de admin. tu.* & sic stat *l. si quis rationes.* ff. *de liberat. lega.* Immo non obstante tali Acquietantiâ, tenetur ex bono & æquo reddere Rationem, ut prædixi *supra. glo. proxima.* Hanc materiam habet *Bart.* ff. *de lib. leg. l. ab Aurelio. §. Gaius.* & notatur *per Petrum de Ancharano. extra. eo. c. Johannes. ver. quinto quæro.* & *alii ver. sequentibus.*

e *Suspensionis.* Hanc pœnam in hoc casu non incurrent Episcopi, eò quòd de eis non fit mentio specialis, ut patet in *c. quia periculosum. de sen. Excommuni. li. 6.*

f *Sex Menses.* Incipiendo hos sex Menses post Literas hujusmodi realiter concessas. Nam pœna quæ ipso Jure infligitur, non committitur ex delicto inchoato, sed consummato; sicut notatur *de Regu. Ju. c. in pœnis. per Jo. An. in Novel. li. 6.* ubi de hoc optimè.

De Sepulturis.

Nullus Ecclesiasticus permittatur apud Defunctum, nisi sit Consanguineus Psalterium dicturus, sub majoris Excommunicationis pœna.

Johannes Stratford.

[g] Quia sæpe, *& infrà.* [h] Statuimus in nostra Provincia, quòd peractis à viris [i] Ecclesiasticis mortuorũ [k] memoriis, [l] nulli [m] in privatis domibus, in quibus mortuorum corpora usque ad [n] Sepulturam [o] frequenter [p] requiescunt, de cætero [q] recipiantur ad [r] consuetas [s] nocturnas [t] vigilias peragendas, [u] defunctorum [x] amicis, *Qui dicantur Amici.*

g *Quia sæpe.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford Cantuariensis* Archiepiscopi, & habet tria dicta. In primo ponitur Statuti Editio. In secundo ibi, *Defunctorum*, ponitur quædam exceptio. In tertio ibi, *Sub pœna*, adjicitur pœnæ comminatio. *Divisio.*

h *Statuimus.* Ex hoc apparet, quòd est Jus novum.

i *Ecclesiasticis.* Quorum Officium circa ea quæ sequuntur versari debet inter cætera eis incumbentia.

k *Memoriis.* i. e. Exequiis, de quibus habes 13. *q. 2. c. probemus. et c. Anima defunctorum. et 1. q. c. non æstimemus.* ubi patet ideo generaliter pro Regeneratis omnibus solennes Orationes fieri; quia non discernimus qui sunt hi, quibus prosunt, aut quibus non prosunt. Et ideo melius est, ut talia superfine his, quibus non obsunt nec prosunt, quàm qd desint his quibus prosunt, ut ibi dicitur.

l *Nulli.* Sume quod est *infrà. recipiantur.*

m *Privatis domibus.* sc. Extra Ecclesias. Et idem intelligo in Ecclesiis: nam eadem, imò fortior est Ratio Prohibitionis, scilicet evitandi malas Conventiculas, & perpetrandi alia facinora; ut puta, Fornicationem, Adulterium, & hujusmodi, quæ numerantur sub parte decisa. In his namque fortior est Ratio quoad Ecclesias, quas decet omnis Sanctitudo. *de immunita. Eccle. c. decet. li. 6.*

n *Sepulturam.* i. e. Tempus Sepulturæ.

o *Frequenter.* sc. Secundùm communem usum Patriæ.

p *Requiescunt.* i. e. Remanent.

q *Recipiantur.* sc. Per inhabitantes Domos hujusmodi.

r *Consuetas.* Sic ergo Consuetudo quæ tendit ad noxam, & ad scandalum eradicanda est, 8. *di. mala.*

s *Nocturnas.* Diurnas autem non prohibet. Nam tenebræ ad malè faciendum apciores sunt. ff. *de ventre inspi. l. 1. §. tria lumina.* Unde & Furtum dicitur à *furvo*, i. e. nigro, quia sæpiùs de nocte fit. *Insti. de oblig. quæ ex male. nascun. §. 1.* Et qui malè agit, odit lucem. *Extra. de Offi. dele. c. consuluit.*

t *Vigilias.* Consimili ratione sublatæ sunt Vigiliæ, quæ solebant fieri in Ecclesiis in Vigiliis Sanctorum, de quibus legitur *76. dist. nosce.*

u *Defunctorum.* Secundum dictum.

x *Amicis.* Horum nuncupatione qui contineantur, habes ff. *de verb. sig. l. latè vulpa. §. amicos.* Et possunt dici *Amici*, Pater, Mater, Frater, Soror, & Consanguinei Defuncti; item Uxor, & Servientes Domestici; item Socius in Hospitio vel in Scholis: Concubina verò, quòd non sic dicenda Amica, notatur ibid. in *Glossa*, quia talis Amicitia procedit ex causa inhonesta. ff. *de verb. sig. l. liberorum.* Sic etiam & Amicitia quæ est inter Fures, *Qui dicantur Amici.*

Fures, ut dicitur in *Glossa dicto* §. *amicos*.

a *Propinquis*. Scilicet ratione Sanguinis vel Affinitatis, non autem ratione Loci.

b *Et his*. Etiam Extraneis,

c *Psalteria*. Idem credo in his, qui alias Orationes devotas dicere velint: sed specialiter dixit de *Psalteriis*, eò quòd cum Psalmis ad Sepulturam corpora Defunctorum deducuntur, 23. *q.* 5. *placuit*. Ubi notatur pro quibus Defunctis est orandum, pro quibus non. Et nota, quòd Psalterium in se virtualiter continet materiam utriusque Testamenti. Unde licèt Sacræ Literæ universaliter perlectæ & auditæ habeant quandam virtutem occultam fugandi Dæmones, alliciendi Spiritus Cœlicos, placandi etiam Trinitatem, ut vult *Origines* super *Josuæ Hom.* 20. habet tamen hoc specialiter Scriptura *Psalmorum*, prout pulchrè declarat *Richardus Hampole*, in Prologo *Psalterii* sui, sic dicens: Grandis, *inquit*, abundantia Spiritualis solatii & gaudii, quod in Deo solo sentitur, in eorum corda descendit, qui devotè cantant aut dicunt Psalmos in laudem Domini nostri *Jesu Christi*; dulcedinem quippe distillant in corda dicentium, delectationémque in mentes eorum infundunt, ac insuper animas incendunt Charitatis igne; interiùs quidem inflammando ac ferventes efficiendo, decoras ac speciosas in conspectu Dei reddendo, perseverantésque in Devotione ad sublimitatem contemplationis ac sonum Cœlicum sustollunt. Quid plura? Cantilena Psalmorum Dæmones fugat, Angelos in nostrum excitat auxilium, peccata tollit, Deum placat, Perfectionem adducit; propellit insuper & destruit cuncta adversa, & angustias animorum, inter corpus & animam pacem statuens, affert Cœleste desiderium necnon contemptum terrenorum.

Nota de effectu Psalmodiæ.

d *Sub pœna*. Tertium dictum.

e *Receptatores*. Sine quibus tales hujusmodi Vigilias exercere non possunt. Quid autem importet hæc dictio, *Receptatores*, notatur per *Archid. de hæreti. c. quicunque. ver. receptatores. li.* 6.

f *Taliter*. sc. Contra prohibitionem istam.

g *Formidare*. Comminatio est, non Sententia lata.

Si decedens tria aut plura reliquerit Animalia, & optimum alteri sit debitum; sit proximi valoris ipsius Ecclesiæ.

Robertus Winchelsey.

h QUia inter i Rectores Ecclesiarum & k Parochianos suos l lites cupimus extinguere, quæ frequenter oriuntur: m Statuimus, quòd si n decedens o tria ad minus, vel plura cujuscunque generis in bonis Animalia habuerit; optimo cui de Jure fuerit debitum reservato, Ecclesiæ suæ, à qua recepit Sacramenta, dum viveret, melius post optimum reservetur.

De Parochiis, & alienis Parochianis.

In singulis Parochiis magnis duo vel plures sint Presbyteri juxta Parochianorum numerum, & Ecclesiæ facultatem, ut ritè ministrentur Sacramenta.

Stephanus Langton.

p ADinstar Patrisfamilias q Evangelici plures Operarios in r Vinea suam mittentis, ut quod unus non valeat explere, saltem sollicitudo perficeret plurimorũ; s sententiasiter Definimus, ut in singulis t Parochialibus Ecclesiis, quarum est Parochia u diffusa, x duo sint vel y tres Presbyteri, pensatâ pariter z magnitudine Parochiæ, & Ecclesiæ a facultate: b nè fortè (quod absit) ægrotante uno Presbytero, vel c debilitato, Parochianis d infirmantibus, aut Divinis e Officiis f volentibus interesse, Officia Divina g subtrahantur, vel negentur Sacramenta Ecclesiastica.

Nemo Sacramentum Eucharistiæ Parochiano alterius Sacerdotis præbeat.

Johannes Peccham.

h ALtissimus de Terra, *& infrà*. Nullus i Communionem præbeat Parochiano alterius k Sacerdotis sine ipsius l licentia manifesta. Quam Ordinationem non

---

Divisio.

h *Quia inter*. Hæc est Constitutio *Roberti Winchelsey, Cantuariensis* Archiepiscopi, secundùm quosdam Libros, & habet duas partes. In prima ponitur Constitutionis edendæ ratio. In secunda ibi, *Statuimus*, sequitur ipsa Constitutio.

i *Rectores*. Idem si inter Vicarios, ut dixi *suprà. de consue. c.* 1. *ver. Rectores Ecclesiarum*.

k *Parochianos*. Qui sunt Parochiani proprii, qui alieni, potes colligere *extra. de Parochiis. c. ut Dominicis. glo.* 1. *per Bern. & c.* 2. *de sepultu. li.* 6.

l *Lites*. Simile habes *suprà. de treu. & pa. per totum*. Et ibi ad propositum in *verb. Revocantes*.

m *Statuimus*. Secunda pars.

n *Decedens*. Sive infrà Parochiam, sive extra.

o *Tria*. Simile habes *suprà. de consue. c.* 1. & ibi nota *glo. super verb. cujuscunque generis*. & cæteras *Glossas* sequentes, quia per eas declaratur materia hujus Capituli. Nam ibi habes idem quod hic dicitur cum aliis superadditis.

p *A Instar*. Ista Constitutio fuit *Stephani* Archiepiscopi; in Concilio *Oxon.* primo, & habet duo dicta. In primo ponit Statutum. In secundo ibi, *Nè fortè*, ponit rationem sic Statuendi. *Divisio.*

q *Evangelici*. Matth. 20.

r *Vineam*. Quid per hanc Vineam intelligatur, potes videre per *Nic. Gorran. & Notingham super eo. Evangelio*.

s *Sententialiter Definimus*. Patet ex hoc, hanc Constitutionem non esse novi Juris editivam, sed potius alicujus dubii tunc exorti definitivam sive declarativam; sicut aliàs solet dici *de sentent. Excommunic. li.* 6. *decernimus, cum similibus*.

t *Parochialibus Ecclesiis*. Quæ sunt istæ, potes colligere per *Doctores extra. eo. ti. per totum*. & præcipuè *per Hostien. in summa*. & *Jo. Andream ibidem super Rubri*.

u *Diffusa*. i. e. Ampla.

x *Duo sint*. Sume quod est *infrà. Presbyteri*. & *concor. in simili* 7. *q.* 1. *Illud*. & 1. *q.* 1. *placuit*. ibi, *eorum &c.* Faciunt ad hoc *nota. per Bern. de consecra. Eccle. c. cum sicut. ver. consecranda, de filiis Presby. c. proposuit.* 81. *di. in omnibus*.

y *Tres Presbyteri*. Facit ad hoc *de conse. dis.* 1. *hoc quoque*. Sed ibi loquitur alio respectu. Sed nonne isti Presbyteri erunt omnes intitulari in tali Ecclesia? Dic quod non: sed unus debet intitulari, alii verò erunt ut Vicarii Temporales. Pro quo vide quæ scripsi *suprà. de Præben. c.* 1. *ver. pluribus rectoribus. et verb. plures Vicarii*. Possunt tamen duo esse intitulati, utpurà, unus ut Rector, alius ut Vicarius, sicut dixi *dicto c.* 1. *verb. sit persona*.

z *Magnitudine Parochiæ*. Sic quòd unus non sufficit ad deserviendum Curæ.

a *Facultate*. Sic quòd sufficiat omnibus. 7. *q.* 1. *illud*.

b *Nè fortè*. Secunda pars.

c *Debilitato*. Sic quòd non possit ministrare in Cura sibi commissa. *Extra. de Cle. ægro. c.* 2.

d *Infirmantibus*. i. e. Infirmis, quibus ad petitionem eorum sine † tardatione ministrari debent Ecclesiæ Sacramenta. *suprà. de offi. Archipresby. c.* fi.

e *Divinis Officiis*. sc. Vesperis, Matutinis, Horis, & Missa.

f *Volentibus*. Libertatem importat, non necessitatem. Et intelligas istud de illis diebus, quibus Parochiani non tenentur interesse Divinis Officiis nisi velint, utpurà, diebus non Dominicis nec Festivis. Nam Dominicis & Festivis diebus tenetur quilibet Christianus interesse Divinis Officiis, & præsertim Missæ in Ecclesia sua propria. *Extra. eo. c. ut Dominicis. de conse. dist.* 1. *si quis extra*.

g *Subtrahantur*. Posset enim contingere necessitas ministrandi Sacramenta tali tempore, quo dici debeant Divina Officia. Unde si non sit nisi unus Presbyter, aut oportebit subtrahi pro illo tempore Divina Officia, vel aliàs Administrationem Sacramentorum; & hoc est quod sequitur, *vel negentur &c.*

h *Altissimus*. Hæc est Constitutio *Johannis Peccham*, & est pars hujus *suprà. de sum. Tri. & fi. Catho. c. altissimus. infrà. de cele. Miss. eo. c.* Item *de pœni. & re. eo. c.*

i *Communionem*. i. e. Sacramentum Eucharistiæ: & vide circa hoc quod scripsi *suprà. de summa. Tri. et fide Catho. c. altissimus. ver. communionem*.

k *Sacerdotis*. i. e. Curati.

l *Licentia*. Simile habes *de privil. c.* 1 *in Cle.* ubi statuitur, qd Religiosi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum Unctionis Extremæ vel Eucharistiæ

sacharistiæ ministrare; Matrimonialve solemnizare præsumunt, non habitâ super eis parochialis Presbyteri licentiâ speciali, ipso facto sunt excommunicati. Sed quid si Parochianus dicat se habere licentiam hanc à suo Curato, an ministraturus hoc Sacramentum habeat sibi credere? *Jo. d. c.* 2. videtur sentire quòd sic: & *concor. ibi Paulus. ver. licentia. qui* allegat ad hoc *de pæn. di. 6. placuit.* Sed nunquid Curatus non Presbyter possit dare hanc licentiam? dic quòd sic; nisi per Episcopum sit potestas Curæ Vicario commissa, quia tunc ille Vicarius reputaretur Presbyter, qui daret hanc licentiam, sicut notat *Paulus in loco præall. ver. Parochialis.* potest etiam Episcopus in sua Diœcesi hanc licentiam concedere, maximè ubi Ecclesia vacat. Sic etiam Archipresbyter Civitatensis ubi potest audire confessiones. *Extra. de offi. Archipresb. c.* 2. non enim est absurdum curam ejusdem Loci & Parochiæ pluribus in solidum esse cõmissam, ut notat *Inno. de præben. Cum non ignores.* facit ad hoc quod notat *Hosti. de pæn. & re. c. omnis.* ubi dicit, quòd Papa, Episcopus, & ejus Vicarius, Legatus, & ejus Pœnitentiarius, dicuntur propriè & immediati Sacerdotes; sic recitatur per *Paulum in loco præall.* qui tamen, non obstantibus prædictis, reputat securius, ut inspecturus licentia ipsius Sacerdotis Parochialis, prout sonat littera. *ar. ad hoc Extra. de decimis. c. ad audientiam.*

a *Peregrinantes.* Viator namque cujuslibet Ecclesiæ Parochianus est. *argu. ad hoc ff. de judi. l. hæres absens.* & circa hoc vide notata per *Hostiã in summa. de pæn. & re. §. cui confitendi sit. sitatt post princi.*

b *Necessitatis.* Nam sicut necessitatis tempore potest quilibet Presbyter confessionem alterius Parochiani audire, 26. q. 6. *si Presbyter. cum similibus nota. per Hostien. in summa. de pæn. & re. §. cui confitendum. ver. septimo tempore necessitatis.* sic potest & Eucharistiam ministrare. 50. *di. pœnitentes.* 1. q. 1. *c. si quis. §. ecce.* faciunt ad hoc quæ dixi *suprà, de bona. c. unico. ver. absolutione.*

c *Quia quidam.* Hæc est Constitutio *Simonis Mephã Cantuariensis* Archiepiscopi. Et habet duas partes principales. In prima ponitur triplex motivum, sive occasio hujus Constitutionis edendæ. In secunda ibi *Nos igitur*, procedit ad Statutum pœnale.

d *Maledictionis.* i.e. Pœnæ arctæ, sicut notat *Card. de usur. c.* 1. *ver. Maledictionis. h. 6. & de cens. c.* 1. *ver. maledictionem. eo. li.*

e *Nubentium solennitatibus.* De quibus patet *Extra. de sponsis. c. Capellanus.* hæc enim solennia cessant certis temporibus, viz. à prima Dominica Adventus Domini usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè; & à LXX. usq; ad Octavam Paschæ inclusivè. Et à primo die Rogationum usq; post septem dies Pentecosten elapsos. Unde in Dominica Festi Trinitatis licitè possunt hujusmodi Nuptiæ celebrari sive solemnizari, ut patet *in d. c. capellanus. ad fi.* & sic sensit ibi *Anto. de Butrio*, dum dicit, alii incipiunt in Dominica in Albis, non Dominica post Pentecosten: & hi videntur Canonem violare.

f *Purificationibus mulierum.* De his habes *Extra. de purificatio. post partum. per totum.*

g *Exequiis.* De quibus dixi *suprà. ti presi. c.* 1. *vers. memoriis.* Et de his legitur *Extra. de simonia. c. cum in Ecclesiã.* Et debent fieri sine planctu. 16. q. 2. *quàm præposterum. cum tribus sequen.*

h *Et aliis.* Sc. Festis & temporibus, quibus populus consuevit Deo offerre.

i *Dominus.* Ille viz. qui absolutè est Dominus omnium, & cujus sunt omnia, & qui nullo indiget, sed omnia possidet, largitur, & distribuit: de quo statim *infrà* sequitur, & de quo dicitur *Matth.* 21. *Dominus his opus habet.*

k *Ministrorum suorum.* Sc. Rectorum, & Vicariorum, & aliorum Curam animarum habentium. Pro quo vide quæ scripsi *suprà. de sum. tri. & fi. catho. c.* 1. *ver. ministri.*

l *Personis.* Tales namque Personæ Domini, qui eos misit, Personam repræsentant. 2. q. 5. *c. habet. in fi.* ubi patet, quòd Deus honoratur in personis Ministrorum suorum.

m *Oblationum.* De his potes videre, quæ dixi *suprà. de censu. c.* 1. *ver. oblationum.*

n *Libamine.* i.e Sacrificio, sive placatione. Scias enim quòd in Veteri Testamento Oblatorũ triplex erat discretio: una in Animalibus; & dicebatur Sacrificium; nec ante octavũ diem Nativitatis potuit offerri. Alia in sicca materia, ut de Simila, Pane, & Thure, & hæc proprie dicebatur Oblatio. Tertia de liquidis, urpotà, Vino & Oleo, & proprie dicebatur Libamen vel Libatio. Sed his nominibus Scriptura indifferenter utitur. Hic verò ponitur pro Oblatione, quæ fit in pecunia secundum morem *Angliæ*, & hic in materia arida.

o *Populariter.* i.e. Communiter, vel in cõgregatione Populi. Vel dic *populariter*, i. e. per singulos de populo. Sicut dicimus de actione populari, quia competit singulis de populo. *ff. de popula. act per totum.* Solet namque populus in talibus solennib, de quibus hic dicitur, singillatim, & per capita singula aliquid offerre; quorum devotio retrahi non debet, sed potius augeri. *ar. ad hoc in Cle. cupientes. de pœnis. de deci. c.* 1. *li. 6.*

p *Modica.* Viz. oboli vel quadrantis: ut sic sit minus denario. Vel dic *modicam quantitatem* respici debere respectu populi ad talem solennitatem confluentis, ubi singuli consueverunt aliquid offerre: & sic hæc *modica quantitas* relinquitur arbitrio Judicis. *ff. de legi. tul. legitimæ. in princi.* Scias tamen, quòd *modica* summa in Jure quandoque dicitur infrà duos Aureos. *ff. de dolo. l. si olcum. in fi. cum l. seq.* quandoque duo pondo Auri. *ff. de judi. l. sed & si susceperis.* potest etiam hæc modicitas de Jure æstimari ad quartam partem. *ar. C. de inof. test. l. si quis in fine. in prin.* alias potest æstimari ad tertiam partem. *ar. l. nominationum. C. de decur. li.* 10. Potes circa hoc videre *l. hæc adjectio. ff. de verb. sig.* ubi glossa hoc relinquit arbitrio boni Judicis, ut prædixi, & huic dicto adhæreo.

q *Restringere.* Quod fieri non debet, ut dixi *suprà. ver. populariter. ad finem glo.*

r *Residuum.* Sc. ultra quantitatem sic restrictam.

s *Oblationis.* Sc. hendæ, vel quæ fieri debetet cessante tali malitia. Nam si Oblatio facta esset, & à Sacerdote vice Dei eam recipiente, per ipsos offerentes vel alios esset ablata, tunc locum haberet id, quod legitur & notatur 10. q. 1. *c. quia Sacerdotes. & duobus c. sequentibus.*

t *Suis.* Sume quod est *infrà, usibus.*

u *Multoties.* Ex hac litera potes colligere, quòd hujusmodi applicatio non fuit causa principalis movens ad Editionem hujus Statuti, sed etiam quod cessante tali applicatione quòd residuum incurratur pœna hic limitata, etiam propter restrictionem devotionis Populi.

x *Alii vero.* Secunda causa movens ad Editionem hujus Statuti.

y *Terra.* Ut in *Psalmo.* 23.

z *Et plenitudo ejus. Psalmo prædicto. & 13. q. 2. in Ecclesiastico.*

a *Decimas.* Tam prædiales, quàm personales.

b *Universalis domini. Extra. eo. c. ius nobis. Levitici ulti. Numeri.* 25.

c *Reddi.* Et sic ex debito. 16. q. 1. *decimas. & c. reverti mini.*

d *Præceperit.* Et sic sunt sub præcepto, ut per multas Auctoritates ostendit *Innocen. Extra. eo super Rubrica.* & non solum prædiales sed personales; quicquid super hoc dicat *Hostien. Extra. eo. c. in aliquibus.* Nam hoc sentire videtur *Augu.* 16. q. 1. *revertimini. & q.* 7. *majores.* declarans hoc pertinere ad illud præceptum Evangelii. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Item *Ambrosius.* 16. q. 7. *quicunque.* ubi *Jo. de Deo* expressè concludit Decimas etiam personales esse sub præcepto. Hoc etiam aperte dicit *Grego. ca. q. pervenit.* ibi *præcepit Dominus &c.* Facit ad hoc illud *Hieronymi* 16. q. 1. *Apostolicis.* Hoc etiam declarat Ecclesia, scilicet Decimas tam prædiales quàm personales pertinere ad præceptum Divinum. *Extra. eo. c. ius nobis. in fi.* cui etiam Declarationi *concor. Augu.* 16. q. 1. *decimæ.* Item *Grego. de cons. di.* 5. *Quadragesima. in fi.* Unde concludit *Antonius de Butrio* quòd non solventes Decimas personales damnantur. Sic ipse *ibi. Extra. eo. c. Parochianos. parum ante finem.*

e *Suo cultu.* Hoc igitur respectu non cadunt in Laicum, cum

intenditus ad peregrinantes extendere, nec b necessitatis casui derogare.

De Decimis & Oblationibus.

Quicunque populi devotioni ac debitum in Oblationibus faciendis aut Decimis persolvendis impedimus, aut in suum usum injustè convertimus, Excommunicationis vinculo teneamur; nec absolvamur, priusquam populum ad errore reduxerimus, & Ecclesiæ satisfecerimus, idque à solo Diœcesano fiat, excepto mortis articulo.

Simon Mepham.

QUia c quidam d maledictionis Filii, in e nubentium Solenniis, f purificationibus mulierum, mortuorum g exequiis, h & aliis, in quibus ipse i Dominus in k ministrorum suorum l personis solebat m Oblationum n libamine o populariter honorari, ad unius denarii vel alterius p modicæ quantitatis Oblationem, populi devotionem q restringere sunt moliti; r residuum s Oblationis fidelium t suis pro libito vel alienis usibus u multoties applicantes. x Alii verò nõ attendentes, quòd Dominus Omnipotens, cujus est y terra & z plenitudo ejus, & universi qui habitant in ea, a Decimas in signum b universalis Dominii sibi reddi c præceperit, & pro suo e cultu

---

o *Populariter.* i.e. Communiter, vel in cõgregatione Populi. Vel dic *populariter*, i. e. per singulos de populo. Sicut dicimus de actione populari, quia competit singulis de populo. *ff. de popula. act per totum.* Solet namque populus in talibus solennib, de quibus hic dicitur, singillatim, & per capita singula aliquid offerre; quorum devotio retrahi non debet, sed potius augeri. *ar. ad hoc in Cle. cupientes. de pœnis. de decim. c.* 1. *li.* 6.

p *Modica.* Viz. oboli vel quadrantis: ut sic sit minus denario. Vel dic *modicam quantitatem* respici debere respectu populi ad talem solennitatem confluentis, ubi singuli consueverunt aliquid offerre: & sic hæc *modica quantitas* relinquitur arbitrio Judicis. *ff. de legi. tul. legitimæ. in princi.* Scias tamen, quòd *modica* summa in Jure quandoque dicitur infrà duos Aureos. *ff. de dolo. l. si olcum. in fi. cum l. seq.* quandoque duo pondo Auri. *ff. de judi. l. sed & si susceperis.* potest etiam hæc modicitas de Jure æstimari ad quartam partem. *ar. C. de inof. test. l. si quis in fine. in prin.* alias potest æstimari ad tertiam partem. *ar. l. nominationum. C. de decur. li.* 10. Potes circa hoc videre *l. hæc adjectio. ff. de verb. sig.* ubi glossa hoc relinquit arbitrio boni Judicis, ut prædixi, & huic dicto adhæreo.

q *Restringere.* Quod fieri non debet, ut dixi *suprà. ver. populariter. ad finem glo.*

r *Residuum.* Sc. ultra quantitatem sic restrictam.

s *Oblationis.* Sc. hendæ, vel quæ fieri debetet cessante tali malitia. Nam si Oblatio facta esset, & à Sacerdote vice Dei eam recipiente, per ipsos offerentes vel alios esset ablata, tunc locum haberet id, quod legitur & notatur 10. q. 1. *c. quia Sacerdotes. & duobus c. sequentibus.*

t *Suis.* Sume quod est *infrà, usibus.*

u *Multoties.* Ex hac litera potes colligere, quòd hujusmodi applicatio non fuit causa principalis movens ad Editionem hujus Statuti, sed etiam quod cessante tali applicatione quòd residuum incurratur pœna hic limitata, etiam propter restrictionem devotionis Populi.

x *Alii vero.* Secunda causa movens ad Editionem hujus Statuti.

y *Terra.* Ut in *Psalmo.* 23.

z *Et plenitudo ejus. Psalmo prædicto. & 13. q. 2. in Ecclesiastico.*

a *Decimas.* Tam prædiales, quàm personales.

b *Universalis domini. Extra. eo. c. ius nobis. Levitici ulti. Numeri.* 25.

c *Reddi.* Et sic ex debito. 16. q. 1. *decimas. & c. revertimini.*

d *Præceperit.* Et sic sunt sub præcepto, ut per multas Auctoritates ostendit *Innocen. Extra. eo super Rubrica.* & non solum prædiales sed personales; quicquid super hoc dicat *Hostien. Extra. eo. c. in aliquibus.* Nam hoc sentire videtur *Augu.* 16. q. 1. *revertimini. & q.* 7. *majores.* declarans hoc pertinere ad illud præceptum Evangelii. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Item *Ambrosius.* 16. q. 7. *quicunque.* ubi *Jo. de Deo* expressè concludit Decimas etiam personales esse sub præcepto. Hoc etiam aperte dicit *Grego. ca. q. pervenit.* ibi *præcepit Dominus &c.* Facit ad hoc illud *Hieronymi* 16. q. 1. *Apostolicis.* Hoc etiam declarat Ecclesia, scilicet Decimas tam prædiales quàm personales pertinere ad præceptum Divinum. *Extra. eo. c. ius nobis. in fi.* cui etiam Declarationi *concor. Augu.* 16. q. 1. *decimæ.* Item *Grego. de cons. di.* 5. *Quadragesima. in fi.* Unde concludit *Antonius de Butrio* quòd non solventes Decimas personales damnantur. Sic ipse *ibi. Extra. eo. c. Parochianos. parum ante finem.*

e *Suo cultu.* Hoc igitur respectu non cadunt in Laicum, cum

sit jus meræ spirituale; sed eò respectu, quo solvuntur in signum Dominii, possunt Laici eas habere ex privilegio. *Sic notat Petrus de Ancho. Extra. eo. c. tua nobis.* ver. 8. *quia.*

a *Clericis.* Laici namque Decimas Jure suo recipere non possunt. *Extra. eo. c. quamvis.* & *c. ad hæc.*

b *Malitiosè.* Malitia præsumitur, eo ipso quòd immiscent se rei ad se non pertinenti. *ff. de regu. juris. l. culpa.*

c *Impediunt.* Scilicet maledictionis filii, de quibus *suprà* dixit.

d *Faciunt.* Scilicet per alios.

e *Ingressum.* Habent namque servitutem quamcunque in fundo aliquo, viam eo ipso habebit ad fundum, ut utatur servitute ipsa. *ff. de servitu. rusti. præ. l. item sic.* §. *qui habet.* & hoc verum, sive sit locus publicus, vel privatus, ut ibi patet. Ratio est, quia sine accessu nullis est fructus. *ff. de servitu. urb. præd. l. binas.* facit ad hoc *ff. de contrahend. emp. l. qui fundum.* §. *in lege. ff. si usufru. pe. l.* 1. §. *usufructum.* ubi de hoc in glossa, & per *Bart.* in dicta *l. binas.*

f *Prædia. Prædium* est vocabulum generale ad fundum, agrum, vel possessionem. *ff. de verb. sig. l. quæstio.*

g *Colligendis.* Loquitur secundum Consuetudinem locorum illorum, quibus Decimæ sparsim colliguntur per agros, quibus Garbæ Decimales à 9. partibus separatæ in sulcos projiciuntur. Sed nota, quòd licet Decima à 9. partibus separata non sit, potest tamen vendicari, quia statim transit in Dominium Ecclesiæ etiam absque traditione, ut notat *Jo.* 16. *q.* 1. *moderamine.* & talis Decima debet solvi statim fructibus recollectis, & de fructibus integris nullis expensis deductis. *Extra. eo. c. cum homines.* Sed quid si Consuetudo sit, quòd Colonus vel Dominus prædii exponat Decimas collectas, & in acervum positas, nunquid talis Consuetudo possit impunè † restringi, ut videlicet Decimæ ipsæ sparsim projiciantur? Dic quòd non: maximè ubi talis Consuetudo est præscripta. Est namque talis Consuetudo rationabilis, & Ecclesiæ utilis, & ideo inviolabiliter obsetvanda. *Extra. de consuetu. c.* 11. à contrario sensu. Nam & Colonus etiam de Jure tenetur non solùm Decimas hujusmodi colligere, & coacervare, sed etiam in horreum Sacerdotis afferre. 16. *q.* 1. *revertimini.* & *q.* 7. *ca.* 1. & sic tenet *Jo. An. Extra. e. c. ex parte.* 2. & *concor.* ibi *Petrus de Ancho.* & *Antonius de Butrio*, qui etiam ibi dicunt, quòd Sacerdos potest prohibere Domino Fundi, nè Fructus colligat, vel asportet, nisi eo præsente, vel ejus nuncio. *arg. ad hoc C. quando.* & *qui. quarta pars. li.* 2. ibi, *sub affectu Curialium.* Et idem notat *Specu. Extra. eo. ti. ad finem.* Ratio est, quia habet partem in Fructibus, igitur & in Fundo, quia sunt pars Fundi. *ff. de rei vend. l. fructus.* Sic etiam determinat *Guil. Naso per l. Paulus. ff. de procu.* & *l. si suspectus. ff. de inoffi. testa.* & *C. de litig. Authent. nunc si heres.* Et idem tenet *Johan. An. in add. ad Specu. eo. ti. ad fi.* Et hæc vera secundùm *Antonium*, nisi Consuetudo aliud habeat: sed non valeret Consuetudo, quæ daret occasionem furripiendi. *Authent. ut nulli judi.* §. *quia verò.* Et sic temperat *l. si Publicanus. ff. de publi.*

Quæstio.

M.S. Æson.

† Infringi.

h *Custodiendis.* Scilicet nè furripiantur, vel nè per bestias dissipentur.

i *Quo voluerint.* Contra hoc opponitur *suprà. de pecul. cleri. c. quia plerique.* Solutio. Dic hoc, quod hic dicitur, intelligi debere secundùm illam. Nam hæc voluntas debet gubernari secundùm rationem & Jura prius ordinata. Circa quod vide, quæ dixi *suprà. de cler. non resi. c. in decimis. ver. arbitrio. in princi.*

k *Alii etiam.* Tertius abusus.

l *Chirotheca vel Caliga.* Et sic donum sive munus.

m *Dentur.* Quod omnino est prohibitum. 16. *q.* 7. *cupis. decimas.*

n *Asportent.* Litera ista non distinguit, an asportans sit Laicus, vel Clericus, nec ego distinguo. *ff. de publi. ac. l. de pretio. cum concor. ibi positis.* Nam & Clerici Decimas prædiales solvent, sicut & alii, *Extra. eo. c. suggestum.* & *c. ex parte.* nec refert, an talis asportans sit dives, vel pauper. Nam prætextu paupertatis non debet quis aliena repetere, vel petere. *ff. de vitu. nupt. l. palam.* Decima namque est debita; & ideo jubetur addi, non autem dari. *Extra. eo. ad Apostolicæ.* In hujus sententiæ concordiam notata per *Johan. 12. q.* 1. *quæ sit. in glo. ſ.* Et sic concludunt *Doctores Extra. eo. c. cum homines.* Sed quæro, quid si aliquis asportari fecerit Decimas provenientes de aliquo Fundo per aliquam tempora, utputa, per annum, biennium, vel triennium, aut amplius; ille sic asportans vendidit vel alienavit hunc fundum alteri: Nunquid iste tenetur, inquarum est Possessor fundi, possit convenisi pro Decimis præteritis? Hæc quæstio tangitur *Extra. eo. c. cum homines per Petrum de Ancharano.* ver. *sexto quæro.* Qui satis rationes ad utramque partem. Et finaliter dicit Dom. tenere, quòd si in electione Curati, sive Beneficiati contra quem agitur, vel contra novum Possessorem, vel contra illum, qui desit possidere. Allegat ad hoc *de re. eccl. non alie. c. fi quis. ex. alienatis. per Bern.* & sic secundùm eum tenet Dominus *Fredericus de Senis Consilio* 72. & ratio *Quæstio.* per *Archidiac. 16. q. 1. si quis laicus. add. dic. quòd præsumit.* Et pro opinione ista facit *c. pastoralis. Extra. eo.* ti. ubi apparet quòd Decima est onus reale. Mihi tamen videtur, quòd in quæstione ista potius competeret actio effectualis contra asportantem, quia onus Decimæ respicit eum, qui percipit fructum. Hinc est, quòd Dominus de parte sua, & Colonus de sua solvunt Decimas. *Extra. eo. tit. capitu. tua nobis.* Ille igitur, qui fructus percipit, & non ille, qui non percipit, debet urgeri ad Solutionem. Facit ad hoc *ff. de usufruct. l. hactenus.* & *l. stipendia. de impens. in re. do. facta.* & *l. quæro. de leg.* 1. Constat enim, quòd licèt fructus debeantur ex prædio, non tamen † pro illis obligatur. *ff. de contrahen. empt. l. ulti.* Nec obstat *c. pastoralis prædicta*, quia loquitur de fructibus indecimatis, qui in alium transferuntur, in quibus major est ratio, quòd cum onere transferantur quàm Possessio. Scio tamen, quòd licèt opinio ista sit æquior, alia tamen opinio quoad commodum Ecclesiæ est magis remediabilis. Tu igitur sequere eam, quæ magis tibi placuerit. Hoc tamen intelligendo, quòd si ab uno eorum recuperata fuerit Decima, alius per hoc exonerabitur. *arg. ad hoc de Regu. Juris. c. Bona fides. li.* 6.

o *Demum.* Forsan eas dispergendo, vel ad pluviam aperiendo, vel aliàs bestiis ad devorandum exponendo.

p *Nos igitur. Secunda pars.*

q *Antiquorum Canonum.* Ecce tres excessus hic tanguntur, unus quoad delinquentes circa Oblationes. In quo casu habes Canones antiquos. 10. *q.* 1. *Quia sacerdotes.* & *duobus c. sequentibus.* 13. *q.* 2. *c. qui oblationes.* & *c. sequen.* Secundus est circa impedientes Decimas percipi, & abduci per eos ad quos pertinet. Unde cum Decimæ hujusmodi cadant sub præcepto, ut dixi *suprà. c. ver. præcepit.* moraliter peccant, qui eisdem decimæ, & sacrilegium incurrunt. 16. *q.* 7. *c. decimas.* & 16. *q.* 1. *In omnibus.* ubi patet, quòd his, qui Oblationes vel Decimas aliquâ invasione vel tyrannicâ potestate retinent, nisi moniti se emendaverint, perpetuo Anathemate feriendi sunt. Et præmissis concordant, quæ leguntur & notantur *Extra. eo. tua nobis.* Et ad præmissa faciunt, quæ leguntur & notantur *in Clem. dispendiosam. de judi.* Ex quibus satis patet, quòd Decimæ subtrahendæ non sunt. Sed si bene consideto, idem esset non solvere Decimas, sicut eas à 9. partibus separare, & postea impedire nè percipiantur, vel abducantur: quia solvere debet intelligi cum effectu. *Extra. de cleri. non resid. c. relatum. cum concor. ibi positis in glo.* r Tertius excessus est circa exigentes dona vel munera pro solutione Decimarum, cum tamen, gratis solvi debeant, etiam nullis expensis deductis: maximè in decimis prædialibus, ut patet. *Extra. e. c. cum homines.* & *c. pastoralis.* Et quoad casum nostrum habes super hoc Canonem 16. *q.* 7. *c. decimas.* ubi de hoc per *Jo.* & *Archid.*

r *In medium.* Ut scilicet Canones antiqui argumentum sint & medium rationabile inter perversitatem Delinquentium & punitionem eorundem. Sed quomodo antiqui Canones in hac parte faciunt ad finem & conclusionem hujus Statui, quo pronunciantur tales Excommunicationis Sententiâ involvi, forsan non bene video. Tu tamen vide, quod dicam *infrà. c. ver. involvi.*

a *Infligentes.* Quoad primum excessum.
b *Impeditores.* Quoad secundum.
c *Alios.* Ecclesiasticos intelligo.
d *Machinationes.* Simile habes *Extra. de cens. cap. cum olim, in princip.* Multa enim alia potest intendere ad damnum, *Sicard. de miss. §. misso.*
e *Ecclesiæ.* Cathedrali, Collegiatæ, Parochiali, Regulari vel Secularium.
f *Ecclesiarum.* Cleri Ecclesiæ.
g *Damni.* Restitutione ablatorum, & cessatione Decimarum. *Sic dicitur Damnum* omnis diminutio patrimonii. *ff. de damno infect. l. 3. Item Marcellus. ff. ubi dicit in hoc publico. l. 1. §. merito.* Et circa hoc videtur notare per *Archidiac. de offic. ord. c. canonici. vers. plenarie. li. 6.* Et nota, quod ille damnum infert, tenetur illud refacere; licet ad illum nihil pervenerit; pro quo nota *per Abb. de Regu. Juris. c. peccatum, in fi. li. 6.* Et hoc verum intelligas de damno circa rem; non tamen de damno circa rem; *Innocent. in c. de usuris. de jurejur. per illum.*
h *Honoris.* Sc. Ecclesiastici, sive Divini magis, quam proprii ipsius Curati, 99 *dist. c. nihil omnibus.* Sine debet quod Sacerdos in in Persona Dei, cujus Minister est, honorari dicitur. *2. q. 5. habet. in fi.* Honorari etiam debet, quia est Persona publica, & ejus Oratio est quasi Oratio multitudinis, & ideo melior est in ore paucis, quàm Oratio Personæ singularis. Tertiò honorari debet à Subditis, quia Prælatio se habet ad virtutem, sicut causa efficiens in aliis virtutem unde ipsa Prælatio honorabilis est valdè in persona insigni. Dicit namque Philosophus 3. *Ethicor.* Dignitas est in aliis causam virtutis existere, quasi in se virtutem virtutum esse.
i *Consueti consistoria.* In primo casu *supra* posito potest potest compluribus antecedens ad solemnia exhibitionis, Particularium meliorum, matriculam exequias, & alias solemnitates Divinas et Populares, solutum aliquid certum, pecuniæ, uxoris, ipsorum quilibet denarium, obolum, vel quadrantem, aliamve rem qualemcunque, vel si Consuetudiniter duo pel tres aliquid certum consueverunt offerre, quod tunc habet locum, quod hic dicitur in casu, quod ritu Oblatio retringatur. In secundo casu potest colligendum per ea quæ dixi *supra. ex. ver. colligendi.* Est enim commodum Ecclesiæ, quod Decimæ in vanquis sive agris sparsim projectæ, ubi sic consuevit fieri, colligantur, custodiantur, & declarentur. Est etiam commodum Ecclesiæ majus, ubi sic consuevit fieri, ut Decimæ non projectantur sparsim; sed magis in unum acervum, vel plures per ipsum Decimantem recolligantur. Unde qui contrarium facit, agit contra commodum Ecclesiæ notorium.
k *Declarationes.* Simile habes *de offic. ord. c. suspensa.* ubi de hoc. ver. *Declaramus. per Archid. li. 6. & per Abb. de jurejur. c. 1. ver. declaramus. in. li.* qui dicunt, quod per hoc intelligitur Jus antiquum, non addere novum.
l *Præmissis.* Consuetudinibus.
m *Aliquos.* Sc. Singulariter.
n *In posterum.* Per hoc apparet hanc declarationem non constitutivè præteritis, sed solum extenditur futuris: & sic ut dicit debeat Jus novum poetis, quàm antiquum. Contra hoc videtur facere *duabus supra* positis, *nihil nova statuentes &c.* & illa *præsentis declarationis* Constitutio &c. ut dixi *supra. ex. ver. declarationes.* dic ut *infra eod. primo.*
o *Involvi.* Hoc litera potest intelligi dupliciter. Uno modo videlicet, ut ipso facto tales involvantur hac sententia: vel aliter, quod mereantur involvi per Sententiam ferendam, quod secundum unum intellectum sit Sententia lata, secundum alium Sententia ferenda. Apparet ratione, quod capitulum *Innocentii. de elog. ver. antiquorum canonum*, potius dicendum est Sententiam ferendam, quàm latam. Et sic secundum illud Canonem sequitur Sententiam, de qua hic loquimur, latæ ferendam; et non latam: quia hic refert se ad Canones [illegible] *c. finali. 17. q. 2.* ubi loquitur de consimili sententia. Sententia lata probatur. *17. q. 4. Quando. Item ff. c. Cum ea, de sent. excommunic. li. ff.* Responsio secundum [illegible] intelligendum, quod hoc dicitur, quia [illegible] in aliis casibus [illegible] singulos hujusmodi [illegible] Infligatores, [illegible] Impeditores, & [illegible] machinationes Ecclesiæ, vel earum Rectoribus, seu Vicariis, aut Ministris, quicquam à damni inferatur, aut subtrahitur honoris aut commodi commercii, Prætendis declarationis Concilii Declaramus, & Pronunciamus omnes & singulos in præmissis, vel eorum aliquo in posterum delinquentes vinculo majoris Excommunicationis involvi, reservata loci Diœcesano eorum Absolutione, præterquàm in mortis articulo, quotiescunque eiorum ministerio in contrarium [illegible] Ecclesiis fuerit, popularis devotio efficaciter restituta, ac veris Ecclesiasticis sic [illegible] de hujusmodi excessibus plenariè fuerit satisfactum.

Quicunque Decimi cujusque fructus collectionem denegaverit aut impedierit, colligentesque molestaverit, majora Excommunicationis sententia ipso facto involvi, non absolvendi extra mortis articulum præterquam à Diœcesano suo.

Johannes Stratford.

Quæritur.

p *Reservata.* Hic ergo habes unum, scilicet tres de casibus Episcopali Absolutioni reservatis. De aliis dicendum est *infra* loco suo *sub titulo de pœnis.* & *ss.* Sed quæro annquid habens ab Episcopo potestatem absolvendi in casibus sibi reservatis, possit tales absolvere ab hac sententia? Æstimo quòd sic: dummodo prius fiant quæ hic dicuntur. Nam sufficit hujusmodi Absolutionem fieri aut per Episcopum, aut per eum qui ejus potestate fungitur. *Extra. de offic. ord. c. inter Cetera, in fi.*

q *Mortis articulo. Concil. 17. q. 4. c. si quis suadente. de pœnitentia. eccle. c. clericis. li. 6.* Hic enim Articulus semper excipitur, ut dixi *supra. de donat. c. inviti. verb. Absolutione.* Et notatur *Extra. de offic. ord. c. pastoralis. per Host.*

r *Quotiescunque.* Morum importat, & hanc Clausula, quæ sequitur, præsupponit Satisfactionem habere præcedere Absolutionem. Ratio est, quia Excommunicatio fuit propter offensam. *de verb. sig. c. in parte.* Nota.

s *Ipsorum.* Sc. de delinquentibus.

t *In contrarium.* Scilicet malitiæ suæ prioris. Ut scilicet sicut prius laboravit in malum, sic nunc econtra laboret ad id quod est bonum. Est enim regulare, quòd si unum contrariorum sit malum, aliud est bonum. *8. q. 1. secundum 32. dist. Infidelium.* Et notatur *per Host. de jurejur. c. intelligo. §. 1.*

u *Ecclesiis.* Scilicet quibus præjudicarum est. Et intelligo, quòd sub appellatione *Ecclesiæ*, continetur Prælatus ejusdem, quocunque nomine censeatur. *Extra. de testa. c. relatum. §. insuper.*

x *Populari devotio.* Sc. quoad primum excessum, de quo fit mentio in principio hujus Constitutionis.

y *Sic lesis.* Illud potest referri ad omnes tres excessus hic positos, quia in unoquoque eorum est dare lesionem & damnum, ut satis apparet, & probatur ex litera quæ sequitur, *de hujusmodi excessibus &c.*

z *Primitus.* Scil. ad omne damnum ratione malitiæ hujusmodi dolosissimè & proditoriè.

a *Satisfactum.* Quando se plenariè satisfactum relinquit arbitrio boni Judicis, sicut alias in simili notatur *per Archid. de offic. ord. c. si omnibus. ver. satisfecisse. li. 6.* Cujus capituli materia in ratione bene facit ad fundandum ea quæ hic statuuntur. Et hæc satisfactio se non solum Personis damnificatis propter suum interesse, sed etiam Ecclesiis, ut *supra* dictum est, faciendo illo quod Ecclesiarum Jus & honori decorum est. Faciunt ad hos notata *per Archid. dicto c. si Quibus. ver. emendationem.*

Divisio.

a *Erroris damnabilis.* Hæc est Constitutio *Johannis Stratford Cantuariensis* Archiepiscopi: & habet duas partes principales. In prima recitat quatuor excessus circa solutionem Decimarum. In secunda ibi, *Nos igitur*, contra hujusmodi excessus facit hanc Constitutionem pœnalem.

b *Excidia.* Id est interfectiones.

c *Frugum.* Harum appellatione larga continentur Reditus, & non solum talis qui de frumentis & Leguminibus, verum etiam qui ex Vino, sylvis cæduis, Cretifodinis, & Lapidicinis capitur. *ff. de verb. sig. l. fructus. in prin.* hic tamen stricte sumitur pro fructibus, qui solent in Garbas ligari: sic alias stricte sumitur *ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. de eo.*

Segetes, Messis, Fruges, & Bladum, differunt.

Differunt enim Segetes, Messes, Fruges, & Bladum. Sunt enim *Segetes* dum germinantur, *Messes* dum metuntur, *Fruges* dum fruuntur, secundum *Fanuen.* Bladum verò dicitur, omne id quod in area teritur, sive triturarur. Sic notat *glo. ff. de verb. oblig. l. triticum.* Et ibi etiam sic *nota. per Bart.* qui dicit, quòd appellatione *Bladi* continentur etiam semen Lini, & cæterorum, quæ teruntur, sive triturantur in area.

ERroris damnabilis devio excæcati suarum Animarum [a] excidia non devitant, dum [c] frugum suarum Decimam [d] Garbam solventes pro labore [e] metentibus, [f] ea [g] minimè computata, non absque [h] errore calculi [i] pro Decima [k] undecimam solvunt Garbam, [l] contendentes se [m] mercenariis de frugibus non decimatis posse pro [n] Autumnali labore potissimè [o] ante Decimationem solvere mercedem, [p] Novi Testamenti & [q] Veteris imperium [r] contemnentes. [s] Quorundam etiam [t] Laicorum [u] superstitiosa malitia [x] noviter adinvenit, quòd cùm Garbas aliquas [y] Decimales, non tamen [z] signatas, pro Decimis in suis [a] terris [b] dimittunt, in servientes virorum [c] Ecclesiasticorum [d] Garbas, aut [e] alias res de [f] Decimis sic [g] dimissis nomine Decimæ [h] abducentes & asportantes, sceleratos [i] exclamant, ipsosque [k] arrestari seu [l] attachiari faciunt [m] sicut fures, ac [n] ipsos & eorum [o] Dominos propter asportationem & abductionem [p] Decimarum hujusmodi [q] infestant, & multipliciter inquietant. [r] Ipsorum etiam aliqui, Pro eo quòd Garbarum, & fœni, seu rerum aliarum [s] Decimæ per solum eorum ducuntur, viros Ecclesiasticos & eorum ministros in foro sæculari implacitant, & gravibus fatigant laboribus & expensis. [t] Alii præterea [u] vias

d *Garbam.* Hæ Garbæ etiam ad fasciculos, qui de sylva cædua fieri solent, extendi possunt, præsertim cùm & reditus *Sylvæ cæduæ frugum* nomine appellantur, ut dixi *supra. in glo. prox.*

e *Metentibus.* Sc. ipsas fruges. Et ex hoc ver. apparet Auctorem hic loqui de frugibus, inquantum ad messionem aptæ sunt, utputà, de Frumento, Hordeo, Fabis, Pisis, Avenis, Millio, & cæteris hujusmodi, quæ meti solent.

f *Ea.* Sc. decima Garba.

g *Minimè computata.* Contra illud, de quo habes *Extra. de cens. cum homines.* ubi dicitur, quòd Decima debet solvi respectu totius.

h *Errore calculi.* i. e. Computationis. *C. de errore calc. per totū.*

† al. Acra. Potes sic ponere exemplum. In una † area frugum sunt in toto centum Garbæ, & sic pro Decima debentur 10. Garbæ, si istæ decem Garbæ solvantur metentibus, tunc remanent solum 90. Garbæ, de quibus Decima se non extendit, nisi ad 9. Garbas, & sic fit fraus in una Garba qd esse nō debet: quia Decima debet solvi sine diminutione aliqua, ut patet *d. c. cum homines.* Sed quid si solvatur metentibus Garba 11. advertе per exemplum in computo ubi sunt centum Garbæ in toto, Decima, ut prædixi, sunt 10. Garbæ, subtrahendo 11. Garbam pro metentibus erit subtrahere 9. Garbas, & sic remanent solum 91. Garbæ, de quibus Decima sunt 9. Garbæ sicut prius, & ultra hoc una Garba remanet currens sub Decima Garbarum aliarū; unde ubique est fraus.

i *Pro decima.* Quæ in numero centenario esset decem; ut dixi *supra. glo. proxi.*

k *Undecimam.* Sc. totius. Patet enim *supra. glo. proxi.* qd 11. pari de centum facit 9. Garbas tantùm, & sic minus Decima per unam Garbam, & etiam solvendo prius Decimam Garbam metentibus; quòd tunc Ecclesia de centum non habet nisi 9. Garbas, & sic nisi 11. Garbam. Correspondentia enim sunt nonies undecim, & undecies novem, ut satis ex prædictis apparet.

l *Contendentes.* Et male, immò propterea magis puniendi. *Extra. de præscr. c. de multa.* ibi *contenderis &c.*

m *Mercenariis.* i. e. Servientibus conductis, sive conductitiis.

n *Autumnali labore.* I. e. Expensis fiendis circa talia laborantibus in Autumno. Major enim videretur ratio, ut deducantur expensæ talium, quàm aliorum laborantium circa Agriculturam. Sed verum est, quòd mille expensæ circa talia sunt deducendæ, ut patet *Extra. eo. c. cum homines.*

o *Ante Decimationem.* Sc. totius. Nam post Decimationem factam super integro non esset dubium.

p *Novi Testamenti.* Juxtà illud *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22. 16. q. 7. majores.* Et super hoc plura videre poteris; quæ *ibi. Arch. eo. ti. c. 1. ver. debitas. li. 6.*

q *Veteris.* Poteris circa hoc plures Remissiones videre *Extra. eo. super rubrica. per Innocen.*

r *Contemnentes.* & propterea magis puniendi.

s *Quorundam.* Secundus excessus.

t *Laicorum.* De his specialiter loquitur, quia Laici magis talia consueverunt facere. Juxta illud quod legitur *de cens. eccl. c. clericis. li. 6.* Si tamen Clerici talia faciunt, puto, quòd eigore hujus Constitutionis non ligentur [illegible] Juris Communis [illegible] Constitutiones liberatis.

u *Superstitiosa.* Contra Deum & ejus Leges humanitus inita. *Superstitiosa* enim sonat in vitium, sicut *Religio* sonat in virtutem. prout notat *Arch. de regularibus. ca. 11. ver. religiosis. li. 6.*

x *Noviter.* Hoc ideò dicit, quia hæc adinventio non comprehenditur sub aliis, quæ recitantur *Extra. ea. tus nullis.* nec sub illis, quæ numerantur *supra. c. proxis.*

y *Decimales.* i. e. Quæ verè sunt decimales secundum intentionem dividentis decimam à 9. partibus.

z *Signatas.* I. e. Aliquo signo apposito per quod cognosci possint pro talibus Decimis, prout in diversis locis solitum est observari.

a *Terris.* Sive sint agri, sive prædia, sive possessiones, sive quocunque alio nomine vocitentur.

b *Dimittunt.* Supple, aliis Garbis non decimalibus inde abductis.

c *Ecclesiasticorum.* Ad quos pertinent hujusmodi Decimæ.

d *Garbas.* Sc. frugum manipulos in aliquam ligaturā redactos.

e *Alias res.* Scil. non redactas in talem ligaturam adinstar Garbarum, sicut in multis locis solet fieri de pisis, quæ non ligantur, sed in unum cumulum colliguntur. Potes etiam hanc literam intelligere de fœno, & cæteris rebus, de quibus non solent fieri Garbæ.

f *Dimissis.* Secus ergò esset, si sic dimissa esset de 9. partibus.

g *Sic dimissis.* Sc. sine signo.

h *Abducentes.* Quod satis licet, cum constat nullas Decimas de rebus hujusmodi fuisse receptas, vel saltem non integras Decimas. Proviso tamen, quòd verum sit has res esse Decimales. Alioquin in dubio esset Dominus fundi consulendus pro certitudine habenda: *de pœn. dis. vic. 2. Extra. de sponsa. juvenis.*

i *Sceleratos.* Utputà, raptores, prædones, & aliena asportantes injustè.

k *Exclamant.* Vociferando contra eos, & eos tanquam aliena auferentes diffamando.

l *Ipsos.* Sc. Servientes.

m *Arrestari.* i. e. Citari verbo & facto.

n *Ipsos.* Scilicet per Captionem corporis.

o *Sicut fures.* Cum tamen non sint: quia ad effectum, quòd aliquis committat furtum, requiritur quòd auferens habuerit furandi animum, & quòd fuerit res aliena, cum cæteris de quibus dixi *supra. de offi. Archipres. c. 1. §. quæritur mandatum. in diversis glo. ibi positis.* in casu nostro verum est Decimam etiam absque traditione statim transire in Dominium Ecclesiæ, ut notat *Ja. 16. q. 1. sacerdotes.* Et super hoc vide, quod dixi *supra. eo c. primi. ver. colligendo. per totam glossam.*

p *Ipsos.* Sc. servientes.

q *Dominos.* Sc. quibus serviunt.

r *Decimarum hujusmodi.* Sic ergò præsupponunt, quòd verè sint Decimæ, ut *supra* dixit.

s *Infestant.* i. e. Nocent.

t *Ipsorum etiam.* Vel,

u *Decimæ.* Sic ergo pro rebus aliis, quæ non essent Decimæ, non haberet locum hæc Constitutio.

x *Alii præterea.* Tertius excessus.

y *Vias.* Via autem de Jure Civili inquantum est servitus, est Jus agendi jumentum vel vehiculum, eundi etiam, & ambulandi. Et continet in se Iter & Actum. *ff. de servitu. prædo. l. 1. §. via.* Et est ejus latitudo in directo 8. pedum, in anfractu 16. *ff. de servitu. rustic. prad. l. via latitudo.* Quæ enim sunt Viæ publicæ, quæ privatæ, quæ vicinales

vicinales, habes *ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. viarii. & §. privatæ.*

a *Itinera*, Iter potest sumi duplicitèr. Uno modo pro Jure servitutis. Alio modo pro commoditate eundi, ut sonat *Dec. de Reg. Jur. c. in vitæ. li. 6.* Et notatur *ff. de alimen. leg. l. cum filio. & gloss.*

b *Per quæ*, Scilicet Vias, & Itinera,

c *Oportet*, Sc. de necessitate, quia non est dare aliam viam accomodam. Sic alias hæc dictio, *oportet*, necessitatem significat. Et. *unde vi. l. si quando. ff. de lib. mis. li. 2.* ubi dixi. Quandoque ponitur pro *expedit. ff. de leg. 1. cum à parte.* Et de significatione hujus dictionis videatur *de præscrip. c. ex. gravem per Archid. li. 6. de supplc. negli. prælat. c. omnes. vers. cum oporteret per Hil. in Clc.*

d *Ipsa*, Scilicet Decimæ.

e *Consecrarunt*, Intelligc de Consuetudine præscripta secundum ea quæ notat *Hostien. Extra. de c. ad Apostolicæ. ver. diu observatum.* Et facit ad hoc *l. vii. ff. de loci & itin. publi.*

f *Difficilia*, Sc. Itinera, forsan in locis montuosis, petrosis, lutosis, & paludosis, aut alias fœdis, vel noxiis. *ff. de quad in loco publi. l. 1. §. deinde.*

g *Longa circuitus*. Ut pura, circa sylvas, vel alia loca inclusa.

h *Et per ea*. Scil. Itinera longa & difficilia.

i *Tandem*. Sic quòd non per alia loca conferat.

k *Diffugium*. Quæ est, ut sicut hæc gravia & sine diminutione Decimæ solvi debent: *Extra. c. c. non est. c. tua nobis. & c. ex parte*, sic etiam eis libere recipere & abducere impediri non debent, & maxime per vias in ea parte usitatas nemini præjudicium afferentes. Quod enim mihi non nocet, & alteri prodesse potest, hoc sibi conferre rationi. *ff. de de aqua plu. arc. l. in summa. §. Item Varus. in fi.* & pro hodierno præjudicio neque plus neque minus, ut ibi dicit *glo. ver. necessarium*.

l *Quidam insuper*. Quartus excessus.

m *In illos*. Sc. territ.

n *Quicquam*, Licet modicum.

o *Bladis*. De his vide *supra. c. §. 1. ver. frugibus.*

p *Remanet*. Et in hoc pertam; quia Decima statim transit in dominium Ecclesiæ etiam absque traditione, ut dixi *supra. de. §. provi. verb. colligendis. circa medium.* ibi videas.

q *Serentes*. Secus si ignoranter, nisi esset ignorantia affectata, de qua dixi *supra. de summa tri. & fi. cathe. §. 1. glo. 1. ad fi.*

r *Ac circa*, Vers.

s *Impedimenta*. Prout patet, & dictum est *supra. c. proxi. vers. 2. & 3.*

t *Libertatibus*. De quibus plenius patet per *Inno. de sen. excom. c. noverit.* & dixi *supra. c. c. 1. ver. involvi. ad fi.*

u *Jurium Ecclesiasticorum*. Inter quæ constituunt Decimæ & Oblationes, ut ibi; & *supra. c. proxi. per totum.* Et quicquid Domino consecratur, numeratur inter Jura Ecclesiastica. *12. q. 2. nulli licet. & c. quicunque ei hilium.*

x *Periculum animarum*. Quia mortaliter peccant, & propter talia excommunicantur. *Extra. c. pervenit. 12. q. 2. nulli.*

y *Nos igitur*, Secunda pars.

z *Salutari remedio*, Eo scilicet quod sequitur, videlicet sententiæ Excommunicationis, quod Remedium salutare est, quia medicinale, prout legitur & notatur *de sen. excom. cum medicinalis, li. 6.*

a *In præmissis*, Sc. conjunctim.

b *Aliquibus eorum*. Et sic divisim.

c *Fieri mandantes*. I.e. Præcipientes, sed contra hoc opponitur: nam res turpis nullum est mandatum; etiam nullus est contractus, *ff. mand. l. si vero non reprehendis. §. res turpis. & l. 6. & res. §. fi. ff. de fide jus.* videtur ergo, quod ex tali mandato nulla surgit obligatio. Solutio. Verum est, quod nullum est mandatum, nullusque est contractus, quantum ad actionem patiendam inter mandantem & mandatarium, sed quantum ad actionem patiendam ei in cujus perniciem mandatur bene oritur actio *ff. de injuriis. l. non solum. §. si mandato*. Sed quæro, quid si is, cui mandatur, non committat illud maleficium quod sibi mandatur, an teneatur. Mandans, præsertim in casu nostro, quo Decernitur etiam laicos ledere in pœnam Excommunicationis? quòd non videtur: *ff. de verbo. sig. l. [illud in fi. Inst de ob. quæ ex del. nas. §. qui.* In contrarium videtur quòd sic. *ff. de postuland. crimi. l. 1. circa prin.* Solet dici, quòd ubi delictum est atrox, tunc ex solo Mandato quis tenetur, ut puniatur pœna extraordinaria; ut in dicta *l. 1.* non autem ut puniatur ex delicto quod mandat fieri. Si verò delictum sit leve, tunc non tenetur, *ff. de injur. l. Iniuriarum. §. si curaverit*, ubi de hoc per *Dy.* & sic notatur per *Bart. ff. de injur. l. non solum. §. si mandato. ver. hoc præmisso*, & subsequenter ibidem in *ver. sed hujus gratiâ*. ostendit, quòd quadruplex est Delictum. Unum leve, in quo non requiritur dolus, ex damnum injuriâ datum, & sic fit *l. liberum. ff. ad l. Aquil.* Item leve delictum est, etiamsi requiratur dolus; verum tamen circa rem modicum. *ff. de Reg. Jur. l. ad ea.* facit *l. si liberius. ff.* Quæstio. Quadruplex delictum.

Decimæ de Sylvis cædui, ac de Frumento, persolvantur.

Idem

de furtis. & ff. de pœnis. l. reficiendum. §. *sicut demonstrat*, puniuntur etiam de delicto [illegible] exemplo. *ff. de accus. l. Iriid.* Grave delictum est quodlibet crimen privatum, quod requirit dolum, & fere magnum præjudicium, & meretur magnam pœnam, ut furtum rei magnæ, sicut patet dicta *l. reficiendum. §. sicut condicio. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor.* Et notatur in dicta *l. ad ea.* & idem est de qualibet injuria, quæ infertur in persona; ut dicto *§. mandato, secundum Bart.* Est enim qualibet Injuria personalis gravior qualibet reali. *ff. de pœnis. l. in servo. in fi.* Graviora delicta sunt delicta publica, pro quibus non imponitur pœna mortis. Et in his duobus loquitur *glossa in dicta l. quotidiè. §. in delictis. ff. de minor.* Si vis uberius quærere, in mandans teneatur, ac si ipsemet fecisset vere vel interpretative, vide quæ scripsi *supra. de præscr. c. exhortandi. ver. contrarium facit. vers. ad cujus materiæ.*

d *Nominove suo*. Hic vide quæ super hoc scripsi *supra. de judi. c. item omnes illi. ver. suo nomine.*

e *Juri*. Sc. Consuetudini.

f *Approbatæ*. Supple, & *præscriptæ*.

g *Quicquam*. Supple *Juris, bonoris, vel commodi*, ut *supra. c. proxi.*

h *Subtrahitur*. Facit ad hoc *12. q. 1. prædia. & c. sequenti.*

i *Aliquid*, Licet modicum.

k *Ecclesiasticam libertatem*. Sc. universalem secundùm *notata. in nocen. de sentcn. excom. c. noverit.* & idem intelligo, si hujusmodi libertas in generalis, quoad unam Provinciam, vel ad unum Regnum, puta *Angliæ*. Nam considerando cujuslibet Regionis attendenda est. *ff. de ver. sign. l. 1. in fi.*

l *Involvi*. Et sic est latæ sententiæ. Circa quod vide, quæ scripsi *supra. c. proxi. ver. involvi.*

m *Diœcesanis*. Simile habes *supra. c. proxi. in fi.*

n *Specialiter*. Ex hoc videtur electa industria Diœcesani, ut sic non possit hanc potestatem alii committere. *Argu. ad hoc Extra. de offi. deleg. c. sua.* Sed ibi loquitur, ubi personaliter aliquod dans injungitur, hic, ubi specialiter. Unde licèt ejus industria quodammodo sit electa, potest tamen in hoc casu alteri committere vices suas, sicut patet *Extra. de offic. ordi. c. Inter sacra. versus finem.*

a *Quanquam*

a *Se audivisse.* Hoc non valet, cum etiam testimonium de auditu non juvet. *Extra. de testi. præterea.* cum similibus.

b *Vel beneficium resignasse.* Quæ resignatio licet firmiter non teneat, nisi eam acceptante Prælato, *Extra. de renun. admonet.* valet tamen aliter quantum ad præjudicium resignantis, ut *c. ti. quod in dubiis.* & ibi notatur per *Doctores. Fo. de Athon.*

c *Beneficii possessorem.* Alius enim quam possessor non dicitur proprie resignare. *ar. ff. de successo. edict. l. 1. §. decretalis.*

a se audivisse mortuum esse, b vel Beneficium resignasse c Beneficii possessorem; sicque procurant in illud d quomodolibet e se instrudi, f & si fortassis revivíscens, g qui mortuus fuerat, quod semper esse verum videtur: ff. *de Reg. Jur. l. qui cum alio.* actor meritò ad justificandum Jus illius cum quo permuto, quasi Jus illud & Jus suum continuare videar. *ar. ff. de bo. pos. ex testa. in. l. 1. §. fi. Authen. de vas. decre. acta. c. 1. ar. op. Extra. de ali. jud. mu. can. fac. c. fi. §. ibi, commercii, &c. Extra. de judi. quia W. Extra. de re. eccle. non alienan. c. nulli.* sic enim oritur contra me suspicio. Ut notatur *Ex. ra. de confes. præben. c. 1. ver. impedire. in glo. & ibi est ratio. li. 6.* Sic intellige terminos hujus quæstionis prædictæ. Aut tempore permutationis iste cum quo permutavi non fuit per aliquem (ut præmittitur) redargutus, nec fuit aliquis qui verisimiliter eum paratus esset redarguere in hac parte: tunc in justitia tui Tituli delictum vel defectum prædecessoris illius mihi Canonico successori non videtur obesse; cum nihil quod est Tituli mei ab eo habeam. Ut bene notat *Car. Extra. de præben. si tibi absenti.* in magna *glo.* ante *fi. lib. 6.* Item jam purgatum est vitium hujus de cujus illicitæ per interventum novæ personæ. *ff. uti po. si duo. §. non videor.* ubi videtur casus *ff. de nova. l. doli. cum fi.* notatis per *Fabian. An. Extra. de offi. dele. judex. libro 6.* Delictum ergo vel defectus ipsius prædecessoris ipsum solum constringat tanquam delicti auctorem: non autem me innocentem percellat. *C. de pœnu. sancimus.* Facit pro hoc *ff. de furtis. l. qui vas. in fi.* Sed latius quæro, nunquid in Beneficialibus diutina possessio facit præsumi de Titulo, ita quòd sufficiat quousque adversarius docuerit de contrario? De hoc notatur per *Car. Extra. de eo qui mit. pos. c. 1. li. 6.* Et primo videtur quòd sic: nam Beneficium dicitur hæreditas seu patrimonium Clerici. *Extra. de præben. cum secundum.* sed de hæreditate videtur casus *ff. de acquiren. hæredi. l. qui aliena. §. sed & si non audierint. ar. ff. si servi. vin. l. si quis diuturno. C. de ser. & aqua. l. 1. C. de agric. & cen. l. litibus. li. 11.* Sufficere enim videtur Titulum allegare: sed tamen possessionem diutinam probare. Ut legitur & notatur *ff. de usu. l. cum de in rem verso.* Sed contra: non videtur hoc sufficere in Beneficialibus seu Spiritualibus. *de reg. juris. c. 1. lib. 6. ff. de mortu. inte. l. longa. ff de decur. Herennius.* Ad quod potest dici, quòd loquitur in Jure corporali reali, sed aliud est in Jure corporali personali, ut in usufructu, pensione, & hujusmodi. Ut notatur succinctè *ff. de usuris. l. injuste. §. non mutat.* & hoc videtur sentire *Inno. Extra. de præscrip. si diligenti. ante fi.* Ad quæsitum verò dicit *Hostien. in summa. titu. de institu. §. qualem. ver. & hoc quod dixi.* quòd longa possessio Beneficii, unà cum perceptione fructuum, & patibca, facit vincere in possessorio: & *Extra. de elec. in genesi.* sed in petitorio non juvat. *Extra. de præben. dilecto. 1, Respon.* Quod verum credo, quando Beneficiatus esset extra possessionem: si autem sit in possessione, tunc Aut procedetur contra Beneficiatum ad partis instantiam, tunc sufficit possessio quousque in contrarium probetur Titulus vitiosus: *ar. C. de pe. hæred. l. cogi. C. de rei vendi. l. fi. C. de testi. nimis grave* Aut ex officio contra eum procedetur: tunc si diu sic steterit sciente Prælato, tunc sufficit Titulus talis præsumptus ex patientia, quousque afferens contrarium probet. *C. de pe. hæred. l. si filius. C. de ser. & aqua. l. 2.* Sed extunc tamen contra eum probata est intrusio, vel Titulus alias vitiosus, ut sic præsumatur contra eum, necesse habet ostendere Titulum & suam possessionem, & sic justificare. *Extra. ut Ecclesiastica bene. ca. 1.* hoc notat *Gui. in Rosa. 12. q. 2. alienationes.* & notat *Jo. And. Extra. de Regu. Juris. c. 1. prope fi. lib. 6.* Si autem diu non steterit, requiritur ostensio Tituli. *C. de epi. & cle. si qua per calumniam. §. fi. Extra. de offi. ordi. ordinarii locorum. libro 6.* ubi de hoc per *Gui.* Juxta quod quæritur, si litera Institutionis sit defectiva, an Titulus reddatur vitiosus? *Compost.* videtur expresse notare quòd sic: cum in Beneficiis litera sit loco Tituli. *ar. ff. de re. eo. l. 1. §. cum fi.* ut ipse notat *Extra. de rescrip. super literis. ante fi.* Sed sua opinio aliter intelligitur, ut dixi *supra in Constit. pro. ver. fore nullam. Jo. de Athon* Interpres acutissimus.

d *Quomodolibet.* Id est, quomodocunque & sic hæc dictio est universalis reduplicativa, plus de sui natura continens quam universalis simplex: ut legitur & notatur ff. *ad Tre. habita. Extra. de foro compe. c. 1. §. eisdem. ver. commodum. in Cle.*

e *Se intrudi.* Sed contra: cum Intrusus dici non debet, qui Institutione auctorizabili est ingressus. ff. *de acquiren. pos. justè.* Solutio. Ex hoc excusatur a tanto, non a toto: ut bene notatur 7. *q.* 1. *cum qui.* Vel dic Legem istam *justè* loqui quando juste Judex interponit auctoritatem: ut diffuse notat *Gui. Extra de elec. c. ult. ver. confirmationes. li. 6.* Vel potest dici, quòd hic auctorizans & auctorizatus scienter participarent & communicarent delictum; unde in nullo videntur excusari. *ar. ff. de injur. l. non solum. §. Proculus.* Unde quæritur, an huic intruso teneantur debitores hujus Beneficii Respondere? Videtur quòd non: cum careat fundamento, quasi fur & latro. Unde notatur *Extra. de renun. in fi. in glo. ex hoc l. eo.* Sed dic contra, quamdiu toleratur, ex quo auctorizabiliter est ingressus: ff. *quod fal. tu. anto. l 1. ff. do acquiren. pos. justè.* alias secus, ut in *glo.* contraria. Sic notat *Hosti. Extra. de testi. spo. in literis.* Facit quod ipse notat *Extra. de elec. nostri. ar. ff. de acqui. hære. pupillum. C. de edic. divi Adri. tollen. l. ul.* Quod distinguit *Inno. in dicto c. nostri. in fi. & Hosti.* quem in dicto *c. in literis.* sequitur *Gui, Extra, de præben, cum qui. 1. Respon. li. 6. ver. invasor,* Nam si hujusmodi malæ fidei possessor agat nomine proprio, tunc non est ei Respondendum: si verò nomine Dignitatis, tunc sic; quousque de violentia vel mala fide in judicio sit convictus. Quæ definitio locum habere non potest in se intrudente auctoritate propria: quia sive nomine proprio, sive nomine Dignitatis talis petat, justè sibi resistitur. *ar. ff. de aur. si. l. 4. §. fi.* Ita quòd potius debet Excommunicationem tolerare, quàm tali intruso contra conscientiam respondere. *ar. Extra. de testi. spo. literas. de sen. ex. inquisitioni.* Quod verum est, nisi hujusmodi debitores in hac parte Judicialiter sint conventi per talem intrusum: nam tunc Judicialis auctoritas eorum conscientiam excusat. ff. *de minori. ait Prætor. §. 1. ver. quòd tamen.* Ratio est, quia in Judicio Judex procedit secundùm probata: sed pars cum sit extra Judicium secundùm conscientiam. Ut notat *Hostien. in dicto c. in literis.* Quòd tamen acta per intrusum non teneant, notat *Gui. 7. q. 1. factus. in glo. ar. quòd quæ.* de quo dic per *Inno. Extra. de schisma. c. 1.* Sed pone quæstionem facti; iste sic intrusus permutat hujusmodi Beneficium cum alio: nunquid nunc incumbens tenetur Respondere de Jure ipsius permutantis, & titulum incumbentiæ ejus justificare? Videtur quòd sic: ita quòd alioquin amoveatur. Qui enim rem alienam accipit, permutationē non facit. ff. *de re. permuta. l. 1. §. fi.* legitur & notatur *Extra. de excep. cum ventrabilis. §. 1. ver. cum inter. 16. q. 7. c. neminem.* Item hoc probat stylus curiæ in hac parte, cū dicitur, *non intendentes alterutri partium Jus notum confirmare, sed tantum in Jure, quod ipsi permutantes habere noscuntur, nostram auctoritatem hc, & è impartiri.* Sed contra videtur: nā auctoritas ipsius approbantis permutationem videtur sufficere, licèt prius nullum Jus habuit in re; & licèt dicatur causa minus legitima subesse. *ar. ff. de condi. inde. in summa. 2. Respon. ver. iis quibus. C. de transac. l. 2.* Item negotium permutationis ex officio Prælati superioris dependet: ut satis notat *Gui. de re. permu. c. 1. li. 6.* ergo saltem ipse Superior ex suo officio non potest hujusmodi propriam translationem impugnare. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de excep. cum Ecclesiastica.* circa medium *glo.* & quod notatur *Instit. loca. §. adeo. ar. ff de pig. actio. rem alienam. in fi.* licet hæc ratio non videtur urgere, tamen in Beneficialibus, ubi inesse debet omnis puritas, sicut Annunciatione Angelica ad *Mariam*, licèat proprium factum impugnare. *ar.* in hoc quòd notant *Inno. & Hosti. Extra. de re judi. cum Bertholdus. §. licet autem. ver. eis concessimus, & Extra. de ſon. sicut. §. fi.* & hoc verum attentā prohibitione Legis, non favore vel odio ipsius impugnantis: ut notat *Car. Extra. de præben. si tibi. ver. nequibit. li. 6.* Ad hanc quæstionem dicunt quidam Practici, quòd de vitio hujusmodi realis prædecessoris tenetur nunc incumbens Respondere, ut hic; *C. de acquiren. pos. vitio.* alias secus. Sed hoc nihil est: quia iste jam incumbens si intrusit se injustè, sicut primus, ergo ex proprio delicto tenetur, & sic cum inter permutantes videatur esse facta donatio, *ff. de ver. sig. ded ff. 1. Respon.* periculum evictionis cadere non videtur; *ff. de donat. l. Aristo. §. fi.* si autem ritè concurrentibus de Jure requisitis, ergo hujusmodi vitium primum purgatum est. *Instit. de usuca. §. aliquando. ff. de usuca. sequitur. §. idem. & §. ubi le. an fi.* Tu ergo dic, Aut aliquis arguit ipsum incumbentem Jus non habere, vel privabilem esse, vel similiter creditur aliquem sic vel e arguere, quod idem est. Ut notatur *Extra. de resti. spo. saepe. in gl. ar. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. clam facere.* & *l. 4.* legitur & notatur *ff. de reg. ju. l. quo tutela. §. vi factum. ver. clam.* Sic ergo & ego cum tali possim lite motā vel non motā contra eum, licenter permuto, quod semper esse verum videtur: ff. *de Reg. Jur. l. qui cum alio.* actor meritò ad justificandum Jus illius cum quo permuto, quasi Jus illud & Jus suum continuare videar. *ar. ff. de bo. pos. ex testa. in. l. 1. §. fi. Authen. de vas. decre. acta. c. 1. ar. op. Extra. de ali. judi. mu. can. fac. c. fi. §. ibi, commercii, &c. Extra. de judi. quia W. Extra. de re. eccle. non alienan. c. nulli.* sic enim oritur contra me suspicio. Ut notatur *Ex. ra. de confes. præben. c. 1. ver. impedire. in glo. & ibi est ratio. li. 6.* Sic intellige terminos hujus quæstionis prædictæ. Aut tempore permutationis iste cum quo permutavi non fuit per aliquem (ut præmittitur) redargutus, nec fuit aliquis qui verisimiliter eum paratus esset redarguere in hac parte: tunc in justitia tui Tituli delictum vel defectum prædecessoris illius mihi Canonico successori non videtur obesse; cum nihil quod est Tituli mei ab eo habeam. Ut bene notat *Car. Extra. de præben. si tibi absenti.* in magna *glo.* ante *fi. lib. 6.* Item jam purgatum est vitium hujus de cujus illicitæ per interventum novæ personæ. *ff. uti po. si duo. §. non videor.* ubi videtur casus *ff. de nova. l. doli. cum fi.* notatis per *Fabian. An. Extra. de offi. dele. judex. libro 6.* Delictum ergo vel defectus ipsius prædecessoris ipsum solum constringat tanquam delicti auctorem: non autem me innocentem percellat. *C. de pœnu. sancimus.* Facit pro hoc *ff. de furtis. l. qui vas. in fi.* Sed latius quæro, nunquid in Beneficialibus diutina possessio facit præsumi de Titulo, ita quòd sufficiat quousque adversarius docuerit de contrario? De hoc notatur per *Car. Extra. de eo qui mit. pos. c. 1. li. 6.* Et primo videtur quòd sic: nam Beneficium dicitur hæreditas seu patrimonium Clerici. *Extra. de præben. cum secundum.* sed de hæreditate videtur casus *ff. de acquiren. hæredi. l. qui aliena. §. sed & si non audierint. ar. ff. si servi. vin. l. si quis diuturno. C. de ser. & aqua. l. 1. C. de agric. & cen. l. litibus. li. 11.* Sufficere enim videtur Titulum allegare: sed tamen possessionem diutinam probare. Ut legitur & notatur *ff. de usu. l. cum de in rem verso.* Sed contra: non videtur hoc sufficere in Beneficialibus seu Spiritualibus. *de reg. juris. c. 1. lib. 6. ff. de mortu. inte. l. longa. ff de decur. Herennius.* Ad quod potest dici, quòd loquitur in Jure corporali reali, sed aliud est in Jure corporali personali, ut in usufructu, pensione, & hujusmodi. Ut notatur succinctè *ff. de usuris. l. injuste. §. non mutat.* & hoc videtur sentire *Inno. Extra. de præscrip. si diligenti. ante fi.* Ad quæsitum verò dicit *Hostien. in summa. titu. de institu. §. qualem. ver. & hoc quod dixi.* quòd longa possessio Beneficii, unà cum perceptione fructuum, & patibca, facit vincere in possessorio: & *Extra. de elec. in genesi.* sed in petitorio non juvat. *Extra. de præben. dilecto. 1, Respon.* Quod verum credo, quando Beneficiatus esset extra possessionem: si autem sit in possessione, tunc Aut procedetur contra Beneficiatum ad partis instantiam, tunc sufficit possessio quousque in contrarium probetur Titulus vitiosus: *ar. C. de pe. hæred. l. cogi. C. de rei vendi. l. fi. C. de testi. nimis grave* Aut ex officio contra eum procedetur: tunc si diu sic steterit sciente Prælato, tunc sufficit Titulus talis præsumptus ex patientia, quousque afferens contrarium probet. *C. de pe. hæred. l. si filius. C. de ser. & aqua. l. 2.* Sed extunc tamen contra eum probata est intrusio, vel Titulus alias vitiosus, ut sic præsumatur contra eum, necesse habet ostendere Titulum & suam possessionem, & sic justificare. *Extra. ut Ecclesiastica bene. ca. 1.* hoc notat *Gui. in Rosa. 12. q. 2. alienationes.* & notat *Jo. And. Extra. de Regu. Juris. c. 1. prope fi. lib. 6.* Si autem diu non steterit, requiritur ostensio Tituli. *C. de epi. & cle. si qua per calumniam. §. fi. Extra. de offi. ordi. ordinarii locorum. libro 6.* ubi de hoc per *Gui.* Juxta quod quæritur, si litera Institutionis sit defectiva, an Titulus reddatur vitiosus? *Compost.* videtur expresse notare quòd sic: cum in Beneficiis litera sit loco Tituli. *ar. ff. de re. eo. l. 1. §. cum fi.* ut ipse notat *Extra. de rescrip. super literis. ante fi.* Sed sua opinio aliter intelligitur, ut dixi *supra in Constit. pro. ver. fore nullam. Jo. de Athon* Interpres acutissimus.

Intrusa in Beneficiis an teneantur debitores solvere.

Permutans cum alio an teneatur justificare jus illius cum quo permutavit?

f *Et si fortassis.* Verificulus.

g *Qui mortuus fuerat.* Sic putativè. Unde prævalet Veritas Opinioni, ubi effectus seu actus probatur ostensione exteriori; *Extra. de re judi. cum Bertholdus. §. licet,* secus in actu qui potius consistit in animo. Ut legitur & notatur *ff. de acquiren. hære. is qui pu-*

Possessor diutina facit præsumi de titulo in Beneficialibus

Veritas præponitur opinioni

tur. An autem bono præjudicet Veritati, plenius notatur 30. dist. fertur. Vide etiam not. ta in c. super. de bigam. Sit regulariter Veritas præfertur Opinioni, nisi in certis casibus. Unde versus, Testamenta, favor, judicium, sententia, proles. Ex istis causis præfertur Opinio veri.

a *Revertatur.* Quod libere videtur posse de Jure auctoritate propria: *Extra. de præben. si beneficia. li. 6.* nisi assistitur regredienti, ita quod nova auctoritas non debet requiri, secundum *Gui.* ibidem. Nam rediens non censetur alius nec alteratus, *ar. ff. de impen. in re. do. fac. quod dicitur.* ubi dos est rediens antiqua. ff. *ad Vell. l. quamvis. §. si cum essem.* Item rediens non videtur abscessisse: *ar.* ff. *qui. mo. pig. vel hypo. sol. videtur. 1. Respon.* ff. *de lite. & pos. l. filio.* ff. *de bo. poss. contra ta. l. 3. §. si quis post. 2. Respon.* nam ad locum suum dicitur redire; ff. *de decurio. l. 2. §. restituto.* intantum quòd novus titulus non videtur necessarius sibi, seu aliqua nova provisio. *ff. de lit. 2. servum filii. 1. Respon. §. 1.* Sed contra: nam verbum Reversionis de virtute sermonis denotat †alienationem Juris, ita qd arguitur vacatio tempore medio. *ar.* ff. *de solu. Modestinus. C. de dona. quæ sub mo. l. 2. C. de revo. do. si iniquam.* Solutio. Aliquando res redit ad personam, sicut feudum ad dominum, *Authen. de prohibita feu. alie. per Iri. §. callidis Collati. 10.* tunc Reversio stat propriè: quia medio tempore fuit Jus interpellatum, ut in contrariis. Aliquando persona revertitur ad rem, tunc Reversio stat impropriè, cum nihil Juris tunc censeatur interpellatum vel abdicatum. *Extra. de elec. nosti.* Unde hic signanter dicitur *ad Ecclesiam suam revertatur*: ut dicto *c. si Beneficia. li. 6.* ibi, *ad Beneficia sua benè & liberè revertantur.* Nam hujusmodi nomina possessiva præsens tempus denotant. *ar.* ff. *de au. & ar. le. l. si ita.* Caveat tamen rediens, nè alio Instituto vel Inducto resistente absque Superioris auctoritate hujusmodi Ecclesiam suam, id est, ejus possessionem corporaliter ingrediatur, licèt novus titulus non sit sibi necessarius, (ut prædixi) cum per invasionem suam violentiam faciliter à Jure suo, quod in re habet, cadere possit: *infrà. §. fi. 16. q. 6. placuit. C. unde vi. l. si quis in tantam.* ff. *quod me. cau. extat.* cum aliis *fi. infrà. e. Consti. §. fi. ver. vi vel clam. ar. Extra. de appel. bona memoria.* Vel saltem dejectus possessorio nomine agens ipsam possessionem recuperaret ante omnia, ut ibi. Et notatur 3. *q.* 1. *in summa. Extra. de resti. spo. in literis.* ubi hoc notat *Inno.* nisi notoria esset causa novi tituli, ut notat *Inno. Extra. de fi. pref. Constitutus. in fi.* quod maximè in proposito dici non posset, quando auctoritate Diœcesani est ingressus. ut dixi *supra. e. ver. se intrudit. in prin.* & hoc notat *Gui. Extra. de eo qui mit. in pos. cum qui. in glo. sed quando. lib. 6.* Hæc vera cum agetur possessorio, aut agenti petitorio ad repetitionem beneficii objiciatur crimen, vel aliquid aliud quod ipso Jure inducit privationem hujus Beneficii, putà, quia sit Hæreticus, vel sententialiter de crimine condemnatus, tunc admittenda est exceptio: ut *le. & no. 8. di. quo jure.* aut aliud crimen ei objicitur, ut Perjurium, Simonia, vel Homicidium, tunc, quia ipso Jure Jus in Beneficio non amittitur, exceptio hujusmodi nec recipitur. Ut plenius notatur per *Inno. Extra. de concess. præben. inter dilectos. in glo. prima.* Idem etiam notat *Compost. Extra. de elec. quòd sicut. §. si vero confirmatio. ver. & verbum.* Hoc membrum ultimum non admitto, cum agitur petitorio: secus tamen possessorio. ut *le. & no. 2. q. 6. super causas.* hoc notat *Gui. in dicto c. quo jure.* & dixi de hac materia *supra. e. Consti. alicubi. in ma. glo. post prin.* & facit quod dicam *infrà. in Consti. Otho. amoris. ver. & quia non sufficit.* ubi de hoc remittam. Si tamen forte possessionem Ecclesiæ vacantem ille rediens inveneris, tunc videtur licite posse ingrèdi, cum eam ad se sciat pertinere, ff. *de vi & vi armata. qui possessionem. ar.* à contrario sensu. *C. unde vi. l. cum quærebatur. ar.* à contrario sensu. & eam invenit ab alio non occupatam. *ar.* in his quæ notat *Inno. Extra. de capellis mo. dilectus. in secunda glo.* & hoc verum est: quia ad hoc fingitur possessionem retinuisse. Quod dic ut *no. de resti. spo. plim. in glo. ut scias. Jo. de Anbon.*

b *Respondetur.* Et male. ff. *de hære. instit. l. pater. & l. fi.* ut dicam *infrà. in Consti. Otho. ver. constiterit.*

c *Nescio te.* Tamquam sit unus de quinque virginibus fatuis, quibus sic responsum erat *Matth. 25. c.*

d *Nonnulli.* Tertia pars.

e *Nimia cupiditate.* Quod vitium cœperat in cœlo: ut per plures auctoritates optimè probatur. 47. *di. omnes. c. virum. & c. bonorum. & c. sicut hi.* Unde Cupiditas sæva nuncupatur. *Extra. de loca. c. ita quorundam. in prin.* Cum laboribus nota & zrumnis acquiremus opes. *Eccl. 2. c.* Avarus qui non implebitur pecunia, & qui amat pecunias, hæc est vanitas. *Ecclesiast. 5. c.* Sine gaudio, immo cum timore possidentur: unde *Eccl. 5.* quid prodest possessori, nisi quod cernat divitias oculis suis & saturitas divitis non sinit eum dormire. Item, cum timore & tristitia amittuntur. Ideo ibidem scribitur, perierunt in afflictione pessima. Nam secundùm *Bern.*, "Possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciant. Definè ergo sequi quod miserum est assequi. Et patet per versus, *Divet divitias non congregat absque labore. Non tenet absque metu: nec deserit absque dolore. ar. 48. distin. omnis.* Item *Greg.* dicit, "Quid est potestas culminis, nisi quædam tempestas mentis? Unde *Aug.* "Prospera hujus mundi veram habent asperitatem, sed falsam jocunditatem; certum colorem, sed incertam voluptatem; datum habent dolorem, sed timidam quietem. Item *Hiero.* "Omnis amor terrenus fumus, spuma, & somnus: fumus, quia obscurat alias offuscatq; spuma, quia inflat, somnus, quia gravat. Et notat *Gui. 14. di. verum. ver. erroribus afficitur.* Item *Hieron.* dicit, Divitias habuisti, requiem perdidisti; dum vigilas, augmentum divitiarum cogitas; dum dormis, latronem somnias. In die sollicitus, in nocte pavidus, & sic semper miserrimus: notat *Gui. 30. di. hæc autem scripsimus. in fi.* unde *Greg.* Nihil laboriosius quàm terrenis desideriis æstuare: nihil quietius quàm nil appetere in hoc mundo. notat *Gui. 46. dist. omnes.* Unde in vanitate sensus & obscuritate mentis ingredi legitur, qui divitias per fas & nefas, vel studiosè quærit, qui adulatur Regibus, hæreditates captat alienas, opes congrègat, quas in momento, cui fit relicturus, ignorat. 37. *di. nonne.* Unde avaro nihil scelestius est. *Eccle. 10. c.* Habere autem divitias tunc peccatum est, cum propter eas, seu in acquirendo, seu retinendo, Justitia deseritur: vel cum homo in eis spem suam ponit. Ut *no. 12. q. 1. clericus, qui, in secunda glo.* & per *Host. Extra. de fil. mo. recolentes. §. fi. ver. sic etiam in paupertate. ar. op. 12. q. 1. habeat. in fi.* Ut tunc Justitia tantùm deseri dicatur, quando amor divitiarum præponitur amori Dei, secundùm *Hug. ar.* ut legitur & notatur 30. *di. c. pe. in fi.* Non igitur Christus pecuniam, sed ejus nimium amorem vetat. ut notat *Gui. in Rosa. 23. di. sibis igitur. ver. fugiant.* & facit quod dictam *infrà. in Consti. Otho. in prin. §. 1. ver. quasi ebria.* Sed cum nihil afferat secum moriens, de labore suo comedat, bibat, & fruatur lætitia: & cui Deus dedit divitias atque substantiam, comedat ex eis, & fruatur ex parte sua, & lætetur de labore suo; hoc est donum Dei. *Eccl. 5. c. in fi.* Sic contrarium Cupiditatis amplectens, id est, Largitatem, quæ sancta appellatur 16. *q.* 2. *visis.* circa medium, & sic Cupiditas, quæ radix est omnium malorum, ut dicto *c. bonorum. & c. se. Authen. ut judi. sine quo suf. §. quamvis. Coll. 11.* virtutis viribus expugnetur: quod summè victoriosum reputo, cum pecuniæ obediunt omnia. *Eccl. c. in fi.* Unde *Seneca*, "Fortior est qui Cupiditatē vincit, quàm qui hostem subjicit. Ut notat *Gui. Extra. de rescrip. c. fi. in fi.* Fecit enim mirabilia in vita sua. *Eccl. 31. c. all.* Qui sibi nequam est cui alii bonus erit? & non jocundabitur in bonis suis. *Eccle. 14. c.* Quis autem dicitur avarus, quis largus, quis prodigus, notatur *Extra. de consue. ex parte. in prin. Jo. de Anbon.*

Divitiæ habere an sit peccatum?

pecuniæ omnia obediunt.

f *Cæcati.* Cupiditas namque animos cæcat, ut agendi non videant, & à prohibitis non desinent. *Extra. de elec. quorundam. li. 6.* Ut notat *Jo. An. de vi. avaritia. in prin. li. 6.* Dixi *supra. e. Con. audiu. ver. avaritiæ suæ.*

g *Absentium.* Ut *supra* in proxima *Ref.*

h *Sed etiam.* Dictio implicativa est: ut *infrà. e. §. & infrà. e. Con. quoniam Tabellionum. in fi.* & dixi *supra. e. Con. licet adeo. 1. Respon. veretiam. Extra. de app. cum sit. 1. Respon. in fi.* ff. *de adoptio. etiam. C. de jure do. l. etiam.*

i *Præsentium.* Id est, residentium. De quibus *Extra. de cle. non resi. c. 1. li. 6.* & facit ff. *de procu. præsentium. & l. sc.*

k *Clanculo.* Vitium & suspicionem regulariter arguit. ff. *de admis. tu. non existimo. ff. quod vi aut clam. de præta.* per totum ff. *de jure fisci. l. 3. § 1.*

l *Vel ubicunq; possunt.* Per fas & nefas, vi, clam, vel precario, ad firmam, vel hujusmodi a quo quovis quæsito colore. 37. *di. nonne.*

m *Irrumpere.* Vitium notatur *infrà. e. Con. licet adeo.*

n *Invadere.* In vitium sonat: & propriè respicit immobilia, ut hic, sed mobilia propriè dicuntur occupari vel capi. Ut plenius notat *Gui. Extra. de elec. generali. ver. occupare. li. 6.* Unum tamen sæpe ponitur pro alio, ut ibi notatur *ar. C. de vi bo. rap. l. 1. C. unde vi. l. fi. cum st.*

o *Non formidant.* Cum sint ad tantam malitiam ità profundâ imaginatione dediti. *ar. le.* de quibus dixi *supra. e. Consti. in prin.*

p *Et cum intus fuerint.* Nimis avidè & avarè commodū possessionis desiderant. *Instit. de interdic. §. commodū.* Unde hujusmodi adeptioni possessionis obviandum est: melius est enim ante tempus occurrere &c. ut *le. & no. Extra. de homici. suscepimus.* Unde versus, *Principiis obsta sero medicina paratur.* ut *no. Extra. de rescrip. ad hoc.* & notat *Wil. Extra. de jure jurand. 1. §. 1. in Cle.*

q *Nec prosunt.* Ita qd meru earū parcant Justitiæ: cum tamē censuræ hujusmodi mortales sunt, si contenantur, & sarū hominū inuran-

tes,

tes, de familia Del tranſlationem faciunt in familiam Diaboli. 7. q. 3. *audi.* plenius notat *Gui. Extra. de ſen. excom. cum medicinalis. in prin. li.* 6. ubi tenet *Gui.* non obſtante ratione prædicta, quòd timor Excommunicationis non eſt metus, qui debeat cadere in conſtantem, cum ſit medicinalis, non mortalis, ut ibi notatur *Extra. quod me. cau. cum dilectus.*

Excommunicationis metus non debet in conſtantem cadere.

Quam ſententiam approbo: quia Excommunicatio, ſi facta rite ſit, per legitimam perſonam, ſc. per miniſtrum Legis, i.e. per Judicem profertur; *C. ſi a non compe. judi. l.* 1. ergo non inducit juſtum metum. *C. quod me. cau. accuſationis.* & notat *Gui. in Roſar.* 7. *diſt. fuerunt. in fi.*

a *Nec aliquid.* Id eſt, aliqua cenſura Spiritualis. Unde hoc caſu juſte poſſet recurri ad invocationem Sæcularem per Ordinarium: Ut legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. c.* 1. *per Dec.* idem dicit *Hoſti.* de delegatis ſc. quòd ipſi hujuſmodi auxilium poſſunt requirere: ut ipſe notat *Extra. de offi dele. c.* 1. *in fi.* Hoc tenet *Inno. c. ti. ſignificaſti. in fi.* Hujuſmodi tamen contrarium notat *Gui. Extra. de hæreti. ut officium. §. fi. lib.* 6. Cujus opinionem confirmat plenè *Wil. Extra. de offic. deleg. c. unico. in Cle.*

Brachii ſæcularis auxilium, an poſſit à quocunq; Judice invocari.

b *Armorum.* Quæ tamen ſunt Clericis interdicta, Ut legitur & notatur *infra. e. Conſti. cum in armis. §.* 1. *in Conſti. Othob.*

c *Se defendunt.* Licèt Defenſio cuilibet regulariter dicatur permiſſibilis: ff. *de juſti. & jur. ut vim.* ff. *ad l. Aquil. ad ſcientiam. §. qui cum aliter.* tamen contra Judicem in forma Juris, quanquam contra jus litigatoris procedentem, videtur Defenſio violenta damnabilis. ut ff. *de rei vendi. qui reſtituetur. in prin.* Quod verum credo, niſi colorem Juris habens, remedium appellationis pro tuitione ſuæ poſſeſſionis proponat: *Extra. de appel. cum ſit. §. fi. & c. cum teneamur. & ca. ad audientiam. & c. bonæ memoria.* vel niſi inordinatè proceſſerit Judex, quaſi privatus; tunc enim ei reſiſtere poſſit, etiam per arma, ſubditus ſe defendens. *ar. C. de jure fiſci prohibitum. li.* 16. *C. de metatis. l. devotum. li.* 12. legitur & notatur 10. *q.* 3. *quia cognovimus.*

Defenſio an ſit permiſſa ſemper.

d *In utroque.* Quarta pars.

e *Quale poſſumus.* Quaſi diceret, ſufficiens & plenum remedium adinvenire nequivimus. ff. *de appel. à ſententia. in prin.* ibi notatur quòd eſt aliquale præjudicium.

f *Opinionis vel famæ.* De hoc *infrà. e. Conſti. amoris. §.* 2. *ver. per teſtes. in Conſti. Othob.*

g *De morte.* Naturali, de qua hic loquitur. *Sed* an dicam idem de morte Civili? Dic per ea quæ notat *Gui. Extra. de reſcrip. ſuſceptum. in glo. penulti. li.* 6.

h *Vel ceſſione.* De qua dixi *ſuprà. 1. reſ. ver. vel reſignaſſe.*

i *Abſentis.* Secus ergo de Beneficio Præſentis. Nam tunc non oportet conſtare vel per literas, vel per teſtes: cum veritas ipſa principaliter nota ſit. ff. *de act. emp. l.* 1. *in fi.* ff. *de Regu. Juris. cum qui certus. lib.* 6.

k *Aliquatenus.* Id eſt, ullo modo.

l *Conferatur.* Nec Jure proprio ipſius Epiſcopi, nec ad præſentationem alterius. Sic *Extra. de conceſ. præben. c. nulla.*

m *Sed expectet prælatus.* Id eſt, Epiſcopus, ad quem pertinet auctorizabilis Inſtitutio de Jure Communi. ut *no. Extra. de offi. Archi. cum ſatis. per Fo.*

n *Donec.* Quantumcunque tempus ſit, ſi ipſi Prælato de impedimento, vel juſta cauſa abſentiæ conſtiterit; ut notatur *Extra. de appel. pervenit. 2. in prima & ulti glo.* quia impedito non currit præſcriptio in effectum; *C. de reſti. mili. l. ignorare.* tamen alioquin, ſi de hoc non conſtet, procedatur juxta *glo. remiſſuram.* de qua dixi *ſuprà. e.* 1. *reſ. ver. abſentis.*

o *Plenius.* Quàm per opinionem, vel famam.

p *De alterutro.* Id eſt, de morte, vel de ceſſione.

q *Inſtruatur.* Per teſtes, vel inſtrumenta. Quod dic, ut legitur & notatur *infrà. in Con. Otho. amoris proprii. §. de his. in fi.*

r *Alioquin.* Id eſt, ſi non expectet Prælatus, donec &c, ſed citra hoc conferat vel inſtituat.

ſ *Reſarciendum.* Id eſt, refundendum.

t *Omne damnum.* Quod cum provenit ex alterius delicto ſeu dolo, videtur hoc poſſe probari per patientis injuriam Juramentum. ut *not. Extra. quod me. cau. c. fi. C. unde vi. l. ſi quando.* & plane *no. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. pe.* Secus tamen, quando damnum provenit ſeu intereſſe juxta contractum ex mora vel culpa. ut *no. Extra. de ſo. compe. dilecti in glo. fi. Inſti. de ver. obli. §. ulti. ante fi.* Quas *glo.* reputo veras in deciſoriis, ut hic: ſed in dilatoriis aliter eſſet dicendum. Ut *Extra. de teſti. veniens.*

Damnum probatur per juramentum patientis injuriam.

ſententiæ, [a] nec aliquid per qd valeant mitti vel ejici foras, quin [b] armorum potentiâ [c] ſe defendunt. ¶ [d] In utroque igitur articulo remedium [e] quale poſſumus adhibentes, Statuimus, diſtrictiùs prohibentes, nè prætextu [f] opinionis vel famæ quæ [g] de morte [h] vel ceſſione habeatur [i] abſentis, ejus Beneficium [k] aliquatenus [l] conferatur, [m] ſed expectet Prælatus [n] donec [o] plenius [p] de alterutro [q] inſtruatur, [r] alioquin ad [ſ] reſarciendum [t] omne damnum [u] ex hoc inflictum abſenti [x] eum fore Decernimus [y] obligatum, [z] & illum, qui ſe [a] procuravit intrudi, [b] præter reſtitutionem [c] damnorum, [d] ab Officio Beneficioq; ſuſpenſum protinus [e] ipſo facto. ¶ [f] Quod etiam ad ipſum extendi Volumus, qui Beneficium [g] Eccleſiaſticũ [h] altero poſſidente [i] auctoritate

Damnum in re & circa rem.

qui ſecus diceretur, ſi inſurgeret ex contractu, vel quaſi. Ut ff. *de actio. emp. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.* Damnum generaliter continet omne illud, quod eſt diminutio patrimonii: ut *no. Extra. de offi. ordi. ſi canonici. lib.* 6. & ſic ſub damno etiam continentur expenſæ, ut hic. Sed tamen quandoque ponuntur ut diverſa: quia partes tractant illa ut diverſa. Ut legitur & notatur per *Fo. An. Extra. de injur. c. in noſtra. §.* 1.

u *Ex hoc.* Id eſt, hujuſmodi repentinâ collatione injurioſa. *Fo. de Athon.*

x *Eum.* Sc. Prælatum.

y *Obligatum.* Effectualiter: ita quòd probatis præmiſſis condemnatus hujuſmodi damnum quodcunque refundat. ff. *de re judi. l.* 4. *§. condemnatum.* alias *§. damnatum. Fo. de Athon.*

z *Et illum.* Nota copulativam, quaſi diceret, unum aut alium non liberat à pœna. ff. *ſi quis in teſta. li. eſſe juſ. fu. l.* 1. *§. ulti.* De qua materia dic, ut in *glo. ff. nau. cau. ſta. l. & ita. §. fi. Inſti. ſi quadru. pau. fe. dica. §. fi.* & patet *infrà. e. Con. amoris proprii. §. quòd ſi contra ea, in fi. §.* ibi *alterius &c. in Conſti. Otho.*

a *Procuravit.* Cum effectu per executionem operis. *Fo. de Athon.*

b *Præter.* Hæc dictio hic ponit, quòd relationem habet ad aliud intrinſecum ſeparatum. *C. de pigno. actio. l.* 1. *in fi.* De hoc plenius dicam *infra. in Conſti. Otho. juncta. ver. præter. Fo. de Athon.*

c *Damnorum.* Quæ non recuperavit à Prælato. Vel poteſt dici, etiamſi hujuſmodi à Prælato recuperaſſet. *ar. ff. de tabu. exhi. l. locum. §. condemnatio.* Sed primum verius eſſe apparet quibuſdam ſtrictæ conſcientiæ, nè videatur de lucro ſollicitus: *ar. ff. de admi. tu. l. ſi minori. in fi.* nec prædam quam in alio damnavit, in ſeipſo recipere. *ar.* 40. *di. jam multi.* & ibi, *ſi bene docuit &c.* Sed forte licèt hoc conſilium ſit ſalubre, non tamen requiritur de Juris neceſſitate: ut jam dixi *ſuprà* in verbo & *illum.* Non enim tenetur quis eſſe clementior Lege: *Authen. de judici. §. oportet. & §. fi. Coll.* 6. hæc autem pœna Juris eſt. Unde facit quod dicam *infrà. in Conſti. Otho. Deus omnipotens. in ver. in duplum tamen. poſt Gui. in Roſario.*

d *Ab Officio.* Dixi *ſuprà. e. Conſti. audiu. in fi.*

e *Ipſo facto.* Ex hoc ergo nota quòd proſecutio intereſſe privati agentis non tollit publicam diſciplinam Juris; eriã officium Judicis. *Extra. de homici. prælatus. li.* 6. *ff. de publi. & vecti. licitatio. §. quòd illicite. C. quando civi. act. præju. crimi. l.* 1. *§.* 3. *q. ulti. §. tollatur aliquando.* Sed contra: quia proſecutio una aliam tollere videtur, ff. *nau. cau. ſta. l.* 3. *§. miramur.* cum *l. licet. §. poſſumus.* Solutio. Aut eſt officium promotum, ſeu imploratum: ut ff. *de dam. infec. l.* 4. *§. hoc autem judicium.* tunc ſi tendat ad illud, ad quod etiam inſtantia, tunc proceſſus primò inchoatus eſt eligendus. *ff. ne vis fi. ei qui in poſ. miſ. l. ſi quis miſſus. ff. de crimine expi. here. l. ditus.* Si autem ſimul concurrant, tunc credo Judicem debere eligere viam, quam ipſemet præoptavit: quia in his ejus officium exuberat, *ar. ff. de libero ho. exhi. l.* 3. *§.* 1. ſi tamen plures. *ff. de ſepul. vio. l.* 3. *§.* 1. Aut eſt officium merum: ff. *de offi. præſi. l. congruit. C. de offi. præfec. Orientis. ſi quis.* tunc ſimul hæ viæ ſe compatiuntur, ut hic, cum primis Concordantiis. Quod verum videtur, quando hæ viæ inducunt diverſum finem vel exitum, ut in dictis juribus patet. Si tamen tendunt ad eundem finem, promovens officium, vel aliter proſequens proprium intereſſe, deberet præferri: alioquin juſte appellaret, & ſic appellatione pendente, etiam merum Ordinarii officium conquieſceret ligandum per inhibitionem Judicis appellationis; ut ſatis practicant cauteloſi Advocati per *Decret. Extra. de accuſa. cum dilectus. in fi.* Unde nec crederem, quòd Judex omiſſâ †provocatione partis poſſit hoc caſu ſibi aſſumere viam expeditiorem inquiſitionis: ſi Judex eſſet inferior Papa. Ut notatur per *Hoſti. & Fo. An. Extra. de ſen. licèt Hely. §. cum igitur.* idem notatur in *Spe. de renunci. §.* 2. *in fi.*

Officium judicis tollatur per privati agentis.

M.S.C. Nov.

† Provocatione.

f *Quod etiam.* Quinta pars. Et dic ſcilicet Statutum pœnale.

g *Eccleſiaſticum.* Quodcunque.

h *Altero poſſidente.* De facto tantùm, licet non de Jure. Ut dixi *ſuprà.* 1. *Reſpon. in fi. ar. Extra. de præben. licet Epiſcopus. li.* 6.

i *Auctoritate propria.* Hoc non licet etiam Inſtitutione auctorizabili

ſtrabili præcedente. *ar. ff. de acquir. poſſeſſio. l. ſi ex ſtipulatione. l. fundi. ff. de Reg. Jur. non eſt ſingulis.* & notat de hoc *Hoſti. de offi. Archi. cum ſatis.* & *Gui. Extra. de præben. ſi poſſquàm. li. 6.* Unde ex hac cauſa ſecurè eſt habere literam Inductionis, de qua dixi *ſuprà. c. Conſti. in glo. ſed contra.* ibi, *ſed latius quæro. infrà. c. Conſti. licet adeo.* §. 1. *in glo. ſi enim.* licèt *Inno.* & *Hoſti.* dicant, quòd confirmatus, vel Clericus auctorizatus, maximè Apoſtolicus, propria auctoritate, ſine Judice, vel executore poteſt poſſeſſionem apprehendere, at in temporalibus & ſpiritualibus, in Judicio & extra miniſtrare, *Extra. de judi. cum deputati.* niſi forte aliud habeat conſuetudo. *Extra. de appel. conſtitutis. 2.* vel niſi opponeretur ei crimen cum infamia, quod & retardat poſſeſſionem. *Extra. de accuſa. accedens.* §. *ſi.* ut notat *Jo. An* poſt eos. *Extra. de elec. tranſmiſſa.* Conſulo tamen, quòd tu nondum poſſeſſionem nactus, primâ viam tutam & certam eligas, ne alicui periculo te ſubmittas. *de pœ. diſt. 7. ſed unde ſciſ. in ſi.* Si tamen poſſeſſionem aliter nactus fueris, videtur quòd per opinionem prædictâ poteris excuſari: *ar.* in hoc quod notat *Car. Extra. de elec. cupientes.* §. *denique. ver. in ordinibus. in ſi. li. 6.* cum ex† regula magiſtrali ſiat jus Commune. *ff. de dam. infec. l. ſi ædibus. in ſi. le.* & *no. per Jo. An. Extra. de conſan.* & *affi. c. ſi.* Nam per opinionem *Doctorum* approbatam à præſumptuoſâ temeritate, & expenſarum condemnatione debet quis excuſari: *de pœ. calumniam. Extra. de appel. ut debitus.* quia per hoc videtur habere probabilem cauſam litigandi, quæ à talibus excuſat. *ff. de leg. 2. l. qui ſolidum.* §. *etiam.* Nam à lege habet *Doctor* auctoritatem Jura ſubtiliter interpretandi. *C. de de profeſſo. qui in Urbe Conſtan. l. unica. li. 11.* & hoc notat *Geſſe. de elec. ne Romani. in prin. ver. opinionem. in Cle.* Cave tamen, quia in opinionibus contrariis ſubtilior approbatur: *Extra. de feri. capellanus. Extra. de jura. calum. c. ſi. ff. de condi. ob cauſam. l. dedi.* §. *ſed ſi ſervus. Jo. de Anton.*

a *Vel.* Pro immo.

b *Vi vel clam.* Hos terminos exponè per *ff. de Reg. Ju. quo tutela.* §. *vi factum.* Nunquid ergo intruſio fiat abſque violentia? Dicit *Jo. An.* quòd non. ut *Extra de præben. cum qui.* §. *inſuper. li. 6.* propter verbum *violentum* ibi poſitum, & ibi eſt caſus §. hujus, ſed tu dic contra, ut notat *Gui.* nam vis inferri cenſetur, quoties res ſine Judice repoſcitur. *ff. quod me. cau. extat. ff. ad leg. Fuliam. de vi privata. l. ult. Extra. de præben. cum jam dudùm.* & hic, cum ſubjungit *vel clam* &c.

c *Occupare.* De hoc dixi *ſuprà.* §. *nulli. ver. invadere.*

d *Declaratum* Aliàs determinatum, ſc. per ſententiam, quæ in rem tranſit judicatam, & ſic redditur Notorium Juris. *ff. de ſta. hoſ. ingenuum.* de quo dic per *Inno. Extra de cohab. cle.* & *mulier.* & *c. præc. per Hoſti.*

e *Pertinere. Sc.* Beneficium.

f *Armis.* Hoc non licet Clericis, ut dixi *ſupra.* § *nonnulli. in ſi.*

g *Se.* Id eſt, ſuam præſumptuoſam detentionem.

h *Nititur.* Malè & nequiter.

i *In eodem: Sc.* Beneficio ab eodem judicato per ſententiam.

k *CUM ſit ars artium.* Illud eſt quod ſequitur, ad cujus intelligentiam notantur quinque fines quare homines addiſcunt. Primus eſt, ut ſciantur: ad quem tendunt Rhetorici propter vanam gloriam: quia volunt vocari *Rabbi.* Alius eſt, ut ſciant: ad quem tendunt Dialectici, nimis ibi morantes propter ſuperbiam. Tertius eſt, ut lucrentur: ad quem tendunt Phyſici, & Legiſtæ per avaritiam. Quartus eſt, ut ædificentur: ad quem tendunt Theologi, & boni Canoniſtæ per operis vivendi prudentiam. Quintus eſt, ut ædificent: ad quem tendunt boni Magiſtri alios inſtruentes, non ad laudem humanam, ſed Dei, ut ad viam redeant veritatis: quorum finis eſt charitas. 45. *diſtin. tria.* Ad hoc enim quis tenetur ex quo talentum ſcientiæ ſibi traditum Deus: 63. *di. c. ulti.* 2. *Reſſon.* aliàs tanquam proditor veritatis æternam damnationem incurrit. 11. *q.* 3. *nolite.* hoc plenius notat *Gui.* 37. *di. nonne.* Ubi dicit *Hiero.* Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur?

l *Beato Gregorio.* In ſuo paſtorali, & patet *Extra. de ætate.* & *qua. & ur di. præſi. c. pe. in prin.*

Nè Eccleſia una de cætero in plures Perſonatus vel Vicarias dividatur.

¶ Summarium.

Nunquam deinceps in plures Perſonatus vel Vicarias una dividetur Eccleſia, & ſiqua ſine auctoritate Epiſcopi fuerit nuper diviſa, ut primum commodè fieri poterit, in unam redintegrabitur. Qua verò commodè diviſa fuerit juſtis portionibus, per Diœceſanum condividetur, per quem provideb[itur], ut in ſingulis reſideat debitam Animarum curam gerens. Veruntamen de Reſidentia & Pluralitate Beneficiorum conſultius ad Romanorum Pontificum Conſtitutiones, quàm ut novas condat, cenſet remittendum.

k CUM ſit Ars Artium (teſte l Beato *Gregorio*) m regimen Animarum: non ceſſat n antiquus Sophiſta ſua o gyrare p volumina fraudis, & in q falſæ poſitionis ſtudere fallaciis, r quo ſ valeat t diſcipulis

m *Regimen animarum.* Et quæ cura debet vigilis onerioſa eſſe, & ſollicita: ut iſte, cui committitur, curet ne pereant ſubditi, ſed ſalventur, ut notat *Hoſtien. de pœni. & remiſ. annua.* Et ex hoc textu arguitur, quòd major & dignior ſit cura, quæ exercetur in Foro animæ, quàm in Foro contentioſo: ſed contra arguitur 94. *di. præcipimus.* ubi Diaconus præfertur Presbytero, ratione Officii contentioſi quod occupat. Credo tamen, quòd inquantum anima præeſt corpori, & rebus. *de majo. & obe. ſolitæ.* §. 1. ita cura animæ ſit major, inquantum periculoſior & gravior, ſed illa dignior & honorabilior in Eccleſia Militanti. *ar. C. de proxi. ſa. ro. ſcri. amicuique. lib.* 12. ut de hoc notat *Wil. Extra. de præben. c. 1.* §. 1. *in glo. quod intelligo. in Cle.*

Cura fori animæ, an ſit dignior ea, quæ in foro contentioſo exercetur.

n *Antiquus Sophiſta.* Id eſt, Diabolus, ut patet in remiſſione quam feci *ſuprà. c. Conſti. in prin. infrà. c. Con. uſum. in prin.* Qui ideò Sophiſta ſignanter dicitur; quia arguit per ſyllogiſmum apparentem, & non exiſtentem, per *Ariſto. in lib. Elenchorum. ar.* in hoc quod notatur 37. *di. nonne. in prin.* 24. *q.* 3.

o *Gyrare.* Id eſt, circumcirca volvere. *ſuprà. c. Conſti. ſacramento. in ſi.*

p *Volumina fraudis.* Quæ infinita ſunt. *Authen. de nupt.* §. *mitiores. in ſi. Coll.* 4. ut dixi, & remiſi *ſuprà.* eadem Conſtitutione *in prin.*

q *Falſæ poſitionis:* Hoc propriè dicitur altercantium, & Philoſophorum: ut *li.* & *no. per. Wil. Extra. de ſum. tri.* & *fi. ca. c. unico.* §. *porro. in prin. ver. poſitionem. in Cle. ar. ff. de ver. ſig. nomen cavillationis:* & *infrà. c. Con. clamorem. in prin.* & notatur *ff. de regu. Jur. l. eſt eſt.* licet Theologi & Artiſtæ præmiſſo intellectu utantur in verbis poſitionis, ut hic, Canoniſtæ tamen aliter utuntur hoc termino, ut legitur & notatur *Extra: de confeſſi. c. 1. lib. 6.* & *de jurejuran. c. ulti. eod. lib.*

r *Quo.* Id eſt, Unde.

ſ *Valeat. Sc.* Sophiſta, hic (ut videtur) pro mala intentione legit & ſtudet, ſicut & malus homo ejus ſequax: nam talis ſtudet ut diſſipetur, vel ut diſſipet, ut hic, ſicut & Doctor divinationis & Sortilegii: hic itaque non poteſt haberi bona intentio, ex qua anima eſt damnata: *Extra. de jureju. c.* & *ſi Chriſtus.* &. *quedam.* igitur harum duarum intentionum unus eſt finis & malus, ſcilicet ira Dei in præſenti, & pœna æterna in futuro. 26. *q. ſi. c. non licet.* & ſequenti uſque in *ſi.* Aliæ verò intentiones legendi & ſtudendi ſemper ſunt bonæ, ut homo ædificetur, cujus finis eſt Prudentia ſecundùm Beatum *Ber.* vel ut ædificet, & ejus finis eſt charitas ſecundùm Beatum *Ber.* & licet hæ duæ intentiones locum habere poſſunt in qualibet ſcientia non damnata, tamen quoad Theologicam Legem, & Canonicam, ſpecialiter locum habent. *Extra. de magiſ. ſuper ſpecula. Extra. de aiá.* & *qua. cum ſit ars.* Tres verò ſunt aliæ intentiones indifferentes, ſcilicet ut ſciat, hic finis eſt ſuperbia, ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſi autem bonam, ædificatio. Item ut ſciatur, hic finis eſt vana gloria, ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſi autem bonam, eſt laus Dei. *Matth. 5. ſic luceat lux veſtra coram hominibus* &c. Item ut lucretur, hic finis eſt avaritia ſecundùm Beatum *Ber.* verum eſt ſi malam intentionem habeat, ſin autem bonam, gratia eſt in præſenti, & gloria in futuro. Hoc notat *Hoſti. in ſi. lecturâ de conſue. c. ad perpetuam.*

Studendi intentio quandoq; eſt bona, quandoq; mala.

t *Diſcipulis:* Quinque videntur neceſſaria cuilibet bono diſcipulo. Primò, ut de ſingulis ſtudeat dubia inquirere, dum tamen non ſint inutilia, immo probabilia: & hoc non eſt inutile ſecundùm *Ariſto.* Secundò, quòd de probabili dubio certum ſe non reddat. Tertiò, quòd ſit ſenſus capacis, & non captioſi. Quartò, quòd habens moderatam exhibitionem vacet jugiter ſtudio, ut notat *Car. in prin. li.* 6. Quintò, quòd non indigneturInſtrui à quocunque, ut *no. Wil. de magiſ. c. 1.* §. *ulti. in prin.* ut hic colligit *Hoſti.* ex ipſo textu. *Extra. de offi. primice. c.* 1. Qd parum conſideram ſuperbi, & verecundi, qui interrogare omittunt

Diſcipulus bonus multa obſervet.

tunt illud quod nesciunt, immo quandoque contemnunt, ut ibi notatur. Item sexto requiritur, quoad mores, ut se capacem reddat, ut dixi *supra* in procemiali prætatione: immo igitur hoc debet esse primum. Sed Didascalion *Hugonis li. de studio legendi.* sic ait: tria sunt studentibus necessaria, natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur, ut facile audita percipiat, & percepta firmiter teneat. In exercitio, ut laboret, & sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina, ut laudabiliter vivens, mores cum scientia componat: hæc ille.

Studentibus necessaria sunt.

a *Hujusmodi artis. Sc.* regiminis animarum.

b *Hoc est. Sc.* quod sequitur.

c *Nec Sanctiones Canonicæ.* De quibus legitur & notatur *Extra. de elect. cum cunctis. §. fi. ver. coercet.*

d *A distorto itinere.* i.e. Reflexa erroris semita, de qua per *Esaiam. 45. c. Derelinquat ipsius viam suam & c. de pœ. di. 1. mensuram. §. hu auctoritatibus.*

e *Exigit namque.* Secunda pars: in qua tendit ad propositum.

f *Ars nostra.* Immo & vestra similiter. *7. q. 1. in apibus.*

g *Ut unicus.* Unius enim Ecclesiæ unus debet esse Presbyter, seu Rector. *Extra. de elect. dudum. 2. §. pe. Extra. de præben. majoribus. & c. cum non ignores. Extra. de ju. patro. ca. 3. & c. nobis. §. 1. ver. unus.* Sicut enim vestimentum Domini non scissum est, sed de eo sortiti sunt: ita nec Ecclesia scindi debet, quæ in unitate tota consistit. *16. q. 7. sicut. 21. q. 2. sicut. 24. q. 2. sicut loquitur. & ca. schisma. in fi.* Ex causa tamen probata potest Episcopus Præbendam dividere, Ecclesiam, vel dignitatem. *Extra. de præben. vacante.* Quod verum est ipsum posse dividere, minuere, vel mutare, concurrente consensu Capituli solius, ubi hujusmodi Beneficia sunt dotata ab Episcopo & Capitulo solum: *Extra. de excess. præla. c. sicut unire.* quia si ab aliis, etiam laicis, tunc sine eorum consensu ea tollere vel mutare non licet. *16. q. 7. monasterium. & c. rationis.* ut *plc. no. Imo. & Compost. de consti. cum accessissent. in prin.* Secus tamen in divisione, quam Papa vult facere, ibi enim non valeret oppositio secularis Personæ propter magnū bonum, quia ipse, qui est lex animata in terris, providet, ut satis *no. in Extrava. Jo.* quæ incipit, *Sedes Apostolica. §. 1. ver. crexinus.* In hujusmodi tamen divisione, vel unione †vacatio, seu consensus Rectoris superstitis, vel etiam defensoris ejusdem, si vacet de necessitate, non requiritur: licet olim super hoc *Doctores* vacillarent. ut *le. & no. Extra. de rebus eccle. non alienan. si una. 1. Respon. in Cle.* ubi *Vil.* videtur notare contra. Ad hoc itaque ut teneat divisio quatuor requiruntur. Primò consensus istorum ad quos spectat. *Extra. de præben. dilecto. §. 1. ver. quanquam.* Secundò, quòd intendant numerum Ministrorum & Beneficiorum augere. *ar. c. §. ver. propter quod institutionem.* Tertiò, quòd sublit rationabilis causa. *10. di. lex imperatoris. §. 1. ar.* in hoc dicam *infrà. c. §. has igitur. ver. integrentur. in fi.* Quartò, quòd adeò sit pingue Beneficium, ut ex Ecclesia possent fieri duæ sufficientes vel plures, ut dicto *c. vacante.* & hoc *no. per Host. & Jo. An. c. in vacante. in prin.* & intellige, quòd divisione facta ex causa (ut præmissi) jam non remanet una, sed duæ: *16. q. 1. plures.* sicut & de Provincia divisa legitur *ff. de offi. assessor. l. si eadem. C. de metropoli. l. 1. li. 11. ff. de ver. sig. locus.* & notatur in dicto *c. sicut.* Præmissa quoque locum habent in Ecclesia Parochiali, vel alio Beneficio simplici. In Collegiata namque Ecclesia unitas prætacta, sicut nec alia artatio, locum habere non dicitur, *Extra. de elec. statutum. li. 6.* cum unus Collegium non constituat ab initio, sed tres ad minus. *ff. de ver. sig. l. Neratius.* ut *le. & no. ff. quod cujusque uni. no. sicut. in fi.*

Præbendarum divisio per Episcopum fieri potest.

M S. † Vocatio.

h *Magister perfectus.* Qualis debet ille esse, hic statim subjungitur. Legitur bene & notatur *8. q. 1. qualis.*

i *Ordine.* Hodie sufficit, quòd promovendus ad Rectoriam sit Clericus, licet quidam dixerunt talem non debere pati defectum in Minoribus Ordinibus. Quod dic per *Gui. Extra. de elec. cum ex eo, post prin. li. 6.*

k *Habitu.* De hoc dicam *infrà. in Consti. proxi.*

l *Vita.* Honestate & maturitate decocta, *Extra. de elec. licet canon. li. 6.* non dissoluta. *infrà. ti. 2. & 3.*

m *Scientia.* De hoc dixi *supra. e. Con. sacer ordo. ver. illiteratus.* Absit ergo, quòd sic perfectus ad literam dicere posset illud *Hiere. 1. c. a. a. a. Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. 8. q. 2. in scriptura.* Non enim hos elegit Dominus, nec, vii disciplinæ invenerunt; propterea perierunt: & quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter eorum insipientiam. *Baruch. 3. ca.*

n *Doctrina.* Respectu Parochianorum, quos habet informare. Nedum verbo. *ar. supra. e. Con. ad Baptismum. in fi.* & hoc juxta capacitatem audientium. *8. q. 1. oportet.* Sapientibus vero potest prædicator & provectis alta & profunda prædicare: unde ad *Corin. 2. sapientiam loquimur inter perfectos.* sed simplicibus & minus capacibus sunt prædicanda plana, pauca, & utilia: unde *Apostolus ad Cor. 2. Lac potum dedi vobis non escā.* plenius de hoc notat *Gui. 44. di. §. 1.* sed etiam exemplo *infrà. e. Con. quid adveniens.* Doctrina namque pertinet ad officiū Doctorum, & prædicatorū, *36. di. §. ecce. Extra. de hæreti. excommunicamus. 1.* ac illi Deo probati sunt, qui benè docere possūt. *24. q. 1. illi. c. fi.*

o *Pura.* Absq; obreptione aliqua, *supra. e. Con. Sacramenta. in prin.* sicut in Annūciatione Angelica. Ut notat *Jo. An. Extra. de sen. & re judi. cum Berthold. §. fi.* Ité pura, quia non conditionalis, *Extra. de elec. c. 2. li. 6.* nec etiā temporalis, *ff. de adopti. l. quæsitum.*

p *Simplex.* i.e. Sine plica aliqua, & involutione, ut exponit *Jo. An. Extra. de sum. tri. c. 1. in prin.* dixi de hoc termino *supra. Consti. proxi.*

q *Sed objectio diabolica.* Versiculus, ponens primū errorē. (*in prin.*

r *Dogmate.* Id est, Doctrina.

s *Eo. Sc.* diabolo.

t *Prætextu plurium.* Quod esse non debet. Legitur & benè *in 16. q. 7. plures.* ideò citra hoc plenius providetur *Extra. de ju. patro. plures. in Cle.*

u *Quasi monstrum. ff. de Fla. ho. l. non sunt liberi.* & pulchrè legitur & notatur in *Extra. Bonifacii*, quæ incipit, *Unam sanctam.*

x *Et interdum. Ver.* ponens secundum errorem.

y *Persona.* Id est, Rector, ut dixi *supra. e. Consti. quod in quodā. ver. personā.*

z *Quacunque sit occasio.* Facit ad illud quod dicam *infrà. in Consti. Otho. quoniam alienationes. in glo. juxtà quod.*

a *Nomine Personatus.* Quod non licet, nec aliquo titulo quoquā. *Extra. de re. ec. non alie. nulli.* facit *supra. e. Cū alicubi. 1. Respō. in fi.*

b *Absque Magistro. Ver.* ponens tertium errorem. Scias quoque ad Magistrum seu Doctorem pertinere illud quod scribatur *Sap. 6. c. ponam in lucem sapientiam, & non præteribo veritatem. & c. li. c. 7. quam sine fictione dedi. & sine invidia communico, & bonæ famæ illius non abscondo.* ut de eo verificetur illud quod scribitur *Job. 28. c. profunda fluviorum scrutatus est*, id est, secreta scripturarum & abscondita produxit in lucem, ut *in. Gui. 46. di. c. 1.*

c *Desolata.* Non dicit viduata: quia hoc propriè dicitur respectu Ecclesiæ Cathedralis, vel Monasterii vacantis, cum destituitur suo sponso: ut *le. Uno. Extra. de elec. c. quia propter. 1. respon. ver. viduatis.*

d *Sæpe.* Immo Jura signanter occurrunt. *ff. de leg. 1 nam ad ea. Authen. ut sine prohibitione matres. & c. §. quia vero. in fi. Coll. 7.*

e *Nec saltem.* Minimum innuit.

f *Vicarius.* De quo *supra. e. Consti. ad Vicariam.*

g *Simplex Sacerdos.* Quia non intitulatus, ut sequitur: quia fortè annualis conductitius. *ar.* in hoc quod *le. & no. supra. e. Con. auditu.* Vel simplex dicitur propter carentiam literaturæ, de qua *supra* notatur: sed quoad propositum prima expositio verior est, unde sequitur.

h *Qui nec habet jus.* Quia nec Institutus, sed mercenarius. *Extra. de Reg. Juris. c. 1. li. 6.*

i *Imaginem.* Id est, effigiem vel colorem: cum tamen possessio colorata valdè prosit quandoque. *Extra. de elec. querelam. §. fi.* & patet in his quæ dixi *supra*, eadem *Constitu. Alicubi. in 3. glo. in fi.*

k *Et si moram. Ver.* ponens quartum errorem, ibi.

l *Persona.* Id est, Rector, ut *supra* remissi.

m *Trahit.* Fortè per tempus satis parvum.

n *Nec est sacerdos.* Juxta *Decre. elec. licet canon. li. 6.* cum tamen habiles debeant esse tales ad ministrandum in propriis personis. *Extra. de cle. non resi. quis nonnulli.* & dixi *supra. e. Consti. ad Vicariam. §. de jam institutis. in glo. licet vero.*

a *Sed miles.* De quibus Sacerdotibus dicit Beatus Bernardus, "Clerici ſunt habitu, & actu milites, ſermone hiſtriones, geſtu meretrices, occupatione terrenorum Sæcularium negotiatores. Ut notat *Gui. 33. di. ſi qui vero.* Habitus ergo Rectoris & militis debent eſſe diſtincti in ſuo apparatu: ut dicam *infrà. c. Conſti. quantum de habitu.* Nunquid ergo miles ſit inhabilis ad Beneficium Eccleſiaſticum? Videtur quòd ſic: *Authen. de milit. vaſal. qui ex bello. depo. c. 1. Coll.* 10. Contra videtur caſus *31. di. ſi quis poſſet.* Dic ut ibi notatur. Vel dic militem Principi vel Reipublicæ aſtrictum per Juramentum de non vitando mortem prò Republica, recepto ex hoc ſalario de publico, prohiberi interim ab Ordinibus & à Beneficio Eccleſiaſtico: ſicut quando juratur Principi, vel alteri Procerum ad ſerviendum ſibi tempore guerræ cum certo numero armatorum, & pro certo ſtipendio ſibi Conſtituto. *33. di. c. 1.* & hoc notat *Gui. C. de his qui non imple. ſti. l. 1.* & *2. li. 10.* Sed alii milites, qui ita non ſunt obnoxii, licitè admittuntur, ſi aliud non obſtitit. *34. di. milites. Jo. de Athon.*

b *Nimis.* De hoc *ſuprà. c. §. in prin.*

c *Heu!* Ecce qualiter lamentatur perverſam Ordinationem Eccleſiæ, tam ratione inhabilitatis perſonæ, quàm facti extrinſeci.

d *Raro.* Ita quòd propter raritatem quaſi miraculum eſt. *Authen. de conſuli. §. ubi in forma. in fi. Coll. 4.*

e *Simplici oculo.* Sc. innocentiæ & puritatis: ut dixi *ſuprà. in ver. pura.* & *ſe.* Unde legitur *Matth. 6.* & *Luc. 11. Si oculus tuus fuerit ſimplex &c.*

f *Tormenta.* Aliàs Commenta, id eſt, deceptiones Sophiſticæ.

g *Deſunt.* Id eſt, ordinationi prædictæ perverſæ: & hoc tam ex cauſis prætactis erroneis, quàm ſubſequentibus.

h *Nam interdum. Ver.* continens quintum errorem.

i *Tacitè.* Abſit ergo diebus noſtris, quòd Epiſcopus deſerat ordinationem Eccleſiæ, & inſtitutionem Rectoris, quouſque iſte inſtituendus componat in ſumma, quandoque immoderata, pro lana, Agnis, & aliis obventionibus tempore vacationis: nam hujuſmodi damnem & accipientem damnatio Simoniæ involvit. *1. q. 1. quos conſtituerit.* & *c. ſi quis Epiſcopus. c. q.* per totam quæſtionem.

k *Ut aliquid.* Hoc dic per ea, quæ notavi *ſuprà. c. Conſti. Sacramenta. in prin. ver. labe.*

l *Inſtituens vel præſentans.* De hoc legitur & notatur *infrà. in Con. Otho. quia plerumque*, quod dic ut ibi.

m *Vel aliquis alius.* Forſan conſanguineus, affinis, vel amicus Prælati, vel Patroni, *ff. de hære. inſti. l. meum. §. ſi.* & honeſtâ notitiâ conjunctus. *ff. de ver. ſig. latè. §. amicos.* & *not. infrà. c. Con. c. ulti. §. 1.*

n *Portionem.* Etiam in penſione.

o *Perdendi.* Per Concilium. *Extra. de præben. de multa*: & eſt ſimilis in textu *ſuprà. c. Conſti. ad vicariam. ver. ſicque illudatur.*

p *Cedit. Ver.* exprimens ſextum errorem.

q *Perſonatui.* Id eſt, Rectoriæ, ut *ſuprà* remiſi.

r *Ab inſtituto.* Scilicet in Rectorem. Et dic, id eſt, ad Præſentationem Inſtituti Rectoris ab Epiſcopo ipſo ſuperiore Diœceſano.

ſ *Vicariam.* Metu fortè perdendi alia Beneficia, ut *ſuprà. ver. proxi. Jo. de Athon.*

t *Quod.* Vel quæ ceſſio.

u *Non præſumitur.* Niſi fortè eſſet idiota, cui competentiùs provideretur de bajulo æquè benedictæ, quàm de Rectoria.

x *Sine fraude. Ar. Extra. de renunc. c. ſi te. li. 6.* de hoc dixi *ſuprà. c. Conſti. alicubi. ver. callidè.*

y *Has igitur.* Tertia pars.

z *Diviſiones.* Contra: ex ratione illius quod legitur & notatur in *Extrava. Jo. ſedes Apoſtolica. in prin.* & *ver. exceximus.* Solutio ut ibi patet in *prin. glo.* ibi enim diviſio fiebat ex cauſa propter Divini cultûs augmentum, & populi incrementum, & abundantiam poſſeſſionum, quod non prohibetur: ſed ſolum improba ſeu indiſcreta diviſio, ut dixi *ſuprà. c. §. proxi. in prin.*

a *Particulares.* Quaſlibet ſi remiſſas, immo conſimiles. Ut declaratur *infrà. c. ii. unitatem. in Conſti. Otho.*

b *Tanquam.* Eſt expreſſivum veritatis. *ar. glo. Extra. de do. & contu. c. prout. ver. utpote. cum ſi.* Propriè tamen denotat ſimilitudinem *infrà. in Con. Otho. in prog. in prin.*

c *Arti noſtræ Catholicæ.* Ut *ſuprà. c. §. in prin.*

d *Ne de cætero.* De hoc dixi plenius *ſuprà. c. Con. Eccleſiæ. in fi.*

e *Diſtrictius.* Aliàs penſ[ius].

f *Ut nunquàm deinceps.* i. c. Nullo tempore futuro.

g *Perſonatus.* Id eſt, Rectorias, ut *ſuprà.*

h *Vel Vicarias.* Vel promiſcuè in Vicariam & Perſonatum: ut patet in præmiſſis, & ex verbis generalibus Statuti *infrà. c. Con. unitatem. §. nos igitur. in Conſti. Otho.* Sed contra patet ad oculum, tota die in Appropriatis Eccleſiis de novo, & alibi multipliciter, ubi Vicarii creantur de novo, aſſignatis ſibi portionibus de ipſis Eccleſiis: *Extra. de præben. de monachis.* & *c. extirpanda. §. qui verò cum ſi.* & *no ſuprà. c. Conſti. ad vicariam. in prin.* Solutio. Poteſt dici hæc prohiberi tantum diviſiones fraudulentas: non autem occurrit diviſionibus, auctoritate Juris licitè, & cauſa cognita, factis vel faciendis. *ar. ſuprà. c. §. 1. in prin. glo. hoc quæro.* & *ar. Extra. de jurejuran. c. penitio.* & quòd *no. 35. q. 9. quo quis commiſſu.* Vel poteſt dici per modum quotæ, puta, tertiæ vel quartæ, non poſſe portionem Vicarii extrahi de Eccleſia: ut hìc, *cum ſi.* ſecus per modum quantæ, ut in pecunia, vel aliquibus minutis decimis: ut in contrariis *ar.* in hoc quod notatur in ſolutione ſc. ad ſecundum contrarium. *ff. de teſta. milit. l. 6.* Primum verſus videtur: non enim negabo, quin ubi ſit Parochia ampla, cujus Eccleſia appropriatur, portionem Vicarii poſſe conſtitui etiam in una quota, puta in omnibus Decimis unius Villæ ibidem: ſtat ergo talis diviſio firma ex cauſa † Appropriata, ut dixi *ſuprà. c. Conſti. §. 1. in prin. ver. ut unicus.* *M S.*

i *Una Eccleſia dividatur.* Jam enim per diviſionem efficiuntur † Approduæ, & ſic tollitur unitas: ut dixi *ſuprà. c. §. 1. ver. unicus, poſ* bata. *medium.*

k *Et quæ.* Sc. Eccleſiæ.

l *Diviſæ.* Sc. illicitè, & ſine cauſa: ut jam dixi.

m *Quam cito.* Non igitur impetuoſè, & ex abrupto ac indelibetate. *C. de repu. l. non dubium. Authen. ut immobi. ante nup. dona. §. ſed ſi. Coll. 5.* & *no. Authen. de appel.* & *intra quæ tempora. §. 1. Coll. 4.*

n *Reintegrentur.* Id eſt, conſolidentur, ſeu uniantur: etiam ſecuriorem viam conſolidandi collige *Extra. de reſti. ſpo. cum veniſſet.* cum ibi notatis. *Extra. de elect. bonæ memoriæ.* & *c. de cætera. §. 1. verſi. præterea.* Quod verum credo, quando obtinens portionem fraudis carebat commento; tunc enim non eſſet æquum eum omnino deſtitui pro tempore ſuo. *Extra. de præben. ca. niſi. in fine.* & *ar.* in hoc quod dixi *ſuprà. c. Conſti. alicubi.* in magna *glo.* ibi, *aut uterque hoc ignorabat &c.* aliàs 6 fraudem participaſſe convincitur: licet de Juris rigore perpetua egeſtate laborare mereatur; *ff. depo. l. bona fides.* tamen forte miſerationis intuitu ſibi aliquid pro victu indulgetur. *ar. 90. diſtin. ſtudeat. in ſi. cum ſi.* Et nota hic unam cauſam unien- *Beneficiorum unio*
di Beneficia Eccleſiaſtica, ſcilicet, quæ prius eſſent illegitimè diviſa, ut hic. Alia eſt cauſa, ſcilicet, propter hoſpitalitatem. *16. q. certis ex 2. poſtea quam. §. his ita.* Item propter vicinitatem locorum. *ar. cauſis ſic. Extra. de præbend. ca. majoribus.* & *ar.* à contrario ſenſu *Extra. de ſti poteſt. eccle. adi. ad audientiam.* ut *leg.* & *not. 16. q. 1.* & *temporis.* Item propter Parochianorum defectum. *11. q. 1. unio.* Item quandoque propter pauperratem ſeu exilitatem. *Extra. de ætat.* & *qua. eam te. Extra. de præbend. vacante. in ſi. Extra. de ſtatu mo. ne in agro. §. ad hæc. in Cle.* Non autem videtur conveniens unio propter prærogativam perſonæ, abſque moderatione Papæ. *Extra. de præbendis. de multa. in fine.* & *in Extravagan. Jo. execrabilis. §. 1.* Credo etiam, quòd ex quibus cauſis fit unio, his ceſſantibus, vel ſaltem ex contrarietate ipſarum cauſarum, permittitur diviſio. *ar.* dictæ *Decret. ad audientiam. Extra. de offi. lega. quòd tranſlationem. in fi. ar.* in hoc quod *not. Extra. ne ſe. va. c. 2. de Reg. Ju. l. omnia quæ.* & *l. quibuſcunque.* & vide quod *no. ſuprà c. §. 1. exigit. in glo. unius enim.*

o *Ab antiquo.* De hoc *infra. c. Con. unitatem. §. nos igitur.*

a *Per Episcopũ loci.* Ad eum pertinet enim Ecclesiarum dispositio. 16. q. 7. *omnes basilicæ.*

b *Ad majorem.* Scilicet commoditatem Ecclesiæ, & cum minori scandaloso obloquio.

c *Regionibus.* Id est, limitibus certis, potius verò per Feuda Dominorum: tum tunc brevi temporis fluxu contentio inde possit oriri. *ar. infrà. proxi. glo.*

d *Dividantur.* Curare ergo debet nè Ecclesiæ, vel portiones illius teneantur à pluribus pro indiviso: cum discordiam parere solet Communio: ut notatur ff. *de le. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. in fi.* Item qd Communiter possidetur, frequẽter negligitur. *ar. ff. de sepul. vio. l. 3. § si plures,* cum ibi *no. ff. de admi. tu. l. de cætera. §. fi.*

Communio parit discordiã.

e *Provideant.* Tertia pars.

f *Diœcesani.* Hoc enim ad eos pertinet. *Extra. de elec. cum ex eo. §. porro. lib. 6.* ubi est similis textus, & *c. li. de regula. beneficiũ. in fi. Extra. de appel. pervenit. 2.*

g *Solicitus.* Non igitur torpens negligenter, ut dixi *supra. e. Con. ad baptismum. §. 1. ver. diligenter.*

h *Sacramentorum.* De quibus *le. & no. supra. e. Con. Sacramenta.*

i *De residentia.* Quinta pars, respiciens illum textũ *supra. e. §. 1. ver. absque magistro.*

k *Facto potius.* Executio igitur Jurium, est fructus Episcoporũ: *Extra. de elec. ubi. §. præterea. li. 6. ff. de ori. jur. l. 2. post originem.* quod quandoque tepidè cõsiderant Judices nostri temporis erga personas majores, quandoque id nimis rigidè circa simplices. De hoc *infra. e. Con. licet ad profugandum.* Sed utinam competenter executio fieret antiquorum Jurium, ita quòd nunquam ederentur plura in posterum; sed bursalitas hoc impedit multum: ut notatur *infra. in Con. proxi. 1. Respon. in glo. hæc Constitutio.* circa medium. Nullicubi enim sicut in Regno isto, quid inter Ecclesiasticos, quid inter Sæculares, ut æstimo, sunt tanta Jura edita, nec ita parva Jurium observantia. *ar.* in hoc quod dicam *infra. in Con. Otho. in proœ. §. sanè. in glo. in omni gradu.*

l *Extant.* Perquam igitur necessarium est habere libros: nam, *Haurit aquas cribris Clericus absque libris:* ut *no. Wil. Extra. de magist. c. 1. §. ul. in fi. in Cle.* *Versus.*

m *Concilia. Extra. de cle. non resi. quia nonnulli. de præben. quia intantũ. de elec. licet canon. in fi. li. 6.* sed de illo Concilio non potest intelligi: ut dixi *supra. e. Consti. ad vitandam. §. 1. ver. se faciant.*

n *Romanorum Pontificum.* Hic quæritur, quod sæpius, est dubium, an Papa suam Sedem à *Roma* in alium locum transferre possit. Consuevit dici quòd non, propter jussionem divinam: nam sedes Beati *Petri* primò fuit apud *Antiochiam, Act. 11. c.* quæ postea jubente Domino *Romam* translata est. *24. q. 1. rogamus.* hoc *no. Gui. Extra. de elec. fundamenta. ver. instituant. li. 6.* Item *Roma* est Communis patria. *ff. ad municipal. Roma.* Si ergo nomine eximatur auctoritas, fructus tolletur. *C. de feriis. a nullo. in fi.* Alii tamen contra.

o *Super ea.* Sc. residentia. An verò super non residentia possit dispensare Prælatus immediatus, licet non sit Episcopus? Dic quòd sic: ex rationabili causa, ut satis *no. Wil. de cele. miss. c. 1. §. ne igitur. in Cle.* nam hujusmodi tangunt Jurisdictionem, non autem Ministerium Episcopale: ut ipse *no. c. li. de so. compe. c. unico. §. fi.* Dispensario tamen in forma Constitutionis *Extra. de elec. cum ex eo. li. 6.* inferioribus Episcoporum non permittitur: ut ibi legitur & notatur. Facit quòd *no. infra. e. consti. contra latorum. §. pe. ver. per loci ordinarii.* hoc teneas. *ar. ne cle. vel mo. c. 2. li. 6.* licet *Gui.* asserivè dicat contrarium: ut *no. Extra. de priule. cum diversis. in glo. ult. li. 6.*

p *Idem quoque.* Versiculus.

q *Dicimus.* Scil. quòd potius requirtur executio antiquorum Canonum, quam editio novorum, ut *supra* patet.

r *Plures.* De hoc remissi *supra. e. Con. alicubi. ver. beneficiis.*

s *Episcopum loci providendum,* ut tam reditus quàm Ecclesia congruis [b] ad majorem commoditatem inter se portionibus & [c] regionibus [d] dividantur.

¶ [e] Provideant igitur [f] Diœcesani, ut semper apud Ecclesiam resideat aliquis, qui de Animarum cura sit [g] solicitus, ac se in celebratione Divinorum, & collatione [h] Sacramentorum exerceat utiliter & honestè.

¶ [i] De Residentia verò in Ecclesiis à Rectoribus facienda videtur Nobis consulendum [k] facto potiùs quàm Statuto. [l] Extant enim [m] Concilia [n] *Romanorum* Pontificum luce clariùs loquentia. [o] Super ea præterea major requiritur executio factorum quàm editio Sanctionum. [p] Idem quoque [q] dicimus de his, qui [r] plures Dignitates, Personatus, seu Beneficia curam Animarum habentia, contra Constitutionem [s] Concilii generalis, [t] absque dispensatione [u] Sedis Apostolicæ [x] speciali, præsumunt in salutis [y] dispendium [z] detinere.

De Habitu Clericorum, & de Ornamentis eorundem.

¶ Summarium.

Clerici, præsertim curam habentes, ac Presbyteri ad formam in generali Concilio editam habeant vestes & equorum ornamenta, ita ut cappis clausis, suis locis, utantur, & decenti tonsurâ, sub pœna subtractionis Beneficiorum ab Episcopis faciendæ: qui ut ad id alios facilius compellant, à suis incipiant.

[a] QUoniam de [b] Habitu Clericorum, [c] qui [d] non clericalis videtur, sed potiùs [e] militaris, [f] grave scandalum Laicis generatur; firmiter Statuendo Præcipimus, ut ad formam tam de Vestibus Clericorum quàm de Ornamentis Equorum [g] in generali Concilio

s *Concilii generalis. Extra. de præben. de multa.*

t *Absque dispensatione.* De hoc plenius dicam *infra. Consti. proxi. 2. in fi.*

u *Sedis Apostolicæ.* Ut dicto c. *de multa. ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. ne cle. vel mo. c. non magna. in fi.*

x *Speciali.* Generalis igitur & vaga non sufficeret. *ar. ff. de mino. l. adem. §. fi. talis autem. cum fi.*

y *Dispendium.* Aliàs periculum.

z *Detinere.* Factum denotat, ut *infra. Consti. 2. & 3. & c. contra latorum. ar. ff. de rei ven. l. officium. in fi.*

a *Quoniam de habitu Clericorum.* Hæc Constitutio ampliatur *infra. in Con. Otho.* cũ *sancti.*

b *Habitu.* Cum totus status hominis, quoad sufficientiam naturæ consistat in cibis & vestibus; *ff. de ver. sig. verbo victus.* ideò mores hominum in his sunt cohibendi: nam qui lautiora vel asperiora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui est, aut superstitiosus, ut *no. Wil. Extra. de sta. mo. c. 1. 3. Respon. ver. in vestibus. in Cle.* & patet 41. *distin. c. 1.*

c *Qui. Sc.* habitus?

d *Non Clericalis.* De quo infra dicam. Unde nedum Laici, sed præcisè Clerici *Anglici* in plerisque partibus ex eorum habitu diversis, immo infinitis gyfis, cum inventione studiosa talliato, & ex alio gestu inordinato, simiæ esse signanter improperantur. *ar. 1. q. 1. si quis inquit. §. 1.* Nam amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo, & sic ex visu cognoscitur vir Ecclesiasticus. *Ecclesia. 19. ca. in fi.* & facit quod dicam *infra. in Consti. Otho. in proœ. §. nos igitur. in prin.* *M. Sab.* † Et gẽ

e *Militaris.* Sic *supra. Consti. proxi. §. 1. ver. & si morum.* immo nec militaris vestis in Paragaudis, seu in loris suis debet esse auro texta, nec literis, seu pretioso colore fucata; assistentibus lateri Regis exceptis, nec etiam debet esse aliàs nimis sumptuosa, alioquin abutens gravi animadversione esset de jure plectendus: non enim quilibet simplex miles se cum talibus ornare debet, tanquam esset Rex terræ. *ar. C. de vesti. bolob. l. 2. 3. & 4. li. 11. C. de veste mili. l. fortissimis. li. 12.*

f *Grave scandalum.* Cujus occasio est extirpanda. *Extra. de cons. & affi. quod dilectio. in fi.* de quo satis legitur & *no. Extra. de Reg. Furii. qui scandalizaverit.* Et est scandalum dictum factumve minus rectum, præbens occasionem ruinæ: & dicitur à Σκάνδαλον *Græcè*, quod est offensio vel ruina, vel passio pedis *Latinè. ar Extra. de renunc. nisi. §. pro gravi. de novi operis nunci. ca. 2. & not. Wil. Extra. de offi. ordi. ca. primo. post prin. ver. scandala. in Cle.* Et quando sit curandum de scandalo, & quando non, notat ipse quatuor Regulas. *c. lib. de imminutæ Eccle. ca. unico. post prin.* De hoc etiam satis *le. & no. Extra. de reserip. c. 2. in prin.* per *Ber. & no. Hosti. in summa de renuncia. §. pe. ver. est autem scandalum.* De hoc bene notat *Gui. de offi. leg. c. 1. li. 6. Ja. de Athon.* *Scandalũ quid est.*

g *In generali Concilio editam. Extra. de vi. & ho. cle. clerici. §. clausa.* usque in *fi. Decret.* quod Concilium suppletur & declaratur infra in *Consti. Otho. cum sanctis.* & hodiè innovatur, cum declarationibus & adjectionibus quibusdam. *Extra. de vita & ho. Cle. quoniam qui abjectis. in Cle.* Quæ Constitutio abstracta fuit de *Glossa* magistrali. 21. *q. 4. in summa.* de qua congruentia Clericalium vestium notatur 23. *distin. clerici. 41. distin. per Simoniam. & c. clericus. 50. di. hi qui. in prima glo. Extra. de cust. Euch. c. ult. & in fi.* per *Wil. de vi. & ho. cle. quamvis qui. post prin.* ubi ad plura etiam loca remittit *Gui. Extra. de bigamis. c. unico. in fi. li. 6.* sed finaliter juxta illam *glo.* magistralem, & ut notatur in dicto *c. clerici. ver. deserunt.*

Clerici

Clerici conformare se debet in vestibus honestè, secundùm consuetudinem Regionis, nè videantur hypocritæ: 30. *di. si quid virorum. ver. etiam hoc no.* & ne vilescat dignitas Clericalis 80. *di. Episcopi.* ut ibi *no.* patet 41. *di. §. ult.* & sic juxta *Senecam* ad *Lucilium* 44. *c.* vestis clerici nec sordeat, nec splendeat. 42. *di. §. 1.* in talibus namque sola superbia reprobatur, *ar.* 30. *di. hæc autem scripsimus.* & honestum habitum deberent gerere Clerici unde *not. Extra. de custo. Eucha. relinqui. in glo. fi.*

a *Per subtractionem Beneficiorum.* id est, temporalem sequestrationem fructuum Beneficiorum. *ar. infrà. ti. 2. ar. C. de re milit.* cum allegatis *in fi. li.* 12. & *no. Ber. Extra. de ap. pastoralis. in fi.* Vel dic propriè, si post Episcoporum commonitionem pertinaciter obstinati fuerint. 21. *q. 4. c. fi.* & per totū *ar.* 92. *di. c. finali.*

b *Ab Episcopis compellantur.* Non igitur ab Archidiacono, vel aliis inferioribus, potestatem destituendi non habentibus, ut patet ex inflictione generis hujus pœnæ juxta intellectum lectum, *supra. glo. prox.* sed tamen secus juxta opinionem primam ibidem: ut patet *infra. in Consti. Otho. cum sancti. §. præcipimus. & præc.*

c *Ita quod.* Verficulus.

d *Decenti.* Sc. non nimia brevitate seu longitudine notanda, ut dicto Concilio, *Clerici.* quod plenius declaratur in dicta *Consti. Otho. cum sancti. Statuimus.*

e *Et cappis clausis.* Tunc hæc Constitutio, vel Concilium, *Clerici.* nunquam acceptabatur à subditis in hac parte: igitur non videtur arctare. 4. *di. leges.* & *c. denique. in fi. no. Ber. & Inno. Extra. de treuga & pac. c.* 1. Ad cujus solutionem tripliciter distinguo: Aut præceptor fit Constitutio Communiter & à majori parte subditorum recipitur; & tunc non observantia præsumptuosa particularis, non impedit arctationem Constitutionis: 16. *di. quòd dicitis.* 32. *dis. proposuisti. §. fi. ar. ff. ad municipa. quòd major.* turpis enim est pars quæ non convenit suo toti. 8. *di. quæ contrà mores. Extra. de spo. duo. tuas. ff. de pac. majorem. cum si. l. prætl.* Hoc fallit si scienter hoc toleret legislator, 28. *di. de Syracusana. §. fi.* Aut non acceptatur ab aliquibus subditis; tunc circumscripta Lege vel Constitutione, usus seu observantia Communis in contrarium esset peccati, vel scandali inductio, seu etiam occasio, vel rationis seu bonorum virorum subversio: tunc tenet lex seu Constitutio, & arctat, etiam non acceptata, damnabili per subditos observantia semota: sic loquitur lex de clausura Monialium. *Extra. de sta. regulari. periculosa. li. 6. infrà. in Consti. Otho. moniales. ar. C. de monopol. l. unica.* secus tamen si ex parte Legis induceretur scandalum, vel majus malum; tunc enim non observantia prævaleret saltem quoad excusationem pœnæ temporalis: ut *no.* in dicto *c. denique. in glo. ar.* tamen quod hoc quod mediatè dixi de facto perrarò servatur, quando servando Constitutionem, bursæ Prælatorum vacuarentur: ut ibi patet. *ar. Extra. de magis. c. 1. §. fi. in Cle.* ubi de hoc per *Wil.* Sed aliæ Constitutiones, quæ Prælatis burtales sunt, ut *Extra. de censi. felicis. li. 6.* & similes tales, satis memoriæ commendantur, & exequuntur ad unguem, juxta expertam veritatem illius Canonis 47. *dis. omnes hujusmodi lectores*, aliàs *dilectores. Si* vero observantia Communis non esset occasio peccati, vel subversio boni; tunc lex in contrarium statuta, aût habet executionem annexam, & tunc etiam arctat, non acceptata: nam eo ipso quòd pœna imponitur, ejus cõtrarium prohibetur: ut *no. ff. de re. jur. vel nullus videtur.* nam sæpe usus contrarius est damnatus; dum tamen talis sit statuens, qui potestatem legem condendi habet. De quo notavi *supra. c. Consti. in proœ. ver. legatus. & ver. concilii* sic potest intelligi *Extra. de vi. & ho. cleri. 6. 1. in Cle. & Extrava. Jo. 22. execrabil.* & Constitutio, *suscepti regiminis. in fi. ar. ff. de pu. & vec. l. fraudati. cum si. l. præte.* Idem intelligo si Lex interdicat usum vel consuetudinem contrariam, licet non haberet pœnam executivam annexã. *C. de furtis. Authen. navigia. C. de usu. eos. infrà. c. Con. jusjurandum. 1. Respon. in fi. Extra. de cõsue. quanto. & no. Compost. c. c. ar. Extra. de elec. Massana.* Aut non habet executionem annexam, nec in ipsa lege tollitur usus seu consuetudo in contrarium; tunc Communis observantia legi prævaleret non acceptata: sic loquitur 4. *di. §. leges. Extra. de ætat. & qua. generaleo. in Cle.* ubi de hoc per *Wil. in prin.* facit *c. li. de app. quamvis. post prin.* etiamsi ista consuetudo fuerit contra Concilia Provincialia: ut *no. Hosti. in summa de consue. §. 1. ver. ut tamen scias.* patet in *Con. Otho. judicis robur. cum si* Nec obstat Constitutio illa penultima membro prædicto: quia non habet pœnam annexam per Constitutionem ipsa, sed per hominem infligendam, sc. ut per subtractionẽ Beneficii, ut hic patet: sic *no. Extra. de treug. & pac. c. 1.* quam *Decret.* intellige ut *Host.* ibi juxta intellectum *Inno. & l. ex.* in simplicibus: tamen secus in præceptoriis. *ar. 82. dis. proposuisti. ver. debet eã. & ver. si qui autem.* de hoc notat *Gui. in Rosar. 4. di. §. leges.* pro tanta tamen ista paphardia tene quod dixi *supra. in glo. de vita & ho. cle. &c. in fi.*

f *Maximè.* Determinate, potest verba proximè præcedentia, & tunc stat propriè: vel verba proximè sequentia, & tunc expone, id est, tantum ex vi præcepti hujus Constitutionis: non enim ubique terrarum potest quilibet Rector vel Clericus ducere magnum Homagium.

g *In Ecclesia.* Dic ut *supra. c. con. basilicarum. in prin. Jo. de Andr.*

h *Et coram.* Hic terminus, cum solam respicit pœnam ipsius non facientis, contingere videtur, sive delationem hujusmodi habitus incongrui consideret Prælatus, sive non, ut hic. Sensus tamen ubi favor vertitur alterius seu interesse; tunc enim requiritur ipsum, coram quo actus habet expediri, etiam ipsum actum considerare, & intelligere. *ff. de ver. sig. coram. cum fi.* ibi notatis.

i *Prælatis.* Resolvas in singularem, id est, coram aliquo suo Prælato. *ar. Insti. de jure Personarum. in prin.* & hoc *no. ff. de condi. & demon. falsa. §. fi.*

k *Satis.* Non ergo sic arctantur Clerici de necessitate præcepti coram Prælatis extraneis vel alienis. *Extra. de pa. c. 1. § civilatis. in Cle.*

l *Conventibus.* Id est, congregationibus, ubi Clerici verò conveniunt. *supra. c. Con. Sacramenta. in fi.*

m *Et ubique.* Cum fuerit in publico, secus si secretè infra domum propriã vel alienã: quia domus rem secretam non publicam denotat. *ar. ff. de injus vo. plurium. ff. de injur. l. qui in domum.* ut *le. & not. per Wil. Extra. de vita. & ho. cle. quoniam. ver. publicè. in Cle.*

n *Parochiis suis.* Sic 38. *di. quando. no. Gui. ple. Extrà. de elec. licet canon. post prin. li. 6.*

o *Qui.* Sc. Clerici.

p *Susceperunt.* Constitutio igitur hæc non videtur comprehendere Præbendarios, nec Mercenarios Sacerdotes, cùm talibus cura non committatur regenda, ut hic: sed dic contra: quia licet Curati teneantur ubique in Parochiis suis, specialiter tamen ipsi, & alii in locis *supra* expressis ad hujusmodi Constitutionis arctationem obligantur: facit dicta Constitutio, *quoniam. in Cle.*

q *Et ut possint.* Secunda pars.

r *Episcopi.* Expositionem hujus termini habes *infrà. c. Consti. quid ad venerabiles.*

s *Alios.* Extraneos Clericos, sibi tamen subjectos, ut denotat dictio *coarctare*, quæ *infra* ponitur. *ar. C. si non à compe. judi.* per totum. *Extra. de judi. ad fi. clerici.*

t *Melius.* Id est, convenientius & rationabilius, cùm in se prius debet ostendere qualiter alios oportet conversari. *Extra. de elec. cum in cunctis. in prin.* Unde *Ecclesiastici* 31. *c. intellige qui sunt proximi tui ex te ipso.* & dicit Apostolus ad *Hebræos* 4. *c. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia.* ut legitur de Christo: ubi dicit *glossa*, impossibile est scire afflictorum afflictiones, qui afflictionis experimentum non habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit. Christus enim omnia scit, non solum propter hoc quod Deus omnia scivit, sed etiam propter hoc, quia similia sustinuit: ut ibi *no. Gui. 50. di. consideranda.* ponitur enim Prælatus in exemplum aliorum: ut *le.* & *no. infra. c. Consti. quid ad venerabiles.* Alibi exponitur *melius.* i. e. facilius. *C. de contrahenda & commit. sti. epistolam.* Aliquando exponitur *melius*, id est, consultius seu prudentius: cum dicitur melius quis faceret, si se sumptibus inanibus non vexaret. *ff. de inoffi. testa. l. 1.* & sic ponitur hæc dictio comparativè: dic tamen, quòd hic ponitur electivè. Idem legitur & *no. 22. q. 1. considera.*

Melius multipliciter exponitur.

Afflictis compati nescit qui afflictiones non sustinuit.

u *Ad honestatem.* Nota ergò honestum attendi, de quo plenius dixi *supra. c. Consti. cum laicis. in prin.*

x *Tonsuram.* Quam portant Clerici in signum depositionis temporalium, seu abdicationis avaritiæ. 12. *q. 1. duo sunt.* Unde quibus major est tonsura, amplior & rotundior corona, illis evidentiora sunt signa: sed utinam in multis deleretur signum, & remaneret signatum. Nam sæpè hi, qui majora hujusmodi signa deportant, minus signati reperiuntur: *Extra. de præben. avaritiæ.* & *ca. de monachis. Extr. de decim. ca. 1. ad fi. de censi. ea quæ.* & *ca. ex parte. in fi.* Sub qua tonsura honesta contineri intelligo rationem barbæ, quam moderni quidem Clerici abominabiliter prolixam nutriunt studiosè contra legem. *Extra. de vi. & ho. cle. clericus. 1.* sed utinam tonderentur, licet invitis usque ad dentes, vel gingivas; ut *c. ti. Clericis.* ut sic pœna paucorum, cæteris metum & timorem incuteret. *C. ad l. Juliam. repe. l. 1.* & facit quod *le. & no. 23. di. prohibete.*

Tonsura quid significat.

y *Et coronam.* Quæ de capillis superioris partis capitis est abrasio, in signum Regni quod adeò expectant: ut 21. *q. 1. duo sunt.*

z *Decentes.* Scilicet secundùm ordinem suum, nam majorem debet habere Religiosus, quam Clericus sæcularis, & majorem Presbyter, quàm Diaconus: cùm magis signati & sancti esse debent, licet plerumque sit contrà: ut dixi *supra* ad hoc 2. *q. 7. lajcos.* Hanc *glo.* cum duabus proximis præcedentibus ponit *Host.* in dicto Concilio, *Clerici.* quam plenius resumit *Guj. Extra. de biga. c. 1. in ver. tonsura.*

tonsura. li. 6.

a *Equorum ornamenta.* De quibus *infrà* specificat.

b *Idonea.* Ad idonaitatem & decentiam Clericalem hujusmodi ornamentorum.

c *Coarctare.* Id est, simul restringere.

d *Provideant.* Sc. Episcopi.

e *A suis Clericis.* Quomodo enim corrigeret Filios, vel Laicos, qui prius fratres, id est, Clericos non emendavit? 8. *q.* 1. *verior.* §. *quid autem.*

M. S. † Calcaribus.

f *Commensalibus.* Nam proprie dicuntur tales *sui Clerici* dum sint continui, licet eos quandoq; contingat abesse: nec sufficit ad hoc, quòd dicatur *suus*, quòd robas ipsius gerat. Patet *Extra. de ver. sig. c. fi. li. 6.* facit *c. li. de privile. c. pe.* § 1. *ar. cop. ff. de penu. lega. l. 3. in fi. ff. de ver. sig. in le. Censoria. in fi. cum si.*

g *Hoc.* Scilicet quod sequitur.

h *Faciant.* Sc. Episcopi forte per amotionem ab eorum ministerio: immo dic per substractionem Beneficiorum. Quod *suprà* positū est ex ratione fortiori videtur hic repetitum, ut ff. *de ver. ob. Titus.* § *idem Respondit*, *plerumque. Instit. de inutil. sti.* §. *præterea.*

i *Sellis.* Et pectoralibus, ut suppletur in dicto Concilio *Clerici.* Per quod colligitur Pectorale esse de appendiciis & accessoriis Sellæ, sed Frænum nequaquam, quod non est verum: imò *suprà* supplevi ad Textum, nam & Frænum & Pectorale, quod in Jure vocant Aureale, consequenter se habent ad Sellam de honestate sultem. *C. de cursu publico. quoniam veredorum. li.* 12. Ubi etiam immoderatam sumptuositatem hujusmodi ornamentorum Equorum, licet sint privilegiatarum personarum, reperies sub pœna gravi damnatam.

k *Clericalem.* Non ergo militarem, vel histrionalem *supra. c. Con. cum sit ars.* §. 1. *ver. & si miram.* legitur & notatur *supra. c. in prin.* Inter Cleticos enim & Laicos debet esse differentia in conversatione, Ut 2. *q.* 7. *Laicos.*

l *Honestatis.* De qua *suprà* notatum est.

m INnotuit Nobis pluribus referentibus. Cum sub hac forma scribitur inquisitio famæ seu infamiæ ut notant *Doc. Extra. de accusa. cum oportet. in prin.* secus tamen si diceretur, *ex relatione talium audivimus.* Ut plenius recitat *Gui.* opiniones in hoc diversas. *Extra. de accu. is cui. li.* 6. Ut plene dixi *suprà. c. Con. ad eliden-dum.* §. *sane. in glo.* 2.

n *Fide dignis.* Providis vitâ & honestate ut legitur *de accu. qualiter.* 2.

o *Quòd multi &c.* Hoc stylo Communiter utuntur Prælati in narratione censurarum suarum generalium.

p *Immemores.* Contra Legem, quæ non præsumit aliquem immemorem propriæ salutis. *C. ad l. Fuliam. repe. l. fi.*

q *Matrimonis.* Ablativi casus absoluti.

r *Contractis.* Non dicit *in facie Ecclesiæ solennizatis.* Sed tu dic idem dum tamen clandestinè: cum hoc casu semper resultet impedimentum Ecclesiæ, Bannis non editis, etiam altero parentum ignorante. *Extra. de clandest. despon. cum inhibitio.* §. *si quis vero.*

Uxoris restitutionē petens non semper audiitur.

s *Clandestinè.* Quod fit tribus modis: ut notatur in dicto *c. cum inhibitio.* §. *si quis vero.* De quorum primo modo non hic loquitur, cum hoc Matrimonium postea probetur, *infrà. c.* 1. *Rescript. ver. deinde.* alias *ver. proinde.* Unum quoque in facto agitatum scias, quòd petens restitutionem uxoris non auditur de Jure, ubi Matrimonium est contractum clandestine, sc. Bannis non editis; & per consequens Ecclesiâ non approbante, juxta dictam *Decret. cum inhibitio. ar.* 30. *q.* 5. *c.* 1. & 32. *non omnis. C. de natura liber. l. super.* Ut notat *Hosti. de resti. spo. ex transmissa. in prin. ver. limine. & e. ti. c. literas.* §. *præterea. & c. ex parte.* §. 1. Idem sentit *gl. Extra. qui filii sunt le. provenit. Extra. de re judi. tenor.* §. *fi.*

t *Retinere.* Factum denotat. *supra. c. Consti. cum sit ars. in fi. infra. in Consti. proxima, & se.*

u *Cum uxoribus Ecclesias.* Ante hujusmodi Matrimonium clandestinum adeptas, sc. ut differat à sequenti Textu, contra *Decret. Extra. de cle. conjuga. diversis.* 8. *di. Maximianus.* In Ecclesia tamen Orientali non prohibetur hoc: ut legitur & notatur *Extra. de vi. & ho. cle. ut clericorum.* §. *fi.*

x *Ecclesias.* Sc. Curatas.

y *Ecclesiastica Beneficia.* Sc. alia non curata; ut viterur verborum inculcatio.

a Equorum Ornamenta b idonea c coarctare, d provideant, ut e à suis Clericis f commensalibus g hoc prius h faciant observari, habentes eos in Vestibus † Talaribus, Fræniis, & i Sellis, k Clericalem gerentes habitum l honestatis.

De Uxoratis à Beneficiis amovendis.

¶ Summarium.

Quicunque aut clam aut palam Matrimonium contraxerunt, ab Ecclesia & Ecclesiastico Beneficio sunt omnino removendi, & bona, quæ sic acquisiverunt, Ecclesiæ reapplicanda, nec eorum Filii sunt Summi Pontificis dispensatione ad Beneficium aut Sacerdotium admittendi.

INnotuit Nobis, pluribus referentibus fide m dignis, n quòd multi propriæ salutis o immemores p Matrimonis q contractis r clandestinè s retinere t cum Uxoribus u Ecclesias, v & Ecclesiastica Beneficia w adipisci x de novo, y & promoveri ad Sacros Ordines contra Statuta Sacrorum z Canonum a non formidant: demùm processu temporis, b cum prole suscepta c de tali copula d expedire videatur, e ipsis viventibus vel defunctis, f per Testes vel Instrumenta g probare h contracta fuisse Matrimonium contractum clandestinè.

w *Adipisci.* Id est, acquirere post Matrimonium contractum clandestinè.

x *De novo.* Iste terminus in alia materia multiplicem capit expositionem. Ut notat *Car. Extra. de elec. generaliter. super exter. li.* 6.

y *Et promoveri ad sacros.* Hoc non potest talis cum effectu, nisi consentiente uxore, quando convàhit in minoribus: ut legitur & notatur *de conver. conjuga. Constitutu. Extra. de tempo. or. c. pe.* alias *olim. lib.* 6. Si autem existens infra sacros Matrimonium contrahat, hodie Excommunicationem incurrit ipso Jure. *Extra. de spon. c.* 1 *in Cle.*

z *Canonum.* De quibus *suprà. in gl. ante hujusmodi. & 28. di. c.* 1. & *c. decernimus. & c. de bis.* & per totum.

a *Cum prole suscepta.* Quæ testis est paternæ nequitiæ evidenter. 28. *dist. priusquam. in fi.* notat *Host. Extra. de eo qui duxit in Matrimonium cui habuerat.* §. *pe. versi. exigeret.* Ex iniquis enim omnes filii testes sunt nequitiæ adversus parentes. *Sap.* 4. *capi.*

b *De tali copula.* Per Canones vetita.

c *Expedire.* Scilicet proli suscepta.

d *Ipsis.* Scilicet Patribus Clericis & eorum Uxoribus.

e *Per testes vel instrumenta.* Aliæ igitur Probationes hoc casu non valerent à contrario sensu hujus literæ; de quibus generibus Probationum notatur *Extra. de resti. spo. cum ad sedem.* §. *fi. in prin.* Nam Probatio per confessionem parentum non valet, propter collusionem præsumptam: *Extra. de testi. super eo. Extra. de eo qui cognovit consan. ux. su. super eo.* nec Probatio per evidentiam facti. De qua *Extra. de coha. cle. & mu. c. tua.* alias *vestra.* Nec probatio per violentiam præsumptionem: de qua *Extra. de præsump. c. afferte. & c. literas. Code nup. si vicinus.* quia hæc duo genera Probationum clandestinitatē, de qua *suprà* loquitur, non patiuntur, cum sint contraria. *C. si servus expor. l.* 1. *C. de furtis. l.* 1. *Extra. de appel. solicitudinem.*

f *Probare.* Forte ad effectum legitimationis suæ, cum tali proli objiceretur Bastardia per viam actionis seu exceptionis, ut secundùm Jura Regni ab hæreditate paterna repellerentur in totum: qui tamē si naturales essent, tantum secundùm Jus Civile duas capiunt uncias hæreditatis ab intestato. *Authen. de trien. & semis.* §. *consideremus. dot. Coll.* 3. Vel forte ad effectum illum, ut bona acquisita per patrem quandecunque, alias ubicunque ex proventibus Ecclesiæ, vel aliunde sibi tanquam legitimo proximiori, vel uxoribus Clericorum applicarentur, ut innuit Textus sequens. Vel dic ut *infrà. glo. proxi.*

g *Contracta fuisse.* Ante adoptionem Ecclesiarum, & susceptionē Sacrorum Ordinum, nè tales filii spurii censeantur. *ff. de sta. ho. vulgo.* & hoc quoad Beneficia Ecclesiastica, & sic ad alium effectum quàm dixi *suprà. in glo. proxi.* Juxta quod quæro unum, quod quibusdam videtur indubitatum, an filius quem Clericus genuit in minoribus Ordinibus Constitutus, per Matrimonium sequens cum matre ejusdem legitimetur? Videtur quod sic: quia licèt spurii non fungantur aliquo Legis beneficio, tamen naturales sic; ut legitur & *not. Instit. de nup.* §. *fi.* sed iste filius non videtur spurius, quia nec ex damnatis, nec prohibitis conjunctionibus natus, cum tamen *Spurius* dicatur quasi *non pure* (sed per pravitatem Juris naturalis) *natus*: ut dicta *l. vulgo. ff. de sta. ho. Instit. de nupt.* § *sunt & alia. Authen. qui mo. na. effi. sui.* §. *antepe. versi. fi. ver. effusa. Colla.* 7. Item ut legitimetur filius per Matrimonium subsequens, sufficit cum tali muliere habuisse coitum, cum qua Matrimonium contrahere non fuerit interdictum. *C. de naturali. li. l. cum quis.* Et per illud argumentum hanc partem videtur tenere *Goffre. ti. de fi. Presby.* §. *si quis.* Item pro hoc facit favor causarum dependentium ex Matrimonio, quæ ante Matrimonium, & etiam post Matrimonium favorabiles sunt. *ff. so. ms. l.* 1. & *l. Gaius. C. de inuti. stipu. libera. ff. de Re. Jur. l. in ambiguis dotibus.* 1. *Respon.* Item pro isto filio favor legitimationis facit. *C. de indicta. vidu. tollen. l.* 2. *in fi. cum si.* propter quem duplicem favorem potius dicemus illum Naturalem, quàm Spurium. Item præsumitur, quòd hic filius causa fuit hujus Matrimonii sequentis, *C. de naturali. liber. l. cum quis*, ergo absurdum est, quòd in se non sentiat illud; quod aliis præstat,

præstat. Ut c. ii. l. super. ar. 19. di. si Romanorum. Et hæc pars communiter tenetur, cum in Matrimonio contrahendo impedimentum non subfuit, ex quo est in minoribus, ut notatur Authen. de monachis. §. si quis ante. ver. permittat. Coll. 1. 32. di. 1, 2. & c. quoniam in quibusdam. Extra. de cle. conjug. c. 1. in prin. hoc tenet Gui. post incen. 56. di. ocius. Contra videtur. Nam milites armatæ militiæ, & cœlestis, æquiparantur: ut not. ff. de re judi. l. miles. ff. de procura. filiusfa. nam unus privatur stipendio, sicut & alius, si non deserviat. C. de re mili. l. cum allegatis. li. 12. C. de epis. & cle generaliter. in fi. Extra. de appel. pastoralis. 32. di. præter hoc. in prin. sed militi armato est concubinatus interdictus, C. de donati. inter vi. & uxo. l. 2. ita, quòd nec ei legare potest. ff. de testamento mili. miles ita. §. mulier. & not. ff. de dona. affectionis. Quoniam ergo de tali coitu damnato nascuntur spurii; sic ergo per sequens matrimonium non legitimantur. ff. de fis. bo. Paulus. Extra. qui filii sunt le. tanta. 2. Respon. Item lex 32. di. interdixit. in prin. C. de epi. & cle. cum qui. Auth. de sanctiss. epi. §. Presbyteris. Coll. 9. videtur pro hac parte determinare quæstionem: nam illis nedum prohibetur delictum, sed etiam occasio. ff. de transac. l. cum hi. §. sed cum lis. Insti. vi bo. rap. §. sed nedum talia. Nec dicas illas leges intelligi tantùm in constitutis in sacris, prout glossa videtur sentire in dicto §. Presbyteris. quia sic verba textus ibidem essent superflua, quod esse non debet. ff. quod me. cau. l. 1. Solutio. In disputatione solenni fertur Jo. An. hanc partem ultimam tenuisse: nam Clericus, licet in minoribus Constitutus, prohibetur à lege concubinam habere; ergo natus ab hujusmodi coitu vetito, tanquam spurius, non legitimatur per hujusmodi Matrimonium sequens, ut dictum est: hoc satis videtur fundare textus noster hic, & in fine. Item Clericus jam creatus, vel de novo creandus, habens Concubinam, ordinari non debet. Authen. de sanctiss. epi. §. clericos. Coll. 9. quod tu dic per Jo. An. Extra. de testa. c. 1. in prin. & dicam infrà. §. proxi. dirlpi. Si ergo non potest habens Concubinam ad Clericatum promoveri, multo magis jam factus Clericus Concubinam habere prohibetur, ut dicto §. Presbyteris. ergo hic filius concluditur spurius, per Matrimonium sequens non legitimandus. Sic patet Responsio ad contraria: quia non sufficit, quòd cum tali mulier cum qua liceret † contrahere; nam requiritur aliud, sc. quòd Concubinatus ille non sit per Legem interdictus. Nec obstat favor legitimationis: quia sordida stirps splendidis natalibus derogare non debet. C. quæsti. super hoc. Nec obstat quòd fortè filius est causa, vel occasio Matrimonii &c. quia sæpè evenit, quòd quidam aliis prosunt in his, quæ sibi prodesse non possunt: ff. de admi. tu. l. si minor. 2. Respon. & in fine ff. de tu. & ra. dis. alterius. §. fi. nam & Judex Jus dicit aliis, licet sibi hoc non posset; ff. de jurisdi. om. judi. l. qui jurisdictioni. sicut boves arant, & arietes aliis sua vellera portant. Nec obstat quòd Clericus in minoribus ordinibus licitè contrahit: 32. dist. quoniam in quibusdam, ut suprà no. quia in contrahendo, jus fingit eum quoad actum Matrimonialem primò deponere Clericatum. ar. ff. de acquiren. he. l. nec is. §. 1. & l. illud. Sed decisioni prædictæ fortissimum inconveniens obstare videtur, sc. nullum per sequens Matrimonium legitimari posse, contra dictam Decret. tanta. in prin. Insti. de nupt. §. fi. nam quilibet coitus, præterquam Uxorius, videtur hodie fœtidus, & damnatus expressè. 32. q. 4. nemo. & c. sic non sunt. in fi. & c. meretrices. Respondeti tamen potest huic opinioni, hoc scil. verum est quantum ad legem peccati & pœnam æternam, non tamen quantum ad pœnam legis humanæ: dicam ergo illum legitimari non posse, qui ex vetito & damnato concubinatu à lege humana est suscitatus, quando lex humana principaliter per se damnat, ut in Incestu, & hujusmodi, sic & in casu nostro: secus ubi Concubinatus à lege principaliter non prohibetur, nisi forte quia per Legem Divinam damnatur, ut in contrario; ibi talis filius naturalis legitimari potest. ar. in hoc quod notat Jo. An. Extra. qui filii sunt le. per venerabilem. in fi.

a *Inter eos.* Sc. parentes, patrem Clericum, & matrem.

b *Verum quia.* Secunda pars, tradens, quid Juris sit de Beneficiatis & causis.

c *Matrimonio.* Dativi causis.

d *Seu.* Pro imo, verius cum non sit licitum Matrimonium, ut in c. diversis fallaciis. ar. c. ti. c. sanè. 2. C de incestis nupt. l. cum ancillis. Extra. de eo qui dux. in ma. quâ pollu. per ad. cum non haberet.

e *Intendentes.* Secus fortè si jam de coitu sint saturati: quia jam optarent Monachari, vel propter nimiam contemplationem Fratres Minores effici; sed dic contra, propter actus præteritos irreparabiles, ut in c. diversis. cum si.

f *Animarum.* Tam propriarũ, quàm allenarum: cum subtiliis hujusmodi Apostatæ literati loquantur, cavillentur & negotientur.

g *Salus earum.* Sc. animarum post commissum sibi regimen earundem. Extra. de elec. licet canon. li. 6.

h *Diripi.* Dicitur de di & rapio pis. id est, dilapidari seu consumi: quo casu, etiamsi titulum & possessionem sufficientes haberet, fructus sequestrandi essent. ff. de appel. imperatores. in fi. de quo dicam infrà. in Consti. Otho. Ecclesiarum. § sequestrationes. An ergo propter filiationem à Beneficio Ecclesiastico quis repellatur, satis legitur & notatur 28. dis. de Syracusana. in 4. gl. & in eadem di. prius. quam. tenet quòd sic, nisi dispensativè talis pater promoveatur longa præcedenti continentia, & quicquid fuit de honesto rigore Juris Civilis, Authen. de sanctissimo epis. §. clericos. Coll. 9. vel antiquorum Canonum: tales enim hodie possunt promoveri, ut patet exemplum de beato Petro, qui habuit filiam Petronillam, qui fuit etiam Sancta, & idem in Clemente 4. Doctore Legum, qui duas habuit filias, qui postmodum fuit Abbas, & demum Papa. & no. Jo. An. Extra. de testi. c. 1. ar. Extra. de cle. conjuga. c. 2.

Filii non repelluntur à Beneficio.

i *Consuevit.* Nota argumentum ex assuefactione malefaciendi, cui legislator vult occurri. C. de epi. au. l. 3. §. fi. Auth. de testi. §. quæ verò multi. Coll. 7.

k *Animarum saluti.* Ad hanc invitari debet quilibet prælatus Extra. offi. ordi. irrefragibili. le. & no. Extra. c. Consti. qd ad venerabiles.

l *Et Ecclesiarum commodo.* Licito, non enim debet Ecclesia esse auctrix, sive altrix injustitiæ. Authen. de alie. seu. per Fredericum. §. 2. Colla. 10. Unde per hoc igitur caveat procurator Religiosus, qui se nunquam æstimavit deerrare, dum utilitatem sui Monasterii sic in *Qui.* Scilicet morbus. (procuravit.

m *Multum invaluisse.* Ideò magis occurrendum, ut sequitur, & eo major sit aculeus & confusio, quo culpa patentius sit commissa. Extra. de pæ. c. 1. §. 1. in Con. Cle. unde vulneri cicatricato ignitum ferrum mittitur. 1. q. 1. reperiuntur.

n *Occurrendum.* Melius est quam post exitum vindicare. C. qui ex cau. in integ. resti. majores. l. fi. C. quando licet unicuique sine Judice se vindicare. l. 1. & 2.

o *Reperium fuerit.* Hominis ministerium de sui natura propria designat. Unde facit, quòd si Papa scribat pro paupere Clerico alicui executori, ut ei provideat, si eum reperiat honestæ vitæ &c. tunc requiritur necessario existentia conditionis, & cum causæ cognitione fieri debet; nec tunc dicitur inesse hæc conditio necessaria, vel de necessitate. Sic intellige Inno. Extra. de transla. Epi. licet in glo. fi. ar. ff. si tabu. testa. mille extabunt. l. 1. & melius ff. de hære. instit. l. si quis Sempronium. ff. de re. ju. expressa nocent. patet Extra. de offi. dele. c. 1. in Cle. Ubi tamen scribitur si est idoneus, hæc conditio inest de natura; ita quòd super hoc non requiritur inquisitio, nec causæ cognitio. Sic intellige Inno. Extra. de præsump. c. fi. Nam quilibet præsumitur bonus. ff. de lega. 2. cum quidam. & l. pater. §. rogo. C. de inoffi. testa. omnes. & sic servat Curia secundùm Old.

q *Taliter.* Sc. clandestinè præobtentis Ecclesiis, vel post hujusmodi Matrimonium de novo adeptis, ut suprà. in prin.

r *Contraxisse.* Contractus plus facti, quàm juris est. ff. de cura. fu. l. consilio. ad fi. Obligatio tamen inde creata, habet actionem filiam, ut ff. de procura. licet. §. ea obligatio. ibi, actionè pariter &c. Juris sunt, ut patet in earum diffinitionibus. Insti. de ver. ob. & de est mater actionis. in prin.

Obligatio actionis.

s *Ecclesiasticis Beneficiis.* Licet hoc esset per se positum satis comprehenderet Ecclesias: infrà. si. 2. in prin. & no. Gui. Extra. de rescrip. gratia. in prin. li. 6. tamen ex quo præmittitur de Ecclesiis nominatim copulative, Ecclesias non comprehendit, sed alia refertur ad Ecclesiastica Beneficia, sc. ad Prabendas, liberas Capellas, & hujusmodi. ar. ff. judi. sol. novissima. Nam verbum generale, non extenditur ad specialiter expressum. ff. de vulga. & pupilla substi. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de ver. oblig. l. doli.

t *Quibus.* Sc. Ecclesiis &c.

u *Eos.* (Ut præmittitur) Clericos contrahentes Matrimonium clandestinè & nihilominus occupantes Ecclesias. Jo. de Athon.

x *Quoslibet alios uxoratos.* An clericus per hoc quòd contraxit Matrimonium perdat suum Beneficium Ecclesiasticum distingue. Aut tenuit Matrimonium, & tunc vacabit Beneficium. Extra. de cle. conju. c. 1. in prin. ubi de hoc no. & hic patet in prin. Aut non tenuit Matrimonium, & tunc aut propter defectũ consensus, putà impuberis beneficiati, & sic intra ætatem: tunc, cum Juris interpretatione intelligantur tantum Sponsalia de futuro, Extra. de despon. impu. c. 1. li. 6. dicam Beneficium non vacare: idem, si defectus ætatis erat ex parte mulieris, per rationẽ eãdem. Sicut autem per promissionem, quam Clericus facit de profitendo, cum Religionem ingrediatur, non vacat suũ Beneficium, nisi intercedat Professio tacita vel expressa, Extra. de Regular. beneficium. li. 6. ac sicut per acceptionem secundi Beneficii curati

Beneficium an perdatur si matrimonium per beneficiatum contrahatur.

rati non vacat primum nisi sequatur possessio, vel per eum stetit quo minus possessionem apprehendat: *Extra. de elec. cum missa. §. 1. li. 6. de præben. licet.* 2. sic nec per solam promissionem de contrahendo verè, vel Juris præsumptione, dicam vacare Beneficium, nec dissolvi spiritualem Conjugium. Idem dico, si defectus consensus causaretur ex defectu alterius conjugum: non plus enim ex tali cõtractu obligatur, quàm si cum imagine, vel dormiente contraxit; quo casu non teneret Matrimonium ex defectu consensus. *Extra. de homici. c. 1. in Cle. ff. de jure codicillo. l. 2. §. pe.* Idem dicas eadem ratione, quando defectus consensus processit ex metu, qui cadere poterit in constantem virum: *Extra. de spon. veniens. 1. & c. 2.* ad idem facit *c. consultationi.* nam nec tunc teneret renuntiatio expressa. *Extra. quod met. cau. ad audientiam. Extra. de pæ. c. multorum. §. jane. in Cle.* Aut Matrimonium tenuit ex consensu, sed propter solum Ordinem Cleri. i contrahentis non tenuit, sed Contubernium dicitur, quia in sacris erat: tunc licet Beneficium de rigore Juris perdere debeat, si tamen ex isto contractu Bigamiam non incurrat, potest Episcopus in Officio & Beneficio dispensare, ut *le. & no. de cle. conjuga. c. 2. in 2. gl.* Si ergo bigamiam incurrat contrahendo: tunc indispensabile esset ab alio, quàm à Papa. *Extra. de biga. nuper.* Aut non tenet Matrimonium propter aliud impedimentum Canonicum: tunc perdit Beneficium, ut tenet *Ber. Brix. in suis quæstionibus.* Nam secundùm eum, qui contraxit cum consanguinea, videtur habuisse Ecclesiam pro derelicta, nec soluto matrimonio potuit illam repetere. Sed huic sententiæ multum obstat *ff. de condi. sine cau. l. avunculo. ff. de op. le. l. 2.* cum ipso Jure actus non teneat, ut ibi colligitur ex dissolutione contrariorum. Hæc vera, nisi in fraudem Prælati contrahatur Matrimonium, nam tunc licet teneat renuntiatio quoad Deum, non tamen quoad Prælatum, qui illum invitum potest facere Beneficium retinere: aliàs illud posset Prælatus contra *Decret. Extra. de renunci. admonet.* cui fraudi via claudenda est. *Extra. de divor. quanto. ad fi. ff. de rei ven. in fundo.* hæc tangit Jo. *An. Extra. de cle. conjug. Johannes, ante fi.*

Matrimonium cum dormiente contractũ non tenet.

Bigamus per solum Papam dispensari potest.

a *Ipso Jure privatos.* Contrà immo videntur privandi. *Extra. de cle. conjuga. quod ad te, & c. diversis.* Solutio Secundùm intellectũ *glo. c. ii. c. 1.* quia si Matrimonium non teneat, sunt privandi, ut ibi: si vero teneat Matrimonium sunt ipso Jure privati, ut hic; sed certè videtur, quòd idem sit, si non teneat, ac si teneret. *ar. Extra. de præben. eum qui. li. 6 ff. de nox. 1. actt. non solum. cum fi.* ad quod facit textus generalis *ff. de publi. l. de prætio. de ver. ob. l. à Titio. cum fi.* unde dic, ut *supra. proxi. glo.*

b *Removeantur.* Sc. dicti Clerici sic clandestinè contrahentes.

c *Omnino.* Etiam absque spe dispensationis, ut patet ex notatis *supra. in distinc. in gl. an clericus.*

d *Et si.* Tertia pars, tractans de bonis quæsitis per dictos Clericos uxoratos. *c. ti.*

e *Qua.* Sc. aliqua.

f *Bona.* Significatio hujus verbi patet *ff. de ver. sig. l. subsignatum. §. bona. & l. bonorum.*

g *Post Matrimonium.* Scilicet contractum clandestinè per Clericum Beneficiatum: nam de bonis quæsitis ante hujusmodi Matrimonium esset distinguendum, si prius Beneficiatus extiterat, juxta *Decre. Extra. de testa. relatum.*

h *Qualitercunque acquisita.* Ille textus generaliter loquens, restringi debet ad casum dubium, ut in dubio semper præsumatur de bonis Ecclesiæ, si industriosè quicquam quæsierat; *ff. de dona. inter vi. & uxo. l. quintus Mutius.* cum negotiari prohibeatur *C. de epi. & cle. repetita. C. negoti. ne milit. l. 1. li. 12. Extra. de vi. & ho. cle. c. 1. in Cle.* & sic non obstat *C. arbit. tut. l. si defunctus.* & hoc *no. Jo. An. post Ho. Extra. de pecu. clerico. c. 1.* secus tamen, si sine industria acquisierit, puta ex Patrimonio, *ar. Extra. de jure patro. cum dilectus,* vel ex antiqua amicitia. *ff. pro soc. l. nec adjecit. ff. de hære. insti. nemo.* patet *Extra. de testa. relatum. §. pe. & no. 28. distinc. de Syracusanæ. in ver. quæsita,* vel dic restrictionem non fieri. *ar. C. de milit. qui sti. l. 1. §. fi.*

i *Vel per submissas personas. Extra. de censi. cum clerici. ar. ff. de administra. re. ad ci. perti. l. 2. §. 1. al. l. 3. C. fi.* ubi de hac materia notantur quatuor regulæ, pro quibus brevissimè dicas, quòd non possum per me possum per alium, verum est me auctorizantem. *ff. qui res pigno. ob. pos. Aristo. cum fi.* ibi notatis. Et facit quod dicam *infrà. in Consti. Otho. domus Dei. §. 1.* fallit odio dolum committentium verè vel præsumptivè. *ff. de distra. pig. & si is. C. de dolo. l. 1.* Item hoc quod non possum per me, possum per alium me auxiliantem. *ff. quemadmodum servit. amitti si Communem. ff. de accep. l. & per jusjurandum. §. si fidejussor. ff. de Cur-*

Uxoratos fore Decernimus [a] ipso Jure privatos) [b] removeantur [c] omnino.

¶ [d] Et si [e] qua [f] bona [g] post hujusmodi Matrimonium, [h] qualitercunque acquisita fuerint, per ipsos [i] vel per submissas personas de bonis [k] eorum, ea nequaquam [l] Filiis [m] vel Uxoribus hujusmodi, sed Ecclesiis, quas [n] tenuerunt, [o] vel in quibus habuerunt [p] Beneficia, [q] protinus [r] applicentur. ¶ [s] Ipsi quoque Filii [t] ad Ecclesias, & Ecclesiastica Beneficia, & ad Ecclesiasticos Ordines velut inhabiles [u] nullatenus admittantur, nisi [x] fuerit

bo. edic. l. 3. §. ibidem. Sed quod non possum per me, nec possum per alium: verum est à me auctorizatum & submissum. Ut hic *cum fi. supra alle. C. quòd me. cau. si per impressionem. in fi. & sic no. glo. ff. de fur.* his enim casibus hæc regula fallit favore pupilli & furioli. *ff. de usucap. Labeo. aliàs, leg. ea quæ servi.*

k *Eorum.* Sc. clericorum sic uxoratorum.

l *Filiis.* Qui an fuerint spurii vel non, dixi *supra. 1. Respon. ver. probare. & se.* & facit ad hunc textum *15. q. ulti. cum multa.* Illi tamen quoad deum satis sunt accepti, si fuerint alias virtuosi. *56. di. nasci de adulterio.*

m *Vel uxoribus.* Ubi *ar.* à multo fortiori: nam ipsa Communicavit, & participavit viro suo clerico in delicto, cum tamen filii alieno vitio laborent, sc. parentum. *ar. C. de manda. l. fi. in prin. C. de naturali. l. legem.*

n *Tenuerunt.* Hujusmodi Clerici uxorati de facto tantum, ut patet *supra. §. 1. in fi. Jo. de Athon.*

o *Vel in quibus.* Sc. in Ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis; non autem dico ipsis Præbendis, vel aliis Beneficiis singularibus, ut hic patet.

p *Beneficia.* Scilicet Præbendas, Officia: vel hujusmodi Ecclesiastica. Ut *no. §. proxi. supra.*

q *Protinus.* id est, ipso jure. Nam sunt res Ecclesiæ *Extra. de pecu. c. 1.* & sic directa via transeunt in Ecclesiam absque mediatione alicujus ex parte clerici, tanquam ipse fuisset nudus minister. *Extra. de cle. conjuga. quod à te. §. fi. ar.* in hoc quod *le. & no. ff. de le. 2. si quis Titio:* & quod *no. infra. in glo. proxi.* De dictione vero *protinus,* mox, incontinenti, vel hujusmodi *not. Jo. q. 2. c. 1.* & per *Gui. Extra. de sen. excom. c. si judex. super ve. incontinenti. li. 6. ff. solu. ma. fructus. Jo. de Athon.* *Protinus qualiter accipitur.*

r *Applicentur.* Id est, incorporentur. *ar. ff. de jur. fisci, l. 1. §. divus. no. C. de rei vendi. si ut proponis. ar. ff. de dona. inter vi. & uxo.* Sed cum hoc casu opus sit facto: *Extra. de peculio clericor. 3. & c. fi.* qualiter agetur contra detinentes hujusmodi bona, obstante Prohibitione Regia de catallis, & debitis, vel aliis? Certè nescio, nisi forte Sacrilegium introduceret Ecclesia, & sic ratione peccati. *Extra. de pecu. cle. inquirendum. Extra. de judici. novit. ar. op. Extra. de foro compe. c. fi. libro.* Sicut etiam servatur, cum agitur pro violentia in Clericum: nam tunc concludendo declaratione permutationis Canonicæ coram Ecclesiastico Judice, Prohibitio Regia non obstat secundùm legem terræ; quoniam conceditur Consultatio sine difficultate. Aliàs in Regno *Angliæ* hoc Statutum frustratorium reputo in hac parte: nam cum nihil scriptum habeat pro se Ecclesia, non Feoffamentum, nec Seisinam, nec Mordamicestre, nec simile, lex terræ non subvenit Ecclesiæ: quoniam potius resistit eidem in hac parte. *Jo. de Athon.*

s *Ipsi quoque.* Tertia pars, tradens quid Juris de filiis, ex hujusmodi contubernio procreatis.

t *Ad Ecclesias.* Expone ut *supra. 1. Respon.*

u *Nullatenus admittantur.* Igitur filius punitur propter iniquitatem patris: *ar.* multorum jurium quæ *not. Gui. Extra. de injur. ca. 1. in glo. hoc non videtur. libro 6.* pro qua materia dicit *Gui. Extra. de hære icis. §. accusatus. libro 6. in fi.* pecunialiter putà, in confiscatione bonorum punitur quandoque filius, vel hæres pro parente: non autem corporaliter, cum peccata suos teneant auctores. *C. de pœnis. sancimus. ff. de pœ. crimen. cum fi.* Sed contra hæc patent plura exempla *1. q. 4. peccata civium.* cum *§. se.* usque ad *§. notandum.* ideo dicit *Gui. Extra. de Reg. Juris. non debet aliquis. in fi. li. 6.* quòd in eo, quod obvenit sibi ipsi à suo patre, bene punitur filius propter delictum patris: sed si à genere, à civitate, vel rerum natura: tunc delictum patris non nocet filio: ut *le. & not. ff. de jure patro. l. divi. in glo. pe. in fi. ar. l. ff. de interdictis & relegatis. l. 3. cum fi.* per eum *alle.* in dicta regula, & juxta primum membrum debet intelligi *Authen. ut omnes obedi. judi. provinc. §. 1. Coll. 5.* Sed contra hanc distinctionem videtur hoc, etiam in crimine non accepto, in honoribus spiritualibus adipiscendis, quæ non obveniunt ex patre. Dic propter hoc plenius per *glo. magistralem. 1. q. 4. in summa.* quam approbat *Jo. An.* in dicta regula *non debet aliquis.* quam etiam sibi scribit *Cardi.* sed diminute. *Extra. de usur. c. 1. in fi. li. 6.* ubi distinguitur triplex pœna, scilicet æterna: & in illa nunquam punitur unus pro alio. *1. q. 4. Judæi. in fi. & c. se. & no. 36. di. undecunque.* Alia est corporalis: & illa duplex, ut ibi notatur. Tertia est spiritualis seu Divina, & in illa punitur filius pro patre: ut *no. glo. Authen. ut om. obe. judi. provinci. §. 1. in glo. hic nota filium. Coll. 5.* quod tamen distingue: ut *no.* in dicta *glo. magistralem.* *Filius punitur ob delictum parentis.* *Pœna triplex.*

x *Fuerit.* Juxta *distin. Decret. Extra. de filiis Presbyt. ca. 1. li. 6.*

a *Cum*

a *Cum eis*, &c. filiis hujusmodi.
b *Eorum*. &c. filiorum.
c *Meritis*. Hoc requiritur in qualibet discreta dispensatione, causis videlicet consideratis & expressis, vel saltem discussis. *ar. ff. de manumiss. vindic. illud.* 1. *Respon. ff. de ap. non recipien. l. sciendum. C. de edic. divi Hadri. tollen. l. ulti.* §. 1. ut plenè *no. Gui. Extra. de elec. licet canon. verb. carere. li.* 6. per quod patet ratio diversitatis inter istū finem, & illud quod dixi *supra* 1. *Respon.* in decisione magnæ quæstionis, sc. quod Matrimonium sequens istos filios, quia spurios, non legitimat: quia ibi Lex causas, & merita dispensandi super hujusmodi illegitimatione discutere seu providere nequit; hic secus in dispensatione per hominem facienda, ut jam dixi. Et in dispensatione facienda causa propter quam fieri debeat adeo, & in tantum, est necessaria, ut si causa legitima dispensandi non subsit, non dicatur dispensatio, sed potius dissipatio, etiamsi fieret per *Papam*: ut patet ex ipsius definitione, quæ talis est. Dispensatio est Juris Communis relaxatio, facta cum causæ cognitione ab eo, qui Jus dispensandi habet. Et dispensare est diversa pensare; nam multa debet pensare, qui vult dispensare. De hoc est glossa notabilis & famata in Canone *requiritis*. §. *nisi rigor. 1. q.* 7. & ibi videas plenè.

d *Canonicè dispensatum*. De materia dispensationis benè *no. 1. q.* 7. §. *nisi rigor.* & per *Fr. An. Extra. de elec. cum ex eo. li.* 6. *ver. Episcopi*. Sed unum præcipuè quæritur, inter *Doctores* hæsitatum, in quibus casibus posset Episcopus dispensare? Dicunt *glossæ* communiter, ubicunque hoc Episcopo non prohibetur. 50. *di.* §. 1. *in fi. & ca. mirur.* & *c. ut constitueretur.* & dicto §. *nisi rigor.* & *Wil. Extra. de reli. do. c.* 1. *ante fi. in Con. Cle.* & *c. li. de privile. c.* 1. §. *fi qui. ar. Extra. de sen. ex. c. nuper. in fi. ff. ex qui. cau. ma. leg. nes non.* §. 1. Alii contra: nisi quando hoc ipsi Episcopo reperitur esse concessum. *ar. Extra. de temp. ordi. dilectus. ar.* 38. *distin. nulli*. secundum *Gui. Extra. de electio. licet canon. ver. carere. prope fi. li.* 6. pro qua contrarietate distinguit adjitio posita *Extra. de judici. at si clerici*. secundum *Pe. de Sop.* dicens, quòd contra Canones, qui non inducunt irregularitatem, dispensare non potest: quia hoc esset vulnerare Jus, *Extra. de divor. gaudemus.* aliàs potest, ut ibi notatur sub distinctione, quam ibi in singulis membris rationaliter reprobat *Jo. And.* post *Hosti.* Ideo dicit *Inno. Extra. de temp. or. dilectus*, quòd ubi Lex non indulget dispensationem, Episcopus dispensare non potest. *Extra. de consan. & affini. quod dilectio.* & sic stat vera opinio *Gui.* Si tamen Lex concedat dispensationem, sed non dicit per quem &c. dicit *Hostien.* in dicto *c. at si clerici.* quòd Episcopi dispensare possunt in Adulterio & in minoribus criminibus, nisi in Jure prohibeatur expressè. *Extra. de sentен. ex. nuper. & c. postulasti.* Item, & in majoribus, ubi hoc reperitur concessum. Hoc idem sentit *glo.* 21. *q.* 2. *si quis jam translatus.* ante finem. Hoc tenet *Gui.* 50. *distin.* §. 1. quæ distinctio licet sit multum rationabilis, tamen modernis non placet, dicentibus, quòd ipse contra Canones, præceptum vel prohibitionem continentes, dispensare non potest, nisi quatenus in Jure exprimitur: sed contra Canones consulentes, potest Episcopus dispensare. *Extra. de ætate & qualita. permittimus. li.* 6. aliàs secus. *ar. glo. Cardi. Extra. de elec. generali. in glo. nota ergo. li.* 6. Moderni dicunt quòd contra Pœnitentiales Canones Episcopus dispensat, nisi prohibeatur: 50. *dis. de bi. & c. bi qui.* 26. *q.* 7. *tempora.* & *c. se.* sed in his, qui pœnam Irregularitatis, Depositionis, vel Suspensionis inducunt, non dispensat, nisi quando reperitur expressè concessum: ut in contrario notat *Gui.* 1. *q.* 7. *requiritis. prope fi.* Tu dic per *Inno. Extra. de præben. de multa.* circa finem, quod propter necessitatem, vel utilitatem evidentem Ecclesiæ regulariter possunt Episcopi dispensare, dum tamen discrete: nisi ubi reperiuntur prohibiti. Ut tenet *Gui.* in dicto *ver. carere. in prin.* immo tunc dispensatio est debita, & est jus. Quod dic, ut notatur per *Gui.* plenè 50. *distin. ut constitueretur.* Sed propter gratiam, probitatem, vel meritum personæ nequeunt Episcopi dispensare, nisi in casibus concessis à Jure. *ar.* 9. *q.* 1. *c.* 2. *& 3. Extra. de præben. exposuisti. Extra. de rescrip. c. ulti.* §. *fi. lib.* 6. *ar. op. C. de prox. sacro. scri. unicuique. post prin. ver. nisi forsè. li.* 12. Quam Distinctionē approbat *Gui.* in dicta *Decre. permittimus. in fi.* Ubi tamen fieret Dispensatio juxta meritum personæ, ibi non est præjudicium boni Communis; sed ea intentione, ut ad bonum Commune proficiat: ut plenè notat *Gui.* post Fratrem *Thomam de Aquino.* 11. *distin consequens.* Et facit quod dicam *infrà. in Con. Otho. cum bonefatis.* §. *ult. in ver. ultionem canonicam*. Hoc ultimum tamen distinguitur, ut jam præmissi per *Hosti.* Hæc vera intelligo in dispensatione Episcopali in Foro Contentioso, seu in publico: ut dicto *c. at si clerici.* sed in Foro animæ, seu in occultis, videtur dispensatio concessa cuilibet Confessori, 50. *distin. Presbyteros. in fi.* cum posset pœnitentias commutare, & similia facere. 26. *q. ul. tempora pœnitudinu.* & hoc tenet *Wil. Extra. de privile. c.* 1. §. *si qui. in Cle.* Nam ubi est infamia: subortiens ex crimine occulte commisso, acta Pœnitentia sibi injuncta, de illo crimine, sublata est infamia: ut *no. 1. omnes.* nisi in Homicidio, etiam occulto. *Extra. de tempo. ordi. quæsitum.* Et bene notat *Gui.* 26. *dist. c. ulti.* ubi notat *Gui.* idem esse in Simoniaco, saltem in ordine et occulto. Idem *no. Gui.* 1. *q.* 1. *reperiuntur. Extra. de Sim. accusati. ar. Extra. de accu. c. inquisitionis.* §. 1. & de hoc nota magnam *glo.* 50. *di. de hu.* Nec videtur obstare quod dicitur in dicto *c. quæsitum.* duntaxat Homicidium est exceptum: quia de hujusmodi Simoniaco non fuit interrogatum &c. De hujusmodi Dispensatione habes gl. ffam singularem in *c. at si clerici. Extra. de Judiciis.* & in variis aliis locis.

De Concubinis Clericorum removendis.

¶ Summarium.

Clerici, præcipuè in Sacris Ordinibus Constituti, si cubi Concubinas publicè detinent, eas intra mensem à se removeant penitus, eas aut alias non recepturi, aut ab Officio & Beneficio usque ad satisfactionem condignam suspendantur: de qua Archiepiscopi & Episcopi diligenter inquirant.

a cum eis, exigentibus b eorum c meritis, d Canonicè dispensatum per *Romanum* Pontificem.

• LIcet ad profugandum à laribus Ecclesiæ f putridum illud g turpitudinis h libidinosæ i contagium,

e *Licet ad profugandum*. Id est, procul fugandum, *Jo. de Athon.*

f *Putridum*. Foetet enim libido. *Extra. de præsump. cum in juventute.* ibi, *fœtorem libidinis amplexando.* Unde versus, *Parte leo prima, medium caper, anguis in ima.* Indubitanter est etiam indecorum, ut impudicus ministret, ubi salus humani generis inter victimatur. *Extra. de filiis pres. cum decorem.* & *infra* sequitur.

g *Turpitudinis*. Habet namque jugem scabiem: quia fervor viscerum ad cutem trahitur per quam luxuria designatur. 49. *di. proposuisti.* §. *jugem.* Unde vilitas vitæ nominatur à lege. *C. de adulti. l. qua adulterium.*

h *Libidinosæ*. Quam libidinem Clericis interdici multis auctoritatibus probatur. 82. *dist. proposuisti.*

i *Contagium*. Inficit enim ex parva Contagione & Communione: nam colloquium mulieris quasi ignis exardescit. *Eccle.* 9. & 19. *c. corrumpunt enim boni mores colloquia prava.* 1. *ad Corin.* 15. *c.* Unde versus, *Vix est quin faveas mulier speciosa petenti. Nam si voce neget, vox est contraria menti.* Scias ergo contra hoc carnis peccatum fugam cum gratia, de qua dicam *infrà. in Con. Otho. quoniam caca.* §. *ulti. nisi gratiam.* præcipuum esse remedium: nam licet contra carnis stimulum sit fortiter dimicandum, lucta seu pugna quoad intra, aliàs quoad meritum, nulla consequenter diceretur victoria, secundum *Hug.* exemplo *Pauli*, qui carnis stimulos passus est, licet tamen meritorie resistens, 32. *q.* 3. *si Paulus.* tamen quoad extra prius fugiendum est. Unde *Paulus ad Cor.* 6. *c. fugite fornicationem.* Unde dicit *Ambrosius*, Cum aliis nempe vitiis possit expectari conflictus, hanc fugiendo approximantis: ut notat *Hostien. Extra. de divor. significasti.* §. 1. *in prin.* Unde in *Psalmo. ecce elongavi fugiens* &c. & hæc Prudentia est *Prover.* 2. *c.* 6. & 5. ante finem, & *c.* 7. Tutum est ergo non habitare, vel diu conversari cum muliere aliqua. 32. *di. hospitiolum.* ubi de hoc optimus textus habetur. 31. *di. clericus. Extra. de cohabi. cle. & mu. ca.* 1. Adulterium enim intercipit cohabitatio. 18. *q.* 2. *diffinimus. & c. prace.* & dicto *c.* 2. *C. de epi. & cle. cum qui.* 32. *q.* 4. *Salomon.* Fugias igitur fabulatoria verba. *Extra. de cohabita. cleri. & mulie. c.* 2. *C. de adulte. Authen. si quis ei quem.* Item & verba solicitatoria. *ff. de extraordi. crimi. l.* 1. Nam secundum *Ovidium*, Casta est quam nemo rogavit. Fuge ergo præsentiam, & aspectum earum. 32. *q.* 5. *nec solo.* Fuge ergo mutuos gestus, insuper lascivos, nutum, tactum, ac tractarum malarum vetularum; de quibus *no. Host. Extra. de spon. veniens.* 1. §. & alia adjicit *Accur. ff. de adulteriis. quod ait lex.* Nam secundum *Hiero.* Si cum mulieribus viri conversarentur, non deerit vicarium Diaboli: *ar.* 81. *distinc. oportet*, nam qui tangit picem coinquinabitur ab ea. *Ecclesiast.* 4. *c.* Unde *Pe. de Sal. de pæ. di.* 1. qui Sanctus hos dat versus: *Solus si verè persta ut cum muliere, Carnis fragilitas moveat ipsos tunc Hermitas.* Et *Hostien. Extra. de eo qui cogno. consan. uxo. veniens. primo* §. dat alios versus;

Mulieres pulchræ rarò sunt castæ.

Fornicatio evitatur per fugam.

Mulierum conversatio est plena periculo.

Versus notabiles. *Pone tibi frænum, fugias mulierve venenum. Nam sanie plenum vas est quod credis amœnum. Ni fugias tactus, vix evitabitur actus. Hos igitur vita, nè moriaris ita.* sc. peccando, & sic æternæ morti te obligando: ut legitur & *no. ad Ro. 6. c. Stipendia peccati mors.* Unde *Aug.* Cave ne junctus sis fœminæ, in qua nihil aliud est, quàm ut terveat proximitatē. Nota alios versus. *Est mulier dicta morbus me tangere noli. Pungit enim vultu, visu, risu, cute, cultu. Ejus ab insultu quantum potes esto procul tu. Ni fugias tactus, vix evitabitur actus. Hos ergo vita, nè moriaris ita.* Item *Hieronymus* timens deceptionem mulierum ait, Non sum fortior *Sampsone*, sapientior *Salomone*, sanctior *Davide*, qui tamen per mulieres decepti fuerunt. *Sampson* per *Dalilam*, *Salomon* per alienigenas *Moabitas*, *David* per *Bethsabeam*. Notat ergo *Gui.* in dicto *c. suspitiosum.* sic quia propter speciem mulieris multi perierunt. *Eccle. 9. c.* Unde versus, *Adam, Sampsonem, sic David, sic Salomonem, Fœmina decepit: quis modo tutus erit?* Effugiat ergo quilibet, maximè Clericus, earum comitivam, saltem secretam; propter hujusmodi earum vinculationem. *Eccle. 7. c. in fi.* Item propter earum insaturabilitatem in hujusmodi vitio carnali. *Prover. c. penul.* ibi, *tria sunt insaturabilia &c.* Item propter consumptionem corporis proprii. Ut *no. Wil. Extra. de magis. c. 1. in fi. magnæ glo. in Con. Cle.* Item propter consumptionem pecuniæ: cum genus mulierum sit genus avarissimum. *ff. ad Vell. si ego.* Unde *Salomon* in *Prover. 2. c. Qui nutrit scortum, perdit substantiam suam.* Item pro evitatione infamiæ: ut statim dicam *infrà. in ver. maculatur.* Item pro vitatione æternæ pœnæ: ut jam dixi *proxi.* Item propter frequentem, & abominabilem vilitatem sanguinis menstruosi: cujus contactu fruges non germinant, arescunt arbusta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fructus, nigrescunt æra, & si canes inde edant, in rabiem efferuntur. Ut *no. Gui. in Rosa. 5. di. ad hujus verò concubitum.* Ex hac corruptione etiam leprosi & Elephantiaci, seu alias deformes nascuntur. Ut ibi etiam *nō. glo.* Sic quoque multa spernuntur propter vilitatem earum: ut *leg. & nat. per Gui. 65. distin. de Judæis.* Unde Philosophus libidinem sic describit: Libido est res turpis & humilis, ex turpium membrorum operatione prosiliens, exitu fœda, cujus effectum necessariò pudor sequitur vel Pœnitentia. Audi etiam *Boetium.* De corporeis voluptatibus quid loquar, quarum appetitus plenus est anxietate, satietas vero pœnitudine? Idem *Hieronymus.* Appetitus fornicationis anxietas est, satietas Pœnitentia. Unde cum *Lais Corinthea* formosa meretrix & famosa, mille drachmas à *Demosthene* Oratore in stupri pretium petiit, Respondit ille, non emam tanto pretio pœnitere. & Poeta *Horatius. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.* Si ergo ob Pœnitentiam, quæ sequitur, ad hujusmodi actum brevem & transitorium gentilis Philosophus, fide carens, turpitudinem declinavit, quanto magis Domini Sacerdos Christianus? O quam impium, quàm maledictum hoc commercium propter rem tam fragilem, vilem, & insipidam, immo propter ignominiosam corporis partem Cœli gaudia, & patriæ sedes perdere, ac redemptoris gratiam amittere perenniter, & pœnas, quarum non est finis, incurrere Gehennales! hæc *Gezaldus Menevensis* Archidiaconus *li. de salubri exhortatione ad continentiam.* Secundum remedium contra incontinentiam coadjuvans est abstinentia. *ar. 35. distinc. c. sexto die. & c. se.* Nam ingluvies ad luxuriam facili provocat, & opus bonum dissolvit. Unde *Gui. 35. distinc. §. 1.* dicit se raro vidisse continentem, quem non vidit abstinentem. *ar. e di. Ecclesiæ.* Venter enim & genitalia sibimet ipsis vicina sunt: ut ex vicinitate talium membrorum intelligatur confœderatio vitiorum. 44. *di. §. 1.* Facit ad hoc Physica scriptura *de conse. di. 5. nihil.* cum *duo. c. sequentibus.* Sic enim Sancti per abstinentiam cogebant carnem Spiritui servire: ut de plerisque Sanctis *no. Jo. An. Extra. de hæret. ad nostrum. super ver. in servitutem redigo. in Con. Cle.* Sic ergo sui victus necessitati quis indulgeat, ut non consulat voluptati; juxta versus *Psalmi*, Fortitudinem meam ad te custodiam, scilicet Deum, & *Prover. c. ulti. in prin. de conse. distin. 5. mediocriter. infrà. in Consti. Otho. de monachis. Con. Ad hæc quoniam.* Optimè le, & *no. de pœ. di. 1. corpus. in ver. naturaliter.* & *in ver. subjectum.* Qui autem immoderatè amat vinum & pinguia, non ditabitur. *Prover. 21. c.* Superfluæ quoque & exquisitæ deliciæ sunt vitiis fomenta; *35. di. luxuriosa.* & inductio servitutis: ut *c. sexto die. 41. di.* per totum. *Extra. de vita & hon. cle. à crapula.* Cum cibariis itaque delicatis, vestibus fulgidis, & venationibus voluptuosis, castitas & humilitas vix poterunt servari. *ar. 35. distin. eccle. principes.* Notat *W. Extra. de censi. ad nostrum. 1. Respon. ver. venaticos.* ante medium *glo. in Con. Cle.* Unde vide quod notatur *infrà. in Consti. Otho. Amoris proprii. 1. Respon. ver. Charitatem. in fi.* Scias ergo cum Apostolo ad *Phili. 4.* abundare & penuriam pati, scil. ut nec satieras noceat, nec penuria moleste: ut legitur & notatur per *Gui. 41. distin. in fi. quod dicit.* Tertiò juvat occupatio laboriosa: ut patet *de conse. di. 5. nunquam.* per totum. Ut notat *Wil. in Cle. in proœ. §. pe. in glo. talis enim occupatio.* Nam hæc ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras Animas captivandas. *Extra. de renunci. nisi cum pridem. §. verum.* Unde Poeta, *Quæritur Agistibus quare sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.* Item, *Cernis ut ignavum corrumpunt ocia corpus: Sic capiunt vitium, ni moveantur, aquæ.* Quartò vitanda est conversatio solitaria, cum testis vitæ habendus sit. 12. *q. 1. c. 1.* Melius est enim duos esse simul quam unum: habent enim emolumentum societatis ejus; si unus ceciderit, ab altero sulcietur, væ soli qui cum ceciderit, non habet sublevantem eum. Si dormierint duo, foverbuntur mutuo: & si quispiam prævaluerit contra unum, duo resistunt ei, nam funiculus triplex difficile rumpitur. Et hæc omnia leguntur. *Eccle. 4. c. 81. di. c. in omnibus.* & ibi *no. 7. q. 1. illud.* Facit quod legitur & notatur in tractatu de monachis. *c. monachos. infrà. ver. periculosum.* Sed contra: quia *Adam* cum solus esset prævaricatus non est &c. *de pœni. di. 2. quando Adam solus.* ubi de hoc notatur pro & contra *in prin.* Solutio. Dic quòd solitudo commendatur, ubi de causa bona non dubitatur, ut in Sancto *Jo. Bap.* qui ad hoc petiit antra deserti, sed in dubio reprobatur. Item conversatio reprobatur, quando ex hoc malum præsumitur, sc. quod bonorum mores corrumpantur. 28. *q. 1. c. sæpe.* & notatur *supra. in prin. hujus glo. 81. di. c. clericus. & 32. q. 4. nulli.* Quintò præmeditatio mortalitatis, licèt generaliter cætera vitia refrænet, præcipuè tamen fragilitatem carnis, tanquam zona lumborum, constringendo præcingit. *infrà. in Consti. Otho. cum Sancti. 1. Respon.* ubi docentur lumbi præcingi &c. Ait etiam *Gregorius. 14. moralium,* "Qui considerat, qualis erit in morte, semper erit mundus in operatione: in omnibus enim operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. *Eccle. 7. c. in fi.*

M. S. † Studuerunt.

Mulieres decipiunt omnes & propter multa fugiendæ sunt.

Sanguis menstruosus multa mala facit.

Libidinis descriptio.

Horatius.

Abstinentia est unū remedium contra incontinentiam.

Castitatem destruunt multa.

a de quo decor Ecclesiæ graviter b maculatur, c† statuerunt super hoc Ecclesiastici Rectores d ipsū removere, †cùm tantæ improbitatis e existit, f ut semper se g ingerat impudēter.

† *Alias tæ causa &c.*

Quarto remedio.

Solitudo est labilis.

Martis medium.

Luxuria fere semper pollutio.

Fornicatio pejus ceteris peccatis.

Tertium remedium.

a *Quo. Sc.* contagio.

b *Maculatur.* Id est, obsequiosè scandalizatur. Unde in *Psalmo, Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam 2. polluerunt templum sanctum tuum &c. ar. 18. q. 2. monasteria.*

c *Statuerunt.* Nè voluptatis frœna laxentur. 20. *q. 1. addisti. in fine.*

d *Ipsum.* Contagium. *ar. ff. de act. emp. Julianus. 1. Respon. in fi. Jo. de Athon.*

e *Existit.* Alias, exiit.

f *Ut semper.* Id est, in omni cursu sæculi, *ar. ff. de jurisdictione. l. semper.* Vel dic, id est, in omni ætate & sexu, à tempore pubertatis etiam in senectute. *Extra. de præsumpt. cum in juventute.* Ubi de hoc notat *Archi. 11. q. 3. præcipue. Jo. de Athon.*

g *Ingerat.* Nam sine eo pauci inveniuntur. 50. *distin. quia sanctitas tua. ante fi.* Lex enim miratur, si humana natura à coitu se compescat: quid enim fervore amoris vehementius? *Authen. de nup. eligen. secun. nuben. §. optimum. Coll. 1. & Authen. quibus mo. ex. effi. legi. §. nihilominus. Coll. 6.* ubi de hac materia. In tantum quòd prunitus seu prima concupiscentia carnis peccatum non est: sicut enim in calefaciendo manum scabiosam ad ignem; ut notat *Gui. 13. di. nervi. §. 1. ver. culpa. ar.* in hoc quod dixi *supra. in proœ. §. 1. ver. resistendum. in fi.* sed resistenti debetur Aureola. De hoc *no. Bern. Extra. de probati. c. pe. inf.* Nemini tamen expedire credo se de virginitate propria commendare vel jactare, *6. q. 1. mutare.* cum *Paulus* vas electionis exclamet carnis stimulos se sentire: ut legitur & notatur *32. q. 7. si Paulus.* & notatur *de elec. cum in cunctis. in 4. glo.* Item *Grego. in pastorali,* "Vultus & pulchritudo in manus antiqui hostis traditur, cum ex bono opere elatio dominatur. *ar. 1. q. 1. vide quantum,* ubi de hoc in prima *glo.* Quare potius punitur fornicatio à Jure, quàm superbia, & alia peccata, cum natura, lex, & Communitas hominum coitui inclinent, ut dictum est; quare Canon hoc condānando & puniendo nititur coercere contra legem *C. de liberis præteriti. maximum. §. 1. ver. quid enim. & vers. totos?* Solutio. Triplex est ratio; Primo, quod upo modo est concessum, sicut & hoc matrimonialiter, cæteris modis omnibus videtur esse prohibitum. *ff. de condi. & demon. cum ita. §. 1. in fi. ar. Extra. de præsum. nonne. ff. de judi. l. cum Prætor. in prin.* Secundò, ut fiat differentia inter homines & animalia bruta, quæ indifferenter commiscent. *ar. ff. de usuris, in pecudum. Insti. de re. divi. §. in pecudum.* Tertiò, ut mereamur per martyritationem corporum propriorum. Ut enim ait Apostolus nos sic vivos uri. *1. ad Cor. 7. c.* legitur & notatur *27. q. 1. nuptiarum.*

in

in prin. Sed tunc quæritur, quare magis & communiter punit Ecclesia hoc carnale peccatum, quam cætera mortalia, de quibus 25. *distinc.* §. *alias.* Ratio duplex est. Nam licet alia plura vitia ibi numerata sint majores culpæ, illud tamen est majoris infamiæ: *ar. ff. de furtis. l. verum. in fi.* quæ infamia Prælatos ad inquirendum, & pœnitentialiter corrigendum præcipuè debet inducere. *Extra. de accusati. quisiter. 2. in prin.* maximè cum punitio hujus delicti carnis præcipuè ad Judicis Ecclesiastici officium pertineat. *ff. de his qui sunt sui vel a. ju. si nihil omnino. l. Respon.* Secundo, quia non reperitur casus, in quo coitus sit licitus, extra legem conjugii. *32. q. 4. meretrices. in fi.* Cætera crimina quasi singula justificari possunt, ut Homicidium propter tuitionem corporis proprii. *ff. de justi. & jur. ut vim. & uten. de pace tunen. §. si hominem. Coll.* 10. Ebrietas etiam de infirmitate vel casualitate excusatur, ut dicto §. *alias*, & sic de cæteris vitiis. Sed contra præmissa videtur: quia licet Lex Naturalis immutetur, de qua dicam *infrà in Consti. Otho. in præ. in prin.* contra legem *Instit. de jure naturali. §. sed naturalia. 5. dist. §. 1.* ubi sic opponitur per *Gui.* Ad quod dicit frater *Thomas de Aquino*, quòd Lex Naturalis mutari intelligitur dupliciter. Uno modo per hoc, quòd aliquid ei additur per Legem Divinam vel Humanam per certos modos & formas, & sic nimium frequenter immutationem capit. *ar. in hoc* quod dixi *supra. c. glo.* ibi, *solutio triplex &c.* Alio modo est per viam subtractionis, ut scilicet aliquid desinat esse de Jure Naturali, quod prius fuit: & sic Lex Naturalis est immutabilis, ut in contrariis *ar. 8. di. §. dignitate. cum c. se.*

a *Nolentes.* Secunda pars per totum, in qua præmisso exordio ponit Statutum.

b *Ignominiam.* Id est, infamiam. *supra. c. ver. maculatur. ff. de veri. & extraor. cognitio. l. pe. §. æstimatio. ar. ff. de his qui no. inf. l. 2. §. ignominia.*

c *Incorrectam.* Alioquin graviter posset talis Prælatus redargui: immo propter talem negligentiam suspendi. *28. q. 1. si cuspion. & sc. c. ff. qui pe. tu. l. 2. §. mater. §. fi. ff. de custo. re. l. carceri. C. de offici. præfec. præto. Ori. & Illyri. si quos. ar. ff. de jure fisci. l. 3. §. divi. in fi.* & dicam *infrà* super *ver. digne. Fo. de Athon.*

d *Alexandri.* Sc. secundi. *81. dist. si quis amodò & c. eos.* Cui concordat *Inno. 2. 28. distin. decernimus.* Sed mitius statuit *Alexander* tertius *Extra. de cohabita. cle. & mu. sicut. cum c. se, & infra. in Consti. Otho. quam inde eorum.* Unde iste Legatus derogare videtur Constitutioni Papæ in illo *c. se.* Sed certè hoc non potest statuendo vel interpretando ad contrarium effectum. *C. de legi. l. fi. Extra. de offi. le. quod translationem. in fi. de hoc supra. e. Consti. in prin. ver. legatus. in fi.*

e *Ut.* Consequenter punitur, seu consecutive: sic *supra. c. prohibemus. §. verum*, ibi, *ut si repertum &c.* Item quandoque punitur causative. *c. §.* ibi, *ut animam. Extra. de appella. ut debitus. in prin. Extra. de spon. venient. 2.* legitur & notatur *2. q. 1. c. beneficio.*

f *Clerici.* Sc. Beneficiati, de quibus primo loquitur, ibi *Beneficio & Officio &c.* sed tales, proh dolor! nituntur ad ruinam templi Domini secundùm *Matthæum 7. c.* in alia tamen materia bene inducuntur Beneficiati. *supra. in 2. quoniam de habitu.*

g *Et maximè.* Ergo idem de aliis, dum tamen Beneficiatis: tamen plerumque Beneficiati in minoribus Constituti non Beneficiatis in Sacris comparantur. *Extra. de postu. prælá. c. 1.* Ut notat *Fo. And.* post *Inno.* & *Hosti.* in Horis dicendis ab aliis personis. *Extra. de celebra. missa. c. 2. in fi.* Patet etiam *Extra. de cohabita. cle. & mu. si autem.*

h *Qui.* Sc. Clerici. *Fo. de Athon.*

i *In domibus suis.* Scilicet Ecclesiasticis, secundùm quosdam simili modo videtur exponere *Extra. de jurejuran. c. 2. in prin. & Gui. Extra. de elect. sciant. in versi. sun. li. 6.* Sed certè hic in proposito non procedit hujusmodi expositio, nisi sumpto argumento à negotio perambulante in tenebris. Idem enim dicas, si in domibus suis patrimonialibus, seu paganicis, cum statim etiam hic subjungit *alienis &c.* Non enim est vis cujus sit domus. *Extra. de spon. impu. c. 1. & literas.* ubi de hoc *no. Hosti. in §. fi. ver. compleri. ar. ff. de injur. lex Cornelia. §. domum.*

k *Detinent publicè concubinas.* Hæc litera conjunctim legi debet: *ar.* in hoc quod notat *Fo. An. Extra. de vita & hone. cle. c. 1. in glo. conjunctim in Con. Cle.* ita quòd dictio *publicè* determinet tam detentionem quàm concubinarum, sic scilicet quòd detentio sit publica, & concubinatus publicus. *Extra. de cohabita. cle. & mu. vestra. §. fi. & c. se.* Alias enim secus: pura quia credebatur vulgariter soror Rectoris, licet publica sit detentio, quia de manifestis loquitur. Ut est casus 32. *distin. cruciosam.* ubi de hoc. Quid ergo si quis inveniatur coire cum muliere? Respondeo. Adhuc dicitur occultum, nec propter hoc debet eum vitare in publico, nisi aliter convincatur, secundùm *Inno. & Host.* in dicto *c. vestra. arg. 6. q. 1. si nimen. & c. placuit. & infrà* dicam plus. *Fo. de Athon.*

l *Detinent.* Sc. sumptibus propriis Clericorum, seu eorum dispositione totali: sic exponitur *7. q. 1. sicut alterius.* ibi, *alii ejus concubitu.* secus ergo si mulier vivat de bonis propriis, vel saltem ordinatione propria, licet Clericus ad eam publicum habeat accessum. Intendit enim hujusmodi Constitutio dilapidationem inhonestam Clericis adimere: ut *infrà* patet, ibi, *de Beneficiis &c.* ita quòd hujusmodi dilapidatio sit una de causis privationis in hoc casu, sic enim Clerici rarius invenient Concubinas eorum voluntatibus inclinantes, si eis non donent, vel saltem eis necessaria non ministrent, cum illarum genus sit avarissimum; ut dixi *supra. in ver. contagium.* circa medium. Immo contra non est castigabilis, ut notat *Wil. Extra. de sen. excom. cum ex eo. ante fi. in Con. Cle.* per versus, *Ille lavat laterem, qui castigat mulierem.* Ratio est, *Nam semper prona rei, quæ prohibetur ei*, cum sint variæ & mutabiles voluntates earum. *Extra. de verbo. sig. forus. §. ulti. ubi no. acer. in additione. Quid levius fumo? flumen, quid flumine ventus, Quid ventō mulier, quid muliere? nihil.* Nam *fiere, loqui, nere, statuit Deus in muliere.* & quod dixi *detinent*, intelligo ubicunque infra loca legationis ipsius statuentis. Si enim Beneficiatus Diœcesis *Eboracensis* studens forte *Oxoniæ*, quæ est in alia Diœcesi & Provincia, ibi contra Constitutionem illam teneret publicè Concubinam, nihilominus dicerem eum privatum, in tantum quòd exequi posset hunc Canonem Diœcesanus Beneficii: quia sententia hic lata est Canonis, non puri hominis; secus enim si privandus esset, vel aliter puniendus per processum & sententiam hominis; tunc namque Ordinarius loci delicti contra delinquentem procederet in forma *Decre. De foro compe. postulasti. C. ubi de crimi. agi oper. Authen. qua in provincia. & C. ne filius pro pa. Auth. habita.* Non autem Ordinarius Beneficii. *Extra. de Consti. ut animarum. c. 1. li. 6.* ubi de hoc per *Gui.* Hæc quoque vera intelligo, ut prædixi, quando Beneficiatus sic deliquit infra loca legationis statuentis: alias secus, si *Parisiis*, vel alibi extra Jurisdictionem statuentis. *Extra. de accusa. ad petitionem. ibi propter judiciarium ordinem non servatum & c.* Nam tunc non illaquearetur pœna hujusmodi Constitutionis, ut patet in eo quod legitur & notatur in dicto *c. ut animarum. §. idcirco.* licet tunc per Ordinarium loci delicti pœna Juris Communis posset percelli, non autem pœna hujus Constitutionis, cum localis sit. *ar.* in hoc quod notat *Ber. Extra. de senten. excom. ad audientiam. in 2. glo. in fi.* si tamen hæc Constitutio lex esset generalis per Papam edita, quod non est, cum per Papam fuit mitigata, ut dixi *supra. ver. Alexandri.* tunc dicerem, ubicunque sic delinquerer, sem er Diœcesanus Beneficii Canonem latæ sententiæ exequeretur, ut prædixi. *ar. 2. c. 19. distin. sic omnes. & c. cum verè* & per totum. *C. de legi. leges sanctissimæ sunt.*

m *Publicè.* Id est, populicè: sicut quilibet popularis suam tenet uxorem. *ar. 16. q. 1. interdicimus.* ibi, *missas publicas &c. Extra. de cele. missa. c. 1.* ibi, *publicè complemur.* Sed ibi *Inno.* exponit *publicè*, id est, coram Populo. *Extra. de clandest. desponsa. c. fi. §. 1.* Quæ expositio *Inno.* approbanda videtur, *ar. C. de nupsi, sed vicimus.* & quasi incidit in expositionem primam. Alii exponunt *publicè*, id est, judicialiter, hoc est, post judicialem conventionem, ut *no. glo. Extra. de excep. exceptionem.* Sed *Vincen.* exponit *publicè*, id est, per famam manifestam: cum sit idem quod notorium, ut ipse notat *Extra. de divor. porro. §. præterea.* cui videtur *glo.* adhærere, dum tamen adsint aliqua probabilia argumenta, ut *no. Extra. de usuris. cum in Diœcesi.* Alii exponunt *publicè*, palàm & passim, ac indistinctè: qui satis concordant cum expositione prima. *ar. ff. ad Macedo. l. 3. ff. de nup. palam. in prin. §. 1.* ut notat *Gui. Extra. de usuris. c. 8. ver. publicè. li. 6.* ubi exponit finaliter *publicè*, id est, notoriè. Tu dic *publicè*, quando multitudini se patere non expavet: sic dicitur meretrix publica; *34. dist. vidua.* sic etiam dicitur publicus aleator, usurarius, maledicus, excommunicatus. *Extra. de excep. exceptionem. Extra. de maledicis. c. 2. Extra. de excessi. prælat. c. inter.* Secus ergo, si secretè intra domum propriam vel alienam detineat hanc Concubinam: nam tunc pœnam hujus Constitutionis non incurret, cum domus rem secretam, non autem publicam denotat; ut legitur & notatur *ff. de injur. si. qui domum.* Hoc tenet *W. de vita & hones.*

¶ a Nolentes igitur tantam Ecclesiæ b ignominiam conniventibus oculis prætorire c incorrectam, Statuta *Romanorum* Pontificum, & maximè Decretalem d *Alexandri* Papæ super hoc e editam exequentes, Statuimus, & statuendo Præcipimus, f ut ubi f Clerici, g & maximè in Sacris Ordinibus Constituti, h qui i in domibus suis vel alienis k detinent l publicè m

Criminosus occultus dicitur etiam qui in casu inventus;

Mulieres castigari non possunt.

Mulieres nihil lesivi.

Legati Statutum factum in una provincia astringat existentes in alia.

Publicè qualiter exponitur.

honest. cle. quoniam. in glo. ergo si secrete. in Con. Cle. Nec enim ad hoc quod dicatur *publicum*, sufficit quòd sciatur ab aliquibus tantum, ut notat *W. Extra. de concess. præben. c. 1. §. fi. in Con. Cle.* Dic ergo *publicè*, i.e. Communiter, & coram multis; ut notat *Jo. An. Extra. de ſpon. prater ea.* 2. Non ergo sufficit, quòd semel vel bis talis publice videatur per expositionem prædictâ: hoc maxime, cũ hic requiri videatur Notorium actûs permanentis; de quo satis notatur 2. *q.* 1. *manifesta.* Et ibi per *glo.* videbis differentiam inter Famam, Manifestum, & Notorium. Videtur insuper, quòd Notorium est triplex, sc. Notorium Facti, Juris, & Præsumptionis.

Concubina qualiter ab uxore discernitur.

a *Concubinas.* Quas *Hosti. Extra. de præsump. illud. §. fi.* dicit discerni ab Uxoribus: quia uxor comedit cum viro in eadem paratide, eam honestè induit, ad Ecclesiam mittit, & in lecto suo recipit illam & ad mensam suam; sed quando tenet illam ut ancillam, nec recipit eam, sed mittit eam ad aquam, & induit eam vilibus vestibus, & habet lectum separatum, declinat tamen ad eam quando placet, tunc Concubina præsumitur, ut ibi notatur. Fatetur tamen ibi in hoc famam principaliter attendi, ut legitur & notatur

Fama an probet.

35. *q.* 6. *si duo.* Et an fama probet per se, triplex notatur opinio per *Spe. ti. de notorio crimine. §. fama. & §. & nunc de rumore.* Sed quicquid *supra* subtilizaverit *Hostien.* hoc modernis temporibus non considero in Clerico, cui uxoria, & quælibet alia carnalis commixtio est prohibita, Orientalibus exceptis: 31. *distinc. Nicæna.* immo Clerici hujusmodi Concubinas tenent Communiter apparatu honesto nomine appellationis sororiæ. *C. de epis. & cle. cum qui probabilem.* Quid ergo, certe fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius cognoscetur. *Eccle.* 32. *c.* aliàs *Prover.* 30. *c.* Item cum non valet suis consistere pedibus in domo, nunc foris, nunc in platea, nunc juxta angulos insidians; *Prover.* 7. *c.* per hoc ergo, & per ea quæ dixi *supra. in glo. pra. & glo. detinent.* judices Concubinam à Matretamillias, quam boni mores reddunt honestam: illas enim à Concubinis & à Galliardis mores separant & discernunt, *ff. de libe. exhi. l.* 3. *in fi. ff. de verb. sig. l. pronunciatum. § illico.* ac incessus & habitus. *ff. de injur. l. item apud. §. si quis virgines.* De Concubinatu verò Clericis petito divi *supra. Con. proxi. in glo. ante adeptionem.*

b *Prorsus.* Nunquid ergo vicissim amovendo, ita quòd nunquam simul sic eas detinent publice per mensem, interpolatis tamen vicibus simul conjunctis, seu simul collectis, exceditur tamen forte annus, pœnam hujus Constitutionis evitent? Videtur quòd sic: quia dictio *detinent*, quæ est *supra*, continuationem temporis requirit, sicut & recedere. *de pœni. distin.* 1. *divortium. ff. de divor. l.* 3. *in fi.* & notat *Wil. Extra. de sta. mo. c.* 1. *§. quia. ver. tenentes. in Cle.* Hoc enim denotat dictio *amoveant*, quasi hoc sufficiat infra mensem, ut hic patet. Nam perseverantia continuata requiritur ad hoc, ut hanc pœnam incurrant; ut notat *Inno. cum similis. Extra. ne cle. vel mo. c. fi.* ubi hoc tenet *Jo. An.* Sed *Hostien.* ibi finaliter super *ver. studeat.* dicit, quòd si iterum præsumant adire prohibita liganter: quia hoc consuetudini deputaverunt; *C. de epi. audi. l.* 3. *in fi.* aliàs fraus fieret legi, quod virandum est, secundum eum. Idem etiam videtur in proposito. *ar. Extra. de dona. Apostolica. §.* 1. *ver. semel & simul &c. ff. quod vi aut clam. l.* 1. *§. idem Labeo. ff. de adul. si quis adulterium. §. pe.* Facit quod notat *W. Extra. de privile. c.* 1. *si quis. in prin. in Con. Cle.* Item hæc pars videtur satis æqua, ex quo de vulgi scandalo & obloquio non curat talis famæ propriæ & honestatis Ecclesiæ prodigus. *ar.* in hoc quod dicam *infrà. in Consti. Otho. ad tutelam. ver. pudorem. Extra. de accu. c. fi.* ibi, *famæ suæ prodigus*, ubi notat *Jo. An.* quòd etiam quoad homines suspensus est, *Extra. de cuba. cle. & mu. ca. vestra. in fi. & c. ult. & infrà* patet, licèt occulta fornicatio quoad Deum turbet bonam conscientiam. *Extra. de tempo. ordi. c. fi.* Unde illud vulgare, *si non castè, tamen cautè*: ut ibi *no.* Ipie negligens quoque famam suam crudelis est. 12. *q.* 1. *nolo. ar. ff. si quis omis. cau. a testa. Julianus.* Sed primum verius videtur propter appositionem temporis amovendi Concubinam, quæ de aliquo debet operari: cum Constitutio habeat tempus inclusum. *ar. Extra. de concessi. præben. c.* 1. *in Con. Cle. ff. de leg.* 1. *si quando.* cum similibus.

Famam negligere crudele est.

c *A se.* Supple, sic effectualiter, ut de illis sinistra suspicio haberi non possit. Ut legitur *Extra. de cuba. cle. & mu. clericos. §.* 1.

d *Infra mensem.* A tempore monitionis secundùm quosdam, secundùm quod nihil est cum lex ista hoc promoveat, ut hic patet. Alii dicunt à tempore publicationis hujus Constitutionis, pro quo facit dictio *de cætero*, *infrà* posita. *ar. supra. c. Consti. Ecclesias. §. fi.* Sed certe verbum *de cætero*, non semper approbat quod præcessit, ut hic, & *infrà. c. Con. audivimus.* & notat *Wil. Extra. de pæ. & remissi. c. fi. in Con. Cle.* Tu dic à tempore inceptæ detentionis publicæ, sic notant *Goffre. Inno. & Jo. An.* de duobus mensibus additionis Legum vel Physicæ: *Extra. ne cleri. vel mo. c. ul. in prin. ver. ipso facto.* licèt *Hostiensis* ibi adhæreat expositioni proximè præcedenti. Quot autem dies habet mensis iste? Dic tot quot sunt in mense in quo hoc contigit, sed regulariter mensis 31. dies continet: ut notat *Gui. Extra. de præben. copit. 3. li. 6.* & si aliqui dies sint effluxi, suppl. ebuntur de mense sequenti, ut satis notat *Car. & Jo. An. Extra. de elec. quam sit. super e. ver. li. 6.* & notatur per *Archi. c. lib. de consuetu. c. ulti. in fi.* & notatur in *Extravagant. Jo. Papæ* 22. *Suscepti regiminis. in fi.* & in hac dilatione etiam† istes dies mensis computabuntur. *ff. de succeso. edic. l.* 1. *§. intra. ver. quod dicimus. ff. de Regu. Juris. ubi lex duorum mensium &c.*

† *M. ut dies fis rotabit*

e *Ipsas vel alias.* Sic *Extra. de cohabi. cle. & mu. c. clericos. §.* 1.

f *Detenturi.* Alàs enim non videtur pœnitere. *de pæ. dist.* 3. *c.* 1. *& ca. pœnitentiam. §. sunt autem qui dicunt. & c. irrisor.* & dic *detenturi*, sc. per mensem, ut prius: alias hæc littera exhortationem continere videtur. 33. *Distin. habuisse.* non autem pœnam gravem in primo casu inflictam. Aliquin diceremus, quòd propter quamcunque momentaneam possessionis detentionem sequentem hanc gravem pœnam incurreret: quod nimis esset rigorosum, attentâ fragilitate nostri temporis. 34. *di. fraternitatis.* 50. *di. qui autem. in fi. & infrà. in glo. proxi.*

g *Ab Officio & Beneficio.* Dic ut notatur *supra. auditu. ante fi.* Rigorosa quoque esset hæc pœna, nisi esset pro adulterio, vel incestu, etiamsi Episcopus esset hujusmodi labens, ut legitur & notatur 2. *q.* 7. *lator. in prima glo.* Sed licet perquam dura sit, conservanda est. *ff. qui à quibus prospexit.* Detestabilius tamen est hoc peccatum in Episcopo quam in inferioribus. 25. *di. c. fi.* Incestum verò voco, nedum carnalem, sed spiritualem. 30. *q.* 1. *omnes quos, & c. se.*

h *Sint suspensi.* In casu præmisso, quando publicè per mensem &c. in casu tamen quando per minus tempus detinent, non sic graviter punjuntur: sed alias Superioris arbitrio committitur. *Extra. de offi. dele. de causis at no. Jo. An. Extra. de cohabi. cle. & mu. c.* 2. licet *Inno.* aliter ibi dicat. Nunquid ergo potest compelli hujusmodi Clericus Concubinam abjurare? Videtur quòd non. *Extra. de cohabi. cle. & mulie. clericos.* Sed contra videtur. *Extra. qui cle. vel vo. ex literarum.* Solutio. Ibi loquitur de eo qui duxit uxorem de facto, quo casu Juramentum exigitur, de quo legitur 35. *q.* 6. *ab illo die.* Vel dic melius. Aut timetur quòd Clericus non servet suum Juramentum, quia uxorque juvenis est, & alterius amore succensus: tunc non cogitur, ut dicto *c. clericos.* ut ibi notat *Hosti.* Aut præsumitur quod servare debeat, & tunc cogitur, ut in *ca. ex literarum.* ubi de hoc in prima *glo.* Unde secundùm Philosophum & *Ægidium*, Judex non debet recipere purgationem infamati offerentis se ad purgandum, quem vidit paratum ad perjurium, per rationem prædictam. *ar.* 15. *q.* 5. *Presbyt.* ubi de hoc *no.* quod legitur & notatur 22. *q.* 5. dicam *infra. c. Consti. clamorem. §.* 1. *in glo. si generali.* Consequenter quæritur, an Clericus juvenis & suspectus compelli possit abjurare Concubinam sub pœna pecuniaria? Videtur quòd sic, per dictum *Decret. ex literarum.* ut sic talis coertio à malo revocet. *Authen. de nonali. re. eccl. §. si quis igitur. Coll.* 2. & in eo quod legitur & notatur *Extra. ut lit. non contest. quoniam. §. fi.* Dic contra, tum propter rationem significatâ in dicto *c. clericos.* ibi, *ne in eadem &c.* cum ex eodem instinctu non præsumitur suum perdere velle. *ff. de probat. cum de indebito §.* 1. tum propter præsumptam burfalem cupiditatem Prælatorum, de qua dicam *infrà. in Consti. Otho. Deus Omipotens. in ver. pecunia.* Sed quid dices de punitione ipsarum Concubinarum, si ad suam excusationem coram Judice Ecclesiastico se asserant publicas meretrices quæstu corporis viventes? Videtur quòd hoc crimen meretricii sub dissimulatione transire debeat Ecclesia, ut notat *Jo. An. per glo. Extra. de ſpon. inter opera. ar. C. de adult. quæ adulterium. in fi.* Nam & Mareschallus Papæ de facto exigit tributum à meretricibus, & hoc forte ad majus malum evitandum. 32. *q.* 1. *non est culpandus. ar. C. de procu. exigendi.* Dic tamen quòd hoc peccatum prosequi debet Ecclesia, ut mortale, secundùm *Hostien in dicto c. inter opera. in. Authen. de leno. §. sanctissimus.* & per totum. *Coll.* 3.

h *Sint.* Id est, fiant suspensi per suum Prælatum. *ar. Extra. de vi. & hone. cle. si quis. ver. exponi. Inno.* Anathema sit, id est, fiat. Tu dic ipso jure, *ar. Extra. ne cle. vel mo. periculosa. li.* 6. & quod notat *Car. Extra. de elec. quam sit. in fi. li.* 6. quod verum videtur, cum factum ipsum sit de genere mortalium peccatorum. Et sciendum, quòd casibus hic scriptis privatur quis Beneficio suo ipso Jure. Primus est *Extra. de elect. statuimus. li.* 6. Secundus est *c. ti. cupientes. §. cæterum. in Sexto.* Tertius est *Extra. de fals. ad falsariorum.* Quartus est *Extra. de elect.*

elec. licet canon. in Sexto. Quintus est *de excess. prælat. inter. per Innocen.* Sextus est *de ætat. & qual. cum bona. per Inno. in glo.* Septimus est hic in Textu nostro. Effectus est, quòd privatus ipso Jure non facit fructus suos, sed privandus sic, quamdiu toleratur per Ecclesiam: ut notat *Inno.* in dicto *c. inter.* Et ibi dicit *Inno.* quòd hæreticus privatus est ipso Jure; sed Adulter, Perjurus, Simoniacus, & Homicida, non privantur ipso Jure. Et in *c. cum bona.* dicit *Inno.* quòd stans in Excommunicatione per annum, est suspensus ipso Jure: quod intellige verum, si sit Excommunicatus pro crimine quod ipso Jure privat, ut est hæreticus, alias non.

[a] *Suspensi.* Ad majorem evidentiam scias, quòd Depositus dicitur, qui privatus est Beneficio & Officio, licet non solenniter. Degradatus dicitur, qui utroque est privatus, solenniter insignibus sibi ablatis. 11. *q.* 3. *Episcopus Presbyter, Extra. de pœ. de gradatio. li.* 6. Suspensus autem dicitur, qui est privatus utroque ad tempus, non in perpetuum; ut hic. Sciendum quædam differentia est inter Depositionem & Suspensionem, sicut inter Deportationem, quæ est perpetua, & Relegationem, quæ est temporalis. *ff. de interdic. & rele.* per totum. Et hoc *no. Wil. 2. q. 1. ex his.* §. *opponitur.* quod dic plenius per *Spe. ti. de accusa.* §. *Secundo loco.*

[b] *Ita quòd.* Declarat literam proximam suprapositam.

[c] *Usquequo.* Ergo postea non prohibentur, *ar. C. de incest. nup. l. qui contra in fi.* & per *Gui Extra. de elec. generali. ver. præmiserunt. l.* 6. sed quàm citò dignè satisfecerint, statim Officium & Beneficiū recuperant, ut sonat hæc litera: & hoc tenet *Jo. An. Extra. de cohab. cle. & mul. sicut.* §. 1. dom dicit *usque &c.* nisi criminis notorietas necessariam Dispensationem inducerer. *ar. e. ti. vestra.* Sed *Inno.* in hoc contra, sc. quòd Absolutio specialis est necessaria post satisfactionem: 2. *q.* 5. *Presbyter si a plebe.* quia forte alius diceret non plenè, nec digne satisfactum: ut ipse notat *de ætat. & qua. cum bona.* in prima *glo.* sed primæ opinioni adhæret *glo.* 16. *q.* 7. *si quis deinceps. in glo.* 2. Tu potes hanc contrarietatem concordare dicendo, quòd *Inno.* intelligit, quando sit hujusmodi Suspensio ab homine, sed hic, cum sit à Lege, ubi non est aliquis, qui dignam satisfactionem valeat negare. Notatur bene *Extra. de pœnis. c.* 1. §. 1. *in Clo.* ex quo super hoc non est impeditus. *infrà. in glo.* 1. Aliter tamen posset dici: ut *no. infrà. in Consti. Otho. domus Dei.* §. 1. *in fi. ver. donec.* sed plenius dicam de hac materia *infrà. in Consti. Otho. cum honestatis.* §. *fi. ver. ultionem canonicam.*

[d] *Super hoc.* Sc. dicto peccato publico.

[e] *Digne.* Tam Ecclesiæ militanti, quàm triumphanti, ex quo delictum est publicum. *Extra. de pœ. & re. c.* 1. & *c. de his. & c. quæsitum. in Extra. de usuris præterea.* Sed *Jo. An.* dicit *Extra. de cohab. cle. & mu. sicut.* §. 1. quod sufficit hoc casu satisfacere soli Deo; nam ei soli in hoc peccare videtur; si autem peccasset contra proximum, oportuit, quòd etiam ei satisfaceret. *Extra. de judi. c.* 1. 14. *q.* 6. *si vero.* Quod ex causa in dubium revoco. Sed nunquid iste Clericus agere debet publicam Pœnitentiam, maximè si eam infligat suus Prælatus, antequam de suo Beneficio se intromittat, ad hoc, ut hanc pœnam evitet? Videtur quòd sic: nam tunc demum dignos facit fructus pœnitentiæ, cum agat pœnitentiam juxta qualitatem culpæ. *de pœ. di.* 1. *qui domum. ver. unde venientibus. & e. di.* §. *ergo secreta.* 1. & 2. *Respon. Extra. de sta. mo. c. fi.* §. *sc. ar.* 50. *di. hi qui altario.* ibi, *offerat &c.* Offerri enim debet, ne in pœnam incidat. *ff. de lege commiss. si fundus.* §. *fi.* Dic contra: ut dixi *supra in prin.* post *Jo. An.* Nam licet hujusmodi sacrificium, id est, pœnitentiam agere debeat Deo, non tamen Ecclesiæ militanti, nisi à suo Superiore instante sit exactus. 15. *q. ultr. hi qui.* & notatur bene *c. fi. de pœ. di.* 1. *convertimini.* ibi, *sacrificium offertur ex lege.* & *e. distin. in actione. in fi.* & hoc vult tenere *Inno. Extra. de voto. c. pe. ver. consulimus.* Sufficit enim non facere moram Judici petenti. *ar. ff. de jurejurando. l. jusjurandum.* 2. §. *qui jusjurandum. ff. de no. ope. nunci. de pupillo.* §. *qui opus. ff. quorum lega. c. ul.* §. 1. *cum si.* notatur per *Cor. Extra. de elec. cupientes.* §. *si vero in discordia. ver. contempserunt. li.* 6. Hæc ergo opinio vera est, præsertim quando pœna adjicitur Statuto negativo: quia tunc requiritur admonitio. Ut *no. Gui.* 5. *q.* 1. *quidam.* Caveat igitur sibi Prælatus, ut talem publicum castiget: alioquin non dicitur curare, sed occidere. 50. *di. absit. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. in prin.* & dicam *infrà. e. Consti. de Archidiaconis.* §. *cum autem. in ver. crimina puniant.* & potius dicitur canis impudicus, quàm Episcopus. 83. *distin. c.* 1. & 2. per totum. Ubi propter negligentiam ab Officio suspendendus est. 32. *di. eos.* Dic quòd propter hujusmodi negligentiam suam potestas in hac parte in superiorem devolvitur: quòd dic per *Gui. Extra. de censi. Romana.* §. *pe. ver. negligentiam li.* 6. & particeps criminis efficitur. 2. *q.* 7. *sicut inquit.* ut dixi *supra. in ver. incorrectam.* Et de multiplici pœna Prælati negligentis satis notat *Goffr.* & quod *not. Gui. ti. de supplen. negli. præla.* §. 2. tamen scias Prælatum negligentem peccare mortaliter: ut notat *Jo. An. ne Prælati vices su. ca.* 2. *ar.* 43. *di. Ephesios. Extra. de cullu. dete. c.* 1. §. 1. ubi de hoc *in ver. dissimulare.* notat *Gui.* 23. *dist. criminis. in fi.* Nocet enim multum omissionis simplicitas in Prælato. 2. *q.* 7. *si sanctis quippe.* Castiget ergo eum arbitrarie, sive ante lapsum mensis, sive post; dum tamen antequam intromisit se de Beneficio, ut sequitur, juxta conditionem personæ, & qualitatem peccati, & diuturnitatem perseverationis in peccato; *ar. Extra. de offi. dele. de causis. cum si. Extra. de pœ. & re. deus qui. in prin. Auth. de man. prin.* §. *homicidium. in fi. Col.* 3. declinans semper ad misericordiam compatissivam potius, quàm ad severitatem vel crimen. Ut *no.* 50. *di. ponderet. in fi.* 26. *q. ulti. alligant. in fi. ff. de pœ. respiciendum.* 1. *Respon.* Ratio est: nam si in hoc sæculo omnia vindicata essent, locum Divinæ Judicia non haberent. 6. *q.* 1. *si omnia.* 15. *q.* 6. *c.* 1. circa medium. Item forte ex alia ratione: ut 3. *q.* 7. *qui sine peccato. & c. se.* quod tamen intellige, ut *c. consti.* §. *fi.* facit 45. *di. licet plerumque. C. de nup. imperialis.* nam & *Eccle.* 7. *c. nolis esse justus multum, neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas.* Præcipuè cum paternalis potestas in pietate, non atrocitate debeat consistere. *ff. ad l. Pompe. de parici. l. divus. in fi.* Sed dicere valeat peccator cum *Psalmo; Virga tua & baculus tuus &c.* 43. *di. disciplina.* 7. *q.* 1. *c. pe.* §. *cum vero.* ibi, *est & aliud.* Si tamen ad profundum malorum contemnendo devenerit, fiat quod legitur & *no. Extra. de judi. cum non ab homine.* Juxta hoc quæritur, nunquid autem publicam Pœnitentiam potest Episcopus indicere hujusmodi Clerico, de Jure? Videtur quòd non: quia sicut Laicus publicè pœnitere non debet. 82. *di. Presbyter. post prin.* Sed contra: ut *l.* 2. & *no.* 20. *q.* 3. *c. in prin.* 28. *q.* 1. *virginibus. Extra. de calumni. c.* 1. *in fi.* Solutio, publicam, i.e. solennem, quæ non infligitur, nisi pro crimine quod totam commovet civitatem, ut legitur & *no.* 50. *di in capite. in fi.* nō agit talis Clericus vel Sacerdos pro crimine: ut *no* 50. *di. clerico. in fi.* & hoc propter dignitatem Ordinis, & propter scandalum vitandum in populo: quia alias frontem non haberet alios corrigendi, cum publicatum sic fuerit peccatum ejus. *No. Gui. e. di. c. pe.* Sed publicam aliam convenientem ad injunctionem Prælati bene debet hujusmodi Clericus admittere & implere: ut plenius notatur 28. *di. Presbyter.* 45. *di. sed illud.* Expedit enim peccata nocentium esse nota. *ff. de injur. cum qui. in prin. & Extra. de pœ. & remiss. quæsitum.* Nunquid ergo, si Prælatus hujusmodi criminosum nimis graver in corrigendo, audiatur ipse appellans? Dic quòd sic, si sit Clericus sæcularis, licet in hoc Religioso non liceret: ut *no. Spe. ti. de appella.* §. *in quibus. ver.* 11. *à correctione.* idem tenet *Archi.* 27. *q.* 1. *si ho. ar. Extra. de appella c. pervenit.* 2. Sed certe quòd etiam Religiosus appellare posset, si contra regulam suā gravaretur, tenet *Host. Extra. de appel. reprehensionis.* §. *fi. ar. Extra. de sta. mo. c. ulti.* 1. *Respon. ver. ita.*

[f] *Satisfecerint.* Vel saltem satisfactioni insistant *ar. Extra. de tempo. ordi. ex tenore. Extra. de eo qui cogno. consan. uxo. su. c.* 2. ubi de hoc *no. Extra. de hæreti. statutum. in fi. li.* 6. sed contra. Nam demum post satisfactionem, & peractam Pœnitentiam se intromittere debet. 2. *q.* 7. *accusatio. in fi.* notatur 50. *dist. de bis. in fi.* Solutio. Per verba abnegativa Lex posita obtinet contrarium, ut hic: secus si per affirmativa, ut in primis Juribus. Unde nota hic quem per satisfactionem incipere esse quod non fuit, 50. *di. ferrum.* immo quandoq; per peccatum fortius quis assurgit: 49. *di. fidelior.* sed illud est per occasionale, non continuatum: ut notat *Gui.* 13. *di. novi.* §. 1. *ver. per cōmissa.* Quæro ergo qualiter probabit Clericus satisfactionē hujusmodi? Dicit *glo.* quod in occultis præsumam eum egisse Pœnitentiam, interpretando in benigniorem partem; in publicis vero probabit Pœnitentiam peractam per Sacerdotem: Ut notatur 2. *q.* 7. *ipsi Apostoli. & Extra. de testi. testimonium. in glo. fi.* ubi etiam *no. per Inno.* & *Host. in ver. emendatus.* Quod verum est quoad injunctionem Pœnitentiæ, & absolutionem; sed operis satisfactio realis probabitur per socios, & familiares. Contra hoc tamen videtur *Extra. de excessi. prælatorum. dilectus. & Extra. de pœ. & remissis. in fi.* Solutio. Illud verum invito confitente; sed ipse confitens, cum in rem bene posse producere, & ipse tunc juratus licitè testificabitur: cum hoc sit ad utilitatem confitentis. Ut notat *Jo. An. in c. testimonium. ante fi.*

[g] *De Beneficiis Ecclesiasticis.* Non dicit de fructibus Beneficiorū, quod aliud est: quia Beneficium dicitur in titulum, non fructus Beneficii. *ar. ut le. & no. per Jo. An. Extra. de ver. sig. c. pe. Extra. de præben. si tibi concesso. li.* 6. Aliud enim est jus Beneficiorum, aliud jus percipiendi fructus beneficiorum: ut notat *glo.* 1. *q.* 3. *si quis.* notat *Jo. An. Extra. de rescrip. si propter. in ver. fructus. li.* 6. Unde licet Ecclesia laico dari prohibeatur ad firmam, non prohibetur ex hoc aliqua specialis ejus terra sic dari: ut notat *Jo. An. Extra. ne cle. vel mo. secundum.* Idem *Inno. ne prælati. vices. suas. c. fi.* exponit Ecclesiam, id est, obventiones Ecclesiasticas. Item inter Suspensum à Beneficio, & à fructibus Beneficii magna est differentia: ut notat *Wil. Extra. de ætat. & qua. ut bi. post prin. in Con. Cle.* Sed contra credo juxta dictam exceptionem ipsius Beneficii. Exponē ergo *Beneficius*, id est, perceptione fructuum Beneficiorum: ut notat *Gui. Extra. de elec. cupientes.* §. *cæterum. ver. Beneficiis.* ubi etiam de hoc per *glo. li.* 6. & quod notatur *infra* in *glo. proxi.* sequente.

Prælatus castigatio qualis esse debet.

Pœnitentia publica an possit Clerico indici.

Clericus an à correctione possit appellare?

Pœnitentiam se peracta quis aliter probabit?

Beneficiū & fructus Beneficii differunt.

a *Nulla*

a *Nullatenus intromittant.* Sed an ſaltem victum & reſtitum moderatum interim percipiant? *Gui.* tenet per plura argumenta, quòd non: ut notatur *Extra. de elec. generali. ver. aliquid percipere. li.* 6. idem tenet *glo. 7. q.* 1. *quamvis. in glo. Sed pro crimine.* ſed pietas ſuadet contra, ſi nihil aliunde habeant, unde vivant: maxime cum jam ſint pœnitentes & in ſatisfaciendo, ne forte ad turpia lucra convertantur. Ut legitur & *no.* 50. *di. ſtudeat. ar.* 16. *q.* 1. *ſi cupis. in fi.* in quo concordat *Gui. Extra. de elec. ſi compromiſſarius. ver. beneficiis. in fi. li.* 6. An ergo poſt ſatisfactionē fructus medii temporis recuperabit talis? Dic quòd non, per ea quæ notantur 50. *di. qui contumaces. Extra. de appel. paſtoralis. in fi. ar.* C. *dere mili. l. cum allegatis. li.* 12. Cui vero applicabuntur fructus illi? videtur dicendum, quòd utilitati Eccleſiæ, cui per hoc talis inferebatur injuria, ſeu ignominia. *ar.* 15. *q. ult. cum multæ,* 18. *q.* 4. *ſi quis in atrio.* 26. *q.* 1. *ſi quis rapuit.* quod dic per *Wil. Extra. de eta. & qua. ut hs qui.* prope finem in *Cle.*

[a] nullatenus intromittant: [b] alioquin [c] ipſo Jure [d] ipſis [e] ipſos Decernimus fore [f] privatos.

¶ [g] Volumus quoque, & diſtrictè Præcipimus, ut Archiepiſcopi & Epiſcopi diligenter faciant ſuper hoc per omnes Decanatus fieri [h] inquiſitionem, & quod Statuimus obſervari.

Nè ſuccedat in Eccleſia Filius Patri.

b *Alioquin.* Id eſt, ſi ſic Suſpenſus de hujuſmodi Beneficiis ſe intromiſerit ante ſatisfactionem condignam. Alias enim propter ſolam ſimplicem Fornicationem de benignitate canonica non debet Clericus deponi, vel privari, licet ſecus forte de Canonis rigore: ut *leg. & no.* 81. *di. Maximianus.* 2. *q.* 7. *lator. in prin.* Quid autem propriè ſit Fornicatio, habetur 36. *q.* 1. §. *cum ergo.* usque in finem.

c *Ipſo Jure.* Hoc caſu tamen fertur Sententia Declaratoria delicti, ut notat *Gui. Extra. de homici. c.* 1. *in fi. li.* 6. *& c. li. de pœnis. ca. felicis. in glo. ver. infamis.* per eundem. *ff. de jure fiſci. l. ejus.*

d *Ipſis. Sc.* Beneficiis. Præſtat argumentum quòd immiſcens ſe Beneficio, à quo eſt ſuſpenſus, Jure quod in eo obtinet eſt ipſo Jure privatus. Hoc verum credo ubi hoc in Conſtitutione pœnaliter eſt adjectum. Ut hic legitur & notatur benè in *Extravag. Jo.* 22. *Execrabilis.* §. *Statuimus. in fi. Super ver. immiſcere.*

e *Ipſos. Sc.* Concubinarios. *Jo. de Athon.*

f *Privatos.* Cum jam contagioſi videantur. 24. *q.* 3. *corripiantur.* & cic *privatos,* ſc. perpetuo, ex quo ſine temporis præfinitione, & pro crimine, ut *le. & no. per glo. & decret. Extra. de conſti. ex literis. Extra. de offi. lega. c. ſi. ne prela. vices ſu. c.* 1. *Extra. de elec. cupientes.* §. *antepe. ver. perpetuo. li.* 6. *infra. in Conſti. Otho. cum in armis.* §. *pe. al.* §. *ult.* Quod diſtinguit *Inno.* quia ſi pœna imponitur pro crimine cum cauſæ cognitione, & diffinitione: tunc perpetuò privatur, & ſtatim poſſunt ejus Beneficia conferri. Notatur *Extra. de accuſa. inquiſitionis.* Si verò interloquendo, non expreſſa cauſa: tunc uſque ad abſolutionem cenſetur Suſpenſus. Idem notat *glo. C. de poſtu. l.* 1. *& Spe. ti. de leg.* 2. *ſupereſt videre. ver. ſed nunquid poteſt.* Si autem cauſa expreſſa, quia contumacia vel offenſa, tunc uſquequo de illis ſatisfiat: ita quòd pœna tantum temporalis erit, ſc. quamdiu contumacia durat, ut in dicto *c. ex literis.* Notat *Inno. Extra. de ætа. & qua. c. cum bonæ.* & notatur in *Extravag. Jo.* 22. *Execrabilis.* §. *porro. ſuper ver. inhabilis.* Sed tunc quæritur: an diffinitive privatum pro crimine, poſtea pœnitentem, Epiſcopus poſſet reſtituere? Videtur quòd ſic. 50. *di. Domino.* & *ibi no* Sed contra videtur per *Inno. Extra. de re judi. cum te.* ubi dicit, quod Epiſcopi ſuper infamia diſpenſare non poſſunt. *ar. C. de pœnis. ſervus. Authen. de pace ten.* §. *ſi clericus. Coll.* 10. 50. *diſtin. c.* 1. Primam partem tenet *Inno. & Hoſti. Extra. de clericis conjuga. ca. ſanè.* 2. ubi ſupplent, quòd tales publici fuerunt propter hoc à ſuis beneficiis privati, & tamen per Epiſcopum poſſunt reſtitui: ut ibi, & etiam notat *Wil. Extra. de conſan. & affini. c. unico.* 1. *Reſpon. ante ſi. in ver. contrahentes. in Con. Cle.* Dicit *Jo. An. poſt Hoſti. Extra. de cle. non reſiden. ex ſuæ. in fi.* quòd Epiſcopus ſolenniter degradatum, vel depoſitum, ut *Extra. de pœ. degradatio. li.* 6. reſtituere non poteſt: ſecus ſi verbaliter tantum. Idem notat *glo.* 50. *di. contumaces. in fi.* planius 2. *q.* 6. *ideo. Extra. de cle. ex. miniſtra. c. clerici. in fi.* Alibi tamen diſtinguitur inter depoſitum pro crimine, & contumacia: ut 7. *q.* 1. *ſi quis Presbyter.* in prin. *glo. de hoc in Spe. ti.* 2. §. *nunc oſtendendum. ver. nono.* Primam diſtinctionem favorabilem reputo, & ſolennium *Doctorum* opinione ſuffultam, ut *ſuprà* patet. Sed contra videtur in hoc caſu, quod notatur per *glo. & omnis. Extra. de elec. ſup. entes.* §. *cæterum. ver. privati. li.* 6. Sed hoc facit verbum *perpetuo.* ibi poſitum ſecundùm *Jo. An.* vel ibi alias fieret fraus Legi: ut ibi *no. ar. c. ti. commiſſa.* §. *porro. li.* 6. quam fraudem in caſu noſtro repetiri non contingit: quia jam pœnitens ſupponitur, unde ſibi venia indulgetur *C. de hæreti. Manichæos. in fi.* propter fragilitatem carnis, cui pietas & clementia ſuader miſereri. *C. de epiſc. l. imperialis.* Vel dic in contrario, utilitatem & proviſionem debitam Militantis Eccleſiæ principaliter expugnavit; ideo fruſtra quis auxilium expectat: *ff. de mi. l. auxilium.* ſed hic Eccleſiam Triumphantem primò & principaliter offendit, quæ non claudit gremium petenti. *C. de ſumari. liquet.* §. *nos enim.* Argumentum optimum pro ſolutione *Extra. de hæreti. c. ſuper. li.* 6. unde etiam hæc Conſtitutio condignam pœnitentiā admittet, ut *ſuprà* patet. Conſequenter quæritur, an Epiſcopus invito Patrono, vel ſine ejus conſenſu hujuſmodi Clericum depoſitum verbaliter, ſeu privatim reſtituere poſſit? Et determinavit *Goffr. Extra. de renunci. ex tranſmiſſa. in fi.* quòd non, per *l. C. de nupt. ſi ut proponis.* ubi in Matrimonio, per filiam reſtaurando poſt Divortium, requiritur conſenſus patris, ſicut à principio in contrahendo; *ff. de jure dati. l. Stipulatio.* quam ſententiam videtur ampletti *Hoſt. Extra. de offi. vica. ad hoc.* dicens conſenſum Patroni requirendum eſſe, ubicunque perpetuum Jus aliquid percipiendi in Eccleſia conſtituitur. *ar.* 16. *q. ulti. decrevimus. Extra. de dona. paſtoralis.* Item reſtitutio ſemper fieri debet abſque præjudicio Juris alieni. *Extra. de reſcrip. quamvis. li.* 6. ubi hanc quæſtionem pertractat *Jo. An.* Sed contra. *Extra. de Juda. c.* 3. *& c. conſultuit.* legitur & notatur 23. *q.* 4. *Nabuchodonoſor. in prin. ar. ff. de no. oper. nunci. l.* 1. §. *ſi quis ædificium.* Finaliter ſolvit *Jo. An.* in dicto *c. quamvis.* poſt *Tan. & Hoſti. in dicto c. ex tranſmiſſa.* quòd ſi Epiſcopus prævenit in reſtitutione Patronum, quod valet reſtitutio alias non. Idem notat *Hoſti. de elec. innotuit.* facit quod *no. glo. ulti.* quæ eſt additio. *Extra. de con. cum acceſſiſſent.*

Pœna impoſita an cenſeatur perpetua.

Privatum pro crimine an poſſit Epiſcopus reſtituere?

Reſtituti fieri debet abſque præjudicio Juris alieni.

¶ Summarium.

Filii nequaquam ſunt in Beneficium à Patre quomodocunque poſſeſſum admittendi: admiſſi autem præſenti Statuto decernuntur eo privari.

[i] LIcèt adeò deteſtati fuerint Sancti Patres, quòd Beneficia Eccleſiaſtica poſſint [k] Jure hæreditario poſſideri, [l] ut in eis etiam ſit interdicta [m] ſucceſſio [n] ſobolis [o] benè

g *Volumus.* Tertia pars.

h *Inquiſitionem.* De tota hac materia ſequenti plenius dicam *infrà. c. ti. quoniam indecorum. in Conſti. Othob.*

i *Licet adeo.* Conſequenter ſequitur hæc Conſtitutio ad priorem.

k *Jure hæreditario. 8. q.* 1. *apoſtolica.* ubi de hoc. *Extra. de ſi. Presby. ad extirpandas. & cap. ad abolendam. Extra. de Iuſti. ad decorem.*

l *Ut in eis.* Id eſt, Eccleſiaſticis Beneficiis.

m *Succeſſio.* In Regibus tamen modernis temporibus ſucceſſio hæreditaria locum obtinet; ſed imperator per electionem creatur. Ut notat *Gui. Extra. de ſup. neg. prela. grandi. poſt prin. li.* 6.

n *Sobolis.* Videtur ergo hæc pœna reſtringenda ad filios tantùm: contra tamen notatur quòd idem eſt in nepotibus, & cæteris deſcendentibus, quibus Jus ſuccedendi competeret: ut notat *glo. Inno. & Hoſti. Extra. de ſi. Presby. c. extirpandas.* & per *Hoſti. Extra. de arbitris. c.* 2. *ver. ſucceſſit.* & notat *Jo.* 8. *q.* 1. *apoſtolica. ar. ff. de verbo. ſig. l. filii. & l. liberorum.* Sed *Barth. Brix. in c. apoſtolica.* tenet contra cum prima opinione hic poſita, & *Goffr.* 2. *ſumma. de ſi. Presby.* §. *de hoc. ar. Extra. de Re. Judi. in penult. cum ſi.* Hoc placet *Aza. ff. de ritu nup. l. lege.* §. *hoc capite. Inſti. qui tu. da. poſ.* §. *pe. in fi.* & hoc tenet *glo.* 56. *di. c.* 1. *in glo. Sed nunquid natura.* & Medicus totum vitium purgat, ut *infrà* legitur & notatur, & eadem ratione hæc pœnalitas non extenditur ad aſcendentes, ut plenius notat *Jo. An. Extra. de ſi. Presby. ex tranſmiſſa.*

o *Bene.* Id eſt, legitimè. *Extra. de eo qui cogno. conſan. uxo. ſu. ſuper eo. in fi.* & patet *Extra. de ſi. preſ. ad extirpandas. cum ſi. ſuprà* notatis. Quid igitur dicemus de pulchris Dominabus, quæ abſentibus quandoque maritis earum, in guerris, vel alibi, inhoneſtos amatores admittunt, ex quibus eas impregnari contingit: ut prophetatur de Regnicolis noſtris 56. *di. ſi gens Anglorum.* alias incipit *divulgatum eſt.* Credo certè, quòd eis videtur pœna perquam dura de infuſione aquæ maledictionis in ventrem earū, prout à Domino præcipiebatur *Moyſi. Num.* 5. *c.* ut *le. & no.* 2. *q.* 5. §. *in libro namque. Hujuſmodi quoque filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Sapientiæ* 3. *c. in fi.*

natæ: quidam tamen [a] de nefario coitu [b] procreati, pede impudentiæ [c] Juris & [d] honeſtatis auctoritatem calcantes, [e] etiam in [f] Beneficia [g] hujuſmodi, [h] quæ [i] Patres [k] eorum [l] nullo medio [m] tenuerunt, [n] irrumpere, atque [o] auſu [p] temerario [q] detinere non formidant.

¶ [r] Hoc igitur Nos, qui ad [s] relevandum honeſtatis Eccleſiæ ſtatum ad partes iſtas acceſſimus, attendentes, [t] prohibendo Statuimus, & ſtatuendo firmiter Prohibemus, ut Eccleſiarum [u] Prælati [x] aliquos tales in Beneficiis hujuſmodi, quæ Patres eorum [y] quocunque titulo tenuerunt, in totum [z] vel in partem, quocunque [a] colore [b] vel fraude, [c] inſtituere vel [d] admittere [e] immediatè [f] de cætero [g] non præſumant.

M. S. † Idem.

ſit mixtus favor Fiſci, vel Reipublicæ, vel Eccleſiæ, & ipſius perentis ſe jam admitti; tunc jam admittur. *Extra. de ſup. neglig. prælo. ſicut. C. de proxi. ſacro. ſcri. l. unicuique.* §. *ſi. li.* 12. † Item ſi poſt primum neglectum nihilominus remaneat intitulatus; tunc enim in alia vacatione admitti poteſt abſque præjudicio aliorum ſimilem gratiam obtinentium. Ut *Extra. de præben. ea ſi clericus.* §. *verum. li.* 6. Aut eſt favor ſolius perentis; tunc ultra primam vicem non admittitur, cum extinctus & conſumptus fuerit titulus per primum neglectum: ut *Extra. de præben. ſi clericus. l. Reſpon. li.* 6. *ff. quis ordo in bo. poſſ. ſervc. ſi coheredi in prin.* nam remittentibus actiones &c. *ff. de adi. edic. quæritur.* §. *ſi vendito.* Et de hoc *no. Extra. de renunci. c.* 2. *li.* 6. Hoc verum niſi illud † privilegialiter ſit indultum per acceptationis clauſulam vel hujuſmodi. *Extra. de conceſ. præben. c.* 1. §. *ex parte. ver. ſubjunctum, cum ſe. li.* 6.

M. S. † pœnitentiale.

[a] *De nefario coitu.* Quia per Conſtitutos in Sacris, licet conjugatos. 27. *q.* 1. *ut lex.* legitur & notatur *ſuprà. c. Con. innotuit.* Vel dic omnem coitum illicitum ſeu damnatum, qui ſit extra legitimum Matrimonium. 32. *q* 4. *meretrices.* Scias tamen, quòd tribus modis dicuntur nuptiæ illegitimæ. Quædam ipſo Jure, ut conſanguineorum vel Monachorum. *Extra. de ſponſ. c. unico. in Cle.* Quædam propter ſolennitatem omiſſam, 30. *q.* 5. *alter.* Quædam intuitu perſonarum, ut Sacerdotum: ut hic. & plenius *no. Gui.* 28. *di. Presbyterum non legalibus nuptiis &c.*

[b] *Procreati.* Nunquid ergo tales ſuos parentes alere tenentur? Dic quòd ſic, etiam præponendo eos cuilibet extraneo, ſi plus indigeant, aliàs ſecus. *ff. de li. agnoſcen. ſi quis à liberis.* §. *fi. uot. glo.* 30. *di. c.* 1. *immo.* Et hoc de bonis Eccleſiæ, ſi propria non ſuppetant. *ar.* 50. *di. ſtudeant. in fi.* bene notatur 31. *di. omnino. in fi.* Imò etiam econtra pater tenetur hujuſmodi filios alere, & eis etiam in Scholis neceſſaria miniſtrare: ut legitur & notatur per *Gui.* 30. *di. ſi quis dereliquerit.* quod maximè videtur, ſi matres talium non ſufficiant. *ar. ff. ad munici. de jure. in fi.* 86. *diſtinc. non ſatis.* §. *neceſſe eſt.*

[c] *Juris.* Ut legitur & notatur *ſupra* in principio.

[d] *Honeſtatis.* Ut patet *de fi. preſ. cum decorem.*

[e] *Etiam.* Dictio implicativa eſt. *ff. de acqui. re. do. l.* 1. *& l.* 2. *C. de dona. inter vi. & ux. etiam. cum ſi.* & dixi *ſuprà. c. Conſti. ad elidendum.* §. *nonnulli. ver. ſed etiam.*

[f] *Beneficia.* De quibus dixi *ſuprà. ti.* 2. §. 1. *in glo. licet hoc per ſe.*

[g] *Hujuſmodi.* Id eſt, illa eadem. Sed nunquid ad Jus ſimile admittatur filius in eadem Eccleſia? Dic per *Hoſti. & Jo. An. Extra. de ſi. preſ. ad hæc.* Aut quæritur de Jure diſſormi, puta, cum pater ejus fuit Epiſcopus, tamen filius nihilominus poteſt eſſe Canonicus, ve. Archidiaconus, & econtra. *ar. ff. de Reg. Jur. hæreditas.* Aut quæritur de Jure conformi: tunc ſi jus ſit omnino diſtinctum, puta, pater habuit unam Præbendam; tunc licet eandem filius immediate habere non poſſit, aliam tamen habere non prohibetur, in qua Jus novum acquirat: ſi tamen ibi non eſſet certus numerus Præbendarum, tunc nullo modo prohibendus videtur. *Extra. de ſi. preſ. c. dilectus.* Aut Jus unius ſub Jure alterius includitur, vel ſaltem ab eodem derivatur; tunc ſucceſſio in hujuſmodi Beneficio conſimili prohibetur: non enim filius poteſt eſſe Vicarius in Eccleſia, in qua pater proximus erat Rector. *Extra. de ſi. preſ. ad extirpandas. & c. Michael.*

[h] *Quæ, &c.* Beneficia. Et nota quòd hujuſmodi dictio relativa ſemper neceſſariam relationem habet ad aliud, ubi refertur ad præteritum, vel ad futurum: puta, ſi dicatur in confirmatione Privilegii antiqui, ſive in Privilegio novo, contra immunitatem, quam hactenus habuiſtis, volumus vos Interdici, ſuſpendi, vel Excommunicari: nam tunc ordo conditionaliter poni videtur: puta, ſi diceretur, ſervus qui meus erit &c. *ff. de lega.* 1. *l. ſticbum qui meus erit. ff. de lega.* 3. *l. nuper.* §. *fi. ar.* optimum *ff. ex qui. cau. maj. Julianus. in fi.* & *infra. c. Con. c. ulti.* §. *providcant. ver. ſi quis.* Per quod ergo 19. *di. c.* 1. *ver. deſunt.* convincitur eſſe mala, niſi forte intelligant hoc, quando prius Privilegia rite fuerant publicata. *C. de teſtis. publicati.* Aut indulgetur in Privilegio per dictionem *ſicut, vel ſecundum morem præteriti temporis,* & tunc regulariter ponitur cauſativè, ita quòd ipſo facto ſupponunt in Privilegiis, & fundamentis Canonum. *Extra. de præben. cum ſecundùm. Extra. de cenſi. ſopite. in fi. Extra. ne cle. vel mo. ſecundum.* de quo notat *Ber. Extra. de offi. dele. quoniam abbat. in glo. fi. ar. Extra. de ver. ſig. abbate.* §. *pe. cum ſi* de hoc notatur per *Doc. Extra. de judi. quia W.* plenius de hac materia dic per *Gui. Extra. de priv. ſi papa. poſt prin. li.* 6.

[i] *Patres.* Scilicet naturales.

[k] *Eorum.* Scilicet procreatorum ex hujuſmodi damnato, & nefario coitu. *Jo. de Athon.*

[l] *Nullo medio.* Alius enim veniens mediator disjungit, & interrumpit ſucceſſionem. *Extra. de ſi. Presby. ex tranſmiſſa.* Nunquid ergo excluſus una vice, ad idem poſſet admitti alia vacatione? Diſtingue. Aut quæritur in diverſo Jure, tunc dic quòd ſic, ut hic. *Extra. de elec. commiſſa.* §. *porro. li.* 6. *ar. ff. de acqui. hæc. ſi tuner. in fi. de vulga. & pu. ſubſti. ſi is qui. ff. de ſuc. edic. l.* 1. §. *ſed videndum.* Nam tunc venit tanquam alius. *ff. de acti. & alii. ſi is qui ſticbum.* Fallit in caſu propter odium, puta, mortis imaginandæ. *ff. de ver. ob. qui Romæ.* §. *ulti.* Aut eodem Jure quo primo venit in alia vacatione; tunc, ſi

Poſſeſſio quædam habet plus juris quam facti, quædam plus facti quam Juris.

[m] *Tenuerunt.* Non curo an juſtè vel injuſtè, quoad caſum iſtum. *ar. Extra. de præben. cum qui. li.* 6.

[n] *Irrumpere.* Id eſt, intus prorumpere. *ſuprà. c. Conſti. ad elidendum.* §. 1. quod uſurpationem, ſeu vitium notat. *ar. C. unde vi. ſi quis in tantum. & l. ſi.*

[o] *Auſu.* Id eſt, præſumptione damnabili, ut ſequitur.

[p] *Temerario.* Id eſt, doloſo, ſcientes ſe Jus hujuſmodi non habere: ut exponit *glo. ff. de judi. cum quem temere. in prin. Jo. de Athon.*

[q] *Detinere.* Factũ denotat, ut dixi *ſuprà. c. Con. cum ſit ars. in fi.*

[r] *Hoc igitur.* Tertia pars.

[s] *Relevandum.* Hoc pertinet ad Prælatum. *ſuprà. c. Con. in præſ. in fi. ar.* in hoc quod dixi *ſupra. Con. provi.* 1. *Reſpon. ver. incorrectam.*

[t] *Prohibendo ſtatuimus.* De hujuſmodi modo loquendi dixi *ſuprà. c. Con. Sacram. poſt prin.*

[u] *Prælati.* Id eſt, Epiſcopi Diœceſani, vel alii, ad quos pertinet Inſtitutio: ut *infrà* pater. *Extra. de offi. Archi. cum ſatis.*

[x] *Aliquos tales.* Ex nefario coitu procreatos, ut patet *ſuprà. c.* 1. *Reſpon.*

[y] *Quocunque titulo.* Perpetuo. *ar. ff. de adopt. quæſitum.* Sed propter generalitatem hujus literæ videtur idem dicendum, ſi titulo temporali, puta Commendæ, qui titulus Canonicus dicitur ut notat *Gui. Extra. de elec. nemo deinceps. li.* 6. Solutio. Primum verius videtur, cùm Jus perſeverans non habeat: ut ibi *no. Gui. in glo. hic arguitur. ff. de in rem verſo. ſi pro patre.* §. *verſum. ff. ad Trebell. cogi.* §. *bi qui ſolidum. ff. de acquiren. poſſ. non videtur.*

[z] *Vel in partem.* Puta, in portionem vel penſionem, quod omnino prohibetur: ut legitur & notatur *ſuprà. c. Con. cum ſit ars.*

[a] *Quocunque colore.* Sic *Extra. de immu. eccle. cum clericis.* §. 1. *li.* 6. *ſuprà. c. Conſti. alicubi. in fi.*

[b] *Vel.* Pro id eſt. Nam per colores, & adinventiones Legum præcepta prævaricantur plerumque. *Authen. de conſul.* §. *penult. Coll.* 4. & notatur *Extra. de Reg. Jur. c. ulti. li.* 6.

[c] *Inſtituere.* Auctorizabiliter.

[d] *Admittere.* Eſt enim multiplex admiſſio, auctorizabilis, & corporalis: ut *c. cum ſatis. de offi. Archi.* quæ corporalis duplex eſt. Quædam habens. plus Juris, quàm facti. ff. *de acquiren. poſſeſſ. l. poſſideri.* §. 1. *quod meo.* §. *pe.* Quam admiſſionem ſibi vendicat Capitulum *Eborum* in Præbendis ibidem. *Extra. de conceſ. præben. poſt electionem.* Quædam verò plus facti habet. ff. *de acquiren. poſ. cum hæredes. in prin.* de qua dixi *ſuprà. c. Con. ad elidendum.* §. *ſi. in glo. hoc tamen licet.* in principio.

[e] *Immediatè.* Dixi *ſuprà. in ver. nullo modo.*

[f] *De cætero.* De hoc dixi *ſuprà. c. Con. Eccleſiæ. in fi.*

[g] *Non præſumant.* In virtum ſonat ſecundùm *Gui. Extra. de reſcrip. ſtatutum.* §. *inſuper. ver. præſumat. li.* 6. Contra Canones quoque venire ex certa ſcientia præſumptio eſt. *Extra. de ma. & obe. illud.* idem de *clandeſti. deſponſa. c. ſi.* §. 1. Sed ad hunc textum opponitur. Nam Spurii poſſunt Dignitates adipiſci. ff. *de decur. l. ſpurii.* Immo nullum paternum delictum innocenti filio pœna eſt. ff. *de decur. l.* 2. §. *nullum.* Solutio. Hoc in Eccleſiaſticis ſpeciale eſt propter ſucceſſionem vitandam: *ut leg. & no. ſuprà. c. in prin.* Vel latius dic, contraria loqui in Dignitatibus ſæcularibus, hic in Eccleſiaſticis, ubi ſtatuit Eccleſia, ne filii Presbyterorum promoveantur ad Curam ob reverentiam Sacramentorum, & in deteſta-

testationem paterni criminis: ut quia per tales solet Ecclesiastica substantia deperire. *supra. e. Constitutionis.* §. 1. & *no.* per *Gui.* 56. *dist. c.* 1.

a *Illos vero.* Tertia pars, & supple, sc. filios ex hujusmodi damnato coitu procreatos.

b *Jam.* Id est, tempore publicationis hujus Constitutionis.

c *Beneficia hujusmodi.* Quæ immediatè tenuerunt patres eorum.

d *Omnes.* Aliàs, eos.

e *Decernimus.* Respicere potest textum proximum præcedentem, vel subsequentem, juxta punctuationem diversam; quasi diceret, Decrevimus præsenti Statuto tales fore privatos, sc. prius per Canonem, *Extra. de fi. Presby. ad abolendam. cum fi. supra. in prin.* ita quòd hæc sit executio declarativa illorum Canonum, alioquin posset dici superabundare.

f *Privatos.* Sc. perpetuò, cùm causa privationis sit perpetua per legem definita: ut dixi *supra. Con. provi.* §. *pe. super e. ver.*

¶ [a] Illos verò, qui [b] jam illicita [c] Beneficia hujusmodi sunt adepti, [d] omnes præsenti Statuto [e] Decrevimus fore [f] privatos.

De Latronum Receptoribus.

¶ Summarium.

Quicunque protexerit, defenderit, aut hospitatus fuerit, quem norit, aut manifestum sit esse Latronem, & tertiò etiam publicâ & generali admonitione admonitus non ejecerit, Excommunicationis sententiam incurrat.

g CONtra latronum. Sc. famosorum. *ar. ff. de pœ. capitulum.* §. *famosos. Authen. de pace te.* §. *publici. Coll.* 10. quod intellige juxta morem patriæ de publicè judicatis utlegatis, & similibus. *ar. ff. de interdict. & regula. auxilium. & l. se. in prin.* Vel forsan idem est juxta intentionem statuentis, si alias sit notorium: ut notatur *ff. de recep. l.* 1. *in fi.* etiam per Communem famam tantum. *ar.* in hoc quod notat *Vincen. Extra. de divor. c. porro.* §. *præterea.* ut recitavi *supra. e. licet adeo.* 1. *Resson. in ver. publicè.* Hoc etiam denotat propria significatio famosi latronis, de quo notatur 23. *q.* 3. *si quis.*

h *Flagitia.* Id est, delicta flagellis digna, & secundùm *Papi.* sunt flagitia, quæ in Deum peccavimus, facinora, quæ in hominem. *ar.* 32. *q.* 2. *flagitia* Vel secundùm *Isid.* flagitium est quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpendum seipsum. Facinus verò vel scelus, quod alteri nocet: & hoc notat *Gui.* 8. *di. quæ contra. in prin.*

Flagitium & facinus differunt.

i *Quibus.* Sc. latronibus.

k *Abundat.* Immo quod dolendum est, indies abundantius tales producere non expavet: unde multis sic grassantibus exacerbando supplicia opus esset exemplo. *ff. de pœ. aut facta. in fi.* Notat *Gui. Extra. de consti. ut animarum. li.* 6.

l *Quod.* Sc. quæ latronum abundantia.

m *Ut accepimus.* Lex etiam hoc habet pro experto. *ff. de offi. præsi. cong. uit. & ff. de recep. l.* 1. *Extra. de hæreti. excommunicamus.* §. *credentes. Authen. de Hatu. & consuetu. liber. ec.* §. *credentes. Coll.* 10. *Extra. de pœ. felicis. post prin. li.* 6. & ibi notat.

n *Majores.* Putà Regni Proceres, ut manifestè patet ad oculum; quibus non sufficit oppressio propria, sed per damnabilem manutentiam suam (ut ita loquar) in robis, & aliis protectionibus induunt diploide malefactorum delicta, de quibus *infrà. in glo. proxi.*

o *Defenderent.* Defensor quidem duplex est: ut *no. Gui. Extra. de hæreti. c.* 2. quem sequitur *Jo. An. Extra. de pœ. c.* 1. *in glo. quia litera. in Clem.* Quidam enim dicitur defensor, id est, delicti auctorizator: & talis gravius punitur, quam agens. 24. *q.* 3. *qui aliorum errorem.* notatur 2. *q.* 1. *notum. Extra. de offi. dele. c.* 1. Quales reputo dictos Majores, qui malefactores prædictos nedum in jam commissis facinoribus tuentur, sed etiam in committendo scienter defendunt. Alius est defensor, qui post delictum defendit; fortè impediendo ne delinquens Judici præsentetur examinandus vel puniendus: 21. *q.* 5. *si quis cujuslibet.* & *c. se.* 27. *q.* 1. *si custos.* §. *fi.* vel ne fiat executio contra eum. *Extra. de offi. dele. ex literis.* Et talis defensor simili, seu pari modo debet puniri cum delinquente; sic intelligo textum *delinquentem.* 11. *q.* 2. *qui consentit.* Sic intellige notata *infrà. in Con. Otho. ad tutelam.* §. *nos igitur. ver. vel consensum. in fi.* utrumque defensorem prædictum credo hanc Constitutionem velle coarctare; cum *infrà.* dicat *protegat seu teneat. Extra. de pœ. felicis. post prin.* ibi, *postea receptaverunt vel defensaverunt &c. li.* 6.

Defensor est duplex.

p *Vel tenerent.* Receptando eos in familiam publicè per potentiam, vel etiam per terrores, vel eos etiam occultando, & supple, cienter: ut legitur & notatur *infrà. e. ver. scierunt. in prin.* Tales iraque receptores non minus delinquunt, quam ipsi latrones. *ff. de incen. rui. nau. l.* 3. §. *Labeo. ver. non tantum. & ver.* sequenti

q *Ut nemo.* Sc. extraneus. Secus de consanguineis & affinibus. *ff. de recep. l.* 1. & 2. Ratione enim consanguinitatis plura fiunt, ut *le. & no. Extra. de elect. sciant. ver. consanguineos. lib.* 6. *ff. de in jus vo. l.* 1. 2. & 3. *ff. de contraben. emp. l. qui officii. ff. de leg.* 1. *si damus.* §. *qui confitetur.* Unde & pœna ex hoc minuitur. *ff. de suspec. tuto. si tutor.* legitur & notatur *ff. de injuri. vestem. ar. ff. de recep. l.* 2. *ff. de adult. si adulterium.* §. *liberto.* Tu dic hunc Legatum prævidendo considerasse multitudinem sic occultantium, & frequenter inter personas hujusmodi conjunctas, ita quod multis grassantibus &c. ut notavi *supra. ver. abundat.* sic quod sententia hujusmodi in favorem publicum lata etiam propinquas afficit. Unde *Romulus* fratri suo *Remo* non pepercit. *ff. de re. di. l. ul.* Cui sententiæ applaudit observantia *Anglicana.*

r *Eos.* Scil. latrones.

s *Protegat.* Sc. Palam, ad differentiam literæ quæ sequitur. Nec prætextu alicujus liberatis, fortè per modum Regalitatis alicui concessæ excusatur: cum tenderit ad interitum hujusmodi Privilegii. *ar.* in hoc quod legitur & notatur *Extra. de deci. Suggestum.* Licet enim valeat hoc casu libertas, nè de talibus fiat executio, nisi per Ballivos hujusmodi libertatis. *ar. Extra. de fo. compe. c. si diligenti. cum fi.*

t *Seu.* Hujusmodi dictio licet de natura propria disjungat, quandoque tamen est dispositionis ampliativæ. *ff. de ver. sig. sæpe.*

u *Teneat.* Sc. occultè. *ar. Extra. de homici. c.* 1. §. *fi. ver. occultaverit. li.* 6. An ergo Clericus hujusmodi latronem absconditum Indicare teneatur? *ar. Inno.* post *Ber.* pro & contra *Extra. de furtis. qui cum fure. in glo. fi.* & tenet *glo.* quod non. *ff. de condi. ob turpem cau. idem. ver. repeti. de præscrip. l. solent.* dicit tamen *glo.* 22. *q.* 2. *si quis per capillum. in fi.* quòd puto Officio Judicis cogitur talem indicare. Quæ *glo.* locum habere posset in Laicis, & ubi non infligeretur pœna mortis, sed dupli vel quadruplici, ut regulariter loquitur totus titulus *De furtis*, alias secus, maximè in Clericis: quia tunc potius expedit tacere, quàm prodere talem. 22. *q.* 2. *ne quis arbitretur. ff. de furtis. qui vas.* §. *qui furem.* Eviteat tamen Clericus hoc casu detentionem hujusmodi voluntariam propter periculum potestatis sæcularis, & cautè studeat eum amovere. *ar. ff. de rei ven. ù qui destinavit.*

Latro absconditus an teneatur Clericus indicare.

x *In locis fidelium.* Si ergo in locis infidelium, *Judæorum*, hæreticorum, vel hujusmodi, heret detentio, non videtur à contrario sensu hæc Constitutio locum habere. *ar. ff. de offi. ejus cui mandatum est jurisd. l.* 1. §. *hujus rei.* Nam tantum valet Argumentum à contrario sensu, sicut Lex ipsa: ut *no. ff. de testa. l. qui in testa.* §. *mulier. C. de jurisd. om. judi. nemo. le. & no.* 8. *q.* 1. *sciendum. propè fi.* Sed dic contra, scilicet hic vacare illud argumentum, ut legitur & notatur *C. de epi. & cle. conventiculam.* & ibi per *Cy.* & *C. de condi. inser. l.* 2. § 1. Circa cujus solutionem vacillat glo. in dicta *l.* 2. §. 1. Dicunt ergo quidam secundùm Logicos, Aut arguitur uniformiter à destructione consequentis ad destructionem antecedentis; tunc tenet argumentum, ut Judex delegare causas meri imperii non possit, nisi se absentet; igitur si se absentet, delegare potest, ut in dicto §. *hujus rei.* sicut *no. glo. Archidi.* à consequenti destructo. *C. de lato. l.* 1. *in fi. li.* 10. Aut arguitur à destructo antecedente: tunc non tenet argumentum, ut *ff. de furtis. quidam tabularum. in prin. in ver. non potest.* verbi gratia, ubi competit actio furti, ibi & actio vi bonorum raptorum, ergo ubi non competit actio furti, nec etiam competit actio vi bonorum raptorum: hoc autem sequitur *ff. vi bo. rap. l.* 2. §. *& generaliter.* & sic vult solvere *glo. ff. de ver. ob. hoc jure.* Sed tu dic secundum Legistas, quòd ubi destruitur causa finalis causæ principalis, & sic arguitur à defectu causæ: tunc Argumentum hujusmodi tenet, ut dicto §. *hujus rei. cum fi. ar. ff. de ritu nupti. si quis tutor.* §. *pe. ver. quamvis.* nam tunc arguitur à causa ad effectum, ut ibi. Sed ubi per hoc non destruitur causa finalis, sed quædam impulsiva tantum, manente causa finali, vel ubi contrarium reperitur in Jure: tunc hujusmodi Argumentum non tenet, ut dicta *l. conventiculam*, ut patet *Authen. de pace jura. fir.* §. *conventiculas. Colla.* 10. & hoc sic *no. Gui. Extra. de elec. cuvientes.* §. *ad hoc. in ver. non consentit. lib.* 6. Idem dicit *Jo. An. Extra. de elec. publicato. in ulti. glo. ante quintum.* De hoc *no. Wil. Extra. de vi. & bo. cleri, quoniam.* §. *si tali.*

Argumentum à contrario sensu.

in

in ver. illud. in Con. Cle.

a *Sciverint.* Licet manifestum non fuerit, ut innuit litera sequens. Quod potest esse verum, dum tamen alias communiter hoc fuerit reputatum: & sic dicitur occultum aliquid, quia delictum perpetrans inde non est accusatus, nec convictus, nec etiam notorius: & tunc juste quis se abstrahit à Communione ubi scandalum non oritur, ut hic. Secus tamen, si cum scandalo maxime Judex vellet talem abjicere; ut patet exemplum de *Juda*, qui ideò à numero Apostolorum non fuit ejectus: quia non fuit accusatus. 2. q. 1. *nihil. & c. unus.* & sic intelligo notata per *Gui.* 28. *distin. c. fi.* Sed in penitus occulto non debet fieri substractio, nec objectio in publicum, 6. q. 2. *si tantum. & c. placuit. cum fi.* immo nec denunciatio Superiori, absque charitativa monitione præcedente: nisi illud esset tale peccatum occultum, quod inferat proximis nocumentum temporale vel spirituale; puta, traditio Civitatis hostibus, vel occulta Hæresis, multos occulte à fide devians: nam cum hujusmodi casibus peccet in alios, statim denunciabitur, etiam monitione non præmissa: nisi forte sciret denuncians, quòd ad ejus monitionem vellet statim corrigi: nam tunc quilibet debet sic corrigere absque præsumptione vel protervia, ut illius fama non lædatur. Et hoc plenè notat *Gui.* 2. q. 1. *si peccaverit. ante fi.* Summe, & signanter dicit *sciverint*: injustum enim esset ignorantem obligari. 34. q. 2. per totum. Et ibi notatur in *c. in lectum. Extra. de consti. ut animarum.* 1. *Respon. li.* 6. *ff. loca. si ignorans. in fi.* nisi facinorosus esset notorius, ut notatur *ff. de recep. l.* 1. *in fi.* patet *infrà. ver. proxi. a g. Extra. de cle. excom. mi. Apostolicæ.* & quod *no.* 23. *q.* 1. *paratus in ver. nescire.* Et quando scientia præsumitur notant *Doct. Extra. de Regu. Furis præsumitur. li.* 6. & notat *Wil. Extra. de concessi. præben. c.* 1. *§. fi. in Cle. no. etiam glo. & Hosti. Extra. de elec. innotuit. ver. ignorantiam.* Nam in his quæ aguntur publicè, & quæ quis tenetur indagare, præsumitur scientia. 17. *distin. quod dicitur. ar. ff. de instito. actio. sed & si. §. præscribere. C. de libera. cau. l. filium.* legitur & *no. Extra. de postu. præla. c.* 1. §. 1. *ar.* pro hoc *ff. & C. de magistra. convenien.* per totum. & in dicto *c. innotuit.* Sed contra: quia idem in occultis, & non indagandis, scilicet quòd scientia præsumitur. 34. *q.* 2. *in lectum.* Tu vero in dubio distingue. Aut actus incipit ab ipso †prætendente ignorantiam, sicut quando gratia incipit ab ipso impetrante: tunc de scientia præsumitur. *Extra. de præben. si motu. li.* 6. *ff. quòd quisque juris. l.* 3. *in prin. ff. de Reg. Furis. qui cum alio.* & multum de hoc notat *Wil. de consan. & affi. eos. prope prin. in Consti. Cle.* Aut actus incipit ab alio, puta à concedente, ut *ea. c. si motu.* tunc refert. Aut agitur de actu transeunte seu momentaneo, quem nulla præambula præcedunt, nec sequela subsequitur: tunc stat regula, quòd ignorantia præsumitur: *C. de temper. & repa. ap. l.* 1. *Extra. de præben. si beneficia. li.* 6. *ff. de admi. tu. hic autem.* puta vocatus est quis ad munus aliquod vel electus, qui fortè fuit in vinea vel in agro, seu occupatione alia, in tali actu præsumitur quis ignorans, ut dictis legibus; multo fortius, si quis fuerit extra Provinciam tempore Proclamationis. *ar. Extra. qui ma. accu. possunt. in tua. ff. de decre. ab or. fa. l. ulti.* & notat *Gui.* 16. *distin. c. ulti.* Fallit hæc regula in his, quæ aliquis indagare tenetur, nisi in illis diligentia fit adhibita: tunc ex hoc, ut prius, ignorantia præsumitur, ut notat *Hosti.* in dicto *c. innotuit.* & *Jo. An.* in dicta regula *Præsumitur. li.* 6. Aut agitur de actu permanente, qui durationem habet successivam, vel ubi aliqua præambula præcedunt: tunc præsumitur scientia: ita saltem quòd ignorantiam allegans, eam probare habet. *ar.* in hoc quod notatur *infrà. in glo. proxi.* Sic est in scientia, ad quam pervenitur per modos, terminos, & processus, & successiones: ut notat *Compost. Extra. de elec. quòd sicut. & Inno. Extra. de causa posses. cum olim.* tunc igitur præsumitur scientia; quod verum est parte in Judicio defensa, *ff. quando appellan. sit. l.* 1. §. *fi.* alias secus, ut ibi. Et notatur *C. de libera. cau. si u.*

b *Vel manifestum.* Per modum quem dixi *suprà. c. in glo.* 1. hujus capituli, ubi de hoc remisi. Materiam verò Notorii ex certa scientia hic pertracto, suppositis *glo. magistralis.* 2. *q.* 1. *manifesta.* & per *Inno. de cohabita. cle. & mu. tua.* per *Hostien. e. titu. vestra.* Primo scias, quòd in Jure reperitur rumor, puta, quòd maritus sit occisus in partibus longinquis: tunc verò si sit opinio Communis, vehemens & probabilis super hoc, tunc uxor talis potest convolare ad aliud Matrimonium; *ar. ff. de acquiren. hære. cum quidam. §. quid si ipse.* si autem levis fuerit & improbabilis, puta, à quodam famulo uxoris hoc audivit: tunc non contrahit cum effectu. *e. ti. si quis mihi bona. §. planè si rumor. Extra. de spon. in præsentia. Extra. de eo qui cogno. consan. uxo. su. super eo. in fi. ar. Decret. distin. Extra. de sen excom. c. inquisitioni.* dixi *suprà. e. Consti. ad elidendum. §.* 1. *ver. contra doctrinam.* Item reperitur in Jure fama, quæ duplex est, una de homine, quæ definitur in *c. vestra.* sc. quòd quis laboraret habere nomen honesti hominis: *Extra. de præsump. ex studiis. ff. de Trebelli. præcon. §. si vero.* de qua si dubitetur, ad locum conversationis recurritur. *Extra. de elec. post. quam.* Alia est fama inter homines, quæ definitur esse vehemens opinio vulgi seu vicinitæ ejus de quo quæritur consentiens, quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione, interdum à certo, interdum ab incerto auctore proveniens. Ut colligitur in dicta *glo. magistralis. ar. de confe. di.* 4. *sanctum. in fi. Extra. de testi. cum causam. & de præsumpti. cum in juventute. secundùm Hosti.* & notat *Spe. ti. de notorio c. nimine. §. fama.* ubi multum tractatur de hac materia. Unde quæritur an hujusmodi fama inter homines ad probationem sufficiat? Distingue. Aut quæritur in actu consonante naturæ, ut si dicitur famosè aliquem esse mortuum: tunc non sufficit. *ff. de testi. l.* 3. *§. ejusdem. ar. ff. de acquiren. hære. si quis mihi bona. §. sed verum. Authen. de hære. & Falci. §. si vero absunt. Coll.* 1. legitur & *no.* 34. *q.* 1. *c.* 1. *no. C. fo. ma. si quid.* dicam *infrà. in Consti. Otho. amoris. §.* 2. *ver. uls. per testes.* Aut quæritur in actu alio, qui necessariò non imitatur naturam, ut si dicam te mecum contraxisse, vel te hominem occidisse: tunc fama per se non sufficit ad probationem veram sine aliis adminiculis: notatur 3. *q.* 7. *§. tria. post prin. ver. dum putaretur. ff. de offi. præto. barbarius. ar. Extra. de probati. c. antepe. C. ne de statu defunc. si mater.* notat *glo. Extra. de præsump. illud. in fi.* Præsumptam tamen quandoq; probationè inducit fama, ita quòd ei standum, donec contrarium doceatur. secundùm *Hosti. ar. ff. de evicti. si dictum. C. de testi. l.* 1. Per quot testes probatur fama, dic per duos jurantes majorem partem vicinitæ sic fetire: ut notatur *ff. de testi. l.* 3. *§. ejusdem. in fi.* Idem dico de notorio: ut *no.* 2. *q.* 1. *quando.* ubi de hoc, & 4. *q.* 3. Idem dico in testibus; nam cum notorium sit crimen cui testis est populus, intelligo non solum fama, sed rei notitia, & cujus dissimulationi non est locus. Intelligo quæ movere judicem possit, & probatur hæc definitio *ff. de ritu nup. palam.* ergo per duos testes sic deponentes satis probatur Testimonium populi. Item, & probatur Notorium per evidentiam facti. Ut notat *Gui.* 2. *q.* 1 *manifesta. ar. e. quæst. quæ Lotharius. & c. zelus.* Item publicum in Jure reperitur, de quo plenius dixi *suprà. e. Con. licet ad profugandum. ver. publicè.* Reperitur etiam in Jure Manifestum, & illud regulariter ex scientia, & certo auctore procedit. *ff. de testa. hæredes. in prin.* tunc si sit tale quod probari faciliter potest in Jure, licet pars adversa negetur: tunc, hoc si probato, condemnabitur sine *plurali. *de sen. ex. solet. §. in prima. li.* 6. Quod si probari non potest, indicetur purgatio infamato, *Extra. de coha. cle. & mu. sua.* ad quam demum deficiente probatione deveniendum est. *Extra. de proba. ad nostram. C. de pœna judi. qui malè judicavit. Auth. novo jure.* Si autem sit manifestum vel evidens in terra vel Judici constet tunc sine pluri condemnabitur, *Extra. de coha. cle. & mu. vestra. & c. fi. de divor. c. perro.* notatur per *Ber. & Hosti. Extra. de jurejur. ad nostram.* 3. & plenè per *Hosti. Extra. de pur. can. cum dilectus.* etiam negatione adversarii non obstante, cum hujusmodi manifestum sit inexpugnabile; legitur & notatur *C. qui & adver. quos. l.* 1. *C. de diver. offi. l. fi. li.* 12. Hoc autem respectu manifestum se habet pro effectu rei jam manifestæ: sic alias dicitur contumacia manifesta, ut l. gitur & *no. per Jo. An. Extra. de dolo. & contu. c. unico. in fi in cle.* & sic accipitur pronunciue quandoq; pro Notorio, ut dicto *c. ad nostrã. 3. Extra. de ver. sig. cum olim. in fi.* quandoq; pro publico vel fama, ut hic remisi *in prin.* hujus *glo.* & notat *Gui. Extra de offi. dele. c.* 1. *ver. manifestus. li.* 6. De Notorio verò sequitur plenius videre; cum materia quotidiana sit *ff. de libera. lega. l. legavi.* Nam triplex est Notorium, ut *no. dicta glo. magistral.* de quibus dixi *suprà. in prin.* hujus *glo.* Est enim quoddã facti transeuntis, ut si dicat aliquem deliquisse actu momentaneo, seu bona Ecclesiæ alienasse: ut *Extra. de accu. evidentia. In. de injuri. §. at si. x.* & tali, nisi fiat Judicis Præsentia, *Extra. de elec. bone.* 1. probabiliter negatur secundũ *Inno.* in dicto *c. tua.* juncta dicta *Dec. e. ad nostram.* 3. & *Extra. de fortileg. c.* 2. 1. *Respon. C. de pœ. J. Decurionum.* Istud quoq; Notorium deprehenditur, & probatur juxta arbitrũ boni Judicis. *ff. de instito. l. sed & si. §.* 1. *de ver. ob. continuus. §.* 1. Si tamen judicialiter fiat, tunc est expugnabile. *C. de testi. l. multi.* Sic dicitur Notorium æquiparari sententiæ. *ff. de act. emp. & ven. l. emptore.* Aliud est Notorium facti continui, puta, Beneficiatus continuè detinet concubinam, ut dicto *c. vestra. suprà. e. Con. licet ad profugandum. cũ Præce.* liberi quoq; eorum ululant contra ignẽ, *C. de nup. si vicinis. Extra. de diver. significasti. Extra. de excess. præla. gravem.* secundùm *Hosti.* vel Clericus diu detinetur in carcere: *Extra. de appel. dilectis filiis decano. 2. q.* 1. *scelus. C. quando provo. non est ne veteranus.* tunc nullus ordo Juris requiritur, ut dicta *Decre. ad nostram. 3. & c. tua.* legitur & *no. C. de ap. civer.* Ratio est inter illa: quia non est tanta evidentia in facto transeunte, seu interpolato, ubi requiritur semiplena probatio. *Extra. de usur. cum in Diœcesi.* sicut in facto continuo. *ar. C. de arbi. l. pe. in fi. cum l.* sibi contraria *ff. de excu. tu. spadonem. §. qui absolutus.* ubi de hoc per *Dig.* Intelligo ergo quòd in Notorio facti continui non servatur ordo, nec etiam facti transeuntis judicialiter Notorio: cum ibi nec accusator, nec testis desideretur, ut in dicto *c. evidentia. C. de pœ. qui sententiam.* Et secundùm quosdã in hoc creditur verbo Officialis publici: *C. de accu. l. ea quidem.* quod non probat lex illa, sed qd in Notoriis non admittitur accusatio, nec inscriptio,

Fama est duplex.

Fama an probet.

Notorium per quos testes probari potest.

Manifestũ qualiter probatur.

M S. Pluri.

Notorium est triplex.

inscriptio, & quòd processus & sententia Notorii potest retractari, si probetur falsum idem quod dicebatur Notorium, ut ibi, & hoc per supplicationem. *C. de preci. impera. offe. Autem. quæ supplicatio.* secundùm *Hostien.* in dicto *c. tua.* Aliud est Notorium Juris, puta cum quis judicia iter est confessus, vel condemnatus, ut *supra* tetigi *ar. Extra. de ver. sig. cum olim ff de stabo ingenuum. ff. de confess. si is cum quo.* quod tamen Notorium juris, quoad sui formam, quandoque negari potest. *Extra. de re judi. sicut.* Aliud est Notorium Præsumptionis, ut *ff. de in ju. vocan. l. quia.* & hoc negari potest. *ff. de his qui sunt sui vel alie. l. filium.* Habita ergo divisione Notorii, quæro nunquid in Notoriis recipiatur appellatio? Dic aut est tale quod negari non potest, ut legitur *C. quo. um ap. non reci. l. 2.* & notat *Jo. Andr. Extra de offi. dele. c. 1. li 6.* tunc non potest appellari: ut *2. q. 6. §. sunt quorum Extra. de ap. pervenit. 2. & c. proposuit. ff. de ap. si constat.* immo in hujusmodi Notoriis, vel executionibus non requiritur monitio legalis præcedens, *ar. Extra. de ap. cum sit.* legitur & *no. per Abbatem*, & *Jo. And. c. ti. reprehensibilis. 1. Resp. in fi.* nisi ergo modus excedatur in inflictione pœnæ, & in talibus locum Appellatio non habet: *Extra. de offi or. irrefragabili. §. 2. in fi.* aliàs autem, si tale sit Notorium quod negari possit, de quo prædixi: tunc potest appellari. *C. de ap. cives. Extra. de ap. Romana. §. si autem post. li. 6.* Nunquid ergo in Notoriis admittatur justificatio seu accusatio? Videtur quòd sic, ut in confessione. *Extra. de acc. cum dilectus.* Item licet lex consideret in se factum tantum, ut factum: Judex tamen, minister legum, habet considerare factum qualificatum. *C. de adul. mariti. §. quæsitum. in fi. ff. de pœ. bodiè. & l. rescindendum. §. delinquunt. ff. de re mile. omnes. §. si per unum.* Videtur contra *Extra. de ap. pervenit.* ubi hoc videtur tenere *Inno.* ne detur materia differendi pœnam. *C. de pœ. cum reus.* De hoc notatur per *Gui. & Jo. An. Extra. de offi. dele. c. 1. li. 6.* ubi etiam nota qualiter Notorium, si negarum fuerit, probari potest. Dic ut prius. Aut est tale Notorium ubi non est locus justificationi; tunc justificatio non admittitur, ut *supra* dixi: puta quando factum, & qualitas facti sunt Notoria. *Authen. de po. tenen. §. si quis hominem. Colla. 10.* sic intelligit *Inno.* in dicto *c. tua.* ibi, *sed dices &c.* cum quo concordat *Hostien. ibidem.* Aliàs bene admittitur justificatio, *ar. ff. de jure fisci. l. in fraudem. §. bona.* ubi locus justificationi est. *Extra. de restit. spo. olim. & c. cum ad sedem. & c. se. ff. de quæst. l. 2. §. divus Severus. cum si* Sed nunquid in Notoriis requiratur citatio? De hoc disputat *glo. 2.* in dicto *c. de pluri. & c. ad nostram. 3. de jurejuran.* Dic ut prius quòd si Notorium sit tale, quod justificari potest, vel probabiliter inficiari potest: tunc citatio est necessaria, articulus dandus, & defensiones audiendæ: *ar. Extra. de accu. qualiter. 1. §. debet. ar. ff. ad leg. Corne. de fica. l. inaudi tum. ar. op. Extra. de praben. licet Episcopus. li. 6.* tunc namque per affirmationem, & negationem potest fieri res dubia. *C. de judi. rem non novam. §. pationi. C. de his qui. ad liber. procla. non li. l. 3.* Alias, si factum & qualitas facti Notoria essent, hoc non esset necesse, *Extra. de re judi. cum olim. §. ulti.* ubi factum Notorium fuit Judici. Quod verum est, ubi venitur ad sententiam audiendam, & ut pariatur executionem: *ar.* in hoc quod dixi *supra. in Consti. proxi. Extra. de ap. cum sit. §. fi.* & notatur *Extra. de confes. c. fi.* & sic stat vera opinio *Inno.* dicentis in dicto *c. tua.* quòd Citatio semper in omni Notorio est necessaria. Quod verum intelligo quoad diversos effectus, ut *supra* jam notavi: nam in Notoriis sic servatur ordo juris in pronunciando, sed non in examinando; ut *ple. no. Gui. Extra. de offi. dele. c. 1. ver. exigunt. lib. 6.* & statim dicam *infrà. q. 2.* Hoc quoque tenet Curia, quòd in omni Notorio fiat Citatio quando certæ personæ condemnatio exigitur, quòd absens multas posset habere excusationes & defensiones, propter quas in Judicio propositas non condemnaretur præsens. *ar. ff. de requi. re. l. in prin.* Aut sufficit sola inhibitio vel ordinatio, puta Superior vult tollere Statutum aliquod Civitatis notorie editum contra Jus Divinum, vel contra libertatem Ecclesiæ: tunc illud potest cassare, & decernere non tenere absque alia Citatione. *ar. ff de servis fu. divus.* Hoc tenet *Gui. 2. q. 2. quæ Lotharius.* Unde quæro, nunquid autem processus Notorii extendatur ad contractus? Dicit *Inno.* quòd non: in dicto *c. tua.* ibi, *in aliis præter maleficia &c.* Hoc probo: quia in his, quæ verbis seu consensu contrahuntur, multa interveniunt ex eo quod agitur, unde non possunt esse ita notoria: *ff. commoda. si in qui. §. fin. ff. de actio. & obli. l. 1. & 2.* quia fortè reus si præsens esset exceptionem seu defensionem haberet: *Extra. de excep.* per totum. igitur paratur actori illud remedium, scilicet Excommunicatio, & missio in possessionem. *Extra. ut lite non contes. tua. & c. quoniam. c. Consti. c. ulti. in fi.* Hoc verum, nisi sit Notorium publicatum, *C. de testamen. publicati.* de quo legitur & notatur *de testi. Albericus.* Sed qualis fiat sententia in Notorii? dicit *Inno.* quòd nulla est necessaria sententia super crimine vel injuria, quæ notoria est, ut ipse notat *Extra. de ver. sig. ex parte. 1. in gl. sed dicas.* post *prin.* Sed *glo. Ber.* videtur notare contrarium *Extra. de divor. perv. inprin.* Tu vero dic, quòd non requiritur, ut in scriptis vel solenniter feratur, ut legitur & notatur *Authen. ut judi. sine quo. suffra. §. necessitatem. Colla. 2.* & hoc tenet *Gui. 2. q. 1. quæ Lotharius. in fi.* Sed bene requiritur notificatio seu declaratio, ut notat *Gui. Extra. de pa. felicis. ante fi.* ibi, *unde dic &c. li. 6.* & dic ut ibi.

Appellatio an recipiatur in notoriis.

Notorium an admittat excusationem.

Citatio an sit in notoriis necessaria.

a *Latrocinium. Sc.* palam homines spoliando, ut legitur & no. *C. de pigno. actio. quæ fortunis.* hominem secundando, *C. ad l. Fabi. de pla.* vel eum, ut redemptionem faciat, per buccellationem, vel alias abigendo quibus jam (ut dicitur) irrepsit Regio *Anglicana*: ut legitur & no. *C. ad l. Jul. de vi pu. l. ulti.* quos omnes transgressiones, si potentia adesset, potius liceret privato etiam occidere, quam post exitum vindicare. *C. quando li. sine judi. se vindi. l. 1. & 2.* Contra tales quoque ad recuperationem rerum suarum cum protestatione impune, & sine mea irregularitate, prosequitur etiam persona Ecclesiastica. *Extra. de homici. prælatis. li. 6. Jo. de Athon.* Ex hoc patet, quòd facienti actum præmissum non imputatur id quod sequitur ex illo, licet illud consecutivum sit repugnans statui suo. *23. q. 3. de occidendis. Extra. de homici. sicut dignum.* Quæritur, quid si Clericus dicat accuso talem de tali furto, & protestatur; an incurrat irregularitatem, si Judex postea condemnat ad mortem? Solutio. Dicit *Jo. And.* quòd Clericus cautè faciet, si dicat conqueror potius, quàm accuso: ut sic servantur verba textus jam dicti *c. prælatis.* ad quod faciunt notata *2. q. 7. laicos. & c. si. in fi. glo. 2.* & per *c. nullus. 2. q. 1.* & per id quod notat *Inno. de accusati. cum P.* Tamen putat ipse *Jo. And.* quòd licet dicat accuso, si tamen protestatur, cessaret irregularitas: nam & querela inofficiosi Testamenti dicitur accusatio. *C. de inofficio. testa. parentibus. & hi in menem.* Quæritur ulterius, qualiter debeat provideri huic Clerico, ne de cætero contra eum talia præsumantur? Solutio. Dicit *Archidia.* quòd per cautionem idoneam allegat quod legitur & notatur *32. q. 1. de benedicta.* Sed *glo.* aliter intelligit illo *c. prælatis.* Dicit *Jo. An.* quòd dictum *Archi.* procederet quando esset præsumptio de iteratione offensæ contra malefactorem; puta quia est nobilis vel potens vicinus Ecclesiæ, & depræd tus est pluries animalia, vel offendit personas Ecclesiæ ipsius, vel dedit damna in nemoribus, vel aquis Ecclesiæ. Quæritur tertiò, si Clericus tradat malefactorem, vel procuret quòd capiatur; an sit irregularis? Solutio. *Guillermus in Spe. ti. 2. §. juxta. ver. quid si clericus.* tenet quòd non. Sed illud intellige cum determinatione, quam ibi subdit, & quam plenè ponit *Hosti. in summa. ti. de homi. §. quæ pœna. ver. utrum circa materiam.* loquendo de illo, qui contrarium protestationis gerit in animo: quia hoc procedit, nisi aliud habeat in corde, quam dicat protestando: quia tunc esset irregularis, licet occultus: ut ibi dicitur. Quæritur quartò, quid si de Consuetudine loci Abbas, vel alius Judex Ecclesiasticus habere debeat pro Homicidio, vel alio delicto, pecuniariam pœnam: unde convenit Laicum propter hoc coram Judice seculari, protestando quòd non intendit pœnam sanguinis, sed consequi tantum illam pœnam pecuniariam, judex tamen secularis interficiens illum, an sit irregularis? Solutio. *Archidi. 23. q. 5. si ep.* tenet quòd non per *c. possuisti. Extra. de homi i.* & per textum in se e dicto *c. prælatis.* Vide pro his *Dominicum de sancto geminiano* in dicto *c. prælatis. Extra. de homici. li. 6.* Quia verò mentio Irregularitatis in jam tactis quæstionibus facta est, circa ipsam quæritur, qualiter, & quibus casibus contrahatur. Solutio. Irregularitatis contrahitur quandoque ex defectibus, qui sunt in homine, sine peccato: ut ex defectu natalium; quoniam nasci il legitimum non est culpa, sed defectus. Item ex Bigamia. Item ratione servitutis. Item ratione defectus scientiæ seu prudentiæ. Item ratione ætatis videtur causari quædam irregularitas: hoc est prohibitio promovendi ad Ordines, ut *Extra. de ætate & qualit. per totum.* Secundò contrahitur Irregularitas ex deformitate propriî corporis, ut sunt corpore vitiati; tales enim ordinari non possunt. *Extra. de corpo. vitiati.* per totum. Tertiò ex inobedientia, sive violatione Censuræ Ecclesiasticæ: quoniam si Excommunicatus majori Excommunicatione, sive a Jure, sive ab homine, durante illa excommunicatione, sciens celebrat, efficitur irregularis, & deponendus est. *11. q. 3. c. si qui. & c. se. & c. de illis. & c. latores. Extra. de cleri. excom. minist.* Quartò provenit irregularitas ex homicidio, seu mutilatione: & de tali irregularitate intelliguntur quæstiones superius positæ. Et pro ampliori declaratione hujus speciei irregularitatis. Quæritur, an ebrius incidat in irregularitatem, si existens ebrius aliquem interficit? Quidam dicunt quòd non per *l. furi. & c. inebriorem. 76. q. 1.* Alii autem tenent quòd sic. Quoniam ut ait *Aristoteles*,

los, ebrius maretur duplices maledictiones, & per consequens ebrietas videtur aggravare peccatum potius quàm alleviare: quia peccatum non excusatur propter peccatum. *l. nunquam plura. ff. de priva. delic.* Ergò peccatum commissum per ebrietatem non excusatur à peccato ebrietatis. Vide plenius de hujusmodi materia in solenni repetitione *c. ad audientiam. Extra. de homicid.* per Dominum *Marianum Socinum.*

a *Exercere.* Frequentiam notare videtur. *Extra. de vita & bone. cle. c. unico. li. 6. & co. ti. ca 1. in Cle. ff. de lega. 3. legatis servis. §. ornatricibus. C. de Episcopa. audien. l. 3. in fi. ff. de pœn. l. capitalium. §. grassatores.* Tu dic quod qualitercunque latrocinio insistat. *C. ad leg. Cor. de sica. si ut allegas. arg. ff. de adulter. mat i. §. quæsitum.* ibi, *sapius sive semel.*

b *Eos autem.* Secunda pars.

c *Contrà h c.* Sc. contra statutum.

d *Fecerint.* Sc. palam protegendo, vel tenendo tales occultè.

e *Si tertiò.* Hæc regulare est, antequam quis involvatur in Excommunicatione: ut *Extra. de sententia excom. contingit. 2. & c. fac.* 6. legitur & *no. c. ti. Constitutionem. §. fi. li. 6.* cùm sit major pœna in Ecclesiâ Dei. *34. q. 3. corripiantur.* Alias enim regulariter ut in levioribus pœnis sufficiat una monitio. Ut legitur & *no. Authen. de hæret. & Falci. §. si quis autem non implens. ver. admonitus. Coll. 1.* Item quoad alios effectus puta moræ. *ff. de usuris. mora. 1. Respon.* Item ad custodiendum malè fidei possessorem. *ff. de peti. hæred. item veniunt. §. petitam.* Item ad arctandum partem peremptorie. *ff. de judi. nunquam. cum si.* Juxta quod quæro, an post terminum peremptorium per Judicem statutum liceat post hujusmodi tempus, & ante sententiam exceptiones opponere, vel post datam dilationem probationes adducere? Videtur *Hostiensis* dicere quod sic: quia comminatio tantum censetur. *ff. de judi. in peremptorio.* sic fuit definitum per *Cle. Papam*, ut ipse notat *Extra. de testi. fraternitatis. §. 1.* Item indultum à jure beneficium *C. de sen. rescin. non pos. peremptorias. Extra. de fide instru. cum dilectus.* non est alicui auferendum. *Extra. de Regu. Juris. indultum. libro 6. ff. de re judi. l. 4. si quis condemnatus.* Sed idem *Hostien.* post *Inno. Extra. de excep. pastoralis. c. 1.* tenet contra: ut finis litium festinetur. *ff. si certum pe. quidam.* legitur & notatur per *Doctо. Extra. de probati. licet. c. Respon. §. 1.* Tu dic, Aut quæritur in actore: & tunc post tempus præfinitum à Judice agendi potestas denegatur, *C. de ingenuis manumis. diffamari. Statum. C. qui accu. non possunt. qui crimine.* & *l. si ea.* præsertim propter auctoritatem Judiciarium. *ff. de accu. cum Titio. ff. ad Turpilli. ab accusatione. §. desitisse.* & notatur *C. ut nè. invi. age. vel accu. co. l. unica.* & hoc tenet *Dynus* in dicta regula *Indultum.* Aut quæritur in reo: tunc si cum causæ cognitione Judex statuerat terminum, postea non auditur Communi Jure, nisi per Appellationem. *ff. de re judi. l. 2.* & dicto *ca. licet. Extra. de probati.* & *de fide instru. accepimus.* Hoc tenet *Spec. titu. de dona. §. 1. ver. exceptione.* & *§. videndum. ver. sed quid si data est dilatio.* ubi etiam dicit quamlibet dilationem datam per Judicem fore peremptoriam, etiamsi hoc non exprimat; Judex. *ar. ff. de feriis. l. oratione. & l. fi. C. de dila. l. 1.* patet *C. quomodo & quando judex. l. 2.* Item quòd post terminum sic datum non audiatur reus sic proponens exceptionem, notat *Spec. titu. de excep. §. dicto. ver. utrum.* & *Doctо.* in dicto *ca. pastoralis.* præterquam in casibus exceptis in textu, & nisi aliquæ exceptiones essent sibi contrariæ: tunc possent simul proponi, ut notat *glo. Extra. de reli. do. c. pe.* Ratio est autem quare post tempus hujusmodi reus non auditur, rè Decretum Judicis sit delusorium: *ff. de judici. si Prætor.* cùm terminus peremptorius per Judicem assignatus sententiam Interlocutoriam importet. *ff. de arbi. qualem. §. fi.* notat *Archidia. Extra. de excep. pia. in ver. valeat. libro 6.* Aut sine cognitione causæ non consideratis circumstantiis æquitatis, de quibus patet *ff. de re judi. l. 2.* data est dilatio peremptoria: & tunc post terminum proponere potest quis, ut legitur & *no. ff. de re judi. l. 4. §. si quis, condemnatus.* Sic intelligo notata per *Dynum* in dicta regula, *indultum. libro 6.* & per *Wil. Extra. de resti. in integrum. ca. unico. ver. fuisti. in Consi. Cle. Jo. de Athon.*

f *Commoniti.* Et sic est hic casus in quo requiritur sola monitio, sed non sententia hominis. *Sic Extra. de præben. exurpanda. Extra. de immu. eccle. adversus. & c. non minus. in fi. glo. c. ti. c. clericis. §. fi. libro 6.* ubi de hoc per *Jo. Andr. Extra. de rap. excommunicationi. Jo. de Athon.*

g *Per loci Judicem Ordinarium.* Id est, per suum Prælatum, vel Judicem: ut *Extra. de senten. excom. cum contingit.* aliàs, ut *fama. infra*, ibi, *si a Prælatis suis &c.* hoc notat *Johan. Andr. Extra. de vita & ho. cle. c. 1. in fi. lib. 6. & ff. si quis jus dicen. non obtempe. l. 1.* Facit pro hac sententia *Extra. de cle. non resi. relatum.* Sed contra; quia nomine Ordinarii *ex. li.* simpliciter positi intelligendum videtur de solo Episcopo. *Extra. de offi. ordi. ordinarii. lib. 6. in prin. & ex. li. de jurejurando dicet. in §. & de senten. excom. decernimus. c. li.* legitur & *no. 2. q. 8. si quis Episcopus. in principio.* Solutio. Quoad illa quæ sunt jurisdictionis, quilibet habens Jurisdictionem Ordinariam, dicitur Ordinarius, de quibus dicam *infrà. c. Consti. quanto. §. 1. in glo. bi sunt.* sic intellige hic, & *Extra. de consti. ut animarum. libro 6.* Sed quoad ea quæ sunt Ordinis, vel Dispensationis singularis, solus Episcopus fungitur appellatione Ordinarii. *Extra. de elec. cum ex eo. libro 6.* Sic intellige notata per *Gui. c. titu. licet canon. §. ulti. ver. ordinarius.* Facit quod dixi *supra. c. Consti. cum sit ars. §. ulti. ver. super ea.* de hoc notat *Gui. Extra. de excep. cum quidam. in ver. ordinarius. libro 6.* & notat *Wil. Extra. de testa. ca. 1. in Con. Cle. & de statu mona. ca. si in prin. c. libro.* & notatur in *Extravag. Jo. Papæ 22. execrabilis. §. cæterum. in principio.*

h *Excommunicationi Ecclesiæ.* Cum propter crimen fertur de majori intelligitur: *Extra. de consti. ca. 2. §. fi. lib. 6.* maximè si per hominem proferatur. Ut legitur & notatur *Extra. de sen. excom. c. penult.* Est tamen duplex Excommunicatio. Una quæ repellit à Communione fidelium minor. Alia à perceptione Sacramentorum major, ut notat *Archi. Extra. de senten. excom. statuimus. post prin. li. 6. Jo. de Athon.*

i *Subjugamus.* Quicunque sunt illi protegentes seu tenentes, ex quo illi subditi sunt in dicto *c. 2. li. 6.* saltem ratione delicti. *ff. de offi. præsi. l. 3. in fi. C. ubi Se. vel cla. l. 1.*

k *Monitionem.* Tertia pars.

l *Generalem.* Contra hoc videtur *Extra. de elec. c. olim. in fi. li. 6. c. li. de senten. excom. Statuimus. & c. Constitutionem. & Extra. de vita & bone. cleri. c. 1. ver. nominatim. in Con. Cle. & de sepul. c. 1. c. li.* Solutio. Hoc fortè statuit propter proteruiam, & potentiam rebellem defendentium tales. *ar. Extra. de offi. deleg. quia Pontific. in fi. lib. 6.* & intellige hanc generalitatem quoad personas protegentes, seu tenentes, specificatis tamen nominibus latronum hujusmodi, ut innuit litera præcedens. Vel dic istam Intelligi tam respectu protegentium, quam latronum, ratione præmissa propter proteruiam &c. ut quando requiritur admonitio notat bene *Gui. 18. dis. propter. Jo. de Athon.*

m *Nomine non expresso.* Nam expressio specialis facit nominatam monitionem, ut notant *Doctо. de sepul. c. 1. in Cle.* & notat *Inno. Extra. de præben. in Lateranensi. in prin. Jo. de Athon.*

n *Ac solenniter.* Quòd dic, ut legitur & notatur *infrà in Con. Otho. ad tutelam. §. fi.*

o *Eorum.* Sc. protegentium vel tenentium tales facinorosos. *Jo. de Athon.*

p *Notitiam.* Quod qualiter probetur notat *Wil. de electi. causam. in glo. antepe. in Con. Cle.* & de multiplici notitia bene notatur per *Cor. Extra. de elec. cupientes. §. 1. ver. notitiam.*

q *Valeat pervenire.* Sc. verisimiliter, quod dependet ex Superioris arbitrio. Ut legitur & notatur per *Wil. Extra. de elec. causam. §. verum. in glossa finali in Con. Cle. arg. Extra. de appellationi. bone. in fin.*

Ut Monachi ab esu Carnium se abstineant.

¶ Summarium.

Monachi statim ut professi sunt, ab esu Carnium abstineant, nisi ægrotantes ad Infirmitorium destinati; nec quisquam Abbas aut Prior sit, nisi Ordinem professus:

¶ [a] exercere.

¶ [b] Eos autem qui [c] contra hoc [d] fecerint, [e] si tertiò [f] commoniti [g] per loci Judicem Ordinarium, ipsos à se non abjecerint, [h] Excommunicationi Ecclesiæ [i] subjugamus.

¶ [k] Monitionem autem Volumus & Statuimus sufficere [l] generalem, & si fiat alicujus [m] nomine non expresso: dummodo ita publicè [n] ac solenniter fiat, quod ad [o] eorum [p] notitiam [q] valeat pervenire.

Ordinarii appellatione quis contineatur.

Religiones sub quibus sanctis fundata sunt.

Capitula generalia quolibet triennio sunt celebranda.

Prophetia quid est & quotuplex est.

Professio autem statuto fiat tempore, tam in Ordine Sancti Benedicti quàm Monachorum Regularium & Monialium; de cæteris autem ad eorundem scribet Capitula.

[a] AUdivimus & lætati sumus, quòd Religiosi viri Abbates [b] Ordinis Sancti *Benedicti* per *Angliam* Constituti, convenientes in unum nuper in [c] Capitulo suo generali ([d] tanquàm filii juxta sermonem [e] Propheticum, ad suos terminos revertentes) providè Statuerunt, ut [f] de cætero secundum Sancti *Benedicti* [g] Regulam ab esu Carnium debeant [h] abstinere, exceptis [i] debilibus & infirmis, quibus debet secundùm ejusdem Regulæ continentiam in Infirmitorio provideri; [k] quod utique approbantes, [l] Statuimus inviolabiliter observari.

¶ [m] Adjicientes quoque quod postquam [n] Novitii, [o] anno probationis finito, gestaverint habitum Monachalem [p] ad Professionem [q] faciendam juxta Decretalem fœlicis Memoriæ [r] *Honorii* Papæ districtione Canonicâ per Abbatem vel Priorem protenus [s] compellantur. Nullus autem in Abbatem vel Priorem [t] aliquatenus admittatur, qui [u] Professionem non fecit. [x] Hoc autem, & quod de Professione, finito probationis tempore, facienda diximus, ad Canonicos Regulares & Moniales Duximus [y] prorogandum. [z] Super aliis verò, quæ tam ad correctionem quàm ad reformationem tam eorum quàm aliorum Regularium noverimus [a] pertinere, providere Intendimus, & quæ Ecclesiis eorum sunt utilia, ipsisque salubria fuerint, concedente Domino, Statuemus, & Mandabimus per eorum Capitula [b] firmiter observari.

De Archidiaconis.

¶ Summarium.

Archidiaconi diligenter & fideliter Ecclesias suas, sine earum indecenti gravamine visitent, nihil ex correctione aut punitione recipientes, aut quenquam ob avaritiam sententiis innodantes. Contra quod facientes, præter Canonicam pœnam ad duplam exactorum restitutionem, ad pios usus applicandorum, arbitrio Episcopi compellantur; sintque diligentes in Capitulis frequentandis & decenter instruendis.

[c] DE Archidiaconis quoque Statuimus,

---

a *Audivimus.* Hæc Constitutio plenius suppletur *infrà in Consti. Otho.* ut *infrà* dicam.

b *Ordinis sancti Benedicti.* In quo, & sancto *Augustino*, & beato *Francisco*, originaliter quasi singuli Ordines sunt fundati. Ut notat *Wil. Extra. de deci. c.* 1. *post prin. ver Religiosi. in Cle.* licet *Carmelitæ* sub Regula beati *Basilii* se militare contendunt. *ar.* 18. *q.* 2. *diffinimus. & c. perniciosam. in prin.* Unde ordinis sancti *Benedicti* sunt monachi albi, sive nominentur *Cistercienses*, sive alio modo. *Extra. de rescrip. cum ordinem. de sta. mo. c. recolentes.* Sunt etiam nigri Monachi ejusdem Ordinis, qui ab albis Monachis distinguuntur per adjectionem observantiarum, regula eadem manente. *Extra. de sta. mo. ea quæ.*

c *Capitulo generali.* Quod celebrari præcipitur quolibet triennio per omnes Abbates, & Priores, non dico Claustrales filius Provinciæ, saltem ejusdem Ordinis sancti *Benedicti*: immo secundum quosdam cujuslibet Ordinis. Ut legitur & notatur *Extra. de sta. mo. singulis.* cum ibi dicat. " Tunc universi conveniant Mendicantes, cum figillatim sua capitula celebrant singulis annis: ut ibi notat *Jo. An.*

d *Tanquam. de majo. & obe. solitæ. §.* 1. *ff. de admi. tuto. non. existimo.*

e *Propheticum. Jeremiæ* 31. *c. Convertimini filii revertentes.* alias, *revertentur filii ad terminos suos.* Et dic, quòd Prophetia est omninum rerum latentium præteritarum, Præsentium vel futurarum ex Divina inspiratione manifestatio, secundùm *Pap.* Ad cujus evidentiam scias, quòd triplex est Prophetia; una est ex Prædestinatione Dei, quam necesse est omnino evenire: ut in *Isa. Ecce virgo concipiet.* Alia est ex Præscientia Dei, cui nostrum liberum admiscetur arbitrium, ut hic. Et hoc tripliciter. Aut est consentiens, & sic est Prophetia Prædestinationis, puta de Incarnatione ad redemptionem humani generis, quæ fiebat consensu Virginis *Mariæ*, immo requisita per Angelum super suo consensu, ipsa obtulit se, dicens, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Aut operatur ad liberum arbitrium, ut operans in malis, ut est Prophetia Præscientiæ de proditione *Christi* futura per *Judam*, quæ non implebatur, nisi procurante humano arbitrio. Idem patet in cooperatione boni, ut fuit Prophetia de salute *Pauli*, in qua necesse fuit liberum arbitrium cooperari ad consequendam salutem gratiæ. Tertia dicitur Prophetia, quæ comminatio dicitur, & principaliter intendit peccatorum conversionem; sed ex consequenti, ut pœnam comminatam quis eviter. Ut sic effugiant à facie arcus electi, & justè pereant incauti: quod longè antè præscitur, quàm futurum comminetur. Hoc notat *Gui.* 1. *q.* 1. *nunquam.*

f *De cætero.* Non approbat abusum præteritum: ut dixi *supra. e. Consti. licet ad profugandum. in ver. infrà mensem.*

g *Regulam. Extra. de sta. mo. cum ad monasterium. §. in refectorio.* & notatur *infrà. in Consti. Otho. regnum cælorum. §. ad hoc.*

h *Abstinere debeant.* Etiam Ipsi Abbates, dum cibantur in refectorio, secundum *Hostien.*

i *Debilibus.* Debilitate stomachi, & senii; sed infirmos vocat prægravatos morbo, quibus providetur in infirmitorio: unde utrisque sic providetur, & dicto §. *in refectorio.* ubi hoc notatur per *Abb.*

k *Quod utique.* Versiculus. *Jo. de Athon.*

l *Statuimus.* Exequendo.

m *Adjicientes.* Secunda pars.

n *Novitii.* Statim declaratur, qui sunt illi. *ar. ff. de Irit. vin. & oleo. legat. ex usu.* & *l. se.* de quo plenius dicam *infrà. in Consti. Otho. regnum cælorum. §. sanc.*

o *Anno probationis.* De quo legitur & *no. Extra. de regula. c.* 1. 2. 3. & 4. *li.* 6.

p *Ad professionem. Sc.* expressam. *Ar. in dicto §. sanè. in fi.* ubi de hoc: de tacita verò habetur *Extra. de regula. c.* 1. *li.* 6. & *ei. ens. in Cle.*

q *Faciendam. Sc.* expresse, ut jam dixi.

r *Honorii. Extra. de regulari, ex parte tua.*

s *Compellantur.* Videtur quòd † præcisè ad facta compellantur; hoc *ar. Authen. si de feu. controversi. fac. fuc. c.* 1. *Colla.* 10. quod verum videtur, si aliquandiu ibidem steterit in ordine, habitu non distincto, post annum probationis finitum: nam tunc prius tacitè professus fuit. *Extra. de regulari. c.* 1. *§. qui vero. li.* 6. & *c. ti. ens. in Cle.* Alioquin infra mensem post lapsum dicti anni optionem habet Monasterium exeundi, ut in dicto *§. sanè. in Con. Otho.* quæ alias esset Contra. Vel dic, ibi loquitur quando habitus Professorum, & Novitiorum est distinctus, & sic non obstat. Vel dic, quòd illud tempus mensis respicit pœnam Abbatis vel Prælati. Non autem determinat verbum *exieris*, ibi positum.

† MS. ep

t *Aliquatenus admittatur. Extra. de elec. nullus. li.* 6. ubi est idem textus.

u *Professionem.* Scilicet expressam, ut patet in dicto *c. nullus. li.* 6. & dicto *§. sanè. in fi. in Consti. Otho.*

x *Hoc autem.* Quod diximus *supra. §. proximo.*

y *Prorogandum.* Idem patet *Extra. de sta. mo. c. ulti. in fine.* & sic Statutum extenditur ad personam alteram, in qua ratio uniformiter reperitur eadem. *Extra. de postulando. ex parte.* Verum est quando hoc per legem declaratur, aliàs persona nisi sit expressa, nunquam subintelligitur. *ff. de verb. ob. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fi. ver. plerumque.*

Statuta extenduntur ad personas alteras, in quibus ratio uniformiter reperitur eadem.

z *Super aliis.* Tertia pars.

a *Pertinere.* Quæ satis recitantur & suppletur *infrà*, in dicta *Consti. Regnum cælorum.* per totum, usque in finem, unde dic ut ibi.

b *Firmiter observari.* Alia litera habet publicè & solenniter publicari: sed prima litera verior est.

c *DE Archidiaconis.* Ad literam suppletur *infrà. in Consti. Otho. Deus Omnipotens. §. Ecclesias. Jo. de Athon.*

a *Ut Eccleſias.* Immo & converſationes Eccleſiaſticarum perſonarum. *Extra. de offi. Archi. c. 1.*

b *Utiliter.* Per prudentiam & induſtriam, aliàs fidelitas ſola operarii parum commendatur: unde per quendam Cardinalem *Orſinum* de quodam fideliſſimo ſerviente ſuo ſeruus eſſe dictum, *& cum volela ſcire come quell. nam fidelis ſervus & prudens conſtituitur ſuper familiam Domini. Jo. de Athon.*

c *Viſitent.* Quæro unū quod eſt facti, an contra Archidiaconum loci per Religioſos habentes Parochialem Eccleſiam appropriatam poſſit contra viſitationem, ſeu præſtationē Obedientiæ præſcribi? Videtur quòd non: cum ejus ſuperioritas, ſicut Epiſcopi, ſit Juris Communis. *ar. Extra. de offi. Archi. c. 1. & c. ad hæc. §. 1.* ibi, *ſecundo vero &c.* junctis *Decret. Extra. de præſcrip. cum non liceat.* quaſi tunc ſit eadem ratio, ergo & idem jus &c. *ff. ad l. Aquili. illud. cum ſi.* Sed ibi loquitur in Archidiacono generali, qui non habet Archidiaconatum diſtinctè limitatum, ſed tanquam Vicarius fungitur vice Epiſcopi univerſaliter: ut loquitur regulariter totus Titulus *de offi. Archidia.* quia talis repræſentat Epiſcopum, *Extra. de conſue. putamus.* ſed ſecus videtur in eo, qui habet diſtinctam limitationem ſui Archidiaconatus: tunc enim habet Juriſdictionem ſeparatam ab Epiſcopo, quæ cum ſit conſuetudinaria, poteſt præſcribi: ut *infrà* dicam. Hoc notat *Gui. in Roſa. 9. q. 3. nullus Primat.* Unde non videtur illa ratio obſtare, imo aliter arguitur pro Archidiacono: quia Juri publico non præſcribitur ullo tempore. *C. ne rei domi. vel templo. l. 1. in fi. C. de præſcrip. 30. an. comperit. in fi. C. de decurſi. ſi quis decurio. 2. li. 10.* Contra tamen videtur, quòd Religioſi poſſunt hujuſmodi præſcribere, etiam licet ſit publicum Jus. *C. de præſcrip. 30. an. omnes. §. nullum.* Item licèt contra Epiſcopum hoc præſcribi non poſſit: ut dicto *c. cum non liceat*, tamen Archidiacono licitè denegatur, niſi ſit conſueta ſibi præſtari. *ar. Extra. de offi. Archi. c. ſi. cum Decre. Extra. de offi. ordi. cumque ente.* & notatur *Extra. de præſcrip. accedentes. in glo. ſi.* Item Eccleſia translatâ per appropriationem in Religioſos immutatur natura conſueta. *ar. Extra. de jure patro. c. 1. §. ſi. li. 6. Authen. de Eccle. ti. §. 1. ver. ſi qui vero res. Coll. 9. ar. op. 16. q. 2. §. ſane quia. ver unne.* Solutio. Prima opinio verior eſt: nam Eccleſia Religioſis appropriata ſupportat propria onera, tam Epiſcopalia, quàm conſueta, Præſcriptione non obſtante: ut legitur & *no. de cenſi. c. 1. in Con. Cle.* Item cum loquitur de libertate quærenda contra Jus publicum, tunc contra præſtationes ordinarias, quæ univerſalem ſubjectionem † Inducant, ut hic, immunitas nullo tempore præſcribitur. *C. de ſacroſan. eccle. placet. §. poſtremo. C. de Epiſco. & cle. de bis. C. ſi propter publicam penſi. l. 1. in fi. C. de metali. l. ultì. li. 11. arg. Extra. de elec. cum cauſam.* Secus tamen de extraordinariis præſtationibus: ut dicta *l. omnes. ff. de pub. & vectì. licitatio. §. earum. C. de fundo rei priva. l. pe. & ulti. li. 11. cum ſi.* Nec obſtant Jura loquentia de Præſcriptione, cujus contrarii non exiſtit memoria. *ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. fi. l. 2. §. penul. ff. de aqua quotidi. & eſti. l. hoc jure. §. ductus.* cum *ſi.* Quia loquuntur de ſervitute quærenda, ſed quomodo loquuntur de immunitate contra Jus ordinarium præſcribenda. *arg. C. de præſcrip. 30. an. multò agitur.* Nam in hac præſumitur malitia, ſed in ſervitute præſcripta punitur alterius pigritia. Item hoc probat ratio *Inno.* quæ uniformis eſt in Epiſcopo & Archidiacono, quam ipſe notat *Extra. de præſcrip. auditis. in glo. & no. Abbatem. in fi.* Nec obeſt quod quidam intelligunt illam *Decret. in Can. Cle.* loqui non in Juramento obedientiæ vel ſimili: cum Conventus cateat anima: *ar. Extra. de ſenten. ex Romana. §. ul. li. 6.* Sed tamen in oneribus præſtationis pecuniariæ. *arg. Extra. de offi. Archi. c. fi. 18. q. 2. Eleuſberius. cum ſi.* notatis per *Jo. An.* in dicto *c. ver. ſolitq. in Cle. C. de decurſi. cum qui 30 li. 10.* nam certè hoc quod ibi dicitur *ſolita*, hunc intellectum confundit. Omne enim reputatur, quicquid vel Lege, Conſuetudine, Imperiove Superioris conſcribitur. *ff. de ver. ſig. minus.* Cum ergo fuerit onus reale ſive perſonale, ſi prius fuit conſuetum, debetur, ut in verbo *ſolita*, cum *glo. all.* niſi in appropriatione Eccleſiæ aliter fuit ordinatum: ut in dicto *c. 16. q. 2. ſane quia.* quod difficilimè videtur obſtare. Nec obſtat opinio quorundam dicentium, quòd nulla Obedientia de Jure Archidiacono eſt præſtanda: quia hoc non videtur verum. *ar. Extra. de offi. Archipreſ. c. 1. de offi. ſacriſta. c. unica. de offi. cuſto. c. 1.* quod non præſtetur de Jure, dictio, *ſolita*, de quâ præmiſſum eſt, rotam ſolvit.

d *De ſacris veſtib.* Puta calice, urceolis, & hujuſmodi ad Divinum Miniſterium deputatis. Non autem hic loquitur de ollis, vel pelvi in coquina Reſtoris, aut etiam vaſis ſeu utenſilibus aliis, quæ ſub appellatione ſupellectilis continentur. *ff. de ſupellect. lega. lega ſupellectili.*

e *Veſtibus.* Repete *Sacris*, dictis vulgariter veſtimentis. Supple, & cæteris Eccleſiæ ornamentis. *Extra. de offi. Archidia. c. 1. in fi.* Sed contra: quia hæc ſpecialiter pertinent ad curam Sacriſtæ. *de offi. ſacriſta. c. 1.* Solutio. Illud verum eſt in Eccleſiis majoribus Cathedralibus vel Collegiatis, ſed in aliis Parochialibus Eccleſiis, de omnibus hujuſmodi Archidiaconus curare debet, &c. ut ſequitur, *& generaliter &c.* in dicto *c. 1.* plenius *Extra. de offi. cuſtod. c. 1. & 2.* ubi apparet circa quæ verſari debet Archidiaconi ſollicitudo.

f *Officiis.* De quibus legitur & notatur, ſc. quæ ſunt illa, à quibus habent dici, & quibus temporibus, & de tota hujuſmodi materia *no. per Jo. An. Extra. de caleb. miſ. c. 1. & per Wil. c. ut & ver. horas canonicas. in Cle.*

g *Serviatur.* Per Miniſtros ipſius Eccleſiæ, ſc. per quemlibet in gradu ſuo. *Extra. de majo. & obe. ſtatuimus.*

h *Et generaliter.* De hoc dixi *ſupra. in ver. veſtibus. Jo. de Athon.*

i *De temporalibus.* In piis uſus collatis dummodo non mere prophanis. Ut ſatis notatur in *Extrav. Jo. 22. execrabilis. §. ſi. in glo.* notavi hic ſubſequenter, & in *glo. ſequen. Jo. de Athon.*

k *Inquirendo.* Super quo vide quod dicam plenius *infrà. Conſti. proxi. ver. corrigendo.* Eſt autem inquiſitio generalis, & ſpecialis. Ut notat *Inno. de accu. qualiter. 1. Jo. de Athon.* *Inquiſitio eſt duplex.*

l *Quæ corrigenda.* Nota cujus eſt viſitare, ipſius eſt comperta corrigere. *Extra. de offi. Archi. ad hæc. §. item in Epiſtola. Extra. de cenſi. Romana. §. ſanè. li. 6. ar. ff. de judi. de quære. in prin.* Sed contra *infrà. c. Con. cum non ſolum. §. pe. in fi.* Solutio. Ibi in Foro contentioſo ſolenni propter arduitatem cauſæ conſilium Superioris Judicis expoſcitur quandoque. *Extra. de conſan. & affi. c. 1. §. fi.*

m *Corrigant.* Per monita nunc levia, nunc aſpera. *Extra. de cenſi. Romana. §. ſanè. li. 6.* dicam *infrà. ver. cum autem. Jo. de Athon.*

n *Eccleſias autem.* Secunda pars.

o *Non gravent.* Sic *Extra. de cenſi. ea quæ.*

p *Duntaxat.* Hæc dictio prout reſpicit verbum *ſupra* poſitum *Procurationes* vult † notare per conſequens, qd non munera. *Extra. de cenſi. Romana. §. cæterùm. c. & ſe. li. 6.* ubi patet ſe & ſuos prohiberi nedum hujuſmodi exigere, ſed etiam gratis oblata recipere. Et ſic ibi plenius quam hic providetur. Ad quod facit *C. de metatis. devotus. §. ſi. li. 12. & c. li. de ſalga. l. unica. Extra. de immu. eccle. clericos. §. nos igitur. li. 6.* prout verè determinat dictionem ſequentem *cum viſitent.* Sic *concor, infrà. in Con. Otho. naturalis. §. cum igitur. & c. ſe. §. Eccleſias.* *M. S.* † Notorie.

q *Moderatas.* In Concilio *Lateranenſi, Extra. de cenſi. cum apoſtolus.* ſc. in eſculentis poculentis, hoſpitio: tamen non ſolvent viſitanti pro recturis equorum. Ut notat *Gui. Extra. de cenſi. Romana. §. ſi. li. 6.* & a volentibus hodie etiam in pecunia: ut *c. ti. felicis. li. 6.* Sed ſunquid hoc caſu exigi poſſit paritas pecuniæ in actu conſimili: ut quia aliæ Eccleſiæ hujuſmodi Provinciæ vel Civitatis tantum ſolvunt, igitur &c. Tu dic quòd non. Secus tamen de uniformitate Juriſdictionis. *Extra. de conſue. cum olim. Extra. de offi. Archi. c. ulti.* ubi de hoc per *Inno.* & notatur per *Inno.* & *Hoſtien. Extra. de capel. mo. cum dilectus.* quod dic per *Gui. 12. di. illuc. poſt prin.*

r *Solum.* Alias, ſecum.

ſ *Sed modeſtè.* Ut in dicto *c. cum Apoſtolus. & infrà. in Conſti. Otho. naturalis. in fi.* Modeſtia quoque ac ſobrietas attendi debet, tam in cibo, quam in potu, quàm in veſtibus, dictis & factis. Ut notat *Gui. in Roſa. 33. di. qui Epiſcopus. ver. ſobrius.*

t *Cum autem.* Tertia pars.

u *Corrigant.* Ut dixi *ſupra. c. 1. Reſpon. in fi. & ver. requirendo. in fi.*

x *Crimina puniant.* Si ſalva pace adſit Prælato poteſtas diſciplinæ: 23. q. 4. *fortè. in fi. & c. quidam.* quod verum eſt de Notoriis. Occultiorum enim criminum punitio ſoli Deo relinquitur. *16. q. 1. ſi omnia.* quod bene notat *Hoſtien. Extra. de offi. ordi. irrefragabili. 1. Reſpon. in fi.* & tunc facit quod dixi *ſupra. c. Conſti. licet ad profugendum. ver. dignè.* non ergo auriculantes †conſideret. *Extra. de accu. inquiſitionis. §. 3. 6. q. 1. ex merito. & c. ſummus.* Nam ſecundum Beatum *Bernardum* hanc tibi regulam habeas generaliter, ut illum, qui veretur loqui palam quod in aure locutus eſt, ſuſpe- *M. S.* † Conſideret.

Nobilis vir, & liber, an possit pro crimine fustigari.

tium habeat. Ut notat *Jo. An. Extra. de spon. proterea. 2. in ver. publicè.* Sed juxta hunc textum unum in facto agitatum quæro. An liberum hominem & nobilem pro crimine Ecclesiastico possit justè punire per fustigationes solennes circa Forum vel Ecclesiam? Videtur quòd non. 24. *q.* 1. *qui contra poenam*, ubi de hoc notatur; etiam nec causâ correctionis. 26. *q.* 5. *contra idolorum. C. de repudi. consensu.* § 2. & ibi, *si se verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt &c. ff. de pœ. capitalium.* § *non omnes. ff. de veteran. l.* 1. & *l. veteranus.* sed in hoc videtur expressè contra quod legitur & *no. de pœ. di.* 1. *aut facta. ver. causa.* & in *glo. aliter enim. ff. de pœ. aut facta. ver. causa*, in qua opinione residet *glo.* 23. *q.* 4. *c.* 1. Tu dic finaliter hoc committi justi & discreti Judicis arbitrio, scil. Episcopi, de Jure Communi: cum majorem animadversionem hoc contineat, *ar. ff. de offi. proconsul. l. si quid. de pœ. di.* 1. *Deus.* juxta Personæ idoneitatem, aliàs conditionem, & criminis qualitatem. *ff. de of. præfec. ur. l.* 1. § *sed cum patronus.* sed melius ff. *de incen. rui. naufragi. l. Pedius.* § 1. *usque in fi. Authen. de san. epi.* § *si quis autem cum sacra. Coll.* 9. patet: 45. *di. cum beato.* immo pro excessu in disciplinando non oportet veniam petere à subdito. 86. *di. quando.* Ad hoc facit quod dicam *infrà. in Con. clamorem.* § *in adjutorium. in fi. ver. pœna debita. supra. c. Con. licet ad profugandum.* § 1. *ver. dignè.* circa medium. Vel dic ut *infrà. in Consti. Otho. cum sancti.* § *præcipimus. in glo. sed quare.*

a *Aliquid.* Etiam minutum innuit. Facit quod dixi *supra. c. Con. Basilicarum. in glo. perfectum dicitur.*

b *Ab aliquo.* Sc. Visitato.

c *Recipere.* Sic *Extra. de censi. Romana.* § *cavemus. li.* 6. & facit quod legitur & *no. infrà. in Consti. Otho. Deus Omnip. circa medium.*

d *Nec sententiis.* Id est, Censuris Ecclesiasticis, de quibus patet *Extra. de ver. sig. quærenti.*

e *Involvant injustè.* Involvit ergo, seu ligat Censura Ecclesiastica, sive justa, sive injusta propter auctoritatem clavium Ecclesiæ. *ar.* 9. *q.* 3. *c.* 1. & *c. quid ergo. ff. ad Trebell. l. servo invito.* § *cum Prætor.* Nunquid igitur injustè Excommunicatus sit in forma Ecclesiæ absolvendus? *Inno.* dicit quòd sic. *Extra. de eo qui dux. in ma. &c. significasti. in fi.* Sed *Hosti.* ibi dicit contra: quia fuit Excommunicatio justa, aliàs si fuisset injusta, absolvi deberet sine difficultate, & sine cautione. *Extra. de sen. ex sacro.* § *pe.* Tu dic post *Jo. Andr.* in dicto *c. significasti.* quòd duplex est forma Ecclesiæ. Una, quæ fit præstito Juramento &c. *Extra. de sen. ex. ex tenore. & c. cum desideres. in prin.* & in hoc fit vera opinio *Hosti.* Alia est forma, quæ fit cum Psalmo Pœnitentiali, de qua habetur *Extra. de sen. ex. a nobis. & c.* 2. *prope fi.* & hoc necesse est servari, ex quo constat quòd Excommunicatus est, licet injustè: & sic stat vera opinio *Inno.*

Excommunicatus injustè, an sit absolvendus in forma Ecclesiæ.

f *Extorquere.* Et malè; id enim in vitium sonat, ut notat *Hosti. Extra. de spon. c. gemma.* 1. *Respon. in fi.* & *Extra. de si, suam. & c. ad Apostolicam. in prin.* Ad textum istum facit optimè 16. *q.* 7. & *hoc diximus.* per totum. & *Auth. ut nulli judi.* § *quoniam vero contingit. Coll.* 9. cum res non delinquant, sed personæ, quæ res possident. *Auth. de man. prin.* § *oportet autem. Coll.* 3. *ar.* 16. *q.* 1. *nulli Episcoporum. & c. prædicator. Extra. de ju. pa. proterea.* 2.

g *Cum enim talia.* Hæc longas, latas, & magnas alas habet, ut notat *Wil.* in simili *Extra. de pœ. c. ulti.* § *fi. in prin. in Con. Cle.*

h *Simoniacam.* Sed nunquid hic Simonia, tam ex parte dantis, quàm recipientis, in hujusmodi committitur? Videtur quòd sic. *Extra. de Simo. cum dilectus.* 2. *ar. ff. de condi. ob turpem cau. l.* 2. § *fi.* Dic contra, immo solius recipientis tantum: ut benè notatur 1. *q.* 3. *quæsitum. & Extra. de sim. dilectus.* 3. Nam cum gratis ad hujusmodi facienda vel omittenda teneatur, solius accipientis turpitudo versari dicitur. ff. *de condicti. ob tur. cau. l.* 1. § *fi. cum l. sc. in prin.* & benè notatur *c. si. l. item. in ver. repeti.* Item hoc videtur expressum in eo quod legitur & *no. Extra. de sim. ad aures.* Item nullum pecuniarium, nec ipes pecuniaria consideratur ab ipso dante: ergo ex parte sua non committitur Simonia. *Extra. de Sim. tua nos. c. consulere. & c. fi.* per quæ Jura dici posset, redimentes Sacramenta debita à Presbyteris præstanda Simoniam non committere: licet forte ipsi Presbyteri hujusmodi exigentes, hanc labem non evitent: ut *supra. c. Con. Sacram.* ubi de hoc, & *c. audituri.* Si ergo Sacerdos tenetur ex Officio ad Missam, vel Exequias, vel hujusmodi, exigere propter hoc aliquid Simoniacum est: 1. *q.* 3. *vendentes.* § aliquid [b] ab aliquo [c] recipere non præsumant, [d] nec sententiis aliquos [e] involvant injustè, quòd ab eis possint pecunias [f] extorquere. [g] Cum enim hæc & talia [h] Simoniacam sapiant pravitatem, Decernimus, [i] ut qui talia agere præsumpserint, [k] sic extorta [l] in duplum erogare in pios usus [m] arbitrio Episcopi compellantur, salvâ nihilominus [n] aliâ pœnâ Canonica contra eos.

¶ [o] Sint autem [p] solliciti [q] frequenter [r] interesse [s] Capitulis [t] per singulos [u] Decanatus, [x] in quibus diligenter [y] instruant [z] inter alia Sacerdotes, ut bene vivant, [a] ut sciant, [b] & sanè intelligant verba [c] Canonis & [d] Baptismatis, quæ sunt [e] de substantia Sacramenti.

vero non tenetur, & desint ei sumptus licitè potest accipere. 12. *q.* 1. *judices.* ubi hoc notat *Gui.* & potest locare operas suas, i. c. laborem suum: non autem ipsum Sacramentum, ut ibi notatur. Vel dic conductionem, in hujusmodi locum non habere, sed quoddam honorarium loco mercedis, ut aliàs dicitur de agrimensore. *ff. si mensor. mo. dim. l.* 2. § 1. Idem dicitur de Medico. 14. *q.* 5. *non sanè.* Et notat *Gui.* in dicto *c. judices. ar. ff. de vs. & extraor. cog. l.* 2. § *in honorariis.* Tu dic finaliter quòd pro celebratione Missæ, non licet etiam pauperi Presbytero quicquam accipere; ita quòd sit principalis causa motiva, quia tunc esset Simonia: nam propter Deum est sibi principaliter serviendum. Ut notatur 74. *di. c. ul. in glo. ut hic.* Sed si devotio sit causa principalis & propinqua, non generata ex datorum: tunc licet datio pecuniæ sit una causa remota, & etiam occasionalis, non committitur Simonia; sic enim licitum est dare & accipere temporale pro spirituali, ut plenius notat *Extra. ne p. ala. si. su. quoniam.* ut intelligit *Gui.* in dicto *c judices. in glo.* ibi posita super *ver. in sumptum.* & sic finis sit sub fine, ut ipse notat 1. *q.* 1. *ordinationes.* parum ante finem.

Presbyter an liceat pro Missa aliquid accipere.

Restitutio multis necessaria.

i *Ut qui. Sc.* Archidiaconi, de quibus *supra* fit mentio.

k *Sic extorta. S.* il. aliquo modo prætacto. Unde nota quòd ad restitutionem tenetur quis ubicunque sit per eum fururum, rapina, oppressio, dolus, vel calumnia. 14. *q.* 5. *c. fi.* & sic comprehenduntur casus notati per *Inno. & Hosti. Extra. de sum. eccle. quia plerique.* § 1.

l *In duplum. Extra. de censi. Romana.* § *cavemus. li.* 6. & *c. præsenti.* ibi sequenti. *ar. Extra. de sim. audivimus.* De hoc dicam plenius *infrà. in Consti. Otho. Deus Omnip.* § *Ecclesias. super ne. ver.*

m *Arbitrio Episcopi.* Sic *Extra. de Judæis. c. cum sit.* § 1. ubi de hoc per *Jo. An. Extra. de usuris. cum tu.* Sed contra hoc est expressum *Extra. de censi. procurationes. in fi.* & *c. tit. exigit.* ibi, *duplum ejus &c. li.* 6. Solutio. Hoc per illa corrigitur, vel dic ut notatur *ple. Extra. de immu. eccle. quia plerique.*

n *Aliâ pœnâ Canonicâ.* De qua legitur & *no. per Jo. An. Extra. de censi. exigit.* § *fi. li.* 6. cui pœnæ non derogatur quoad propositum per *Decret. c. ti. felicis.* ut ibi *no. Jo. An. in fi.* Tales enim in crimine concussionis de Jure tenentur. *ff. de concussione. l.* 2. legitur & *no.* 23. *q.* 1. *militare. in fi.*

o *Sint autem.* Quarta pars.

p *Solliciti. Sc.* Archidiaconi locorum, de quibus præmittitur.

q *Frequenter.* Per duas vices excusari videntur. *ar.* 26. *di. una tantum. C. de epi. aud. l.* 3. *in fi. cum si.* & not. tur *Extra. de vi. & ho. cle. monasteria.* sed certè hoc non credo hic sufficere, propter hunc textum, qui requirit solicitudinem & diligentiam: unde indeterminatè hic loquitur. Sic *infrà. c. Con. usum. in prin.* & intellige quoties opus erit, juxta arbitrium boni viri; *ar. ff. de eden. l. celsi.* ar. 82. *di. clericus.* ubi de hoc dum tamen sibi hoc commodè vacaverit. *ar. ff. de ver. sig. nepos Proculo.* de hoc notavi *supra. c. Con. ad baptismū.* § *fi.* hæc tamen Constitutio perraro servatur: quia lucrū pecuniarium eis inde non applicatur, ut dixi *supra. c. con. quoniam de habitu. in glo. hæc Consti.*

r *Interesse.* Factum, non fictionem requiritur. Ut (*anno*, legitur & *no. per Doc. Extra. de cle. non resi. c.* 1. *li.* 6.

s *Capitulis.* Ruralibus, quæ bodie tenentur per Officiales Archidiaconorum, & quandoque per Decanos Rurales, de quibus dict *supra c. Con. quod in quodam. post prin. ver. decanatus.*

t *Per singulos.* Non enim sufficit semel, vel pluries de Decanatu uno. *Extra. de ba. mo. in singulis. in prin. ff. de excep. rei judi. singulis.*

u *Decanatus.* Rurales, de quibus *supra* prætmissi.

x *In quibus.* Scilicet Capitulis ruralibus.

y *Instruant.* Scilicet Archidiaconi.

z *Inter alia.* Nam circa alia versatur eorum sollicitudo *supra. c. Consti. Sacram. in fi.* ut patet in his, quæ *supra* dicuntur.

a *Ut sciant. Sc.* Sacerdotes, & hoc quantum ad formalem pronunciationem, & seriem verborum: non autem accipitur hic *scire* per omnes † causas sciendi. 23. *q.* 8. *occidit.*

b *Et sanè intelligant.* Quantum ad mentem, significationē, & virtutem verborum. *ar. Extra. de ver. sig. intelligentia. & c. præterea.*

c *Canonis.* De quo notat *Inno. Extra. de sen. ex. super. in ver. orando. & Gui. Extra. de privile. Episcoporum. ver. publice,* qui Canon dicitur expediri sub triplici silentio, ut notatur 11. *di. Ecclesiasticarum. ver. triseria.*

d *Baptismatis.* De cujus forma dixi plenè *supra. c. Con. ad Baptismum.* § *ul.*

e *De substantia Sacramenti. Sc.* Eucharistiæ, de cujus substantialibus verbis legitur & *no. de conse. di.* 2. *panis.* § *utrum. & c. ea ple. Extra. de cele. miss. cum Martha*, de substantialibus verbis Baptismi simili *supra. in glo. proxi.*

a *Cæterum*

a *Cæterum.* Hæc Constitutio suppletur per aggravationem pœnæ *infrà. in Consti. Otho. cum partes.*

b *Duximus inhibendum.* Nota, gerundivum futurum verbo præteriti temporis adjunctum, per quandam combinationem veritatem Præsentem importat. *Extra. qui fi. sunt le. per venerabilem. in fi. & Extra. de accu. licet in bestia. in fi. & c. veniens. in fi. & c. cum oporteat. 1. Resp. in fi.* sic *supra. t. Consti. ad vicariam. in fi. & c. innotuit. §. verum. & contra latronum.* ibi, *duximus statuendū.* Quando tamen non defertur ad factum proprium, tunc tantum vim futuram importat: ut *infra, in Consti. Otho. quam indecorum. §. quòd si.* ibi, *duxit exequendum ar.* pro utraq; parte *Extra. de sponsa. quoniā.* Hæc valent ad quæstionē; cum dicitur *Noveritis nos tolerare, nōsse, confirmare, vel instituisse*, sic loquens de præterito, non de præsenti, an per hæc verba probetur Ordinatio confirmatio, vel Institutio? Videtur quòd non. *Extra. de ver. sig. abbate.* ibi, *fiat fides &c.* De hoc plenius dixi *supra. c. Cum ad Vicariam. in ver. decrevimus.*

c *Prælati.* Sc. Ordinarii. *Extra. de of. ar. cum ab Ecclesiarum.*

d *Ad universitatem.* Ut Vicarii Generales, de quibus *Extra. de offi. vica. c. fili. 6.*

e *Ecclesia forum.* De aliis enim non spectat ad hunc Legatum quicquam statuere, nisi ratione pacti vel consuetudinis. *Extra. de ju. novit. Extra. de fo. com. c. si clericus. & e. si. c. fi. li. 6.*

f *Delegati.* A quocunq;, etiam à *Papa*; cum hoc sit statutum Canonis: secus tamen si esset nudum Præceptum Judicis. *Extra. de offi. le. studuisti.*

g *Concordiæ.* Tam enim de Jure, quàm de stylo Curiæ prius concordiā, quàm Judicio sedari discordia suadetur. Ut legitur & notatur *de emptio. presi. c. 1. Extra. de testi. causam qui. 2. §. pe. in fi. 90. di. Studendum. Auth. de appe. cog. §. pe.* alias §. *ui. Colla. 8.* Alias pœna seu odibilia suprimò *seminatorem discordiæ Dominus detestatur. Prover. 6. c.*

h *Sed quandocunque.* Id est, in quacunque parte Litis.

i *Partes.* Sc. utraque. Secus ergo si altera tantum voluerit post Judicium inchoatum. *C. quo. & quando judex. Auth. qui semel.* cum etiam partis ex hoc casu interesse possit, vel propter defensiones semel acquisitas, ut notatur *ff. de arbi. si cum dies. §. fi.* vel propter expensas non refusas: ut plenius no. *Inno. & Hosti. Extra. de appel. cum cessante.*

k *Voluerint.* Etiam allecti mediantibus amicis, ut legitur & notatur *Extra. de jurejur. c. 1. §. 1. in Con. Cle.*

l *Per compositionem.* Quæ simpliciter facta boni viri arbitrio est intelligenda: dolus etiam semper videtur excepeus. *C. de transac. absens.* vel *accusatione. ar. ff. mun. creditur. §. Lucius.* notat *Gui. Extra. de Reg. Jur. scienti.* ibi, *item facit. li. 6.*

m *Damnando.* Pro hac clausula, & similibus clausulis derogatoriis dixi *supra c. Con. cum laicis. in fi.*

n *Tale negotium.* Bene dicit; nam plura sunt negotia super quibus transigere non licet, nec pacisci: ut patet primò causa Matrimoniali. *Extra. de transac. c. ul. §. 1.* Item in causa spirituali: ut *c. si. super eo.* maximè Beneficiali. *c. si. c. Constitutus. cum fi.* Item nec in criminali. Ut bene notatur *2. q. 4. §. notandum. in glo.* Scias, quòd quando licet, ac qualiter discedere à causa, & quando non, plenè notatur *Extra. de colluſi. dete. c. 1. in glo.* quæ distinguit inter causas Civiles, Criminales, & Spirituales: quare hic non refero. Scias tamen pro illa *l. C. de transac. transigere.* quæ est magistra in hac materia male intellecta, quòd super omne crimen pœnam sanguinis ingerente licitum est transigere, excepto Adulterio. Ratio regulæ est, quia unicuique licet sanguinem suum redimere vilis quibus potest. *ff. de lo. eorum qui in. fer. l. 1. & 2.* Sed ratio exceptionis est, quia transigere super Adulterio incideret in Lenocinium, *C. de adul. de crimine.* & sic transigens esset in delicto æquali cum committente Adulterium. *ff. de mino. auxilium. §. in delictis.* sed super crimine minoti non transigitur: nam ibi alia causa transactionis non est, nisi conscientia criminis, ideò iterum in eum transigens incurrit. *ff. de his qui not infa. quæstion. C. e. li. 7. non damnati.* Sed in criminibus pœnam sanguinis ingerentibus est alia causa dandi, sc. terribilis accusatio. *ar. ff. de his. eo. qui in. sen. l. qui rei. &* videri.

o *Propter hoc.* Sc quòd recedant à lite, per pactum & compositionem.

p *Aliquid.* Nisi forte Judex, cum esset delegatus, expensas in causa fecisset, quæ sibi refundi debēt: ut notatur *Extra. de simonia. ad aures. in fi.* legitur & no. *de vi. & ho. cle. cum ab omni.* plenius *Extra. de rescrip. statutum. §. insuper. li. 6.*

q *Ab eisdem.* Sc. partibus, vel earum altera.

De Pace & Concordia reformanda.

¶ Summarium.

Prælati & Judices neminem à Concordia & Pace propter lucrum litis & contentionis deborientur, sed magis cohortentur ad compositionem licitam, idque gratis faciant.

a CÆterum b Duximus districtiùs inhibendū, nè Ecclesiarum c Prælati, & maximè Archidiaconi, & Decani, vel Officiales eorum, vel quicunque alii d ad Universitatem causarum, vel aliqua negotia, ratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ vel Officii Spiritualis e Ecclesiæ forum contingentia, f delegati, quin de discordiis & querelis fiat Pax vel g Concordia inter partes, præsumant aliquatenus impedire, h sed quandocunque i partes k voluerint, à Judicio l per compositionem recedant, m dummodo sit n tale negotium super quo transigi possit de Jure vel componi nec o propter hoc p aliquid q ab eisdem exigatur.

De Officiò Archiepiscoporum & Episcoporum.

¶ Summarium.

Archiepiscopi & Episcopi, ut juxta nominis Officii impositionem Officio fungantur, vigilia gregis suæ superintendant, sese exemplar sanctitatis exhibeant in Cathedralibus suo tempore celebrando, Diœceses visitando, & prædicatione reformando: atque id diligentius efficiant, Professionis suæ Regulam, quotannis ad minimum bis, sibi pronunciandam curent.

r QUid ad Venerabiles s Patres t Archiepiscopos & Episcopos incumbat ex Officio faciendum, nomen u Dignitatis eorum (quod est x Episcopus y id est Superintendens) exprimit evidenter. z Intendere propriè quippe habent, & a circa Gregem suum, juxta verbum b Evangelicum, c noctis Vigilias custodire.

r *Quid ad venerabiles.* Ad istam Constitutionem supplentur *infrà. in Con. Otho. Pastor bonus.*

s *Patres.* Sic dicti propter honores eis exhibendos. Unde versus. *Est Pater hic cura &c.* ut in principio *Græcismi.*

t *Archiepiscopos.* Ab ἀρχὸς, quod est princeps &c. *21. di. cleros. & 90. ab. per totum.* Si ergo quæras quantum habeant plus Ordinis vel honoris Archiepiscopi, seu Superiores, quàm Episcopi? Dic quòd, prout Ordo Episcopalis respicit substantiam charisteris, nihil: quia de substantia Ordinis Episcopalis tantum habet simplex Episcopus quantum & *Papa*: si autem loqueris de isto Ordine prout respicit executionem & sollicitudinem pastoralem; tunc quantum ad Jurisdictionem habent ultra Episcopos, & quantum ad administrationem. Sic autem dicitur *Petrum* cæteris Apostolus præfuisse, non Ordinis dignitate, sed administratione: ut notatur per *Gui. & glo. 21. di. in novo. ante fi. ar. c. di. §. in his.* Nam & Papa super omnes Patriarchas, & Primates est, qui idem sunt, licet diversis nominibus designari: ut legitur & notatur *Extra. de offi. ordi. duo simul.* Metropolitanus & Archiepiscopus idem sunt; sed Metropolitanus nomen trahit à numero Ecclesiarum à μέτρον, quod est mensura, & ὅλος, quod est Civitas. Archiepiscopus verò à personis, quasi sit princeps Episcoporum: ut notatur in dicto *c. cleros.* Hoc notat *Wil. Extra. de privile. episc. c. ulti. in prin. in Consti. Cle.* *Archiepiscopi quid ultrà Episcopos habeant.*

u *Dignitatis eorum.* Sed an habeant Ordinem distinctum in Ecclesia Dei? Dicit *Hosti.* quòd sic per textum expressum *Extra. de da. & contu. veritatis in ver. sacerdotali. per Hosti.* Tu dic, quòd si Ordo accipitur pro Officio, sic dicitur Sacer Ordo, *Extra. de elec. quòd sicut. §. præterea.* sed prout Ordo accipitur pro Sacramento, hic non est Ordo: ut plenius notat *Wil. Extra. de elec. in plerisque. in glo. sic Ordo. in Con. Cle.* Item dubium fuit de Administratore, an sit certus Ordo in Ecclesia Dei? Dic quòd sic: ita quòd talem percutiens est Excommunicatus. *Extra. de ætate. & qua. cum contingat. 82. di. clericum.* & hoc plenè notat *Gui. 23. di. psalmista.* *Episcopatus an sit ordo.*

x *Episcopus.* Qui tam verbo fidei, quàm rectæ conversationis exemplo alios excellere debet. *24. di. Episcopi.* & qualis debet eligi Episcopus patet *23. di. qui Episcopus.*

y *Id est superintendens.* Ut exponitur *8. q. 1. qui Episcopatus. ar. ff. de ho. & ho. l. ul. §. item Episcopi.* Sed in his unum per experientiam considetes, quòd cum actus subditorum sint mali in conspectu Dei, plantur eis ut flagellentur, Principes, & Antistites iniqui, & Tyranni, qui Dominentur eorum. *8. q. 2. audaces.*

z *Intendere.* Versiculus.

a *Circa gregem.* Nam sicut aries ducatum gregibus præbere debet, sic Episcopus. *8. q. 1. Suscitare.*

b *Evangelicum. Luca. 12. c. circa prin.*

c *Noctis vigilias.* Id est, sine negligentia, ut dixi *supra. c. Con. licet ad profugendum. super ver. incorrectam. & in Consti. de qua* dixi *supra, in prima glo.*